


p. ettt Gonzalez
libº

D. IOHANNIS
NAVCLERI PRAEPOSITI TVBINGEN.
CHRONICA,

succinctim cõpræhendentia res memorabiles seculorũ omnium ac gentium, ab initio mundi vsq; ad annum Christi nati M. CCCCC.

Cum Auctario Nicolai Baselij ab anno Domini M. D. I. in annum M. D. XIIII.

Et Appendice noua, cursim memorante res interim gestas, ab anno videlicet M. D. XV. vsq; in annũ pręsentem, qui est post Christum natum M. D. XLIIII.

Rhapsodis partim D. Cunrado Tigemanno, partim Bartholomæo Laurente.

Quid editioni huic tribuendum sit, facile iudicabit is qui vel primam huius Chronographię editionem probe norit, vel hanc cum illâ seu quauis alia conferre non grauetur.

Es de la libreria del real Convento de la Merced Cassa grande de Sevilla

Fr Josef Correa
lib.° mayor

Coloniæ ex officina Petri Quentel, anno Christi nati M. D. XLIIII. mense Martio.

IOHANNIS REVCHLIN PHORCENSIS LL. DOCTORIS, IN IOHANNIS NAUCLERI CHRONICAM HISTORIAM PRAEFATIO.



ELLEM alter aliquis ex eloquentioribus me Germaniæ prę conibus, quorum nonnulla copia est, tam præclari & tam digni huius monumenti rite commendandi vicem suscepisset: q certe opus hoc pro excellenti honore quem meretur, amplius caret ornatius, ac multo liberius quidē, ne me alioqui exiguū in dicendo, vt per ætatem modo frigidum, si quid debitæ laudis quantumuis leuiter proposuero, comitetur hæc vna suspicio affectionis, q ipse quondam ego mox atq; cathedram iurisconsultorū adeptus eram, ab Annalium istorū autore Nauclero, iam tum moderatore summo gymnasii Tubingēsis, tanquam imminentis vitæ meæ remige, ad vsum forensem & ad populares iurgiorum quæstiones, sua ipsius opera non absque nullo quandoq; impendij sui auxilio fuerim instructus. Verendum itaque mihi est, certe scio, ne qui me ob illam causam putent iniquiorem fore præsentis libri existimatorem. Sed inuidis hic fortasse calumniæ locus tantum, & in veritatem cæcutientibus relinquetur. Equidem quantum animo viri magnitudinem comprændere possum, qua fuerit in fruenda amicitia nostra comitate, ac deinde qua vir bonus autoritate præstiterit, & pulcherrima de illius laudibus, & quàm modestissime non possum nō dicere. hoc agit NAVCLERI maiestas, illud humanitas. Nam qui velit in eo viro, ceu quandam virtutū summā, reipublicæ tuendæ studium contemplari, grauioribus hoc multo exemplis aget, quàm extent quæ vel de Ioue aliquo vel Hercule fabulosa vetustas prodidit. Hic IOHANNES est, qui veterem Nauclerorum familiam apud Sueuos, publicis patriæ commodis & publica gloria illustrauit, vnde post tot Nauclerorum, qui huic autori veluti parenti, primas gloriæ debent ex merito, virtus enituit. Atque illud quidem quantum videri possit, & nos paulo post admonebimus, & multa vir bonus amansq; virtutis ipse suopte ingenio cognoscet. Modo de ijs dicemus, in quibus solum illius nomen, sola illius autoritas (laudem enim posteris communem fecit) spectatur: quantum videlicet suo ipsius ingenio, suaq; arte, quàm laudabili literaturæ genere, cum vniuersę Germanię, tum præcipue literatis voluerit prodesse. Historiam Chronicam, hoc est, Temporum descriptiones à condito mundo in annū restitutæ salutis MILLESIMVM & QVINGENTESIMVM ęmulatione veterum digessit, opus ipso genere admirabile, & suo autoris nomine venerandum. Etenim quando de argumento dicendum est, nulla plane vitæ pars, neque publicis, neque priuatis, neque forensibus, neque domesticis in rebus, neque si tecum agas quid, neq; si cum altero contrahas, magistra historia potest non vti. Age quæ principum, quæ ciuium, quæ cuius ætatis causæ non hac complexæ, quasi ante oculos dispiciuntur? Quæ vero pars in studijs literarum consummata, si negligas historiam, & istos quidem doctorum peculiares συγχρονισμούς, id est, temporum collationes? Rursum quoties exemplo futuros illa casus expendit? Quare, qui dicant ciuilis prudentiæ partem, qui humanę vitę imaginem, viri sunt non pauci. Sic ad virtutem hominum animos excitat, sic ad honorem, ad immortalitatis opinionē inflammat, vt quàm rectissime quondam Zeno Cittiensis, qui felix quis fieri posset, rogatus, dixisse videatur, εἰ συγχρωτίζοιτο τοῖς νεκροῖς, si in mortuos intendat, hoc est, si maiorum gesta, si veterū monumenta contueatur. Et ille quidem egregie. Vidit hoc, opinor, prudens antiquitas, quæ vitæ vsum ac modum posteris tradens, probam reliquit eorum quæ gessit ipsa, rationem, sed vario cuiusq; gentis & ætatis ritu. Nam vt à vetustissimis omnino hominum moribus exordiar, post illam vniuersi orbis inundationem, anteaq̄ publicus esset literarum vsus (nullas enim plane fuisse notas haud dixerim) vt necessaria, ita diligens fuit memoriæ cura. Eam partim nuper extructarum vrbiū nominibus, partim positis alicubi trophæis insignibus, principio sanxere mortales. Exemplū e diuinis Hebræorū literis longe grauissimū petetur. nam & primæ sunt, & ordine rem ꝑpetuo cōtinent. illæ testantur, Babel vrbē propagandę ad posteros famæ

mæ est aquas conditam esse: siquidem de ijs diximus, quæ diluuium secuta sunt, tametsi
quę præcessere, nō carent exemplis. Quale vero illud esse putatis monumentum, cuius
toties in Genesi mūdi fit mentio, Beer-seba puteum iuramēti vocāt. Abrahæ trophæ-
um, ab Isaac restitutum, arisq; dedicatum, frequētia Iacob celebre? Adderem e sacris
libris eiuscemodi nō pauca, nisi & in promptu essent, & aliud memoriæ genus, idq;
præstantissimum, à Iudæis mox receptum haberet, Literæ Mosaicæ. Neq; em̄ disputo
nunc, qua cura interim seruata cuiusq; familiæ natio, quo primum modo fines Iudæi
suos in Aegypto ab hospitibus discreuerint, quāquam ab instituto fortasse nostro non
aliena. Sed de publicis literarum monumētis agetur. Eusebius Cæsareēsis episcopus
vir diligens, Moysen asserit autorem edendis Iudæorum literis, cum priuatæ fuissent
hactenus paucorum, id quod ipsi magnis testibus cōfirmant. Deserta em̄ Aegypti ser
uitute, in itinere & genealogiam maiorum digessit, & legem diuinitus datam perpe-
tuis literis cōsecrauit. Custodes legis, præter reliquos magistratus, septuaginta senio-
res designauit, quibus peculiariter eruditis Dei oracula credita sunt. Atq; iste q̄dem or
do, mirum quàm sancte genti sit vsq; in vltimam pene captiuitatem obseruatus: illis
diuina & humana iura om̄ia, mores publici priuatiq; curæ erāt. Quin om̄is etiam an-
tiquitatis cognitio, siue ea ad Iudæos, siue ad exteros pertineret, apud illos fuit inte-
gra. His sese vt videre licet, iure suo debet historica veritas, q̄d & Seder-Olam ꝓbat,
& nos cum aliàs multis, tum in Pythagoricis nostris cōpiose disseremus, & pauciori-
bus nunc diximus, absq; ambitiōe tantum admonētes, sciētiam antiquitatis ab Hebręis
petendam esse. Id inter primos Iustinus martyr & philosophus iubet. Ita illorum bi-
bliothecis fauet, quas ita nos cōseruandas probe cēsuimus. Nondum erat reliquis gen
tibus literarum vsus proditus, cum Iudęi iam suis quasi diuino munere fruerētur, publi
cas tabulas reuerenter spectarent, historiam noctes diesq; legerent. Sed apud Aegypti-
os in sacris quædam solum memoriæ signa visebātur, σημεῖα ἱερογλύφα, serpēs, palma,
hierax, cynocephalus, leo, ibis, rana, & reliqua obseruationum simulacra, quæ putarūt
exteri pro dijs coli. Cæterum statuas alias tum positas dijs negant, longoq; tempore
παρ᾽ αἰγυπτίοισι ἀξόανοι ναοὶ fuisse ferūtur. Paulatim & ipsi literas acceperunt, & Græciæ
nomen cognitum est. Nam à Mosis ætate vsq; ad excidium Troiæ, annis pene trecētis,
vario imperio, varijs bellis à Græcis certatum est. Fuere Thebæ, Argos, Sparta, Myce-
næ, Athenæ, Creta. Sed quæ fuerit illis seculis literarum ratio, nō cōstat. Neq; vero ne-
garim ego ingenij cultū, at simpliciorem quàm posteræ fuerit ætati, vt & reliqua tum



erāt germana magis, magisq; Græca: quippe cum nōdum essent adeo multa cōmercia,
materies luxus, nōdum ea vis auri & argēti in publicis priuatisve locis spectabat, Athe
næo autore. Tamē fuit memoriæ cura in ædificādo, in sacris, in oraculis, in cātiunculis,
& illis quidem vel vulgaribus vel sacris, quale s. hoc Bottiæarum virginum putant,
ἴωμεν εἰς ἀθήνας. innumera eiuscemodi apud vetustos legūtur, quę illi à maioribus edo-
cti, nō literis, sed cōsuetudine recepere. Troianis tēporibus cum & artes extarent & lite
ræ, quod vel de vno Palamede ijs probatur, qui Græcarum rerum nō sunt imperiti,
non pauca itidem memoriæ genera censentur. alij vero honorem carminibus tribuūt,
alij trophæis, nam ita communiter voco etiā sepulchralia. Meminit Homerus poeta &
carminum sæpe, & sepulchralium, vel hoc Odysseæ loco celeberrime, cum Menelaus
in quarto ait, χεῦ᾽ ἀγαμέμνονι τύμβον, ἵν᾽ ἄσβεστον κλέος εἴη. Accesserunt poetæ Orpheus,
Homerus, Hesiodus, nō vna ætate, quorum antiquissimas aiunt literas Græcis esse, q̄ vi
delicet ab hominum rebus argumento deducto, sacra cōmenti sint primi. Autor Athe
nagoras in legatione ad Aurelios Cęss. cum de ijs inquit: οὗτοι δέ εἰσιν οἱ ποιήσαντες θεο-
γονίαν ἕλλησι καὶ τοῖσι θεοῖσι τὰς ἐπωνυμίας δόντες καὶ εἴδεα αὐτῶν σημαίνοντες. Placuit poe
ma, & Rhapsodorum studio seruatum est. honos ei certe habitus, cum audiretur: vt audi
ret, ambitio nulla, quando adhuc suis quæq; Græciæ pars bonis contenta, fuit intra su
os penates clara, ipsiq; inter se ciues tantum æmulatione virtutis certarūt, non cum ex
teris: quale aliq̄d de Lacedæmonibus & Cretensibus, nisi male memini, in Protagora
Platonis ait Socrates. Erāt tum sui ciuitatibus magistratus, quibus nō tam quæ publi-
ce agebantur, quàm quæ priuatis familijs accidebant, memoria digna censebantur. At
posteaq; ad studia literarum publicus honos accessit, illiq; iam dilaudabantur in Græ-
cia septem viri, quos sapientes nominabant, excepti sunt poetę, & illi quidem Tragici,
quibus quidquid est veteris historiæ Græcorum, inde tribuitur. Et Tragœdiam, cum
de gestarum rerum memoria ꝓbaretur, secuti Sophistę Rhetoresve seu λογοδαίδαλοι,
qui res populi mandarunt commentarijs, dicti ex eo συγγραφεῖς. Nec ignoro quæ fue-
rit alioqui τῶν συγγραφέων apud Athenienses autoritas, Sed ex his qui ediderunt histo-

 riam

riam primi, ligato sermonis genere vsi sunt, vt Aristeas Prœconnesius inter vetustissimos. Idemq; mos & posterioribus seculis à nonnullis est retentus, & si iam Hecatæus oratione soluta legeretur, & paulo ante syngrapham, hoc est, historicas conscriptiones, quod genus quasi peculiare est, condidisset primus vel Pherecydes Syrus (nam de Atheniensi nulla apud Porphyrium mentio) vel Cadmus Milesius, non Agenorida ille, sed Pandionius. Secuti deinde Sophistarum discipuli, q locupletiorem historiam fecerunt, sed cōfusam, Thucydides, Herodotus, Hellanicus, Pausanias Lacon, & reliqui paulo illis iuniores, qui philosophorum temporibus claruerunt. Sub Philisco Isocratis discipulo Timæus, q Olympionicas Chronica opera composuit. Apollonius, cuius libri, Chronici sunt inscripti. Adiungerem alios, qui variam quoq; historiam eo pene tempore scripserunt, Eratosthenem, Theopompum, Philochorum, Ephorum, Ephoriona, Timarchum, Callisthenem, Philarchū, multosq; simul πολυΐσορας, nisi solos requirerem Chronicos, qui fuere, sed Romanis temporibus, etiam apud Græcos multi. Cæterum qui scire volet, quæ Romanis fuerit ꝑpetuitatis cura, genti adeo cupidæ gloriæ, pontificales illorum libros cogitet publicæ memoriæ testes fuisse. Annales hi erāt, quibus quid quoq; anno esset actum, cōtinebatur: vt interim Diaria seu Ephemeridas taceam, plena sunt his etiam triuia. Diximus qui ortus historiæ, quàm gentibus omnibus diligens custodia memoriæ. Modo id quātum autoritatis historiæ præstet, nemo non agnoscit, vt omnis vita, oīe studiorum genus indigeat historia, atq; isthac in primis, quæ certis temporum articulis rem digestam exponit: ea est Chronica. nolo enim putetis in omnibus esse Chronicam frugem aut diligentiam, quæ historiæ nomen habent. Hac vna prodesse voluit hic noster Iohannes Nauclerus I. V. doctor, illustraturus & gesta & literas Germanorum, quæ multos iam annos in tenebris & situ delituerant, vir literis & fide præstans, quorum alterum sua potuit industria & principum virorum fauor: alterum, & si id quoq; vere suum, quasi ex traduce accepisse videtur à patre Iohanne Nauclero viro equestris ordinis, qui monumenta probitatis suę apud Ludouicum Vracharium comitem egregia reliquit. Verum ea filij virtus fuit, vt auctis comitum Vrachariorꝫ rebus, primus hic Nauclerus noster esset, cuius honos, cuius opes iure cumularentur: ecclesiæ Tubingensi Præpositus, & vniuersitati studiorum Tubingensium Cancellarius dictus est. Tum & publicis & familiaribus cōmodis patriæ pater succurrens, ingentia in Tubingensem ecclesiā beneficia contulit, & fratrem suū Ludouicū optima indole iuuenem, optimis moribus & literis institutū, ad rem patriæ prouexit. Is ecclesiæ Stutgardiensi Prępositus fuit, & ducatus Vuirtemhergæ Cancellarius. Hæc nimirū est vera laus familiæ, quę tāta tot viris ex virtute cōtigit. Nam qua oīone prędicādi sunt Iohānes & Georgius, q post in nomen Nauclerorꝫ transiere summi viri, e sorore Iohānis annaliū autoris ac Ludouici Stutgardiensis Prępositi geniti, iuris doctores, Iohānes Geppingensis Prępositus, Georgius ecclesię Cōstantiēsis metropolitanæ vicarius, is, cuius magnificentia volumen hoc editū est? Multū huic domui debent studiosi virtutis, e qua tot exempla laudū simul accipiūt, siue ipsa familiæ lumina optimos viros admirant, siue quas noster hic Iohānes cōposuit oīs memoriæ tabulas. Certo scio, gratus eris, ni ipsa sis immanitate immanior, si cognoris, si legeris: tm̄ in eis, puto in Chronicis, opibus est frugis, vt plane nemo vnq̄ ad veterū studia sine illis adspirare possit. Credo, ob hāc causam dicēdi genus est neglectius, vt in prōptu cuiq; sit q̊d volet. Nā in historico ꝑsertim Chronico syngraphe, si sit eloquētia, delectat, modo nō affectata: si absit, nō reqrendā censeo. illa oratorꝫ est, qbus nos tanq̄ architectis ligna cū ramētis, nō cortice, nō visco purgata, e denso nemore ad egregiā structurā afferimus. Colēda fides est historico, adeoq; vt q̄ absit ab ambitiōe lōgissime, & nostra certe historia, qa ꝓba est ac fida, cognosci vult & laudari. scitis esse in veteri Gręcorꝫ sñia, τὰ ἄρισα κάλλισα. Si vero qs est ingenio tā immodesto, vt ne dicā stupido, q placari nolit hisce, si qd fortassis offenderit stylus, ętati cōdonet, alioq de se nō male meritę. Plane si cū reliqs historicis Naucleri opus cōferas, quantū fors excellūt nōnulli, & paucissimi quidē, sermonis cultu, tm̄ hoc superat notādi artificio. Ita sunt oīa suis diuisa tpibus, ita suis aptata locis commode, digesta in annorꝫ numeros & generationum τῶν γενῶν catalogos. ex his quæ Chři ortum præcedunt, ex euangelio descriptæ: quę sequuntur, suis trigenarijs confectæ sunt. Nihil his cōmune cum Alcinoi apologis, nil de Comis, nil de Monocrepide Mercurio leges. vitā formant & mores, si recte iudicaris, quę hoc opere conscribuntur. Id quod es amaturus miro modo, si videris quæ in eo varietas & diligentia, siquādo de aliorum scriptis iudicatur. Tum id etiam, quum legentur in ista quasi Naucleri bibliotheca innumera, quæ apud scriptores reliquos omnino nō sunt: adeo nihil hic erit, q̄d si diligens expendas, nō elegans aliqd sapiat & eruditū. Valete.

INDEX

INDEX

Rerum ac Verborum, non quidem omnium, sed maxime insigniū, in duos Chronographię Iohannis Naucleri libros, ꝑ Bartholomeū Laurentē sedulo cōgestus, & fideliter iuxta seriē abecedariam digestus.



QVI

QVI CHRONOGRAPHI SINT RECIPIENDI.



METASTHENES Persa chronograph⁹,cui⁹ meminit Petrus Comestor in Scholastica historia super Danielem, duas tradit regulas de his q accipiendi sunt, & qui reijciendi in chronographia,ita inquiens: Qui de temporibus scribere parãt, necesse est illos nõ solo auditu & opinione chronographiam scribere,ne cum per opiniones scribunt,vti Græci, cum ipsis pariter & se & alios decipiãt.Et paulo post:Neq; eñ omes recipiendi sunt q de his regibus scribunt, sed solum sacerdotes illius regni,penes quos est publica & probata fides annalium suorum,qualis est Berosus. Nam is Chaldæus omne tempus Assyriorũ digessit ex antiquorũ annalibus &c. Super his verbis Metasthenis cõmentum scribens frater Iohãnes Annius Viterbiẽsis,ordinis Prædicatorũ,theologiæ professor,has accipit regulas.Prima regula:Suscipiẽdi sunt absq; repugnãtia omes, qui publica & probata fide scripserunt. Et declarat q sacerdotes olim erãt publici notarij rerum gestarũ & temporũ,q præsentes essent,aut ex antiquioribus copiarent, sicut nunc instrumentũ publicum & probatum dicitur,quod à notario præsente publicatur & scribitur,aut ex antiquiore per presentem notariũ traducitur.Secunda regula: Gesta & annales quatuor monarchiarũ nõ possunt negari & reijci ab aliquo,quia solum publica fide notabantur,& in archiuis seruabãtur. Vnde & in Esdra legimus, q controuersiæ de reparando templo diffiniebantur ex annalibus Persarum seruatis in bibliothecis. Et Ethesias Gnidius recipitur in temporibus Persarum,quia ex annalibus publicis transtulit.Tertia regula:Qui solo auditu vel per opiniones scribunt priuati,hi nõ sunt in temporibus recipiendi,nisi vbi à publica fide nõ dissentiunt. Quales fuerunt Græci,vt hic insinuat Metasthenes,& Iosephus probat cõtra Appionem, quia sibi ipsis de temporibus dissident, & de mendacio alterutrum accusant,vt est pugna inter Herodotum & Agesilaum, Hellanicum, Ephorum, Timæum & reliquos. Et ex his patet,q nemo de temporibus suscipiendus est,nisi annalibus quatuor monarchiarum concordet. Et in monarchia quidem Assyriorum,quia publica fide scripsit Berosus Chaldæus,consequens est vt in temporibus eiusdem monarchiæ sibi detur palma.Item in* Persarum Metasthenes autor publicæ fidei fuit, & Ethesias Gnidius. Reijciuntur in monarchia Assyriorum, qui priuatas opiniones contra publicam probatamq; fidem scribunt, ex Græcis Herodotus, Hellanicus, Agesilaus, & ex Latinis Iustinus,Gellius & Orosius.Et in monarchia Persarum pari ratione reijciuntur Iosephus ex Hebræis,Clemens,Tacianus Aphricanus, & Eusebius ex Græcis, qui contra omnem publicam fidem scribunt Cyrum ante dedisse licentiam Hebræis in Babylone captiuis & mortuum,quàm Babylonia Darius eius patruus potiretur. Proinde idem Eusebius,quoniam in tertia monarchia Græcorum,& in quarta Romanorum, publicam annalium fidem sequitur, in vtraq; recipitur, sicut & Philo Hebræus, quia nec in vno quidem mense discrepat. Accedit huc q Berosus,Babylonicus & Chaldæus(vt Iosephus in primo de antiquitate significat)fuit,hoc est,fuit patria Babylonicus & dignitate Chaldæus.Fuit ergo sacerdos,notarius,& scriba publicus,qa penes sacerdotes solos erat publica fides annalium, temporum, gestorum & regum. Is Berosus omnem Chaldaicam deflorauit historiam,scribitq; de temporibus ante diluuium,& ad hunc modum exorditur: Ante(inquit) aquarum cladem famosam,qua vniuersus perijt orbis,multa præterierunt secula,quæ à nostris Chaldæis fideliter fuerunt seruata.Scribunt illis temporibus circa Libanum fuisse Enos vrbem maximam Gigantum, qui vniuerso orbi dominabantur ab occasu solis ad ortum. Hi vastitate corporis ac robore confisi, inuentis armis, omnes opprimebant, libidiniq; inseruientes inuenerunt papiliones & instrumenta musica & omnes delicias, manducabant homines & procurabant aborsus, in eduliumq; præparabant, & commiscebantur matribus,filiabus,sororibus,masculis & brutis,& nihil erat sceleris quod non admitterent,contemptores religionis & deorum. Tum multi prædicabant & vaticinabantur,& lapidibus excidebant de ea quæ ventura erat orbis perditione. Sed enim illi assueti corridebant omnia, cœlestium illos ira atque vltione perurgente pro impietate atque sceleribus. Vnus inter Gigantes erat,qui deorum venerantior & pruden-

Regulę tres.

Secunda.

Tertia.

Enos.

Gigantes.

Noa. dentior cunctis,reliquus ex probis erat in Syria:huic nomen erat Noa,cũ tribus filijs, Samo,Iapeto,Chem:& vxoribus,Tytea magna,Pandora,Noela & Noegla.Is timens quã ex astris futurã prospectabat cladem,anno septuagesimooctauo ante inundationem,nauim instar arcę copertã fabricare cœpit.anno 78.ab inchoata naui ex improuiso exundauit oceanus,& oĩa maria mediterranea fluminaq; ac fontes ab imo ebullientes,inundarunt supra omes mõtes,accedentibus atq; impetuosissime & supra naturam e cœlo copiosissimis imbribus multis diebus corruentibus. Ita omne humanũ genus aqs suffocatũ,excepto Noa cũ familia sua,quę naui erepta est.Nam eleuata ab aqs, in Gordiei montis vertice quieuit, cuius adhuc dicitur aliqua pars esse, & hoĩes ex illa bitumen tollere,quo maxime vtũtur ad expiationem. Ab hoc igitur anno salutis humanæ ab aqs primordio sumpto,nostri maiores numeros scripserũt.nos vero tædiosum illorũ sermonẽ abbreuiaturi,referem⁹ origines & tpa & reges eorũ dũtaxat regnorũ,q̃ nũc magna habent in Asia,in Africa,& in Europa.In Asia celsissimũ Babylonicum,in Africa Aegyptiũ & Libycũ. Postremo in Europa quatuor nostri enumerant, Celtiberũ,id est,Hispaniæ,Celtas,id est,Gallos, Kytim q̃d illæ gentes Italicũ appellãt, &Tuysconũ,q̃d à Rheno fluuio per Sarmatas in Pontũ finit.Addũt qdã etiã quintum, Ionicũ.Necesse est igit nos ex p̃missis cõfiteri,q̃d & Chaldæi & Scythę scribũt,siccato ab aqs orbe,nõ fuisse nisi dictos octo hoĩes in Armenia Saga,& ab his omne hoĩm genus in terris seminatũ, atq; ob id Scythas recte dicere & appellare Noam oĩm deorũ maiorũ & minorũ patrẽ,& humani generis autorẽ,& chaos & semen mũdi:Tyteam vero Aretiã,id est,terrã in quã semẽ chaos posuit,ex qua tanq̃ ex terra cuncti p̃dierũt. p̃ter vero tres primores filios,Noa post diluuiũ gigãtes pluresq; filios genuit.Quare ad abbreuiãdũ plurimũ cõferet,si oĩm posteritates figurabimus,ab ipso Noa sumpto exordio.Primũ itaq; dixerũt Ogygisan Sagã,id est,illustrẽ sacrorũ pontificẽ Noam Dysir. exponit hic Annius Ogygem, id est, illustrem Noam,& Dysir,id est,ilicem. Vnde Comestor & Iosephus in primo antiquitatum:Habitauit,*inquit,Abraham circa Hebron iuxta ilicem quæ vocatur Ogygi, & dicitur ciuitas quatuor patriarcharum,quia ibi sepulti sunt Adam,Abraham,Isaac,Iacob. Ogyges itaq; * quod Noe. Concordat Xenophon,Solinus,& plures alij.

Arca.

Diluuium.

Noa pater.

EX BEROSO PRIMA FIGVRA NOE.

De gñatiõibus Noe. Tuyscon. Germanorũ pater.

Noe cognomento Ianus,Ogyges,Cœlum,ante diluuium genuit Sem,Cham & Iapheth,post diluuiũ genuit Macrum Iapetũ iuniorem,Prometheum Priscum,Tuysconem gygantem,Crana,Cranũ,Granaum,Tethym,Oceanũ,Typhoeum:genuit etiã septẽdecim Titanes.Tuyscon Germanorũ & Sarmatum pater genuit Mannũ,q genuit Ingaeuon,q Istæuon,q Hermionem,q Marsum,q Gambriuium,q Sueuum,qui Vandalum,q Hunnum,q Herculem,q Teutanem.Araxa prisca genuit Scytham priscum, à quo Napus & Prutus.Hæc Berosus. Super hoc textu Iohannes Viterbiensis dicit: Notandum q͞ omnes hi reputati sunt filij Cœli ac Terræ, siue Iani & Vestæ, siue Noe atq; Tyteæ.Et sunt numero quadragintaquinq;.Sed notanda sunt duo,q͞ Noe sibi in filios adoptauit Tuysconis posteritatem,& ideo in eius arbore ponuntur, & non aliorum nepotes,in quo præcellunt Germani & Sarmatæ,qui dicuntur nunc Tuysci à Latinis & Gallis. Sarmatæ autem populi sunt,Poloni,Gotthi,Russi,Prussiani & Daci,atq; huiuscemodi.hæc secũdum descriptionem Berosianam. De pluralitate vero vxorum Noe siue Cœli,decipitur Diodorus.Sunt eñi synonyma,Tytea,Terra,Vesta. Cũ Beroso cõcordat de Tuyscone Terra genito,Cornelius Tacitus de situ Germanorũ. Idem Iohãnes in cõmento ponit,& Hieronymus dicit,q͞ mundus & mundi formatio fit ex tempore & non ab æterno,vt ex fide atq; historia credimus.Cato vero & Diodorus in tertio libro referunt:Chaldęi sempiternum mundum opinati sunt,Phœnices vero Sagi ex tempore factum crediderunt. Primos sequitur Aristoteles,secũdos Plato & Christiana fides.Conueniunt omnes de inundatione vniuersali,quæ præcessit Ninum & auream ætatem. Aurea eñi ætas durauit annis ducentis quinquaginta,vel minus vno,à siccato orbe vsq; ad Ninum,qui omnibus bella intulit. Subsequenter Berosus in historia post pauca, Exiccata, ait,terra, Noa cum familia de monte Gordieo descendit in planitiem plenam cadauerum, & inscripsit in lapide in monimentum rem gestam, & vocant incolæ locum,Egressorium Noe. Compressis vero coniugibus, perpetuo geminos edebant,marem & fœminam,qui adulti & ipsi binos parturiebant. Neq; enim vnq̃ Deus vel natura defuit rerum necessitati. Edoctos autem Noa theologiã iam ante & sacros ritus,cœpit & eos erudire humanã sapientiã & naturaliũ rerum secreta,quæ man

Noe Tuyscones adoptauit in filios.

Germani Sarmatæ

Mundus

Noa.

mãdauit literis. hæc solis sacerdotibus Scythæ Armeni commendabãt, nec em̃ alijs fas est inspicere. Docuit item illos astrorũ cursus, & distinxit annũ ad cursum solis, & duodecim menses ad motũ lunę. Cumq́ȝ iuisset ad regendũ Kytim, id est, Italiã, desiderium sui reliqt Armenis, & ob id solum hæc duo regna, Armenum qdem, qa ibi cœpit: Italicum vero, qa ibi finiuit & docuit, illum venerãtur, simulq́ȝ cognominãt cœlũ, solem, chaos, semen mundi, patremq́ȝ deorũ, animã mundi, deũ pacis iustitiæ, expellentẽ noxia, custodientem bona. Subiungit idem Berosus ꝙ vites plantauit, & vino ebrius, à Cham derisus sit. & de infamia Cham addit etiã, Cum multiplicatũ est in immensum genus humanũ, tum Ianus pater adhortatus est principes ad quærendas nouas sedes, designauit illis tres partes orbis, Asiam, Aphricã, Europã. Cætera prosequere, prout in longum Berosus. Ex principio Berosi habes de vrbe Enos, quæ ædificata est à Cain fratricida. Huius vrbis hodie maxima & ingẽtis molis fundamẽta visuntur iuxta montem Libanũ, & vocatur ab incolis regionis ciuitas Cain, vt nostri mercatores & peregrini referunt, q in Damasco & Libano sunt assueti secundũ Iohannẽ Viterbiensem. Est etiã verum, ꝙ ab Adam primo condito, cœperunt literæ & disciplinæ, quod non ex fide tantũ, sed etiã ex gentilium historia & traditione Chaldæorũ habetur, q se astronomiam & literas habuisse ante Alexãdri monarchiã dicunt tribus millibus & sexcentis ac trigintaquatuor annis solaribus, q faciunt quadragintatria millia menstruorum. Ab monarchia autem Alexandri vsq; ad Adã colliguntur tot anni, & sub Adam sunt hæc inuenta. Et non sine causa Hieronymus dicit Moysen secutũ Chaldæos ab Adam vsq; ad Abrahã. hæc Iohannes Viterbieñ. & Hieronymus super illud Apostoli ad Hebræos, Fide intelligimus aptata esse secula.

Theologia. Philosophia. Astronomia.

Vites.

Berosus de Enos ciuitate.

Lrẽ cœperũt sub Adã, intellige Chaldæorũ & Phœnicum.

PROLOGVS IN HANC CHRONICAM.



Vbijt animũ dicta gestaq́ȝ præclariora ab exordio generis humani ad nostra vsq; cõmemorare tempora, non qdem omnium aut singularum prouinciarum siue personarum, cum hoc impossibile foret: sed earum rerum, quarũ memoratu, auditorũ animos etsi non ædificari multũ, honesta tamen illecebra permulceri speramus. Quod si quis dicit superuacuæ me rei operam dare, cum nihil scribere possim, quod prius ab eruditissimis & iam vsu probatis scriptoribus copiose eleganterq́ȝ non sit dictum aut scriptum, fateor ingenue. Sed cum pleriq; eorũ certis in locis alter alteri discrepare videatur, & nonnunquam vnus scribat, de quo alij nullã mentionem faciãt, sed & paucis exemplaria suppetãt, & si'q sint qui earũ rerũ copiã habeãt, qs quæso tot historias sine fastidio leget? Quas ob res vt aliquo honesto leuarẽ tempora labore, libuit ex his quæ in probatorũ virorum scriptis reperi, historias aliquas cõpilare, & in his pro viribus sua vnicuiq; accepta ferre, stylo qdem rudi & simplici. Scribendi vero ordinem vnde cõmodius decentiusve, nisi à Iesu Christi dñi & Saluatoris nostri generatiõibus mutuarẽ, nõ inuenio. Nam vt de diuina eius generatiõe, quã enarrare nemo præsumit, taceã, duas adhuc in sacris literis inuenimus ipsius generatiões. Quarũ vna est secundũ carnem, & carnalis dicitur: Altera secundũ spm̃, & spũalis nũcupatur. Carnalis siqdem ab Adã protoplasto originem trahit, gradatim rectaq́ȝ linea descendendo perducit ad Christũ filiũ Dei. Spũalis vero à Christo secundo Adã incipit, q carnales filios nõ habuit, sed per euangeliũ nos genuit, & perducet vsq; ad finẽ mundi. Erit igitur titulus totius operis, Liber generationũ Iesu Christi. Primaq́ȝ sui diuisiõe in duo partit volumina. Primũ volumen sexagintatres cõtinebit generatiões Christi secundũ carnẽ, ceu libros partiales, & appellari poterũt generatiões veteris testamẽti. Volumen secundũ quinquaginta fere cõtinebit generatiões Christi spũales, vel totidẽ libros, & vocari poterũt noui testamenti generationes. Hoc etem̃ ordine nõ solum exterarũ gentium, sed & in primis populi Dei ab exordio generis humani res gestas ad nostra vsq; tpa cõmodissime reor me ad Dei laudem posse cõmemorare, & sic cũ Propheta dicere: In generatiõe & generationem annunciabo veritatem tuã in ore meo. Et iterũ: In generatione & generationem annunciabo laudẽ tuã. Magna siquidẽ laus est Deo optimo maximo, nõ solũ cum bonos pręmiat, sed etiam cum malos coercet. Idcirco regula est scripturarum, inquit Hieronymus,

Titulus operis.

Diuisio libri.

Generationes duæ.

Modus procedendi.

De sex ætatibus.

Prima ętas.

mus, ponere duas generationes, bonorum & malorum. Quarum exemplis q̄d nobis expetendum sit, quidve fugiendum, edocemur. Pulchrum em̄ est, ex aliorum erratis instituere vitam nostram, & non q̄d alij egerint quærere, sed q̄d optime actum sit, nobis proponere ad imitandum. Cognitio sane ex aliorum tum secundis tum aduersis rebus percepta, doctrinam habet omnium periculorū expertem. Modus autem procedendi talis est, quod in qualibet generatione primo loco caput generationis ponitur, & mox historiæ canonicæ: deinde quæ durante generatione, per nationes varias gesta sunt, pauca de multis celebriora scribent. Et q̄a nōnulli catholici scriptores exēplo microcosmi macrocosmum, id est, maiorem mundum in sex ætates diuiserunt, & sua cuiq; ætati dicta gestaq́; attribuerunt, cumq́; hæc diuisio ab hac nostra non abhorreat partitione, curaui & ætates mundi annotare, & cuiq; ætati generatiōes sub ea concurrentes attribuere, hoc modo: Prima ætas ab Adam vsq; ad diluuiū, habet annos iuxta Hebraicam scripturam mille sexingentos q̄nquagintasex. Sed iuxta Septuaginta interpretes, quos sequi intendo, annos bis mille ducentos, quadragintaduos, generationes vero decem iuxta vtranq; editionem. Quanuis autem computatio Hebræorum videatur verior, secundum Augustinum in libro de ciuitate Dei, altera tamen Septuaginta interpretum, est nobis communior. Ideo eam secutus sum. Adam per lineam superbenedictam Christi dn̄i & Saluatoris nostri secundum carnem genuit Seth, Seth Enos, Enos Cainan, Cainan Malalehel siue Mahalalehel, Malalehel Iared, Iared Enoch, Enoch Mathusalem, Mathusalem Lamech, Lamech genuit Noe. Quæ ætas vniuersali deleta est diluuio, sicut primā cuiusq; hominis obliuio demergere consueuit ætatem. Quotus em̄ quisq; est q̄ suam recordetur infantiam? Secunda ætas à diluuio vsq; ad Abraham continet annos iuxta Hebraicam veritatem ducentos nonagintaduos: sed iuxta Septuaginta interpretes, habet annos nongentos quadragintaduos, generationes vero decem, iterum assumpto Noe: alioq̄n nouem, secundum Hieronymum. Noe em̄ per lineam Christi genuit Sem, Sem Arfaxat seu Arfachschad, Arfaxat Sale, Sale Heber, Heber Phalech siue Pælæg, Phalech Reū, Reū Saruch, Saruch Nachor, Nachor Thare, Thare Abraham. Hæc ætas quasi pueritia fuit generis populi Dei, & ideo in linea Christi iuuenta est Hebræa: à pueritia em̄ homo incipit nosse loqui post infantiam. Tertia ætas ab Abraham vsque ad Dauid, annos habet iuxta vtranq; editionem noningētos quadragintaduos, generationes vero habet tredecim. Abraham em̄ genuit Isaac, Isaac genuit Iacob, Iacob Iudā, Iudas Phares, Phares Hezron, Hezron Aram, Arā Amminadab, Amminadab Naason vel Nachschon, Naason Salmon, Salmon Booz, Booz Obed, Obed Iesse patrem Dauid. Hæc ætas velut adolescentia fuit populo Dei, in qua ætate incipit homo posse generare. Propterea S. Matthæus generationum in Abraham sumpsit exordium, q̄ & dictus est pater gentium.

Secunda ætas.

Reu dissyllabum est.

Tertia ętas.

Quarta ætas.

Quarta ætas in Dauid incipit, & vsq; ad trāsmigrationem populi Israel annos continet quadringentos octogintaquinq;, generationes vero habet decem & octo. Dauid genuit Salomonem, Salomon genuit Roboam, Roboam genuit Abiam, Abia genuit Asa, Asa genuit Iosaphat, Iosaphat genuit Ioram, Ioram genuit Amasiam, Amasias genuit Oziam, Ozias genuit Ioatham, Ioatham genuit Achaz, Achaz genuit Ezechiam, Ezechias genuit Manassen, Manasses genuit Amon, Amon genuit Iosian, Iosias genuit Iechoniam, Iechonias genuit * Iechoniam, quos tamen S. Matthæus certi mysterij gratia, quatuordecim posuit, à qua velut iuuenili ætate in populo Dei regum tempora cœpere. Hæc nanq; ætas gubernandis regnis solet apta consistere seu existere. Quinta ætas quasi senilis, à transmigratione Babylonis incipit, & durat vsque in Aduentum dn̄i: annos continet quingentos octogintanouem, sed generatiōes habet tredecim. Iechonias genuit Salathiel siue Schealthiel, Salathiel genuit Zorobabel vel Zerubabel, Zorobabel genuit Abiud, Abiud genuit Eliachim, Eliachim genuit Azor, Azor gennit Sadoch, Sadoch genuit Achim, Achim genuit Eliud, Eliud genuit Eleazar, Eleazar genuit Mathan, Mathan genuit Iacob, Iacob genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus qui vocatur Christus. In qua ætate, vt fessa senectute, gens Hebræa malis crebrioribus quassata est. Sexta vero ætas à Christo domino & Saluatore nostro incepit, nullaq́; generationum vel temporum serie certa habetur, sed vt ætas decrepita, ipsa totius seculi morte * cōsumēda. Has ærumnosas plenasq́; laboribus mundi ætates, quicunq; felici morte vicerint, septima iam Sabbati perennis ætate suscepti, octauam (vt legitur in libro de imagine mundi) beatę resurrectionis ætatem, in qua semper cum domino regnent, expectant.

Quinta ætas.

Sexta ætas.

CHRO-

CHRONOGRAPHIA

AB EXORDIO MVNDI VSQVE IN PRAEsentem diem, per Generationes veluti libros partita.

GENERATIO PRIMA

Cœpit sexta die ab exordio mundi in Adam protoplasto. Hæc est ætas prima seculi, & ad diluuiũ vsq; perdurat. Cõtinet autem annos iuxta Hebraicam veritatem, mille sexcentos quinquagintasex: secundũ Septuaginta interpretes vero, Isidorum & Bedam, & alios q̃ plurimos, bis mille ducentos quadragintaduos: Generationes autẽ decem, secundum vtranq; editionẽ. Quæ vsq; ad octo animas vniuersali diluuio est deleta. His itaq; prælibatis, in Dei nomine exordiar.



REATOR omnium ante tempora æternaliter existens, per suam omnipotentiã, voluntatẽ & bonitatẽ initio tẽporis creauit cœlũ & terram, id est, spiritualem corporalemq́; naturam, & oĩa quæ ad ornatũ eoꝶ pertinent, Solem, Lunã & stellas, ac quicquid cœli ambitu continetur. Cõsummatoq; mundo, animalia varij generis, dissimilibus formis & magna & minora vt fierẽt, imperauit. Ex quoꝶ fœtibus & aer & terra & maria cõpleta sunt: deditq́; his omnibus generatim Deus alimenta de terra, vt vsui esse hominibus futuris possint, alia nimirũ ad cibos, alia vero ad vestimẽtum: quæ autem magnaꝶ viriũ sunt, vt in colenda terra iuuarent. vnde dicta sunt iumenta. Postremo, oĩbus mirabili discretione cõpositis, simulacrũ sensibile atq; intelligẽs, quo nihil potest esse perfectius, hominẽ, sexto die figurauit ex limo terræ. Vnde homo nuncupatus est, ꝙ sit factus ex humo. Inspirauitq́; in faciẽ eius spiraculũ vitæ, & factus est cõtinuo homo in animam viuentẽ. De hac hominis fictione Poetæ quoq;, quãuis corrupte, tamẽ nõ aliter tradiderunt. Nanq; hominẽ de limo à Prometheo factũ esse dixerunt. Res eos non fefellit, sed nomen artificis. Nullas eñ literas veritatis attigerant. Sed quæ Prophetaꝶ vaticinio tradita, in sacrario dei cõtinebantur, ea de fabulis & obscura opinione collecta cõprehenderunt. Plantauerat autẽ dominus Deus paradisum voluptatis à principio, tulitq́; hominẽ ac posuit in paradisum, vt operaretur & custodiret illũ, præcepitq́; ei, dicens: De oĩ ligno paradisi comede, de ligno aũt sciẽtiæ boni & mali ne comedas. In quacũq; eñ die comederis ex eo, morte morieris. Et adductis vniuersis animantibus ad Adam, vt videret quid vocaret ea (oĩe eñ quod vocauit Adã animæ viuentis, ipsum est nomen eius) appellauit Adam nominibus suis cuncta animantia, & vniuersa volatilia cœli, & oĩes bestias terrę. Adæ vero nõ inueniebat adiutor similis eius. dixitq́; Deus: Nõ est bonũ, hominẽ esse solũ: faciamus ei adiutoriũ simile sibi. Immisit ergo Deus soporem in Adam. cũq́; obdormisset, tulit vnã de costis eius, & repleuit carnẽ pro ea. Et ędificauit dominus Deus costã quam tulerat de Adam, in mulierẽ, & adduxit eam ad Adã. Qua visa, dixit Adam: Hoc nunc os ex ossib' meis, & caro de carne mea: hęc vocabitur virago, qa de viro sumpta est. Quamobrẽ relinquet homo patrẽ suũ & matrem, & adhærebit vxori suæ, eruntq́; duo in carne vna. Benedixit aũt illis dominus & ait: Crescite & multiplicamini, & replete terrã, ac subijcite eam, & dominamini piscibus maris & volatilibus cœli, & vniuersis animantibus quæ mouẽtur super terrã. Erat aũt vterq; nudus, Adã scilicet & vxor, & nõ erubescebant. Tum criminator ille diabolus, q per superbiã nup ceciderat, inuidens opibus Dei, oĩes fallacias & calliditates suas ad decipiendũ hominẽ intendit, vt ei adimeret immortalitatẽ. Et primo mulierẽ in specie serpentis aggressus: Cur, inquit, præcepit vobis Deus, vt non comederetis ex oĩ ligno paradisi? Cui respondit mulier: De fructu lignorum quæ sunt in paradiso, vescimur: de fructu vero ligni quod est in medio paradisi, præcepit nobis Deus ne comederemus, ne forte moriamur. Dixitq́; serpens: Nequaquã moriemini, scit enim Deus ꝙ in quacunq; die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, &



Homo primus Adam.

Poetaꝶ de primo hoīe traditio.

Eua.

Serpens.

eritis sicut dij, scientes bonũ & malũ. Vidẽs itaq; mulier ꝙ bonũ esset lignũ ad vescen dum, & pulchrũ oculis, & adspectu delectabile: tulit de fructu illius, & comedit. Deditq; viro suo, qui comedit. & aperti sunt oculi eorꝝ. Cũq; cognouissent se esse nudos, consuerũt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata. Cumq; audissent vocẽ domini deambulantis in paradiso ad auram post meridiẽ, abscondit se Adam & vxor eius. Vocauitq; dñs Deus Adam, & dixit: Adam, vbi es? Qui ait: Vocẽ tuam audiui, & abscondi me, eo ꝙ nudus essem. Cui dominus: Quis indicauit tibi ꝙ nudus esses, nisi ꝙ ex ligno, de quo præceperã tibi ne comederes, comedisti? Dixitq; Adam: Mulier quã dedisti mihi sociã, dedit mihi de ligno, & comedi. Et dixit dominus ad mulierẽ: Quare hoc fecisti? Quæ respõdit: Serpens decepit me, & comedi. Et maledixit dominus serpenti. Mulieri quoq; dixit: Multiplicabo ærumnas tuas: in dolore paries filios, & sub viri potestate eris. Adæ vero dixit: Quia audisti vocẽ vxoris tuæ, & comedisti de vetito, Maledicta terra in opere tuo, spinas & tribulos germinabit tibi: quũ operatus fueris eam, non dabit fructus suos: In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terrã de qua sumptus es. Et vocauit Adam nomen vxoris Euam, eo ꝙ mater esset cunctorũ viuentiũ. Fecitq; illis dominus tunicas pelliceas, eiecitq; de paradiso, dicens: Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis, sciens bonũ & malum. Nunc ergo ne forte mittat manũ suã, & sumat de ligno vitæ & comedat, & viuat in æternũ. Et eiectis illis, collocauit ante paradisum voluptatis Cherubim, & flammeũ gladiũ atq; versatilem, ad custodiendã viam ligni vitæ. Proiecti aũt primi parentes in exiliũ, recurrũt ad humanũ solatiũ, virgines de paradiso egressi. Postq̃ vero cognouit Adam vxorẽ suam Euam, anno quoq; vitæ eorꝝ quintodecimo, natus est Cain & soror eius Calmana, gemini. Cain aũt agroꝝ cultor fuisse perhibetur, cupidissimus quidẽ ac inuidia plenus, necnon alienæ felicitatis impatientissimus. Hic duxit sororẽ suam Calmanam, vxorẽ: quod propter raritatẽ hominũ (vt Augustinus inquit) quãto antiquius, cõpellente necessitate: tanto postmodũ factũ est damnabilius, religione prohibente. Deinde post alios quindecim annos, natus est Abel & Delbora soror eius. Abel autem, quẽ iustũ & sanctũ sacra cõmemorant euangelia, ab ineunte ætate iustitiã colere & Deũ timere didicit, & in oĩbus suis operibus dominũ adesse sibi putauit. Virtutibus incũbebat, cuius cõuersatio pastoralis erat. Creditur aũt Adam, qui & prophetiæ dono florebat, docuisse decimas ac primitias offerre Deo vel sacrificia. Habuit eñi sciẽtiã omniũ quæ naturaliter sciri possunt. Verꝝ diuersis studijs iactabãtur Cain & Abel. Post multos eñ dies obtulerunt Deo munera: Cain quidẽ de culturæ germinationibus obtulerat fructũ, Abel autẽ lac & primogenita gregũ suorũ. Et quoniam vita eius & intẽtio Deo placuit, ipsius Abel oblatio Deo grata fuit, non aũt oblatio Cain. Quod manifestũ est in hoc: Inflammauit eñ Deus super sacrificiũ Abel, nõ autem sic sup Cain. Descẽdit eñ ignis de cœlo, & incendit sacrificium Abel, non aũt Cain. Quapropter indignatus est Cain, ꝙ Abel fuisset sibi à Deo prælatus. Ideo increpauit illũ dominus, & ait: Quare cõcidit vultus tuus? Nõne si bene egeris, recipies præmiũ? Sin aũt male, statim præ foribus peccatũ tuũ aderit. Sed tamen quia liberi es arbitrij, sub te (id est, in potestate tua) erit appetitus eius, (id est, peccati) & tu dominaberis illius, si voles. Inuidens aũt Cain fratri suo, dixit ad eũ: Egrediamur foras in agrũ. Et tunc cõsurrexit aduersus eum, & interfecit. Et dixit dominus ad eũ: Vbi est Abel frater tuus? Cain hæsitante, nec habente quid respõderet. Et quũ dominus vehementer instaret, indignatus ille, ait: Nũquid custos fratris mei sum ego? Dixitq; Deus: Quid fecisti? Ecce vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nũc igitur maledictus eris, vagus & profugus eris super terram. Dixitq; Cain ad dominũ: Maior est iniquitas mea, q̃ vt veniã merear. Omnis qui inueniet me, occidet me. Dixitq; ei Deus: Nequaq̃ ita fiet, sed oĩs qui occiderit Cain, septuplũ punietur. Alia translatio habet: Oĩs qui occiderit Cain, septem vindictas exoluet. Et posuit Deus signũ in Cain tremorem capitis. Tunc egressus à facie domini, habitauit ad plagam orientalẽ Eden, id est, deliciarũ terrã versus. Eoq; loci humano genere multiplicato, pro incremento mali suos familiares ad latrocinia inuitans, opes (vt Iosephus in primo ait) ex latrocinijs & rapinis nonnullas cõgregauit. Et suorũ doctor in his studijs extitit. Ibiq; hominũ simplicitatem ex inuẽtione ponderꝝ & mensuraꝝ permutauit, eosq; in calliditatẽ & corruptionem perduxit. ibidem quoq; terræ terminos primus posuit, ciuitatemq; constituit, & ab filio suo Enoch Enochiã appellauit, eamq; muris cinxit, & illuc suos oẽs venire coegit, Genes. iiij. Homines enim antea tanquã inermes & nudi erant. Nec contra homines aut bestias tuti, nec receptacula cõtra frigus seu æstum habẽtes, sibi naturali quadã solertia receptacula excogitauere. Vnde & tuguria quædam

Eiectio hominis de paradiso.

Cain nascit

Abel.

Homicidiũ primum. Cain fratricida.

Ciuitas prima Enochia siue Enoch.

dam atq; casas sibi fabricantes ex virgulis & arundinibus cõstruxere, quibus eorũ vita tutior haberetur. Itaq; in his duobus primis filijs Adæ, ortum habuerunt duę ciuitates, quas (vt ait Augustinus) fecerunt amores duo. Terrenã fecit, amor sui vsq; ad contemptũ Dei: Cœlestem fecit, amor Dei vsq; ad contemptũ sui: denique illa in seipsa, hęc in domino gloriatur: ad illam pertinet Cain, qui primo natus est, & ciuitatẽ condidit: ad istam pertinet Abel, qui secundo natus est, & tanq̃ peregrinus hic cõuersatus. Cœlestem ciuitatẽ primus condidt, & pro iustitia martyr est effectus. Inchoauitq; ecclesiam, quia in gratia & in scientia Dei permansit. Si enĩ ab Adam inchoata fuisset, non foret continua, sed discontinuata per lapsum eius, & ita à peccatore incepta. Adam itaq; & Eua primi omniũ parentes, triginta super nongentos vixerũt annos: & præter Cain, Abel & Seth (vt ait Augustinus de Ciuit. Dei) cũ sororibus suis, quas scriptura commemorat, triginta alios genuerunt filios. Sed Methodius martyr illum cẽtum genuisse refert. Hic autem Adam vnà cum vxore, propter inobedientiæ reatũ, maximam cunctis diebus vitæ suæ fecerũt pœnitentiã. Quamobrẽ non modo Dei misericordiã consequuti sunt, sed etiam prophetiæ donum accipere meruerunt. Vnde & de Christi Ecclesięq; coniũctione, deq; diluuio futuro, & de incendio per ignem iudicij, prædixere multa, liberisq; suis ac nepotibus retulere, quibus & iustitiæ præcepta tradiderunt. Demũ infirmitate correptus Adam, Seth filio atq; alijs filijs & successoribus suis interdixit, ne eius filij cum Cain fratricidæ filijs cõmiscerentur. Illũ quoq; pro oleo misericordiæ impetrando, ad paradisum trãsmisit. Tandem anno 930. in senectute bona deficiẽs, in Ebron ciuitate *Arabiæ sepulchro marmoreo (vt Egesippus scribit) sepelitur: in quo postmodũ & Eua vxor sua, Abraham & Sara, Isaac & Iacob cum eorũ coniugibus sepulti perhibentur. Alij autem in monte Caluariæ Adam esse sepultum volũt, quo in loco (vt scribit beatus Ambrosius) dominus postea crucifixus est. Ea ex causa apud pictores inoleuit, caput Adæ ad crucifixi pedes depingi.

Ciuitates duæ.
Ciuitas reprborum.
Ciuitas bonorũ.
Ecclesia.
Adã & Eua gñauerunt plures.
Adã pphetiæ donũ habuit.
Adã morit.
*Arbeæ

GENERATIO SECVNDA.

Secundum Hebræos, Adam cum esset annorum CXXX. genuit Seth.

ANno CCXXX. ab exordio mundi, in Seth filio Adæ incepit per lineam Christi, secunda generatio. Adam enim, qui primus de terra factus est, Abel extincto, Cain vero propter necem eius fugato, post luctũ cẽtum annorũ de procreatione filiorũ cogitabat, vt scribit Iosephus, genuitq; Seth inter alios filios plurimos. Qui Seth bene moratus, & à pueritia bene institutus, & perueniens ad ætatẽ, qua iam posset ea quæ bona sunt discernere, studuit virtuti. Et quũ fuisset vir egregius, imitatores sui filios reliquit. Qui om̃es quũ boni fuissent orti, in eadem terra sine vexatiõe viuentes, felicissime cõmorati sunt, nihilq; eis vsq; ad vitæ terminum crudele euenit. Disciplinam vero cœlestiũ rerum & ornatũ eorum primitus inuenerunt. Et ne dilaberentur ab hominibus, quæ ab eis inuenta fuerunt, aut anteq̃ peruenirent ad cognitionem, deperirent: quum prædixisset Adam exterminationem omnium rerũ, unam ignis virtute, alteram aquarum vi ac multitudine venturam, duas fecerũt columnas: alteram ex lateribus, alteram ex lapidibus: ambabusq; inuenta descripserunt, vt etsi constructa ex lateribus, exterminaretur ab imbribus, saltẽ lapidea permanens, præberet hominibus scripta cognoscere. Vnde lapidea permanet hactenus in terra Syrię. Ex hoc habetur, exordium literarũ ab ipso primo homine cœpisse, qui adhuc supererat, quando filij eius in sapientię studio feruebant. Et isti quidem septem generationibus permanserunt, Deum iudicantes dominum esse omnium, & ad virtutem semper respicientes. Ideo specialiter dicũtur generationes Adæ, vt in illa deducatur Christi saluatoris nostri linea. Seth vero Adæ filius, & ipse quinto supra ducẽtesimum vitæ suæ anno genuit Enos: dehinc superuixit annos septingentos & septem, & alios genuit filios & filias. Et quum vixisset nongentos & duodecim annos, defunctus est. Hic Seth resurrectio interpretatur: quia in eo semen iustum resuscitatum est, stirps filiorum Dei. Et patris sui Adę imperium, dum viueret, semper exequutus est. Vnde antequam moritur, cognationem suam à Cain cognatione omnino separauit.

Seth bon⁹.
De duabus columnis.
Literarum exordium.
Seth genuit Enos.

GENERATIO TERTIA.

Secundum Hebræos, Seth vixit 105. annis, & genuit Enos. Et sic ab exordio mundi anno 235. in Enos generatio tertia incepit.

ANno CCCCXXXV. ab exordio mũdi, in Enos filio Seth incepit tertia Christi generatio. Iste Enos, primus incepit inuocare nomen domini. Forte aliqua verba deprecatoria inuenit, aut imagines fecit pro colẽdo deo, sicut modo in Ecclesia fieri consueuit. Hic centesimo nonagesimo anno genuit Cainan. In hac genera

Nomẽ dñi.

nera

neratione Cain inter reliquos filios & filias Enoch filium habebat, à quo Enochiam primam ciuitatem appellauerat. Enos autem postquam vixisset 950. annos, mortuus est, vir omni laude dignissimus.

GENERATIO QVARTA.

Secundum Hebræos, Enos vixit annis 90. & genuit Cainan, & sic secundũ eos ab exordio mundi anno 325. in Cainan incepit quarta generatio.

Cainan. ANno vero 625. à mundi exordio, in Cainan filio Enos per lineam Christi incepit IIII. generatio. Enos em̃ cētesimo nonagesimo ętatis suæ anno genuit Cainan. Iste Cainan, natura Dei interpretatur. Et ipse septuagesimo supra centesimum vitæ suæ anno genuit Malalehel. Et quum nati essent sibi filij & filiæ, facti sunt omnes dies Cainæ, decem & nongenti anni. Genes. 5.

Mahalaleel hebraice.

Cum Caina vero concurrit Iared filius Enoch, filij Cain.

GENERATIO QVINTA.

Cainan secundum Hebræos vixit annis 70. & genuit Malalehel: & sic secundũ eos ab exordio mundi anno 395. incepit quinta generatio.

Malalehel. ANno DCCC.XV. à mundi exordio, in Malalehel filio Cainæ incepit quinta generatio. Hic Malalehel plantatio Dei interpretatur. in linea Christi natus est ex Caina. Vixit autem centum sexagintaquinq; annos. & genuit Iared filiũ, alios quoq; genuit filios & filias. & facti sunt omnes dies Malalehel, octingenti & nonaginta anni.

Concurrit cum eodem Malalehel, ex linea Cain Mananehel filius Iared.

GENERATIO SEXTA.

Secundum Hebræos Malalehel vixit 65. annos, & genuit Iared. & sic secũdum eos, ab exordio mundi anno 460. incepit sexta generatio.

Iared. ANno 980. à mundi exordio, in Iared filio Malalehel, per lineam Christi sexta incepit generatio. Hic Iared interpretatur descendēs, siue roborans, vel soporās. Et anno centesimo sexagesimosecundo vitæ suæ, genuit Enoch filium. Factiq; sunt omnes dies Iared, nongenti sexagintaduo anni, relinquētis plurimos filios ac filias, & mortuus est.

Cum Iared cōcurrit per lineā Cain Mathusalem, qui genuit Lamech, aliosq; reliquit filios ac filias, & mortuus est.

GEENRATIO SEPTIMA.

Iared vixit 162. annis secundum Hebræos, & genuit Enoch. & sic septima generatio incepit anno ab exordio mundi 622.

Enoch. ANno vero 1142. ab exordio mundi, in Enoch filio Iared per lineam Christi septima incepit generatio. Iste Enoch cētesimo sexagesimoquinto ætatis suæ anno genuit Mathusalem. Ambulauit autē Enoch cum Deo, septimus ab Adam per Seth. Huius vero tempore filij Seth viri optimi, in pręceptis patris cum simplicitate cordis perseuerantes, à filijs Cain pessimis quidem & in om̃em luxum prolapsis, multa mala passi sunt. Prophetauit autem Enoch, dicens: Ecce venit dominus in sanctis *nubibus suis facere iudicium contra omnes. & arguere impios de omnibus operibus impietatis eorũ. Hunc Iudas apostolus in epistola sua nonnulla scripsisse refert, quæ ab antiquitate *susceptę fidei à patribus refutata sunt. Porro Enoch Deo placuit, & raptus est in paradisum seu trãslatus. Viuit autē in paradiso in corporis & spiritus tranquillitate, cum Helia vsq; ad tempus Antichristi, exiturus ad fidei defensionem. Vixit aũt temporibus Enoch, Lamech filius Iared, per lineā Cain septimus ab Adā. Vnde sicut Enoch septimus ab Adam per lineam Seth, fuit optimus: ita Lamech ab Adā septimus per lineā Cain, fuit pessimus. Ipse em̃ Lamech primus introduxit bigamiā contra naturæ institutionē, quæ fuit, vnus cũ vna. Dictũ em̃ fuit ab Adam spiritu prophetico: Erunt duo in carne vna. Ille autem duas habuit vxores: nomen vni Ada, & nomen alteri Sella. Ipse etiā Cain occidit: Nam quũ senex factus esset, ac cæcutiens, cũ puero ductore exiuerat in campũ ad venandũ, tamē non pro carnibus, quia illis tunc nō vescebātur homines, sed pro pellibus quibus induebātur. Eo loci tūc Cain intra fruteta latebat casu, & quod semper in timore erat: quē vidēs iuuenis, suspicatus est esse bestiā, ideo dixit Lamech, vt illuc dirigeret iaculum: quo facto, interfecit Cain. & quũ hoc intellexisset, iratus, verberauit puerum ac interfecit. Postea vero reuersus ad vxores suas, dixit lamentādo: Quoniam occidi virum in vulnus meum Cain, & adolescentulũ in liuorē meum: septuplũ vltio dabitur de Cain, de Lamech vero septuagies septies. Iosephus tamen scribit, quod Lamech anteq̃ occideret Cain, talia verba dixerit vxoribus suis. Occidit aũt & Cain, & puerum, vtrunq; in liuorē suum, id est, in damna

Mathusalē. *millibus. Enoch ĩ paradisum raptus. Enoch optimus. Lamech bigamia. Cain interficitur.

mnationẽ. Et ideo cum peccatũ Cain punitũ esset septuplum, suũ punitũ est septuagiessepties, id est, septuaginta animę & septẽ de Lamech egressæ, in diluuio perierũt. Et secundũ Hebræos, mulieres suæ sæpe male tractabant eum. Vnde ipse iratus dicebat se pati hæc pro duplici homicidio, terrebat tamen eas, dicendo: Cur me vultis interficere? grauius punietur qui me interficit, q̃ qui Cain, secundum Magistrum in historia. Genuit autẽ Lamech ex duabus vxoribus LXXVII. filios & filios. Horum filiorum *Iabal & *Iubal ex Ada fuerunt, & ex Sella Tubalcain, qui habebat sororẽ Noemam, de quibus in sequenti generatione dicetur. *al' Iabel *al' Tubal Noema.

GENERATIO OCTAVA.

Enoch secundũ Hebræos vixit annos 65. & genuit Mathusalẽ. Et secundũ eos ab exordio mundi in Mathusalem anno 687. incepit octaua generatio.

ANno 1307. à mundi exordio, in Mathusalem filio Enoch per lineã Christi octaua cœpit generatio. Iste Mathusalem antiquissimus fuit omniũ quos scriptura cõmemorat. Vixit enim 969. annis. de eo tamen diuersæ opiniones fuere. nam secũdum Septuaginta interpretum cõputationem vixisset 14. annis post diluuiũ. Sed non legitur fuisse in arca Noe. Hieronymus vero asserit, ꝙ eodem anno diluuij mortuus sit, septemq́ diebus ante diluuium sepultus. Quidam dicunt eum cum Enoch raptum. In numero vero annoꝝ ætatis suæ, om̃es cõcordant. Sed qui dicunt eũ translatum fuisse, addũt, donec diluuium præterierit. Eius etiam tẽporibus, filij Dei, id est, Seth, filias Cain concupiere, & mala multiplicata sunt super terram. Hic Mathusalẽ 167. anno genuit Lamech, & alios etiã multos filios & filias, & mortuus est, Genes. 5. Porro Mathusalẽ propter quingentos annos adhuc vitæ suæ, noluit domũ ædificare. In hac generatione floruerũt filij Lamech per lineam Cain. Iabal eñi filius Lamech ex vxore Ada, incepit condere tentoria pastoralia ad mutandũ pascua pro gregib⁹ nutriẽdis, nil nisi carnalia meditãs. Hic greges ordinauit, & characteribus distinxit, separauitq́ oues ab hœdis, & cõmissuras certis tẽporib⁹ intellexit. Iubal vero frater Iabal, filius Lamech ex Ada, hic dicitur pater canentiũ in cithara & organo, quia musicã inuenisse dicitur, non tamen instrumenta musicalia inuenit, secundũ Comestorẽ, sed consonãtias inuenit, vt labor pastoralis, quẽ frater suus Iabal peramauit, in delicias verteretur. Postea tamẽ multi inuenerũt diuersa instrumẽta musicalia & consonantias, sicut Moyses de sonitu aquaꝝ dicitur melodias perpendisse. Sunt tamen qui dicant, ꝙ Arcades populi per calamos breues & lõgos primi excogitauerint cantum. Laertius vero id repertũ dixit tempore Pythagoræ philosophi. Tubalcain autẽ Lamech filius ex Sella vxore, artẽ ferrariã primus inuenit, res bellicas exercuit, sculpturas in metallis in libidinẽ oculoꝝ fabricauit, sumens exẽplum à natura ex opere fruticũ, sicut frater suus Iubal ad voluptatẽ auriũ consonantias adinuenit. Noema filia Lamech ex Sella, artẽ variæ diuersæq́ texturæ inuenit, lanã & linũ in fila traxit, & pannum texuit. nam antea pellibus bestiarum vtebãtur. Et ex his notant aliqui, ꝙ om̃es artes vel scientiæ seculares, liberales, siue mechanicæ vel physicæ, humanæ curiositati deseruientes, à filijs Lamech leguntur inuentæ. Et sic filij adulterini primum subtiliores alijs fuere. Volunt aliqui duas columnas, lateritiam & lapideam, ab his factas, & artes seu scientias inuẽtas, his insculptas, ut cõseruarẽtur contra ignem in lateritia, contra aquas in marmorea. Sed Iosephus asscribit hoc inuentum Seth & filijs suis, quem allegat Comestor, & tamen de Seth tacuit.

Mathusalẽ. Mathusalẽ genuit Lamech. Iabal. Iubal. Musica. Tubalcain. ferraria ars Noema. Artiũ origo.

GENERATIO NONA.

Mathusalẽ. secundũ Hebræos, vixit centum octogintaseptem annos. & genuit Lamech. & sic secundũ eos ab exordio mũdi anno 874. incepit nona gñatio.

ANno vero 1474. à mundi exordio, in Lamech filio Mathusalẽ nona incepit generatio. Lamech vero cum esset annorum 182. genuit Noe. Quem cum genuisset, dixit: Iste consolabitur nos à laboribus manuum nostrarũ in terra cui maledixit dominus. Et genuit prẹter Noe, filios & filias. Et cum vixisset septingentos & 77. annos, tradidit principatum Noe filio suo, & mortuus est. Eius autem tẽpore gigantes erant super terram, viri famosi & incredibilis fortitudinis, scientes bellum.

Lamech. Noe.

Cum autem in hac prima ætate tam multis vixerint homines annis, dixit Varro, apud Aegyptios pro annis menses haberi, quod argumentum perspicue falsum est. Nemo enim tunc millesimum annum transgressus est: modo qui ad centesimum annum perueniunt, quod sæpe fit apud nos, mille ac ducentis mensibus viuunt. Si ergo computarentur pro annis, sequeretur magna absurditas. Reprobat hoc idem B. Augustinus in lib. de ciuit. Dei. per id q̃d dicitur Gen. 7. Secundo, ait, mense, die 17. mensis illius. vbi ostẽditur, annos illoꝝ similes fuisse nostris in numero dierum.

De annorũ cõputatiõe.

GENERATIO DECIMA.

Anno ab exordio mūdi 1640. & paucis supra nat⁹ est Noe, & hoc secundū Septuagintā: vel secūdum Philonem, 1656. Sed secundū Hebraicā veritatē,

ANno 1056. ab exordio mundi, natus est Noe ex Lamech per lineam Christi, & in eo incepit decima generatio. Hic factus est homo iustus, ingenij mitis, integer & misericors, unde inuenit gratiam coram domino. Qui cum esset qngentorum annorum, tres genuit filios, Sem videlicet, Cham, & Iapheth. Tunc quidē gigantes erant super terram, & cuncta hominum cogitatio prona erat ad malum omni tempore. Noe tamen diuini honoris & iustitiæ amator, ægre tulit Dei offensas. Vnde & si Seth diebus suis separauerit cognationem suam à cognatione Cain, præcepto patris sui Adam, tamen tempore procedente etiam ad mala progressi sunt, neque legitimos honores vlterius prębentes Deo, neq; circa homines iustitiam facientes. Sed zelum quem prius habuerunt pro virtute, in duplam malitiam postea per ea quæ gerebant, conuerterunt. Sed & passim præcepta Seth transgressi, filijs Cain se miscuerunt. Vnde scribitur, q̄ vidētes filij Dei (id est, filij Seth, quasi fideles) filias hominum, (id est, filias Cain, quæ erant curiosæ, dissolutæ & lubricæ) ceperūt sibi vxores ex omnibus quas elegerant. Noe vero semper agebat, vt ad meliora eorū mentes actusq; trāsferret. Quum ergo videret non acquiescentes ad talia, sed vehementer eorum malorum libidine detineri, metuens ne ipsum q̄q; cū vxore & filijs & suis omnibus interficerent, discessit ab ea terra, vt narrat Iosephus. Deus itaq; Noe iustitiā dilexit, condēnauit autē non solum illorū malitiam, sed & omne genus humanū. Inter quos multi erāt gigātes. Statuit itaq; humanū genus diluuio perdere, sed tamen ad multitudinem reparandā elegit vnum, qui, corruptis omnibus, singulare iustitiæ supererat exemplum.

Sem. Cham. Iapheth.

De gigātib.



Arca Noe.

Hic cum quingentorum esset annorum, pręcepto Dei incepit fabricare arcam, in qua saluaretur ipse cum filijs suis prædictis & vxoribus eorum, & ex omnibus animātibus terræ & volatilibus aliqua in sexu masculino, aliqua ī fœminino, ab aqs diluuij. Datiq; sunt centum viginti anni ad reuertendum. In quibus Noe obediēs Deo, fabricauit arcam, pręd icās verbo & facto hominibus pœnitentiam, vt euaderent Dei sententiā. Sed quia non se emendabant, sed deteriores fiebāt, abstulit Deus viginti annos (vt ait Iosephus) de tempore promisso, & in capite *centū annorum, diluuium immisit. Sexcentesimo igitur vitę suę anno Noe, cōportatis secū his, quæ sibi pro solatio vitæ suæ necessaria erant, cunctorū quoq; animaliū ad seruandum genus eorū, masculos simul & fœminas pariter introduxit, aliorū vero animaliū septuplū numerū. Ipse deniq; & filij eius, vxor eius & vxores filiorū suorum, primo die secundi mensis, qui est Aprilis, per septem ante dies q̄ dominus plueret super terram, ingressus est in arcam. Quo ingresso, factum est diluuium maximum, per annū ferme occupans terram. Et deleuit omnem carnem de terra, quæ sub cœlo est. Noe vero solus cum suis saluatus est. Requieuit tandem rursum imminutis aquis, arca super montes Armeniæ mēse septimo. Emisitq; Noe coruum de arca, vt videret si iam cessassent aquæ. Qui nō est reuersus. Emisit exinde post dies aliquot columbam, quæ cum non inuenisset vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad eum in Arcam. Expectās autem vltrà septem diebus alijs, rursum dimisit columbam ex Arca. At illa venit ad eum ad vesperam, portans ramum oliuæ virentibus folijs in ore suo. Intellexit ergo Noe, quod cessassent aquæ super terram. Manensq; adhuc alijs septem diebus, animalia ex Arca dimisit. Et ipse cum generatione sua simul egressus, gratias domino egit, & sacrificans Deo, cum suis epulabatur. Eum autem locum Armenij Egressoriū vocant. Illic eīn Arcæ saluatæ reliquias per multa tēpora prouinciales ostenderunt.

*cētesimi anni

Diluuium.

Noe itaq; egressus, metuensq; ne per annos singulos dominus diluuiū induceret, omniaq; deleret, statim altare erexit, & sacrificans rogabat dominū, vt nullam vlterius huiusmodi vastationē induceret. Cui apparens dominus, dixit: Cessabo decætero ab hominibus pro suis inqtatibus pœnas exigere, q̄maxime te rogante. In cuius rei signum, arcū meum ponam in nubibus cœli. Ac sic illo diluuij anno prima seculi ætas ter-

Egressio Noe de Arca.

terminata est, ab Adam vsq; ad diluuium inclusiue. In libro dicto Rudimenta nouitiorum, cap. 15. de ætate prima: Ab ipso Adam vsq; ad Noe, nec pluit nec hyems fuit, sed omni tempore aeris temperies & omnium rerum abundantia, quæ post diluuium sunt corrupta. Et Petrus Comestor super Gen. de egressione Noe, dixit dñs ad Noe, Non vltra maledicam terræ &c. Tempus autem sementis & messis, frigus & æstas, nox & dies non requiescent: Sed neq; vsq; diluuium aquæ fuerunt collectæ in nubes, sed postea, ideo dixit Deus: Arcum ponam in nubibus.

EX BEROSO BABYLONICO, CHALDAEO HISTORIOGRAPHO.

De hoc vniuersali diluuio meminit Berosus, de quo supra ante procemiũ seu præfationem totius operis abbreuiate scripsi. Et quemadmodũ Noa seu Ianus, q̃d idem nomen est, siccata terra, plures filios genuerit, filijq; sui primores & posteriores generationi vacauerint. Et q͂ tũc antea edoctos theologiam & sacros ritus, cœpit etiam eos erudire humanam sapientiam, & naturalium rerum secreta, astrorumq; cursus: ob quæ illum existimauerunt diuinæ naturæ esse participem, ac propterea illum Olybana ac Arsa, id est, Cœlum & Solem, cognominauerunt. Et cum multiplicatũ esset in immensum genus humanum, idem Ianus pater adhortatus est homines principes ad quærendas nouas sedes, & cœtum hominum augendũ, & ædificandas vrbes. Designauit itaq; illis tres partes orbis, Asiam, Aphricam, & Europam, vt ante diluuiũ viderat. Singulis aũt principibus singulas partes, ad quas irẽt, partitus, ipse per totum orbem colonias se traducturum pollicitus est. Hæc ille. Autor est Aristoteles, vsus Homeri testimonio Politicorum primo, principio gentes & deos ab vno rege cœptos regi, & in familijs senissimum quenq; regem fuisse. Ergo docuit principes coloniarum senissimus cosmographiam, quã viderat ante diluuium, vt sciret quisq; in quem locum suas colonias ducturus esset. Eo tempore (vt Philo Hebræus de multiplicato humano genere tradit) ipse Ianus cum tribus filijs & multis colonijs in Pontum venit, & ratibus circũlustrauit omne mare mediterraneum, ostendens primo Sem littus omne Asiaticum, à Tanai per Bosphorum vsq; ad Nilum Aegypti, & Camesi à Nilo littus Aphricę vsq; in angustias Oceani & Gadium, Iapeto autem om̃e littus Europę à Gadibus vsq; Tanaim. Et decennio posteaq̃ à Tanai discesserat, in eundem locum redijt, lustrato mari, & primis colonijs positis, & reuersus in Scythiam, ordinabat alias colonias. Conuenit in hoc Cor. Tacitus de situ & moribus Germaniæ, dicens prifcos, cum nouas sedes quærerent, non terrestri itinere, sed mari ratibus aduectos fuisse. Facit & mẽtionem de Tuyscone nepote Noe, cui Sarmatæ, & Germania vsq; ad Rhenum cessit, secundum Berosum. Aurea tum ætas erat, de qua Fabius Pictor illustris scriptor: Aurea, inquit, ætas primo ortu generis humani fuit sic dicta, q͂ posterioribus seculis comparata, æque atq; aurum inter metalla effluxit. Eam cœpisse sub Ogyge ante Ninum circiter 250. annis, Xenophon atq; maiores prodiderunt. de hoc etiam Maseas Phœnix Damascenus 97. lib. cuius meminit Iosephus in antiquitatibus. Ante Ninum ferme 200. annis & 50. fuisse inundationem terrarum, & quẽdam cui testimonium perhibet Moseus, liberatum, tumq; recẽti cœlo & rudi humano genere vixisse auream vitam, in qua nullo ferente legem, natura ipsa viuebat, quousq; Ninus & Semiramis arma populis inferentes, primi vitam vitiare humanam cœperunt. Tradũt itaq; Chaldæi, vno & trigesimo atq; centesimo ab Ogyge anno, regnasse apud se Saturnum auum Nini, annis 56. primumq; Babyloniæ fundamenta iecisse, hunc secutum filium Belum Iouem, rexisse Chaldæos & Assyrios annis 62. Ninũ vero 52. Hæc Maseas. Et pro intellectu sciendum, q͂ Xenophon de æquiuocis ita scribit: Saturni dicuntur familiarum nobilium regum qui vrbes condiderunt, senissimi: primogeniti eorum, Ioues & Iunones: Hercules vero, nepotes eorum fortissimi: Patres Saturnorum, Cœli: Vxores Cœlorum, Vestæ: Saturnorum vxores, Rheæ. Quot ergo Saturni, tot Cœli, Vestæ, Rheæ, Ioues, Iunones, Hercules. Idem quoq; qui vnis populis est Hercules, alteris est Iupiter. Nã Ninus qui Chaldæis est Hercules, fuit Assyrijs Iupiter. Est etiam notandum, vt Berosus scribit, Xenophon & fere oĩs antiquitas, q͂ idem sunt Noe, Noa, Ianus, Ogyges, Vertumnus, Cœlum, Sol. Natus est igitur Saturnus ex hoĩe, cui Cœlũ nomen erat, quẽ etiã Vranũ Græci vocãt. Vesta etiã idem est q̃d terra. Notandũ quoq;, q͂ Saturnũ ponũt pro Nymbroto, id est, Nemroth.

De hac aurea ætate oẽs cõsentiũt latini, de qua Ouidius: Aurea prima sata est ætas.

Diluuium. Noe. Theologia. Philosophia. Tuyscon. De aureo seculo. De æquiuocis. Ioues. Hercules. Ninus. Noe. Noa hebraice. Ianus. Cœlum.

GENERATIO VNDECIMA.

Et quoniam generatio Noe satis oncrata videtur, ideo in Sem adhuc viuente patre, præter institutũ, generationem vndecimam exordiri statui. In qua acta Noe, simul & Sem, fratrumq; suorum, intendo exarare quàmbreuissime,

Ab Adam vsq; ad diluuium, fluxerunt anni mille sexcenti quinquaginta sex, secundum Hebraicam veritatem. Secundum vero Septuaginta interpretes, quibus Philo, Berosus, Metasthenes & Moyses contradicūt, numerātur anni bis mille ducenti quadraginta duo. Prima supputatio verior est, altera videtur esse communior.

Sem. Aetas secunda.

ANno ab exordio mundi 2243. ætatis vero Noe 601. in Sem filio Noe primogenito, Saluatoris nostri vndecima currere incepit generatio. Hæc fuit ætas secūda seculi, à diluuio incipiens, & perdurat vsq; ad natiuitatē Abrahæ, annos habens iuxta Hebræos, ducentos nonagintaduos. Porro secundum Septuaginta interpretes, Isidorum, Bedam, & alios quos sequor, nongētos quadragintaduos. Habebit aūt hæc ætas decem generationes, Abraham incluso: alioquin duntaxat 9. vt refert B. Hieronymus. Sem biennio post diluuium genuit Arfaxad. Vixit aūt adhuc Noe summus pontifex & imperator oīm maximus. Egressusq́;, diluuio iam peracto, vnà cum filijs tribus & vxore & filiorum vxoribus ex arca, confestim altare ædificauit, ac de cunctis pecoribus volucribusq́; mundis holocausta dn̄o obtulit. Odoratus aūt dn̄s suauitatem sacrificij illius, benedixit illi ac filijs suis, dicens: Crescite & multiplicamini, terrorq́; vester sit sup cuncta animantia. & subiunxit: Omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibū. quasi olera virentia tradidi vobis oīa, excepto φ carnem cum sanguine non comedetis. Quicunq; effuderit sanguinem humanū, fundetur sanguis illius: ad imaginē quippe Dei factus est homo. Cœpit tum Noe exercere terrā, & cuncta animātia admittere ad pascua. Cumq́; (vt aiunt) hircum caprarum in Coricum Ciliciæ montē misisset, labruscas ibidem inuenit & comedit, de quo inebriatus, mox reliqua animantia cornibus petere cœpit. Inde Noe virtutē inesse coniectās, mox labruscam, sanguine leonis, porci, agni & simiæ addito, inseruit, ex quo labrusca in bonam vineam conuersa, fructum fecit perfectum. At Noe vindemiauit, ac ad vsum vino deducto, sacrificans, fecit conuiuium magnum. Inebriatus autem ex illo, statim tanq̄ agnus in soporem solutus, & inhoneste nudatus iacebat. Videns autē Cham patris verenda nudata, irridendum eum fratribus nunciauit & ostēdit. At Sem & Iapheth filiali pietate & pudore commoti, pallium imposuerunt humeris suis, retrorsumq́; incedentes, verenda patris operuere. vertebant enim facies, ne patris virilia viderent. Quod cum sobrius Noe intellexisset, duobus quidem filijs Sem & Iapheth felicitatem optauit, Cham vero in eius prole maledixit, & (vt Iosephus refert) abdicauit atq; expulit, imprecansq́; ait: Maledictus Chanaan, seruus erit fratribus suis. Sed benedict⁹ Sem, sit Chanaan seruus eius. dilatet Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem, sit Chanaan seruus illius. Hoc tempore diuisum est genus humanum in tria: in liberos, in milites, in seruos: vel vt alij volūt, In sacerdotes, in milites, & seruos. Vnde quidam versificator in persona Noe ad filios sic ait:

Homicidiū. Noe. Noe inebriatus est. Seruitus prima. Diuisio generis humani. Sacerdotes. Milites. Serui.

Sem	Iapheth	Cham
Tu supplex ora,	Tu protege,	Tuq́; labora.

Refertq; idem, diabolum dotem his tribus adiecisse, dicens:

Ad sacerdotes	Ad milites	Ad rusticos
Tu fornicator,	Tu prædo,	Tuq́; lecator.

Vini inuentor.

Ex præmissis patet, falsum esse q̄d Poetæ scribunt, Liberū patrem vini primū repertorem fuisse, & ideo pro Deo habitum, quum Noe longe præcesserit eum, qui vinum plantauit. de quo tamē mox pœnā persoluit. vnde Ambrosius, & habetur in ca. sexto die 35. di. Nec vinum, inquit, pepercit suo autori. Et post pauca: Nō esset hodie seruitus, si ebrietas non fuisset. Vixit autem Noe post diluuium 350. annis feliciter, & cum annos compleuisset 950. mortuus est. Et præter Sem, Cham & Iapheth, reliquit filios & filias, viditq́; de filijs filiorum, & ex illis descendentibus, 24. millia virorum centumq́;, exceptis mulieribus & paruulis. Ex tribus quoq; filijs Noe, Sem, Cham & Iapheth, 72. gentes procreatę sunt, vt patet Gene. 10. Harum autem gentium vocabula partim manserunt, partim temporis vetustate mutata sunt.

De morte Noe.

Noe quoque genuisse legitur quartum filium, quem vocauit Ionichum, qui natus est ei tertio anno post diluuium, de quo Moyses tacet. Hunc omnes testantur virum fuisse ingenio eminentissimum, & astronomum maximum. Qui primus omnium, siderum cursus & stellarum habitudines contemplatus est. Qua quidem disciplina ortum pariter & occasum quatuor regnorum principalium præuidit & docuit. Et quō filij Cham in Assyria primū, & post illos filij Sem in Persia & Græcia, postremo Iapheth filij regnaturi essent in Europa. Cui cū pater (vt Methodius scribit) nō partes inter fratres, sed munera dedisset, cōfestim in Ethan terram discessit, ibiq́; regnās, gentē haud paruā cōstituit. Hæc tum Heliopolis, id est, solis ciuitas dicta est. Ad quē nonnulli

Ionichus pphetizat de quatuor regnis. Astronomia.

nonnulli filiorum Iapheth viri clarissimi accedentes, ciuitatem ipsi Ionicho extruxere, & eius ex nomine Ionicham appellauere. Hic inter cęteros Nemroth gigantē habuit discipulum, quem & docuit quomodo super filios & genus Cham regnare posset. Et propterea inter Nemroth videlicet Assyriorum & Ionichi regna, sem҄p maxima pax erat. Ionicho aūt mortuo, Cosdron eius filius successit, q genuit Subsyrsadebeth regē, q sexagintaseptē euertit ciuitates, ab Euphrate fluuio vsq; ad Edroezam, oēmq; Indorum terram depopulatus est. Ingressusq; desertū Galba, Ismahelis filios ab eremo *Etheruio depulit. Subsyrsa debeth rex.

Sem vero primogenitus Noe, per lineam Christi generationis huius caput est, ab Adam descendendo vndecimus. Iste biennio post diluuiū genuit Arphaxat tertiū filiū. Et fertur ab Hebræis, Sem fuisse Melchisedech, q primus post diluuiū cōdidit Salem: ipsa est Hierusalem. Et ab eo descenderūt generationes vigintiseptem. Protulit aūt quinq; filios, gentiū singulariū autores. Sem. Hierusalē.

Primogenitus Sem, dictus est Elam, à q̃ Elamitæ Persidis principes. Secundus filius, Assur dictus est, à quo Assyriorum pullulauit imperiū, quia nolebat rebellare cōtra Deum in ædificatione turris Babel cum Nēroth, Ideo fugit de terra Sennaar, ad aliam regionē longinquā prius non habitatā, quæ ex eius noīe vocatur Assyria, & ædificauit ciuitatem, quæ postea vocata est Niniue. Arphaxat aūt, tertius filius Sem: hic fuit de linea Christi. Et ab isto emersere Chaldæi, à q̄bus & Chaldæa regio appellata est. Et est in Asiæ partibus Arabiæ cōtermina & plana, in qua fuit Babylon. Aram, quartus filius Sem, à q̃ progeniti sunt Syri, quorum metropolis Damascus est. Et hic quatuor genuit filios, quorum primus fuit Hus, à q̃ dicta est Hus Trachonitidis regiōis, quæ est inter Palæstinam & Cœlem, Syriæq; cōiuncta, vbi & principatū tenuit. In ea est Hus terra, Iudææ cōtermina, ex qua Iob ortum habuit. Hul secundus Aram fuit filius, ex q̃ Armeni, à q̄bus Armenia Asiæ maioris prouincia, quæ inter Caucasum & Taurum sita est, quæq; à Cappadocia vsq; ad mare Caspium protenditur. Tertius Aram filius, Gether est dictus, à q̃ Caramani siue Acarnanij populi iuxta Pontū. Quartus Aram filius, Mesran vel Mes, à quo Mæones populi. Hæ gentes post linguarum confusionē (Isidoro teste) possederūt meridianā terrā, à solis ortu vsq; ad Phœnices, sub linguis duabus & viginti, patrias vero 46. occupātes. Quintus filius, Lud dictus est, à q̃ Ludij vel Lydij dicti. Filij Sem. Assyria. Chaldæi. Babylon. Syri. Damascus. Armenia.

Cham filius Noe, genuit Chus, quarto loco, à q̃ Aethiopes fuere. hi primū Chusęi sunt dicti. Inde Aethiopes, à quibus Aethiopia prouincia in Mauritaniæ finibus, & in ea vastæ sunt solitudines orientē versus. Chanaan primus filius Cham, à q̃ Chananæi. & habuit xi. filios, qui possederūt terrā Chananæorum, quę nūc Iudęa dicitur. Ex his descenderunt Sidon, à q̃ Sidonij: Ethæus, à quo Ethæi: Hiebusæus, à q̃ Hiebusæi: quorum ducrum fuerat Hierusalē: Amorræus, à quo Amorræi: Gergesæus, à quo Gergesæi: Euæus, à q̃ Euæi, id est, Gabaonitæ: Arachæus, qui Arcas oppidum cōdidit, contra Tripolim in radicibus Libani situm. Cynæus, Aradius, à quo Aradij, qui Aradiam insulā possederūt, angusto freto à Phœnicis separatū littore. Samarites, à quo Syriæ nobilis ciuitas, quæ vocatur Aeolis. Amathæus, à quo Amathitæ. Phuth, secūdus filius Cham, à quo Libya Aphricæ regio, & Libyci populi, & incipit ab Atlante Mauritaniæ monte, & ab eo regio Phuthensis appellata. Aethiopes. Cham. Chananæi. Iudæa. Phuth.

Mesraim tertius filius, a q̃ Aegyptij exorti sunt, & habuit quinq; filios. Aegyptij enim ab Hebræis Mesræi vocabātur. Ludim, à quo Lydi populi, & Lydia prouincia in minori Asia, in qua Ephesus. Ananim, à q̃ Ananij: & Laabin, à quo Cubarij. & alij quorum nationes nobis sunt ignotæ, qa bello Aethiopico subuersæ, in obliuionem factæ sunt. Mesraim.

Mesraim q̃q; filius Cham, ex se septem protulit nationes, quarum sexta prodijt per Chesluim, qui modo Palæstini vocātur. Palæstina prouincia est in Syria, Arabiæ contermina, dicta à Philistea Phethusim, à quo Philistim, quæ in ea Palæstina metropolis fuit. Cellum, Sabbatha à quo Sabbatheni, qui nominantur à Græcis Astabari. Regma vero habuit duos filios & Sabbathaca, ab his Aethiopicæ gētes Sabaa, à quo Arabes, Dadan à quo Aethiopes vltimi. Mesraim. ☞

Euila secundus filiorum Chus, frater Regmæ & Sabathæ, à quo Euilæi, nunc Getuli populi, qui in remotioribus Africæ partibus habitare consueuerunt. Saba, à quo Sabæus vel Sabæi, & hi Arabes, & ab istis Arabia dicta. Aethiopes. Getuli. Arabia.

Nemroth filius Chus, filij Cham, gigas quidem & vasto corpore vir audacissimus, de quo dicetur infra. Et summatim de Cham 32. generationes descenderunt, quē putant & Zoroasten fuisse. Nonnulli Nemroth fuisse affirmāt, vt etiam postea dicetur. Nemroth.

Iapheth tertius filius Noe, qui & Ianus bifrons, interpretatur latitudo. Cui pater benedixit, dicēs: Dilatet dn̄s Deus Iapheth, domū filiorum suorum. Iste Europā sortitus est. vxor eius Funda dicta est. Habuit aūt septem filios, à quibus septem gentes descenderunt, habentes generationes 15. Iapheth. Ianus.

Gomer autem primogenitus Iapheth, in Europā veniens, Gomeritas, Gomer.

qui

Galatæ. Sarmatæ. Paphlagones. qui postea à Græcis Galatæ nũcupati sunt,instituit,à quibus Galatia regio Hispaniæ & Lusitaniæ contermina,quã à meridie habet. Ab occidẽte vero & septẽtrione Oceanum,& ab oriente flumen Sequanæ & Germaniæ prouinciarũ. Habuit autem Gomer tres filios: Primus Asenez, à quo Sarmatia, hi Scytharum homines sunt,in paludis Mæotidis profundo habitãtes. exilis regio, infelicibus arboribus referta. Secundus Riphat vel Raphaa,à quo Paphlagones & Paphlagonia minoris Asiæ regio. Tertius Togorma, à quo Phryges,& Phrygia minoris Asiæ regio, quæ postea Dardania,deinde Troia cognominata est. Secundus filius Iapheth Magog,à quo Scythæ & Scythia,& Gothia nomẽ habuere. Tertius filius Madai vel Madal siue Madeus,à quo Medi & Media regio,quæ est Assyriæ & Persiæ vicina. alij tamen à Medo Medeæ filio, nomen habuisse ferunt. Quartus filius Iapheth Ianan est,qui cõdidit Iones,à quibus mare Ionium nomẽ habet, & Ionia Græcorum regio in extremitate minoris Asiæ inter Cariam & Aeoliam est, quæ nũc dicitur Turcia. Hic Ianan quatuor genuit filios. Primus,Elisan à quo Elisæi,qui postea Aeolij à Græcis dicti,à quibus Aeolia insula in Siculo mari 25. passuum millibus ab Italia distare videtur. Secundus Tarsis,qui in minori Asia Tarsum ciuitatem Paulo apostolo nobilem condidit, qui antiquitus Cilices,inde prouincia Cilicia. Tertius Thaisa vel Cethim: hic Cethinam insulam primus habuit, quæ insula postea Cyprus dicta, inter cæteras insulas celeberrima, & propterea luxui est dedita, ob quod Veneri sacra fuit. Quartus Dodanim,hic in insulã Rhodon veniẽs,Rhodios à se appellari voluit. Quintus filius Iapheth Tubal Iberos(qui & Hispani)condidit, à quibus Hispania terra quidem felix, rerumq́ optimarum ferax, olim Celtiberia est dicta. Sextus filius Mosoch dictus, instituit Cappadoces,à quibus Cappadocia regio,postea Cæsarea dicta à Romanis: ipsa enim regio maiori Armeniæ vicina est,quam Euphrates fluuius disiũgit, in qua est ciuitas clarissima Melcha. Septimus Iapheth filius Thyras,suos Thyrenses appellans,à quibus Thracia prouincia,quæ in Scythiæ partibus est,ferocissimos nutrit homines,ꝙ in eis asper corporis cultus est. Asenez autẽ Gomer filius, Sarmatas constituit,quos Græci Regmos vocant: hi Scytharum populi,vt suprà dictum est. Iapheth itaq; filij seu nepotes has habuerunt gentes,quę (vt Augustino 16. de ciuit. Dei placet)à Tauro Cilicię monte versus Aquilonem,per septentrionalẽ Oceanum,partem mediam Asiæ,& per omnem Europam vsq; ad Oceanum Britannicũ patrias tenuere ducentas,sub linguis & gentibus seu generationibus 15. nomina locis & gentibus relinquẽtes,de quibus plurima sunt mutata,aut à locorum regibus,aut ab ipsis locis,aut ab incolarum moribus. Vixit autẽ Sem filius Noe annis sexcentis duobus, & mortuus est. Ex quo conuincitur non fuisse Melchisedech, nisi velimus sequi Hebræos in computatione annorum huius ætatis. Augustinus in 15. de ciuit. Dei lib. dicit: Post benedictionẽ filiorum Noe vsq; ad Abraham, nulla fit mentio aliquorum iustorum,nec eos tamen defuisse crediderim: sed si omnes commemorarẽtur,nimis longum fieret,& esset magis historica diligentia, quàm prophetica prouidentia.

Medi. Iones. Turcia. Aeolia. Tarsus. Cyprus. Hispani. Cappadocia. Thracia. Sarmatæ. Iapheth. Sem morit.

Berosus Chaldæus ponit arborem filiorum Noe,quem & Ianum & Ogygem & Cœlum cognominat, nonnullis etiam alijs nominibus, hic ex vxore sua Tytea Vesta vel Terra procreauit ante diluuium Sem,Cham & Iapheth,quos appellat Samum,Iapetum, Chem vel Cemesen: post diluuiũ genuit Noe Macrum, Iapetum iuniorẽ, Prometheum Priscum,Tuysconem,Cranan,Cranum,Granaum,Tethym,Oceanũ,Typhoeum,& decem ac septem Titanas. Araxam Priscum, Pandoram iuniorem, Scytham Priscum,qui genuit Napum & Prutum. Tuyscon vero Germanorũ & Sarmatarũ pater,vt scribit in commento Iohãnes Annius super Berosum,genuit Mannũ, hic Ingaeuon,qui Isgeuon,qui Hermionem,qui Marsum,qui Gabriuiũ,qui Sueuum, qui Vandalum,qui Hunnum,qui Herculem,qui Teutanem. Omnes hi reputati sunt filij Cœli ac Terræ, siue Iani & Vestæ,siue mauis Noe atq; Tyteæ. Notandũ etiam dicit idem Iohannes Annius,ꝙ Noe sibi in filios adoptauit Tuysconis posteritatem,& ideo in eius arbore ponuntur,& non aliorum nepotes,in quo præcellere dicit Germanos & Sarmatas,qui dicuntur nunc Tuysci à Latinis & Gallis. Sarmatæ autẽ sunt Poloni,Gothi,Russi,Prussiani,Daci,& huiusmodi.

Noe adoptiui. Germani. Tuysci. Sarmatæ.

GENERATIO DVODECIMA

Sem post diluuium biennio genuit Arfaxad,qui vixit annis 35. & genuit Sale,secundum Hebraicam veritatem: secũdum Septuaginta interpretes, anno 135. vitæ suæ genuit Sale.

Anno

Anno à mundi exordio secundum Septuaginta interpretes natus est Arphaxad bis millesimo ducentesimo quadragesimo quarto. Et in eo per lineam Christi duodecima incepit generatio: ab ea emerserunt Chaldæi, & Chaldæa inde dicta. Vixit autem annis trecentis trigintaocto, & mortuus est. Hic Arphaxad genuit Sale, anno 135. vitæ suæ, genuit & alios filios & filias. Quem etiam beatus Augustinus 16. de ciuit. Dei cap. 10. dicit genuisse Cainan, Septuaginta interpretes sequens. Arfachschad. Chaldæi.

GENERATIO TERTIADECIMA.

Sale, secundum Hebraicam veritatẽ, vixit annis 30. & genuit Heber: sed secundum Septuaginta interpretes, anno centesimo trigesimo genuit Heber. Sale. Heber.

Anno 2379. à mũdi exordio, genuit Arphaxad Sale, q & Cainan dicitur Luc. 3. in quo per lineam Christi descendendo numeratur seu inuenitur 13. generatio. Hic ciuitatem Salem condidisse dicitur, imponens ei nomen suum, quæ postea Hierusalem est appellata. Vixit autem supra centesimum tricesimum annum, & genuit Heber. Quo nato, superuixit annis 303. & alios genuit filios & filias, ac sic omes dies Sale facti sunt anni 433. & defunctus est. Ab isto Sale Sarmatę, qui & Indi, prodiere. Incipit autem India ab oriente, vsq; ad Asiam porrecta ex occidentali parte, ex meridiana vero vsq; ad Indicum mare, ex septentrione vsq; ad Caucasum. Habet fluuium qui dicitur Indus, fluuius est maximus, qui teste Herodoto, solus post Nilũ crocodilos producit. Sale. Salem condita. Hierusalẽ. Sarmatæ. India. Indus. Crocodil'.

GEENRATIO QVARTADECIMA.

Heber vixit annis 34. & genuit Pælæg siue Phalech secundum Hebræos, secundũ vero Septuaginta interpretes Anno vitæ suæ 134. genuisse fertur Phalech.

Anno 2509. à mundi exordio, Heber ex Sale est genitus. In quo per lineam Christi, 14. cœpit generatio. Et ab isto Heber, Hebræi appellati sunt. In cuius sane familia, secundum Augustinum 16. de ciuit. Dei cap. 11. dum linguæ diuiderentur, Hebræa lingua, quæ antea vna sola erat, remansisse dicitur. ipsa quippe tum humana dicebatur, qua sola vniuersum genus humanũ loquebatur. Hic Heber anno vitæ suæ 134. genuit Phalech in linea Christi, qui interpretatur diuisio: qa in eius ortu linguarũ diuisio facta est, siue per linguas terra diuisa est, quæ linguarum multiplicatio mutatioq; de pœna venit, vt scribit Augustinus de ciuit. Dei. Vixit annis 474. Heber hic habuit plures alios filios & filias, & inter cæteros vnũ, quẽ vocauit Iectan siue Ictan, qui habuit 13. filios, vt meminit Moyses Gene. 10. Elmodad, Saleph & Azarmoth, Iare & Aduram, & Vzal, & Decla, & Hebal, & Abimahel, & Saba, Ophir, Euila & Iobab. Istorũ habitatio facta est Massa. In hac generatione diuisæ sunt linguæ. Nemroth enim gigas filius Chus, filij Cham, filij Noe, his temporibus Noe proauo suo vita functo, edoctus à Ionicho rege Aethan, filio Noe, cum esset audacissimus & manu fortissimus, libidine dominandi succensus, apud Babylonios cum suis existens, imperium & tyrannidem in filios Cham primus vsurpauit. Cuius regni principiũ Babylon fuit, quam ipse fundauit. quamobrem robustus venator cognominari meruit: venator, id est, deceptor animarum, quia cogebat homines ignem adorare, & humani generis oppressor factus dicitur. Berosus scribit, q anno à salute humani generis ab aquis 131. cœpit regnũ Babylonicũ sub nostro Saturno patre Iouis Beli. Et Saturnum vocat Nymbrotum, id est, Nemroth. Quatuor tamen Nemroth fuisse, ex autoribus compertũ habemus: primũ hũc ex semine Cham, alterũ ex semine Sem. Sem eñ genuit Arphaxad, qui genuit Sale, qui genuit Heber, & fratrẽ eius Iectan siue Ictan, vt est apud Berosum scriptũ, qui & ipse genuit Nemroth, qui genuit Cretem, qui genuit Cœlum & Iouẽ, qui genuit Saturnũ, cognomento Nemroth tertiũ, prout refert Iacobus Benzio historicus. Quartum aũt Nemroth, Belum dicunt, primũ Assyriorũ regẽ: quia liber qui Imago mũdi inscribitur, sic inqt: Nemroth genuit Assur, qui genuit Belum cognomẽto Nemroth. De primo Nemroth B. Augustinus, inquit: Ex filijs Noe non clare potest haberi, qui ex eis pertineãt ad ciuitatem Dei vel diaboli. Apparuit aũt magis ista distinctio bonorum & malorũ tempore Heber, descendẽtis ex Sem. Nam illuc vsq; fuit vniuersa terra labij vnius idiomatis Hebraici, vt docẽt sacræ literæ. At cũ proficiscerentur de oriente, inuenerũt campũ in terra Sennaar, & habitauerũt in eo. Fecit aũt eos esse elatos ad iniuriã & cõtemptũ Dei, Nẽroth filius Cham, qui cũ esset audacior, suadebat eis vt nõ Deo adscriberent, qa hoĩbus per illũ felicitas eueniret, sed q hoc eis propria virtute pberetur. cognatosq; sui generis puenit ad tyrannidẽ solus ipse, psumẽs hoĩes à Dei timore reuocare, dixit aũt ad proximũ suũ, videlicet Iectan Noe pronepotẽ, cuius exẽplo & ipse pmotus, in filijs Sem principatũ occu

Heber. Hebraica lingua. Linguarũ diuisio. Nemroth. Babylon. Belus. Nemroth primus. Nemroth. Iectan.

Suphne. occupauerat: & ad Suphne, quiq; inter filios Iapheth regnare cœperat: horum quippe ductu & auspicio vniuersa Noe posteritas regebatur. Habuit autem Nemroth sermonem, cunctis persuadens, vlcisci se volens de Deo, timensq; diluuiū, dixit: Venite, faciamus lateres & coquamus eos igni. ędificemus ciuitatē & turrim, cuius cacumen ad cœlos vsq; pertingat. Quam cum ædificare cœpisset, Deus superbiam ædificantium hac sola animaduersione percussit, vt gentes duas & septuaginta, quę eo ex omni mundo conuenerant, quibus antea fuit vnum labium eademq; lingua, totidem linguarum cōfusione superinducta, separarit, necessitatē inducens, vt alter alterius vocem non intelligeret, & super oēm terræ faciem spargerentur. Et cum imperātis dominatio in lingua cōsistat, superbia Nemroth in lingua damnata est, vt ipse nō intelligeretur iubens homini, qui intelligere noluit Deo iubēte sibi. Nemroth aūt linguarum cōfusione redargutus atq; adeo cōfusus, in Persidem secessit, vbi & Persas ignem colere docuit. Indeq; error ille cęcas illorum hoīm mentes inuasit, vt solem Deum esse putarint. Demum vt quidam tradūt, à filijs suis qui octo fuerant, castratus, vnà cum Camese filio in Italiā traiecit, ibiq; vbi nunc Roma est, vrbē Camesam noīe filij sui condēs appellauit. De hac turri dicit Iosephus, qa latitudo eius tāta erat, vt prope eam adspicientibus lōgitudo videretur imminui. dij vero vētos immittētes, euerterūt eam, & vocem propriam vnicuiq; partiti sunt, propterea Babel contigit vocari, quod Hebræi cōfusionē vocant. De hac etiam turri meminit Sibylla, dicēs: Cum oēs hoīes existerent vnius vocis, quidam turrim ædificauerunt excelsam, tanq̄ per eam adscensuri in cœlum: dij vero turbines immittentes, euerterūt turrim, & vocem propriam vnicuiq; partiti sunt. De campo Sennaar meminit Estius, vt idem Iosephus refert, q̄d in regione Babylonis fuerat, dicens: Qui de sacerdotibus sunt erepti, Iouis sacra sumētes, in Sennaar Babylonis venerūt, diuisiq; sunt post hoc diuersitate linguarū, migrationesq; agentes, appræhenderunt mediterranea simul & maritima. In familia aūt Heber remansit primum idioma, non quidem in oībus ab eo descendentibus, sed solum in linea illa qua peruenitur ad Abraham. Solus eñ Heber suasionibus Nemroth non paruit, ac p hoc in eius domo permansit cultus Dei. Augustinus de ciuit. Dei lib. 16. cap. 11. In Babel ergo, vt scribitur in libro de Imagine mūdi, primus regnauit Nemroth gigas. Cui successit filius eius Assur, à quo Assyrij: huius filius Bel, qui & Belus, cui successit Ninus. Quod aūt dicitur Gene. 10. q̄ de terra Sennaar egressus est Assur, intelligendū est secundum Magistrū, quia Nemroth expulit eum vi à terra illa & turre, quæ eius erat iure hæreditario. Et ille Assur fuit ex posteris Sem, q ædificauit Niniuen. Sed Magister non putat intelligendum de Assur filio Sem, qui inuenit purpurā & vngenta, à quo Chaldæa & Assyria dicta est: sed Assur, id est, regnū Assyriorum inde egressum est, q̄d tēpore Saruch proaui Abrahæ factū est. Nam regnū Babyloniorum habuerūt, q de semine Nemroth vsq; ad quartā chiliadem & vltimū Chusunisden, autore Methodio, qui per Chiliades tantū secula disponit, nec apponit annos si supersint, & ideo nihil certum de numero annorum posuit. Monstrosorum quoq; multa hoīm gn̄a post linguarum varietatem à Deo factā, varijs in locis producta fuisse, etiam diuus Augustinus 16. de ciuit. Dei cap. 8. cōmemorat, dicens: Deus eñ ipse cum sciret, quarum partium similitudine vel diuersitate contexeret pulchritudinem vniuersi, etiam mōstrosos homines in mundū producere voluit. Dicunt reperiri qui in media fronte vnū tantum habent oculum, qui monoculi appellātur. Quibusdam vterq; sexus, & dextra mamma virilis, sinistra vero muliebris: hos alternis vicibus coeūdo & gignere, & parere dicunt, quos Hermaphroditos appellamus. Alijs aūt ora non esse, sed per nares solo halitu viuere. Alios statura esse cubitales, quos Pygmæos Græci vocant, qui per annum octauum viuendo non excedūt. Hi populi, Plinio in 7. lib. naturalis historiæ testante, tenentes montana Indię, vicina tn̄ oceano, salubri cœlo semperq; vernante, habēt singulare bellū cōtra grues: horum mulieres Solinus anno quinto parere dicit, & octauo senescere. Item gentes aliæ sunt, in quibus singuli singula crura in pedibus maximis habēt, non flectētes poplitē, & tamē mirabilis celeritatis, quos Sciopodas vocāt. Hi etiam Plinio teste, per ęstiuū tēpus in terra supini iacentes, pedum se vmbra protegunt,



Linguarū confusio.

Babel turris.

Heber.

Regnū Babel.

Assyrij.

Assur.

De mōstrosis.

Monoculi.

Hermaphroditus.

Sciopodes.

gunt,quos Plinius in desertis Indiæ partibus habitare dicit,Quosdam alios sine ceruice, habentes oculos in humeris:quosdã alios cynocephalos, quorũ canina capita, atq; ipso latratu magis bestias q̃ homines se esse profitentur. Quisqs tamen(vt Augustinus inqt)vspiã nascitur homo,id est,animal rationale mortale,quantũlibet nostris inusitatã gerat formã,seu aliud quodcũq;, ex vno ꝓtoplasto originẽ duxisse nemo dubitare debet.De Pygmæis tamen scribit Heinricus de Hassia,in prologo Bibliæ adducens Albertũ Magnũ lib.21.ca.2. ꝙ Pygmæus non sit homo,sed medius inter hominem diuinũ intellectũ habentẽ,& alia muta animalia: & q̃uis præ cæteris vmbrã rationis habeat,tamẽ secundũ veritatẽ vicinior est brutis q̃ hominibus.Homo eñ est particeps sensus, disciplinabilis oñimodo & memoriæ & experimenti & rationis, scientiæ & artis:& est sic in primo gradu dignitatis animaliũ, cõsequenter pygmæus in secundo,simia in tertio,quã(ut dicit)pygmæus excedit in loquela,& simia cætera animalia excedit in hoc, ꝙ non solũ habet æstimationẽ de conferentibus sibi, sed etiam de alijs animalibus.Ratio siquidẽ(vt ipse dicit)duo habet, quoꝝ primũ est ex reflexione ad sensata & memorata,& ibi est exceptio cuiusdã experimenti:secundũ habet, prout ex collatione singularium penes similitudinẽ elicit vniuersale: quod est principium artis & scientiæ. Pygmæus autem non habet nisi primum, ideo non habet nisi quandam vmbram rationis.Cætera in Heinrico de Hassia videas. Homo. Pygmæus. Simia.

GENERATIO XV.

Heber secundũ Hebræos vixit annis 34. & genuit Phalech siue Pælæg: secundum Septuaginta vero,anno vitæ suæ 134.genuit Pælæg. Pælæg vero secũdum Hebræos vixit annis 30. & genuit Reu seu Ragau: secũdum Septuaginta vero, anno vitæ suæ 30.supra centesimum genuit Reu.

ANno 2643.à mundi exordio,in Phalech filio Heber per lineã Christi XV.cœpit generatio.Hic Phalech dictus,quia in diebus eius facta fuit liguaꝝ confusio,quasi ipse diuisus sit ab alijs,quia in domo sua mansit lingua pristina.Vnde secundũ Augustinũ,in hoc non paruũ iustitiæ vestigium apparuit, ꝙ ista domus libera fuit ab hac pœna,quasi non fuerit particeps in culpa. vnde & tunc viuente adhuc Heber,diuisa est terra.Hic Phalech trigesimo supra centesimũ vitæ suæ anno,secundum Augustinum & Isidoꝝ, genuit Ragau siue Reu,& facti sunt oñes dies Phalech 239.anni,& mortuus est. Hispaniaꝝ regnũ,Isidoro teste,à Tubal Phalech filio ortum habuit.Is nanq; ex Armenia egressus,primus Hispaniaꝝ regnũ obtinuit, vbi & sedẽ constituit.Hæc primo à Tubal Iapheth filio,Iberiæ nomen accepit,regio Europana,à montibus incipiens Pyreneis,& per colũnas Herculis circũiens,vsq; in borealem oceanũ protenditur.Terra ferax frumenti,vini,olei,auri, gemmarum atq; metallorum omniũ,insuper homines gignit bellicosissimos. Refert Varro,in Hispanijs equas quasdam ex vento cõcipere,eo ꝙ cursu tam veloces existant,vt merito ex vẽto concepti equi fuisse credãtur. Hæc regio inter Africã & Galliã sita est, Pyreneis montibus à septentrione clausa,reliquis partibus vndiq; mari cõclusa. habet quatuor magna flumina,quæ sunt,Bętis,Minius,Iberus & Tagus.habet sex prouincias,Tarraconensem,Carthaginẽsem, Lusitaniam,*Calathiam,Bæticam,& Tingitaniam.Et primo hæc regio ab Ibero fluuio Iberia appellata,postea ab Hespero Atlantis filio Hesperia,vltimo ab Hispali ciuitate Hispania quasi Hispalia est nuncupata. In ea ciuitate Geryon rex fuit,tergeminus siue trimẽbris,quem Hercules victũ,nobilioribus spoliauit armentis.De regibus tamẽ Hispaniæ pauca legimus vsq; ad Christiana tempora.Veꝝ nostra tẽpestate anno 1491. Ferdinandus rex & Elizabeth regina Granatã totam ad Christianũ cultum & obsequium reduxerunt. de quo ibidem dicemus. Phalech. Hispania. Iberia.

GENERATIO XVI.

Reu secundum Hebræos vixit annis 32.& genuit Saruch,sed secundum Septuaginta,anno vitæ suæ 130.genuit Saruch.

ANno 2773. ab origine mundi, in Reu vel Ragau filio Phalech,in linea Christi XVI.incepit generatio. Iste anno vitæ suæ 132.genuit Saruch, teste Augustino & Isidoro.Eius quoq; tẽporibus templa multa constructa feruntur,& quidam gentiũ principes adorari cœperunt.Scythaꝝ quoq; regnũ dicitur exortũ.Vixit autẽ annis 302.& postea mortuus est.Disseminato itaq; per orbẽ terraꝝ genere humano, varia mox instituta sunt regna, præter regnũ Babel.Nã in hac g̃natione tẽpore Reu, nõ solũ Scythaꝝ,sed & Aegyptioꝝ,Amazonũ,& Bohemoꝝ regna leguntur exorta. Ragau siue Reu.

DE REGNO SCYTHARVM ET AEGYPTIORVM.

Scytharum enim gens antiquissima habita est,vt Iustinus ait,quanq̃ inter Scythas & Aegyptios diu cõtentio de generis vetustate fuerit,Aegyptijs pręrdicantibus,initio Scythæ. Aegyptij.

rerũ, quũ aliæ terræ nimio feruore Solis arderent, aliæ rigerent frigore, ita vt nõ modo nõ generare homines, sed ne aduenas quidẽ recipere ac tueri possent, priusq̃ aduersus calorẽ vel frigus velamenta corporis inuenirẽtur, vel locorum vitia quæsitis arte remedijs mollirentur, Aegyptũ ita tẽperatam semper fuisse, vt neq; hyberna frigora, nec æstiui solis ardores incolas eius premerent: Solum ita fœcundũ, vt alimentorum nulla terra feracior sit in vsus hominũ. Iure igitur ibi primũ homines natos videri debere, vbi educari facilime possent. Cõtrà, Scythæ cœli temperamentũ nullum esse vetustatis argumentũ putabant: quippe naturã, quũ primũ incremẽta caloris & frigoris regionibus distinxerit, statim ad locorum patientiã animalia quoq; generasse, sed arborum atq; frugũ pro regionum conditione apte genera variata. Et quanto Scythis sit cœlũ asperius q̃ Aegyptijs, tanto & corpora & ingenia esse duriora. Cęterum si mundi quæ nunc partes sunt, aliquãdo vnitas fuit, siue illuuies aquarum principio rerum terras obrutas tenuit, siue ignis, qui & mundũ genuit, cũcta possedit, vtriusq; primordij Scythas origine pręstare. Nam si ignis prima possessio rerum fuit, qui paulatim extinctus, terris sedẽ dedit, nullã prius q̃ septentrionalẽ partẽ hyemis frigore ab igne secretã, adeo, vt nũc quoq; nulla magis rigeat frigoribus. Aegyptũ vero & totũ orientẽ tardissime temperatũ, quippe quæ etiã nunc torrẽti calore solis exæstuet. Quod si omnes quondã terrę submersæ profundo fuerũt, profecto editissimã quanq; partem decurrẽtibus aquis prius detectã, humilimo aũt solo eandẽ aquã diutissime immoratam: & quanto prior quæq; pars terrarum siccata sit, tãto prius animalia generare cœpisse. Porro Scythiã adeo editiorẽ omnibus terris esse, vt cũcta flumina ibi nata, in mare Mæoticũ, tum deinde in Ponticũ & in Aegyptiũ mare decurrãt. His argumẽtis superatis Aegyptijs, antiquiores Scythæ sunt visi. Scythia in orientẽ porrecta, includitur ab vno latere Põto, & ab altero mõtibus Rhiphæis, à tergo Asia. Hominibus inter se fines nulli, neq; enim agrũ exercent, nec domus illis vlla aut tectũ aut sedes est, armenta & pecora semp pascẽtibus, & p incultas solitudines errare solitis. Vxores liberosq́; secũ plaustris vehũt, qbus corio imbriũ hyemisq́; causa tectis, pro domib⁹ vtuntur. Iustitia gẽtis ingenijs culta, nõ legibus. Nullũ scelus apud eos furto grauius, qppe sine tecto munimentoq́; armenta & pecora habentibus, quid saluũ esset, si furari liceret? Aurum & argentũ perinde aspernãtur, ac reliq mortales appetũt. lacte & melle vescuntur, pellibus ferinis aut murinis vestiũtur. Hęc cõtinentia illis morum q̊q; iustitiã dedit, nihil alienũ cõcupiscẽtibus. Apud Scythas primus regnauit Tanais rex, à q̃ etiã Tanais fluui⁹ dicit ingẽs, qui in paludẽ defluit Mæotidẽ, quẽq́; Niualẽ appellauit Virgili⁹. A Tanai flumine Scythia diuidit, & vna pars remanet in Europa, altera in Asia ad orientẽ vergẽs. Cõmuniter oẽs Scythæ eqtantes, deferũt arcus. Regnũ hoc quanq̃ vetustissimũ sit, inter regna tamẽ principalia quatuor nõ nũeratur. Nulli tamẽ hominum Scythica gens vnq̃ cessit. Immo & Dariũ Persarum regẽ fugauit, vt infra de eo dicetur, Cyrum occidit, Vexorẽ Aegyptiorum regẽ cũ omni exercitu & belli apparatu repulit atq; fugauit, Asiã ter bello subegit, & per annos multos sibi vectigalẽ fecit. Ex Scythis aũt multi exierũt, res maximas edentes. E qbus Amazones primo clarissimæ mulieres, q̃ in bellis multa gesserũt facinora. Bactriani & Parthi ab eis descẽderunt. Atila etiã ille magnus, qui Pannoniã subegit, & Romanũ imperiũ diu molestauit, Aquileiã euertit, & in Germania multas vastitates edidit, ab illis descẽdit. Zeliorbes Hunorum rex, q contra Iustinianũ Imperatorẽ insurrexit, ex Scythia originẽ duxit. Longobardi, Hungari, Gothi vniuersi ex Scythia emersere. Dauni quoq; ac Turcæ, vt suis locis dicemus, ex Scythia prodierunt. Ea gens est barbara, serpentes & idola colit, multis inuoluta libidinibus.

Scythia. Furtum. Tanais rex. Tanais fluuius. Scythica gens. Bactriani. Parthi.

DE AMAZONIBVS.

Post aliqua tẽpora ex Scythis duo regij iuuenes Plinos & Scholopytus, per factionẽ optimatũ domo pulsi, ingentẽ iuuentutẽ secũ traxere, & in Cappadocię ora consederunt. ibi spoliare finitimos cõsueti, cõspiratione populorum per insidias trucidati sunt. Vxores quæ eos sequutæ fuerãt, videntes orbitatẽ suã ac suorum, arma sumpserũt: finesq́; suos, submouẽtes primo, mox inferẽtes bella, defendũt. Nubendi quoq; finitimis animũ amisere, seruitutẽ, non matrimoniũ appellantes, singulare omniũ seculorum exẽplum. Auxere remp. sine viris. Et ne feliciores aliæ alijs viderẽtur, viros q domi remãserant, interficiũt: pace aũt postea armis quęsita, ne gens interiret, concubitũ finitimorum ineũt: si qui mares nascerẽtur, interficiebãtur. virgines nõ ocio neq; lanificio, sed armis & venationibus exercebãt, inustis infantiũ dexterioribus mammis, ne sagittarum iactus impediretur: vnde Amazones dictæ sunt. Duæ reginæ his fuere, Marthesia & Lampedo, quę in duas partes agmine diuiso, inclytæ iam opibus, vicibus gerebãt bella, solicite terminos alternos defendẽtes, Marte se genitas pdicabant, ne suc-

Amazones. Matrimoniũ seruitus.

cessi

cessibus deesset autoritas. Itaq; maiore parte Europæ subacta, Asiæ quoq; nonnullas ciuitates occupauere. Ibi Ephesum, multasq; alias vrbes condidere. Marthesia regina tandē in bello interficitur. In cuius locū filia eius Orithya succedit regno, virgo pmanens. Sorores Orithyæ Antiope & Menalippe ab Hercule victæ & captæ fuere. Orithya vero illas vlcisci parās, ab Atheniēsibus vincitur. Post Orithyiā Pentesilea regina regno potita, Troiano bello interfuit, & ī eo cū exercitu est interfecta. Paucæ quę remanserūt, vsq; ad tempora Alexandri Magni durauerūt. Harū Minithia siue Calestris regno potita, cōcubitu Alexādri per dies 14. sobolem quęrens, reuersa in regnū, breui post cum omni Amazonū nomine intercidit. Hæc latius Iustinus scribit.

DE REGNO AEGYPTI.

Aegyptiorū regnum in hac quoq; generatione initium sumpsisse constat sub Ragau. In quo, teste Eusebio, primus regnauit Sores. Quod regnū multas mutatiōes habuit, durauitq; vsq; ad Augustū. Sed Diodor⁹ Siculus lib. 2. primū post deos in Aegypto regnasse recitat Menan, q populos colere deos, sacraq; his facere docuit. Vbi mira ac multa, fabulis haud dissimilia, proseqtur, de situ Aegypti, de Nilo, de vrbibus illius, & pſertim Thebis & Memphi, multa edisserēs. Ego vero Bambergensem sequēs scriptorē, inuenio ab initio Thebeos Aegyptijs imperasse annis centum & nonaginta. Et sic vsq; ad nonagesimū annum Isaac. Et Thebei circa natiuitatē Abrahæ cœperunt regnare. Et cum regnū Aegypti fere quadringentis annis præcesserit, potuit & Sores & Menas regnasse, successoresq; eorū, quorum plures nominat Diodorus. Post Thebeos primus regnauit Pharao, à quo Pharos ciuitas, & postea reges dicti Pharaones. hinc Zoes. Ab hoc vsq; ad Amasim, sub quo venit Ioseph in Aegyptū, 17. fuerunt reges per annos centū & tres, q dicebātur Pharaones & Pastores. Huius primi Pharaonis Zoes, Io siue Isis creditur fuisse nupta, vt de ea suo dicetur loco. Cum autē Ioseph filius Iacob annorū esset triginta, venit in Aegyptū, & dux est Aegypti constitutus à Pharaone. Anno vero ætatis suæ 43. pater suus Iacob ætatis 131. annorum, descendit in Aegyptū. Et tertio anno postea apud Aegyptios primus Diopolitanorū Amasis rex est constitutus post 18. dynastian, id est, summam potestatem. toties enim mutatio facta fuit in regno ab eius exordio. Regnauit autem Amasis annis 25. Post eum regnauit Chebron annis xiij. Post illum Amenophis regnauit annis 21. Deinde Mephres regnauit annis 12. Post illum Misspharmutosis regnauit annis 26. Post hunc regnauit Theomesis siue Tuthemosis annis IX. Cui successit Amenophis vel Amenoptes, regnauitq; annis 31. Orus deinde regnauit annis 38. Acengeres vel Acencris deinde regnauit annis 12. Achoris regnauit annis 8. Chencres regnauit annis 16. Eius anno vltimo Moses anno repromissionis 430. eduxit populum ex Aegypto, & in mari rubro Chencres submersus est, prout legitur apud Eusebiū, & in lib. de Imagine mundi. Anno sequēte Acherres rex Aegyptiorum cōstituitur, regnauitq; annis 8. Cui successit Cherres, & regnauit annis 15. Cui successit Armeus, q & Danaus, & regnauit annis 5. Cui successit Remesses, q & Aegyptus, à quo Aegyptus nomen sortita est, quæ prius vocabatur Aeria, regnauitq; annis 68. Cui Menopes vel Menophis in regno successit, & regnauit annis 40. Cui successit Zethus, & regnauit annis 55. Ramses rex annis regnauit 66. Cui successit Menoses vel Amenophis, & regnauit annis 40. Hic à qbusdam dicitur Vexores, qui Scythis bellum primū indixit. Cui successit Agamenes seu Ammenemes, regnauitq; annis 26. Theores vero vel Thuoris regnauit annis 7. Vltimo anno regni illius, Aegyptiorū dynastia 20. mox post excidiū Troiæ incepit, tendens per annos 177. cuius temporis reges non inuenio. Deinde anno regni Salomonis 33. transacta dynastia vigesima, incepit Aegyptiorū dynastia 21. in qua primus regnauit Smerdis annis 26. Post eū Pseusennes regnauit annis 41. Post illū Nephercheres regnauit annis 4. Post illum Amenophis regnauit annis 9. Osochor rex regnauit annis 6. Spinaces regnauit annis 9. Psusennes regnauit annis 35. Sesencoris regnauit annis 21. Osorchon regnauit annis 15. Thelegotes seu Tachelotis regnauit annis xiij. Cōbastes vel Petubastis regnauit annis 25. Osorchon rex, quē Herculē cognominauerunt, regnauit annis 9. Psammus regnauit annis 10. Bocchoris regnauit annis 44. Hic Aegyptijs iura cōstituit, sub quo & agnus locutus est. Sebicus rex Aegypti regnauit annis 12. Tarach⁹ Aethiops regnauit Aegyptijs annis 20. Aethiops, q & Merres, regnauit annis 12. Stephinatis regnauit annis 7. Nichepsus regnauit annis 6. Psāmeticus regnauit annis 44. *Nechac q & Nechepsus, regnauit annis 6. Psamites q & Psammeticus, regnauit annis 12. Vaphres regnauit annis 30. Amasis regnauit annis 41. quē Cābyses Cyri regis filius, secūdus Persarū rex, subiugauit, & Aegyptū in monarchiā Persarū trāstulit, & regnū defecit. Deinde anno ab vrbe cōdita 340. rursum Aegyptiorū

Menas.

Reges Aegypti.

Pharaones dicti sunt reges ęgyptiorū pro dignitate.

Aegyptus.

*Nechao

renascitur dynastia, in qua primus regnauit Amartheus annis sex. Post illũ Nepherites regnauit annis sex. Achoris regnauit annis 12. Psammutes regnauit anno vno. Nectanebus regnauit annis 18. Theo regnauit annis 19. & sic iterũ regnũ defecit circa tẽpora Alexandri Magni. deinde transactis 26. annis, Alexandro mortuo, q Aegyptum tenuit, Ptolemæus Lagi filius, Aegypti regnũ est sortitus, regnauitq; annis 40. Cui successit Ptolemæus Philadelphus, regnauit annis 38. Ptolemæus Euergetes filius eius, regnauit annis 26. Cui successit filius Ptolemæus Philopator, regnauit annis 17. Cui successit Ptolemæus Epiphanes, regnauit annis 24. Cui successit frater Ptolemæus Philometor, regnauit annis 35. Cui successit Ptolemæus Euergetes secũdus, regnauit annis 29. Huic successit Ptolemæus Physcon vel Soter, regnauit annis 17. Hũc frater pepulit à regno, & vocabatur Ptolemæus Alexander, regnauit annis 9. deinde Ptolemæus Physcon regnauit annis 8. Ptolemæus frater Cleopatræ regnauit annis 30. deinde Cleopatra post multa nefanda quæ patrauit, sub Octauiano cũ Antonio perijt, & ex tũc Aegyptus in prouinciã redacta fuit.

Ptolomæi dicti reges oẽs Aegypti.

Est aũt Aegyptus terra fertilissima, quã Nilus fluuius irrigat, fructiferãq; reddit. Alibi enĩ agricultura magno exercet labore & sumptu, soli Aegyptij minima impẽsa fruges fertiles afferũt. Vineæ quoq; eodẽ rigatæ modo, vino abundãt. Terra pecori relicta, adeo exuberat pascuis, vt oues bis in anno pariãt, bisq; lanam pbeant. Solus crescit Nilus tũc, cũ cætera flumina decrescũt. Est terra plana & cãpestris.

Aegyptus.

Thebei quidẽ antiquissimos se ciues Aegyptiorũ profitent. Thebe enĩ vrbs est antiquissima, in qua centũ sunt portæ, & in qualibet custodes ducẽti. Tamẽ aliqui asserũt, nõ centũ portas fuisse ciuitatis, sed plures, egregiasq; tẽploꝝ portas. Thebei primũ philosophiã ac astronomiam ab ipsis repertas volũt, seq; à regionis situ adiutos ad cognoscẽdos orientiũ & occidentiũ astroꝝ motus: insup & mẽses & annos ab eis esse institutos. Habẽt Aegyptij & Memphim vrbẽ ambitus stadioꝝ centũ & quinquaginta: vrbs est oĩm pclarissima.

Thebe.

Philosophia.

Astronomia.

Memphis.

Aegyptij reges vitã primũ, nõ alioꝝ regnantiũ, quibus volũtas pro lege est, traducebãt licẽtia, sed legũ instituta in cogẽdis pecunijs quotidianoq; victu sequebant. Eorũ cultui obsequioq; nullus deputatus erat, neq; emptitius, neq; seruus domi genitus, sed nobiliũ sacerdotũ filij, tum vltra 20. annos nati, tũ doctrina p cæteris eruditi, vt hoꝝ corporis ministrorũ die noctuq; adstãtiũ cõspectu motus rex, nil turpe cõmitteret. Raro enĩ potẽtes reꝝ mali euadũt, vbi desunt suaꝝ cupiditatũ ministri. Institutaq; erãt diei & noctis horæ, qbus lege regi pmissa, agere fas erat. Mane surgentẽ regẽ, primũ epistolas oẽs missas capere oportebat, vt cognitis his q̃ sibi agẽda erãt, respõso dato, singula in tẽpore exq; ordine recte agerent. His actis cũ in viroꝝ excellentiũ cœtu lauisset corpus, vestem pclarã indutus, sacra dijs faciebat. Mos erat sacerdotũ principi, iuxta arã hostijs deductis, adstãte rege, magna voce audiẽte populo, valetudinẽ prosperã oĩaq; bona precari, regi iustitiã in subditos colẽti, narrare insup eius virtutes, in deos pietatẽ ac religionẽ, in hoĩes humanitatẽ seruãtis, tũ illũ continentẽ dicere, iustũ, magniq; animi, veracẽ, liberalẽ, oẽsq; frenantẽ cupiditates. Tandẽ execrationẽ in malos exequebat, tũ regẽ culpa purgãs, omne crimẽ in ministros, q regi iniqua suaderent, cõijciebat. His actis, sacerdos regẽ ad felicẽ dijsq; gratã vitã hortabat. Et tunc regum vita ea tenebatur modestia, vt nõ à legislatore, sed à peritissimo medico ad seruandã sanitatẽ cõposita videretur, ac veluti priuati tenebãtur legibus, neq; id ægre ferebãt, existimãtes parẽdo legibus, sic beatos fore. Hac vsi erga subditos iustitia reges, oĩm beneuolentiam adeo assecuti sunt, vt nõ solũ sacerdotibus, sed & singulis Aegyptijs maior regũ, q̃ vxoꝝ filiorũq; aut alioꝝ principũ salutis inesset cura. Oẽs deniq; Aegyptij regis mortẽ cõmuni mœstitia luxerũt, vestes lacerãtes, tẽplis clausis forũ non frequentabãt, dies 72. luto deturpãtes capita mœrẽtes. Postrema die corpus in arca conditum, ante sepulchri aditũ posuerũt, ibi breuiariũ à rege in vita gestoꝝ de more recitabatur, volẽtiq; facultas dabatur accusandi regẽ: quo fiebat, vt plures reges timor cogeret iuste viuere, veritos futurã post mortẽ plebis irã atq; odiũ sempiternũ. Antiquorũ regũ viuẽdi mos iste erat, ait Diodorus.

De moribus regum Aegypti.

Leges.

Aegyptus in plures diuisa erat partes. Cuilibet parti prætor aderat, q omniũ haberet curã. vectigalibus trifariã partitis, priorẽ portionẽ percepit collegiũ sacerdotũ, quibus magna apud incolas autoritas, tũ propter deoꝝ curã, tum propter doctrinã fuit. Aderant enĩ sacerdotes grauibus in rebus semper cõsilio atq; opere regibus, tum astroꝝ peritia, tum vero sacrificijs futura prædicẽtes. Ex libris præterea sacris prioꝝ gesta referebãt, qbus reges in agendis noscãt quę sint profutura. Altera portio ad reges pertinet, quã & ad bella & ad vitæ cultũ, tum ad liberalitatẽ erga strenuos viros pro meritis impendũt. Qua ex re fit, vt populares nullo grauẽtur tributo. Tertiã percipiũt milites, & qui belli sunt

Diuisio Aegypti.

insti-

instituti ministerio. Iniquũ enim foret, ad tuendã cõmunẽ salutẽ intentos, nulla ex ea pro qua pugnarẽt patria, cõmoda percipere. Ea vero præcipua vtilitas videbatur, ꝙ facilius gignendæ proli operã darent: quo fiebat, vt referta multitudine hominum patria, nequaꝗ externo milite egerẽt. Sacerdotes & hi emunitatẽ habent. Est insu per Aegyptioꝝ politia in tria hominũ genera instituta, Pastorũ, Agricolarũ, Opificum. Agricolæ parua quadã mercede, à rege sacerdotibus ac militibus agros mercati, per omnẽ ætatẽ ab ipsa pueritia rei rusticæ sine intermissione vacant. Eodẽ modo & pastores, cura atq; arte regendi pecoris à patribus accepta, semper in ea gubernatione ætatẽ agunt. Quo fit, vt rerũ aliarũ ignari, inueniantur circa officiũ suum sagacissimi: & multa inueniũt suis studijs. Nõ enim ouis incubant aues, sed ipsi ingenio & naturali arte, ex ouis, præter cæterarũ cõsuetudinẽ, educũt fœtus. Artes quoq; apud Aegyptios excultas videmus, & ad summũ perductas. Nam soli Aegyptij opifices, omissa reꝝ publicaꝝ cura, nullũ nisi aut legibus permissum, aut à patre traditũ opus exercẽt, vt neq; eos docẽtis inuidia, neq; aliud quiddã ab instituto impediat exercitio. Apud Aegyptũ si quis opifex ad rempub. accedat, aut plures exerceat artes, magna mulctatur pœna. Diodorus hæc. Leges vero apud Aegyptios erãt tales. Iudicia nõ casu fiebãt, sed ratione. Existimabãt enim rite facta, plurimũ vitæ mortaliũ prodesse. Mos erat, accusatorẽ scribere ea quibus aliũ accusabat, modumq́; patratæ iniuriæ, aut damni facti, quãtiq́; eam æstimaret. Reo tẽpus dabatur rescribẽdi ad singula, & aut se id nõ fecisse, aut recte fecisse purgãdi causa, aut iniuriã vel damnũ minoris æstimãdi. Rursus accusatori reoq́; inuicẽ respondẽdi locus erat. Ita his auditis litigatoribus, cum iudices de cõtrouersia quæsissent, sententiam ferebãt. Is mos erat, existimabãt scriptis veritatẽ maxime elici posse. Sane oratorũ ars, hypocritaꝝ fraudes, lachrymæ periclitãtiũ multos à recto veroq́; iudicio auerterunt. Rex eoꝝ Sabacius noĩe, capite damnatos, nequaꝗ mortis pœna afficiendos censuit, sed opus facere vinctos cõpedibus ꝑ ciuitates coegit, ꝗ pœna nõ paruo extitit vectigali. plures enim ex eo officio aggeres cõstruxit, fossas varijs locis opportunas fecit. Ita & pœnæ acerbitatẽ leniuit, & inutilẽ pœnæ asperitatẽ in magnũ cõmodũ vertit. Periuri vero capite mulctabãtur, tanꝗ qui duplici tenerẽtur scelere, vt qui & pietatẽ in deos violarẽt, & fidẽ inter hoĩes tollerẽt, maximũ vinculũ societatis humanę. Si quis iter faciẽs, aut hominẽ cædi cõperiret, aut quãlibet iniuriã perpeti, neq; subueniret auxilio si posset, mortis erat reus: si nõ posset, deferre latrones cogebat. Cogebant Aegyptij oẽs, scripta sua noĩa ad ꝓsides regionũ, & simul ꝗ exercitio viuerẽt, deferre. qua in re si quis mentiret, aut si iniusto viueret quæstu, mortis pœnã incidebat. In bellis ꝗ aut ordinẽ reliquissent, aut nõ parerẽt ducibus, nõ plectebãtur morte, sed maxima omniũ ignominia, qua postmodũ, virtute & recte factis deleta, ad priorẽ statũ redibant. His qui secreta hostibus reuelassent, linguã abscindebãt. Ei qui mulierẽ liberã violasset, virilia execabant, qm̃ vno crimine tria haud parua scelera cõplexus esset, iniuriã, corruptelã, & liberoꝝ cõfusionẽ. In adulterio spõtaneo dep̃hensus, virgis cædebat ad mille plagas, mulier naso mutilabat. Bocchoris rex Aegypti, leges plurimas ad cõmercia hoĩm tulit, de qbus Diodorus. Lex ꝑterea de furibus hæc erat, Iubebat eos qui furari volebãt, nomen suũ apud principẽ sacerdotũ scribere, atq; eo vestigio furtũ ad eũ deferre, & cui furatus esset, & tunc quarta parte mulctabatur dñs, quæ dabatur furi. Satius legislator esse duxit, cũ impossibile esset furta cohibere, alicuius portionis ꝗ totius rei amissæ, homines iacturã pati. Sacerdotibus vnam tantũ vxorem ducere licuit, reliqui pro voluntate ac facultatibus plures ducunt. Solũ patrem existimant generis autorem, vnde natus etiã ex ancilla, pro legitimo habebatur & libero. Musicam nõ solũ inutilem, sed etiam nociuam ducebant, tanquam virorũ animos effœminantem. Morbos vel ieiunio vel vomitu curabãt, idq́; aut quotidie, aut tribus aut quatuor interiectis diebus. Medici tamen erant apud eos, qui ex publico sumptum habebant, ægros secundũ leges curabant. si quis normam sacri libri secutus, infirmũ sanare nequiuerat, omni crimine carebat. Si præter ea ꝗ libris cõtinebantur, illũ curauerat, morte puniebatur. Alia plura Diodorus Siculus annotauit.

Politia.

Leges Aegyptiorũ.

Fides.

Leges ad hominũ cõmercia.

Musica.

Medici.

DE EXORDIO REGNI TEVTONICORVM SEV GERMANORVM.

Berosus Chaldæus sacerdos, quẽ Iosephus in antiquitatibus sæpe adducit, & Metasthenes Persa vt publica fide probatũ scriptorẽ annaliũ Assyrioꝝ asserit, qui & regnũ seu monarchiã Grecoꝝ ꝓcessit. Hic ita in quarto libro historiaꝝ scripsit: Anno, inquit, 131. à salute ab aquis, prima omniũ gentiũ & ciuitatum fundata est Babylonica vrbs, ab exordio huius, Ianus pater, aliàs Noa, misit in Europã, & regẽ Sarmatiæ fecit Tuysconem à Tanai ad Rhenũ fluuiũ. Iunctiq́; sunt illi omnes filij Istri & Mesæ

Teutones.

cum fratribus suis, ab Adula monte vsq; ad Mesembriã Ponticam. De hoc Tuyscone meminit etiã Corne. Tacitus de situ Germanorũ: Tuyscone, inquit, Germani deum terra editũ, & filiũ Mannũ, originẽ gentis conditoremq; fuisse, & bene, quia Tuyscon fuit filius Noe, vt suprà generatione xi. scripsi. Et hic primus rex Germanorũ & Sarmatarũ. Deinde Berosus: Anno, inquit, Nini regis Assyriorũ quarto, Tuyscon gigas Sarmatas legibus format apud Rhenũ. Idipsum facit Iubal apud Celtiberos, & Samotes apud Celtas. Secũdus rex fuit Mannus, de quo idẽ Berosus inquit: Apud Rheni Sarmatas, anno sexto Semiramidis, regnauit filius Tuysconis Mannus. Tertius rex Ingaeuon, de quo Berosus: Sub Nino filio Nini & Semiramidis, apud Tuyscones regnauit Ingaeuon. Quartus rex Teutonicorũ seu Germanorum Herminon, de hoc Berosus: Sub Aralio septimo rege Assyriorũ, apud Tuyscones regnauit Herminon vir ferox armis. Quintus rex fuit Marsus, de quo Berosus: Octauus rex Babylonis fuit Baleus, sub quo apud Tuyscones regnabat Marsus. ab hoc Marso rege Germanorũ, regio Marsorũ est dicta, vt Plinius in naturali scribit historia. meminit & Corne. Tacitus. Sextus rex dictus est Gambriuius, de quo Berosus: Decimus Assyriorũ rex fuit Belochus, sub quo apud Tuyscones regnauit Gambriuius vir ferocis animi. Gambriuius, secundũ Ioannẽ Anniũ, interpretatur latine coronatus. Ideo existimat hunc fuisse primum, qui coronã totius Germaniæ cõsensu pertulerit. Septimus rex fuit Sueuus, de quo idem Berosus: Sub Baleo xi. rege Babyloniæ, regnauit apud Tuyscones Sueuus. Hunc ego arbitror regẽ, à quo dicti sunt Sueui. Et qui scribitur à quibusdã, oppidum Turicense maius iuxta ripam Limagi fluuij construxisse, cũ iam Turicus rex Arelatẽsis cõdidisset minus ab altera parte ripæ. Et ideo totũ oppidum appellatũ Turegum, quasi duregum. i. duorũ regnorũ. Fluuius aũt Turegum interfluens, nominatur Lindimaga, vel Limaga, siue Limagus, vulgo Limat. Octauus rex, dictus est Vandalus, regnauit sub Altada xij. rege Babyloniæ. Nonus rex, dictus est Teutanes, ab eo Teutonia, regnauit sub Mamito xiij. rege Babyloniorũ. & sacrificijs ritus indidit. Decimus rex, Hercules Alemannus, de quo Berosus: Sub Mancaleo xiiij. rege Assyriorũ, regnauit apud Tuyscones Hercules Alemannus. de hoc Corne. Tacitus, Germani ituri in prælia, Herculem canunt. Et tantũ de decem regibus Germanorum, quorum Berosus meminit.

Tuyscon primus rex Germaniæ. — Secundus. — Tertius. — Quartus. — Quintus. — Sextus. — Septimus. — Sueui. — Turegum. — Octauus. — Nonus. — Decimus.

GENERATIO XVII.

Saruch secundũ Hebræos vixit annis 30. & genuit Nachor. Sed secundũ Septuaginta interpretes, anno vitæ suæ 30. supra centesimũ, genuit Nachor.

Anno 2905. à mũdi exordio in *Saruch filio Ragau p̃ lineã Chri xvij. incepit generatio, q̃ trigesimo supra cẽtesimũ vitæ suæ anno, secundũ August. & Isidorũ, genuit Nachor. Postea vero alios genuit filios & filias. & cũ facti fuissent oẽs dies Saruch, ducẽti & 30. anni, mortuus est. Gene. 11. Anno vitæ Saruch 25. teste Eusebio, Assyriorũ regnũ initiũ sumpsit, q̃d quidẽ regnũ secundũ Augu. de ci. Dei ca. 2. li. 16. q̃tũ ad imperiũ attinet. maximũ oĩm fuit, neq; vllũ aliud tã longe lateq; diffusum, q̃dq; durauit annos 1302. Certe potest esse, q̃ regnũ Assyriorũ tunc exortũ fuerit. Sed quõ Belus tum regnare cœperit, nõ bene quadrat. Nã ipse Belus regnauit duntaxat annis septuagintaquinq; in Assyria, cui successit Ninus, q̃ Thare regnauit tẽpore, & cuius regni anno 43. natus est Abrahã. Vnde sequitur, q̃ Belus Assyrijs regnare cœperit anno Nachor 101. Et id sequar, vt annos ab exordio mũdi rectius cõputare valeam. Veruntamen si credibile est, inuenio apud aliquos, Hungaricũ atq; Bohemicũ regnũ his temporibus fuisse exortũ. Hungarorũ siue Hunorũ protoparentẽ, Nemroth regẽ Babel prædicant. Nemroth, inquiunt, ex vxore sua Enech duos generauit filios: vnus Hunor, alter Magor denominabatur. Ab Hunor Hungari siue Huni, q̃d idem dicunt, sumpserunt originem. Alij referunt, Hunor & Magor patres Hunorum, descendisse à Magog filio Iapheth, qui post diluuium anno 58. prout S. Sigibertus episcopus Antiochenus in Chronica Orientalium nationum refert, intrauit terrã Euilath. Et ex coniuge sua Enech genuit Hunor & Magor supradictos. Et quomodo peruenerint ad paludes Mæotidas cerua duce, quinq; annis ibi morantes. Sexto vero anno exiuerint per desertũ, post multos annos duxerint in Pannoniam, & expulsis Gotthis, eam occupauere. De Bohemiæ vero regno, vt refert Supplemẽtum Chronicarum, q̃ Bohemus nomine princeps vnus, qui extructioni turris Babel interfuerat, per Italiam transiens, Alemaniamq; penetrans, vltra Danubium consederit. & terram à se Bohemiam nominauerit, & alia nonnulla subiungit, quæ refellere nõ est opus. Nam siue à cõfusione linguarum à Bohemo aut Sclauo, siue ab Hunor ac Magor Hungaros & Bohemos originem quis duxisse contendat, non refert: cum

*al's, Baruch — Regnũ Assyriorum. — De Hungaris & regni initio. — De Bohemia & regni initio.

cum nemo sit qui non gloriari possit, ex arca se Noe, sed & ex Adam & Eua processisse. Sed quod regna ista in hac generatione fuerint exorta, neminem adhuc vidi, qui reges illorum regnorum nominaret. Primum autem Hungarorum regem seu Hunorum Attilam fuisse testatur Chronicae. Qui regnauit Hungaris anno salutis nostrae quadringentesimo primo. Bohemia vero ducibus paruit vsque ad Vladislaum, qui in expugnatione Mediolanensium egregiam operam nauauit, & in regem se coronari meruit, licet inueniatur auus suus nomine aequiuocus, ab Heinrico quarto in regem fuisse coronatus Anno salutis nostrae millesimo octogesimosexto. Sed vt Pius papa (ante Aeneas Siluius dictus) scribit, successores sui tres regia dignitate non sunt vsi, tanquam regni decus homini, non prouinciae, datum fuisset. de his suis in locis latius dicetur. Est autem Bohemia in solo barbarico trans Danubium sita, vt scribit Aeneas Siluius, Germaniae portio. Cuius ad orientem latus Morraui tenent & Slesitarum pars, ad septentrionem iidem Slesitae, Saxones, qui & Misnenses & Thuringi: ad occidentem Franci & pars Norici agri, meridionalem plagam tum Baioarij, tum Australes habet. Nec alia Bohemiae, quam Teutonum terra coniungitur. Sylua vniuersam claudit, quam veteres Hercyniam vocauere. Sermo genti & Dalmatis vnus. Mos vetus in hac vsque diem seruatur: in templis, sermone Teutonico plebes docent: in coemiterijs, Bohemico. Solis mendicantibus libertas fuit, qua vellent lingua populos instruere. Quae res palam indicat, regionem ipsam olim Teutonicam fuisse, sensimque subintrasse Bohemos, quod Strabonis testimonio confirmare licet, septimo commentario: Senones, inquit, Sueuorum natio, partim intra, partim extra syluam habitat, Getarum contermina genti. Sueuorum gens quidem amplissima: e Rheno siquidem vsque ad Albim peruenit fluuium. Eorum etiam portio trans Albim loca depascitur, quemadmodum Eumondori & Lancosargi. Haec Strabo. De Bohemis plura infra in secundo volumine.

Margin: Attilas. — Vladislaus. — Bohemiae situs. — Hercynia sylua, alias Harcynia. — Sueuorum gens.

GENERATIO DECIMAOCTAVA.

Nachor secundum Hebraeos vixit annis 29. & genuit Thare, sed secundum Septuaginta interpretes, cum esset annorum septuagintanouem, genuit Thare.

ANno 3055. à mundi exordio, in Nachor per lineam Christi incepit 18. generatio. Hic Nachor cum esset annorum septuagintanouem, genuit Thare, & post eum filios & filias: completisque centum quadraginta octo annis totius vitae suae, defunctus est, de quo Gene. 11. cap. Assyriorum regnum in hac generatione anno Nachor 101. secundum veram computationem, vt mihi apparet, videtur habuisse exordium in Belo primo rege, quod quidem regnum prae caeteris omnibus insignius fuit, quum per annos mille trecentos & duos, à Belo vsque ad Sardanapalum vltimum, sub regibus 37. porrectum fuerit, qui sunt ac regnauerunt:

Margin: Nachor. — Assyriorum regnum.

REGES ASSYRIORVM.

Margin: Berosus atque Metasthenes in his concordant.

Belus regnauit annis 62.
Ninus filius eius regnauit annis 52.
Semiramis vxor eius, regnauit post eum annis 42.
Zameis, qui & Ninias, filius eorum, regnauit annis 38.
Arius 5. rex, regnauit annis 30.
Arasius regnauit annis 40.
Xerxes qui & Baleus, regnauit annis 30.
Armamitres rex regnauit annis 38.
Belochus Priscus regnauit annis 35.
Baleus iunior regnauit annis 52.
Altadas regnauit annis 32.
Mamithus regnauit annis 30.
Mancalaeus rex 13. regnauit annis 30.
Iphereus 14. regnauit annis 20.
Mamilus 15. regnauit annis 30.
Sparethus 16. regnauit annis 40.
Ascades 17. regnauit annis 40.
Amynthes 18. regnauit annis 45.
Belothus iunior 19. regnauit annis 25.
Bellepares 20. regnauit annis 30.
Lamprides 21. regnauit annis 32.
Sosares 22. regnauit annis 20.
Lampares 23. regnauit annis 30.
Pannias 24. regnauit annis 45.
Sosarmus 25. regnauit annis 19.
Mitreus 26. regnauit annis 27.
Tautanes 27. regnauit annis 32.
Tauteus 28. regnauit annis 40.
Thyneus 29. regnauit annis 30.
Dercylus 30. regnauit annis 40.
Eupales 31. regnauit annis 38.
Laosthenes 32. regnauit annis 45.
Pyritiades 33. regnauit annis 30.
Ofrateus 34. regnauit annis 20.
Ophratanes 35. regnauit annis 50.
Acrazapes 36. regnauit annis 42.



Tonoscôcoleros, qui graece Sardanapalus, regnauit annis 20. in hoc defecit regnum Assyriorum, quod Arbaces ad Medos transtulit. Fuerunt tamen post Sardanapalum reges Assyriorum, sed non monarchae, vsque ad subuersionem Niniues, immo bipartita est monarchia. Et secundum beatum Augustinum, inter caetera regna mundi, duo sunt alijs omnibus clariora, Assyriorum & Romanorum, temporibus & locis ordinata & distincta.

Margin: Regna duo clariora.

& distincta. Illud primo in oriente, aliud in occidēte surrexit: atq; finis illius, initium huius fuit. Ipsam em̄ Babyloniā, regni Assyriorū sedem, Romamq́; germanas fuisse ciuitates, non solū ex historicorū dictis, qui huiusmodi (medijs ac breuibus Medorū seu Persarū ac Macedonū regnis, tanq̄ paruuli filij tutoribus, non iure hæreditatis, sed successione temporis interuenientibus) successisse tradiderunt, sed etiā ex principis apostolorū Epistola, qui de Roma scribens, eam Babyloniā vocat, dicens: Salutat vos ecclesia quæ est in Babylone. Durauit primū annis mille trecentis & duobus. Alterum, scilicet Romanorum, nunc durauit mille quadringentis nonaginta quatuor annis.

Regna quatuor. Regnū Sicyoniorum.

De quatuor regnis principalibus prophetizauit Ionichus supra xi. generatione. Et Daniel, de quo infra generatione 51. in litera Daniel. Assyriorū incipit hic. Medorum & Persarū infra generatione 52. regnum Græcorū gn̄atione 56. Regnum Romanorum in principio voluminis secūdi, generatione prima. In hac quoq; gn̄atione, anno Nachor centesimo quadragesimo sexto, cœpit regnum Sicyoniorū. Licet aūt Eusebius referat illud exortum anno 74. vitæ Nachor, tamē quū à sequētibus discordet supputationibus, primū sequi intendo. In hoc regno primus Aegialeus regnauit, & ab eius noīe dicta est terra ista Aegialos siue Aegialia, quæ postea Danaa, deinde Achaia, hactenus Peloponnesus nuncupatur. Cuius clarissimū oppidū Corinthus fuit. Regio hæc etiā Lycaonia vocata fuit, de q̄ Augustinus 18. de ciuit. Dei, Sicyoniorū regnū admodū paruū erat, peruenit aūt aliquādo ad Atheniēses, deinde ad Latinos, postmodum ad Romanos, deniq; ad Turcas. Durauit autem vsq; ad Heli sacerdotis tempora, supra octingentos annos, post quos sacerdotes Carnij constituti sunt.

REGES SICYONIORVM, ALIAS ARCADVM.

Aegialeus seu Abialius 1. regnauit annis 50.	Mesapus regnauit annis 47.	Laomedon 40.
Europs regnauit annis 45.	Eratus regnauit annis 46.	Sicyon 45.
Stelchin regnauit annis 20.	Plemmeus regnauit annis 48.	Polybus 40.
Apis regnauit annis 25.	Orthopolis regnauit annis 43.	Inachus 42.
Thelasion reg. annis 52.	Marathus regnauit annis 30.	Phestus 8.
Aegidius regnau. annis 34.	Echireus regnauit annis 55.	Adrastus reg. annis 4.
Thurimach⁹ reg. annis 45.	Marathus regnauit annis 20.	Polyphides 31.
Leucippus regna. annis 53.	Chorax 30.	Pelasgus 20.
	Epopeus 35.	Zeusippus 31.

Ac sic omnes hi vigintisex reges, regnauerunt vsq; ad vigesimumnonum annum principatus Heli sacerdotis.

GENERATIO NONADECIMA

Thare, secundum Hebræos, vixit annis 70. & genuit Abram. Sed secūdum Septuaginta interpretes, anno vitæ suæ similiter 70. genuit Abram. Sunt ergo à diluuio ad Abraham, vt ait Philo, anni ducenti nonagintaduo.

Nachor pater Thare. Generatio Thare.

ANno ab exordio mūdi 3114. in Thare Nachor filio, p lineā Christi 19. cœpit generatio. Hic Thare cū esset 70. annorū, vt refert Isidorus, genuit Abram & Nachor & Aram. Abram duos filios genuit, Hismaelem & Isaac. Nachor secūdus filius Thare, octo de Melcha genuit filios. E qbus Bathuel vltimus fuit, qui genuit Rebeccam filiā & Laban filiū. Hus primus erat filius Nachor, Iob filius Hus. Buz, secundus filius Nachor, filij illius Beor & Balaam. Bathuel habuit Rebeccā & Laban. Hic Laban duas habuit filias, Lian & Rachel. Camuel q̄rtus filius Nachor, Caseth q̄ntus, Aran sextus, Pheldas septimus, Bela octauus. Aram vero tertius filius Thare, genuit Loth, Sarai & Melcham. Sarai vxorē duxit Abram frater, & Melchā Nachor frater.

Idola.

Iste Aram inter Chaldæos mortuus est in ciuitate Hur. Porro Thare odio habere cœpit terrā Chaldæorū propter idola, quæ apud eos venerabātur, quia ignē adorabāt, & propter luctum Aram filij sui. Hebræi em̄ fabulantur, ꝙ cum Thare & filij eius recusarent adorare ignem, miserunt eos in ignem, qui deum verum adorātes, euaserūt illæsi, excepto Aram, qui in fide deficiēs, cōsumptus est. Eduxit igitur Thare Abram & suos de Chaldæa, migrauitq́; in Charran siue Aran Mesopotamiæ ciuitatem, vbi & demum mortuus est, dum vixisset annis ducentis quinq;.

Morit Bel⁹. Ninus rex.

Anno à mūdi exordio 3141. anno generationis currentis 27. mortuus est Belus Babyloniæ rex, cum iam regnasset annis 75. Et successit ei filius suus Ninus, qui in serie regni Assyriorum, primus ponitur: non ꝙ ille primus rex esset, cum pater eius Belus ante illum 75. annis regnasset in Babylone, quam ædificauit Nemroth: sed quia cæteris regibus fraudis ignaris, & regnorum suorum finibus contentis, ipse propagandæ dominationis libidine arma foris extulit, cruentam vitam bellis egit, donec omnem Asiam, excepta India, imperio suo subiecit. Vnde factum est, ꝙ etsi tum nonnulla alia regna fuissent

fuissent exorta,regnũ tamen Assyriorũ monarchiã obtinuit & principatũ,de quo & Ionichus quartus filius Noe,vt supra dictũ fuit, ita fore pdixit.Et Daniel propheta Nabuchodonosor in statua per quietem visa,interpretationẽ fecit.De hoc Assyriorũ regno,Trogi Pompeij abbreuiator sic exorsus est:Principio,inquit,rerũ, gentiũ nationũq; imperiũ penes reges erat,quos ad fastigiũ huius maiestatis nõ ambitio secularis,sed spectata inter bonos moderatio prouehebat,populus nullis legibus tenebatur,arbitria principum pro legibus erãt,fines imperij magis tueri,q̃ proferre mos erat,intra suã cuiq; patriã regna finiebãtur.Primus omniũ Ninus,Beli regis Assyriorũ filius,veterẽ gentiũ morem noua imperij cupiditate mutauit.Hic mortuo patre Belo,in regno successit.Moxq; in solatiũ doloris,imaginẽ patris sculpi iussit,tantãq; reuerẽtiã exhibuit statuæ,vt quibuslibet reis qui ad eã cõfugissent,parceret. Propter q̃d hoĩes diuinos honores cœperunt illi imagini impendere,æmulationeq; illius plurimi postea charis suis mortuis imagines dedicauere.Hinc exortum habuisse fertur idololatria,à Belo introducta imaginato. Ninus igitur patre defuncto,totã Assyriam obtinuit,ciuitatemq; Campsor regni,à noĩe suo appellatã *Niniuen,caput regni cõstituit,& itinere trium dierũ ampliauit.Et quia secũdæ res,vt plurimũ,maiorũ ingerũt cupiditates,ad reliquã Asiam subijciendã profectus,omnẽ annis 17.pter Indos & Bactrianos,in potestatẽ suã redegit.Excipit etiã Diodorus Siculus Arabiam, quæ gens libertatẽ seruans,nullũ aduenã apud se regnare passa est.ita neq; Persarũ, neq; Macedonũ reges,quanuis potentes armis,eorũ imperio potiti sunt.Est enim regio inexpugnabilis,propter loca partim deserta,partim arida,aquisq; deficientia. Vnde societatẽ Ninus cũ Arieo Arabum rege inijt,& eum sibi adiutorẽ fecit. Deinde arma in Bactrianos vertens Ninus,ibi Semiramidem vxorẽ duxit,quæ cum clarissima omniũ mulierũ feratur,quõ ex humili fortuna ad tantã gloriam peruenerit, haud ab re erit referre.Est Syriæ ciuitas Ascalon,iuxta templũ deæ,quã appellãt Dercetam,facie hoĩs,reliqua parte corporis piscẽ.huius* causæ fabulã ferunt,hãc à quodam adolescente imprægnatã,Venere suggerente,ac deam sui erroris pudore ductam,natã filiam in desertũ exposuisse,& ab auibus susceptã nutritamq;.Anno acto, à pastoribus compertã aiunt,& præsidi pastorũ regi donatã.Qui liberis carens,vt filiam magna cura nutritã,Semiramidem ab auibus(eo enim noĩe lingua Syra vocatur)appellauit.Quæ cũ iam nubilis esset,ac pulchritudine cæteras anteiret puellas, præfectus Syriæ cũ apud Simmam(ita enim vocabatur pater nutricius)diuertisset, virginis amore captus,vxorẽ illam sumẽs,duxit in Niniuen siue Ninam.Et cũ plures virtutes Semiramidis formã exornarent,vir vni mulieri deditus,nil absq; eius agebat consilio.Inter hæc Ninus Bactrianorũ patriã accessu difficilẽ,viribus præualidã, grandi exercitu coacto,est ingressus.Fuere aũt in Bactria plures insignes vrbes,quarũ vna præclarissima,cæteris tum magnitudine præstantior,tum arce munitissima, Bactra dicta,vel(vt Stephanus de vrbibus scripsit)Bactrion.Sed & Bactrianorũ rex Zoroastes,comparato valido exercitu,Nino occurrit in regni finibus:hostes in fugam versos superat,persequiturq; cædendo vsq; ad montes proximos,ad centũ millibus hostium cæsis.Deinde auxilium ferente suis Nino,superati à multitudine Assyriorũ Bactriani,dispersi sunt,suaq; quisq; vrbi subsidio abijt.Ninus cæteris vrbibus captis,Bactra & natura loci & rebus cæteris quæ ad defensionẽ spectant,munita,cũ expugnare nõ posset,obsedit.Protracta aũt longa obsidione,vir Semiramidis Menones dictus,amoris impatiens,vxorẽ accersit.Quare perspicax magniq; vltra muliebrẽ sexum animi,tẽpus nacta,quo virtutẽ ostenderet,viam multorũ dierũ ingreditur,induta stola eiusmodi formæ,vt vir mulierve esset,nequiret cõspici.Cuius tanta erat cõmoditas,vt postmodũ Medi Persæq; stola Semiramidis vterentur.Cũ venisset in Bactra,perspecta obsidione,tum locis,vrbisq; situ,quaq; adiri posset animaduersis,arcem,q̃a loco natura munito,difficiliq; erat accessu,custodijs proinde vacuã, inferiori parti,veluti arce ab hoste tuta,oĩbus intentis,conspexit.Sumptis igitur qui per loca petrosa abruptaq; adscendere soliti erant,per aditũ vallis præcipitẽ superata loci asperitate,partẽ arcis capit,magnoq; ad terrorẽ excitato tumultu,signũ captæ arcis obsidẽtibus dedit.Qui infra vrbẽ erãt,arce amissa obstupefacti,relictis mœnibus,fuga salutẽ quæsierunt.Capta est hoc modo ciuitas.Tum admiratus Semiramidis virtutẽ rex Ninus,in primis eã donis multis cumulauit,deinde pulchritudine eius allectus,psuadere viro conatus est,vt illã sponte sibi vxorẽ donaret,pollicitus filiam suã ei ea gratia donaturũ:renuenti cõminatus est ei,se oculos,ni pareret,eruiturũ.hoc perculsus timore,simul & amore incẽsus Menones,laqueo vitam finiuit.Semiramidem Ninus vxorẽ accepit.Superato hoc modo Zoroaste atq; occiso,constitutis

Monarchia Assyriorũ.
De regno Assyriorũ.
Reges.
Ninus.
Asylum.
Prima idololatria.
Ninus Assyriorũ rex.
*al's,Ninæ
De Arabia.
Ninus.
Semiramis.
Ascalon.
Derceta dea.
Bactrianum regnum.
Bactra.
Zoroastes.
Stola.

tutis rebus Bactrianorũ,exercitũ Ninus dimisit,& ad propria rediit.Hęc Diodorus.

Zoroastes. Idola. Zoroastes rex Bactrianorum,quẽ occidit Ninus, Cham filius Noe fuisse dicitur,secundum Magistrum in historiis.Et fertur magicæ artis inuentor. Qui & septem liberales artes in 14.columnis scripsit,septẽ æneis,& septem lateritiis,contra ignẽ & aquã. Ninus vero libros eius combussit,& ab eis orta sunt idola.Et ab imagine Beli eiusq; noĩe, idola dicta vel Beel, vel Baal, aut Baalim,Beelphegor aut Beelzebub, vnde Syrophanes primus idololatra Aegypti.De isto Zoroaste B.August. 21.de ciuit.Dei dicit,quod fertur de Zoroaste,quod solus ipse natus riserit,cum omnes alij plorent,nec aliquid boni risus demonstrauit.Nam licet magicarum artium inuentor, à Nino tamen rege Assyriorum fuit superatus.Clemens in itinerario dicit,quod hic volens videri Deus, & astris multum intentus, velut scintillas quasdam ex stellis producebat, vt rudes in stuporem miraculi traherentur.Tandem ab ipso dæmone,quẽ importunius frequẽtabat,est succẽsus,cui extruxerunt sepulchrũ, tanq̃ amico Dei, vehiculo fulminis ad cœlum leuato.vnde & hoc nomen post mortem sortitus est Zoroastes, quasi viuens astrum.Cum Aristoteles scribat,vicies centũ millia versuum ab ipso cõdita,miratur Helinandus,quõ Aristoteles viderit libros eius, cũ Ninus eos cõbusserit.Isidorus dicit eũ à Nino interfectũ.Eius aũt magicã post multa secula Democritus ampliauit.

Idololatria.

Zoroastes risit ea hora q̃ natus est.

EX GENTILIVM SCRIPTVRIS

Berosus. Berosus Chaldæus, vt Iosephus in primo de iudaica antiquitate significat, fuit sacerdos,notarius & scriba publicus,& præcessit Alexandri regnum.quo tempore, vt autor est Metasthenes,penes sacerdotes solos erat publica fides annalium,quãobrem oẽm Chaldaicam deflorauit historiam,& sic exorditur,dicens: Ante aquarum cladem famosam,qua vniuersus periit orbis,multa præterierunt secula, q̃ à nostris Chaldæis fideliter fuerunt obseruata.Et cum de inundatione orbis ac saluatione Noe filiorumq; late scripserit,subiũgit:Igitur ab hoc anno salutis humanæ ab aquis primordio sumpto, nostri maiores numeros scripserũt. Nos abbreuiate referemus origines & tempora & reges eorum duntaxat regnorum,quę nunc magna habentur.In Asia quidem nostrum oĩm celsissimum Babylonicum, in Africa Aegyptium & Lybicum. Postremo in Europa q̃tuor nostri enumerant,Celtiberorum,Celtarum,Kytim,quod illę gentes Italicum appellant,& Tuysconum,quod à Rheno fluuio pẽr Sarmatas in Pontum finit.Addũt qdam etiam quintũ,Ionicũ, deinde Berosus describit arborẽ filiorum Noe, deinde filiorum Sem,Cham,& Iapheth.Postea in 4.li.Berosus de Noa aut Iano refert, quod in Europa regẽ Sarmatiæ fecerit Tuysconẽ,à Tanai ad Rhenũ, iũctiq; sunt illi oẽs filij Istri & Mesæ,ab Adula monte vsq; in Mesembriam Ponticam.Hæc ille.

De regno Teutonicorum ac Sarmatarum.

Tuysconũ regnum, id est, Germanorum.

GENERATIO VICESIMA.

A diluuio vsq; ad Abraham,sunt anni secundum Hebræos, vt ait Philo,ducenti nonagintaduo:sed secundum Septuaginta,sunt anni nongenti quadragintaduo. Ab Abraham vsq; ad natiuitatem Moysi, sunt anni quadringenti viginti quinq;. Et à Moyse ad inchoatum templum ligneum & legem datam in monte Sinai,anni octoginta.

Aetas tertia mundi in Abraham patriarcha,ac in eo per lineam Christi ab exordio generis humani anno 3184. vicesima incepit gñatio. Natus eñi fuit Abraham anno patris sui Thare 70.regni vero Nini regis Assyriorum,42.Vnde Orosius in pręfatione libri de*Ormisda mundi,sic ait:Ab Adam vsq; ad natiuitatẽ Abrahæ,sunt anni 3184. vel vt alij habẽt,tria millia 34.qui ab omnibus historiographis vel sunt omissi,vel ignorati. Ab Abraham autem vsq; ad natiuitatem Christi sub Augusto Octauiano,anni sunt duo millia quindecim.In quibus autores & scriptores inter se omniũ ocia negociaq; triuerunt.Hebræi tamen,quos non sequor,ab exordio mundi vsq; ad natiuitatem Abrahæ,solum ponunt mille nongentos quadragintaocto annos.Et sic secũdum Septuaginta interpretes, quos sequitur Beda & Orosius & ecclesia,exceditur Hebræorum supputatio mille ducentis triginta quatuor annis.

Ninus moritur. Porro Ninus, vt refert Otho Frisingen. cruenta victoria tanquam lupus sæuiens inter oues inermes, quinquagesimosecundo regni sui anno, in oppugnatione vrbis cuiusdam sagitta pcussus,interiit,in ipsoq; veridice impletũ est:Omnis qui acceperit gladiũ,gladio peribit.quod actũ est anno Abrahæ decimo. Diodorus sic ait: Genito ex Semiramide filio,cui nomẽ Nini indidit,excessit e vita,imperio vxori relicto.Sepultus est in regia,sepulchro ingentis molis,altitudine nouẽ stadiorum. Mortuo aũt Nino primo rege Assyriorum,anno ab exordio mundi 3194. relicto filio impubere Nino & vxore Semiramide,hæc neq; immaturo puero(ait Iustinus)tradere imperium,nec

Semiramis. ipsa palam tractare ausa,tot ac tantis gentibus vix patiẽter vni viro,nedum fœminæ pari-

parituris,simulat se pro vxore Nini filium,pro fœmina puerꝝ. Nam & statura vtriqꝫ mediocris,& vox pariter gracilis,& lineamentoꝝ qualitas matri ac filio similis. Igitur brachia ac crura velamẽtis,tiara caput tegit: & ne nouo habitu aliquid occultare videretur, eodem ornatu & populum vestiri iubet,quem morem vestis exinde gẽs vniuersa tenet. Sic primis initiјs sexum mentita, puer credita est. magnas deinde res gessit,quaꝝ amplitudine vbi inuidiam superatã putat,quæ sit fatetur,quemve simulasset. nec hoc illi dignitatẽ regni ademit,sed admirationem auxit,ꝙ mulier non fœminas modo virtute,sed etiã viros anteiret. Hæc Babyloniã cõdidit, & muꝝ vrbis cocto latere circundedit,arena,pice,bitumine interstrato,quæ materia in illis passim locis e terra exæstuat. Multa alia præclara huius reginæ fuere: siquidẽ non cõtenta acqsitos à viro regni terminos tueri,Aethiopiã q̃qꝫ regno suo adiecit. Sed & Indiæ belliũ intulit,q̃ præter illam & Alexandrũ Magnũ nemo intrauit. Iustinus hæc. Sed Diodorus Siculus li.3.refert hoc modo: Vniuersa deinceps peragrata Aegypto. Libyáqꝫ magna ex parte in ditionem redacta,ad Iouem Ammonẽ transiit,sciscitatura à Deo suæ vitæ finem. dicitur responsum ei datum,ab hominibus migraturã esse,atqꝫ à multis Asiæ gentibus immortaliũ honores assecuturam: Idq́ꝫ fore,cum ei Ninus filius insidiaretur,de quo infra. Idem Diodorus paulo post: Cõstitutis,inquit,Aethiopiæ Aegyptíqꝫ rebus,Semiramis ad Bactrianos Asiæ cum exercitu descendit. & cum diutius pacem egisset,honoris cupida,excogitauit aliquod memoria dignũ bellum gerere. Audiens igitur Indorum gentem maximam, inter cæteras orbis regiones pulchram fertilemq́ꝫ,arma in Indiam vertit. Est autem India præ cęteris pulchritudine excellens,regio multis fluminibus distincta,bisq́ꝫ fructus annuatim ferẽs. adeo aũt oĩbus exuberat ad victum necessariјs,vt affatim vbilibet fructus afferat. dicitur,nunq̃ in ea sterilitatem esse, aut fructuũ vastitatem. Est ibi incredibilis elephantoꝝ numerus,qui virtute & robore corporis longe Libycis ꝑstant. Similiter auri,argenti,æris, lapidumq́ꝫ preciosorum,cæterarumq́ꝫ rerum quæ ad delicias atqꝫ opes spectãt,summa copia. Quæ singula Semiramidem ad bellum Indicum inuitauere. Videns autem quantum bellum susceptum esset,magnisq́ꝫ viribus sibi opus esse,omnibus prouinciarum præfectis mandauit,vt pro magnitudine prouinciaꝝ,iuniores bello aptos cõscriberent. Edixit quoqꝫ reliquis,vt post triennium in Bactris parati instructiq́ꝫ adessent. Iussitq́ꝫ in Phœnicia,Cypro,Syria,atqꝫ aliјs maritimis locis,vbi ea materia suppetit,naues fluminibus aptas parari. His tandem confectis, copias omnes in Bactris coegit. fuit militum numerus,vt Ethesias tradit,tredecies cẽtena millia militũ,equitum*millia quingenta,currus aũt ad centum millia,naues diuersæ ad duo millia.

Audita rex Indorum tum exercitus magnitudine,tum ingenti apparatu belli,conatus est excedere Semiramidis vires. Et primum ex arundinibus nauigia confecit, ad quatuor millia,fluuio accommodata. Armorum quoqꝫ omnis generis copias cõfecit. Elephantorumq́ꝫ venatione facta,plurimos ad bellum instruxit. omnibusq́ꝫ paratis atqꝫ instructis,nuncios ad Semiramidem nunc appropinquantẽ mittens,repræhendit eius ambitionem,ꝙ nulla lacessita iniuria,bellum sibi inferret. multisq́ꝫ verbis eam per literas incusans, deos inuocans testes,minatus est, si acie victa esset, se illam cruci affixurum. Lecta epistola,ridẽs Semiramis,non verbis,sed virtute certandum, respondit. Deinde regis classe inuenta,durum certamen cõmissum est,ac diutius magnis viribus vtrinqꝫ pugnatum. tãdem superata Indorum classe, ad mille naues submersæ sunt,multiq́ꝫ mortales capti. pontem supra flumen, quo facilior esset trãsitus, construxit. præsidioq́ꝫ ex vtroqꝫ latere imposito,omnes copias traduxit. vrbes & insulas cepit,ad cẽtum millia hominum in seruitutem redegit. Classe amissa,Indorum rex simulãs,suas copias procul à flumine retro abduxit, vt hostes id formidine factũ rati,flumen transirent. Semiramis vero parte copiarum ad pontis custodiam relicta, Indos cum reliqua parte exercitus persecuta est,atqꝫ de victoria secura, in primis pugnans,Indos in fugam vertit. Rex haud ea re perculsus, aduersus reginam virili animo proficiscitur,magnamq́ꝫ edebat Assyrioꝝ cædem. Cum aũt magnus interfectorum cumulus fieret,timor & tremor omnia cõplessent, nulli iam ordinem seruabãt. ita oĩbus ferme Assyriјs ad fugam intentis,Rex Semiramidi casu obuius,primũ sagitta brachiũ eius,deinde iaculo humerũ sauciauit: mox oẽs in fugã versi,ad naues tendũt. Insequentibus Indis,magna cædes facta est,per loca tãtæ multitudini angusta,ita vt Assyriј suomet tumultu interirẽt. Multi ex vtroqꝫ põtis latere,fugientiũ multitudine in aquã præcipitati sunt. Semiramis,cũ maior eoꝝ pars q̃ bello superfuerãt,flumẽ transisset,pontẽ quem fecerat,discidit,multis Indoꝝ, qui illos insequẽdo adscenderãt,vi fluminis submersis. Rex multis prodigiјs augurumq́ꝫ responsis monitus,ne flumen

Babylonia conditur.
Bitumen.
Semiramis.
Indiæ regnum.
Indiæ laus.
Elephanti.
*quingenta millia
Rex Indorum.
Arundinũ robur in India & crassitudo.
Semiramis saucia.
Pons super naues fabricatus.

men transiret, finem insequẽdi fecit. Semiramis vero permutatis captiuis, in Bactrianos rediens, maiorem exercitus partem dimisit. Itaq́ frustrata, Babylonem rediit. Hæc multo pluribus verbis Diodorus. Qui & eã dicit postea tradito filio regno, euanuisse iuxta oraculi responsum, & aliqua satis fabulosa subiũgit. Idem Diodorus refert, quod Indorũ populus fuerit in septẽ tribus distributus. Prima est philosophorum. hi ab omni opere immunes, neq; seruiunt cuiquam neq; imperãt: pauciores numero, sacra diis faciunt, & curam habẽt defunctorum tanquam chari diis. anni principio conueniũt: siccitates, pluuias, ventos, morbos prædicunt, cæteraq́ quorum cognitio possit vtilis esse. Qui falsum dicit, quod perpetuo sileat, pœnam subit. Secũda tribus est agricolarum, quos nullus hostis lacessit neq; spoliat, viuunt autem in campis cum vxoribus & liberis, soluti metu, neq; in vrbes conueniunt, dant regi tributũ. Omnis enim India subdita est regibus. Tertiã tribum cõficiunt pastores, qui neq; in ciuitatibus neq; in villis morantur, vtuntur tabernaculis, venatu ac retibus, tutas à feris auibusq́ terras reddunt. Quartũ locum artifices tenent, quorum pars armis, pars rusticis instrumẽtis fabricãdis vacat. Quinto ordine milites armis dediti sunt, tum equi elephantiq́ bello apti, ex regia victũ habent. Sextus est ordo Ephororum, hi quęcunq; in India aguntur, regi referũt. Septimo loco existunt, qui publicis consiliis præsunt, nobilitate prudẽtiaq́ insignes, at numero paucissimi. Duces insuper ex his deliguntur ac principes. Has in partes politia distributa est, & non licet vnius ordinis virum, alterius vxorem ducere, neq; exercitium mutare. Leges apud Indos habentur variæ, quæ fuerunt à priscis eorum philosophis editæ, lege enim sanxerunt neminem omnino seruũ esse, liberos æquo iure honoreq́ haberi, optime ad omnem fortunæ casum instituisse vitam. Stultũ videri, leges æquas omnibus positas, fortunas non ęque omnibus cõmunes esse. * Semiramis cum haberet priuignum, Trebetam dictum, suspicione affectandi regnum ducta, insidias illi parare cœpit. Qui classe facta, e regno, ex Asiaq́ in Europam profectus, id est, per mare in Rhenũ, ac inde per Mosellam fluuiũ in valle pulcherrima Galliæ consedit, ibiq́ florentissimã vrbem totius Galliæ caput fundauit, ac Treuerim ex nomine suo appellauit. Extãt ibidem hodie antiquæ nobilitatis monumentorum insignia. E quibus circa annos dñi mille ducentos, repertum est in lapide sculptum tale Epitaphium:

Nini Semiramis, quæ tanto coniuge felix,
Plurima possedit, sed plura prioribus addit:
Non contenta suis, nec totis finibus orbis,
Expulit à patrio priuignum Trebeta regno,
Insignem profugus nostram qui condidit vrbem.
*Ante Romam Treueris stetit annis mille trecentis. Gotfridus.

Indi in septem tribus distributi. Philosophi. Agricolæ. Reges. Pastores. Artifices. Milites. Ephori. Consiliarii. Indorum leges. Semiramis. Trebeta. Treueris.

Fuit aũt Semiramis elatissima mulier & impudica, de qua narrat Valerius Maximus: Cum ei circa cultũ capitis sui occupatæ aliquãdo nunciatũ esset, Babyloniam cui dñabatur, defecisse, altera parte criniũ adhuc soluta, ad eam expugnandã cucurrit, nec prius decorem capillorum in ordinem, quam tantam vrbem in potestatẽ suam redegit. Quocirca statua eius Babylone posita est illo habitu, quo ad vltionem exigendam celeritate præcipiti tetendit. Orosius de ea libro primo: Semiramis libidine ardens, sanguinem sitiens, cum oẽs quos cõcubitu oblectasset occiderit, tandem filio flagitiose concepto & impie exposito, incestu cognito, priuatam ignominiam publico scelere obtexit. Præcepit eñ, vt inter parentes & filios nulla delata reuerẽtia naturę, de cõiugiis appetendis, quod cuiq; libitum esset, liberum fieret. Et vt scribit Iustinus, cum filii cõcubitum petiisset, ab eodem interfecta est, iuxta Iouis Ammonis oraculũ, duos & quadraginta annos regno potita. Anno quinquagesimo tertio præsentis generationis, Ninus filius Nini, Zameis aliàs dictus, monarchiã Assyriorum suscepit, & annis triginta octo regnauit. Hic regno potitus, elaborato à parẽtibus imperio contẽtus, belli studia deposuit, & veluti sexum cum matre mutasset, raro à viris visus, ocium & delicias secutus, in fœminarum turba consenuit. Existimabat eñ incõmoda oĩa vitare, in cõtinuis versari voluptatibus: vacuum esse curis, summã in rege felicitatem ratus. Ad securitatẽ aũt imperii, & vt à subditis timeretur, annuatim certum militum indicebat numerum, acto anno, copias, remisso domũ priori milite, rursus à prouinciis petebat, quo fiebat vt & subditi promptius imperata facerẽt. Annuam aũt militum mutationem ad id cõferre existimabat, vt parua temporis cõsuetudine nulla inter eos amicitia cõtracta, neq; duces neq; cæteri aduersus regẽ conspirarent. Vita vero principis exterioribus ignota, voluptates eorum occultas reddit, & tanquam inuisibilem Deum ne verbo quidem quis blasphemare præ timore audet, hoc pacto duces exercitus,

Semiramis cõiugium. Mors Semiramidis. Ninus rex secũdus, aliàs Ninias vel Ninas.

tus,prouinciarum præsides,iudices insuper singularum gẽtium,aliaq́ pro regni cura disponens,vitã agebat.Posteri quoq; eius exẽpla secuti,responsa gentibus per internuncios dabant.Et sic imperiũ Assyriorum,q postea(teste Iustino)Syrij vel Syri dicti sunt, ad Sardanapalũ vsq; durauit. Anno 75.Abrahæ,qui est annus regni Nini regis Assyriorũ vicesimus tertius,quia multarum gẽtium futurus pater erat Abraham,vocatur ideo à domino,auctoq́ nomine,ab ipso dictus est Abraham, qui prius Abram vocatus erat.præcipiturq́ ei,vt non solum affectu,sed & loci mutatione ciues Babyloniæ fugiat.Refert enim Philo,eum à Chaldæis,eo q ignem ritu ipsorum adorare nollet,in ignem proiectũ,sed mox ad inuocationẽ domini liberatum,iuxta illud: Eduxit eum dominus de Vr Chaldæorũ.Vr enim lingua eorum ignis vocatur.Sed & Iosephus: Meminit,inquit,patris nostri Abraham Berosus, non quidem nominãs eum, sed ita dicens:Post diluuium decima generatione apud Chaldæos fuit vir quidam iustus & magnus,in cœlestibus rebus expertus.Nicolaus vero Damascenus in quarto historiarũ sic ait:Abraham regnauit in Damasco,veniẽs aduena cum exercitu de terra,quæ super Babylonem dicitur Chaldæorum.Et Iustinus abbreuiator Trogi Pompeij, libro 36. sic refert: Fuit nanq; Iudæis origo Damascena,quæ Syriæ nobilissima ciuitas est. *post Damascũ,Abraham,Israel,Moses,reges fuere. Sed Israelem felix decem filiorum prouentus,maioribus suis clariorem fecit.Itaq; populum in decem regna diuisum,filijs tradidit,omnesq́ ex nomine Iudæ, qui post diuisionem decesserat, Iudæos appellauit,coliq́ eius memoriam ab omnibus iussit.Eius portio omnibus accesserat. Hæc etsi non in totum,tamen in cortice,fidei nostræ sunt consentanea,possetq́ Abraham & posteri illius,reges dici.De hoc infra generatione vicesimasecunda clarius.

Assyrij, Syri.

Abraham.

*& post, Apud

Iudęi dicti.

Dixit tum dominus ad Abram:Egredere de terra tua,& de cognatione tua,& de domo patris tui,& veni in terram quam monstrauero tibi,ibiq́ faciam te in gentem magnam.Abram obediens Deo,dum esset 75.annorum, cum Loth nepote ac familia sua migrauit in Chanaan,quam terram & late possedit, ac posteris suis reliqt. Ab hoc anno 75.Abræ,vsq; ad legem datam Moysi,sunt anni quadringenti & triginta. De hoc Apostolus ad Galatas capitulo tertio.ibiq́ vero post quadringẽtos & triginta annos facta est lex. Quod vero venerit in Chanaan,de*quo Comestor:Tulit autẽ Abram Sarai & Loth,& animas quas fecerat in Aram,& intrauit terram Chanaan, & venit ad Sichem & ad conuallem illustrem,quæ Pentapolis dicebatur tunc,à quinq; vrbibus Sodomorum,quæ nunc mare mortuum dicitur, quia nil in eo viuum, vel lacus Asphalti,id est,bituminis. Apparuitq́ ei dominus,& dixit ei: Semini tuo dabo terrã hanc.Qui ædificauit ibi altare domino.de quo Iosephus: Primus,inquit,ꝑsumpsit Deum vnũ creatorem esse cunctorum pronunciare, & hominum opinionẽ, quã tunc cuncti de Deo habebant,innouare & immutare præualuit. Hæc autem conijciebat per terræ passiones & maris,& ea quæ cõtingunt circa solem & lunam,& ex omnibus quæ circa cœlum semper eueniũt. De eodem Berosus meminit,vt suprà dictũ est: Inde transgrediens Abram,tetendit tabernaculũ inter Bethel & Hai,& ædificauit ibi iterũ altare domino.Et perrexit vltra ad meridiẽ,& habitauit in Damasco. Vnde & nomen eius vsq; nunc in ciuitate Damascena habetur in gloria,& vicus ostenditur,q dicit Habitatio Abram. Facta est aũt fames magna in terra Chanaan,& descẽdit Abram in Aegyptum. Timensq́ libidinem Aegyptiorum, ne eum propter speciem mulieris occiderent,sororem suam eam dixit.Et sublata est mulier valde pulchra in domum Pharaonis.Abram vero bene vsi sunt Aegyptij propter eam. Deus vero desideriũ regis impediuit,ne tangeret eam,ægritudine & tumultu causarum. Cumq́ pro salute regis sacrificarent,per iram Dei hoc accidisse significarunt, q vxori peregrini iniuriam facere statuisset.vocauitq́ Pharao Abram,& dixit ei: Cur non indicasti q vxor tua esset? Ecce vxor tua,accipe eam. Et pręcepit rex viris suis,vt educerẽt eam. Sed & muneribus donauit.Et teste Iosepho,vt esset inter sapientissimos Aegyptiorum, instituit:virtutemq́ eius & gloriam ex hoc contigit esse clariorem. Nam cum essent Aegyptij diuersis moribus dissidentes, verba eorum inania, nihilq́ verum habentia demonstrauit.Erat igitur in admiratione cunctorum,tanquam vir sapiens, atq; paratus non solum ad intelligendum,sed etiã ad loquendum & satisfaciendum quęcunq; docere niteretur. Arithmeticam quoq; eis contulit,& quæ de astrologia sunt, ipse quoq; contradidit. Nam ante aduentum eius Aegyptij hæc ignorabant. Deinde præcepit Pharao†frater Abram,vt deducerent eum & vxorem eius,& omnia quæ habebat,extra terram suam absq; molestia. Reuersus est autem Abram vsq; ad locum, vbi primum fixerat tabernaculum,inter Bethel & Hai. Erat autem Abram diues valde in possessione auri & argenti.Sed & Loth qui erat cũ Abram, fuerunt greges oui

Abraham.

Annus repmissionis.

*hoc sic

Pẽtapolis.

Mare mortuum.

Abram.

Sarai.

Pharao.

Arithmetica & Astrologia Abram.

um & armenta. Dumq́ʒ venissent in Chanaan, facta est rixa inter pastores gregum Abram & Loth. Dixit ergo Abram ad Loth: Ne, quæso, fit iurgium inter me & te, fratres enim sumus. Ecce vniuersa terra corā te est. Si ad sinistrā ieris, ego ibo ad dextram: si dextram elegeris, ego ad sinistram pergam. Elegitq́ʒ sibi Loth regionē circa Iordanē, & habitauit in Sodomis, Abram in terra Chanaan in ciuitate Ebron. Ex hac itaqʒ partitione facta est cōsuetudo, vt maior diuidat, minor eligat. Aedificauit aūt ibi altare domino, dixitq́ʒ dominus ad Abram: Leua oculos tuos: omnem em̄ terram quam conspicis, dabo tibi & semini tuo vsqʒ in sempiternū. In illo tempore Chodorlahomor rex Elamitarꝝ, adiunctis alijs tribus regibus, inter quos erat Amraphel rex Sennaar, qui fuit ex Nemroth, & alio nomine ita vocabatur, (causa erat belli, quia rex Sodomorū & alij quatuor reges, Gomorræ, Adamæ, Seboim, & Balæ, quę est Segor, tributum quod soluebant, duodecim annis negabant) inijt bellum, habens in adiutoriū alios ex Syria reges. Congressiq́ʒ & prælio forti commisso, multi ex Sodomis socijsq́ʒ mortui, reliqui vero captiui abducti sunt. Abram cum audiuisset calamitatem Loth atque vicinorum, numerauit expeditos vernaculos suos trecentos decem & octo, iunctis socijs de conualle Mambre ex domo Eschol & Aner: hi enim pepigerant fœdus cum Abram: & persecutus est eos vsqʒ Dan, & diuisis socijs, irruit super eos nocte, percussitq́ʒ eos, atqʒ persecutus est vsqʒ ad terram Damascenorum, reduxitq́ʒ om̄em substantiam, & Loth fratrem suū, mulieres quoqʒ & populum. Egressus est autem rex Sodomorum in occursum eius. At vero Melchisedech rex Salem, q & Sem filius Noe secundum aliquos asseritur fuisse, quem Apostolus ad Hebræos introducit sine patre & sine matre. Traduntq́ʒ Hebræi, ab hoc vsqʒ ad Aaron, om̄es primogenitos fuisse sacerdotes, & Deo victimas immolasse. Hic protulit panem et vinū Abræ. Erat enim sacerdos Dei altissimi. Benedixitq́ʒ Abræ, & ait: Benedictus Abram Deo excelso, qui creauit cœlum & terram. Abram autē dedit ei decimas ex om̄ibus. Rex aūt Sodomorꝝ obtulit Abræ om̄ia recupata, exceptis psonis. Sed Abram nil voluit accipere, nisi partes eorꝝ q eum iuuerūt. Hinc est ꝙ mercedē à Deo recipere meruit. Qui ait: Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis: noli timere. Et quia adhuc sine filio erat, promisit ei Deus filiū, & multā ex eo sobolē, numero stellarꝝ futurā. Et ille quidē hoc audiens, sacrificiū obtulit. Occidēte aūt sole, separatim ei dictū est per visionē, ꝙ semen suum peregrinaturꝝ esset in Aegyptū, & seruiturꝝ 400. annis, 4. autē gnatione reuersurꝝ. Totidē aūt anni numerantur ab eo tēpore vsqʒ ad egressum filiorꝝ Israel de Aegypto. Dixit aūt Abram ad dn̄m: Quid dabis mihi? ego vadam sine liberis, & Damascus filiꝰ Eliezer procuratoris mei, erit hæres meus. Et dixit dn̄s: Nō erit hæres tuus, sed q egredieť de vtero tuo. Credidit Abram Deo, & reputatum est ei ad iustitiā. Quæsiuit autē signū Abram. Et ait dn̄s: Sume in crastinū vaccā, caprā & arietē, quæqʒ trima, & turturē & columbā, & immola. Qui tollens animalia, per mediū diuisit, & partes contra se altrinsecus posuit, aues aūt non diuisit: & dum expectaret præceptū dn̄i de modo immolandi, descenderunt volucres sup cadauera, & abigebat eas Abram, cumq́ʒ sol occubuisset, irruit sopor sup Abram & horror. Et dictū est ad eum de annis 400. vt supra. Non aūt sic accipiendū est, tanq̄ in illa durissima seruitute 400. annos populus Dei fuerit. Sed referendi sunt anni quadringenti ad id q̄d dictū est, Peregrinum futurū est semen tuum in terra non sua, siue in Chanaan, siue in Aegypto peregrinū erat, anteq̄ hæreditatem haberet ex promissione Dei, quod factum est, postq̄ ab Aegypto liberati sunt. Et beatus Augustinus quadringentos annos numerat à natiuitate Isaac, vsqʒ ad egressum Israel de Aegypto. Sarai autem non habebat liberos, & dixit Abrahæ: Ingredere ad ancillam meā Agar, si forte ex illa suscipiam filios. Et concepit, ac despexit dominā suam: & Abram dissimulabat. & ait Sarai: Inique agis, iudicet Deus. Cui Abrā: Ecce ancilla in manu tua est, vtere ea vt libet. Affligente autem eam Sarai, illa inijt fugam, volens ire in Aegyptū de qua erat. Et inuenit eam angelus domini soliuagam: Reuertere, inquiens, ad dominam tuam, & humiliare. concepisti & paries filium, & vocabis nomen eius Hismael. Manus eius cōtra oēs, & e regione fratrum suorum figet tabernacula. Cumq́ʒ loqueretur dominus cum ea, per-



Fratres. Loth. Bellum. Abram. Melchisedech. De fide Abræ. Sara. Agar.

ptransiit in turbine,& vidit ipsa posteriora Dei,& ait: Vidi posteriora vidētis me. Et appellauit locū,puteū viuētis,& vidētis me. Adhuc puteus Agar ostenditur inter Cades & Barach,secundū Comestorē. Quæ rediit,& peperit filiū,& vocauit eum Hismael. Abram autem erat tunc 86. annorum. Anno Abrahæ XCIX. apparuit ei Deus, promittens filium de Sarai,iussitq́ eum vocari Isaac, dicens gentem magnam ex eo futuram. præcepitq́ vt genus quod ei nasceretur,aliis non miscerent, suaq́ genitalia circunciderent. Et Abraham quidem gratias egit,repenteq́ circuncisus est,& oēs qui apud eum erant,& puer Hismael. Exinde Abrahæ in conualle Mambre in ostio tabernaculi apparuerunt tres angeli in specie humana, currēsq́ obuiam eis atq; adorans,inuitauit eos ad hospitium,& conuiuium fecit. Cui angelus: Reuertar post annum tempore isto,& habebit filium Sara vxor tua. Quo audito,Sara risit post ostium occulte,dicens: Postquam consenui,& dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo? Dixitq́ angelus: Nūquid Deo difficile est quidquā? cur risit Sara? Negauit Sara,timore perterrita. Dominus autem dixit: Nō est, sed risisti. Cumq́ surrexissent illi tres viri,direxerunt oculos cōtra Sodomam. Clamor,inquit dominus,Sodomorum multiplicatus est,& peccatum eorum aggrauatum est nimis. Abierunt ergo Sodomam. Abraham autem ait: Nūquid domine perdes iustum cum impio? Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate, peribunt & nō parces? Dixitq́ dominus: Si inuenero in Sodomis quinquaginta iustos,parcam omni loco propter eos. Ait Abrahā: Quia semel cœpi loqui ad dominū meum,cum sim puluis & cinis,quid si quadragintaq̄nq; fuerint? Et ait: Non percutiam. Et ab hoc Abraham descendit vsq; ad decem,dixitq́ dominus: Non delebo propter decem. Venerūtq́ duo angeli Sodomam vespere,sedente Loth in foribus ciuitatis. Qui surrexit & iuit obuiam eis, adorāsq́ eos pronus in terram,dixit: Obsecro domini, declinate in domum pueri vestri, & mane proficiscimini in viam vestrā. Qui dixerūt: Minime,sed in platea manebimus. Compulit illos oppido,vt diuerterent apud ipsum. Ingressisq́ domū,fecit conuiuium. Et cum irent cubitum, populus Sodomorum circūdederunt domum,dicentes Loth,vt produceret iuuenes,intendentes abuti eis. Qui ait: Habeo duas filias quæ nondum cognouerunt virum. abutimini eis vt libet. tātum his nihil mali facite. Ingressi eñi sunt sub vmbra culminis mei. Hoc autē fecit perturbatus,non consilio. At illi noluerunt, & vim faciebant Loth vehementissime. Et ecce angeli introduxerūt Loth,& clauserunt ostium: illos autem qui foris erant,percusserūt cæcitate, quæ Græce aorasia dicitur. Et angeli dixerunt Loth: Educ omes tuos de vrbe hac. delebimus enim locum istū. Et ingressus Loth ad generos suos,ait: Surgite,delebit enim dominus ciuitatem istam. & secundum Hebræos,sponsos adiit. Qui noluerunt egredi, dicentes ex more Loth semper mala prædicere. Mane dissimulante Loth exire,apprehensum eum cum vxore & filiabus duxerūt extra ciuitatē,dicentes: Ne respicias retro,sed in monte saluum te fac. Qui ait: Ne forte apprehendat me malum in monte, & moriar. Est hic ciuitas parua, ad quam fugere desidero. Et ait dominus. Non subuertam vrbem pro qua locutus es. Et vocata est vrbs Segor,id est,parua. Loth tamen nō mansit ibi, sed adscendit in mōtem: ideo post euersa est. Egresso itaq; Loth de Sodomis,pluit dominus super ciuitates illas sulfur & ignem,& subuertit ciuitates has,& omem circà regionem, vniuersosq́ habitatores vrbium,& cuncta terræ virentia. Respiciensq́ vxor Loth,versa est in statuam salis, quam Iosephus dicit se vidisse, & hactenus manere. Versus est ergo locus in lacum salis sterilem, & dicitur mare mortuum, quia nihil habens vitam,in eo est. Nauem quoq; non patitur. Si quid viuum aliqua arte immiseris,superexilit. lucerna ardens superenatat, extincta mergitur. Dicitur etiam, q̄ poma nata in arboribus circumpositis,vsq; ad maturitatem coloris sunt viridis: matura si incidas,fauillas intus inuenies. Meminit Cornelius Tacitus libro XXI. actorū diurnalium. Loth autem egressus de Segor,mansit in monte in spelunca,& duę filiæ eius cum eo. Didicerant autem filiæ Loth,consummationem mundi futuram per ignem. suspicatæq́ sunt tale aliquid factum,quale in diebus Noe. Ad reparādum ideo genus humanum, consilium inierunt,dantq́ patri vinum: & eo inebriato, singulatim dormierunt cum eo. Conceperunt ambę. peperitq́ maior filium,& vocauit nomen eius Moab,ipse est pater Moabitarum. Minor quoque peperit filium,& vocauit eum Ammon,ipse est pater Ammonitarum. Abraham autē videns subuersam regionem Sodomorum,peregrinatus est in Geraris,vt hospitalitatem exercere posset. Rex autem Geraris Abimelech,fecit duci ad se Saram,vt eā haberet vxorem. Sed comminatus est ei dominus mortem in somnis. Abimelech vero non tetigerat eam. Et dixit: Domine,num gentem ignorantem & iustam occides? Nonne ipse dixit mihi,

Hismael nascitur. Abram.

De Sodomis añ vrbē cōditam annis 1160. secundū Orosium.

Aorasia, nō acrisia.

De Sodomis.

Statua salis. Mare mortuum.

Loth.

Abraham. Abimelech

hi, Soror mea est? Dixitq́ ad eum Deus: Et ego scio ꝙ simplici corde feceris, & ideo custodiui te ne peccares. Nunc redde viro vxorē. Tulit igitur Abimelech oues & boues, seruos & ancillas, & dedit Abrahæ, reddiditq́ illi vxorem suam Saram, & ait: Ecce terra coram te est: vbicunq; placuerit tibi, habita. Dedit & Saræ munera. Orāte autem Abraham, sanauit Deus Abimelech, & vxores & ancillas eius: concluserat enim dominus omnes propter Saram vxorem Abrahæ.

Abraham. Isaac.

Anno vero cētesimo Abrahæ, Sara pepit ei filiū, quē vocauit Isaac, & circunciderunt eū octaua die. Aliquanto post tempore, cum vidisset Sara Hismaelē ludentē cum Isaac, ægre tulit, & dixit Abrahæ: Eijce ancillam & filium eius, non enim erit hæres cum filio meo. Et Hebræi tradunt, ꝙ cogebat eū adorare luteas imagines. Dure hoc accepit Abraham, & dissimulabat. Sed dixit ei dominus: Audi vocem Saræ. Qui tollens panem & vtrem aquæ, imposuit scapulæ Agar, & tradidit ei puerum, & abijt. Cumq́ consumpta esset aqua in deserto, & puer sitiret, abiecit mater puerum sub arbore, & sedit procul quantum arcus iacere potest, ne videret filium morietem, & fleuit. Et exaudiuit Deus vocem pueri, dixitq́ angelus matri: Surge, tolle puerum. & aperuit oculos eius Deus, & vidit puteū, deditq́ puero bibere. & implens vtrem, abijt. Creuit puer, & moratus est in solitudine Pharan, & factus est vir sagittarius. Et accepit ei mater vxorem de terra Aegypti, de qua nati sunt duodecim filij, principes tribuū suarū.

Abimelech Abraham.

Cum autē vidisset Abimelech Abraham prosperatum, venit ad eum cum Phicol principe exercitus sui, & ait: Iura mihi per Deū, ne noceas mihi & posteris meis. Et eduxit eos Abrahā ad puteū, quē ostenderat Deus Agar, quem foderat Abrahā ante Agar eiectā. hūc serui Abimelech abstulerāt Abrahæ. Vnde Abimelech restituit eū Abrahæ, qui vicissim regi dedit septem agnas, & vocauit puteū Bersabee: & ibidem ambo percusserunt fœdus. plantauitq́ Abraham circa puteum nemus, & fuit ibi colonus multis diebus, non habitator. Dicit enim B. Stephanus in Actibus Apostolorū, quia non accepit ibi hæreditatē nec spatium pedis.

Abrahā offert Isaac.

Tentauit autem Deus Abraham, vocansq́ eum, iussit vt Isaac filium tūc vigintiquinq; annorum, immolaret loco certo designato. qui subito surgens, teste Iosepho, assumpto filio, & tribus diebus pergens, dixit seruis suis, vt expectarent ad radicem montis ostēsi. Ipse autem solus cum filio, portans ignem & gladiū, adscendit. ibiq́ ordinata strue lignorū, tunc Isaac interrogauit, quid esset sacrificaturus, cū victima deesset. Ad quæ ille: O puer, quem innumeris votis à Deo optaui, & te dato, nihil est q̄d pro te non feci, nec me feliciorē arbitrabar, nisi cum te viderem, ac moriēs, te successorem mei honoris & principatus relinquere gaudebam. Qui Dei voluntate pater tuus factus sum, denuo secundum eius placitū repono. Deo nanq; te cædo, qui hūc honorem dignatur à nobis recipere. Natus ergo feliciter, non cōmuni modo hāc vitam egredieris, sed à patre proprio oblatus Deo patri cunctorum. Reor enim quia te dignum iudicauit, nec ęgritudine, nec in bello, neq; qualibet alia passiōe ex hac vita liberare, sed cum orationibus & sacrificijs animam tuam suscipere, eritq́ de cętero mei curam gerens, qua gratia maxime te nutriebam, hoc mihi Deo pro te præbituro. Ad hæc Isaac libentissime eius sermones accipiens, ait: Quia neq; iustum esset, vt in initio nasceret, si Dei & patris iudiciū esset refutaturus, aut non se monstraret amborum voluntatibus præparatū quādo liceret, & solo patre hæc volēte facere, si nō obediret, esset iniustum. Hoc dicēs, accessit ad cædem pariter & ad altare. Sed idem opus infirmatū est, offerente Deo impedimentū. Clamauit ergo Deus nominatim Abraham, suspendēs eum à nece filij. Non enim quasi sanguinē desideraret humanū, necem filij se imperasse dicebat, sed eius mentē probare velle, si etiā talia iussus audiret: Per memetipsum, inquit, iuraui, quia fecisti hāc rem, & non pepcisti filio tuo vnigenito propter me, benedicam tibi, & multiplicabo semē tuum sicut stellas cœli, & velut arenam maris: & benedicentur in semine tuo omēs gentes terræ, quia obedisti voci meæ. Hæc cum dixit Deus, arietem ad sacrificium produxit ex improuiso. Illi vero præter spem semet ipsos amplexantes osculabantur. Altera vero die sacrificio celebrato, reuersi sunt ad Sarā, feliciterq́ degebant, cuncta quæ vellent præbente eis Deo.



Mors Sarę.

At Sara nō multo post tēpore defuncta est, cū vixisset annis 127. sepultaq́ est in Hebron, Abrahā emēte

agrum

agrum siclis quadringentis ab Ephron in sepulturam posteritatis suæ. Erat autẽ spelunca duplex: in superiori sepeliebãtur viri, in inferiori mulieres. Ibidem tamen Adã & Eua iam sepulti erant, vt Comestor ait. Erat autem Abraham senex, dixitq́ ad Eliezer seruum suum, eumq́ adiurauit, vt iret ad cognationem sua m, & inde acciperet Isaac filio, qui tunc quadraginta erat annorum, vxorem. Tulit ergo Eliezer decem camelos, & abijt, ex omnibus bonis domini portans secũ, perrexitq́ in Mesopotamiam ad Charram vrbem Nachor, accubuit autẽ cum camelis ante vrbem ad puteum. Orauit autem dominũ, vt vxor futura domini sui sibi ostenderetur. Et ecce Rebecca Bathuelis filia descenderat, & impleuit hydriam: & alijs quidem auertentibus, ipsa peregrino aquã præbuit, & adiecit: Quin & camelis tuis hauriam. Ille autẽ accepto q esset filia Bathuelis, protulit inaures aureas & armillas, & dedit ei. Cucurritq́ puella in domum, nũcians audita. Egressus Laban, introduxit virum, & destrauit camelos, lauit pedes hospitum, & apposuit panem. Ante tamẽ Eliezer exposuit causam itineris. responderũt Laban & Bathuel: A Domino egressus est sermo domini tui, nõ possumus extra placitum eius quidquã loqui. Ac sciscitata puella, consensum præbuit nuptijs. at ipse, prolatis vasis aureis & argẽteis, in pace dimissus cum Rebecca & nutrice eius. quam duxit Isaac, potitus postea omnium rerũ Abrahæ. Post hæc Abraham aliam duxit vxorem, nomine Cethuram, id est, copulatam. dicunt hanc fuisse Agar, quæ prius concubina, mortua Sara, fit vxor, ne senex nouis nuptijs lasciuisse arguatur. Iosephus autem dicit, q antequam misisset pro vxore filij, duxerat eam. Et hæc genuit ei liberos sex, & separauit eos Abraham dum viueret, ab Isaac ad plagam orientalẽ, & cuncta quæ possederat, dedit Isaac, alijs vero largitus est munera. filij tamen Cethuræ à nomine liberæ se dixerunt Saracenos. Nomina filiorum Iosephus ponit: Primus vocabatur Zambri, secundus Iezar, tertius Madan, quartus Magiani, quintus Iesnoch, sext⁹ Esue. Madan aũt etiam filium genuit vocatum Afer, & ex illius nomine Africam nominatã volunt. Cledemus autẽ propheta, qui & Malchus, scribens historiam Iudæorum, ait: Quia de Cethura Abrahæ fuerunt filij multi, dicit etiam eorũ nomina tria, Epheron, Surin, Iaphran. Et de Surin quidẽ Assyriam nuncupatam: ex duobus autem reliquis Iaphran & Epheron, ciuitatẽ Abiran, prouinciamq́ Africam nuncupatã: his auxiliũ præbuisse Herculẽ in Libya, & duxisse vxorẽ filiam Iaphran, nomine Ecbeam, & genuisse ex ea *Dodorum filium, cuius filius Phoron, ex quo barbari Sorophaci nominãtur. Post paululũ vero temporis mortuus est etiam Abrahã, vir quidem omni virtute dignus, & summe à Deo pro studio quod circa eum habuerat, honoratus. Vixit autem omne tempus suum annis centum septuagintaquinq́, & in Hebron cum Sara coniuge sua, à suis filijs Isaac & Hismaele extitit sepultus. Et hic fuerat annus repromissionis centesimus. In hac generatione Genealogia deorum incepit, anno ab exordio mundi ter millesimo centesimo nonagesimo. Iupiter primus Oethæus, vt aiunt, & Diei filius, cui proprium nomẽ Lysanias fuit, ijsdem temporibus apud Arcadiam magno in precio habitus est, qui ob virtutes hoc præclarissimum nomẽ adeptus est. Is Lysanias ex Heber filijs, videlicet Gerari, originem duxit. qui cum esset nobilis genere, ex Arcadia Athenas venisse dicitur: vbi cum esset ingenij maximi, videretq́ Atticos rudes, bestialiq́ ferme ritu viuẽtes, ante omnia eosdem, compositis legibus, publico instituto viuere docuit. Cumq́ eos ad humanitatẽ redegisset, monuit eos deos colere: aras, templa, sacerdotesq́ constituit. quę cum Attici mirarentur, eum existimantes deum, Iouem vocauere: regemq́ suum cõfestim fecere. Iouis enim nomen, quasi iuuans pater esset, sibi indiderũt: quod nomen postea & secundo Ioui, Cœli filio, necnon & Ioui tertio Cretensi, regis Saturni filio, datum esse noscitur. De hoc & dijs gentium plenius infra generatiõe 24. videbimus. Anno vero Abrahæ CXXIX. Cres siue Orion, Dęmogorgonis (vt quibusdam placet) filius, primus Cretæ insulæ rex (teste Eusebio) factus, insulam à se Cretam appellauit. Hic autem Cres, vt aliqui volunt, vnus Curetum fuit, à quibus postmodũ Iupiter tertius absconditus fuit atq; nutritus. Alij tamen Saturnum, primum regem Cretẽsium volunt: post quẽ Iupiter, deinde Minos, exin Idomeneus, qui cũ alijs Troiã obsedit.

Eliezer.
Rebecca.
Cethura.
Aliter hæc noia ponũtur Gen. 25.
Africa.
Morit Abraham.
Deorum genealogia.
Iupiter Lysanias.
Iupiter.
Cres, Cretę rex prim⁹.
Creta.

GENERATIO XXI.

Secundum Hebraicam veritatem, anno ab exordio mundi bis millesimo centesimo vigesimosecũdo, incepit in Isaac, quum esset annorum septuagintaquinq́, vicesimaprima generatio: sed secundum LXX. intrepretes,

Anno ab exordio mundi, ter millesimo trecentesimo quinquagesimooctauo, regnante apud Assyrios Xerxe seu Baleo, in Isaac filio Abrahæ, cum esset annorum 75. vicesimaprima incepit generatio, durauit autem centum & quinq; annis.

Isaac.

Rebecca. Isaac vero, vt prædictum est, quadraginta erat annorũ cum duxit Rebeccam vxo rem, quæ inuenta est sterilis longo tempore. Sciens autem Isaac promissionem patri suo factam, orauit dominum, vt quod promiserat, adimpleret. Et cõcepit mulier, ha bens duos in vtero: & quũ vicina esset partui, collidebantur in vtero eius paruuli, de quo mater afflicta hæsitansq́; consuluit dominum. Cui dominus: Duæ gentes sunt in vtero tuo, populusq́; populum superabit, & maior seruiet minori. Iam tempus pari endi venerat, & ecce gemini in vtero eius repti sunt. Qui prior egressus est, rufus erat & hispidus, vocatumq́; est nomen eius Esau. protinus alter egrediẽs, plantam fratris tenebat manu, idcirco vocabant eum Iacob. Quibus adultis, factus est Esau vir gna- rus venandi & homo agricola: Iacob autem vir simplex, habitauit in tabernaculis. Se xagenarius erat Isaac quando nati sunt ei paruuli.

Gemini Esau & Iacob.

ARGIVORVM REGNI EXORDIVM.

Inachus. Porro eodem anno quo nati sunt gemini Isaac, regnum Argiuorũ exortum est, te stibus Augustino & Eusebio. Inachus enim Oceani & Terræ (vt aiunt) filius, apud Ar gos in Thessalia primus regnare cœpit, & regnauit annis 50. Hoc regnum durauit vsq; ad annum 12. Delboræ, per annos 544. Reges habuit 14.

Primus, Inachus regnauit annis 50.	Octauus, Crothopus regnauit annis 13.
Secũdus, Phoroneus regnauit annis lx.	Nonus, Sthenelus regnauit annis xi.
Tertius, Apis regnauit annis 35.	Decimus, Danaus regnauit annis 50.
Quartus, Argus regnauit annis 70.	Vndecimus, Lynceus regnauit annis 40.
V. Crassus vel Cyra⁹ regn. annis 54.	Duodecimus, Abas regnauit annis 23.
Sextus, Phorbas regnauit annis 35.	XIII. Prœtus regnauit annis 17.
Septimus, Triopas regnauit annis 64.	Vltimus, Acrisius regnauit annis 13.

Ex tunc translatum est regnum ad Mycenas.

Esau venator. Iacob pastor. Porro cum adoleuissent filij Isaac, factus est Esau venator, & Iacob pastor. Pater diligebat Esau, quia primogenitus, tum quia de venatione eius libenter vescebat. Ma ter vero diligebat Iacob, tum pro simplicitate, tum pro Dei inspiratione. Factum est autem quum coxisset Iacob pulmẽtum lenticulę, Esau lassus redijt ab agro, & ait: Da mihi de coctione hac rufa. Cui Iacob: Vende mihi primogenita tua. Esau paruipen dens primogenita, se moriturum, nisi comederet, mox putat, deditq́; ei primogenita pro edulio lentis, & iurauit talem venditionem ratam se habiturum. Erant autẽ pri- mogenita quædam dignitates, quas habebant primogeniti vsq; ad Aaron. Habebat enim primogenitus vestem specialem, qua induebatur in sacrificio offerendo, & reci piebat finalem benedictionem à patre. In solennitatibus duplam habebat portionẽ. Tradũt etiam, quod in diuisione hæreditatis similiter duplam reciperet. hæc Comestor.

Ius primogenituræ.

Isaac. Abimelech. Orta fame, dum vellet ire Isaac in Aegytum, præcepto Dei remãsit in Geraris. ob amicitiamq́; Abrahę receptus est ab Abimelech, qui exemplo patris dicebat, vxorem suam esse sororem. Ibi aliquãdo vidit Abimelech Isaac iocantem cum vxore sua per fenestram, & vocauit eum, ac increpat quod sororem dixerat. præcepitq́; populo, dicẽs: Qui tetigerit hominis huius vxorem, morte moriatur. Seminauit Isaac in terra il la, & centuplum accepit. Ob hoc inuidentes ei Palæstini, puteos quos foderant serui patris illius Abraham, obstruxerunt, replentes humo. Abimelech etiam timens, dixit ei: Recede à nobis, quia potentior nostri factus es. Et recedens, venit in agrum Pha ran, & habitauit iuxta alueum. eruderauit ibi puteos, quos olim foderat pater eius. Et cum inuenisset aquam viuam, iurgati sunt pastores Geraræ aduersus eum, dicen- tes: Nostra est aqua. Et ob hoc vocauit puteum Eschek. Et recedens inde, fodit ali- um puteum: & pro illo quoque iurgati sunt. Profectus inde, fodit tertium: pro quo non contenderunt. Adscendit autem ex illo loco in Bersabee, & in ipsa nocte appa- ruit ei dominus, promittens quæ promiserat & patri eius. Aedificauit altare, & inuo cauit ibi nomen domini, & fodit puteum. Eo tẽpore venit ad eum Abimelech & Phi col dux militiæ: & iurantes inter se fœdus firmauerunt. vocauitq́; puteum Bersabee.

Esau. * Esau quadragenarius duxit vxores Iudith & Basemath, filias potentium virorum inter Chananæos. * Quod cum ambæ offendissent Isaac & Rebeccam, & licet nollet Isaac prouinciales suę misceri cognationi, tamen melius silere decreuit. Senuit Isa

Isaac. Esau. ac, & videre non poterat. mandauitq́; Esau, vt de venatione sua sibi faceret cibos, & benedictionem reciperet. Egressus est Esau ad venandum. dixitq́; Rebecca ad Iacob verba Isaac, & ait: Affer cito duos hœdos, & faciam cibos quibus pater libenter vesci tur, & benedicet tibi pro Esau. Et ita factum est. Et cum parasset cibos, induit Iacob vestimentis Esau valde bonis. timebat autem Iacob, ne deprahenderetur in fraude à patre. Mater pelliculas hœdorum manibus & collo eius circundedit. in alijs enim sa tis

tis erat similis Esau, attulit ad patrem cibos, dicens: Ego sum Esau primogenitus tuus, comede de venatione: Cui Isaac. Accede vt tangam te. Quo palpato, Vox quidem, ait, Iacob est, sed manus sunt Esau. Comedensq́ & bibens, osculatus est eum, & benedixit ei: Det tibi Deus, inquit, de rore cœli & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, vini & olei: Seruiant tibi populi, & adorent te tribus: Esto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ: Qui maledixerit tibi, maledictus erit: & qui benedixerit, benedictionibus repleatur. Vix sermonem expleuerat, egresso Iacob, venit Esau, cibos inferens patri, petensq́ benedictionem. Expauit Isaac vehementer, & videns in spiritu à domino factum esse, & ideo non irascens, ait: Frater tuus venit fraudulenter, & accepit benedictionem tuam, & erit benedictus. Cui Esau: Iuste vocatum est nomen eius Iacob. en altera me vice supplantauit. primogenita mea ante tulit, & nunc benedictionem surripuit. Motus tamen Isaac, cum vehemēter instaret Esau, ait: In pinguedine terræ & rore cœli desuper erit benedictio tua. Et addidit de posteris eius, dicens: Viues gladio, & fratri tuo seruies (cum scilicet Idumæa facta est tributaria domui Israel) sed veniet tempus, cum excuties iugum eius de ceruicibus tuis. Oderat ergo semper Esau Iacob, & dixit in corde: Post mortem patris occidam Iacob fratrē meum. Nūciata sunt hæc Rebeccæ. (Dicit Magister: Eodem spiritu cognouit hoc Rebecca, quo intimauerat Iacob fraudare fratrē) Quæ dixit viro suo: Si acceperit Iacob vxorem de filiabus Heth, nolo viuere. Et aduocans Isaac Iacob, de matris suggestione præcepit ei, vt iret in Mesopotamiam, & acciperet vxorem de filiabus Laban. Interim accepit Esau adhuc vxorem Melech, filiam Hismaelis patrui sui.

Idumæa. Iacob.

Igitur egressus est Iacob de Bersabee, & pergebat Haran, per Chananæā iter faciens. Timuit autē apud aliquem prouincialiū introire, & sub dio iacebat. Cum aūt venisset iuxta Luzam vespere, supposuit capiti suo lapidem, & obdormiuit. Et vidit in somnis scalam erectam à terris, cœlos tangentem, & angelos descendentes & adscēdentes per eam, & dominum innixum scalæ, dicentem: Ego sum Deus Abraham & Isaac. terrā hanc dabo tibi & semini tuo. benedicentur in te omes tribus terræ. ero custos tuus in hoc itinere, & reducam te. Euigilāsq́ Iacob, ait: Vere dominus est in loco isto, & ego nesciebam. terribilis est locus iste, & hic est domus Dei & porta cœli. Et lapidem super quem posuit caput, erexit in titulum: fudit oleum desuper, vouēs dominum semper sibi esse in Deum, & lapidem, id est, locum istum semper sibi honorabilem, & in reditu se decimas & hostias oblaturum, & vrbem proximam etiam honorandam decreuit, vocans eam Bethel. prius enim Iebus à Iebusæis dicebatur, postea Luza.



Scala Iacob

Procedens in Mesopotamiam, venit in Haran ad puteum in agro, opertum grandi lapide. aderant greges tres. quæsiuit Iacob pastores de Laban, qui dicunt eum valere. Et ecce Rachel cum grege suo venit. tunc amouit Iacob lapidē quo puteus claudebatur, indicans se consobrinum eius. (Patet hic, ꝙ non fuit solus Iacob in itinere) Hoc nunciauit Rachel patri. Qui occurrens, duxit Iacob in domum. & audita causa fugæ, dixit ei: Os meum & caro mea es, & ideo secure latebis apud me. Tandem curā gregis sibi commisit. Habebat autē Laban filias duas, Liam lippam oculis, & Rachel venusto adspectu. quam diligens Iacob, ait: Seruiam tibi septem annis pro Rachel. & videbātur ei pauci dies præ amoris magnitudine. Cōpleto septennio, fecit Laban nuptias genero suo. vespere aūt subintroduxit ad eum Liam, dans filię ancillam nomine Zelpham. Iacob vero (vt refert Iosephus) per ebrietatē & noctē Liæ cōmixtus, die facta, apud Laban de iniuria querebatur: q veniā dandā necessitati postulabat, eo ꝙ ex more maiores ante tradi ad nuptias cōsueuerint: post alios aūt septem annos se & Rachel daturū. Quod & factū est. *Hieronym⁹ tamē dicit* Rache. At Iacob potit⁹ optatis nuptijs, amorem sequētis priori prætulit. Cōcepit aūt Lia, sorore sterili manente, & peperit quatuor filios: Ruben, Simeonem, Iudam & Leui. Vnde Rachel dedit Iacob ancillā suā Balam, vt ingrederetur ad eam, de qua habuit duos filios, Dan & Neptalim. Et Lia pari modo dedit Iacob ancillam Zelphā, & ex ea quoq; habuit duos filios, Gad & Aser. Deinde Lia adhuc peperit duos filios, Isachar & Zabulon, necnon filiam vocatam Dinam. Demū concepit & Rachel, & peperit Ioseph, quem pater prę

Laban. Lia. Rachel Amor omia vincit. Zelpha. De filijs Iacob. Bala ancilla Ioseph.

cunctis dilexit. Quo nato, petiuit licentiam à socero, vt reuerteretur ad patrem. Rogauit autē eum Laban, vt adhuc secū maneret, mercede petita. Acquieuit Iacob hoc pacto, vt haberet socer gregē vnicolorē natum, & quicquid parerent maculosum seu diuersi coloris, esset merces sua. Iacob autē, cum esset commissura, posuit virgas partim decorticatas in canalibus. Ita factū est, vt oues, his inspectis dum essent in conceptu, parerent oues diuersicolores. ex quo Iacob multum ditatus est. Videns autē Laban Deum ei, ad quodcunq; voluisset, esse præstabilem, aliquando quidem fidem illi non seruauit, aliquando in alterū annum præbiturum se dicebat.

Iacob redire parat.

Iacob cum iam viginti annis mansisset, rogat Laban socerum, vt discedere se permitteret. quod indigne ferebat Laban. Habito itaq; consilio cum vxoribus, latenter discessit. Quod audiens Laban, tertio die persequutus est eum. Inuentoq; ipso in monte Galaad septimo die, prohibitus est à domino, ita vt nil mali aduersus Iacob posset intendere, nisi ꝙ de recessu latenti increpabat, Ad quem Iacob: Ego, Deo monente, ad meos remeare statui. Ingratus existis pro his, quæ tibi à me obuenerunt bona. seruiui tibi quatuordecim annis pro filiabus, & sex pro gregibus. immutasti mercedem meam decem vicibus, sed Deus protector meus fuit. nil tui habeo. oĩa quæ cernis, mei iuris sunt. Ad hoc Laban: Ineamus fœdus, vt sit testimonium inter me & te. Quod & factū est. Tulitq; Iacob lapidem, & erexit eum in titulum fœderis, & ait fratribus suis: Afferte lapides. & fecerunt tumulum, & comederunt super eum. Et dixit Laban: Tumulus iste, fœderis nostri testis erit, ne ego transeam illum, nec tu trāseas ad me in malum, nec affixeris filias meas, nec vxores alias sup eas induxeris. Laban itaq; de nocte consurgens, benedixit eis, reuertēs in locum suum.

Iacob cū angelo luctat⁹

Iacob abijt, cui & angelus apparuit. quo viso, Castra, inquit, hæc sunt Dei. & luctatus est cum eo angelus. Quod tamen postea factum est, cum scilicet præcederent turmę præ timore fratris Esau. Iacob aūt solus in ripa fluminis remāsit, vt oraret. Et ecce vir luctabatur cum eo vsq; mane, qui tetigit læuum neruum femoris eius, & emarcuit. Aurora facta, dixit vir: Dimitte me. Cui Iacob: Nō dimittā te, nisi benedixeris mihi. Cui ille: Nequaquā appellabitur nomen tuum Iacob vltrà, sed Israel. Et ita benedixit eum, & confortauit, ne timeret fratrem.

Israel vocatur Iacob.

Misit autem nuncios ad Esu fratrem suum, quem valde timuit. exoratoq; Esau Dei monitu, ex aduentu fratris lætus, fratri cum quadringētis occurrit armatis. Iacob spem suam in Deum reponēs, suos in tres turmas dispartit, ac obuiam fratrem suum amplexatus est. Requirebat autem Esau de multitudine filiorum, & quū cognouisset, gauisus est. salutatisq; de more singulis, habitaq; inter se collatiōe fraterna, decenter ab inuicem discesserunt. At Iacob in Sichimam ciuitatem Chananęoꝝ profectus est, habitauitq; iuxta oppidum, & emit partem agri, in qua fixerat tabernaculum, à filijs Emor regis Sichimorum, centum agnis. & erecto ibi altari, inuocauit Deum Israel.

Dina opprimitur.

Egressa est autem Dina, vt videret mulieres regionis illius. quam vidēs Sichem regis filius, adamauit, rapuit, & vi oppressit virginē. & ait patri: Accipe mihi puellam hanc in cōiugem. Egressoq; rege cum filio ad Iacob, filij Iacob venerunt de agro, iratiq; siluerūt. Regi autē quærēti amicitiam eoꝝ, & vt mutuo contraherēt coniugia, responderunt: Illicitum est apud nos, fœderari incircuncisis. sed circuncidimini, & erimus populus vnus. Placuit Emor & filio. intrauerunt in ciuitatē. persuaserūt populo, & circuncisi sunt omnes. Tertia aūt die, quando dolor vulneris grauissimus est, Simeon & Leui arreptis gladijs, vrbem ingressi, interfecerunt omnem masculum in ea, & tulerūt de domo Sichem sororem suam. cæteri vero fratres irruerunt sup occisos, & depopulati sunt vrbem, paruulos & vxores captiuas duxerūt.

Emor rex circūcidit.

Cędes Sichimitaꝝ.

Quo agnito, dixit Iacob ad Simeonem & Leui: Turbastis me, & odiosum fecistis habitatoribus terræ. delebor ego & domus mea. Dominus aūt confortās eum, ait: Surge & adscēde in Bethel, & habita ibi, & fac altare vbi apparui tibi. sed prius sanctifica tuos. Iacob etiā tūc inuenit idola Laban, quæ asportauerat Rachel, id est, quæ cū ornamentis suis fodit subtus terebinthū, quæ est post vrbē Sichem. Porro terror Dei inuasit finitimos, ne persequerentur Iacob. Qui abijt in Bethel, id est, Luzam, ædificās altare domino, offerens quæ prius vouerat. Eo tēpore mortua est Delbora nutrix Rebeccæ, & sepulta est iuxta Bethel sub terebintho. Apparuit iteꝝ Deus Iacob, bn̄dixitq; ei, dicens: Non vocaberis vltrà Iacob, sed Israel erit nomē tuū. subiunxitq;, Cresce & multiplicare. gētes regesq; de lūbis tuis egrediētur. Illeq; erexit titulū, fundēs oleum desuper, & vocauit nomen loci Bethel. Egressus inde, venit verno tempore ad terram quæ ducit Effratā. In qua cū parturiret Rachel, cœpit periclitari, tamen peperit filiū. moriēs aūt ipsa, vocauit filiū Bennoni, id est, filius doloris mei. Pater vero appellauit eū Beniamin, id est, filiū dextræ. Mortua est ergo Rachel, & sepulta in via q̄ ducit Bethleē:

& sola inter cognatos honorē sepulturæ Abrahæ habere non potuit, erexitq́ Iacob titulū super sepulchrū. Venit postea trans turrim gregis. Cūq́ habitaret ibi, Ruben dormiuit cū Bala concubina patris sui, quod tamē non latuit Iacob. Anno Isaac 168. cum esset Iacob annorū 108. Ioseph, cū esset annorū 16. pascebat gregem patris sui. Oderantq́ eū fratres sui, quia à patre plus cæteris amabatur, accusaueratq́ fratres crimine pessimo apud patrē, fecitq́ ei pater tunicā polymitā. Causa tamen odij maior, fuit visio somniorū. Vnum erat quod retulit fratribus. Putabā enim, inquit, nos ligare manipulos in agro, & vestros manipulos adorare manipulum meū stantem. Qui dixerūt: Nunquid rex noster eris? Secundū somnium, præsente patre, ait: Vidi quasi solem & lunā & vndecim stellas adorare me. Increpauit eum pater, & ait: Nūquid ego & mater tua & fratres tui adorabimus te super terrā? Vnde Iosephus vult adhuc vixisse Rachel. Cūq́ fratres in pascēdis gregibus morarentur in Sichem, misit eū pater de valle Hebron, vt videret quæ fierēt circa fratres & pecora. cūq́ non inuenisset eos in Sichimis, insecutus est eos in Dothaim. Qui videntes venientem, dixerūt: Ecce somniator venit, occidamus eū. Ruben aūt volens liberare eum, ait: Nō effundamus sanguinē eius, sed proijciamus eum in cisternā. exuentesq́ eū tunica, miserūt in cisternā in qua nō erat aqua, & Ruben abijt ad pecora. Dum aūt sederēt reliqui, viderunt Hismaelitas mercatores. Dixitq́ Iudas: Melius est vt vēdatur Hismaelitis puer, & nō polluamus manus nostras. caro enim & sanguis noster est. Et vendiderunt eum Hismaelitis 20. argēteis. Reuersus aūt Ruben ad cisternā, nō inuenit puerum. & credens eum peremptū, scissis vestibus eiulabat. sed accepto q̄ viueret, quieuit. Tinxerunt autē vestes Ioseph in sanguine hœdi, & miserunt quosdam ad patrem, dicentes: Hanc inuenimus. vide si tunica filij tui est. quam cum agnouisset pater, ait: Fera pessima deuorauit filium meū Ioseph. Scissisq́ vestibus & indutus cilicio, luxit filiū multo tēpore, nec voluit à filijs consolationē recipere, sed ait: Descendā lugēs ad filiū meū in infernū. Infernus, erat sin⁹ Abrahæ, secundū Magistrū. Madianitæ vero vēdiderunt Ioseph in Aegypto Putiphari eunucho, magistro militiæ Pharaonis. Hic habuit vxorē & liberos, quia Ioseph filiam ipsi⁹ postea duxit vxorē. Nec de eunuchis erat q castrabātur. Vnde alij dicūt venditū archimagiro, id est, dapifero vel principi coquorū. Et tradūt Hebræi, Putipharē postea pontificē Heliopoleos, id est, domus Solis, factū. Bndixit aūt dns Putiphari propter Ioseph, q in illius manibus omia dedit. aliud tamē Ioseph nisi panē non habebat. Factūq́ est, q̄ domina adamaret Ioseph, & ait: Dormi mecū. Qui negauit, dicens: Omnia sua tradidit mihi dns p̄ter te, q̄modo possum hoc facere? immo peccarē in Deū. Accidit aūt vt Ioseph absq; arbitris aliqd faceret. Et mulier appræhēdens laciniā pallij Ioseph, ait illi: Dormi mecū. Qui iratus, relicto pallio in manu mulieris, egressus est foras. Illa contēptam se dolens, in argumentū ostēdit marito pallium, dicens: Ingressus est ad me seruus Hebræus, vt illuderet mihi. Ille nimis credulus, vinctū Ioseph tradidit in carcerē regis. Accidit aūt, vt pincerna regis & pistor in eundē carcerē mitterētur. Et Ioseph ministrabat eis. pro leuiori em̄ incarceratus erat facto. Et quum mane Ioseph vidisset eos tristes, interrogati, causam referunt somnia sua. Sciscitato qualia habuissent, ait prępositus pincernarum: Videbam coram me vitem habentem tres propagines, & paulatim crescere gemmas, & post flores vuas maturescere: pressi vuas in calicem, & dedi Pharaoni. Ait Ioseph: Tres propagines, tres dies sunt, post quos restituet te Pharao in pristinū statum. Memēto mei dum bene tibi fuerit, suggerasq́ regi, vt educat me de isto carcere, quia de terra Hebræorū furto sublatus sum, & hic innocēs in lacū missus sum. Tunc ait Pistor: Vidi q̄ haberē tria canistra super caput, & in superiori portare me cibos qui fiūt arte pistoria. & aues comedere ex eo. Ait Ioseph: Mallem me esse interpretem bonorum. tres adhuc dies sunt, post quos Pharao suspēdet te in cruce, & comedēt aues carnes tuas. Et vtrunq; factū est, quia pistor suspensus est, sed pincerna restitutus. qui succedētibus prosperis, oblitus est interpretis sui. Et cū iam Isaac esset annorū centū & 80. venit ad eum Iacob fili⁹ in ciuitate Hebron. Et iam mortuā inuenit matrē, nec multo post mortu⁹ est Isaac, & appositus populo suo plenus dierū, & sepelierūt eū filij eius Esau & Iacob in spelun



Ioseph somnium.

Hismaelitę, q ijdē et Madianitæ.

Infernus.
Madianitę.

Ioseph castus.
Amor.

Ioseph ī carcerē missus.

Somnia.

Ioseph īterpres somniorum.

Isaac morit̄ annorū 180.

lunca duplici. Et licet aliqua hic præmittenda fuissent de Iuda, tamē ea reseruare sta
Phoroneus tui in generationē suam. Anno *generationis Isaac centesimo X.*ætatis suæ, Pho
roneus Inachi & Niobes filius, regnauit apud Argiuos secundo loco annis sexagin-
ta. Hic primus leges & iudicia Grçcis conscripsit, secundum Augustinum. Et ab hoc,
forum vbi iura redduntur, dictū putant. Hic, vt Plinius ait libro 4. naturalis historię,
Argos. vrbem Argos condidit, à qua vniuersa prouincia nomen accepit. Fuit & Argos in
Argiui. Thessalia siue Pelasgia, dictum Argos Pelasgicon. inde & Græci, Argiui nominati
Isis. sunt. Soror Phoronei Io, Aegypti regina est facta, & Isis dicta. Et quia late iusteq́ im
perauerat, multaq́ commoda Aegyptijs fecerat, diuinū post mortem meruit hono-
rem, intantum ꝙ si quis eam diceret hominem fuisse, plecteretur capite. Fingunt po
etæ, eam virginem à Ioue compressam, metu patris nauem conscendisse, & in Aegy-
ptum nauigasse. Vocabatur autem nāuis, vacca: vel, vt Bocatius refert, huic naui vac
ca erat insigne. Ibi Osiridis regis vxor facta, vel secundū alios Apis, hordei segetē in
Inuētio lite uenit, & Aegyptios panē conficere docuit, literas quoq; idiomati conuenientes *cha
rarum. racteribus adinuenit, & easdem docuit. Et quia fruges prima plātauit, Cererem eam
Ceres. esse plures voluere. Io vero postea nupta Telegono, genuit Epaphum, qui Aegypti-
Ogyges. is postea regnauit. Anno Isaac CXXXVI. Ogyges condidit Eleusina in Attica
prouincia, quæ postea vocabatur Acte, & plurimas alias ciuitates. Temporibus illius
apud lacum Tritonidem virgo apparuit, quam Latini Mineruam vocauerunt, Græ
Minerua. ci vero Athenen. Minerua, secundum Augustinum de ciu. Dei, anno ætatis Isaac 58.
Pallas. apud Tritonidem lacum apparuisse dicitur, inde & post Tritonia nominata est. Hęc
Pallas dicitur à Pallante, vel Pallene Thraciæ insula, vbi nutrita fuit, siue à Pallāte gi
gante quem interfecit. Hæc Iouis primogenita, quę apud rudes cum multa reperisset
Palladis in- noua, ex Iouis cerebro genitam credidere. Ipsa enim primum lanificium adinuenis-
uenta. se dicitur atq; artem textrinam. Fertur etiam armaturam inuenisse, & leges quibus ca
Bellona. nitur in pugnam, edocuisse, ideo etiam Bellona vocata. Dicūt eam etiam numeros in
uenisse, necnon tibias & pastorales fistulas composuisse. Ideo Cicero 3. de natura de
orum: Ipsa, ait, sapiētiæ dea, & artium om̄ium inuentrix dicitur. Tandem illi templa
instituta sunt errore gētium. Mineruas q̄nq; inuenimus. De Sole, Diana, Mercurio &
Thessalus. dijs reliquis, in gñatione 24. dicam in longum. Anno Isaac 124. Thessalus Creti re
gis filius, secundū Eusebiū, in Thessalia primus regnare cœpit, quæ prius Aemonia di
cebatur. Græciæ regio est. Anno Isaac 152. Iacob vero 91. secundum Orosium, dilu
Diluuium uium particulare factum est in Achaia terra Attica. Quo tempore eo in loco regna
particulare bat Ogyges. Traditur autē, cum per diluuium illud insulę Cyclades longo tempore
obumbratæ fuissent, aquis rarescētibus, prima Delos Sole illuminata est, & ideo De-
Delos. los Græce dicta, quod sonat manifestū. Anno Isaac 170. Apis tertius regnauit Ar-
Apis. gis annis 35. quem dicunt esse Serapin. Hic fratrem suum Aegialeum præfecit Acha
Serapis. iæ. Ipse cum populo ad Aegyptum nauigauit. vbi cum mortuus esset, factus est om̄i
um deoꝝ maximus. Constitutū est etiā de eo, vt quisquis eum hominē fuisse dixisset,
capite plecteretur. Et quoniā fere in om̄ibus templis vbi colebatur Isis, colebatur &
Serapis: erat ibi simulacrū, quod, digito labijs impresso, admonere videretur, vt silen
Memphis. tium fieret. Apis ergo non Aegyptiorum, sed Argiuoꝝ rex fuit. Memphis in Aegy-
pto ciuitas famosissima est condita, nunc Cairum vel Cairus dicta.

GENERATIO XXII.

Secundum Hebraicam veritatem, ab exordio mundi 2227. (secundum
alios, 8.) incepit in Iacob XXII. generatio.

Iacob. ANno 3462. à mundi exordio, mortuo iam Isaac, regnante apud Assyrios Baleo
rege X. in Iacob patriarcha maximo, cum esset annoꝝ 121. vigesimasecūda in-
cepit generatio, durauitq́; annis 26. Porro mortuo iam patre Isaac, ditati sunt
Esau. Esau & Iacob, ita ꝙ terra eos non caperet. Vnde redijt Esau ad montana, & dicta est
Idumæa. terra Idumæa ab Edom, q̄ prius Bosra dicebat̄. Inde regnū Idumæoꝝ exortū est. Et,
vt tradit̄ in lib. de imagine mūdi, primus rex Idumęoꝝ erat Balaach filius Beor, post
quē Iobal, q & Iob, deinde Husam, deinde alij 5. reges, exinde duces. *Ioab autē erat
*Iob quintus ab Abraham. Sed Hebræi dicunt Iob descendisse de Hus primogenito Na-
chor. Primo anno huius generationis, quum esset Ioseph circiter triginta anno-
Ioseph. rum, vidit Pharao rex Aegypti somniū. Putabat se stare super fluuiū, de quo adscen-
Pharao. debant septem boues pulchræ & crassæ. Et post, aliæ septem emergebāt, summa con
fectę macie, & deuorabāt priores. Expgefactus Pharao, rursum obdormiuit. vidit ali
ud somniū: septē spicæ plenæ pullulabant in culmo vno, aliæq́ totidē iuxtà tenues: &
percussæ vredine, deuorabant priores. Territus Pharao, cōuocauit coniectores & sa-
pien

pientes Aegypti,nec erat qui interpretaretur. Et recordatus est pincerna Ioseph,& eius suggestione ad regis imperium eductus Ioseph,& tonsus. Et veste mutata,oblatus est regi. Rex appræhēsa manu dextra eius,ait: Vidi somnia,rogo edissere quid sit. Narrauitq́ꝫ quod viderat. Et ait Ioseph: Somniū regis vnū est. Quę facturus est Deus, ostendit Pharaoni. Ecce septem anni venient fertilitatis magnæ: sequētur alij septem tantæ sterilitatis,vt obliuioni detur cūcta retro abundātia. Nunc ergo prouideat rex virum,qui quintā partem frugū per septem annos fertilitatis congreget in horrea, vt seruetur in prouisionem futuræ famis. Pharao,hoc audito,miratur somnij solutionem,& cōsilij discretionē. dispēsationemq́ꝫ huius rei cōmisit ei,dicēs ꝙ spū Dei plenus esset. Tulit ergo Pharao annulū de manu sua,& dedit in manu eius,& collo torquem aureā circūposuit,& fecit eum secundū in regno. Adscenditq́ꝫ currū regis,pręcone clamāte,vt oēs coram eo genu flecterēt,sicut coram rege. Et iurauit Pharao,ꝙ absq; ipsius arbitrio nihil deberet in regno fieri, & vocauit eum saluatorē mundi. Et dedit ei vxorē Asenech,filiā Putipharis dñi sui,virginem. Asenech,vt refert Vincentius,erat pulcherrima & honestissima,sed elata & superba, cōtemnens oēm virū: & quem prius noluit,postea summe desiderauit,scilicet habere Ioseph,visa pulchritudine & sapientia sua,sed ipse noluit assentire, nisi prius dimitteret idola quæ colebat.& contristata sup hoc, angelo instruente effecta est fidelis. Triginta erāt anni Ioseph,& nati sunt ei duo filij prius q̄ veniret fames. vocauitq́ꝫ primogenitū Manassen,secundū vocauit Ephraim. Ioseph collegit grana septē annis. quibus transactis, venit sterilitas. Et clamauit populus ad Pharaonē,alimenta petens. Qui eos misit ad Ioseph. aperuit Ioseph horrea,& vēdidit Aegyptijs. Aliæ etiam prouincię emerunt.

Asenech.

Filij Ioseph.

Audiens aūt Iacob ꝙ fruges venderētur in Aegypto,misit illuc decem filios,Beniamin retento. Qui ingressi Aegyptum,venerūt ad Ioseph, nec agnouerunt eum,sed

Ioseph. Iacob.



adorauerunt. At Ioseph nouit eos,& eo durius alloquebatur, dicēs: Vnde venistis? qui dixerunt: De terra Chanaan. Et ille: Exploratores estis,vt infirmiora terræ videatis,venistis. At illi negant,dicentes: Serui tui sumus, omes vnius viri filij, minimus cū patre nostro est, alius nō superest. Qui ait: Hoc est q̄d locutus sum, exploratores estis. per salutem Pharaonis, non exibitis hinc oēs, donec veniat frater vester minimus. mittite vnū ex vobis qui adducat eum, & tradidit eos vinctos tribus diebus,tertio die eduxit eos, retinēs Simeonē,ligāsq́ꝫ illis præsentibus,alios abire permisit. Iussit tamē ministris,vt implerēt saccos eoꝝ,& clam reponerēt singuloꝝ pecunias in ore saccoꝝ, datis etiā cibarijs in via. At illi profecti sunt,dicētes: Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrū. Et veniētes domū,dixerūt patri oīa. Et cum frumenta effunderēt, singuli inuenerunt in ore saccoꝝ pecunias. Territisq́ꝫ oībus,dixit pater: Absq; liberis fecistis me, Beniamin q̄q; auferetur. Et ait Ruben: Trade eum mihi,duos filios meos interfice,si non restituā eū tibi. At ille: Non descendet vobiscū. Interim cōsumptis cibis,fames opprimebat eos. Et dixit Iacob,vt irēt rursum in Aegyptū,& emerēt escas. Et ait Iudas: Si vis pueꝝ mittere,ibimus: alioquin non imus. ego suscipiam puerum, de manu mea reqre eū. Et ait Israel: Si sic necesse est,facite q̄d vultis. Sumite de optimis frugibus terræ, simulq́ꝫ pecuniam reportate. date viro munera. deus aūt faciat eum vobis placabilem. Igitur filij Iacob descenderūt in Aegyptum, & steterūt coram Ioseph,qui præcepit parari cōuiuiū. illi timētes se puniēdos pro pecunia quam abstulerant,dixerunt dispensatori nescios se asportasse,& nūc retulisse. Qui ait: Pax, deus vester dedit vobis eam. quam dedistis,ego habeo. Eduxitq́ꝫ ad eos Simeon. Meridie Ioseph ingresso,obtulerūt munera,& adorauerūt eum. Et accepto ꝙ saluus esset pater,benedictoq́ꝫ Beniamin,cōmota sunt viscera eius,& ingressus cubiculum,fleuit. lotaq́ꝫ facie,egressus cōtinuit se. Et ait: Ponite panes. sedit aūt ipse seorsum. prophanum em̄ putant Aegyptij,edere cum Hebræis. Disposuit aūt fratres secundū ordinem ætatis eorum,sicut in domo patris sedere consueuerāt. datisq́ꝫ partibus,mirabantur ꝙ pars Beniamin quinq; partibus excederet. (Iosephus refert, dupla.) Biberūtq́ꝫ,& inebriati sunt,id est,satiati. pręcepitq́ꝫ Ioseph dispēsatori,vt impleret saccos, & pecunias eoꝝ reponeret vt prius, & scyphum suum argenteū in sacco minoris reponeret.

Iacob.

Iacob fil.

Aegyptij cū Hebræis nō comedunt.

poneret,factum est ita.Ortoq́; mane,dimissi sunt.Tunc dispensator,iubente Ioseph, insecutus est eos,& appræhēsis ait:Pessimam rem fecistis,scyphum furati estis,in quo bibit dn̄s meus,& in quo augurari solet.Illi dixerunt: Apud quemcunq; inuentū fuerit quod quęris,moriatur,& nos serui erimus tui.Ille scrutat⁹,inuenit scyphū in sacco Beniamin. Illi aūt redierunt ad Ioseph, qui ait:An ignoratis me augurem? Iudas vero plurimū supplicabat,vt se pro vero seruo retineret,quia in suam eum filiū fidem receperat à patre.

Ioseph. Non poterat vltra se cohibere Ioseph,& eiectis alijs foras,cū fletu ait:Ego sum Ioseph,nolite timere.pro salute vestra misit me dn̄s ante vos. Biennium famis trāsiit,adhuc quinq; annis durabit.festinate,ait,& nunciate patri meo gloriam meam, & adducite eum ad me, vt pascam vos & pecora vestra. Osculatusq́; est fratres suos,auditumq́; est verbum in aula regis.Gauisus est Pharao,& dixit Ioseph: Dic fratribus tuis,tollite plaustra de Aegypto,oīa vestra adducite,dabo vobis omīa bona Aegypti.Factumq́; est ita.Deditq́; Ioseph singulis binas stolas,Beniamin vero dedit trecentos argenteos & quinq; stolas optimas,& totidē misit patri. Qui cum venissent ad patrem,dixerunt:Ioseph viuit,& dn̄atur in Aegypto.Tunc Iacob quasi de graui somno euigilans,non credebat eis.Cumq́; vidisset oīa quæ miserat,ait:Sufficit mihi si filius meus viuit.vadam,& videbo eum anteq̄ moriar. Igitur profectus Israel cum oībus quæ habebat,venit ad puteum iuramenti.erat aūt annoꝝ 131.& oblatione facta,dixit illi Deus:Noli timere,descende in Aegyptū,faciamq́; te ibi in gentem magnam,& inde reducam te. Venit igitur in Aegyptum,ducens septuaginta quinq; filios ac nepotes.(alij ponunt,sexaginta sex.non est cura, quia alij etiā ponūt septuaginta.)

Profectio Israel in ægyptum. Iacob. Præmisit ergo Iacob Iudam ad Ioseph, qui iuncto curru,occurrit ei in Gessen,dixitq́; Ioseph:Ibo eñ,nunciabo Pharaoni,instruens ꝙ interrogati,dicerent se pastores.Hæc ideo,vt habitare possent in Gessen. detestantur eñ Aegyptij pastores ouium,ꝙ non comedunt eas.Et introduxit Ioseph patrem ad regem,benedixitq́; regi.Inquisitus de diebus ætatis suæ,ait:Deus peregrinationis vitæ meæ,centum & triginta annoꝝ sunt,parui & mali, nec peruenerunt vsq; ad dies patrum meorum. Deditq́; Ioseph fratribus suis possessionem in optimo terræ solo Ramesses.Iosephus dicit:Concessit eis Pharao,vt in Heliopolitana vrbe cōuersarentur,sciens gratum esse Aegyptijs,separari à se pastores. forte ad territoriū Heliopoleos spectabat terra Gessen.

De fame. Inualuit aūt fames in Aegypto.cumq́; defecisset precium emptoribus,sustentauit eos Ioseph anno illo per cōmutationem pecorum.sequēti anno cum iterum fame perirēt, emit oēm terram Aegypti Ioseph pro alimentis, præter terram sacerdotum,quam dederant eis reges,& qui statuta cibaria ex horreis publicis perceperunt.

Sacerdotū victus. Circa finem vero sterilitatis ait Ioseph ad populos: En vos & pecora vestra & terra in manu regis est.Ecce vobis reddo terram & pecora,& dabo semina,& coletis terram regi,quintam partem dabitis regi,reliquas permitto vobis in sementem & cibum.Qui dixerunt:Salus nostra in manu tua est. Ex tunc vsq; nunc quinta pars soluitur regibus Aegypti.

Iacob. Habitauit ergo Israel in terra Aegypti,& auctus est nimis.Et vixit in ea Iacob septem & decem annis.Cumq́; videret diem obitus sibi imminere,vocauit Ioseph, & fecit eum iurare super femore suo, ꝙ sepeliret eum in sepulchro maiorum suoꝝ,quod Abrahamium dicitur,& distat à Caluaria fere triginta miliaribus.

Sepultura. Iacob benedixit filijs suis. Cum aūt ægrotaret Iacob,assumptis duobus filijs Ioseph,perrexit ad eum.Vidēsq́; Iacob Ioseph & filios eius,interrogauit:Qui sunt isti? Ait Ioseph: Filij mei sunt.Et ait Iacob:Isti duo mei erunt,sicut Ruben & Simeon reputabuntur mihi, id est,quisq; tribum faciet.reliqui aūt quos genueris,nomine fratrum suoꝝ vocabuntur in possessionibus suis,id est, non facient tribus, sed contenti erunt possessionibus suis. Applicuit aūt Ioseph Manassen ad dextram patris,& Ephraim ad sinistrā,adorans vt benediceret.Iacob aūt in spū cancellauit manus, minori dextrā superponēs, quod Ioseph grauiter accepit,eo ꝙ alter esset primogenitus.At ille:Scio fili mi,scio. Et ille quidem erit in populos & multiplicabitur,sed minor maior erit.(hoc impletum est in Ieroboam, qui Effrateus erat)deus patrum nostroꝝ benedicat illis. Et ait ad Ioseph:Deus reducet vos in terram vestram. do tibi extra fratres tuos Sichimam, quam tuli in gladio & arcu de manu Amorræi. emerat eñ eam, & postea defendit.

Testamentum Iacob. Conuocauit aūt Iacob filios suos, & ait illis: Congregamini vt annunciem vobis quæ futura sunt,& prophetauit de vtroq; aduentu.Deinde filijs suis duodecim,connumerato Ioseph,prænunciauit eis,& singulariter singulis quæ ventura essent.Ac tribum Leui,vt diuinis præesset,destinauit.Et pro Ioseph,duobus suis filijs locum inter reliquos filios dedit, ac duodecim tribus instituit. Audite, inquit, filij Iacob, audite Israel patrem vestrū: Ruben primogenitus meus, caput erit tribus Ruben. Simeon

alteram tribum constituet. Iudæ vero, de cuius tribu nasciturus erat Christus, prædixit. Deinde Isachar, Zabulon, Dan, Neptalim, Gad, Aser, Beniamin, Ephraim, & Manasse, unicuiq; quæ ventura essent, prædicens. Cuius prophetia, teste Vincentio, hæc breuiter fuit: De stirpe, inquit, Iuda filij mei, nascetur virgo stolam habens byssinam, vestem'q; candidissimã, de qua nascetur agnus immaculatus, qui est agnus Dei, gratia saluans oẽs, cuius regnum erit in æternum, quod nõ corrumpetur. Dominus Deus magnus apparebit in terra vt homo, corpus'q; assumet, & comedet vt homo. Orietur astrũ eius in cœlo, ac ipse resplendebit vt sol in terra, cœli super ipsum, & ex templo gloriæ veniet ipsum sanctificatum cum voce paterna, & ipse effundet spiritum gratiæ super vos, & eritis filij eius in veritate. hic erit ex Leui sacerdos, & ex Iuda rex, Deus & homo, mediator Dei & hominum, qui omnes tenebras de sub cœlo tollet, & erit pax in vniuersa terra. Vos vero deniq; impie agetis cõtra eum, & sacerdotum principes manus imponẽt super eum, & exterminabũt & interficiẽt eũ, nesciẽtes eius resurrectionem. Innocẽtis'q; sanguinem recipietis super capita vestra, & in passione altissimi petræ scindẽtur, & sol extinguet, & cætera quæq; turbabũtur. Inuisibiles spiritus cõtremiscẽt, & infernus spoliabitur, ipse vero paradisi portas reserabit, & stare faciet minantem gladium aduersus Adam. Et dabit satis comedere de ligno vitæ, & Belial ligabitur ab ipso. Tunc videbitis Enoch, Noe, Sem, Abraham & Isaac, ac me patrẽ vestrum, resurgẽtes à dextris in exultatione. Suis'q; filijs potestatem dabit cõculcandi perniciosos spiritus, & quotquot in eum crediderunt, in terra gaudebunt. Tunc omnes resurgent, & hi quidem in gloria, impij vero ad ignominiam: atq; in primis Israel iudicabitur, quia nõ crediderunt ei, &c. *Prophetia Iacob.*

De hac institutiõe tribuum, meminit etiam Iustinus Trogi Pompeij abbreuiator libro trigesimosexto: *Post Damascum, ait, Abraham, Moses, Israel, reges fuere, sed Israelem felix decem filiorũ prouẽtus maioribus suis clariorem fecit. Itaq; populum in decem regna diuisum, filijs tradidit: omnes'q; ex nomine Iudæ, qui post diuisionẽ decesserat, Iudæos appellauit, coli'q; eius memoriam ab omnibus iussit. Eius portio omnibus accesserat, minimus'q; ætate inter fratres Ioseph fuit, cuius excellẽs ingeniũ veriti fratres, clam interceptum peregrinis mercatoribus vendiderunt, à quibus deportatus in Aegyptum, cum magicas ibi artes solerti ingenio percepisset, breui ipsi regi percharus fuit. Nam & prodigiorum sagacissimus erat, & somniorũ primus intelligẽtiam cõdidit, nihil'q; diuini iuris humani'q; ei incognitum videbatur, adeo vt etiam sterilitatem agrorũ ante multos annos præuiderit, perijsset'q; omnis Aegyptus fame, nisi monitu eius rex edicto seruari per multos annos fruges iussisset. Tanta'q; experimẽta eius fuerũt, vt nõ ab homine, sed à Deo respõsa dari viderent. Filius eius Moses fuit, quem etiam præter paternæ scientiæ hæreditatem, formæ pulchritudo commendabat. Sed cum scabiem Aegyptij & pruriginem paterẽtur, responso moniti, *eo cum ægris, ne pestis ad plures serperet, terminis Aegyptij pellunt. Dux igitur exulum factus, sacra Aegyptiorũ furto abstulit, quæ repetẽtes armis Aegyptij, domum redire tempestatibus cõpulsi sunt. Itaq; Moses Damascena patria antiqua repetita, montẽ Sinaum occupat, in quo septem dierũ ieiunio per desertum Arabiæ cũ populo suo fatigatus, cũ tandẽ venisset, septimũ dierũ more gentis sabbatũ appellatum, in omne æuum ieiunio sacrauit, quoniam ille dies famem illis errorem'q; finierat. Et quoniam metu cõtagionis pulsos se ab Aegypto meminerãt, ne eadem causa inuisi apud incolas forent, cauerũt ne cum peregrinis communicarẽt, quod ex causa factum, paulatim in disciplinam religionem'q; cõuertit. Post Mosen etiam eius filius Aruas sacerdos sacris Aegyptijs, mox rex creatur: semper'q; exinde hic mos apud Iudæos fuit, vt eosdẽ & reges & sacerdotes haberẽt. Ibi subiungit, quomodo Iudæi balsamum plãtauerint de mari mortuo, in quibus omnibus etsi imperfecte, tamen vt historia tradit gentis. Iacob itaq; finitis sermonibus, collegit pedes suos super lectulum & obijt, cũ esset annorũ centum quadragintaseptẽ. Eo'q; mortuo, diebus triginta cõditus aromatibus fuit. Inde'q; cõcedẽte sibimet rege, celebri pompa corpus à Ioseph in Ebron delatum, in spelunca duplici multa cũ largitate sepelitur. Erat tamen ethnicorũ mos, nouem diebus incondita corpora seruare, singulis'q; diebus ea calida fouere aqua, & per interualla cõclamare, si forte spiritus interclusus excitaretur. Hebræi vero septem tantũ dies incondita seruauerũt: cõdita deinde, 30. Hinc diei septimi & trigesimi apud nos obseruatio inoleuit. De quo etiam xiij.q.ij.c. Quia alij. *Iudæi dicti. Magia. Somniorũ interpres Ioseph. Moses. *eum. Reges & sacerdotes. Mors Iacob.*

Argus filius Apis in hac generatiõe, anno vigesimosexto succedẽs patri Api, regnauit annis septuaginta, dehinc Argiui dicti sunt. Quo regnãte, cœpit Græcia vti frugibus, & habere segetes in agricultura, delatis aliunde seminibus. *Argus rex.*

Triptolem⁹

Triptolemus rex, Eleusij siue Celei & Menalinæ filius, ad quē cum Ceres quærēs Proserpinā filiā, deuenisset, & eū in cunis, dormiente patre & matre, inuenisset, vltro se altricem infantulo obtulit, atq; eū gremio sustulit, & ei tria beneficia cōtulit. Arabit primus, inquit, feret, & culta præmia tollet humo, libro quarto Fastorū. Eam ob rem dicunt, eum in partibus Atticis vsum frugum primū inuenisse.

GENERATIO XXIII.

Anno ab exordio mundi 2215. in Iuda, secundū Hebraicam veritatem, incepit vigesimatertia generatio.

Anno ab exordio mūdi ter millesimo quadringentesimo octogesimoseptimo, dū adhuc regnaret Baleus monarcha Assyrio℞, mortuo Iacob patriarcha, in filio suo Iuda per lineā Christi vigesimatertia incepit generatio, durauitq; annis 53 Erat tunc Ioseph, dux Aegypti, annorū 57. Timentes vero fratres eius, ne mortuo patre, memor fieret iniuriæ eorū, dixerunt ei: Pater tuus adhuc viuēs, mandauit vt hæc verba tibi diceremus: Obsecro, obliuiscaris sceleris fratrū tuo℞. nos q̄q; oramus, vt patri tuo dimittas iniquitatē hanc, & adorauerunt proni in terram. Fleuitq; Ioseph, & ait: Nolite timere, & cōsolatus est eos. & sic vixerunt in pace. De Iuda vero patriarcha, hanc ex sacris literis habemus historiā. Eo tēpore quo Ioseph venditus esset in Aegyptū, discedēs Iudas à fratribus suis, iuit ad virū Odollamitem, nomine Hiram, & accepit ibi vxorē nomine Sur, filiā Chananæi, quæ peperit ei filiū primogenitū noīe Her, deinde Onam, tertio vero Sela. Dedit aūt Iudas filio Her Thamar. Fuit aūt Her nequā, abutens vasculo vxoris, & occisus est à dño, id est, inuentus est mortuus iuxta vxorē. Et dixit Iudas ad Onam, vt ingrederetur ad eā, vt suscitaret semē fratris. Qui indignans sibi non nasci filios, fundebat semē in terram, id est, inutiliter vxorē cognoscere satagebat. Et percussit eū dominus. Remisitq; Iudas Thamar, vt esset vidua in domo patris sui, donec cresceret Sela. Quo adulto, dissimulabat eū dare Thamar. Mortua est aūt Sur vxor Iudæ, qui cōsolatione accepta, post luctum ibat ad tondēdas oues cum Hira opilione suo. Quod audiēs Thamar, depositis vestibus viduitatis, assumpsit teristrum, seditq; in biuio itineris quod ducit Thamnam. Quā cū vidisset Iudas, suspicatus est cadesam, id est, scortū. Cui & dixit: Sine me vt coeam tecū. Quæ ait: Quid dabis mihi? Et ille: Mittam tibi hœdum de grege. Et illa: Patiar quod vis, si dederis mihi arrabonem. Et dedit illi annulū, & armillam, & baculum quē gerebat, pro ara. Ad vnum concubitum concepit mulier geminos, & abijt, receptis iterū viduitatis vestibus. Misitq; Iudas hœdum per pastorē, qui cum venisset, & non inueniret eam, redijt sine pignoribus. Post tres aūt mēses dictum est Iudæ: Fornicata est Thamar, & vterus eius intumuit. Qui ait: Producite eā vt cōburatur. Quæ cū duceretur ad pœnā, misit socero suo pignora, dicēs: De viro cuius hęc sunt, concepi. Qui ait: Iustior me est, quia nō tradidi eam Sela filio meo. Hæc fecit, ne periret semē filij mei. Attamen vltrà non cognouit eam Iudas. Instante vero partu, apparuerunt duo, & in effusione vnus protulit manū, in qua ligauit obstetrix coccinū, & ait: Hic egredietur prior. Illo quoq; retrahēte manū, egressus est alter, dixitq; mater ꝙ vocaretur Phares. Postea egressus est alter cū coccino, & dictus est Zaram. In Paralipomenon, coccinum est etiam ligatum in manu Phares.

Iudas. Ioseph. Thamar. Sela.

Ioseph moritur. Rex Aegypti Pharao dicebatur.

Ioseph vero fuit princeps in Aegypto sub quinq; regibus, quorū primus qui exaltauit eum, Nephrem dictus est, pro dignitate aūt Pharao. ita enim oēs appellabantur, sicut imperatores nostri, Augusti vocantur. Secūdus erat Amasis, in quo incepit dynastia Aegyptio℞ xviij. Tertius Chebron, quartus Memphes, quintus Mephres. huius anno nono mortuus est. Vixit aūt cētū & decē annos, & vidit filios Ephraim vsq; in tertiam generationē. Et etiā de Machir filio Manasse. Aitq; fratribus suis: Deus adhuc visitabit vos, & reducet ad terram pro qua iurauit patribus vestris, asportate ossa mea vobiscū. Cumq; adiurasset eos, mortuus est, & cōditus aromatibus, repositus in loculo in Aegypto, nec motus, donec inde filij Israel egressi sunt. Moritur paulo post Iudas, alijq; fratres, secundum Iosephum, & quisq; in obitu suo deferebatur & sepeliebatur in Ebron, & post translati sunt in Sichem.

Rhodos.

Rhodos vrbs, à qua insula Rhodos nomē accepit, his temporibus à Telchinijs siue Telchinibus & Cariatibus, vel (vt alij volunt) Curetibus, à Phoroneo Argiuorū rege iam diu deuictis, in ipsa Rhodo Lyciæ insula condita est, de qua Pomponius refert, dum vrbis fundamenta foderent, rosæ capulum fuisse inuentum, à quo insula dicta, quia rhodon Græce, rosam significat. prius vocabatur Ophiusa, deinde Stadia siue Staclia, & postea Telchin, quos nonnulli maleficos & fascinatores fuisse tradūt. Alij tamen econtra dixere Telchinas eximios artifices, primosq; ferri & æris in

Asiam

Asiam fabricam inuexisse.post Telchines,Heliades insulam tenuere.Poetæ fingunt, in hāc insulam aurū pluisse,cum Pallas in Iouis capite nasceretur.Quā hodie milites religiosi,beato Ioanni dicati,obtinēt,vt de hoc in secundo volumine dicetur. Ioannitæ.

Apollo medicus,Vulcani & Mineruæ primus filius,his temporibus(Eusebio teste)clarus habitus est,qui medicinæ repertor,& herbarum virium primus cognitor fuit.Hic aūt Apollo,Pythius & sapientiæ deus à poetis appellatus est.Qui & Pythonē serpētem,qui matrē Latonam psecutus fuit,sagittis cōfecit. Python. Chiron medicus iustissimus vir, Centaurorum ductor,nutritorq; Aesculapij,& magni doctor Achillis, ijsdem temporibus claruit.Qui,vt multis placet,medicinam & herbarum vires primus inuenit.Hic,teste Orpheo,cum Argonautis nauigauit,& illorum iudex ac medicus fuisse dicitur.Tandem Herculem hospitio suscepit,& cum arma eius tractaret,sagitta e manibus cadens,pedem læuum vulnerat,nec se curare poterat,sed die nona moritur,vir immensæ ætatis,& vix creditur tam diu vixisse. Chiron.

Prometheus Iapeti filius ex Asia Nympha coniuge,in Arcadia claruit,vir acutissimi ingenij,qui hōies incompositos ac rudes ad mores politiores formauit.Simulacra quoq; hominū primus de terra formauit,& arte quadā veluti spiritum habētia moueri fecit:hinc sunt fabulæ.Astrologiam primus apud Assyrios docuit.Insuper etiam ignē primus e silice eduxit,vt Plinius testatur.Vsum pterea annuli, sed ferrei, primus inuenit,quē quarto digito in honorē cordialis venæ portari suasit.Tempore procedēte apud Romanos,Isidoro teste,statutū emanauit,vt liberti ciuesq; aureo vterētur annulo,libertini argēteo,& serui ferreo.attamē,vt visum est,Iudas annulo vsus est,nec verisimile est q ab illo habuerit.Fulminum deniq; rationē in Caucaso monte depræhēdisse fertur,propter quod ignē cœlestē furatū fuisse tradunt. Prometheus. Astrologia. Annulus. Fulmina.

Atlas & ipse Arcadicus, Promethei frater,seu(vt alijs placet)filius,& Maiæ pater,clarus fuit his tēporibus,quippe astrorum cursum peruigili studio depræhēdit, & primus de astrologia inter Græcos disseruit.propter quod finxerunt fabulæ,eum cœlum portare.Hic autē septē genuit filias,Nymphas appellatas:Maiam,Electrā, Steropen,Meropen,Celænon, Taygeten, & Alcyonen.Hæ sorores septē,Atlantides sunt dictæ,à patris nomine,quanuis cuiuslibet proprium nomē esset.Et Hesperides,ab Hespero fratre aut filio Atlantis.Alij enim eas Atlantis volunt fuisse filias, alij Hesperi.Sunt qui ab Hesperia nominatas existimēt.Atlantes tamen tres fuisse dicuntur,de quibus apud Bocatium. Atlas. Atlantides. Hesperides.

Mercurius etiam nepos Atlantis,Iouis ex Maia filius.Sed quia plures Mercurij fuisse dicuntur,primum deorum nuncium seu interpretem fuisse,poetæ describunt, dictusq; est deus facundiæ:& propterea,vt habetur Actuum quartodecimo,Paulū, quia erat dux verbi facundus, gentiles Mercurium appellauerūt. Mercurius alius Aegyptius,qui cognominabatur Trimegistus, primus stellarum apud Aegyptios inuētor.Qui ex Aegypto digressus,centum ciuitates condidisse fertur,ibidemq; verum Deum colere homines docuisse. Mercurij quatuor.

Mercurium alium, cognomēto Hermetis, natione Italicum ferūt,quē à Fauno Italiæ rege lyram & harmoniam didicisse credūt. Mercurius quartus,ante diluuiū Lamech filius fuit,quē Tubal appellauimus,à quo musicæ principia sumpsere.Fuerunt & alij Mercurij,quintus & sextus,quibus omnibus dantur eadē ornamēta,sed non eadem deitas,quia alius medicinæ deus,alius mercatorum,alius furum,quæ oīa à multis confunduntur.Multa quoq; in Græcia his temporibus finguntur.Ideo in sequenti generatione de dijs gentium aliqua dicemus.

GENERATIO XXIIII.

ANno ab exordio mundi ter millesimo quingentesimo trigesimonono,regnāte Mamito rege Assyriorū duodecimo,post mortē Iudæ Phares succedit in linea Christi,& in eo vigesimaquarta incepit generatio,durauitq; annis quadraginta.Per hæc tēpora varia per orbē terrarū sacra dijs falsis leguntur instituta, quorū vt rationē non ignoremus,aliqua de dijs gentium videbimus. Phares.

Primo,de origine deorum. Secundo,de sacrificijs eorum.
Tertio,de autore primo colēdorum deorū. Quarto ponet rō,qre dij esse nō pñt.
Quinto,qd philosophi de his senserint. Sexto,de causa fictionū,pro & cōtra.

Saturnus Cœli & Vestæ,id est,terræ fuit filius,vt in li.diui.institutionum scribit Lactantius.Et cū vidisset patrē Cœlum etiā generasse Titanū,Oceanum,Opem & Tethyn,ne plures generaret,falce patri fertur abscidisse genitalia,sanguinē vero cecidisse in mare,& inde Venerē esse generatā.Deinde Saturnus Opē sororē duxit.ex Saturnus. Venus. Ops. Titan.

hoc Titan, qui maior natu erat, volebat regnare, sed Vesta mater eorum & sorores suadent Saturno, ut de regno non cedat fratri. Tandē cōcessit Titan ut Saturnus regnaret, ita tamen, ut si quid virilis sexus ei nasceretur, ne educaret, uti aliquando ad suos natos regnū rediret, quod ita ab initio fecit Saturnus, ideoq; deuorasse dicitur filios. deinde cū primū natū necasset, postea nati sunt illi gemini, Iupiter & Iuno. Tunc Iunonem Saturno in conspectū dederunt, Iouem absconderunt, & in Idam syluam filiabus Melissei Cretensium regis Amaltheæ & Melissæ, alendū misere: quē in antrum Idæ montis recipientes, ne fletus audiretur, cymbala & tympana pulsabant, ad quorū sonitum more suo apes mella in os eius inferebant, ob quod beneficiū, postea deus factus, dedit apibus, φ sine coitu generarent. Itaq; melle & lacte caprino puerū nutriebant. Deinde Neptunū clam Saturno Ops parit, eumq; clanculum abscondit. Ad eundem modum tertio partu parit Plutonem. Titan vero postquā resciuit Saturno filios procreatos, atq; educatos esse, clàm seducit secum filios suos Titanos, fratremq; suum Saturnum, atq; Opem compræhendit, & carceri mancipauit, ac compedibus ligauit, eo φ contra pactionem & iusiurandum mares liberos sustulissent. At Iupiter cū audisset patrem ac matrem custodijs circunseptos, atq; in vincula con iectos, cum magna Cretensium multitudine venit, commissoq; bello, Titanum atq; filios eius vicit, parētesq; soluit, & patrem regno restituit. Et tunc ex sanguine, aiunt, Titanorum gigantes generatos esse. Deinde Iupiter duxit Iunonem sororem suam, & cū diu sterilis esset, concusso capite suo, exiliuit Minerua, dea sapientiæ postmodum facta. Tandem genuit Martem ex Iunone. Alij tamen volunt, ut Ouidius in Fastis, Iunonis duntaxat esse filium. Ferunt Iunonē turbatam, eo φ sine obsequio mulieris procreasset Iupiter, quærebatq; Oceani consiliū in via dum fessa esset, quæ fuit & à Flora dea, coniuge Zephyri. Cui Flora (si Ioui esset occultum) promisit salutare auxiliū, & cū iurasset per vndas Stygias, nemini se dicturā, docuit in campis Olenijs florem esse, quo accepto, confestim absq; viro conciperet. & ita factum est. Ilico sumpto flore, Iuno concepit, & peperit postea Martē. Deinde Iupiter ex Iunone genuit Vulcanū, hic quia claudus & deformis erat, à parētibus in insulam Lemnon est abiectus, & ibi à simijs dicitur educatus, & Iouis faber factus: ideo dictus est Mulciber. Deinde extra matrimoniū Latonā Cœi gigantis filiā, à Ioue dicunt fuisse compressam, & ex ea suscepisse geminam prolē, Phœbum seu Apollinē, & Dianā. Quod aiunt Iunonē adeo ægre tulisse, φ illi omnē terram interdixit. Eamq; vsq; in insulā Delon persecuta est, nec in hoc satiata. Sed etiam emisit Pythonem serpētem ingētis magnitudinis, ad impediēdam eam atq; fugandam: quæ fuga facta, tandē ab insula Ortygia suscepta, primo peperit Dianam, quæ e vestigio obstetricatus officium in nasciturо fratre matri præstitit, & Apollinē nascētem suscepit, qui mox sagittis Pythonē interemit, & dare cœpit responsa petētibus. ex hoc, insula postea Delos est dicta. Poetæ dicunt, dum fugeret Iunonē, per Lyciam sitibunda ad lacum venit quēdam ut biberet, rustici qui aderant, lacum pedibus conturbant, orauit Latona pro vindicta, ob hoc rustici in ranas mutati sunt, ac lacū semper hunc incolunt. Iupiter ex filia Inachi Io, aliàs Iside, generauit Epaphum: nam cū esset formosissima virgo, illam à paternis vndis redeuntē atq; fugiētem, inductis tenebris, detinuit Iupiter, & oppressit. Iuno vidēs ex alto tenebras, suspicata descēdit, & tenebras soluit. Iupiter mox, ne pateret crimē, transformauit puellam in vaccam, eamq; laudāti atq; petēti Iunoni ægre dono dedit, quæ ilico Argo, qui cētum oculis præditus erat, illā seruandam tradidit. Sed Iupiter compatiēs, misit Mercuriū, ut illam custodia liberaret, qui sub forma pastoris Argo iunctus est, & fistulā ab eo accommodat solatij causa. qua accepta, caduceo virga Argum tetigit, ac in soporē oculos omēs vertit, & post hoc occidit. quod vidēs Iuno, Argi oculos sumēs, illos caudæ pauonis auis suæ apposuit, & vaccæ immisit œstrum, quo infestata, cursum rapuit, nec ante destitit, φ̄ ad Aegyptios perueniret. Ibi quieuit, & prece Iouis à Iunone impetrata, forma pristina restituta est. Peperit Epaphum, ac ab Aegyptijs Isis est dicta. Longe tamē ante hoc compressit Maiam Atlantis filiam, genuitq; ex ea Mercurium, licet plures fuerint Mercurij, vnus Iouis & Clymenes filius, & ante illū alter e Cœlo patre & Die matre natus, & Mercurius Nili filius, dictus Trismegistus Hermes. Maiam Mercurij matrē, Iunonem aiunt ex pellicibus vnam summe dilexisse, eiusq; filium Mercuriū lactasse affirmant. promiscue nonnunquam factū vnius, alteri adscribitur. Et ab omnibus, mercatorū deus dicitur Mercurius. Ad hoc nuncius & interpres deorum, & eloquentiæ deus dicitur. Iterum ex Semele Cadmi filia, Iupiter procreauit Bacchum. Hæc cum ex Ioue concepisset, Iuno ad eam in forma venit vetulæ, perquisiuitq;, nunquid diligeret

Melisseus. Neptunus. Pluto. Iupiter. Iuno. Minerua. Mars. Vulcanus. Latona. Apollo. Diana. Ortygia. Delos. Epaphus ex Ioue. Io in vaccā. Isis. Mercurius. Maia. Mercurius mercibus præest. Bacchus ex Ioue & Semele.

geretur à Ioue:ad hæc illa,arbitrari se diligi. Tunc Iuno: Nō potes filia hoc nisi vnico modo cognoscere,scilicet si tibi promittat,q͏̃ se iungat tibi,vti solet Iunoni concumbere,& si per Stygiā paludē ita iuret. Semele auida hoc scire,adueniente Iouem petit,vt hoc modo promittat ac iuret. quod cū Iupiter iurasset,audita petitione doluit,ne tamē aduersus iusiurandū veniret,in concumbēdo fulminauit,ac mortuæ filium traxit ex vtero,suo'q; apposuit femori,donec tēpus perficeretur pariēdi:tūc natus est filius,& Bacchus est dictus,aliàs Dionysius seu Liber. Hunc primo clam nutriuit Ino matertera, postea Nymphis traditur alēdus,qui ne à Iunone inueniretur,hederis eū occultauerūt. Depingitur puer,facie muliebri,nudus,cornuto capite,equitans super tigres,hastā gerēs pampinis ornatā. Silenus senex,eius dicitur alumnus. Bacchus. Dionysius.

Iupiter quoq; ex Alcmena Amphitryonis coniuge,genuit Herculē hoc modo: Iupiter,dum in militia fuit Amphitryo,eius forma sumpta,accessit ad eam noctu,quæ cū illum virū suum crederet,concubitu concepit ex Ioue. ea nox ab Ioue spatio triū noctiū extensa est lasciuiēdi gratia, maximū futuri roboris indiciū,tantū tēporis in eo puero creando impēsum. Et cū die quadā adueniente partus tēpore,Iupiter apud superos dixisset,die illa nasciturū hominē,qui omnibus circunuicinis dominaretur, Iuno his verbis mota,illud fecit iuramēto firmari,& confestim descēdit in terras,& retinuit Lucinā deam parturientium apud vxorē Stheleni,prægnantē iam septem mēsium, & ex vtero eius eduxit filium septē mēsium ante tēpus pariendi,qui vocatus est Eurystheus. vnde Alcmena ob retentam Lucinam parere nō potuit,nam Lucina eius partum compresserat: & sic q̄d de Hercule Iupiter voluit,versum est in Eurystheū,q postmodū Herculi & aliis imperauit. Cuius,scilicet Herculis, labores duodecim iniunctos ab Eurystheo,hoc modo ferūt. Nam frustratus Iupiter cōsilio, Iunoni promisit,Eurystheū,vt prædixerat,regē fore,Herculem'q; ei subiici velle,ac duodecim labores ab Eurystheo iniunctos perficere debere,quibus cōsummatis fieret immortalis. Is itaq; Hercules educatus optime,certaminū quoq; exercitio deditus,& corporis robore excelluit,& animi virtute. Iupiter. Alcmena. Hercules. Eurystheus trisyllabū. Herculis labores.

Iupiter ex Danae Acrisii filia, Perseum genuit hoc modo: Cū haberet Acrisius vnicam filiā Danaen,in responsis accepit,se manu eius qui ex filia nasceretur, moriturū. Ideo filiam in quadam turri clausit,ita vt homo nō posset ad eā accedere. Iupiter audita eius pulchritudine,vertit se in auri guttam,& per tegulas in gremiū eius cecidit,ac eā imprægnauit. Quod ægre ferēs Acrisius,clausit in arcā,ac in mare proiici iussit. verū arca casu à piscatore capta est,in qua inuenit eam peperisse filium,quē detulit ad Pilumnum regē,qui cū genus eius cognouisset,illam duxit vxorē. Alii volunt fuisse Polydecten regē. Et dum Perseus adoleuisset,timuit eum rex. Erant eo tēpore tres Phorci regis filiæ, Medusa,Stheno & Euryale,Gorgones appellatæ,habētes vnū oculum,quo vicissim vtebantur,& quoscunq; intuētes se cōuerterunt in saxa. contra has expugnandas misit rex Polydectes Perseum. Perseus petiuit Mercuriū,qui sibi dedit harpē,id est,falcē vel gladiū,quo Argum interfecit. Similiter & talaria seu alas,vt volare posset. postulauit etiam auxilium Palladis sororis,quæ sibi dedit clypeum crystallinū,in quo videre posset imagines sororū,nec videri ab illis. his armatus,cū non videretur,oculū, quo fungebantur,dum de vna ad alteram volitabat,furatus est. Medusam serpentibus crinitam interfecit,ac de sanguine eius natus est Pegasus equus alatus,qui statim volare cœpit vsq; ad montē Parnassum,& ibi in Helicone monte vngula terrā percutiens,egressus est fons largissimus,postea musis dedicatus. At Perseus Gorgone occisa,ei caput abstulit,peruenit'q; ad regē Atlantem,qui sibi hospitium negauit. quare ostēso ei capite Gorgonis,in saxum mutauit Atlantem. Inde remeans in patriam, cū inuenisset Andromeden virginē saxo in mari alligatam,quæsiuit causam à parētibus ibi flentibus. qua intellecta,pactus cum his,liberauit eam,& in vxorē accepit. Post hæc Phineum ac plures alios,ostēso capite Gorgonis,in saxa vertit,& auunculum suū Prœtum,qui Acrisium regno pepulit,interfecit. Et postea non sponte Acrisium vertit in saxum. Perseus ex Danae Acrisii. Pegasus equus.

Iupiter adamare cœpit Europam Agenoris filiā. misit ideo Mercurium,qui armenta ex montibus Phœnicum impulit ad locum,in quo Europa cum puellis ludere consueuerat. Ibidem Iupiter se in candidissimū taurum transformauit,cuius specie delectata virgo,primū tractare illum manibus cœpit,& inde eius conscendit dorsum,qui paulatim se in vndas deduxit,ac in Cretam tulit,vbi in formā pristinā redactus,eam cōpressit,quę imprægnata,postea peperit Minoa,Rhadamanthū & Sarpedonē,tres iudices inferni. Ipse vero in eius sempiternā memoriā, tertiam orbis partem Europam ex eius nomine nuncupauit,licet pro Sarpedone, alii Aeacum velint esse tertium,quem Iupiter ex Aegina Asopi regis Bœotiæ filia, Europa. Minos. Rhadamanthus. Aeacus.

 rapta

Aetna nympha. Palisci vel Palici. rapta & compressa, genuit. Iupiter grauidauit Aetnam nympham. Iuno hoc intelligens, eam persequitur. Sed ipsam puellam in Aetna monte abscondit Iupiter. Ibi nondũ matura, peperit gemellos, & hos tam diu fouit in visceribus terræ, vt lex pariẽdi postulat, & dicti sunt Palici, & adeo mali, ꝙ solo visu mutabãt homines. ideo eos Iupiter fulminauit, quos & terra absorbuit, & in lacũ conuersi sunt fœtidum.

Tantalus ex Plote. Tantalus filius fuit Iouis, ex Plote nympha susceptus, postea rex Phrygum. hunc deos in conuiuio habuisse, eisq́; vt experientiam deitatis eorũ assumeret, occiso filio, coctumq́; apposuisse comedendũ ferunt, qui abhorrentes, collectis membris, in pristinam reduxerunt formã, & reuocatam per Mercuriũ ab inferis animã illi restituerunt. Et cũ aduerterent humerũ deesse, quẽ Ceres vorauerat, loco eius eburneum refecere. Tantalum autẽ deiecerunt ad inferos, taliq́; damnauere supplicio, vt fluuio ad os vsq; demersus, siti vexetur assidua, nec possit aquas attingere: desuper aũt arbores pomis dependentibus onustas addidere prope os, quæ tamẽ poma, maxima semper fame laborãs, nusquã potest appræhẽdere.

Ceres. Proserpina. Iupiter ex Cerere sorore sua procreauit Proserpinã, quã rapuit Pluto. Ceres eam quæsiuit diu accẽsis facibus, & maximo cũ vlulatu per vniuersum orbẽ: demum apud paludẽ Cyanen filiæ cingulum comperit, & ab Arethusa nympha certior facta, ꝙ illam apud inferos vidisset, conquesta Ioui de Plutone, qui dixit legẽ apud inferos, ꝙ aliquid ibi comedens, reuerti nõ possit: reducẽdam statuit, si nihil ibi comedisset. sed inuẽta est tria grana mali punici ex viridario Plutonis gustasse. quapropter Iupiter ad mitigandã tristitiam Cereris sanciuit, vt sex mensibus anni Proserpina cũ viro esset, & totidẽ apud superos cũ matre.

Thetis. Peleus duxit Thetidẽ. Iupiter amauit Thetidem, sed ideo concubitum eius neglexit, quia oraculo nouerat ex ea filium nasciturum, qui maior esset patre. Sed præcepit Peleo nepoti, vt eam duceret. Et cum eam Peleus consilio Prothei senis die quadã cepisset, ipsa in varias formas mutata, adeo exterruit eundẽ, vt dimitteretur ab eo. Qui tamẽ ad Protheum rediens, ab eodẽ suasus, ne mutationes illas curaret, sed contendendo ipsa desiderio suo pareret. Peleus die sequenti dormiẽtem in antro reperit, & cepit: ipsa vero more suo in varias formas versa, cum eum perseuerantẽ vidit, rediit in propriam formã, ac consensit. Porro Iupiter ad eorum nuptias omnes conuocauit deos, præter Discordiam: quæ indignans, cum cerneret Palladem, Iunonem & Venerem simul sedẽtes, malum aureum in medio earum proiecit, dixitq́; Digniori detur. Ex quo inter eas seditio orta est. Iupiter vocatus, noluit sentẽtiam ferre. ad Paridẽ, qui in Ida sylua morabatur, causam remisit. Is vero ob promissam sibi à Venere speciosissimam mulierem, spretis aliarum oblationibus, sapientia atq; potentia, Veneri tanquam digniori tradidit. Quæ illi raptum Helenæ concessit, ex quo subsecutum est bellum Troianum. Et in eo occisus Achilles, qui ex illis nuptiis natus fuit.

Discordia dea. Iudiciũ Paridis, Pulchriori detur.

Helenæ raptus. Achilles. Leda. Castor. Pollux. Clytæmnestra. Gemini. Troianum bellum. Cũ Leda Tyndari regis coniunx Ioui placuisset, ipse in cygnũ versus, cœpit canere, quo illam ad se non solum audiendum, sed capiendum traxit. captus, eam oppressit, ex quo fertur Leda peperisse ouum vnũ, ex quo nati sunt Castor & Pollux: & mox alterum, ex quo natæ sunt Helena & Clytæmnestra. Helenam pulcherrimã virginẽ, inter cœnas in palæstra ludẽtem rapuit Theseus Atheniensium rex. demum eo peregre profecto, ab eiusdem matre, repetẽtibus Castori & Polluci, restituta est. Castor & Pollux vicissim Leucippi filias, Lynceo & Idæ fratribus desponsatas, rapuerunt, qui repetunt bello sponsas, atq; in eo Lynceus Castorem occidit, occidissetq́; Idas Pollucem, nisi à Ioue defensus fuisset. Et cum esset Pollux æternitatẽ consecutus à Ioue, & cerneret fratrem mortuum, petiit Iouem, vt sibi cum fratre æternitatem partiri liceret, quod concessit Iupiter, & tum ambo in cœlum assumpti sunt, & Geminorum fecere signum. Helena deinde rursum rapta est à Paride. Inde bellum Troianum est exortum. Inter hanc rapinam & primam, vigintitrium annorum (teste Bocatio) fuit spatium, ita ꝙ triginta annorum potuit esse Helena secundo raptu. Electram filiam Atlantis, oppressam ferunt à Ioue, & peperisse Dardanum Troiæ autorem. Hæc Electra cum sex sororibus à Pleione matre Pleiades appellatæ sunt, & quia Liberum patrem nutriuere, cœlum meruerunt, & stellæ septem in cauda Tauri locati sunt, atq; à Latinis Vergiliæ dictæ.

Musæ Memoriæ filiæ. Iouis & Memoriæ filiæ, nouem sunt Musæ: harum nomina sunt hæc: Clio, Euterpe, Melpomene, Thalia, Polymnea, Erato, Terpsicore, Vrania, & Calliope. Hæ bellum cum Pieri filiabus septem habuerunt, ac eas vicerunt, mox Pierides in Picas mutatæ sunt. Musis aiunt fontem Castalium & nemus in Helicone consecratũ, easq́; ad lyram Apolline pulsante canentes, vt modulatio consona seruetur.

Gratię tres. Iupiter ex Venere genuit tres Gratias, Pasitheam, Aglaiam, & Euphrosynen, quę & ap-

& appellatæ sunt Charites. nudas dicunt, ac inuicem iunctas incedere, atq; ex eis duas facie ad nos conuersas esse, tergum tertia vertente: obsequuntur autem Veneri.

Minerua ex cerebro Iouis nata, armata incedit, habens in dextra lanceam, scutum ferẽs crystallinum. hanc Vulcanus amauit, & quia Iupiter ei, ꝙ Gigantes fulminibus factis strauit, hanc gratiam concessit, vt quod vellet postularet, Vulcanus petijt, vt liceat sibi cum Minerua concumbere, quod ipse concessit. At Palladi præcepit, vt sola esset cum Vulcano: &, si posset, se defenderet. Quum ergo Vulcano vim inferẽte, Minerua acriter se defenderet, ipse interea sperma emisit in terram, & inde Erichthonius est natus, cui serpentinos dicunt fuisse pedes, ad quos contegẽdos, ætate perfectus, currum primus excogitauit. Huius autẽ fictionis intentum Augustinus in lib. de ciui. Dei detegit, apud Atheniẽses templum fuisse, Vulcano & Mineruę commune, in quo compertus est infans dracone circunuolutus. is seruabatur, eo ꝙ Atheniẽses eum magnum fore portenderent, & quia parentes erant incogniti, Vulcano & Mineruæ dederunt in filium. Et secundum quosdam, in cœlũ inter cœlestes imagines assumptus, Serpẽtarius dicit. Mars dilexit Venerẽ, Vulcani vxorẽ: & cũ semel misceretur ei, à Sole visus est, q prodidit hoc Vulcano. is clam catenas ferme inuisibiles fabricauit, & circa lectum suum posuit, finxitq; se Lemnũ iturũ. Interea Mars accessit. Et cum ambo nudi in lecto iacerent, inuoluti sunt. tum Vulcanus ex composito redijt, & oẽs deos aduocauit. deæ vero non venerũt, sed inter alios Mercurius, Neptunus & Apollo. Et cum omnes riderent nudos ita captos, Neptunus pro captiuis interpellauit, ac tandem Vulcanum flexit, ꝙ eos liberauit. Peperit autem Venus ex Marte Cupidinẽ, puerum pulchritudine insignem. Qui depingitur alatus, arcum & sagittas gerens: has aureas, partim & plumbeas quasdam dicunt, facem insuper tenens, oculos ipsius fascia obtegere consueuere. Apollo, quia indicauerat stuprum Veneris, ideo Veneris officio in amore virginis Leucothoes accenditur in tantum, ꝙ ob amorem eius retardatus à cursu est in occidẽdo. tandem specie matris ipsius virginis assumpta, remotis puellis, & reassumpta formã propria, patientem compressit. quod cum Clytie quæ ante diligebatur à Phœbo, intellexisset, confestim Orchamo patri puellæ detexit, qui ira percitus, eam viuam sepeliri iussit. Phœbus autem cum illi vitam restituere nequiret, eam in virgam thuream vertit. Iterum Apollo Cupidini improperauit, ꝙ arcum portaret. eapropter Cupido Apollinem sagitta aurea petijt amore captum in Daphnen Penei filiam, quam vicissim plumbea sagittauerat, quæ sagitta odium induceret, pro eo quod dixisset arcum sibi non cõpetere ob infirmitatem. Apollo itaq; odientem se insecutus, ista ad precem patris tandem in laurum cõuersa est, & postea Phœbo sacra facta dicitur. Apollo fœcundauerat Coronidem nympham, quæ, dum recederet Phœbus, passa est subagitari se à quodã iuuene, quod coruus, qui tum erat albus, videns, Apollini reuelauit. Iratus itaq; Apollo, Coronidem sagitta occidit, & mox pœnituit, ac coruum proditorem denigrauit, & ꝙ cãtus illius signum foret mali ominis, instituit. deinde rogo parato, Coronidẽ impositã illi exenterauit, & ab aluo eius infantem eripuit, vocauitq; Aesculapiũ, quẽ Chironi magistro nutriendũ dedit, qui postea eximius euasit medicus, ita ꝙ duos in vitam reuocauerit mortuos, Glaucum & Hyppolytum, precib⁹ Dianæ, propter quod Iupiter indignatus, fulmine eum interfecit. Hinc iratus Apollo, iram in Cyclopes vertit, aliquos vulnerauit, & aliquos occidit. Ideo Iupiter eum deitate priuauit. verum cum nemo alter currum Solis ducere posset, Cœlicolę omnes instabant, ꝙ Iupiter imperauit rursus Phœbo, vt currus officium reassumeret. Dianam eodem partu cum Apolline editam, atq; insignem virginitate perpetua voluerunt veteres. Et quoniam spreto hominum consortio, syluas inhabitaret, venationibusq; vacaret, eam arcu pharetraq; accinctam descripsere, & nemorum montiumq; dixere deam, curruq; vti tracto à ceruis albis. Quam & præsidem viarum dixerunt, nympharum societate, officijs & obsequio delectatam.

Diximus de dijs ipsis qui coluntur. Nunc de sacris ac mysterijs eorum pauca dicenda sunt. Apud Cyprios humanam hostiam Ioui Teucrus immolauit, idq; sacrificium posteris tradidit, quod est nuper, Adriano imperante, sublatum. Apud Tauricos Dianæ hospites immolabant, nec Latini huius immanitatis expertes fuere. Siquidẽ Latialis Iupiter tempore Lactantij (vt ipse ait) colebatur sanguine humano. Et Saturnus in Latio eodem genere sacrificij cultus est, non quidẽ, vt homo ad aram immolaretur, sed in Tiberim de ponte Miluio præcipitabatur. Verum id genus sacrificij ab Hercule, cum ex Hispania rediret, dicitur esse sublatum, ritu tamen permanẽte, vt pro veris hominibus imagines iacerẽtur ex scirpo. Pescenius Festus refert per satyram, Carthaginenses Saturno humanas hostias solitos immolare: & cum victi essent ab Agathocle rege

Minerua. Erichthonius. Currus. Serpentarius. Mars dilexit Venerẽ. Cupido ex Marte. Apollo. Leucothoe. Apollo. Apollo als Phœbus. Coruus Apollinis auis. Chiron. Aesculapius medicus. Cyclopes fabricatores fulminum. Diana. De sacris deorum. Cyprij. Taurici aduenas cędebant. Pescenius.

rege Siculorum, iratum sibi deum putauisse, & vt piaculum diligentius soluerent, ducentos nobilium filios immolasse. Ab istis sacris non minoris insaniæ sunt iudicanda publica illa sacra, in quibus Marti vel (vt alĳ habent) Matri deum homines suis virilibus litant truncatis. Bellonæ quoq; sacerdotes non alieno, sed suo cruore sacrificant: sectis nanq; humeris, & vtraq; manu districtos gladios exerētes, currunt, efferuntur, insaniūt. Isidis Aegyptiæ sacra sunt, quatenus filiū paruulū vel perdiderit, vel inuenerit. Nam primo sacerdotes eius pectora tundūt, & lamētantur, sicut ipsa, cum pdiderit filiū, fecerat. deinde puer producitur quasi inuētus, & in lætitiam luctus ille mutatur. Ideo Lucanus: Nunquamq́; satis quæsitus Osiris. Semp em̄ pdunt, semp & inueniunt. Hinc est Osiris, quē Serapim & Serapidem vulgus appellat. Solēt em̄ mortuis cōsecratis noīa immutari. Credo, inquit Lactantius, ne quis putet eos hoīes fuisse. Nam & Romulus post mortem Quirinus dictus est. Apud Lampsacū Priapo lætabilis victima est asellus, cuius ratio in Fastis hæc redditur: Cum dĳ oēs ad festum Matris magnæ conuenissent, epulisq́; satiati, noctem lusibus ducerēt, Priapum Vestæ deæ soporatę in humo insidiatum pudicitiæ: sed illam clamore aselli, quo Silenus vehebatur, excitatam, libidinem insidiatoris esse detectam. Hac de causa, quasi in vltionem, Lampsacenos asellum Priapo mactare consueuisse: apud Romanos vero, asellum Vestalibus sacris in honorem pudicitiæ conseruatæ panibus coronari. Quid turpius, q̄ si Vesta beneficio asini virgo est? Apud Lindum oppidum Rhodi, Herculis sacra sunt, quæ maledictis & execrationibus celebrantur, eaq; pro violatis habent, si inter ea vel imprudenti alicui exciderit bonum verbum. Apud Sueuos Germaniæ populos nobilissimos, Senones (vt scribit Cornelius Tacitus) statuto tempore in syluam augurĳs patrum & prisca formidine sacram, cæso publice homine, celebrabāt, nec quisquā ingrediebatur nisi vinculo ligatus. Innumera alia his nō absimilia omitto, super quibus merito exclamat Lucretius:

Isidis ægyptiæ sacra. Nomina mutantur. Romulus. Quirinus. Lāpsacus. Priapus. Lindus. Sueuorum sacra. Lucretius.

O stultas hominum mentes, o pectora cæca,
Qualibus in tenebris vitæ, quantisq́; periclis
Degitur hoc æui quodcunq; est?

Vanitas vanitatum.

Quis hæc ludibria, immo sacrilegia nō derideat, qui habeat aliquid sanitatis, cum videat homines ceu vinculo mente captos, ea serio facere, quæ si quis faciat in lusu, nimis lasciuus & ineptus esse videatur?

QVIS autor prædictarum vanitatum fuerit.

Melisseus. Idola. Didymus. Amalthea. Melissa. Melissæ. Iupiter autor culturæ deorꝝ & leges instituit.

Harum vanitatum primus autor extitit Melisseus Cretensium rex, quod intelligo ita generaliter. Nam longe ante illum Aegyptĳ Isidi atq; Osiridi sacra faciebant. Et Chaldæi ante natiuitatem Abrahæ ignem pro Deo colebāt. Idola à Belo patre Nini primi Assyriorum regis tradūtur causam traxisse. Sed & ante Moysen pueros idolo Moloch immolabant. Verum ritus ita solennes ac cæremonias colendorum deorum, Didymus in libris narrationis Pindaricæ scribit Melisseum regem introduxisse, & primum dĳs sacrificasse, ritus nouos & sacrorum pompas inuenisse: huius ducis fuisse filias duas, Amaltheam & Melissam, quæ Iouē puerum caprino lacte & melle nutrierunt: vnde poetica illa fabula originem sumpsit, aduolasse apes atque os pueri melle complesse. Melissam vero à patre primam sacerdotem Matri magnæ, hoc est, Terræ seu Vestæ constitutam: vnde postea eiusdem matris antistites, Melissæ nuncupantur. Et historia gentilium sacra testatur, ipsum Iouem postquam rerum potitus est, in tantam insolentiam venisse, vt ipse sibi phana in multis locis instituerit. Nam cum terras circuiret, in quemcunq; locum venerat, reges principesq́; hospitio sibi comitate sua & amicitia copulabat: & cum digrederetur ab eis, imperabat sibi ædificari phanum, & suo hospitisq́; sui nomine insigniri, quasi vt ex hoc posset amicitiæ & fœderis memoria conseruari: quod ille astutissime excogitauit, vt sibi diuinum honorem, & hospitibus suis perpetuum nomen acquireret, cum religione cōnexum. Gaudebant aūt illi & libēter obsequebantur, ac nominis sui gratia annuos ritus & festa celebrabant. Nam licet ambitiosus esset & libidini deseruiret, multa tamen bona & vtilia humanæ vitæ adinuenit, quinquies terrā circuiuit, leges ac bonos mores docuit. Et mala quædā sustulit, & inter alia amouit prauā cōsuetudinē comedēdi carnes humanas, qbus Saturni tēpore vescebātur. His & alĳs immortalē gloriam & memoriā adeptus est sempiternam. Siue igitur à Melisseo, vt Didymus tradit, colendorꝝ deorum ritus effluxit: siue à Ioue ipso, vt alĳ volunt, de tempore tamē constat quando dĳ coli cœperunt. Melisseus enim non multum antecessit ætate Iouem, vtpote pronepotem quem educauerat. & idcirco fieri potest, vt vel ante, vel vt adhuc puero Ioue, deos colere instituerct, post mortem inde deorum patrem ac dominū & cœli regem dixerunt.

runt. Et multa quæ à Ioue primo Arcade facta sunt, huic asscripsere. Erat enim Arcas, vbi ex Arcadia iuisset Athenas vir ille nobilis, Lysanias alioquin dict⁹, magni ingenij, vt ait Leontius Græcus, qui Atticos rudes cõpositis legibus viuere docuit, matrimonia primus monstrauit, cum antea fœminas communes haberẽt: monuitq; eos deos colere: aras, templa & sacerdotes instituit. quæ dum mirarentur syluestres populi atq; cõmendarent, eum rati deum, Iouem vocauere, Aetheris & Diei seu Cœli filium dixere. Et vt illi apud Cretenses, ita post eos Faunus in Latio instituendarum ineptarum religionum causa fuit. Qui & Saturno auo nefaria sacra cõstituit, & Picum patrem inter deos honorauit, & sororem suam Fatuam Faunam, eandemq; coniugẽ, consecrauit, quam C. Bassus Fatuam nominatam tradidit, q mulieribus fata canere consueuisset, vt Faunus viris. Eandem Varro tantæ pudicitiæ fuisse scribit, vt nemo eam quoad vixerit, præter suum virum mas viderit, nec nomen eius audierit. Idcirco mulieres illi in operto sacrificabant, & Bonam deam nominabant. Sacra vero Liberi patris primus Orpheus induxit in Græciam, primusq; celebrauit in monte Bœotiæ Thebis, qui quum frequenter citharæ cantu personaret, mons Citheron appellatus est. Et fuit per eadem fere tempora, quibus Faunus. Siquidẽ per eosdem annos Latinus Priamusq; regnabant, item patres eorum Picus & Laomedon, quo regnante, Orpheus cum Argonautis ad Iliensium littus accessit. Harũ vanitatũ apud Romanos autor & cõstitutor extitit Sabinus rex Numa Pompilius, qui maxime animos hominũ rudes atq; imperitos nouis superstitionibus implicauit. Quod vt faceret aliqua cum autoritate, simulauit cum dea Aegeria nocturnos se habere cõgressus, vt homines ad parendum non modo imperio, sed etiam religione constringeret. sic & Sabinus ille noui populi feroces animos mitigauit, & ad studia pacis à reb⁹ bellicis auocauit, vbi nõ solum Romulus, sed & nutrix ipsius Lupa honoribus est affecta diuinis. Et Ioui Pistori ara posita est, atq; Statori, & Veneri caluæ & armatę. Quis, cum audiat Mutam deam esse, tenere risum queat? Hanc esse dicunt, ex qua sint nati Lares, & ipsam Larundam nominant v. ¹ Laram. Quid pręstare colenti potest, quæ loqui non potest? Colitur & Cæca, quæ Herculi indicium fecit de furto boum. Et Cunina, quæ infantes in cunis tuetur. Et Stercutius, qui stercorãdi agri ritum primus induxit. Flora, cum magnas opes ex arte meretricia quæsiuisset, populum Romanum scripsit hęredem, certamq; pecuniam reliquit, cuius ex annuo fœnore suus natalis dies celebraretur, editione ludorum quos appellant Floralia. Quod quia flagitiosum senatui videbatur, finxerũt esse deam quæ florib⁹ pręsit. Eamq; oportere placari, vt fruges cum arboribus & vitibus bene florescerent. Honeste quidẽ ista dicuntur, sed inhoneste turpiterq; creduntur. Celebrabantur ergo illi ludi cum om̃i lasciuia, conueniẽtes memoriæ meretricis. Quid dicam de Tutino, in cuius sinu pudendo nubentes præsident, vt illorum pudicitiam prior deus delibasse videatur? Et mille alia portẽta. vt iam vaniores qui hæc colenda susceperint, quàm Aegyptios esse dicamus, qui mõstrosa & ridicula quædam simulacra & animalia venerantur & colunt.

Iupiter Arcas. | Faunus. | Fatua. | Bona dea. | Sacra Liberi. | Cytheron. | Numa Põpilius. | Muta dea. | Lares. | Cæca. | Cunina. | Stercutius. | Flora. | Floralia. | Tutinus, aliàs Futinus. | Aegyptij.

De cæcitate eorum qui plures deos opinantur.

Veruntamẽ qua ratione hi dij esse non possunt, difficile non erit demonstrare, ex gñe eorum primo, deinde ex moribus & imbecillitate. de hoc Lactantius in lib. insti. diuin. I. Sæpius cogitanti mihi, inquit, qui deos colunt, interdum videri solent tam cæci, tam incogitabiles, tam excordes, tam non multũ à mutis animalibus differẽtes, qui credãt eos q geniti sunt maris ac fœminæ coitu, aliqd maiestatis diuinæq; virtutis habere potuisse, quũ Sibylla Erythræa dicat: Nõ potest ex viri semine & matrice deus formatus esse. qd si verũ est, sicuti est, apparet Iouem, Apollinem, Herculem, Liberum, Mercuriũ cum cæteris, hoïes fuisse, qñ sunt ex duobus sexibus nati. Quid est aũt tam remotum à Deo? dij ergo, si sunt immortales, qd opus est altero sexu? Nam profecto in hoïbus cæterisq; aïalibus diuersitas sexus & coitio & gñatio nullã habet aliã rationẽ, nisi vt oïa gñia viuentiũ, qm̃ sunt cõditiõe mortalitatis obitura, mutua possint successione seruari: Deo aũt q est sempiternus, neq; alter sexus, neq; successio necessaria est. Recepta vero sexuum diuersitate, non intelligunt consequens esse vt concipiant, quod in Deum cadere non potest. nascerentur enim quotidie dij noui. Igitur deorum innumerabilium plena sunt omnia, nullo scilicet moriente. Nam cum hominum incredibilis numerus sit, quos tamen, sicuti nascuntur, mori necesse est, quot deorum esse tandem putemus, qui tot seculis nati sunt, immortalesq; manserunt? Nisi forte non generandi causa, sed voluptatis capiendæ duos esse sexus deorum dicamus. Cum vero dicantur aliqui ex aliquibus nati, consequens est vt semper nascantur. Dicẽt aliqui: vt habeant ministros, coeunt, vel in quos ipsi possint dominari. Quid ergo

Sibylla Erythræa. | Iupiter. | Apollo. | Propagatio liberorũ cur data sit.

opus

opus est sexu fœmineo, cum Deus qui est oĩpotens, sine opera fœminæ possit filios procreare? Nam si quibusdam mutis animalibus hoc præstitit, vt sibi e folijs natos & suauibus herbis ore lingant, cur existimet aliquis ipsum deum nisi ex permixtiõe sexus alterius non posse gñare? Regnare in cœlo Iouẽ vulgus existimat, id doctis pariter & indoctis psuasum est, eundẽ tamẽ Saturno & Rhea progenitum fatentur. Quõ potest deus videri, aut (vt poeta ait) hoĩm rerumq; repertor, ante cuius ortum infinita hoĩm millia fuerũt? eorum scilicet, qui Saturno regnante vixerũt, ac priores luce q̃ Iupiter sunt potiti. Video alium deum regẽ fuisse primis tẽporibus, alium cõsequentibus. Potest ergo fieri vt alius sit postea futurus. Si eñ regnum prius mutatũ est, cur desperemus & posterius posse mutari? Nisi forte Saturnus gñare potuit fortiorem, Iupiter non potest. Atqui diuinũ imperium aut semper immutabile est, aut si est mutabile, quod fieri non potest, semper vbiq; mutabile est. Potest enim Iupiter regnum amittere, sicut & pater eius amisit: ita plane. Nam cũ idem neq; virginibus neq; maritatis vnquam pepercisset, abstinuit se tamen vna Thetide, q̄ responsum fuit, maiorem patre suo futurum quisquis ex illa natus esset: nec illud sciuisset, nisi Themis vaticinata fuisset. Potuerunt igitur hoĩes alium deum habere rectorem, si Saturnus non fuisset ab vxore delusus.

Iupiter raptor.
Themis dea honestatis.
Mores deorum.

Sed veniamus ad mores deoꝝ, vt intelligãt miseri hoĩes in quibus versentur erroribus. Iupiter qui in solenni precatione optimus maximus nominatur, nonne à prima sua pueritia impius & pene parricida depræhenditur, cum patrem regno expulit, nec expectauit mortẽ decrepiti senis cupiditate regnandi? Et cum paternũ solium per vim, per arma cepisset, ac in Olympo mõte habitaret, bello est à Titanibus lacessitus, qbus tandẽ victis & pace comparata, reliquã suam vitam in stupris adulterijsq; consumpsit. Omitto virgines quas imminuit, domos q̃q; Amphitryonis & Tyndari dedecore atq; infamia plenissimas reddidit. Illud vero summi sceleris, q̄ regium puerum rapuit ad stuprũ Ganymedẽ, vt & sexui suo iniuriã quoq; faceret, nec solũ in expugnanda fœminarum pudicitia maculosus esset.

Iupiter optimus maximus.
Ganymedes.
Apollo.

Quid Apollo? nonne ob amorẽ quo flagrabat, turpissime gregẽ pauit alienũ? & muros Laomedonti extruxit cum Neptuno mercede cõductus, quæ illi negari potuit impune. Fur ac nebulo Mercurius, quid ad famã sui reliquit nisi memoriã fraudũ suaꝝ? cœlo dignus q palæstrã primo docuit, & lyrã primus inuenit. Liberꝝ patrẽ in senatu deorum summæ autoritatis primæq; esse sentẽtiæ necesse est, qa præter Ioue solus oĩm triumphauit, exercitũ duxit, Indos debellauit. Sed delatus in Cretam, nactus impudicã mulierem in littore, illã patris proditricẽ, fratris interemptricẽ, ab alio repudiatã, in cõiugiũ sibi vẽdicauit, & liberã fecit.

Mercurius.
Lyra.
Liber pater.
Hercules.
Omphale.

Herculem non tantũ seruisse Eurystheo regi, quod aliquatenus honestũ videri potest, sed impudicæ mulieri Omphalę, quæ illũ vestibus suis indutũ, sedere ad pedes suos iubebat pẽsa facientẽ: detestabilis turpitudo, sed tãti erat voluptas. At ille q ob virtutẽ clarissimus habebatur, nõne orbẽ terræ quẽ pagrasse atq; purgasse narratur, stupris, libidinib⁹, adulterijs inquinauit? nec mirũ cum esset adulterio genitus Alcumenę. Non insulse igitur quidã triumphũ Cupidinis scripsit, quo in libro non modo potẽtissimũ deoꝝ Cupidinẽ, sed etiam victorẽ fecit. Enumeratis eñ amorib⁹ singuloꝝ, quibus in potestatẽ Cupidinis ditionemq; venissent, instruit pompã, in qua Iupiter cum cæteris dijs ante currũ triumphantis ducitur catenatus. Eleganter id quidẽ à poeta figuratũ, sed tamẽ non multũ distat à vero. qui eñ virtutis est expers, qui cupiditatibus & libidinibus vincitur, nõ cupidini vt ille finxit, sed morti subiectus est sempiternæ.

De ęrumnis deorum.
Metamorphosis.

Cõsideremus si placet, ærumnas infeliciũ deoꝝ. Isis filiũ pdidit, Ceres filiam, Latona vix insulã paruam in qua pareret, inuenit. Deum mater & amauit formosum adolescentẽ, & eundem cum pellice depræhẽsum exectis virilibus semiuirũ reddidit, & nunc à Gallis sacerdotibus sacra eius celebrantur. Iuno pellices acerrime psecuta est. Gigãtes ex sanguine Titanoꝝ nati, cœlũ, hoc est, olympum vbi Iupiter habitabat inuadẽtes, montibus montes superponentes, adeo Iouem ac cæteros deos terruerunt, vt in Aegyptũ vsq; formis mutatis fugerẽt atq; laterent. Iupiter in ariete, Delius seu Apollo in coruo, Bacchus in capro, Diana in fele, id est, dama, Iuno in cãdida vacca, Venus in pisce, in ciconia Mercurius, Cybele seu Terra in merulam versa, in hircum Pan ea parte, qua sup aquã, sed qua parte fluuio immersus est, in piscẽ mutatus est. Ex qua figura postea Iouem capricorni signum fecisse dicunt. Tandem Iouem asserunt oraculo habuisse, si victoriam vellet contra gigantes, clypeum ex Aegla Panis coniuge ac caput suũ Gorgone tegeret. Quo facto, præsente Pallade fugati sunt atq; obruti gigantes, & ad inferos à Ioue detrusi.

Dij latuerũt in varijs formis.
Gigantes.

Quid si Iupiter oraculũ non accepisset? aut corio Aeglæ quæ erat mulier speciosissima, q̃d idem sonat quod capra, non fuisset tectus, aut in capite munitus Gorgone, seu Pallas non fuisset



fuisset præsens, triumphassent profecto Gigantes. Hæ ineptiæ & innumeræ aliæ vanitates sacra deorum prophanātes, manifeste ostēdunt eos mortales fuisse, nec in cœlo regnare, qui ne in terra quidem debuerunt. Saturnus Cœlo patre & Ope Rhea aut Terra, q̄d idem est, natus est, vt putāt, quēadmodum potest esse deus principalis, qui alijs ortum suū debet? aut quis præfuit mūdo anteq̄ nasceretur? Ennius inquit, initio prius in terris imperiū summū Cœlus habuit, quē tum Vranum dixere, nō Cœlum. Sed cum Saturnus filius esset factus rex potētissimus, ad retinēdā parentū suorū memoriam, nomina eorum Cœlo Terræq; indidisse creditur. Non ergo ex Cœlo natus est, sed ex homine Vrano, de quo Trismegistus, qui inter paucos in quibus esset perfecta doctrina, Vranum numerat. Saturnus vero timens cohęredem, patri Vrano abscidit genitalia: q̄ si quid diuinitatis habuisset, non genitalia patris debuerat amputare, sed propria, ne Iupiter nasceretur, qui eum regni possessione priuauit. Idem cum Rheam sororem suam, quam latine Opem dicimus, haberet vxorem, responso vetitus est mares liberos educare, q̄ futurus esset filius à q̄ pelleretur. Ideoq; natos suos nō deuorabat, vt ferūt fabulæ, sed necabat, prout Titano fratri q̄q; iurauerat. Ops Iouem peperit, & furtim misit nutriendum in Cretam: quæro, cur in cœlo cōstitutus, furtum in terra non videbat? sed Corybantes cymbalis fefellerunt. Deinde Ops parit Neptunum, postea Plutonem, quos clanculum abscondit ad eundem modum. Titan postq̄ resciuit, Saturno filios procreatos, educatosq;, ipsum ac Opem compręhendit, & incarcerauit. Iouem adultū, cum audiuisset patrem atq; matrē custodijs circunseptos, atq; in vincula coniectos, venisse cum magna Cretensium multitudine aiūt: Titanumq; & filios eius pugnando vicisse, parentes vinculis exemisse, patri regnum reddidisse, atq; ita in Cretam remeasse. Post hæc Saturnus, data sibi sorte, memor ne filius cum regno expelleret, illudēdæ sortis gratia Ioui insidiatus est, vt illum necaret. Iouem, cognitis insidijs, regnum sibi vendicasse, & fugasse patrem dicūt. Qui cum fugatus ac iactatus esset per omnes terras, persequentibus armatis, quos Iupiter miserat ad eum compræhendendum vel necandū, vix in Italia locum in quo lateret, inuenit, nauigio vectus, sicut Ouidius in Fastis refert:

Saturnus. Vranus. Iupiter. Corybātes. Ops.

Causa ratis superest, Thuscum rate venit in amnem,
Ante pererrato falcifer orbe deus.

Hunc errantem atq; inopem Ianus excepit. Et quum agresti quodam more in Italia viueretur, is genus indocile ac dispersum mōtibus altis, composuit, legesq; dedit. Et regionem illam, Latium vocari maluit, quoniam illius latuisset in oris. Censet ne aliquis deum esse, qui pulsus est, qui fugit, qui latuit? Insuper Ianus hunc errantem atq; inopem excepit, & concessit vt pariter regnaret. Aurea fuisse secula perhibent, eo q̄ libera tunc omnibus esset vita, nemo seruus, nemo alteri obnoxius, nec sub illo fuit aliquid alicuius priuatum, & iustitia sub eo fuit in terra: quam ob rem respectu secutorum seculorum, illa aurea dicta sunt. Insuper ignaros docuit arua colere, semina terris dare, matura colligere, stercore agros fœcundare: demum quum multis vitam in melius redegisset, contigit vt repente nusquam compareret. quam ob causam Ianus terram omnem Saturniam dixit, & aram cum sacris tanq̄ deo condidit, & falcē insigne messis adiecit. Picus deinde Saturni filius in Italia genitus, Faunum procreat.

Ianus. Aurea ætas. Saturnia terra. Picus.

Interea vero Iupiter imperium cum Neptuno ac fratribus diuidens, in sortitione cœlum sibi obtigisse, Neptuno mare, inferna Plutoni, hoc ita verum est, q̄ hoc modo sortiti sunt, vt orientis imperium Ioui cederet: Plutoni, cui nomē Agesilao fuit, pars occidentis, eo q̄ plaga Orientis, ex qua lux mortalibus datur, superior, Occidentis aūt inferior esse videat. Neptuno vero maritima oīa cum insulis obuenerūt. Potest & mons Olympus figurā poetis dedisse, vt dicerēt Iouē cœli regnū sortitū. In Olympo eñ monte Iouem habitasse, & maximam partem vitæ ibi coluisse affirmant historiæ.

Iupiter diuidit imperium.

Deinde Iupiter postquam terras quinquies circuiuit, in Creta vitam consummauit, & ad deos (vt ait Ennius) abijt, eumq; Curetes filij sui decorarunt atq; curauerunt. Et sepulchrum eius in Creta in oppido Gnoso habetur, in quo græcis literis scriptū est. ζεὺς κρόνυ, id est, Iupiter Saturni. Quomodo ergo potest deus alibi esse viuus, alibi esse mortuus: alibi habere templum, alibi sepulchrū? Sed quid mirum, si ab hac gente vniuersa vitia manarunt, apud quam (vt supra ostensum est) ipsa etiam vitia religiosa sunt? Nōne satius esset pecudum more viuere, quàm deos, quàm impios, quàm prophanos tam sanguinarios colere? Sed vnde isti errores exorti sint, suo loco dicemus. Sed ob præmissas rationes philosophi quidam aliter interpretantur. Conantur enim eos cum rerum naturalium ratione coniungere. Quos Cicero secutus, de dijs hanc tulit sententiam: Videtis enim, inquit, vt physicis rebus bene atque vtiliter

Philosophi de dijs.

inuentis tracta sit ratio ad commẽticios atq; fictos deos, quæ res genuit falsas opiniones errores'q;. formæ em̃ deorum nobis & ætates & vestitus ornatus'q; noti sunt, genera præterea, cõiugia, cognatiões, om̃ia'q; traducta ad similitudinem imbecillitatis humanæ. Sed hi philosophi inter se non modo diuersi, sed & aduersi plurimum reperiuntur. Aliqui em̃ ex eis, vt Thales Milesius, rerum oĩm causam primã, aquam fuisse voluit, eam'q; diuinã in se habere mẽtem, oĩa producentem: Eo forte motus, quia absq; humore nihil penitus gigni vel nasci posse cerneret, ac cessante humiditate, vitam de necessitate cessare. Et sic Oceanum non genitum, sed patrem deo℞ rerum'q; oĩm asserebat. Cui aliquãdo adhæsisse videtur Maro, qui ait: Oceanum'q; patrem rerum. Anaximenes vero aerem rerũ oĩm voluit esse productorẽ, eo ꝙ animãtia aere perdito ilico moriuntur, & absq; aere procreari nequeunt. Hi Iouem rerum oĩm deum atq; causam posuere, ex quo postea immẽsa deorum emanauit prosapia. Chrysippus inter priscos homo famosissimus, dicebat se ignem rerum oĩm credere creatorem, eo ꝙ absq; calore nihil appareat gigni posse, aut genitũ cõseruari, quẽ etiam aliqui Iouem appellãt, eo ꝙ eum pro elemẽto ignis & nõnunꝗ aeris ponũt poetæ. Ex hoc forte Seruius motus, asserit Iouẽ pro elemẽto ignis & aeris sumẽdum, Iunonem pro terra & aqua eius cõiugem, eo ꝙ ex eis oĩa procreẽtur, de quo Virgilius:

Principia rerum.

Tum pater omnipotens, fœcundis imbribus æther,
Coniugis in gremium læte descendit.

Alcinous Crotoniensis retulit, se arbitrari solem, lunã & stellas, ac om̃e cœlum, rerum oĩm fuisse fabros. Et Lucilius stoicus apud Ciceronem sic loquitur: Hãc igitur in stellis cõstantiam, hanc tãtam in tam varijs cursibus in om̃i ætate cõuenientiam temporis, non possum intelligere sine mẽte, ratiõe, cõsilio. Quæ cum in sideribus esse videamus, non possumus ea ipsa in deo℞ numero nõ ponere. Ex hoc forsitan moti Aegyptij, hũc mũdi ornatum cõspiciẽtes admirãtes'q; vniuersorum naturã, duos esse deos & eos æternos arbitrati sunt, Solem videlicet & Lunam, & hũc quidem Osiridem, hãc Isidem appellabãt. Hos vniuersum orbem circuire, & nutrire augere'q; oĩa, ꝗ plurimum cõferunt ad oĩm animãtium generationem, alterum igneum & spiritalem, alteram humidam atq; frigidam. Ab eis generari atq; nutriri corpora oĩa, rerum'q; naturam singularem à sole & luna perfici. Theodontius vero dicit, vetustissimorum Arcadum fuisse opinionem, terram rerum oĩm fuisse causam, ei'q; vt de aqua dicit Thales, mentẽ inesse diuinã, & eius opere oĩa fuisse producta atq; creata. Dęmogorgonẽ'q; appellauerũt, deorum scilicet ac rerum oĩm patrem principium'q;, dæmon em̃ græce deus latine, & gorgon terra, quasi terræ deus seu sapientia terræ, vel vt magis placet alijs, Deus terribilis, à γοργὸς, id est, terribilis. hic procreasse dicit filios & filias. Primus filius Litigium, deinde Pana, id est, totã naturã naturatã, generauit. Tres insuper Parcas, Clotho, Lachesin & Atropon. Polum seu Cœlum, deinde Pythonem seu Phanetam, Terram & Herebum, Cœlum dehinc procreasse Titanum, Saturnum, & plures alios, prout supra quoq; dictum est. Ex tam varijs opinionibus secutum est, vt plures & diuersos deos diuersæ haberẽt sectæ, cum eos putauerint deos, quos ipsi arbitrabãtur rerũ primas causas fuisse. Quo aũt pacto obtinuit vsus, ꝙ Iouem patrẽ dñm'q; deorum & cœli regem voluerint certatim oẽs gẽtilium natiões? Nam siue Iouem primum accipiamus, quem Theodontius scribit filium fuisse Aetheris & Diei, cõstat tamen eum hominem fuisse Arcadem, Lisaniam nũcupatum, vt tradit Leontius. Siue accipiamus Iouem secundum, hũc dicũt Cœlo natum, vt testatur Tullius in lib. de natu. deorum. Eum'q; dicit in Arcadia genitũ, quem multi volũt eundem esse cum primo, & Atheniensium fuisse regem. Siue dicamus eum fuisse tertium Saturni & Opis filium, inueniemus eum hominem fuisse & non deum. Sed respondẽt philosophi, videntes ea quæ dicta sunt, minime cõuenire in Deum, duos fuisse Ioues, vnum fabulosum, alterum naturalem. Ita pari modo de quibuslibet dijs atq; deabus sentiunt, puta Dæmogorgonem non hominem, sed deum rerum'q; oĩm productorem volũt, qua℞ rerum terrã volunt esse matrem, ideo'q; magnam matrẽ appellauerũt. Hũc ego apud Germanos Tuysconem arbitror dictum, de quo Cor. Tacitus, de situ, moribus & populis Germaniæ, tradit Tuysconem deum terra editum, & filium Mannũ originem Germanicæ gẽtis fuisse, quasi terram rerum causam fuisse arbitrẽtur. Quod filium Litigium procreauerit, intelligũt elemẽtorum compugnationẽ, vt calida frigidis, sicca humidis. Inde dicũt philosophi quidã oĩa per litem fieri, & ex discordibus optimam harmoniã cõsequi. Pana volũt esse naturã naturatã. Parcas dicit Leontius cum Pane gñatas, & seruitio illius dedicatas, vt intelligamus naturã his legibus productã, vt gignat, nutriat, & in finẽ deducat, quæ tria sunt Parcarũ officia. oĩa itaq; tribus temporibus

Sol. Luna.

Terra. Dæmogorgon.

Parcæ tres.

Philosophi.

Magna mater.

Pan. Parcæ.

ribus cõtineri necesse est: præteriti est origo, præsentis substãtia, futuri dissolutio. Nascimur, viuimus, & interimus. Cœlum volunt esse domiciliũ deorum, Phytonẽ Solẽ: *Cœlum genuit Saturnum, qui patri Cœlo truncasse fertur genitalia. Volunt Saturnum sationũ deum. vnde vbi semina rerũ omniũ gignendarum de cœlo fluxerunt, & mundus omnibus partibus esset perfectus, & tẽpus iam certum, ac finis seminandi de cœlo, genitalia Cœlo à Saturno decisa videntur. Inde fluẽs sanguis in mare, id est, vbi humor mixtus est humori, inde producta est Venus, hoc est, voluptas corporalis. Inde Saturnus dictus, quasi saturetur annis, qui ex sorore Ope procreasse dicitur Iouẽ simul ac Iunonẽ geminos. Per Iouem autẽ intelligũt superiorẽ aerem, per Iunonẽ, inferiorẽ. Sed cum negare non possint, Iouẽ ab aliis esse prognatum, & sic nõ primum fuisse deum neq; solum*. Ac per hoc & ex præmissis pluralitatẽ deorũ videntur astruere, q̃d nemo ex eis potuit defendere. Quid enĩ multis opus est? si arbitrentur q plures sint, minus habebũt singuli neruorũ atq; virium. Quod quidẽ faciunt hi, qui multos esse volũt, quia necesse est imbecilles esse, siquidẽ singuli sine auxilio reliquorum tantæ molis gubernaculũ sustinere non possent. Deus aũt qui est æterna mens, ex omni vtiq; parte pfectæ cõsummatæq; virtutis est: q̃d si verũ est, vnus sit necesse est. Id enim solidũ existimandũ est, cui nihil decedere: id perfectũ, cui nihil possit accedere. Quis dubitat potẽtissimum esse regẽ, qui totius orbis habeat imperium, cum illius sint quæ vbiq; sunt omĩa? At si plures partiantur orbẽ, minus certe opum, minus viriũ singuli habebũt, cum infra præscriptam portionẽ se quisq; contineat. Eodẽ modo etiã si dii plures sunt, minus valebunt, aliis tantundem in se habẽtibus. Virtutis autem perfecta natura in eo potius est, in quo totũ est, quàm in eo in quo pars exigua de toto est. Deus vero si perfectus est, quia pfectus est, vt esse debet, non esse potest nec vnus, vt in eo sint omnia. Deorũ igitur virtutes ac potestates, infirmiores sint necesse est, quia tantũ singulis deerit, quantum in cæteris fuerit. Ita quanto plures, tanto minores erũt. q̃cquid enim capit diuisionẽ, & interitum capiat necesse est. si autẽ interitus procul est à Deo, quia incorruptibilis est & æternus, consequens est vt diuidi æterna potestas non possit. At hi qui multos esse arbitrantur, officia dicũt inter se partitos. Si partiti sunt officia inter se, eodẽ reuoluitur res, vt ex his quilibet* sufficere omnibus nequeat: perfectus igitur non erit, qui cessantibus cæteris, non potest omĩa gubernare. Qui autem putat hanc tantam magnitudinem non posse ab vno regi, fallitur: nec quanta sit potestas diuinæ maiestatis, intelligit, si existimat singularem Deum, qui facere mundum potuit, eundem regere non posse quæ fecit. At si comperiat animo, quanta sit diuini huius operis immensitas, cum antea nihil esset, tamen virtute atq; consilio Dei ex nihilo esse conflatam, quod opus nisi ab vno inchoari perficiq; non potuit: iam intelliget, multo facilius ab vno regi, quod est ab vno constitutum. Dicet forte aliquis, ne fabricari quidem tam immensum opus mundi, nisi à pluribus, potuisse. Quãlibet multos, q̃libet magnos faciat: quicquid in multis magnitudinis, potestatis, virtutis, maiestatisq; posuerit, id totum in vnũ confero, & in vno esse dico, vt tantũ in eo sit istarũ rerum, quantũ nec excogitari nec dici potest. Video rursum dici posse, tales esse illos plures, qualem nos volumus vnum. At hoc fieri nullo pacto potest, q singulorũ potestas progredi longius non valebit, occurrentibus ipsis potestatibus cæterorũ. Necesse est enim, vt suos quisq; limites aut transgredi nequeat, aut si transgressus fuerit, suis alterum finibus pellat. Non vident qui deos multos credunt, fieri posse vt aliquid diuersum velint, ex qua re disceptatio inter eos & certamen oriatur, sicut Homerus bellantes inter se deos finxit, quũ alii Troiam capi vellent, alii repugnarent. Vnius igitur arbitrio mũdum regi necesse est, sicut nec res quidem militaris, nisi vnum habeat ducẽ. Quod si in vno exercitu tot fuerint imperatores, quot legiones, quot cohortes, quot cunei, quot alæ: primum nec instrui poterit acies, vnoquoq; periculum recusante: nec regi facile, q suis propriis consiliis vtantur omnes, quorũ diuersitates plus noceant, q̃ prosint. Sed in hoc rerum naturæ imperio nisi vnus fuerit, ad quem totius summę cura referatur, vniuersa soluentur & corruent. Dicere autem, multorũ arbitrio regi mundum, tale est, quale si quis affirmet in vno corpore multas esse mentes, quoniam multa & varia sunt ministeria membrorũ, vt singulos corporis sensus singulæ mentes regere credãtur, item multi affectus, quibus commoueri solemus vel ad iram, vel ad cupiditatem, ad lætitiam aut metum, vt in his omĩbus totidem mentes putent operari. Quod si in vno corpore tantarũ rerũ gubernationẽ mens vna possidet, & vniuersis simul intenta est, cur aliquis existimet mũdum non posse ab vno regi, à pluribus posse? Quod quia intelligunt isti assertores deorũ, ita eos præesse singulis rebus ac partibus dicũt, vt tamen vnus sit rector eximius. Iam ergo cæteri, dii non erũt, sed satellites ac mi-

*Cœlus.

Venus. Iupiter. Iuno.



Deorũ pluralitas.

ministri,quos ille vnus & maximus & potēs omniū,officijs his præfecerit,& ipsi eius imperio ac nutibus seruiant.Si vniuersi pares nō sunt,nō igitur dij omes sunt.nec em̄ potest hoc idem esse q̄d seruit, & q̄d dominatur. Nam si Deus est nomen summæ potestatis,incorruptibilis esse debet,perfect⁹,impassibilis,nulli rei subiectus. ergo dij nō sunt,quos parere vni maximo Deo necessitas cogit. Ob hęc & alia cōuicti de vno Deo,cū id negare nō possint,solent errores suos hac excusatione defendere,& ipsum se colere affirmant:vero hoc sibi placere,vt Iupiter nominetur, qui sit corporei huius mūdi animus,vniuersam istam molē ex quatuor elementis cōpactam,implens atq; mouens,de quo poeta:Iouis omnia plena. Deū nanq; ire per omnes terras, tractusq; maris,cœlumq; profundū.Ipse in æthere sit Iupiter,in aere Iuno, in mari Neptunus, in terra Pluto,in fabrorū fornace Vulcan⁹,in sideribus Sol,Luna & stellæ,in diuinantibus Apollo,in merce Mercurius,in Iano initiator,Saturnus in tēpore, Mars in bello,Liber in vineis,Ceres in frumentis,Minerua in ingenijs, Diana in syluis. Hæc oīa & mille alia dij deæq;,sunt vnus Iupiter.Siue,vt alijs placet,omia ista partes eius sunt siue virtutes eius,quia mundi animus est Iupiter,vti Lucanus etiam in persona Catonis ait:Iupiter est quodcūq; vides.Ideo multitudo deorum est superflua,quia omes reducuntur in vnū Iouem:quia vel ipse Iupiter se habet ad alios deos, sicut totum ad partes,& ita extra totū Iouem non est alius deus,vel Iupiter est in se simplex existens deus. Est enim anima mundi per omnes partes diffusa, ita q̄ ex diuersis partibus molis huius mūdi,quas administrat,sortitur diuersa nomina quasi pluriū deorum,cū tamē in rei veritate sit vnus animus simplex totius mūdi,quia ea quæ dijs alijs attribuūtur, etiam Ioui cōueniunt. Quod patet de Saturno,cui potestas attribuitur sationum.Vnde dicunt Iouem esse mundū,& cum omia semina ex se emittere & in se recipere. Itē quæ Ioui,etiā Iunoni cōueniunt,in quam sentētiam faciunt versus Valerij Sorani:

Iuppiter omnipotens,regum rex ipse deusq;,
Progenitor genitrix deum,deus vnus & omnis.

Ita marē existimant Iouē,cū semina mittit:fœminā,q̄ accipiat.Sed fallūtur.Si em̄ diuersa noīa deorum idē esset Iupiter,q̄ pacto fieri posset q̄ à q̄busdā contemneret,puta à Termino,à Marte,à Iuuētute?Nā sicut habēt eorum sacræ literæ,cū rex Tarqnius Capitoliū fabricaret,à dijs q eo loco varij sedes occupabāt,p auguriū quæsiuit,vtrū cōcedere locū vellent Ioui,absq; ipsis inde cedere oēs voluerūt,pter Martē,Terminū,Iuuentutē. sic ab illis tribus cōtemptus est Iupiter,in q̄ significatū volūt, Martiam gentē,id est,Romanā,nemini locū daturā,Romanos q̄q; terminos ppter deum Terminū non mutaturos,Iuuentutē etiā Romanā propter deā Iuuentutē nemini esse cessurā.ac per hoc ostēditur,q̄modo haberēt istū regē deorum & datorē regni Romani, vt ei auspicia ista pro aduersario ponerent, cui nō cedere pulchrū esset. q̄ si Terminus Iupiter est, cōsequens erit,vt ipse sibi cōtrarius inueniatur. q̄ si dij cæteri partes Iouis opinentur, quanta impietas cōsequitur,vt q̄d calcauerit quisq;,dei partem calcet? Quid,quæso, infelicius est,q̄ dei partē vapulare cū puer vapulat? Iam etiam partes dei fieri lasciuas, iniquas,impias,qs ferre posset,nisi prorsus insaniens? Postremo,qd irascitur eis à quibus nō colitur,cum à suis partibus non colatur? Propter hęc & alia incōuenientia referunt Scæuolā pōtificem disputasse tria genera deorum tradita, à poetis vnū,alterum à philosophis,tertium à principibus ciuitatis.Primum genus nugatorium esse dicit,q̄ multa de dijs fingātur indigna,ita vt nec bonis hoībus cōparentur, cum alium faciāt furari,aliū adulterari,tres inter se deas certasse de præmio pulchritudinis, victas duas à Venere,Troiā euertisse:Iouē conuerti in bouem aut cygnū,aut q̄ cum alia concumbat,deum Saturnum liberos deuorare,& similia. Secundū genus dicit non cōgruere ciuitati,q̄ habeat aliqua superflua,& etiam quæ obsint populis nosse.*Quę autē talia sint? hic inquit nō esse deos Herculem,Aesculapium,Castorē,Pollucē.proditur em̄ à doctis,q̄ homines fuerint,& humana cōditione defecerint, & q̄ verus Deus nec sexum habeat nec ætatē.Expedire igitur existimat falli in religione ciuitates. Tertium genus est,q̄d in vrbibus ciues,maxime sacerdotes per templa colūt.Idem q̄d Scæuola.M.Varro sentire cōprobatur,nō intelligens q̄ inter primum genus fabulosum, & tertium s. ciuile,nulla differentia est,nisi q̄ theologia primi generis de dijs turpia fingit,sed tertij generis assumit:illa mendacia spargit,hæc colligit: illa res diuinas falsis criminibus insectatur,hæc eorum criminum ludos in diuinis amplectitur:illa de dijs nefanda figmenta hominum carminibus seminat, hæc ea deorū ipsorum festiuitatibus consecrat:ambæ turpes,ambæ damnabiles.Quid enim aliud ostendunt simulacra illa,formæ,ætates,sexus,habitus deorum? Nunquid barbatum Iouem,imberbem Mercurium poetæ habent,pontifices non habent? Nunquid Priapo mimi,non etiā sacerdo

Deus. De dijs fabulosis. Iupiter. Saturnus. Iupiter contēpt⁹ à dijs. Romani. Deorum gn̄a. Iudiciū Paridis. Iupiter. Mysteria clausa.

tes deformia & enormia membra seu pudenda fecerunt? An aliter (inquit Augustinus) stat adorandus in locis sacris, q̃ procedit ridendus in theatris? Nam Saturnus senex, Apollo ephebus, ita personæ sunt histrionum, vt non sint statuæ delubrorũ. Hæc & multa similia (vt dicit Augustinus de Ciuit. Dei) plane edocent, ciuile genus deorũ ad imitationem poetici omnia persequi, nec vnum deum Iouem, sed preter ipsum innumeros instituisse atq; coluisse: quosdam selectos, viginti numero, vt Ianum, Iouem, Saturnum, Genium, Mercurium, Apollinem, Martem, Vulcanũ, Neptunũ, Solem, Orcum, Liberum, Tellurem, Cererem, Iunonem, Lunam, Dianam, Mineruã, Venerẽ, Vestam: qui & præcipui habebantur: plebeij, alij certi & incerti. Hos autem communes, religiõe vero propria, Romanorũ: Romuli nutrix Lupa, honoribus est affecta diuinis. Fuit autem Faustuli vxor, ob rapacitatẽ & vulgati corporis vilitatem, Lupa (id est, meretrix) inter pastores vocata. Exemplum Atheniensium in ea figuranda sequuti sunt Romani: apud quos meretrix quædam, Leæna nomine, cum tyrannum occidisset, quia nefas erat simulacrum meretricis constitui in tẽplo, animalis effigiẽ posuerunt cuius nomen gerebat. Itaq; vt illi monumentũ ex nomine, sic isti ex professione fecerunt. Nec hanc solam Romani meretricẽ colunt, sed Faulam quoq;, quam Herculis scortũ fuisse Verrius scribit. Flora, quũ magnas opes ex arte meretricia quæsiuisset, populum Romanũ hæredem instituit, cuius ex annuo fœnore suus natalis dies celebraretur editiõe ludorũ, quos appellant Floralia. Senatus, quia id flagitiosum sibi videbatur, pudendæ rei dignitatẽ addens, deam finxit quæ floribus præsit, eamq́; oportere placari, vt fruges cũ arboribus aut vitibus bene prosperẽq́; florescerẽt. Cloacinæ simulacrũ in cloaca repertũ Tatius consecrauit, ex locoq́; illi nomen imposuit. Pauonem, Pallorẽq́; Tullus Hostilius figurauit & coluit. Eadẽ vanitate Mentem inter deos senatus collocauit, quam profecto si habuisset, huiusmodi sacra nunq̃ suscepisset. Mala etiã sua pro dijs habebant, vt Rubiginẽ & Febrem. Vrbe à Gallis occupata, obsessi in Capitolio Romani, cum ex mulierũ capillis tormenta fecissent, ædem Veneri Caluæ cõsecrauerunt. Quis nõ rideat Fornacẽ deam? Quis, cum audiat deam Mutam, tenere risum queat? Hanc esse dicũt, ex qua nati sint Lares, & ipsam Larã nominãt vel Larundã. Quid pstare colenti potest, quę loqui nõ potest? Colitur & Cæca, quę Herculi fecit indiciũ de furto boum, diuinitatẽ consecuta quia perdidit fratrẽ. Et Cunina, quæ infantes tuetur in cunis. sed & Stercutius, qui stercorãdi rationem primus induxit. Et mille alia portẽta, vt iam vaniores qui hæc colẽda susceperint, q̃ Aegyptios, esse dicamus, q monstrosa & ridicula quædam simulacra venerantur & colũt, hæc tamen aliquã habent imaginẽ. Quid, qui lapidẽ colunt informẽ atq; rudem, cui nomen erat Terminus? an nõ ipsos potissimũ lapides & stipites esse credamus? Ex his & alijs suprà dictis, Romanos coluisse plures deos, nemo dubitat: quod & sacerdotes atq; doctores eorũ plane sciebãt, cũ & M. Varro, suo tẽpore homo doctissimus, cõfiteatur nõ se illa iudicio suo sequi, quæ ciuitatẽ Romanã instituisse cõmemorat: sed iam, quoniã in vetere populo essent accepta, debere se dicit potius colere, q̃ despicere. Subiungit, multa vera esse, q̃ nõ modo vulgo scire nõ sit vtile, sed etiã, tametsi falsa sunt, aliter existimare populũ expediat, & ideo Grecos mysteria taciturnitate parietibusq́; clausisse. Volebant enim sapiẽtes eorũ hæc clausa. Faciliter enim potuissent errores conuinci, si publice de dijs & sacris eorum loqui licuisset. Cõtinebantur enim origines deorum & cõditiones, qualis fuit Iupiter, & à quo, & sic de alijs dijs. talia si fuissent populo diuulgata, contempsissent, fuissetq́; om̃is metus eorum sublatus, q̃d reipublicę plurimũ nocuisset. Et quia faciebãt quasdam in occulto purgationes ac sacrificia nefanda, à q bus populus abhorruisset, ideo sacerdotes summe cauebãt, ne ipsorũ mysteria proderentur. Propter quod & simulacrum Harpocratis erat in sacris Isidis & Serapidis, q̃d digito labijs impresso admonere videbatur, vt silentium fieret: quod significat, vt Augustinus inquit, vt homines eos fuisse taceretur. Hic dicebatur silentij deus. Liberius vero Seneca vehementiusq́; vanitates has reprændit: Sacros, inqens, immortales, inuiolabilesq́; deos in materia vilissima dedicant: habitus illis hominum, ferarũq́;, quidam mixto sexu diuersis corporibus induũt, numinaq́; vocant, quæ si spiritu accepto, subito occurrerent, monstra haberentur. Quid φ & matrimonia, inquit, deorum iungimus? & ne pie quidẽ, fratrum s. & sororũ. Bellonam Marti, Vulcano Venerẽ collocamus. Subiungitq́;, Omnẽ istam ignobilem deorũ turbam, quam longo æuo longa superstitio congessit, sic adorabimus, vt meminerimus cultum eius magis ad morẽ, q̃ ad rem pertinere. Et iterum, Hæc omnia seruabit sapiens tanq̃ legibus iusta, non tanq̃ dijs grata. Ecce populi Romani senator colebat quod reprehẽdebat, agebat quod arguebat. Hoc & Scæuola pontifex docet, expedire populo falli in religione. Præclara

Selecti dij.

De religiõe Romanorũ.

Lupa.

Faula.

Flora.

Floralia.

Cloacina.

Pauor.

Pallor.

Mens.

Ven⁹ Calua

Fornax.

Muta dea.

Lara.

Cæca.

Cunina.

Stercutius.

Terminus.

Seneca de dijs.

sane religio, inquit B. Augustinus, quo confugiat liberandus infirmus: & cum veritatem qua liberetur inquirat, credatur ei expedire quod fallitur. Illos igitur deos gentilium nemo est tam incõsideratus, qui non intelligat fuisse mortales. Quomodo autem dij crediti sint ab initio, & simul quæ ratio colendi animalia quædã ac elementa, paucis dicamus.

Qua ratione homines dij cœperint nominari.

Sed qua ratione dij cœperint nominari, nõ est obscurum. Cum enim pauci adhuc reges ante Saturnum, Vranum & Iouem reipublicæ augendæ illustrandæq; intendissent, & illi docuissent rudes populos arua colere, semina terris mandare, genus indocile publicis legibus ac institutis viuere, aras & templa dijs sacrare, & his similia, pro tantis beneficijs & quod potentissimi reges erant, cœperũt illos homines summis & laudibus & nouis honoribus exaltare, vt etiam deos appellarent, siue ob miraculũ virtutis, siue (vt solet) in adulationẽ potentiæ præsentis, siue ob beneficia quibus erãt ad humanitatem compositi. Deinde ipsi reges cum chari fuissent, his quorũ vitam composuerant, magnũ sui desiderium mortui reliquerũt. Itaq; homines eorum simulacra finxerunt, vt haberent aliquid ex imaginum cõtemplatione solatiũ. Progressiq; longius per amorem meriti, memoriam defunctorum colere cœperũt, vt gratiã referre bene meritis viderentur, & successores eorum simul allicerent ad bene imperandi cupiditatem. Quod Cicero de natura deorum docet, dicens: Suscepit autem vita hominum consuetudoq; cõmunis, vt beneficijs excellentes viros, in cœlum fama ac voluntate tolleret. Hinc Hercules, hinc Castor, hinc Pollux, hinc Aesculapius, hinc Liber, & alio loco atq; alio, & in plerisq; ciuitatibus intelligi potest, acuendæ virtutis gratia, aut quo libentius reip. causa periculum subiret optimus quisq;, virorum fortium memoriã honore deorum immortalium cõsecratam. Hac scilicet ratione Romani Cæsares suos consecrauerunt, & Mauri suos reges. Sic paulatim religiões esse cœpere, dum illi primi qui eos nouerant, eo ritu suos liberos ac nepotes, deinde oẽs posteros imbuerũt. Et hi tamen summi reges ob celebritatem noĩs in prouincijs omnibus colebãtur. Priuati vero singuli populi, gentis aut vrbis cõditores, seu viri fortitudine insignes erãt, seu fœminæ castitate mirabiles, summa veneratione coluerũt, vt Aegyptij Isidem, Mauri Iubam, Macedones Cabyrim, Pœni Vranũ, Latini Faunum, Sabini Xanthũ, Romani Quirinum, Athenæ Mineruã, Samos Iunonẽ, Paphos Venerẽ, Lemnos Vulcanũ, Naxos Liberum, Apollinẽ Delphi. Sic per populos atq; regiões varia sacra suscepta sunt, dum grati homines esse in suos principes cupiunt. Preterea pietas eorum qui successerant, plurimũ contulit ad errorem, quod vt diuina stirpe nati viderentur, diuinos honores parentibus detulerunt, deferriq; iusserunt. An potest aliquis dubitare, quõ religiones deorum sint institutæ, cum apud Maronẽ legat Aeneam imperantẽ socijs, Nunc pateras libate Ioui, precibusq; vocate Anchisen genitorem, cui & immortalitatem & ventorum tribuit potestatẽ; Poscamus ventos, atq; hæc mea sacra quotannis Vrbe velit posita templis sibi ferre dicatis. Idẽ scilicet de Ioue Liber & Pæan, Mercurius & Apollo fecerũt, ac postea de his ipsis successores eorum accesserunt etiã poetæ, & compositis ad voluptatẽ carminibus, in cœlum eos sustulerũt. Sic faciũt qui apud reges etiam malos panegyribus mẽdacibus adulantur: quod malum à Græcis ortum est, ob quod Sibylla sic eos increpat: Græcia, quid confidis in principes viros? Ad quid dona inania mortuis ponis? *Immolas idolis? Quis tibi in mentem errrorem imposuit, vt hæc pficias, magni Dei ore relicto? Quid Tullius in lib. de republica? Diuos & eos qui cœlestes habiti sunt, colũto: & illos quos in cœlo merita locauerunt, Herculem, Liberum, Aesculapium. Apud Romanos deus Quirinus, quia hoc pastoribus visum est: & Iulius, quia hoc scelerato homini placuit Antonio: cum primus germani fratris extiterit fratricida, alter patriæ parricida. Quod vero in nonnullis locis dij colebantur sub diuersis formis animalium, vt apud Aegyptios, quorum alij hircum, alij piscem, alij crocodilum coluerunt, habere ortum potuit ab ea fabula: In giganteo bello fugiẽtes dij, latuerũt sub formis diuersorum animalium: Iupiter sub forma hirci vel arietis, & sub hac colitur in Aphrica in templo Ammõis: Apollo sub forma corui latuit: Phœbe, id est, Diana sub forma ceruæ: Iuno in vacca, Venus in pisce: & sic de alijs, vt suprà dictum est. Qua gratia dij, parta post victoria, *consecrasse illa animalia, quæ suæ salutis causam præbuissent: inde diuinos honores animalibus* impendisse consueuisse. Recitat Diodorus Siculus historiographus lib. II. Cum Ptolemæus Lagus Aegyptũ teneret, boue in Mẽphi mortuo ex senecta, magnificeq; sepulto, sacerdotes similẽ quæsiuisse vitulum, interim populum in luctu perseuerasse, donec vitulus vt deus in Vulcani phano fuisset collocatus. Honoris boui impensi causam nonnulli tradunt, quod defuncti Osiridis anima in bouem transmigrasset, quæ deinceps ad posteros pergẽs fu-

Dij.

Simulacra.

Cæsares. Reges. Religiones cœperunt.

Dij à varijs gẽtib⁹ culti.

Adulatores

erit

erit transfusa. Nec hoc cẽseri debet incredibile. nam vt scribit frater Gregorius Aconensis *F. Leodiensis ecclesiæ archidiacono, inter cætera de secta Mahumeti, se post multa venisse in ciuitatem Cansaim, maiorem de mundo, vt opinantur: in qua ciuitate quatuor fratres Minores ad Christi fidem cõuerterunt vnum potentem, ad quem dum venisset, ab eo hospitio susceptus est. Hic, inquit F. Gregori⁹, me duxit ad vnum monumentum idololatrarum: & aduocato vno de religiosis ibidem, dixit: Vellem ostẽderes huic fratri singulare aliquod qui ex occidẽte venit. Tunc ille idololatra accepit duos saccos repletos de reliquijs mensæ, & aperta porta cuiusdã viridarij, intrauimus in illud. monachus incepit pulsare cymbalum, ad cuius sonitum multa animalia varia & diuersa accurrerunt. Et dum adspiceremus animalia ista pene tria millia, tunc monachus apposuit paropsides, & vnicuiq; cibum dabat in debita quantitate. His peractis post multum risum, petij à monacho quid hoc indicaret, respondit: Animalia ista sunt animæ nobilium virorum, nos ea pascimus amore Dei. Cui ego, Bestiæ sunt. At iste, Non est verum: sunt enim animæ: & sicut vnus istorum fuit nobilis, sic anima illius in vnum istorum intrauit: animæ vero rusticorum, viliora animalia inhabitant. Quod quomodo fieri possit, non est obscurum. Nam vt scribit beatus Augustinus de Ciuit. Dei, potestas talia ficte repræsentandi datur dæmonibus, vt per hoc seducant peccatores, qui colunt & seruiũt creaturæ plus q̃ creatori. Ita isti false opinantur circuitum animarum per corpora brutorum transire post mortem. Ideo Deo pmittente & diabolo procurante decipiuntur, vt qui in sordibus est, sordescat adhuc, dum credunt mortuorum animas in bestiali corpore post mortem eleemosynã mendicare ac comedere, & cum Pythagora animas per varia corpora pro morum qualitate migrare. Qui vero solem aut lunam aut stellas seu elementum aliquod pro Deo adorauerunt, philosophos secuti sunt varie opinãtes, illosq́; deos primos, quos ipsi arbitrabantur rerum fuisse primas causas, autumant. Quid (quæso) mirum, si aut barbari aut imperiti homines errant, cum & philosophi hæc vana & falsa opinentur?

De aĩab⁹ sub specie bestiarum.

DE MIRACVLIS DEORVM.

Quod si qs contendat eos, quos docuimus deos non esse, maiestatẽ suam persæpe ostẽdisse prodigijs & somnijs, augurijs & oraculis, *& sane multa enumerari possunt digna miracula. In primis illud, q Accius *Nauius summus augur cum Tarquinium Priscũ cõmoneret, vt nihil noui facere inciperet, nisi prius esset inauguratus, eiq; rex, artis eius eleuans fidẽ, diceret, vt consultis auibus renunciaret sibi, vtrũ ne fieri posset id, quod ipse animo cõcepisset, affirmaretq; Nauius posse: Cape, inquit, hanc cotem, eamq; nouacula disseca. At ille incunctanter accepit & secuit. Deinde illud, q Castor & Pollux bello Latino apud lacũ Iuturnæ visi sunt equorũ sudorem abluentes, cum ædes eorum quæ iuncta fonti erat, sua spõte patuisset. Iidem bello Macedonico equis albis insidentes, Pub. Vatieno Romam nocte venienti se obtulisse dicuntur, nunciantes eo die regem Persen victũ atq; captum, quod paucis post diebus literæ Pauli verum fuisse docuerunt. Illud etiã mirabile, q simulacrum Fortunę muliebris non semel locutum esse traditur, Itẽ Iunonis Monetæ, quũ captis Veijs, ex militibus ad eam trãsferendam vnus iocabundus ac ludens interrogaret, vtrũ ne Romam migrare vellet, respondit, velle. Claudia q̃q;, cum ex libris Sibyllinis Idæa mater esset accita, & vado Tiberis fluminis nauis in q̃ vehebatur, hæsisset, nec vlla vi cõmoueri posset, Claudiam ferunt, q̃ semper impudica esset habita ob nimios corporis cultus, deã submissis genibus orasse, vt si se castam iudicaret, suum cingulũ nauis sequeretur. Ita nauẽ quæ ab omi iuuentute non potuit cõmoueri, ab vna muliere esse cõmotam. Illud æque mirũ, q lue sæuiente Aesculapius Epidauro accitus Romã, diuturna pestilentia liberasse perhibetur. Itẽ Tutia virgo Vestalis de incestu accusata, cõscia certæ synceritatis suæ, accepto cribro, orauit Vestam, dicẽs: Si tibi caste seruiui, fac vt cribro de Tiberi hauriam aquam, & in ędẽ tuam perferam. mox aquam hausit ac deportauit. Sacrilegi quoq; numerari possunt, quorum præsentibus pœnis iniuriam suam dij vindicasse creduntur. Fuluius Censor cum ex Iunonis Laciniæ templo marmoreas tegulas abstulisset, quibus ædem deæ Fortunæ equestris, quã Romæ fecerat, tegeret, mente captus est, & amissis duobus filijs in Illyrico militantibus, summo animi mœrore consumptus est. Præfectus etiam M. Antonij Turullius cum apud Coos euerso Aesculapij luco classem fecisset, eodem postea luco à militibus Cæsaris est interemptus. Pyrrhus sublata ex thesauro Proserpinæ Locrensis pecunia, naufragiũ fecit, vt nihil pter eam pecuniã incolume reperiretur. Ceres q̊q; Milesia multũ sibi apud hoĩes venerationis adiecit. nam cum ab Alexandro capta ciuitas esset, ac milites ad eã spoliãdam irrupissent, oĩm oculos repẽte fulgur ignis extinxit obiecti. Repiuntur etiã somnia, q̃ vim deorum videantur ostendere. Tiberio nanq;

Accius Nauius.
Castor & Pollux.
Fortuna.
Iuno Moneta.
Claudia.
Aesculapi⁹.
Tutia.
Fuluius.
Turullius.
Pyrrhus.
Ceres.

Accinius. Accinio homini plebeio, per quietem obuersatus esse Iupiter dicitur & præcepisse, vt consulibus & senatui nunciaret, ludis Circensibus proximis præsultorem sibi displicuisse, quod Antonius *maximus diuerberatum seruum sub furca medio circo ad supplicium duxerat: ideoque ludos instaurari debere. Quod cum ille neglexisset, eodem die filium *perdidisse, ipse autem graui morbo est correptus. Et cum rursus eandem imaginem cerneret, quærentem, satis ne pœnarum pro neglecto imperio pependisset, lectica delatus ad consules, & omni re in senatu exposita, recepisse corporis firmitatem, suisque pedibus domum rediisse. Illud quoque somnium non minoris admirationis fuit, quo Cæsar Augustus dicitur esse seruatus.

Augustus. Nam quum bello contra Brutum implicitus graui morbo, abstinere prælio statuisset, medicus eius ex oraculo Mineruæ monuit, ne propter corporis infirmitatem in castris se côtineret. Cæsar itaque in aciem lectica perlatus est, eodemque die à Bruto castra capta sunt. Transeo multa præterea & similia. Ast harum omnium fallaciarum ratio, veritatem quærentibus non est obscura. An ignoramus astutiam spirituum immundorum, & quod conatur ab initio ruinæ suæ, inuidiæ felle omnibus modis humanum genus perturbare & euertere? Dolent enim satis & erubescunt, quod charitatem quam in cœlo habere non poterant, homines côstantes ex lutea materia, teneant in terra. Côtaminati itaque & perditi, per omnem terram vagantur, & solatium perditionis suæ perdendis hominibus operantur, omniaque insidiis, fraudibus, terroribus complent, adhærentque singulis hominibus: qui quoniam sunt spiritus tenues & incôprehensibiles, insinuant se corporibus hominum, & occulte visceribus operti valetudines vitiant, morbos citant, somniis animos terrent, mentes sudoribus quatiunt, vt homines his malis cogantur ad eorum auxilia concurrere. Hi sunt qui imagines & simulacra fingere docent, qui vt hominum mentes à cultu veri Dei auerterent, fictos mortuorum regum vultus, & ornatas exquisita pulchritudine statuas, côsecrari fecerunt, & illorum sibi nomina, quasi personas indicarent aliquas, excogitant. Sed eos magi & hi quos vere maleficos vulgus appellat, cum artes suas execrabiles exercent, veris suis nominibus cient *illis cœlestibus, quæ in literis sanctis leguntur. Hi porro incesti & vagi spiritus, vt turbent omnia, & errores humanis pectoribus offundant, serunt ac miscent falsa cum veris. Ipsi enim cœlestes multos finxerunt esse, vnumque regem omnium Iouem, eo quod multi sunt spiritus angelorum in cœlo, & vnus parens ac dominus omnium Deus. Vnde & Apollo, quem præter cæteros diuinum maximeque fatidicum existimant, quærenti cuidam quis esset, respondit XX. & vno versibus Græcis, qui sic leguntur Latine: Ex se ortus, indoctus, sine matre, *inexpugnabile nomen, nec verbo capiendum, in igne habitans: modica autem Dei portio angeli nos. se angelum Dei portionem, id est, Iouis, edicit Apollo. Sed veritatem mentitis nominibus inuolutam, ex oculis maligni abstulerunt. Nam Deus neque nomine eget, cum solus sit: nec angeli, cum sint immortales, dici se deos aut patiuntur, aut volunt, quorum vnum solum officium est, seruire nutibus Dei, nec omnino quidquam nisi *iusta facere. sic enim mundum regi à Deo dicimus, vt à rectore prouinciam, cuius apparitores nemo socios esse in regenda prouincia dixerit, quamuis illorum ministerio res geratur. Ille autem præses mundi & rector vniuersi, qui scit omnia, cuius diuinis oculis nihil obscurum est, solus habet rerum omnium potestatem. Nec est in angelis quidquam, quo se laudari velint, nisi parendi necessitas, ita quod nullum honorem sibi tribui volunt, quorum honor in Deo est. Illi autem qui defierunt à Dei ministerio, sunt veritatis inimici & præuaricatores Dei, nomen sibi & cultum deorum vêdicare conantur, non quo vllum honorem desiderent, quis enim honor perditis est? nec vt Deo noceant, cui noceri non potest: sed vt hominibus, quos nituntur à cultu & notitia veri Dei auertere, ne immortalitatem adipisci possint, quam ipsi sua nequitia perdiderunt. offundunt itaque tenebras, & veritatem caligine obducunt, ne dominum, neve patrem suum norint, & vt illiciant facile, in templis se occulunt, & sacrificiis ipsis præsto adsunt, eduntque sæpe prodigia, quibus obstupefacti homines, fidem cômodent simulacris diuinitatis ac numinis. Inde est quod ab augure lapis nouacula incisus est, & quod Iuno Veiis migrare se Romam velle respondit, quod Fortuna muliebris periculum denunciauit, quod Claudiam nauis secuta est, quod Tutia cribro aquam hausit, cæteraque responsa, somnia vel oracula ignaras hominum mentes persuaserint: hinc, quod serpens vrbem Romam pestilentia liberauit Epidauro accersitus. nam illuc dæmoniarchas ipse in figura sua sine vlla dissimulatione perductus est. Siquidem legati ad eam rem missi, draconem secum miræ magnitudinis attulerunt. In oraculis autem vel maxime fallunt, quorum præstigias prophani à veritate intelligere non possunt. Ideoque ab illis tribui putant & imperia, & victorias, & opes, & euentus prosperos. ferunt denique ipsorum nutu sæpe remp. periculis imminentibus liberatam. Quæ pericula & respôsis denunciauerunt, & sacrificiis placata auerterunt: sed omnia ista fallaciæ sunt. Nam cum dispositiones Dei præsentiant, quippe qui ministri eius fuerunt, interponunt se in his rebus, vt quæcunque à Deo vel facta sunt, vel fuerunt, ipsi potissimum facere aut fecisse videantur. Et quoties ali-

Dæmonum insidiæ.

Maleficorum doli.

Apollinis oraculum de diis.

Sacrificiis suis præsentes dæmones.

Oraculorum falsitas.

alicui populo vel vrbi secundum Dei statutum boni quid impendet, illi se id facientes vel prodigijs, vel somnijs, vel oraculis pollicētur, si sibi templa, si honores, si sacrificia tribuantur. Quibus datis, cum illud acciderit quod necesse est, summā sibi pariunt veneratione. hinc templa deuouētur, & nouæ imagines cōsecrantur, mactantur greges hostiarum. Sed cū hæc facta sunt, nihilominus tn̄ & vita & salus eorum q hæc fecerūt, immolant. Quoties autē pericula impendēt, ob aliquam se ineptā & leuem causam profitentur iratos, sicut Iuno Varroni, ꝙ formosum puerum in templo Iouis ad exuuias tenēdas collocaret, & ob hanc causam Romanū nomen apud Cannas pene deletum est. Itaq; siue illud periculum quod imminet, vitari potest, videri volūt id placati auertisse: siue non potest, id agunt, vt propter illorum cōtemptum accidisse videatur. Itaq; sibi apud hoīes, q eos nesciunt, autoritatem ac timorem pariūt, hac versutia & his artibus notitiā veri & singularis Dei apud omnes gētes inueterauerūt. Suis em̄ vitijs præditi sæuiūt & grassant, vt perdāt. Idcirco etiā humanas hostias excogitauerūt ipsi hostes hūani gn̄is, vt q̄multas deuorarēt animas: & hæc oīa permittente Deo.

GENERATIO XXV.

ANno 3577. ab exordio mundi, regnante apud Assyrios Mancaleo XIII. rege, defuncto Phares, in filio ei9 Esrom xxv. incepit generatio, durauit annis xxiiij. aut xxiij. Erat tunc in Aegypto rex, Amenophis dictus, ille incepit populū Israel exosum habere propter ingenij magnitudinē, laborum industriā, operum affluētiam, & sobolis elegantiā, callide eos opprimere & delere statuit: quapropter multimodas eis angarias imposuit. Cōtigit etiam, ꝙ quidā scriba Sacerdotum, ꝑscius futurorum, Pharaoni ꝑnunciaret, vnum ex Hebræis mox nasciturum, qui Aegyptiorum regnū humiliaret, & filios Israel exaltaret, & cuius virtus transcēderet vniuersos. Et propterea cōsuluit regi, vt oēs Hebræorum infantes occideret. Vnde factū est, ꝙ idem rex ꝑciperet obstetricibus, vt obstetricando Hebræas mulieres, earum mares quoscūq; interficerēt. Sed & adhuc eodē populo crescēte, denuo mādauit, vt Hebræorum nati in flumē proijcerentur. Nam obstetrices timuerūt Deū, & nolebant ꝑdere mares. Quæ cum à rege arguerent, mētitæ sunt, dicentes: Mulieres Hebrææ scientiā obstetricandi habēt, & prius q̄ veniamus ad eas, pariunt. Et qa timuerunt Deū, ædificauit illis domos, id est, locupletauit eas, cū essent ante paupes. Augustinus dicit eas venialiter peccasse, Gregori9 videt velle ꝙ mortaliter. dicit em̄, ꝙ merces benignitatis earum q̄ potuit in æterna vita retribui, ꝓmissa culpa mēdacij, in terrenā cōpensationē declinata est. Et hęc & huiusmodi vexatiōes durauerūt etiā tēpore natiuitatis Moysi, vt in sequēti dicetur generatione, & in fine huius gn̄ationis.

Esrom linea Chri. Amēophis rex ægypti, Hebræis infensus.

Iob vir sanctissimus, clarissimusq; philosophus atq; propheta, generatione hac secundū verā annorum supputationē, in terra Vsitidi & Idumęæ & Arabiæ finibus, ex Zareth patre matreq; Besra, secundū Nicolaum de Lyra, nascitur. Cui9 quidem pater ex Esau filijs fuit, ita vt quintus ab Abraham fuerit. Abraham em̄ genuit Isaac, Isaac genuit Esau, Esau (q & Edom) genuit Zareth. is genuit Iob, licet Hebræi dicant Iob descendisse de Hus primogenito Nachor. Vocabatur autē primū Iob Iobab, qui & post patrem in Edom in Nachaba ciuitate regnauit. prius quippe Balach filius Deor in ea regnauit, & post eum Zareth pater Iob, deinde Iob regnauit, post Iob Husan Themanorum regionis dux. Erat autem Iob vir simplex & rectus, & recedens à malo, natiq; sunt ei septem filij & tres filiæ, & fuit possessio eius septem millia ouiū, & tria millia camelorum, quingēta quoq; iuga boum, quingentæ asinæ, ac familia multa. Eratq; magnus inter oēs orientales. Et faciebāt filij eius cōuiuia per domos, vnusquisq; in die suo, ad quæ vocabāt sorores. Cūq; in orbē transisset dies conuiuij, mittebat Iob ad eos, & sanctificabat illos. cōsurgensq; diluculo, offerebat holocausta per singulos. dicebat enim, ne forte peccauerint filij mei. Sic faciebat cunctis diebus. Quadā aūt die inter filios Dei aderat & Sathan. cui dominus: Vnde venis? Qui respōdet: Circuiui terram & perambulaui. Dixit ad eum dn̄s: Nunqd cōsiderasti seruū meū Iob, ꝙ non sit ei similis in terra, vir simplex & rectus, timens Deū, & recedēs à malo? Cui Sathan: Nunqd frustra timet Iob Deū? tu vallasti eū ac domū eius, vniuersamq; substantiam: operibus manuum eius benedixisti. Extende paululum manū, & tange cuncta quæ possidet, & videbis qd faciet. Ad hæc dn̄s: Ecce vniuersa q̄ habet, in manu tua sunt. tantū in eum nō extendas manū. Egressus est Sathan, & cū q̄dam die filij Iob cōuiuarentur in domo primogeniti, venit nūcius ad Iob, dicens: Boues arabant, & asinæ pascebant, & irruerunt Sabæi, tuleruntq; omnia, & seruos percusserunt gladio: & euasi ego solus, vt nūciarem tibi. Cumq; adhuc ille loqueretur, venit alter & dixit: Ignis cecidit de cœlo, & tactas oues pverosq; consumpsit, & euasi ego solus, vt nunciarem tibi. Sed adhuc illo loquente, venit alius & dixit: Chaldęi fecerunt tres turmas, & inuaserunt camēlos, & tulerunt

De Iob.

Quæ gesserit Iob.

eos,necnon & pueros percusserunt gladio. Adhuc loquebatur ille,& ecce alius intrauit,& dixit:Filijs tuis & filiabus vescentibus in domo fratris sui primogeniti, repente ventus vehemens irruit,& percussit quatuor angulos domus. quę corruens,oppressit liberos tuos,& mortui sunt:& effugi ego solus,vt nunciarem tibi. Tunc surrexit Iob, & scidit tunicã suam,ac tonso capite corruẽs in terram,adorauit dominum,& dixit: Nudus egressus sum de vtero matris,& nudus reuertar.Dominus dedit,dñs abstulit. sit nomen dñi benedictũ.In oĩbus his non peccauit Iob, nec stultũ quid cõtra dñm locutus est. Factũ est aũt,cum quadã die venissent filij Dei,& starent corã dño, aderat quoq; Sathan. ad quẽ dñs:Vnde venis? respõdit,Circuiui terrã,& perambulaui eam. Et dñs:An nõ cõsiderasti seruũ meũ Iob,q̃modo adhuc retinet patientiã, tu autẽ commouisti me aduersus eum,vt affligerẽ frustra? Cui Sathan ait:Pellẽ pro pelle,& cũcta quæ habet homo,dabit pro aĩa sua.tange os eius & carnẽ,tunc videbis ꝙ in faciẽ maledicet tibi.Dixit dñs:Ecce in manu tua est,verũtamẽ animã illius serua. Egressus igitur Sathan,ꝑcussit Iob vlcere pessimo à plãta pedis vsq; ad verticẽ,in tantũ ꝙ saniẽ testa radebat,exiens & sedens in sterquilinio extra ciuitatẽ. Tunc dixit ei vxor: Adhuc tu permanes in simplicitate tua? benedic nunc Deo,& morere. Qui ait ad illã: Quasi vna de stultis mulieribus locuta es. si bona suscepimus de manu domini, mala quare nõ sustineamus? Igiť audientes tres amici Iob oĩe malũ quod acciderat, venerũt singuli de locis suis. dixerant enim,vt pariter veniẽtes,cõsolarentur eum. qui cũ accessissent,eũ non nouerunt:& exclamãtes,plorarũt:scissisq; vestibus,sparserũt puluerẽ sup caput in cœlũ,& sederunt cum eo in terra septẽ diebus & septẽ noctibus,horis cõuenientibus,& nemo loquebať ei verbũ. viderũt enim dolorẽ esse vehementẽ, credẽtes eũ tristitia & impatientia ita oppressum,ꝙ non recipet consolationẽ. Igiť primus ipse ianuã apuit,& prima voce,Pereat,inquit,dies in qua natus sum,& nox in qua dictũ est, Natus est homo. non cõtra Deũ,sed seipsum,diemq; accusans maledixit,non creaturam,sed sui ipsius diem. Ita dicit Ieremias:Maledicta dies in qua natꝰ sum. Amaram passionẽ sensus refugit,quã tamẽ ratio eligit, dispositionẽ sensitiuæ partis exprimẽs. Respondens *Elipham:Si cœperimus,ait,loqui tibi,forsan moleste accipies.sed conceptũ sermonẽ quis potest tenere? ecce docuisti multos.nũc autẽ venit sup te plaga,& defecisti. Recordare obsecro,qs vnquam innocens perijt? Nihil in terra sine causa fit. Hic mala quae patiebať,ad culpã suam retulit. Cui Iob: Vtinã appenderẽtur peccata mea & calamitas quã patior,in statera,quasi arena maris hæc grauior appareret. An potest qs gustare,q̃d gustatũ,affert mortẽ? Increpare me venistis? & subiũgit: Militia est vita hoĩs sup terrã,& sicut dies mercenarij dies eius. Et alteri ait:Scio ꝙ non iustificabiť homo cõpositus Deo:& si iustificare me voluero, os meũ condemnabit me. Ad hæc tertiꝰ:Si iniqtatem abstuleris de manu tua, tunc leuare poteris faciẽ tuã absq; macula,& huiusmodi alia. Cui Iob:Ergo vos estis soli hoĩes,& vobiscũ oritur sapientia? Nunqd Deus indiget vestro mẽdacio,vt pro illo loquamini dolos? ipse vos arguet,& si me occiderit,in ipso sperabo. Quis mihi retribuet vt scribantur sermones mei? Scio eñi ꝙ redẽptor meus viuit,& in nouissimo die de terra surrecturꝰ sum,& rursum circundabor pelle mea,& in carne mea videbo Deũ meum. reposita est hæc spes in sinu meo. In hunc modũ habitis sermonibus,omiserũt tres amici Iob respondere,eo ꝙ *iustus videretur. Et postea dominus contra Heliu filium Barachel Buzitẽ, defensionem Iob suscepit,amicos vero Iob publice arguit,dicens:Vt quid non estis recta locuti aduersus seruũ meũ Iob? offerte holocaustũ,& Iob seruus meus orabit ꝑ vobis. faciẽ eius suscipiã, vt nõ vobis imputeť stultitia. Et suscepit dñs faciẽ Iob,q orauit ꝑ amicis suis, & ad eius pœnitentiã cõuersus,oĩa quæcũq; ei à principio fuerãt,duplicia addidit,eiusq; nouissimis magis q̃ à principio bñdixit. Vnde & post flagella sanitati restitutꝰ est, ouiũ 14. millia ei facta sunt,6. millia camelorꝫ,milleq; iuga boũ ac mille asinæ, 7. ꝑterea filios & 3. miræ speciositatis filias etiã genuit,deditq; filiabus hæreditatẽ inter fratres. Et vixit Iob post flagella XL.& centum annos,atq; rex factus est,viditq; filios filiorũ vsq; ad quartã gñationem. Et tandẽ cum vixisset annis 250. minus vno,prout habetur in lib. de imagine mũdi,in pace mortuus est. Cuius etiam celebritas agiť 6. Idus Maij. Scripsit autem Iob labores suos heroico carmine libro vno,cuius certe singula verba plena sunt sensibus. Nam de resurrectiõe mortuorꝫ prophetauit clare,ita vt nullus vel manifestius vel cautius de ea scripserit,dicens:Scio ꝙ redẽptor meus viuit.& in nouissimo die de terra surrecturus sum &c.

Amẽophis rex Aegypti.

In hac itaque generatione Amenophis rex Aegypti,præposuit filijs Israel magistros, vt affligerent eos oneribus. Mandauitq;, vt ædificarent vrbes Phiton & * Ramasses, necnon vt lutum platearum & sordes vicorum cophinis exportarẽt, vtq; flumina diuiderent, ac ciuitates circundarent fossatis,

di

dicens: Hic populus multus est & fortior nobis, opprimamus idcirco, ne forte si ingruerit bellũ aduersum nos, addatur inimicis nostris & egrediatur liber. Verũ quanto plus opprimebat eos, tanto magis multiplicabantur & crescebãt. Inter hæc natus est Aaron, & vt verisimile videtur, anteꝗ præcepta fuissent facta obstetricibus de submergẽdis maribus, prout in principio generationis dicetur. alioquin quomodo seruatus fuisset, non tacuisset Moyses, neq; Iosephus. Aaron igitur natus est anno huius generationis xxi. regnante apud Aegyptios Amenophe, anno regni eius trigesimo, hoc modo: Inter has angustias erat quidam vir*Aniram de domo Leui, Caath filius, vir inter Hebræos nobilissimus, q duxit vxorem nomine Iocabeth, ex qua genuit Aaron, Moysen & Mariam prophetissam. Genuit autẽ Aniram ex Iocabeth Aaron primogenitum, virum postea sanctum & insignem, eloquentia ornatum, qui postea ad summum sacerdotium à Deo vocatus fuit, de quo in generatione dicetur sequenti. inter hæc obstetricibus de interficiendis maribus præceptũ emanauit. Cum autem Aniram inter Hebræos esset vir clarissimus, metuens Hebræorum extinctionem, vt Iosephus refert, rogauit dominũ, vt misereri dignaretur populo suo, qui valde affligebatur. Deus autem ad orationes suas misericordiæ aurem inclinans, per visum ei adstitit: exoratusq;, memoriam se eorum habere dixit, & propterea eidem propicium se fore. Maneq; consurgens Aniram, visionem hanc *Iohuhel vxori suæ indicauit, intellexitq; Anirã nõ solũ de filio dãdo, sed etiã de futura felicitate Hebræorum. Atq; ita mox Iohuhel cõcepit filiũ, quẽ postea Moysen vocauit, vt in generatione dicetur sequenti. Aaron. Aniram. Iocabeth.

GENERATIO XXVI.

Anno 3600. ab exordio mundi, regnãte apud Assyrios Spareto, mortuo iam Esrom patriarcha, in Aram per lineam Christi vigesimasexta incepit generatio, durauitq; annis quadragintaq[illegible]. Eodem anno natus est Moyses, iuxta quod prædictum erat Aniram patri suo, omnium prophetarum & historiagraphorum excellentissimus, de cuius laude resonant cœlum & terra, qui Deum vidit facie ad faciem, quod de nullo alio præterꝗ de Paulo Apostolo, sacræ testantur literæ. Sparetus. Aram.

Moyses natus est anno 425. à natiuitate Abrahæ, secundum Philonem.

Moyses hoc modo seruatus est: nam inter has angustias dum natus esset, parentes eũ tribus mensibus abscõderunt. Et cum eum amplius celare non possent, ne simul perirent cum puero, fiscellam sirpeam sumunt, & bitumine illinũt ac pice, intusq; infantem deponunt, atq; in carecto ripæ fluminis exponũt. & eius salutem Deo relinquũt. deportabat itaq; fiscellam ripa. Maria autem pueri soror, matris iussu sequebatur à longe, considerans euentum rei. Tunc Deus ostendit prouidentiam suã, & puerũ inopinato euentu seruauit. Thamur enim seu Termuth filia regis cum forte circa fluminis littus luderet cum puellis, vidit fiscellam descendentem soliuagam, mox à fluuio eam iussit tolli, & sibi afferri. aperiensq; fiscellam, comperit infantem elegantissimum, de quo valde gauisa est, mandauitq; e vestigio vt mulier adduceretur, quæ mammas illi præberet. sed cum multæ adductæ fuissent, nullius mãmillas sugere voluit. Maria autem eius soror, quæ cũ alijs ad videndũ venerat, ait: Frustra o regina ad lactandum infantem vocas eas, quæ nullã cum eo cognationem habent. Hebræorum puer esse creditur. Si vis, adducã vnam Hebræã. cui dixit, Vade. Illa autẽ cõfestim ad matrem cucurrit, & eã adduxit. Infans vero mox ad matris vbera accessit. quo viso, regina cũ ignoraret mysteriũ, cum supplicatione ingenti commisit matri infantem nutriendũ. Vocatus est itaq; ab euentu Moyses, eo ꝙ de flumine fuit saluatus. aquam enim Aegyptij Mos vocãt, Yses vero saluatus. siue vt aiunt alij, vocatum Moseh deriuato noĩe à mascha verbo, ꝗd educere, extrahere, efferre transfertur. Suscepit itaq; mater puerum & nutriuit, quem postea voluntate patris Termuth filia adoptauit. Cum igitur regina adoptasset in filiũ, vtputa q bene à natura & gratia institutus erat, accedẽte etiã summa ipsius reginæ & pædagogorum cura, breui oẽs aulæ regiæ pueros longe superauit. hunc talem ac tantũ puerum Termuth cum aliquãdo portaret ad patrẽ, iocaretq; cũ eo rex, puero pro amore filiæ diadema imposuit regium. quod mox Moyses ad terram proiecit, & pedibus conculcare cœpit. Quod videns sacerdos ille scriba, qui talem futurũ prædixerat, confestim occidere voluit puerum, exclamans: Hic est puer ille o rex, quem Deus nobis occidendũ ostendit. At contrà quidam sapiẽs nõ fuisse prodigiũ dixit, sed casu factũ, in cuius rei argumentũ puero etiam prunas afferri præcepit, quas mox puerulus ori imponens ardentes, linguam exussit, vnde deinceps semper impeditioris linguæ fuit. Alebatur itaq; multa solicitudine, factusq; est tantæ pulchritudinis, vt nullus adeo seuerus esset, qui eum non amaret visum. nonnulli quoq; operas suas dimittebant, vt transeuntẽ inspicerent. Breui quoq; eruditus est oĩni sapiẽtia Aegyptiorum, eratq; po

Vbi expositus Moyses. Rept' Moyses. Moyses vnde dictus.

potens in sermone & ope. Factus autē vir, longe magis q̄ antea in omni virtutū præstantia effulsit, nō solū apud regē & vicinos, sed etiā apud aduenas & Aegyptiorū inimicos in admiratione habebat. Quāobrē Aethiopibus Aegyptū vastātibus, Aegyptiis ad oracula cōuersis, à deo eis consiliū pbente, auxiliatore eos Hebræo vti debere, respōsum est. At illi vidētes Moysen om̄i virtute præditum, instāt precib⁹ apud regē, ac Thermuth quondā regis filiā, vt Moysen eis ducē præficeret. Illa gloriā eius quærēs, ante tñ sacramētis pstitis vt nihil ei fieret mali, pmisit. Ita Moyses libēter munus hoc suscepit, & iter fluminis consuetū relinquēs, astu duxit exercitū per terrā inuiā ac serpentibus plenā, vbi ante eū nemo audebat trāsire. Et ne serpētes nocerēt, ibes (id est, ciconias Aegyptiacas) serpētibus naturaliter infestas, super plaustra in arcis papyraceis tulit. castraq; metat⁹, pferebat eas vt serpētes fugarēt. Quod & factū est, ac ita tuto p noctes trāsiuit exercit⁹, & impulsos Aethiopes aggressus, expugnauit. Quib⁹ tandem in fugā versis, multisq; occisis, ciuitatē regiā, Saba dictam, obsidione cinxit. erat aūt ciuitas inexpugnabilis. cūq; diuti⁹ obsidionē cōtinuaret, tandē Corbis Aethiopū regis filiæ auxilio vrbē obtinuit, eāq; ob pmium pditionis in vxorē duxit. Celebratis itaq; nuptijs, cū aliqñ in Aegyptū redire statuisset, & illa minime assentiret, Moyses pitus astrorū, duas imagines sculpsisse fert in gēmas eius efficaciæ, vt altera memoriā, altera obliuionē cōferret. cūq; parib⁹ annulis eas inseruisset, alterū obliuionis annulum vxori pbuit, alterū ipse tulit, vt sicut pari amore, sic parib⁹ annulis insignirent. Cœpit ergo mulier amoris viri obliuisci, & sic tandē libere in Aegyptū Moyses regressus est.

Moysi studium. *Aethiopū cædes.* *Saba obsidetur.*

Interea aūt regē Aegypti inuenit sibi nō bene motū. inuidia em̄ duct⁹, & oppressiōis formidine tactus, cōpulsusq; à sacris scribis, nitebat in cędē eius grassari. accessit ad hæc, q̄ trāsactis aliq̄t annis, dū quadā die videret Aegyptiū iniuriā facere Hebręo, insurrexit in eū & occidit, ac in sabulo abscōdit. Et egressus altero die, vidit duos Hebræos rixātes: q dum argueret eū q iniuriā faceret, respōdit: Quis te constituit iudicē sup nos? nū me occidere vis, sicut occidisti Aegyptiū? at Moyses multū extimuit, & cū simul intellexisset insidias regis, latenter aufugit, venitq; ad ciuitatē Madian circa mare rubrū sedens sup puteū. Erant aūt sacerdoti Madian septē filiæ, q̄ venerūt haurire aquam gregibus. supuenientes autē pastores, repulerūt eas. quos cito prohibuit Moyses, & adaquauit greges virginū. ex quo maturius solito redeūtes, patrem rogabāt, vt beneficium peregrino impenderet. Vocato itaq; Moyse, Raguel seu Iethro contēplatis moribus viri, vnam ex filiabus suis Sephoram dedit vxorem. habitauitq; Moyses cum socero suo, & pascebat greges eius, generauitq; duos filios. dedit nomen vni Gersan, alteri Eliezer. Cætera in sequenti generatione dicentur. Anno quinto & trigesimo huius generationis, Cecrops natiōe Aegyptius, regno Argiuorum relicto, primus Athenis regnauit. hic etiam Diphyes dictus est, qui & Athenas, vrbem longe ante conditam, instaurauit. Eo tunc, vt diuus Augustinus lib. XVIII. de Ciuit. Dei, capite nono refert, subito aqua vno in loco erupit, & alio oliua apparuit, sup quibus sciscitatus Apollo Delphicus, respōdisse fertur, q̄ oliua Mineruam, aqua Neptunum significaret: in ciuium vero esse arbitrio, eligere deorum alterum. Congregatis itaque vtriusq; sexus hominibus, viri Neptunum, mulieres Mineruam elegere. Vicerūt mulieres, quia vno voto præualuerunt, & vocata est ciuitas Athenæ, quod Latine Mineruam dicimus. Quamobrem iratus Neptunus, vndis Athenarum terras populatus est. Quem ciues placare volentes, triplici supplicio mulieres affecere, Vt de cætero publicis non interessent, nec suffragia ferrent: Ne quis maternum cognomen sumeret: tertio, Ne quis filias Athenæas vocaret. Vnde & Cecrops Atticos, Athenienses appellauit. Cecrops, primus rex Atheniensis: hic, vt est in lib. de imagine mundi, cum Pharaone submersus est. post hunc regnauit Granaus, deinde Amphitryon pater Herculis, exin Erichthonius inuētor curruū, post hūc Pādion, deinde Aegeus, exin Theseus, deinde Melāthus, exinde Codrus, qui se pro populo hostib⁹ tradidit. post hūc magistratus populo pfuerunt. De Codro ita Iustinus lib. I. scribit: Erant, inquit, inter Athenienses & Doriēses simultates. Doriēses de euentu belli consuluerunt oracula. responsum, superiores fore, nisi regem Atheniensem occidissent. cum ventū esset in prælium, militibus ante omnia custodia regis præcipitur. Atheniensibus eo tempore rex Codrus erat, qui & respōso dei & præceptis hostium cognitis, permutato regis habitu, pannosus castra hostiū ingreditur. ibi in turba obsistentium, à milite quem vulnerauerat, interficit. Hoc cognito, Dorienses discedūt. atq; ita Athenienses virtute ducis, pro salute patriæ morti se offerētis, bello liberātur. Post mortē Codri administratio reipublicæ annuis magistratibus permissa est. Sed ciuitati nullæ leges erant. Eligitur Solon vir scientia insignis, qui velut nouam ciuitatem legibus cōderet, tanto tempe

Moyses regi suspect⁹. *Moysi fuga.* *Cecrops. Diphyes.* *Cur Athenæ dicant.* *Reges Atheniensium.* *Codr⁹ rex.*

peramento inter plebem senatumq; egit, cum si quid pro altero ordine tulisset, alteri displiciturũ videretur, vt ab vtrisq; parem gratiam traheret. Solon inter multa egregia illud memorabile egit: Inter Athenienses & Megarenses de proprietate Salaminæ insulæ diu bellatum fuit. post multas clades capitale esse apud Athenienses cœpit, si quis legem de vendicanda insula tulisset. Solicitus itaq; Solon, ne aut tacendo parũ reipublicæ consuleret, aut censendo periculum subiret, subitam dementiam simulat, cuius venia non dicturus modo prohibita, sed & facturus erat: more vecordiũ euolat in publicũ: factoq; concursu hominum insolitis versibus, vt furiosus suadere populo cœpit, quod verebatur: omniũq; animos ita cepit, vt extemplo bellum aduersus Megarenses decerneretur, insulaq; deuictis hostibus, Atheniensibus cederet. De Moyse vero & Iudæis Cornelius Tacitus Diurnalium lib. XXI. Orta, inquit, per Aegyptũ tabe, quæ corpora fœdaret, regem Bocchorim in Hammonis tẽplo remedium petentem, purgare regnum, & illud genus hominũ inuisum deis, alias in terras auehere iussum: sic cõquisitum collectumq; populum, postq̃ vulgus vastis locis relictum sit, cæteris per lachrymas torpẽtibus, Mosen vnũ exulum monuisse, ne quam deorum hominũve opẽ expectarẽt, sed sibi vt duci, crederent. assensere, atq; omnium ignari, fortuitũ iter incipiunt. sed nihil æque, q̃ inopia aquæ, fatigabat. Iamq; haud procul exitio totis cãpis procubuerant, cum grex asinorum agrestiũ e pastu in rupem nemore opacã concessit. Secutus Moyses coniectura herbidi soli, largas aquarũ venas aperit. Leuati itaq; cõtinuum sex dierũ emensi iter, septimo pulsis cultoribus, obtinuere terras, in quibus vrbs & templum dicata sunt. Moyses, quo sibi in posterũ gẽtem firmaret, nouos ritus cõtrariosq; cæteris mortalibus, indidit. prophana illic omnia, quę apud nos sacra: rursum cõcessa apud illos, quæ nobis incesta. Effigiem animalis, quo monstrante, errorem sitimq; depulerant, penetrali sacrauere, cæso ariete in contumeliam Hammonis. bos q̃q; immolatur, quem Aegyptij Apin colunt. Sue abstinent ob scabiem vitandam, cui illud animal obnoxiũ. Septimo die ocium placuisse ferũt, quia is finem laborũ tulerit. dein blandiẽte inertia, septimum q̃q; annũ ignauiæ datum. alij honorem eum Saturno haberi *. Ob famẽ & ieiunia panis eorum nõ fermẽtatur. Hi ritus quoq̃ modo inducti, antiqtate defenduntur. Et quia apud ipsos fides obstinata, misericordia in prõptu, sed aduersus omnes alios hostile odium. separati epulis, discreti cubilibus. proiectissima ad libidinẽ gens, alienarũ cõcubitu abstinent, inter se nihil illicitũ. circuncidere genitalia instituere, vt diuersitate noscantur. Nec quidquam prius imbuunt, q̃ cõtemnere deos. animosq; p̃lio aut supplicio pemptorũ, æternos putãt. Eadẽ cura & de infernis, & p̃suasio cœlestiũ. Cõtra Aegyptij pleraq; animalia effigiesq; cõpositas venerantur. Iudæi mente sola vnumq; numen intelliguut. prophanos, q deũ imagines in species hoĩm fingũt. Hæc & multa alia Corn. Tac. & de balsamo & lacu sterili: Haud procul inde campi, ait, quos ferunt olim vberes, magnisq; vrbibus habitatos, fulminis ictu arsisse, & manere vestigia, terramq; specie torridam, vim frugiferã perdidisse, &c. vt generatione XXII. patuit, de quibus apud Iustinum.

Solon.

De Moyse & Iudæis.



Iudæorũ instituta.

iudęorũ opinio de Deo

GENERATIO XXVII.

ANno 3649. ab exordio mũdi, regnãte apud Assyrios Spareto, in Aminadab filio Aram, p̃ lineã Chr̃i 27. incepit g̃natio. durauit annis 51. Erat hoc in tẽpore Moyses Aegyptijs exosus propter virtutes, & quũ iam fuga facta vxorẽ duxisset Sephorã filiã Iethro sacerdotis Madian, ac liberos p̃creasset: Quodã tẽpore dũ pasceret gregẽ in mõte q vocatur Sina, q mons est excelsus & ad pasturas egregi⁹, hic dũ esset opinio habitare Deum, vt refert Iosephus, primitus nemo pascebat, quia pastores illic minime ambulare præsumebant. In quo prodigium Moysi mirabile apparuit. Ignis nanq; depascens rubi viriditatem eiusq; florem, transiit innoxius, fructiferosq; ramos nullo incendio* dissipatos. Cumq; flamma vehemens esset, ille etiam visionem inopinabilẽ formidans, obstupuit, & magis dũ vocẽ ignis emitteret, eũq; suo noĩe vocaret, verbaq; facere videretur, q̃bus etiã eius fiduciã, p̃sumentis ad loca accedere, vbi nullus hoĩm primit⁹ ambulasset, eo q essent diuina, redarguit: eiq; suasit vt procul ab igne recederet, & vt sufficerent ei q̃ viderat, cũ esset vir bonus, magnorũq; proles virorum: Solue, inqt dñs, calceamẽta tua. locus enim in q̃ stas, terra sancta est. p̃dicabatq; ei futuram gloriam & honorem apud hoĩes præsente Deo. Iussitq; vt cum fiducia abiret in Aegyptum, dux & princeps futurus multitudinis. Vidi, inquit, afflictionem populi mei, & veni liberare & educere de terra illa in terram lacte & melle manantẽ. Veni ergo, & mittã te ad Pharaonem, vt educas eos, & ego ero tecum. Ait Moyses: Dñe, si dixerint mihi filij Israel, q̃d est nomẽ eius, qd dicam? Dixit dominus: Sic dices: Qui est, misit me, Deus patrũ vestrorũ, Deus Abrahã, Deus Isaac, Deus Iacob. Tu ergo ingre

Moyses q̃ gesserit.

gredere cum senioribus Israel ad Pharaonē,& dic:Dominus Deus Hebręoꝝ vocauit nos,vt eamus viam triū dierū in solitudinē,& immolemus domino Deo nostro.Scio aūt ꝙ non dimittet vos, sed ego percutiā eum in cunctis mirabilibus.Ad hæc Moy-
Virga Moysi. ses:Dñe,non credent mihi:Cui dñs:Proijce virgā quam manu gestas,in terrā.proiecit,& versa est in colubrū,ita vt fugeret Moyses.Appręhende,inquit dñs,caudam eius.Extendit itaqꝫ manū,& apprehendit:versaq́ꝫ est in virgā.Rursum dñs: Mitte manum tuam in sinū.quam missam,protulit leprosam.Retrahe,ait.Retraxit & protulit iteꝝ,eratq́ꝫ similis carni reliquæ.Deinde ait:Si nō credent his, sume aquam de flumine,& effunde sup aridā,& vertet in sanguinē.Ait Moyses: Obsecro dñe,nō sum eloquens ab heri & nudiustertius.Cui dñs:Perge,& ego ero in ore tuo. Adhuc ille:Obsecro,mitte quē missurus es.Iratus dñs, ait: Ecce Aaron frater tuus egredietur in occursum tibi.ipse loquetur pro te ad populū,tu aūt eris eis in his q̃ ad Deū pertinent. Redijt ergo Moyses ad soceꝝ suū,& ait:Reuerti volo in Aegyptū ad fratres, vt videam si viuāt.Cui Iethro:Vade in pace. Et cum moram faceret,ait dñs:Vade in Aegyptū,mortui eñ sunt q quærebāt animā tuā.Abijt itaqꝫ Moyses, tenēs virgā in manu, tulitq́ꝫ secū Sephorā vxorē & duos filios,q̃s in itinere iussu dñi circūcidit. Indignata Sephora,ait:Spōsus sanguinū tu mihi es.redijtq́ꝫ ad patrē, annuente Moyse,cū filijs. Interea locutus est dñs ad Aaron:Vade in occursum fratri tuo,quia venit.Intrauitq́ꝫ Aaron desertū Sinai,& occurrit Moysi in mōte Dei.dixitq́ꝫ Moyses ei oīa verba dñi ac mādata.Venerūtq́ꝫ simul,& cōgregauerūtq́ꝫ seniores Israel.locutusq́ꝫ est eis Aarō oīa verba dñi,& fecit signa corā eis,ita vt eis fidē haberent. Ingressiq́ꝫ sunt cum senioribus ad Pharaonē,& dixerūt:Hæc dicit dñs Deus Israel,dimittas populū suū vt sacrificet in deserto.Ad quod ille:Nescio Deū Israel,nec populū dimittā.Tūc Moyses cōmemorauit regi beneficia Ioseph,necnō quāta ipse fecerat Aegyptijs oppressis ab Aethiopibus, labores & pericula exponens quæ pro eis tulerat,nec retributionē recepisset.Quæ oīa rex deridēs,eum vocat seruū fugitiuū, & ꝙ seditiōis causa redierit. Et cū instarent Moyses & Aaron,iratus dixit:Quare Aaron & Moyses solicitatis populū ab operibus? ite ad onera vestra.præcepitq́ꝫ pfectis opeꝝ,dicens:Vacāt ocio,opprimamus operibus,vt acquiescant.Nequaq̃ eis vltra detis paleas, sed vadant & colligant stipulas ad lateres,nec de mensura minuetis.Quod factū est. Instabantq́ꝫ præfecti opeꝝ,vt cōplerent opus quotidie.ex quo vociferati sunt ad Pharaonē, dicētes: Cur ita agis cōtra seruos tuos inique? Qui ait:Vacatis ocio,& dicitis,Eamus ac sacrificemus Deo nostro.ideo nihil remittetur vobis. Occurrūt ergo Moysi & Aaron,dicentes:Odio fecistis nos Pharaoni,& præbuistis ei gladiū.Ad hæc cōsulto Deo,confirmati suaserūt populo,vt patienter expectarent promissa Dei.Et dum iam obedientes essent,libertatem promissam respicientes,ait dominus ad Moysen:Loquatur Aaron ad Pharaonem omnia quæ mando vobis.sed ego indurabo cor eius, & multiplicabo signa & ostenta,nec tamen audiet vos.Fecit itaqꝫ Moyses & Aaron,sicut pręcepit dominus.Erat aūt Moyses octoginta annoꝝ,& Aaron plus trium annorum.

X.plagę Aegypti. DIMITTI populum volunt Moyses & Aaron.

Ingressi itaqꝫ Moyses & Aaron ad Pharaonem,leuansq́ꝫ Aaron virgam,percussit aquam fluminis coram Pharaone & seruis eius.Quę versa est in sanguinem,& pisces
Plaga I. in ea mortui sunt,cōputruitq́ꝫ fluuius ita,vt non possent Aegyptij bibere. erat tamen potabilis Israel. At malefici Pharaōis incātatiōibus suis similiter fecerūt. Auertēs aūt se Pharao,ingressus est domū,impletiq́ꝫ sunt dies septē.Dixit dñs ad Moysen: Ingredere ad Pharaonē, & si noluerit dimittere populū,dic ad Aaron,vt extendat manum sup flumina,paludes & riuos.Et fecit sic.&
Secunda. adscēderūt ranæ, opuerūtq́ꝫ terram Aegypti.et fecerūt malefici similiter incātationibus suis.dixitq́ꝫ Pharao:Orate,quæso,dñm,vt auferantur ranæ,& dimittā populū.Et clamauit Moyses & Aaron ad dñm,& mortuę sunt ranæ.Hoc vidēs rex,nō dimisit eos. Dixit rursum dñs ad Moysen:Loquere ad Aaron,vt extendat virgā,& pcutiat puluerē terræ.& fa-
Tertia. ctū est ita,& facti sunt cyniphes in omni terra Aegypti.At malefici tentauerūt idē facere,sed non potuerūt.& correpti à rege, dixerūt:Digitus Dei est hic,erātq́ꝫ cyniphes tam in hoibus,q̃ in iumētis.Induratū est



autē cor Pharaonis,& nō audiuit eos. Dixit aūt & dñs ad Moysen: Surge diluculo,& egredere ad Pharaonē,& dic ei: Si nolueris dimittere populū, mittā in oēm terrā, dicit dñs, oīme genus muscarꝝ. & factū est, sed eos nō audiuit. & venit musca grauissima in oēm terrā Aegypti,& in oēm domū Pharaōis & Aegyptioꝝ. Tūc vocauit eos Pharao,& ait: Ite, sacrificate Deo vr̃o in terra hac. Qui dixerūt: Nō possumus abominationes Aegyptioꝝ immolare. si mactauerimus q̄ colūt ipsi, lapidibus obruēt nos. Ad hæc Pharao: Ite in desertū, verꝫ ne lōge abeatis,& rogate pro me. Et ait Moyses: Rogabo,& recedet musca. verūtamē noli vltrà fallere. Orāte Moyse, abstulit dñs muscam. at ingrauatū est cor Pharaonis, ita vt nec hac quidē vice dimitteret populū. Tūc dixit dñs Moysi: Dic Pharaoni: Si retinuerit populū meū, cras inducā pestem grauē,& morietur oīa animātia, nec qdquā de his q̄ possidet Israel, morietur. Fecit ergo dñs verbū hoc altero die,& mortua sunt oīa animātia Aegypti, p̄ter ea q̄ erāt Hebræoꝝ. Et ingrauatū est cor Pharaonis, noluitq́ꝫ dimittere populū. Adiecit dominus: Tollite cineres de camino, & spargite illos in cœlū corā Pharaone, & erūt in hoībus vlcera & vesicæ turgentes in oīni terra Aegypti. & factū est ita. nec poterāt etiā tūc malefici stare coram rege, propter vulnera ex corruptione venientia, nec adhuc qdem audiuit eos Pharao, sicut locut⁹ est dñs. Dixit q̄qꝫ ad Moysen dñs: Dic Pharaoni, idcirco posui te, vt ostendā in te fortitudinē meā. en pluā grandinē cras, qualis nō fuit in Aegypto vsqꝫ in diē hanc, congrega quæ habes in agro iumenta, ne pereāt. Extenditq́ꝫ Moyses virgā in cœlū,& dedit dñs tonitrua, grandinē & fulgura, pcussitq́ꝫ grādo cūcta q̄ fuerūt in agris, herbā & ligna cōfregit. Vocauitq́ꝫ eos Pharao & ait: Peccaui, nūc oretis dūm pro me,& dimittā vos. Egressusq́ꝫ mox ex vrbe, tetēdit man⁹ ad dñm,& cessauit tēpestas. Hoc vidēs Pharao induratus, non dimisit populū. Et dixit dñs ad Moysen: Faciā signa q̄ narres filijs Israel & nepotib⁹, vt sciatis quia ego sum dñs, ecce adducā locustas, vt comedāt q̄d residuū est grādini. Ad ingressum itaqꝫ Moysi dixerūt serui Pharaōis ad eū: Vsqꝫq̄ patiemur hoc scandalū? dimitte eos, qa perit Aegypt⁹. Et reuocatis illis dixit Pharao: Quinā ex vobis ituri sunt ad sacrificandū? Ait Moyses: Viri & mulieres cū ouibus & armētis. Ad hæc Pharao: Cui dubiū est ꝙ pessime cogitetis? nō fiet ita, sed ite viri tantū. & eiecti sunt à cōspectu eius. Extēdit itaqꝫ Moyses manū,& venerūt locustæ innūerabiles, q̄ deuorauerūt oīme virens in lignis & herbis. Festinusq́ꝫ Pharao, vocauit eos & ait: Peccaui in Deū vestrū orate pro peste etiā hac vice. Egressus Moyses, orat. & flauit ventus ab occidēte, proiecitq́ꝫ locustas in mare rubrū. indurauitq́ꝫ dñs cor Pharaonis, nec dimisit populū Israel. Extēdit itaqꝫ Moyses manū in cœlū,& factę sunt tenebrę palpabiles, vt nec videre nec mouere possent se Aegyptij: vbicūqꝫ aūt erat Israel, lux fuit. Et vocauit eos iterꝫ Pharao,& ait: Ite vniuersi vos, oues tantū & iumēta remaneāt. Respōdit Moyses: Nec remanebit ex eis vngula, p̄sertim cū ignoremus qd immolare debeam⁹. Dixit Pharao: Recede,& caue ne vltra videas faciē meā: alioq morieris. Respōdit Moyses: Fiet vt locut⁹ es. abijtq́ꝫ ad fr̃es suos,& dixit dñs: Adhuc vna plaga tangā Pharaonē,& dimittet vos, moriet̃ oīme primogenitū hoīm & iumētoꝝ, apud vos vero nec mutiet canis. pe-

Quarta.



Quinta.

Sexta.



Septima.

Octaua.



Nona.

tetis vasa ab ægyptijs,& dabunt vobis. Addiditq́;, Mensis iste vobis erit prim⁹ in mensib⁹ anni. loquimini ad vniuersum cœtum filioꝝ Israel: Decima die mensis hui⁹ tollat quæq; domus agnum, vel si nõ poterit habere, hœdum ꝑ familias & domos suas. Sin aũt minor est numerus, vt nõ sufficiat ad vescendũ agnũ, assumat vicinũ suum, iuxta numerũ animaꝝ q̃ sufficiũt ad esum agni. Erit aũt agn⁹ masculus annicul⁹ sine macula, & sumptũ de grege seruabitis eũ in domo vsq; ad 14. diem, & immolabit eũ oĩs multitudo filioꝝ Israel ad vesperã, tingetisq́; de sanguine fasciculo hyssopi supra vtrunq; postẽ & super liminare, edẽtes carnes illas nocte illa assas igni, nec coctum quid aut

De agno paschali.



crudũ, & azymos panes cũ lactucis agrestibus, caput cũ pedib⁹ ei⁹ & intestinis vorabitis, nec remanebit q̃dq̃ ex eo vsq; mane, & q̃d residuum fuerit, igne cõburetis. sic autẽ cõedetis: renes vr̃os accingetis, & calceamẽta habebitis ĩ pedib. tenẽtes baculos in manib. & cõedetis festinãtes. Est eñ phase, id est, transitus dñi. trãsibo eñ nocte illa ꝑ terrã Aegypti, ꝑcutiãq́; oĩe primogenitũ ab hoĩe vsq; ad pecus. diem vero hunc habebitis solennẽ in gñationibus vr̃is cultu sempiterno. septẽ dieb⁹ azyma cõedetis, nil opis facietis in eis, exceptis his quæ ad vescendũ ꝑtinent. Prima dies erit sancta ac solennis, & dies 7. eadem solennitate venerabilis. Vocauit aũt Moyses omnes seniores filioꝝ Israel, & dixit ad eos: Ite tollentes animal per familias vestras, et immolate phase, sanguineq́; fasciculo hyssopi adspergite in limine & supliminare & vtrũq; postẽ. nullus vestrũ egrediatur ostiũ dom⁹ suę vsq; mane. Trãsibit eñ dñs ꝑcutiens Aegyptios. cumq́; viderit sanguinẽ sup postib. trãsibit ostiũ dom⁹, & nõ sinet ꝑcussorẽ ingredi & lędere. custodite verbũ hoc. cũq; introieritis terrã quã dñs Deus datur⁹ est, obseruabitis cęremonias istas. & cum dixerint filij vr̃i, q̃ est ista religio, dicetis eis: Victima trãsit⁹ dñi est. Incuruatus ad hoc ppl̃s, adorauit. fecerũtq́; sicut p̄cepit eis dñs. Factũ est aũt, ĩ noctis medio ꝑcussit dñs omne primogenitũ in terra Aegypti, à primogenito Pharaonis vsq; ad primogenitũ captiuæ, & oĩe primogenitũ iumẽtoꝝ, nec erat domus in q̃ nõ esset mortu⁹. surrexitq́; Pharao nocte & oẽs serui ei⁹, cũctaq́; Aegypt⁹, & ort⁹ est clamor magn⁹. vocatisq́; Moyse & Aarõ, ait Pharao: Surgite, egredimini à populo meo vos & filij Israel. ite, & immolate dño oues vr̃as, & armẽta sumite, & abeuntes bñdicite mihi. vrgebãtq́; ægyptij eos de terra exire velociter, dicẽtes: Oẽs moriemur. Tulit ergo populus cõspsam farinã anteq̃ fermẽtaret, & ligãs in pallijs, posuit sup hũeros suos. fecerũtq́; sicut p̄cepat dñs, & petierũt ab ægyptijs vasa argẽtea & aurea, vesteq́; plurimã, q̃bus dedit gratiã dñs corã ęgyptijs, vt cõmodarẽt eis. & sic spoliauerũt ęgyptios. pfectiq́; sunt filij Israel de Ramesse ĩ Sochoth. & erãt q̃si 600. millia viroꝝ peditũ, absq; paruulis & mulierib. sed & vulg⁹ ꝑmiscuũ innũerabile, qa multi ægyptij viri & mulieres iũxerũt se eis, cõuersi ad Iudaismũ. duxerũtq́; iumẽta & greges diuersi gñis. Tẽpus aũt filioꝝ Israel q̃d mãserunt in Aegypto, fuit 430. annoꝝ, incipiẽdo à ꝑmissiõe Abrahę facta in via Mesopotamię vsq; ad legẽ datã. Locutus est dñs ad Moysen, dicẽs: Sãctifica mihi oĩe primogenitũ tam de hoĩbus q̃ de iumẽtis. mea eñ sunt oĩa primogenita masculini sexus, q̃ apiunt vuluã, eo q͂ occidi oĩe primogenitũ Aegypti. cũq; veneris in terrã ꝑmissam, *tintinnabis filijs tuis seruandũ ritu sempiterno, erit igĩ q̃si signũ in manu tua, vt liberatiõis hui⁹ nõ obliuiscaris. Moyses igĩ nõ duxit populũ ꝑ terrã Philistiim, hoc est, per Palæstinã, tũ ꝑpter antiquã molestiã & odiũ vet⁹, ne insurgerẽt Philistæi aduersus eos. q̃m adhuc nõ erat cõpleta malitia, vt deleret eos dñs. munitiq́; multa supellectile, adscẽderunt illi de terra Aegypti de 5. ꝑgenie. Iacob eñ q fuit in linea de q̃ Chr̃s nasciturus erat, genuit Iudã, Iudas genuit Phares, Phares Esrom Esrõ Aram, Arã genuit Aminadab, q princeps existẽs tribus Iudæ, egressus est de Aegypto. Tulit etiã Moyses ossa Ioseph

Phase.



X. plaga.

Exit⁹ populi Israel de Aegypto.

Pręceptum de primogenitis.

ſeph ſecũ, eo ꝙ adiuraſſet filios Iſrael, vt efferrẽt hinc oſſa ſua. Profectiq́ꝫ de Sochoth, caſtrametati ſunt in Etham in extrema parte Aegypti habitabilis. Dñs aut̃ p̃cedebat eos ad oſtendendã viã in colũna nubis p die, p nocte in colũna ignis. Præcepitq́ꝫ dñs, vt reuerſi aliquãtulũ verſus Aegyptũ, caſtrametarẽtur in regiõe Phiairoth, q̃ eſt inter Magdalũ & mare, & poſuerũt caſtra ſupra mare rubrũ. Et cũ vltra triũ dierꝝ ſpatiũ ꝓceſſiſſent, intellexit Pharao eos ad fugiendũ, non ad ſacrificandũ ꝓperare. Tulit ergo 600. currus, eqtum 50. millia, & 200. millia peditũ armatorꝝ, inſecutus eos. Leuantes aũt oculos Hebræi, viderũt Aegyptios properãtes, bene armatos. exterriti ſunt. circũdati em̃ erãt mõtibus ab vna parte, mari rubro ex altera, vt fugæ facultatem nõ haberent. cõcluſerũtq́ꝫ eos Aegyptij obſidiõe. Erat Hebræis dura obſeſſionis moleſtia propter egeſtatẽ neceſſariorꝝ, neqꝫ fugæ facultatẽ habẽtes, armisq́ꝫ priuati, licet pugnare vellẽt. Nulla erat itaqꝫ ſpes, niſi vt ſeſe q̃primũ Aegyptiorꝝ volũtati traderẽt. Moyſen in oĩbus culpabãt, obliti ſignorꝝ q̃ eis fuerãt à Deo pro ſua liberatiõe mõſtrata, & vſqꝫ ad hoc venerũt, vt eũ lapidibus niterẽtur obruere. Erat em̃ luctus & gemitus mulierꝝ & infantũ, ante oculos habentiũ mortẽ indubitatã. Moyſes autẽ, licet exaſpata in eũ multitudo eſſet, circa eius tñ prouidentiã nõ ceſſabat, oĩa in Deum conferẽs. ſtansq́ꝫ in medio, ſic exorſus eſt: Nec hoĩbus quidẽ bene cõuerſantibus circa nos, iuſtũ erat non credere: de Dei vero ꝓuidentia vos deſpare iniquũ eſt, à q̃ vobis oĩa ꝓuenerunt, q̃cunqꝫ p me ad ſalutẽ & libertatẽ veſtrã facta ſunt, eaq́ꝫ nõ ſperãtibus ꝓmiſit. Quin poti⁹ in p̃iculo, ſicut putaſtis, oporteret vos adiutoriũ ſuſtinere diuinũ, cui⁹ opus erit, etiã nũc in tali nobis difficultate cõcluſis ex deſpatione ſicut vos creditis, ſalutem p̄ſtare, & ex hoſtib⁹ liberare, q fortitudinẽ vtiqꝫ ſuã circa nos eſt oſtẽſurus & ꝓuidentiam facturus. Nõ em̃ in paruis diuinitas auxiliũ ſui fauoris ſolet accõmodare, ſed poti⁹ in qbus humanã ſpem ad meliora nõ videt accedere, vnde tali auxiliatori credẽtes, cui virtus eſt etiã parua grandia facere, & tantarꝝ infirmitatẽ rerꝝ ſuo munimine roborare. Nolite Aegyptiorꝝ arma metuere, nec qa mare & poſteriores mõtes viã fugæ ꝓhibent, propterea ſalutis ſpatia deſpare. fiẽt em̃ vobis hęc q̃ſi cãpi Dei ꝓuidentia, & pelagus conuertet in terrã. Cumq́ꝫ hæc dixiſſet, duxit eos ad mare, ægyptijs intuẽtibus, rogabatq́ꝫ Deũ, dicẽs: Neqꝫ tu qdem ignoras, qa fugere nobis mala p̄ſentia, nec potẽtia nec auxilio licet hũano, ſed tu dñe p̄be aliq̃d ſalutare exercitui tua volũtate Aegyptũ relinquẽti. tuũ eſt em̃ nos eripe, qa nũc omĩ ſpe & cõſilio deſtituti, ad tua ſoli⁹ ſubſidia conuolamus, & qcqd ex ꝓuidentia tua nobis acceſſerit, q̃d nos ab Aegyptiorꝝ ira nũc liberare poſſit, inſpicim⁹: velociterq́ꝫ nobis tuã oſtende virtutẽ, & populũ deſpantem ac ruentẽ in pei⁹, ad ſecuritatẽ dignare & ad fidutiã pietatis ꝑducere. Non em̃ in extraneis ſum⁹, ſed tuũ qdẽ eſt mare, tu⁹ eſt mons q nos circũdat, ita vt te ꝑcipiente mare poſſit conuerti in aridã, ac nos tua virtute ſaluare. Talia ſiquidem cũ oraſſet, iubente dño percuſſit virga mare: q̃d repente inciſum ac diuiſum, terrã reliqt nudã. Moyſes autẽ videns pelagus ceſſiſſe in duodecim diuiſiones, aduocabat tribus ſingulas ex ordine natiuitatis ſuæ, & exhortabatur vt ipſum præeuntem ſequerent. Et cũ timuiſſent ſeq, Aminadab princeps tribus Iudæ, plenus fide, primus poſt Moyſen ingreſſus eſt, alijs trepidãtibus. propter q̃d meruit & regnũ. dein cæteri oẽs cũ feſtinatiõe pergẽtes, delectabantur, agebãtq́ꝫ Deo gr̃as propter ſalutẽ, q̃ p̃ter ſpem eis acceſſerat. Quod videntes Aegyptij, veſanos iudicabãt. ſed cũ viderẽt illos illæſos trãſire, ingreſſi ſunt poſt eos. iamq́ꝫ venerat vigilia matutina, iniecit dñs ſup eos intolerabiles imbres & graues tonitruos coruſcationesq́ꝫ. vnde territi, dixerũt: Fugiamus Iſraelẽ, Dñs em̃ pugnat p eis. fugientibusq́ꝫ illis, inuoluit eos dñs in medijs fluctibus, opuerũtq́ꝫ aquæ currus & eqtes, cunctiq́ꝫ exercitus Pharaonis cum peditib⁹ ſubmerſi ſunt, nec vnus qdem ſuperfuit ex eis. Filij autẽ Iſrael perrexerũt per mediũ ſicci maris, & aquæ erãt eis quaſi p muro à dextris & à ſiniſtris, ex q̃ nõ poterant retinere gaudiũ inopinatæ ſuæ ſalutis. Inſuper & inimicis ſuis dimerſis, hymnũ tota nocte dixerunt, laudãtes Deũ, dicentesq́ꝫ: Cantemus dño, glorioſe etem̃ magnificatus eſt: currus Pharaonis & exercitus proiecit in mare, ambulaueruntq́ꝫ filij Iſrael per ſiccũ in medio eius &c. Poſtea vero armis Aegyptiorꝝ per fluctuum violẽtiam allatis, iudicabat Moyſes Dei factũ prouidentia: exijtq́ꝫ colligens arma,



Phiairoth.

Orõ Moyſi ad populũ.

Trãſit⁹ maris rubri, p̃eunte Moyſe & Aminadab.

Internecio ægyptiorũ ſeu plaga 11.

Hymnus q̃ popul⁹ Israel Deo grãs egit.



ma, Hebræosq́ꝫ his muniens, vt si quando opus esset, armati pugnarent, et moratus est cũ populo iuxta littus septẽ diebus, & cũ tympanis ac musicis singulis dieb⁹ veniebant, cantabantq́ꝫ domino canticum Moysi, viri seorsum et seorsum mulieres. Videns autem Moyses Israel circa spolia nitentes, tulit ea. egressiq́ꝫ sunt in desertũ Sur, ambulaueruntq́ꝫ tribus diebus per solitudinem, & non inuenerunt aquam, donec in Marath*, q̃ tamen adeo erat amara, vt non possent bibere. murmurauitq́ꝫ populus cõtra Moysen. At ille clamauit ad dñm, q ostendit illi lignũ: q̃d cũ misisset in aquas, versæ sunt in dulcedinẽ. Deiñ venerũt in Helim, vbi erant xij. fontes & lxx. palmæ, modica tamen aqua erat in fontibus, & cœnosa. Profecti sunt inde in desertũ Sin quintadecima die mẽsis secũdi, hoc est, *Maij, die xxx. ab exitu eoꝝ de Aegypto. Tunc defecerũt eis victualia, quæ tulerũt de Aegypto. vnde & dixerũt, in hac penuria cõstituti: Vtinã mortui fuissemus in Aegypto, qñ habebam⁹ carnes & comedebamus panẽ in saturitate. Orauit igitur Moyses dñm, & est exauditus, dixitq́ꝫ Moyses: Audiuit dñs murmur vestrũ, dabitq́ꝫ vobis vespere carnes & mane panes in saturitate. Cũq́ꝫ loqueretur ad vniuersum cœtũ, ecce gloria domini apparuit i nube. factũq́ꝫ est vespere, & adscendẽs coturnix de sinu Arabico, operuit castra, & ad libitũ populi capiebatur. Mane aũt venit ros, & cum gustassent, senserũt mellis dulcedinem, & panẽ promissum datũ. Iacuit aũt p circuitum castroꝝ q̃si granũ coriãdri album & pilo cõtusum. q̃d videntes, dixerũt: Manhu? id est, Quid est hoc? Inde dicit̃ manna. Ait itaq; Moyses: Hic est panis datus vobis à dño. colligite gomor per singula capita. & collegerũt. nec q plus collegit, ampli⁹ habuit. Præcepit aũt vt colligerent mane, qa calescẽte sole liquefiebat, licet ad ignem induraret̃. dixitq́ꝫ, Nullus relinq̃t ex eo in mane. Et qdam nõ audierũt eũ, & scatere cœpit vermibus. Iratusq́ꝫ est Moyses cõtra eos, & p̃cepit rursum, vt die 6. colligerẽt duplices, vt haberẽt in sabbato, s. die septimo. Venitq́ꝫ 7. dies, & egressi de populo vt colligerent, nõ inuenerũt. Dixitq́ꝫ dñs Moysi: Vsq; q̃ nõ vultis seruare p̃cepta mea? ꝑpter sabbatũ accipietis cibos duplices, nec q̃squã egrediat̃ de loco suo die sabbati, sed sabbatizabitis. Dixit rursum Moyses: Iste est sermo dñi: Imple gomor ex eo, & custodiat̃ in futuras gñationes, vt nouerint panẽ q̃ alui eos in deserto. Impleuerũt igitur gomor, & posuit illud Aaron in vrna aurea reseruandũ. & vsi sunt mãna donec fuerũt i deserto. Postea ꝓfecta est oĩs multitudo de deserto Sin, venerũt in Depta. ꝓfectiq́ꝫ de Depta, venerũt in Halis. Egressiq́ꝫ de Halis, venerũt in Raphidim, vbi nõ erat aqua ad bibendũ. Iurgatus est populus cõtra Moysen, dicẽs: Da nobis aquã vt bibam⁹. Quib⁹ Moyses: Quid iurgamini cõtra me? Cur tẽtatis dñm? Cõuersusq́ꝫ ad dñm, Quid, inq̃t, faciã populo huic? adhuc em̃ pusillum, & lapidabit me. Ait dñs: Sume seniores Israel, & vade ad petrã Oreb, p̃cutiesq́ꝫ virga. & fecit Moyses, egressæq́ꝫ sunt aquæ largissimæ, & vocauit Moyses nomẽ loci, Tẽtatio. Cum vero Hebræoꝝ nomẽ iam vbiq; diuulgaret̃, à prouincialibus timebat̃. & cõuenientes ad inuicẽ qnq; reges circũhabitãtes, bellare statuerũt cõtra eos, anteq̃ vires maiores suscipent. Moyses vero etsi nihil hæsitaret, subita tñ ꝑicula Hebræorũ multitudinẽ perturbabãt, q̃s Moyses cõsolari incepit, rogabatq́ꝫ ꝓptiores esse, tanquã oĩm reꝝ facultas eis adesset, ita vt hostib⁹ ꝓualere possent. Elegitq́ꝫ Iosue filiũ Naue de tribu Effraim, viꝝ robustũ & ad labores fortissimũ, ad cogitandũ q̃q; & loquendum valde idoneũ. Huic & paucos tradidit armatos, plurimos aũt in castroꝝ custodia retinuit. Cõtra quos egressus est Amalech in multitudine graui, vt pugnaret cum eis. At Moyses, ordinata acie suorum, adscendit in montem, virgã manu gestans. Miscebantur itaq; hostes. & in manibus erat bellum: fidutia autem & viribus vtebant̃ inuicem, Cumq́ꝫ eleuasset Moyses man⁹ ad dominũ, vincebat Israel: sin vero paululum re-

Sur.

Marath.

Helim.

Sin.



Manna.

Depta.

Halis.

Aqua e petra exilijt.

Iosue laus.

Populi Israel pugna.



remisisset, vincebat Amalech. Quo comperto, Aaron & Hur supposuerũt ei lapides, & vtraq; parte manus eius sustentabant. erãt eñ graues pro labore orandi, nec tamẽ remitit manus Moyses vsq; ad solis occasum. Tũ Hebræi Amalechitas fortiter vicerũt, interfecissentq; oĩes, nisi nocte interueniẽte, populus recessisset à cæde. Vicerunt itaq; abundantia potiti magnorũ bonorũ. nam fugientes hostes, magnã copiam argenti simul & auri reliquerũt in castris, abũdantiã ornamentorũ textiliũ pariter et armorũ. Post hęc oĩa colligentes, Iesum pconijs extollebãt. nemo eñ Hebræorũ mortuus est, hostium vero tanti, quãtos neq; numero cõpræhẽdere possibile est. Et ait dñs Moysi: Scribe hoc in libro. adhuc eñ delebo memoriã Amalech de sub cœlo, q cõtra Hebræos pugnãs, nequaq̃ in calamitatibus eis pepcerit. Aedificauitq; Moyses altare, vocauitq; illud, Exultatio mea. Audiẽs aũt Iethro socer Moysi, q̃ fecerat dñs circa Israel, egressus obuiam Moysi in deserto, tulit secũ Sephorã vxorem illius & duos filios, Gersan & Heliezer. Cũq; intrasset tabernaculũ eius, narrauit illi Moyses q̃ fecerat pro eis dñs, & itineris laborẽ. Tum Iethro: Benedictus dñs q eripuit populũ de terra Aegypti. nunc cognoui quia magnus est Deus Hebræorũ. Altera die sedit Moyses vt iudicaret populũ, qui assistebat ei à mane vsq; ad vesperã. Quod attẽdens Iethro, ait: Stulto labore cõsumeris. vltra vires tuas est negocium: sed audi verba mea, & erit dñs tecũ. Esto populo in his q̃ sunt ad Deũ, cæremoĩas, & viã morũ ac itineris ostẽdas eis. Ad causas vero elige viros prudẽtes, timentes Deũ, amantes veritatẽ, & detestantes auaritiã, & cõstitue ex eis tribunos, centuriones & qnquagenarios, decanosq;: hi iudicent populũ omni tẽpore. Quicqd autẽ maius fuerit, referuent tibi, & ipsi minora tantũmodo iudicent: leuiusq; tibi erit, partito in alios onere. Si hoc feceris, implebis imperiũ dñi, & præcepta eius poteris sustinere. Quibus auditis, Moyses fecit oĩa q̃ ei suggesserat ille, & electis viris strenuis de cuncto Israel, cõstituit eos principes populi, q iudicarent plebes dñi omni tẽpore, pcipiens illis ac dicẽs: Audite populũ, & q̃d iustũ est iudicate. ita paruum iudicate, vt magnũ, siue ciuis ille sit, siue peregrinus. nec accipietis cuiusquã psonam, qa Dei iudiciũ est. q si difficile vobis occurrerit, referte ad me, & ego audiã. Et sic acqeuit Moyses socero suo, nec erubuit vir Deo plenꝰ, cõsilium seq hois gentilis. Postea valedicẽs Iethro Moysi, reuersus est in terrã suã. Mense ergo tertio egressionis de Aegypto, hoc est, *primo kalen. Iunij, venerũt ad montẽ Sina, fixerũtq; tentoria eregione mõtis, 47. die. Et sequẽte die diluculo adscẽdit Moyses in montẽ ad dominũ, q dixit ei: Dices filijs Iacob: vidistis q̃ fecerim vobis. nunc adijciã vt etiam loqr vobis. Si custodieritis pactũ meũ, eritis mihi in populũ peculiarẽ. Quæ cũ Moyses retulisset ad populũ, dixerũt: Cuncta quæ locutus est dñs, faciemus. Cũq; redijsset Moyses ad dñm, ait ei dñs: Veniam ad te in caligine, vt audiat me populus vniuersus. vade & sanctifica eos hodie & cras, lauẽt se & vestimenta sua, vacent ab amplexibus, & sint parati in diẽ tertiũ. Cõstituesq; terminos p circuitũ mõtis: q̃s q transierit, ac montem tetigerit, morietr. manus nõ tangẽt eũ, sed lapidibꝰ opprimatr, aut iaculis cõfodiatr. iumentum fuerit siue homo, vltrà non viuet. Retulit omnia hæc Moyses ad populũ, aduenienteq; die tertio, ante solis ortum cœperũt audiri tonitrua, & micare fulgura, & nubes densa opuit montẽ, clangorq; buccinæ perstrepebat. Timuit autẽ populus, & Moysen perijsse putabat. tandẽ letꝰ apparuit, & serenus aer cum illo, & ait illis: Hodie non audietis Moysen, sed illum q pro nobis percussit Aegyptios, q iter per mare dedit siccũ, qui cibũ de cœlo pluit, potũq; de petra produxit. Et simul eduxit populum in occursum dñi ad radicẽ mõtis. Erat autem dies quinquagesimus ab egressu de Aegypto. *adunatisq; oĩbus extra terminos mõtis Sinai. Ipse autem & Aaron, iubente domino, vltra ter



Orõ Moysi p salute & victoria Hebræorũ.

Victoria hebræorũ.

Cõgratulatr Iethro Moysi.

Iudicũ electio.

Mons Sina

minos adscenderũt. Tunc locutus est eis dñs, ita vt nullũ vox effugeret: Ego sum dñs Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti & de domo seruitutis. non habebis deos alienos corã me. nõ facies tibi sculptile, nec omnẽ similitudinẽ quę est in cœlo aut in terra, nec eorũ quę sunt in aquis. nõ adorabis ea neq; coles. ego enĩ sum dñs Deus, fortis, zelotes, & facies misericordias in millia his q diligũt me, & faciũt præcepta mea. Nõ assumes nomen dñi Dei tui in vanũ. Memento q diẽ sabbati sanctifices. sex diebus facies opa tua. septimo die sabbatum dñi Dei tui est. non facies opus in eo tu & filius tuus & filia tua, seruus & ancilla, iumentũ tuũ, & aduena qui in terra tua est. Honora patrem tuũ & matrẽ tuam, vt lõgæuus sis super terrã. Nõ occides, Nõ mœchaberis, Nõ furtũ facies, Nõ loquaris cõtra proximũ tuũ falsum testimoniũ, Non cõcupisces rem pximi tui, nec desiderabis vxorẽ eius, non seruũ, nõ ancillã, nõ oĩa quæ illius sunt. Hęc cum dixisset, contremuit cunctus populus, steteruntq; procul, dicentes Moysi, principes tribuũ & maiores natu omẽs: Ecce ostendit nobis dñs Deus noster maiestatem suam. vocẽ eius audiuimus, probauimusq; hodie q loquẽte Deo, vix erit homo. si enim audierimus vltrà vocẽ dñi Dei nostri, moriemur. Tu magis accede, & audi quæcũq; dixerit tibi Deus, loquerisq; ad nos, & nos audiẽtes, faciemus ea. Quod cũ audisset dñs, ait ad Moysen: Recte locuti sunt. vade & dic eis, Reuertimini in tentoria vrã. Tu vero hic sta mecũ, & loquar tibi omnia mãdata mea, cæremonias & iudicia. Factũq; est ita, dixitq; dñs: Hęc dices filijs Israel, altare de terra facietis mihi, offeretisq; sup eo holocausta & pacifica vestra, in omni loco in q fuerit memoria noĩs mei, veniã & benedicã tibi. q si altare lapideũ facere vis, non ædificabis de lapidibus sectis, sicut gentes faciunt. Si enĩ leuaueris cultrum tuũ super eo, polluetur. Nõ adscendas per gradus ad altare meũ, ne reueletur turpitudo tua. Hæc & alia pcepta cæremoniasq; tradidit dñs Moysi, de quibus opportune suis locis videbimus. Venit ergo Moyses, & narrauit plebi oĩa iudicia domini, & respõderunt oẽs vna voce: Oĩa quæ locutus est dñs, faciemus. Scripsitq; Moyses vniuersos sermones dñi, & mane surgẽs, ædificauit altare domino, sicut pceperat ad radicẽ montis, & duodecim lapides, titulos scilicet duodecim tribuũ erigens. Misitq; Nadab & Abiu, q futuri erant sacerdotes, & immolauerũt domino pacifica 12 vitulos, qs obtulerunt xij. principes Israel. Tunc accepit Moyses mediã partẽ sanguinis, & misit in crateres, reliquum vero sanguinis fudit super altare, legitq; volumen fœderis vniuerso populo. Qui dixerũt: Oĩa quæ pcepit dominus, faciemus. Ipse vero sumptũ sanguinẽ respersit in populum, & ait: Hic est sanguis fœderis, qd pepigit dominus vobiscũ. & reliquit eos. Moysi qq; dixit dñs: Adscende tu & Aaron, Nadab & Abiu, & septuaginta senes eligetis ex Israel, adorabitisq; procul. Adscẽderunt itaq; secundũ præceptũ dñi vsq; ad terminos montis, & viderũt dñm, & sub pedibus eius quasi opus sapphirinũ. Tunc vocauit dñs Moysen, q assumpto Iosue, trãsiuit terminos, dicẽs senioribus vt expectarẽt ibi, & si quid quęstionis, inqt, natũ fuerit, referetis illud ad Aaron & Hur. Operuitq; nubes montẽ: iterũq; dimisso Iosue in quadam planitie montis, solus adscendit Moyses. Septimo vero die vocauit eum dominus. Qui ingressus nebulã, fuit cũ domino qdraginta diebus & totidem noctibus, neq; comedens, neq; bibens. Et ait dñs ad eum post longã instructionẽ: Sume primitias, id est, preciosa quęq; à populo Israel, & ab eo tantũ q vltro obtulerit aurũ & argentũ, hyacinthum & purpurã, coccũq; bis tinctũ, byssum, pilos quoq; caprarũ & pelles arietum rubricatas, & ligna sethim, q sunt imputribilia ac incremabilia: oleum quoq;, aromata, thymiamata boni odoris, & lapides onychinos, sardonyces & gemmas, & faciant mihi sanctuariũ, vt habitem in medio eorum. iuxta similitudinem tabernaculi qd ostendam tibi, facias illud. In primis arcam facias de lignis sethim: lõgitudo eius habebit duos *semis cubitos, id est, duas palmas & semissem, latitudo cubitum & semissem, altitudo similiter cubitũ & dimidium. deaurabis eam auro mũdissimo intus & foris, laminis aureis operiendo illã, faciesq; suprà coronam auream per circuitum, & quatuor circulos aureos, quos pones per quatuor arcæ angulos: duo circuli sint in latere vno, & duo in altero: faciesq; vectes de lignis sethim, qs operies auro, inducesq; circulis, vt portari possit arca, nec extrahi debent. Ponesq; in arcam testificationem quam dabo tibi. Facies & su



Aedificatũ altare Dei.

Mãdata cæremonialia & iudicialia.

Moyses & lxx. senes.

Arcæ & tabernaculi descriptio.


ſupra arcam propiciatoriũ aureum, hoc eſt, tabulam auream in longitudine & latitudine arcæ, vt eam tegat: quod & vocatur oraculũ. Ex vtraq; vero parte in angulis anterioribus pones duos cherubin aureos & productiles, vtrũq; latus propiciatorij tegentes: & cherubin ſe mutuo reſpiciant, duabusq́ alis expanſis & mutuo ſe tangentibus velabũt oraculũ. Ego loquar ad te & præcipiã ſupra propiciatoriũ de medio cherubin duorum, qui erũt ſupra arcam. Præcepit quoq; fieri tabernaculũ, hoc eſt, domum quadratã & oblongam, tribus clauſam parietibus, aquilonari, meridiano, & occidentali, ita ꝙ liber pateat introitus ab oriente. longitudo eius erit xxx. cubitorũ, latitudo decẽ, & altitudo decẽ. In latere meridiano erũt tabulæ de lignis ſethim ſtantes viginti, ſpiſſitudine digitorũ quatuor, in latitudine cubitũ & dimidium habẽtes, denos vero cubitos in lõgitudine ſingulę tabulæ habebunt. ſurſum erigentur. fient & in eis incaſtraturæ, & iungẽtur ſibi mutuo, ne rimula ſit ibi aut planities parietis inæqualis. & erunt inauratæ ex vtraq; parte, ſuppoſitæ vero ſingulæ tabulæ duabus baſibus argenteis perforatis, in quarũ foraminibus quaſi incaſtraturis, immittantur tabulæ cardinibus aureis in baſibus. erunt eñ baſes ſuperius q̃dratæ, habentes ſuprà foramen, inferius acutæ & longæ, vt figãtur in terram. Eodẽ ſchemate præcepit fieri parietẽ in parte aquilonari. ad occidentalem vero plagam tabernaculi, præcepit fieri ſex tabulas per oĩa ſimiles alijs, ſtãtes in baſibus, & implebũt nouẽ cubitos, & ſic dimidius cubitus ex vtraq; parte vacuus patebit. & ideo fient adhuc duæ tabulæ ſemicubitales, & quatuor digitoꝝ in lateribus, q̃ vtrinq; appoſitæ ad parietem occidẽtis, alijs duabus cõpaginantur, quę etiam ſingulæ duabus baſibus innitent. Ne vero vẽtorum impulſu vel qualibet alia cauſa parietes cõcutiãtur, ſingulæ tabulæ habeant annulos aureos quinque per ordinem, & fiant vectes quinq; cubitorum de lignis ſethim, *inauratæ etiam, quinque in latere aquilonari, & quinque in latere auſtrali, & quinque in occidentali. Non autem erunt quinque ordines vectium, ſed tres, puta vnus & continuus vectis à principio parietis vſque ad finem tranſmittitur per annulos in medio tabularum oĩum, deinde per annulos qui erunt verſus partem ſuperiorem tabularum, trãſibunt duo vectes: vnus cõpræhendens decem tabulas, & alter ſimiliter decem, & inferius ſimili modo duo vectes, ita ꝙ caput vnius tranſibit in caput alterius, in medio facientes vnum vectem contiguum. Vectes vero qui erunt in parte occidentali, erunt breuiores, quia paries ille habebit tãtum decem cubitos & quatuor digitos. Erunt autem annuli & vectes in anteriori parte tabernaculi: & vnius parietis vectes, coniungentur vectibus alterius in angulo communi. Tectum autem tabernaculi non concameratum & recuruum, ſed planum fiet, quatuor operimentis aptatum. Operimentum primum erit de cortinis decem factum ex quatuor coloribus opere plumario, puta ex byſſo retorta & hyacintho ac purpura, coccoq́ bis tincto. Longitudo vnius cortinæ habebit vigintiocto cubitos, latitudo quatuor cubitoꝝ erit. Cortinæ quinq; ſibi mutuo iungẽtur, & aliæ quinq; ſimiliter quaſi duę cortinę ſint: & hoc fiet per anſulas hyacinthinas in lateribus cortinarum diſpoſitas ſuperius & inferius, vt poſſint inuicem copulari, affixis annulis quoq; aureis. Hoc modo fiet quaſi vna cortina quadraginta cubitorum lõgitudinis. & latitudinis vigintiocto cubitorum. his cortinis tegatur tabernaculum totum ſecundum longitudinẽ. Tectum habebit triginta cubitos, & decem cubiti pendeant tegantq́; parietem occiden

Tabernaculum.

Tabulæ.

Tectum.


Operimentum I.





dentalem: per transuersum vero latitudo cortinæ, quæ est 38. cubitorum, teget tabernaculum secundũ, latũ decem cubitorum, & pẽdeant à latere aqlonari 8. cubitorum, & à meridie totidẽ: & sic cortinę descẽdentes à lateribus, vno cubito distabunt ab omni parte: introitus aũt ab oriente cortinam nõ habeat, sed velũ tantũ.
II. Operimentũ vero secundũ fiet ex sagis cilicinis vndecim. longitudo vnius sagi habebit 30. cubitos, latitudo vero quatuor. ex quibus quinq; iunges seorsum, & sex reliquas sibi mutuo copulabis. faciesq́; 50. ansas in ora sagi cuiusq;, vt cum altero copuletur. similiter facies 50. fibulas æneas, qbus iungantur ansæ. sic vnũ ex omibus operimentũ fiet, & sic in longum ꝑ trãsuersum tegatur tectoriũ primum, & cum sit 30. cubitorum, per latera descẽdet vsq; ad terrã, ita vt cubitum cortinis non velatum velet. sed quia saga coniũcta, puta vndecim, faciũt cubitos 44. tabernaculũ longũ triginta tegent. verũ & reliqui 14. cubiti, septem descendẽt ad occidentem, & septem ad oriẽtem: decem partẽ occidentalem, q̃tuor vero quæ superant, duo in parte orientali replicata erũt, & duo in parte occidentali.
III. Tertiũ operimentum facies de pellibus arietum rubricatis in longum & latum, vt cooperiãt & cortinas ac saga: & ista duo de sagis & pellibus, descẽdant ad terram, à meridie, aq
IIII. lone & occidente, affiganturq́; terræ cum funibus & paxillis. Quartum quoq; operimentum in eundem modum erit superpositum pellibus arietum hyacinthinis, & hæc duo vltima defendãt ab æstu & imbribus. Color autem hyacinthinus similis cœlo videbatur, ita vt adspiciẽtes à longe, stupor inuaderet. Iussit autem dominus tabernaculum in duas distingi partes: in Sancta Sanctorum à parte occidentali, decem cubitorum erit in longum, latum & altum: & in Sancta, eritq́; anterior pars ad orientem, viginti cubitorum in longum, eritq́; communis sacerdotibus. Ad separationem vero ponentur quatuor columnæ de lignis sethim, deauratæ, capita habentes aurea & bases argenteas: super capita vero columnarum ponantur duo vectes decem cubitorum, à pariete in parietem protensi, in quibus per circulos aureos immittatur velum, quod pendeat ante quatuor columnas extensum, quadrum in omni parte, scilicet decem cubitorum, vt ex omni parte prohibeat adspectum interiorũ. Fiat autẽ velum hoc ex bysso retorta, & de hyacintho ac purpura & cocco bis tincto, id est, de filis sericis hyacinthini, purpurei, & coccinei coloris, ope plumario eo, quod acu pingitur. cõpositum, & ex vniuersis floribus quos gignit humus, ac picturis (præterq̃ animaliũ formis) decoratũ: & intrà pones arcam testimonij: pones & propiciatoriũ sup arcam testimonij in Sancta Sanctorum. Faciesq́; in introitu tabernaculi versus oriẽtem tentoriũ, puta quinq; columnas e lignis sethim, deauratas, habentes bases æneas & capita aurea, sup quas duo vectes decem cubitorum in longum, de pariete in parietẽ inseras ad modũ trabis, vnde suspẽdas aliud velum per circulos aureos insertũ, instar prioris operatũ.
Mensa. Facies quoq; mensam de lignis sethim, habentẽ 2. cubitos longitudinis, & in latitudine cubitũ, in altitudine cubitum & semissem. inaurabis ex omni parte auro purissimo quatuor eius pedes, in quolibet pede aureus annulus, & in annulis vectes aurati fiant quibus portetur.
Labium. Aurea corona. Fiatq́; labiũ in mensa ꝑ circuitũ, & labio affigat aurea corona, alta digitis quatuor. itaq́; medietas eius sup mensam emineat, ne supposita cadãt ex ea: altera medietas inferius pendeat ad decorẽ. & sit corona interrasilis, id est, cælata reticulis, huic supponatur alia corona minor, aureola scilicet. mẽsam hanc

po



pones ante velũ Sancta Sanctorũ ad aquilonem: ibi ponentur panes propositionis. Præcepit quoq; dñs fieri candelabrũ ex auro purissimo ductili, cuius hastile basi infixũ erat & ferreum, superuestitũ calamis aureis quinq; geniculorũ ad modũ cannæ, vbi autẽ calamorũ capita inter se iungebantur, tumebant capita, & inuicẽ ad modum scyphi iungebantur, tanquam duo scyphi ad modum nucis. ex fundo cuiusq; scyphi procedebãt flores recurui q̃si lilia, & in ipso fundo inter scyphum & lilia erat sphærula volubilis, sicut in capitib[9] cathedrarũ: & ita cũ in hastili essent quinq; calami in hunc modum copulati, quatuor erant ibi iuncturæ, quarum quęq; habebat quasi scyphos duos sibi iunctos, & sphęrulas simul & lilia. Ex hoc hastili procedebant tria brachia ex laterib[9] hinc, & tria inde ferrea, quorũ vnumquodq; superuestitũ erat calamis aureis ad modum hastilis, & in iuncturis coibãt capita calamorum quasi scyphi in modum nucis cum sphærulis & lilijs. Erat autẽ, vt dicit Ioseph[9], ex lxx. partib[9] compositum, in vna basi erectum, sicut in hastili & brachijs erant calami xxix. non integri, sed ex duabus partibus. In medio vbi partes iungebantur, erat sphęrula superposita, ne iunctura videretur, & vt putaretur calamus vnus: & ita calami vigintinouem cum totidem sphærulis, faciunt quinquagintaocto. erant & quinq; partes in basi, & septem lampadum sedes. habebat autem in summo septem capita æqualia, super quæ ponebantur septem lucernæ aureæ. infusoria etiam septem ex auro erãt, quibus oleum lucernis infundebatur. erantq; ibi forcipes, id est, emunctoria, ex auro. erant etiam vascula ex auro, ad extinguendum in aqua quæ emungebantur. Omne pondus eius cum vasis suis, habuit talentum auri ad pondus sanctuarij. tria enim habebat talenta, minus quinquaginta libris. Hoc candelabrum erat ad austrum contra mensam, oblique tamen, extra*aditũ.

Candelabrum.

Præcepit etiam dominus præparari ex auro purissimo quatuor genera vasorum, scilicet acetabula, phialas, thuribula, cyathos. in acetabulis vinum offerendum prægustabatur. sed vt vinum etiam colore cognosceretur, erãt phialæ vitreę. scyphi vero minores & angustiores, erant aurei, e quibus fundebatur vinum super altare pro hostiæ libamento. in thuribulis, quæ etiam mortariola vocabantur, thus prænoscebatur & offerebatur: simul & in acetabulis acetum, quod tamen quibusdam non placet. Præcepit quoq; domin[9] fieri altare holocaustorum de lignis sethim, quod habebat quinq; cubitos in longitudine, & totidem in latum, & tres in altum. Erat autem concauũ, & habebat superficiem terræ in profundo. parietes eius de ligno sethim, operti æreis laminis intus & exterius. habebat quatuor cornua, in quibus quatuor catenulæ annulis inserebantur: à quibus dependens craticula ærea in modum retis vsq; ad medium altaris intus descendebat, super quam cremanda ponebantur. Circa angulos vero inferiores, quatuor erant annuli ærei, in quibus vectes imponebãtur de lignis sethim & operti ære. Craticula quoque ænea, per cuius quatuor angulos, quatuor erant annuli ænei.*ponatur super arulam altaris, eritq; super medium ipsius. Præcepit autem dominus hoc altare poni ante tabernaculum sub dio, nõ directe ante introitum, sed aliquanto ad meridiem vergens, ita vt ante ipsum immolantes, stantes ad aquilonem, in ipsum tabernaculum vsq; ad sancta sanctorum inspicere possent. Fecit & fieri atrium circa tabernaculum, in latere meridiano, cẽtum cubitorum: in aquilonari, centũ: in occidentali, quinquaginta: in orientali vero totidem erant: in medio cuius mansit ta-


Vasa q̃rum in sacrificijs vsus erat.

Altare holocaustorum.

Atrium.



Altaris suprà & hic descripti forma.



Altare incensi.

Atrij superi' descripti forma.

tabernaculum. Erant autem in latere australi viginti columnæ, altæ quinq; cubitis, vestitæ laminis argêteis, capita habentes argêtea celata cum basibus æneis, spatio quinq; cubitorum inter se distantes: sup quas annuli singulis inerant, pertingebantq; funes ab annulis vsq; ad capita paxillorum, q erant cubiti vnius magnitudine, & p singulas columnas in terram valide fixæ, vt atrium immobile custodirêt. cortina vero de bysso mollissima, cêtum cubitorum in longum, & quinq; in latum, per columnas dependebat, de capite vsq; ad basin diffusa, vt nihil à pariete differre putaretur, nisi forte pro aeris intêperie quandoq; retro funibus & paxillis traheret, vt sub ea tanquam sub tecto reciperetur populus. In eundê modum latus aquilonare dispôebatur: ab occidente vero decê columnæ, & cortina cubitorũ quinquaginta atrium cingebat: in egressu vero ab oriête tres columnæ hinc, & inde tres stabant, & cortinæ iuxta has difiusæ, nihil à prioribus differentes. In medio vero latere eius, quatuor erant columnæ in modum portarũ, quibus appensum erat velum, de quatuor preciosis coloribus côtextum opere plumario, quod facile attolli & deponi poterat. Pręcepit quoq; dominus fieri altare incensi de lignis sethim, habens cubitum longitudinis, & alterum latitudinis, & duos cubitos in altitudine. Vestitũ id erat auro purissimo, cornua habens & craticulam auream & catenas & annulos & vectes ferreos instar prioris: habebatq; coronã auream auream per gyrũ, & duos annulos aureos sub corona per singula latera, vt mittãtur in eos vectes, & altare portetur. vectesq; erant de lignis sethim inaurati. positumq; erat altare contra velum, quod ante arcã pendebat testimonij coram propiciatorio, & sic nõ erat in sancta sanctorum, sed velum erat mediũ inter altare & arcam, quæ erat intra sancta sanctorum: hoc altare dicebatur etiam altare thymiamatis. hoc est qđ dixit dominus, Et adolebit incẽsum super eo Aaron suaue fragrans: mane quãdo componit lucernas, incendit illud: & quando collocat eas ad vesperã, vret thymiama sempiternũ dño. Alia præterea oblatio, s. de aridis & victimis, de viuẽtibus, & libamenta, id est, liquida, non offerẽtur in





in illo, veruntamē semel in anno die propiciatiōis, deprecabatur Aaron super cornua eius in sanguine. Locutusq́ʒ est dominus ad Moysen: Sume tibi aromata, stacten, gūmi scilicet de myrrha fluēs, galbanū, id est, succū ferulæ, onycham, id est, ostreolam suaue olentem, & thus lucidissimum: æqualis ponderis erunt oīa: in tenuissimū puluerē cōminues ea, & thymiama inde conficies. prohibuitq́ʒ sub pœna mortis, ne talis cōpositio fieret in vsus hominū. Addidit quoq; & pręcepit fieri vngentum sanctū de quatuor aromatibus myrrhæ, cinnamomi, calami & casiæ, reductis in puluerē cum oleo oliuarum, determinatis pōderibus, balsamo addito. Præcepit etiā offerri à filijs Israel oleum oliuarum purissimum, piloq́ʒ cōtusum, vt semper arderent ex eo lucernæ in tabernaculo testimonij, quas accendebat Aaron & filij eius vespere, & vsq; mane lucebant super cādelabrum septem lucernæ coram domino, in die vero tres tantū. Locutusq́ʒ est iterū dominus ad Moysen: Facies & labium æneū cum basi sua, vas scilicet lauatoriū, quod ponatur intra tabernaculum & altare holocaustorum, in quo missa aqua lauabant sacerdotes manꝰ suas & pedes, vestes sanctas accepturi, vt sacrificarent, & ingressuri tabernaculum ac egressuri. Hoc autem fiebat de speculis mulierū.

Thymiama

Vngentum

Oleum.

Labiū ęneū

¶ Iterū locutus est dominus ad Moysen: Applica Aaron fratrem tuum cum filijs suis de medio filiorum Israel, vt sacerdotio fungatur mihi. faciesq́ʒ vestem sanctam, in quā sanctificatus mihi ministret. Erant autem vestes sacerdotum, huiusmodi: Prima vestis, feminalia de bysso retorta contexta, quibus pudenda corporis cōtegi solent. Secunda, subucula descendens vsq; ad talos, & decēter corpori coaptata, manicis brachia constringens ex sindone byssina. Tertio cingebat̃ sacerdos baltheo quasi digitis quatuor reticulato, cōtexto floribus varij coloris: stamen vero, tantum byssinum erat. sumens initium cingendi à pectore, circunductis lateribus, iterumq́ʒ ante vmbilicum redibat, & ibi modice stringebatur. vsque ad tibias pendens ad decorem, dum sacerdos nil operabatur: cū autem sacrificabat, ne impediret̃. pendentē sup læuū humerū reflectebat.

De vestibus sacerdotū.

Quæ

Quarto simplicem tiaram gestabat in capite in modū cassidis modicæ,medietatē ver
ticis excedens,habens desuper aliud velamen byssinū,vsq; ad inferiora barbæ descē-
dens,celans pilei ligaturas & totam capitis superficiem,aptatū́q; ne laborante sacer-
dote rueret.Super his proprijs vestib⁹ quatuor induebatur princeps sacerdotū,qua-
Poderis. rum prima tunica hyacinthina,poderis dicta:erat́q; duabus incisionibus facta, con-
suta super humeros & per latera,in modum Dalmaticę vestis facta,manicas eiusdem
coloris habens assutas,capitium habens non ex transuerso super scapulas,sed in lon-
gam sectiōem habebat à pectore vsq; ad medias scapulas:cui aperturæ,ne ante & re-
tro turpiter appareret,assuta erat vitta,quæ super scapulas hinc inde nasculis adstrin
gebatur.Habebat aūt pro fimbrijs 72.tintinnabula aurea,quibus erāt immixti totidē
nasculi,q̄si mala punica ex hyacintho & purpura ac cocco bis tincto, ita vt post tin-
tinnabulū esset malum granatum,quasi interscalari modo posita,vt audiretur sonus
cum sacerdos solus ingrederetur vel egrederetur sanctuariū,vt nō moreretur. Secun
Ephod. da vestis erat ephod,similis superhumerali Græcoꝝ, de prædictis quatuor coloribus
auróq; contexta,sine manicis,ad modum collobij, descēdens vsq; ad renes,adeo vt su
percingi posset,superiorem partem tunicæ hyacinthinæ tegēs, inferiorem relinquēs
intactā.Oræ vero lateꝝ annulis aureis iungebantur,aperturam aūt habens in pecto-
re quadrā ad magnitudinem palmi,in quo logion inserebatur,in cuius parte superi-
ori super vtrūq; humeꝝ infibulati erant auro duo lapides onychini sardonyces,in q̄-
bus erant sculpta nomina duodecim filiorum Israel prouincialibus literis iuxta ordi
nem natiuitatis eoꝝ:sex nomina seniorum in latere dextro,& sex iunioꝝ in latere si-
nistro.Habebat autem capitiū ex transuerso super humeros,fortibus loris contextū.
Rationale. Tertiū ornamentū,rationale dicebatur,quadrangulū & duplex,ne pondere gemma
rum rumperetur,mensurā palmi habens,s.aperturā superhumeralis implere sufficiēs,
ex prædictis quatuor coloribus cōtextum & auro, eodē schemate q̄ & suphumerale.
erant́q; in eo 12.lapides auro firmiter inclusi per quatuor ordines,trini in singulis. In
primo ordine sardius,topazius,smaragdus: in secūdo carbūculus,sapphir⁹,iaspis: in
tertio ligurius,achates,amethystus:in q̄rto chrysolithus,onychinus & beryllus,in q̄
bus erāt scripta 12.noīa filioꝝ Israel iuxta ordinē natiuitatis suæ. Et hæc duo noīa,Iu
diciū & Veritas,erāt in eo scripta.Erāt etiā in 4.summitatib⁹ Ratiōalis,4.annuli au-
rei,q̊ꝝ duobus supremis insertæ erāt duæ catenæ aureæ,sibi inuicē cohærentes obliq̄-
tæ:duobus vero annulis inferioribus assutæ erāt duæ vittæ hyacinthinæ, q̄ circa latera
ductæ,2.annulis aureis inter scapulas inserebant̄,q sub vtroq; sardonyce in ephod fi-
Tiara. xi stabāt,vt vtraq; ligatura ephod & logiō sibi inuicē firmiter cohærerēt.Vltimū erat
capitis ornamentū,q̊d tiara vel mitra dici potest,cydaris vel infula.erat em̄ ad modū
tiaræ cōmunis facta,sup quā cōsuta erat alia,tota hyacinthina,q̄ circūdabat̄ aureo cir
culo,3.ordinib⁹ facto:sup quā ab occipite stabāt flores aurei,à tēpoꝝ vna parte ad al
terā:à frōte vero supra stabat flos aureus similis herbæ,q̄ hyoscyamos vocat̄.In supio
re vero planitie tiaræ ex oīni parte in circuitu vsq; ad summitatē eius,q̄ in acutissimū
desinebat cacumē,particulatim p loca erāt mala granata auro cū spinosis extremita-
tibus suis fabrefacto:sup frontē vero pendebat lamina aurea,quā petalū dicūt, ad mo
dum lunæ dimidiæ facta, quæ *armationē sursum habēs in medio annulum aureū,vn
cino aureo inserebat̄,q tiaræ insert⁹ erat,in q̄ sculptū erat,aioth adonai, sanctū nomē
dn̄i,s.tetragrāmatō.ne vero cū moueret̄ pōtifex,moueret̄ & lamina sancta,sursū liga-
De donis. bat̄ vitta hyacinthina pspicua,celāte vncinū & annulū,q̄ circunducta capiti,& ligata
in occipitio, depēdētes summitates sup humeꝝ vtrūq; defendebat. Iteꝝ dixit dn̄s
ad Moysen:Quādo tuleris summā filioꝝ Israel,iuxta numeꝝ dabūt singuli preciū p
aīa sua,& nō erit in eis plaga.dimidiū sicli dabit qsq; à xx.anno & supra. ab eo enī tē-
pore ad nomē familię trāsibat.diues nō addet,et paup nō minuet:hoc ideo,ne diuites
sanctiores se paupibus reputarēt.ita etiā nūerus viroꝝ habebat̄.susceptā́q; pecuniā q̄
collata est à filijs Israel,tradet(inq̄t dn̄s)in vsus tabernaculi,vt sit monumentū eius co
ram,& ppicietur noībus eoꝝ. Locutuśq; est dominus ad Moysen: Ecce vocaui ex
nomine Beseleel filiū Huri,filij Hur, de tribu Iuda,& impleui eum spiritu sapiētiæ &
intelligētia & sciētia in oīni ope ad cogitādum qcquid fabrefieri potest, dedíq; ei so
ciū Ooliab filiū Achisamech de tribu Dan,& in corde hoīs eruditi posui sapientiā.vt
faciant cuncta quæ pręcepi tibi.Completiśq; sermonibus his, dedit Moysi duas tabu
las testimonij lapideas,scriptas digito Dei. Vidēs aūt populus q morā faceret Moy
Idololatria populi Hebræi. ses.dixerūt ad Aaron:Fac nobis deos qui p̄cedant nos.ignoramus enim quid accide
rit Moysi.Quibus restitit Aaron & Hur,sed indignat⁹ populus spuit in faciē Hur.vn
de timens Aaron, ait: Tollite inaures vxoꝝ & liberorum,& afferte ad me.Quas cum
acce-

accepiſſet,proiecit in ignẽ,& egreſſus ẽ vitulus. Et dixit populus:Hi ſunt dij tui Iſrael,qui eduxerũt te de terra Aegypti. Aegyptij eñ bouẽ adorabãt,fecitq́ Aaron altare corã eo,& in craſtinũ indixit ſolennitatẽ. Mane ſurgẽtes,obtulerunt hoſtias,& inceperunt ludere. Tunc ait dñs ad Moyſen:Deſcẽde,quia peccauit populus tuus,dimitte me vt deleã eos,faciamq́ te in gentẽ magnã. Cui Moyſes:Quæſo dñe,quieſcat ira tua,ne dicant Aegyptij:Callide eduxit eos Deus ſuus vt interficeret, impotẽs eis dare terrã quã promiſerat,dicẽs:Terrã hãc dabo ſemini tuo. Placatoq́ Deo,deſcendit Moyſes,ferẽs tabulas ex vtraq; parte digito Dei ſcriptas. Cui occurrit Ioſue,qui expectabat eũ ad montẽ,& ait:Vlulatus eſt in caſtris pugnæ. Ad hũc Moyſes:Immo vox cantantiũ. Ioſue eñ ignorabat factũ. Et appropinquans Moyſes,vidit vitulũ & choros,obſtupuit,iratusq́; proiecit tabulas,& cõfractæ ſunt,moxq́ vitulũ cõbuſſit, & redegit in puluerẽ,ſparſitq́ in aquã,ac dedit potũ filijs Iſrael. Remanſit aũt color auri circa ora nocentium,ita vt diſcerni poſſent ab innocẽtibus. Dixitq́; ad Aaron: Quid tibi fecit hic populus,vt induceres ſup eũ peccatũ maximũ? Cui ille:Ne indigneris dñs meus,tu eñ noſti ꝙ populus ille pronus eſt in malũ. Timui eñ eũ,& proieci aurũ oblatũ mihi in ignẽ, & egreſſus eſt hic vitulus. Vidẽs aũt Moyſes ꝙ nudatus eẽt populus ornamẽtis, ſtans in porta caſtroꝝ,aduocãs Leuitas,i.filios Leui,qui nõ erãt culpabiles in fabricatiõe vituli:Qui dñi eſt,inquit Moyſes,iungaẽ mihi. Ponat vir gladiũ ſup femur ſuũ,& trãſite per mediũ caſtroꝝ, & occidat quiſq; amicum ſuũ & fratrẽ. Et ceciderũt ea die vigintitria millia,& ait Moyſes:Cõſecraſtis manus veſtras hodie dño. Altera die locutus eſt Moyſes ad populũ:Peccaſtis peccatũ maximũ. adſcendã ad dñm,ſi quiuero eũ deprecari pro vobis. Et cũ adſcẽdiſſet,orabat: Obſecro mi dñe,aut dimitte eis hanc noxam,aut dele me de libro tuo quẽ ſcripſiſti. Cui dñs:Qui peccauerit,delebo eũ. tu aũt vade,& duc populũ iſtũ quo locutus ſum tibi. angelus eñ meus ꝑcedet te:ego aũt in die vltionis viſitabo & hoc peccatũ eoꝝ. Audiẽs hæc populus,luxit:& nullus indutus eſt veſte culta,depoſuit aũt ornatũ ſuũ. Tũc Moyſes amouit tabernaculũ de radice mõtis iuſſu dñi,& tetẽdit illud ex altera parte caſtroꝝ lõge. Egrediebaturq́ Moyſes ad illud,& plebs ſtabat in foribus tabernaculoꝝ,ac adorabat procul,deſcẽdebatq́ colũna nubis,& loquebaẽ dñs cũ Moyſe, cernẽtibus cunctis. Id aũt facie ad faciẽ,ſicut ſolet loqui homo ad amicũ ſuũ. orauitq́ iteꝝ Moyſes ad dñm:Reſpice populũ tuũ. ſi eñ vis vt educã,indica mihi quẽ miſſurus es mecũ. Cui dñs:Et verbũ q̃d locutus es faciã,& teipſum noui. inueniſti gratiam corã me. Qui ait:Si tu nõ ꝑcedes,in q̃ ſcire poterimus ego & populus tuus,inueniſſe nos gratiã in cõſpectu tuo? Et dixit dñs:Et verbũ iſtud faciam. Qui ait:Oſtẽde mihi gloriã tuã. Reſpõdit dñs:Ego oſtendã tibi omne bonũ,& vocabo in noĩe dñi coram te,miſerebor cui voluero,& clemẽs ero in quẽ mihi placuerit. Rurſum ait:Nõ poteris videre faciẽ meã. nõ eñ videbit me homo,& viuet. Et iterũ:Ecce locus,ſtabis ſupra petrã,cumq́ trãſibit gloria mea,ponã te in foramine petræ,& protegã dextera mea donec tranſeã:tollãq́ manũ meã,& videbis poſteriora mea,perfecte aũt videre nõ poteris. Subiunxitq́ dñs:Præcide tibi duas tabulas inſtar priorũ,& ſcribam ſuper eas verba q̃ habuerũt tabulæ quas fregiſti. eſto paratus mane vt adſcẽdas, nullus adſcendat tecũ. Excidit ergo duas tabulas inſtar priorũ lapideas, & de nocte adſcẽdit in montẽ Sina. cũq́ deſcẽdiſſet dñs per nubẽ,ſtetit Moyſes cũ eo inuocãs. quo tranſeunte corã eo,ait:Dominator dñe,Deus miſericors & clemẽs,patiẽs & multæ miſerationis ac verax,qui cuſtodis miſericordiã in millia. Et Moyſes,eunte dño corã eo in turbine,pronus in terrã adorans,ait:Obſecro vt gradiaris nobiſcũ,auferasq́ iniquitates noſtras. Cui dñs,commemoratis quibuſdã de tribus ſolennitatibus anni,& de oblatione primitiarũ & primogenitorũ,& ne cum gentibus terræ repromiſſæ inirẽt pactum aliquod,aut iungerẽt coniugia:Obſerua,inquit,cuncta quæ hodie mandaui tibi. ego ipſe eijciam ante faciẽ tuam Amorræum,Chananæũ,Ethæum,Pherezæum,Euæum,& Iebuſæum. Scribe omnia hæc,in quibus tecum & cum Iſrael pepigi fœdus. Fuitq́ Moyſes nunc ſecundo cum domino quadraginta diebus & quadraginta noctibus. panem non comedit,& aquam non bibit. Cumq́ deſcendiſſet de monte,duas tabulas lapideas teſtimonij indices geſtans,appropinquabat populo,faciem ſuam ignorans eſſe cornutã. radij enim miri ſplendoris ferebantur à facie eius, qui reuerberabant oculos intuentium eum,ita vt non poſſent inſpicere filij Iſrael in faciem eius. quamobrem ad illum propius accedere non audebant,donec eos Moyſes compellaret. Itaq; vocati filij Aaron & ſynagogæ principes primum veniebant. Tum intelligẽs Moyſes ſe cornutũ videri hoc ſplẽdore,poſuit velamen ſuper faciẽ, & ſic prouidentiam quam circa eos Deus haberet,expoſuit ſimul & ordinẽ, ſecũdũ

Quo pacto fuerint tabulæ fractæ.

Cædes populi hebræi.

De tabulis.

quem viuentes essent habituri felicitatem,& quomodo Deus tabernaculũ fieri iussisset,in quo descendens de cœlo,ad eos veniret,& ꝙ nequaquam vlterius ad montem Sina,necesse esset adscendere,quando ad eos descensurus esset Deus,& eorum adesse vellet orationibus. Et cum hæc dixisset, protulit duas tabulas habentes digito Dei pcepta decem scripta. His auditis,gaudentes mox deferebant iuxta mandatũ Moysi aurum & argentũ,& hyacinthum & purpuram,coccumq́ bis tinctum ac byssum, pilosq́ caprarũ, pelles arietum rubricatas,ligna sethim, & oleum ad conficiendum vngentum pro luminaribus,& thymiama suauissimum,lapides onychinos & gemmas ad ornatum superhumeralis & rationalis,simulq́ ad faciendum tabernaculum, arcam auream,mensam,altaria,candelabrum,vasaq́ cætera,vestimenta Aaron pontifici futuro ac filijs eiusdem,vt sacerdotio fungerentur. Egressaq́ omnis multitudo, obtulit mente promptissima quidquid preciosius habuit:& cũ tanta copia, ꝙ artifices voce præconis clamabant,ne quisquam vltra offerret. Vocauitq́ Moyses Beseleel & Ooliab artifices,à Deo designatos,mandatq́ omnia fieri iuxta præceptũ domini. qui cuncta fecerunt imperata,tabernaculũ scilicet & quæ in eo reponenda erant, arcam,mensam,altaria,candelabrum,vasa atq́ vestes in suo ordine. Expensumq́ est in opere sanctuarij totius aurum nouem & viginti talentorum, septingentorum triginta siclorum ad pondus sanctuarij. Fuerunt præterea centum talenta argenti,ex quibus conflatæ sunt centũ bases sanctuarij. De mille aũt septingentis & septuaginta quinq́,facta sunt capita columnarũ,quæ etiam vestitæ erant argento. æris quoq́ oblata sunt talẽta septuaginta millia,cccc. sicli,nec obtulerunt minores viginti annis.

Expensum est in sanctuarij opere aurum.

Tabernaculi erectio.

Igitur mense primo,prima die mensis,anno secundo ab exitu Israel de Aegypto, perfectis vniuersis,erexit Moyses iussu domini tabernaculũ:posuit bases & tabulas, vectesq́:statuit columnas,& expandit tectum super tabernaculũ,imposito desuper operimento,sicut dominus imperauerat. posuit & tabulas testimonij in arca, subditis infrà vectibus,& oraculũ desuper statuit. Cumq́ intulisset arcam in tabernaculũ, appendit ante eam velum. posuit & mensam auream in tabernaculo ad plagam septentrionalem extra velum,impositis coram panibus propositionis,sicut præceperat dominus. Posuit & candelabrum in tabernaculo e regione mensæ in parte australi,locatis per ordinem lucernis. Posuit & altare aureum incensi,sub tecto testimonij contra velum,& adoleuit super eo incensum aromatum. Posuit & tentorium in introitu tabernaculi,& altare holocausti in vestibulo testimonij, offerens in eo holocaustũ & sacrificia. Labrũ quoq́ statuit inter tabernaculũ testimonij & altare,implẽs illud aqua,laueruntq́ in eo Moyses & Aaron ac filij eius manus & pedes,cum ingrederentur tectum fœderis. Erexit & atrium per gyrum tabernaculi & altaris,ducto in introitu eius tentorio. Postquam omnia perfecta sunt,operuit nubes tabernaculũ, & gloria domini impleuit illud,nec poterat Moyses ingredi tectum fœderis,nube operiente omnia,& hoc propter reuerentiam diuinæ præsentiæ,& maiestate domini coruscante. Accepit autem præcepta Moyses,vt donec maneret nubes desuper, manerent & ipsi in eodem loco:si vero tabernaculum deserebat,proficisci deberẽt: & sic ad nebulæ eleuationem deinceps mouerunt castra,& ad depositionem deposuerunt:& dum stabat super tabernaculum,& ipsi stabant. Nubes autem domini incubabat per diem tabernaculo ad refrigerandum,& ignis in nocte ad lucendum,vidẽtibus cunctis per mansiones suas. Locutus est autem dominus ad Moysen de tabernaculo testimonij,tradens cæremonias ei atq́ ritum colendi,de quo mox dicemus.

Ordo præceptorum diuinorũ.

Quia omnia præcepta legis diuinæ ordinantur ad dilectionem Dei & proximi,finis enim præcepti est charitas,consequenter ponuntur præcepta in speciali ordinantia ad Deũ per actus exteriores,& sunt quædã protestationes interioris cultus. Considerantur aũt in hoc tria,cultus ipse,colentes,& instrumenta colendi. Cultus cõsistit in sacrificijs,q̃ in Dei reuerentiã offerũtur,de quibus dicet̃ postea. Ex parte colentiũ duo cõsiderari possunt. nam quædã pertinẽt ad totũ populũ,quædã in speciali ad ministros. Primo dicemus de his q̃ respiciunt populũ,volentes per ordinẽ compẽdiose de singulis aliquid ponere. Cum eñi totus iste populus quandã dignitatis prærogatiuã obtineret propter reuerentiã Christi,qui ex illo populo sola cũ gratuita electione nasci voluit,congruũ erat,vt separaret̃ obligareturq́ specialiter ad aliqua. ad quæ alij obligati nõ essent. Hoc est q̃d voluit Moyses,cũ dixit: Te eñi (denotãdo Israel) elegit dñs Deus tuus,vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis qui sunt super terrã. quia dilexit te. & custodiuit iuramentũ quod iurauit patribus vestris. Cõstituit ergo eis multas cæremonias. Primo,ꝙ cultu vnius Dei exercerent: Secũdo,vt ab idololatria reuocarentur: ideo fuerunt etiam eis imposita sacrificia alia,ac obseruantiæ

contra-

cōtrariæ à sacrificijs idolorum. Tertio, in figurā, erant em̄ sacrificia huius, figura nouæ legis, scilicet Christi in ara crucis immolati. Primū itaq; pceptū erat circuncisio, sine qua nullus admittebat ad legalia, de qua pceptū erat: Masculus cuius pputij caro circuncisa nō fuerit, delebitur aīa illius de populo suo. Infans octo dierum circuncidetur. Atq; p hanc circuncisionē distinguebant ab alijs gentibus, in quantū habebant verā fidē & cultū vnius Dei. Deinde pcepit eis dn̄s, vt in memoriā liberationis à seruitute Aegyptiaca, singulis annis facerēt phase q̄rtadecima mēsis primi, iuxta oēs cæremonias datas. & subiungit: Si qs mūdus est, & in itinere nō fuerit, nec phase facit, exterminabit. q nō est circūcisus, nō vescet ex eo. Eadē lex erit indigenæ & colono, q peregrinat apud vos. alienigena vero nō comedet ex eo. Præcepit q̄q;: Cū introduxerit te dn̄s in terrā Chananæi, & dederit tibi eā, separabis omne primogenitū tuū: quidquid habueris masculini sexus in pecoribus, cōsecrabis dn̄o: primogenitū asini mutabis oue: primogenita aīaliū immolādorum cōsecrabunt, & erūt sacerdotū. Cætera animalia immūda redimenť post mēsem siclis quinq;: canis primogenitū interficiat: primogenitū hoīs quinq; siclis argēti redimat, nisi sit de tribu Leui, qa illud erit dn̄o cōsecratū. Mea, inquit dn̄s, sunt oīa primogenita, tā ex hoībus, q̄ ex iumētis, ex die quo percussi primogenita Aegypti, tradidiq; ea dono Aaron & filijs eius, vt seruiāt mihi in tabernaculo fœderis, & orent pro Israel. Decimas & primitias tuas nō tardabis offerre. Oēs decimæ terræ, siue de frugibus, siue de pomis arborum, dn̄i sunt & illi sanctificanť. Et iterum: Quidqd decimū venerit, sanctificabitur dn̄o. Et iterum: Primitias frugū terræ deferas in domū dn̄i dei tui. De primogenitis q̄ nascūtur in armētis & ouibus tuis, quidqd est sexus masculini, sanctificabis dn̄o deo tuo. nō operaberis in primogenito bouis, & nō tōdebis primogenita ouiū. Decimū aīal dabitur dn̄o, nec mutari licebit in melius vel deterius. Si quis aūt voluerit redimere decimas suas, addat quintā partē earum. Ex his habes, q ex pcepto offerebant primitias frugū, decimas q̄q; earundē, similiter & aīaliū, primogenita q̄q; aīaliū & liberorum, adde & oblatiōes triū solēnitatū. Et iterum: Tribus vicibus p annū apparebit omne masculinū tuū in cōspectu dn̄i Dei in loco quē elegerit dn̄s, in solēnitate azymorum. i. phase, in solennitate hebdomadū, & in solēnitate tabernaculorum. Postea vero de duobus festis parcebať illis, qui lōge erāt ab Hierusalē, non aūt in tertio. Nō apparebis ante dn̄m vacuus. Vnde dicūt Hebræi, q singulis annis fecerūt duas decimas: primā separabāt Leuitis, qbus ex pcepto debebať. Iterum nouē reliquas partes decimabāt, & hāc secundā decimā sibi reseruabāt, & ex ea ter in anno cū adscenderēt in Hierusalē, oblatiōes & epulas sibi & domui suæ faciebāt, & Leuitā cōuicaneū, qui etiā cū eis adscēderat, inuitabant. in eosdē vsus reseruabāt sibi secundū aīal post primogenitū, & similiter post primitias tantundē reponebāt, quasi secūdas primitias. Hæc secundaria pcepit Moyses fieri ad locū sanctū, & comedi corā dn̄o. remotioribus tn̄ licebat ista vendere, & emere postea ex pcio in Hierusalē q̄d desiderabať. Tertio anno, duabus decimis sublatis, tertiā faciebāt in vsus pauperum: & hāc reponebāt apud se, vt darēt peregrinis, aduenis, pupullis, & viduis pauperibus, ac etiā Leuitis, si indigerēt. Præcepit q̄q;: Sex annis seminabis terrā tuā, & cōgregabis fruges eius, septimo anno eā requiescere facies, in quo anno nulli licebit exigere debitū, nisi eo finito: & si qd in eo anno ex pteritis frugibus succreuerit, inquit dn̄s, comedēt pauperes: & q̄d residuū fuerit, comedēt bestiæ agri. ita facies in vinea & olīueto. Dū hæc seruabāt, sexto anno in tantū abūdabāt fruges, q sufficiebāt ad vsum septimi, & ad sementē octaui, secundū Iosephū. Numerabis tibi q̄q; septē hebdomadas annorum. i. septies septē, q̄ faciūt q̄dragintanouē, & clanges buccina mēse septimo, decima die mēsis propiciatiōis, sanctificabisq; annū quinquagesimū, vocabisq; annū remissionis, ipse est iubileus. Non seretis atq; metetis sponte in agro nascētia, & primitias vindemiæ non colligetis, sed statim ablata comedetis: anno iubilei redeāt oēs ad possessiones suas. Quādo vēdes quippiā ciui tuo, iuxta numerū annorum venditio fiat, nec væneat terra in ppetuū, sed sub redēptiōis cōditiōe. q si vēdiderit tibi frater possessionem suā, & voluerit propinquus, redimere pōt q̄d ille vēdiderat. sin ipse pciū redimēdū potuerit inuenire, cōputabunť fructus ex eo tpe q̄ vēdiderat, & q̄d reliquū est, reddat emptori: alioqui habebit emptor possessionē vsq; ad iubileū. in ipso em̄ redibit ad pristinū dn̄m. Qui vendiderit domū intra vrbis muros, habebit licentiā redimēdi, donec vnus annus impleat: alioqui si nō redimitur, nō redimet postea, neq; redibit in iubileo. Aedes tn̄ Leuitarum, quæ in vrbibus sunt, semp possunt redimi. q si nō redimunť, redibūt in iubileo. Suburbana q̄ sunt publico vsui deputata, vēdi nō possunt. Si paupertate grauatus frater, se tibi vēdiderit, nō opprimes seruitute famulorum, sed quasi mercenarius & colonus erit: sed redimi poterit, vt

De iubileo.

Prohibita.

de possessione dictũ est:& si nõ redimatur,erit in iubileo liber. Seruus & ancilla sint vobis de nationibus,q̃ in circuitu vestro sunt,& de aduenis qui peregrinantur apud vos,vel qui ex his nati fuerint in terra vestra,ait dñs. Hæc hæreditario iure transibũt, nec redimi poterũt,nec libertatẽ consequẽtur etiã in anno iubileo. Pro singulari q̃q; cõuersatione eorũ,prohibiti fuerũt à nonnullis discretionis causa. Nõ seres vineam tuã altero semine grani vel leguminis, Nõ arabis boue & asino, Nõ indueris vestimẽto lana linoq́; contexto, Non ligabis os bouis triturantis in area fruges, Nõ inducetur mulier veste virili,nec ecõtra. Si ambulas p viã,in arbore vel in terra nidũ auis inueniens,matrẽ pullis vel ouis incubantẽ,nõ tenebis eã cũ filijs,sed abire patieris. Nõ coques hœdũ in lacte matris suæ,nec erit infœcũda vel sterilis in terra tua. habebis locũ extra castra,ad quẽ egrediaris ad requisita naturæ,gerẽs paxillũ in baltheo,cũq; sederis,fodies p circuitũ,&egesta humo operies,vt sint castra tua sancta,& nihil in eis appareat fœditatis. Nõ offeres mercedẽ prostibuli,nec p̃ciũ carnis in domo dñi Dei tui. Iumẽta tua nõ facies coire cũ alterius generis animãtibus. Si plãtaueris ligna pomifera,auferes p̃putia eorũ,tribus annis poma erũt immũda:quarto anno fructus eorũ sanctificabit̃ dño,& erũt sacerdotis:quinto aũt anno comedetis fructus. nõ comedetis carnẽ cũ sanguine,nõ in rotundũ attondebitis comã,nec radetis barbã. Super mortuo non incidatis carnes vestras,nec figuras aliquas aut stigmata facietis vobis. Carnẽ q̃ à bestijs fuerit p̃gustata,nõ comedetis,sed proijcietis canibus,& sic poterãt vẽdere gẽtilibus. Oĩs adeps dñi est,nec sanguinẽ nec adipem comedetis. de sanguine, p̃petua prohibitio est. Sanguinẽ eñ de auibus aut pecoribus nõ sumetis. sequit̃ q sanguinẽ pisciũ comedere potuerũt,sed adipẽ aĩalis mũdi & nõ immolaticij, poterat comedere,secundũ quosdã. vnde in Leuitico dicit̃:Si q̃s ex venatiõe aut aucupio ceperit ferã vel auem,q̃bus vesci licitũ est,fundat sanguinẽ eius,& operiat illũ terra, & comedat. sed quicũq; comederit sanguinẽ,interibit de populo. aĩa eñ omnis carnis in sanguine est. De vestimẽto quoq; p̃cepit,vt faciãt sibi fimbrias p angulos palliorũ. ponentes in eis vittas. i. ligaturas aerei coloris,quas cũ viderint,recordent̃ oĩm mandatorũ dñi. De cibis etiã p̃cepit,vt nõ comederet immunda:bouẽ aut ouem,caprã,ceruum,capreã,bubalũ,tragelaphũ,pygargũ,orygem,camelopardalẽ,& omne animal q̃d findit in duas partes vngulã,& ruminat,comedere potestis,inquit dñs. De his aũt q̃ ruminãt,& vngulã nõ diuidunt,hæc comedere nõ debetis:immũda eñ sunt,vt camelũ,leporẽ, cherogyliũ:quia licet ruminẽt,non tñ diuidunt vngulã. sus quoq;,q̃m diuidit vngulã,& nõ ruminat,immũdus est:cadauera eorũ minus comedatis. Ex his q̃ morant̃ in aquis,comedatis(inquit dñs)q̃ habẽt pinnulas & squamas:q̃ absq; pinnulis sunt & squamis,nõ comedetis,& morticinia eorũ vitabitis. Ex auib⁹ nõ comedatis aquilã,gryphẽ,halyetũ,miluũ,vulturẽ iuxta genus suũ,omne corui genus,struthionẽ,noctuã,larũ,accipitrẽ iuxta genus suũ,bubonẽ,mergulũ,ibim,cygnũ,onocrotalũ,porphyrionẽ,herodionẽ,coradrion,vpupã quoq; & vespertilionẽ:omne de volucribus q̃d graditur q̃tuor pedibus,abominabile est,nisi habeat longiora retro crura,per q̃ salit,vt est bruchus in gñe suo,athaci,ophiomachus,atq; locusta. Oñe animal q̃d ambulat per manus quadrupes,immundũ erit,vt simia,vrsus. Inter polluta reputabunt̃ de his q̃ mouent̃ in terra,mustela,mus,crocodilus, migale, chamæleon, stellio,lacerta,talpa,singula iuxta genus suũ. Ad hæc p̃cepit dñs,ne quis ad diuinum cultum accederet immũdus. Erat autem duplex immũditia in lege,sp̃ualis & corporalis. Immũditia sp̃ualis prouenicbat à peccato, corporalis ex corruptiõe seu pollutione corporis. vnde à cultu sp̃uali impediebant̃ per p̃ctã,quibus hoĩes pollui dicebant̃,sicut p idololatriã,homicidiũ,adulteria,incestus,& similia. Et ab istis pollutionibus purificabant̃ p aliqua sacrificia,vel cõiter oblata pro tota multitudine, vel etiã pro peccatis singulorũ. de quibus dicemus,cũ de sacrificijs aget̃. A cultu vero exteriori impediebãtur p quasdã immũditias corporales. Erat aũt aliq̃n immũditia maior, q̃ expiabat̃ per sacrificia pro peccato,quia talis immũditia aliqualiter ex p̃cto procedit. Alia immũditia erat minor,q̃ expiabat̃ per adspersionẽ aquæ expiatiõis,aut ex lapsu tẽporis. Immũditia corporalis erat q̃druplex:Prima erat ex lepra,nã leprosus immundus erat,ideo separabat̃ ab hoĩbus,vt solus habitaret extra castra oĩa. Erant eñ castra deitatis intra atriũ,in q̃ erat tabernaculũ. castra Leuitarũ,quæ erãt per gyrum atrij tabernaculi. castra populi,vbi cõis populus habitabat. Tenebatur etiã habere vestimẽta dissuta à lateribus,caput nudũ,os veste cõtectũ. Quod si miraculose sanabat̃, aut forte q sacerdos male iudicauerat,ducebat̃ ad sacerdotẽ:qui egressus ad eũ de castris,p̃cepit ei vt duos passeres offerret viuos,lignũq; cedrinũ,hyssopũ,ac filũ coccineũ:vnũ ex passeribus immolabat sacerdos super aquas viuas in vase fictili,stillãs sanguinẽ

Vestes.

Cibi.

De immunditijs.

Lepra.

guinē super aquas,aliū passerē ligauit ad lignū vnà cū hyssopo filo coccineo,faciēsq́ꝫ adspersoriū,tingebat in aquis rubricatis,adspergens hominē.dimittebatq́ꝫ passerē vnū auolare.cumq́ꝫ lauisset homo vestimēta sua,radebat oēs pilos corporis.& lotus aqua,ingrediebatꝰ castra,ita dūtaxat,vt maneret extra propriū tabernaculū septē diebus. Iterūq́ꝫ die septimo rasis oībus pilis,etiā superciliis,lotisq́ꝫ vestibus & corpore, die octauo tollebat duos agnos immaculatos,& ouē anniculā,& tres decimas similæ cōspersæ oleo,& olei sextariū offerebat,oīa ad ostiū tabernaculi.Tunc sacerdos immolabat agnū vnū pro delicto,& sumēs de sanguine,ponebat supra extremū auriculæ dextræ hoīs,& super pollicē manus dextræ & pedis,& de olei sextario mittens in manū sinistrā,& tingēs pollicē dextrū in eo,adspergebat septies cōtra tabernaculū. Reliquū olei q̄d erat in sinistra,fundebat sup extremū auriculæ dextræ,& sup pollicē manus dextræ & pedis dextri.Et rogabat sacerdos pro eo.ꝙ si manus eius hoc inuenire nō posset,agnus tñ pro delicto & olei sextarius nō minuebatꝰ,quia ex his purificabatur homo,sed pro oue & agno reliquo offerebat par turturū aut duos pullos columbaꝝ,quoꝝ vnus pro pctō,alter in holocaustū fiebat.offerebat q̄q; decimā similę oleatæ.Lepra vero vestis,si perspicua erat,cōburebatꝰ:si dubia,recludebatꝰ septē diebus.si creuerat macula,adiudicabatꝰ lepræ:si nō creuerat,abluebatꝰ vestis,& recludebatꝰ aliis septē diebus.si adhuc dubia erat,rūpebatꝰ:si iteꝝ alibi macula apparebat,lepra volatilis erat,& cōburebatꝰ vestis.Si vero macula apparebat in domo,p̄cepit sacerdos oīa de domo efferri:cōsiderāsq́ꝫ valliculas in pariete,pallore vel rubore deformes,& humiliores superficie reliqua,claudebat ostia domus septē diebus:post q̄s si inuenisset creuisse leprā,iubebat erui lapides leprosos,& proiici extra ciuitatē & domū,& puluerē rasuræ spargi extra castra,vel extra vrbē in loco immūdo,& alios lapides substitui in domo,& luto alio liniri.ꝙ si iteꝝ redibat mala lepra,destruebatꝰ domus,& ligna & lapides,& puluis extra oppidū proiiciebātꝰ in locū immundū.Secundo,vir spermaticus vel patiēs fluxū seminis,erat immūdus,& eiiciebatꝰ ex castris duobus primis:permittebatꝰ tñ habitare in castris populi,quia nō est morbus cōtagiosus. Talis cum sanatus fuerat,numerabat septē dies:postea & lotis vestibus ac corpore in aquis viuētibus,mūdus erat:die aūt octauo offerebat par turturū aut duos pullos columbaꝝ,& sacrificabat sacerdos alteꝝ pro pctō,alteꝝ in holocaustū.Eadē lex erat per oīa in patiēte fluxū sanguinis ex morbo,sicut cōtingit aliq̄ñ mulieribus:& est tertia immūditia maior.Quarta,mulier q̄ peperit,immūda erat septē diebus,in tantum ꝙ quidq̄d tangebat,immundū erat.octauo die,si mas erat,circūcidebatꝰ,& post illos septē dies manebat adhuc xxxiii.diebus in sanguine purificatiōis.illis tñ xxxiii.diebus licebat aliis cōicare sibi,p̄terq̄ in lecto.accedere vero ad tabernaculū nō poterat, nec tāgere sancta.ꝙ si peperisset fœminā, duplicabatꝰ tēpus.Expletis vero diebꝰ purgatiōis,offerebat pro puero agnū anniculū in holocaustū,vel pullū columbæ,vel turturē pro pctō.ꝙ si nō poterat habere agnū,offerebat duos pullos aut duos turtures, alteꝝ in holocaustū pro puero,alteꝝ pro pctō suo,vel pro originali filiæ,q̄a id filio in circūcisione dimittebatꝰ.Præter hæc redimere tenebatꝰ primogenitū quinq; siclis argēti. Immūditiæ minores,erāt multæ & variæ,sicut & purificatiōes earundē.Si quis tāgebat cadauer hoīs mortui in tabernaculo vel in agro,vel sepulchrū eius,immundus erat septē diebus,ita ꝙ nō poterat ingredi castra deitatis.Tabernaculū q̄q;, in quo mortuus est homo,& vniuersa q̄ ibi erāt vasa,immūda erāt septē diebus.tollebatq́ꝫ vir mundus cineres cōbustionis vaccæ rufæ,mittēs super eos aquas viuas:tingebat in eis hyssopū,& adspergebat eos die tertio & septimo,tentoriū,hoīes,& oēm supellectilē:& lotis vestibus & corpore,mundi erāt.Si die tertio nō fuit adspersus immundus,die septimo nō mundabatꝰ.si quis aūt sic nō expiabatꝰ,polluebat sanctuariū, & aīa eius peribat de Israel,q̄a peccabat,& arcebatꝰ de ingressu loci sancti.Ille vero q̄ adspergebat,q̄a tāgeret cineres,etiā immūdabatꝰ,sed lauabat vestimēta sua,& immūdus erat vsq; ad vesperā,& eo ipso mundus.Itē mulier patiens menstruū naturale,immunda erit septē diebus:separabitꝰ ita,ꝙ nō admitteꝰ ad locū sacrificii,& cōicans cū ea in cibo vel lecto,oīsq́ꝫ qui tetigerit eā,immundus erit.locus etiā vbi sederit mulier talis,purificabatꝰ,vt supra de alia immunditia septē dieꝝ dictū est.Sed q̄ ex cōtactu illius immūda fiunt,immūda manebunt vsq; ad vesperā.tāgens locū eius,lauabit vestimenta sua:& ipse lotus aqua,immundus erit vsq; ad vesperā.Simili modo fiet de eo, q̄ tetigerit vas super q̄d illa sederit.Qui coierit ignorāter cū menstruata,immundus erit septē diebus:& omne stratū in quo dormierit,polluetꝰ:purificatio fiet,vt in proximo casu.sed si sciēter quis dormierit cū mēstruata,ambo interfici debēt,si de hoc cōuicti fuerint in iudicio.Itē quicunq; tetigerit aīal mortuū,q̄d tñ licet comedere,im-

De lepra.

De minori immūditia.

mundus erit vsq; ad vesperã,& eo ipso mundabit̃. Si vero comederit ex eo quidq̃ siue portauerit, lauabit vestimẽta sua simplici aqua,& immundus erit vsq; ad vesperã. Quidqd immundũ est ex animãtibus, si quis portauerit morticiniũ eius, lauabit vestimenta sua,& immũdus erit vsq; ad vesperã: qui vero tetigerit, immũdus erit vsq; ad vesperã. Si aliq̃d morticiniũ eorũ sup aliq̃d ceciderit, polluet̃ tam vas ligneũ, q̃ vestimẽtũ aut pelles: tingent̃ aqua,& polluta erũt vsq; ad vesperã, vas aũt fictile cõfringet̃. Si ceciderit sup cibũ vel vas liq̃ris, aqua ex vase sic immũdo, immũda erũt, aut etiã si morticiniũ ceciderit sup ea: fontes vero & cisternæ & oĩs aquarũ cõgregatio, munda erit, si aqua vasis immũdi ceciderit sup granũ seminandũ, nõ polluet̃. secus de seminato. Qui comederit morticiniũ vel captũ à bestia, immundus est: lauabit'q; vestimẽta & semetipsum aqua,& cõtaminatus erit vsq; ad vesperã. nocturna pollutiõe immũdus, aut cognoscẽs vxorẽ suã matrimonialiter, immũdus erit vsq; ad vesperã. lauabit aqua omne corpus suũ,& erit immũdus vsq; ad vesperã. idẽ in muliere. Vestẽ & pellẽ lauabũt aqua,& immũda erunt vsq; ad vesperã. hi oẽs egredient̃ de castris deitatis interim. Si quis seminifluũ aut mulierẽ patientẽ fluxũ sanguinis morbidũ, tetigerit, idẽ si tetigerit lectũ eius, idẽ si sederit vbi ille sederit, idẽ si saliuã sup aliquẽ iecerit, lauabit vestimẽta sua,& ipse lotus aqua, immũdus erit vsq; ad vesperã. Idẽ de cõtaminatis alijs. vas aũt fictile cõfringet̃. Itẽ circa vitulã rufam, quã qui combusserit, lauabit vestimẽta sua & corpus,& immundus erit vsq; ad vesperã.& q portauerit cineres istos, lauabit vestimẽta,& immundus erit vsq; ad vesperã. Oĩs qui ingredit̃ tentorium mortui,& vniuersa vasa ibidẽ, immunda sunt septẽ diebus. tollẽt'q; de cineribus cõbustionis atq; peccati,& mittẽt in aquas viuas, ex q̃bus tinget homo hyssopũ,& p̃dicta conspgat tertio & septimo die: deinde lauabit se & vestimẽta sua, ac erit immũdus vsq; ad vesperã. ipse q̃q; qui adspersit aqua, lauabit vestimẽta sua. Oĩs qui tetigerit aquas expiatiõis, immũdus erit vsq; ad vesperã. quidqd tetigerit immũdus, immundũ faciet. & aĩa q̃ horũ quippiã tetigerit, immunda erit vsq; ad vesperã, abstinebit ab ingressu atrij. Viso nunc de cæremonijs respicientibus gñaliter hunc populũ, restat nũc dicere de his, q̃ specialiter respiciunt ministros vel Leuitas sacris deputatos, de q̃bus p̃cepit dñs Moysi, dicẽs: Applica mihi tribũ Leui, e quibus Aaron & filios eius cõstitues sacerdotes. externus aũt & qui nõ est de filijs Aaron, si se ingerit officio sacerdotũ, moriet̃. reliquã vero tribũ Leui fac stare in conspectu Aaron sacerdotis, vt ministret ei,& excubet ac obseruet quidqd ad cultũ pertinet multitudinis corã tabernaculo testimonij,& custodiant vasa tabernaculi. dabis'q; dono Aaron ac filijs eius q̃ sunt oblata à filijs Israel. Externus, id est, qui nõ est de tribu Leui, si accesserit ad ministeriũ Leuitarũ, moriet̃. Rursus p̃cepit Moysi, vt initiaret Aaron & filios, Nadab, Abiu, Eleazar & Ithamar, in sacerdotes. Tunc ille colligẽs multitudinẽ, Dei voluntatẽ ei insinuauit, lauit Aaron & filios eius, vestiuit'q; ipsum Aaron subucula linea, accingẽs eũ baltheo, & induens tunica hyacinthina,& desup humerali, q̃d adstringens cingulo, aptauit rationali, in q̃ scriptũ erat, Doctrina & Veritas: cydari q̃q; texit caput,& sup cydarim cõtra frontẽ posuit laminã aureã. Tulit & vnctiõis oleum, quo liniuit tabernaculũ cũ omni supellectili, adspersit'q; altare septẽ vicibus, vnxit'q; illud,& oĩa vasa eius, labrũ'q; cum basibus sanctificauit, oleo super caput Aaron fuso, id vnxit & manus eius, ita q per barbã stillauit oleum vsq; in orã vestimenti eius. Filios aũt vestibus lineis & baltheis cingens, imposuit eis mitras,& manus eorũ oleo liniuit sanctificãdo. Cum'q; adspersisset vtrunq; altare septies aquis, vnxit & oĩa vasa labiũ'q; simul: obtulerũt Aaron & filij eius vitulũ pro pctõ suo, super caput eius manus imponentes: quẽ cũ immolassent, Moyses tinxit digitũ in sanguine,& tetigit ex eo cornua altaris p gyrũ. q̃ expiato, fudit reliquũ sanguinẽ ad fundamẽta eius: adipẽ vero qui erat super vitalia, & reticulũ iecoris, duos'q; renunculos cũ aruina sua, adoleuit sup altare, vitulũ cũ pelle & carnibus ac fimo cremans extra castra, sicut p̃ceperat dñs. obtulit & arietem in holocaustũ secundũ ritum cõsecrationis: quẽ cũ immolasset Moyses, sumẽs de sanguine, tetigit extremũ auriculæ eorũ dextræ,& pollicẽ manus dextræ, similiter & pedis. reliquũ sanguinis fudit sup altare p circuitũ, adipẽ vero oẽm & caudã, renes'q; cũ renunculis & armũ dextrũ, separauit. Tollens'q; de canistro collyridã vnã & laganũ vnũ & crustulã vnã, oĩa simul tradidit Aaron & filijs eius. q̃si diceret: Accipite potestatẽ sumẽdi similia à dño. q cũ teneret ea inter manus, superposuit Moyses oĩbus pectusculũ. tenẽtes ergo filij Aaron oĩa hæc in manibus, eleuauerũt ea corã dño,& tradiderũt ea Moysi, qui oĩa adoleuit dño super altare, eo q oblatio cõsecratiõis esset. assumẽs'q; vngentũ,& de sanguine qui erat in altari, admiscẽs aquas fontiũ, adspersit eos & sup vestimẽta eorũ. Cum'q; sanctificati essent in hunc modum, reliquas carnes arietis coxerunt ante fores tabernaculi,& ibi comederunt eas cum panibus, qui residui fuerãt

De ministris.

in canistro:& quod in crastino superfuit,crematum est. In hunc modum iterauit singula quæ dixi, septem diebus, excepto q̄ non vestiuit eos, quia semel induti, septem diebus non deposuerunt vestes sanctuarij, nec de atrio tabernaculi die aut nocte sunt egressi, sed obseruabāt custodias tabernaculi, sicut præcepit dominus. Facto octauo die,vocauit Moyses Aaron & filios suos,ac maiores natu Israel,dixitq́ ad Aaron:Tolle de armento vitulum pro peccato,& arietem in holocaustum,vtrunq; immaculatū, & offer illos coram domino,loquerisq́ ad Israel:Tollite hircum pro peccato,& vitulum atq; agnum anniculū & sine macula in holocaustū,bouē & arietē pro pacificis,& immolate eos coram dn̄o,in sacrificio singulorū similam cōspersam oleo offerētes: hodie em̄ dominus apparebit vobis. Tulerūt ergo cuncta q̄ iusserat Moyses ad ostiū tabernaculi,dixitq́ Moyses ad Aaron: Accede ad altare,& immola pro peccato tuo.deprecare pro te & pro populo.accedēs Aaron ad altare,immolauit vitulū pro pc̄tō suo, cuius sanguinē obtulerūt ei filij sui,in q̄ tingēs digitum, tetigit cornua altaris holocausti,& fudit residuum ad basim eius.adipem,renunculos,& reticulum iecoris,quæ sunt pro peccato,adoleuit,sicut præceperat dominus, sup altare:carnes vero & pellē,extra castra cōbussit igni.immolauit &holocausti victimā,obtulerūtq́ ei filij sui sanguinem, quem fudit p altaris circuitū.ipsam etiam hostiā in frusta cōcisam,cum capite & membris,oīa sup altare cremauit,lotis aqua prius intestinis & pedibus.pro pc̄tō vero populi offerēs,mactauit hircum,expiatoq́ altari,fecit holocaustū, addens in sacrificio libamenta quæ pariter offerunt,& adolens ea sup altare absq; cæremonijs holocausti matutini,immolauit & bouem atq; arietē hostias pacificas populi. Obtuleruntq́ filij eius sanguinē,quem fudit sup altare per circuitū:adipem aūt & caudam arietis,renunculosq́ cum adipibus suis,& reticulū iecoris,posuerunt sup pectora. Cumq́ cremati essent adipes,pectora eorum & armos separauit Aaron, eleuans coram domino,sicut præceperat Moyses. Et extendens manum ad populum, benedixit ei, sicq́ completis hostijs pro peccatis,holocaustis & pacificis, descendit. Ingressi aūt Moyses & Aaron tabernaculum,orauerūt Deum,apparuitq́ gloria dn̄i om̄i multitudini: & ecce egressus ignis à domino,deuorauit holocaustū & adipes qui erant sup altare.q̄d cum vidissent turbæ,laudauerūt dominū,ruentes in facies suas. hic aūt ignis cōseruatus est vsq; ad captiuitatem Babylonicam. tunc em̄ fuit abscōditus in puteo sicco per sacerdotes illius temporis, & tempore Nehemiæ iterum inuētus. de hoc igne præcepit dominus, dicens: Ignis in altari meo semp ardebit, quem nutriet sacerdos, subijciēs ligna mane per singulos dies. ignis iste est perpetuus,q nunq̄ deficiet de altari,nec altero igne vti licebat. Cum vero cineres abundabāt,induebat sacerdos vestibus quatuor sacerdotalibus:& tollēs cineres,reponebat in peluim iuxta altare: & depositis tunc vestibus sanctis,indutusq́ alijs,forte ad hoc destinatis,cineres efferebat extra castra,& in loco mūdissimo vsq; ad fauillā faciebat cōsumi. Arreptis aūt Nadab & Abiu filij Aaron thuribulis, imposuerūt ignē alienū, nō de altari: & incēsum desup offerebāt, q̄d eis prohibitum erat, egressusq́ ignis à domino,deuorauit eos,&mortui sunt. dixitq́ Moyses ad Aaron:Hoc est q̄d locutus est dn̄s: Sanctificabor in his, q indiscrete appropinquāt mihi, atq; glorificabor. q̄d audiēs Aaron,tacuit. Vocatis aūt Misahele &Elisapham filijs Oziel patrui Aaron,dixit Moyses:Ite,& tollite fratres vestros de conspectu sanctuarij,& asportate extra castra. Cōfestim pgentes,detulerunt eos,sicut iacebant,vestitos lineis tunicis,eieceruntq́ foras:nec corpora nec vestimenta eorum erant cremata, sed cū vestibus sepulti sunt. dixitq́ Moyses ad Aaron & ad Eleazar & ad Ithamar:Capita vestra nolite nudare,& vestimenta nolite scindere,vt gentes faciunt,ne forte moriamini. Iussitq́ filijs,vt tollerent partes de hostijs salutaribus,& oblata pro peccato,quorū sanguis non erat illatus in tabernaculum,& comederent ea:inter hæc hircū,qui oblatus fuerat pro peccato,cum quæreret Moyses,exustum reperit negligētia eorū. iratusq́ contra filios Aaron Eleazar & Ithamar,ait:Cur non comedistis hostiam pro peccato in loco sancto,vt portaretis iniquitatem multitudinis, præsertim cum de sanguine illius non sit illatū intra sancta? Rn̄dit Aaron:Oblata est hodie victima pro peccato,& holocaustū corā dn̄o, mihi aūt accidit q̄d vides,quō potui comedere eam, aut placere dn̄o in cæremo-

Sacrificium Aaron.

Ignis custodia.



Nadab, Abiu.

remonijs mente lugubri: quod cum audisset Moyses, recepit satisfactionẽ. Dixit dñs ad Moysen: Loquere ad sacerdotes filios Aaron, ne cõtaminentur in mortibus ciuiũ suorum, nec etiam principis, id est, non intersint funeribus, nisi tantũ patris, matris, filij, filię ve, fratris, sororis, virginis, nec eos lauent, sepeliãt vel plangãt, nec radãt caput, sed nec habeãt cõcubinas, nec in vxorẽ ducãt scortũ, aut ancillã, nec captiuã, nec viduam, nec repudiatã, nec eas quæ de pãdochijs aut cauponibus vitã agũt. Sacerdotis filia deprætensa in stupro, flãmis exuretur. Põtifex vero maximus q vnctus est, & cuius manus cõsecratæ sunt, caput suũ non discooperiat, vestimẽta sua nõ scindat, ad mortuũ nõ ingrediat. vnde nec Papa exequijs interesse dicitur, etiã si mater vel pater moriatur. virginẽ ducat vxorẽ, & tantũ gentis suæ. tamẽ de stirpe regia postea cõcessum est ducere vxorẽ ob reuerentiã. In cõmuni vero præcepit sacerdotibus, ne quis in diebus vicis suæ vinũ aut aliud q̃d inebriare posset, biberet, vt sciret discernere inter sanctũ & prophanũ, mundũ & immundũ, & vt doceret filios Israel legitima dñi, ne moriatur qui secus faceret. Itẽ præcepit, dicẽs: Homo de semine tuo, q habuerit maculam, non offerat panes Deo, nec accedat ad ministeriũ eius: si cæcus fuerit, si claudus, si vel paruo vel grãdi naso seu torto, si fracto pede siue manu, si gibbus, si lippus, si albuginẽ habens in oculo, si iugẽ scabiẽ, si impetiginẽ in corpore, vel herniosus, oẽs hi non ministrẽt: vescent tñ panibus q offerunt in sanctuario, ita duntaxat, q intra velũ nõ ingrediant, nec accedãt ad altare. sint ergo sancti, ait dñs, qa ego sanctus sum. Iterũ locutus est dñs: Loquere ad Aaron & filios eius, vt caueant ab his q̃ cõsecrata sunt, id est, oblata sunt à filijs Israel, scilicet ne irreuerẽter tangãt vel comedãt. Om̃is em̃ homo q accedet de stirpe vestra ad ea oblata, in q̃ est immũditia, pibit corã dño. Homo de semine Aaron, q fuerit leprosus, aut patiẽs seminis fluxum, aut immundus ex tactu morticinij, pollut⁹ erit vsq; ad vesperã: nõ vescet de his q̃ sanctificata sunt mihi, anteq̃ sanet. Qui tetigerit immundũ sup mortuo, id est, ex ptinentibus ad mortuũ, & q tetigerit seminifluũ, & q tãgit reptile, aut q̃dlibet immundũ, immũdus est vsq; ad vesperam, & nõ vescet sanctificatis: sed cũ lauerit carnẽ suã aqua, & occubuerit sol, tũc mũdatus erit & vescet. Morticiniũ & captũ à bestia, non comedẽt. Oĩs alienigena nõ comedet de sanctificatis, id est, q nõ est de semine Aaron, exceptis vernaculis domus & emptitijs: inquilinus aũt & mercenarius non vescent ex eis. q aũt p ignorantiã comederit, addat quintã partẽ, & det sacerdoti in sanctuariũ pro pœna. Idẽ p oĩa dic de filia sacerdotis, cuilibet ex populo nupta. Sin aũt vidua vel repudiata, & absq; liberis, reuersa fuerit ad domũ patris sui, sicut puella consueuerat, alet cibis patris, dum aliàs nõ sit immũda. Et sic tam mares q̃ fœminæ, comedere poterãt de decimis decimaꝝ, de primitijs, primogenitis, hostijs salutaribus, siue pro gratiaꝝ actione, siue spõte aut ex voto oblatis, dũ tamẽ nõ essent immũdi. hostia tamẽ salutaris, si pro gratiaꝝ actione fiebat, eodẽ die comedi debebat, nec in alteꝝ reseruari. Si voto vel spõte quis obtulisset, similiter eodem die. si tamẽ quid de eo in crastinum remansisset, vesci licitum erat. quicquid aũt tertius inuenisset dies, igni consumebatur. q si quis die tertio de victimis pacificorum comedisset, irrita fiebat oblatio eius: pacificorum etiã tertia pars cedebat offerenti, quam comedere potuit vbiq; in Hierusalem. poterãt etiam ad hoc inuitare quoscunq;, duntaxat mundos. Erat & aliud speciale: panes enim fermẽtatos in hoc sacrificio obtulerunt ad esum carnium, oblationem tamen super altare non ponebant. De hostia vero pro peccato commissionis & obmissionis, pars cremabatur, pars cedebat in vsum sacerdotum, cunctis scilicet filijs Aaron, & ęqualiter diuidebãt: soli autem mares comedebant hanc partem in atrio tabernaculi, non tamen sub dio, sed in exedra, & eodem vescebantur die, omnis scilicet masculus de genere sacerdotali. Excepta erat hostia pro peccato, cuius sanguis inferebatur in tabernaculum: hæc cõburebatur sicut hostia pro peccato sacerdotis aut multitudinis. in hostia pro peccato, panes absq; fermento offerebantur ac melle. Est tamen verum, q etiam Leuitæ qui seruiebant in templo, sustentabantur de oblationibus & sacrificijs quæ fiebant in templo. Ad hæc locutus est dominus ad Moysen: Præcipe filijs Israel, vt offerant tibi oleum purissimũ ad concinnandas lucernas iugiter extra velum testimonij fœderis, scilicet q̃d diuidebat sanctum sanctoꝝ, ita vt oẽs septem lucernæ arderẽt de nocte, ac die tres tm̃. componetq; eas Aaron à vespere vsq; in mane cultu sempiterno, accipiesq; similam, & ex ea duodecim panes (qui singuli habebunt duas decimas ephi, hoc est, decimam partem ephi) sacerdotes coquere ac formare facias, quorum senos sup mensam coram domino statuas altrinsecus, puta sex in quolibet ordine, vnus sup alium, & pones super eos thus lucidissimũ. erat em̃ vas aureum thure plenũ in summitate sex panum. Et per singula sabbata mutabãtur, eruntq; Aaron, inquit, & filioꝝ eius, qui

Præcepta sacerdotum.

De panib⁹.

qui comedent eos in loco sancto. In necessitate tamen poterant alijs dari, sicut Abimelech dedit Dauid, vocabanturq; panes propositionis. Erant alij panes Leuitici, qbus Leuitæ vescebantur, qui propter maculam ministrare non poterant, & filia familiæ, non aũt aliæ, siue maritata aut vidua vel repudiata, nisi necessitate redisset ad patrem, sicut supra tactũ est de hostia salutari. erãt & adhuc panes, dicti laici, id est, communes, qbus laici vesci poterãt. Iterũ locut⁹ est dñs ad Moysen: Tolle Leuitas de medio filiorũ Israel, & sanctificabis eos. Itaq; Leuitæ prius adspersi aqua lustrationis, rasisq; oĩbus pilis, exceptis capillis, lotis etiã indumẽtis, corã dño statuũtur ad ostiũ tabernaculi. cõuocataq; multitudine, ac ponẽtes manus suas sup eos filij Israel, obtulerũt illos Aaron munus dñi, vt seruirẽt in ministerio. Leuitæ tamẽ obtulerũt boues duos, quorũ alterũ sacrificabat Aaron pro peccato, alterũ in holocaustũ. Posteaq; ingrediebãtur tabernaculũ fœderis, separati de medio filiorũ Israel, vt seruirẽt dño. dixitq; dominus: Pro primogenitis accipio eos, sanctificauiq; ac tradidi Aaron ac filijs eius de medio populi, vt seruiant mihi pro Israel in tabernaculo, & orent pro eis. subiunxitq;, hæc est lex Leuitarum: à 25. anno & supra, ingredientur vt discant ministrare in tabernaculo fœderis, sed à 30. anno & supra vsq; ad quinquagesimum ministrent mihi, stentq; in tabernaculo. Cumq; quinquagesimum annum impleuerint, seruire cessabunt, scilicet quo ad onera, erũtq; ministri fratrum suorum in tabernaculo, vt custodiant quæ sibi fuerint cõmendata, opera aũt ex tunc ipsi non facient. Non habebunt sacerdotes & Leuitæ partem & hæreditatem cum reliquo Israel, quia sacrificia & oblationes comedẽt ministrantes in tẽplo. sacerdotũ enĩ erunt sacrificia, oblationes oẽs, primitiæ frumenti, vini, olei, lanarũ ex ouium tõsione, primogenita q̊q; ac vota, oẽsq; decimas dedit dñs filijs Leui, vt seruirent ei in tabernaculo. de hac decima dabãt Leuitæ decimam summo sacerdoti. Offerte, inquit dñs, decimam decimarũ Aaron. optima & electa erunt cuncta quæ dabitis, ne moriamini. Et factum est in die qua compleuit Moyses tabernaculum, vnxit & sanctificauit vasa & altare, obtuleruntq; principes Israel & capita familiarũ munera coram dño. Sex plaustra tecta cum duodecim bobus: vnum plaustrum duo duces tribuum duarum, & vnum bouem singuli. aitq; dñs Moysi: Suscipe hæc in vsum tabernaculi, & trade Leuitis, duo plaustra & quatuor boues dedit filijs Gersan, qui portabant ex officio tabernaculi mollia, quatuor alia plaustra & octo boues dedit filijs Merari, illi portabãt dura. Caathitis vero nõ dedit plaustra qui portabant sanctiora, id est, ea quæ erant in tabernaculo humeris suis. Deinde singuli duces xij. tribuum in dedicationem altaris munera obtulerunt. primo die obtulit Naason de tribu Iuda, filius Aminadab, acetabulum, id est, scutellam argenteam pondo 130. siclorum. in hoc probabatur incensum, phialam quoq; argenteam 70. siclorum, vtrunq; plenum simila conspersa oleo in sacrificiũ. Mortariolum q̊q; ex decem siclis aureis plenum incenso, id est, coclear. Bouẽ de armẽto, & arietẽ & agnum anniculum in holocaustũ, hircumq; pro peccato. Et in sacrificio pacificorũ boues duos, arietes quinq;, hircos quinq;, agnos anniculos quinq;. Secundo die obtulit Nathanael dux de tribu Isachar, similia quæ Naason. Idem fecit tertio Heliab tribus Zabulon, quarto Elisur de tribũ Ruben, quinto Salamihel princeps filiorũ Simeon, sexto Heliasaph de tribu Gad, septimo Elisama de tribu Ephraim, octauo Gamaliel de tribu Manasse. nono Abidam de tribu Beniamin, decimo Abiezer de tribu Dan, vndecimo Phagiel de tribu Aser, duodecimo Ahira de tribu Neptalim. cumq; ingrederetur Moyses, audiuit vocem dñi: Nazaræorũ erit lex, qui se deuouebunt perpetuo aut certum ad tẽpus: Omi tẽpore separationis suę nouacula non trãsibit sup caput suum. nil q̃d inebriare potest, bibãt. nõ comedãt fructũ de vinea ab vua vsq; ad acinũ. ad nullum mortuũ ingrediãtur. q̃ si quis moriatur subito corã eis, polluentur, caput radẽt ilico, die septimo offerat quisq; par turturũ aut duos pullos columbarũ: sacerdos vnũ faciat pro peccato, reliquũ in holocaustũ, diesq; q̃s fecit. pro infectis erũt. Cõpletis aũt diebus voti sui, offerat agnũ anniculũ in holocaustũ, ouem anniculã pro peccato, arietem in hostiã pacificã, canistrũ q̊q; diuersorũ panum azymorũ ac libamina, exceptis his quæ spõte offerre vult. Offert aũt mulier, si votũ fecerit, 30. siclos: vir, quinquaginta, si poterunt. ad arbitriũ vero sacerdotis, paup offert. Hostijs immolatis, à sacerdote tradetur Nazaræus ad ostiũ tabernaculi, ponetq; sacerdos crinẽ in ignẽ sacrificij, & sic ad cõmunem hoĩm vitã redire poterit, nisi perpetuo sit deuotus. Nũc de sacrificijs & oblationibus erit dicendũ, circa quæ quatuor erũt cõsideranda: sacrificia quæ Deo offerũtur, eorũ causa, tẽpora, & loca. Eorũ quæ offerunt, triplex erat discretio: aut enĩ erat oblatio de animalibus, & sacrificiũ dicebat: fiebat aũt de trib⁹ tm̃ aĩalibus, de bobus, ouib⁹ & capris: ex volatilib⁹, tm̃ de turture & pullis colũbę, excepto q̃ in emũdatione

Marginalia: De Leuitis. — Quæ sacerdotũ bona. — Munera ad tabernaculum. — Lex Nazaræorum. — De sacrificijs.

tione leprosi passeres offerebantur. De his quoq; quæ ex terræ nascētibus in vsum hominum veniunt, offerebant farinam aut spicas, panem, vinum, oleum & sal in condimentum, thus quoq; in solatium. Ex his quæ sunt de sicca materia seu aridis, proprie oblatio dicebatur: de liquidis vero, dicebatur libatio. Mel vero non offerebat neq; fermentū, exceptis primitijs mellis, & ꝙ in hostia pacifica panes fermētati offerebantur, super altare tñ non ponebantur. Sacrificioꝝ vero vsus triplex erat: Quoddā offerebatur ad reuerentiā diuinę maiestatis ac bonitatis, hoc totū cōburebatur, & idcirco holocaustū dicebatur. Quoddā offerebatur pro peccatis Deo, quasi ex necessitate remissionis obtinendæ, illud diuidebatur in duas partes: vna pars comburebatur, altera cedebat in vsum sacerdotum, ad significandū ꝙ expiatio peccatorum fit à Deo ꝑ ministerium sacerdotū, excepto sacrificio pro peccato totius populi vel solius sacerdotis: tunc eñi totum cōburebatur. Tertiū sacrificiū vocabatur hostia pacifica, quæ offerebatur vel pro gratiaꝝ actione, vel pro salute aut prosperitate offerentiū: & ista diuidebatur in tręs partes, vna incendebatur in honorē Dei, alia cedebat in vsum sacerdotum, tertia in vsum offerentium, ad signandū ꝙ salus hoīs est à Deo, dirigentibus ministris Dei, & cooperante offerente. Hoc aūt ḡnaliter seruabatur, ꝙ sanguis & adeps non veniebāt in vsum prędictoꝝ, sed sanguis effundebatur ad crepidinē altaris, adeps adurebatur igne. Idololatræ eñi libabant in sanguine, & comedebāt adipes, eo ꝙ vita in sanguine, nutrimētū in adipe cōsisteret. Causaꝝ igitur sacrificioꝝ, triplex erat differentia. Offerebāt eñi aliquādo spōte, alij necessario & dupliciter, vel ex voto, vel ex præcepto. Vnde inter sacrificia holocaustū erat perfectissimū. fiebat eñi in his tribus armētis, de bobus scilicet, ouibus, & capris: & in auibus, de turture & columba. de pecudibus offerebatur tantū masculus anniculus, id est, vnius anni, vel circa, excepto boue qui supra annū poterat offerri. erat & immaculatus, q̊d non intelligas de macula velleris, sed defectu corporis, id est, non debili aut fracto mēbro, papillas aut scabiem habēs & similia: offerebaturq; primo sacerdoti ad ostium atrij tabernaculi, vt videret si idoneū animal esset, postea offerebatur ad ostium tabernaculi dño. ita prius offerre volēs, lauabat manus, quia præter mare sacerdotū, erāt in atrio duo maria, vnum virorum, alteꝝ mulieꝝ. Postea imposuit manū sup caput hostiæ in signū abdicationis, quā tunc recepit sacerdos, reducebatq; ad altare holocaustoꝝ: & stās ab aquilone, immolabat dño ad latus altaris, fundebatq; sanguinē eius circa crepidinem altaris. detractaq; pelle, quæ erat sacerdotis, artus in frusta concidebat. quibus lotis cum capite, pedibus & intestinis, adolebat super altare oīa in odorem suauitatis, scilicet ex offerentium fide & deuotione. Sin aūt de auibus fieret holocaustum, forte si pauperes erant, offerebatur aut pullus turturis aut columbæ, cui frangebat sacerdos collum sola manu: & retorto collo cum capite sub ascella, vngue cutem colli vbi fractum erat, rumpebat: ac fuso sanguine circa crepidinem altaris, vesiculam gutturis & plumas proijciebat ad orientem in loco secreto, vbi cineres effundebantur: confractisq; ascellis manu, adolebat ea super altare holocausti. Et hæc holocausta, minora erant volūtariaq;: nam quædam maiora erant & necessaria, vbi & pellis ac fimus etiam incendebatur, non tamē sup altare. de his dicetur postea, vbi de peccato multitudinis aut sacerdotis agetur. Sacrificia vero vel oblationes, quæ vel pro gratiaꝝ actione fiebant, vel ex voto aut sponte, salutaria vocabantur. Et fiebant de animalibus prædictis, non aūt de auibus. Sane in modo offerendi idem fiebat vt in holocausto: sed in hoc erat differētia, qͣ hic offerri potuit vel masculus vel fœmina, anniculus vel grandior, immaculata tamen: pars vero incēdebatur dño, pars erat sacerdotū, pars offerentiū. *de armēto oīs adeps, id est, pinguedo interior, nam ea quæ est supra carnē animalibus, aut est aruina, aut lardū, quæ carni admixta, proprie pinguedo, quæ in intestinis, proprie adeps est: & adeps dño offertur. Est aūt triplex adeps: vitaliū, id est, cordis & vētris: iecoris, id est, reticulū, & renū. hos adipes tres, ac duos renes & renūculos, adolebit sacerdos sup altare. eadē etiā de capra. si vero de ouibus erat oblatio, præter prædicta offerebatur cauda integra, & pellis erat sacerdotis q offerebat: armus vero dexter & pectus cedebāt in vsus sacerdotū, & lingua cum faucibus quæ pectori adhærebāt. his (vt prædictum est) vescebātur in domibus cum vxoribus & liberis & domo tota, mūdis tātum: reliqua erāt offerentiū, & inde epulabant corā dño in ipso atrio, vel iuxta, immo in tota ciuitate Hierosolymitana. licebat etiā ex his tam sacerdotibus, q̄ alijs edere ad hoc inuitatis, ita tamē, si pro gratiaꝝ actiōe hostia fuit, eadē die vesci licebat, nec in alteꝝ reseruare: si vero ex voto vel spōte offerebatur, & qd in crastinū remāsisset, vesci licebat: ꝙ si qs die tertio comedisset, irrita eius fiebat oblatio, & peribat anima eius de populo. Quod si manus hoīs animal inuenire non potuit, puta paup, offerebat pro salute

triplex vsus sacrificioꝝ.

Offerendi causæ.

Bos immaculatus.

Sacrificioꝝ appellatio & forma.

ſute vel pace ſimilã,farinã ſcilicet delicatiſſimã,fundens deſup oleũ: thusq́ʒ offerebatur cum ea.Sacerdos aũt thus & pugillũ ſimilæ oleatæ adolebat ſup altare in memoriam offerẽtis,reliquũ erat ſacerdotũ. Si vero de ſimila coctũ offerebat,panes ſine fermento,cõſperſos oleo,coctos in clibano vel in craticula offerebat & lagana. Si vero coctũ in ſartagine offerebat,cõſperſum oleo & ſine fermẽto erat,diuidebatur minutatim.Ex his ſacerdos offerebat corã dño de panibus vnũ,& de fruſtis vnũ:reliquum erat Aaron & filioꝶ eius ad edendũ cum oñi domo ſua æqua ſorte, & quidam dicũt quatuor gña panũ fuiſſe,coctũ in clibano,coctũ in craticula, coctũ in aqua, q̃d laganum appellãt,& coctũ in ſartagine.Hoſtia vero pro peccato,vel fiebat pro peccato ſacerdotis, aut pro peccato ſynagogæ,aut principis,aut animæ priuati.Si ergo ſacerdos qui vnctus erat,peccabat,delinquere faciẽs populũ,tũc offerebat pro ſuo peccato ꝑ manus impoſitionẽ, ad oſtiũ tabernaculi vitulũ immaculatũ,& corã altari immolabat eum:hauriẽsq́ʒ de ſanguine,inferebat illũ in tabernaculũ:& intingẽs in eo digitũ, adſpgebat ſepties cõtra velũ ſanctuarij, ac de eodẽ ponebat ſup cornua altaris incẽſi: & egrediẽs,reliquũ ſanguinis fundebat circa crepidinẽ altaris holocauſti,& oẽm adipem cum renibus & renunculis adolebat ſup altare,pellẽ vero & oẽs carnes cum fimo etiã offerebat extra caſtra in locũ mundũ,vbi cineres effundi ſolebãt,ac incendebat ea ſup ſtruem lignoꝶ.Quod ſi oĩs turba,id eſt, ſynagoga per ignorantiã peccabat cõtra mandatũ dñi,ſeniores populi offerebãt ad oſtiũ tabernaculi per manus impoſitionẽ vitulũ,& fiebat de eo ſicut de priori:oranteq́ʒ pro eis ſacerdote, propicius erat ei dñs. Et ſic patet differẽtia inter hæc holocauſta,& ea de quib⁹ in principio: q̃a ex his nihil erat ſacerdotũ,nec etiã pellis:totũ eñ dño cremabatur.nam mẽbra iſtoꝶ cum capite, pedibus & inteſtinis lotis, ponebãtur ſup altare ad adolendũ, niſi adeps cum renibus & renunculis:quia erat gñalis regula,de cuius ſanguine inferebatur in ſanctuariũ,nil ex eo licebat remanere,nec aliquid ex eo adolebatur ſup altare, niſi ſolum adeps cum renibus & renunculis. In modo etiam offerendi & numero ſacerdotũ erat differẽtia: de carnibus eñ holocauſti ſalutaris fiebãt nouem partes,quas ſup altare ponebãt nouem ſacerdotes,quiſq; ſuam:vnus vero quatuor ſimul offerebat,ſcilicet caput, pedes, iecur, & inteſtina lota:duo vero ſanguinem offerebant,vt omnes ſimul eſſent duodecim.Quod ſi peccauit princeps aut tribunus per ignorantiã,& poſt intellexerit peccatum,offerat ad oſtium tabernaculi per manus impoſitionem hircum immaculatũ: quo immolato,tingebat ſacerdos digitum in ſanguine,quo tãgebat cornua altaris holocauſti,reliquum fundens ad baſim eius,& adolebat adipem,renes & renunculos:reliqua erãt ſacerdotis.Sed quia erat hoſtia pro peccato,& de ſanguine eius tincta cornua altaris,carnes eius erant ſanctæ.ſanctificabãt itaq; & carnes & cætera tacta ab eis, ſed non quælibet,immo in genere ſuo,vt caro carnẽ, panẽ panis, ſimila ſimilã:&non veſcebatur eis,niſi ſacerdos vnctus & mũdus, nec niſi in loco ſancto & eodem die:ſi quid reſiduũ eſſet,igni comburebãt:ſi veſtis eius polluebatur eius ſanguine, abluebatur, vt nullum remaneret veſtigium ſanguinis: alioquin vrebatur. vas teſteum in quo coquebatur caro,frangebatur:æreum,defricabatur & lauabatur. Cum vero peccabat per ignorantiam anima,id eſt,priuatus de populo,offerebat capram immaculatam eo modo quo ſupra,vel agnum: ſi pauper eſſet, duos pullos turturis vel columbæ,quoꝶ alter offerebatur domino in holocauſtum,alter erat ſacerdotum:cuius tamen ſanguis ad fundamẽtum altaris effundebatur ſeu diſtillabatur,quia pro peccato erat. ꝙ ſi nec auiculas poterat inuenire,offerebat ſimilam, decimam partem ephi, nec mittebat in ea oleum aut thus,quia pro peccato erat.Cuius memoriale ſacerdos adolebat ſuper altare, reliquum habebat in munere,rogabatq́ʒ pro eo,& dimittebatur peccatum.Hoc vbiq́ʒ intelligas,pro deuotione & oratione ſacerdotis & offerentis,quæ fiebant in fide Chriſti venturi,non aũt virtute ſacrificij.Qui vero peccat, ſibiq́ʒ conſcius eſt,licet nullus poſſit ipſum arguere,offerebat arietem,cuius carnes ſacerdotes immolent, & (vt pro peccato dictum eſt)partem comedãt in templo vel loco ſancto eodẽ die. Quod ſi qui per negligentiam ſuam peccauerint,id eſt,negligẽdo mãdata,cõfitebuntur peccatum ſuum voluntarie,non vi,& reddẽt ipſum caput,id eſt,debitũ,addãtq́ʒ quintam partẽ ei in quem peccauerint.Sin non fuerit qui recipiat,dabit ſacerdoti conuertendum in vtilitatem ſuã, & nihilominus offerat arietem pro expiatione peccati ipſius.

Panũ gña. *Hoſtia pro peccato.* *Oblatio ꝑ ignorantia.* *Duodecim ſacerdotes hoc ſacrificium peragebant.* *De peccato principis.* *Oblatio ꝑ ignorantia.* *Oblatio ꝑ cõſcij pctõ.* *Pro negligente.*

Sed q̃a nõ offerebatur hoſtia vel in holocauſtũ ſiue in ſacrificiũ ſine libamẽtis,notandũ ꝙ libamẽ erat ſimila oleo glutinata & vinũ, quæ cum hoſtia adolebãtur.cuiq; hoſtiæ proprium libamen determinatum erat:pro agno,ſimilæ decima pars ephi,vinũ quarta pars hin.Erãt aũt ephi &corus,mẽſuræ aridoꝶ:hin &batus,liquidoꝶ.pro vitulo,de ſimila tres decimę,de vino media pars hin:pro ariete,de ſimila duę decimę, de vino tertia pars hin,eadem erãt & hirci libamina. Adde ſacrificijs vota ac ſacrata

Libamen.

domino: si quis vouit se Deo, quia non est animal immolaticiũ, ideo redemptionem dabat: masculus quidem à vigesimo anno vsq; ad sexagesimum, dabat quinquaginta siclos argenti ad mẽsuram sanctuarij, mulier 30. A quinto aũt anno vsq; ad vigesimũ, masculus dabat viginti siclos, fœmina decem. Ab vno mẽse vsq; ad annum quintum, mas quinq; siclos, fœmina tres: sexagenarius & vltra, mas 15. fœmina decem. Pauper

De votis. æstimationẽ reddere non valẽs, reddet ad arbitrium sacerdotis. si quis vouit animal immolaticium, mutari non poterat, etiam in melius: si quis mutasset pro alio, vtrũq; consecratum erat domino. Animal immundum redimet iuxta sacerdotis arbitrium, qui statuet precium, & addet quintam partem: sin non voluerit, dabitur alteri, precio taxato. idem dic de domo. Ager vero iuxta mensuram sementis æstimabatur, habito respectu, an ager sit ex possessione maiorum, aut emptus. Emptum si quis vouisset, q̃a in anno iubileo redibat, iuxta supputationem annorum æstimabant: sed si ex possessione maiorum agrum vouisset quis, retulit an venderet sacerdos extraneo: quia tunc redibat ad eum, si voventi non redibat in iubileo, ideo quintam partem ad precium tenebatur addere. Quicquid vero domino fuerat consecratũ, siue homo, siue animal, siue ager, non vænibat nec redimi poterat, sed moriebatur, intellige ciuiliter, puta si quis de tribu Leui consecretur domino ad seruiendum in tabernaculo, vt Samuel, si esset de alia tribu, quia non posset accedere ad ministerium, tamen in alijs pijs operibus seruire posset, vt Samson qui fuit ex tribu Dan, & cõsecratus domino in abstinentia à potu & inebriatiuo, & filia Iepthe in orationibus & vigilijs. seruus gẽtilis deputari potuit ad seruilia. Animal immolaticiũ non poterat redimi, si non immolaticiũ: & tamen valens ad aliqua seruitia, vt equus, remanebat in obsequio diuino. sic de domo & agro, nam nec in iubileo poterant redimi empticia. sic mobilia cõsecrata, non poterant ad vsus alios applicari. & consecratio prædictorum alia cedebat in vsum sa-

Tempus sacrificiorũ. cerdotis, alia templi vel tabernaculi, secundum quod consecrans exprimebat. Nũc de tempore. nam adstringebantur præcepto legis ad oblationes & sacrificia certis temporibus. Inter hæc aliqua fiebant singulis diebus, vocabaturq́; iuge sacrificium. Peragebantur aliqua omni sabbato, aliqua prima quaq; die mensis, & vocabatur neomenia. aliqua certis temporibus anni. Iuge sacrificiũ fiebat quotidie, oblato mane agno anniculo cum libamẽtis. is cremabatur die tota. Sacerdos, posito in altari agno cum prunis & thymiamate, tabernaculum intrabat, ponens illa super aram: & in vespere, posito eo modo alio agno in altari, accendebat sacerdos omnes septem lucernas, & sic tota nocte in altari incensi erat odor suauis. vespertinum tamen sacrificiũ melius erat & pinguius. Offerebat etiam sacerdos de suis expensis assarium farinæ, oleo mixto, & modica decoctione induratæ: medietatẽ quidem mane, & medietatẽ vespe-

Sabbatum. re. Sabbato, id est, festo dñi, eo die præter iuge sacrificium offerebantur duo agni anniculi immaculati cum libamentis suis in holocaustum. Proponebantur quoq; duodecim panes calidi super mẽsam auream in tabernaculo, ac per totam septimanam

Neomenia. ibi manebant, postea cedebant in vsum sacerdotum. In Neomenia, id est, noua luna, Kalendæ erãt legales & dies ferialis. Eo die offerebãt vitulos duos, arietem vnum, agnos anniculos septem cum libamẽtis suis, hircumq́; pro declinatione peccati. oĩa hæc in holocaustum, & nihilominus iuge sacrificium nunq̃ omittebatur. Quarta

*Martij. decima primi mensis *Aprilis, ad vesperum comedebant agnum paschalem, sequen-

Festum azymorum. ti die inchoabant festum azymorum, durabat per septem dies. prima & vltima solennis erat ac ferialis. post primam diem azymorum offerebant spicas recentes, & torrebant igni, ac grana manibus confricabant in modum farris. de hoc offerebant assarium vnum, de quo pugillum vel drachmam adolebat sacerdos super altare: reliquum erat eius. In his septem diebus per singulos dies offerebatur iuge sacrificium, & quod in neomenia consueuit offerri in holocaustum. A prima die azymorum numerabant

Pentecoste. septẽ hebdomadas, & erat pentecoste, id est, quinquagesima. Pentecoste fiebat in memoriam datæ legis. dicebatur etiam festum hebdomadarum, vel festum primitiuorũ. quia tamen de nouis frugibus offerebantur duo panes, quorum quilibet habebat decimã similæ fermentatæ, ideo nihil de eis ponebatur super altare, & cum panibus duæ agnæ in esum tantum sacerdotum, & nil in crastinum seruabatur. Alibi dicit textus, Offeretisq́; in oĩbus habitaculis vestris panes primitiarum duos de duabus decimis similæ fermentatæ, offeretisq́; cum panibus septem agnos immaculatos anniculos. & vitulum de armẽto vnum, & arietes duos in holocaustum. illud puto factum de com-

Festum tubarum. muni. At alibi præcipitur, Offeres iuxta benedictionem domini, & epulaberis coram eo tu & filius tuus & filia, seruus & ancilla, Leuites qui est intra portas tuas: aduena, pupillus & vidua, qui morãtur vobiscum in loco quem elegerit dominus Deus tuus.

vnde

vnde dicunt tres frugum primitias fuisse,in manipulis,in pascha,in panibus,in pentecoste,& primitias proprie omnium frugum,id est,septem specierum de frumento, hordeo,vinea,oliua,ficu,malogranato & palma.Eodē die offerebant hircū pro peccato,duos agnos anniculos,hostias pacificorū.vocabitis,inquit dominus, hūc diem celeberrimū.omne opus seruile non facietis in eo.Deinde prima die mensis septimi duplex erat solennitas,neomenia & festum tubarum,in quo buccinabant cornibus pecorinis,quia eo die liberatus est Isaac,ne immolaretur,hirco substituto.Vnde prȩcepit dn̄s:Die prima mensis septimi erit vobis sabbatum.omne opus seruile nō facietis in eo.ea die p̄ter oblationes neomeniæ ac iuge sacrificiū,offerebantur in holocaustum vitulus vnus,aries vnus,agni anniculi septē,hircus pro peccato cū libamentis suis.Decima vero die mensis eiusdē,erat festū propiciationis,quia ea die rediŋt Moyses ad eos,referens Deū eis esse placatū super adoratione vituli:& ea die ieiunabant hoīes & iumenta,& pueri septennes à vespera vsq; ad vesperā,pro memoria mortuorum.vnde etiā dicebat̄ dies afflictionis.dicebat̄ quoq; dies expiationis,q̄a ea die expiabat̄ tabernaculū & altare,de quo dn̄s:Loquere ad Aaron,ne omni tēpore ingrediatur sanctuariū,q̄d est intra velū corā propiciatorio,quo tegitur arca,vt nō moriatur,nisi in die propiciationis,& sic semel in anno regulariter.eo die vitulū pro peccato offeret de suo,& arietē in holocaustū.tunica linea vestiet̄,feminalibus lineis verenda celabit,accinget̄ zona linea.cydarim lineā imponat capiti,quibus ante lotus induet̄,suscipietq́ ab vniuersa multitudine filio℞ Israel duos hircos pro pc̄tō,& vnū arietē in holocaustū.Cūq́ obtulerit vitulū,orās pro se & domo sua,duos hircos stare faciet corā dn̄o in ostio tabernaculi testimoniŋ,mittet sup̄ vtrunq; sortē,vnā dn̄o,& alterā capro emissario:cuius exierit sors dn̄o,offeret illū pro peccato,emissariū seruabit.His rite celebratis, offeret vitulum:& rogans pro se & pro domo sua,immolabit eū,assumptoq́ thuribulo,q̄d de prunis altaris implet,hauriens manu cōpositū thymiama incensum,vltra velū intrabit in sancta sancto℞,vt fumo & vapore operiatur oraculū,q̄d est supra testimoniū,& nō moriat̄:tolletq́ de sanguīe vituli,& adspergat digito septies cōtra propiciatoriū ad orientē.Cūq; mactauerit hircū pro peccato populi,inferet sanguinē eius intra velū,sicut dictū est de sanguine vituli,vt adspergat e regione tabernaculi,& expiet sanctuariū à peccatis Israel.Iuxta hunc ritū faciet in tabernaculo,id est,in sancta,q̄ est extra velū primū.Nullus hominū sit in tabernaculo quādo pontifex sanctuariū ingreditur,donec egrediat̄:cū aūt exierit ad altare incensi,oret pro se,& sumptū sanguinē vituli ac hirci,fundet super cornua per gyrū. posteaq́; exibit tabernaculū.offerat hircū viuentem,posita vtraq; manu supra caput eius.confiteatur oēs iniquitates filio℞ Israel,q̄ imprecans capiti eius,emittet illū per hominē in desertū.Cūq́ portauerit oēs iniquitates eo℞ in terrā solitariā ac in desertū dimissus,reuertet̄ in tabernaculum testimoniŋ,& depositis vestibus prioribus,relictisq́ ibi,lauabit carnē suā in loco sancto,induetur q́; vestibus suis.Et cū egressus obtulerit holocaustū,rogabit tam pro se q̄ pro populo,& adipē qui oblatus est pro peccatis,adolebit super altare.ille vero qui dimiserit caprū,lauabit vestimēta & corpus aqua,& sic ingrediet̄ in castra.Vitulū aūt & hircū qui pro pc̄tō fuerūt oblati,& quorum sanguis illatus est in tabernaculū,asportabūt foras castra,& cōburēt igni tā pelles q̄ carnes & fimū:& qui combussit ea,lauabit vestimēta sua & carnē aqua expiationis de vitula rufa,& sic ingrediet̄ castra.In hac die erit expiatio vestri ab oībus peccatis,dato ꝙ per specialia sacrificia,per negligentiā vel ignorantiā,expiati prius non essent.Quintadecima aūt die huius mēsis erant scenopegia,hoc est,festū tabernaculorū,in quo septē dies habitabant sub vmbraculis,in memoriā xl.anno℞ in deserto. protelabat̄ septē diebus,qua℞ prima & vltima solēnes erāt.octauus dies etiā erat solennis,nō ꝙ esset de scenopegiŋs,sed quia eo die cōueniebāt ad faciendā collectā,forte in vsus paupe℞ aut cōmunes.obseruabant aūt à die decima p̄cedenti,q̄tuor diebus interpositis,vsq; ad hāc,ieiunia.Ferebāt aūt in his septē diebus ramos salicis & myrti,summitates palma℞,& virgulas mali persici,offerebātq́; de cunctis frugibus terræ dn̄o in gratia℞ actionē.Ad hæc offerebāt prima die in holocaustū vitulos xiŋ,arietes duos,agnos anniculos xiiŋ.& hircū pro peccatis,cū libamētis eo℞.eadē oblatio arietum,agnorū & hirci,fiebat per singulos dies sequētes,sed de numero vitulorū vnus subtrahebat̄ in dies,secūdo die offerebant xiȷ.tertio die xi.& sic cōsequenter.In octaua,q̄ erat solennis,offerebat̄ aries vnus,vitulus vnus,agni anniculi septē,& hircus pro pc̄tō cū libamentis.Hæ oblationes septē solennitatū fiebant de publico,nec propter hoc cessabant hostiæ spontaneæ,vel necessariæ,aut iuge sacrificiū.Et sic tres p̄cipuæ solennitates,vt pascha,pentecoste,ac scenopegia,habebāt septē dies:& sabbatum in

Festum propiciatonis.

Scenopegia celebritas Hebræorū, quā sub tētoriis in solitudie celebrarūt,liberati p Mosen de seruitute Aegyptiaca.

his occurrens, vocabatur sabbatũ sabbatorũ. Pro aqua vero expiationis, religio victimæ talis erat: Duxerunt ad Aaron vaccã rufam ætatis integræ, in qua nulla erat macula, q̃ neq; iugũ portauerat. tradebatur Eleazaro sacerdoti, qui eductã extra castra, immolabat in cõspectu omniũ: & tingens digitũ in sanguine eius, adspersit aduersus fores tabernaculi septẽ vicibus: cõbussitq́; eam, cunctis videntibus, cum pelle & carnibus, cum sanguine & fimo, lignũ quoq; cedrinũ, hyssopum & coccum bis tinctum mittebat in flammã. Et tũc demum lotis vestibus & corpore, ingrediebatur in castra, immundusq́; erat vsq; ad vesperã: sic & is qui combussit. Collegit aũt vir mundus cineres, & effudit extra castra in loco mundissimo. qui cineres portabat, lauit vestes, & etiam immundus erat vsq; ad vesperã. Ex his cineribus si quis fuisset pollutus, tollebat vir mundus de cineribus, quos misit in aquas viuas, tingebatq́; ex eis hyssopum, & adspergebat tertio die & septimo immundum, siue fuisset tentorium, supellex aut homo: tunc lotis vestibus & corpore, erant mundi, prout supra vbi de immunditijs dicitur. Cineres isti seruabantur diu, ita q̃ aliqui tradant sex tantũ vaccas immolatas per totũ tempus durationis vtriusq; tẽpli, & inde fiebat aqua expiationis.

Aqua expiationis.

Postremum de loco sacrificandi p̃cepit dominus: Cum terram Chananæorũ possederitis, ea facietis q̃ Deo placita sunt. sit vobis vna ciuitas sacra in loco optimo & p̃claro, quãcunq; Deus sibi elegerit, & templũ vnum in ea sit. in alia vero ciuitate nec templum, nec altare sit. Deus eñ vnus, & genus Hebræorũ vnũ. conueniantq́; in illa ciuitate ter in anno à finibus terræ, quatenus Deo & pro illis quæ possidẽt, gratias referãt. Omne masculinum apparebit corã domino. bonũ est enim, vt inuicẽ contribules se nõ ignorent, sed sua studia sibi cõmunicent. illuc venietis, & offeretis in loco illo holocausta & victimas ac sacrificia vestra, primitias, vota & donaria, primogenita quoq;: ibi epulabimini coram domino Deo. Caue ne offeras in omni loco, sed in eo tantum quem elegerit dominus. Homo quilibet de Israel si occiderit alium, & nõ obtulerit ad ostiũ tabernaculi oblationẽ domino, sanguinis reus erit. offerant filij Israel sacerdoti hostias suas, funderq́; sacerdos sanguinẽ. Pro quo nota, q̃ ante constructionẽ tabernaculi offerebant passim: sed postq̃ tabernaculũ est factum, nõ poterant alibi offerre, quãdiu fuerunt in deserto, exceptis sacrificijs & oblationibus voluntarijs. postq̃ vero tabernaculum habuit stabilem mansionẽ, primũ in Silo, scilicet trecentis quadragintatribus annis, ibi fuerunt quietati, nõ poterãt etiam offerre voluntaria sacrificia, nisi in tabernaculo: sed capta arca tẽpore Heli, scilicet post trecẽtos xliij. annos, non habuit stabilẽ mansionẽ vsq; ad cõsummationẽ templi Salomonis. Sacrificia votiua & voluntariæ oblationes, poterant alibi fieri. Cõsummato vero templo, extunc nõ fuit licitũ offerre alibi, quia ille locus fuit simpliciter ad hoc electus ad vitandum abusus, ne forte sub hoc prætextu idololatriam committerent, sicut nec phase celebrare extra Hierosolymam poterant. Et quidquid difficile occurrebat aut ambiguum, illuc referendum erat.

De loco sacrificandi.

Locutus est dominus ad Moysen in deserto Sinai de tabernaculo fœderis, prima die mensis secundi, anno altero egressionis eorum ex Aegypto. dicẽs: Tollite summam vniuersæ congregationis Israel per cognationes & domos suas, & nomina singulorum quidquid sexus est masculini, à vigesimo anno & supra, omniũ virorum fortiũ ex Israel, & numerabitis eos per turmas suas tu & Aaron, eruntq́; vobiscum principes tribuum. Numerati sunt in deserto Sina de Ruben primogenito Israelis, quadragintasex millia quingẽti: de filijs Simeon, quinquagintanouem millia trecenti: de filijs Gad, quadragintaquinq; millia sexcenti quinquaginta: de filijs Iuda per generatiões suas, septuagintaquatuor millia sexcẽti: de filijs Isachar, quinquagintaquatuor millia q̃dringenti: de filijs Zabulon, quinquagintaseptẽ millia q̃dringenti: de filijs Ephraim, quadraginta millia quingenti: porro filiorũ Manasse, trigintaduo millia ducẽti: de filijs Beniamin, trigintaquinq; millia quadringẽti: de filijs Dan, sexagintaduo millia septingenti: de filijs Aser, quadraginta millia * mille quingenti: de filijs Neptalim, quinquagintatria millia quadringẽti. Hi sunt q̃s numerauerũt Moses & Aaron, & duodecim principes Israel. fueruntq; oẽs simul filij Israel à vigesimo anno & supra, qui poterant ad bella procedere, sexcenta tria millia virorum quingẽti quinquaginta, Leuitis non numeratis.

Tribuũ numeratio.

Locutus est dominus ad Moysen: Tribum Leui noli numerare, sed cõstitues eam super tabernacula testimonij: ipsi portabunt tabernaculũ & oĩa vtensilia eius, & erunt in ministerio, ac per gyrũ tabernaculi metabuntur. cum proficiscendũ fuerit, deponent Leuitæ tabernaculũ: cũ castra metanda, erigẽt. Quisquis externorũ accesserit, occidetur. addiditq́; dñs: Numera filios Leui p domos & familias, omne masculinũ ab vno mẽse & supra. Numerauit Moyses, & inuenti sunt filij Leui, Gersan & Caath & Merari. De filijs Gersan septẽ millia quin-

Leuitæ non numerabantur inter reliquos.

quingenti:hi,ait dñs,metabuntur ad occidentem sub principe Eliasaph,habebunt'q; excubias in tabernaculo fœderis. Ipsum tabernaculum & operimentum eius,tentorium quod trahitur ante fores tecti fœderis,cortinas atrij,tentoriũ quoq; quod appenditur in introitu tabernaculi atrij,& quidquid ad ritũ altaris pertinet, funes tabernaculi,& omnia vtẽsilia custodiant. familia vero Caath per nomina ab vno mense & supra,octo millia sexcenti,habebunt excubias sanctuarij,castrametabuntur ad meridiẽ. princeps eorũ Elisaphan,filius Oziel,erit super excubias.& custodiant arcam,mensam & candelabrũ,altaria & vasa sanctuarij,velũ,cunctam'q; supellectilẽ, vt de eorũ officijs iam dicetur clarius. At vero de Merari ab vno mense & supra,sex millia ducenti. princeps eorũ Suriel,in plaga septentrionali metabũtur. erũt sub custodia eorũ tabulæ tabernaculi,vectes & columnæ cũ basibus suis,paxilli cũ funibus, sed & Moyses ac Aaron cũ filijs castrametabunt ante tabernaculũ fœderis ad orientalẽ plagã,habentes custodiã sanctuarij in medio filiorũ Israel. Quisquis alienus accesserit,morietur. erant'q; oẽs Leuitici gñis,vigintiduo millia ducẽti septuagintatres. Dixit quoq; dñs: Tolle Leuitas pro primogenitis filiorũ Israel,& pecora Leuitarũ pro pecoribus eorũ. erunt'q; Leuitæ mei. ego sum dñs. De pcio autẽ ducentorũ septuagintatriũ,qui excedunt numerũ Leuitarũ,accipies quinq; siclos per singula capita ad mẽsurã sanctuarij,dabis'q; pciũ Aaron & filijs eius:& fuit mille trecẽtorũ sexagintaquinq; siclorũ preciũ eorũ,quod dedit Aaron & filijs eius iuxta verbũ dñi. Rursus locutus est dñs ad Moysen & Aaron,dicens: Singularũ tribuũ singuli per turmas,signa atq; vexilla,domus cognationũ suarũ,metabuntur per gyrũ tabernaculi fœderis. Ad orientem Iudas figet tẽtoria per turmas exercitus sui,erit'q; princeps filiorũ eius Naason. iuxta eũ castra habeant filij Isachar,quorum princeps Nathanael. In tribu Zabulon princeps Heliab,vniuersi in castris Iudæ numerati sunt,fuerunt centũ octogintasex millia quadringenti. per turmas suas primi egredientur. In castris filiorũ Ruben ad meridianã plagam erit princeps Elisur,iuxta eum castrametati sunt tribus Simeon, cuius princeps Salamiel,ac tribus Gad,cuius princeps Eliasaph,oẽs recensiti,centum quinquaginta millia & mille quadringenti quinquaginta. per turmas in secundo loco proficiscentur. Ad occidentalẽ plagã erunt castra filiorũ Ephraim,quorum princepe Helisama,& cũ eis tribus filiorũ Manasse,quorũ princeps Gamaliel,ac tribus filiorũ Beniamin. recensiti,centum octoginta millia centũ. per turmas suas tertio loco proficiscentur. Ad aquilonis partẽ metabunt filij Dan,quorũ princeps Abiezer. iuxta eum tribus Aser,quorũ princeps Phegiel,& tribus filiorũ Neptalim,quorũ princeps Abira. vniuersi de castris Dan,centum quinquagintaseptẽ millia sexcenti. nouissimi proficiscentur. Fecerunt'q; filij Israel sicut pceperat dominus,castrametati'q; sunt per turmas,profecti'q; per familias ac domus patrum suorum. Addidit quoq; dñs Moysi,dicens: Tolle summã filiorũ Caath,à trigesimo anno & supra,vsq; ad quinquagesimũ,vt ministrent in tabernaculo fœderis. hic est cultus filiorũ Caath. Tabernaculũ fœderis ingredientur Aaron & filij eius quñ sunt mouenda castra,& deponent velum quod pendet ante fores,inoluent'q; eo arcam testimonij,& operient rursum velamine hyacinthinarũ pellium,mensam quoq; propositionis inuoluent ac thuribula,mortariola,scyphos,cyathos. panes semper in mensa maneant,sicut & ignis in altari. candelabrum inuoluent,necnon altare aureũ inuoluent hyacinthino vestimẽto,extendant'q; desuper operimentũ hyacinthinarũ pelliũ,inducent'q; vectes. oĩa vasa inuoluent,sed & altare holocaustorum mundabunt cinere,inuoluent'q; purpureo vestimento,quia ignis in hoc altari latet,operimentũ habens æneum,cuncta'q; vasa operient simul velamine hyacinthinarũ pellium. omnibus'q; inuolutis,intrabunt filij Caath in cõmotione castrorũ,vt portent inuoluta,& nõ tangant vasa sanctuarij,ne moriantur. ista sunt onera filiorũ Caath,super quos est Eleazar,Aaron sacerdotis filius,ad cuius pertinet curam,oleum ad concinnandas lucernas & cõpositionis incẽsum,& sacrificiũ, & oleũ vnctionis,omniũ'q; vasorũ,& quidqd ad cultũ tabernaculi pertinet,oĩm'q; vasorũ quæ in sanctuario sunt. Aaron & filij eius intrabũt sancta sanctorũ,disponẽt'q; opera singulorũ,alij nulla curiositate videãt quæ sunt in sanctuario,priusquã inuoluant,alioqui morientur. erit'q; officiũ familiæ Gersonitarũ,vt portent cortinas tabernaculi & tectũ fœderis,velamen hyacinthinarũ pelliũ,tentoriũ in introitu tabernaculi,cortinas atrij,& velũ,quod est ante tabernaculũ,oĩa quæ ad altare pertinent,funiculos & vasa ministerij,iubente Aaron & filijs eius,erunt'q; sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis. Filios'q; Merari portare voluit tabulas tabernaculi,vectes & columnas & bases earum,columnas'q; atrij cum basibus & paxillis ac funibus,omnia vasa & supellectilem,erunt quoq; sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis. Fuerunt itaq; omnes recen-

Numerus Leuitarũ.

Leuitarum officia.

De locatione tribuũ.

De tribu sacerdotali & eius officijs.



recẽsiti de Leuitis à trigesimo anno & vsq; ad quinquagesimũ, simul octo millia quingenti octoginta. Locutus est adhuc dñs ad Moysen: Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare possis populũ, quãdo mouenda sunt castra. Cum increpueris tubis, si semel clangueris, venient ad te principes multitudinis. Si aũt prolixior atq; concisus clangor increpuerit, mouebunt castra primi qui sunt ad orientalem plagã, in secundo qui habitant ad meridiẽ, & iuxta hunc modũ reliqui vlulantibus tubis in profectionẽ. Quãdo aũt cõgregãdus est populus, simplex tubarũ clangor erit. filij Aaron sacerdotis clangent tubis, eritq; hoc legitimũ sempiternũ: si exieritis ad bellum de terra vestra contra hostes, clangetis vlulantibus tubis, & erit recordatio vestri coram domino Deo vestro: si quando habebitis epulum, dies festos & Kalendas, canetis tubis super holocaustis & pacificis victimis, vt sint vobis in recordationem Dei vestri, ꝙ ad honorẽ eius obtuleritis. Post hæc vigesimo die mensis secundi anni secundi, eleuata est nubes de tabernaculo fœderis, profectiq; sunt filij Israel per turmas suas de deserto Sina, postq̃ filij Aaron tabernaculũ & ea quæ intra erãt, inuoluissent. moueruntq; castra primi filij Iuda, filij Isachar, filij Zabulon. Depositumq; tabernaculum filij Gerson & Merari portabant. profecti sunt & filij Ruben, filij Simeon. & filij Gad. Porro in tribu Gad erat princeps Heliasaph. post hos profecti sunt & Caathitæ, portantes sanctuariũ. tam diu enĩ tabernaculũ portabatur, donec euenirent ad erectionis locũ. Cumq; eleuaretur arca, dicebat Moyses: Surge domine, & dissipẽtur inimici nostri, & fugiãt qui oderunt te, à facie tua. deinde mouerunt castra & filij Ephraim, filij Manasse, filij Beniamin. Nouissimi castrorũ omnium profecti sunt filij Dan, filij Aser, filij Neptalim. Profecti itaq; sunt de monte dñi. præcessitq; nubes, nec quieuit per tres dies & noctes. post hoc recubuit nubes in solitudine Pharan. Hanc modo Sarraceni inhabitãt. Interea ortum est murmur populi cõtra dominũ, dolentis pro labore: & accensus ignis, deuorauit extremã partem castrorum. orauitq; Moyses ad dominũ, & absorptus est ignis. vocauitq; nomen loci illius, incensio. Accessit ꝙ vulgus ex Israel, serui & Aegyptij qui sequebãtur eos, flagrabãt desiderio sedẽtes & flentes. Quis dabit nobis carnes ad vescendũ? recordamur piscium quos comedebamus in Aegypto, in mentẽ veniunt cucumeres & pepones, porri, cepæ & allia, anima nostra arida est, nil videmus nisi man. Audiuit hoc Moyses, & intolerabilis res visa est ei. Et ait ad dominũ: Cur imposuisti pondus populi huius super me? nunquid concepi & genui eos? obsecro, aut aliter prouideas, aut interficias me. Cui dñs: Congrega mihi septuaginta seniores ex Israel, viros quos meliores nosti, ad ostiũ tabernaculi, & auferã de spiritu tuo, tradãq; eis, vt sustentent tecum onus populi. & populo dices, cras dabo vobis carnes vsq; ad mensem, donec vertat in nauseam. Electos itaq; lxx. viros duxit Moyses ad ostiũ tabernaculi. ꝑter duos qui in castris remanserãt, reputabant enĩ se indignos, fratres Moysi ex matre Heldad & Medad. descenditq; dñs per nubem, & requieuit spiritus in eis qui stabãt cum Moyse, & prophetabãt. sed & duo qui remanserãt in castris, prophetare cœperũt, redijtq; Moses cum illis ad castra, narrauitq; populo verba dñi. Ventus vero egrediens à dño, arreptas trans mare in insulis Ortygijs coturnices, detulit in castra, & per circuitũ itinere diei vnius volabãt altitudine duoꝝ cubitorũ. surgensq; populus, cõgregauit sibi coturnices duobus diebus, & siccauit eas: qui parũ, decẽ coros habuit. adhuc autẽ erant carnes in ore ipsorũ, & ecce furor dñi percussit eos plaga magna nimis. vocatusq; est ille locus, sepulcra concupiscentiæ. ibi enĩ sepelierũt populũ, qui desiderauerat carnes. Egressi aũt de sepulchris cõcupiscentiæ, venerunt in Aseroth, ibiq; iurgati sunt Maria & Aaron cõtra Moysen propter vxorem eius Aethiopissam, quasi improperãtes ꝙ reginã Aethiopiæ quam duxerat, dimisisset, vel potius propter vxorẽ eius Sephoram, eo (vt Rabi Salomon vult) ꝙ separauerat se ab ipsa quoad thorum. Madianitæ aũt quondã vocabãtur Aethiopes. vel rixati sunt, qa Sephora cõtra Mariam rixata fuerat. Illi aũt dixerunt: Nonne & nobis sicut Mosi, locutus est dñs? Et iratus est dñs. erat enĩ Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabãtur in terra. dixitq; dñs ad eũ, ad Mariã & Aaron: Egredimini vos tres tantũ ad taberna

De tubis.

Profectio de deserto Sina.

Precedit nubes filios Israel.

Sepulchra cõcupiscentiæ.

culum fœderis.ingressisq́;, dixit dñs Aaron & Mariæ: Si quis fuerit propheta inter vos, loquar ei in visione, vel per somnũ, vel per ænigmata, vel per figuras: seruo vero meo Moysi, qui in omni domo mea fidelissimus est, ore ad os loquar. vt quid ergo detraxistis vos ei quasi paruificãtes? & recessit nubes, & ecce apparuit Maria leprosa. Et ait Aaron ad Mosen: Obsecro dñe, ne imponas nobis hoc peccatũ. orauitq́; Moses ad dñm, dicẽs: Obsecro, sana eã. Cui dñs: Si pater eius spuisset in faciẽ eius, nonne debuerat saltẽ septem dierũ rubore confundi? Separet septẽ diebus extra castra. Exclusa est igitur Maria septẽ diebus, & populus nõ est motus de loco hoc, donec reuocata esset. Profectusq́; est populus de Aseroth, fixis tentorijs in deserto Pharan, vltima scilicet parte versus terrã promissionis. dixitq́; Moyses: Vide terrã quã dñs Deus daturus est tibi, adscende & posside eam. noli timere, nec quidq̃ paueas. Et accesserunt ad eum oẽs ac dixerunt: Mittamus viros qui cõsiderent terrã, & renunciẽt per quod iter debeamus adscendere, & ad quas pergere ciuitates. quod cum non videretur Moysi bonũ, propter tamen importunitatem eorũ consuluit dñm. Qui respondit ei: Mitte viros qui considerent terrã Chanaan. Fecit Moyses, misitq́; viros duodecim principes, de singulis tribubus vnum. dixitq́; ad eos, vt considerarent terram, qualitatemq́; eius & hominũ & vrbiũ, & vt afferrent de fructibus terræ. Qui adscendentes, explorauerunt terrã: & venientes in Ebron, viderũt tres viros de gñe Enach, Desertum Pharan.



id est, giganteo, descendentesq́; vsq; ad vallem vberrimã, tulerunt de malis granatis & ficubus loci illius, palmitẽ quoq; cũ vua absciderũt, quẽ præ magnitudine tulerunt in vecte duo viri. ob hoc appellatus est locus ille Nehelescol, id est, torrens botri. Reuersiq́; exploratores post quadraginta dies, omni regione circuita, venerũt ad Mosen & Aaron & omnẽ cœtũ filiorũ Israel in desertum Pharan, q̃d est in Cades, ostenderũt fructus terræ, & narrauerunt dicẽtes: Terra ad quã misistis nos, reuera fluit lacte & melle, vt ex his fructibus cognosci potest: sed cultores fortissimos habet, vrbes grandes & muratas, stirpẽ Enach vidimus ibi, Amelech habitat in meridie, Ethæus, Iebusæus & Amorræus in montanis, Chananæus vero moratur iuxta mare. Detraxerunt alij terræ, dicentes ꝙ nemo ibi diu viueret, adijcientes, vt illos retraherent: populus em̃ quẽ adspeximus, proceræ staturæ est. ibi vidimus monstra de genere giganteo, quibus cõparati, quasi locustæ videbamur. Igitur audiẽs hæc omnis turba, fleuit, & murmurarunt cõtra Moysen ac Aaron cuncti filij Israel, dicẽtes: Vtinam mortui essemus in Aegypto, nõne melius est reuerti in Aegyptũ, q̃ ꝙ cadamus gladio? cõstituamus nobis duces, & reuertamur. At vero Iosue & Caleb, qui & ipsi viderãt terrã, sciderũt vestimẽta sua, dicẽtes: Nolite rebelles esse cõtra dñm, neq; timeatis, quia sicut panẽ, ita populũ hunc deuorabimus. Recessit ab eis omne ꝑsidiũ, dñs nobiscũ est, nolite metuere. Moyses quoq; & Aaron ceciderunt proni in terrã corã omni multitudine filioꝝ Israel. cumq́; clamarẽt cõtra eos alij decẽ exploratores, qui terruerant populũ, & oĩs multitudo vellet eos lapidibus opprimere, apparuit gloria dñi super tectũ fœderis, & ait dñs ad Moysen: Quousq; nõ credet mihi populus hic? feriam eos, & faciã te in gentẽ magnã. Cui Moyses: Obsecro dñe, ne fiat hoc, ne forte insultẽt tibi Aegyptij, & dicãt, non potuit populũ inducere in terrã quã promiserat. Cui dñs: Iuxta verbũ tuũ dimisi, attamen viuo ego, nullus eorũ qui viderunt signa quæ feci in Aegypto à viginti annis & supra, videbũt terrã, pro qua iuraui patribus eorum, ꝑter Iosue & Caleb. quare qui fuerũt minoris ætatis cũ exirẽt de Aegypto, nõ incurrerũt hãc pœnã. Similiter nec filij Leui, quia nõ fuerũt numerati à xx. annis, sed primo ab vno anno, secũdo à xxv. annis. En tentauerũt me, ait dñs, iã decẽ vicibus, nec obedierunt voci meæ. morient̃ in deserto, filij eorũ erũt vagi in deserto annis xl. portantes fornicationẽ ipsoꝝ, donec cõsumant̃ cadauera patrũ in deserto, iuxta numerũ xl. dierũ, quibus cõsiderastis terrã, annus pro die imputabit̃. Igitur oẽs viri q̃s miserat Moses ad cõtemplandũ terrã, & qui reuersi, murmurare fecerũt populũ cõtra Moysen, detrahẽtes terræ, mortui sunt subito & horribiliter. Iosue aũt filius Nun & Caleph, vixerũt. Locutusq́; est Moses vniuersa verba hæc ad oẽs filios Israel, & luxit populus nimis. adiecitq́; dñs, quia Amalechites & Chananæus habitãt iuxta vos, ne superueniant,

Fructus terræ promissionis.

Nehelescol.

Cades.

Exploratorum nũcia.

Iosue. Caleb.

niant,mouete cras castra,& redite in solitudinē,iuxta numerū quadraginta dierū,ac cipietis annos quadraginta.Et ecce mane surgentes,dixerunt ad Moysen:Peccauimus desperantes,parati sumus adscendere ad locū quem promisit dñs.Quibus Moyses:Nolite adscendere,non eñ est dñs vobiscū,ne corruatis coram inimicis vestris. Amalechites & Chananæus corā vobis sunt,immo ante vos,quorū gladio corruetis.At illi contenebrati,adscenderūt in verticē montis,arca aūt testamenti dñi & Moses nō recesserunt à castris,descenditq; Amalechites & Chananæus qui habitabat in monte,& percutiens eos atq; concidens,persequutus est eos vsq; Horma.Et redierunt in solitudinē,multoq; sederunt tēpore in Cadesbarne circumeuntes desertum.

Cædes rebellium.

Ecce aūt Chore nobilis & abundās,lingua facilis,ad persuadendū populum idoneus,videns Moysen in magno honore constitutū,per inuidiā grauiter hoc ferebat. nam cū esset ex ea tribu,erat eñ ei cognatus,mordebatur,quasi iustius esset vt eā gloriam ipse obtineret,qui & ditior illo,& genere apud Hebræos nō videretur inferior. clamabat esse crudelē Moysen,gloriamq; sibimet occupasse per calliditatē,sub occasione quasi videret Deum. Et cōtra legē Aaron fratri sacerdotium dederit,nō cōmuni placito plebis,sed suo iudicio,& super hæc modo tyrannico honores qbus vellet impenderet,adiecitq;,dicens:Quā rationē reddere poterit Moyses,vt Aaron & eius filijs daret sacerdotiū?Si eñ ex tribu Leui Deus honorem alicui ꝑbendum esse decreuit,ego hunc iustior sum accipere,genere quidē ipso consistens quo Moyses,diuitijs aūt & forma potentior.Si vero maior tribus quæritur,dignū est vt tribus Ruben potius honoret,& hunc accipient Dathan & Abiron.isti eñ seniores erāt in ista tribu, & potentes facultate pecuniarū.Hæc ita Chore dicēs,volebat videri quidē communi vtilitati prodesse,opere vero agebat,vt honorē hunc in se populi suffragijs transferret.& procedente sermone ad multos,oīs exercitus est agitatus.erāt eñ cōcordantes cū Chore ducenti & quinquaginta priores viri, studētes quatenus fratrē Moysi sacerdotij iure priuarēt.Tunc itaq; populus vt Moysen lapidaret,egressus est,& ante tabernaculū clamabāt:Exeat tyrannus,& populus ab eius seruitio liberet,qui sub occasione Dei violenta mandata ꝑcepit.Quod si Deus sacerdotē eligeret,dignissimum proueheret:& si decreuisset hunc Aaron dari,coram populo faceret,& nō in fratris hoc potestate relinqueret.Moyses ergo cū derogationem Chore iam ex multo præsciret,etiam irritatū populum non expauit,sed confidens rebus quas fideli deuotione tractabat,& sciens fratrē Dei voluntate sacerdotiū meruisse,ad conciliū venit,& multitudini quidē nihil omnino locutus est.Ad Chore aūt clamans,cum esset dexter etiā in alijs & ad loquendū ingeniosus:Mihi,inqt,o Chore & tu & vnusquisq; horū (ostendebat aūt ducentos & quinquaginta viros)honore digni esse videmini,& totum exercitū huiusmodi honore nō priuo,sed nec propter fraternū amorē,qd iustius alter habere potuisset,ego hoc cōtuli fratri.nā si nō cogitarē de legibus Dei,hūc honorem mihi potius ꝑbuissem,quādo plus mihi sum vicinus q̃ alteri,& mihi magis q̃ alteri familiaris existo:sed nec consilium erat,memet periculis subdere,& alio ex tali causa felicitatis dona cōferre:at à malitia ego sum remotus,Deus vero cōtemni se nō despexit.nō enim Aaron gratia mea hoc,sed iudicio diuino sortitus est.vnde ponat hoc etiā nūc Deus in medio,& qui dignus est,ad hoc accedat. incongruū nanq; est o Chore,vt quilibet appetēs honorē,Deo hūc ꝑbendi cui voluerit,auferat potestatem. Hoc igit facite,tollat vnusquisq; thuribulū suū,tu Chore & omne concilium tuū,& hausto cras igne,ponite desuper thymiama coram dño,& quēcūq; elegerit,ipse erit sanctus.Et ita derogatiōe fraterna,tanq̃ ei honorē sacerdotij ego donauerim,liberabor.Hæc Moyse dicēte,& à turba & à suspiciōe multitudo cessauit,& laudauerūt cuncti q̃ dicta sunt.erat eñ vir optimus,& loqui vtilia videbat.Altera aūt die cuncti congregati sunt in ecclesia,expectātes quid futurū esset.Moyses aūt missis ad Dathan & Abiron ministris,qui responderunt:Non venimus:cum vero nec obedire eos nuncij retulissent,nec velle dicerent Moysi,quasi cōtra omnē populū malignitate crescente,succumbere,audiens hæc Moyses,& sequi se maiores natu præcipiēs,ibat ad Dathan & Abiron,nec indignum esse putabat ad superbos accedere.Dathan aūt & qui cū eo erant,cognoscentes Moysen cum nobilibus populi ad se venire,accedentes cū vxoribus & filijs ante tabernaculum,respiciebant quæ Moyses esset acturus.Ille vero cum venisset in proximū,manus ad cœlum tendens,multumq; clamans,ita vt populus cunctus audiret,ait:Dñe cœli & terræ & maris,tu eñ mihi meorum actorum fidelissimus testis existis,quō oñia tua voluntate feci.tibi nanq; neq; qd agit,neq; qd cogitat,absconsum est.in his ergo q̃ de me,licet veritatē aperte sciētes,iniuste suspicantur,te testē mihi ꝑcor existere.Ego vitā simplicem habens,pro libertate eorum

De Chore & seditiōe.

Dathan. Abiron.

Oratio Moysi.

Dathan & Abiron rebelles.

Oratio Mosi ad Deum.

primo

primo,& nunc vero pro salute maximos labores toleraui,omniq; periculo me pro eis subieci:nūc vero qm̄*malignus in suspiciōe viris sum,q̄rum vita meo labore subsistit. Tu nosti ꝙ nullū munus cōtra iustitiā ab Hebręis accepi,q nūc in extraneas meoꝝ studiorum suspiciones incurri, tanq̄ te non iubēte, sed mea potius volūtate sacerdotium Aaron dederim.ostende nunc quia oīa tua prouidētia gubernantur, nec fortuitu,sed tuæ volūtatis interpositiōe proueniūt ad effectū.vindica in Dathan & Abiron.fac sup eos apertū iudiciū prouenire, ita cōtra tuā gloriā sæuientes.si aūt vere cōtra me derogasse noscunt,illos quidē innoxios seruato:necē vero quam illis optaui,facito meā:& pœnā ab eo exige,qui tuæ voluit nocere plebi, vt de cætero pax cōcordiaq; succedat.



Sana multitudinē illęsam, custodiēs eam à pœna peccati huius exortē. Hæc eo dicente & flēte,terra cōmota est,reduxitq; Moyses à tabernaculis impioꝝ multitudinē, & cōfestim dirupta est terra sub pedibus eoꝝ:& aperiēs os suum,deuorauit Dathan & Abiron,& oīa quæ ad illos ptinebant,descenderūtq; viui in infernum operti humo. vocauit q̄q; Moyses eos,q de sacerdotio contendebāt. Cōuenientibus aūt ducētis quinquaginta viris, qui & propter patrū virtutē honorabantur à populo,processerūt q̄q; Aaron &Chore cum thuribulis suis. ignis vero repēte tātus effulsit, qualis potuit Dei voluntate succendi,clarus & flammeus:quo veniente super eos,cuncti ducenti quinquaginta extincti sunt,& Chore simul,ita vt nec corpora eorum alicubi viderentur.solus aūt liberatus est Aaron,nihil ex igne læsus,qui vtiq; à Deo videbatur electus. Moyses igitur his præeuntibus,volens pœnam eorum reseruari memoriæ,iussit Eleazaꝝ filium Aaron, thuribula eorum circa altare æneum collocare,vt in memoriam essent eorum quæ illi sunt passi,qui putabant virtutem Dei se posse deludere. Et Aaron quidē non iam munere Moyseos,sacerdotium se habere credebat,sed Dei iudicio patefacto, cum filijs firme honore fruebatur. Seditio aūt neq; ita cessauit,sed multomagis augebatur.hoīes nanq; iam nihil præter Dei prouidentiam geri credentes,& hæc absq; Dei gratia circa Moysen gesta minime iudicantes,culpabāt Moysen, eo ꝙ tāta ira Dei non tam propter iniustitiam punitoꝝ,q̄ propter fauorē Moysi prouenerit. Illos em̄ perijsse dicebant nihil delinquētes,nisi ꝙ circa Dei religionē studium haberēt. Murmurauit itaq; oīs multitudo sequēti die aduersus Moysen & Aaron,dicentes: Vos interfecistis populum dn̄i.oriebaturq; seditio,& tumultus increuit,ita vt Moyses &Aaron fugerēt in tabernaculū fœderis.q̄d postq̄ ingressi sunt,operuit nubes & apparuit gloria dn̄i. Dixit dn̄s ad Moysen:Recedite de medio huius multitudinis. etiam nunc delebo eos. & cum iacerent in terra ad placandum iram Dei contra populum,egressus ignis deuorauit populum. Dixitq; Moyses ad Aaron:Tolle thuribulum,& hausto igne de altari,pones thymiana,perge cito ad populum,& roga pro eis.accelerансq; Aaron,cum thuribulo stans inter viuos & mortuos,orauit dn̄m:& cessante plaga,quieuit populus.fuerunt qui percussi sunt,14. millia hoīm & septingenti,absq; his qui perierunt in seditione Chore.attamē nondum cessauit tumultus sup sacerdotio Aaron. dicebant em̄, etsi non prædictos Leuitas elegerit dn̄s, poterat esse vt aliqui de aliqua reliquarum tribuum digni essent sacerdotio,& forte de omnibus tribubus deberent sacerdotes esse,ne tanta ministerij dignitas vni domui & tam paucis crederetur ministris.accusabantq; Moysen,eo ꝙ eorum negociaretur inopiam,vt semper eius viderentur egere consilio. Moyses aūt patienter agens,metuens ne quid iterum seditionis emergeret, *nec ad satisfactionem veniebant,ne magis vulgus exacueretur,audito hoc,solū principibus tribuum ex præcepto domini prædixit,vt nomina tribuum 12. virgis duodecim sigillatim inscriberent.scripsit aūt in virga Aaron nomen Leui,& ꝓter has duodecim sumpsit vnam seorsum,cunctas familias cōtinentem,in qua probaret,vtrum de oībus tribubus vellet Deus habere sacerdotes. illū em̄ sacerdotiū decebat habituꝝ, in cuius virga Deus indicium gloriæ designasset. portauerunt ergo oēs virgas suas, easq; Moyses in tabernaculo Dei collocauit. Altera vero die protulit virgas, erāt em̄ cognitæ,inuentaq; est virga Aaron germinasse,& folijs dilatatis amygdala protulisse. Tunc obstupescentes huiusmodi visionem,odiumq; linquentes hoc,continuo mirari cœperunt in illis Dei iudicium, & de cætero placito diuino fauentes, sinebant

Terra deglutiuit viuos Dathan & Abiron.

Noua orta seditio.

Perempta 14.millia hominum.

De electione p virgas.

Virga Aaron.

Aaron pontificatum habere. ille siquidem, tertio iam eum Deo ordinante, hunc honorem firmissime possidebat, & seditio hoc modo cessauit. dixitq; dominus ad Moysen: Refer virgam Aaron in tabernaculum testimonij, vt seruetur ei in signum rebellium filiorum Israel. fecitq; Moyses sicut præcepit ei dominus.

GENERATIO VIGESIMAOCTAVA.

Ascades. Naason.

ANno 3700. à mundi exordio, regnante apud Assyrios Ascade, in Naason filio Aminadab per lineam Christi 28. incepit generatio, durauitq; annis 46. Erat tum Aaron pontifex populi Israel, & Moyses dux à Deo constitutus. Fuerunt tunc filij Israel in solitudine, & multo sederunt tempore in Cadesbarne, diuq; circuierunt montem Seir, & redierũt fere vsq; ad mare rubrum circa fines Sinai, & p̃ annos plurimos prostrata sunt cadauera eorum in deserto, prout eis imprecatus est dñs. Dixitq; dñs ad Moysen, cum appropinquaret annus quadragesimus: p̃cipe populo: trãsibitis p̃ terminos fratrum vestrorũ filiorũ Esau, Idumęorũ scilicet in Seir, videte ne moueamini cõtra eos. neq; eñ dabo vobis de terra eorũ pedis vestigiũ. cibos emetis ab eis pecunia, similiter & aquam, & sic tãdem post multos labores redierũt in Cades in desertum Sin, mense primo anni 40. ab exitu eorum de Aegypto, in Cades inquam, de q̃ ante miserãt exploratores. Mortua est ibi Maria, ac sepulta in monte Sin, & est pars deserti Pharan. Trãsactisq; 30. diebus fletus, cum indigeret aqua populus, cõuenerunt aduersum Moysen & Aaron, & versi in seditionem, dixerunt: Vtinam perijssemus coram dño, cur eduxistis ecclesiam dñi in solitudinem, vt & nos & iumenta moriamur? Ingressiq; Moyses & Aaron in tabernaculum dñi, corruerunt proni in terram, dicentes: Dñe Deus, audi clamorem huius populi, & aperi eis thesaurũ tuum fontem aquæ viuæ, vt cesset murmuratio. & apparuit gloria dñi sup̃ eos, & dixit: Tolle virgam, & cõgrega populum ad petram, & p̃cussa, dabit aquam. & cõgregata multitudine, dixit Moyses ante petram: Audite rebelles & increduli, nunq̃d de petra hac poterimus aquam vobis elicere? Hic diffidenter egisse fertur, q̃si dubitaret, quia semel p̃cussit, & non manauerunt aquæ: p̃cussit & secundo virga silicem, & egressæ sunt aquæ largissimæ, ita vt biberet populus & iumenta. Et dixit dñs Moysi & Aaro: Quia nõ credidistis mihi, non introducetis populum hunc in terram ipsorũ. hæc est aqua cõtradictionis, vbi iurgati sunt filij Israel cõtra dñm. Et sanctificatus est in eis, fuerũt eñ territi, intelligentes q̃ nec Moysi parceret dñs. Hebræi tñ dicunt, q̃ solo verbo debebãt loq̃ cõtra petram, loquimini eñ, inquit dñs, ad petram. ipsi vero virga p̃cusserunt. maius aũt miraculũ fuisset, solum loqui. Misit interea Moyses ad regẽ Edom de Cades, dicẽs: Obsecro vt liceat nobis transire p̃ terram tuam. non ibimus p̃ loca culta. via publica gradiemur. si biberimus aquas tuas, q̃d iustum erit dabimus, nec eundo declinabimus ad dextram, nec ad sinistram. Et r̃ndit: Non transibitis p̃ me. timẽs tñ ne transirent, egressus est in manu forti, attñ cõcessit eis transitum p̃ extremitates regni sui, populusq; terræ portabat eis cibaria venalia, magis tñ propter lucrum suum, q̃ propter sustentationem eorum. diuertitq; ab eo Israel. Dixit q̃q; dñs: Non pugnes cõtra Moabitas, non eñ dabo tibi quicq̃ de terra eorum, quia filijs Loth tradidi eam. tu transibis hodie terminos Moab, vrbẽ nõie Ar. & accedẽs in vicinia filiorum Ammon, caue ne pugnes cõtra eos. non eñ tibi dabo de terra filiorum Ammon, q̃a Loth dedi eam & filijs suis. Cumq; mouissent castra, venerunt in montem Hor, qui est in finibus terrę Edom, vbi locutus est dñs ad Moysen: Pergat, inquit, Aaron ad populos suos. nõ eñ intrabit in terram quam dedi filijs Israel. Tolle Aaron & filium Eleazarum cum eo, & duces eos coram omni populo sup̃ mõtem Hor. Et cum nudaueris patrẽ stola pontificali, indues ea Eleazarum. & fecerat Moyses quod præceperat dñs, & mortuus est Aaron in monte Hor, cum esset centum viginti trium annorum, anno aũt quadragesimo ab exitu de Aegypto, mense quinto, id est, Augusto. sepultus aũt in monte Mosera, & flebat pro eo oĩs multitudo diebus triginta per cũctas familias suas. Eleazarus præficitur. Quod cum audisset rex Arad Chananæus, venisse Israel, accepit pugnam contra eos. ab initio victor, duxit ex Israel prædam. Ipsi vero se voto dño obligantes, q̃ victores delerẽt vrbes hostium, tradidit dominus Arad Chananæum, quem Israel interfecit, subuersis vrbibus eius, p̃dam diuino cultui applicantes, & vocauit nomẽ loci illius Horma, id est, anathema, vt consecretur dño. Profecti sunt aũt de mõte Hor, veneruntq; in Salmana, & tædere cœpit populum itineris ac laboris, murmurauerũtq; contra Moysen, dicentes: Cur eduxisti nos de Aegypto vt moreremur in solitudine? Et misit dominus in populum ignitos serpentes venenosos, ad q̃rum plagam cito mortui sunt. Venerunt igit̃ ad Moysen, dicẽtes: Peccauimus loquẽtes cõtra dñm & te, ora pro nobis. & orauit Moyses. Cui dominus: Fac serpentem æneum. & pone in perti-

Maria moritur.

Aqua e petra exilijt.

De Edom.

De Moabitis & Ammonitis.

Mons Hor.

Morit̃ Aarõ & Eleazar⁹ succedit.

Rex Arad chananęus. Horma.



in perticam in medio populi eminēter: & q̄ pcussus fuerit à serpēte, respiciat eū, ac viuet. & factū est ita. Hic serpēs magnifice cōseruatus est, & in Hierusalē ductus. tandē ex causa vitādæ supstitionis, in puluerē cōminutus est sub rege Ezechia. Deinde egressi, castrametati sunt in Oboth, de Oboth in Ieabarim in solitudine Moab cōtra orientalē plagā. Et inde mouentes, venerūt ad torrentē Zareth, quē trāsierūt siccis pedibus vt mare rubrū. quem relinquētes, transierūt cōtra Arnon. fluuius est em̄ in deserto, diuidēs Moabitas & Amorræos. vnde dicit: Sicut fecit in mari rubro, ita faciet in torrētibus Arnon: scopuli torrentiū inclinati sunt. & tradūt Hebræi, immēsam multitudinē Amorræo℞ ibidē in cōuallibus posuisse insidias Israelitis, dn̄m vero latitātes oppressisse, rupib⁹ hinc inde inclinatis, ita vt labētia scopulo℞ procurrerēt vsq; in torrentē Arnon. Ex hoc venerūt in aliū locū, vbi mōstrante dn̄o, foderūt puteū principes & duces multitudinis, & adscendit aqua abundāter. quo viso, cecinit Israel carmen: Adscēdat puteus quem foderūt principes, & parauerūt duces in datore legis & in baculis suis. Descenderunt inde de solitudine Mathana in Nahaliel, deinde in Bamoth vallē in regiōe Moab, in vertice Phasga, qui respicit contra desertum. Misit ibi Israel nuncios ad Seon regem Amorræorum, dicens: Obsecro vt transire mihi liceat per terram tuam, non declinabimus in agros & vineas, via regia gradiemur. Qui concedere noluit, quin potius exercitu congregato, egressus est aduersus Israel in pugnam, & percussus est in ore gladij. Occisus est ergo rex Seon, tulitq; Israel oēs eius ciuitates ab Arnon vsq; Ieboc, inter quas caput regni erat Esebon, interfectis habitatoribus earum, viris ac mulieribus & paruulis, iumenta vero in partem prædæ venerunt & spolia vrbium. Tradidit itaque dn̄s in manus eorum oēs vicos & ciuitates absq; terra filio℞ Ammon, à qua prohibuit eos dn̄s. Conuersi igitur adscenderunt per iter Basan. egressusq; est Og rex Basan in pugnam. dixitq; dn̄s: Non timeas. tradidi eum in manus tuas. percusseruntq; filij Israel eos vsq; ad internecionem, vastantes cunctas ciuitates illius vno tēpore, sexaginta vrbes & oēm regionem Argob, cunctæ vrbes erant munitæ muris altissimis absq; oppidis quę non habuerunt muros. disperdiderūt oēs vicos ac vrbes, viros, mulieres, ac paruulos, iumenta aūt & spolia vrbium diripuerūt. Erat aūt Og qui restiterat, de stirpe gigantæa, & mōstratur lectus eius ferreus, q̄ est in Rabath, nouē cubitos habēs lōgitudinis, ad mensurā cubiti virilis manus. Terrā aūt illi Aroer vsq; ad mediā partē mōtis Galaad possederūt. profectiq;, castrametati sunt in campestribus Moab, vbi trans Iordanem Iericho sita est. Videns aūt Balach filius Sephor, oīa quæ fecerat Israel Amorræo, dixit ad maiores natu Madian: Ita nos hic populus delebit, quō solet bos herbas vsq; ad radices carpere. Ipse aūt erat eo tempore rex Moab, non tñ naturalis, sed sicut Seon sibi partem Moabita℞ subiecerat. Misit ergo nuncios ad Balaam filium Beor, qui habitabat sup flumen filio℞ Ammon, vt veniret & malediceret populū hūc. audierat em̄ q̄ benedictus erat, cui benedicebat Balaam: & maledictus, cui maledicebat. Cumq; venissent ad eum maiores Moab & Madian, ferētes munera in manib⁹, & narrassent ei oīa verba Balach, rn̄dit Balaam: Manete hic hac nocte, donec videam q̄d dixerit mihi dn̄s, in occulto cōsulturus dæmonem. At dn̄s curam populi sui gerens, dixit: Non eas, nec maledicas populo huic, q̄a benedictus est. Mane dixit Balaam: Ite in terram vestram, q̄a prohibuit me dn̄s. Rursum misit ad eum viros plures & honoratos, muneraq; ampliora promisit, si malediceret populo. Qui rn̄dit: Si dederit mihi Balach domum suam plenam auri, non poterꝓ mutare verba dn̄i, attn̄ cupiditate ductus, Obsecro, inquit, manete hic etiam in hac nocte. Et ait dn̄s in nocte: Surge & vade cum eis, ita duntaxat, vt quod tibi pręcepero, facias. Surrexit mane, stratāq; asina profect⁹ est, animo tñ maledicēdi. & iratus est Deus, stetitq; angelus dn̄i in via contra Balaam. cernens asina angelum stantem in via euaginato gladio, timens deuiabat in agrum, quam quum verberibus reduxisset, iterum angelus stetit in angustijs maceriarū. timēsq; asina, iūxit se parieti, & attriuit sedētis pedem. at ille verberabat iterum eam, iterumq; stetit angelus in angusto viarum. vbi nec ad dextram nec ad sinistram poterat asina deuiare. timens asina, cecidit sub pedibus sedentis. qui cum vehementius cæderet, aperuit dominus os asinæ, & ait: Cur me cædis ecce iam tertio?

Oboth. Ieabarim. Arnon. Mathana. Nahaliel. Bamoth. Seon rex Amorręorū perit. Ieboc. Cędes Og regis basan. Balach rex. Balaam. Asina Balaam locuta. Apparet angelus.



Qui respondit: Illusisti mihi, vtinam haberem gladiũ. Protinus aperuit dñs oculos eius, viditq́ angelũ stantẽ in via cum gladio, & adorauit eũ. Cui angelus: Peruersa est via tua, & nisi asina declinasset, te occidissem, & illa viueret. dixit Balaã: peccaui, & nunc, si displicet tibi vt vadã, reuertar. Ait angelus: Vade cũ eis, & caue ne aliqd aliud q̃ præcepero tibi, loquaris. Iuit igitur cũ principibus. at Balach egressus est in occursum eius, in oppido Moabitarũ magnifice suscipiẽs eum, deditq́ ei munera, cui cõtestatus Balam, ait ei: Non potero loq nisi q̃d posuerit dñs in ore meo. adscẽderũtq́ pariter excelsa mõtis, vnde extremã partẽ populi intueri poterãt: aberãt enim stadijs sexaginta. dixitq́ Balaam: Aedifica hic septẽ aras, & para totidẽ vitulos, & eiusdẽ numeri arietes. cumq́ imposuissent vitulũ & arietẽ sup aram, dixit Balaam regi: Sta iuxta holocaustũ. videbo si forte occurrat mihi dñs. Et cũ abisset, audiẽs verba dñi, rediẽs, corã oĩbus assumpta parabola, ait: Quõ maledicã populo cui non maledixit Deus? qs dinumerare posset Iacob & nosse stirpẽ Israel? moriat anima mea morte iustorũ. cõsternatus Balach, dixit: Quid agis? vt maledicas eis, vocaui te, & tu benedicis? cui ille, Num aliud dicere possum q̃ q̃d iusserit dñs? duxitq́ eum ad aliũ locũ. statuerũtq́ iuxta priorẽ modũ septẽ aras, impositisq́ victimis, dixit Balaam ad regẽ: Sta hic. & secedẽs in Phasga, audiẽs dñm, redijt ad Balach & principes illius, incepitq́ loq: Nõ est idolũ in Iacob, nec simulacrũ in Israel, dñs Deus cũ eo est. tẽporibus suis dicet Iacob & Israel, q̃d opatus est Deus, ecce populus vt leæna cõsurget, & quasi leo eriget, non accubabit donec deuoret prædã. Dixitq́ Balach: Nec maledices eis, nec benedices. cui Balaã dixit: Quicquid mihi Deus imperaret, hoc facerẽ. ait Balach, Veni, & ducã te ad aliũ locũ, si forte placeat Deo vt maledicas eis. duxitq́ sup verticem mõtis Phogor. ædificauerũt ibi septem aras, imposuerũtq́ vitulos & arietes per singulas aras. Cumq́ vidisset Balaam q placeret dño vt benediceret Israel, eleuãs oculos, vidit tẽtoria Israel, irruẽteq́ in se spũ Dei, ait: Dixit homo cuius obturatus est oculus, dixit homo auditor sermonũ Dei: Quàm pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel. Vt valles nemorosæ, vt horti irrigui, vt tabernacula quæ fixit dñs. Deus eduxit illũ de Aegypto, fortitudo eius similis rhinocerotis. qui benedixerit tibi, erit ille benedictus: qui maledixerit, erit maledictus. Iratus Balach, cõplosis manibus ait: Ad maledicendũ inimicis meis vocaui te, cui tertio benedixisti. reuertere. decreuerã magnifice honorare te, sed dñs priuauit te honore disposito. Respondit Balaam: Nõne prædixi, q nil q̃ quod dñs dixerit, loquar? veruntamẽ dabo consiliũ dum perrexero. Et assumpta parabola rursum ait: Dixit homo auditor sermonũ Dei: Videbo eum, sed nõ modo: intuebor illũ, sed non prope. Orietur stella ex Iacob, & virga cõsurget ex Israel, & pcutiet duces Moab, vastabitq́ oẽs filios Seth, (quæ ciuitas fuit in terra Moab) & erit Idumæa possessio eius. de Iacob erit q dominetur. cumq́ vidisset Amalech, ait: Principiũ gẽtium Amalech, cuius extrema pdentur. Et iterũ post multa: Heu, inquit, quis victurus est quãdo ista faciet Deus? veniẽt in trieribus de Italia, superabũt Assyrios, vastabũtq́ Hebræos, & ad extremũ ipsi peribunt. Descendẽte itaq́ Balach cũ Balaam, cœpit is vt valediceret regi ac principibus, ita loqui: O Balach & Madianitæ præsentes, oportet me hęc pręter voluntatẽ Dei præstare vobis: Hebræorũ quidẽ genus nulla pestis appræhẽdit, nec bella, nec aliqua necessitas corrumpit, est enim cura Deo pro eis. si vultis eos vincere, mittite puellas pulchras, nobiles & ornatas prope exercitũ eorũ, & q iuuenes alliciãt instituite, ac dum inflãmati fuerint, non permittãt se eis, nisi prius patrias leges relinquãt, simul & honorẽ Dei, ac dijs vestris offerãt, eosq́ adorẽt. sic enim illis indignabitur Deus. fecerũtq́ ita Madianitæ aliquæ & de Moabitis. Eo tẽpore morabat Israel in Sethim, & fornicatus est cũ illis, quæ vocauerũt eos ad sacrificia sua, comederunt idolothyta, adorauerũt deos eorũ. Iratusq́ dñs, dixit ad Moysen: Tolle cunctos principes populi tui, & suspẽde eos cõtra solẽ ad patibula, (nocẽtes scilicet principes, id est, nequitię autores) & dixit Moyses ad iudices Israel: Occidat vnusquisq́ proximos suos qui initiati sunt Beelphegor. & ecce vnus de filijs Israel intrauit coram fratribus suis ad Madianitidem, vidẽte Moyse & omni turba, palamq́ dixit Moysi, q licite posset eam ducere vxorẽ. flebat aũt turba ante fores tabernaculi. q̃d cum vidisset Phinees filius Eleazari

Populo Israel benedixit Balaam.

Balaam consilium.

Fornicatus est populus.

azari sacerdotis, arrepto pugione, ingressus est post virũ, & perfodit simul virũ & mulierem in locis genitalibus, cessauitq́ plaga à filijs Israel. occisi enĩ sunt vigintiquatuor millia hoĩm. Dixitq́ dñs ad Moysen: Phinees auertit iram meã à filijs Israel, idcirco loquere ad eum: Ecce do ei pacẽ fœderis mei, & erit tam ipsi q̃ semini eius pactum sacerdotij sempiternũ, quia zelatus est pro Deo suo. Erat aũt nomẽ viri q occisus est, Zambri, de tribu Simeon. mulier vocabatur Cosbi, filia Sur principis nobilissimi Madianitarũ. Locutusq́ est dñs ad Moysen: Hostes vos sentiant Madianitę. percutite eos, quia hostiliter egerũt cõtra vos, & deceperũt insidijs, vlciscere filios Israel. Armauit ergo Moyses de singulis tribubus mille viros electos, præfecitq́ eis Phinees, deditq́ vasa sancta & tubas ad clangendũ. Cumq́ pugnassent contra Madianitas ac vicissent, oẽs mares occiderũt, ac qnq; reges eorũ: vrbes, viculos, & castella flãma cõsumpsit, Balaam q̃q; interfecerũt gladio, mulieres & paruulos, pecora & oẽm suppellectilẽ in prædam duxerũt. dũ aũt redirẽt, Moyses & Eleazar ac oẽs principes venerũt in occursum eorũ extra castra: ac visis mulierib⁹, iratus est Moyses: Cur, inquit, fœminas reseruastis? nõne ipsæ sunt, quæ deceperũt filios Israel? interficite oẽs quæ nouerũt viros, & oẽm masculũ, virgines tñ reseruate. fecerũtq́ ita, & reseruata sunt virginũ 32. millia. Et ait Moyses: Quia occidistis vel tetigistis mortuos, eritis extra castra (scilicet deitatis) septem diebus, & purificabimini tertio & septimo die aqua adspersionis: aurũ, & quicq̃d trãsire p ignẽ potest, igne purgabit: q̃d aũt ignẽ non potest sustinere, aqua expiationis. Dixitq́ dñs ad Moysen: Tolle summã eorũ q̃ capta sunt, ab homine vsq; ad pecus, & diuides prædã, ex æquo inter eos q pugnauerũt, & reliquã multitudinẽ: de parte vero eorum q pugnauerũt, separabitis dño vnã animã de qngentis, & dabitis eam Eleazaro. Ex media vero parte multitudinis, accipies quinquagesimũ caput, & dabis Leuitis. q̃ facto, principes exercit⁹ accesserũt & dixerũt: Recẽsuim⁹ numerũ pugnatorũ, nec vnus quidẽ deest, quã ob rem offeremus in donarijs dñi, q̃d in præda auri potuimus inuenire, periscelides, armillas, annulos, dextralia, murẽnulas, vt depreceris dñm pro nobis. Susceperũt aũt aurũ Moyses & Eleazar, & intulerũt illud in tabernaculũ sedecim millia & septingentos quinquaginta siclos, in monumentũ filiorũ Israel corã dño.

Postq̃ noxiorum sanguis effusus est, dixit dñs ad Moysen & Eleazarũ: Numerate oẽm summam filiorũ Israel, à viginti annis & supra, cunctos qui possunt ad bella procedere. Numeratis illis per tribus, domos ac familias, inuẽta est summa filiorũ Israel, sexcenta millia, mille septingenti triginta, inter quos nullus fuit eorum, qui ante numerati sunt à Moyse & Aaron in deserto Sina, nisi Caleb filius Iephone, & Iosue filius Nun. Locutusq́ est dñs ad Moysen: Istis diuidetur terra. pluribus maiorẽ partẽ dabis, paucioribus minorẽ, iuxta nõia tribuũ in possessiones suas, ita tamẽ, vt sorte tribubus diuisio fiat. Numerati sunt & filij Leui ab vno mẽse & supra, fueruntq́ oẽs viginti tria millia masculini generis, quorũ sors dñs atq; hæreditas, qui non sunt recẽsiti inter filios Israel, nec eis cum cæteris data possessio est. Filij aũt Ruben & Gad habebãt pecora multa, cumq́; vidissent Iazer & Galaad aptas animalib⁹ alẽdis terras, venerũt ad Moysen & Eleazarũ sacerdotẽ, & dixerũt: Terra quã pcussit dñs in cõspectu filiorum Israel, vberrima est ad pastũ animaliũ: & nos serui tui habemus iumẽta plurima. precamur, si inuenimus gratiã corã te, vt des nobis eam in possessionẽ, nec facias nos transire Iordanẽ. Quibus Moyses cõmotus, inquit: Nunquid fratres vestri ibũt ad pugnã, & vos hic sedebitis? Cur subuertitis mẽtes filiorũ Israel, sicut patres vestri q missi fuerant ad explorandã terrã? At illi: Nõ sic, sed relinquemus hic paruulos, vxores ac iumẽta nostra, erũtq́ in vrbib⁹ muratis propter inimicorũ insidias: ipsi vero armati præcedemus fratres nostros, nec reuertemur vsq; dum possideãt filij Israel hęreditatẽ suã, nec quicq̃ quæremus trans Iordanẽ, quia iam habemus possessionẽ nostrã in oriẽtali eius plaga. Quibus Moyses: Si facitis q̃d promittitis, expediti pgite ad pugnã trãs Iordanẽ, donec subuertat dñs inimicos, & subijciat dño oĩs terra, inculpabiles eritis & obtinebitis regiones has. dixerũt: Faciemus q̃d iubet dñs noster. Dedit itaq; Moyses filijs Gad & Ruben ac dimidiæ tribui Manasse, regnum Seon regis Amorræorũ, & Og regis Basan, ac terrã Galaad. Præcepitq́ dñs: Quãdo intraueritis terrã Chanaan trãs Iordanẽ, disperdite cũctos habitatores terræ illius. Idololatræ enĩ erant, & sententia mortis data sup eos à Deo. Ego, inq̃, dedi vobis illã possessionẽ quã diuidetis sorte. si aũt nolueritis interficere eos, erũt vobis quasi claui in oculis: aduersabuntur vobis. & quicquid illis cogitaui facere, faciã vobis. hãc habebitis terrã, pars meridiana incipit à solitudine Sin, quæ est iuxta Edom: plaga occidentalis à mari magno: aquilonaris à mari mediterraneo, & contra orientem vsq; ad mare Cenereth & vsq; ad Iordanem. hæ erunt terræ, quas dabitis nouem tribubus & dimidiæ. Nomina aũt virorum qui terram diuident,

Strages filiorũ Israel.

Zambri.

Cædes Madianitarũ.

Prędæ diuisio.

Dona filiorum Israel.

Numeratio.

Numerus filiorũ Leui.

Filiorũ Ruben & Gad petitio.
Iazer.
Galaad.

Mandatum contra Chananæos.

Quibus finibus descripta illorum terra.

Eleazar sacerdos,& Iosue,& singuli principes de singulis tribubus: de tribu Iuda, Caleph: de tribu Simeon, Samuel: de tribu Beniamin, Helidad: de tribu Dan, Bocci: de tribu Manasse, Banihel: de tribu Ephraim, Camuhel: de tribu Zabulon, Helisaphan: de tribu Isachar, Phaltiel: de tribu Aser, Abiud: de tribu Neptalim, Phedahel. Hæc q̃que locutus est dominus: Pręcipe filijs Israel, vt dent Leuitis de possessionibus suis vrbes ad habitandum quadragintaocto, vt ipsi in oppidis maneant,& suburbana sint pecoribus ac iumentis, quæ à muris ciuitatum forinsecus per circuitũ mille passuum spatio tendētur, vbi nec arari poterit vel plantari, sed vltra per circuitum adhuc mille passuum poterunt hæc fieri. Ipsæq́; vrbes quæ dabuntur de possessionibus Israel, ab his qui plus habent, plures auferentur: ab his qui minus, pauciores. Ita filij Leui dispersi esse debebant per singulas tribus. tenebantur enim docere populum de his quæ ptinent ad Deum, recipiebantq́; decimas ac oblationes ab omnibus. Congruētius ergo erat, vt essent dispersi per oēs tribus. Dixit quoq; dominus: Quando transieritis Iordanem, separate vrbes sex in præsidia fugitiuorum: tres erunt trans Iordanem,& tres in terra Chanaan, tam filijs Israel, q̃ aduenis & peregrinis, vt confugiat ad eas qui nolens sanguinem fuderit. Hæc autem erit lex homicidæ fugientis: Qui percusserit proximum suum nesciens, puta fortuitu & absq; odio, & confugerit ad vnam ciuitatem refugij, saluabit animam suam, nec occidetur à proximo occisi: eritq́; ibi, donec à iudicibus propinquis reconciliabitur, vel vsq; ad mortē summi pontificis: tunc redire poterit in terram suam. aliàs, si extra fines vrbium quæ exulibus deputatæ sunt, fuerit inuentus,& percussus ab eo qui vltor est sanguinis, absq; noxa erit q eum occiderit. Per industriam vero occidens, etiam de altari euellatur, si tamen sub testibus cōuincatur. nam ad vnius testimonium nullus condemnabitur. Hęc facta sunt trans Iordanem in campestribus Moab, quæ erat mansio filiorũ Israel quadragesimasecunda & vltima, postq̃ egressi sunt de Aegypto.

De vrbibus Leuitarũ.

Sex vrbes refugij.

Lex homicidarum.

Contemplatur Moyses terrã in vertice phasgę.

Dixit quoq; dominus ad Moysen: Adscende cacumen Phasgę,& oculos tuos circumfer ad occidentem & aquilonem, austrumq́; & ad orientem,& adspice terram quam promisi. nec enim transibis Iordanem istum. Ante etiam dixerat dominus Moysi: Adscende montem istum Abarim,& cōtemplare terram quã daturus sum filijs Israel. Cumq́; videris eam, transibis & tu ad populũ tuum, sicut iuit frater tuus Aaron, quia offendisti me in deserto Sin in contradictione multitudinis. Cui respondit Moyses: Prouideat dominus Deus hominem qui sit sup multitudinem hãc,& possit educere eos vel introducere, ne sit populus domini sicut oues absq; pastore. Dixitq́; ad eum dominus: Tolle Iosue filium Nun, virum in quo est spũs Dei,& pone manum tuam super eum, vt te viuente instituatur. Qui stabit coram Eleazaro sacerdote & omni multitudine,& dabis ei præcepta, cunctis vidētibus,& partem gloriæ, vt audiat eum omnis synagoga. Pro hoc si quid agendum erit, Eleazar sacerdos consulet dominum. ad verbum eius egredietur & ingredietur omnis multitudo. Tulit Moyses Iosue,& statuit coram Eleazaro & omni frequentia populi, impositisq́; capiti eius manibus, cuncta replicauit quæ mandauerat dominus. Audiens aũt Moyses diem mortis sibi appropinquare, anno quadragesimo, mense vndecimo, prima die mensis eiusdem, totum se conuertit ad ea quæ sibi præceperat dominus, ac cōgregata omni multitudine, cœpit eis legẽ Dei, cæremonias & iudicia explanare, prout iam dicemus: Hæc sunt præcepta quæ mandauit dominus Deus vester, inquit Moyses, vt docerem vos. discite ea,& opere complete. dominus Deus noster pepigit nobiscum fœdus. in Oreb facie ad faciem locutus est nobis. Ego sequester & medius fui inter Deum & vos in tempore illo, vt nunciarē vobis verba eius. hæc est sapientia vestra, vt audiatis & faciatis ea. Nec eñ est alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut Deus adest nobis. Quæ est enim alia gens sic inclyta, vt habeat cæremonias iustaq́; iudicia & vniuersam legem, quam ego proponam hodie ante oculos vestros? Custodi igitur tecum legem domini, ne obliuiscaris cunctis diebus vitæ tuæ, docebisq́; filios ac nepotes tuos auditam vocem eius. Verum scripsit decē verba in tabulis duabus, mihiq́; mãdauit, vt docerē te cæremonias & iudicia, tibiq́; præcepit vt faceres, quia dilexit patres tuos, elegitq́; semen eorum, vt esses ei populus peculiaris, facietq́; te excellentiorem cunctis gentibus, quas creauit in laudem & gloriam suam. Audi & ausculta sermones meos, eruntq́; verba hæc quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo,& narrabis ea filijs tuis. ligabis ea quasi signum in manu tua. Scribes ea in limine & ostijs domus tuæ. cumq́; introduxerit te dominus in terrã, pro qua iurauit patrib⁹ tuis, caue ne obliuiscaris domini Dei tui, qui eduxit te de Aegypto & de domo seruitutis, in terram plenam multarum opum, quam non plantasti. discant pueri primum legem, quæ est doctrina optima & causa felicitatis eximia: secundo autem,

Moyses cōgregat multitudinē, vt mandatorũ ordinē exponat.

autem, per singulos dies mane & vespere testificanda sunt dona dei, quia liberauit nos de seruitute Aegyptiaca. Audi Israel, dominus Deus noster, vnus est. diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. dominũ Deum tuum timebis, & ipsi seruies. Obserua cæremonias eius atq; iudicia omni tempore. non habebis Deos alienos in conspectu illius, non facies sculptile, non idolum, nec titulos erigetis nec adoretis, Non auguremini, nec obseruetis somnia, non declinetis ad magos neq; ad ariolos. Cum'q; ingressi fueritis terram, quã dominus Deus daturus est vobis, subuertite omnia loca, in quibus coluerunt gentes idola deos suos. dissipate aras eorũ, & confringite statuas, lucos igne comburetis, idola cõminuite, disperdite noĩa eorũ de locis illis. quid enĩ à ratione magis alienum, q̃ tribuere creaturæ honorẽ diuinũ, optimo principe neglecto? Quod si surrexerint in medio tui prophetæ, aut qui somniũ vidisse se dicat, & p̃dixerit signũ atq; portentũ, & euenerit q̃d locutus est, & dixerit tibi: Eamus, & sequamur deos alienos, & seruiamus eis, nõ audies verba prophetæ illius aut somniatoris, quia tentat vos dñs Deus vester, vt palam fiat, vtrum diligatis eum an non. propheta aũt ille aut fictor somniorũ, interficietur, quia locutus est, vt auerteret vos à domino Deo vestro. Si tibi voluerit persuadere frater tuus, filia, siue vxor q̃ est in sinu tuo, aut amicus quem diligis vt animam tuã, clam dicens: Eamus, & seruiamus dijs alienis: nõ acquiescas ei, nec parcat oculus tuus vt miserearis & occultes: sed statim interficies, cũ scilicet iudicatus fuerit per iudices, sit manus tua super eum. Si audieris in vna vrbiũ tuarũ, quas dñs dabit tibi ad habitandum, dicentes: Eamus, & seruiamus dijs alienis: solicite & diligenter rei veritate perspecta, si inueneris habitatores vrbis illius nocentes, percuties eos in ore gladij, & delebis ea oĩa quæ in vrbe sunt, vsq; ad pecora, & supellectilẽ succendes in medio plateaũ, ita vt vniuersa consumas. nõ ædificabitur amplius, nõ adhærebit de illo quidquã in manu tua, vt auertatur dñs ab ira furoris sui. Si repertus fuerit apud te vir vel mulier q̃ faciat malũ, vt vadat & seruiat dijs alienis, & adoret solem, lunam & omnẽ militiã cœli, quod vti nunciatũ est reperiens verũ, educes virũ ac mulierem ad partes ciuitatis, & lapidibus obruentur. Manus testium prima interficiat eum, & tũc reliqui populi, vt auferas malũ de medio vestri. Si quis dederit de semine suo idolo Moloch, id est, si puerũ semen suũ aut sanguinẽ dederit idolo, populus terræ lapidabit eum: q; si neglexerit populus & dimiserit hominẽ, succidam ipsum & omnes q consentiunt ei. Anima q̃ declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cũ eis, interficiam de medio populi sui. Vir siue mulier, in quibus pythonicus spiritus vel diuinationis fuerit, lapidibus obruent eũ. Maleficos nõ patieris viuere super terram. Iterũ locutus est Moyses ad omnẽ cœtũ: Diliges amicũ tuũ sicut teipsum. non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuiũ tuorũ. nõ videbis bouẽ fratris tui aut ouẽ errantẽ, & p̃teribis, sed reduces fratri tuo: etiã si non est propinquus, nec nosti eũ, duces in domũ tuã, & erunt apud te quãdiu quærat ea frater tuus & recipiat. Similiter facies de vestimẽto, & de omni re fratris quæ perierit, si inueneris eã. Si videris asinũ inimici tui aut bouem cecidisse in via, lauabis eũ. non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum, ne habeas super illo peccatum. non maledices surdo, nec corã cæco ponas offendiculũ. non eris criminator aut susurro in populis. si habitauerit aduena in terra vestra, non exprobretis ei, sed sit inter vos quasi indigena, quẽ diligetis quasi vosmetipsos. fuistis enim & vos aduenæ in terra Aegypti. Nolite facere iniquũ aliqd in regula, in põdere, in mensura, in iudicio. Viduæ & pupillo non nocebitis. vociferabunt ad me, & ego exaudiã eos, percutiam'q; vos, erũt vxores vestræ viduæ, & filij vestri pupilli. si pecuniam mutuã dederis pauperi qui habitat tecũ, nõ vrgebis eum q̃si exactor, neq; vsuras accipies. hoc intelligit de quolibet Rab. Sal. Et q̃d alibi dicit, nõ fœneraberis proximo tuo, sed alieno, est permissio minoris mali. Si pignus à proximo tuo acceperis vestimentũ * carnis indumẽtũ, nec habet aliud in quo dormiat, ante solis occasum reddes ei. Nõ moretur opus mercenarij tui apud te vsq; mane. nõ tradas seruũ dño suo qui ad te confugerit. habitabit tecũ quousq; quiescat ira dñi sui. Ingressus vineã proximi tui, comede vuas quantũ tibi placuerit, foras aũt ne auferas. Si intraueris segetẽ amici tui, franges spicas & manu confrices, falce autẽ nõ metas. Quãdo messueris segetẽ in agro, & oblitus fueris manipuli, nõ reuerteris vt tollas illũ, sed aduenã, pupillũ & viduã auferre patieris, vt benedicat tibi Deus tuus. Cũ messueritis, nõ tondetis vsq; ad solũ superficiẽ, nec remanentes spicas colligas aut grana decidẽtia, sed peregrinis & pauperibus dimittas. Si fruges collegeritis oliuarũ, quidquid manserit in arboribus, nõ reuerteris vt colligas, sed relinquas aduenæ, pupillo & viduæ. Si vindemiaueris vineã, fac similiter. Cũ repetes à proximo tuo rem

Præcepta diuina.

Aduersus idolorum cultum.

Aduersus ariolos.

Quõ diligẽdus proximus.

De aduenis.

De vsura.

rem aliquam quam debet tibi, nõ ingrediaris domũ eius vt pignus auferas, non accipies loco pignoris superiorem & inferiorem molam, quia animã apposuit tibi. idem dic de alijs vasis congruis ad acquirenda alimenta, secundũ Iosephũ. Omnino indigens & mendicus nõ erit inter vos, vt benedicat tibi Deus tuus. Intellige de publice mendicantibus. vnde subiungit: Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ, idcirco ꝑcipio tibi, vt aperias manũ fratri tuo egeno & pauperi qui tecũ versatur in terra. Et si frater tuus deuenerit ad paupertatẽ, non obdurabis cor tuum, nec contrahes manũ, sed aperies pauperi, & dabis mutuum quo eum indigere perspexeris. Nõ ages quidquã callide in eius necessitatibus, vt benedicat tibi dominus Deus tuus. Non vsurpabis nomen Dei frustra, quia non erit impunitus qui super re vana nomen eius assumpserit. dominũ Deum timebis, iurabisq́; in nomine illius. Non peierabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei. homo qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum: & qui blasphemauerit nomen domini, morte moriatur. lapidibus opprimet eũ omnis multitudo, sicut vidistis de viro filio mulieris Israelitidis, qui iurgatus est in castris cũ viro Israelita. Cũq́; blasphemasset nomẽ domini, missus fuit, me iubẽte, in carcerem, & post sententia dñi extra castra lapidatus est, ꝙ blasphemasset nomen domini, & maledixisset ei. Si quis virorũ votũ domino vouerit aut se cõstrinxerit iuramento, non faciat irritum verbũ suum, sed omne quod promisit, implebit. Cũ votum voueris Deo tuo, nõ tardabis reddere. si moratus fueris, reputabitur tibi peccatũ. si nolueris polliceri, absq; peccato eris. quod aũt semel egressum est de labijs tuis, facies & obseruabis. Mulier si quippiã vouerit, & adstrinxerit se iuramẽto in domo patris sui & in ætate puellari, si cognouerit pater & tacuerit, voti rea erit. Sin vero statim vt audierit, cõtradixit pater, vota & iuramẽta irrita erunt, nec obnoxia tenebit sponsioni. Idẽ in maritata erit, si vir contradixerit, dato ꝙ in domo patris sit: ꝙ si in domũ mariti venerit, idẽ erit si ipse cõtradixerit, & dñs ei propicius erit. viduata & repudiata quidquid vouerit, reddat. Si vxor alicuius vouerit, & iuramẽto se constrinxerit, ꝙ per ieiuniũ vel cæterarũ rerũ abstinentiã affligat animã suã, in arbitrio viri est siue faciat, siue nõ faciat. ꝙ si audiens tacuerit, & in alterã diem distulerit sententiam, quidq̃d vouerat atq; promiserat, reddat. Sin aũt postea cõtradixerit. portabit ipse iniquitatẽ. Obserua diẽ sabbati vt sanctifices eũ. nõ facies in eo quidq̃ operis, qui em̃ fecerit opus in hac die, morietur, sicut vidistis in hac solitudine de hoĩe qui inuẽtus fuit sabbato colligere ligna. hunc reclusimus in carcerẽ, donec ad responsum dñi ductus fuit extra castra & lapidatus. Honora patrẽ & matrẽ, sicut ꝑcepit tibi dñs, vt longo tẽpore viuas, & bene sit tibi. vnusquisq; patrẽ & matrem timeat. qui maledixerit patri suo aut matri, morte moriatur. Quod si filiũ habueris cõtumacem, qui monitis tuis nõ pareat, apud iudicẽ probata eius cõtumacia, luxu, cæterisve criminibus, eiectus extra vrbẽ, ac in ligno pendẽs tota die spectetur, nocte vero sepeliatur. Coram cano capite cõsurgas, & honora personã senis. Non occidas. qui occiderit hominẽ, morte moriatur. Si rixati fuerint viri, & percusserit alter proximũ suum lapide vel pugno, si ille mortuus nõ fuerit, sed iacuerit in lecto, ac surgens baculo ambulet, non erit reus mortis: operas tamen impensas in medicos restituat. Si inter rixandũ percusserit quis mulierẽ prægnantem, & abortiuum fecerit, viuens tamẽ, subiacebit damno, quantũ maritus mulieris expetierit, & arbitri iudicauerint: si aũt mors eius fuerit subsecuta, reddat animã pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manũ pro manu, pro vulnere vulnus, pro liuore liuorem. Si habuerint inter se iurgiũ viri duo, volensq́; vxor alterius eruere virũ suum de manu fortioris, & apprehenderit verenda eius, abscindes manũ illius sine misericordia. Qui irrogauit maculam cuilibet ciuiũ suorum, sicut fecit, ita fiat ei. Non occidentur patres pro filijs, neq; filij pro patribus: sed vnusquisq; pro peccato suo morietur. Qui percusserit hominem, volens occidere, supple, & occidit, morte moriatur. Si quis per industiam occiderit proximũ suum per insidias, ab altari euellas eum. Qui autem non est insidiatus, sed casu, constituetur locus in quo fugere debeat & saluari. Qui percusserit seruum suum aut ancillam virga, & mortui fuerint in manibus eius, criminis reus erit. Si autem vno die vel duobus superuixerit, non subiacebit pœnæ, quia pecunia eius est, & intellige de seruo gẽtili. Si percusserit quispiam oculum serui seu ancillæ, & luscos eos fecerit, dimittat eos liberos pro oculo: dentem quoq; si excusserit, similiter liberos dimittet. Si effringens fur domũ siue suffodiẽs fuerit inuentus, & accepto vulnere mortuus fuerit, ꝑcussor nõ erit reus sanguinis: ꝙ si orto sole hoc fecerit, moriatur. Qui occiderit animal, reddat vicariũ. si bos cornu percusserit aliquem, & mortuus fuerit, lapidibus obruẽt eum, & nõ comedẽt carnes eius, dominusq́; bouis innocens erit. ꝙ si bos cornupeta fuerit

Non sumes nomen Dei in vanum.

Vota exoluenda.

Obseruãdũ sabbatum.

Honorandi parentes.

Pœna filij cõtumacis.

Non occidendum.

Lex taliõnis.

fuerit ab heri & nudiustertius, nec recluserit eũ dñs, & occiderit aliquẽ bos, lapidibus obruet, & dñm eius occidẽt. q si ꝑcium ei fuerit impositũ, puta si amici sunt cõtenti ꝑcio pro morte, dabit pro aĩa sua quidqd postulauerint. Filiũ q̃q; & filiã si cornu ꝑcusserit, simili sentẽtiæ subiacebit. Sed si seruũ ancillãve inuaserit, triginta siclos argẽti dño dabit, bos vero lapidibus opprimet. Si furatus fuerit quispiã hoĩem, ac illũ vẽdiderit, iudicis sentẽtia moriendũ esse sibi volo. Atqui si quis filiã vt famulet vendiderit, indignũ puto vt exeat veluti solẽt cæteræ famulæ. Si quis aperuerit cisternã & foderit, & nõ operuerit eã, cecideritq; bos aut asinus, reddet dñs cisternæ ꝑciũ iumentorũ: q̃d aũt mortuũ est, ipsius erit. Si bos alienus bouẽ alterius vulnerauerit, & ille mortuus fuerit: vendẽt bouẽ viuũ, & diuidẽt ꝑciũ, similiter & cadauer mortuũ. Si aũt sciebat q bos cornupeta esset ab heri & nudiusterti⁹, & nõ custodiuit eũ dñs suus, reddet bouẽ pro boue, & cadauer integrũ recipiet. Nõ accipietis ꝑciũ ab eo qui est reus sanguinis, statimq; ipse morietur. Qui excæcauerit quempiã, similia patiatur, nisi forte pecunias accipere voluerit cæcatus, lege videlicet dante licentiã, eum qui passus est, passionis suæ æstimare casum. Venenũ neq; mortiferũ, neq; aliud q̃d sit vtile læsioni, vllus Israelitarũ habeat: si vero inueniat quisquã hoc possidere, moriat. In furto hoĩs pœna est mortis: qui vero aurũ & argentũ abstulerit, cõdemnet in duplum: qui iumentũ, damno quadrupli cõdemnetur, ꝑter bouẽ. pro hoc eñi quintuplũ soluat: si nõ habuerit vnde soluat, vænundabit, aut illis quibus est cõdemnatus, seruiet. hæc vera, si occiderit vel vendiderit: aliàs si inuenta fuerint apud furẽ, restituet duplũ. Vir siue mulier si transgressi fuerint defraudãdo proximũ, & cõfessi fuerint, reddẽt ipsum caput & quintã partẽ. Anima q̃ negauerit proximo suo depositũ, vel vi aliquid extorserit, aut calumniã fecerit, siue rem perditã inuenerit, & inficiãs insuper peierauerit, aut quodlibet aliud: reddat oĩa q̃ per fraudẽ voluit obtinere, integra, & quintã insuꝑ partẽ dño cui damnũ intulit. Si re à depositario ablata furto, fur inueniat, duplũ reddat: si vero lateat, corã iudice iurabit depositarius, se manũ ad rem proximi non extendisse: cognita tum fraude, duplũ restituat: aliàs liber sit. Si læserit quispiã agrũ vel vineã, & dimiserit iumentũ suũ, vt depascat aliena, optimũ fructũ quẽ habuerit in vinea sua aut agro, pro damni æstimatione restituet. Si egressus ignis inuenerit spicas, & comprehẽderit fruges siue stantes segetes in agro, reddet damnũ qui ignẽ succendit. Cui bos aut asinus pro mercede cõmendatus est, si ab hostibus auferatur aut debilitetur, iuret se ad hæc manũ nõ extẽdisse, & liberabit: si vero perierit furto, damnũ dño restituat. Nõ habebis in sacculo diuersa pondera, maius & minus: neq; erit in domo tua modius maior & minor. abominat eñ dñs omnẽ iniustitiã. Si dormierit vir cũ vxore alterius, vterq; moriet, adulter & adultera. Si puellã virginẽ desponsauerit quis, & inuenerit eam aliquis in ciuitate, & cõcubuerit cũ ea, educes vtrunq; ad portam ciuitatis, & lapidibus obruent: puella, quia nõ clamauit: sin aũt in agro vitietur, ille moriet solus, puella nihil patiet: sola erat in agro, vbi etiã clamãs, nullus liberasset. Si inuenerit vir puellã virginẽ, quæ nõ habet sponsum, & cõcubuerit cũ illa, ac ad iudicium res venerit, dabit ille patri puellæ quinquaginta siclos argẽti, habebit eã vxorem, dotabitq; eam. Si vero pater puellæ noluerit, dabit pecuniã virgini iuxta modũ dotis, quã virgines accipere cõsueuerunt. Si duxerit vir vxorẽ, ac postea dicit, nõ inueni eam virginẽ, accusatq;, si iudicatũ fuerit, puellã nõ esse culpabilẽ, retinebit eam, nec postea dimittere poterit, ac cõdemnetur quadraginta minus vna plaga, & quinquaginta siclos dare patri cogat, secundũ Iosephũ. Si vero conuicerit puellam fuisse corruptã, siquidẽ popularis sit, eo q caste virginitatẽ vsq; ad legitimas nuptias non seruauerit, lapidet. Si vero de sacerdote sit nata, viua cõcremetur. Homo si dormierit cũ muliere q̃ sit ancilla etiã nobilis, & tamẽ precio nõ redempta, vapulabũt ambo, & nõ morient, quia nõ fuit libera. Non erit meretrix de filiabus Israel, nec scortator, ne prostituas filiã tuã, ne cõtaminetur terra, & impleat piaculo. Si quis false testatus est & cõuictus, ea patiatur q̃ passurus esset is, contra quẽ testimonium dixit. Vni testi nõ credat, sed tribus, aut ad vltimũ duobus, quorũ testimoniũ verũ faciat vita prior. Mulierũ testimoniũ nequaq̃ recipiatur, sed neq; serui propter ignobilitatem animi. Nõ mentiemini, nec decipiat vnusquisq; proximũ suũ. Cũ ingressi fueritis terrã, quã dñs Deus daturus est vobis, habitaueritisq; in illa, & dixeris, Cõstituam super me regẽ: eum cõstituas, quẽ dñs Deus elegerit de numero fratrũ tuorũ, nõ eñ poteris alterius gentis hominẽ regẽ facere. Cũq; fuerit cõstitutus, nõ multiplicabit sibi equos, nõ habebit vxores plurimas q̃ alliciant animã eius, neq; argenti & auri immẽsa pondera. postq̃ sederit in solio regni sui, describat sibi Deuteronomiũ legis huius, & habebit secũ, legetq; illud oĩbus diebus vitæ suæ, vt discat timere dñm Deũ suũ, & custodire

De furto.

De adulterio & stupro.

De falso testimonio.

Regis electio atq; potestas.

dire verba & cæremonias eius,nec eleuet in superbiã super fratres suos,nec declinet in partẽ dextrã vel sinistrã,vt longo tẽpore regnet ipse & filij sui. Iudices & magistros cõstitues in oibus portis tuis,quas dñs Deus dederit tibi per singulas tribus tuas,vt iudicẽt populũ iusto iudicio,nec in alterã partẽ declinẽt. Nõ accipient personã, nec munera. excæcant em̃ oculos sapientũ,& mutant verba iustorũ. Iuste q̃d iustũ est persequeris,vt viuas. Inter puniendũ q̃ delicti est mẽsura,is plagarũ q̃q; modus. Date ergo ex vobis viros sapiẽtes & gnaros,quorũ cõuersatio sit probata in tribubus vestris,& q̃d iustũ est iudicẽt,siue ciuis ille sit,siue peregrinus, nulla erit distãtia personarũ,ita paruũ iudicẽt vt magnũ, quia Dei iudiciũ est. Si difficile aut ambiguũ iudicium perspexerint inter sanguinẽ & sanguinẽ,causam & causam,leprã & nõ leprã, & iudicũ intra portas verba variari videbunt: surge & adscende locũ quem elegerit dñs Deus tuus,veniesq; ad sacerdotes Leuitici generis,ad iudicẽ q fuerit illo tẽpore, quæresq; ab eis,qui iudicabũt tibi iudicij veritatẽ,& facies q̃dcũq; dixerint qui p̃sunt loco quẽ elegerit dñs. Qui aũt superbierit,nolens obedire sacerdotis imperio qui eo tpe ministrat dño Deo tuo,ex decreto iudicis morietur homo ille. Quãdo peccauerit homo q morte plectẽdus est,& appensus patibulo,nõ permanebit in ligno cadauer eius,sed eadẽ die sepelietur. est em̃ à Deo maledictus q in ligno pẽdet. Viri ducãt vxores virgines liberas,bonis parẽtibus procreatas,de tribu & cognatiõe sua. Cunctæ etiã fœminæ de eadẽ tribu maritos accipiãt,vt hæreditas permaneat in familijs. Hoc de mulieribus intelligas,si in hæreditate paterna succedũt,vt filiæ Salphaad,q̃ successerunt in hæreditate paterna nõ habẽtes fratres: ideo ne hæreditas perueniret in aliam tribũ,p̃ceptũ eis fuit,vt hoibus suæ tribus iungerentur. Qui vero virginẽ ducturus non est,ei nõ iungatur quã discedere suasit ab alio,neq; cõtristet priorẽ maritũ eius. ancillas liberi nõ ducãt vxores,neq; si per amorẽ ad hoc cõpellantur. Si quis dederit filiã suã alicui in familiã,impuberẽ intellige,si spreuerit eã,populo alieno vendẽdi nõ habebit potestatẽ. Si aũt filio suo desponderit eã,iuxta morẽ filiarũ faciet illi. q̃ si alterum ei acceperit,prouidebit puellæ nuptias & vestimẽta & precium pudicitiæ. Si tria ista nõ fecerit,egredietur gratis,absq; pecunia soluta. Si habuerit homo vxores duas,vnã electã & alterã odiosam,genueritq; ex eis liberos,& fuerit filius odiosæ primogenitus. diuidẽdo substantiã suã inter filios,nõ poterit filium dilectæ facere primogenitũ, sed filio odiosæ dabit de ijs quæ habuerit cũcta duplicia. Si maritus alicuius mulieris moritur absq; liberis,vxor defuncti nõ nubet alteri,sed accipiet eã frater ei⁹ & suscitabit semen fratris sui,& primogenitũ ex ea filiũ,noĩe illius appellabit. Si noluerit eã accipere,interpellabit mulier iudices,q accersitũ interrogabũt. si responderit,nolo eã accipere,tunc tollet mulier calceamentũ de pede eius,& spuet in faciem eius,dicẽs: Sic fiet homini q non ædificat domum fratris sui. & vocabitur domus illius postea,domus discalceati. Oĩs homo ad proximã sanguinis sui nõ accedat. turpitudinem patris aut matris tuæ nõ discooperies. turpitudinẽ vxoris patris tui nõ discooperies,sed neq; sororis tuæ ex patre vel matre,neq; filiæ filij tui,vel neptis ex filia,neq; filiæ vxoris patris tui,neq; sororis patris tui,neq; sororis matris tuæ,neq; turpitudinẽ patrui tui aut vxoris eius,neq; nurus tuæ,& vxorẽ fratris tui,aut filiæ vxoris tuæ nõ reuelabis. filiã filiæ eius & filiã filiæ illius nõ sumas. Nullã ex p̃missis vxorẽ habere poteris. sororem vxoris tuæ in pellicatũ illius nõ accipias adhuc illa viuẽte. Cũ introieris terrã quam possessurus es,& deleuerit dñs corã te Ethæũ,Gerezæũ & Amorræũ,Chananæum & Pheresæũ,Euæũ & Gebusæũ,septẽ gẽtes,percuties eos vsq; ad internecionẽ. nõ inibis cũ eis fœdus,nec sociabis cũ eis cõnubia. filiã tuã nõ dabis filio eius,nec filiã illius accipies filio tuo,q̃a seducet filiũ tuũ ne sequatur me. Si videris in numero captiuarũ mulierem pulchrã & amaueris eã,voluerisq; habere vxorẽ,introduces eã in domũ tuam,q̃ radet cæsariẽ,circũcidet vngues,& deponet vestẽ in qua capta est. postq̃ vero fleuerit parẽtes suos vno mẽse,erit tibi vxor. Si postea nõ sederit in aĩo tuo eã retinere,dimittas eã liberã,nec vendere poteris,nec opprimere p̃ potẽtiã,q̃a humiliasti eã. Si homo nõ inuenerit gratiã in vxore propter aliquã fœditatẽ,scribat libellũ repudij,& det in manu illi⁹ & dimittat eã. Cũq; egressa,alterũ maritũ duxerit,& ille q̃q; oderit eã,dederitq; libellũ repudij & dimiserit,vel certe mortuus fuerit,nõ poterit prior maritus recipere eã in vxorẽ. Sed neq; fornicariæ sequẽdæ sunt nuptiæ,pro q̃bus corporis iniurijs nuptiales hostias nõ suscipit summa diuinitas. Eunuchus nõ intrabit ecclesiam, hoc est,matrimoniũ nõ contrahat. Manser q̃q; de scorto natus,vsq; ad decimã generationẽ excludatur. Ammonites & Moabites excludantur à cõtrahẽdo cũ Hebræis mulieribus in æternũ. Idumæus ac Aegyptius in generationẽ tertiã duntaxat erit exclusus. Si emeris seruũ Hebræũ,sex annis seruiet tibi; septimo anno liber egrediatur gratis,cum quali

Iudicum institutio.

De vxorib⁹ ducendis,& prohibitiõe aliquarum. Filiæ Salphaad.

Fratri ducẽda mortui vxor.

Nõ accedẽda agnata.

De eunuchis.

De emptitijs.

quali veste intrauit,cũ tali exibit,habebitq́ʒ viaticũ:& habens vxorẽ,ipsa egrediet simul.ꝙ si dñs dederit illi vxorem q̃ peperit liberos,erũt dñi sui sicut ancilla.ipse vero exiturus cũ vestitu suo,si dixerit seruus,diligo dñm & vxorẽ ac liberos,offerat eũ do minus iudicibus,perforabũtq́ʒ aurẽ eius subula,& erit ei seruus in seculũ.Cũ intraueris terrã Chanaan,disperdite cunctos habitatores terræ illius.diuidat sorte per tribus vestras.pluribus dabitis latiorẽ,& paucioribus angustiorẽ.Non habebunt sacerdotes & Leuitæ,& oẽs qui de ea tribu sunt,partẽ & hæreditatẽ cũ reliquo Israel,sed habebunt decimas,sacrificia,primogenita,primitias & oblationes.nihil aliud accipient de possessione,p̃ter vrbes ad habitandum,& suburbana pecoribus.dñs em̃ ipse est hæreditas eorũ.nõ transferas terminos,sed habeant firmi,per q̃d vobis seruabit pax.Quod si mortuus fuerit homo ex Israel,filiȷ succedãt ei.si filiũ nõ habuerit,ad filiã eius transferas hæreditatẽ.illa postmodũ ducere nõ poterit,nisi suæ tribus virum, vt sortiũ distributio nõ confundat,sicut in filiabus Salphaad seruatũ vidistis,vt hære ditas permaneat in familiȷs.Terra nõ vendetur in perpetuũ,quia dñi est,& vos adue næ & coloni.vnde cuncta regio possessionis vestrę,sub redemptionis titulo vendat. Si itaqʒ attenuatus frater tuus vendiderit possessionẽ suã tibi,& voluerit propinquus eius,potest redimere.sin aliter,computabunt fructus ex eo tempore quo vendidit,& q̃d reliquũ est,reddat emptori,si redimere vult.ꝙ si nõ redemerit vsqʒ ad iubileũ,redibit ad dñm omnis venditio,excepta domo intra vrbis muros:q̃ si intra annũ primũ redempta nõ fuerit,nec etiã in iubileo redibit.ædes tñ Leuitaꝝ q̃ in vrbibus sunt, poterũt redimi,alioqui redibunt libere in iubileo.Suburbana nõ licet vendere,quia possessio sempiterna est. Bellaturi,legationes mittite ad voluntarios hostes.petite vt nequaq̃ cũ eis pugnare debeatis,& res eoꝝ auferre cogamini.Et siquidẽ cõsentiũt, bonũ est seruare pacẽ. Si vero cõfidentes in se,quasi virtute p̃cellant,& vos vexare co nant,exercitũ super eos inducite,principe vtentes omnipotẽti Deo.Exercitus aũt du catur mũdus.stabit sacerdos ante aciem,& loquet sic:Audi Israel,nolite metuere,no lite cedere,q̃a Deus in medio vestri est,& pro nobis dimicabit.timidi vero discernen di sunt,ne circa cõgressionẽ vertant ad fugã.Eos qui nuper ædificauerũt domos,qui bus tẽpus annale nõ fuit ad fruendũ,& qui plantauerũt,necdũ participati sunt fructi bus,in prouincia dimittẽdos censemus:sed etiã eos qui sponsi sunt,& qui nuper vxo res duxerunt,ne desiderio eoꝝ parcentes vitæ,arma tractare contemnãt, annũ illi læ ti agant.Obsidentes ciuitates,& lignis egentes ad machinas,nõ incidatis arbores fru ctiferas,scientes eas pro vtilitate hominũ esse productas.vincentes in pugna,percutietis omne quod in eo est generis masculini gladio,absq́ʒ mulieribus & infantibus, iumentis & cæteris.prædã exercitui diuides.Si aperuerint portas,& receperint vos sine pugna,populus saluabitur,&seruiet tibi sub tributo.*Absqʒ gente Chananæa vl los nõ p̃mittes viuere,sed interficias in ore gladiȷ,sicut p̃cepit tibi dñs,ne forte doceant vos facere cunctas abominationes.Nõ poteris eos delere pariter,ne forte multiplicent contra te bestiæ.paulatim expelles eos ac eiȷcies. Moyses cũctis pro popu



li salute,siue belli siue pacis tempori accommodandis, cõpositis,ita exorsus est inter populũ:O viri cõmilitones,& sicut Deo placuit, calamitatis longe participes,centũ viginti annis cõfectũ oportet me ab hac vita discedere.In his quæ gerenda sunt trans Iordanẽ,non ero vester adiutor.iustũ igitur credidi,neque nunc meam deponere pro vestra felicitate curã.Nunc igitur explanans,quẽadmodũ vos felices eritis,vestris filiȷs bonorũ vestrorũ relicturi possessionem,ab hac vita discedo,dignusq́ʒ sum vt mihi fides habeat & propter pristinas virtutes,& eo ꝙ ad vitæ huius terminũ veniẽs,cum omni loqui valeã integritate.O filiȷ Israel,cunctis hoĩbus causa bonæ possessiõis propicius est Deus.hic em̃ solus dignis hoc distribuere,& auferre in se delinquẽtibus potest.Cui vos exhibẽtes,quales vos ipse vult esse,simul & ego voluntatem eius sciens, aperte vos moneo.Nõ em̃ eritis felices,si ab illius mãdatis aliquãdo secesseritis.possessio em̃ bonoꝝ firma manebit,& rerũ omniũ securitatẽ habebitis,si solummodo q̃ Deus vult,sequi obediatis.Et neqʒ legum alienarũ ordinem præponatis,neq́ʒ pietate quam nunc circa Deum geritis,spernentes,ad modum alium conuertamini.Deo em̃

De diuisione terræ.

Belli res q̃modo tractandę.

Hac oratio ne legẽ populo Moses tradidit.

auxiliatore cuncta superabitis. præmia quoq; magna vobis sunt posita, si feceritis q̃ pæcepit vobis Deus, qui te per quadraginta annos per desertũ duxit, dedit tibi e cœlo cibũ manna, q̃d ignorabãt patres tui, vestimentũ tuũ vetustate non defecit, calceamentũ tuũ attritũ nõ est. En q̃dragesimus annus est, vt recogites in corde tuo, q̃a sicut erudit homo filiũ suũ, sic & Deus tuus erudiuit te, ipse introducet te in terrã largã riuis & fontibus, terrã frumenti ac vini, in qua ficus & malogranata: terrã olei & mellis, vbi absq; omni penuria comedes panẽ tuũ, & rerum abundantia perfrueris. obserua & caue, ne quando obliuiscaris dñi Dei tui, & negligas mandata eius, *mandata quæ nõ sunt supra te, neq; procul posita, neq; in cœlo sita, vt possis dicere, quis nostrum potest in cœlum adscendere, vt audiamus atq; opere compleamus? sed iuxta te est sermo in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illum. Considera q̃ hodie proposuerim in cõspectu tuo vitam & bonũ, & econtra mortem & malum. testẽ inuoco hodie cœlũ & terram, q̃ proposuerim tibi hæc. elige ergo vitã, vt viuas tu cũ semine tuo, & diligas dñm Deũ tuũ, & obedias voci eius, & illi adhæreas. ipse em̃ est vita tua, & longitudo dierũ tuorũ. Audi & obserua: cũ transgredieris Iordanẽ, vt possideas nationes maximas & fortiores te, ciuitates ingentes & ad cœlum vsq; muratas, populum magnũ atq; sublimem, ne dicas in corde tuo, propter iustitiã meã introduxit me dñs vt terrã hanc possiderẽ, cum propter iniquitates suas terræ istæ deletæ sint: neq; propter iustitias tuas, aut æquitatẽ tuã, sed quia illæ egerunt impie, deletæ sunt, & vt compleret verbũ suũ dñs, quod sub iuramento pollicitus est patribus vestris, Abraham, Isaac & Iacob. Audi q̃ dicam: Cũ te introduxerit dñs in terram quã promiserit tibi dñs, & deleueris gentes multas corã te, Ethæũ, Gergesæũ, Amorræũ, Chananæũ, Pheresæũ, Iebusæũ, Euæumq́;, gẽtes multas & maioris numeri q̃ tu es, p̃cuties eos vsq; ad internecionẽ. non inibis cũ eis fœdus, nec miserearis eorũ. Quin potius aras eorũ subuertite, cõfringite statuas, lucos succidite, sculptilia cõminuite, disperdite nomen eorum de cunctis locis illis, ne forte te peccare faciant, & sint in clauũ oculorũ. Gentes em̃ istæ, augures & diuinatores audiũt: tu aũt à dño deo tuo aliter institutus es. En dixit mihi dñs: prophetã suscitabo eis de medio fratrũ suorum similẽ tui, & ponã verba mea in ore eius. qui verba q̃ loquetur in meo noĩe, noluerit audire, ego vltor existam. Propheta vero qui arrogantia deprauatus, loquitur in noĩe meo q̃ non p̃cepi illi, interficiet. q̃ si responderis. quõ possum intelligere verbum q̃d dñs locutus est, hoc habebis signũ: si quid loquit̃ p̃dicens, & nõ euenerit, hoc dñs nõ est locutus. Memento etiã quid tibi fecerit Amalech in via, q̃n egrediebaris ex Aegypto, quomodo occurrerit tibi, & extremos agminis qui lassi residebant, cecidere, q̃n tu eras fame & labore confectus. Cũ ergo dñs Deus tuus dederit tibi requiẽ, & subiecerit cunctas gentes per circuitũ in terra, delebis nomen eius de subcœlo. caue ne obliuiscaris. Et cum transieris Iordanẽ, eriges ingentes lapides, & calce leuigabis eos, vt possis in eis scribere oĩa verba legis decalogi, ædificabisq́; ibi altare lapidibus q̃s ferrum nõ tetigit, & offeres sup eo holocaustũ, immolabisq́; hostias pacificas, comedesq́; & ibi epulaberis corã dño Deo tuo, stabũtq́; ad benedicendũ dño super monte Garizim, Simeon, Iudas, Isachar, Ephraim, Manasse, Beniamin: & e regione stabunt ad maledicendũ in monte Hebal, Ruben, Gad, Aser, Zabulon, Dan & Neptalim, eruntq́; in medio sacerdotes & Leuitæ, pronunciabuntq́; ad oẽs viros Israel excelsa voce: Maledictus q non permanet in sermonibus huius legis, nec eos opere perfecerit: & dicet oĩs populus, Amen. Et iterũ, Benedictus q permanet in sermonibus legis huius: & respondebit e regione omnis populus, Amen. Et subiungit, si audieris vocem dñi, vt facias oĩa mãdata eius, faciet te dñs Deus tuus excelsiorẽ cunctis gentibus, venientq́; super te vniuersæ benedictiones. Benedictus in ciuitate, benedictus in agro, benedictus fructus ventris tui, benedictus fructus terræ ac pecorũ tuorũ, benedictus ingrediens & egrediens, corruent inimici tui ante te, per vnã viam venient contra te, & per septẽ fugient à facie tua. persequent̃ quinq; de vestris centũ alienos, & centũ ex vobis decẽ millia. Ambulabitq́; Deus inter vos, & eritis populus eius. Quod si nõ audieris, nec oĩa mãdata legis huius perfeceris, augebit Deus plagas & infirmitates pessimas, & quærẽt te oẽs afflictiones Aegypti, disperget te dñs in oẽs populos à summitate terræ vsq; ad terminũ eius, in gentibus illis nõ quiesces, dabit tibi Deus cor pauidũ, deficientes oculos. & animũ cõsumptum mœrore, & erit vita tua quasi pendens ante te: timebis nocte & die, nec credes vitæ. mane dices, quis mihi det vesperam? & vesperi, quis mihi dabit mane? reducet te dñs classibus in Aegyptũ, ibi venderis inimicis tuis in seruos & ancillas, & nõ erit qui eruat te. Quod si ductus pœnitudine cordis tui, & reuersus fueris ad Deum, & obedieris eius imperijs in toto corde tuo & in tota anima tua, redu-

Diuinorum mandatorũ benignitas.

Lex in lapide inscripta

Garizim.

Benedictio bonorum.

Maledictio malorum.

Confer Vespasiani tẽporibus.

reducet te dñs de captiuitate tua ac miserebitur tui,& rursus congregabit te:si ad cardines terræ fueris dissipatus,assumet atq; reducet in terram quam possederunt patres tui. Circuncides cor tuum,& cor seminis tui,vt diligas dñm Deum tuum ex toto corde tuo,&ex tota anima tua,vt possis viuere. Si aũt auersum fuerit cor tuũ,&audire nolueris errore deceptus,prædico tibi hodie,ꝙ peribis ac morieris. Scripsit itaq; Moyses legem hanc & tradidit eam sacerdotibus filijs Leui,qui portabant arcam fœderis dñi,& cunctis senioribus Israel,præcepitq; eis dicens: Post septem annos anno remissionis in solennitate tabernaculorum conuenientibus cunctis ex Israel, in loco quem elegerit dominus,legetis verba legis huius coram om̃i Israel,tam viris quàm mulieribus,paruulis & aduenis qui sunt intra portas tuas,vt audientes, discant & timeant dominum deum vestrum. tollite igitur librum istum, & ponite eum in latere arcæ fœderis domini Dei vestri,vt sit ibi contra te in testimoniũ. Noui enim cõtentionem tuam, & ceruicem tuam durissimam. Noui ꝙ post mortem meam inique agetis, & declinabitis cito de via quam præcepi vobis,& occurrent vobis mala in extremis. Nunc itaq; scribite vobis canticum istud,& docete filios Israel,vt memoriter teneãt & ore decantent,sit mihi carmen istud in testimonio inter filios Israel,& inuocabo cõtra vos cœlum & terram,dicens: Audite cœli quæ loquar,audiat terra verba oris mei &c. His dictis,exhortans Iesum Naue ad Chananæos exercitum ducere, tanq̃ Deo cooperante in his quæcunq; tentaret,Ego,inquit,o Israel gaudens discedo, commendans vos castitatis legi & bonæ conuersationis ornatui virtutibusq; ducũ,qui prouidentiam vestræ vtilitatis exhibebunt. Deus autem qui hactenus vester præsul extitit,pro cuius voluntate & ego vobis vtilis fui,non vsq; ad præsens stare faciet prouidentiam suam, sed quanto tempore ipsum volueritis habere vobis patrocinantem. consilia nanq; vobis præbebunt optima,quæ sequentes,felices eritis,pontifex Eleazarus & Iosue, necnon & seniores & principes tribuum,quos audire vos conuenit, scientes quia oẽs qui bene in principatu consistũt,& principatum tenere & libertati præesse possunt,nec indignemini in his quæ vos agere duces vestri poposcerint. Nũc etenim ne bene facientibus iniuriam faciatis,cauete: nec huiusmodi iram aliqñ sumatis,quali circa me vti sępius præsumpsistis. nostis eñ ꝙ frequenter peiora à vobis,q̃ ab hostibus,mortis pericula sustinui,quæ vobis animo iniquo non obijcio. Non eñ in exitu vitæ dolẽtes contra me relinquere volens,hæc ad memoriam reuoco,qñ nec tempore quo hæc patiebar,iratus agnoscebar: sed vt in futurũ à talibus temperetis, & in nullo vestris præsulibus iniurias faciatis. nam si procaces fueritis contemptores effecti,& virtutem deuotionemq; ꝑdideritis,quam spem circa Deum geretis? cum primitus habebitis inimicum,& terram quã armis obtinuistis,iterũ cum magnis opprobrijs amittetis. Ad hęc illi flebant,&multũ lamẽtabantur,partim pœnitẽtia eorũ quæ in deserto aduersus illum inique egerant,partim suorũ periculorũ cõsideratione,q̃ntum ducẽ,q̃ pium apud Deum intercessorem amitterẽt. Augebantur lachrymę populi,quem consolatur. tum benedicẽs multitudini: Qm̃ ego,inqt,ad nostros pergo maiores, & Deus hoc die me ad illos ire decreuit,gratias quidem ei adhuc viuens, vobisq; præsens refero propter prouidentiam eius, quam non propter libertatem solummodo vestram gerens, sed etiam pro muneribus optimis semꝑ exhibuit,laborantiq; mihi &omnem solicitudinem habenti,pro meliori vestra cõuersatione sua solatia non negauit, & in omnibus placidum nobis prębuit se ipsum: magis autem ipse fuit,qui etiam bonam conuersationem dedit: finemq; concessit,me vtens subprincipe pariter & ministro. in quo vestrum populum voluit adunare,pro quibus omnibus benedicere virtuti Dei,cui cura erit & in futuro cogitare pro vobis,moriens optimum iudicaui, & ipse vtiq; hoc debitum restituens,& vobis ad memoriam derelinquens, quia colere vos semper oportet & honorare leges rerum omnium quas præstitit, & placidus permanens adhuc præbebit tanquam optima dona, quia pessimus inimicus est & homo nequissimus, qui legislatori facit iniuriam , & leges ipsas frustra positas arbitratur. Deum ergo non prouocetis ad iracundiã, legibus neglectis quas ipse vobis dedit. Hæc Moyse ad finem vitæ dicente,& cum benedictione singulis tribubus futura prophetante,populus cessit cunctus ad lachrymas, ita vt etiam mulieres tundentes sua pectora,demonstrarent in eius morte lugubrem passionem. Sed & paruuli flentes, declarabant virtutem eius & magnitudinem,vltraq; ipsam infantiam sentiebant. Erat itaq; iuuenibus ac senioribus ærumna magnæ tristitiæ. alij nanq; scientes quali tutore priuarentur, de futuro lugebant: alijs vero maximus ob hoc erat luctus, quoniam cum nondum bene eius viderentur degustasse virtutem,tali principe fraudabantur. Nimietatem vero gemitus populi atq; doloris cõijcere poterit vnusq̃sq; ex eo, q̃d tũc ipsi legislatori

Libri legalis custodia.

Moyses exhortatur Iesum Naue.

Aduersus rebelles.

 latori

latori prouenisse dinoscitur. nam cum omni tempore suaderet, non oportere quenq̃ pro futura deijci morte, tanq̃ hanc voluntate Dei & *legis natura ferret, in his tamen quæ gerebantur à populo, victus est vt defleret. Igitur properantem quo erat auferendus, cuncti cum lachrymis sequebantur. Moyses autem alios quidem, manu silẽtium faciens, procul quietos manere præcepit: proximos vero suis consolabatur sermonibus, ne sequentes, lugubrem ei facerent finem. Illi etiam hoc ei præstandum iudicantes, vt propria voluntate discederet, semetipsos in alijs locis detinuere flentes, & abeuntem lachrymis currentibus intuentes, quem solummodo seniores deduxerũt, & pontifex Eleazarus & princeps Iesus. adscenditq́ꝫ de campestribus Moab super montem Nebo, in verticem Phasga contra Iericho. tum ostendit ei dominus omnem terram Galaad vsqꝫ Dan, & vniuersam Neptalim terram, & Ephraim & Manasse, & omnem terram Iuda vsqꝫ ad mare nouissimum, & australem partem & latitudinem campi Hiericho, ciuitates palmarum vsqꝫ Segor. dixitq́ꝫ dominus ad eum: Hæc est terra pro q̃ iuraui Abraham, Isaac & Iacob, dicens: Semini tuo dabo eam, vidisti eam oculis tuis, & non transibis ad illam. Et dum salutaret Moyses Eleazarum ac Iosue, mortuus est, & sepeliuit eum dominus in valle terræ Moab contra* Phagor, & non cognouit homo sepulchrum eius vsqꝫ in præsentem diem. vixit igitur annos viginti & centum, sapientia cunctos homines qui fuerunt quocunqꝫ tempore, superans, & optime his quę intelligebat, vtens. primus enim diuinas leges literis explicauit. Ad loquendum vero populo valde gratus, sic quoqꝫ cunctis abstinẽs passionibus, vt neqꝫ esse in eius anima putarentur. non caligauit oculus eius, nec dẽtes illius moti sunt. dux quidem præstantissimus, propheta vero qualis ille, alter nullus. Nõ enĩ surrexit vltra propheta in Israel sicut Moyses, quem nosset dñs facie ad faciẽ in oĩbus signis & portentis. Hũc populus luxit dieb⁹ 30. & nunq̃ tristitiæ magnitudo Hebræos tãta detinuit, q̃nta fuit in trãsitu Moysi. Moyse itaqꝫ mortuo, Iosue filius Naue, propheta & dux, eodẽ anno ducatum à Moyse suscipiẽs, populum dñi 27. annis rexit, Naason existente principe gñationis Christi, Eleazaroq́ꝫ summo põtifice. Erat vir sane magnanimus, eloquentia ingenioq́ꝫ clarus Illi locutus est dñs: Moyses seruus meus mortuus est, surge, transi Iordanem tu & oĩs populus in terram quam dabo filijs Israel. oẽm locum quem calcauerit pes vester, vobis tradam à deserto & Libano vsqꝫ ad flumen magnum Euphraten. Oĩs terra Ethęorum vsqꝫ ad mare magnum contra solis occasum erit terminus vester. nullus poterit vobis resistere cunctis diebus vitę tuæ. Sicut fui cum Moyse, ita ero tecum. confortare & esto robustus. Tu enĩ sorte diuides populo huic terram pro qua iuraui patribus tuis. cura legem custodias, nec declines ab ea ad dextram vel ad sinistrã. Misit igitur Iosue de Sathim duos viros explorandi gratia, & dixit: Ite & cõsiderate terram. vrbemq́ꝫ Hiericho. Qui pergentes trans Iordanem, ingressi sunt domum mulieris meretricis, nomine Raab. Nunciatum aũt est regi Hiericho: Ecce viri per noctem ingressi sunt de filijs Israel, vt explorẽt terrã. Misitq́ꝫ rex ad Raab, dicẽs: Educ viros q̃ ingressi sunt domum tuam. Exterrefacta mulier, tulit viros & abscondit sub stipula lini, & ait: Fateor, venerunt ad me, sed nesciebam vnde essent. Cumq́ꝫ porta clauderetur, exierunt. persequimini cito, vt appræhendatis. Excurrerunt ad hanc vocem, per viam quæ ducit ad vadum Iordanis. Et ecce mulier ait viris: Noui ꝙ dominus tradidit vobis terram, irruit in nos terror vester, audiuimus ꝙ siccauerit dominus aquas maris rubri quando egressi estis de Aegypto, & quæ feceritis regibus Amorræorum Seon & Og, quos interfecistis. nũc ergo iurate mihi per dñm, vt quõ ego feci vobis misericordiam, sic & vos faciatis mecum & cum domo patris mei. At illi iurauerunt. tũc dimisit eos mulier per funem coccineum per fenestram domus quæ hærebat muro. Et ait eis, Latitate in montanis diebus tribus, donec redeant qui vos persequũtur. Et dixerunt: Collige tuos in domũ cum capitur ciuitas, & liga funem hũc in fenestram, & nemo vobis nocebit. itaqꝫ redierũt ad Iosue, narrantes oĩa quæ sibi acciderãt. Iosue vero & Eleazar & maiores populi ratum habuerunt iuramentum eoꝶ. Tunc præcepit Iosue per præcones populo: Præparate vos, post diem tertiũ trãsibitis Iordanem, & intrabitis ad possidendã terrã, quã dñs Deus daturus est vobis. Rubenitisq́ꝫ & Gaditis & dimidiæ tribui Manasse ait: Mementote sermonis quem fecit Moyses: Vxores vestræ, liberi, ancillæ & iumenta manebunt in terra, quam tradidit vobis trans Iordanem. Vos aũt transite armati ante fratres vestros, & pugnate pro eis, donec det dñs eis requiem sicut dedit vobis, & tunc reuertimini ad vestra. Responderunt Iosue: Oĩa quæ præcepisti nobis, faciemus: & quocunqꝫ miseris, ibimus. tantum sit dominus tecum, sicut fuit cum Moyse. qui contradixerit tibi, & non obedierit, morietur. Igitur Iosue de nocte consurgens, mouit castra, egredientesq́ꝫ de Sathim, venerunt ad Iordanẽ.

Moysi secessus ad mõtẽ Nebo.

Interit Moyses, annos natus centũ & viginti.

Mortuo Moyse, dux Iosue pręest populo mãdato dñi.

Iosue misit exploratores de Sathim.

Raab meretrix.

Migraturus populus se parat.



danem, morati sunt ibi per tres dies, quibus euolutis, dixit Iosue ad populũ: Sanctificamini, cras em̃ faciet dñs mirabilia. diluculo vero dixit ad sacerdotes: Tollite arcam, & præcedite populũ spatio cubitorum duorum milliũ, vt videri possitis ab vniuersis. cumq́ʒ intraueritis partẽ Iordanis, siccabitur. populo vero dixit, consurgite & sequimini præcedẽtes, sitq́ʒ inter vos & arcam spatium, vt procul videre possitis & nosse, per quã viã ingrediamini, & cauete ne appropinquetis ad arcã. Ecce arca præcedet vos per Iordanem. Procedẽtibus itaqʒ sacerdotibus cum arca, sequebat̃ vniuersa multitudo, paruulis & mulieribus in medio collocatis. præcedebãtq́ʒ Ruben & Gad & dimidia tribus Manasse, & erãt q̃draginta millia pugnatorꝝ. Accedẽtes aũt Iordanẽ, inuenerũt propter insolitam imbrium multitudinem, immeabilem. Cumq́ʒ intrassent sacerdotes aquã, steterunt aquę, adscendentes & instar montis intumescentes, apparebãtq́ʒ procul ab vrbe Edom vsqʒ ad locum qui dicitur Sarthan. Inferiores vero aquæ descenderunt in mare mortuũ circa Sodomam. Sacerdotes aũt stabant in medio fluminis cum arca, donec vniuersus populus per siccum alueum transisset. tunc elegit Iosue duodecim viros, singulos de singulis tribubus, q̃ tulerũt de loco vbi steterũt sacerdotes, duodecim lapides in siccũ, de sicco vero retulerũt in alueũ alios duodecim in aceruum memorialem transitus eorum. Cumq́ʒ transisset populus, sequebatur arca: reuersæq́ʒ sunt aquæ in alueum suum. adscenditq́ʒ populus de Iordane primo mense, decima die eiusdem, tollentes secum 12. lapides fluminis. castrametati sunt in Galgalis per stadia decem ab Hiericho, quinquaginta vero stadijs à Iordane. At Iosue construxit altare de lapidibus istis in Galgalis, & super illud post sacrificauit domino. Postq̃ audierunt omnes reges Amorræorum, qui habitabant trans Iordanem, cũctiq́ʒ reges Chanaan, ꝙ siccasset dominus fluenta Iordanis coram filijs Israel. non remansit in eis spiritus, timentibus introitum Israel. Eo tempore ex præcepto domini circuncidit Iosue populum, hoc est, paruulos qui nati fuerunt in deserto. facta autem circuncisione, dixit dominus ad Iosue: Hodie abstuli à vobis oppi obrium Aegypti. ob hoc vocatum est nomen loci illius, Galgala, id est, reuolutio siue volutabrum. Porro mansit populus in castris donec sanaretur, & fecerunt phase 14. die ad vesperam in campestribus Hiericho. quod nõ nisi bis factum fuerat, primo in finibus Aegypti circa Ramesse, secundo ad radicem montis Sina secundo anno egressionis, & comederunt de fructibus terræ die altero azymos panes & polentã, statimq́ʒ defecit eis manna, quo aliti fuerant quadraginta annis. Eadem nocte exijt Iosue ad explorandum in agrum Hiericho, viditq́ʒ virum stantem cõtra se euaginato gladio. Et Iosue ait: Noster es an aduersariorum? qui respondit: Princeps sum exercitus domini. docuitq́ʒ eum de modo capiendi ciuitatem, præcipiens ꝙ eam & vniuersa eius anathematizaret. Cumq́ʒ adorasset Iosue pronus in terram, dixit angelus: Solue calceamentum de pedibus tuis. locus in quo stas, sanctus est, id est, sanctificatus. Fecit Iosue vt sibi fuerat imperatum. Hiericho autem clausa erat, ita vt nullus ingredi aut egredi auderet. Igitur Iosue de nocte consurgens, mandat sacerdotibus, vt arcam domini tollant & septem buccinas, incedẽtes ante arcam. armatus populus ibat ante eos, vulgus autem reliquum sequebatur arcam. circuierũtq́ʒ ciuitatem primo die azymorum semel & sub silentio, & redierunt in castra. sic fecerunt sex diebus; die autem septimo septies eam circuierunt, & in circuitu septimo dixit Iosue ad populum: Vociferamini, adscẽdite, sitq́ʒ hæc ciuitas anathema, id est, omnia morti dentur, pręter aurum & argentum, æs & ferrũ, quod trãsire potest per ignem, id cõseruetur dño in primitias operꝝ nostrorꝝ. solam Raab cum suis cõseruetis. Igitur vociferante populo, & clangẽtibus sacerdotibus cum buccinis, muri funditus corruerũt. Et adscẽdit quisqʒ p locum suum, interfecerũt oẽs viuẽs in



Iosue trãsiuit Iordanẽ sicco pede cũ exercitu.

Sistit aqua cursum.

Circuncisio facta à Iosue.

Hiericho capitur.

ea,combusserunt ciuitatem & oẽm supellectilem in monumentũ sempiternum.Raab vero honoratam muneribus, cum omni domo sua receperunt in Israel in ꝑpetuum, quam postea duxit Salmon princeps de tribu Iuda in vxorem, qui ex ea genuit Boos auum illius qui genuit Obeth ex Ruth.Boos eñ filius Salmon,genuit Boos secundũ, qui secundus genuit virum Ruth,ex qua Boos tertius genuit Obeth,vt infra dicetur. Tunc maledixit Iosue quicunq; reædificaret Hiericho.fuit ergo dñs cum Iosue,& nomen eius vulgatum est in omni terra. Porro Achan de tribu Iuda,vastata vrbe,tulit chlamydem coccineam contextam auro,ducentos auri siclos* habẽs,tulitq́; totidem siclos argenti regulamq́; auream.Tum misit Iosue viros de Hiericho, qui explorarent ciuitatem Hai,quæ est iuxta Bethel.qui reuersi, dixerunt:Sufficiunt tria millia ad capiendam vrbem.qui cum adscendissent,terga vertentes,ꝑcussi sunt à viris vrbis Hai,& corruerunt ex eis 36.viri. Iosue vero scidit vestimenta sua,& iacuit pronus coram arca vsq; ad vesperam,& senes populi cũ eo saccis induti.exterritiq́; sunt vniuersi,verentes ne impetum faceret in eos populus.Dixitq́; dñs ad Iosue:Pollutus est populus anathemate,nec ero cum eo donec mundetur.applica populum,& fac sortem ꝑ tribus,familias,domos & capita:& inuentus sorte,comburetur cum omni substantia sua.Quo facto,inuenit sors tribum Iudæ,deinde familiã Zarę,domũ Charni,tandem ad vltimũ caput Achan.Tunc dixit ei Iosue:Fili,da gloriam Deo,id est,cõfitere. At ille cõfessus est,missiq́; sunt nuncij in domũ suam seu tẽtorium,qui pecuniã reconditam in terrã,retulerũt ad populũ.Tollẽs itaq; illũ Iosue cum oñi substãtia sua & domo,supellectili & iumẽtis,duxit in vallẽ profundam,& lapidauit eum oĩs populus,& cuncta q̃ illius erãt,igni cõsumpta sunt.fecerũtq́; sup eũ lapidũ aceruũ,q ꝑmanet vsq; in præsentẽ diem.vocatumq́; est nomẽ loci illius, vallis*Achor. Postea surrexit Iosue & oĩs populus,vt adscenderet Hai,& præmisit 30.millia virorum inter Bethel & Hai ad occidentẽ.qui dimissis qnq; millibus, redierũt ad exercitũ. Rex aũt Hai festinauit mane egredi cum omni populo suo,ignorãs ꝙ post tergũ laterẽt insidiæ.Iosue vero fugiẽs,cum lõge traxisset eos ab vrbe,eleuauit clypeũ quẽ gerebat.q̃ viso,surrexerunt qui erãt in insidijs,& intrãtes vrbẽ succenderũt. Quibus egressis post hostes,& Iosue faciẽte impetũ in eos,ex vtraq; parte cædebantur aduersarij:& interfecerũt oẽs à viro vsq; ad mulierẽ,xij.millia hoĩm.prædam vero diuiserũt,suspẽdentes regẽ Hai in patibulo vsq; ad vesperam.succenderunt vrbem, & fecerũt eam tumulum sempiternum.

Gabaonitæ vero audientes quæ fecerat Iosue duabus vrbibus,& ꝙ ex mãdato dñi nulli parcerent habitantium in terra promissionis,nec amicitias cum eis facerent,callide cogitauerunt inire fœdus cum eis:miseruntq́; nuncios,quasi de longinquo venirent,vtres ferentes & sotulares vestes attritas,muscidos panes habentes in†sitarchijs suis.Hi cum venissent in castra Galgalæ,dixerunt ad Israel:De terra longinqua venimus extra sortem vobis datam,serui vestri sumus,inite nobiscũ fœdus. Crediderũtq́; eis Israel,& os dñi non interrogauerunt,initoq́; cum eis fœdere, iurauerunt eis Iosue & Eleazar & oẽs principes multitudinis.Post triduum vero cognouit Israel se circũuentum,mouentesq́; castra,venerunt vt euerterent ciuitates eorum.egressiq́; sunt Gabaonitæ obuiam eis.Et ait Iosue:Quare decepistis nos? qui dixerunt,timuimus valde & nobis prouidimus,facite quod bonum vobis & rectum videtur.Tũc acclamat populus,non esse standum iuramento,q̃d per surreptionem factum erat,præsertim cum dñs prohibuisset talibus confœderari.Maiores vero qui iurauerunt,pro religione iurisiurandi seruanda,& murmure populi sedando,sic dispensauerunt, vt non haberẽt eos socios,sed seruos aquarios & lignarios,& dicti sunt Nathinnei,ꝙ ligna & aquam ferrẽt in vsus altaris in locum quem dñs elegisset.quo facto, redijt Israel in Galgalas. Eo tempore regnabat in Hierusalem Adonisedech,qui cum audisset Gabaonitas fœderatos cum Israel,timuit valde, & conuocauit quatuor reges secum, & adscenderũt quinq; reges Amorræorum, & obsederunt Gabaon. Obsessi autem, miserunt ad Iosue,dicentes:Adscende cito & libera nos.qui collecto exercitu, irruit repẽte super hostes,qui versi sunt in fugam per descensum Betharam.Et dominus misit grandinem super eos,ita ꝙ plures occidit grando quàm gladius. Videns autem Iosue solem descendentem ad occasum, timẽs ne beneficio noctis euaderent hostes,clamauit ad dominum, dicens: Sol contra Gabaon non mouearis, & luna contra vallem Hai. Steteruntq́; sol & luna spatio vnius diei,nec antea nec post fuit tam longa dies.quinq; vero reges absconderunt se in spelunca vrbis Maceda,præcepitq́; Iosue socijs suis:Voluite saxa ad os speluncæ,& apponite custodes,vos autem persequimini hostes.Cæsis itaq; aduersarijs plaga magna,redijt exercitus ad Iosue in Maceda vbi tũc erat. Et ait Iosue:Producite quinq; reges de spelunca.Quibus eductis,dixit ad principes exercitus:

Salmon.
Boos.
Achan.
Strages populi Israel.
Hai capit.
Gabaonitarũ cõsiliũ q̃ seruati sunt.
Rex Adonisedech.
Regum qnque fuga.
Sol stetit & luna.



tus: Ponite pedes sup colla regum istorum. quo facto, suspenderunt eos in patibulis, depositosq; ad vesperam proiecerunt in speluncam in qua latuerũt, & posuerunt super eos saxa in monumentum sempiternũ. Eadem die percussit regem Maceda in ore gladij & vrbẽ. postea vero vastauit Lebnam & Lachim, Eglon quoq; & Hebron & Dabir, & reuersus est cum omi Israel ad locum castrorum in Galgala. Quod cum audisset Iabin rex Asor, misit ad omnes reges circunstãtes, egressiq; sunt vigintiquatuor reges cum turmis suis, habentes secum trecenta millia pugnatorum & duo millia curruum. conueneruntq; ad aquas Meron, dixitq; dominus ad Iosue: Ne timeas, cras tradam tibi omnes vulnerandos. equos eorum subneruabis, & currus igne combures. Factumq; est ita. percusserunt eos filij Israel omnes, præter eos qui in ciuitates munitissimas se receperunt. Fecerant enim Chananæi sibi plures munitiones præualidas, à die qua audierant egressos Israel de Aegypto contra se, nec eas nisi longo tempore & graui labore obtinuit Israel. vastauit tamen vniuersam regionem, nulli ætati hominum parcens aut sexui, ditatusq; est supra modum ex hostium præda. nec fuit ciuitas quæ se non traderet filijs Israel, coacta scilicet, pcusserũtq; reges oẽs triginta vnũ. Quintus iam annus trãsierat, & trãstulit Iosue locũ castroꝝ de Galgalis in Silo, q̃ trãstulit tabernaculũ cum omi ornatu suo pro loci opportunitate, & inde processit in Sichem cum omi populo, & cõstituit in mõte Hebal altare dño de lapidibus impolitis, obtulitq; super eo holocausta & pacifica. Et scripsit sup illud Deuteronomiũ, id est, mãdata Deuteronomij, posuitq; mediã partẽ populi sup montẽ Hebal cum sacerdotibus & Leuitis, aliamq; mediã partẽ in montẽ Garizim cum sacerdotibus & Leuitis. Et acclamauerunt sibi alternatim benedictiones & maledictiones, sicut mandauerat illis Moyses. q̃ facto, redierũt in Silo. Cõcessit aũt Iosue tribui Iudę mõtana ad meridiẽ, quæ iam acquisiuerãt, sed nondũ sorte tradidit, Ephraim q̃q; concessit montana ad aquilonem, inter vtrunq; mediã tribũ Manasse collocans: his tribubus cõmisit terrã, alijs in castris manentibus. sciebat eñ tribui Iudæ regnum esse promissum, & Manasse & Ephraim benedixisse Iacob pro beneficio Ioseph patris eorũ. Sed ipse quoq; Iosue Effraita erat. dedit aũt Ephraim extra sortem aliorum, agrum Sichem, quem dederat Iacob singulariter Ioseph, & sepeliuit in eo ossa Ioseph. Testatur Hieronym⁹, vidisse se in Sichem sepulchra aliorum vndecim patriarcharum. Accessit aũt Caleb filius Iephone ad Iosue coram omni populo, & ait: Nosti quæ locutus sit dñs de me & de te ad Moysen, q mihi iurauit in reditu cum explorassem terram, dicẽs: Terra quam calcauerit pes tuus, erit possessio tua in æternum. pollicitusq; est mihi dominus terram, in qua inuenimus Enachim, te audiente. quadraginta & quinq; anni sunt, ex quo locutus est dominus verbum hoc. Hodie 85. annorum sum, sic valens vt eo tempore valebam. Benedixitq; ei Iosue, & tradidit ei Hebron in possessionem, & quieuit terra à prælijs. Dixit dominus ad Iosue: Terra nondum diuisa est, diuide in possessionem nouem tribubus & dimidiæ tribui Manasse, cum qua Ruben & Gad possederunt terram quam tradidit eis Moyses famulus meus trans fluenta Iordanis. Igitur Iosue conuocauit ecclesiam in Silo, & ait: Senui, bonum est vt terram quam promisit nobis dñs, sorte diuidamus. eligite de singulis tribubus tres viros, & mittam eos, vt circumeant terram & distribuant, referantq; ad me q̃d descripserint. Et assumpsit de singulis tribubus tres industrios viros ad considerandã terrã, deditq; eis decẽ viros metiẽdi peritos, q̃s propter artem veritas non lateret, mandãs eis ne secundũ quantitatẽ terrã metirent, sed secundũ æstimationẽ felicis terræ. nam sæpe pluris sunt decẽ iugera, q̃ centũ, & vt referrent ad se vniuersa. Viri aũt circumeuntes terram, & æstimantes vigilanter singula, mense septimo reuersi sunt ad eum in Silo. proiectisq; sortibus, prima Iudę egressa est, secũda Simeonis, tertia Beniamin, hæc sors angustissima fuit propter terræ fertilitatẽ. tulerũt eñ Hiericho & Hierosolymam. quarta Ephraim, quinta medietati Manasse, sexta Isachar, septima Zabulonis, octaua Aseritaꝝ, nona Neptalim, vltima vero Danitaꝝ. Sed & Leuitis separauit Iosue quadraginta & octo ciuitates ad inhabitandum, quarum decem prius acceperant in Amorræa, vbi tres constituit ciuitates refugij: de reliquis 38. cis Iordanem similiter tres nominauit refugij ciuitates, Hebron de Iuda, Sichem

Rex Iabin.

Meron.

Iosue trãstulit tabernaculũ in Silo.

Caleb.

Oratio Iosue ad populũ de diuidẽda terra.

Ciuitates refugij.

ex Ephraim, de Neptalim Cedes. Tūc locuti sunt filij Ioseph, ex Ephraim & Manasse: Cur dedisti nobis, quasi possessionē vnius funiculi, cum simus tantæ multitudinis? ad quos Iosue: Populus multus es & fortis. non eris contentus sorte tua, sed transibis ad montes, & poteris vltra terminos terræ promissionis procedere, & parare tibi locum. Eo tempore adscēdit Caleb in terram sibi traditam, & percussit in Hebron tres filios Enach: & adscendens inde, obsedit ciuitatem Dabir, quæ prius vocabatur Cariatsepher ciuitas literarum. ciues enim eius, scriptores fuerunt. quam cum inuenisset munitam, dixit: Qui primus percusserit vrbem hanc, dabo ei Axam filiā meam vxorem. & cepit eam Othoniel filius Cene, frater Caleb, secundum alios fratris filius, nisi pater eorū binominis fuerit. Dedit itaq; Caleb filiā suam Axam fratri suo vxorem, quæ cum pergeret cum viro ad vrbem traditam sibi, inducta est à viro, vt peteret à patre agrum in conuallibus, suspirauit itaq; ac fleuit sedēs in asino. cui Caleb: Quid ploras? at illa, Terram arētem dedisti mihi, iunge & irriguam. deditq; Caleb ei irriguum superius & irriguum inferius circa ciuitatem traditam. Et cum iam quartusdecimus transisset annus, sileretq; terra in conspectu eorum, dixit Iosue ad Ruben, Gad & dimidiam tribum Manasse: Fecistis quæ præcepit vobis Moyses famulus domini: & qa dedit dominus fratribus vestris quietem, reuertimini ad terram possessionis vestræ, ita duntaxat, vt custodiatis legem Dei, & colatis eum, nec eatis post deos alienos, quia arcam & tabernaculum non habebitis. fratres sumus & serui vnius Dei, licet interiecto flumine separemur. In multa substantia reditis. diuidite eam cum fratribus qui remāserunt. Qui data acceptaq; salute, reuertentes venerunt ad tumulum Iordanis, & ædificauerunt iuxta Iordanem altare infinitæ magnitudinis, superinscribentes: Testimonium nostrum q ipse dominus noster est Deus. Nunciatū est id Iosue, & arbitrati sunt illos erexisse illud, vt immolarent super eo victimas, quod non licebat, nisi super altare quod constituerat Deus. Arripiens proinde arma vt deleret eos, præmisit Phinees & decem honoratos viros cum eo, qui dixerunt ad eos: Quæ est ista transgressio? cur reliquistis Deum Israel & cultum eius, ædificantes vobis altare sacrilegum? At illi respōderunt: Absit à nobis hoc scelus, alioquin Deus ipse quærat ac iudicet. sed timuimus, ne cras dicerēt filij vestri filijs nostris, Quid vobis & nobis? Quid vobis & domino Deo Israel? terminum posuit dominus inter nos & vos. quamobrē memoriale hoc ereximus in signum, quoniam fratres vestri sumus, & deicolę vobiscum manebimus. His auditis tanquā rationabilibus, Phinees placatus est. & cum retulisset verba hæc ad omnem populum, laudauerunt Deum. Euoluto dein multo tempore, congregauit Iosue oēm Israel in Sichem, & ait: Ego ingrediar viam vniuersæ carnis, & scio vos pronos ad irritandum Deum. eligite hodie quod placet, cui potissimum seruiatis, vtrum dijs gentium, an Deo. ego enim & domus mea soli seruiemus domino. Et ait vniuersus popul⁹: Absit à nobis vt à Deo recedamus, sed ei seruiemus. Et dixit Iosue: Vos itaque testes estis quia hodie elegistis dominū, & responderunt: Testes sumus. & adscenderunt in Silo, vt starent coram domino. pcussitq; populus in die illa fœdus cum domino, & in signum fœderis, effudit Iosue aquam super terram, quasi diceret: Non solum violator huius fœderis peribit, sicut in alijs fit fœderibus, sed tota progenies cum eo, vt nullum vestigium eius appareat super terram. Et scripsit Iosue in die illa omnia verba hæc in volumine legis Dei, & tulit lapidem pergrandem, posuitq; eum subter quercum, quæ erat ante sanctuarium domini, & ait: En lapis iste erit vobis in testimonium sempiternum. dimisitq; populum, singulos in possessionem suam. Post hæc mortuus est Iosue, cum vixisset annis centum & decem, quorum cum Moyse quidem pro doctrina vtilium rerum commoratus est quadraginta, dux autem post illius mortem sex & viginti annis fuit, vir neq; sapientia indignus, nec eorum quæ cogitabat, vt multa sapienter ediceret, inexpertus, sed vbiq; summus, & ad opera periculaq; magnanimus, audaxq; bella disponere, & in pace dexter, & in omni tempore præcipua virtute conueniens. Sepultusq; est in ciuitate Thamnathsare, quæ sita est in monte Ephraim, eamq; elegit Iosue post distributionem omnibus factam, tanq̄ bonus dispensator. seruiuitq; Israel domino cunctis diebus Iosue, & seniorum qui longo vixerunt tempore post Iosue, qui nouerunt oīa quæ fecerat dominus in Israel. Eodem vero tempore mortuus est Eleazar pontifex, & sepelierunt eum in Gabaath, cui Phinees successit eiusdem filius. In hac gñatione anno 7. sub Moyse dum esset in deserto, Erichthonius Atheniensiū rex 4. regnauit annis 25. Hic in Græcia primum iunxit currum, ipse quippe in templo Vulcani & Mineruæ (quod ambo vnum habebant) inuentus est puer à dracone inuolutus, quod significauit eum magnum futurum: & cum parentes eius essent ignoti, propter commune templum dictus est Vulcani & Mineruæ filius. & quia

Victoria Caleb. Cariatsepher.

Altare iuxta Iordanem.

Populi Israel fœdus cū domino.

Mors Iosue & sepultura.

Eleazarus moritur, & illi succedit Phinees.

quia à dracone inuolutus erat, dracontæis pedibus fingit natus. Anno vero huius generationis decimo, Remesses qui & Aegyptus, à quo Aegyptus, quæ prius Aeria dicebat, nomē accepit, regnauit annis lxviij. huic erat frater Danaus, qui habuit quinquaginta filias. Aegyptus vero habuit totidē filios, q̄s Danaus, simulatis nuptijs, per filias suas vna nocte oēs occidit. Filiæ hæ Belides à patre sunt vocatæ, de quibus Iuuenalis: Occurrent, inquit, multæ tibi Belides. Procurauit aūt dolose Danaus, ꝙ oēs filij fratris singuli singulas filias matrimonio copulabāt. veritus aūt Danaus, ne tanta generoꝝ multitudo sibi regnū adimeret, erat eñ tum Argiuoꝝ rex, persuasit filiabus, vt vnaquæq; prima nocte virū suū occideret. q̄d & factū est, vna duntaxat excepta, q̄ Hypermestra vocabat. hæc Lino viro suo pepercit, qui & ipse socero suo tandē detruncato, post ipsum regnauit. Iste aūt Danaus primū apud Aegyptū regnauit. sed inde pulsus, Argos veniēs, Sthenelū ibi regnantē regno expulit, & ipse regnū suscepit. Hic, vt Pliñ. lib. de natu. hist. ait, primus in Græcia puteos fodiēdos ostēdit. Danaus itē, à q̄ & Danai, rex Argiuoꝝ decimus, expulso Sthenelo, regnauit annis quinquaginta. Eodē tēpore Dardanus Dardaniā cōdidit, tū etiā templū Delphis à Phlægia incensum est. alij in sequēti generatiōe ponunt. Hoc etiā tēpore Busiris in Aegypto fuit, filius Libyæ & Neptuni, anno primo ducatus Iosue apud Aegyptū tyrānidē exercuit, & regnauit aliquādiu. Qui inter cætera suæ tyrānidis opa, fert hospites suos dijs suis persæpe immolasse. quā ob causam cū Hercules ad eū diuertisset, & simili pfidia qua cæteros, eū perdere tentasset, ipsum regē aris impositū Hercules interfecit.

Remesses. Belides. Hypmestra Danaus. Dardanus. Busiris.

GENERATIO XXIX.

ANno 3745. ab exordio mūdi secūdū septuaginta interpretes, iam Naason principe de tribu Iuda mortuo, in Salmon eius filio incepit xxix. ḡnatio, durauit xl. annis. Et factū est, Iosue iā defuncto, cōsuluit populus dñm per Phinees, q sum mo fungebat sacerdotio, Quis adscēdet ante nos cōtra Chananæū, & erit dux belli? Dixitq; dñs: Iudas. i. tribus Iudæ. Credit tñ Caleb p̄fuisse populo ad modicū. & ait Iudas Simeoni: Adscēde mecū in sortē meā, & pugna cōtra Chananæū. Adscenderūtq; Iudas & Simeon in Besech, & percusserūt in eo decē millia viroꝝ, compræhēdētesq; Adonibesech. i. dñm Besech, inciderūt summitates manuū & pedū ei⁹. Et ait Adonibesech: Merito patior hoc. idipsum eñ fecerā septuaginta regibus, qui colligebant sub mensa mea cibū. Et adscendētes in Hierusalē, percusserūt eam, tradentes incēdio, & reliquerunt ibi Adonibesech, & mortuus est. cepit autē Iudas Gazam & Ascalon & Accaron cū finibus suis, nec potuit delere habitatores vallis, quia falcatis curribus abundabant. Filij aūt Iethro Cinei, cognati Moysi, adscenderūt de ciuitate palmarū cū filijs Iuda in desertū sortis eius, q̄d est ad meridiem. ciuitas aūt palmaꝝ, dicitur hic Engaddi. Beniamin aūt post Iudā adscendit in Hierusalē, nec potuit eijcere Iebusæū, sed permisit habitare eum secū in tributo. domus Ioseph q̄q; adscēdit in Bethel, quæ prius vocabat Luza, & cepit eam, nec deleuit Ephraim Chananęū, sed permisit eum viuere sub tributo. similiter & reliquæ tribus, cum essent confortatæ, maluerunt eos habere tributarios q̄ delere, transgredientes mandatū domini, & conuerterunt se ad agriculturas: qui ad diuitias se conuertentes, per epulas & libidinē iam imbelles facti, in conuersatione tali integri non manserunt. Angelus autem dñi apparuit eis in Galgala, & improperauit ꝙ inijssent fœdus cum habitatoribus terræ, & reseruassent aras eorum, intulitq;, dicēs: Dij eorum erunt vobis in ruinam. In illo tempore surrexerunt alij, qui non nouerunt dominum, feceruntq; malum, & seruierunt Baalim & Astaroth & dijs terræ, contraxeruntq; coniugia cum alienigenis. quamobrem indignata diuinitas, nō deleuit gentes, & tradidit eos dñs in manibus Cusan Rasathaim regis Mesopotamiæ & Syriæ, seruieruntq; ei octo annis, & clamauerunt ad dominū, qui suscitauit eis liberatorem Othoniel fratrem Caleb, aliàs Cenen dictum. Othoniel itaq; de tribu Iuda rexit populum annis quadraginta, annumeratis octo præcedentibus. vir fuit præstantissimus, qui responso accepto, ne despiceret populū in necessitate cōstitutū, confestim exercitum regis Mesopotamiæ aggreditur, vniuersum fudit atq; fugauit. & quieuit terra xxxij. annis. In hac generatione Leuita de tribu Leui quidā, habitans in Ephraim, cū vxore ex Bethleem in Gabaa, quæ erat de tribu Beniamin, venit, illic in domo senis cuiusdā de tribu sua diuertens. alij eñ eam recipere noluerāt. seroq; adolescentes illius ciuitatis qui viderūt mulierē in platea pulcherrimā, circundederunt domū senis, expostulātes eā ad abusum. Et cū cernerēt senior & Leuites sibi violentiam pro libidine inferri, necessitate coacti, tradiderūt mulierē illudendā. qua quū tota nocte abusi fuissent, mane mulier ad ostiū viri corruens, mortua est. q̄d cernēs vir defunctæ, cadauer exportauit, atq; in duodecim partes concidit,

Salmon. Phinees. Hierusalem capitur. Filij Iethro. Iebusæus. Luza. Angeli concio ad populum. Baalim. Cusan rex. Othoniel Hebræorū prim⁹ dux. De Leuita & ei⁹ vxore

Vxoris violenta mors annunciata oĩ populo. Cædes filiorum Beniamin & Isrl.

cidit, easq́ꝫ in omnē Israel misit, mādauitq́ꝫ nuncijs, vt factū inauditū omnibus proderent, vindictāq́ꝫ exposcerent. Quamobrē filij Israel ira concitati, in Silo ante tabernaculum dñi conuenerūt, & conclamātes, in arma repente processerūt: irruentesq́ꝫ, vniuersos ciuitatis Gabaa viros cū vniuersa Beniamin tribu ceciderūt atqꝫ interemerūt. In ea aūt pugna de viris Israel xl. millia pugnatorum primo ceciderunt, sed de viris Beniamin circa xxv. millia extincti sunt. Et vniuersam ciuitatē Gabaa igne concremauerunt, oēs mulieres & infantulos peremerūt, & similia alijs eiusdē tribus fecerūt, nec remanserūt de vniuerso Beniamin qui euadere potuerūt, nisi sexcenti viri. & iurauerunt filij Israel in Maspha, ꝙ nullus eorū filias suas daret vxores superstitibus filijs Beniamin. sed pœnitentia ducti deletione vnius tribus, requisierunt quis de Israel nō adscenderat cū eis nec iurauerat, ac inuenti sunt filij Iabis Galaad. & percusserunt eos à viro vsqꝫ ad mulierem, solis quadringentis virginibus reseruatis, aduocantesq́ꝫ sexcentos viros de petra Remmon, reddiderūt eis sortem Beniamin, dantes virgines illas in vxores, & supererant adhuc ducenti viri. ad quos inquiunt: Ecce solennitas dñi est in Silo, & adscendent filiæ Israel ducentes choros: & vos latentes in vineis, exite & rapite singuli singulas vxores, & factum est ita, & restituta est tribus Beniamin.

Dardanus. Iasius.

In hac generatione Dardanus Corinthi regis ex Electra coniuge filius, his tēporibus Dardaniam cōdidit, & à se nominauit. hic Italus fuit, & Iasium fratrem habuit, qui mortuo patre, cū fratre de successione regni in discordiā venit, ex qua etiā fratrē interemit. Et cū turbatos ciues Dardanus cerneret, statim cū parte populi nauē conscendit: & longa actus nauigatione, primo in Samothracia, quæ tunc Samos erat, sedes habuit. & inde in eā Asiæ partē quæ Hellesponto contigua est, abijt, & illam oram quā occupauit, de suo nomine Dardaniam nūcupauit: ibidemq́ꝫ oppido cōstructo, regnauit annis quinquaginta. Erichthonio deniqꝫ filio superstite relicto, diem clausit extremum.

Cadmus literarū Græcarum inuētor.

Cadmus Agenoris filius, frater Phœnicis. quo relicto in Phœnicia, in Græciam cōmigrauit, ibiq́ꝫ secus Hippocrenen fontē sedit, & meditans sedecim characteres exquisiuit, illasq́ꝫ primus Græcis contulit, & eis vti deinceps docuit. propter quod confictū est, ipsum serpentinos dentes seminasse, & cum haud longe à Parnasso monte venisset, oraculū consulens, responsum habuit, vt bouem sequeretur indomitum, & ibidem vbi cōsisteret, sedem sumeret. qui in destinatum sibi locum ductus, acquieuit. ibiq́ꝫ boue capto, eum immolauit, & locum Bœotiam nominauit, atqꝫ in ea regione Thebas, aliam vrbem ab antiquis Thebis Aegyptijs, ex quibus venerat, ædificauit.

Bœotia. Sicilia.

Siculus Neptuni filius, in Siciliam insulam venit, quam sic ipse nominauerat. primo eñ Trinacria dicebatur, deinde Sicania. Sicilia nāqꝫ Italiæ pars olim fuit, sed terræmotu superueniente, vt Plinius ait, ab Italia diuisa est.

Belothus. Actosa. Iupiter. Asterius. Rhadamāt. Sarpedon. Semele. Linꝰ, Zethꝰ Amphion. Corinthus.

In hac generatione anno decimo, Belothus rex Assyriorū quintusdecimus, regnauit annis quinqꝫ & viginti. huius filia Actosa, quæ & Semiramis, regnauit cū patre annis octo. Hoc tempore Iupiter mixtus est Europæ, filiæ Agenoris Phœnicis, quam rapuerūt Cretenses naui, cui fuit insigne taurus, quā postea Asterius (aliàs Xanthus) rex Cretensium accipiens vxorē, procreauit ex ea Rhadamanthū & Sarpedonem & Minoem, quos magis ex eadē fœmina filios Iouis fuisse vulgatū est. Tunc etiam ex filia Cadmi, qui regnauit Thebis, Semele natus est Dionysius, qui & Liber pater, & Bacchus dictus est. postea Cadmus & Phœnix apud Tyrum & Sidonē in Syria regnauerūt. Linus, Zethus & Amphion, hoc tēpore in musica claruerūt. Ephyra, nunc Corinthus, condit.

Belopares. Vini inuentor dr̄ Liber Bacchæ.

Belopares rex Assyriorum vigesimus, in hac generatione anno trigesimoquinto regnare cœpit, regnauit annis triginta. Hoc tempore Dionysius, qui & Liber pater, vitē dicitur ostendisse hospiti suo in Attica terra. hic etiā subactam Indiam sanguine madefecit, libidinibus polluit gentē vndiqꝫ, nulli vnquā homini obnoxiam. habebat aūt multas in exercitu suo fœminas, quæ Bacchæ appellatæ sunt, nō tam virtute fortes aut nobiles, ꝙ̃ furore. His etiam temporibus Hercules in Phœnicia clarus habetur, sed nō ille, cuius ingentia facta narrantur. Secretior quippe est historia, vt diuus Augustinus ait, plures fuisse Hercules, & Liberos patres, & Apollines. Eo quoqꝫ tempore Minos regnauit in Creta, & Cæleus in Eleusina. Arcas etiā, Iouis & Calistonis filius, Pelasgis in deditionē receptis, regionē eorū Arcadiam nuncupauit.

Cæleus. Arcas. Minos.

Minos Europæ & Iouis filius, xxxix. Othonielis anno, post Iouē patrē siue Asterium regē in Creta regnauit, qui primus Cretensibus leges dedit. hic Pasiphaen Solis filiā sumpsit vxorē, ex qua liberos plures suscepit, inter quos Androgeum filiū & duas filias Ariadnē & Phædram Thoantis matrem. Verum cū Androgeus athleta fortissimus cunctos superaret, ab Atheniensibus & vicinis Megarēs. apud Athenas occisus est, ob quod Minos pater iratus, e uestigio collectis manibus, durum Atheniensibus intulit

Androgeus Ariadne. Athenæ puniuntur.

tulit bellum,& victis pœnam statuit,vt quotannis septē filios darēt seruituros,aut in vltionē Androgei vltimū subituros periculum,prout regi placeret.& nonnulli ferunt,ꝙ primis tribus annis plebeiorū natos,secundis populares,tertijs vero nobiles exhibuerunt,inter quos Theseus forte missus,adiutorio Ariadnæ minotaurū interemit,& ex ipso die Athenienses à tributi pœna liberati sunt.postremo hic Dædalum, qui his quoq; fuit temporibus,eo ꝙ leno fuisset in adulterio Pasiphaes,vnà cū Icaro eius filio labyrintho clausit:ex quo cū euolasset,sumptis armis,eos vsq; in Siciliā persecutus est. Caria regio,vltima Asiæ minoris pars,Rhodo insulæ contermina,his tēporibus sub Minoe isto principiū regni sumpsit,seq́; eidē primo subdidit,cuius populi prius(vt Herodotus scribit)Leleges vocabātur,à quibus Halycarnassus est ædificata,in qua postea Artemisia regina sepulchrū viro suo Mausolo adeo magnificum construxit,vt e septē spectaculis mundi vnū esse censeatur.Cares circa rem militarē hactenus studiosi fuerunt,vbi nunc opulentissima Turcarū possessio habetur,plena equidē viris opulentissimis,quos omnes superioribus annis post Euboeam perditā, Petrus Mocenico Venetorum dein dux,tum classis Venetæ præfectus,hostili animo inuasit,diripuit atq; incendit. Sibyllæ,oēs fœminæ vates,à veteribus nuncupatæ. cæterū Sibyllas numero decē fuisse memorāt.Prima Persica dicta,cuius mentionem fecit Nicanor,qui res gestas Alexandri scripsit.Secūda Libyca,cuius meminit Euripides.Tertia Delphica,de qua Chrysippus.Quarta Cumæa in Italia,quam Neuius in libris belli Punici notat.Quinta Erythræa,quā Apollodorus affirmat suā fuisse ciuem,eamq́; Graijs Ilium petētibus vaticinatā, periturā esse Troiam.Sexta Samia,de qua Eratosthenes.Septima Cumana,aliàs Amalthea,quā alij Demophilen nominānt, eamq́; nouē libros attulisse ad regē Tarquiniū Priscum ferunt.Octaua Hellespontica,in agro Troiano nata temporibus Cyri.Nona Phrygia,quæ vaticinata sit Ancyræ.Decima Tiburtina,nomine Albumea,quæ *Tiberi colitur.Harū omnium Sibyllarum carmina feruntur,omnes autem vnum Deum prædicant.

Theseus. Dædalus. Caria. Leleges. Artemisia. Petrus Mocenico. De Sibyllis.

GENERATIO XXX.

ANno 3786.ab exordio mundi secundū septuaginta interpretes,in Boos principe filio Salmon de tribu Iuda & ex Raab,sub Abisur filio Phinees sacerdote summo,trigesima per lineā Christi incepit generatio,& durauit annis ducentis quadragintatribus.refert tñ Nicolaus de Lyra,ꝙ iuxta historiæ veritatē,fuerunt tres Boos sibi vicissim succedentes.nam tēpus tot annorū ad vnū hominē,inquit,referri nō potest.sed illud,qm̃ ex canonica scriptura nō patet,pro solido adstruere nemo potest.Inuentus est etiā longe posterius vir vnus,Ioannes de temporibus dictus, qui vixisse perhibet 363.annis.at quoquo modo sit,ego sequar euangelistā,qui & ponit Boos pro vna generatiōe,& sic puto me nō errare,ꝑsertim in historia. Aioth secundus Hebræorū iudex ex tribu Beniamin Gerari filius,hoc anno dux sup Israel cōstitutus,iudicauit annis lxxx.vir quidem inclytus atq; robustissimus,& vtraq; manu vtebat̃ pro dextra.hic cū videret Eglon regē Moabitarū decē & octo annis affixisse populū,multas ciuitates abstulisse,ac multa eis tributa imposuisse,idola quoq; sua in Galgala collocasse,misertus his q̃ patiebat̃,ab iniuria hoc modo populū iubente dño liberauit.nā venit ad Eglon cū muneribus ab Israel missus,dixitq́; ei,Habeo secreta rex ad te aliqua.egressisq́; oībus qui cū eo erāt,extēdit Aioth manū suam,tulit sicam de femore,&infixit eā in ventrem Eglon valide.erat eīm pinguis,deinde clausis ostijs cœnaculi,ꝑ posticā egressus est.Serui aūt regis post multā morā intrātes,inuenerunt eū mortuū,venitq́; Aioth & insonuit buccina in monte Ephraim,& descenderūt cū eo filij Israel ad vada Iordanis,q̃ transmittūt in Moab,& Moabitarū percusserūt decem millia,& humiliatus est in die illa Moab sub manu Israel.& cū Aioth hāc dignitatē tenuisset octoginta annis,defunctus est,omni virtute & laude dignus. Sangar aūt quidā filius Anath,post hunc electus est,vir quidē strenuus,q vno vomere sexcentos viros occidit,sed primo anno morit̃,ideo inter iudices nō numerat̃. In illo tēpore Tantalus Phrygiorū rex,Iouis tertij ex Plote nympha filius,vir magnitudinis immēsæ,hic bellū ob raptū Ganymedē aduersus Troem Dardaniæ regē & Ganymedis patrē habuit.Et cū esset vir auarissimus,fingūt poetæ eū deos ad cōuiuiū inuitasse,qbus vt deitatē eoꝶ experiri posset,filiū Pelopē eis comedendū apposuit,mētitus alias esse carnes.q cognoscētes facinus,nō solū abstinuere,verū collectis in vnū membris,puerū ad vitā reduxere.propter hoc scelus Iupiter eū in infernū trusit,hocq; supplicio dānauit,vt vsq; ad inferius labiū in lympidissima*diuersaret aqua.insuper & ei inclinari arbores redolētibus pomis,vsq; ad eius os statuit,q̃ fugerēt dū capere tentaret.& sic factū est,vt inter poma & aquas positus,fame & siti deficiat.Tantalus alius, Corin-

Boos de Raab. Abiezer pōtifex,aliàs Abizur. Aioth secūdus dux Eglon rex. Sangar. Tantalus. Tantalus.

Corinthiorum rex fuit, quē dicunt Iouis secūdi fuisse filiū, virū quidē pijssimū, & adeo, vt dicat à poetis, deorū mensis accubuisse. q̄d ideo factū putant, quia optimus philosophus & eloquētissimus fuit, sicut testat diuus Hieroñ. ad Paulinū, dicēs: Et de Tantali fonte potat...ē. Et Corinthij excellentissimā arcē extruxere. Laomedon xvij. Sicyoniorum rex, anno xvi. Aioth, cœpit Sicyonios regere, & regnauit annis xl. hic Troianæ vrbis Ilij muros extruere cœpit, & cum ei pecunia deficeret, audiuit apud Troianos pecunias esse in sacrario Neptuni & Apollinis reseruatā, quā ipse rex iureiurando p̄stito, se nō solū eandē restituturum, sed insup ex propria largiturum repromisit, & sic inuentā pecuniā in murorū ædificatione expēdit. Sed qa postea nō restituit, Neptunus inundationē, Apollo putrefactionē immisit, ex q̄ pestilencia est orta, & sic vindicta successit. Tros, à q̄ Troia, Erichthonij regis filius, filij Dardani, filij Iouis tertij ex Electra, anno xl. Aioth iudicis, iā veteranus in Dardaniā venit regionē: & cum esset vir armorū peritissimus, ampliato regno, ex suo noīe regionē ante Dardaniam, nūc Troiam appellat. Troia igit, teste Liuio, nō ciuitas, sed minoris Asiæ regio est, in q̄ Ilion clarissima ciuitas fuit. Ganymedes Trois regis filius, hac tēpestate fuit speciosissimus adolescēs. rapit à Tantalo rege Phrygiæ, propter q̄d maximū bellū est ortū. Aiunt aūt Tantalū ad Iouis Cretensis gratiā promerendā, quē sciebat impudicū, sub signis aquilæ venantē adolescentulū patri rapuisse, & Ioui dono dedisse. propter q̄d fingūt eū deorū pincernā factum. Hercules gigas posterior supradicto, floruit hoc tpe, quē dicūt xij. insignes perfecisse labores, de q̄ diuus August. 18. de ci. Dei c. 12. Varro cū q̄dragintatres Hercules numerasset, adiecit, q̄ oēs qui aliq̄d fortiter fecissent, Hercules appellatiuo noīe dicti fuere. q̄d diuus August. cōfirmare videt eodē li. c. 19. q̄ & Samson propter mirabilē fortitudinē putatus sit Hercules. Anno 3867 ab exordio mūdi, mortuo Aioth, Delbora prophetissa de tribu Ephraim, vnà cū Barach marito suo, alio noīe Lapidoth, iudicauit Israel annis xl. cōnumeratis annis oppressionis eius. mortuo em̄ Aioth, addiderūt filij Israel facere malū corā dn̄o, qui tradidit eos in manus Iabin regis Chanaan, qui regnauit in Asor, & habebat armatorū trecenta millia, & decē millia equitū, & curruū tria millia, cuius exercitus dux erat Sisara, qui filios Israel vehemēter afflixerat, & tributa per xx. annos soluere cōpulerat. atq; ita dū tribularent, clamauerūt ad dn̄m per Delborā, cuius p̄cibus Deus annuens, suscitauit eis Delborā. Quæ itura ad p̄liū, vocauit virū suū, & dixit: Præcepit tibi Deus Israel, educ exercitū, & ego tradā Sisarā in manū tuā iuxta torrentem Cison. Cui Barach: Mecū esto. Quæ ait: Ibo. sed victoria tradet in manus mulieris. Barach igit exhortatiōe mulieris cōgregauit exercitū decē millia iuuenū de Neptalim & Zabulon, processerūtq; ad hostes. & facto cōgressu, vniuersum Chananæorum exercitū fuderūt. Sisara aūt de curru desiliens, fugit, & in domū cuiusdā mulieris se abscondit. q siti fatigatus, lactis potū ab ea recepit: & cū nimiū bibisset, obdormiuit. Illa vero dormienti clauū ferreū per tēpora fixit malleo, q̄ mulier Iahel vocabat. verū paulo post superuenit Barach, inueniēs Sisarā clauo cōfixū & in terra mortuū. Tunc Barach duxit exercitū sup Asor regē Iabin obuiū, & eū interfecit. quo mortuo, ciuitatē eius cepit atq; euertit, cecinerūtq; Barach & Delbora canticū dn̄o. Laurentū regni principiū (teste Eutropio) Delboræ iudicis anno in Pico habuit. Picus em̄ augur Ausoniæ rex, & Saturni regis filius, patri in Latio successit, regnauitq; annis xiij. egregius sane vir & bellator fortissimus, q ideo augur dictus, qa domi picū habuit, per quē futura p̄noscebat, vnde agrestes viros eloquētia sua sibi fecit obsequiosos. Hic lusoriā pilā adinuenit, vt Plinius ait. Cōdidit aūt vrbē Laurentū, q̄ nunc Sabinorum ciuitas nuncupat. ideo autē Laurentū appellauit, qa in eius arce arbor laurus reperta est, siue à laurea sylua, qua excisa, est ædificata arx. dicebat aūt prius Necaba. Picus vxorē duxit noīe Faunā seu Fatuā, q̄ carmine suo sæpe fecit dementare hoīes, à qua Faunū filiū successorē habuit. hic aūt regionē aliā occupās, à se Picenū noīat, quā nunc Marchiā Anconitanā vocant, in q̄ vrbes plurimæ, quarum vna Adria dicta, à qua & mare Adriaticū. Acrisius Abātis regis filius, vltimus Argiuorum rex, anno 12. Delboræ iudicis, cū regnasset annis 31. à Perseo eius nepote, nō spōte tn̄, occidit. Et qa nō nisi Danaen filiā post se reliquit, regnū trāsiuit in Mycenæos. filius em̄ Danaes & Iouis Perseus apud Argos casu interfecit auū maternū, ideo tn̄ timore pculsus, Argos reliq̄t, & Mycenas imperiū trāstulit.

Epilogus regū Argiuorū, ab Inacho rege vsq; ad Acrisiū vltimū, 544. annis.

Inachus primus, Phoroneus secūdus, Apis tertius, Argus quartus, Grassus quintus, Phorbas sextus, Troyphas vij. Crotopus viij. Sthenelus nonus, Danaus decimus, Lyncæus xi. Abas xij. Prœtus xiij. Acrisius vltimus.

Mycenarū regni principiū post Acrisiū Perseo debet, post quē regnarūt Sthenelus, Eury-

Laomedon
Troia, Ilion
Tros.
Ganymedes
Hercules.
Samson. Hercules.
Delbora.
Barach tertius iudex.
Iabin rex.
Sisara.
Sisaræ interitus.
Iahelis crimen.
Laurentorum regni principium.
Picus rex.
Lusoria pila.
Adria.
Mare Adriaticum.
Acrisius.
Reges Mycenarū.

Eurystheus, Atreus, Thyestes, Agememnon, Aegysthus, Orestes, Thisamenus, Penulus & Cometes. Erythræa seu Herophile Sibylla, in Babylone orta, hoc tpe floruit. hæc magni meriti apud Deũ fuit, qm̃ de Chr̃i incarnatiõe passioneq́ ac beata virgine, necnõ & de Iudæoꝝ regno plurima vaticinata est, Troiæ excidiũ carminibus descripsit, Romani quoq́ imperij varios casus ꝑdixit. Anno *398. ab exordio mũdi, Gedeon iudicauit Israel annis xl. cõnumeratis septẽ annis, qbus seruiuit Madianitis & Amalechitis. fuit aũt de tribu Manasse, Ios filius. vexati em̃ Israelitæ, clamauerunt ad dñm, & misit ad eos virũ propheten, exprobrans beneficia. Venit aũt angelus ad Gedeon, qui timens hostes, in occulto excutiebat frumenta, vt haberet viaticũ ad fugam. Et ait angelus: Dñs tecũ virorũ fortissime. Cui Gedeon: Si dñs nobiscũ, cur nos appræhẽderũt hæc mala? Ad hæc angelus: Vade, percuties Madian quasi virũ vnũ. Cui Gedeon: Si gratiã inueni coram te, nõ recedes donec reuertar. & coxit Gedeon hœdũ, posuit carnes & azymos panes in canistro, & misit ius in ollam, offerẽs ea angelo. Et ait angelus: Pone carnes & panes super petrã, & funde ius desup. quo facto, tetigit virga angelus hæc, & adscẽdit ignis de petra, & cõsumpsit oĩa, & euanuit angelus. Eadẽ nocte ad vocẽ dñi Gedeon cũ decẽ seruis destruxit arã Baal, in crastino ciues dixerũt ad Ios patrẽ Gedeon: Educ filiũ vt moriat̃. Quibus ille: Nunquid vltores estis Baal? Exinde dictus est Gedeon Hierobaal. Igitur Madian & Amalech transito Iordane, sederũt in valle Iezrael q̃si locustæ. Gedeon vero mãdato dñi, ex Manasse, Aser, Zabulon & Neptalim cõtraxit xxxij. millia, & petijt Gedeon signum victoriæ à dño in vellere posito in area, q̃d nunc siccũ, nũc madidũ exoptatũ inuenit. Et ait dñs ad Gedeon: Populus multus est tecũ, ne dicat Israel, viribus meis liberatus sum, clama ad populũ: Qui formidolosus est, reuertat̃. Item, qui ædificauit domũ, & nõ dedicauit eã: qui plantauit vineã, & necdum fecit eã cultã: qui desponsauit vxorẽ, & necdũ accepit eã. & reuersi sunt de populo xxij. millia. Et ait dñs ad Gedeon: Adhuc populus multus est, duc eos ad aquas in calore meridiei, & eos qui *lambuerint aquas manu & lingua sicut canes, separabis. & inuẽti sunt tantũ ex eis trecenti viri. Et ait dñs: In his ecce tradam Madian in manus tuas. Eadẽ nocte dixit dñs ad Gedeon: Descende in castra Madian tu & Phara puer tuus tecũ, & audies quid loquant̃. Qui descendẽs, stetit in parte castroꝝ, vbi vigiliæ erãt, & audiuit narrantẽ somniũ cõmilitoni suo in hunc modũ: Videbat̃ mihi q̃ panis ex hordeo subcineritius descendebat in castra Madian vsq; ad tabernaculũ regis, & subuertit illud. Et ait cõmilito: Vile est hordeũ inter grana & inter gentes Israel, & in Israele vilis est familia Gedeonis, nõ est aliud nisi gladius Gedeonis, tradet dñs in manus eius Madian. q̃d audiens Gedeon, adorauit, & reuersus ad socios, Tradidit, inquit, dñs Madian nobis. & diuisit eos in tres partes, & dedit tubas in manus eorũ dextras: lagenas vacuas, & lampades in medio lagenarũ, in sinistras: & ait, q̃d me facere videtis, facite. Et ingressi sunt per gyrũ castrorũ in tribus locis in vigilia noctis mediæ, & cũ cõfregissent hydrias, tenuerũt lampades in manibus, & insonantes tubis clamauerũt: Gladius dñi & Gedeonis. Quo subito hostes excitati, turbati sunt, nec cognoscẽtes sese plurimi, mutuis vulneribus ceciderunt, alijs in fugã cõuersis vsq; ad Bethsecha. Viri aũt de Neptalim & Aser & Manasse, qui redierãt, cõclamãtes persequebant̃ Madian. Ephraim q̃q; descendit in occursum fugientiũ, & occupauit Iordanẽ, & occidit duos reges Madian, Oreb & Zeb, & portauit Ephraim capita regũ ad Gedeonẽ, & irascentes, dixerũt ad eũ: Cur contempsisti vocare nos ad pugnã? Qui ait: Ne forte indignaremini. melior est em̃ racemus Ephraim vindemijs Abiezer, sed in manus vestras dati sunt reges Madian, & requieuit spiritus eorũ. Transiuitq́ Gedeon Iordanẽ cũ trecentis viris, nec poterat persequi fugientes præ lassitudine. Et ait ad viros Sochoth: Obsecro, date nobis panes, vt possim⁹ persequi Zebee & Salmana. Qui negauerũt ei, & subsannauerũt. idipsum responderũt ei in Phanuel. Zebee aũt & Salmana in valle quiescebãt, nil aduersi suspicãtes cũ quindecim millibus, cæsis de exercitu centũ viginti millibus. Gedeon aũt repẽte irruit sup eos, & turbato exercitu eorũ, duos reges cõpræhẽsos secũ reduxit. Et reuertẽs, appræhẽdit pueꝝ de Sochoth, quæsiuit ab eo noĩa snioꝝ loci, q descripsit



Erythræa Sibylla.

*3898 Gedeon iudex q̃rtus.

Destructa ara Baal.

Gedeon cũ Phara puero suo hostium castra accedit.

Aggreditur Gedeon hostes.

pšit ei 77. viros q̃s ſpinis ac tribulis cõminuit, turrimq́ Phanuel ſubuertit, occiſis habitatorib⁹ ciuitatis. Cũq́ rediſſet in Ephra regionẽ ſuã, dixit Zebee & Salmana: Quales erãt viri q̃s occidiſtis ĩ mõte Thabor? Qui dixerũt: Siles tui. Et ait eis: Fratres mei erãt vterini. Et ait primogenito ſuo: Interfice eos. q cũ timeret, ſurgẽs Gedeon, occidit eos. Et dixerũt oẽs filij Iſrael ad eũ: Dñare nr̃i tu & filij tui. Quibus ille: Nõ dñabor veſtri, nec filius meus, ſed dñs. vnũ poſtulo à vobis, date mihi inaures aureas de p̃da. Qui dederũt, & fuit põdus auri mille & ſeptingẽti ſicli. & fecit ex eo Gedeon Ephod .i. oĩa indumẽta pontificalia, & fecit in Ephra tabernaculũ & altare, p̃ter illud q̃d erat in Silo, & factus ẽ ſacerdos, immolauitq́ ſup illud hoſtias dño. quãobrẽ offenſus dñs, omnẽ domũ eius fere deleuit. Tandẽ in ſenectute bona morit, & in ſepulchro patris ſui ſepultus eſt. per q̃d cõijcit, ſecundũ Magiſtrũ, q̄ poſtea pœnitẽtiã egerit, qui alibi q̃ vbi dñs cõſtituerat, ſacrificabat. Reliquit aũt filios Gedeon 70. ex multis vxoribus, q̃s oẽs Abimelech ſpurius, excepto vno, interfecit, vt dicet. Argonautarũ hiſtoriã, & Troianæ vrbis duplex excidiũ ad finẽ huius gñationis reſeruabo, cũ in hac gñatione earũ rerũ origo & finis claudat. Anno 3949. ab exordio mũdi, Abimelech quintus iudex, iudicauit Iſrael annis tribus. hic em̃ Gedeonis ex meretrice filius fuit, qui patre defuncto, adſcendit in Sichem ad omnẽ cognationẽ matris ſuæ, & ait: Quid vobis melius eſt, vt dominent veſtri lxx. viri, an vt dominet vnus? Inclinauit itaq; populum, & coniurauerũt oẽs in phano Baal, & tollentes de phano lxx. pondo argenti, dederũt ei, qui cõduxit ex eo viros inopes & vagos, & adſcendit in Ephra, occiditq́ oẽs fratres ſuos ſuper lapidem vnũ, præter vnũ Ioathan, qui ſe p̃ſeruauit, ſeu ſorte, ſeu fato, inter filios Hierobaal minimus natu, adoleſcens egregia p̃ditus indole. Tunc Sichemitæ cõſtituerunt Abimelech regẽ iuxta quercũ in Sichem. Quod cũ nunciatum eſſet Ioathan, ſtetit in vertice montis Garizim, exclamans ad omnes Sichemitas, qui conuenerãt ad diem feſtũ Baal: Audite viri, ierunt ligna ſyluarũ vt vngerent regem ſupra ſe. & dixerunt oliuæ, impera nobis. Quæ recuſauit, dicens, nolle ſe deſerere pinguedinem ſuã, qua dij vtuntur & homines. idipſum dixerunt ad ficum, quæ noluit deſerere dulcedinẽ fructus ſui & regnare. idipſum dixerunt ad vitem, quæ recuſauit, nolẽs deſerere vinũ quod lætificat Deum & homines. dixeruntq́ ad rhamnũ, impera ſuper nos. qui reſpondit: Venite ergo & requieſcite ſub vmbra mea, alioqui egredietur ignis de rhamno, & deuorabit cedros Libani. Quo dicto, expoſuit eis paradigma, dicens: Interfeciſtis filios Hierobaal, & filiũ ancillæ eius cõſtituiſtis regẽ ſuper vos. ſi recte feciſtis, recte ſit vobis: ſin aũt peruerſe, egrediatur ignis de Amalech, qui deuoret ipſum & vos. his dictis, aufugit. Et factũ eſt ita. Cũ em̃ Abimelech tyrannice imperaret, prodit à Sichemitis. Quo comperto, ipſe expugnauit vrbẽ, interfectis habitatoribus eius, eamq́ deſtruxit ita, vt ſal in ea diſpergeret. habitãtes vero in turri Sichimorũ, ingreſſi ſunt phanũ dei ſui, p̃ſidium ibi locantes. quos circũdedit Abimelech, ſuccenditq́ illud, & igne ac fumo perierunt in illo mille viri p̃ter mulieres & paruulos. Et recedens inde, obſedit oppidũ Thebes. erat aũt turris in quã receperãt ſe Thebitæ. cũq́ Abimelech expugnaret turrim, & ignẽ ſupponere niteret, mulier fragmen molæ iaciens deſuper, fregit cerebrũ eius. qui ait armigero ſuo: Percute me, ne dicar interfectus à fœmina. qui interfecit eũ, & ſic pœnã cædis fratrum exoluit. Sibylla Delphica his tẽporibus floruit, q̃ multis carminibus incarnationem dñi deſcripſit, de qua Lactantius. Orpheus theologus & poeta, natione Thrax, qui (teſte Diodoro Siculo) oẽs doctrina, melodia ac poeſi exceſſit, qui ideo cithara nõ ſolũ hoĩes, ſed & lapides ac ſyluas mouiſſe fert. Muſæus poeta inſignis. Anno 3952. ab exordio, poſt Abimelech iudicauit Iſrael Thola de Iſachar, filius Phua, annis xxiij. Priamus Laomedontis regis Troianorũ filius, decimo Tholæ iudicis anno, poſt patrẽ interfectũ ſuſcepit regnũ, regnauit xlij. annos. Theſeus ſeptimus Athenieñ. rex, xij. Tholæ anno, Aegeo patre defuncto, cœpit regnare. regnauit annis decẽ. Sibylla Phrygia multa p̃dixit Anchiſæ Troiano. Anchiſes Capyos Troiani filius, qui fuit Aſſaraci, q fuit Trois Troianorũ regis, tẽpore hoc ante Troianũ bellũ à Sibylla p̃monitus, ciuitatẽ fore peritur ã. Anno 3975. ab exordio, Iair Galaadites ex tribu Manaſſe, ſeptimus iudex Iſrael, principatũ ſuſcipiẽs, iudicauit Iſrael xxij. annis, vir quidẽ feliciſſimus, eo q̄ xxx. filios bonos habuerit, q̃bus & principatũ xx. ciuitatum Galaaditarũ reliquit, quarũ cõditor fuit, & ſuo tpe Iſrael in pace tenuit. Nicoſtrata vaticinatrix clariſſima, mulier Arcadica, & Ionij filia, q̃ à carminib⁹ Carmẽtis fuit vocata, ſocero eius aut viro ab Euãdro filio ſuo caſu interfecto, cũ Euãdro, patriã relinquẽs, in Italiã venit: & in Palatino mõte cõſidẽs, ibi oppidũ haud magnũ cõdidit, in q̃ Euãdro filio rege cõſtituto, ipſa ſe Fauno Laurentũ regi matrimonio copulauit, & cũ Græcarũ literarum doctiſſi-

Occiditur Zebee & Salmana.

Gedeon fact⁹ ſacerdos

Mors Gedeonis.

Argonautæ

Abimelech quintus iudex perimit fratrex.

Ioathan.

Excidiũ vrbis Sichem.

Thebes oppidi obſidio

Sibylla.

Orpheus.

Muſæus.

Thola ſext⁹ iudex.

Priamus.

Theſeus.

Anchiſes.

Iair ſeptim⁹ iudex.

Triginta Iairi filij.

Nicoſtrata.

doctissima esset, nouos characteres inuenit, incolasq; sonos & coniunctiones eorum edocuit, quę ab initio decē & nouem fuere. Sylvius deinde quidam ludorum magister, h. aspirationem adiecit. x vero diui Augustini temporibus perhibetur inuenta, tunc quoq; y & z à Græcis Latini mutuati sunt. Dionysius aūt Lyncius Romanus eminentissimus, post literas inuentas, syllabas cōiungere fecit. Agon primus olympicus, anno octauo iudicis Iair ab Hercule in honorem Pelopis ataui sui est institutus, à quo vsq; ad primam olympiadem supputantur anni 430. Anno ab exordio 3994. Iephte Galaadites fuit propugnator, meretricis ex tribu Gad filius, octauus iudex Israel, principatū suscepit. iudicauit annis sex. nam post mortem Iair* minus egerunt, propter q̄d tradidit eos dn̄s in manibus inimicorum suorum. Vnde Ammonitæ & Palęstini eos 18. annos in suam potestatem redegerunt. Et cum tribularentur, idola gentium proiecerunt, ex toto corde ad Deum clamauerunt: quibus placatus dn̄s, misit ad eos Iephte virum fortissimum, quem fratres eius eiecerāt. ille ex præcepto dn̄i in Maspha cōgregās* irruit in hostes, & interfecit ex eis ferme 42. millia. Rediensq; domū, cum ante conflictum vouisset, si victoriam obtineret, q̄ quicquid ei prius de domo sua occurreret, immolaret Deo: eidem reuertenti occurrit vnigenita eius filia virgo. Quam cum immolare vellet, duorum ipsa mensium inducias, non vitam, postulauit, vt iuuentutem suam cum ciuibus lamentaretur, & tunc votum perficeret. expletis sic duobus mensibus, rediit ad patrem suum, & fecit ei sicut vouerat, licet cum magna tristitia. Arguit Iosephus Iephte, q̄ fuerit in vouendo stultus, in soluendo vero impius. potuit tamen, inquit Magister, ante votum esse bonus, quia irruit super eum spiritus domini, & etiam post votum. nam & Apostolus ponit eum in catalogo bonorum. vnde quidam excusant eum familiari consilio spiritussancti. Tunc venerunt ad eum Effraitæ, dixeruntq;: Cur contempsisti nos vocare ad pugnam? incēdemus domum tuam. Qui ait: Vocaui vos, & venire noluistis. & vocatis viris Galaad, pugnauit contra filios Ephraim. Occupauerunt aūt Galaaditæ vada Iordanis. cumq; venisset ad eos quidam fugiēs de Ephraim & obsecrans, vt permitterent eum transire, dicebant ei: Nunquid Effrateus es? quo dicente, non sum, interrogant eum, dic ergo Sebboleth. qui respondit, Chebboleth, aliam literam exprimere non valens, & statim iugulabant eum. & ceciderunt eo tempore de Ephraim 42. millia. & iudicauit Iephte Israel septem annis, & mortuus est, sepultus in ciuitate sua Sebeth, quæ est Galaad. Latinus Laurentum rex tertius, Fauni regis filius, regnauit annis 32. à quo Latinorum nomen teste Eutropio initium sumpsit, & Laurentum nomē exinde cessauit. Menelaus Helenæ maritus, Atrei regis filius, Agamemnonisq; frater, primo anno Iephte in Lacedæmonia regnare cœpit. regnauit annis ferme 16. Agamemnon Atrei regis filius, sextus Mycenarum rex, ipse interfecto auo, anno secundo principatus Iephte, Mycenis regnare cœpit. regnauit annis 25. Helena Tyndari Oebaliæ regis & Ledæ formosissimæ mulieris filia, q̄ ex sua admiranda pulchritudine dicta est Iouis filia. Anno ab exordio mundi 4000. Esebon ex tribu Iuda, 9. iudex, iudicauit Israel annis 7. alio noīe vocat⁹ Abessa. Hunc nōnulli asserunt fuisse Boos, qui Ruth Moabitidem habuit coniugem. habuit aūt 30. masculos, & totidem fœmellas, pueros. Troianum bellum decennale primo anno Esebon (teste Eusebio) ortū est. hoc anno Priamus Hesionen sororē requisiuit. Anno ab exordio mūdi 4007. post Abessam, Abilon aut Ebilon Zabulonites iudicauit Israel decem annis. hic in septuaginta interpretibus non habetur, ideo non mirum, si* vario anni computantur. Anno ab exordio mundi 4017. Abdon Hellel filius, de tribu Ephraim, xi. iudicum, principatū sumpsit. iudicauit Israel annis 8.* Technites erat, & sub his tribus iudicibus non recessit Israel à dn̄o, & ideo quieuit terra. Troia aūt ciuitas, tertio anno Labdon iudicis Israel, capta esse refertur, à cuius captiuitate vsq; ad primam Olympiadem sunt anni secundū Eusebium 416. ante vrbē conditā anni 430. Argonautarum historia in Iasone sumpsit exordium. traditur autē Iason filius fuisse Aesonis, qui fuit Peliæ regis Thessalorum frater. Erat aūt Iason animo & corpore adolescēs clarissimus, & cum præstaret cæteris, vt neminem haberet secundū, optauit aliquid agere memoria dignum, maiorum æmulando virtutes. itaq; cōmunicato cōsilio cum rege Pelia, qui suo desiderio assensit, non vt adolescētis gloriam augeret, sed sperans illum citius in belli expeditione periturum. fratrē eñ timebat, ne q̄n filii ope sibi regnoq; insidiaretur. hanc suspicionem occultam tenens, pollicitus est sibi belli auxilia laturum, si expeditionem pararet in Colchos, ad vulgatum tunc vellus aureum rapiendum. De hoc vellere ita habetur in fabulis: Athamas rex oriētis, habuit ex Nephele filiū Phrixum & filiā Hellen. mortua Nephele, Athamas aliā duxit vxorē, quæ more nouercæ cœpit pueros odire, quapropter coxit frumenta serenda, & cum non fructifica-

Carmētis inuenit latinas literas. Euander. Agon. Iephte octauus iudex. Immolat filiā Iephte. Sebboleth .i. spica siue impetus aq. Latinus rex primus. Menelaus. Agamēnō. Helena. Abessa vel Esebon. Ruth. Troianum bellum. Hesione. Abdon. Troia capitur. De Argonautis & Troiana captiuitate sequitur. Iason. De vellere aureo. Phrixus.

Helle. Iniquitas oraculi.

ctificarent,corruptis sacerdotibus,dixerũt populis,fructum nasci non posse,quousq; Helle & Phrixus essent in terra.pater timore populi expulit eos regno.Et dũ abirent, prope mare apparuit eis Nephele mater,adducens arietem,dicens:Accipite hũc arietem,habentem vellus aureum,& adscendite caute,nec retrospiciatis, & ducet vos p mare ad locum tutum.arietem postea dedicetis Marti.His dictis,disparuit.Adscẽderunt itaq; arietem,verum Helle retrospexit,moxq; submersa est, inde Hellespõtus est *dictus. Phrixus autẽ incolumis ad Aeetam regem in Colchos peruenit,arietem Marti immolat,pellem in templo suspendit.dicitur autem Mars Deus ad velleris custodiam,insopitum draconem flammas exhalantem, & duos tauros ferocissimos,vrentes ignes ex ore fulminantes,ordinasse:statuisseq;, neminem vnquam posse vellus obtinere aliter,q̃ si primum tauros victos aratro iungeret,& cum his terram araret,ac deinde superato dracone & interfecto,dentes ipsius euulsos illic seminaret:fore etiã tunc, vt seges mirabilis pullularet,armati scilicet milites,atrox bellum inter se cõmittentes, q mutuis vulneribus sese trucidarent.Aeetes ergo rex insulæ,pro indubitato habens, neminem posse per tot pericula vellus obtinere,ideo oĩbus volentibus hæc subire certamina,liberum faciebat aditum,& id per vniuersum orbem extitit diuulgatum. Alij tamen,vt Diodorus Siculus refert,Phrixum cum secundum oraculum arietem sacrificasset,pellem in templo Martis suspendisse ferunt.Aeetæ tum responsum datum est, mortem obiturum,cum aduentantes hospites arietis pellem sustulissent.hac de causa hospites illuc aduentantes sacrificare se velle publicauit,vt diuulgata tanti sceleris fama,externi omnes eum accessum fugerent.Templum q̃q; Martis muro circundedit, custodesq; plures apposuit ex Taurica accitos.ex eo decantatũ est,tauros ignem spirantes,circa templum esse:à dracone insuper custodiri vellus,cum templi custos draco appellaretur,vnde à crudelitate cædis hospitum, & draco & tauri fulminare ignes ficti sunt.Vtcunq; sit,Iason laudis appetens,ad id spectaculum animũ intendit, vocauitq; quendam fabrũ,Argũ noĩe,subtilissimũ, qui ad regis iussum miræ & tunc inauditæ magnitudinis nauim fabricauit,quam nonnulli primã volunt fuisse nauem,quæ velis institutis adire loca remota præsumpsit:& ab autore,Argo(teste Apollonio)fuit dicta.Parata naui, & immissis in eam singulis, quæ causa nauigationis opportuna erant,multi nobiles viri atq; conspicui cum eodẽ Iasone ingrediuntur,numero quatuor & quinquaginta.ex eis clarissimi erãt Castor,Pollux,Hercules,Telamon,Orpheus,Atlantes Thespei filij,& ipse nauigij autor Iason.hi oẽs ducem sibi præfecerũt Herculem,oĩm iudicio,fortitudine & virtute præstantiorem.Iason vbi ad Phrygiam venit,nauim admouit ad portum Simoentis. deinde oẽs de naui exierunt in terram,regnum Laomedontis.Quo cum descendissent,virginem iuxta littus vinctã inueniunt, & ob hanc causam: Neptunum tradunt propter operam ad ædificanda Pergama ab eo,vt fabulæ tradunt,impensam,iratum Laomedonti regi,quia non seruasset promissa,cete in terram misisse,à quo maxima incolentes loca coloniq; absumebãtur peste, præterea afflixisse agros.pro periculo tam immani Laomedontẽ dicunt ad Apollinẽ destinasse quæsitũ aduersus ea remedia.Respõsum esse ab oraculo,Neptuni iram causam maloꝝ esse,quæ mitigaretur,si pueꝝ Troiani sorte ductum, cete traderent deuorandum.itaq; singulis in sortem cõiectis,cum in Hesionen regis filiam sors cecidisset, coactus est Laomedon natam in littore vinctam,beluæ futuꝝ cibum exponere.Interim Argonautis in littus descendentibus,Hercules visa puella,cum rei causam cognouisset,vincla dissoluit,inq; vrbem profectus,regi obtulit,se id monstrum interfectuꝝ. Laomedon accepta oblatione,equos illi inuictos dono se datuꝝ promisit. Hercules cete peremit,Laomedon q̃q; Hesione liberam potestatem cum Hercule abeundi dedit.Hercules & donis quibus honorifice cumulatus fuerat,& equis,Hesioneq; penes Laomedontẽ,q̃ad reuerteretur ex Colcho,relictis,cum Argonautis ad destinatũ certamen profectus est.Hæc ille.Dares aũt Phrygius aliter refert: & sic cum de naui,inquit,exierũt in terram,Laomedonti regi nunciatum est, mirandã nauim applicuisse, & in ea multos iuuenes de Græcia venisse.Ad hæc rex cõmotus,iudicãs cõmune periculũ esse,si cõsuescerent Græci nauibus vti,mittit ad portũ, q dicant vt Græci de finibus excedãt:si nõ parerẽt dicto, eiectuꝝ se illos vi. q̃d Iason & socij audiẽtes,grauiter tulerũt hoĩs crudelitatẽ,simulq; timebant multitudinẽ barbaroꝝ,si pmanerent.inter cætera Hercules nũcio,Regi,inquit,tuo referas,crastino nos discessuros.breui tñ nos videbit,velit nolit,de hac ignominia pœnas exacturos. luce ergo prima abierunt oẽs irarum pleni. Per idem tempus inter Aeeten regem Ponti seu Colchi, & filiam Medeam, orta est discordia. cum enim Aeetes consuetudinem necandorum hospitum seruasset, filia hospites seruare cupiebat: & sæpe apud patrem precibus & gratia pro

Hellespontus. Aries Marti sacer. Aeetes. Velleris custodia. Argo nauis vnde dicta. Diodori Siculi sentẽtia de ingressu Argonautarũ in Troiã. Vastatio Troianæ regionis. Hesione exponitur. Daretis sentẽtia de ingressu Argonautaꝝ in Troiam. Aeetæ & Medeæ discordia.

pro damnatorum salute intercedebat, quandoq; per se captos ex custodia dimittens. ob hoc à patre in liberam custodiam destinata fuit, illa autem inde ad solis templum, quod in littore maris situm erat, aufugit, vt Diodorus scribit. Quo tēpore Argonautę à Taurica in Pontum noctu delati, ad templum peruenere. ibi tunc Medeam in littore ambulantem cum inuenissent, ab ea de hospitum cæde edocti, virginis humanitatem collaudarunt: deinde aduentus sui causa Medeæ palam facta, illa imminens periculū crudelitatemq; in hospites vt cauerent, admonuit. Communicato autem consilio, Medea se adiutricem ad perficiendum certamen pollicita est Iasoni, iureiurando ante data fide, vxorem sibi illam perpetuo futuram. Tum noctu Argonautæ cum Medea ad vellus aureum profecti, longe ab vrbe Sybari Colchorū regia, stadijs 70. accedente ad fores templi Martis Medea, appellati Taurica lingua ab ea milites patris, apertis ianuis vt regis filiam introduxerūt, Argonautæ simul templum ingressi, eductis ensibus cum plures ex barbaris occidissent, alijs improuisa re territis, diffugientibusq;, erepta aurea pelle, e uestigio ad nauem reuersi sunt. Medea draconem pellis custodiæ incumbentē, insopitum veneno perimēs, vnà cum Iasone mare conscendit. Re ab his qui diffugerunt, Aeetæ nunciata, asserunt eum cum his qui in promptu erant militibus, Græcos insecutum, pugnaq; cōmissa, rex obtruncatur: reliq Colchicorū in fugā versi, magna ex parte interiere. Argonautæ mox mare ingrediuntur, primo ad ostium veniunt Ponti, deinde Propontidē Hellespontumq; transmissi, ad Troiā delati sunt. Hic Hercules, fratre Iphiclo & Telamone ad ciuitatē missis, equos Hesionēq; iuxta promissa postulauit. Tradunt Laomedotē oratores trusisse in carcerē, reliquos Argonautas voluisse per insidias occidere, cuius rei oēs præter Priamū adiutores se pbuere. hic solus cōtradixit, asserens hospitibus seruandā esse fidē, à qua sentētia cū auersi essent, fertur Priamus duos in carcerē ad Telamonem enses tulisse, narrataq; patris voluntate, extitisse eis causa salutis. nam illi custodibus interfectis, ad mare fugientes, exposito socijs Laomedontis cōsilio, vnà cum eis regi qui cum militibus ex vrbe aduersus prodierat, occurrunt. acri certamine commisso, cum Argonautæ virtute superiores essent, ferunt Herculem præ cæteris fortiter pugnātem, occidisse Laomedontē: & primo impetu vrbe capta, in regis insidiarū cōscios animaduertisse: deinde Priamo, vt viro iusto amicoq;, regno tradito, cum reliquis Argonautis discessisse. Hæc Diodorus Siculus. At alij aliter narrant, asserentes q cum Iason & socij venissent in Colchos ad Aeeten regē, Iason vti princeps & regis filius, cum socijs magnifice susceptus, & à Medea filia Aeetæ venefica adamatus, ab ipso Aeeta accipit in mādatis, vt boues Vulcani flātes ignē de naribus & ęreis pedibus subiugaret, cum ipsis terram araret, & dentes seminaret draconis insopiti si posset, vnde armata multitudo surgeret: qui tum primo impetu facto circa Iasonem, se ipsos tandē mutuis vulneribus occiderent. Medea itaq; per artes magicas secura, & iureiurando interposito à Iasone, q esset coniūx perpetua, & tauros & draconem domare docuit: quo facto, pater & patria proditur, vrbs capitur, vellus aufertur, de quo Apollo dedit responsum Aeetæ, q tam diu deberet regnare, q̃ diu aureum vellus in templo remaneret. Medea mox abducitur, quæ timens persecutionem patris, Absyrtum fratrem suum membratim dilacerauit præ furore amoris, membra spargens per vias, vt pater superueniens ita retardaretur, membra filij colligendo. Hæc quidē poetica sunt. Sed quia Iason eloquētissimus vir apud Colchos existens, proceres regni Colchorum hoīes elatos, non bello tm̄, sed oratione suaui superauit, illosq; in suam Medeæq; sententiam trahens, populares ad seditionē cōcitauit, ibiq; præfecto regni ab ipsis propter dissensionem cęso, Colchici aduersum se ipsos arma mouerunt, & in bello quodam perseuerantes, demum fatigati, à Iasone non solum subiugati sunt, sed etiam diuitijs suis penitus nudati sunt, atq; aureo vellere, id est, grege habente preciosissimum vellus, priuati. His itaq; peractis, nauim conscendunt, pellemq; simul ac Medeam absportantes, domum sunt reuersi. Hercules aūt grauiter tulit contumeliam Laomedontis sibi & socijs factam. Spartam ad Castorem & Pollucem venit, ad vindictamq; incitauit, qui statim promittunt se socios illi futuros. idem fecit & Telamon, idem Peleus, idem promisit & Nestor. Hercules vbi oīm voluntatem habuit, naues parauit, sociosq; introduxit. nauibus aūt noctu ad Sigæum post multam nauigationem appulsis, Hercules, Telamon & Peleus inde exercitum deducunt, præsidio nauibus Castorem, Pollucem & Nestorem relinquentes. Laomedonti regi nunciatum est, classem Græcorum ad Sigæum accessisse. & ipse cum equestribus copijs ad mare venit, cœpitq; præliari. Hercules vero per aliā viam ad Ilium venerat, atq; id vrgere tentat. quod vbi Laomedonti nunciatū est, ilico reuertitur, & in itinere obuius Græcis fact⁹, occidit. Telamon prior Iliū oppidū introijt, cui Hercules

Solis tēplū.

Ingrediunt regionem Colchicam Argonautæ.

Sybaris.

Eripitur vellus aureum.

Iphiclus & Telamon missi ad Laomedontē.

Seruanda fides hospiti.

Amores Medeæ.

Medeæ auxilia.

Absyrtus Medeæ frater.

Iasonis eloquentia.

Iungunt se Herculi castor & Pollux &c.

Appulsus ad Sigæum Troiæ promontoriū.

Hercules.

cules virtutis causa Hesionen regis filiam dono dedit. Priamus tum in Phrygia erat, oĩa hæc ignorabat. Hercules & qui cum eo venerant, prædã ad naues deportant, euerso Ilio, cum multa præda Græci naues conscendunt. Hesionen regis filiam cum omnibus bonis in vrbe repertis auehunt, paucisq; diebus salui victores in Græciam reuertuntur. Hæc Dares. Euersa itaq; funditus Troia, Laomedonte aũt interfecto, tot militibus ac nobilibus morte consumptis, tot mulieribus ac puellis abductis, & nobili Hesione regis filia, meretricio more sub Telamonis libidine constituta, Priamus regni hæres, e Phrygia vbi cum exercitu erat, rediJt: visisq; tot aduersis casibus, per multa tempora fortunas suas defleuit. Tandem ad se rediens, & quanta sibi adhuc fortuna reliquisset, animo reuoluẽs, inuenit se adhuc magis felicem q̃ miserum. Supererat eñ regnum magnificentissimum, supererat vxor Hecuba, insignis mulier & nobilissima, ex qua habebat quinq; filios, viros toto orbe celeberrimos, simulq; filias tres omni laude dignissimas. Filij erant, Hector, Paris seu Alexander, Deiphobus, Helenus & Troilus: filiæ vero erant, Andromacha, Cassandra & Polyxena. deliberabat ergo restaurare vrbem & ita firmare, vt contra hostiles incursus tuta esset, & contumelias sibi illatas posset vindicare. Ilium itaq; instaurauit, mœnia ampliora struxit, & ciuitatem munitissimam addidit. fuit aũt ambitus totius longitudinis trium dierum, latitudo coæqualis: sex portas habebat principales, quarum vna Dardania, secunda Tymbræa, tertia Ilia, quarta Scæa, quinta Troiana, sexta Antenoria. Erant in ea vrbe cõstructa infinita palatia, plateæ celebres: per mediũ vero ciuitatis Xanthus fluuius decurrẽs, eam in partes æquales diuidebat. Introduxit autem Priamus totius regni potentiores ac nobiliores ad inhabitandum. Postquam vero Ilium Priamus stabilitum vidit, Antenorem vnum ex principibus suis legatum in Græciam misit, dans in mandatis vt Hesionen repeteret. Tum Antenor ad regis iussa nauim conscendit, primum in Mysiam venit, à rege Peleo Hesionen sororem regis sui, reddendam postulat. Hoc vbi Peleus rex audiuit, grauiter tulit, iubetq; mox de finibus suis excedere. Antenor nihil moratus, nauim adscendit, & Salamina profectus est. Telamonem rogat, vt Priamo sororem reddat. non eñ esse æquum, in seruitute habere regis filiam. Cui Telamon, quod sibi virtutis causa datum sit, nemini se datuꝝ. ob hoc Antenorem de insula discedere iubet. deinde Antenor in Achaiam ad Castorem & Pollucem delatus, eadem postulat: qui negauerunt iniuriam Priamo factam esse, & vt discedat, imperãt. Vltimo Pylon ad ducem Nestorem peruenit, qui amariora respondit, & sic Antenor domũ reuersus, non nisi contumeliosa ridiculosaq; responsa Priamo reportat. Continuo Priamus filios vocari iubet, & oẽs amicos suos principes atq; regni proceres, quibus exposuit, quemadmodum misisset Antenorem in Græciam, postulaturum pro patris nece satisfactionem, & vt damna illata Græci resarcirent, Hesionenq; sororem suam redderent: Antenorem legatum ad hæc contumeliose tractatum, nihil impetrasse: videri itaq; sibi, exercitum in Græciam mittendum, qui dignas exigeret pœnas. petit ergo vt quisq; super hoc sententiam dicat. Agitato itaq; inter proceres negocio, quisq; pro sua opinione consulebat. Hector qui vere magnanimus à poeta scribitur, prudenter bello supersedendum iudicabat, etsi multis essent iniurijs à Græcis affecti: id plane quod sapientes ferunt, melius esse iniuriam pati, q̃ facere. Huius sententiam Helenus vates confirmabat, quem igne Pelasgo Ilion arsuꝝ ꝑmonuisse ferũt. At Paris, siue ob rapiendã Hesionen, siue ob inueteratã in alienas fœminas licentiã, sese aduersus Græcos ducẽ exhibet, sperãs Hesionẽ mutare Helena. adstipulant̃ huic Troilus & Deiphobus. Priamus mox Alexandrũ & Deiphobũ in Pannoniã misit, vt milites legerent, & ad conciones populum venire iubet. commonefacit filios, vt maiores natu minoribus imperent. monstrauit quas iniurias Troianis Græci intulissent, Antenorẽ ob hoc in Græciam missum, contumeliose tractatũ, neq; ab his quicq̃ honesti habere se posse, placere sibi Alexandrum in Græciam cum classe mittere, qui aui mortẽ & iniurias regno illatas conetur vlcisci. velit in hoc sententiam eorum etiam audire. Surgit inter hæc Panthus Priamo propinquus, audiuisse se, inquit, à patre suo Euphorbo, si vnq̃ Alexander vxorem de Græcia duceret, Troianis exitium imminere: pulchrum ergo esse, in ocio vitam degere, q̃ in periculum libertatem ducere. Verum populus autoritatem Panthi contempsit, & regi in his quæ proposuerat, assensum præbuit. Cassandra filia regis his auditis exclamauit: Quo pergis o pater, tantis te periculis implicare? desine oro Paridem mittere, alioquin certo scias non solum excidium huius nobilissimæ vrbis futurum, sed te etiam cum liberis tuis charissimis crudeli morti succũbere. Sed hanc pater non solum non audiuit, sed insuper castigatã abiecit. hanc Cassandram virginem modestissimam cum Apollo, vt est in fabulis, plurimum amaret, &

Perit Laomedon. Donat̃ Hesione Telamoni. Excidium Ilij. Priamus Troiam redis. Nati Priami. Hector. Alexander. Deiphob⁹. Andromache. Cassandra. Polyxena. Xanthus. Legatus. Antenor. Redit Antenor. Troianoꝝ concilium. Repræhendunt̃ in concione iniuriæ Troianis illatæ. Panthus. Cassandræ monitus spreti.

& eius concubitum expeteret, ipsa munus ab eo pro hoc postulauit, quod illi Apollo iuramento se daturum affirmauit. petiit virgo, vt futura prædicere sciret, & mox facta est vates. deinde Apollini instãti ob cõcubitum annuit. quamobrem turbatus, cum au ferre nequiret quod dederat, per Stygias em̃ vndas iurauerat, egit vt nulla præstaretur fides vaticinijs suis. & sic factum est. Nam cum ex raptu Helenæ futura patri & fratribus prædiceret, non solum non credebant, sed & verberibus duris eam castigabant. Interea aptãtur nauigia, cõmeatus abunde & milites introducuntur. Priamus tũ Alexandrũ præfecit exercitui imperatorẽ, adiungit Deiphobum, Aeneam, Polydamantem, imperatq; Alexandro, vt Hesione soror petatur, & satis Troianis fiat: q̃d si negassent, cõtinuo ad se nunciũ mittat, qui classem in Græciam trãsportet. Alexander itaq; soluens inde, nauigat prospero cursu in Græciæ fines, primumq; *Cytheriam insulam attigit, vbi erat templũ Veneris vetustũ, & toti Græciæ venerandũ. Celebrabatur illis diebus festũ ipsius Veneris præcipuũ, propter q̃d multitudo maxima cõfluebat. hi q in insula erant, mirabantur classem regiam. interrogabãt, q essent. respondẽt, Paridem esse filiũ regis Troianorum, & venisse vt à regibus Græciæ repetat Hesionẽ, patris sui sororem. innotuit aduentus Helenæ, non em̃ à Menelai regno insula multũ distabat, & vt erat regina omniũ pulcherrima, & adeo curiosa, hospites videre desiderat. continuoq; sub specie votorum soluẽdorum in insulã properat, vbi ab incolis velut regina loci, multo honore suscepta est. prima vero luce cum celebrior esset templi solennitas, regia ingreditur phanũ põpa. At Paris aduentu reginæ exhilaratus, vt erat iuuenis speciosissimus & eloquens, cum apparatu non minus regio templũ ingressus est. Et cum se mutuo Helena Alexanderq; respexissent, ambo forma incensi, tempus dederunt, vt gratiã referrent. post celeres vero cupidinis ignes, data habitaq; hinc inde salute, Alexander clam suis imperat, vt oĩbus in nauibus sint parati, noctu classem soluãt, de phano Helenam eripiant, secum eam abducant. quid plura? vt statuit, phanum inuadunt, Helenam eripiunt, in nauim deferunt, & cum ea nonnullas alias mulieres. Oppidani ex hoc territi, arma corripiũt diu pugnãtes, q̃s tñ Alexander fretus multitudine sociorũ superauit, phanũ expoliauit, hoĩes secũ cõplurimos captiuos abduxit. Et sic spolijs onustus, cum Helena ad Priamũ reuersus est. Priamus vbi rei gestæ ordinẽ accepit, gauisus est, sperans Græcos, vt Helenam recuperarent, Hesionen reddituros. Castor & Pollux audientes sororem suam Helenam raptam ab Alexandro, confestim nauem conscendentes, secuti sunt: & cum in Lesbio littore nauem soluerent, maxima tempestate orta, disparuerunt: quos Lesbij vsq; ad Troiam quæsierunt: & non inuenientes, crediderunt immortales factos, atq; inter sidera locatos Geminorum appellatione ferunt. Menelao postq̃ compertum est, Helenam sibi raptam à Troianis, quam tenerrimo diligebat amore, Agamemnonis fratris consilio vsus, apud Græcorum princeps plurimum est conquestus: & cum vltro citroq; crebro pro repetitione vxoris legationibus à Menelao missis frustraretur, demum concione habita, coniurant in Troianos oẽs Græciæ principes numero 47. qui adduxerunt naues mille ducentas duas, Agamemnõ ex Mycenis, Menelaus ex Sparta, Archelaus & Protenor ex Bœotia, Ascalaphus & Ialmenus ex Orchomeno, Epistrophus & Schedius ex Phocide, Aiax Telamonius, Nestor senex, Aiax Oileus, Thoas, Idomeneus, Diomedes, Polyphob⁹, Antiph⁹, Protesilaus, Neoptolemus, Phineus, Palamedes, Eriphylus, Xantipp⁹, Amphimachus, Polybetes, Leonteus, & alij reges ac principes, q̃s longum esset narrare. Non aderat tum Vlysses Laertius Ithacæ insulæ rex, vir prudẽtissimus. simulabat em̃ se insanum, vt euitaret Troianum bellum. hunc aũt Palamedes missus à Græcis, in fraude deprehendit hoc modo. inuenit em̃ Vlyssem arantem, & præ insania ficta sal seminantem, cui Palamedes explorãdi furoris causa, ilico Telemachum puerum Vlyssis filium, ante aratrum opposuit arantis. q̃ viso, cõfestim Vlysses aratrũ dimouit, ne puerum offenderet, & sic de fraude victus, in expeditionem ire coactus est. Aberatq; Achilles Pelei Thessaliæ regis & Thetidis filius. receperunt aũt Græci oraculũ, sine Achille Troiam capi non posse. erat em̃ inuulnerabilis, excepto talo. Thetis em̃ timens fata, ipsum dum puer esset, in Stygia palude tinxit. accepit enim secundum fata, Achillem, si ad Troiam veniret, occidendum. ideo cõmendauit eum in Peleo mõte Chironi Centauro, qui ipsum enutriuit & multis artibus instruxit. tandem eum in muliebri habitu tanq̃ esset soror Achillis, regi Lycomedi commendauit, vbi latenter & quasi per vim cognouit Deidamiam regis filiam, de qua postea suscepit filium Neoptolemum seu Pyrrhum. Missus est itaq; Vlysses ad Achillem perquirendum à Græcis, qui vt vir prudentissimus erat, eum tandem in choro virginum, dum quasi mercator iocalia vendebat, deprehendit. Inter enim varia quæ Vlysses veluti mercator proposuerat, Achilles gladios & ar-

Ferẽ Paris in Cytherida.

Rapitur Helena.

Insequunt Helenam Castor & Pollux.

Vlysses ad bellũ Troianũ Palamedis astu mittitur.

Occidẽdus Achilles.

ma contuetur,virgines cęterę muliebria.quo viso,Vlysses nil dubitans,Achilli in aurem pandit expeditionem omnium Græcorum in Troianos coactam,nec sine eo itu ram:orat ergo ,vt abiectis muliebribus suo statui inconuenientibus,arma induat, & cum cæteris regibus ac principib⁹ in bellum Troianum vadat. Exhilaratus Achilles, clam omnibus in naui Vlyssis remoratus abducitur,Græcisq́ paratus ad vota eorum præsentatur. Agamemnon Atrei filius,Mycenarum rex,frater Menelai,pari Græcorum omniũ consensu, congregatis in Aulide nauibus,omni exercitui imperator designatus est.Quo facto, concione vocata, luculenta oratione iniurias fratri Menelao prosequitur illatas,pro quibus vindicandis iuste bellum Troianis mouere possint,& quomodo non desit voluntati facultas, cum tantam habeant potentiam, cui etiam Asia tota resistere non valeret: Quis vnquam,inquit, temporibus retroactis vidit tot reges,duces & principes in vna voluntatis consonantia congregatos?sed vt nihil temere admittamus,consulo nihilominus,vt anteq̃ proficiscamur, ad Apollinem Delphicum mittamus,eumq́ de tota re consultemus. cui mox omnes assentiunt. Et pari voto Achillem Patroclumq́,vt nomine omnium vadant,eligunt. Nec mora. Achilles Patroclusq́ naues ingrediuntur,& cursu felici in insulam Delphos perueniunt.Et cum illo peruenissent,ad oraculũ deuoti pergunt:responsum accipiunt,Græcos Troiam ituros,& anno decimo victores futuros. Accidit mirabilis casus.nam eadem hora aderat Calchas vates,à Priamo missus consultandi super eadem re Apollinem gratia.ac post oblationes factas, responsum accepit Calchas: Calcha, ad tuos ne redire præsumas, sed ad Græcorum classem te conferas, nec ab his recedas donec Troia sit capta.His dictis,Calchas antistes vnaq́ Achilles responsa inter se conferunt,atq; amicitiam iungunt,& iuxta Apollinis iussa,vnà ad Græcos pergũt.Græcorum principes, audientes Achillem & quæ de Calchante dicere poterat, exhilarati, eundem antistitem in fidem eorum suscipiunt, & in matriculam expeditionis incorporari faciunt. Hoc in loco Dictys Cretensis & nonnulli alij narrant, ꝙ Agamemnon in Aulide ceruam Dianæ ignarus occidit.Vnde Diana irata,ventum mouente & Græcis pestilentiam immittente,responsum est ab oraculo,Dianam pro auertenda peste & tempestate Agamemnonio sanguine placãdam.& cum Agamemnon nullo modo induci posset,vt Iphigeniam filiam sacrificare vellet, Vlysses clam patre Iphigeniam,à*nomine Clytęmnestra per nuptiarum cum Achille simulationem abductam,sacrificandi eam causa præsentans,quæ tamẽ miseratione deæ sublata,& cerua supposita eius loco oblata litatur.Iphigenia vero in Tauricam translata fuit,& regi Thoanti tradita,sacerdosq́ facta Dianæ,à morte extitit liberata. Deinde haud multis post diebus cum opportunum iam tempus nauigandi venisset,adscendunt Græci omnes naues:& vbi ad Mysorum regionem vniuersas classes venti appulissent, propere om̃es signo dato naues littori admouent.quibus mox Telephus insulæ imperator armis occurrit,& pugna commissa,ab Achille grauiter vulneratus est. deinde nonulli Græcorum principes,Telepho cognationis vinculo iuncti,interueniunt, & ipsum de causa profectionis informãtes,exercitui reconciliarunt,factiq́ sunt amici. Ipse tamẽ Telephus haud longe post ex vulnere multum infirmatus,responsum accepisse fertur,se non posse sanari,nisi eadem manu & lancea idem vulnus reiteretur. vnde ad Troiam venisse dicitur,& ab Achille secundum oraculum sanatur.de quo Ouidius:

Vulnus Achillæo quæ quondam fecerat hosti,
Vulneris auxilium Pelias hasta tulit.

Deinde vt Dares refert,mare ingrediuntur,classem post aliquot dies applicant in oppidum quod sub imperio Priami regis erat,& id expugnant, prædaq́ facta proficiscuntur.veniunt in Tenedum,& ibi omnes occidunt.Ibi autem Agamemnon conuocatis ducibus, potentiam eorum commemorat, simul & quæ ex superbiæ elatione eueniant,neve deos in se exasperent, cõsulit legatos in Ilium mittẽdos,qui pecuniam ad satisfactionem iniuriaꝝ requirant. quod si fecerit satis Priamus,& Helenam restituerit,bene erit,& cum laude reuertemur,inquit. alioquin si recusauerit,duo pro nobis pugnabunt,iustitia & immensa potẽtia,erimusq́ à superbię vitio apud omnes gẽtes excusati.placet consilium hoc omnibus, eliguntuŕq legati Diomedes & Vlysses, vel vt Cretensis refert,Palamedes,cuius maxime ea tẽpestate domi belliq́ consilium valuit. Securitate itaq; à Priamo impetrata, legati alta Troiæ mœnia ingrediuntur. ad regiam vero deducti,inter cętera mirati ex eo ꝙ in medio atrij ipsius stabat arbor, arte mathematica facta,cuius stipes ex auro erat,*stipes 12.cubitorum in altum tẽsus, & in summitate diffundebat se in ramos,qui totum ipsum atrium tegebant.erant rami,folia & flores partim ex auro,partim ex argento,inter gemmasq́ multifarias fructus

Agamemnõ designatur imperator.

Achilles & Patroclus Delphos mittuntur.

*nouerca

Iphigenia immolãda.

Aduehunt Mysiam.

Veniunt Græci in Tenedum.

Mittunt Græci ad Priamum legatos.

ctus radiabant. deinde per multas cameras ducti, perueniunt in locũ, vbi Priamus in splendida nobilium suorũ sedebat corona. ad quem legati: Rex Priame, ad te sumus missi, petentes vt Helenam violenter e Græcia ablatam, restitui facias regi suo, ac damna nobis per Paridem illata resarcias: quod si feceris, tibi consuluisti, & nos ad nostra redibimus. Sin aliter, ipse respice quãta tibi ac tuis mala sint euentura.

Oratio legatorum.

Ad hæc Priamus: Non sine admiratione hæc vestra audiui mandata, cũ à me talia requiratis, quæ regem victum vix decerent, petitis vobis satisfieri, qui sine causa iusta mihi patrem & coniunctos fere oẽs ac vrbem abstulistis, sororem insuper meã Telamoni cõcubinam fecistis, pro qua restituenda iamdudũ ad vos misi, sed nõ nisi imperiosa inhumanaq́ verba pro his accepi.

Priami oro.

Plura loqui volentẽ Palamedes interrupit, cogitare rogauit, quantã cõtra se potentiam nunc in regno videret, causam esse dissimilẽ, cum pro meritis Laomedon pœnas luisset, ad postremum belli difficultates exponit. Cui Priamus duriora q̃ ante respondit, simulq́ in consiliũ proceres regni sui traxit, vbi fere singuli Helenam remittendã suadent, Græcorũ causam probant, & factũ Alexandri damnant. Quibus rebus anxius Priamus, filios conuocat, eorũ consiliũ requirit, qui exceptis Hectore atq; Heleno, nusquã reddendã proclamãt, & simul tumultum concitant. Inter hæc Hecuba hortatur Helenã audiendã: quæ adducta, flens orabat, ne quæ semel eorũ in fidẽ recepta esset, proderetur. id vtrum immodico Alexandri amore, an pœnarũ metu ob desertam domũ, sibi consulere maluerit, in dubio mãsit. Itaq; Hecuba, cognita ei⁹ volũtate, cõplexa Helenã, ne proderetur, summa ope adnitebatur, Priamũ quoq; facile in suã sententiã traxit. deinde vocatis legatis, Priamus facto silentio, optionem Helenæ, quę aderat, offert, abire ad suos, aut manere. quam ferunt dixisse, *neq; sibi cũ Menelai matrimonio conuenire. His peractis, Vlysses cuncta quæ ab Alexandro contra Græciam indigne cõmissa essent, retexuit, vltionem testatus est breui secuturã. eo dicto, abeunt.

Hecubæ cõsilium. Helenæ sententia.

Aderant aũt ad auxiliandũ Priamo cõplures maximi reges & principes orientis ex Celia, Lycia, Thracia, Phrygia, Bœotia, Aethiopia, Paphlagonia, Persia, cæterisq́; ex prouincijs multitudo bellatorũ maxima, de quibus Dares & alij. Dum legati Græcorum morantur, mittuntur Achilles & Telephus ad p̃dandum Mysiam. Teutras rex cũ exercitu illis occurrit, quẽ Achilles fugato exercitu vulnerat. Teutras regnũ viuus Telepho tradit, qui defendit mox regem veluti amicũ ne periret, magna fide commendatus hospes.

Auxilia Priami.

Deinde Agamemnon classes ad fines Troianorum perduxit, vbi primum littora Troiani fortiter defendunt. Protesilaus ad terrã excurrit cum suis, Troianos fugat: quem Hector obuius interfecit, cæteros perturbat. Et postq̃ magna cædes vtrinq; facta esset, aduenit Achilles. Hector ante abijt. Achilles Troianos iterum in fugam conuertit, & nox p̃lium diremit. ita libero ab hostibus tẽpore, Græci subductas naues atq; in ordinem cõpositas, in tuto collocant. deinde ex oĩbus Achillẽ atq; Aiacem Telamoniũ, quorũ virtute maxime fidebant Græci, custodes deligunt, hisq́; tutelã classium tradũt. Neq; multo post circa Protesilai sepulturã Græcis occupatis, nihil tale metuentibus, Crenus rex cognito aduentu Græcorũ, insidijs eos inuadit, & ancipiti malo territos, sine ordine fugere coegit. Quibus Achilles occurrit, regem & magnam vim hostium interficit.

Protesilaus occiditur. Pugna Græcorũ & Troianorum.

Cæterum ob incursiones crebras hostium decernitur, vti primum finitimas Troiæ ciuitates cũ parte exercitus adeant atq; vastẽt. ita primũ Cycni regionẽ proterunt, vrbem Mentoriensium inuadunt, & ignẽ supponunt, sed p̃cibus ciuium eam in deditionẽ recipiunt. Deinde Achilles in deditionẽ coactis proximis ciuitatibus, nauibus Lesbum aggredit, ac sine vlla difficultate capit, & Phorbanta loci eius regẽ, multa aduersus Græcos molitũ, interficit. deinde Pyrrhã & Hierapolim vrbes opulentissimas excindit. Quibus cognitis, oẽs finitimi populi vltro ad eũ cũ pace occurrere, & ne vastarent agri, dimidiũ fructuũ pacti sunt. His actis, Achilles ad exercitum redijt, quo tẽpore rex Scytharũ cũ donis Achilli occurrit. deinde Cilicas aggredit, interfecto Etione, qui his locis imperitabat. magnis opibus naues replet, abducens Astynomen Chrysi filiã, q̃ eo tẽpore regi nupta erat. Propere deinde Pedasum oppugnare cœpit, sed loci rex Brises, ratus nulla vi prohibere hostes, laqueo vitã finiuit. Inde Hippodamiã abstulit, Briseida dictã, dein expugnata Lelegũ ciuitas. Per idẽ tempus Aiax multas vrbes capit atq; vastat, quibus peractis, hi duo duces ad exercitũ cõtendũt, quorũ aduentu Græci exhilarati, multas illis gratias agunt. deinde cõsiliũ de diuidenda p̃da haberi cœptũ, vbi cunctorũ sentẽtia ex omni p̃da quã Achilles apportauerat, Astynomen, quã Chrysi filiã diximus, ob honorẽ regiũ Agamemnoni obtulere. Ipse autẽ Achilles Hippodamiam aut Briseida sibi retinuit, reliqua vero præda iuxta meritorum qualitatem distributa fuit.



Chryseis. Pedasi excidium. Briseis. Aiax loca multa vastauit.

Adducit & Aiax Polydorum Priami

Polydorus Aiaci proditus à Polymnestore capit.

regis filium, quem sibi Polymnestor prodidit. de quo Dictys Cretensis, quod Priamus dubitans de regno suo, Polydorum filium recenter sibi natum, cum magno auri pondere conseruandum enutriendumque in Thraciam misit ad Polymnestorem regem fratrem Hecubæ, vt si contingeret Troiam capi, ipse filius relictus, genus & vrbem instaurare posset. Sed vbi Aiax Cherronessum Thraciamque infestabat, & Polymnestor virtutem viri cognouisset, diffidens de rebus suis, dedidit se tum illi. Et tunc Polydorus merces pacis, Aiaci traditur, aurum etiam aliaque donaria ad cōciliandos hostium animos affatim præbebat, insuper frumentum per omnem exercitum totius anni pollicitus, naues Aiacis replet. Græci vbi Polydorum regis filium adductum vident, decernunt communi voto, vt Vlysses cum Diomede ad Priamum pergant, atque Polydorum pro Helena restituant. Legati habentes Polydorum, ad Troianos veniunt, vbi Vlysses verba faciens, & Polydorum apud Græcos esse pronunciat, restituendumque, si Helena nequiter Menelao abducta, restituatur. hortaturque vt adhuc sibi prospiciant, & pro iustis causis, quas in longum recensuit, Græcorum, regni euersionem non expectent, inferens, si Helena cum abreptis restituatur, inuiolatus Priamo Polydorus reuertatur, alio pacto bellandi finis non fiat, donec omnes Græciæ principes perierint: aut quod verius esse videretur, Ilio capto crematoque, exemplum impietatis suæ Troiani posteris relinquerent: quapropter, inquit, dum adhuc res integra in manibus vestris est, etiam atque etiam prouidete. Postquā finem loquendi fecit Vlysses, retrocedere legati iubentur. seniorum sententia omnium erat, Menelaum iniuriam indigne passum, proinde Helenam restituendam, eorumque facta fortia ac recēter partam gloriā versandā, erutis aut in potestatē redactis amicissimis Troiæ ciuitatibus, ob eam etiam causam Polymnestorem Græcorū viribus abhorrentem, vltro Græcis Polydorum tradidisse, quem possent saluum recuperare. hæc & similia plura tractabantur. Omissis multis hinc inde dictis, & quod vehementissime Priamus consternatus sit, vbi audiuit Polydorum in potestate Græcorum esse, præualuit tamen, Helenam semel in fidem receptam, non esse prodendam, quod & Hectori placuit, licet fratris facinus improbaret. fuit enim Helena fide interposita, recepta, quā Hector seruandam consuluit. Si qua autem cū ea erepta docerentur, cuncta restituenda censuit. adiecit Cassandram aut Polyxenam cum præclaris donis Menelao esse offerendam, sed nec Menelao neque legatis responsa placent. Vnde multis desuper hinc inde consumptis verbis, Græci abeunt, & mox per populū disseminatis quæ aduersum legatos dicta erant, tumultus oritur dicentium vniuersam Priami domum perituram. Ita apud Græcos decernitur, Polydorum in conspectu Troianorum necandum: & productus in mediū, visentibus ex muris Troianis, lapidibus obruitur, pœnas fraterni sceleris ferens. Cætera quæ à poetis finguntur, ab instituto nostro sunt aliena. Interim Aiax Telamonius Bothiram Cyllamque ciuitates diuitijs nobiles, capit: deinde Gargarum, Gergin, Scepsin, & Larissam depopulatur, magnā vim pecorū abducens, nulloque aduersante, cunctis in fugā versis, cū magna præda ad suos reuertitur. Hector nō minus exercitū quotidie educit ex vrbe, cui Agamemnon certo die occurrit, ac clamore magno præliū acre committitur. Hector Patroclū occidit, & spoliare tētat: Merion rex eum ex acie, ne spoliaretur, eripuit. Hector Merionem persequitur & occidit. quē cū spoliare vellet, Mnestheus Hectori femur sauciat, saucius autem multos vulnerat. Et perseuerasset Achiuos in fugā vertere, nisi obuius illi Aiax Telamonius venisset, cum quo dum congrederetur, cognouit eū tandem post multam pugnam de sanguine suo. erat enim Hesiones sororis Priami, filius: quare Hector depositis armis, eū alloquitur, & commemoratione generis facta, ei blandit. At Aiax rogat Hectorem, vt si tanta affectione ducatur, faciat quod Troiani eo die bellare desistant. persequebant enim fugientes Græcos. annuit Hector, & mox tuba receptui canere iubet. iam aūt Troiani in Græcorū naues ignem immiserant, nec dubie omnia cremassent, sed mandato ducis obtemperant, & multo dolore ciuitatem ingrediuntur, quasi victoriam in manu habentes, eo die abiecissent. Postero die Græci inducias petunt, Achilles plangit Patroclū, Agamemnon Protesilaum effert, cæterosque sepeliendos curat. Dum induciæ fuissent, Palamedes in concione proponit, indignum regem esse Agamemnonem, qui tanto exercitui imperet, ipse sua studia ostendit: Achiuis interea de imperio vicissim certantibus, tēpus pugnæ superuenit. Achilles, Agamemnon, Diomedes, Menelaus, exercitū educūt. Cōtrà Hector, Troilus, Aneas, occurrunt. fit pugna ex vtraque parte, fortissimi quique cadūt. Hector Bœoten, Archelaum & Protenorem occidit. nox prælium diremit, & erat in ordine tertium prælium. In quarto prælio Alexander Menelai femur sagitta transfixit, in quinto

Mutādā Polydoro Helenā, suadet Vlysses.

Troianorū responsio.

Frustra à Priamo legati abeūt.

Aiax.

Occidit Hector Patroclum ac Merionem.

Pugna Hectoris & Telamonij Aiacis.

Rursus pugnant, mltique vulnerant.

quinto bello Hector septem fortissimos duces occidit, Aeneas duos, Achilles quatuor, Diomedes duos. In sexto bello continuis diebus octoginta pugnatum est. Graij secundas petunt inducias, & obtinent in triennium. Per idem tempus Chryses sacerdos Apollinis Sminthei, ægre tulit, q Agamemnon filiam suam Astynomen per vim teneret. adijt Græcos, filiam reposcens, & aurum pro ea offerens, & nisi fiat, mala eis futura prædicit. Rogatus à ducibus Agamemnon, restituere eandem recusat, licet à singulis regibus fuisset aditus, pro quo Achilles ipsum & Menelaum fratrem publice lacerabat conuicijs. Sed non multi fluxerunt dies, morbus grauissime exercitum inuasit: & dum pestifera ægritudine multi quotidie perirēt, nec esset morbi modus, flagitare duces Calchantem incipiunt, vatem in exercitu probatum. Ille haud liberum sibi esse inquit profari, ne pro veritate pœnas lueret. *Adacti reges iureiurando, Achille procurante, vt secure diceret, ille Apollinis iram esse: remedium vero, restitutionem virginis fore. hoc audito, Agamemnon egressus, cunctos sibi beneuolētes in armis esse iubet, armantur ex aduerso reges. Troiani has inter Græcos differētias intelligentes, erumpunt, ac magnam stragem faciunt, quibus tamen Græci tandem pari voto occurrunt, atq; repellere eos satagunt. nox prælium diremit, & Priamus tertias inducias petit. His perfectis, vbi Agamemnon fere potentiores ei duces vidit aduersari, vocata concione, paratum se esse inquit Chrysi filiam restituere, si modo in locum eius Hippodamiam, quæ cum Achille degeret, vicissim reciperet. aduersabant multi. Achilles pro salute exercitus omnia se tolerare velle dicit. Transmissa est Astynome in phanum Apollinis, & patri restituta. Agamemnon, tanquam ab omnibus concessa res videretur, lictoribus vt abstraheretur Hippodamia, imperat: hiq; aduersantibus multis, iussa complent, pro quo Achilles publico concilio deinceps abstinendum decreuerat. grauiter em̄ tulit, Hippodamiam pro laboribus præmium sibi concessam, per iniuriam esse abductam. Breui post Agamemnon amouetur. Palamedes enim iterum mouet, Agamemnonem inutilem imperio, nec ab omnibus electum. Ad quod Agamemnon respondet, se nunquam imperium quæsiuisse, & æquo animo ferre, si id alteri Græci velint conferre: satis sibi esse, vt hostes vlciscatur. igitur Palamedes Agamemnoni est substitutus. Inducijs elapsis, præliatū est, & plurimi duces hinc inde corruerunt. sequenti die Andromacha vxor Hectoris in somnijs admonita, hortatur Hectorem, ne eo die in præliū vadat: & cum retrahere eum non posset, Priamū inuocat, vt Hectorem à bello prohibeat. Priamus Helenū, Alexandrum, Troilum, Aeneam in bellū ire iubet, sed illi sine Hectore exire tardabant. Interim adsunt Græci, requirunt Troianos ad pugnam ex condicto habendā. Hector vt hæc cognouit, increpans Andromacham, arma vt proferret poscit. mœsta illa & sparsis capillis, ad pedes eius procidit, Astyanacta secum vt oraret, traxit. Tunc Priamus alios exire iubet, Hectorem retinere contendit. prodeunt hi in pugnam, quibus Agamemnon, Diomedes, Achilles & Aiax occurrunt, multos occidūt. At Hector vbi audiuit Troianos laborare & in periculo esse, prosilijt in pugnā, statimq; Idomenea ducē obtruncat, Iphiclū sauciat, Leonteū occidit, nōnullos alios vulnerat. Quod cū vidisset Achilles, illi obuius procurrit: nec aliud cogitauit, nisi vt Hectorē occideret. multa millia hominū trucidant. Hector cū occisum Patroclū spoliasset Achillæis armis, init pugnā cū Achille, quē in femore sauciat. Achilles vulnere accepto, magis Hectorē persequi cœpit, nec destitit donec interfecisset. quo mortuo, Troiani in fugā vertunt, q̄s maxima cæde Achilles vsq; ad portā fudisse fertur.

Palamedes inducias in annū facit, suos vtriq; sepeliunt, vulneratos curāt. fide magna Achiui in oppidū, Troiani in castra cōmeant. Et postq̄ anni dies venit, Priam⁹, Hecuba & Polyxena ad sepulchrū Hectoris profecti sunt. Quibus obuius fuit Achilles, & Polyxenam vidit, eamq; mox amare vehemēter cœpit. Igitur vbi Polyxenā ex corde nō posset euellere, seruū mittit ad Hecubā, & vxorē Polyxenā poscit, promittēs se mox cū suis domū rediturū, ex q̄ facto nō dubitet, cæteros se secuturos. Hecuba vt erat mulier prudēs, nihil hæsitās, respōdit se voluntatē Achillis Priamo detegere velle, & inde responsa dare. Priamus vbi hæc audiuit, ita se consentire dixit, si exercitus Græcorū abierit: sin minus, filiā suā hosti coniungere nolit. Achilles vbi voluntatem Priami ac reginæ accepit, plus in amorē Polyxenæ exardescit. Et vt eā obtineat, incipit disseminare querelas, q vnius mulieris causa tota Græcia & Europa vocata fuerit, & q iā multos nobilissimos duces amiserint, nec spes sit capiendæ ciuitatis munitissimæ. quare oportere ait pacē fieri, & aliqn̄ exercitū iam pluribus annis defatigatū reducere. fit murmur nō pusillus, alijs cōsiliū Achillis approbātibus, alijs cōtradicētibus, maior tn̄ pars regū atq; principū cōsiliū Achillis reprobat, quare Achilles Myr-

Chryses filiā repetit.

Cædes Græcorum.

Agamēnon dimittit Chryseida.

Palamedes sibi vendicare studet imperium.

Cessatur ab inducijs.

Andromachæ somniū

Achilles sauciatur, Hector occiditur.

Induciæ.

Achilles sibi Polyxenam iungi cupit.

midonibus suis mādat, vt cōtra Troianos amplius arma nō ferant. Interea in exercitu Græcorū victualia deerāt, quare Palamedes habita deliberatione cum proceribus, placuit cōmuni cōsilio, vt Agamemnon mitteret ad regē Telephū Mysium, q̄d idem gratāter accepit. discedit, & à rege Telepho bene suscipitur, qui eū cū victualium copijs nō paruis remisit. Per idē tēpus Palamedes exercitū Græcorū educit, & impressionē Deiphobo facit atq; interficit, ex quo ꝓliū cōsurgit acerrimū, fugant Troiani. At glorianti Palamedi Alexāder cōuersus, collū illi transfixit. glomerant inde Phrygij, tela cōijciunt, Palamedē q; occidūt. Hæc Dares. Dictys tñ aliter scripsit, cui multi cōsentiunt, adstruētes Vlyssem, Diomedē & Menelaū falsas literas cōscripsisse, in quibus cōtinebat, quō Palamedes promissa sibi grādi pecunia, exercitū Græcorū voluisset prodere, & pro fide faciēda, instituerint ꝑ familiarē vnū Palamedis, q aurum, de q̄ in literis cauebat, capiti illius supposuit, q̄d postea Vlysses, adductis Græcis in testimoniū factæ proditionis, inuenit: q̄d cū inuentum sub capite ipsius extraheret, quasi cōuictus esset, in eū irruunt Græci & obtruncare volūt: sed Palamedes animose eis resistens, se innocentē proclamat, & vnicuiq; duellū offert. Accepta conditione duelli ab Vlysse, tumultus sedat. Credidit Palamedes Vlyssem bono aīo procedere, & amicū esse. Vlysses tñ nō immemor ꝙ eum ad bellū traxisset, nihil omisit, & opportuno tēpore dū ipse Palamedes & Diomedes in colloquio essent, dicebāt hi duo Palamedi, ꝙ certificati fuissent, ꝙ in puteo qui ad manū erat, thesaurus absconditus eēt. Palamedes eorū fraudis ignarus, eis ꝓsentibus in puteū descendit. quē vt viderūt ad ima putei peruenisse, statim lapidibus obruunt, & mortuū in puteo dimiserūt. ita vir maximus Nauplij regis filius, circūuentus, indigno perijt exitio. & fuere qui eius consilij haud expertē dicerent Agamemnonē, sed hoc multi putāt esse fictū, & Palamedē in bello xi. fuisse interfectū, vt dictū est. Palamede occiso, Nestor qui maior natu erat, noctu duces in cōcilium vocat. hortat vt imperatorē ꝓficiant, & si eis placeat, Agamēnonē. id minima cū discordia fieri posse, adijcit, sub eius imperio satis felicē exercitū fuisse. Oēs igit Agamemnonē eligūt. Postera die Troiani in ꝓliū exeunt, quibus Agamemnon occurrit. fit magna cædes, & postq̄ maior pars diei transijsset, prodijt Troilus, cędit deuastatq; Argiuos atq; fugat. postera die eodē ordine acies cōcurrūt, sedecim Græcorū duces Troilus interfecit. pugnat continuis septē diebus, Agamemnon inducias petit per duos mēses. Inter hæc Agamemnon mittit ad Achillē Nestorem, Vlyssem & Diomedē, rogantes eū, vt in bellū prodiret. abnegat, cœpitq; eos male accipere, dicēs pacē fieri oportere perpetuā, nec tanta pericula ob vnius Helenæ causam expectare. Polyxenā eñ ardebat. Renunciāt illi Agamemnoni, Achillē in proposito suo pertinaciter manere. Agamemnon cōuocatis ducibus, cōsultat quid fieri debeat. Menelaus hortat eū, vt cum exercitu in pugnā prodeat, nec terreri debeat, si Achilles se excuset aut subtrahat, Troianos nō habere Hectorē. ad q̄ Diomedes & Vlysses, Troilū dicunt non minus q̄ Hectorē virū fortē superesse. Tempus pugnæ vbi venit, Agamemnon, Calchante suadēte, Menelaus, Aiax, Diomedes, exercitū educunt, cōtrà Troiani. fit magna cædes. Troilus Menelaū sauciat, multos interficit, Argiuos in castra fugat. nox ꝓliū diremit. Postera die Troilus & Alexander exercitum educunt, cōtrà Argiui prodeunt. Troilus Diomedē sauciat, in Agamemnonem impressionē facit, necnō ipsum sauciat. per aliquot dies pugnat acriter, multa millia hominū ex vtraq; parte trucidant. Agamemnon vt vidit exercitū suum indies diminui, petit inducias in septē mēses. Troilus negabat dandas, sed potius per irruptionē naues Græcorū incendēdas. attamen cōmuni cōsilio induciæ dant. In his inducijs Agamemnon cū Nestore, noīe totius exercitus, Achillē adijt, rogatq; vt quia in maximo periculo Græci eēnt, eos nō desereret, adiectis quæ dici possent pro re opportunis. Tandē Achilles se nō proditurū respondit, sed pacē parari oportere. conqueritur tamen ꝙ tantis ꝓcibus obsistere ad plenū nō vellet, se milites suos missurū. Agamemnō tum gratias egit, sperās vbi suos periclitari videret, pugnæ se rursum ingereret. Tempus pugnæ aduenit. Troiani exercitū educūt, cōtrà Argiui occurrūt. Achilles Myrmidones suos armatos ad Agamemnonē mittit. pugna facta, Troilus in acie prima Argiuos cædit, Myrmidones fugat, & impressionē vsq; in castra facit, multos occidens, plurimos vulnerās. Solus tum Aiax viriliter obsistit. tandē Troiani victores in oppidū reuersi sunt. Postero die Agamemnon oēs duces exercitus secū eduxit. cōtrà Troiani ꝓlio cōmisso, cū per aliq̄t dies acriter pugnat, multi trucidant, Troilus Myrdones persequit, sternit & fugat. Agamemnon vt vidit plures sui exercitus occisos, inducias in triginta dies postulat, in q̄bus suos quiq; sepulturæ tradūt. Tempus pugnæ vbi venit, concurrit vtrinq;. primo die Troilus Argiuos sternit, fugatq;, multa

Deiphobi mors.

Palamedis mors.

Nauplius.

Cōuocant à Nestore Gręcorum principes.

Agamēnon imperator eligitur.

Orat Achilles vt pugnet.

Saucius Menelaus.

Agamēnon petit inducias.

Troianorū victoria.

Induciæ.

expro

exprobrans. Achilles vbi vidit Myrmidones occidi passim, Troilũ sæuire & insultare, Argiuos in extremis laborare, se amplius continere nõ poterat, sed prorumpit in hostes clamore valido: eum continuo Troilus excipit & sauciat, Achilles de bello saucius rediit. pugnat continuis sex diebus. die sexto cum vterq; exercitus inter se pugnando fugaretur, Achilles curato parumper vulnere, Myrmidones hortat, vt fortiter impressionẽ faciant. at vbi maior pars diei transiuit, prodiit ex aduerso Troilus, Græcosq; vertit in fugã. Tum his Myrmidonũ suppetijs superuenientibus, Græcorũ exercitus resistit, impressionẽ in Troilum faciens. equus Troili vulneratur, & cũ eo cecidit. Quod videns Achilles, occurrit, & ipsum occidit, & ex prælio trahere cœpit. & subtraxisset, nisi Memnon Persarũ dux, corpus eius vi abstulisset. Memnon postea impressionẽ facit. quẽ vt vidit Achilles sequentẽ, se conuertit: & vulneratus ab eo, ipsum Memnonẽ multis plagis tandẽ occidit. Hæc Dares. Dictys vero refert, in prælio Troilum captũ vnà cũ Lycaone, quos in mediũ productos, Achilles iugulari iusserit ex indignatione, q Priamus super his q̃ secum tractauerat, non adimpleuit. vtcunq; sit, Troilus periit, & petente Priamo, Agamemnon inducias in triginta dies fecit. quibus diebus Troilum magnifico funere simulq; Memnonem Troiani sepulturæ mandant. Hecuba mœsta nimis super Troili morte, nec oblita Hectoris, & q ambo ab Achille fuissent perempti, ad vlciscendas filiorũ deplorandas neces Alexandrũ accersit, hortatur vt in vltionẽ fratrũ, Achillem vel per insidias tollat. Scire se q̃ vehementer Achilles Polyxenã depereat. Nunc velit induciarũ tẽpore Polyxenã ei in matrimoniũ offerre, speret eũ eius rei cõficiendæ gratia, vt in phanũ Apollinis veniat, inuitari posse. Et quia temerarius erat Alexander, & ad vindictã pronus, pollicitus est se desiderata matris facturũ. His ita peractis, Hecuba per internuncios ad Achillem mittit, cũ mandatis à Priamo datis, de filia Polyxena si ei placeat, sub pacto promisso q abeat desponsanda. his acceptis, Achilles Polyxenam amans, lætus postera die ad phanũ Apollinis se venturũ constituit. nocte illa Alexander cũ quibusdã fortissimis militibus in phanũ se occultat. Sequenti vero die Achilles cũ Antilocho Nestoris filio ad constitutũ venit, phanumq; ingreditur. Cognita re apud naues, vt refert Dictys, indignatio exorta est. nam antea rumor est proditiõis exortus, quẽ facto Achilles auxerat. ob quæ, vt cõcitatus miles nõ prorumperet, temere Aiax cũ Diomede & Vlysse ad lucũ, in quo templũ erat, pergũt, ante phanum operientes Achillem egredientẽ, simul vti rem gestã intelligerent, deterrerentq;, de cætero vt à colloquio hostium clandestino abstineret. Interim Alexander cõpositis cũ Deiphobo insidijs, ipse Deiphobus ingreditur ad Achillẽ, quasi cõfirmaturus pollicita de sorore, iuxta aram amplexus inermem in sacello Apollinis nihil hostile metuentẽ, & ita tenuit sub amicitiæ signo, tantisper quoad Alexander librato ferro procurrens, auersum hostẽ per vtrunq; latus geminato transfigit ictu: quo facto, sese proripuit à parte alia, atq; in ciuitatem perueniunt. Hoc cũ vidisset Vlysses, haud temere est, inquit, q hi turbati & trepidi prosiluere. Ingrediuntur, & Achillẽ stratũ humi, exanguem inueniunt. spirãs adhuc Achilles, dolo, inquit, me atq; ex insidijs Deiphobus & Alexander Polyxenæ gratia circũuenerunt. Quo dicto, exhalauit animã, simul & cũ eo Antilochus mãsit occisus, quos sui in castra referunt. Aeneas vbi Alexandrũ occidisse Achillem in templo per dolũ accepit, facinus execratus est. Apollinis enĩ sacra potissimũ ipse tuebatur. Helenus Priami filius quoq; à scelere abhorrẽs, aufugit, atq; se Chrysi in templo adiunxit, vbi Chryses illũ Diomedi & Vlyssi cõmendauit, ductusq; est ad naues: vbi deposito omni metu, ait se nõ temere parẽtes patriamq; deserere, sed deorum actum admonitione, quorũ delubra ab Alexandro contaminata essent, excidiumq; Troianum imminere. conferunt Græci, Heleni dicta Calchantis præsagijs: & cõsentientibus cunctis, eum in fidem recipiunt. alij tradunt Helenum à Græcis captum esse.

Achilles à Troilo sauciatur. — *Troil⁹ perit* — *Memnonis interitus.* — *Consiliũ de interficiẽdo Achille.* — *Figitur Achilles.* — *Achillis atq; Antilochi mors.* — *Heleni fuga*

Agamemnon inter hæc concilium conuocat. placet omnibus, vt quid faciendum sit, à dijs postulent. Missi sunt continuo qui cõsulant oraculum deorum, à quibus responsum, Achillis negocium suæ progeniei auxilio expediendum. Ad hæc Aiax: Cũ Achillis filius supersit Neoptolemus, erit uocandus, vt patris vlciscatur mortem. placet omnibus, daturq; negocium Menelao, hic Scyrum proficiscitur ad Lycomedem auum eius, impetrat vt nepotem Argiuis mittat, quod Lycomedes sine difficultate permiserat. Paulo post Pyrrhus, quẽ Neoptolemum vocauit, genitus Achille, superueniens, à Myrmidonibus recipitur, & ab omnibus Græcorũ ducibus salutat, qui omnes ad Agamemnonem cœnatum veniunt, ibiq; inter epulas plurima iuueni patris fortia facta virtutesq; commemorant. Quibus Pyrrhus nõ mediocriter lætus, respondet, daturum se operam, vt non indignus patre inueniatur. deinde ad sua quiq;

Accessus Pyrrhi ad Troiam.

tentoria abeunt,& quiescunt. Transactis inducijs,reges ac duces ad pugnam exeunt,inter quos Neoptolemus,circum se Myrmidones habens atq; Aiacem,quẽ affinem loco patris colebat. Interim Troiani ex aduentu Euryphili Mysiæ regis exhilarati,eum ducem sui exercitus statuunt,armaq́; capiunt.& vbi signũ datur,manus cõferunt,magna vi vtrinq; certãtes. Euryphilus Peneleum obtruncat,Nereumq́;.tum Neoptolemus aduolat,deiectumq́; Euryphilũ gladio interfecit.q̃d vbi animaduertunt Troes,quibus spes in Euryphilo fuit,fine ordine fugã ineunt:Græci sequuntur,& multos in fuga occidũt. Postero die egresso vtrinq; milite,Alexander Troianus multos sibi obuios strauit atq; occidit. Tunc,vt refert Dictys,Philoctetes progressus aduersus Alexandrũ,eum ad singulare certamen prouocat.placuit Paridi, spatiũq́; duobus ipsis diffinitũ est. Igitur primus Alexander incassum sagittã contendit, Philoctetes secutus,sinistrã manũ Alexandro transfigit,ac iam fugientem tertio cõsecutus vulnere,per vtrunq; pedẽ mittit,fatigatũq́; interficit. De his sagittis ita scriptũ inuenitur,ꝙ Hercules moriturus,Philoctetæ de Meliboea vrbe Thessaliæ de omnibus reliquijs suis intimauit,& eum compulit iurare,ne alicui de suo corpore indicaret,dans ei pro munere sagittas hydræ felle infectas. Et postea in Troiano bello fatatum fuit,sagittis Herculis opus esse ad Troiam expugnandã.missus fuit Vlysses,qui Philocteten tandẽ inuenit,& is Alexandrũ interfecit,quẽ dicunt alij ab Aiace lœthaliter vulnerato interfectũ,vt vterq; mortuus à suis sepeliatur. Tum Aiax(vt refert Dictys)Telamonius interfecto iam Alexandro,fugientes Troianos vsq; ad portas persequitur,ibiq́; cæsa est vis multa hostiũ in compressione. Interim multi eorũ qui primi euaserant,muros adscendunt,& saxa super clypeum Aiacis deijciunt. Philoctetes vero eos qui de muris pugnãt,sagittis perturbat,multosq́; interficit.atq; eo die excisa euersaq́; mœnia vrbis forent,ni nox iam ingruens,Græcos ab incepto auertisset. quamobrem destituit omnis vis atq; audacia Troianos,nullis confidentes externorum hominum vel suorum auxilijs siue consilijs firmioribus. Postera die Agamemnon cœpit exercitũ ante vrbẽ instituere,& Dardanios in præliũ vocare. Priamus manere suos in vrbe iubet,& eam munire. Superuenit interea Pentesilæa regina cum Amazonibus optime armata, & altera die exercitũ cõtra Agamemnonem educit in ꝓliũ.per aliquot dies acriter pugnatur,Argiui ad castra sæpe fugant̃,& nisi Diomedes restitisset,Amazones naues incendissent,& Argiuorũ exercitũ vastassent. Itaque Pentesilæa procurrit quotidie,multas cædes edit,donec Pyrrhus(aliàs Neoptolem⁹) ibi obuiat.hic eñ Myrmidones educit,Agamemnon aũt reliquũ exercitũ iungit.cõcurritur vtrinq;,& dũ multi cæsi essent,Pentesilæa Neoptolemũ inuadit atq; sauciat. ille dolore vulneris in eã irruit,& statim obtruncauit. Eo facto totũ exercitũ Troianorũ in fugã conuertit,& in vrbem proruentes vix se recipiunt. Argiui sequẽtes muros obsidione cingunt,vt Troiani exire nõ possint. Cæterũ vbi hostis muris infestus magis sæuit,nec spes resistendi magna adesset,proceres in seditionẽ versi,decernunt Helenã Græcis restituendã.quod postq̃ Deiphobus cognouit,traductã ad se Helenã matrimonio sibi iungit,Priamo & Hecuba permittentibus. Tunc Antenor,Aeneas & Polydamas petunt,vt in tanto discrimine rerũ conciliũ cogatur. Priamus cõcione vocata,iubet q̃ velit quisq; dicere. Antenor memorat Hectorem Troiæ principẽ, cæterosq́; natos eius,cũ multis ducibus esse interfectos,Argiuos habere adhuc viros ꝓstantissimos, Agamemnonem, Neoptolemũ, Menelaũ,Diomedẽ,Aiacem Locrũ, Nestorem,Vlyssem. Econtra Troianos clausos,metuq́; perterritos.suadet vt Helena cũ his quæ Alexander abstulit,restituat̃ & pax quæratur.& postq̃ multa pacis verba facerent,surgit Amphimachus filius Priami adolescẽs fortissimus, & duris Antenorẽ adorit̃,ipsumq́; & eiusdẽ voti socios cœpit vehemẽter increpare,suadet potius educẽdũ eẽ exercitũ,& irruptionẽ in castra hostiũ faciẽdã,donec aut vincãt,ant victi fortiter pro patria occumbãt. Tum surgit Aeneas,leuibus mitibusq́; verbis Amphimacho respondet,pacemq́; petendã summopere suadet. Contrà Priamus multis in Antenorem atq; Aeneã inuehitur,suasores belli eos fuisse,Antenorem legatum in Græciam missum,redeuntem contumeliose se tractatum à Græcis retulisse,& ipsum ad bellum prouocasse. Aeneam vero cum Alexandro Helenam rapuisse, proinde pacẽ cum Græcis se habere neq; velle neq; posse:precabaturq́; vt omnes parati essent signo dato,irruptionem in hostes facere,aut vincere aut mori.tum concilium dimisit. Priamus Amphimachũ secũ in regiã duxit,& vereri se dixit,ob hos qui pacẽ adeo enixe suasissent,ne vrbẽ ꝓderẽt,eos habere multos de plebe similia sentiẽtes, opus eẽ eos interfici.si id factũ sit,se patriã liberare posse,atq; superare Argiuos.simul rogat vt paratus sit in armis,idq́; sine suspiciõe fieri posse:postera die se in arce, vt solet,rẽ factu-

Euryphilus auxilio Troianis venit.

Alexandrũ perimit Philoctetes.

Meliboea patria Philoctetæ.

Amazones Priamo subueniunt.

Pentesilæã Pyrrhus necat.

Troianorũ muri obsidentur.

Antenoris consilium.

Aeneæ consilium.

Aeneas & Antenor occidendi.

facturũ diuinam, eosq́; ad cœnam vocatoꝝ, tunc Amphimachus irruptionem faciat, eosq́; interimat. Amphimachus mox consilium patris approbat. Ea die conueniunt clam Antenor, Polydamas, Vcalegon, Amphidamas, Dolon, dicẽtes se mirari regis ꝑtinaciam, qui perire cum patria mallet, q̃ pacẽ facere: vocatoq́; Aenea, Antenor se animaduertisse Priamũ iratum ait, de concilio surrexisse, cum ei de pace suaserint: vereri se, ne quid noui ineat. Ideo placere, vt ipsi pro pace ad Agamemnonem mittãt, se & suos saluent, & ciuitatẽ illi tradant, ne mox cum desperatis pereant. Inter hæc puenit ad Aeneam consilium regis de ipsis interficiẽdis, concludũt sibi mutuo auxilia cõtra insidias se præstare debere. Itaq; coniurant, & statim Polydamantẽ qui ex his minime inuidiosus erat, ad Agamemnonem mittũt. is clam abijt, Agamemnonẽ data securitate conuenit, & quæ sibi ac socijs placeãt, exponit. Agamemnon noctu duces in consilium aduocat, eadem refert, & quod cuiq; placeret, dicere imperat. oĩbus placitum est, vt oblationem accipiãt, securitatẽ illis promittãt. Abijt Polydamas, refert responsa. cõueniunt postea, iureiurando promissa hinc inde firmãt: hi, vt Ilium tradant Græcis: rursumq́; Græci, vt Antenori, Aeneæ & socijs oĩbus suis parẽtibus, liberis, coniugibus, cõsanguineis, propinquis & amicis, & alijs qui vna cõiurassent, fidem seruẽt, & cum bonis suis oĩbus securos teneant. Quibus vt sic firmatis, Antenor Aeneasq́; ad opus se accingunt, & mature se oĩa facturos promittũt. Interea rex Priamus Aeneam & Antenorem ad se venire mandat, cupiens propositum suũ adimplere, & eos interficere. Sed Antenor & Aeneas qui in ciuitate potentes erant, & plebi grati, septi multis armatis, ad regem veniunt. quo territus rex, statim Amphimachum monuit, ne qd inciperet, sed ad præsens supersederet, cui facile erat persuadere, cum videret se consiliata non posse perficere. Antenori itaq;, Aeneæ & socijs ad proditionem tendentibus, in mentem venit de palladio. erat enim imago quædam, quæ ferebatur olim in templum Palladis e cœlo descendisse, editumq́; oraculum, Troianis exitio fore, si id palladium quod in templo Mineruæ esset, extra mœnia tolleretur. placuit illis de hoc Græcos certiores fieri. quod cum accepissent Græci, facile fidem adhibent, cum & Helenus illud fatale fore Troianis, licet inuitus, ꝑdixisset. Eius rei causa fert Antenor ad sacerdotem Thoantem palladij custodem, noctu venisse, maximam auri quãtitatem obtulisse, & sic corrupisse. alij vero scribunt, ꝙ Diomedes atq; Vlysses per cloacas seu cuniculos adscenderint arcem Troiæ, & occisis custodibus, simulacrum, id est, palladium sustulerint, & extra mœnia Troianorum ad Græcos portauerint. quo viso, exclamat Helenus finem Troianorum adesse, quippe quo maxime sustẽtaretur ciuitas, palladium fuisse: quo ablato, exitium ingruere. Quæ vero de equo æreo siue ligneo, quod memorabile Vlyssis inuentum scribit Philostratus, feruntur vulgo, a poetis deriuata sunt, qui historiam illo tegunt velamine. cæteri eñ machinam bellicã putant fuisse equum, veluti arietis in bellis vsus est. Palæphatus quidem miræ magnitudinis molem fuisse inquit. illa quum diruptis portis esset à Troianis Sinonis consilio in vrbem introducta, Græci qui in valle quæ nomen inde habet, latuerant, inuadũt vrbem deditam conuiuijs, atq; destruunt. Hæc ferme Palæphatus. Dares aũt refert Antenorem ac Aeneam cum Græcis egisse, ꝙ nocte sequenti illis portam quandam q̃ in custodia eorum erat, reserarent. ea gratia Antenor & Aeneas iuxta promissa venientem Neoptolemum cum exercitu recipiunt, portam reserant, lumen accendi faciunt. Tum ad introitum Pyrrhus proditoribus præsidia pro conseruatione suorum in primis dat. mox deinde vbi signum datum est, Græci irrumpunt, passim q̃sq; obuios obtruncant, tum in ore suoꝝ liberi parentesq́; pereunt. Interim Priamus re cognita, ad aram Iouis cõfugerat, multiq́; ex eo ad reliqua deoꝝ templa. verum nullibi salus, vbiq; luctus, vbiq; mors. Ingressi regiam Græci, ibi Menelaus Deiphobum post mortem Alexandri Helenæ matrimonio iunctum, *esectis auribus, brachijs, naribusq́; truncatum, ad extremum summo cruciatu necat, deinde Priamum Pyrrhus sine vllo ætatis atq; honoris delectu retinentem vtraq; manu aram iugulat. Hoc modo consumptis innumeris, deliberant super his qui ad deorum aras se receperanţ, decretumq́; ab omnibus est, vti per vim auellerentur. quod est factum. post hoc deprędatam ciuitatem Gręci submissis incendijs, flammis rapacibus exposuerunt, quibus magnifica ruunt palatia, & exusta pereunt in fauillam. Excisa vt sic famosa Troia, Agamemnon in templo Mineruæ duces Græcorum iussit adesse, & in primis Helenam adduci fecit, atque Menelao petenti, consilio omnium quasi vim passam restituit. Cassandram autem regis filiam, quæ parentibus suis excidiũ vrbis longe prædixit, & vt Helena restitueretur, suasit, duces oẽs Agamemnoni in sui laboris præmiũ concesserunt. Tunc Antenor atq; Aeneas accesserũt, exponuntq́; qualiter Helenus atq; Andromacha filij regis Priami,

Coniuratio Aeneæ, Antenoris & Græcorum.

Ilium prodendum.

Armati veniunt Aeneas & Antenor ad Priamum.

De equo Troiano.

Aeneas & Antenor Achiuis portã aperiunt.

Deiphobi ac Priami interitus.

Troiæ excidium.

Restituitur Helena.

Nobiles mulieres libere dimissæ.

semp dissuaserint bellum cum Græcis, rogant eos liberos dimitti. Assentiunt Græci illis libertatē cōcedi, suaq; oia restitui. fecerunt tñ Andromachā Neoptolemo assignari, libertatē qq; impetrabat Helenus Hecubæ. Statuerunt insup, φ oēs nobiles mulieres quæ mortem euaserant, libere pmitterentur abire. prędam reliquā cum pace inter Græcos diuisit Agamemnon, nec quisq̃ contraire distributiōi attētauit. His ita pactis, disponunt à Troia recedere, sed tanta maris tēpestas superuenit, φ nauigare nemo ausus fuit. Græci sup hoc Calchantē cōsulūt, quibus Calchas ait, hoc eis accidere pro eo, φ nondum Achilli satisfactum esset in templo Apollinis interfecto. immolādum aūt esse dijs de ea, propter quā mortem subijt. mox Pyrrhus Polyxenam perquiri facit, Agamēnon Vlyssem requirit, qui ad preces Hecubæ eam absconderat, nescire vbi esset respondit. Antenor aūt videns se tantopere inquisitum prægrauari, eam prodidit, atq; de arcano vbi latebat abstractam, Agamemnoni præsentauit. euestigio eam Pyrrhus in piaculum manium patris ad eius tumulū perduxit, & post multas lachrymas truculentus iuuenis iugulauit, feruntq; eam licet tenellam, tam constanti animo & intrepido vultu hanc mortem suscepisse, vt maxima admiratio oībus facta fuerit. dicebat enim, mori sibi in patria eligibilius esse, q̃ in exilio perpetua anxietate viuere. Certatur tunc quoq; inter Vlyssem & Aiacem Telamonium pro palladio, de quo plura dicere omitto, nisi quod Dictys refert Vlyssi palladium adiudicatum ab Agamenone & Menelao gratiam Vlyssis sequentibus. ob quod Aiax indignatus, vindictam se exacturum denunciat, sed postera luce inuenitur interfectus, ex quo oritur tumultus. Vlysses aūt veritus vim sibi fieri, clam Ismarum aufugit, atq; ita palladium apud Diomedem reliquit. Pugnatum est itaq; ad Troiam annis decem, mensibus octo, diebus duodecim, & vt refert Dares, corruerūt ex Argiuis octingenta & 70. millia: & ex Troianis autem, sexcenta 76. millia vsq; ad oppidum proditū. Posteaq̃ capta est, cæsa sunt hominum ducenta 76. millia.

Capta Troia anno mūdi 4000. & circiter 20.

Tunc Antenor Priami regis affinis, ab Agamemnone Ilij rex præficitur, & ibidem regnauit annis ferme 22. Aeneas aūt, licet isto dignior & natu maior esset, tamen quia Polyxenam consobrinam suam Priami filiam, apud Anchisen patrem suum abscōderat, ab Agamemnone reprobatus, Troia pulsus fuit: quamobrem Aeneas exiens in Dardaniam insulam, vt suum ibidem congregaret exercitum, ab Antenore reuersus clausis portis excluditur. Tunc Troiani ōmes qui euaserant, reuertentes, Antenorem in regem recognouere. Per idem tempus Cassandra Deo plena, multa in Agamemnonem aduersa pronunciat: insidias quippe ei ex occulto, cædemq; domi per suos dispositam: præterea vniuerso exercitui profectionem ad suos, exitialem fore. Hæc de bello Troiano eo diximus breuius, quo est historia pluribus, à cæteris fere cunctis, velata fabulis.

Agamēnonis calamitas.

Græcis ad patriā redeuntibus, accepit Nauplius, Palameden filium per insidias Vlyssis & de consilio Græcorum fuisse interfectum. propter quod rex Nauplius vindictam quærens, vt audiuerat Græcos mare ingressos, qui necesse habebant ire per confinia regni sui, disposuit p suos, ignes in montibus accendi scopulosis, vt nocte nauigantes, decepti, scopulos accederent: quamobrem in ipsis rupibus & scopulis plus quàm ducentæ Græcorum naues sunt submersæ. Et Oileus Aiax Locrensium rex, cum triginta duabus nauibus tempestate actus, postquam natando euadere naufragium conatus esset, cum suis per noctem tabulis fluctuantes, scopulis appulsi perierunt. Interim Nauplius Agamemnonem & Diomedem persequi statuens, nuncium ad Clytæmnestram Agamemnonis vxorem misit, scribens quomodo Agamemnon vnam de filiabus Priami duxerit in vxorem: suadet vt sibi prospiciat. Credit mulier, & quia absente marito adulterium cum Aegistho commiserat, Agamemnonem venientem Aegisthus adulter suasu Clytæmnestræ prima nocte per insidias interfecit. quo mortuo, Aegisthus Clytæmnestram duxit vxorem, regnum Mycenarum occupauit. Supererat autem Agamemnoni filius ex Clytæmnestra adhuc impubes, Orestes nomine, qui Electræ sororis suæ diligentia seruatus est, peruenitq; ad Idomeneum Cretæ regem. is cum factus esset adultus, capta opportunitate, clam Mycenas intrauit, Aegisthumq; regē interemit, Clytæmnestramq; matrem propriam crudelissimis pœnis affecit. Rebus illis occasionem Nauplius dedisse fertur. Nam eodem modo Aegiales vxoris Diomedis fidem tentauit, quare Diomedes siue pudore vxoris auersus, siue illius opera à regno exclusus, ad Argiuos non redijt, sed exulans, ad partes Apuliæ se contulit: vbi teste Festo, cum Dauno rege partem regni sortitus est. Socij vero eius Brundusium & Neapolim erexere, alij quoq; ex socijs eius ab ipso recedentes, Diomedæam insulam ab ipso sic dictam, haud procul à monte Gargano, habitare cœperunt, vbi & Diomedes ipse fertur sepultus, & templo tanquam Deus ibi cultus. Menelaum dicit Homerus post excidium Troiæ ad

Nauplij dolus.

Aiacis interitus.

Agamēnonē interfecit Aegisthus.

Perimit Aegisthū Orestes.

Diomedis exilium.

Menelai nauigatio.

regem

regem Aegypti Proteum diuertisse, deinde appulsum Cretam aliqui scribūt, vbi cun cta de Agamemnone fratre occiso pcepit. Infestus aliquādiu Oresti, φ tam seuere ma trem vindicasset, tandē recōciliatus, Hermionē Oresti in matrimoniū collocauit. erat aūt Hermione filia Menelai & Helenæ, & vt aliq volūt, Menelaus in regno Mycenaꝝ cōsenuit. Vlysses vero, vt ex Dicty Cretēsi est*, recedēs e Troia cum nauibus multis, auro, argēto & multis bonis onustis, post aliq̄t dies nauigans mare, tēpestate suborta, in Siciliā delatus est. Ibi à duobus regibꝰ, vt ipse refert, Cyclope & fratre eiusdē oībus bonis despoliatus est, & nihilominus ab eorum regum filijs Polyphemo & Halizone in carcerem cum suis detrusus. tandem vero liberatus, clam cum socijs discessit, abna uigansq; in Aeolidem insulam peruenit. Deinde ad Circen, quæ hoīm species trans- mutare ferebatur. siue id poeticum est, siue dæmonum illusio, Augustinum vide 18. de ciuit. Dei cap. 17. & 18. Apud illam cum idem Vlysses (vt fertur) per annum mansisset, ex ea Telegonum suscepit filium. verum quū euaginato gladio eidem minaretur, nisi socios in pristinam formam redigeret, perimendam, ab eadem q̄d postulabat obtinu it, & plenus consilijs discessit, atq; Circen dereliquit. Tum apud Calypso moratus ali- quantisper, à qua discedens, Sirenes inuenit. didicit aūt antea illas dulcedine sui cātus soporem hoībus inducere solere, & naues deinde subuertere: q̄obrem aures suas atq; sociorum obturauit cera diligentissime, ita φ cantantes Sirenes minime poterant au dire. Transito hoc periculo, perducti sunt vi ventorum inter Scyllam & Charybdim, ibi ab ipsa maris ingluuie plus q̄ medietas nauium suarum absorpta fuit. Et vix cum medietate aufugit, & in manus Phœnicum per mare prædantium incurrit, qui eum despoliatum oībus bonis, cum suis incarcerant, & postea nudos dimittunt. postea ad Idomeneum regem Cretæ peruenit, qui auditis infortunijs Ithacensis Vlyssis, eum be nigne suscepit, & tandem donatum duabus nauibus, auro atq; argento plurimo, ad sua redire permisit. qui recta via tendebat ad Antenorē, à quo hilariter acceptus, pau lumq; moratus, audiuit terram suam à quibusdam inuasam. Et Penelopē vxorem ho- nestissimā matronam, φ alteri nuberet infestatam. adiutorio igitur Antenoris pro- perat, & ei iam aduentanti filius Telemachus occurrit, edocet de oībus, ac patrem in suam ciuitatem noctu introducit, in qua dormientes inimicos inuasit atq; interfecit: & sic gratulantibus cunctis, & maxime Penelope, in regnum est restitutus. postea Te lemachus Antenoris filiā duxit vxorē. Habuit postea p quietē Vlysses, φ à filio suo es- set interficiendus, q̄ ex re Telemachum sub fida custodia teneri fecit. Sed interea Te- legonus quē ex Circe genuit, intellecto ex matre, φ Vlysses pater eius esset, secutus & regna patris ingressus, cum indiscretius accedere Vlyssem peteret, & prohibitus à ter ræ custodibus, nam obseruabatur Vlysses, ne à Telemacho aut suis periret, ipse vt in- expertus, custodes Vlyssis vsq; ad q̄ndecim interfecit. fit clamor. & Vlysses timens Te lemachum, exit. accelerans, cernit occisos, & præ ira in aduenam Telegonū autorem cædis iaculū dimittere vult, & ab eodem iaculo lœthaliter vulneratur. inter hæc aduer sa lætatus fertur Vlysses, φ non à filio, sed alia via esset interiturus. At vbi interroga- tus est Telegonus, cognitusq; filius, Vlysses præsentibus oībus edicit istum esse filium suum, vocatoq; Telemacho, Telegonum fratrem suum esse, fataq; impleta: ac post tri duum expirauit, & in Achaia honore regio sepelitur. De Pyrrho vero Achillis filio, multa scribūt. ex parte patris, habuit Peleum regem Thessaliȩ, auum: ex parte matris, Lycomedem filium regis Acasti, auum. sed proauus Acastus expulit Peleum à regno Thessaliæ. Pyrrhus rediens à Troia, multis tempestatibus actus, venit clam in Thessa- liam, duos filios Acasti regis occidit, & tandem pacem inter Acastum proauum & Pe leum auum fecit, & ab vtroq; receptus in regē Thessaliæ, Hermionen Menelai filiam vxorem Orestis rapuit, & matrimonio sibi copulauit: & dum Delphos semel Apol- linē consulturus iuisset, interea Menelaus Andromachā, alterā Pyrrhi vxorē fugat. q̄ veniens ad Molossos, ibi filium peperit qui Molossoꝝ rex factus est. Aeneas Anchisȩ filius, patriæ (secundū aliquos) proditor, à Troianis tanq̄ Deus habitus, post tertiū exa ctum annū, cum vniuerso patrimonio suo & nauibus duabꝰ & viginti susceptis, cum Anchise patre & Caieta nutrice sua vniuersaq; familia, ac tribus millibus & quadrin- gentis viris† in Italiam, anno sexto principatus Labdon* in Latium veniens, regnare cœpit, & regnauit (vt Eusebio placet) tribus annis. hic omni forma & elegantia incly tus fuit, filium secum adduxit Ascanium, multisq; Troianis cōsociatis anteq̄ Italiam ingrederetur, profugus in Delphos insulam primum ad oraculum Apollinis venit. à quo de Italiæ regno obtinendo certior factus, in Cretam cōfestim nauigauit. Inde in Siciliam, postea in Italiam tunc Latium venisse, responsoq; accepto, eo loco sibi pma nendum, vbi mensas ederent, q̄d in Latio accidit, ibi em̄ ingens panis pro mēsa p im- pru-

Vlyssis naui gatio.

Circe.

Telegonus.

Sirenes.

Quid ve[illegible] ī his [illegible] Palep[illegible] in incre[illegible] libus vide

Vlyssis so- mnium.

Vlyssis inte ritus.

Qn̄ venerit in Italiam Aeneas.

Troiani mē sas consu- munt.

prudentiam appositus, cum carnibus & quæ superponebantur, tandē panis ipse absumptus est. Ingressus aūt Aeneas in Italiam, in Adriatici maris ora Corcyrā & Melænam vrbes condidit, atq; p ostia Tiberina intrans, haud longe à Laurento vrbe consedit, vbi & quibusdam regis Latini agris occupatis, Troiam nouam cōdidit. Inde ad Euandrum regem Nicostratæ filium profectus, eo procurante cum Latino Aboriginum rege ei infenso pacem fecit, cuius rei firmandæ gratia, Latinus filiam Lauiniam ei tradidit vxorē, secumq; pari autoritate conregnare fecit. qua ex re Aeneas Laurentum rex appellari cœptus est. Turnus aūt Ardeæ & Rutulorum rex, grauiter ferēs Aeneam externum à Latino sibi prælatum, vxore ablata Lauinia permotus, bello se vindicare statuit, vnde & à Diomede Apuliæ rege, Mezētio Tusciæ superioris seu Agelliæ, atq; Ligusto Liguriæ regibus, & à Camilla Volscorum regina, auxilium per legatos postulauit, qui oēs cōtra Latinum, Euandrum, Pallantemq; eius filium atq; Aeneam bella mouent: & congressi post innumeras cædes Latinus à Turno interficitur, inde Pallantem Euandri filium lancea perfossum occidit. Aeneas vero in Turnū acri animo consurgens, ipsum superās interfecit. Quo mortuo, Camillam Volscorum reginam cum toto exercitu fudit. Victoria igitur Aeneas obtenta, Latium cum Campaniæ parte obtinuit, & tribus annis regnauit. tandem in Numicium Laurenti fluuium decidens moritur, indeq; sublato corpore & apud Laurentum vrbem sepultus, fluuius idem consecratus est, & Deus in dies ab accolis creditus est. sed à prudentissimis autoribus creditur in eodem flumine necatus, & in mare deuolutus, piscibus esca factus. hic Creusam Priami regis filiam duxerat vxorem, ex qua Ascanium suscepit. Regno aūt Latij suscepto, Lauiniam Latini regis accipiens filiam, prægnantem moriens reliquit. Lauiniam igitur Latini regis ex Amata filiam formosissimam, desponsatā Turno, pater ob generis claritatem Aeneæ tradidit coniugem, quam Aeneas impregnatam, moriens (vt dictum est) reliquit. Verum Lauinia cum Ascanium priuignum timuisset, prægnans in syluas fugit, & ibi filium peperit, quem Iulium Syluium Posthumum appellauit. Ascanius aūt postmodum in nouercam mitior factus, cum Albam vrbem condidisset, vltro secedens, Lauiniæ regnum reliquit, quod ipsa cum multa iustitia & honestate, donec filius pubesceret, gubernauit, & maiori facto resignauit. deinde Lauinia (vt Eusebius refert) Melampodi nupsit, ex quo filium peperit, quem Latinum Syluium nominauit, qui etiam fratri suo Posthumo successit. Apud Albam primus regnauit Aeneas annis tribus, hic Lauinium condidit: huic successit Ascanius ex Creusa filius, regnauit annis 33. Syluius Posthumius Iulius frater, filius Aeneę & Lauiniæ, regnauit annis 29. à quo, oēs reges descendentes, Sylnij sunt dicti. Aeneas Syluius regnauit annis 31. Latinus Syluius regnauit annis 50. Alba Syluius regnauit annis 39. ab hoc Albani reges Epytus aliàs Aegyptus Syluius, regnauit annis 24. Capys Syluius regnauit annis 28. Calpetus Syluius regnauit annis 13. Tiberius Syluius regnauit annis 8. ab hoc fluuius Tiberis dicitur, quia in eo est extinctus, & ante Albula dicebatur. Agrippa Syluius regnauit annis 40. Aremulus regnauit annis 19. hic fulmine ictus interijt. Auentinus regnauit annis 37. ab hoc Auentinus mons est dictus, Proca regnauit annis 23. Amulius Syluius regnauit annis 44. huius frater erat Numitor, cuius Rhea filium Romulum & Remum genuit, qui occiso Amulio, Numitorem in regnum restituunt, sub quo defecit regnum Albanorum. Hoc in tempore Francus quidam ex Hectore filius, à Troia fugatus, tota Asia peruagata, in Danubij ripas tandem peruenisse fertur, Sicambriamq; condidisse, inde Francos nomē postea accepisse, de quo dicetur in secundo volumine generatione 15. de quo Vincentius Gallus historicus. Alij vero, vt refert *Got. Viterbieñ. Priamum principalem fuisse memorant de genere Priami. Antenor Priami regis affinis, cum in Troia post excidium eius 22. annis regnasset, ab Hectoris filijs Heleno subsidium ferente, regno pulsus est. quo turpiter pulso, profugus cum duobus millibus Troianorum in Venetam prouinciam concessit, & ibidem Patauinæ vrbis fundamenta iecit. His adijcienda sunt, quæ leguntur de Britannia siue Anglia, terra diuite, tribus præcipuis fluminibus nota, Tamesi, Longo & Vedra. Ganfredus *artu, in historia Britonum scribit, q̄ Syluio filio Ascanij filij Aeneæ natus est filius nomine Brutus, in cuius partu mater moritur. Is annos 15. habens, in venatione patrem casu sagitta occidit. quapropter relegatus in Græciam, inuenit ibi complurimos Troianos sub seruitute Brandasii regis, cuius tamen Brutus filiam Ignonē vxorem accepit. Tunc potentes Troianorum ipsum ducē constituunt, vnde ipse voluntate Brandasii paratis nauibus & commeatu, cum tota Troum multitudine, vti oraculum Dianæ ei suasit, in occiduam plagā & regionem Aquitaniam nauigauit, deinde ostia Ligeris intrauit: & facto incolarum impetu in eos, vt populos peregrinos, prælium commissum

Troia noua. Turnus. Latini interitus. Aeneæ interitus. Lauinia. Reges Albani. Romulus. Remus. Francus. Sicambria. Patauium vrbs. De populis ac regibus Britanniæ.

missum est. Sed Brutus victoria potitus, vnũ duntaxat ingenuũ Turnũ amisit, in cuius gratiã à loco sepulturæ Turonem æterno noĩe dicauit. deinde memor oraculi, versus Albion quæ nunc Anglia dicitur, nauigauit. ibi neminẽ præter Gigantes q̃sdam repe rit, cũ his etiã pugnauit Brutus, q ex Ignone tres filios genuit, & insulã à se Bruto Britanniam noĩauit. deinde post multas fabulas Gãfredus refert, C. Iuliũ Cæsarẽ Britanniam subiugare volentẽ, bis fuisse profligatũ p Cassibellianũ Britonũ regẽ, & cum idem rex quendã Androgeũ ducẽ de Trinouantio in Anglia subiugare vellet, vocauit rursus sibi in auxiliũ Iuliũ Cæsarẽ. tum pacto Cæsar Britanniã Romanis tributariã reddidit. de hoc tñ aliter in cõmẽtarijs Iulij, & infra vbi de Iulij bellis in Gallia habitis, mentio fit, habet. De Britãnia à Bruto dicta, cõcordant cæteri. Brutumq́ꝫ tres habuisse filios, Locrium, Albanactũ, & Cambrũ, qui insulã inter se diuiserunt. Locrij pars, Locria est cognominata. Albanacto secũda portio data, q̃ ab eodẽ Albania est dicta. hæc Scotia nũc dicit. Cambro vero tertio filio, Cambra obuenit, q̃ nũc Thyle dicit. Subiũgit idem, Britanniã antea Albiona dictã esse. deinde à q̃dam Anglo potẽtissimo rege, Anglia appellata est. sed de hoc in secũdo volumine 7. gñatione veritatẽ inuenies. Quod aũt idem scribit, sub Gregorio Magno Britanniã ad Christi fidẽ cõuersam, cum* grano salis intelligendũ: nam sub Eleutherio papa Lucius rex Britanniæ ad fidem Christi cõuersus fuit. quo tempore in eadem eriguntur 38. sedes episcopales, & tres metropolitanæ, scilicet Londini, Eboraci, & in vrbe Legionum. vnde de hoc librum Gildas de victoria Aurelij & Ambrosii inscripsit. Mortuus aũt est Luci⁹ anno dñi 156. vel (secundum alios) centesimo 70. de quo in secundo volumine gñatione 7. Primus itaqꝫ rex Britanniæ, vt vult idem Bergomensis, Brutus fuit, Aeneæ pronepos, cui successit Locrius filius, qui tandem in bello sagitta percussus occubuit, Maddanus filius successit, Mẽpricius vir pessimus Maddani fili⁹, post quem successit Embracius, qui multas vrbes condidit. genuit aũt 25. filios & 30. filias, quos oẽs Syluio quarto Albanorum regi transmisit Albanis in matrimonio iungendas, cũ Latini à Sabinis aspernati essent. Hic Embracius post Brutum primus in Gallias classem perduxit. Brutus aũt secũdus eius filius, sexto loco successit, reliqui vero decem & nouem fratres, Syluio prædicto auxiliante, Germaniam oẽm conquisiere. post hunc Brutum imperauit Leil, qui vrbem sui noĩs condidit. Octauus Bladud regnauit, q necromantiã primus Anglos docuit, post quẽ nonus Leyr rex eius filius regnauit, q & ipse nonnullas cõstruxit vrbes, tresq́ꝫ filios genuit, qbus matrimonio copulatis, à duob⁹ ex ipsis gñis regno pulsus est. Veꝝ regis Galliæ, cui tertiã filiã indotatã tradiderat, auxilio in regnum restitutus est. ideo indotatã dico, qa cum pater filias interrogaret, q̃ illaꝝ ipsum diligeret, illa rñdit: q̃tum habes, tm̃ vales & tm̃ te diligo. Quibus verbis cõmotus pater, eam exhęredauit, & sorores regni hęredes cõstituit, q̃rum mariti illũ postea regno eiecerũt. Mortuo aũt patre, vltima earum decimo loco in regno successerat, post quam soroꝝ filij sunt adepti regnum. Vnus aũt, cui Cunedagius nomen erat, Morgano pulso, vndecimo loco regnauit, cuius temporibus Roma condita est. Kinellus eius filius, duodecimus successit, quo regnante, tribus diebus in regno sanguinem pluit. Post hunc Garganus filius successit, deinde quartusdecimus Syluius, post quem quintusdecimus Iago, cui successit Carminarus, post quem septimusdecimus Godoburcho. * Porrex octauusdecimus, qui fratre suo interempto, & Suardo Francoꝝ rege fratris sui auxiliario superato, ipse q̃qꝫ demũ pemptus est. Regno deinde p multa tẽpora vacante, tandẽ Monucrius Eliorisis filius, regnum pacifice obtinuit, qui etiã cõfestim corona aurea sibi imposita, leges mulcticias edidit, & celeberrimũ templũ concordiæ struxit. Hic aũt duos post se reliquit filios Belinum & Brennum, & illi Belinus successit, legesq́ꝫ celebres cõposuit. Brennus aũt natu minor, vir bello strenuus & liberalis, Norchaumbriam vsqꝫ Cathenesiam regionẽ ingẽti virtute obtinuit. Sed haud multo post inde pulsus, ad Leginum accessit, mortuoq́ꝫ Legino, Allobrox rex in regno successit, ducta eius filia vxore. Et qm̃ Allobrogi comitem ac munificentissimũ se exhibuit, ipsi Brennus innumeros ademit populos, q̃rum auxilio finitimos regulos debellans, regnum omne in suam redegit potestatem. Quibus ex sententia gestis, Belinus Bartendum filium regno præfecit. Brennus cum innumerabili multitudine ad nouas quærendas sedes, siue gloriæ cupiditate pellectus, siue (vt alij volũt) ad intestina bella vitãda, in Italiam cum trecentis hoĩm millibus se transtulit, & primo circa Eridani oram, vbi Insubres, Galli, Thusci vicini habitabant, sese infundẽtes, vrbes nonnullas pulsis veteribus colonis q̃dã habitarunt aut instaurare cœperunt. Brennus itaqꝫ tredecimo Assueri anno, Olympiade nonagesimaseptima, Italiam vastans, Romam peruenit, Senensem vrbem in via pro senibus & armentis (vt Polycrates refert) extruxit. Deinde vrbem Romam cepit &

Tres Angliæ partes.

Britanniæ reges.

Caezleil.

Leges Britãnis qui tulerit.

Brennus venit in Italiã.

pit & incendit, de quo dicetur latius infra generatione quinquagesimaquinta, & de Bruto infra generatione proxima etiam dicitur. De Bruto multi scribunt, sed de sequentibus regibus Britanniæ vellem Bergomēsem addidisse suum autorem. Et quomodo tacuit Brennum fuisse ducem Sueuorum, cum tamen paulo post Gotfredū Viterbien. adducit, qui in lōgum refert, Sueuos & Senones Gallos, Allobroge duce, eorum vrbem Romam cepisse, prout dicetur infra generatione quinquagesimaquinta? Sed & quod refert de Suardo Francorum rege, optarem videre ab aliquo antiquo, Francos ea tempestate fuisse, cum multi Francorum nomen sub Valentiniano primo scribant primum vsurpatum, de quo tamen dicam in secundo volumine generatione tredecima. hæc vero à nobis ex aliquorum opinione dicta sunt.

GENERATIO XXXI.

Ozi pontifex.

ANno à mundi exordio quatermillesimo vigesimoseptimo, in Obeth, quem Boos ex Ruth genuit, de tribu Iuda principe, sub Ozi filio Buzi, summo pōtifice, per lineam Christi incepit trigesimaprima generatio, & durauit annis quinquagintaseptem, sub iudicibus Samsone & Heli sacerdote simul. Hic erat annus tertius Samsonis vltimi iudicis Israel, qui iudicauit annis viginti, cuius ingētia facta cum Herculis factis merito cōparari possunt. patrem Manue de tribu Dan habuit, & matrem nomine Anani. hi cum prolem non haberent, Deum iugiter deprecabantur vt prolem susciperent. Quibus tandem apparuit angelus domini, & eisdem masculum futurum Dei munere prædixit, qui foret vir optimus, fortitudine pręcipua, inimicorū vltor acerrimus. Monuitq; vt ipsius capillos minime tonderent, nec alium potum nisi aquam bibere permitterent. Conceptoq; filio gratias agentes, custodierunt mandata domini, & natum, Samsonem vocauerunt, creuitq; puer velociter, & per capillorum retentionem factus est robustissimus. Cui benedicens dominus, spiritum effudit suū.

Samson.



factusq; vir, duxit vxorē ex Thamnatha Palæstinorum ciuitate. quam cum frequenter in domo soceri inuiseret, occurrit aliquando vt in via leonem interficeret, quo seorsum proiecto, rursumq; aliquando inde progrediēs, inuenit fauum mellis in capite leonis, ex illo comedit, ac tres fauos puellę portauit, ibiq; in nuptijs existens, triginta iuuenibus per iocū problema proposuit, dicēs atq; promittens, si soluerent in septē diebus q̄stionem, singulis daret vestem seu stolam vnam. illisq; petentibus vt diceret, ait: De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. Iosephus autem ita ponit: Qui cuncta deuorat, cibum de se genuit suauē. Illis autem non valentibus soluere, rogauerūt puellam, vt ab ipso solutionem perquireret, atq; eis indicaret: alioquin incendemus, inquiunt, te & domum patris tui. Quæ solicitans virum, tandem flendo dicebat: Odisti me, ideo non exponis mihi. Tandem die septima cum ei molesta nimis esset, exposuit. quæ statim indicauit ciuibus suis. Circa solis igitur occasum conuenientes Samsonem, dixerūt ei: Quid dulcius melle? & quid fortius leone? Ille indignabundus ait: Nisi arassetis in vitula mea, nō inuenissetis propositionē hanc. irruitq; in eum spiritus domini, & descendit in Ascalonem. ibi percussis triginta viris, abstulit eorum vestes, & dedit his iuuenibus qui problema soluerunt. Deinde dimissa vxore, perrexit & cepit trecentas vulpes, ad quarum caudas faces alligauit, dimisitq; in Palęstinorum messes, easq; omnes succendit. propter quod Palæstini eius vxorē & parentes cremauerunt, pro quo Palæstinos percussit plaga graui. Et habitauit Samson in spelunca petræ Etham, quasi in loco communito. Tunc adscenderunt Philistæi in terram Iuda, quibus dixerunt viri Iuda: Serui vestri sumus. cur adscendistis aduersum nos? Qui dixerunt: Date nobis ligatum Samsonem. & adscenderunt tria millia de Iuda ad Samsonem, & culpātes eum, dicebāt: Nescis q̄ Philistæi imperāt nobis? venimus vt ligemus te & tradamus Philistæis. Qui ait: Iurate ne me occidatis. & iurauerūt ei, & p̄misit se ligari. ipsoq; duob⁹ nouis funibus adducto, Philistæi vociferabant p̄ gaudio. Tūc irruit spūs dn̄i in eum, & dissoluta sunt vincula vt filum lini. tollensq; mandibulam asini, interfecit mille viros, alijs in fugā versis. Et sitire cœpit ad mortē, & clamauit ad dn̄m, & aperuit dn̄s dētem molarem in maxilla, quam iam abiecerat, & egressæ sunt aquæ largissimæ. quibus haustis, vires recepit. Eam ob rem vocatum est loci illius nomen, fons

Problema Samsonis.

Segetes vastat Sāson.

Sāson occidit mille viros.

fons inuocãtis de maxilla, in diem hodiernum, quod memorabile factum, cum aliarũ gentium, quæcunq; sint illæ, factis minime cõparari volumus. Quid est enim tam stultum, qdve tam ineptũ, q̃ vt diuino spiritu afflatum hominẽ, censeamus inferiorem eo, qui rudi tantũ mole vtitur? Cum'q; nõ timeret Philistæos, abijt magna cum fiducia in Gazam Philistæorũ oppidum, vbi mulierem quandam meretricẽ conspexit, ad quam ingressus est, atq; aliquantisper moratus cum ea. reddiderat eñ illam sibi familiariorem. Quod cum resciuissent Palæstini, posuerunt custodes in porta ciuitatis, vt obseruaretur q̃ diligentissime, ne euaderet: erat eñ, exiens mane, occidendus. Samson vero media nocte surgẽs, ambas fores cõpræhendit cum postibus & sera, & in humeris suis portauit in verticẽ montis. Post hæc amauit Dalilã, quæ erat in monte Soreth, & venerunt ad eam qnq; satrapæ Philistinorũ, dicẽtes: Disce ab eo in quo habet vires, vt possimus eum affligere vinctum, & dabimus tibi singuli *mille centum argẽteorum. Et blandita est Dalila Samsoni: Qui respondit ei in dolo: Si septem neruiceis funibus nouis & adhuc humentibus ligatus fuero, ero sicut cæteri homines. Quæ postea dormientẽ ebriũ hoc modo ligauit, & cum introcurrerent Philistæi, ipse rupit vincula q̃si stupam. Idipsum factum est & secundo de septem nouis funibus. tertio petenti mulieri dixit: Si septem crines capitis sui clauo illigarentur, soluere se non posse. Cum'q; ipsa crines septẽ circunligatos licio & *clauũ terrę infixisset, excitatus Samson, extraxit clauum cum crinibus & licio. Tãdem vbi multum molesta esset ei Dalila, & deficeret anima eius ad mortẽ, aperuit ei veritatem, dicens: Nazaræus sum ab vtero matris: si rasum fuerit caput meum, recedet à me fortitudo. Tũc Dalila vocauit satrapas cum pecunia, & dormire fecit eum super genua, & per tonsorem rasit crines, & dñs recessit ab eo. Tunc cõpræhendentes eum Philistæi, eruerunt oculos eius, & circunduxerũt eum per terram, & apud Gazam clausum in carcere molere eum fecerũt, quasi seruili opere eum affligẽtes: & secundũ Hebræos, concũbere eum fecerunt cum mulieribus, vt ex eo haberent pueros. Procedente autem tẽpore, cum capilli nasci inciperẽt, in

Dalila.

Apit' secretũ fortitudinis.



publica solennitate ingressi sunt principes phanum, vt immolarent Dagon deo suo. Cum'q; lætarentur cõuiuantes, adductus est Samson illudendus. stans itaq; inter duas columnas, qbus innitebatur domus, ait puero ductori: Sine me puer, vt tangam has columnas, & paulum requiescam. & appræhẽdens vtranq; columnã manibus, ait: Moriatur anima mea cum Philistijm. & concussis columnis, cecidit domus super omnes, & multo plures interfecit moriens q̃ viuus. perierunt enim præter cõuiuas circiter tria millia vtriusq; sexus, qui ludentem expectabant de tecto. tulit'q; eum vniuersa cognatio eius, & sepelierunt eum in sepulchro patris sui. Cuius obitum D. Augustinus in I. de Ciui. Dei, cap. 26. excusat, dicens q̃ quodã familiari cõsilio spũsfancti id factum fuerit.

Ruth Moabitidis historia sub Samsone iudice fuisse à multis creditur, quæ virũ nomine Maalon, genere Iudæum, ex Bethleem natũ, accepit maritũ. Cuius uiri pater Elimelech, mater Noemi, qui famem terræ ferre non valentes, in terrã Moabitarũ cũ duobus filijs suis migrauere. ibi'q; dum cuncta eisdem bene procederent, filijs suis Moabitidas dedere vxores, vni s. Chelion Orpham, & Maalon Ruth. Trãsactis deinde 17. annis, Elimelech & eius duo filij mortui sunt. Noemi autẽ amare ferens infortunium, in terrã Iuda regredi statuit. tandem vna nuru remanente, Ruth ipsa cum socru in Iudęam perrexit. Cum'q; in Bethleem ingressæ fuissent, Boos Elimelech cognatus suscepit eas in domũ suam. procedente deinde tẽpore, Ruth in agris Boos spicas solum pro se & socru post messores collegit. q̃re Boos de industria messoribus permisit spicas multas in agro relinquere. Et cum etiam didicisset, Ruth vxorem fuisse cognati sui defuncti, & ipse sine vxore esset, secundũ legem Moysi duxit. quo facto, post annum peperit ei filium, quẽ vocauerũt Obeth, eo q̃ in eius senectute nasceretur. inde & ipse Obeth genuit Iesse patrẽ Dauid. Anno 4048. ab exordio mundi, post Samsonem iudicauit Israel Heli sacerdos. Et trãslato sacerdotio à filijs Eleazar, q fuerunt Phinees, Abiezer, Buzi, Ozi, hic primus de filijs Ithamar accepit sacerdotiũ. rexit populum dñi quadraginta annis. Tẽpore hoc fuit vir vnus de Ramatha, Helcana nomine, Effratęus, Leuita 19. à Leui. nõ eñ fuit Aaronita, sed Effratęus, id est, Bethleemita. Hic habuit du

Ruth.

Obeth nascitur.

Heli.

Trãslatio sacerdotij.

Helcana.

as vxores, Annam & Phenennam. Anna erat pulchra, sed sterilis: & adscendebat vir ille tribus statutis diebus, secundum legem, in Silo, ad adorandum. Erant in Silo duo filij Heli Ophni & Phinees sacerdotes, & cum immolasset Helcana, dedit Phenennæ & filijs eius duplicem partem, Annæ partem vnam: quę tristis erat pro sterilitate, & non sumebat cibum, sed ad fores tabernaculi egressa, orabat, vbi sedebat Heli ad postes, flensq́ꝫ votum vouit Anna domino. Si dederis, inquit, mihi sexum virilem, dabo eum tibi nazaræum omnibus diebus vitæ suæ. Heli æstimans eam temulentam, ait: Digere paulisper vinum quo mades. Quæ respondit: Nequaquam domine, sed mulier infelix ego sum, ora pro ancilla tua. Intelligens Heli sterilem, ait: Det tibi Deus petitionem tuam. Vnde mulier quasi secura, abijt gaudens nec dubitans. Et factum est vt pareret filium, vocauitq́ꝫ nomen eius Samuel, id est, postulatio Dei, nec adscēdit cum viro suo in Silo, donec ablactaret filium. Ablactatum autem, duxit in Silo cum vitulis tribus & modijs farinæ tribus. Et intelligunt quidam ablactatum à lacte pueritiæ, quæ est in XII. anno. Vnde statim sequitur: Puer autem erat minister in conspectu domini. & offerens, dixit Heli: Viuat anima tua domine, En filius pro quo orasti. Ab eo tēpore ministrabat Samuel ante Heli, & dicit Iosephus Samuelem anno XII. prophetasse. Porro filij Heli defraudabant immolata. Samuel autem ministrabat, accinctus ephod lineo, non sacerdotali, sed prophetico, & tunicam afferebat ei mater singulis annis. quę habuit postea tres filios & duas filias. Heli autē erat senex valde, & audiuit peccata filiorum, qui dormiebant cum mulieribus excubantibus ad ostium tabernaculi, & eas q̄ venerant ad purificandum, polluebant. Vnde & pater dixit eis: Cur transgredi facitis populum domini? tepideq́ꝫ arguebat eos. Venit autem vir Dei ad Heli, & ait: Loquutus sum vt domus patris tui ministraret mihi in æternum, absit hoc à me, sed honorificantes me glorificabo, & contemnentes abijciam. Ecce præcidam brachiū domus patris tui, id est, auferam sacerdotium, pro quo debebatur ei armus dexter, & videbis æmulum tuum in templo. Quod factum est in diebus Salomonis cum Sadoc, q̄ fuit de Eleazar, qui factus est sacerdos, abiecto Abiathar: & in diebus illis erat sermo domini preciosus, id est, rarus. Vna autem die Heli iacebat in lecto, oculi eius caligauerant. Samuel autem dormiebat in templo domini iuxta tabernaculū cum Heli. vnde cum vocasset eum dominus, cucurrit ad Heli, dicens: Vocasti me? Et ait Heli: Non vocaui te, reuertere & dormi. Et factum est secundo similiter. Nondum enim Samuel habebat cōsuetudinem audiendi dominum. Cumq́ꝫ vocasset eum dominus tertio, iterum abijt ad Heli, qui intellexit ꝙ vocasset eum dominus, & ait: Si deinceps vocauerit te, dices: Loquere domine, quia audit seruus tuus. Cumq́ꝫ vocasset eum rursus dominus, ait: Loquere domine. & indicauit eadem, quæ prius per angelum annunciata fuerunt Heli. Videtur Iosephus velle, dominum ideo tertio vocasse Samuelem, vt præfiguraret tres ipsius dignitates futuras. Fuit enim propheta, factus est & iudex, obtulit etiam quasi sacerdos. Mane adiurauit Heli Samuelem, vt indicaret ei vniuersum sermonem. Et ait: Dominus dixit, ecce ego faciam verbum in Israel, quod quicunq́ꝫ audierit, tinnient ambæ aures eius: Iudicaturus sum domum Heli propter iniquitatem, eo ꝙ nouerat indigne agere filios suos, & non corripuit eos. Et ille respondit: Dominus est: quod bonum est in oculis suis, faciat. Creuit autem Samuel, & cognouit vniuersus Israel, ꝙ fidelis domini propheta esset. & cōsuluit eum omnis populus. Et factum est, conuenerunt Philistijm in pugnam in Aphec. Israel quoq́ꝫ egressus est in prælium iuxta lapidem, adiutorij postea dictum. Victus est populus Israel, & ceciderunt de eo quasi quatuor millia virorum, & dixerūt seniores: Afferamus de Silo arcam domini. & tulerunt arcam, & iuerunt cum ea duo filij Heli. Nam & Phinees iam fungebatur officio patris sui, & acceperant mandatum ab Heli, ne forte redirēt ad eum sine arca. Timuerunt autem Philistijm, & acrius pugnauerunt. fugitq́ꝫ Israel, & cæsa sunt ex eo triginta millia peditum, & arca domini capta est, & duo filij Heli mortui sunt. Cucurrit autem puer Beniamita ex acie, & indicauit in Silo quod factum fuit. Heli autem sedebat contra viam quæ ducebat ad castra, auscultans. iam enim cæcus erat factus. qui audita strage populi & morte filiorum, *morte quieuit. Cum autē audisset arcam domini captam, cecidit retrorsum: & fractis ceruicibꝰ, expirauit. Nurus autem eius, vxor Phinees, prægnans erat, & præ dolore incuruauit se, & peperit filium septem mensiū, vt dicit Iosephus, & vocauit eum Ichabod, id est, inglorium, dicens: Translata est gloria domini de Israel. Porro Heli iudicauit Israel quadraginta annis. Septuaginta interpretes dicunt, viginti. & potest dici, ꝙ post Samsonem fluxerunt anni viginti sine iudice, q̄ aggregati sunt annis Heli. Anno vigesimo Heli sacerdotis, Syluius Posthumus, Aeneæ ex Lauinia filius, tertius Latinorum rex, post Ascaniū fratrem regnare

Annæ orō. | Samuel nascitur. | Samuel ꝓpheta. | Vocatur Samuel ter. | Cędes populi Israel. | Ichabod. | Syluiꝰ Posthumus.

re cœpit. Hic dicitur habuisse filium, Brutũ dictum, ex nepte Lauiniæ matris suæ susce ptum, quæ cũ puerũ pareret, interijt. de hoc supra nõnulla diximus. Latiora erũt hęc in posterioribus. Zeusippo vltimo Sicyoniorũ rege, nono & vigesimo principatus Heli anno, fine liberis mortuo, regni finis fuit, q̃d durauit p annos 959. sub regibus 26. teste Augustino XVIII. libro de Ciuitate Dei, capite vndeuigesimo. Regni Sicyonij finis.

GENERATIO XXXII.

ANno 4087. à mundi exordio, in Iesse filio Obeth, patre Dauid de tribu Iuda, sub Achitob filio Phinees summo sacerdote, per lineam Christi trigesimasecunda incepit generatio, durauit annis quadraginta. Hoc anno Samuel sanctissimus propheta domini, Hebræorum sacerdos, & iudex post Heli, populum rexit vsq; ad regem Saul. ipse enim regnum renouauit, & binos de gẽte sua in reges vnxit. Heli & Sauli quæ sibi futura mala essent prædixit. Scripsit etiam, vt Isidorus sexto etymologiarũ libro refert, Iudicum & Ruth libros, ac primum Regum edidit. Samuel & Saul pręfuerunt annis quadraginta. Achitob põtifex. Sub eo & post mortem Heli Philistæi arcam domini quã Israeli abstulerant, in Azoto statuerunt iuxta Dagon eorum, & diluculo inuenerunt Dagon prostratum in terra ante arcam quasi adorantem, & restituerunt. Rursum mane sequenti inuenerũt Dagon prostratum, caput vero & manus eius abscissæ iacuerũt super limen. propter hoc & hodie nullus ingrediens templum in Azoto, calcat super limẽ. & aggrauata est manus domini super Azotios, & percussit eos in secretiori parte natium, & computrescebant prominentes extales eorum: & mures egredientes de agris, corrodebant extales eorum, id est, intestina. Qui, satrapis vocatis, consuluerũt: Quid faciemus de arca? Qui dixerunt: Circunducatur. sed ex hoc nihil remittebatur de plaga, & fecerunt sibi sedes pelliceas. Arca adoraſ à Dagõ. Azotij puniuntur. Conuenientes autem principes quinq; vrbiũ, tractabant quid faciendum esset, dubitantes num esset propter arcam. Dixerunt autẽ sacerdotes & diuini: Remittite arcam, sed non vacuam. reponite in capsellam iuxta arcam quinq; anos aureos, & quinq; mures aureos, pro numero ciuitatum quæ percussæ sunt. Iosephus dicit quinq; simulacra hominum aurea. & ponetis arcam super plaustrum nouum, & coniungetis duas vaccas fœtas, quibus non est impositum iugum, & vitulos earum recludetis domi: & si recto itinere adscendant contra Bethsamitas populum Iudaicum, dominus eorum nobis id grande malum fecit, sęuaq; nos ista peste puniuit: verum si id non acciderit, casu alio affectos nos iudicemus. Huic consilio obedientes Azotij, arcam domini vaccarũ fœtarum iugo imponunt, easq; educunt. Ibant autem vaccæ mugientes in directum, non declinantes nec ad dextram neq; ad sinistrã, per viam quæ ducit Bethsames: & hæc est vna sacerdotalium ciuitatum in tribu Beniamin. Restituiſ arca Hebręis. Porro Bethsamitæ metebãt triticum, & venit plaustrum in agrum Iosue, & stetit ibi, & posuerunt arcam super lapidem grandem, & capsellam quæ erat iuxta eam, & conciderunt Leuitæ ligna plaustri, & vaccas posuerunt super ea in holocaustũ domino. Tunc percussi sunt de Bethsamitis LXX. viri, & quinquaginta millia plebis, eo q̃ vidissent arcam nudam, cum non essent sacerdotes. Sed quærit Magister, cur non sunt mortui Philistæi, apud quos mansit scilicet in Azoto, & postea in Ascalone per septem annos, potest dici q̃ non peccauerũt videndo, quibus non erat prohibitum videre. Timentes autem Bethsamitæ qui erant de terra Iuda, miserunt ad viros Cariathiarim, vt reducerent ad se arcam. qui abduxerunt eam, & collocauerunt in domum Aminadab Leuitæ iustissimi, qui eius curã gessit per XX. annos. Postea Samuel transtulit eam in Maspha. inde in Galgalã per eundem Samuelem & Saulem regem, postmodum à Dauid in domum Naboth, inde in Sion, vltimoq; à Salomone in templum. deniq; incenso templo à Chaldæis, Hieremias propheta abscondit eam. fertur postea Romam perducta. Hanc arcam Moyses in deserto fieri primum fecit. Translatio arcæ. Samuel videns populi fidutiam in domino, ait: Adscendamus in Maspha, vt orem pro vobis. & in Maspha effudit aquam corã domino, in qua maledicta cõgesta erant, quam si idololatra bibebat, labia eius adhærebant inseparabiliter. & docuit eos ibidem Samuel iudicia Dei. quidam asserunt idolum puluerissatum dedisse in aqua. Audierunt autem Philistijm congregatum Israel esse inermem in Maspha, armatiq; adscẽderunt aduersus eos. Tunc Israel dixit ad Samuel: Clama pro nobis ad dominum. & obtulit Samuel lactentem agnum in holocaustum. & dum clamaret ad dominum, initum est prælium, & intonuit dominus fragore magno, & Philistæi in fugã versi, cęsi sunt à filijs Israel vsq; ad terminos terræ suæ. tulitq; Samuel lapidem, & posuit eum in terminis, & vocauit nomen loci illi⁹, Lapis adiutorij. nec intrabãt vltra Philistijm in Israel, donec viueret Samuel. Iudicauit itaq; populum in Bethel & Galgala & Masphat, circumiens per singulos annos, & reuertebatur in Ramatha: & adscẽdebat in eas Samuel vicissim Hebręorũ victoria.

in tribus solennitatibus,& iudicabat populum. aliis diebus adscẽdebat ad eum populus in Ramatha ad iudicandum. Cum aũt senuisset Samuel,posuit filios suos Iohel & Abiam:in Bethel alterũ,in Bersabee reliquũ,vt ibi sedentes,iudicarent populum.Qui declinauerunt post auaritiam,& peruerterunt iudiciũ. quod non ferens populus, dixit ad Samuelem: Da nobis regẽ,vt iudicet nos, sicut cæteræ gentes habent. q̃d grauiter tulit Samuel,propter insitam sibi iustitiam, & odium regij dominatus. Cũq; cõsuluisset dñm,ait ei dñs: Audi vocem populi, nec te tãtum abiecerunt, sed me,ne regnem super eos. Veruntamẽ dic eis ius regis. Et ait Samuel ad populum: Hoc erit ius regis, Filios vestros faciet sibi seruos suos,equites & præcursores,agricolas & fabros armorum:filias vestras faciet vnguentarias,panificas, focarias & molarias: seruos vestros & ancillas & iumenta ponet in opere suo,optimaq́; vestra dabit seruis suis,& vos eritis ei serui. Et ait populus:Non audiemus te,sed erit rex nobis,& pugnabit ante nos. Et ait Samuel:Ite ad ꝓpria,opportune vos vocabo.

Petit rex à Samuele.



Et erat vir de Bẽiamin,noĩe Cis,de stirpe Iemini, cuius erat filius Saul. non erat vir melior illo in Israel. Cumq́; periissent asinæ, Cis dixit ad filium: Tolle puerum vnum, & quære asinas. & quum pertransiissent per montem Ephraim terram Salisæ & Beniamin,& non inuenissent,venerunt in terram Suph,qui fuit proauus Samuelis,& ait Saul ad puerum: Reuertamur, ne pater meus solicitus sit pro nobis.Cui puer:In hac ciuitate est vir Dei q absq; ambiguitate loqtur.interrogemus eum.Et ait Saul:Quid feremus ad eum? Errabat, ait Iosephus, putãs prophetam accipere munera.Cui puer:Habeo in manu mea quartam partem stateris argenti. & adscẽderunt in Ramatha, & dixerunt puellis egredientibus ad aquas: Nũquid est hic videns? Quæ responderunt:Est hic hodie sacrificaturus in excelso. Cumq́; ambularẽt in vrbis medio,apparuit ei Samuel,cui pridie dixit domin⁹:Cras hac hora mittam ad te virũ de Beniamin,quem inunges super populũ meũ.Cumq́; Samuel adspexisset Saul,dixit ei dominus:Ecce vir.& ait ad Saul:Ego sum videns.adscende vt comedas mecum.cras dimittã te,& q̃ quæris,indicabo tibi.de asinis non sis solicitus,quia inuentæ sunt.Adscenderunt in excelsum,cumq́; recũberent in triclinio,dedit ei Samuel locũ in capite XXX.virorũ qui fuerant inuitati,& posuit ante eum armũ quasi partẽ regalẽ, quem de industria seruauerat ei.Cumq́; mane surrexissent & egressi essent ciuitatẽ, dixit Samuel:Antecedat puer,& tu subsiste, vt indicẽ tibi verbũ dñi. Tulit autem lenticulam olei,& effudit super caput eius,& osculatus est eum,& ait: Vnxit te in principem Deus super hæreditatẽ suã:& hoc tibi signũ,cum recesseris à me,inuenies duos viros iuxta sepulchrum Rachel,qui dicent ꝙ inuentæ sint asinæ. cumq́; veneris ad quercũ Thabor,inuenient te tres viri: vnus portans tres hœdos,alius tres tortas panis, & alius lagenã vini, & accipies de manu eorum duos panes: post hæc venies ad locum,qui dicitur statio Philistinorum,& habebis obuium cuneum prophetarum,descendentium de colle domini,psallentiũ instrumentis & prophetantiũ,& insiliet in te spũs dñi, & prophetabis cum eis.

Vngit Saul

Veritatis indicia.



Et nota ꝙ Samuel primo instituit cõuentus religiosorũ, iugiter psallentiũ dño, & dicebat cõuentus eorũ,Cuneus,& ꝓphetabant,id est,iugiter Deũ laudabãt,& forte aliq vere ꝓphetabant. Et addidit Samuel:Cũ videris hoc signũ,scias ꝙ dñs tecũ est. descẽdas ante me in Galgala,& ego adscendã ad te,vt offeras oblationẽ 7. diebus. in cõsecratione enĩ regis & sacerdotis tot dies erãt.& addidit:Expecta hic donec veniã ad te, & ostendã tibi q̃d facias. Cũq; venisset Saul ad cuneũ prophetarũ, ꝓphetauit cum eis. & admirãtes q nouerant eũ,dixerũt:Nunquid est Saul inter ꝓphetas & Cis pater? quasi dicerent,cum non sit de genere prophetarum.Exinde versum est in prouerbiũ,Num & Saul inter prophetas? Et intrauit ad Ner patruum suum,qui cum quæsiuisset ab eo

Cune⁹ prophetarum.

Saul inter ꝓphetas.

de

de verbis Samuelis, de verbo regni tacuit, & cætera indicauit. Vocauit aũt Samuel populum in Maspha, & ait: State coram domino, & faciemus sortes per tribus & familias & capita. & inuenit sors tribum Beniamin, & descendit vsq; ad Saul filium Cis. Sciens aũt Saul ꝙ quæreretur, latuit quasi nolẽs suscipere principatũ. quem inuentũ, statuerunt in medio populi, & fuit altior vniuersis ab humero & sursum. Et ait Samuel, Ecce quem elegit dñs, non est ei similis in omni populo. & clamauit omnis populus, Viuat rex. Et scripsit Samuel legem regni & legit, vniuersa audiẽte rege & populo, & reposuit libellũ in tabernaculo q̊d erat adhuc in Maspha cum altari, & redierũt ad propria. Saul abiit in domũ suã, nõnullis comitatus in Gabaa. quidã vero despexerunt eum, q̊d ipse dissimulabat. Factum est aũt, quasi post mensem Naas Ammonites obsedit Iabes Galaad. cũq; petissent obsessi fœdus, ait: In hoc feriam vobiscũ pactum, id est, fœdus, vt eruam oĩbus vobis oculos dextros. eis em̃ quos bello capiebat, eruit oculos. Et respondent ei: Concede nobis septem dies, & mittemus in omnes terminos Israel, & si non fuerit nobis defensor, egrediemur ad te. Venerunt autem nuncij in Gabaa Saulis, & cũ nũciassent hoc, fleuit populus, & Saul veniebat de agro sequẽs boues, & promisit Iabitis tertia die auxilium, & iussit aliquos eorum pro ducatu itineris sustinere, & diuinitus inspiratus, concidit bouem vtrunq; in frusta, & comminatus est in omnes terminos Israel, dicẽs: Qui nõ exiuerit post Saulem & Samuelem, sic fiet bobus eius. & egressi sunt oẽs quasi vir vnus trecenta millia virorum. & cõstituit Saul populũ in tres partes, & ingressus est castra in vigilia matutina, & percussit Ammon plaga grãdi, & ait populus ad Samuelẽ: Quis est qui dixit, nõ regnabit Saul sup nos: date eum vt interficiatur. Et ait Saul: Non interficietur quisq̃ hodie, quia fecit dominus salutem in Israel. & ait Samuel: Eamus in Galgala, & innouemus ibi regnũ, & vnxerunt Saul secundo in Galgala. Et ait Samuel ad populũ: Ecce rex graditur ante vos, me abiecistis & dñm. & hoc vobis signũ, ꝙ dedit dominus vobis regẽ in ira, ecce messis triticea est hodie, inuocabo dñm, & dabit tonitrua grãdinesq;. factũ est statim contra naturã terræ illius. Et populus timens, ait: Ora pro seruis tuis. addidimus em̃ malũ vt peteremus nobis regẽ. & Samuel, peccastis, nolite deinceps recedere à dño, & viuetis, alioquin peribitis vos & rex vester. Saul Iudæorum rex de tribu Beniamin, xij. sacerdotij Samuel anno, in regẽ electus fuit. hic à principio vir bonus erat, deoq; dilectus, qui imperio suscepto, duobus primis annis populum optime rexit. at post duos annos, magnanimitatis quæ regibus pro dignitatis cumulo maxime conuenit, expers factus, dei mãdata contemnens, ex rege tyrãnus & subditoꝶ oppressor euasit. Elegit sibi tria millia in Israel. & erãt duo millia cum eo in Machmas & in Bethel. Mille aũt cum Ionatha filio delecta in Gabaa Beniamin, vbi percussit Ionathas stationem Philistinorum locũ munitum, in quo posuerũt custodes tanq̃ dominãtes in Israel. Et tunc erexit se Israel aduersus Philistijm. quo audito, Philistæi cõgregati sunt ad pugnãdũ contra Israel triginta millia curruũ, & sex millia equitum, & vulgus innumerabile. Et adscendens Saul in Galgala, conuocauit populũ, & Samuelem ad consulendũ dominum. at cum expectaret Samuelem septem diebus iuxta condictum, dilapsus est ab eo populus, & timens, abscondit se in speluncis & antris. Quidã præ timore credunt descendisse in castra Philistijm ad obsequendũ eis. Cumq; vidisset Saul moram sibi esse dãnosam, septimo die obtulit holocausta & pacifica. cumq; complesset, ecce Samuel veniebat, & arguens Saulẽ, ait: Quid fecisti: respondit Saul: Populus subterfugiebat, & tu non veneras iuxta placitos dies, timui ne hostes adscenderent ad nos prius q̃ placarem faciem dñi, & necessitate compulsus, obtuli domino. Videtur Saul peccasse, ꝙ sine Samuele obtulit holocaustũ domino ad consulendũ, vnde quidã dicunt septẽ dies, quos dixerat Samuel non esse expectationis, sed oblationũ in consecratione regũ, & dicunt, nunq̃ sine eo esse offerendum ad consulendũ dñm, vel dici potest, Samuelẽ sic mãdasse, vt cum vellet Saul immolare ad consulendũ dñm, citaret ipsum, vt ostenderet ei quæ facturus esset, & post citationẽ, si morã faceret, expectaret eum septẽ diebus. Saul vero diem citationis annumerauit in his septem, & non expectauit eum nisi sex diebus. Et addidit Samuel: Nequaq̃ regnũ tuum vltra consurget, sed quæsiuit dñs sibi virum iuxta cor suum, vt regat populũ eius. Abijt Samuel in Gabaa Beniamin, & egressus est Saul cum populo obuiam Philistæis, nec erant cum eo nisi sexcenti viri, & Ionathas filius eius. Porro faber ferrarius non erat in Israel, cauerant em̃ Philistæi, ne facerent Hebræi gladium aut lanceam, & descẽdebat Israel ad Philistijm, vt exacuerent acies omnium ferramentorũ vsq; ad stimulum. Cumq; venissent dies prælij, non est inuentus ensis vel lancea in manu totius populi, excepto ense Saul & Ionathæ, & fecit arcã dñi afferri in castra, & Achias filius Achitob fratris Caboth, portabat Ephod.

Obsidetur Iabes Galaad.

Victoria Saulis.

Saul vnà cũ Samuele p̃fuerunt 40. annis.

Ionathæ victoria.

Oblatio Saulis.

Armorum defectus.

Accidit aũt vt quadã die exiret Ionathas cum armigero suo, vt expoliaret stationem Philistinorũ, patre suo ignorãte, & transire voluit per vallem præruptã scopulis prominentibus in modũ dentium. Et ait Ionathas ad puerũ: Cum apparuerimus eis, & dixerint, manete, stemus: quod si dixerint, adscendite ad nos, adscendamus, quia tradidit eos dñs in manus nostras. Cumq; dixissent Philistæi, adscẽdite, adscendens Ionathas, reptans manibus & pedibus, & armiger eius post eũ, exterruit eos dñs ante Ionathã, & percussit Ionathas cum puero ex eis viginti viros in media parte iugeri, & cõturbata sunt castra, & diffugiebãt mutuo se perimentes, & indicauerũt speculatores fugam hostiũ Saul. Quæsiuit, & inuenit Ionathã abesse, & ait ad Achiã: Applica arcã dñi. consulto dño, exclamauit Saul, & cũ populo cœpit persequi fugientes. Sed & Hebræi qui transierunt ad castra Philistijm, reuersi sunt cũ Saul, euntes in præliũ, & erãt iam quasi decem millia. vidensq; Saul morã damnosam, si comederet populus, adiurauit eũ, dicens: Maledictus q comederit panem vsq; ad vesperã, donec vlciscar de inimicis meis. Cumq; transisset populus per saltũ apparuit mel fluens, & nullus comedit ex eo. Ionathas vero qui non audierat maledictũ patris, tinxit virgã in fauo, & cum gustasset, illuminati sunt oculi eius. Cumq; indicasset ei qdam maledictũ patris sub pœna mortis, cessauit. in vespera vero populus fessus nimis & famelicus pecora mactauit, & comedit cũ sanguine, id est, coxit anteq̃ sanguis bene desudasset vel dilueret. Et ait Saul populo: Peccastis, & mãdauit vt in cõspectu eius pecudes laniarent. Tunc primũ ædificauit Saul altare dño. Cũq; nocte irruere vellet sup hostes, ait sacerdoti: Consulamus dominũ, sed cõsulenti nõ rñdit dñs. Et ait Saul: Taciturnitas, est latẽtis peccati causa. per viuentem dñm, etiã si Ionathas sit, morietur. & statuit populũ in parte vna, & se & Ionatham in parte altera, & cecidit sors super Ionathã. Et ait Saul: Quid fecisti? Cui Ionathas: Nil mihi conscius sum, nisi quod heri nescius mel comedi post maledictum. Et ait Saul: Morieris Ionatha, quia nisi hoc fecero, hæc addat mihi dñs. Et ait popnlus: Ergo ne Ionathas morietur, qui fecit salutẽ in Israel? Viuit dñs si ceciderit capillus de capite eius in terrã, & eripuerũt Ionathan de manu Saul. Saul vero cõfirmatus in regno, quocũq; se verterat, superabat hostes Israel, & percussit Amalech. fuerũt autẽ filij illi Ionathas & Iesui & Melchisua. quartus tacet Isboseth, tanq̃ puer & nondũ militans. filiæ vero ei⁹ Merob & Michol, & vxor eius Achinoe, & princeps militiæ Abner filius Ner, nam Cis & Ner frẽs fuerunt. Samuel ait ad Saul: Hæc dicit dñs, demolire Amalech & vniuersa eius, quia restitit Israeli cũ adscenderet de Aegypto. & recensuit Saul ducenta peditum & decem millia virorũ Iuda. Cumq; inuaderet Saul Amalech, dixit Cinæo: Recede ab Amalech, ne inuoluã te cum eo, quia tu fecisti misericordiam cum Israel. Tunc percussit Saul Amalech in ore gladij, & pepercit Agag regi Amalech & optimis armentorũ. Et ait dñs ad Samuel: Pœnitet me quod fecerim Saul regem. & orauit Samuel pro eo tota nocte. Cumq; intellexisset quod Saul erexisset sibi fornicẽ triumphalem in Carmelo, iuxta superbiã gentiũ qui faciebant sibi arcum de myrtis, palmis & oliuis, descendit ad eum in Galgala, & occurrit ei Saul. Cumq; culpasset eũ quod quippiam reseruasset de Amalech, in excusationem sui dicebat, populum reseruasse optima ad offerendum domino in gratiarũ actionem. Cui Samuel: Melior est obedientia q̃ victima. Et ait Saul: Peccaui, sed hac vice porta peccatum meum. Cui Samuel: Proiecit te dominus ne sis rex super Israel. Cumq; vellet abire Samuel, appræhendit eum Saul per summitatẽ pallij eius, vnde scinditur. Et ait Samuel: Sic scidit dñs regnum à te hodie, id est, à tua posteritate. Cumq; simul adorassent dñm, præcepit Samuel adduci ad se regem Agag. & oblatus est ei pinguis & tremens, qui Samueli inquit: Siccine separat amara mors? tum concidit illũ Samuel in frusta, redijtq; in Ramatha. Samuel autẽ lugebat Saul, & ait dominus: Vsquequo tu luges Saul, cum ego proiecerim eum? impie cornu olei, & vade ad domũ Isai, & inungas regem vnum de filijs eius, & quia times Saul, fer vitulum quasi ad immolandum. Cumq; venisset in Bethleem, dixerunt seniores ad eum: Pacificus ne est ingressus tuus? Timebant eñi ne propter aliquã correctionẽ misisset eũ rex, vel forte quod offensus regi fugisset, & non auderent eum recipere. Qui cum dixisset se venisse ad immolãdum, sanctificauit Isai & filios eius, & statim eos statuit coram altari, & videns Heliab primogenitum procerum, æstimauit eum regem futurũ, & ait dñs ad eum: Ego non corporis pulchritudinẽ apicẽ facio regalem, sed animi virtutẽ. in eundẽ modũ actũ est de alijs. statuerat eñi Isai septẽ filios coram Samuele, & Nathan adoptiuũ filiũ Sammaa filij sui. Et ait Samuel ad Isai: Nunqd cõpleti sunt filij? Qui rñdit: Adhuc reliquus est paruulus, & pascit oues. & iubẽte Samuele, adductus est Dauid rufus, id est, rubicundus & pulcher, & inunctus est in medio fratrum, & directus est spũs dñi in Dauid. Et recessit spiritus dñi à Saul. Exagitabat enim eum

Ionathæ victoria.

Palestinorũ cædes.

Saulis nati.

Rex Amalech capit.

Statua Saulis.

Agag interitus.

Vngit Dauid rex.

eum spiritus nequam missus à domino. Tunc dixerunt ad Saul serui eius: Spiritus malus exagitat te, adhibe psalten peritũ in cithara, & leuius feres. Tradunt physici, q harmonia lætum reddat lætiorem, tristem tristiorem. tradunt mathematici, q multi dæmones harmoniã ferre non possint. Et indicatum est regi, q Dauid sciret psallere, & vir esset bellicosus. Cumq; misisset rex ad Isai pro filio eius, tulit asinum plenum panibus Isai, & vinum & hœdum, & misit ea regi per manũ Dauid. Igitur cum spiritus arripiebat Saul, Dauid psallebat in cithara, & leuius erat ei, & quandoq; recedebat ab eo spiritus: & cum aliquãdiu quienisset, remissus est Dauid ad patrem. Factum est autem vt congregarentur Philistijm aduersus Israel. Porro Saul & Israel castrametati sunt in valle Terebinthi, & egressus est vir spurius de castris Philistæorum Goliath Gethæus, de semine gigantæo, altitudinis sex cubitorum & palmi. hic exprobrabat Israel quod serui essent Philistæorum, & proponebat eis monomachiam, id est, singulare certamen, vt quorum vinceretur athleta, serui essent aliorum. Hebræi autem stupebãt multum. sic dicebat Goliath xl. diebus. erãt autem tres maiores fratres Dauid in prælio, & iussit Isai Dauid, vt ad fratres ferret ephi polentæ & decem panes, & tribuno sub quo militabãt, decem formellas casei, & præcepit ei vt secum afferret pignora fœminis, id est, libellos repudij. Mos erat euntibus ad bellum, vt libellum repudij darẽt vxoribus, vt si caperentur, nec redirent vsq; ad tres annos, liceret vxoribus nubere. Cumq; Dauid venisset ad locum certaminis, egrediebãtur enim singulis diebus aliqui prælĩãtes, ecce adscendebat Goliath, exprobrans vt ante, & fugerunt Israelitæ. Audiuit autem Dauid q qui percuteret Goliath, ditaret eum rex, & daturus esset filiam suam. Dumq; audiret eum Heliab frater eius talia sciscitantem, increpabat eum. & respondit Dauid, Quid feci? Nunciata sunt autem verba Dauid ad Saul, & vocatus, ait ad regem: Ego seruus tuus pugnabo aduersus Philistæum. Cumq; prohiberet eum Saul quia puer esset, addidit: Ego seruus tuus interfeci leonem & vrsum cum inuasissent gregem. Erit igitur hic incircuncisus, quasi vnus ex eis. Tunc induit eum Saul armis suis, & mox Dauid ea deposuit, quia non habebat consuetudinem armorum, sed tulit in manu baculum pastoralem, & elegit de torrente quinq; lapides lympidissimos, & misit eos in peram pastoralem, & fundam manu tulit, processitq; aduersus Philistæum. Qui contempsit, & ait: Nunquid canis sum, quia venis ad me cum baculo? Cui Dauid: Tu venis ad me cum armis, ego autẽ venio ad te in nomine domini, vt sciat hodie vniuersa ecclesia, quia non in gladio saluat dominus. Cumq; iecisset lapidem funda, percussit eum in fronte: secundo quoq; & tertio lapide percussit eum in eodem loco, & tertio ictu deiecit eum, & currens, eduxit gladium eius, & præcidit caput eius. Res acta sic, veritate sacrarũ literarum probatur: quare nonnulla Iudæorum commenta fabulosa hic omittere statui. Fugerunt itaq; Philistijm, & Israel persecutus est eos vsq; ad portas Accaron. Tulit autem Dauid caput & gladium, & posuit in tabernaculo suo. tulitq; dein in Hierusalem, reponendum in tabernaculum domini victoriæ indicium, vnde Achimelech posthac gladium accepit. Cum redisset Dauid, ait Saul Abner: De qua stirpe est hic adolescens? nec cognouit eum Saul, quia aliquãdiu absens fuerat, & alteratus per exagitationem mali spiritus. Et respondit Abner: Non noui. Cumq; quæsiuisset Saul à Dauid, quis esset, ait: filius sum serui tui Isai. Et tunc anima Ionathæ conglutinata est Dauid, & inierunt fœdus, & dedit Ionathas Dauid vestimenta sua vsq; ad arcum, gladium & balteum. Factum est autem cum redirent triumphantes de prælio, & Dauid disponeret ferre caput Goliæ in Hierusalem, quod secundum Iosephum secum habebat, sed hastam iam dicauerat deo, egrediebãtur mulieres ex vrbibus & cum instrumentis musicis præcinebant, dicentes, Saul percussit mille: & respondebãt virgines. & Dauid decem millia. Audiens Saul, dolens ait: Quid illi superest nisi solũ regni? & timuit ne à domo sua transferretur regnum, inuidebatq; Dauid, nec iam rectis oculis inspiciebat. post dies paucos inuasit spiritus malus Saul, & quasi prophetabat, & missa lancea, Dauid psallentem putabat configere parieti. Dauid autem declinauit ab eo, secundo. Primo enim recesserat, bello imminente, & postea statuit eum Saul Chiliarchum, timuit enim eum, eo quod dominus esset cum eo. Vnde amouit



Dauid proficiscitur ad Saulem.

Goliath temeritas.

Repudiatæ bellatorum vxores.

Arma Dauidis.

Occiditur Goliah.

Insidiæ regis aduersus Dauid.

eum à se,& fecit chiliarchũ.i. ductorẽ mille viroꝝ,qui oia prudenter agebat,omnisq́ Israel diligebat eũ.Dixitq́ Saul ad Dauid:filiã meã Merob dabo tibi,esto vir fortis,cogitans,non sit manus mea in eũ,sed Philistæoꝝ. verum Merob alteri data est.Dilexit aũt Dauid Michol filiã Saul alterã,& placuit Saul.Nunciauit per seruos suos,ecce rex dabit tibi Michol.dixit Dauid,Pauper ego sum,quõ ero gener regis? Renũciatum est Saul,qui ait,quia Goliã interfecit,nec aliud peto ab eo nisi centũ præputia Philistinorum,vt fiat vltio de inimicis regis.Porro Saul cogitauit eũ dare in manus Philistinorum.abijt Dauid cũ viris quoꝝ erat tribunus in Accaron,& percussit de Philistijm ducentos viros,afferẽs præputia.dedit igitur Saul Michol filiã suã Dauid,licet inuitus,secundũ Iosephũ.Cumq́ videret Saul eũ apud dñm & homines approbari,& ꝙ celebre factum esset nomen eius,tractare cœpit de morte ipsius,dixitq́ Ionathæ & seruis suis, vt occiderent Dauid. Porro Ionathas dilexit Dauid, & indicauit ei vt absconderet se, donec loqueretur patri.In crastinum ait Ionathas ad patrem:Cur peccas in sanguine innoxio,q fecit salutẽ in Israel,& opa eius tibi valde necessaria sunt, in cuius morte filia tua vidua vexabitur? Et placatus ẽ Saul ac iurauit,Viuit dñs qa nõ occidet,& introduxit Ionathas Dauid ad regẽ,& stetit coram eo sicut prius.Rursum inito certamine, percussit Dauid Philistæos plaga magna.inuidit Saul, & iteꝝ vexauit eũ malus spiritus,ita ꝙ Dauid psallentẽ cõfigere tentabat, & fugit Dauid in domũ suam. Misit autẽ Saul satellites nocte circa domũ,vt mane egredientẽ occiderẽt.quod cum persensisset Michol,deposuit eũ per fenestrã,& fugit.Michol aũt strauit lectulũ suũ in quo posuit statuã.Cumq́ Saul deprehẽdisset se illusum,dixit ad Michol:Cur dimisisti inimicum meum? Quæ respõdit:Timui,dixit enĩ mihi,dimitte me, alioquin interficiã te. Dauid autẽ venit ad Samuelẽ in Ramatha, & indicauit ei om̃ia,& abierunt ambo in Naioth, qui est collis in Ramatha,vbi erat cuneus prophetaꝝ. quod cũ accepisset Saul,misit lictores vt raperẽt Dauid.qui cũ vidissent prophetas & Samuel stantẽ super eos, factus est in illis spiritus dñi,& prophetabãtur. Misitq́ Saul secũdos & tertios nuncios, q & ipsi prophetati sunt,& iratus Saul,abijt post eos, & anteq̃ veniret in Naioth ingrediẽs & quasi amens factus est, & exutus veste regia,tota die & nocte canebat cum cæteris, Dauid & Samuele clam vidẽtibus.Fugit autẽ Dauid inde,& venit ad Ionathan,& conquerebatur ei. Cui Ionathas:Non morieris,nihil facit pater meus q̃d nõ indicet mihi. Cui Dauid:Pater tuus scit ꝙ diligis me, & occultabit tibi,fac ergo obsecro q̃d dicam, cras erunt kalẽdæ,& ego abscõdar in agro vsq; ad vesperã tertiæ diei.si requisierit me rex,qa cõsueui sedere iuxta eũ ad vescẽdum,dices ei,rogauit me Dauid vt iret in Bethleẽ,quia victimę solẽnes sunt ibi cõtribulibus eius.ꝙ si dixerit tibi rex bene,pax erit seruo tuo:si vero fuerit iratus,completa est in me malitia eius.Et ait Ionathas: Egrediamur in agrũ.cũq́ egressi essent,iurauit ei Ionathas,qcq̃d boni vel mali inueniret apud patrem, indicatuꝝ se ei.Et iurauerunt fœdus inter se & semẽ suũ,addiditq́ Ionathas rursum iurare.sequẽti die ait:Egredieris & sedebis latẽs iuxta lapidẽ Ezcel, & redibo ad te,faciamq́ tres sagittas iuxta puerũ,quasi exercẽs me ad signũ:si vero dixero puero q tollit eas,ecce sagittæ intra te sunt,pax tibi est,veni ad me.Quod si dixero,sagittæ vltra te sunt,vade,dñs sit inter me & te vsq; in sempiternũ.porro prima die solenitatis apparuit locus Dauid vacuus,& æstimabat Saul Dauid nõdum purificatũ.Altera die requisiuit rex,& excusauit eũ Ionathas.iratus Saul,dixit ad eũ:Scio quia in cõfusionem tuã diligis filium Isai,nõ stabilieris eo viuẽte tu neq; regnũ tuũ:adduc eum ad me quia filius mortis est.Et ait Ionathas:Quare morietur? & arripuit Saul lanceã vt percuteret eum,& declinauit Ionathas ab eo contristatus,neq; comedit in die illa.Egressus in agrum,fecit sicut cõuenerat, & cum dixisset puero,sagittæ sunt vltra te, remisit puerum in ciuitatem cum arcu & sagittis.Surgens Dauid de latibulo,adorauit tertio, fleuerúntq́ ambo. Et ait Ionathas: Quæcunq; iurauimus,stent in sempiternum inter nos & semen nostrum,vade in pace.& datis osculis,discesserunt. Fugit Dauid in Nobe ad Achimelech sacerdotem,qui miratus ꝙ gener regis solus venisset,ait Dauid:Secretus sermo regis vrgebat me,conduxi pueros in illum locum, ideo priuatus venio. Nunc si q̃d habes ad mãducãdum*.rñdit sacerdos,nõ habeo panes laicos ad manum, sed tãtum panem sanctum,panes scilicet propositiõis. si mundi sunt pueri,& maxime à mulieribus,manducẽt. Quasi diceret,necessitas nõ habet legem.Et ait Dauid:Continuimus nos ab heri & nudiustertius. porro in via aliquid immunditiæ contraximus. Et dedit ei panes propositionis, qui sublati fuerant vt ponerentur calidi. ex hoc perpenditur ꝙ sabbatum erat. Cumq́ quæsiuisset Dauid si haberet arma, dedit ei gladiũ Goliæ.erat enim tunc ibi arca cum aliquo suo tabernaculo. Et cõsiderauit hæc om̃ia Doech Idumæus pastor Saulis, qui venerat ad orandum voto obligatus. Fugit Da-

Reconciliat Dauid regi.

Fugit Dauid cum Samuele.

Fugit rursus Dauid.

uid inde ad Achis regem Geth,& indicauerunt regi, ꝙ quasi rex erat in Israel: immo cum vidissent serui regis Dauidē, dicunt: Nūquid non est iste Dauid rex terræ? nonne cantabāt, Saul percussit mille,& decē millia Dauid? Expauit Dauid,& mutauit os suū corā Achis,& collabebatur inter manus eoꝝ, defluebātq́ȝ saliuæ eius in barbam, ac sic simulauit furorem. Et ait Achis ad seruos: Homo insanus est, quare adduxistis eum ad me? An desunt nobis furiosi? dimittite eum, ne ingrediatur domū.& dimissus est. Abijt ergo Dauid,& fugit in speluncā Odollā,& venit illuc oīs domus patris sui ad eum. similiter fugerunt ad eū omes qui erant in angustia constituti,& oppressi ære alieno, aut amaro animo,& factus est princeps eoꝝ. Fuerūt cum eo q̄si q̄dringēti armati, pro fectusq́ȝ est cū eis in Maspha quæ est in Moab,& posuit apud regē Moab patrē & matrem suā,& manserunt ibi q̄diu Dauid fuit in p̄sidio. Dixit Gad ꝓpheta: Noli manere in p̄sidio, proficiscere & vade in terram Iuda. Profectus illo, venit in saltum Areth. Et audiuit Saul ꝙ apparuisset Dauid cum esset in nemore, quod est in Ramatha. tenēsq́ȝ hastā, ait ad seruos suos: Nunq̄d ditabit vos Dauid? nō est ex vobis q̄ doleat vicē meam? & ait Doech Idumæus: Vidi eum in Nobe apud Achimelech filium Achitob, qui consuluit pro eo dn̄m, dedit ei cibaria & gladium Goliæ. Iratus rex vocauit Achimelech & omes sacerdotes in Nobe, aitq́ȝ ad illum: Cur cōiurasti aduersum me cum filio Isai? dedisti eī panem & gladium. Qui respondit: Absit, nesciui ꝙ à te fugisset. Et ait rex emissarijs: Irruite in sacerdotes. Qui noluerunt manus extendere in christos dn̄i. Tū ait rex ad Doech: Irrue ī eos.& trucidauit illa die LXXXV. viros vestitos ephod lineo. forte enim erāt induti, vt mouerent per habitum religionis cor regis. Percussit quoq; Saul Nobe viculum sacerdotū,& mulieres & viros ac iumenta, secundū q̄d Deus Heli sacerdoti p̄dixerat, prolem eius radicitus euellendā. Solus Abiathar sacerdos filius Achimelech euasit,& fugit ad Dauid, ferens ephod secū q̄d fecit Moyses,& nunciauit ei interitum suorum. Mortuo Achimelech, Abiathar qui euasit, successit,& ait Dauid: Ego sum reus omniū animaꝝ patris tui. mane mecum. qui quæsierit animam tuam, quæret & meā. Et nunciatum est Dauid, ꝙ Philistæi oppugnarent Ceilam. cōsulto dn̄o, iuit saluare eos. Cumq́ȝ timerent viri eius ire cum eo, secundo consuluit dominum,& abijt,& percussit Philistæos plaga magna,& intrauit Ceilam. quod cū audisset Saul, conclusit eum in vrbe.& congregato exercitu, obsedit Dauid. Timensq́ȝ Dauid ne ciues eum traderent Sauli, cōsuluit dominū per Abiathar.& egressus Dauid & cum eo quasi viri sexcenti, vagabātur. q̄d cum accepisset Saul, dissimulauit. Transiuit autē Dauid in montē solitudinis Ziph,& venit Ionathas ad eū, ac cōfortauit eum, dicens: Tu regnabis in Israel,& ego ero tibi secundus. sed & pater meus scit hoc.& innouauerunt iusiurandū corā domino, corā Gad & Abiathar. Venerūt Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes: Dauid latet apud nos in colle Achilę. veni,& trademus eum in manus tuas. Et ait: Considerate curiosius vbi sit,& renunciate. Dauid autem & viri eius erāt in deserto Maon. Cumq́ȝ egressus esset Saul ad quærendum eum, adscendit Dauid ad petram, vbi quæ sibi erant oneri, reposuit.& versabatur Dauid in deserto Maon. Porro viri Saul in modū coronæ cingebant montē. Cumq́ȝ desperaret Dauid, venit nuncius ad Saul. Redi, ait, festinus, quoniā Philistęi effuderunt se super terrā.& desiit Saul persequi Dauid, pergens in occursum Philistinoꝝ. Adscēdit autem Dauid inde,& habitauit in locis tutissimis Engaddi. Assumens Saul tria millia electoꝝ virorum, sequebatur Dauid, etiā super abruptissimas petras, q̄ solis ibicibꝰ sunt peruiæ. Et intrauit Saul speluncam vt purgaret ventrē. Porro Dauid & viri eius in interiori latebant. Et dixerunt serui Dauid: Tradidit eum dominus in manus tuas.& præcidit Dauid oram chlamydis Saul silenter, qui abijt. cumq́ȝ murmurarent socij Dauid, ꝙ non irruit in Saul, ait Dauid: Viuit dominus, nisi dn̄s percusserit eum, aut moriatur, aut descēdens in præliū perierit, propicius sit mihi dn̄s, vt non mittam manum meam in christū dn̄i. Porro Saul ibat cœpto itinere.& egressus Dauid post eū, clamauit: Dn̄e mi rex. Cūq́ȝ respexisset Saul, adorauit Dauid in terrā. q̄ ait: Quare audis dn̄e mi rex verba hoīm loquentiū aduersum me mala? cognosce orā chlamydis tuæ in manu mea, quā cum pręciderā, peperci tibi. quē persequeris? canē mortuū & culicem viuum. his auditis, Saul fleuit & ait: Iustior es me, reddat tibi dn̄s. scio ꝙ regnaturus sis. iura mihi, ne deleas semen meum post me. Et iurauit Dauid Sauli. Abijt ergo Saul in domū suā. Dauid autē adscēdit tutiora loca in angustias Maspha. Eo tēpore mortuus est Samuel, 2. anno ante Saulem. Hic, vt Iesus filius Sirach in Ecclesiastico scribit, fuit dilectus dn̄i propheta, imperiū renouauit,& ab omi munere manū suā excussit, Sauli deniq; regi finē vitæ notū fecit. Hunc mortuū Israel tanq̄ propriū fleuere parentē. eius corpus in Ramatha sepultū fuit, cuius ossa (vt Hieronymus scribit) Arcadius Augustꝰ in Thraciā trāstulit.

Dauid fugit ad Achim.

Sacerdotū interitus.

Liberat Dauid Ceilam.

Saul solus apud Dauid reperitur.

Samuel moritur.

fe-

festum eius XIII. Kalen. celebratur Septēbris. Dauid autem descendit in desertū Pharan. Pharan oppidum est in Arabia. Erat aūt vir potens in solitudine, cui nomen Nabal. Cumq; audisset Dauid ꝙ adscendisset ad tondēdos greges, misit ad eum decē iuuenes, vt mitteret sibi aliquā benedictionem in die bona. Et ait Nabal: Nō mittam. qs est filius Isai? Hodie increuerunt serui fugitiui? Cumq; audisset Dauid ꝙ ei improperauerat, accinctus est gladio cum q̄dringentis viris, & ait: Hoc faciat dominus inimicis, si reliquero de om̄ibus quæ ad eum pertinēt vsq; ad mingentē ad parietem. Porro Abigail vxor Nabal, formosa & prudēs, hæc ignorabat, & indicauit ei custos ouium, quanta præsidia tulisset ei Dauid in deserto. Festinauit igitur Abigail in occursum Dauid, & tulit panē ac vinum & arietes coctos, sata polētæ & ligaturas vuæ passæ & massas carycarū. & adorans Dauid, ait: In me sit dn̄e mi hæc iniquitas. porro vir meus fecit stulte secundum nomen suū. Nabal enim, stultus interpretatur. Cōstituet te dn̄s ducem super Israel, ne fundas sanguinem innoxiū. nihil enim tibi nocuit, sed sua tibi non dedit, & erit anima tua custodita quasi in fasciculo viuentium. Et respōdit Dauid: Benedictus dn̄s, qui misit te hodie in occursum meū. vade in pace, honoraui faciem tuā, xenia de manu tua recipiendo. Cū ergo indicasset Abigail om̄ia hæc viro, emortuum est cor eius præ timore, & mortuus est post X. dies. Quo audito, ait Dauid: Benedictus Deus, q custodiuit manus meas à sanguine, & reddidit malitiā Nabal in caput eius. & vocauit Abigail, & duxit eā in vxorē. accepitq; Dauid tertiā vxorē Achinoen de *Iezrael. Iterum nunciauerunt Ziphæi ad Saul: Ecce latet Dauid in colle Achilæ. & abiit Saul cum tribus millibus electorū, & castrametatus est in Gabaa. Descendit Dauid nocte in castra Saul, ducens secū Abisai filium *Seruiæ sororis suæ. huius fuerunt tres filii, Ioab, Abisai & Asahel, nepotes Dauid. Cūq; clam intrassent tentoriū regis, dixit Abisai: Perfodiā Saul lancea. & prohibuit Dauid, dicens: Quis extēdet manū in christum dn̄i? sed tolle hastā quæ est ad caput eius fixa in terra, & vas aquæ, & eamus. Et egressi sunt nullo euigilante, quia sopor dn̄i irruerat sup eos. Cumq; transissent torrentem, & stetissent in vertice mōtis vnde possent audiri, exclamauit Dauid ad Abner, & ad oēm populū: Filii mortis vos estis, qa non custodistis dn̄m vestrū. Ingressus est quispiā vt interficeret regem. videte vbi hasta regis sit, & scyphus aquæ. & agnoscēs Saul negligentiam suorū & beneficium Dauid, exclamauit: Num vox tua est hæc mi fili Dauid? Qui respondit: Cur persequitur dn̄s seruū suum? quid feci? si dominus incitat te aduersum me, tu ipse occidas me. Et ait Saul ad Dauid: Peccaui, reuertere fili mi, non vltra male faciā tibi. Et ait Dauid: Iudicet dn̄s inter nos. ecce hasta regis, veniat q tollat eam. Et Saul eo benedicto, reuersus est in locū suum. & dixit Dauid in corde suo: Aliqn̄ incidā in manus Saul, melius est vt saluer inter Philistæos. Abiit igitur Dauid & sexcenti viri cum eo ad Achis filium Maoch regem Geth, & erant cū Dauid duæ eius vxores Achinoe & Abigail, & dixit Dauid ad Achis: Nolo onerosus esse regi, des mihi locum in q̄ habitem. & dedit ei Achis Sicelech, quæ exinde facta est regū Iuda, & habitauit in ea quatuor mensibus & viginti diebus, & agebat ꝑdas de viculis Philistinoꝝ, q non erāt sub potestate Achis. virum & mulierem non duxerunt captiuum, ne forte loquerent aduersus eum. Cumq; quæsisset Achis, quos spoliasset, aiebat: Habitantes ad austrū Iudæ & in cāpestribus. Eo tēpore congregati sunt Philistiim in prælium aduersus Israel, & ait Achis ad Dauid: Mecum egredieris in castra tu & viri tui, ego custodē te ponam capitis mei. Congregauit etiam Saul vniuersum Israel, & *inuenit in Gelboe. Timuit itaq; Saul, & cōsuluit dn̄m. qui non respondit ei, neq; per somnia, neq; ꝑ prophetas. Et ait Saul seruis suis: Quærite mihi mulierē habentem pythona. ipse em̄ occiderat ariolos, pythonicos & magos. vnā tradit Hieronymus reseruatā, matrem Abner, quæ latebat in Endor. mutauit itaq; Saul habitū, & venit ad mulierē nocte, & ait: Suscita mihi quem dixero tibi. Quæ respōdit: Nosti quanta fecerit Saul magis. quare insidiaris animæ meæ? Iurauit ei Saul, ꝙ propter hanc rem nil mali pateretur, & dixit vt suscitaret Samuelem. Videns autem mulier viꝝ sanctū, cōturbata ait: Quare imposuisti mihi? tu es Saul. Tunc confessus est & ait: Noli timere, quid vidisti? Quæ respōdit: Viꝝ senem & gloriosum, amictū pallio sacerdotali. & intelligēs Saul ꝙ Samuel esset, adorauit eum, dicēs: Coarctor à Philistęis, obsecro, dic mihi qd faciā. Qui redarguto eo, respondit: Tollet dominus regnum tuū, & dabit illud Dauid. cras tu & filii tui mecum eritis. (de hac re dicit quidam, spiritū malignū apparuisse, alii phantastice imaginem eius: qdam, ꝙ Deo ꝑmittente aīa ipsius apparuit) Hoc audiens Saul, prostratus in terrā, noluit comedere, nisi coactus, & rediit ad castra. Cōgregati sunt ergo Philistiim in Aphec. Satrapæ vero Phlistinorum videntes Dauid & suos esse secum, dixerunt ad Achis: Reuertantur Hebræi, ne forte, cum cœperimus præliari, fiant aduersarii. Tunc ait

Pstat Abigail Dauidi victualia.

Venit Dauid ī castra Saul.

Dauid habitat terram Achis.

Samuel suscitatur.

ait Achis ad Dauid, inuitus & dolẽs: Bonus es in conspectu meo, sed non places satrapis, surge de nocte, & cũ tuis abi. abijtq; Dauid cũ suis in Sicelech. Amalechitæ aũt interim impetũ fecerunt in Sicelech, & succẽderunt eã, & captiuas duxerũt mulieres & paruulos. Plãxit ergo Dauid & om̃is populus q erat cum eo, donec deficerent lachrymæ, volebantq; eum sui lapidare, quia dolebant de vxoribus ac liberis abductis. Duæ etiã vxores Dauid captæ fuere. Cõsulto igit domino p Abiathar, Dauid persecut⁹ est latrũculos, habẽs viros sexcẽtos. 200. lassi substiterũt ad torrentem Besor ad sarcinas. Transeũtes, inuenerũt ægyptiũ fame deficientẽ, quẽ reliqt dñs suus vir Amalechita, et cum ęgrotare eũ vidissent, dederunt ei cibũ, & reuersus est spũs eius. Et ait Dauid: Potes me ducere ad cuneum? Qui ait: Si iurabis mihi q me nõ occidas, nec dño meo tradas. Iurauit ei Dauid. & eo ducẽte, inuenit hostes epulantes, & pcussit eos à vespera in vesperã, & soli 400. adolescẽtes euaserũt camelis. Eruit ergo om̃ia Dauid quæ tulerãt. Porro cum venisset Dauid ad ducẽtos viros, q lassi ad sarcinas remanserant, salutauit eos pacifice: & licet aliqui suoꝝ comitum indignarẽtur, tamen Dauid statuit, q æqua pars esset descendẽtis ad p̄lium, & remanentis ad sarcinas, Hieronymus ait, non quia lassi remãserãt, quia lassis nihil debetur. Et factũ est ex hoc die, vt quasi *lege obseruet prædæ diuidendæ modus. & misit dona de præda senioribus Iuda, pximis suis ac amicis. Porro Philisthijm pugnabant aduersus Israel. Saul autem viriliter egit. fugerunt filij Israel, & ciciderunt in monte Gelboe, & percussi sunt tres filij Saul, Ionathas, Abinadab, Melchisua. Isboseth autem domi erat. Cũq; grauiter vulneratus esset Saul, dixit ad armigerũ suum: Percute me gladio, ne forte incircuncisi illudãt mihi. noluit armiger. & irruit Saul sup gladiũ suum, nec se poterat præ lassitudine interficere. vidẽs armiger, irruit & ipse sup gladiũ suum. hic fuit Doech Idumæus. timuit enim Dauid propter proditionẽ Achimelech. Vidẽtes reliq omnes, fugerunt. Altera die venerunt Philistæi, & expoliarunt Saul & filios suos armis, & p̄cisa capita eorum cum armis miserunt in terrã suam, & posuerunt arma Saul in templo Dagon, corpora Saul & filiorum suspenderunt in muro Bethsan. Viri autem de Iabes Galaad, quos liberauerat Saul ab Ammonitis, nocte accesserunt, & tulerunt cadauera de muro, combusserũt & sepelierunt ossa in nemore Iabes, & planxerũt eum ieiunantes septem diebus. Et regnauit Saul viuente Samuele, 18. annis: & eo mortuo, duobus: quos annos tamen scriptura non annotauit. Et sic finit hæc generatio. Cętera subsequentur in generatione Dauid ordine suo. In hac generatione dicunt Homerũ poetarum Græcoꝝ clarissimũ, sapientiæ patrem, floruisse: qui proprio nomine Melesigenes est dictus, vocatus autem Homerus, eo q cæcus esset. ὅμηρος em̃ lingua Aeolica cæcũ significat. Hic itaq; post peragratum orbem cum extrema paupertate tandem Arcadũ littus habitauit. Ibidem inter aspera scopulorum & montana sic cæcus existens, illa admirãda volumina Iliados & Odysseæ dictauit. Vixit autem annis centum & octo, vt plurimum cæcus. alij dicunt eũ longe posterius floruisse, vt testatur Apollodorus grãmaticus ac Euphorbius historicus. In hac generatione anno 37. Saul regnante, Codrus Atheniensium rex vltimus fuisse perhibetur, cuius memorabile factum supra scripsimus.



Amalechitas latrones Dauid perimit.

Saul & filij eius ĩ p̄lio cecidere.

Homerus.

Codrus.

GENERATIO XXXIIII.

ANno 4126. à mũdi exordio, secundũ Septuaginta interpretum sententiã, quam sequtur ecclesia cõmuniter, p lineã Christi descendentẽ in Dauid rege Hebræorum, trigesimatertia incepit generatio, durauit annis XL. Et cum eodem rege Dauid quarta ætas aduenit, quæ durauit vsq; ad transmigrationem Babylonis, per annos quadringentos octoginta quatuor, vel quinq;, secundum alios. Inchoatur autem hæc ætas in Dauid, non q primus rex in Israel fuerit, sed quia primus erat rex de tribu Iuda, quoniam sibi facta fuit expressa promissio de Christo nascituro ex tribu Iuda. durauit regnum per lineã Christi annis 484. ad mortem Sedechiæ. Hoc igitur anno Dauid prophetarum omnium princeps, Isai de tribu Iuda filius, Hebræis regnare cœpit, & regnauit annis XL. primo super tribum Iuda tãtum septem annis, reliquis 33. regnauit super omnem Israel, vir quidem ab infantia indolis bonę, decor⁹, animo fortis & corpore, quia cum leonibus & vrsis ludere non timuit, insuper omni virtute præ-

IIII. ætas.

præclarissimus, in certaminibus primus, ad pericula semp properabat, cuius exemplo reliq omes incitabatur magis, q̃ imperio. Fuit ꝑterea in intelligendo futura, & ad disponẽdum præsentia, multũ idoneus: mãsuetus, benignus, ac iustus. Eodẽ quoq; tem pore Abiathar põtifex summus fuit, filius Achimelech sacerdotis, vltim⁹ ex linea Itha mar filij Aaron, q toto tẽpore regis pontificatum honorabiliter administrauit, ꝓphetantibus in Iudæa Gad, Nathan, Asaph prophetis. Licet autẽ Dauid adhuc viuente Saul rege, inunctus & ipse foret in regem, tamen administrationẽ regni Saul habebat dũ vixit. Vnde factum est, ꝙ post mortem Saul adolescens fugiẽs de prælio, venit ad Dauid in Sicelech, & indicauit populũ victum ab hostibus, ac Saul cum filijs suis mortuum. Vidi, inqt, Saul incumbentem super hastam, & hostes appropinquãtes: & cum interroganti dixissem quis essem, ait: Interfice me, ne occidar ab incircuncisis. vidiq; ꝙ viuere non poterat: occidi eum, tuli diadema & armillam de brachio eius, & attuli ad te dominũ meum. Ad quæ Dauid & omnes q cum eo erant, sciderunt vestimenta sua, plangentes, & ieiunauerũt vsq; ad vesperã, secundũ legem. Et ait Dauid ad nuncium: Quare nõ timuisti mittere manũ tuam in christũ dñi? & iussit adolescẽtem occidi. tũc planxit Dauid carmen lugubre super Saul & Ionathan. Post hæc respõso domini adscendit Dauid in Ebron, & habitauit in domo sua. viri aũt eius manserunt in oppidis Ebron, & vnxerũt eum viri Iuda in regem. Nunciatũ est inter hęc Dauid, ꝙ Iabitæ sepelissent Saul, renũciauit illis, dicens: Benedicti vos à dño, qui fecistis misericordiam hanc cum dño vestro, retribuat vobis Deus, sed & ego retribuã, quia vnxit me domus Iuda in regem. Abner autẽ princeps exercitus Saul, tulit Isboseth filiũ Saul, & circunduxit eum per castra, & creauit eum regem super reliquas tribus. erat autem Isboseth tunc quadraginta annoꝝ. Eo tẽpore intestinũ bellum inter Hebræos est ortũ. Porro egressus est Abner cũ forti exercitu in Gabaon. Ioab aũt princeps exercit⁹ Dauid, contractis copijs, illi occurrit. & conuenit tandem inter eos, ꝙ duodecim tantum ex vtraq; parte pugnarent: q pugna commissa, mutuo se occiderunt. Ortum est autẽ bellum inter reliquos, & fugit Abner cum suis. Erãt autẽ cum Ioab duo fratres, quorum Asahel velocissimus, persequebat̃ Abner instantissime. Cui Abner imminenti ait: Noli me sequi, ne cõpellar confodere te, quod non libẽter facio propter Ioab. Ille vero noluit declinare. & Abner auersa hasta percussit eum in inguine. persequentibus autẽ Ioab & Abisai fugientẽ Abner, sol occubuit, & venerunt ad collem aquęductus, in cuius summitate congregati sunt cum Abner filij Beniamin. Et ait Abner ad Ioab: Nunqd vis desæuire vsq; ad deletionem fratrũ tuorũ? Cessauit ergo Ioab & omnis exercitus ꝑsequi eos. Porro Abner cum suis nocte illa transiẽs Iordanem, venit ad Isboseth in Beniamin. Ioab vero & viri eius tulerũt Asahel, & sepelierũt in sepulchro patris sui in Bethleem, & redierunt ad Dauid in Ebron. Facta longa concertatione, domus Saulis decrescebat, Dauidis vero progenies augebatur. sunt eñ nati in Ebron primogenitus Amnon de Achinoen, secundus Chileab de Abigail, tertius Absalom de vxore gentili, filia Ptolemæi regis Gessur, quartus Adonias filius Agith, qntus Saphalias filius Abithal, sextus Ietraan (quem Iosephus vocat Nathan) de Egla, quam Hebræi volunt fuisse Michol, quæ sola dicitur vxor, quia in adolescentia sua Dauid primam sortitus est vxorem, & si sint qui aliter opinentur. Eo tempore Abner intrauit ad concubinam Saulis Respham, pulchrã nimis. cõmotus ob hoc Isboseth pro opprobrio domus suæ, forte timens ne cõcubina vsurparet sibi regnũ, arguit Abner. Qui iratus, misit ad Dauid nuncios suos, dicẽs: Fac mecum amicitiã, & reducam ad te vniuersum Israel. Qui ait: Optime, faciam tecum amicitiã: sed non videbis faciem meam, nisi reduxeris Michol. id quoq; per nuncios ab Isboseth est petitum. Tulerũt ergo eam à viro suo Phaltiel, qui sequebatur eam plorans: non tamen cognouerat eã, eo ꝙ illa diligẽs Dauid, semp tristis erat. Adscẽdit Abner in Ebron ad Dauid, & susceptus est ab eo magnifice, & ait: Surgã vt cõgregẽ ad te oñem Israel. cũq; abisset in pace, ecce Ioab, copijs latronibus cæsis, cũ præda magna nimis venit, & dictũ est Ioab de aduẽtu Abner, & de pace cũ rege. qui regi persuadet, dicẽs: Iurauit Abner vt decipet te. & cũ nõ acqeuisset rex, misit nũcios post Abner, q̃si rege reuocante eum: & occurrens redeũti, seorsum seduxit eũ, q̃si secretius aliqd locuturus. ꝑcussitq; eũ in inguine



Affert Saulis diadema Dauidi.

Bellũ intestinum.

Interit⁹ Abner.

ne in vltionem fratris sui, & mortuus est: vel forte timebat, ne fieret secundus à rege. Quod cum audiuisset Dauid, ait: Mũdus sum ego & regnũ meum à sanguine Abner, & veniet super caput Ioab, non deficiet de domo Ioab fluxum seminis sustinẽs, leprosus, & tenens fusum: id est, effœminatus, & cadens gladio, & indigens pane. Scidit q̊q; Dauid vestimenta sua, fleuitq́; sup Abner, & omnis populus qui erat cum eo, & indixit om̃ibus ieiunium vsq; ad vesperã, dicẽs: Nescitis quõ princeps maximus hodie cecidit in Israel? ego autẽ nouus sum rex, & filij Saruiæ mihi duri sunt. quasi diceret, vindicare nunc nõ possum. Cumq́; audisset Isboseth de morte Abner, perturbatus est, & Israel cum eo. Erant autẽ duo principes cum Isboseth, Banaa & Rechab de filijs Beniamin: qui irati, recesserunt ab Isboseth, & venerunt ad Miphiboseth filium Ionathę, vt facerent eum regẽ: q noluit, immo prodidit eorꝝ cõsilium. erat eñ claudus vtroq; pede. Dein latrones Banaa & Rechab ingressi sunt domũ Isboseth, ferentes spicas quasi primitias regi. ostiaria autẽ domus obdormierat. & inuenientes Isboseth dormiẽtem in meridie, interfecerunt eum, & attulerũt caput eius ad Dauid in Ebron, aitq́; Dauid ad eos: Interfecistis virꝝ innoxium dominum vestrũ. & præcisis manibus ac pedibus eorum, suspẽsi sunt. caput vero Isboseth sepeliri fecit in sepulchro Abner, postq̃ regnauit duobus annis. Post hæc venerunt seniores de Israel ad Dauid, & percussit cum eis fœdus, vnxeruntq́; eum in regem super omnem Israel. primo eñ inunctus est in signum regni, secundo in regẽ super Iudam, tertio in regẽ super Israel. Quo facto, collecto exercitu, adscendit in Hierusalem, vt eijceret Iebusæum. habitabant eñ adhuc inter filios Iuda. qui posuerũt cæcos & claudos super muros, dicentes in derisionẽ: Nõ ingredieris huc, nisi abstuleris cæcos & claudos. quasi dicerent: adeo fortis est vrbs, q nobis nil agentibus non intrabis. Porro inferiorẽ ciuitatem obtinuit Dauid, tradente eam sibi Ornan Iebusæo. Cumq́; arcem Sion obtinere non posset, proposuit in præmium principatum militiæ, illi q primum percuteret Iebusæum, & ingrederetur vsq; ad tecta. Multis itaq; festinantibus, Ioab præuenit vniuersos, & clamauit ad regẽ, exigens militiæ principatum. & obtinuit Dauid arcem, expulsis Iebusæis ꝑter Ornan, & ædificauit per circuitũ eius intrinsecus, incipiens à Mello: & partem illã ciuitatis, vocauit ciuitatẽ Dauid. Reliquam vrbis partem extruxit Ioab. Mello aũt erat quasi profunda vorago vallis. ipsaq́; ciuitas Dauid, postea vocata est Mello, & ædificauit in ea Dauid domũ, ad quam Hiram rex Tyri illi misit ligna cedrina & artifices. & Hierusalem ante vocabatur Iebus, & à Melchisedech Salem. postea dicta est à Dauid Iebusalem. & mutata b in r, dicitur Ierusalem. Audiẽtes autẽ Philistæi Dauid regnare super Israel, adscẽderunt vniuersi contra Hierusalem. & egressus est ad eos Dauid ex responso dñi, percussitq́; eos ac in fugam vertit. & addiderunt adhuc Philistijm, vt adscenderent in valle Rephaim, & posuerũt idola sua sub arboribus pirorum. Et ait dominus ad Dauid: Non obuiã ibis, sed gyra post tergum eorꝝ. Hoc pacto irruit super eos Dauid, & percussit eos vsq; Gezer. Tunc fecit Dauid tabernaculum iuxta domum suam ad reponendã arcam, & descendit cum XXX. millibus virorum, & posuerũt arcam super plaustrũ nouum, & tulerũt eam de domo Abinadab, quæ erat in Gabaa in colle iuxta Cariathiarim. duo autẽ filij Abinadab minabant plaustrum: Aio præcedebat, & Oza sequebatur. Dauid autẽ & omnis Israel psallebant coram arca musicis instrumẽtis. Cum autem venissent ad areã Nachor, calcitrauerunt boues, & inclinata est arca: & extendit Oza manũ, tenens eam. aruitq́; dextra eius, in qua arcam ferre debuit, sicut pater eius iusserat, & expirauit. ea eñ nocte (iuxta Hebræos) dormierat cũ vxore sua. Timuit itaq; Dauid diuertere arcam ad se, & posuit eam in suburbio in domo Obethedom Leuitæ, quæ mãsit ibi tribus mensibus, & benedixit dñs domui Obethedom. Quo audito, abijt Dauid adducere arcam in ciuitatem suã cum gaudio. Dauid autem accinctus Ephod lineo, psallebat coram arca in organis. & vidit eum psallentem Michol per fenestrã, & despexit eum. Cũq; posuisset arcã in loco suo, obtulit Dauid holocausta & pacifica, & benedixit populo, & partitus est ꝑ singula capita collyridam panis vnam, & assaturam bubalæ carnis, & similam frixã in oleo. Et cum rediret in domũ suam, subsannauit eum Michol, dicẽs: Quàm gloriosus fuit hodie rex Israel, nudatus quasi vnus de scurris? Et respondit Dauid: Viuit dñs, Ludam & humilior fiam ante dñm, qui potius elegit me q̃ patrem tuũ. Quamobrẽ Michol non est natus filius vsq; in diem mortis suæ. Mortua autẽ Merob sorore sua, adoptauit quinq; filios eius Michol. Factũ est autẽ, cum sederet rex in domo sua, habens requiẽ ab hostibus, dicit ad Nathan: Vides q ego habito in domo cedrina, & arca Dei posita est in medio pelliũ? faciam ei domum. Et ait Nathan, Fac. sed à spiritusancto non loquebatur. Eadẽ nocte factum est verbũ dñi ad Nathan: Dic seruo meo Dauid, Non ædificabis

Mors Isboseth.

Hierosolyma capitur.

Hierusalem vnde dicit.

Arcę translatio.

bis mihi domum, quia sanguinarius es: sed filius tuus succedens in regno, faciet mihi domũ, & stabiliam thronũ eius vsq; in sempiternum. His auditis, gauisus est Dauid.

Deinde percussit Dauid Philistæos, & abstulit frenum (id est, potestatẽ tributi, quã habebant in Israel) de manu eorũ, & pcussit Moab, & mensus est eos coæquãs terræ funiculo: mẽsus est duos funiculos, vnum ad viuificandũ, vnum ad occidẽdum: id est, ad arbitriũ suum factus est ei Moab tributari⁹. Et percussit Adadeser regem Soba, cui cũ ferrent præsidium Syri & Damascus, percussit ex eis viginti millia: & ponens in Syria psidium, fecit eam tributariã. Audiens aũt Thou rex Emath, percussum Adadeser hostem suũ, misit ad Dauid Ioram filiũ suum cum muneribus & gratiarũ actione. Cumq; rediret à Syria Dauid, occurrerũt ei Idumæi: & percussit ex eis circiter duodecim millia, & in Gebelem percussit 23. millia, & posuit in ea præsidiũ, ac tributariã fecit. Et retulit in Hierusalem aurũ & argentum multũ nimis, æs quoq; Corinthium, quod sanctificauit dño in fabricã futuræ domus. Porro Ioab erat sup exercitum, Iosaphat autẽ erat à cõmentarijs, id est, scriptor gestorũ, Sadoc & Abiathar erant sacerdotes, Saraias vero scriba, id est, cãcellarius. Banaias autẽ erat super Cerethi & Pheleti, qui erant custodes capitis Dauid. dicunt fuisse 70. iudices locorũ, vt Moyses elegit 70. Vnde Cerethi sonat exterminatores, Pheleti admirabiles. filij autem Dauid sacerdotes erant, id est, digniores præ cæteris. Et recordatus est Dauid fœderis, quod fecerat cum Ionatha, & ait: Nũquid superest aliqs de domo Saul, cum quo faciam misericordiam? Vocauit ergo Miphiboseth filium Ionathæ, qui erat debilis pedibus, & restituit ei omnẽ possessionẽ Saul aui sui, & cõstituit eum cõmensalem suum, tanq̃ vnum de filijs suis. Porro Siba puer Saulis, cui erãt qndecim filij & viginti serui, iussus est excolere terram, & fructus ferre ad Miphiboseth in Hierusalem, id est, iussus est bona illius administrare. Per idem tempus mortuus est Naas rex Ammonitarũ, & successit in regno filius eius Annon, misitq; Dauid nuncios, vt consolarentur eum de morte patris, monens vt amicitiæ quas cum patre eius habuerat, permanerent. Cum eñ fugisset quondã Dauid Saul, à patre illius benigne exceptus fuerat. Principes autem Annon exacuerũt regem, dicẽtes: Nescis quia misit Dauid, vt videret ingressum & egressum tuũ, vt percutiat te & terrã tuam? Tulit itaq; Annon seruos Dauid, & rasit dimidiã partem barbæ eorũ, & pcidit vestes eorũ vsq; ad nates. Quod cum nunciatũ esset Dauid, misit in occursum nuncijs, vt manerent in Hiericho donec cresceret barba. cõfusi enim turpiter erant. Videntes autes autem filij Annon q iniuriam fecissent Dauid, conduxerunt mercede Syrum viginti millia peditum, & à rege Maacha mille viros, & ab Histob decem millia. quod cum audisset Dauid, misit Ioab & omnem exercitũ aduersus eos. stabant autem Ammonitæ ante ingressum ciuitatis, & Syrorũ exercitus erat in campo. Ioab quoq; diuisit exercitũ, & partem tradens Abisai fratri suo, partẽ sibi retinuit, & irruit in Syros, fugauitq; eos. Quod videntes Ammonitę, & ipsi terga verterunt, receperuntq; se in vrbem. Ioab vero redijt in Hierusalem cum triumpho. Videntes igitur Syri quomodo corruissent coram Israel, collegerunt iterũ exercitũ ampliorem. Dauid quoq; contraxit omnẽ Israel, trãsiens Iordanem aduersus Syros, & pcussit currus eorũ ac eqtum 40. millia, & Sobach principem militiæ. fecerunt deinceps Syri pacem cum Israel, & seruierũt eis. Postea misit Dauid Ioab & vniuersum Israel, & vastauerunt filios Ammon, & obsederunt Rabbath, Dauid aũt remansit in Hierusalẽ. Accidit aũt vt surgeret Dauid de strato suo post meridiẽ, & deãbularet in solario. viditq; ex aduerso Bethsabee vxorem Vriæ, lauãtem se: cuius specie accensus, vocauit eam atq; cognouit. Cũq; accepisset eam Dauid concepisse, reuocauit Vriã maritum eius ab expeditione. exiuerat enim cum Ioab ad bellum. quęsiuitq; Dauid ab Vria de statu belli, monẽs vt intraret ad vxorem, & modicum recrearet se. sed nõ acquieuit Vrias, immo dormiuit cũ seruis regis. Quãobrem vocauit eũ Dauid iterũ, & statuit secum in mensa, inuitans eum ad bibendum vsq; ad ebrietatem. sed nec sic induci potuit vt ingrederetur ad vxorem. Ait enim, Arca dñi & Israel habitant in papilionibus, & dominus meus Ioab manet super faciem terrę, & ego ingrediar in domum meã? per salutem tuã rex, nõ faciã. Certus igitur Dauid q intrare noluit, scripsit ad Ioab, q̃si deliqsset in eum Vrias, vt poneret ipsum in ea parte belli, in q̃ peri-



Victoria Dauid.

Curia Dauid.

Cędes Ammonitarũ.

Bethsabee.

periret. Cum'q; tulisset Vrias epistolam mortis suæ secundum mandatum regis, interijt. Bethsabee, audita morte viri, planxit eum. transacto'q; luctu, vocauit eam Dauid. facta est ei vxor, peperit'q; filium illi. Tunc misit dominus Nathan ad Dauid, qui proposuit ei paradigma: Diues, inquit, habuit oues plurimas, qui rapuit vicino ouiculã vnicam quam habebat, vt præpararet cibos hospiti qui superuenerat. quid commeruerit, quæsiuit. Indignatus rex, Viuit, inquit, dominus, quoniã filius mortis est homo ille, reddet'q; quadruplum. Et respondit Nathan: Tu es vir ille. vxorẽ Vriæ rapuisti, & vt occultares adulteriũ, interfecisti eum gladio hostiũ. quamobrem hæc dicit dominus, Nõ recedet gladius de domo tua vsq; in sempiternum, suscitabo'q; tibi malum de domo tua. Primum factum est in diuisione regni, secundum in persecutione Absalom. Et ait Dauid ad Nathan: Peccaui domino. & descendens de throno, sedit in terrã, tanq̃ pius Deicola coram omnibus peccatum suum confiteri non erubuit. Quo viso, ait Nathan ad eum: Transtulit dominus peccatum tuum, non morieris, nec regnum amittes. Veruntamen filius qui natus est tibi, morietur. percussit autem dominus paruulum natũ ex vxore Vriæ vsq; ad desperationem vitæ, & deprecatus est dominũ Dauid pro paruulo, ieiunans & iacens in terra, noluit'q; consolari. Accidit autẽ die septimo, vt moreretur infans. & videns Dauid seruos mussitantes, intellexit ꝙ mortuus esset. Quare lota facie & mutata veste, intrauit domũ domini. adorauit. & exhilaratus, comedit. admirati sunt omnes. Et ait ad eos: Cum adhuc viueret puer, fleui, & adoraui dominũ vt viueret. Eo autem mortuo, cur flerem? nunquid potero reuocare eum? ego vadam ad eum potius, ille vero non reuertetur ad me. Hoc fecit, vt consolaretur Bethsabee, quia diligebat eam. Et procedente tempore, genuit ex ea filium, quem vocauit Salomonẽ.

Paradigma prophetæ.

Ioab vero pugnabat contra Ammon, & expugnabat ciuitatẽ Rabbath, misit'q; ad Dauid, dicens: Veni, & cape ciuitatẽ, vt nomini tuo adscribatur victoria. Congregauit Dauid omnẽ populum. & profectus, cepit vrbem, vastans eam, & tulit diadema de capite Melchom, in quo erant gemmæ preciosæ & auri talentum, quod cõflauit Dauid, & formauit ex eo sibi diadema, in medio gemmarũ statuens sardonycem incomparabilẽ. sic reliquas ciuitates Ammonitarũ vastauit, e populo multos serrauit ferro, & plures diuisit cultris, eo ꝙ nuncios suos dehonestauerant. Paulo post suscitauit dominus malum in domo Dauid: Amnon primogenitus Dauid, diligebat Thamar sororẽ Absalom ex vtroq; parẽte, & ita deperibat eam, vt ægrotaret. Huic erat cognatus Ionadab filius Semma fratris Dauid, prudens valde. hic ait ad Amnon: Quare sic attenuaris macie? & respõdit Amnon: Diligo Thamar supra modũ. qui respõdit: Simula languorẽ. cũ'q; venerit pater tuus ad te, dic ei: Veniat, oro, Thamar soror mea, & faciat mihi cibum. Id factũ est. Cum'q; venisset Thamar missa à rege, coxit illi sorbitiũculam, & exire fecit Amnon vniuersos. cum'q; tulisset Thamar cibos in conclaui, appræhẽdit eam & ait: Cuba mecum soror. Quæ respõdit: Noli frater opprimere me, & facere opprobriũ in genere tuo, sed loquere ad regẽ, & non negabit me tibi. Hoc dixit, vt subterfugeret manus eius. Noluit autem acquiescere Amnon, & oppressit eã. statim'q; exosam habuit eã magis q̃ ante dilexerat. vnde eiecit eam contra voluntatem suã. cum'q; eiecissent eã pueri Amnon, adspersit cinerem capiti suo, & scidit tunicam talarem, & impositis manibus super caput, ingressa est ad Absalom fratrem suum, facinus accusans flendo. Cui Absalom, Tace, ait. frater enim noster est. Apud hunc itaq; diu mãsit. Factum est post bienniũ, vt exiret Absalom ad tondendas oues. inuitauit regem ad cõuiuium. quo renuente, Amnon frater & cæteri vocati sunt. Tum pueri Absalom interfecerunt Amnon temulentũ. quo viso, fugiunt cæteri, erat'q; fama, interfectos ab Absalom omẽs regis filios. quare Ionadab ad regem properat, solũ'q; Amnon interijsse dicit. Absalom vero fugiẽs, abijt ad Ptolemæum auum suũ regem Gessur, & fuit cum eo tribus annis. Rex autem cõsolatus super interitu Amnon, cessauit persequi Absalom, eo ꝙ Amnon digna sustinuit. Intelligens aũt Ioab, ꝙ cor regis versum erat ad Absalom, misit ad regẽ mulierẽ sapientẽ de Thecua. ponẽs in ore eius quid diceret. Cũ'q; ingressa fuisset mulier ad regem, adorauit eum, dicẽs: Serua me rex, mortuus est vir meus, & erant mihi duo filij. & interfecit alter alterum in agro, & consurgit vniuersa cognatio aduersus occisorẽ, quærẽs animam illius pro anima occisi. Et ait Dauid ad eã: Vade in pace. & ego videbo. Ad hæc mulier: In me sit domine hæc iniquitas, rex aũt sit innocens. Cum'q; iterasset rex promissionẽ, instat adhuc mulier. Qui ait: Viuit dominus, quia non cadet capillus filij tui. Tunc exponens mulier regi similitudinem, ait: Reducat ergo dñs meus Absalom. nõ eñ vult animã perire Deus, & omẽs dilabimur tanq̃ aqua. quasi diceret: mortuum filium non potes reuocare, melius est vt reuoces viuentẽ, q̃ alterum vindicando, vtrunq; perdas. Cui rex: Nunquid Ioab te misit? Annu-

Incestus Amnon.

Mors Amnon.

Mulier thecuites.

Absalom redit ad regẽ.

it ipsa. Ait rex ad Ioab: Reuoca Absalom, non tamen videat faciem meam donec iubeam. & mansit Absalom in Hierusalem duobus annis, & faciem regis non vidit. Porro Absalom erat decorus nimis, cuius cæsaries semel in anno tonsa, põderabat ducentos siclos. precio enim emebant mulieres, vt subornarẽt crines suos. Natiq; sunt Absalom filij tres & filia vna. misitq; sæpius ad Ioab, vt intercederet pro eo apud regem. qui noluit venire ad eum. quare misit Absalom seruos suos, vt incenderent segetes Ioab. quo facto, Ioab venit ad eum, dicens: Cur hoc fecerunt serui tui? Qui respondit: Aliter habere te non poteram. obsecro, intra ad regem, vt videam faciem eius: alioquin interficiet me. Ingresso Ioab ad regem, vocatus est Absalom, osculatusq; est rex magno cum gaudio filium suum. Tunc cœpit Absalom adspirare ad regnum, fecitq; sibi currus & equites. & mane consurgens, stabat in porta, blãdiebatur intrantibus ad regis iudicium, dicens: Bona sunt quæ dicis, sed non est qui causam tuam audiat. si constitutus fuero rex, iuste iudicabo. & inclinauit ad se corda multorũ. Post quatuor vero annos reuersionis ait ad regem: Dum eram in exilio, voui, si reduxerit me dominus, sacrificabo ei in Ebron: vadam ergo, & reddam vota. Et ait rex: Vade in pace. Abijt ergo Absalom in Ebron, vtens consilio Achitofel Gilonitæ, qui fuerat consiliarius Dauid. Et egressi sunt multi ad eum de Hierusalem, rem ignorãtes. cumq; immolasset hostias, facta est cõiuratio valida, & augebatur populus cum Absalom. Quod cum audisset Dauid, ait seruis suis: egrediamur cito, ne forte veniens Absalom, occupet nos & percutiat ciuitatem. Et turbat⁹ egrediebatur rex, & vniuersa domus eius nudis pedib⁹, dimittens decem concubinas ad custodiam. Præcedebant regem Cerethi & Pheleti, & sexcenti qui secuti fuerant eum de Geth. illis enim pro beneficio in eum facto, quãdo latuit in Geth, in retributionẽ dederat locum in Hierusalem. Et ait rex ad Ethai Gethæum, filium Achis: Reduc fratres tuos in Hierusalem, & habita cum rege Absalom. heri enim venisti, & hodie compelleris exire. Qui respondit: Viuit dominus, nec in morte nec in vita relinquam te. Et transgressi sunt vniuersi flentes cum rege torrentem Cedron, & Leuitæ arcam portantes, deposuerunt eam donec transiret populus. Et adscendit Abiathar ad consulendũ dominum, qui non respondit ei. & ait Dauid ad Sadoc: Reuertere in ciuitatẽ cũ arca. ego abscõdar in deserto. Achimaas filius tuus & Ionatha filius Abiathar sint vobiscum, per quos veniat ad me sermo de vobis. Et redierunt cum arca. Cumq; adscendisset Dauid cliuum oliuarum, occurrit ei Chusi Arachites, consiliarius eius, & ait Dauid: Esto cum Absalom, vt dissipes consilium Achitofel: & quod audieris in domo regis, indicabis sacerdotibus. Et venit Chusi ad Absalom in Hierusalem. cumq; pusillum processisset Dauid, apparuit ei Siba cum duobus asinis, ferens panem & vuam passam & massas carycarum vel palatarũ, id est, ficuum, & ait Siba ad regem: Asinos duxi, vt in eis sedeant domestici regis: & tuli cibaria, vt alantur in deserto. Et ait rex: Vbi est Miphiboseth? Qui respondit: Remansit in Hierusalem, dicens: Hodie restituet mihi dominus vltionem patris mei. Et ait rex Sibæ: Tua sunt omnia quæ fuerant Miphiboseth. Venit deinde Dauid vsq; ad Bahurim. & egressus vir de cognatione Saul, nomine Semei, proijciens lapides & lutum, maledicebat regi, dicẽs: Egredere vir sanguinum. ecce premunt te mala quæ fecisti in domum Saul. Quem cum Abisai percutere vellet, prohibuit eum Dauid, dicens: Filius vteri mei quærit animam meam: quãto magis filius Iemini? misit eum dominus vt malediceret mihi. respiciat dominus hanc afflictionẽ meam. Factum est autem q; Chusi veniret ad Absalom, & adoraret eum, dicens: Salue rex. Ad quem Absalom: Quare non iuisti cum amico tuo? Qui respondit: Illius ero quem elegit dominus & omnis Israel. cui seruiam? nõne filio regis? sicut patri tuo, sic parebo tibi. Tunc ingressus est Absalom coram oĩbus ad cõcubinas patris sui de consilio Achitofel, vt intelligeret omis Israel, q; ex animo persequeretur patrẽ, vt roborarentur cum eo. Achitofel vero ait: Eligam mihi duodecim millia virorum, & persequar hac nocte Dauid, quia fessus est. Et ait Absalom: Vocemus Chusi ad consilium. Respondit Chusi: Non est bonum cõsilium Achitofel hac vice. Nosti patrem tuum & viros eius esse fortissimos. q; si percusserit aliquos de tuis, quicunq; audierit, timebit esse tecum. Sed hoc consulo: congregetur ad te omnis Israel, & irruamus super

fugit Dauid Absalom.



Patiẽtia Dauid.

per eum. Et placuit omnibus consilium Chusi. secreto nunciauit Chusi sacerdotibus, vt monerent Dauid, ne maneret in deserto nocte illa, sed transiret Iordanem. Et abiit ancilla ad filios sacerdotum, qui latebant iuxta fontem Rogel, ferens pannum quasi ad abluendum, & indicauit eis verbum Chusi. Vidit autem illos aliquis, & nunciauit Absalom, qui misit post eos vt compræhenderentur. At illi ingressi Bahurim in domum mulieris, rogabant vt celaret eos. quæ dimisit eos in puteũ, & expandit velamen super os putei, quasi siccans ptisanas. cumq; abirent illi qui missi fuerant, adscendentes hi de puteo, nunciauerũt Dauid om̃ia. Et transiuit Dauid Iordanem priusq̃ illucesceret, & venit in Manaim. Porro Achitofel videns cõsilia sua non ꝓcedere, sciensq; regnum reditu℞ ad Dauid, & timens eũ, descendit in domum suam in Silo, & laqueo se suspendit. Absalom autem collegit exercitũ, & transiẽs Iordanem, statuit Amasam super exercitum suũ, qui consobrinus erat Ioab. Porro viri trans Iordanem, & maxime Berselai Galaadites, obtulerũt Dauid cibaria multa stratoria & vasa fictilia. At Dauid populi partem vnam dedit Ioab, secundã Abisai, tertiam Ethai Gethæo. cumq; vellet egredi rex cum eis ad pugnã, dixerunt: Non ibis. te solũ quærunt. Cumq; egrederent cunei ad pugnam circiter septẽ millia, stabat Dauid iuxta portã, & dicebat: Seruate mihi puerũ Absalom. & factum est prælũ in die illa iuxta saltum Ephraim, & fugit exercitus Absalom, cæsis ex eo viginti millibus. fugiensq; Absalom super mulum, venit ad quercum cõdensam: & intercepto capite eius ramis, mulus pertrãsiit, eo suspenso. Quod cum q̃spiam nunciasset Ioab, ait: Quare nõ cõfodisti eum? q respõdit, Nõ mittã manum manũ in filiũ regis, ꝑsertim cũ dixerit, Seruate mihi Absalom. quẽ adhuc palpitantẽ interfecerũt armigeri Ioab, & ꝓiecerunt eum in foueã, cõportantes super eum aceruũ lapidum, vt duplici morte ꝑiret. Israel aũt fugit in tabernacula sua. Porro Achimaas ait ad Ioab: Currã & nũciabo regi. Qui respõdit: Noli hodie, filius eñ regis mortuus est. Et ait Ioab ad Chusi vt iret. præcurrit eum Achimaas, Dauid autẽ sedebat inter duas portas. Speculator ait: Video hominem currẽtem solum. Et ait rex: Si solus est, bonus nũcius est. Et veniens Achimaas, adorauit eum, dicẽs: Benedictus deus qui cõclusit homines leuantes se contra regẽ. Et ait rex: Est ne pax puero Absalom? & ille noluit indicare. Chusi vero superueniens indicauit, & contristatus rex, adscendit cœnaculum portæ, flens operto capite & clamans, fili mi Absalom, quis mihi tribuat vt moriar pro te? quod audiens populus, timuit ingredi ciuitatem. Et ingressus Ioab ad regem, dixit: Confudisti hodie vultus eorum, qui saluã fecerunt animã tuam: diligis odientes te, & odio habes diligentes te: procede & alloquere seruos tuos, alioquin nec vnus remanebit tecum hac nocte. & erit hoc malum tibi super omnia quæ vnq̃ passus es. Vnde sedit rex in porta lota facie, & venit ad eum omnis multitudo, & benigne loquutus est ei. At viri Iuda qui secuti fuerãt Absalom, magis verebãtur propter beneficia maiora eis impensa à Dauid. quod intelligẽs Dauid, misit ad eos Sadoc & Abiathar, vt loquerentur eis, Cur nouissimi reducitis regem? Et Amasæ dicerent iurasse regem, ꝙ magistrum militiæ eum habiturus esset. erat enim nepos Dauid. Quo audito, miserunt viri Iuda ad regem vt rediret. & venit rex ad Iordanem, omnisq; Iuda illi occurrit. Semei quoq; descendit cum eis, habens secum contribules & mille viros de Beniamin. Siba quoq; & filij eius atq; serui, venerũt vt traducerent. Cumq; transisset rex, adorauit Semei, dicẽs: Ne memineris domine iniuriæ serui tui. scio enim peccatũ meũ, & ideo veni in occursum. Respondens Abisai, ait: Interfici debet, q̃a maledixit Christo dñi. Et ait Dauid: Nunquid hodie interficietur vir in Israel? & ad Semei, nõ morieris. Miphiboseth quoq; venit obuiã regi illotis pedibus & intonsa barba. Et ait rex ad eum: Cur non venisti mecum? qui ait: Seruus meus contempsit me, nolens mihi sternere asinum vt irem cum rege, insuper & accusauit me, tu aũt quia iustus es, fac quod tibi videtur. Et ait rex: tu & Siba diuidite possessiones. q. d. vtriq; vestrum dederam, sed vterq; totum habere non potest, inter vos diuidatur. Volunt quidam Dauid peccasse, ꝙ adulatori & detractori Sibæ credidit, nec ad excusationem Miphiboseth sententiam mutauit. Respondit Miphiboseth, etiam cuncta recipiat postq̃ reuersus est dominus meus rex. innocens enim fuit Miphiboseth. Berselai quoq; qui prębuerat alimenta regi, descende-



Amasas.

Absalom suspensus perimit.

Redit Dauid in Hierosolymã.

scenderat cum eo,& ait rex ad eum: Veni mecũ in Hierusalem,& honorabo te. qui respondit, octogenarius sum hodie, non indigeo hac vicissitudine, Chamaan filius meus vadat tecũ, fac ei quod tibi videt. Et ait Dauid, veniat & faciam ei quod placebit tibi,& rediit Berselai in domũ suã accepto osculo. Omnis aũt populus Iuda traduxerunt regem. tunc cucurrerunt oẽs viri Israel, indignãtesq; dixerũt, quare frẽs nostri viri Iuda clam nobis traduxerunt regẽ? Et rñdit Iuda, quia propior est mihi rex. Et ait Israel, decem partibus maior sum, ideo magis ad me pertinet Dauid. Cumq; respondissent durius viri Iuda, Seba filius Bochri ex Saulis genere cecinit buccina,& ait: Non est nobis pars in filio Isai, reuertere in tabernacula tua Israel. q. d. eligamus nobis regẽ,& recedentes à Dauid, secuti sunt Sebã. viri aũt Iuda reduxerũt regẽ in Hierusalẽ. Et ait rex Amasæ, quẽ fecerat principem militiæ, tñ sub Ioab: Congrega mihi viros Iuda in tertium diem.& abiit Amasa,& moratus est extra placitum. Et ait rex ad Abisai: Tolle seruos domini,& persequere Sebam, ne effugiat.& egressi sunt cum eo omnes robusti de Hierusalem, Ioab præcedente Celethi & Pheleti. Et Amasa occurrit eis. Porro Ioab vestitus erat tunica stricta,& accinctus erat gladio, qui faciliter stringi poterat.

Amasæ interitus.



arte simulans quasi recepisset gladiũ, dextra manu tenuit mentũ Amasę, qui eum non obseruabat. dixit itaq; Ioab ad Amasam: Salue mi frater,& simul pcussit eum in latere, ac effudit eius intestina,& id fecit ex inuidia, timẽs ne ei æquaret. Amasa mortuus est. Ioab autẽ & Abisai frater eius psecuti sunt Sebã, quẽ obsederunt in Abela ciuitate,& moliebant destruere muros vrbis. At mulier sapiẽs de ciuitate exclamauit ad Ioab: Nõne puerbiũ est, q indigent cõsilio, interrogãt in Abela? quare vis euertere matrẽ ciuitatũ in Israel? Et

Sebæ mors.

respõdit Ioab: Nõ quæro euertere, sed Sebã filio Bochri, q leuauit manum suã cõtra regem. tradite illũ,& recedemus. locuta est mulier ciuibus, q abscissum caput Sebæ proiecerũt ad Ioab. tũc reuersus est exercitus in Hierusalẽ,& restituit rex Ioab super exercitum & alios ministros suos. Facta est fames tribus annis,& cõsuluit Dauid dñm, qui rñdit, hoc fieri propter Saul & domũ eius, q multos ex Gabaonitis occidit, irritum faciẽs iuramentũ Iosue & seniorũ. Et vocauit Dauid Gabaonitas, dicẽs, qd pro emenda facere deberet. qui dixerũt: Virũ qui attriuit nos, delere debemus, vt ne vnus quidẽ residuus sit de stirpe eius. sed qa Dauid hoc facere nõ poterat propter iusiurandũ quod iurauerat Ionathæ, mitior est facta petitio eorũ, vt darent septem viri de filiis eius vt crucifigant. pepercitq; rex Miphiboseth filio Ionathę,& tradidit eis duos filios Saul, quos peperit ei Respha, isti cũ Doech occiderunt sacerdotes Nobe,& postea Gabaonitas, dedit eis etiam quinq; filios Michol adoptiuos, quos genuerat Merob Adraheli. Gabaonitæ vero crucifixerunt eos in diebus messis hordei. Induens aũt Respha cilicium, substrauit sibi supra petrã, cubans iuxta eos die ac nocte, vt amoueret ab eis aues & bestias. Audiens aũt Dauid quæ fecerat Respha, deposuit eos de patibulis,& tollens ossa Saul & Ionathæ de Iabes cum ossibus illorũ, sepeliuit eos in sepulchro Cis patris eorũ.& reddita est vbertas terrę. Factũ est rursum præliũ Philistinorũ aduersus Israel,& pugnabat Dauid cum suis. Cumq; fere Dauid defecisset pugnando, Iesbidenob q fuit de genere Arapha, nisus est percutere Dauid, interposuitq; se Abisai,& interfecit Philistæum de genere gigãtum. Tunc iurauerunt viri Dauid, Iam non egredieris nobiscum in prælium, ne extinguas lucernam in Israel. alia quoq; prælia omitto recensere. Expeditus itaq; de præliis Dauid, locutus est dño verba carminis huius, in die qua liberauit eum dñs de manu omnium inimicorũ suorum & de manu Saul,& ait: Diligã te dñe fortitudo mea, dñs firmamentum meum & refugium meum. Et Iosephus ait, cum Dauid pace altissima frueretur, cantica & hymnos composuit, diuersa faciens organa, in quibus Leuitæ per sabbata & alias solennitates vterentur. Hic autem cum cœlestis citharista esset, dulcedine carminis delectatus, cẽtum quinquaginta psalmos mellifluos lyrico carmine conscripsit, vbi & prophetiam suam præter aliorum morem sine vllo exteriori adminiculo, sed solo spiritus sancti instinctu de æterna genitura, deq; Christi incarnatione, passiõe q̃q; ac resurrectione euidentissime disseruit. Demũ Christi promissionem aperuit manifestius his nouiss. vir cui constitutum est à dño de Christo dei Iacob &c. Per hæc tempora dixit Dauid ad Ioab: Numera Israel & Iuda, vt sci-

Famis piaculum.

Psalmorũ editio.

sciã numerũ. intelligens Ioab ꝙ de elatiõe pcederet, ait: Ad quid? vide ne offendas Deum. & cũ nollet rex mutare propositũ, egressus Ioab & principes militũ, nunciauerũt populũ, & redierũt post nouẽ mẽses. inuenta sunt de Israel octingenta millia virorũ pugnatorũ, & de Iuda quinquaginta millia. in Paralipomenis inueniunt mille millia & centũ. Et credit Ioab subticuisse regi partẽ populi. Peccauit itaq; Dauid in duobus ꝙ superbe numerauit, & ꝙ numerati non reddiderũt pecuniã dño, sicut præceptũ erat in Exodo: Qñ tuleris, inquit, dñs, summã filiorũ Israel, iuxta numerũ dabunt singuli precium pro animabus suis quatuor siclos argẽti. q̃d cũ vel sero cõsiderauit Dauid, ait ad dñm: Obsecro dñe, transfer iniquitatẽ serui tui, quia peccaui nimis. Et diluculo misit ad eũ dñs Gad prophetã, q ait: Aut septem annis veniet fames in regno tuo, aut tribus mensibus fugies aduersarios tuos, aut tribus diebus erit pestilentia in populo. Et ait Dauid: Coarctor nimis, si famem elegero, pauperũ erit supplicium: si persecutionẽ hostium, exercitus erit periculũ, non meum: vallabor eñi præsidio. Eligã ergo cõmunem plagã regi & plebi, hoc est, pestem. Misit ergo deus pestilentiã in Israel, de mane vsq; ad horã sacrificij vespertini, & mortui sunt de populo ex Hierusalem septuaginta millia virorũ. Porro cũ percuteret angelus Hierusalem vt disperderet eã, vidit eũ Dauid gladio stantẽ euaginato, exclamauit: Ego sum q peccaui, isti qui oues sunt, q̃d fecerũt? vertat obsecro manus tua cõtra me & cõtra domũ pr̃is mei. Et misertus dñs, ait ad angelũ: Sufficit, contine manũ tuam. In illa die dixit Gad ad Dauid: Constitue altare dño in area Areuna Iebusæi. Et adscendẽs Dauid, dixit ad Areuna: Vende mihi areã tuã, vt ædificẽ ibi altare dño, vt cesset interfectio. Qui respõdit: Accipiat eã dñs meus gratis, habeat quoq; boues in holocaustũ, plaustra & iuga boum in vsum lignorũ. Et ait rex: Nequaquã. emit ergo areã sexcentis siclis auri, & boues argenti siclis quinquaginta. ædificauit ibi altare dño, & obtulit holocausta pacifica, & propiciatus est dñs terræ. Senuerat aũt Dauid, cumq; operiretur vestibus, non calefiebat. inuenta est Abisac Sunamitis puella pulchra, quæ dormiens cum rege, fouebat eum, verum rex eam non cognouit. Adonias aũt quartus filius Dauid, cum esset primogenitus inter superstites filios regis, fidutiã regnandi habuit, & fecit sibi currus ac equites, nec corripuit eum pater. Et pro se habebat Ioab & Abiathar sacerdotem, alij vero ministeriales & robur exercitus non erat cum eo. fieri autem fecit Adonias solenne cõuiuium in horto regali iuxta fontem Rogel, & vocauit filios regis ac seruos, sibi autem non fauentes non vocauit, nec Salomonẽ fratrẽ. Nathan aũt monuit Bethsabee, vt iret ad regẽ. quæ ingressa, ait: Dñe mi rex, tu iurasti ancillæ tuæ, dicẽs: Salomon filius tuus regnabit post me, & ecce Adonias regnat, te ignorante. Cumq; alios vocauit, neglexit filium meum. scio ꝙ cum dormieris, ego & filius meus erim peccatores. i. dicet, hic est adulteræ filius. Adhuc ea loquẽte, intrauit Nathan & ait: Dñe, dixisti tu ꝙ Adonias regnet post te? Cur mihi non indicasti seruo tuo? Et ait rex ad Bethsabee: Viuit dñs, sicut iuraui tibi, sic faciam. Et dixit ad Sadoc, ad Nathan & Banaiam: Tollite vobiscum seruos domini vestri, & imponite Salomonem filium meum super mulam meam, & vngant eum in regem Sadoc & Nathan ad fontem Gion, & canentes, ponite eum super solium meum. Respondit Banaias, Amen. Sumpsit autem Sadoc cornu olei de tabernaculo, inunxitq; eum, & cecinerunt buccina, & dixerunt omnes populi, Viuat rex Salomon. Sedente Salomone super thronum, adorauit Dauid in lectulo suo Deum, gratias agens ꝙ hoc vidisset. Porro Adonias & inuitati, cum æstimarent tumultum in ciuitate ortum, perturbantur. venit ad eos Ionathas filius Abiathar, indicans eis quæ facta fuerant, & abijt vnusquisq; in domum suam. Adonias autem timens Salomonem, abijt in tabernaculum, & tenuit cornu altaris thymiamatis, dicens se non egressurum, nisi rex iuret ei de vita conseruanda, & iurauit ei Salomon, dicens: Vade in domum tuam. Volens autem Dauid ostendere populo, se filium regem fecisse, congregauit in Israel principes vniuersos, sacerdotes & Leuitas. & inuncto iterum Salomone coram omnibus. præcepit ei de legum custodia, de iustitia & pietate, & præcepit vt ædificaret templum domino, dicens se iam præparasse ei auri decem millia talentorum, argenti vero centum millia, ferri vero & æris supra numerum, lapidum quoq; & lignorum maximam copiam. Tunc cœpit ordinare ministros templi, & numerati sunt Leuitæ à viginti annis & supra, & inuenta sunt triginta octo millia virorum. Hos diuisit in tres ordines, in Aaronitas, Mosaitas, & Leuitas, distinxitq; illos in sacerdotes, doctores, cantores, ianitores & sacristas. Et quia Aaron & filijs eius datum fuit sacerdotium à Deo, fecit ergo Dauid recenseri principales de domo filiorum Aaron, hoc est, Eleazar & Ithamar, & inuenit de domo Eleazar sedecim, de domo vero Ithamar octo: & sic fecit duas domos principales, ex quibus constituti sunt vigintiquatuor sacerdotes,

Numerus Israelitarum.

Pestilentia in Israel.

Salomõ rex vngitut.

De templi ministris.

ad officiandum p hebdomadas seu vices suas, qui plures alios sub se habebant. Et prę ter illos duos principales, constituit vnum, s. Sadoc, super filios Eleazar, alterum Achi melech super filios Ithamar. Et sicut filij Aaron fuerũt ordinati in officio sacerdotũ, ita de secundo filio Leui ordinati sunt doctores 24. hi filij Merari & isti doctores, iudices habebant sub se plurimos alios. Fuerunt etiam tres principales cantores, Asaph s. Heman, & Idithum. De filijs autẽ istorꝫ triũ, instituti sunt 24. cantores, & quilibet eorum sub se habebat 12. assonantes, & deseruiebant ordinate 24. hebdomadarijs sacerdotum, ita ꝙ primus de istis xxiiij. exercebat officium suum cum primo hebdomadario, & secundus cum secundo, & sic de alijs. Instituti autem fuerunt oẽs supradicti in officijs per sortes. deinde designauit ianitores templi quatuor principales per sortes, prout quatuor portæ erant, orientalis, occidentalis, aquilonaris & australis: sub qbus etiam multi alij positi fuerant. Post hos ordinauit sacristas. dicebantur illi, qui custodiebant vasa diuino cultui deputata, sacerdotum ornamenta, & ea quæ erant in sacrificijs necessaria. ad ea aũt quæ forinsecus erant prouidenda templi gratia, præfectos ordinauit etiam de Leuitis, forte ad docendũ populum in locis distantibus, & ad prępa randum vel ligna vel lapides, & similia. Hæc officia ex Leuitico genere cõstituta sunt, in ministerium s. domus dñi 24. millia, præpositorꝫ aũt & iudicum sex millia, ianitorũ quatuor millia, & quatuor millia cantorum, faciunt 38. millia virorum de tribu Leui.

Sadoc sacerdos.

In his aũt quæ respicere deberent regem in regno, aliqui erant militares, aliqui populares, & aliqui familiares. Milites distinctos habuit Dauid per 12. cohortes, & in qualibet erant 24. millia bellatorum, ita ꝙ prima cohors erat cum rege primo mense parata ad resistendũ inimicis, aut ad sedandũ populũ. Secunda cohors in secũdo mense, & sic de alijs. & quælibet cohors principem suũ habuit. Porro singulis tribubus p̃erat p̃fectus, qui leuabat censum ad prouidendum regi & domui eius. Familiaris vero ordinatio, id est, familiæ q̃ erat in officio domus, vel super thesauros regis, & qui in vrbibꝰ aut vicis erant, præpositos atq; præsides designauit Dauid rex, qui omnes substãtiæ regis præerant, siue esset aurum, argẽtum, arma & cætera artificialia, siue bladum, vinũ, oleum, animalia, & huiusmodi. Exemplar omniũ eorũ tradidit rex Salomoni filio suo in conspectu principum suorum.

Curiæ descriptio.

Porro circa regem erant viri fortissimi 36. insignior autem cæteris erat Dauid. quo connumerato, erant xxxvij. secũdum Magistrum in historijs. & de illis trigintasex, erant sex: tres erãt fortissimi, alij tres nõ ita fortes, sed tamen fortiores reliquis triginta: vt q̃si diceret, xxx. erãt fortes, tres fortiores, & tres fortissimi. primus inter tres fortissimos Iesebon, qui interfecit octingentos impetu vno. istum hastam leuasse aduersus trecentos, in Paralipomenis legitur. post hunc erat Eleazar filius patrui Dauid, qui percussit Philistęos donec deficeret manus eius, & obrigesceret gladio. Post hũc erat Semma Ararites, qui, cum fugisset populus, solus stetit in agro lentis, & percussit Philistæos, & fecit salutem in Israel. Ex tribus fortioribus erat primus Abisai frater Ioab, ipse leuauit hastam suam contra trecentos, quos interfecit, optimus qdem, sed ad tres primos non venit. Post hunc erat Banaias, q percussit duos principes Moab. ipse interfecit virum Aegyptiũ blasphemãtem dñm, & iterꝫ interfecit Aegyptiũ altitudinis quinq; cubitorũ, habentem in manu hastã, quã Banaias de manu eius extorsit, leonẽ quoq; occidit. Tertius fuit Sabochai, q pcussit Caph de genere gigantum. Isti tres opus fecerunt magnificum, cum Philistæi posuissent castra in valle Raphaim vsq; ad Bethleem, erat penuria aquæ in Hierusalem. Dauid autem desiderabat aquã habere de cisterna quæ erat in Bethleẽ: tunc isti tres p mediũ hostiũ transeuntes armata manu, venerunt ad Bethleem, haurientes aquam, denuo ad regem p hostium castra reuersi sunt, ita vt Palæstini audaciam eorum obstupescentes, à dimicatione cessarent. delatam autem aquam rex noluit bibere, sed effudit, dicens: Nunqd sanguinẽ istorꝫ & animarꝫ periculum bibam? Inter reliq̃s triginta Asahel frater Ioab numerat, cæterorꝫ mentio in libris sacris fit.

Viri fortes curiæ.

Appropinquerunt aũt dies Dauid vt moreret, & iterauit Salomoni mandata de cultu Dei & lege seruanda, & pietate ac iustitia circa suos, memorans promissionẽ Dei sibi factam de semine suo iugiter regnaturo, si custodirent filij testamentum eius. Tria vero superaddidit, de Ioab & Semei & Berselai dicens: Nosti quæ Ioab fecerit. per inuidiam duos principes Abner & Amasam in pace occidit. facies ei iuxta sapientiam tuam, ne descendat pacifice ad inferos. Semei quoq;, qui maledixit mihi, non patieris esse innoxium. Sed & filijs Berselai reddas gratiam, & erunt cõmensales tui. His dictis, mortuus est Dauid, & sepultus est in ciuitate sua, & circa tumulum eius fecit Salomon octo loculos thesaurorꝫ, q̃rum vnũ post multos annos apuit Hyrcanꝰ põtifex, & aliũ Herodes, sicut infra dicet. alij vero nondũ manifestati sunt. In hac gñatione Meodon Codri regis Athenieñ. filius, xviij. regni Dauid

Mors Dauid.

uid anno magistratũ administrare cœpit. Eupales, Dercili regis Assyriorum filius, trigesimo loco rex, aliàs XXXI. Agis Eurysthei Lacedæmoniorum regis primogenitus, 18. anno regni Dauid regnare cœpit, regnauitq; anno vno, post que eius frater nomine Archestrat[9], regnauit annis 35. Agastus successit. Meodon administrauit magistratum apud Athenas annis 36. Sichæus Philisthenis sacerdotis Herculis, qui secũdus à rege honor est, filius, & Didonis reginæ maritus, his tẽporibus à Pygmalione eius cognato, ob auaritiam interimitur. fuit autem Pygmalion Didonis frater. Dido Beli Phœnicum regis filia, Sichæi vxor, præcipuum viduitatis exemplum, marito interfecto, in somnis à viro mortuo p̃monita, naues conscendens, ex Tyro ad Aphricũ littus peruenit, cum accolis amicitias inire cœpit. & quũ eisdem gratum appareret, ne iniuriã cuiquã inferre videretur, ab ipsis incolis (vt Liuius refert) mercatur tantũ littoris, quantũ posset bouino corio occupare. ibidem bellicosissimã ciuitatem condidit Carthaginẽ, & arcem in ea conditã, à bouino corio Byrsam noĩauit. Quibus peractis, ipsa populo legem & normã viuẽdi tradidit. Verũ cum in libidinem prõptissimi sint Aphri, Mauritanorũ rex eam deperire cœpit propter eius pulchritudinẽ, vt Iustinus ait, bellumq; pro ea obtinenda Cathaginensibus indixit: q̃d cum ipsa rescisset, & sua se ante sententia ad omnẽ casum pro salute patriæ damnasset, ægre tulit, & terminũ impetrauit, infra quem se ad virum promisit iturã. Tẽpore adueniente, constructo rogo in eminentiori vrbis parte, quasi Sichæi olim mariti placatura manes, illum cõscendit: & adstantibus ciuibus, educto ferro quod sub veste absconderat, ait: O ciues charissimi, vt vultis, ad virũ vado. vocatoq; Sichæo, inq̃t: Ad te ibo. & vix finitis verbis, in ferrũ & ignẽ se præcipitem dedit, ac sic moritur. de qua diuus Hieronymus: Casta Dido Carthaginem condidit, & pro castitate vitam finiuit, maluit ardere q̃ nubere. & q̃diu Carthago stetit, pro dea habita. proprio nomine vocabatur Elissa. Verum Carthagines q̃nq; fuisse legimus: & de hac q̃ in Libya, Cato in senatoria oratiõe scribit, dicẽs: In Libya cũ rex Iapon regno potiretur, quædã mulier Elissa dicta, extruxit Damnen, quã Carthaginẽ dixit, id est, sermone Punico nouã ciuitatẽ. Ephesus Ioniæ minoris Asiæ prouinciæ ciuitas, 32. regni Dauid anno ab Androdo Codri regis filio, condita fuit, vbi & regiam constituit, cuius posteri, reges dicebantur, in qua naualia multa erãt. In illa inter cætera templum toto orbe terrarum celebre, Dianæ dicatũ, quod vrbem plurimũ decorabat. Id postea *Erostratus vir iniquissimus, quo sibi famam facinore acquireret, incendit. Fuerat autem templum illud, vnum de septẽ mirabilibus mundi habitũ. Syluius Latinus, quintus rex Latinorum, in hac generatione erat. Philon in Breuiario in 2. parte: Orta, inq̃t, lite inter filios Dauid, q̃s ex Bethsabee genuerat, q̃s ĩ regno præcederet, Dauid edicto statuit à iuniorib[9] inchoari, & vt alteri succederet alter, vbi posteritas naturalis deficeret. Itaq; à Salomõe minimo cœptũ est, & à Nathan illi natu p̃ximiore filio, dicto Abiasar & Mathar, & posteris ei[9] Abiasarim atq; Matharim, id est, vt oẽs dicerent & essent fratres principis, & donati tẽpore ad succedendũ. Hinc vsq; ad Iosaphat Ochoziã, posteritas Nathan semper dicta est Abiasarim. Et ille Nathan fuit etiam filius Dauid & Bethsabee. q̃tuor eñ filios habuit Dauid ex Bethsabee. Idem subiũgit q̃ à q̃rto anno Salomonis vsq; ad deletã posteritatẽ eius naturalẽ, sunt anni 138. de quo in libr. 3. & 4. Regum. Salomon enim à quadragesimo anno regnauit annis 36. Roboam regnauit annis 17. Abias annis tribus, Asa annis 41. Iosaphat annis 25. Ioram 8. Ochozias annum vnum, *Gotholia 7. annis. Anni vero sequentes vsq; ad desolationem, sic sunt digesti: Ioas primus ex Nathan, regnauit annis xl. Amasias 29. Ozias 52. Ioathan xvi. Achaz xvi. Ezechias 29. Manasses 55. Amon, connumeratis decem absente patre, 12 annis regnauit, Iosias 32. Ioachaz mẽsibus tribus, Ioachim annis xi. Ioachin qui & Eliachim, mensibus tribus, & q̃rto mense vltro in Babyloniam trãsmigrauit. p̃to quo Sedechias regnauit annis xi. & facta est desolatio, secundũ Philonem. Sequitur q̃ à 40. anno Salomonis vsq; ad captiuitatem Iudaicam, hoc est, mortem Sedechiæ, anni sunt 440. & à Dauid vsq; ad mortem Sedechiæ, 484.

Prim[9] Athenien. magistratus post regem.

Dido.

Ephesus.

Reges Hebræorum.

GENERATIO XXXIIII.

ANno 4166. à mundi exordio, in Salomone Dauid regis filio, per lineam Christi 34. incepit generatio. Hic regnare cœpit adhuc viuente patre, & regnauit annis 40. sub q̃ Sadoc & Abias Salonites p̃dicabant. Hunc Salomonem dñs ab ineunte ætate sapientia clarum fecit, quem mox natum Nathan prophetæ viro doctissimo atq; sanctissimo educandum instituendumq; dedit, posteaq; suas ob virtutes, etiã iubẽte dño, posthabitis reliquis filijs, cum Dauid pater in regnum præfecit. Sedit itaq; Salomon super thronũ patris sui, q̃ in tẽpore Adonias frater eius supplicabat Bethsabee, vt impetraret à rege sibi dari Abisac Sunamitem vxorẽ. Venit ergo Bethsabee ad re-

Salomonis pueritia.



regẽ, & surrexit rex in occursum, adorauitq; eam, & positus est thronus matri regis ad dextrã, dixitq; ei Bethsabee: Petitionem vnã habeo paruulã, deprecor te, ne cõfundas faciem meã. Et dixit ei rex: Pete mater mea, neq; enim fas est vt auertã faciem tuam. Quę ait: Detur Abisac Adoniæ fratri tuo. Ad quę, indignatus rex, respondit: Quare postulas hoc à me? postula ei & regnũ. Scis q maior ætate me est, & habet secum potentes Abiathar & Ioab, & Abisac habetur quasi regina. sed qa in opprobrium patris petiit, viuit dominus, ipse interficietur. Et interfecit ipsum per manũ Banaiæ filii Ioiadæ. Deinde vocato Abiathar sacerdote, dixit: Vade in agrũ tuum, nec amplius ad me ingrediaris, & quidem vir mortis es, sed hodie te non interficiam, quia portasti arcã dñi. Et translatũ est sacerdotium ad Sadoc, qui fuit de domo Eleazar, & de domo Ithamar, sicut Samuel prædixit Heli in Silo. Fuerunt enim post Phinees filium Eleazari, põtifices, Abisur, Buzi, Ozi. quo mortuo, transiuit pontificatus ad lineam Ithamar annis cẽtum viginti, in q Heli primus fuit summus sacerdos. post Heli Phinees, deinde Achitob, deinde Achimelech, vltimo Abiathar. Intermissi fuerũt de linea Eleazar Zaraia, Meraioth, Amarias, & Achitob. hui⁹ filius Sadoc, de quo hic. Porro Ioab qui pro Adonia zelauit, fugit in tabernaculũ domini, & appræhendit cornu altaris. misit rex Banaiã, cui Ioab dixit: Non egrediar, sed moriar hic. Quod cũ renunciasset Banaias regi, dixit ei rex: Fac igitur sicut locutus est. Et interfecit eum Banaias ad cornu altaris, & sepultus est in domo sua in deserto. & constituit rex Banaiã pro eo super exercitum. Vocauitq; rex Semei, & ait: Habita in Hierusalem, & nõ egrediaris. q si transieris Cedron, interficieris. Qui respondit: Sic faciam. Et habitauit in Hierusalem tribus annis. post hoc fugerũt serui Semei ad Achis regẽ Geth. qua gratia descẽdit Semei, & reduxit eos. qd cũ nunciatum esset Salomoni, dixit ad eum: Tu spreuisti iusiurandũ regis, & mandatum eius trãsgressus es. reddet tibi Deus malitiam, quam fecisti patri meo. & interfecit eum rex per manum Banaiæ. Porro Salomon duxit vxorem filiam regis Aegypti, de qua genuit filium. Proposuerat autem tria se facturum: domum vnam domino, domum sibi vnam, & ambire Hierusalẽ triplici muro, ita vt in primo ambitu esset templũ, & mansiones hebdomadariorum, domus quoq; regia cum mansionibus domesticorum: in secundo habitarent potentes viri & prophetæ, in tertio opifices. Post hæc adscendit in Gabaon, vt immolaret ibi in excelso. Iosephus dicit eum adscẽdisse in Ebron. & obtulit mille hostias in holocaustum super altare qd fecerat Moyses. Et apparuit ei dñs nocte, per somniũ dicens: Postula quod vis vt dem tibi. Qui respõdit: Dñe Deus, ego sum puer paruulus, & ignorans ingressum & exitum meũ. da ergo cor docile seruo tuo, vt possim iudicare populũ tuum, discernereq; inter bonũ & malũ. Placuit sermo corã domino, aitq; ei: Quia non postulasti iuxta verbũ hominũ, dies multos & diuitias & animam inimicorũ tuorum, feci tibi iuxta sermones tuos: dedi tibi cor sapiens, in tantum vt nullus ante te similis tui fuerit. sed & hæc quæ non postulasti, dedi tibi, si ambulaueris in semitis meis, sicut & pater tuus. Euigilãs Salomon, intellexit q esset reuelatio facta per somnium, & rediit in Hierusalem, & corã arca dñi gratias agens, obtulit holocausta & pacifica. Tunc duæ mulieres meretrices venerunt ad regem, quarũ vna ait: Ego & mulier hæc habitabamus solæ in domo vna. cumq; peperissem, tertia die post pepit & hæc. mortu⁹ est aũt filius eius, quem noctis silẽtio posuit in sinu meo, & filium meũ viuentẽ collocauit in sinu suo. mane facto, diligẽtius intuens, depræhendi illũ non esse meũ, q mortuus fuerat. Respõdit altera: Non est ita, sed filius tuus mortuus est, meus autẽ viuit. Cũq; mens omniũ in huius rei discrimine hæsitaret, rex soluit causam. allato em̃ gladio, ait: Diuidat infans, & vtriq; medietas det. Quod audiente matre viuentis, cõmota sunt viscera eius sup filio suo, & ait: Obsecro dñe, date illi infantẽ viuũ. sufficit mihi si video eum viuere. Altera vero dixit: Nequaq, sed diuidatur. Mox rex: Date illi infantẽ q dixit, Viuat. mater em̃ eius est. Et attẽdens oĩs Israel diuinam sapientiã in rege esse, timuit eum. & admirati sunt assessores eius, qui prius sententiã quasi ab adolescẽte prolatam, ridebant. Porro Banaias erat super exercitũ, Sadoc aũt sacerdos, Azarias filius Nathan sup custodes regis: Sabud fili⁹ Nathan, sacerdos regis, id est, cãcellarius: & Ahiasar p̃positus domus, id est, procurator, & Adoniram super tributa. Habebat

Margin notes: Adoniæ interitus. — Sacerdotii tralatio. — Ioab occiditur. — Salomõi datur sapiẽtia. — Iudiciũ Salomonis.

bat autē Salomon duodecim pfectos super omnem Israel. per singulos menses singuli præbebāt necessaria regi & domui eius. quorum vnus reliquis præerat, s. Achimaas, habens Bathsemath filiā Salomonis vxorem, licet & vnus de reliquis, aliā haberet filiam Salomonis. Erat autē cibus Salomonis per singulos dies XXX. cori similæ, & LX. cori farinæ, decem boues pingues, & XX. pascuales, & centum arietes, excepta venatione ceruorū & caprearum, bubalorū & auium altiliū. sed & pisces quotidie ab alienigenis portabātur. & erat summa pax in terra. habebat quoq; Salomon equorum currilium 40. millia, & duodecim millia equitū, quorū medietas regi in Hierusalē obsequebat, reliq vero per vicos regios dispersa manebat. Præfectus vero ille qui ministrabat expensas mensæ, equis hordeū & paleam ministrabat, deuehens omnia ad locū vbi rex morabatur. Salomon quoq; rex præcellebat omnes orientales sapientia, Aegyptios & Hebræos, & scripsit librum de cāticis numero versuum qnq; millium, parabolarū quoq; scripsit tria millia. Et disputauit de natura arborū & herbarū à cedro vsq; ad hyssopū, de natura quoq; omniū animantiū philosophatus est per vnūquodq; genus. Excogitauit etiā adiurationes, qbus ægritudines solent mederi, & quibus dæmones eijciuntur, & alias quibus obstricti non redeūt. Excogitauit etiā characteres qui inscribebātur gemmis, quæ positæ in naribus arrepti cū radice sibi mōstrata, statim eum à dæmonibus liberabant. Hæc scientia plurimū valuit in gente Hebræorū, & maxime necessaria erat, ante aduentū enim Christi sæpius homines à dæmonibus vexabātur. Iosephus testat se vidisse huiusmodi exorcistā, corā Vespasiano dæmones eijcientē. Decreuit & Salomon ædificare domū nomini dñi & palatiū sibi. quare misit ad Hiram regē Tyri, q amicus erat Dauid patris sui, dicēs: Mitte mihi oro virū eruditū, qui nouit operari in auro & argento, ære & ferro, purpura, coccino & hyacintho, & q sciat sculpere cęlaturas, cū his artificibus qs mecū habeo in Iudæa, qs præparauit Dauid pater meus. sed & ligna cedrina mitte mihi & abiegna & pinea de Libano. erunt serui mei cū seruis tuis, vt parent hæc. præterea operarijs qui cæsuri sunt ligna, dabo in cibaria tritici coros viginti millia, & hordei coros totidem, olei quoq; batos viginti millia. Dixit Hiram per literas Salomoni: Quia te regnare fecit dominus super populū suum, benedictus dominus Deus Israel, qui dedit Dauid regi filium sapientem & eruditū, vt ædificet domum dño & palatium sibi. Misi ergo tibi virū prudentem & artificem nobilem Hiram patrem meū, filium mulieris de filiabus Dan, qui patrem habuit Tyrium, hic nouit operari quæcunque desiderat rex. Nos cædemus ligna in Libano, applicabimus ea ratibus per mare in Ioppen: tuum erit transferre in Hierusalem. Numerauit igitur Salomon omnes proselytos, & inuenti sunt *centum quinquagies ter mille & sexcenti, fecitq; ex eis septuaginta millia qui humeris onera portarent, & octoginta millia qui lapides de montibus cæderent. Tria autem millia & sexcētos præpositos operum populi. Porro latomi lapides grandes & preciosos incidebant & quadrabant: qui adeo grandes fuerant, q multi ex eis habebant in longitudine cubitos viginti, in latitudine decē, in altitudine quinq;. Hos latomi cum *erupissent, cęmentarij dolabāt: bipalij vero artifices in his imagines sculpebant.



Mēsa Salomonis.

Salomōis sapientia.

Templi descriptio.

Factum est autem, post quadringētos & octoginta annos egressionis Israel de Aegypto, anno quarto regni Salomonis, mense secundo, q apud nos *Maius, cœpit Salomon ædificare domū domini de marmore cādido, id est, Pario, in monte Moria, vbi Abrahā voluit filiū immolare, & Iacob vidit in somnijs scalā de cœlo ad terrā, & in area Ornan, vbi Dauid vidit angelum cessantem à percussione populi gladio pestis. Lōgitudo templi fuit sexaginta cubitorū, latitudo XX. altitudo CXX. à pauimento vsq; ad primum tabulatum erat altitudo XXX. cubitorum, & à primo tabulato seu solario vsq; ad secundū, erat altitudo similiter XXX. cubitorū, & ab isto secundo solario vsq; ad tertiū, quod erat tēpli tectū, erat altitudo LX. cubitorum. Habebat ergo duo solaria inter pauimentū & tectū, & in qlibet solario erat ab extra in circuitu deambulatorium, & tendebatur per quinq; cubitos, & erant ibi cancelli, ne inde caderent ambulantes. pars autē inferior seu prima mansio ab intra, erat tota coopta tabulis cedrinis vel abiegnis, quibus desuper erāt affixæ laminæ aureæ cum clauis aureis, veluti etiā pauimentū. Et diuidebatur in duas partes, s. primam templi, ad quem locum primo erat

erat ingressus in templū ab oriēte, erat autē ingressus xl. cubitorum. Secunda pars, sancta sanctorꝝ, xx. longitudinis. eratq́ꝫ in medio inter sancta sanctorꝝ paries factus tabulis cedrinis, & laminis aureis cooptus, altus xx. cubitis, ante quem velū appēsum tenue, quod scissum est à summo vsqꝫ deorsum tēpore passionis Christi. Intra sancta sanctorum erat arca dñi, facta à Moyse, in medio inter duo cherubim de oliuis sculpta & cooperta auro, quæ *recta erant, & duas alas extēdebant supra propiciatoriū, quod propiciatoriū erat tanq̄ operculum capsæ, erectum sup eam cum est aperta, sicut se habēt tabulæ altariū pictæ. duas alas extendebant, ita ꝙ ala vnius cherubin tangebat alam alterius, & alia extremitate alarꝝ tangebant parietem tēpli: & erat longitudinis decē cubitorꝝ quilibet eorum. In arca erant tabulæ decalogi. Solū semel intrabat pōtifex summus in anno sancta sanctorū, in festo s. propiciationis. In sancta autē intrabant sępe sacerdotes. & ibi ex parte meridionali erat candelabrum aureum, quod fecerat Moyses, cum septē lucernis: & ex parte aqlonari mēsa propositionis panum aurea. ibi altare aureum, decē candelabra eiusdē schematis, sed maioris quantitatis, quinqꝫ ad dextram, & quinqꝫ ad sinistrā. Et similiter X. mensas aureas maiores alia, & in medio eorum altare thymiamatis, factum de lapidibus, cooptum tabulis cedrinis, & postea aureis, sup quo dabatur incensum thymiamatis. Et forte altare aureum à Moyse factum, paruū erat in sancta sanctorū, quia ibi erat thuribulum aureum. In parietibꝰ vero tēpli ab intra erant sculpturæ pulcherrimæ cherubim & palmarum. Super tectum templi erat ꝑ gyrum nerua aurea, & in labio exteriori per circuitum erant vites aureæ cum vuis & pampinis aureis. Nerua ꝑdicta erat in magnitudine hoīs, vt videretur à lōge quasi sylua aurea. & in summitate iuxta tectum, cum cōsummaretur templū, positus fuit ille lapis reprobatus ab ædificantibus, q coniungebat in angulis duos parietes. Portæ tēpli erant de lignis abiegnis, laminis aureis coopertæ & sculptę cum cherubim & palmis, erantq́ꝫ ad orientē. In facie tēpli erat porticus, quæ in euangelio dicitur vestibulū templi, habens columnas æreas, inter quas erant duæ mirabiliores cæteris pulchritudine sculpturę. Erat autē porticus xx. cubitorum longitudinis, iuxta mensuram latitudinis templi: decem latitudinis ante faciē templi. In hoc vestibulū adscēdebatur ab atrio sacerdotū duodecim gradibus, vel vt aliȷ volunt, septem. Post vestibulum ædificauit Salomon xxx. domunculas paruas, quæ sui copulatione totū tēpli spatiū extrinsecus ambiebāt. Harꝝ singulę habebant quinqꝫ cubitos longitudinis, & qnqꝫ latitudinis, & in altum xv. erant cubitorꝝ. Ingressusq́ꝫ earꝝ ita disposuit, vt ex vna ingrederetur ad alterā aliq̄ spatio interposito. & supra eas ædificatæ sunt aliæ, mensura & numero æquales, ita vt latera templi tria per circuitū tegerent domunculis illis vsqꝫ ad primū tabulatū exterius: reliqua pars tēpli superior, videri poterat libere. Domus autē hæ, fuerunt cubilia & cœnacula hebdomadariorꝝ, & gazophylacia vasorū & vestium sacerdotalium. Erant autē plura atria circa tēplum. Primum erat atrium sacerdotum, platea grandis ex om̄i parte circa tēplum diffusa per quadrū, quæ præ foribus templi ad orientē plurimū extendebatur: quia ibi erat altare ęneū, vbi à sacerdotibus immolabantur, id est, incendebātur animalia in sacrificiū. Hoc altare erat lougitudinis xx. cubitorum, & totidem latitudinis, quadrū, altitudinis decem, eratq́ꝫ vacuum, desup craticulatum, vt infra descenderēt cineres, qui euacuabantur per ostium quod infra erat. *& mare æneū & *lateres. Circa vero latera templi duo, s. ad aquilonem & meridiē, nō erat ita lata illa platea, sed ex parte occidentis adhuc strictior. Huius plateæ ex om̄i parte pauimentum vario marmore stratum, & variȷs erat imaginibus figuratū. Hoc autem atriū cingebat murus breuis, altitudinis trium cubitorꝝ, coopertus tabulis cedrinis per gyrꝝ, vt cæteros à ministris prohiberet. & ad hunc parietē appodiabant se psallentes, cōuersiq́ꝫ ad populū, super hunc inclinati, loquebātur. Hic ambitus muri, vocabatur Gion. vnū solum introitū habebat ad orientem contra portā templi habens apturam xxv. cubitorum. Vsqꝫ ad hunc introitū adscendebant viri & mulieres, deferentes oblatiōēs suas ad ministros sibi occurrētes. & adscendebāt per xxiiȷ. gradus. Intra istud atrium erat & mare æneū, ad modum caldariȷ decem cubitorꝝ, *à labio vsqꝫ ad aliud labium ecōtra rotundum erat. Eius ambitus xxx. cubitorꝝ erat. Et positum erat ad dextrā partē templi super xiȷ. paruos leones æneos, & ibi sacerdotes manus & pedes lauabant ministraturi. Fecit etiam decem luteras æneas, id est, cōchas, quinqꝫ ad dextrā, & quinqꝫ ad sinistram, vbi lauabātur carnes animaliū, lotis exterioribus in probatica piscina, q̄ erat in Hierusalem. Erat & sub isto aliud atrium, longe maius ex omni parte, quod circuibat templū, continens in se atrium primū. & murus ambiens ipsum, erat in altitudine vigintiqnqꝫ cubitorꝝ. & ex parte occidentali templi nullām habebat portā. ex parte vero meridionali habebat quatuor portas, & similiter ex parte aqlonari. Ex parte autē ori

Nerua aurea.

Lapis repbatus.

Salomonis domūculæ.

Altare ęneū

orientali, scilicet ante faciẽ templi, erat in medio porta, quæ dicebať speciosa: in angulis huius partis duæ portæ paruæ. & ex tribus his partibus, aquilonis, meridiei & orientis erãt porticus, vbi manebãt hoĩes tẽpore pluuiali. nam aere sereno manebãt sub dio ad orandũ. solũ aũt mundis viris licebat manere in hoc atrio. hoc etiã dicitur templũ, in quo Christus sæpe p̄dicabat. Ex parte orientali huius atrij manebant num mularij vendẽtes animalia offerenda, quos Christus dicit eiecisse de templo, id est, de hoc atrio. Erant aũt in porticibus, & circa portas huiusmodi atrij, diuersæ capsæ pro oblationibus. Vna dicebať Musach, vbi recipiebanť oblationes regũ, & alioꝝ etiam, sed in festiuitatibus. Alia dicebatur Corban, vbi mittebanť oblationes sacerdotũ & votiua. de qua dixerũt, *de triginta argenteis: Nõ licet eos mittere in Corbanã. Tertia, q̃ dicebať gazophylaciũ, vbi mittebanť oblationes pauperũ, vel ad vsus pauperũ. In lateribus aũt huius atrij, scilicet australi & meridionali, erãt in porticibus pastophoria, id est, loca apta, in quibus comedebanť à laicis mundis, q̃ eis contingebãt de sacrificijs animaliũ. In porticibus etiã illis erãt tria gña sediliũ: prima dicebanť cathedræ, vbi sedebãt doctores in gymnasio: secũda dicebanť synedræ, vbi auditores in cõsistorio: tertia exedræ, vbi assessores cũ iudice ad aliquid tractãdũ. Sub hoc atrio erat & tertiũ in decliuiori parte montis, q̃d etiã erat maioris circuitus q̃ contineret secundũ, sed nõ tantæ venustatis, & erat eiusdẽ cõpositionis cũ secũdo: ibi orabãt & manebant mulieres mũdæ tantũ. Sub hoc erat & quartũ atriũ, cuius murus per circuitũ ab extra erat in radice collis huius, & adscẽdebat quadringẽtis cubitis vsq; ad verticem tantũ collis, vbi tẽplũ erat sitũ. Et ita hic murus nõ prohibebat adspectũ tẽpli, nec eorũ qui ministrabãt in atrio interiore. hic orabãt immũdi viri & mulieres, & gentiles qui veniebãt ad orandũ in tẽplo. Fecit q̃q; fieri multa vasa in tẽplo, aliqua aurea, aliqua argẽtea, aliqua ænea, vel de aurichalco. Dicitur etiã, ꝙ in cõstructione tẽpli malleus & securis, vel aliud ferramentũ, non sunt audita: ita prius erant omnia polita. Prædictis oĩbus perfectis, Salomon scripsit oĩbus Hebræoꝝ principibus ac senioribus, vt iuberẽt omnẽ populũ ad dedicationẽ templi Hierosolymã cõuenire, vt viderent simul & templũ & Dei arcam ibidem portandã. conuocatáq; multitudine Hierosolymis, rex cũ ingenti hostiarũ pompa, luminaribus atq; sacrificijs innumerabilibus, arcam primo mense cũ duabus testamenti tabulis in aditu templi collocauit. in quo quidẽ etiã vrnam auream manna plenã, & virgã Aaron posuit. his optime gestis, Salomon orationẽ fudit ad dominũ pro populo, qua completa, sese deuotissime prostrauit in terram, & adorato dño, surrexit. & in templo per septẽ dies obtulit hostias, xxij. millia boum, arietũ centũ viginti millia. Septimo aũt die manifeste vidit Deum sacrificia sua grata habuisse. nam ignis ex aere om̃ibus vidẽtibus, super altare descendit, & hostias vniuersas absumpsit. Cumq; sacrificia celebrasset rex, cũ benedictione dimisit populũ in pace. ante tamen apparuit dñs secundo illi per somnium, dicens: Exaudiui orationẽ tuã, sanctificaui domũ hanc, & erunt oculi mei cunctis diebus super eam, & super te, & super populũ Israel, si custodieritis mandata q̃ proposui vobis: alioqui auferã vos de terra quã dedi vobis, & templum hoc proijciam à cõspectu meo, & erunt ærumnæ vestræ fabulæ narrantium.

Templi dedicatio.



Ignis absumpsit hostias.

Factum est aũt post hæc cœpit Salomon cõstruere anno regni sui duodecimo ædificia domorũ regaliũ, quæ tredecim annis vix effecit. non em̃ circa ea adeo feruẽs erat studiũ populi, sicut circa templũ. Fecit aũt tres domos, vnã sibi, alterã vxori suæ filiæ Pharaonis, & domũ saltus. Domũ suã ædificauit præclarissimã, domũ vero reginæ simili opera, domus saltus duplex erat, id est, ex duplici materia, pars inferior erat lapidea, in qua reponebãtur aromata & pigmẽta ad vsus templi & domus regiæ, vt ex beneficio terræ & muri diu vigerẽt. Superior pars domus lignea erat, de lignis Libani facta. vnde & dicta est domus saltus Libani, & circũquaq; consita erat arboribus & viridarijs miræ voluptatis. in ea reponebanť arma, vt beneficio ligni rubiginẽ nõ sentirẽt: erãt arma non solũ ad pugnãdũ, sed etiã ad decorẽ & ostẽtationẽ regij fastus. Fecit em̃ rex Salomon ducẽta scuta aurea, sexingenti sicli erãt in vnoquoq; scuto, & totidem lanceæ aureæ erãt. fecit quoq; ducẽtas peltas aureas, quarũ quædã erant rotundæ, aliæ instar semi-

Salomonis ædificia.

cycli factæ, his vtebantur custodes regis ante ostium domus excubātes, & qñ rex egrediebatur, antecedebant eum equitantes & ferentes huiusmodi arma iuuenes flaui, & vsq; in equorũ sessionem diffundentes cæsariem comis suis, adijcientes auri tincturā. hos sequebat rex vectus in curru. Porro pars illa superior domus saltus, habebat longitudinem centum cubitorũ, & in latitudine quinquaginta, & in altitudine triginta, cuius camera tota vestiebat tabulis cedrinis. Sustentabat vero tribus ordinibus columnarum: vnusquisq; ordo habebat columnas quindecim e regione se respicientes, & pari modo à se distantes, & ita inter muros & tres ordines columnarũ, erant quatuor deambulatoria. pro foribus aũt domus fecit porticũ, columnarũ quinquaginta longitudinis & triginta latitudinis. E regione erat domus regia, grandi interiacente viridario, eiusdē longitudinis, latitudinis & altitudinis qua domus saltus. Veruntamen simplex erat & vnius mansionis murus, cuius altitudo quatuor habebat distinctiones, quarũ tres diuersis variabant coloribus. quarta vero superior, cælaturis erat ornata. erant ibi arbores sculptæ diuersi generis, ramis, folijs & pomis obumbratæ, ita vt propter miraculũ subtilitatis agitari quodāmodo putarent. in medio totius amplitudinis erat domuncula, habens latitudinē triginta cubitorũ, & in ea erat soliũ validis colũnis fabrefactũ, in quo rex sedēs, iudicia proferebat. in posteriore parte domus laquearia & parietes vestiti erāt auro, vbi fecit rex thronũ de ebore grādem, & vestiuit eum auro, cuius adscēsus facilis erat, sex gradibus & marmore porphyrio factus. xij. leunculi stabāt super sex gradus hinc & inde. reclinatio throni posterior, rotunda erat, sedēs super vitulũ respicientē post tergũ, & duæ manus hinc & inde tenebant eũ, & duo leones stabāt iuxta manus singulas. nõ fuit tale opus in vniuersis regnis. fecit & circa domũ reliqua habitacula & sedilia, vbi post causas explicatas residebat, strata omia ex marmore & tabulis cedrinis. Fecit quoq; domũ reginæ in latere descendentem, marmore, cedro, auro & argento opulentissime decoratum. fecit & vtensilia vtriusq; domus præclara, necnon & vasa quæcunq; sunt epulis opportuna, omnia ex auro fecit.

Solium Salomonis.



Perfecit itaq; templum, domos regias cum omi supellectili sua viginti annis, Hiram rege Tyri præbente auxiliũ in lignis & auro. Tunc dedit Salomon Hiram vicissim viginti oppida in terra Galilææ in sorte Neptalim maritima, sed noluit rex Tyri recipere, licet à Tyro non procul essent positæ. Tunc primum terra illa vocata est Galilæa gentium, non q ibi gentes habitarent, sed quia sub ditione regis gentilis erat, qa eā tandem recepit. Post hæc conuertit animũ rex ad muros ciuitatis construendos, qs miro robore ampliauit. vias quoq; regias quæ ad Hierosolymā ducerent, nigro lapide strauit, sed & nouas ciuitates pro opportunitate locorum fundauit, quasdam contra hyemis intemperiem, quasdā aduersus cauma æstiuum, quasdam contra veris & autumni mutabilitatem. Vltra fines quoq; terræ promissionis plurimas vrbes occupauit, socero suo, rege Aegypti, qui vltimus Pharao dictus est, auxilium præbente. Chananæos autem de monte Libani vsq; ad ciuitatem Amathi fecit sibi tributarios, ex quibus & elegit seruos. de filijs enim Israel nullum fecit Salomon seruum, sed erāt viri bellatores & ministri eius, ex quibus erant super omnia opera Salomonis præpositi quingenti quinquaginta. Classem quoq; fecit in insula Aegyptiaca, Asion Gaber, & nauigabant cum seruis Salomonis viri nautici de Tyro, deferentes de Ophir aurum multum, & circumeuntes Indiam, post triennium referebant aurũ, quadringenta atq; viginti talenta. argentum quoq; ac dentes elephantorum, munus nullo comparabile precio, simias, pauones, gemmas, ligna tina quàmplurima lignis sethim non dissimilia, odore iucundissimo admirabilia. ex illis rex Salomon fulcra fecit atq; sedilia magnificentissima in domo domini ac ædibus regijs. Tum citharas & lyras, cæteraq; nonnulla musica instrumenta, veluti etiam nabla cantoribus ex electro fabrefecit. Erant adeo omnia splendida, omnia magnifica, vt nullus pene inter res preciosas argento locus relinqueretur: siquidem plerunq; pro foribus domorũ sedilia plurima in Hierusalem erant argentea, vbi abundabāt etiam cedri. Ad horũ incredibilem opinionē regina Saba, noīe Nicaula, excitata ad videndũ eũ, Hierosolymā venire cōstituit, & suscepto splēdido comitatu ac magnifico, ingressa est Hierusalem

Galilæa cur terra gētiũ.

Murorum structura.

Vltim⁹ Pharao q fuerit

Nicaula Aegypti & Aethiopiæ regina.

sem,& locuta est Salomoni vniuersa q̃ habebat in corde suo. nec fuit sermo qui regẽ lateret,sed soluit ænigmata illius,& docuit eam in omnibus his q̃ proposuerat. Admirata est illa,ita ꝙ vltra in ea nõ esset spiritus,asserens famã multo minorẽ esse veritate. veruntamen præ cæteris admirabat̃ domũ saltus,& supra templum fabricã,ordinẽ quoq; & frequentiã ministrantiũ in templo:tertiũ vero, ordinẽ & distinctionẽ seruientiũ regi in mensa. nam & pincernæ pariter cultu distincto ab alijs ornabãtur, similiter & panũ latores & dapiferi,vt in tanta multitudine ministroꝝ nullus dubitaret,quis cuius rei ministerio fungeret̃. Cui tũc regina profitebat̃,dicẽs:O rex,quis non benedicat Deum,& hanc tuam prouinciam & eius habitatores,vt te tam insignem,ad regni culmen euexerit? & ad ostendendũ suæ mentis affectum,statim apertis thesauris suis,viginti auri talenta regi obtulit,& aromatũ innumerabilem multitudinem ac lapides preciosissimos multos,& inter cætera etiam quasdã arbusculas seu radices balsamo sudantes,quas Salomon nõ longe ab Hierosolymis in mõte Engaddi plantari iussit,cui etiam Salomon multa redonauit,nihilq; fuit quod postulanti nõ præberet. & tandem his susceptis muneribus,regina ad propria remeauit. Tradunt aũt quidã,eam scripsisse Salomoni,quæ ꝑsentialiter ei dicere timuit,se vidisse quoddã lignũ in domo saltus,in quo suspendendus foret quidã,pro cuius morte regnum Iudæorũ periturum esset,& quibusdã indicijs illud regi indicauit. quare lignũ (vt aiunt) in terrã Salomon suffodit,id quod postea in probatica piscina supernatarit,lignum crucis viuificæ. Verum hæc incertis feruntur autoribus. Procedente vero tempore,amauit rex Salomon mulieres alienigenas cõtra legem,& posuit maculam ac schisma in genere suo,fueruntq; ei vxores quasi septingentæ,& concubinæ trecentæ,quæ auerterũt cor eius,cũ iam senex esset,& secutus est deos alienos,ne delicias suas contristaret,ædificauitq; in excelsis circa Hierusalẽ tria phana idolorũ,vnũ Astoreth deæ Sidoniorũ,quæ Iuno dicitur:secundũ,Chomos idolo Moabitarũ:tertium, Moloch idolo Ammonitarũ,cuius phanũ statuit in monte Olíueti e regione templi, quod plurimum Deo displicuit:vnde & postea dictus est locus ille,locus offensionis. Venit ergo ad eum propheta missus à Deo,dicẽs:Hæc dicit dñs,quia scidisti pactum meũ,scindam regnũ tuũ,& dabo illud seruo tuo,non tamen totũ,sed tribũ vnã præter tribũ Iuda,relinquam filio tuo propter Dauid seruũ meũ,propter quẽ etiã non faciam hæc in diebus tuis. Porro cũ vixisset Salomon in summa pace,circa finem vitæ suscitauit ei dñs aduersariũ Adad Idumæũ de semine regio,qui in tẽpestate illa quando desæuit Ioab in Idumæos,puer fugit in Aegyptũ,cui postea rex Aegypti dedit sororem vxoris suæ in coniugem,quæ peperit ei filiũ Genebath. Cumq; audisset Adad Dauid & Ioab mortuos esse,& postea Salomonẽ infatuatũ,egressus de Aegypto,vastauit seu infestabat Israel. Adiecit & ei dñs aliũ aduersariũ,Razon principẽ latronũ in Damasco. Hieroboã quoq; filius Nabat Ephratæus,seruiens Salomoni,leuauit cõtra regẽ manũ suam hoc modo:Salomon ædificauit Mello,muros voraginis extollens,vt coæquaret eos ciuitati Dauid. vidẽsq; Salomon Hieroboã bonæ indolis & industriũ,statuit eum ꝑfectũ operis,deinde cõstituit eũ super vectigalia vniuersæ dom9 Ioseph. Quadã die dum egrederet̃ Hieroboã de Hierusalẽ,inuenit eũ in via Achias propheta Silonites,opertus pallio nouo,q̃d scidit in xij. partes,& ait ad Hieroboã: Tolle tibi decẽ scissuras,hæc eñ dicit dñs:dabo tibi decẽ tribus,& eris rex sup Israel: filio aũt Salomonis dabo vnã,vt remaneat lucerna Dauid coram me in Hierusalem, quam elegi,vt esset nomen meum ibi. Quo audito,Hieroboã intumescens suadebat populo,vt recederet à Salomone. quãobrem Salomon statuit eũ interficere. tunc Hieroboã fugit in Aegyptũ ad Sesac regem Aegypti,vsq; ad mortem Salomonis. Tum dormiuit Salomon,& sepultus est in ciuitate Dauid,cũ regnasset in Hierusalem super omnẽ Israel quadraginta annis. Veruntamen Iosephus dicit,ꝙ mortuus sit Salomon valde longæuus,qui regnauit annis octoginta & vixit annis nonagintaquatuor. sed secundũ priorem positionẽ,vixisset solũ annos quinquaginta & vnũ,nam regni sui vndecimo anno Salomon genuisse perhibet̃ Roboã,sed Comestor dicit,diuinã scripturã eos tantũ exprimere annos,quibus regnauit anteq̃ præuaricaret̃. Laosthenes Eupalis regis filius,xxxij. Assyriorũ rex,xi. regni Salomonis anno Assyrijs regnare cœpit,regnauit annis 37. Labotes quartus Lacedæmoniorũ rex,14. anno regni Salomonis cœpit regnare,regnauit annis 37. Agilaus tertius Corinthiorum rex,anno octauo regis Salomonis regnare cœpit,regnauit annis 37. Alba Sylvius sextus Latinorũ rex,nono regni Salomonis anno Latinis regnare cœpit,& regnauit annis 39. hunc beatus August. 18. de ciuit. Dei ca. 20. dicit Albam vrbem in Latio instaurasse,& ibidem regni sedem constituisse,à quo deinceps successores eius Albanorum

Idololatria Salomonis.

Achiæ factũ

Mors Salomonis.

Alba Syluius.

norũ reges, omisso Latinorũ nomine, appellari cœpti sunt. Semeias propheta vir sanctus, tempestate hac magno in precio apud Hierusalẽ est habitus. hic inter Roboã postea & Hieroboã bellum ortum sedauit, & inter cætera hic illorũ duorũ regũ gesta scripto mandare curauit. Sadoc, summus Hebræorũ sacerdos in principio regni Salomonis haberi cœpit. hic à Salomone sacerdotiũ obtinuit, eo quia cũ Nathan propheta eidem Salomoni regnum procurauit, de quo aliquid in principio generationis huius inuenies. Achias propheta vidit in spiritu populũ conculcantẽ iugũ boũ, & ꝑdixit sacerdotes cõculcandos à populo, & Salomoni ꝑdixit ꝙ euertẽdus esset à mulieribus. sepultus est iuxta ilicem in Silo. Anno regni Salomonis xxxiij. cœpit Aegyptiorũ dynastia prima, in qua primo regnauit Smendis annis 26. hic (vt existimo) binominis fuit, nã illa ætate Sesac rex fuit Aegypti, qui multas Iudææ cepit vrbes anno quinto Roboã, vt dicetur, & pactis ꝓcedentibus, vrbẽ regiã intrauit: sublatisq́ thesauris domus dñi & domus regis, omnia secũ tulit. Refert & Herodotus, Sesac multas gentes subiugasse, apud quẽ est hoc quoq; memorabile, ꝙ inquit Aethiopes ac Phœnicas ab Aegyptijs didicisse circuncisionem.

Semeias.

Sadoc.

Achias.

Aegyptiorũ prima dynastia.

GENERATIO XXXV.

*4206 ANno * 426. à mundi exordio, cum Roboam filio Salomonis, xxxv. incepit generatio. regnauit aũt Roboã super Iudã in Hierusalẽ annis xvij. prophetabant sub ipso in Iudæa Achias, Amos, Iohel & Azarias. Hic Roboã filius Salomonis, vir erat superbus, fatuus ac pauidi cordis, qui cum noluisset paternis amicis credere, perdidit principatũ. nam Salomone eius patre defuncto, oẽs populi eũ adeuntes, rogauerunt vt aliquid de seruitijs & onere paterno relaxaret, quo deuotiores esse vellẽt apud eũ. Ille aũt relicto in hoc senũ cõsilio, iuuenibus adhæsit, & dura populo respondit. dixit eñ minimũ digitum suũ, vastiorẽ dorso patris sui, & seueritatem quam fuerant in illo experti, aucturũ se asseruit. Hæc quippe Dei voluntate ab eo gesta sunt, vt quæ prædixerat Achias propheta, perducerent ad effectũ. Vnde audientes tam durum responsum populi, vno ore dixerunt, nihil sibi deinceps cõmune fore cum filijs Dauid, tumultuantes. Metuens igitur Roboam, ne lapidaretur ab eis, relicta Sichimorum ciuitate, vbi tum erat, Hierosolymam confugit, & à tribubus Iuda solum ac Beniamin, constitutus fuit rex. Reliquæ vero decem tribus ab eo recedentes, regem sibi cõstituerunt Hieroboam. Roboam misit inter hæc ad populũ Aduram, qui erat super tributa, & lapidauerunt eũ. Hieroboam aũt qui profugus à facie Salomonis in Aegyptũ ierat, mortuo rege reuersus est, qui & vnà cum populo remissionẽ vectigalium petierat. repulsa habita, rex à populo Israel cõstitutus est. Decem eñ tribus constituerunt Hieroboam regẽ super se. Iuda vero & Beniamin tribus, secutæ sunt Roboam, & fuerunt cũ eis Leuitæ, propter templum q̃d erat in Hierusalẽ, & tunc separata est monarchia regni Hebræorũ in duo regna, nec amplius ad vnitatẽ redijt. & dictũ est regnum decẽ tribuũ, regnũ Israel, pro multitudine nomen patris sui Iacob cõseruãs: aliàs etiam dictum est regnum Ephraim, quia Hieroboam de Ephraim tribu erat. Alterũ vero dictũ est regnum Iuda, ob dignitatem tribus regiæ, in quo linea Christi seruata est. Porro Roboã collegit exercitũ, centũ octoginta millia electorũ virorũ, vt pugnaret contra rebelles, ac illos reduceret. Sed nec illud bellũ dño placuit. vnde misit ad eum Semeiam prophetã, dicentẽ: Hæc dicit dñs, nolite pugnare contra fratres vestros. His precibus acquieuere. Hieroboam dixit in corde suo: Si adscenderit populus hic in Hierusalẽ quotannis ter, cõuertetur ad Roboã. quare nouos colendi ritus instituit, duos vitulos aureos, totidemq́ templa cõstruxit. illis seductus est populus, rex *primũ pontifex cũ cæteris sacerdotibus altare cõscendit, & hostias ac sacrificia de vitulis obtulit, dixitq́ ad populũ: Omnis locus habet Deũ. nõ est necesse vt adscendatis ad Hierusalẽ, vt ibi quæratis Deũ. Ad quẽ misit dñs prophetã Gad, vt aliqui volunt, qui rege stante super altare ad immolandũ, exclamauit: Altare altare, hęc dicit dñs, Nascet filius Dauid nomine Iosias, qui comburet super te ossa sacerdotum tuorũ. Et ait ad populũ: Dabo vobis signum, ꝙ locutus fit in me dñs, ecce altare scindetur, & effundet oblatio q̃ est in eo. Tunc rex extendit manũ suã, præcipiens eum appræhendi, & statim aruit manus eius cum brachio, altare quoq; scissum est, & effusa sunt omnia quæ erãt in eo. Timens aũt rex, ait ad prophetã: Ora pro me, vt restituat manus mea mihi. Quo orante, sanata est manus regis. Cumq́ dixisset ei rex, Veni vt prandeas mecũ, & dabo tibi munera, respondit: Non possum, sic eñ præcepit mihi dñs, non comedes panẽ neq; bibes aquã, neq; reuerteris per viã qua venisti. Egressus itaq; propheta de Bethel, reuertebatur in Hierusalem per aliam viam. erat autem in Bethel propheta quidam, senex & iacens in lecto, cui cum indicassent filij eius quæ viderãt

Prophetæ.

Regni iudaici diuisio.

Hieroboæ idololatria.

viderant & audierant, dixit eis: Sternite mihi asinum. & adscendens, abijt post virum Dei, & ait ad eum: Redi mecum vt comedas. Qui respondit: Non possum, quia prohibuit dominus. At ille: Propheta sum sicut tu, & dixit mihi dominus, reduc eum vt comedat. seductus ille, redijt. Cumq; sederent in mensa, factus est sermo domini ad prophetam qui reduxerat eum, & ait in spiritu: Quia non custodisti mandatum domini, non inferetur cadauer tuum in sepulchrum patrum tuorum. Cumq; rediret vir Dei post prandium, occidit eum leo in via, asinus autem prophetæ stabat iuxta cadauer, & leo non tetigit asinum, sed cadauer custodiebat. quod cum accepisset senex ille, retulit cadauer prophetæ, & posuit illud in sepulchro suo, dicens filijs suis: Cũ mortuus fuero, ponite ossa mea iuxta ossa eius, vt parcat ossib⁹ meis propter eũ. Hieroboam autem non reuersus est à via sua pessima, nam senex ille persuadebat ei, non fuisse verum prophetam quem dominus occiderat: de ariditate vero manus, dixit eam labore sacrificandi obstupuisse, & post quietem ad naturam propriam remeasse, altare vero propter onus impositorũ ruptum fuisse aiebat. In diebus illis habuit Hieroboam filiũ nomine Abiam, qui ægrotare cœpit, & ait rex vxori suæ: Commuta habitũ, ne cognoscaris, & vade in Silo ad Achiam prophetam, qui mihi quondam locutus est de regno. roga eum super puero. Et adscendit mulier ad Achiam, qui videre nõ poterat præ senectute, sed præinstructus à domino, ait: Ingredere vxor Hieroboam, quare te aliam simulas? vade & dic Hieroboam, exaltaui te, tu autẽ proiecisti me, fecisti tibi deos alienos, ego percutiam de Hieroboam mingentem ad parietem, & delebo de domo eius vsq; ad vilissima. dabo cadauera eorũ canibus & feris, tu autem reuertere, & in introitu tuo morietur puer, qui solus de domo Hieroboam inferetur in sepulchro. Redijt itaq; mulier interea, & mortuus est puer. Anno autem quinto Roboam, cum iam fecisset Iuda malum coram domino, fecit sibi aras & statuas & lucos super excelsa montiũ, veluti effœminati cultores Cybeles, offensusq; dominus, suscitauit contra Iudam Sesac regem Aegypti, qui veniens Hierusalem manu forti, cui cum resistere non possent, pactis ingreditur vrbem, quæ tamen non seruauit, sed diripuit thesauros domus domini & domus regiæ, scuta quoq; aurea abstulit, pro quibus postea rex Roboam fecit ærea scuta. fuit autem Sesac cunctis diebus inimicus Roboam. Roboam duxit vxores decem & octo & concubinas sexaginta, e quibus vna Absalom filia fuit, quam super omnes amabat, de qua natus est ei filius, quem Abiam appellauit. Genuit quoq; ex omnibus vigintiocto filios & sexaginta filias. Cuncti vero sacerdotes Israel pariter & Leuitæ, qui Deũ ex toto corde quærebant, ad eum in Hierusalem conuenerunt ad immolandum victimas domino Deo patrum suorũ, qui & regnum Iuda optime roborauerunt. Quo confirmato, ipse rex ad impietatem conuersus, spreuit Dei religionem. quapropter vindicem super eum misit Deus regem Aegypti Sesac, vt dictum est. Quadraginta autem & vnius anni erat, cum regnare cœpisset, & postquam decem & septem annis regnasset in Hierusalem, pugnam habens contra Hieroboam cunctis diebus, dormiuit cum patribus suis, sepultusq; est in ciuitate Dauid, & regnauit Abia filius eius pro eo. Constituit eñi Abiam filium Maachæ, dum adhuc viueret, ducem super omnes fratres suos. Anno autem primo Roboam regnare cœpit Hieroboam super decem tribus, & dictus est rex Israel, ac in eo cœpit initium regum Israel, habitauit in Samaria. regnauit autem annis xxij. Anno vero regni Roboam regis xvi. regnauit apud Assyrios Piriciades xxxiij. rex, regnauit annis xxx. Smyrna his temporib⁹ restauratur ab Amazone. Anno regni Roboam viij. Epytus Syluius rex Albanorum vij. regnauit annis xxiij. Anno regni Roboam tertio, Thersippus Athenis magistratum administrauit quartus annis xli. Anno regni Roboam viij. Dorysthus quintus rex Lacedæmoniorũ, regnare cœpit, regnauit annis xxix. Anno regni Roboam qnto, *Pryminas quartus Corinthiorum rex, regnare cœpit, regnauit annis xxxv.

Idololatria Roboam.

Templum spoliatur.

Abia nascit.

Mors Roboam.

Smyrna

Epytus.

GENERATIO XXXVI.

ANno 4223. à mundi exordio, in Abia filio Roboam, xxxvi. incepit generatio, regnauit hic annis trib⁹ super Iudã in Hierusalẽ, anno regni Hieroboam in Israel decimooctauo. Abia rex cunctis erat fratribus clarior, qui cũ iustus & rei militaris scientissimus esset, Hieroboam regẽ Israel ad se cũ ingenti exercitu venientem, facile superauit, ex cuius quidem exercitu quinquaginta millia hominum vno prælio interfecit. hic xiiij. duxit vxores, e quibus xxij. genuit filios & sedecim filias. Ambulauit autẽ in omnibus peccatis patris sui, ac anno tertio regni sui mortuus est, & sepelierunt eum in ciuitate Dauid, regnauitq; Asa filius eius pro eo. In secundo anno regni Abiæ, Psusenses Aegyptijs regnare cœpit.

Abia rex.

GENERATIO XXXVII.

Anno 4226. à mundi exordio, in Asa filio Abiæ, anno regni Hieroboam xxi. xxxvij. incepit generatio. Regnauit aũt Asa super Iudam in Hierusalem annis xli. prophetãtibus in Iudæa Aggeo, Hieu, Amos, Iohel, Azaria, Abdia, Michea, Anani. Asa rex fecit rectũ coram dño, sicut Dauid pater eius, & abstulit effœminatos de terra & sordes idolorũ, & Maathan matrem suã amouit, ne esset princeps in sacris Priapi, & subuertit specũ eius, & simulacrũ turpe combussit in torrente Cedron, excelsa tamen nõ abstulit, nõ tamen ad idololatrandũ, sed ad retrahendũ populum ab idololatria. Anno secũdo regni eius, Hieroboam mortuus est, & regnauit Nadab filius eius pro eo, qui ambulauit in vijs patris sui, quibus peccare fecit filios Israel. Et cũ obsideret ciuitatẽ Gebethon Philistinorũ, insidiatus ei quidã amicus suus Baasa, interfecit eum anno secundo regni sui, & regnauit pro eo. Potitus aũt imperio, omne genus Hieroboam interemit, iuxta verbũ Achiæ prophetæ. nã alij quidẽ cognatorũ Hieroboã, in ciuitate mortui, à canibus lacerati sunt, alij à volucribus deuorati, ac sic domus Hieroboã pro impietate sua pertulit vltionẽ dignam. Regnauit aũt Baasa in Thersa annis xxiiij. fuitq́ de tribu Isachar. Porro Asa anno decimo regni sui percussit *Zaram regẽ Aethiopiæ plaga grandi, qui irruerat in regnũ Iuda. Et redeunti Asæ à victoria, occurrit Azarias propheta, asserẽs victoriã sibi à Deo cõcessam, quia legitima eius seruabat. tunc scripsit Asa in omnẽ prouinciã, vt oẽs legẽ Dei diligenter seruarẽt, regnumq́ sic composuit, cunctã ab eo abscindẽs nequitiã. Baasa vero rex Israel, tanq̃ malignus & impius, in vijs Hieroboã atq; eius peccatis q̃bus peccare fecit Israel, ambulans, populũ suũ multis malis afflixit, & Deo multã iniuriã intulit. contra Asam quoq; cunctis diebus vitæ suæ bellũ gessit. Adscendit tandẽ in Iudã, & muro circundabat Rhama, vt nullus e regno Asæ posset egredi aut ingredi. Asa vero rex Iuda, cũ videret se angi, tollens aurũ & argentũ de domo dñi & de domo regia, misit illud Benadab regi Syriæ in Damascũ, dicẽs: Fœdus fuit inter patres nostros. peto vt recedas à Baasa, & me adiuues. Et acquiescens Benadab, misit exercitũ in ciuitates Israel. Quod audiẽs Baasa, intermisit ædificare Rhama, & reuersus est in Thersam. Porro Asa tulit vniuersa ligna & lapides ædificandi gratia apportata, & ædificauit ex eis Gabaa & Maspha. Tunc venit ad eũ propheta Anani, arguens eũ, q relicto dño, spem posuerat in regẽ Syriæ. propter q̃d Asa prophetã incarcerauit, sup q̃ iratus dñs, interfecit plures de populo. Venisse etiã legit̃ post hæc Hieu propheta filius Anani ad Baasa, dicẽs: Hæc dicit dñs, exaltaui te de puluere, tu aũt ambulasti in vijs Hieroboã, & in multis peccare fecisti populũ, ideo demetã posteriora tua, & faciã domũ tuã sicut domũ Hieroboã. Ob q̃d occidi fecit rex prophetã. Sed & Baasa paulo post à Creone milite suo peremptus est, & in ciuitate Thersa sepultus, cui successit filius eius Hella.

Asa rex Iuda. Asę victoria. Baasę mors.

Hella rex. Hella Baasæ filius, anno xxvi. regni Asæ regnare cœpit ĩ Israel. regnauit annis duob⁹. hic q̃q; flagitiosus temulẽtusq́ fuit, oĩm virtutũ expers, propter q̃d seruus eius Zambri, videẽs eũ temulentũ, in vrbe Thersa interfecit, & ipse regnũ occupauit. q̃ obtento, omne Baasæ genus (vt p̃dixit propheta) interemit, ac sic domus Baasæ radicitus propter impietatẽ suã euulsa est. Zambri, mortuo Baasa, septẽ tantũ diebus regnauit. exercitus eñ audiẽs q̃ gesserat Zambri cõtra principẽ suũ, cõstituit sibi regẽ Amri, qui cũ exercitu multo venit in Thersa, & bellica manu cepit eã. q̃d videns Zambri, ad arcem cõfugiẽs, semetipsum vnà cum arce cremauit. mox in Israel cõtentione suborta, pars sequebat̃ Amri, pars vero Thebni. cumq́ vicisset pars Amri, Thebni occisus est.

Amri rex. Amri itaq; Israelitarũ quintus rex, xxx. anno regis Asa suscipiẽs imperiũ, tenuit illud xij. annis, primo cũ Thebni quatuor, postea in Samaria octo annis. hic super oẽs qui ante eum fuerãt, nequior inuentus est. Emit aũt Amri à Sonier duobus argenti talentis partẽ montis, in q̃ erat ciuitas Mareon, & reparauit eam, vocãs Samareon, alio noĩe Samariã, & in ea posuit sedẽ regni, q̃ prius fuerat in Thersa. Fecit malũ ac impietatem corã dño, propter q̃d hunc dñs cũ genere suo extinxit, deniq; ipse in Samaria est defunct⁹, regnauit Achab filius eius pro eo. Aegrotauit etiã Asa anno xxxix. regni sui dolore pedũ vehemẽtissimo, & nec ĩ infirmitate sua q̃siuit dñm, sed medicorũ arte confisus est. dormiuit cũ patribus suis anno quadragesimoprimo regni sui, ac sepultus est in ciuitate Dauid, & regnauit Iosaphat filius pro eo. Ophrateus Assyriorũ rex 34. regnare cœpit anno Asæ 26. regnauit annis 20. Nephercheres anno 40. regni Asę regnare cœpit, regnauit annis q̃tuor apud Aegyptios. Capys Syluius viij. Latinorũ rex, anno xiij. regni Asæ regnare cœpit, reg. annis 28. Capua Cãpauiæ ciuitas ab isto cõdita dicit̃. Agesilaus sextus Lacedæmoniorum rex, 20. regni Asæ anno cœpit regnare, regnauit annis 44. hic vir omni laude dignus, ab Hercule originem ducens.

Capua. Agesilaus.

ducēs.hic aliqñ interrogatus melior ne esset fortitudo an iustitia:ait,fortitudine non indigemus,si iusti simus.Hic,cum laudaretur orator qui paruas res augeret q̃ vehemētissime,ait:Cerdonem minime laudo,qui paruo pedi magnum induit calceamētum. Aliqñ quidam dixit,Promisisti:respondit, si quidem iustum est: sin iniustum locutus sum,non promisi.Cumq; idem subdidisset, decet reges quicquid capite annuunt,pficere:non reges magis,rñdit, q̃ illos qui reges adeunt,iusta decet petere & ita loq. De obloquentibus dixit,non minus eorum qui dicerent,q̃ de qbus dicerēt, perdiscendos mores.Thasii pro bñficijs acceptis,diuinis eum honoribus prosecuti sunt.quibus ait: deos prius vos ipsos facite, tum deificandoꝝ hoīm habere vos potestatem credam.

Phorbas Atheniēsis dux,24.regni Asæ anno regnare cœpit,præfuit annis 31.Bacis Corinthiorum rex quintus,anno regni Asæ 15.regnare cœpit.regnauit annis 5.& 30.

GENERATIO XXXVIII.

ANno ab exordio mūdi 4267.in Iosaphat filio Asæ,38.incepit gñatio. regnauit aūt Iosaphat sextus rex super Iudam annis 25. hic matrē habebat noīe Abidā, qui & proaui sui pietate,religione ac fortitudine imitator fuit. oēs enim effœminatos e terra Iuda extinxit,idola quæq; deleuit,flagitia oīa emendauit.Vnum duntaxat in eo repræhendendū fuit,ꝙ impijs Israel regibus auxiliū pstitit. His tēporibus prophetauerūt,Helias,Heliseus,Abdias,Zacharias,Micheas. Anno primo regni Iosaphat,regnare cœpit in Israel Achab Amri regis filius, reg. annis 32.vel vt Iosephus vult,annis 20.& aliqt mēsibus.hic sup oēs q ante eum fuerāt, pessimus fuit.duxit eñ vxorem Iezabel,filiam regis Sidonioꝝ,cuius cōsilio & opera oībus in rebus vsus est, quæ eum ad tantā seduxit vesaniā,vt etiam præter vitulos q̄s fecerat,Baal deo Tyri & Sidonis templum ædificaret,& plātaret oīm arboꝝ lucos,vbi sacerdotes & falsos pphetas cōstituit.Iosaphat aūt rex cum esset vir clarus atq; bonus, cōstituit milites,psidiaq; imposuit ad vrbes in terra Iuda,& in ciuitatibus Ephraim q̄s ceperat pater eius Asa,& fuit dñs cum eo.non eñ sperauit in Baal,sed in Deo patris sui,cōfirmauitq; dñs regnū in manu eius,& dedit oīs Iuda munera ei,ppter bonitatē sui regiminis, factæq; sunt ei infinitæ diuitiæ & gloria multa, excelsa etiā & lucos abstulit. Tertio aūt anno regni sui misit de principibus suis, vt docerent populum in ciuitatibus Iuda, & cum eis Leuitas,Helisama quoq; & Ioram sacerdotes,docebantq; populum, habētes librū legis dñi.Itaq; factus est pauor dñi super oīa regna terrarum, quæ erant per gyrum, nec audebant bellare contra eum.Sed & Philistæi Iosaphat munera & vectigalia argenti deferebant.Arabes quoq; adducebant pecora arietum septem millia & septingentos,ac hircos totidem.& ædificauit in Iuda domos ad instar turrium,vrbes muratas,& multa opera. Viri quoq; bellatores & robusti erant in Hierusalem, in Iuda qdem princeps exercitus Ednas dux,& cum eo robustorum virorum trecenta millia: post hunc Ioannan princeps,& cum eo ducenta octoginta millia: post illum Amasias consecratus dño,& cum eo ducenta millia:hunc sequebatur robustus ad prælia Eliada,& cum eo tenentium arcum & clypeum ducenta millia:post istum etiā Iozabad, & cū eo centū octoginta millia expeditoꝝ militū. hi oēs erāt ad manū regis, exceptis alijs q̄s posuerat in vrbib⁹ muratis & in* vniuersa Iuda.Achab interea rex Israel in malis proficiēs,dijs seruiebat alienis, cōtempsitq; legē dñi. Erat his tēporibus propheta Helias Thesbites,id est,à ciuitate Thesba oriūdus,q cum pcepisset ꝙ Achab paruipēderet cōminationes Moysi & iudicia Dei,orauit dñm vt clauderet cœlū, & prohiberentur pluuiæ iuxta maledictionē Moysi.& cum exauditū se intellexit à dño,venit ad Achab & dixit: Viuit dñs Deus Israel, non erit annis his ros & pluuia, nisi iuxta oris mei verba.Et cum ita eueniret,volebat Achab occidere Heliā. qui fugit ex præcepto dñi,& latuit in torrente Carith, vbi panes ei & carnes mane ac vespere corui deferebant.bibebat aūt de torrente,qui torrens post dies alquot siccatus est. factusq; est sermo dñi ad eum,dicens: Surge & vade in Sareptam Sidoniorum, præcepi eñ ibi mulieri viduæ vt pascat te. Cumq; venisset Helias ad portā Sareptæ, apparuit ei mulier colligens ligna,& vocauit eam dicēs,da mihi paululū aq̄.cumq; illa pgeret vt afferret,clamauit post tergū eius,dicēs:Affer mihi obsecro buccellam panis.quæ rñdit,Viuit dñs quia non habeo nisi quantum pugillus capere potest farinæ in hydria,& paulum olei in lecytho.en colligo duo ligna,vt mihi ac filio meo aliquid faciā, vt comedamus ac moriamur.Ad quam Helias:noli timere,sed & fac mihi primum de farinula subcinericium panem,tibi filioq; postea.farina eñ nec oleum deficiet donec pluuia dabitur. fecit mulier iuxta verbū,pphetæ,comeditq; tota eius dom⁹.Incepit aūt post hæc ægrotare viduæ filius,ita vt nō maneret in eo halitus. dixit illa ad Heliā: Ingressus es vt rememorarentur iniquitates meæ,& interficeres mihi filium.Tulit itaq; Helias filium

Iosaphat rex.

Achab rex Iezabel.

Helias à coruis cibatus.

Suscitat Helias viduæ filium.

de sinu matris,& portauit in cœnaculum super lectum suum. exclamauit ad dñm,& expandit se super puerum tribus vicibus,& reuersa est anima pueri, ac reuixit, quem matri præsentauit,ad quod mulier: Nunc,ait,in isto cognoui, quoniam vir Dei es tu. hunc puerum tradunt Hebræi fuisse Ionam prophetam. Interea Iezabel volens destruere cultum Dei quantum posset,& cultum Baal extollere,interfecit prophetas,id est, religiosos viros in Israel,quorum aliqui spiritum habebant prophetiæ. Tunc Abdias dispensator domus Achab,qui timebat dominum,non consensit regi in malum,centumq́ illorum virorum saluauit,abscondens quinquaginta in vna spelunca,& quinquaginta in altera,& prouidit eis de victu & vestitu, ex quo consecutus est à Deo donum prophetiæ. Dum esset fames vehemens in Samaria,dixit Achab ad Abdiam dispensatorem suum: Vade ad vniuersos fontes aquarum,& in cunctas valles,si forte possimus inuenire herbam pro iumētis. iuit & ipse rex. non pluerat autem iam tribus annis & mensibus sex. Et cum esset Abdias in via,ex præcepto domini occurrit ei Helias. qui cum cognouisset eum,cecidit in faciem suam,& ait: Num tu es domine mi Helias? cui ille: Sum,vade & dic domino tuo,adest Helias,& ille, quid peccaui? vt tradas me in manu regis,qui te requisiuit per omnia regna,nec te quisquam reperit,& si dicam,adest,tu vero interea abis,interficiet me q̄si illuserim ei. nūquid nō seruus tuus timet dominum ab infantia? an non indicatum est tibi, quid fecerim, cum interficeret Iezabel prophetas,q absconderim centum ex illis & saluauerim? Et dixit Helias: Vade,& dic quia assum. Abijt ergo Abdias,& indicauit Achab. qui venit,& cum vidisset Heliam,ait: Tu ne es ille qui conturbas Israel? Et ille ait: Non ego,sed tu & domus patris tui,qui dereliquistis mandata domini,& secuti estis Baalim. veruntamen nūc mitte,&congrega ad me Israel in monte Carmeli,&prophetas Baal quadringētos quinquaginta,prophetasq́ lucorum quadringentos, qui comedunt de mensa Iezabel.& factum est ita. dixit autem Helias ad omnem populum Israel: Vsq; quo claudicatis in duas partes? si dominus est Deus,sequimini illum: si aūt Baal,sequimini illum. Nō respondente populo,dixit: Ego sum hic solus, & prophetæ Baal multi: dent nobis duo boues,illi eligant bouem vnum, cuius frusta ponant super ligna, igne non supposito, & ego similiter faciam: inuocent Deum suū,& ego meum Deum: & cui dabitur ignis de sublimi,ipse sit Deus.& placuit populo propositio Heliæ. Cumq́ sacerdotes Baal fecissent quod dixerat,inuocabant Baal à mane vsq; ad meridiem, & trāsiliebant altare quod fecerant,& incidebant se iuxta ritum suum lanceolis,ita vt sanguine perfunderentur. dæmones enim plurimum delectantur oblatiōe sanguinis humani. Et illudebat eis Helias,dicēs: Exaltate vocem,forte Deus vester dormit,aut cum aliquo alio loquitur,aut in diuersorio est.& dixit Helias ad populum: Accedite.& pręsente populo,curauit altare dñi*,id est,destruxit altare istorum,& mundauit locum,tulit duodecim lapides iuxta numerum tribuum Israel,& ædificauit altare, & fecit aquæductum in circuitu altaris per duo loca,ligna superposuit & membra bouis,præcepitq; afferri aquam,quam effudit vsq; ad impletionem aquæductus,ne forte putaretur arte magica de visceribus terræ suscitasse ignē. Et clamauit Helias ad dñm in aurib⁹ populi: dñe Deus patrum nostrorum,exaudi me hodie,vt discat populus iste quia tu es dñs Deus. & descendens ignis de sublimi,vorauit holocaustū,ligna & lapides,puluerē & aquam quæ erat in aquæductu,lambens. Adorauit populus & ait: Dñs ipse est Deus.& mandante Helia,apprehenderunt oēs prophetas Baal, duxeruntq́ ad torrentē Cison,vbi interfecit eos Helias,& ait ad Achab: Adscende & comede ante descensum pluuiæ.comedente Achab,Helias adscēdit verticem Carmeli, & pronus in terram inclinato capite inter genua,orabat.& ait ad puerum suum, Vide contra mare,si adscēdat nubes. erat eñ aer serenissimus. Et ait puer, Non est quicq̄, & misit eum septies. septima aūt vice adscendebat nubecula de mari,excrescens vsq; ad hoīs quātitatem. ait Helias ad Achab: Descende cito in Iezrael,ne te occupet pluuia.&ecce contenebrati sunt cœli, & nubes & ventus & pluuia facta est grandis. Festinauit aūt Achab in Iezrael,& facta est manus dñi super Heliam,qui currebat ante Achab donec intraret vrbem. Cumq́ accepisset Iezabel quæ fecerat Helias prophetis suis,indignata,misit nuncios ad Heliam,dicens: Hæc faciant mihi dij,& hæc addant, nisi cras hac hora posuero animā tuam,sicut tu prophetis fecisti. Helias ad hæc extimuit,fugitq́ in Bersabee, vbi dimisit puerum suum Ionam,solus intrans desertum vno die. sedensq; subter vnam iuniperū, orauit vt moreretur ibi,dicēs se non esse meliorē patribus suis.& obdormiuit. Tūc angel⁹ dñi tetigit eū,dicēs: Surge,comede,& ecce ad caput ei⁹ erat subcineriti⁹ panis,& vas aq̄.comedit & bibit, ac rursum obdormiuit. suscitauitq́ eū angelus secūdo,dicēs: Surge,comede. grādis eñ restat tibi via.& comedit Helias,ac ambulauit ī fortitudine cibi

Confusio sacerdotum Baal.

Reddita pluuia.

cibi illius q̃draginta diebus & totidẽ noctibus vsq; ad montẽ Dei Oreb, in q̃ apparuit dñs Moysi in rubo, & mãsit ibi Helias in spelũca. Ait aũt dñs ad eũ: Quid hic agis Helia? & respondit: Zelo zelatus sum aduersus Israel pro te. nam altaria tua destruxerũt, prophetas tuos occiderunt, & relictus sum ego solus, & quærunt animã meam, & aufugi. Ait dñs: Egredere, & transibit dñs coram te. & operuit Helias vultum suum pallio, stetitq; in ostio speluncæ, & dñs in sibilo auræ tenuis transiens, dixit ad eum: Quid hic agis Helia? reuertere & vade in Damascum, & in vltiõem inunges Azahel regem super Syriam, & Hieu filium Namsi super Israel, Heliseum aũt filium Saphat de Abela, inunges prophetam pro te, & isti tres interficiẽt idololatras de Israel, & relinquam mihi in Israel septem millia virorum, quorum genua non sunt curuata Baal. Hoc dixit dñs ad consolationem Heliæ, vt sciret adhuc superesse mũdos ab idololatria. Profectus ergo Helias, inuenit duodecim viros arãtes in duodecim iugis boum, quorum vnus erat Heliseus, & posuit Helias palliũ super eum, & continuo prophetauit. & currens post Heliam, ait: Osculer, oro, ante patrem & matrẽ, & sequar te. & reuersus, mactauit par boum, & coxit illud in lignis aratri, dedit conuiuium socijs suis & vicinis. surgensq;, secutus est Heliam, & ministrauit ei. Porro Benadab rex Syrię congregauit oẽm exercitum suum, & 32. reges cum eo, adscendensq; pugnabat contra Samariam, & obsidebat eam. Misit aũt Achab nũcios pro pace ad Benadab. cui Benadab: Vis vt recedam à te? cras eadem hora mittam seruos meos, & omne quod placuerit eis, tollẽt de domo tua, & de domibus seruorum tuorum vxores & liberos. Inijt Achab consilium cum senioribus, qui dixerunt: Non acquiescas illi. & respondit Achab nuncijs: Dicite dño meo, oĩa quæ iussisti facere possum, excepto quod de vxoribus & liberis dictum est. & indignatus Benadab, renunciauit multo peiora se facturũ. porro cum regibus suis bibens, ait suis seruis: Circundate ciuitatem. cumq; expugnare satagerent, timuit Achab nimis, & ecce propheta Micheas (vt quidam volunt) ait: Hęc dicit dñs, ego tradam oẽm multitudinem hanc in manu tua hodie, vt scias quia ego sum dñs. Et ait Achab: Per q̃? qui respondit, Per pedissequos principũ prouinciarũ. Ait Achab: Quis erit dux eorum? qui respondit, Tu. Inuenit Achab filios principum ducentos & 32. recensuit post eos populum, oẽs filios Israel, septem millia, & egressi sunt meridie. Cumq; nunciatum esset Benadab, misit in occursum eorum, dicens: Siue ad pacem, siue ad præliũ venerint, appræhẽdite eos viuos. Filij vero principum percusserunt obuios, vnusquisq; virum qui contra se veniebat. fugerunt Syri, & persecutus est eos Israel, fugitq; rex Benadab in equo. secuti sunt Israel, percusserunt Syriam plaga magna nimis. Accedens aũt propheta ad Achab, dixit: Vide quid facias. sequenti enim anno reuertetur Benadab contra te. Serui vero regis Syriæ dixerunt: Dij montium sunt dij eorum. pugnauimus aũt in mõtibus, ideo victi sumus. q̧ si pugnaremus in campestribus, dij eorũ nihil possent aduersum nos. Igitur Benadab amouit ab exercitu suo reges quasi delicatos ad cõsilium suorũ, & posuit principes pro eis. venitq; anno sequẽti cum exercitu restaurato in Aphec vrbem, quæ est in campestribus. Porro filij Israel recensiti, sunt profecti ex aduerso, & castrametati sunt quasi duo parui greges caprarum. Syri aũt repleuerunt terram, & dixit vir Dei ad Achab Micheas: Quia dixerunt Syri, Deus montium dñs est, & non vallium, blasphemãtes tradam eos in manũ tuam, & direxerunt acies ex aduerso. Septima aũt die percussi sunt Syri, cẽtum millia peditum numero, & reliqui fugerũt in Aphec, & cecidit murus super eos qui remanserãt. Benadab aũt fugit in ciuitatẽ, latuitq; in cubiculo. serui aũt eius timentes ne superueniret Achab, nemini parcens, *nouerunt reges Israel clementes esse, accinxerunt lumbos suos saccis, ponentesq; funiculos in capitibus, venerũt in occursum Achab, dicentes: Seruus tuus Benadab orat vitam, dabit aũt quãcunq; imposueris mulctam. Qui respondit: Si adhuc viuit, faciam cum eo fœdus. Mox adducunt Benadab, & leuauit eum Achab secum in curru suo, & dixit ad eum Benadab: Ciuitates q̃s tulit pater meus à patre tuo, reddam tibi. fac tibi forum rerum venalium in Damasco, sicut fecit pater meus in Samaria. feceruntq; inuicem fœdera pacis. Tũc Micheas dixit ad socium suum: Percute me. at ille noluit. cui ait: Quia non audisti vocem dñi, cum recesseris à me, percutiet te leo. quod & factum est. inueniensq; alterum virum, dixit: Percute me in capite. q̧ vulnerauit eum. Tunc Micheas mutato vultu adspersiõe pulueris & sanguinis, clamãs ad regem ait: Seruus tuus egressus est ad præliũ, adduxit vir vnus captiuum suũ ad me, dicens: Custodi istum, q̧ si euaserit, erit anima tua pro anima illius. ela psus mihi est, q̃d erit? ait rex, Iudiciũ tuũ est q̃d ipse decreuisti. tunc lota facie, agnitus est propheta à rege, & ait: Hæc dicit dñs, quia dimisisti virum blasphemũ, erit anima tua p̃ aĩa eius, ipse te interficiet, & iratꝰ rex, iussit eũ clausum custodiri, scd̃m Iosephũ. Por-

Heliseus prophetat.

Fugit Benadab.

Fœdus Achab & Benadab.

Achab regi mors prædicitur.

Porro Naboth Iezraelites habebat vineam iuxta palatium regis.dixit ad eum rex:Da mihi vineam tuam,dabo tibi meliorem vel precium.Qui respondit:O rex,non possum.est eñ mihi relicta à patre meo.contristatus rex præ indignatione,noluit comedere.ad quem Iezabel:Aequo animo esto, ego dabo tibi eam. Scripsit secreto literas nomine Achab,& annulo eius signatas misit ad iudices in Iezrael.ex hoc patet,ꝙ cõscio Achab literæ scriptæ fuere.iubebat aũt vt submitterẽt testes, qui dicerẽt,Naboth maledixisse regi,& sic crimẽ læsæ maiestatis incurrit.factũ est ita, & lapidatus est Naboth extra ciuitatẽ.Cum aũt accepisset Achab de morte Naboth,vxore faciẽte,descẽdit vt possideret vineã.Occurrit regi Helias Thesbites,dicens: Occidisti & possedisti. In loco q̃ linxerũt canes sanguinẽ Naboth,lãbent & tuũ.qui respõdit:Num inuenisti me inimicũ tuũ? ait Helias:Eo ꝙ venũdatus sis diabolo,propterea demetet dñs posteriora tua,& dabit domũ tuã sicut domũ Hieroboam & Baasa,sed Iezabel comedẽt canes in agro Iezrael.Achab ergo timẽs valde,scidit vestẽ suam,& operuit se cilicio,& dormiuit in sacco.& ait dñs ad Heliã:q̃a humiliatus est Achab corã me, nõ inducam malum hoc in diebus eius,sed in diebus filij.Transierunt ergo tres anni inter Syriam & Israel sine bello.inter hæc Iosaphat rex Iuda accepit vxorem filio suo Ioram Athaliam filiam Achab & Iezabel,& confœderati sunt rex Iuda & rex Israel. cumq́ Iosaphat descendisset ad regem Israel,dixit Achab:Nostra est Ramoth, erat eñ vna ex ciuitatibus refugij,quam occupauerant reges Syriæ.& conuersus ad Iosaphat,rogabat vt secum iret ad præliandum pro Ramoth Galaad.qui rñdit: Sicut ego,ita & tu.populus meus,populus tuus.attamẽ quære (oro)sermonẽ dñi. cõgregauit ergo Achab prophetas quadringentos circiter viros,quos cõsuluit si iret ad ꝑliandũ in Ramoth. Qui dixerunt: Adscẽde,& dñs dabit eam in manu tua.ait Iosaphat:Non est hic propheta domini? quasi diceret,hi sunt prophetæ Baal. Cui Achab:Remansit vnus Micheas.sed odi eum,quia non prophetat mihi bonum: putabat enim reliquos occisos à Iezabel. Tunc petente Iosaphat, vocatus est Micheas. Porro in pseudo prophetis erat Sedechias,ferẽs cornua ferrea,dicẽsq́ ad Achab:Hæc dicit dominus,his ventilabis Syriam.Tunc quæsiuit Achab à Michea id,quod quæsierat ab alijs.qui respondit: Adscẽde,& tradet eos dominus in manu regis.non tamen dixit,quos vel cuius regis. Cui Achab:Adiuro te,vt non loquaris nisi quod verum est in noĩe dñi. Tunc ait Micheas:Vidi Israel dispersum quasi oues sine pastore.& intelligens Achab ꝙ prædiceret se moriturum,dixit ad Iosaphat:Vides q̃m non prophetat mihi bonum? Tũc addidit Micheas:Vidi dominum sedentem,& angelos assistẽtes ei,bonos à dextris,malos à sinistris,& ait:Quis decipiet Achab,vt descẽdat & cadat? Et dicit vnus à sinistris: Ego ero spiritus mendax in ore prophetarum eius. Tunc Sedechias percussit Micheam in maxillam,& ait:Me ne dimisit spũs dñi,& locutus est tibi? Cui Micheas:Visurus es q̃n absconderis in cubiculo.& vidit Sedechias regem hæsitantẽ, cõfortauitq́ eum secreto,dicens:Hic si fuisset propheta,aruisset manus mea sicut manus Hieroboam.Sed & locutus est contra Heliam,qui prædixit regem moriturum,vt mortuus est Naboth.Tum rex præcepit incarcerari Micheam vsq; ad reditum suum, & pane tribulationis ac aqua angustię sustentari mandauit,dixitq́ Micheas: Si reuersus fueris, non est in me locutus dñs.Adscẽderũt itaq; Iosaphat & Achab reges in Ramoth cum exercitu. præcepit aũt rex Syriæ principibus belli,vt reliq̃s non curãtes,solius Achab sanguinem quærerent. At rex Israel mutauit habitum suum. concurrentibus aũt ad pugnam contra Iosaphat, exclamare cœpit ad seruos suos, & intellexerunt Syri non esse Achab,& cessauerunt ab eo.vnus aũt dirigens sagittam in incertũ,ꝑcussit Achab inter pulmonem & stomachum, & fluebat sanguis in sinum,mortuus est,delatusq́ in Samariam,& ibi sepultus. Dum aũt lauarẽt mulierculæ currum & habenas in piscina Samariæ,linxerunt canes sanguinem eius iuxta verbum Heliæ.Iosaphat aũt rex reuersus est pacifice in Hierusalem,cui occurrit Hieu filius Anani,propheta, & ait ad eum: Impio præbes auxilium,idcirco iram dñi merebaris,sed ob bona opera tua ꝙ præparasti cor tuum vt requireres dñm Deum patrum tuorum,pepercit tibi dñs. habitauit ergo Iosaphat*,reuocauitq́ populum Bersabee vsq; ad mõtem Ephraim ad dñm,constituitq́ iudices in cunctis ciuitatibus Iuda,præcipiens vti iudices viderent quid facerent.non enim hoĩs(ait)exercetis officium,sed dñi.sit timor vobiscum,& cum diligẽtia cuncta facite.nõ est eñ apud Deum iniquitas,nec personaꝝ acceptio,nec cupido munerum.In Hierusalem quoq; constituit Leuitas,sacerdotes & principes familiaꝝ. Post hoc congregati sunt filij Moab, & filij Ammon, vt pugnarent contra Iosaphat: quod cum nunciaretur ei,timore perterritus,totum se contulit ad rogandum Deum, & prædicauit ieiunium.Sed & omnes iussu suo venerunt de vrbibus ad obsecrãdum Deum.

Pœnitentia Achab.

Iosaphat & Achab fœdus.

Deum.stāsq́ rex ante atrium nouum,ait: Dn̄e Deus patrum nostrorum, in manu tua est fortitudo & potētia,nec quisq̄ potest resistere, nūc ecce filij Ammon & Moab & mōs Seir venit aduersum nos,& in nobis non est tanta fortitudo,vt possimus huic resistere multitudini. sed cum ignoremus q̄d agere debeamus, hoc solū habemus residuū, vt oculos nostros dirigam⁹ ad te.Erat aūt Iaziel propheta Leuites de filijs Asaph,sup quem factus est spūs dn̄i,qui ait:Hæc dicit dn̄s,nolite timere, non est enim vestra pugna,sed Dei.Cras descendite aduersus eos,& videbitis auxilium dn̄i super vos.Porro oēs laudabant dn̄m.Mane facto,egressi sunt, & dixit Iosaphat: Audite oēs habitatores Hierusalē,credite in dn̄o Deo vestro,& securi eritis:credite prophetis eius,& cuncta euenient prospera.præmisit aūt cantores,qui voce consona dicerent:Confitemini dn̄o,q̄m in æternum misericordia eius.Cumq́ pugnare cœpissent,vertit dn̄s insidias hostium in semetipsos.nanq; filij Ammon & Moab consurrexerunt aduersum habitatores Seir,vt interficerent eos.quo facto,etiam in semetipsos cōuersi, mutuis concidere vulneribus.& cum iaceret regio oīs plena cadaueribus,venit Iosaphat & omis populus,inueneruntq́ variam supellectilem,vestes quoq; & vasa preciosissima.nec p tres dies spolia auferre poterant præ magnitudine prędæ.die aūt quarto venerunt in vallem,& benedixerūt dn̄o,vocataq́ est vallis benedictionis.postea reuersi sunt in Hierusalem cum psalterijs,citharis & tubis in domum dn̄i.irruit aūt pauor dn̄i super vniuersa regna terrarum,deditq́ dn̄s pacē Iosaphat,& ambulauit in vijs patris sui Asa,faciens placita coram dn̄o. Anno vero decimonono,vel secundum alios decimoseptimo Iosaphat,mortuo Achab,regnare cœpit Ochozias filius eius pro eo.regnauit annis duobus,hic homo malignus fuit, & oīno vtriq; parēti similis, seruiuitq́ Baal,& adorauit eum.Inijt aūt amicitias rex Iosaphat cum Ochozia,cuius opera fuerunt pessima.fecerunt aūt classes in mari,quæ nauigarent in Ophir propter aurum tollēdum, & confractæ sunt naues.prophetatus est autem Eliezer filius Dodan, ad Iosaphat dicens:Quia habuisti fœdus cum Ochozia,percussit dominus opera tua,contritæ sunt naues, nec potuerunt ire in Tarson.Tunc ait Ochozias ad Iosaphat:Vadāt serui mei cum seruis tuis in nauibus, & noluit Iosaphat, sed patienter sustinuit increpationem prophetę. Eodem tempore præuaricatus est Moab in Israel, quia rex Moab per iuramentum se obligauerat ad seruiendum regi Israel sub tributo,sed mortuo Achab, rebellauit. Cecidit ad hæc Ochozias per cancellos cœnaculi sui in Samaria, qui de consilio matris suę Iezabel, consuluit Deum Accaron Beelzebub,vtrum de infirmitate viuere posset.Angelus aūt dn̄i misit Heliam,vt occurreret nūcijs eius,& diceret ad eos: Nunquid non est Deus in Israel? quamobrem hæc dicit dominus, de lectulo suo non adscendet,sed morietur rex.Reuersi sunt nuncij ad regem, & dixerunt: Vir occurrit nobis, & dixit:Ite,reuertimini ad regem,& dicite,nunquid non est Deus in Israel?& consulis Beelzebub,idcirco de lectulo non descendes, sed morieris. Qui dixit, Cuius figuræ & habitus est vir iste? dicūt,Vir pilosus & zona pellicea accinctus renibus.Qui ait,Helias est.Et misit rex quinquagenarium cum suis quinquaginta armatis, vt vocaret Heliam,vel inuitum traheret.Ait quinquagenarius Heliæ,sedēti in vertice montis:Homo Dei, rex præcipit vt descendas ad eum. Qui respondit:Si homo Dei sum, descendat ignis de cœlo , & deuoret te & tuos. Sic factum est. misit quoq; rex alium quinquagenariū,qui similia locutus, similia passus est. Destinauit & tertium,qui creditur fuisse Abdias.hic curuans genua coram Helia,ait:Obsecro vt miserearis animæ meę & seruorum meorum.Et ait angelus ad Heliam:Descende cum eo,ne timeas.Qui descendit ad regem, & dixit:Quid misisti ad Beelzebub, q̄si non esset Deus in Israel,morieris.& mortuus est,vt prædixit Helias.regnauitq́ Ioram frater eius pro eo. Anno igitur 18.Iosaphat regis Iudæ,Ioram filius Achab regnare cœpit in Samaria sup Israel,& 12.annis regnauit.Tulitq́ idola quæ pater suus introduxerat,veruntn̄ à cultu vitulorum Hieroboam non recessit.quem cum redargueret Micheas quispiā, occisus est ab eo,præcipitio,vt aliqui putant.Porro Helias postea venit cum Heliseo in Galgala, & ait Helias: Mane hic,quia misit me dn̄s in Bethel. Heliseus sciens in spiritu eum tollendum esse,secutus est eum.Et occurrerunt ei filij prophetarum,qui erant in Bethel, qui dixerunt Heliseo secreto:Scis quia hodie tolletur dominus tuus à te? Qui respondit:Noui,silete.Ait Helias Heliseo q̄ maneret,sed noluit.Cūq́ veniret Helias ad Iordanem cum Heliseo,& quinquaginta de filijs prophetarum à longe specularentur, inuoluit Helias pallium suum,percussit aquas,quæ diuisæ sunt, & transierunt per siccum.dixit Heliseo,Postula à me quod vis,antequam tollar à te.Qui respondit:Oro, fiat spūs tuus duplex in me.Qui respondit:Rem difficilē petis.tn̄ si videris me qn̄ tollar à te,erit:alioquin non erit.Cumq́ pergerent,ecce currus igneus & equi ignei diui

serūt

Vallis benedictionis.

Iorā rex Israel.

Heliæ raptus.

ferunt vtrunq;, adscendit Helias, & ferebatur per turbinem in cœlum. Heliseus hoc videbat & clamabat: Pater mi, pater mi, currus Israel & auriga ei⁹. & dimisit Helias pallium suum. accepto pallio, rediit ad Iordanem, percussit aquas pallio, & non sunt diuisæ. ait, Vbi est Deus Heliæ? percussitq; iterum, & diuisæ sunt aquæ, atq; trãsiit. quod videntes filij prophetarum, dixerunt: Requieuit spũs Heliæ super Heliseum, Helias vltra non inuentus est. Tunc dixerunt viri Hiericho ad Heliseũ: Terra hæc optima est, sed aqua fontis terram facit sterilem. qui assumpsit vas nouũ terreum, imposuit sal. & egressus, misit sal in fontem, orauitq; dicens: Hæc dicit dominus, sanaui aquas has, & non erit vltrà in eis mors aut sterilitas, & sanæ factæ sunt aquæ. Cumq; adscenderet in Bethel, illudebant ei pueri, dicentes: Adscende calue, adscende calue. & maledixit eis in nomine domini, egressiq; sunt duo vrsi de saltu, & deuorauerunt ex eis quadragintaduos. erant enim parentes eorum idololatræ, ideo pueri sunt puniti. Porro Mesa rex Moab, post mortem Achab, præuaricatus est fœdus quod habebat cum eo, negauitq; regi Israel dare tributum promissum. ideo misit Ioram ad Iosaphat, petens vt ei præstaret adiutorium contra Moab, qui respondit se paratum, & per quã viam adscendere vellet, quæsiuit. at ille respondit, per desertum Idumææ. Accepit secum Iosaphat regem Edom. cumq; venissent per desertum Idumææ, conuenerũt rex Israel & rex Iuda, pergentes septem diebus, defecitq; aqua. Et ait Iosaphat: Est ne hic propheta domini? cui quidam, Heliseus est hic, qui effundebat aquam super manus Heliæ. & steterunt tres reges ante Heliseum, dixitq; ad regem Israel, Quare venis ad me? quasi diceret, cum sis idololatra, veruntamen (ait) propter Iosaphat respiciam te, & vocari fecit psallentem. cumq; caneret psaltes, per harmoniã excitatus est spũs eius, & factus est spũs domini super eum, & ait: Facite in alueo isto foueas & fossas, vt aquam retinere possit. dabit enim dominus aquam vobis sine vento & pluuia in abundantia. insup tradet dominus Moab in manus vestras, vrbes electas percutietis, ligna fructifera succidetis, fontes obturabitis, agros egregios operietis lapidibus. factum est, mane in hora sacrificij pluuiæ tribus diebus venerunt. Porro Moabitæ stabant in terminis terræ suæ, vt prohiberent hostes ab ingressu. qui cum mane vidissent ex aduerso aquas turbidas, suspicati sunt infectas sanguine, & dixerunt: Surgamus ad prædam, mutuo cæsi sunt hostes. irruentibus occurrit illis Israel, & versi sunt in fugam: perfecit illa quatuor exercitus Israel, quæ prædixerat Heliseus. Circundederunt quoq; ciuitatem, vbi erat sedes regni. desperans rex Moab, tulit secum septingentos electos, vt irrumperet per partẽ exercitus, vbi erat rex Edom & aufugeret, sed hostes repulerunt eum in vrbem. tantaq; necessitate cõpulsus est rex, q̃ filium suũ qui regnaturus erat pro eo, coram hostibus supra murum obtulerit holocaustum, vt Deus eum liberaret. reges aũt videntes hoc facinus, ex humana compassione obsidionem soluunt. rediit Iosaphat in Hierusalem, & occurrit ei Hieu propheta filius Anani, culpans eum q̃ homini idololatræ solatium præbuisset.

Cædes Moabitarum.

Per idem tempus vxor Abdiæ prophetæ clamauit ad Heliseum, dicens: Vir meus mortuus est, & oppressus ære alieno propter alimentum prophetarum, ecce creditor venit ad tollendos filios duos ad seruiendũ ei. Ad quam Heliseus: Quid habes in domo? Ad quod illa: Nil nisi paulũ olei. Qui ait: Pete mutuo vasa vacua, & clauso ostio cum filijs tuis, mitte ex eo in omnia vasa. dumq; infunderet mulier, augetur oleũ. impletis vasis, venit Heliseus, dicens: Vade, vende, & redde precium creditori. tu autem & filij tui viuite de reliquo.

Oleũ viduæ multiplicatum.

Forte cum iret Heliseus per ciuitatem Sunam, à muliere quapiam magna & corpore & prudentia tenebatur, vt comederet panẽ. cumq; frequenter diuerteret apud eam Heliseus, suasit mulier viro, vt faceret ei cœnaculum paruum, & poneret in eo lectulum, mensam, sellam & candelabrum. Rediit Heliseus, & ibi requieuit. dixitq;, Aduoca Sunamitem hanc, & loquere ad eam, si quid à me petat. Interrogata mulier, nihil petebat, dixitq; Giezi ad eum: Filium non habet, & vir eius senex est. Tunc ait Heliseus ad eam: Habebis in vtero filiũ. quæ respõdit: Vir Dei, ne mentiaris ancillæ tuæ. Concepit mulier & peperit, iuxta verbum prophetæ. Cumq; creuisset puer, ægrotare cœpit dum iret ad messores patris, clamauitq;, Caput doleo, caput doleo. inde missus puer ad matrem, mortuus est. collocauit eum mater super lectulum Helisei, clausit ostium, & dixit marito: Currã ad virum Dei. sedens mulier in asino, cum puero vno venit ad virum Dei in montem Carmeli. misit illi in ocursum Heliseus Giezi, vt interrogaret, recte ne ageretur circa se, virum, & filiũ. quæ respõdit, recte. proiecitq; se mulier ad pedes eius, & cum Giezi eam amouere vellet, ait ipse: Dimitte illam, anima enim eius in amaritudine est, & dominus celauit à me. Ait mulier: Dedisti filium non petenti, & nunc illusa sum. Et ille ad Giezi: Tolle baculum meum, & vade sine mora, neminem saluta, nec cuiq̃ respõde, pone baculum

culum super faciem pueri. Cumq; abijsset, secutus est illũ cum Sunamite, & reuersus est Giezi in occursum eis, dicens: Non surrexit puer. Ingressus Heliseus, incubuit super puerũ, membra singula coaptando membris, cumq; orasset, oscitauit puer, & aperuit oculos. reddidit eũ matri suæ, & reuersus est in Galgala. ibi em̃ natus fuit. Erat aũt fames in Israel, ac filij prophetarũ conuenerũt ad Heliseum, qui dixit vni de pueris: Coque pulmentũ filijs prophetarũ. hic egressus, per ignorãtiam tulit colocyntas, hoc est, cucurbitã agrestem, & concidit in ollam. Cumq; gustassent recumbentes, clamauerũt: Mors in olla. allatamq; farinã Heliseus misit in ollam. & dulcorata est esca, multiplicauit etiã panes. Dum esset princeps Syriæ Naaman, qui p̃erat militiæ regis, latrunculi duxerũt captiuã ex Israel, quæ erat in obsequio vxoris Naaman. erat autẽ leprosus, aitq; ancilla: Vtinã dñs meus esset cũ propheta Samariæ, ille curaret eũ. Tulit Naaman argentũ & aurum, decem mutatoria vestiũ, tulitq; literas regis Syriæ ad regẽ Israel, in hæc verba: Scito quia miserim ad te Naaman, vt cures eum à lepra. Et audiens rex Israel, scidit vestimenta sua, & ait: Nunquid ego Deus sum? occasionem quærit aduersum me. & misit ad eũ Heliseus, dicens: Cur scidisti vestimẽta tua? veniat ad me. Venit Naaman & equitatus eius ad ostiũ Helisei. Qui misit ad eum, dicẽs: Lauare septies in Iordane, & mundaberis. abijt Naaman, indignatus q̃ nõ tetigisset eũ inuocans nomen dñi. Dixerũt serui: si rem grandẽ dixisset tibi propheta, facere debueras: quanto magis quod modicum est? Descendit ergo, & lauit septies in Iordane, & mundatus est, rediensq; stetit coram Heliseo, & ait: Scio q̃ nõ sit Deus in vniuersa terra nisi Deus Israel. obtulit itaq; Heliseo munera, quibus cũ reluctaretur, quasi vim facturo Syro, ait Heliseus: Viuit dñs quia nõ accipiã. & ait Naaman: Obsecro vt tollã onus duorũ burdonũ, id est, mulorũ de terra hac. forte vt faceret altare dño ex eo ad adorandũ. vnde subdit, nõ faciet seruus tuus vltra holocaustũ ac victimas dijs alienis, nisi dño. vnũ est quod vitare nõ possum, cũ innititur rex super manũ meam, & adorat in tẽplo Remnon, oportet me simul adorare: ora dominũ, vt nõ imputet mihi hoc. Et abijt Naaman. cucurrit aũt Giezi post Naaman, vt aliquid acciperet ab eo, & dixit: Dñs meus misit me ad te, dicens: Venerunt duo adolescentes ex filijs prophetarum. da eis talentũ argenti, & vestes duplices. At ille dedit ei duo talenta, vestes, & pueros qui deferrẽt ea, abscondítq; in domo. Cũq; vespere staret corã Heliseo, ait: Vnde venis Giezi? Qui respondit: Non iuit seruus tuus quoq̃. At ille: Nonne cor meum tecũ erat? accepisti argentum vt emas possessiones, sed lepra Naaman adhærebit tibi & semini tuo in sempiternum. egressusq; est ab eo leprosus. certum est inde, q̃ Gieziţæ lepra Simoniæ respersi sunt. Filijs prophetarũ cædentibus ligna, ferrũ securis vnius cecidit in Iordanem. misit Heliseus lignũ in aquã, natauit ferrũ, estq; sublatum.

Exuscitatur hospitæ puer ab Heliseo.

Syrus leprosus mũdat.

Simoniaci lepra.

Rex Syriæ rursum pugnabat cõtra Israel, & sæpe ponebat seruos suos in insidijs, quos Heliseus regi Israel notificabat. Conturbatus rex Syriæ, putabat aliquẽ de suis prodere rem. & ait vnus: Heliseus indicat regi Israel quæcunq; loqueris in cubiculo. Quare misit exercitũ in Dothan ad capiendũ eum. qui nocte circundabat ciuitatem. mane puer Helisei videns exercitũ, territus clamauit: heu dñe. qui respondit: Noli timere, plures nobiscũ sunt. Orante Heliseo, aperuit dñs oculos pueri, & vidit montem plenũ curribus igneis, id est, agminibus angelorũ. Cumq; intrarẽt hostes ad eũ, percussit eos dñs cæcitate, ita q̃ eum nõ agnoscerẽt. dixit ad eos Heliseus: Nõ est hic via, nec est hic mansio Helisei. sequimini me, & ostendã vobis virũ quem quæritis. Orante Heliseo, aperuit dñs oculos eorũ, & viderunt se esse in medio Samariæ, hostesq; circunstãtes. Dixit rex Israel ad Heliseũ: Percutiam eos? Qui respondit: Nequaq̃, dominus em̃ adduxit eos. sed p̃be eis hospitalitatẽ affluentem. q̃d factũ est, & deinde Syri ad propria rediere, nec vltra in diebus Helisei venerũt in Israel Syriæ latrones. Benadab postea rex obsedit Samariã, & facta est fames magna in Samaria, ita vt venderet caput asini lxxx. argenteis, & quarta pars cabi stercoris columbarũ, quinq; argẽteis. Cumq; transiret rex Israel custodias murorũ circunspiciens, clamauit mulier: Salua me rex, ego em̃ & mulier ista condiximus de filijs nostris comedẽdis, & comedimus filiũ meum, hæc aũt abscondit filiũ suum. Contristatus rex vehemẽter, scidit vestimẽta sua, & apparuit cilicium quo vestitus erat ad carnẽ, & ait: Quid amplius mali possumus expectare? hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, si steterit caput Helisei super ipsum hodie. hoc em̃ malum imputabat Heliseo, q̃ conciues non liberabat cũ posset. Cumq; misisset speculatorem, pœnitentia ductus, reuocauit eũ, & iuit ipse. Heliseus aũt sedebat in domo sua, & discipuli eius cũ eo. quibus Heliseus: Nescitis quia filius homicidæ qui p̃cidit caput Naboth, misit vt p̃cidatur caput meũ? Itaq; postq̃ esset is ingressus, venit & rex Ioram, cui Heliseus inquit: Cras hac hora erit in porta Sa-

Syri latrones excęcati

Matres comederunt filios.

mariæ modius similæ statere vno,& duo modij hordei similiter. Irrisit eum vnus ex primoribus regis,cui Heliseus: Videbis,& non comedes. Porro quatuor leprosi erāt ad introitum portæ fame deficientes,qui vespere venerunt ad castra Syriæ,& neminem repererunt. terruerat enim eos dominus, ita ꝙ exercitum maximum putabant aduenisse,& nocte fugam inierunt,dimissis omnibus. Intrantes leprosi,comederunt, & tollentes de præda iuxta cor suum,nunciauerunt portarijs vrbis Syros abijsse. Suspicatus autem rex Israel,Syros simulasse fugam & latere,misit duos equites qui explorauerunt omnia vsq; ad Iordanem. qui reuersi,nunciant Syros abijsse. egressus populus,diripuit castra,& vendebatur simila & hordeum iuxta verbum Helisei. dux autem qui irriserat, à rege constitutus ad portam,oppressus à turba ,moritur. Porro Benadab rex Syriæ,audiens ꝙ Deus eum impediebat,contristatus ægrotare cœpit,misitq; ad Heliseum Azael,vt consuleret de infirmitate sua. Cui quærēti respondit Heliseus: Dic ei,sanaberis. cognorat enī vir Dei,Syrum moriturum. Cœpit propheta flere,ꝙ videret quæ esset mala facturus Israelitis Azael,eaq; illi,& ꝙ rex fores indicauit. Azael domū rediens,regi prophetæ sententiam exposuit. postera die stragulo tectum suffocauit. sunt tamen & qui ante perijsse regem opinentur. Iosaphat autē rex Iuda cum vixisset annis sexaginta,defunctus est,eiusq; corpus ingenti pompa in Hierosolymis sepultum fuit. Reliquit autem filios multos,inter quos successorem habuit filium nomine Ioram. Amenophis Pharao quarto Iosaphat anno ꝓesse Aegyptijs cœpit. præfuit annis nouem,post eum Osochor eius filius annis sex.

Samaria cibatur.

Mors Iosaphat.

Tiberinus. Tiberinus Syluius Calpeti filius,Latinorum rex decimus,anno regni Iosaphat tredecimo regnare cœpit,regnauit annis nouem. tandem Agrippa filio successore relicto,in Tiberim decidens, fluuio illi nomen æternum dedit,qui prius Albula dicebatur,de quo Ouidius in Fastis: Albula ,quem Tiberim mersus Tiberinus in vndis Reddidit,hybernis forte tumebat aquis. Nisi quis à Tibri putat esse dictum flumen, autoritate ductus Virgiliana: Tum reges asperq; immani corpore Tibris, A quo post Itali fluuium cognomine Tibrim Diximus &c. Agelas Corinthiorum rex sextus,regnauit annis triginta. cœpit autem regnare anno quartodecimo regni Iosaphat.

Albula Tiberis.

Agrippa Syluius vndecimus Latinorū rex,regnare cœpit anno Iosaphat vigesimosecundo,regnauit annis quadraginta. Archelaus rex Lacedæmoniorū septim⁹, regnauit annis quadraginta. Abdiam sub Achab rege Israel & Iezabel fuisse dicunt,qui & centum prophetas in specu quodam reseruans,pauit,qui non incuruauerunt genua ante Baal,ideo prophetiæ donum meruit,& est vnus ex duodecim,inter sanctosq; relatus,cuius festum viij. Kalend. Iulij celebratur.

Abdias propheta.

GENERATIO XXXIX.

Anno 4292. à mundi exordio,mortuus est Iosaphat rex Iuda,relinquēs filios Ioram, Azariam, Iahiel, Zachariam, Michael & Saphatiam. Verum Ioram primogenitus erat. vnde pater suus dedit multa munera fratribus Ioram,argenti & auri pensationes,id est, redditus,cū ciuitatibus munitissimis in Iuda. regnū autem tradidit eidem Ioram,in quo incepit trigesimanona generatio. regnauit hic annis octo. trigintaduorum annorum erat cum regnare cœpisset,licet Hebræi dicant,eum regnasse viginti & octo annis. quod hic dicitur de octo annis,intelligunt,ꝙ octo annis post patrem bene regnauerit,reliquis viginti pessime,& ita potest stare,ꝙ dicitur filius suus Ochozias fuisse quadragintaduorum annorum. Duxit autem Ioram Athaliam filiam Achab regis Samariæ vxorem,à qua seductus creditur. nam accepto imperio,occidit omnes fratres suos gladio,& quosdam principes Iuda eius malitiam exhorrentes. fecitq; malū in conspectu domini,cunctos habitatores Iuda præuaricari docuit. per Athaliam vxorē nihil ꝑtermisit,quo minus aliquid quotidie nouæ impietatis efficeret. In diebus illis rebellauit Edom,ne esset subditus Iudæ. nam & regē suum tributariū Iudæ occiderunt,nouum creantes,qui non deberet tributa reddere. Eduxitq; exercitū in Seiram,& Idumæos quos secum habebat,quosq; aduersos,multos occidit,sed præualere non potuit,quin in rebellione manerent, & non subiecti vsq; in hunc diem. Lobna etiam ciuitas se à subiectione subtraxit Ioræ. Eodem tempore allatæ sunt ei literæ ab Helia dudū translato conscriptæ,huius tenoris: Hæc dicit dn̄s,qm̄ non ambulasti in via patris tui,& in via Asæ regis Iuda,sed in vijs Achab, insuper & fratres tuos meliores te occidisti,ecce dn̄s pcutiet te plaga magna cū populo tuo & filijs tuis,vxorib⁹ & substātia tua. tu aūt pessimo peribis lāguore. Hæc ferme sentētia fuerat. Suscitauit itaq; dn̄s cōtra Ioram spiritū Philistinoꝝ & Arabū,qui irruerūt in Iudæā,vastauerūt prouinciā,diripuerūtq; cunctā substātiā inuentā in domo regis, Insuper filios eius,vxoresq; occiderūt omnes,ꝑter Ochoziam filiū. Ipse tandem

Ioram rex Iuda.

Athalia.

dem incidit alui ægritudinem, interna corruptione viscera effundēs: sic longa cōsumptus tabe, mortuus est infirmitate pessima: quē etiam mortuū, populus multis contumelijs affecit, nec exequijs regalibus eū fecere dignū, sed veluti priuatū, tumulo tradiderunt sine honore & aromatum combustione. Mors Ioræ.

GENERATIO XL.

ANno 4300. à mundi exordio, regnante adhuc in Samaria Ioram filio Achab sub *Ochozia filio regis Iuda incepit quadragesima generatio. hunc regē & reliquos vsq; ad Oziam ꝑtermittit Matthæus. hic vno tantū anno regnauit vnà cū matre Athalia & patre perniciosissimo, omnibus probris cōtaminatus fuit. Agebatur tum annus regni Ioram regis Israel duodecimus, quo impietatis paternæ imitator perire meruit. Tempus aduenerat quo vngendus erat Hieu: quare Heliseus misit vnū de filijs prophetarū cum lenticula olei ad exercitum in Ramoth. nam Azael rex Syriæ mouit bellū regi Israel Ioram. Ochozias ideo rex Iuda iuit cū Ioram contra Azael in Ramoth, vulnerauerūtq; Syri Iorā, qui reuersus est vt curaret in Iezrael: multas em̄ plagas acceperat. Visitauit aūt rex Ochozias Ioram ægrotantē: mansit interim Hieu cū exercitu in Ramoth, vti princeps exercitus regis Ioram. nuncius itaq; Helisei cū inuenisset Hieu sedentē cū principibus, & belli negocia tractantē, ait: Verbū mihi est ad te, o princeps, secretū. Cumq; induxisset eū in cubiculū, dixit: Hæc dicit dn̄s, vnxi te in regē super Israel, & percuties omnē domū Achab in vltione sanguinis seruorū meorū, de manu Iezabel, simulq; effudit oleū super caput eius, & abijt. Redeunti Hieu, principes dixerūt: Quid fecit insanus iste apud te? Ait Hieu: Recte iudicastis, nam vesana locutus est dicēs, Hæc dicit dn̄s: vnxi te in regē super Israel. Hoc audito, surgūt, & vestes suas substernūt pedib⁹ eius, canētes tuba, dicūt: Regnabit Hieu. Coniurauit ergo Hieu cōtra Ioram, & ait: Nullus nunciet hoc in Iezrael, sed oēs adscēdamus simul. Vidit aūt speculator veniētes, dixitq; Iorā: Video globū venientē. suspicatus Iorā captā esse vrbē, vel pacē factā, misit nunciū in occursum eorū. retinuerunt illi nunciū. misit & Iorā secundū nunciū, qui similiter nō est reuersus ad regē. Ioram aūt & rex Ochozias egressi sunt vsq; in agrū Naboth Iezraelitæ. Et ait Ioram ad Hieu verba pacis. Cui ille: Quæ pax potest esse inter nos, cū iugiter offendamus Deū per idololatriā matris tuæ? Fugiens Iorā, ait: Insidiæ sunt. Tunc percussit Hieu Iorā inter scapulas, egressa sagitta per cor eius, mortuus est. Ait Hieu ad ducē: Proijce eū in agrū Naboth. ibi em̄ interfectus erat Naboth, in cuius vindictā & ille occisus est. Ochoziā vero fugientē insecutus est Hieu, & vulnerauit eum: ex quo vulnere in Mageddo mortuus est, & sepultus dein in ciuitate Dauid. Post hæc intrauit Hieu ciuitatem Iezrael. porro Iezabel erat in arce turris: depinxit aūt oculos suos stibio, & ornauit caput suū, per fenestrā prospiciēs, ait ad Hieu: Nunquid pax esse potest Zamri, qui interfecit dn̄m suum, quod & tu fecisti? Dixit Hieu duobus eunuchis: Præcipitate eam. Et ꝑcipitauerūt eam, cōculcaueruntq; eam vngulæ equorū. Cumq; Hieu sederet ad mensam, ait seruis suis: Ite & sepelite maledictā illam, quia filia regis est. Cū venissent ad eam, nō inuenerunt nisi caluariam, id est, cellulā supremā cerebri, & pedes & summitates manuū: & sic sermo dn̄i adimpletur, qui ab Helia dictus est. Erant aūt Achab lxx. filij in Samaria, & scripsit Hieu ad optimates ciuitatis, & ad nutritores filiorum: Eligite quem vultis ex filijs Achab in regem, & pugnate pro domo domini vestri. Qui perterriti, rescripserunt: Serui tui sumus, fac q̄d tibi placet. Et scripsit: Si mei estis, tollite capita filiorū Achab, & venite ad me cras in Iezrael. Quod factū est. Attulerunt capita in cophinis ad eum, qui mandauit, vt iuxta introitum portæ ponerentur ad duos aceruos vsq; mane. Cumq; mane intueretur capita, dixit ad populū: Iusti estis, id est, iuste fecistis, implendo mecū verbum dn̄i. si ego percussi dominum meum, dominus fecit quod locutus est in manu Heliæ. Tunc percussit & omnes reliquos de domo Achab in Iezrael, optimates eius, notos & sacerdotes. Ibat in Samariam dein, vbi in via obuiauit quadragintaduobus fratruelibus Ochoziæ regis Iuda, qui descendebant ad salutandū Ioram & Ochoziam, nescientes eos perijsse, ꝙ occisi essent. & occidit eos Hieu. Tū egressus est in occursum Hieu Ionadab filius Rechab, cui benedixit pro vltione domini quam fecerat, quem impositū currui suo, duxit in Samariam, & percussit omnes qui reliqui fuerant de Achab vsq; ad vnum. Volēs autem Hieu cultum Baal destruere, in dolo congregauit populum in Samaria, & dixit: Ampliare volo cultum Baal, vocate omnes prophetas eius & sacerdotes, quicūq; defuerit, non viuet. volo em̄ sacrificare Baal. Venerunt omnes serui Baal, & repleta est domus Baal. Ait Hieu his qui erant super vestes: Date vestes omnibus seruis Baal. Et dederunt. Cumq; perscrutatus esset Hieu diligenter, ne quis deesset, vel alius inter-

Ochozias, al's, Azarias vl' Ioacham

Hieu rex Israel vngitur

Ochozias moritur.

Iezabel perit.

Cultus Baal ab Israelitis pulsus.

esset, dixit militibus suis: Ingredimini & percutite eos, nullusq; euadat. Percusserunt illi eos, statuamq; Baal comminuerunt, & destruxerunt templum eius, feceruntq; pro eo latrinas publicas. & deleuit Baal de Israel, mansitq; rex Hieu in Samaria, & regnauit annis octo & viginti magna cum solennitate.

GENERATIO XLI.

*4501

Anno *431. à mundi exordio, in Ioas filio Ochoziæ incepit quadragesimaprima generatio. hic regnauit, connumeratis annis quibus Athalia regnauit, quadragintaseptem annis. Nam Athalia Achab regis & Iezabel filia, videns filium suũ Ochoziam mortuũ, affectione regnandi interfecit omne semen Dauidici generis, vt nullus ex ea stirpe ad regni vlterius perueniret successionẽ. sed diuina prouidẽtia, Ioas Ochoziæ filij sui filius paruulus, ea nesciente pseruatus est. Nam Iozabeth filia Athaliæ, soror Ochoziæ, furtiue subtractũ paruulũ, in domũ Ioiadæ pontificis viri sui abscondit, & sex annos eum enutriri fecit. Anno aũt septimo Ioiada pontifex collegit principes Leuitarum, centuriones ac milites, ostendit eis secrete filium regis, & coniurauerunt omnes pro puero contra Athaliam. Erant tum vigintiquatuor sacerdotes summi, quorũ vnus in hebdomada vicis suæ habebat secũ in ministerium, xxiiij. minores sacerdotes, & totidem cantores, & totidẽ ianitores. Diluculo vero sabbati, pontifex qui ministrauerat, cũ turma sua egrediebatur ad propria: pontifex vero qui ministraturus erat, ingrediebat̃ cũ turma sua. Tunc Ioiada pro ampliando exercitu, fecit ex illis oĩbus duas turmas. adiunxit q̃q; tertiã turmã de centurionibus & Leuitis q̃s conuocauerat, & intrans domũ saltus & domũ armorũ, dedit singulis arma, & p̃cepit egressuris, vt circũstarent regẽ in atrio interiori, & custodirẽt: ingressuris vero dixit, vt adscenderẽt ad domũ regiã, ne serui reginæ egredientes, vnctionem regis impedirẽt. Diuisit aũt omnẽ exercitũ opportune. Ipse cũ reliquis sacerdotibus, Leuitis & senioribus produxit filiũ regis, & vnxit eũ in regẽ, imposuit diadema in capite eius, & legẽ Dei dedit ei tenendã in manibus. Vidẽs Athalia, scidit vestimẽta sua, clamauit: Coniuratio coniuratio. Et eduxerũt eã centuriones extra septa tẽpli, & interfecta est. deduxerũtq; regẽ per portam scutariorũ in palatiũ, & sedit super thronũ regiũ. lætatus est populus terræ, quia abstulerat dñs opprobriũ, ne regnaret mulier super eos. destruxerũt templũ Baal, arasq; & imagines quas fecerat Iorã, Mathan perempto corã altari. fecit rectũ coram dño cunctis diebus Ioiadæ sacerdotis. Erant aũt in domo dñi ruinæ, p̃cepitq; Ioas sacerdotibus, vt instaurarent sartatecta domus, recipientes oblationes p̃tereuntiũ, & quæ offerebant pro precio animæ, id est, quæ dabant ituri ad p̃lium. quæ cũ suscepissent sacerdotes, vsq; ad vicesimumoctauum annũ regis Ioas, nõ tamen instaurauerũt ædificia templi. Et iratus rex, prohibuit sacerdotes vltra accipere pecuniã. tunc Ioiada fecit gazophylacium munitũ, aperto desuper foramine, & posuit illud in templi ingressu. Cumq; appareret plurima pecunia in gazophylacio, scriba regis & pontifex effundebãt eam, & dabant his qui præerãt cæmentarijs domus dñi. nec fiebat cum eis ratio, sed fide tractabant, nec fiebat ex pecunia illa vas aliquod in domo domini, nisi de eo q̃d erat residuum sartatectis. Ioiada itaq; summus sacerdos, ob sanctitatẽ & rerum experientiam, apud Iudæos summo in honore habitus est, qui tandem de Deo, deq; hominibus bene meritus, anno ætatis suæ centesimo & trigesimo obdormiuit in dño, & sepultus est in ciuitate Dauid, eo q̃ generi Dauid reparauerat imperiũ. successit ei Zacharias filius. Anno vigesimotertio Ioas regis Iudæ, licet Hieu rex Israel deleuerit Baal, veruntamen à vijs Hieroboam non recessit omnino, permisitq; vitulos aureos Israelitas adorare. Illi dixit dominus: Quia fecisti quæ in corde meo erant cõtra domũ Achab, filij tui vsq; ad quartam generationẽ sedebunt super thronum Israel. cœpit tamen tædere super Israel, percussitq; eos Azael in vniuersis finibus. habitatores eñ Geth breui subiugauit, & in ea optimates quosq; interfecit, vrbẽ incendit, paruulos lapidibus allisit, mulieres prægnantes excidit, quæcũq; bona diripuit, & vniuersas prouincias eorũ vastauit. tandẽ Hieu vexatus diu, dormiuit cũ patribus suis, & in Samaria sepelitur. Mortuo Hieu rege Israel, anno vigesimoquarto regni Ioas regis Iudæ, Ioachaz filius Hieu in Samaria regnare cœpit super Israel. regnauit annis decem & septẽ. erat vir fortis & animo præstans, in vijs patris non ambulauit, sed Deum dereliquit. iratus dominus contra Israel, dedit eos in manus Azael regis Syriæ & in manus Benadab filij eius. nõ sunt derelicti Ioachaz de populo, nisi quinquaginta equites & decem currus, & decẽ millia peditum. clamauit Ioachaz ad dominũ. misertus eius, dedit ei pacem in diebus suis. Post mortem vero Ioiadæ summi sacerdotis, Ioas rex Iuda curã perdidit diuinæ religionis, cuius etiam exemplo primates Iudæ pariter corrupti sunt, propter

Ioas.

Ioas vngit.

Instauratio domus dñi.

Hieu mors.

quod indignatus est eis Deus: veruntamen misit prophetas qui eos retraherent à ma lis. illi vero nō modo pœnitentiam non egerunt, sed & Zachariam Ioiadæ pontificis filium lapidibus in templo occiderunt, eo ꝙ dissuaderet idololatriam. Rex aūt Ioas, qui huiusmodi sceleris autor fuit, nō recordatus est misericordiæ quā fecerat Ioiada pater illius secum. nō multo post, iustissimas pœnas persoluit: nam euoluto anno, ad scendit cōtra eum exercitus Syriæ, venitq́ in Iudam & Hierusalē, interfecit cunctos principes populi, atq; vniuersam p̄dam miserūt regi in Damascū. & certe cū permodicus venisset exercitus Syrorū, tradidit dn̄s in manibus eorū infinitā multitudinem Iudæorū. In Ioas quoq; regem ignominiosa exercuere iudicia. At Ioas rex Iuda tulit sanctificata, & vniuersum argentū q̄d inueniri potuit in thesauris templi & in palatio regis, misit Azaeli regi Syriæ, vt recederet ab Hierusalē. Et abeuntes, reliquerunt eū in magnis languoribus. Surrexerunt cōtra regē serui sui in vltionē sanguinis Zachariæ filij Ioiadæ, & occiderunt eum in lectulo suo, sepelieruntq́ eū in ciuitate Dauid, sed nō in sepulchris regū. Aremulus Syluius xij. Latinoꝝ rex, xx. anno regni Ioas regnare cœpit, regnauit annis decē & nouē. fulmine perijt. Diogenetus, vij. Athenieñ. dux, anno secūdo regni Ioas magistratū accepit. Ocrasapes, 35. rex Assyriorū, xiij. anno regni Ioas regnare cœpit, & regnauit annis 42. Eridemus, vij. Corinthiorū rex, secūdo anno regni Ioas regnare cœpit, & regnauit annis 25. Sesonco ris Pharao, 20. regni Ioas in Aegypto dynastiā vigesimāsecundā incepit, & p̄fuit an nis 21. Aristomedes, viij. Corinthiorū rex, 28. anno regni Ioas cœpit regnare. regna uit annis 35. Pheredus similiter sequēti anno apud Athenienses magistratū accepit, gessit eundē annis 19. Auentinus filius Aremuli regis Latinoꝝ, anno 38. regni Ioas Latinis regnare cœpit, reguauit annis 37. à quo mons Auentinus est dictus, ꝙ ibi sepultus sit. Anno antepenultimo Ioas regis Iuda, Ioachaz rex Israel mortuus est, in Samaria sepultus, relicto post se Ioas filio successore, q regnauit sup Israel xvi. annis, & ambulauit in vijs Hieroboā, nō tñ adeo vt patres eius, eo ꝙ propheta ꝝ cōuersatiōe plurimū oblectatus fuerit, & p̄sertim Helisei viri sanctissimi. Tū Heliseus ægrotabat, & descēdit ad eū Ioas rex Israel, flens dicebat: Pater mi, currus Israel & auriga eius. Cui ait Heliseus: Affer arcū. posuitq́ manū ad arcū, & dixit: Iace sagittā. Ait Helise9: Sagitta dn̄i est contra Syriā, partē Syriæ percuties. sublato arcu cū sagittis, dixit Heli seus regi: Percute terrā iaculo. Percussit tribus vicibus, & stetit. Iratus vir Dei: Si, inquit, percussisses septies, toties vicisses Syriā. Nunc aūt tribus vicibus percuties eam. Mortuus est Heliseus, & sepultus iuxta Abdiā. Porro latrunculi Moabitæ venerūt in terrā eo anno. quidā aūt volentes sepelire mortuū, vidētes latrunculos, timētes proie cerunt cadauer in sepulchrum Helisei, quod cū tetigisset ossa Helisei, reuixit homo. Mortuus est Azael rex Syriæ, & regnauit pro eo filius suus Benadab, cū quo dimicauit Ioas rex Israel, terq́ eum vicit, iuxta verbum prophetæ.

Interitus Zachariæ.

Moritur Ioas.

Aremulus, al's, Remul9.

Auentinus.

Mors Helisei.

GENERATIO XLII.

ANno 4348. in Amasia filio Ioas regis Iuda, anno secūdo regis Israel Ioas, incepit q̄dragesimasecūda ḡñatio. quinq; & viginti annoꝝ erat cū regnare cœpisset, & vigintinouē annis regnauit. nomen matris eius erat Ioiada de Hierusalē. In initio regni occidit inimicos qui patrē eius occiderāt, nō tamē filios eorū, propter legē Mosi, q̄ dicit: nō morient filij pro patribus, nec ecōtra. Postea vt Amalechitas & Idumæos expugnaret, collegit exercitū, & conduxit à rege Israel centū millia armatorū, quibus numerauit centum argenti millia talentorū. Et cum in procinctu esset, suasit ei propheta vt dimitteret Israelitas, quia idola ferebant, & Deus daret ei aliàs victoriam. Cum aūt grauiter ferret, eo ꝙ mercedē accepissent, monebat propheta vt ageret q̄d Deo placeret, qui posset id facile cōpensare. Acquieuit rex, ac dimisit eos, percussitq́ Edom in valle *saliuarū decē millia, & appræhēdit Petrā nobilem Arabiæ ciuitatē. viuos etiā ad decem millia cepit, ac de petra p̄cipitauit. p̄dam aūt abstulit ingentē. Inter hæc Israelitæ, quos dimiserat, indignati, existimātes iniuriosam fuisse eorum missionē, Amasiæ terras aggressi sunt, & diripuerunt prouincias, multa abstulerunt iumenta, & tria millia hoim occiderūt. Amasias aūt eleuatus, Deū autorē victoriæ cœpit spernere, & deos, q̄s ab Amalechitis vexerat, adorare. audierat eñ eos dedisse responsa. Accedēs propheta, regi dixit: Nisi abstineret, vindictā sentiret. Ira percitus rex, interminatus est eum se punituꝝ, si amplius loqueret. pro quo tali pœna percussus est. Nā felicitatē suā nō ferēs, in superbia scripsit ad regē Israelitaꝝ Ioas, vt obediret ei ipse & populus vniuersus, sicut & obedierūt parētibus suis Dauid & Salo moni, alioqui bellum expectarēt. Cui Ioas rex ita rescripsit: Rex Ioas regi Amasiæ, Erat in Libano monte cypressus, Carduus misit ad cypressum, petēs, vt filio suo filiā

Amasias Idumæos cædit.

Ep'la Ioas ad Amasiā.

eius daret vxorē. & dū hæc agerent, bestiæ saltus indignatæ, cōculcauerūt carduum. Hoc ergo erit tibi exemplū, vt maiora nō appetas. cur prouocas mala? vt cadas tu & Iuda tecū. Hæc legēs Amasias, ad bellū potius est prouocatus. Cū produxisset exercitum cōtra Ioas, essetq; iam pliaturus, milites ipsius stupor inuasit, fugit Iuda corā Israel. dispersisq; illis, cōtigit vt Amasias desolatus, ab hostibus caperet. Tunc cōminabatur ei rex Israel, nisi eum cū exercitu in Hierusalē acciperet. Amasias itaq; minis compulsus, suscipi fecit hostē, qui destruens partē muri quasi q̄dringentorū cubitorū, cum curru ingressus est Hierosolymā, Amasiā captiuū ducit, Dei thesaurū abstulit, aurū, argentūq; q̄d in regalibus erat, exhausit: tandē eū à captiuitate resoluēs, regressus est ad Samariam. Hæc gesta sunt anno xiiij. regni Amasiæ. Anno vero sequēti mortuus est

Hieroboam rex Israel.

Ioas rex Israel, & sepultus in Samaria. regnauit Hieroboā filius eius pro eo anno xv. regis Iuda Amasiæ. regnauit xl. annis & vno, ambulās in vijs Hieroboā filij Nabath, q̄ peccare fecit Israel. erat hic bellica re insignis, qui imperio suscepto, de mandato dñi cōtra Benadab Azaelis regis filiū regē Syriæ bellū suscipiēs, admirabili virtute confecit, deq; eo triumphauit, ac vniuersa à patre suo Azaele ablata ab Antiochia, vsq; ad mare mortuū, iuxta verbū Ionæ prophetæ, Israeli & regno suo restituere coegit. Io-

Ionas.

nam prophetā virū sanctū hac tēpestate miraculis claruisse cōstat, qui erat Sareptanæ viduæ filius, quē Helias mortuū resuscitauerat, iussus à Deo vt iret ad Niniuę regnū, & pdicaret excidiū ciuitatis, metuens fugit in Ioppen, & inuēta naue, ingressus in Tarsum ciuitatē Ciliciæ. cumq; tēpestas sæuiret vsq; ad periculū submersionis, nautæ orabant quatenus periculū euaderēt. Ionas iacebat, nihil metuens horū: cū autē tēpestas susciperet incremēta, cogitātes aliquē in naui esse culpabilē tantæ periclitationis, cōstituerūt per sortes inquirere quis esset. sors cecidit in prophetā. Interrogātibus autē illis vnde esset, & quid ageret, Hebræū se dixit, prophetā vero summi Dei. suasit, vt si periculū euadere vellēt, eum in pelagus proijcerēt, quia tēpestatis autor fuisset. At illi impiū iudicantes peregrinum pcipitare, ab eo impulsi & timore suæ salutis adstricti, eū in pelagus proiecerunt. mox tēpestas conquieuit. ille voratus à cete, post tres dies noctesq; in pōto Euxino viuus euomitus est, in nulla parte corporis maculatus, supplicans Deo, vt ei veniā concederet pro delicto. ad Niniuē profectus est, & pdicauit in medio ciuitatis vbi intrasset itinere triū dierū, subuersionē vrbis fore intra dies xl.



Pœnitet Niniue.

Crediderūt Niniuitæ in dño, pdicauerunt ieiuniū, & vestiti sunt saccis. Surrexitq; rex de solio, indutus sacco, sedit in cinere, pcepit: hoīes & iumēta nō gustēt quidq̄, vt conuertat vir à sua via mala & ab iniquitate: quis scit si conuertat Deus, ignoscat, & reuertatur à furore iræ suæ, & nō peribimus? Vidit Deus cōuersionē eorū, misertus est sup eos, & remisit eis. Afflictus est Ionas, dixit: Obsecro dñe, nunquid sciebā dū fugerem in Tharsis? Scio em̄ qa tu Deus clemēs & misericors es, patiēs & multæ misericordię, & ignoscens super malitia, & nunc tolle animam meam. Dixit dñs: Putas ne bene irasceris? Et egressus Ionas, sedebat subter vmbraculū q̄d fecerat, & pparauit dñs hederā quæ adscēderat sup caput Ionæ. lætatus est Ionas super hedera lætitia magna. Parauit aūt Deus vermē qui corrosit hederā, & exaruit. Et cū ortus fuisset sol, percussit adiutore calido vēto sup caput Ionæ. æstuans inde, petiuit aīæ suæ vt moreret, dicēs: Melius est mihi mori q̄ viuere. Cui dñs: Putasne bene irasceris? tu doles super hederam in qua non laborasti, neq; fecisti vt cresceret, ego non parcam Niniuę ciuitati, in qua sunt plus q̄ centū viginti millia hominum, qui nesciunt quid sit inter dextrā & sinistrā suā? Amasias rex Iuda vixisse legit, xxv. annis, postq̄ mortuus est Ioas rex Israel, & semp à suis odio habitus, videntes em̄ murū ciuitatis interruptū, ciuitatē spoliatam, & filios suos obsides



sides ductos in Samariam occasione superbiæ eius,quia ab initio voluit bellare contra Ioas. Tandem cœperũt tractare de eius morte,vnde facta est contra eum Hierusalem coniuratio. At ille fugit in Lachis,vbi decem annis latuit,postremo miserunt magnã multitudinem bellatorum in Lachis,& interfecerunt eum,portaueruntq́ in equis,sepultus est in Hierusalem cum patribus suis in ciuitate Dauid. In hac gñatione Telechus 8. Lacedæmoniorũ rex, primo anno Amasiæ regis,cœpit regnare, regnauit annis 40. Ariphron Athenieñ. dux nono Amasiæ anno magistratum suscepit, regnauit annis 20. Tonescon Coleros qui Græce Sardanapalus,vltimus Assyriorum rex,anno 16. Amasiæ regis,Assyrijs cœpit regnare,regnauit annis viginti. Osorthon rex Aegypti,regnauit annis 15. Egemon nonus Corinthiorum rex,anno 22. regni Amasiæ, *regnauit annis 16. Thespieus Ariphronis ducis Atheniensiũ filius,anno vltimo Amasiæ *regnauit annis 7.& 20. Amos propheta nõ vnus ex duodecim,sed q Esaię pater fuit, ijsdem temporibus floruit,& apud reges multa intrepide dixit.

Amasiæ interitus.

Sardanapalus.

Thespieus.

Amos.

GENERATIO XLIIII.

ANno à mundi exordio 4377. in Ozia filio Amasię regis Iuda,anno Hieroboam regis Israel duodecimo,incepit 43. generatio,&regnauit Ozias annis 52. Sedecim annorũ erat cum regnare cœpisset. fuit aũt multæ mansuetudinis & dignitatis,vir ob virtutes & religionis cultum Deo hoïbusq́ multum gratus,eo ꝙ oĩbus in rebus,quod rectum coram Deo nostro fuerat,iuxta oĩa quæ præcepta erant, fecit. assumpto itaq; imperio,contractis vndiq; copijs trecentorũ millium pugnatorũ,oẽs hostes ꝑ circuitũ prostrauit,& tributarios sibi fecit. qbus superatis,ad exornandã q̃maxime ciuitatẽ Hierusalẽ animũ adiecit,& muros q̃s Ioas rex Israel destruxerat, restituit, ac turres multas & altissimas ꝑ circuitũ murorũ erexit,atq; alia multa bona vrbi contulit. deinde agriculturæ &plantationibus operã dans,multas sibi cõflauit diuitias,qbus clarus habebatur. Vigesimoseptimo anno regni Oziæ,Hieroboam rex Israel dum nimium successu gaudet,Deo gratias nõ egit, sed idolis hostias obtulit. propter quod & dñs indignatus,prophetã Amos ad eum misit,qui eius interitum,populi calamitatem & finem prædixit. quod cum significasset sacerdos Bethel regi Israel, ex mãdato regis prohibuit Amos,ne vltra prophetaret in regno decem tribuum. Cum aũt nollet cessare,dicens se non prophetam,sed pastorem missum à dño, frequenter afflictus est. demum moritur Hieroboam, & in Samaria sepelitur. Anno trigesimooctauo Ozię regis Iuda, regnare cœpit Zacharias filius Hieroboam super Israel sex mẽsibus, qui fecit malum coram dño. propter quod iuxta verbum dñi, quod locutus fuerat ad Hieu proauum suum, à seditioso viro Sellum dicto,cunctis vidẽtibus, interfectus est. regnauit Sellum vno mense in Samaria. Hic est aduertendum,ꝙ secundum veram annorum supputationem,vt vult Magister in historijs,Israel regnũ tribus & viginti annis sine rege fuit,vel forte Zacharias tres & viginti annos regnauit, quos ob eius nefandissima gesta non computauimus,sed sex tantummodo menses quibus correctus vixit Manahen princeps militiæ,audiens Zachariam à Sellum occisum,surgens ex Tarso cum omni militia venit in Samariam, & commisso prælio, Sellum peremit,semetipsum regem constituit. Surgens deinde in Thabrain ciuitatem,cuius ciues obseruantes portas eius,regem suscipere noluerunt, ille quæ foris erant depopulatus est,& ciuitatem obsidione fortissime*accepit,grauiterq́ ferens contemptum, ciues omnes occidit,neq; paruulis parcens:& quicquid ad sæuitiam pertinebat, non dereliquit. in suos contribules ita sæuiuit. Postea cum Phul Assyriorum rex aduersus Manahen castra mouisset,ad certamina contra Assyrios non accessit Manahen, sed dedit regi Assyriorum mille talenta argenti,vt recederet ab eo. accepit autem quinquaginta siclos à potentioribus terræ per singulos. inter hæc munera tradunt Hebræi Manahen misisse vitulos aureos qui erant in Dan & Bethel, sed non veros. Sacerdotes enim dolo sustulerant aureos vitulos,& fecerant æreos deauratos similes illis. Qua fraude percepta,rex Assyriorum plurimum exarsit contra Israel, paulo post mortuus est Manahen in Samaria. Anno quadragesimo regni Oziæ, Phaceia Manahen regis filius, regnare cœpit super Israel. regnauit annis decem, vel secundum Hebræos, duobus, & fecit malum coram domino. Coniurauit autem aduersus eum filius Romeliæ, dux eius,percussitq́ eum in Samaria in turre domus regiæ,& cum eo quinquaginta viros de filijs Galaaditarum,regnauitq́ pro eo. Anno quinquagesimosecundo Oziæ regis Iuda,regnauit Phaceia filius Romeliæ super Israel in Samaria viginti annis. non recessit autem à peccatis Hieroboam qui peccare fecit Israel.

Osias aliàs Azarias.

Amos propheta.

Hieroboam mors.

Manahen.

In diebus eius Teglat Phul assar rex Assur,adscẽdit in Israel, *siue is Phul fuerit, vastauit oẽm regionem trans Iordanẽ, & captiuas duxit duas tribus & dimidiã, vastãsq́

Galilæam, de tribu Zabulon & Neptalim multos secum præda abduxit in Assyrios, qui possent dimidiæ tribui comparari. vnde sæpe legitur, ꝙ tres tribus Israel captiua uerit, & fuit initium captiuitatis decem tribuum. Inter hęc consenuit Ozias, multis se oblectans. habebat eñ exercitum electorum trecenta octoginta millia virorum. Constituit aũt cohortes, ad hæc machinamenta multa, quibus saxa dimitterentur & iacula. dumq́ hæc ita constituisset, elatione contra pietatem agere meditabatur. instante nanq; insigni die festiuitatis, indutus sacerdotali stola, templũ intrauit, oblaturus incensum in aureo altari Deo. Pontifice vero Azaria cum octoginta sacerdotibus eum prohibente vt exiret, & ne contra Dei leges ageret, iratus & interminatus est eis mortem, nisi tacerent. Inter hæc terræ motus factus est, & claritas solis effulsit, nimis incidens in faciem eius. percussus est lepra. Ante ciuitatem vero scissa est media pars montis ad occidẽtem, deuoluta per quatuor stadia, & ad orientem restituit montem, Iosephus scribit, ita vt & vias clauderet, & regios hortos comprimeret. ille confusione affectus, cum ipsi nulla esset fiducia, priuatus exijt vrbem, licet vltra modum elatus esset. Ioathan vero filius gubernauit palatium, & iudicauit populum. dein mœstitia faciente defunct⁹ est, & sepultus in hortis regijs. Anno sexto Oziæ, Sardanapalus vltimus Assyriorum rex fata persoluit, de quo Iustinus: Sardanapalus, inquit, rex, vir omni muliere corruptior, ad hunc videndum (quod nemini ante eum permissum fuerat) præfectus ipsius, Medis ꝓpositus, noīe Arbactus, cum admitti magna ambitione ægre obtinuisset, inuenit eum inter scortorum greges purpuram colo nentem, & muliebri habitu cum mollitia corporis atq; oculoꝝ lasciuia oẽs fœminas anteiret, pensa inter virgines partientem. Quib. visis, indignatus tali fœminæ tm̃ virorum subiectum, tractantiq́ lanam, ferrum & arma portantes parere, progressus ad socios suos, quid viderit refert, negat se ei parere posse, qui se fœminam malit esse q̃ virum. Fit igitur coniuratio. bellũ Sardanapalo infertur. q̃ ille audito, non vt vir regnũ defensurus, sed vt metu mortis mulieres solent, primo latebras circunspicit, mox deinde cũ paucis & incõpositis in bellum progreditur. victus, in regiam se recipit, & extructa pyra, se & diuitias in incendium mittit, hoc solo imitatus virũ. Cui Arbactus successit, & regnũ ad Medos transtulit post annos (vt diuus Augu. lib. 4. de ciuit. Dei cap. 6. scribit) mille ducentos & 40. Alij aũt, vt Metasthenes Persa in lib. de iudicio temporꝝ, & Diodorus Siculus, aliter tradũt. Metasthenes Susiana publica bibliotheca vsus, in q̃ annales Persaꝝ ferunt fuisse Belochum, inquit, tertium militię principem, Sardanapali clandestinum hostem: is cum Arbacto Medoꝝ principe partitus est monarchiam Assyriorum ea lege, vt Belochus Babyloniam, Arbactus Mediam & Persas regeret. itaq; interfecto & ex se ipso flammis iniecto Sardanapalo, monarchia bipartita fuit, in q̃ regnatum fuit annis quatuor & trecentis vsq; ad Baltassar interfectum. Apud Medos regnauerunt, Arbactus annis 28. post eum Mandanes annis 50. Sosarmos 30. Articarnim 50. Arbiones 22. Arceus 40. Arthines 22. Astybarus cum Apanda filio 20. Apanda, Græce Astyages, solus 30. hoc deuicto, Cyrus & Darius regnarunt in Perside annis sex, inde* alijs sex* Persico regno resignato Cambysi filiò sexennale bellum Tomyri reginæ Scytharum intulerunt. Sexto anno à Babylonijs euocati, atq; Baltassare interfecto, reunitam monarchiam in Persas transtulerũt. Totidem annis regnatum est apud Babylonios. primus rex Phul Belochus regnauit annis 48. Phul assar 25. Salmanassar 17. Sonacherib 7. Assar adon 10. Merodoch 52. Ben Merodoch 21. Nabuchodonosor primus 35. Nabuchodonosor magnus 45. Amilinus Euilmerodoch 30. dein filius eius primus Regassar trib⁹, secundus Labassar sex, tertius Baltassar quinq; annis. quo interfecto, reunita est monarchia. Et nota ꝙ secundum veram annorum supputationem, sequendo septuaginta interpretes, quos communiter sequitur ecclesia, Sardanapalus interfectus est anno ab exordio mundi 4379. & sic Ozias regnare cœpit anno ab exordio 4375. secundum hoc concordant anni sequentes. Arbactus primus rex Medorum, in bipartita monarchia regnauit annis 28. Phul Belochus apud Babylonem regnauit annis 48. in bipartita monarchia. Anno eodem, hoc est, sexto Oziæ regis, Latinis regnauit Procas Syluius, regnauit annis 23. Anno eodem Lycurgus insignis est habitus. hic (vt refert Iustinus) cum fratri suo Polydectæ regi Spartanorum successisset, & regnare potuisset, Charilao filio fratris posthumo, cum ad ætatem adultam peruenisset, regnum cum fide summa restituit, vt scirent omnes, quanto plus valerent apud bonos pietatis iura q̃ opes. Medio tẽpore dum adoleuit puer, leges instituit Lacedæmonijs. auri argẽtiq́ vsum, vt omnium scelerum materiam, sustulit. fundos, annes, æqualiter inter omnes diuisit. conuiuari omnes publice iussit. emi singula non pecunia, sed compensatione mercium iussit. pueros in agrũ mitti constituit, nec prius in vrbẽ venire, q̃ viri

Mors Ozię.

Finis ac trãslatio regni Assyrioꝝ.

viri facti essent. virgines sine dote nubere iussit. maximum honorem senum esse voluit. hæc & alia plura, q̃ solutis antea moribus dura videbantur, vt perpetuaret, autorem Apollinem Delphicum finxit, deinde iureiurando obligat ciuitatem, nihil eos de his legibus mutaturos, prius q̃ reuertatur in patriam, & velle se consulere Apollinem ait, si quid addendum diminuendumve foret. Profectus est aũt Cretam, vbi voluntarium exilium perpetuo egit. sed & moriens ossa sua in loculo plumbeo poni, & in mare dimergi ordinauit, ne forte Lacedæmonem relata, iuramẽto solutos se Lacedæmonij existimarent. Alexander decimus Corinthiorum rex, anno decimo regni Oziæ regnare cœpit, regnauit annis 25. Acamenes nonus Lacedæmoniorum rex, anno 13. Oziæ regnare cœpit, reg. annis 37. Cranaus quidam Macedo, vir ingenio & manu promptissimus, post innumera prælia cum finitimis regibus, Macedoniam ortus sui patriã sibi subiecit, & in ea regnare cœpit anno 12. regni Oziæ, reg. annis 28. Regnum postea Macedonum illustre fuit. quo quidẽ in regno, memorabile factum contigisse legimus: Cum aliq̃ñ Illyrici & Thraces coadunati, finitimos Macedones prouocarent, cogerentq́ꝫ commissa pugna fugere, tulerunt in cunis infantem defuncti regis filium, quo iuxta aciem posito, acrius repetiere certamen, quasi ideo victi essent, ꝙ bellantibus deessent auspicia regis. Tandẽ Illyricos magna cæde fuderũt, hostibus ostendentes, priore pugna regem, non virtutem, defuisse. Osorthon Aegypti rex, quem Herculem dixerunt, anno 25. Oziæ regis regnare cœpit, & nouem annis regnauit.

Lycurgus.

Macedonici regni origo.

Agamnestor dux Athenień. xi. regnauit annis 20. Anno 28. Oziæ regis Iuda, Amulius Procæ regis Latinorum filius, Albanorum rex factus, regnauit 44. annis. hic habuit fratrem Numitorem. mortuo Proca, regnum Numitori debebatur, quem vi atq; auri multitudine fretus Amulius frater expulit. Erant autem Numitori qui in agro suo vixit, filij duo, Egestus aliàs Lausus, & Rhea, quæ & Ilia dicta est. metuens ergo Amulius vindictam, Egestum ad venationem secum duxit, eumq́ꝫ in venatione occidit. Sororem vero eius Rheam, adimendi partus gratia, Vestalem virginem fecit, quæ postea grauidata, dum scelus excusare nititur, à Marte compressam se mentitur, quæ cum geminos partus peperisset, ab Amulio in vincula coniecta est, qui etiã geminos in Tiberim deijci iussit. veꝝ nequeuntibꝰ ministris ad ripã fluminis, ꝓpter aquaꝝ multitudinẽ deuenire, illos in ripa posuerunt, q̃s iuxta ripã vagiẽtes regius pastor inueniens, ad vxorem suã Accam Laurentiã detulit, q̃ ob rapacitatem corporis q̃stuosi propter pulchritudinem, à vicinis appellabatur Lupa. vnde & adhuc meretricum cellulę, lupanaria vocantur. Acca vero pueros nutriens, inter alios pastores versari docuit. Hæc hactenus. Sunt qui genitos pueros putent sub Ioathan. Fuere his temporibus Mandanes secundus Medorum rex, regnauit annis 50. Phelesteus Corinthiorum xi. rex, regnauit annis 12. Psammus Aegyptioꝝ rex, ꝓfuit annis x. Cenus secundus Macedonum rex, regnauit annis 12. Bochoris Psammo succedẽs in regno Aegypti, regnauit annis 44. Antomenes 12. Corinthioꝝ rex, præfuit vno anno. q̃ mortuo, res publica Corinthiorum ꝑ magistratus annuos gubernari cœpta est, regnatumq́ꝫ est in Corintho sub regibus 12. annis trecentis 23. Aeschylus dux Athenień. imperauit annis 23. Ardisius quidã Græcus, vir magnitudine insignis, 48. anno regni Oziæ Lydis primus regnare cœpit, regnauit annis 26. Anno quinquagesimo regni Oziæ regis Iudæ, olympias prima apud Græcos, teste Eusebio, ex agone gymnico instituta est. Hercules em̃ (vt dictum est) octauo Iair iudicis anno, cum agonẽ apud Græcos ad honorem Iouis in Olympo monte egisset, q̃d de quinquennio in quinquenniũ quatuor in medio annis expletis, perpetuo fieri volebat, ex quo Gręci olympiadem* quatuor annorum tempus appellauerunt. Olympias igitur quatuor plenos continet annos. ab hoc tempore historia Gręcorum vera esse creditur. nam antea vt cuiq̃ visum fuit, diuersas protulerũt sentẽtias. Beda & Africanus olympiadem primã anno primo Ioathan numerãt. Sparta noꝝ genus anno 50. regni Oziæ, mortuo Alcamene Lacedæmoniorum rege, eoꝝq́ꝫ regno cõsumpto, principium habuisse fertur. nam Lacedæmones cõtra Messenios decennale bellũ sumpserũt, q post aliq̃t annos querelis vxorem quas domi reliquerãt, fatigati, cum timerent ne diuturnitate belli spem prolis amitterent, decreto statuerunt, vt virgines eorum cum iuuenibus domi relictis, promiscue concumberent, arbitrantes per hoc sobolẽ prouenire maturiorẽ, ex quibus genitos postea ob notam pudoris materni, Spartanos vocauerunt, qui cum trigesimum postea attigissent annum, inopiæ metu veriti cum nullum certum cognoscerent patrem, duce Phalanto, matribus non salutatis, per varios casus acti, tandem in Italiam deueneruñt: vbi expulsis veteribus incolis, sedem apud Tarentum posuerũt, q̃rum postmodũ amicitiam Aegytij reges ac Iudæi summopere quæsierunt. Iosephus aũt in quarto antiquitatum

Amulius.

Numitor.

Romuli & Remi natiuitas.

Corinthij sub magistratibus degunt.

Origo regni Spartanorum.



Amos propheta.

quitatũ lib. aliter de Spartanis sentit. dicit em̃ eos ex Abrahæ filijs originẽ sumpsisse, & propterea semp Hebræis amantissimos fuisse. In hac gñatione Amos propheta ex oppido Thecue nat⁹, de numero pastorum, ablatus est in Samariã. & cum ibidem cõtra decem tribus prophetaret, etiam pauca de duab⁹ reliquis disseruit, quem Amasias multis plagis affici fecit. Tandem Ozias Amasiæ filius, prophetam per tempora vecte transfixit, ac sic semiuiuus in patriam suã translatus est, vbi post aliq̃t dies dolore vulneris deficiens sepultus est, qui cum sanctus habitus esset, eius festiuitas* secundo Kaleñ. Aprilis celebratur.



Osee.

Osee Beeri fili⁹, primus 12. prophetarum, his temporib⁹ ad prophetiam dicendam spiritusancto repletus est, & ad Osiam regem nunc regnantem, eiusq́ filium Ioathan, & Ezechiam regẽ Iuda, & Hieroboam regem Israel, aliosq́ eius successores, qui dominum Deum patrum suorũ dereliquerãt, domui Iuda salutẽ prædicauit. propter quod tũc Ezechias rex Iuda, idolis sublatis, templum Dei purgasse memoratur. deniq; mortuus, & inter sanctos relatus, festum eius celebratur quarto nonas Iulij.

Iohel. Iohel Phaniel filius, eisdem regibus quibus Osee prophetauit. quo autem genere mortis obierit, non habemus. sed cum sanctissime vixerit, inter sanctos relatus est. festum eius celebratur tertio idus Iulij.

Esaias. Esaias propheta sanctissimus, Amos prophetæ filius, natione Hierosolymitanus, familia nobilissima natus, hac tẽpestate in Hierusalem prophetare cœpit. eius omnis cura de vocatione gentium & Christi aduentu. At cum tandem Manassen regem Hierusalem affinem suum corriperet, serra eum lignea in duas partes secari fecit. & sub quercu Rogel iuxta transitum aquarum sepelitur. cuius festum celebratur* secundo nonas Iulij.

Hesiodus. Circa finem huius generationis Hesiodus poeta claruit, patre Dio, matre Pyrimeda, natus in ciuitate Cyma, quæ metropolis erat Aeolidum. Habuit ex Nemene Terpsichorem filium poetã lyricum, cuius fratres Ganeo & Thaletes, interfecerunt Hesiodum & in mare proiecerunt.

GENERATIO XLIIII.

Ioathan rex Iuda.

Anno ab exordio mundi 4429. anno secundo Phaceiæ regis Israel, in Ioathan filio Oziæ, q̃dragesimaquarta incepit generatio. hic regnauit annis 16. optimus quidem fili⁹ ex bono patre natus, nihil prætermisit quod ad bonum principem pertinere videretur, excelsa tamẽ non abstulit, verum cætera iuste & integre ex animi sui sententia gubernauit, & Dei templum quoad vixit frequentauit. Quibus ex virtutibus auxilio Dei proprium auxit regnum, Ammonitas quammaxime bello vincens, & tributa centum talentorum auri singulis annis sibi soluere compulit. factusq́ ab olbus inimicis securus, ad exornandam ciuitatem Hierusalem animum adiecit, post innumera præclare gesta, porticum etiam in templo ac portam domus domini speciosam̃ ædificauit, quæ speciosa porta dicta, ab incursione à Chaldęis postea facta, Dei nutu sola remansit. muros quoq; vrbis vetustate collapsos restituit, & turres fortissimas ædificauit. Tandem magna cum laude defunctus, in ciuitate Dauid cum patribus suis sepelitur, relicto post se Achaz filio successore.

Micheas. In hac gñatione Micheã Demorasthitẽ 6. ex duodecim prophetis floruisse, lectio prophetiæ suæ demõstrat. durauit aũt vsq; ad Ezechiæ regis Iudæ tpa, inter sanctos relatus, festũ eius 18. Kaleñ. februarij celebrat̃, & videt̃ esse alius ab illo Michea, q Achab regi Israel prophetauerat. Naum etiã 7. propheta ex 12. q vniuersi orbis cõsolator interpretat̃, in hac gñatione claruit. Anno 2. Ioathæ, in Babylone mortuo Belocho, regnare cœpit Phul Assar reg. 25. annis.

GENERATIO XLV.

Anno à mũdi exordio 4445. anno 17. Phaceiæ regis Israel, secundum aliquos, in Achaz filio Ioathan regis Iudæ, 45. incepit gñatio, regnauit aũt in Hierusalem annis

annis sedecim, vir per oĩa pessimus.relicto em̃ vero Deo,idola Samariæ coluit,ac eisdem sacrificauit,& q̃d detestabilius est, filios q̃sdam suos igni cremandos in valle *Be ennon idolo cõsecrauit.Cum'q; circa hæc ita vesanus existeret,cõuenerunt Syrorũ rex Rasin & Phaceias Israelitarũ rex,erant em̃ amici,recludẽtes Achaz in Hierusalẽ,multis'q; eam tẽporibus obsidebant.congressus cum eis Achaz,victus est miserabiliter.ea nanq; die centum & triginta millia eius militũ occisa sunt,&Zacharias filius regis occisus est,captus etiã est princeps militiæ eius.Cum'q; rediret victor rex Israel in Samariam cum magna multitudine captiuorũ,occurrit ei propheta Obed, dicens eos non vicisse proprijs viribus,sed propter iram Dei cõtra Achaz,grauiter arguẽs eos,q͂ con tribules suos cõtraherent ita captiuos,q̃s nisi remitterent,paratus esset eis repentinus interitus. Tunc Barachias noĩe in re publica probatissimus, surgens in medio & tres alij,dixerũt non esse p̃mittendum,vt captiui in vrbẽ introducant:sufficere prima pec cata,nec adijciendas fore alias impietates.hæc ergo rex & milites audiẽtes, p̃miserunt eis vt facerẽt q̃cunq; crederẽt expedire.Tunc ad consiliũ Barachiæ rex Israel exhibuit captiuis magnã hospitalitatẽ,& expẽsis datis,liberos eos remisit ad propria.Post hęc vt Magister in historijs tangit, secũdo obsederunt Hierusalem rex Syriæ & rex Israel, cum'q; timeret Achaz nimis,cõfortauit eum Esaias, sed non credidit ei Achaz,nec voluit quęrere signũ à dño,& misit nũcios ad regẽ Assyriorũ Teglat Phul assar,dicẽs:Seruus tuus sum ego,adscende & saluũ me fac de manu regis Syriæ & Israel.Intrauit rex Assyriorũ Syriã,& vastauit eam,dein cepit Damascũ,& in ea occidit regẽ Rasin, Damascenos trãstulit in Dan Cyrenẽ Aethiopiã versus. Inde'q; in Israelitas p̃fectus,eorũ terras nimis afflixit,& multos eorũ captiuos abduxit.occurrit ei Achaz,ac oẽs templi thesauros ac regiæ domus deuehẽs,Assyriorũ regi obtulit,ei gratias referẽs.Cum'q; vidisset altare Damasci,misit ad Vriã sacerdotẽ in Hierusalẽ exẽplar eius,vt extrueret ei simile. Deinde reuersus Achaz in Hierusalẽ, mox altare æneum transtulit à facie tẽpli ad aquilonem,&sup altare nouum obtulit holocausta &pacifica.De altari vero æneo fertur fecisse horologiũ q̃ddam famosum. præcepit etiam sacerdotibus, vt deinceps sup altare nouũ offerrent. deposuit luteres & mare æneũ, & ad tantã vesaniã cõtemptum'q; Dei p̃uenit,vt oĩno clauserit templum,& eius ornamẽta auferre p̃ceperit.Interea duodecimo regni eius anno,vel q̃d verius est,q̃rto,cõiurauit Osee filius Bela,cõtra Phaceiã regem Israel,& interfecit eum,regnauit'q; pro eo.q̃d aũt dicitur,anno 12. regni Achaz incepisse regnare,intelligũt quidã,tunc demũ obtinuisse regnũ in pace. octo em̃ annis habebat lites cum amicis ipsius Phaceiæ,quẽ occiderat.regnauit Osee in Samaria annis nouẽ,fecit'q; malum coram dño,sed non sicut parentes eius. Tradit em̃ dedisse licentiam Israelitis,vt adscenderẽt in Hierusalem ter in anno.Achaz vero non satiatus p̃missis malis,fecit sibi in oĩbus angulis Hierusalem altaria,in oĩbus q̃q; vrbibus Iuda extruxit aras ad cremandum thus,atq; ad iracundiam prouocauit dñm Deum.q̃re mortuus est,& sepultus in Hierusalem,non in ciuitate Dauid,aut in sepulchris regum Israel,tanq̃ oĩbus odiosus.regnauit aũt Ezechias fili⁹ eius pro eo.In hac g̃natione regnare cœpit in Babylõe anno xi.Salmanassar,regnauit annis 17. Regnauit Medis Sisarmos tertius annis 30.In hac g̃natione anno q̃nto regis Achaz,Romulus & Remus patruum suum Amuliũ regem Albanorũ 15.interfecerũt. id ita cõtigit: Pueri vbi primũ adoleuere, siue formæ dignitate siue sensus grauitate, nam & studijs literarũ incumbebãt, fiunt q̃les eos esse oporteret, qui regio g̃ne procreati essent.vita aũt erat eis operosa.his annos circiter decem & octo natis, lis q̃dam oritur de pascuis inter eos & pastores Numitoris.Ex huiusmodi altercatione secutæ erant aliq̃n manibus plagæ,postea'q; armis:quæ res fecit, vt essent hi gemini q̃ maximæ pastoribus inuidiæ,eo q͂ veluti duces eminerẽt.vnde factũ est,q͂ absente Romulo,postea per insidias Remus capitur,ductus'q; reuinctis post tergum manibus, iniuriarũ apud regẽ Amulium quas acceperant,accusatur,& nisi in eum vindicatum fuerit,se curam armentorum deserturos denunciant.Amulius autem multitudini quæ conuenerat,gratificari volens & Numitori,nam & is aderat,ac regionis tranquillitati studens,simul'q; elationem animi contumaciam'q; adolescentis (impauidus em̃ erat) in suspicionem trahens,condemnat reum,sumendi'q; de eo supplicij dñm Numitorẽ facit. Cum aũt duceretur Remus à pastoribus Numitoris,sequens Numitor,decorem corporis admirabatur,animi'q; constantiam.non em̃ ad misericordiam commouendam in huiusmodi fortuna,neq; ad preces conuersus est vt cæteri, sed decenti silẽtio vadẽs ad mortẽ. Interea vero &dum in domũ Numitoris aduenirẽt,Romulus vbi casum fratris accepit,p̃sequi statim oportere censebat.circum se habens robustissimos pastorum, tanq̃ posset adipisci Remum adhuc in via:sed retentus est à Faustulo nutricio,videns enim studium

Achaz rex.

Cædes trib⁹ Iudæ.

Achaz mors.

Romulus et Remus vnde orti.

studium illius furiosius, remq́ veram adolescentibus antea minime prodiderat, ne ante periclitarentur in aliquo, q̃ in optimo essent robore. tũc vero necessitate coactus, soli retracto Romulo rem omnẽ aperit. stupet adolescens, resumptoq́ animo consultare cœpit cum Faustulo, quo pacto Remũ liberaret, & ab iniuria Amulij se vindicaret. stat sententia, Numitorem eius rei certiorem facere. It Faustulus, & Numitorem cum Remo colloquentem inuenit, petitaq́ venia, maximum facinus & in rem suam Numitori apportare se indicat, & præbita audientia, omnem rem vt erat gesta ab origine, & ꝙ filij sui essent Romulus & Remus, argumentis sufficientibus manifestat. quæ cum dixisset, multos rex simul cum verbis gemitus fundens, Remum amplectitur, in oscula q́ ruunt, ac Romulum accersiri iubet iniuriarum vindicandarum gratia paratum. hoc igitur nuncio lætus Romulus, propere ad Numitorem pergit, & post complexus multos & salutationes, expositionem sui fratrisq́ & educationem, vt à Faustulo audierat, commemorans, lætis ambobus nec multis cõiecturis egentibus vt crederent, quod voluptati erat. ac vbi sese mutuo cognouere, cõsilia ineunt, occasionemq́ rei gerendæ idoneam quærunt. Quid plura? contractis vndiq́ socijs, ex improuiso Albam venientes, in regiam se proripiunt. Atq; omnes vno impetu occupantes ingressum, non multis militibus defensum, haud difficulter Amulium obtruncant, arcemq́ capiunt, atq; Numitorem auum maternum in regnum restituunt. Postq̃ autem mortuo Amulio, imperium adeptus est Numitor, communicato cum adolescentibus consilio, vbi ipsis quoq; eadem visa sunt, regionem dat eis in qua educati erant, & siqui ex populo sua sponte voluissent, commigrandi potestatẽ facit, donauit etiam adolescentibus pecunias, armaq́ & frumenta, seruos & iumenta oneraria, & si quid aliud esset vrbis constitutioni conferens. Alba tunc erat caput Latio, Iulij opus: à qua dum demigrarunt adolescentes, commiscentes etiam quicquid erat hominum vel in Palatino vel circa Saturniam habitãtium, multitudinem omnem in duas partes diuidunt. hoc autem eis opinionem præbuit ambitionis, vt æmulatione mutua celerius opera perficerent. Cæterum seditionis causa maximi mali fuit: nam qui diuisi fuerunt, extollentes ducem suum vtriq;, tanquã ad regendos omnes idoneum, ipsi non amplius vnam sententiam habuerunt, neq; fraterna sentiẽtes, cum vterq; alteri imperare conaretur. hac causa locum condendæ vrbi non eundem vterq; elegerunt. nam Romulus in Palatino, tum aliarum rerum tum fortunæ loci gratia, quæ seruari ipsos & nutriri præstiterat. Remus vero in Auentino condendam vrbem statuerat. verum seditionis vitandæ causa, visum est ambobus, vt omnia materno auo permitterent. venientibus Albã, iubet Numitor iudices deos faciant, aues obseruent statuto die, & vtri prius meliores aues apparuissent, hunc dominum esse coloniæ. aderant adolescentes die præstituto. prior ille Remus sex vultures, Romulus postea, sed duodecim vidit. sic victor Romulus, plenus spei, vrbem bellatricem fore. ita illi, assuetæ sanguinis & prædæ aues pollicebantur. Postq̃ nulla causa impedimento erat vrbis condendæ, Romulus dijs sacra faciens, aliosq́ iubens idem pro viribus facere, alites quidẽ primum aquilas accipit. conuocatis deinde omnibus in destinatum vrbi locum, quadrãgularem figuram describit, iunctis ad aratrum bobus, mare & fœmina, sulcum duxit qui esset murum excepturus. Anno igitur ab exordio mundi 4451. olympiade septima, anno primo, quadringentesimo trigesimosecundo post excidium Troię, vigesimoquarto super tricẽtesimum regni Dauid anno, decimo kalen̄. Maij, regni† Achab regis Iuda anno sexto, Romulus & Remus vrbem exiguam in Palatino monte constituunt. ad tutelam autem vrbis tum sufficere vallum videbatur, cuius dum irridet angustias Remus, idq́ increpat saltu, à Fabio Celere duce Romuli, rastro occiditur. dubium, an iussu fratris occisus est. prima certe victima fuit, munitionemq́ vrbis nouę sanguine suo consecrauit. Alij tamen aliter. omnes vero occisum Remum inter initia vrbis consentiunt. Romam itaq; Romulus à se nominari voluit, in qua ipse primus rex constitutus, regnauit annis trigintaocto. Aderant tum *eo seorsum alia nonnulla loca vrbi propinqua, videlicet Collatia, Antemnæ, Fidenæ, Lauinium, Camessa, Ianiculum, & alię huius generis vrbes, atq; alia quorundam ædificia priuata, quæ postea in vnum collecta, Romam effecere magnam. Postq̃ igitur perfecta est fossa, consummataq́ munimenta, necessariasq́ extructiones acceperunt domus, postulabat tempus, etiam de forma reipublicę qua vterentur, consultare. Aduocat concionem Romulus, suggerẽte ei materno auo, & docente quæ oporteret dicere atq; facere. Vnde diuisa in primis trifariam multitudine omni, singulis partibus singulos præfecit duces clarissimos. Deinde trium rursus earum partium vnamquanq; diuidens in denas partes æquales, harum quoq; duces designauit viros fortissimos, vocauit autem partes maiores, tribus: & minores, curias:

Amulij cædes.

Romulus ex augurio præest.

Vrbis Romæ initia.

Remus occiditur.

rias:homines tribuũ ducatus habentes,tribunos:qui vero curijs p̄siderent,Curiones dici poterant. Erant aũt & in decurias diuisæ curiæ,appellatiq; duces eorũ,decuriones.Omnibus itaq; in tribus & curias diuisis,agrũ in triginta partes diuidens,suam cuiq; sorte curiæ tribuit,tantũ ipse agri accipiens,quantũ quidē ad sacrificium templaq; satis esset,partē quoq; agri publicã relinquens,sicq; vna diuisio regionis & hominũ,cõmunē continēs æquabilitatē fuit,altera item hominũ ipsorũ fuit,cõmoda & honores pro dignitate cuiusq; partiēs.Illustres eñi genere & spectatæ virtutis viros, tũ diuites & quibus erãt filij,ab ignobilib⁹ discreuit,humilibusq; & egenis,vocauitq; tenuioris fortunæ hoïes,plebeios:& qui meliori erãt cõditione,patres. his de causis progenitos eorũ,deinceps patricios vocabãt.Romulus aũt vbi maiores à minoribus discreuit,leges dehinc posuit,& quid vtrosq; agere opus esset,statuit.Sacra quidē patricios perficere,magistratus gerere,ius dicere,ac secũ quoq; publica administrare, vrbanis ipsos maxime negocijs intentos.Plebeios aũt his solutos muneribus,cũ inexperti essent,& ob inopiã negociosi,agricolare simul & ali pecore,q̄stuariasq; exercere artes.Ne vero dissiderēt,aut iniurijs locupletũ in humiles,aut leuiũ egenorũq; hominũ in excellētiores inuidia,cõmendãs ipse patricijs plebeios,vnũquēq; eorũ permisit,quē sibi vellet patronũ eligere:patronatũ vocans,susceptũ pauperũ humiliũq; patrociniũ:& officia instituēs vtriusq; cõmoda,beneuolas ciuilesq; eorũ cõiunctiones fecit,vt illi tuerent clientes tanq̃ patres filios,clientes ecõuerso patronis obsequiosi essent.Cõmuniter aũt vtrisq; neq; piũ neq; fas erat accusare se inuicē,nec aduersus testimoniũ dicere,nec cũ inimicis numerari.Sicq; firmior erat Romanorũ concordia.Romulus post hæc cõsiliarios instituit,centũ viros ex patricijs eligēs,fecitq; delectũ eorũ hoc modo:ipse vnũ ex oïbus optimũ designauit,cui cõmittēda essent vrbana negocia,cũ ipse exercitũ extra fines duceret.Tribuũ aũt vnicuiq; edixit,vt trinos viros deligerēt,qui ætate & generis nobilitate sensuq; excellerent.post hos aũt nouē viros etiã curijs singulis imperauit,tres maxime idoneos ex patricijs eligere,posteaq; nouē primis à tribubus electis addēs nonaginta,q̄s curiæ suffragijs p̄tulerãt,eo quoq; quē ipse elegerat,duce addito,centũ cõsiliariorũ numerũ expleuit,& à Romanis senatus dici cœptus est,qui ob autoritatē patres,ob ætatē senatores dicti sunt.Deinde trecētos viros ex generosissimis familijs eligēs, robustissimis corporibus,q̄s curiæ renunciarũt,eodē modo quo antea senatores,singulæ denos iuuenes,eos semp circũ se habuit Romulus.nomenq; oēs cõmune hi habuerũt Celeres,ab exequendi ministerij celeritate,& custodes regis habiti.Regis vero hæc officia,primũ quidem templorũ sacrificiorũq; principatũ tenere,agereq; eũ oïa in honorē cultũq; deorũ pia,deinde legũ morisq; patrij custodē ipsum fieri,iurisq; simul oïs,senatũq; cogere,& conuocare populũ,potestatēq; sibi esse imperatoriã in bello.Senatorio aũt ordini honorē potestatemq; talē attribuit omni de re,de qua referret regno cognoscere atq; suffragium ferre,& q̄d visum maiori parti esset,id vincere.Plebi deinde tria hæc permisit,magistratus creare,leges sciscere,& de bello decernere cũ rex vellet:neq; tñ potestatē horũ absolutã,nisi & senatus approbasset.ferebat populus suffragiũ non viritim,sed per curias cõuocatus:& q̄d pluribus visum esset curijs,ad senatũ referebat.nunc aũt mos in plerisq; locis cõuersus est suffragiorũ.neq; eñi de plebiscitis senatus iudicat,sed eorũ quæ senatus cognouit,populus est dominus.Ex hac autē diuisione Romuli non ciuilia modo negocia isti,sed bellica q̃q; celeres persequebant.quãdocũq; eñi ei visum esset exercitũ educere,nec tribunos tunc per tribus nec per curias centuriones neq; p̄fectos equitũ creari oportebat,sed rex quidem tribunis mãdare,illiq; curionibus,e quibus deinde decuriones edocti,statutos sibi quisq; milites educebat.vnã eñi decenter instructi aderãt.mille etiã pugnatores elegit,vt aliqui volunt,q̄s ob numerũ milites vocauit.Romanorũ quoq; vires augere volens,causam honestã p̄tendens,& rem ipsam in honorē Dei referens,templũ loco in vmbroso erigit, confugientibusq; ad illud,sponsor factus est per speciē religionis erga deos,nihil eos detrimēti ab inimicis accepturos,ac si permanere apud se vellent,ciuitatis etiã participes faciebat,tradebatq; agri portionē,quē bello quæsierat.his auditis,cõfluebant vndiq;,domestica fugientes mala,nec se vlterius alio collocabãt, quotidianis fauoribus & gratijs ab eo cõplexi.fuit item & aliud institutum,vt ne captas bello vrbes funditus euerterēt,nec in seruitutē redigerent,verũ missis in eas colonis,proportione aliqua regionis colonias Romanorũ facerent vrbes victas,& reipublicæ participes.Postea vero quia vel vxores nõ habebant,vel paucas,vel(vt alij volunt)multis circunstãtibus vrbem gentibus,quarum nulla quidē Romanis amica erat,eas sibi per connubia conciliandas existimarunt.Cæterũ cogitans q non vtiq; volentes cõuenirēt ipsis ciuitates,vtpote

Reipublicæ Romanæ descriptio.

Senatus.

Asylum.

colonis nouis,neq; diuitijs,nec rerũ gestarũ gloria excellentibus.vim vero illatã ferrent æquiore animo,si præsertim nulla fieret in necessitate contumelia.consiliũ capit vt per raptũ virginũ affinitates iungerent,id senatui aperiens,vbi ipsis etiã consilium placuit,diem festũ & ludos indicit,idq; apud vicinas gentes publicari fecit.Conuenientibus itaq; ad ludos hospitibus multis cũ vxoribus & filijs,vbi sacros peregit ludos,signũ dat iuuentuti virgines quiq; vt rapiant.diuisi itaq; per compita iuuenes, ad raptus virginũ discurrunt,ingens statim secuta est perturbatio, fugaq; hospitum, malum aliquod maius suspicantium.altera aũt die productis sine ignominia virginibus,ita eñi eas seruari mandauit Romulus,dinumeratisq; sexcentis puellis & octoginta tribus numero inuentis,viros celebres totidẽ elegit,quibus puellas ipsas secundum leges patrias vniuscuiusq; earũ cõsuetudinesq; collocauit,in communionẽ panis & aquæ connubia ipsa concilians.vbi autem de raptu virginũ,deq; connubijs in vrbes proximas rumore vulgatũ est,alias quidem id factum in iram vertit,aliæ vero quo affectu id factũ esset,& quẽ ad finem redisset considerantes,moderate rem tulerunt. Recidit res ipsa post tempus aliquod in bella.erant vrbes primæ inter Sabinẽses quę bellum inceperunt,Cenina, Antemnæ & Crustuminum,prætendentes quidẽ verbis raptum virginum,re aũt vera constitutionẽ vrbis factæ grauiter ferebant,neq; negligendũ rati malum hoc nascens.Ceninensibus primũ exeuntibus & regionem populantibus,educens Romulus copias,incautos aggreditur,vallum eorum capit,fugientesq; in vrbem persequitur,incustoditos muros & apertas portas inueniens,primo impetu vrbem capit,obuiumq; ei regem pugna obtruncat.acceptis itaq; obsidibus, in Antemnates vertitur,palantesq; eos dispersos ad prædã inopinato superuentu capit,eodemq; modo de his vt de prioribus decernens.His peractis,Romulus in Crustuminos ducit exercitum,quos etiam prælio & oppugnatione murorum in deditionem redactos,viros strenuos nihil aliud pati voluit,sed hanc quoq; vrbem coloniam sicut priores censuit fieri Romanorum.Cernentes hæc Sabini cæteri,rem gerebant ægerrime.educturi autem copias Sabini,legationem prius ad hostes mittere decreuerunt,qua mulieres repeterent,pœnasq; raptus exposcerent.respondente aũt Romulo,mulieres postq̃ non inuitis ipsis cum viris suis vita erat,maritis permittendas: & si alicuius rei alius ipsi indigerent,tanquã ab inimicis caperent.Neutri horũ assentientes Sabini,exercitum eduxerunt,primoq; congressu arcem capitolij capiunt.cũ eñi Tarpeia filia Spurij Tarpeij, qui præerat arci,egressa esset ad hauriendã aquã,Titus Tatius rex Sabinorũ occurens,promisit puellæ dona,gestamina scilicet quæ in sinistris habebant,inter quæ erant armillæ,scuta & annuli aurei,accepit cõditionẽ virgo,vel auiditate fœminea,vel q̃ hostes nudatos armis proderet.verũ portam virgine negligente capiunt,eamq; dum p̃cium proditionis posceret,gestaminibus,scutis scilicet seruandorũ promissorũ causa obrutam perimunt,qua interfecta, occupauerunt arcem,& postera die cum Romanis congrediuntur.Hostilium Romani exercitus ducẽ occidunt,& totũ exercitum Romanorũ vsq; ad portam palatij veterẽ fugãt. Tunc Romulus vouit Ioui de cõstruendo ei templo,vt suus exercitus à fuga rediret, quo facto,exercitus Romanorũ resumptis viribus,rursum in pugnã procedit,fortiterq; dimicando,contra Sabinos cœperunt esse superiores.Interim Sabinæ mulieres nuper raptæ,consilio inito,sese cohortantes,sparsis crinibus & scissis vestibus inter acies ipsas & tela volantia medias se ingerũt,ex vna parte rogãdo parẽtes,ex alia viros,ne sanguine nefando soceri & generi se respergerẽt.Hersilia Romuli vxor mulier facundissima,longa & miserabili oratione,p̃cibusq; Sabinos mouens,vti viris suis pacẽ ipsi largirent,eis ipsis precãtibus,p̃cipue ob quas bellũ se intulisse assererẽt:sed acquieuere mulieribus Sabini,suntq; factæ primũ induciæ,posteaq; cõgredientibus regibus,pactiones de amicitia erant,de quibus conuenerãt iureiurando,reges quidẽ Romanorũ esse æqua potestate,paribusq; fruentes honoribus Romulũ & Titũ Tatium,vocariq; vrbẽ à conditore,atq; vnũquenq; ciuium sicut prius vocari Romanũ: qui vero ex Tatij patria essent,Quirites dici,habitareq; Romæ Sabinos iure pari posse,quicunq; vellẽt,sacrorum participes & in tribus curiasq; additos.hęc iurati, arisq; simul erectis permixti sunt,atq; alij duces Sabinorum copias domum reduxere. Tatius vero rex & cum eo tres viri ex illustribus familijs Romæ permanserunt.hoc statu rerum visum est regibus duplum facere patriciorum numerum,elegeruntq; viros centum curiarũ,quos veteribus senatoribus adscripserunt.Romulus aũt & Tatius statim maiorẽ vrbem effecerunt,duos colles adijcientes,Quirinũ & Cæliũ,separantesq; habitationes,Romulus pallanteũ occupans,& montẽ Cæliũ illi propinquũ,Tatius vero capitoliũ & quirinalem.Annos igitur quinq; regnauerunt simul,in nullo differentes,

Bellum Sabinum.

Arx Tarpeia.

Sabini in vrbẽ recepti.

rentes. Eo vero tẽpore amicorũ quidã Tatij exercẽtes latrocinia in Laurentũ agro, adueniente legatione, iustaq́ repetente, Romulus censebat dedi sontes oportere læsis, q̃d Tatius nequaquã æquũ arbitrabat. Hoc igitur modo legati, cũ nihil iusti inuenissent, id ægre ferentes, abeunt. secuti vero quidã Sabinorũ, legatos inuadunt, resq́ oẽs adimunt, & quosdã occidunt: qui euasere, iniurias exponũt, indeq́ aduenientes Lauinio atq; ex alijs vrbibus legati de iniurijs querunt, bellũq́ denunciant ni iustitia potiantur. Romulus ad hæc obstrictos p̃hendit, traditq́ eos vinctos legatis abducẽdos. Indignatus Tatius, erãt em̃ cognati eius qui abducẽdi erãt, legatis deditos hoies abstulit. Elapso aũt tẽpore cũ Lauinij esset Tatius cũ Romulo sacrificij causa, conspirantibus in Tatium socijs & genere proximis interfectorũ legatorũ, percussus, ad aras occubuit, Romã dein perlatus. Romulus solus in imperio cõstitutus, statuit eundem esse populũ, Sabinos & Romanos, q̃d & nominũ variatio cõfirmabat. Deinde ad sacra versus, publica instituit & priuata. Legẽ tulit de matrimonijs, vt mulier viro socia esset pecuniarũ & cæterorũ atq; sacrorũ, vt viueret ad mariti morẽ. vxor domus dña, morienti viro sine liberis, succedebat: sin cũ prole, æqua erat pars sua. Dedit Romulus omnẽ vitæ potestatẽ patri in filiũ, siue vellet coercere, siue verberare, siue iunctum rustico operi detinere: vẽdere q̃q; permisit & occidere. Duo vero tantũ studia reliquit liberis lex publica, agriculturã & belli artes: imperfectã putans vtranq; vitã, alterã ab altera separatã. non alteris quidẽ humũ exercendã dedit, alteris belli munera, vt lex habet Lacedæmoniorũ, sed eosdem militarem simul & rusticam vitam viuere instituit, operi omnes, si pacem agerent, vacare rustico assuefaciens. Verũ permittebantur etiam mercari Romani, si quando desiderabatur aliquid. Postremo, de Fidenatibus Romulus & Veijs triumphauit, magnis cladibus affectis. Tum ne amplius finitimarum gentium subigeret, diuinitus mors subitanea accidens illi fuisse visa est causa. Quare de Romuli morte varia & magna ex parte fabulosa tradunt. scribunt enim nonnulli, dum in exercitu concionem ad populum haberet, cadente interim caligine, & suborta tempestate, cum fragore raptum esse regem, nec apparuisse amplius in concione. Verũ quorũ est sententia probabilior, magisq́ ad historiæ fidẽ accedens, asserunt illũ à ciuibus interfectũ. causam autem cædis hanc putant, ꝙ obsides à Veientibus acceptos, absq; senatus sententia reddidisset, tum ꝙ veteri more nõ imperabat, sed arrogans quasi tyrannide in ciues vtebatur. Ob has causas dicunt patricios de morte eius cepisse consilium, gestam autem rem fuisse in senatu, diuisoq; corpore eius in frusta, ne cadauer appareret, exisse eos occulentes sub amictu quam quisq; habuit partem, clamq́ humi eam mandantes, fingentes postea raptum in cœlum, & inter deos relatum, vt qui esset Martis filius. opinionem autem eam confirmauit Iulius Proculus, asserens sibi Romulum apparuisse in via, & iam deum factũ, vt pro numine haberetur mandasse: & sic pro deo habitus à Romanis, Quirinus est dictus, siue à quiritibus, siue ab hasta, quam vocant Sabini quirim. decessitq́ sine prole, vt aliquorum est opinio, annos septem & triginta dominatus, quintum annum & quinquagesimum agens, prout refert Dionysius Halycarnassæus. Anno duodecimo regis Achab regnauit in Babylone Salmanassar annis xvij. annos quatuor cum Achab, & sub Ezechia xiij. annis.

Mors Tatij

Romuli mors.

GENERATIO XLVI.

ANno 4461. à mũdi exordio, regnãte Osea in Samaria, ac Romulo in vrbe noua Roma, q̃dragesimasexta incepit gñatio in Ezechia filio Achaz rege Iuda, is regnauit annis vigintinouẽ in Hierusalẽ, optimus sane vir de pessimo patre natus, qui confestim intermissa sacrificia restituit, idola destruxit, vrbem semidirutam reparauit atq; muniuit. tanto regno dignus, qui sapientia, prudentia & cõsilio plurimum valebat, ac ita manu promptus, vt nemo veteranorũ eo pugnacior fuerit. vnde post eum non fuit similis de cunctis regibus Iuda, sed neq; in his qui ante eum fuerãt. adhæsit domino omnibus diebus vitæ suæ, & ab eius vestigijs non recessit. fecit mandata quæ dominus præceperat Mosi vniuersa, & directus est ab eo. dissipauit excelsa, contriuit statuas & lucos succidit, confregit serpentem æneum quem fecit Moses, cui vsq; ad illud tempus filij Israel adolebant incensum, & puluerem eius sparsit in torrentem Cedron. scripsit quoq; filijs Israel, vt redirent ad cultum Dei, quorũ quidam nuncios eius neglexerunt, alij quosdam interfecerunt. ipse quoq; percussit Philistæos vsq; ad Gazam, & omnes terminos eorũ à turre custodũ vsq; ad ciuitatem munitã.

Ezechias cultũ diuinũ restituit.

Circiter annũ sextum regis Oseæ, regni Ezechiæ annũ quartũ, Salmanassar Assyriorũ rex contractis maximis copijs, eduxit exercitum cõtra regem Oseæ, eumq́ multis attriuit cladibus, capta Samaria, vinctũ abduxit, & vniuersa eius bona diripuit. ve-

rum postea multa pecunia redemptus,& eidē tributarius factus,in regnū redire permissus est.sed paulo post cū didicisset rex Assyriorū,q Osea rebellare niteret,latenter eñi misit ad Susac regē Aegypti,petens solatia cōtra eū:iratus vehemēter,rursus cum grandi exercitu Samariam venit,quā & tribus annis durissime obsedit,nonoq; regni sui anno eā cepit,& cū toto populo in seruitutē rapuit,transtulitq; Israel in Assyrios, scilicet septē tribus q̄ remanserant,& posuit eos iuxta flumen Gozam vltra montes Medorū & Persarū,regemq; in Niniue captiuū tenuit. Translato itaq; Israel de terra sua, rex Assyriorū de diuersis regionibus adduxit colonos in Samariam,paucos primū,postea Assaradoch populatus est terrā,& qui habitauerunt in vrbibus eius,oēs vocati sunt Cuthęi à quibusdā potioribus inter eos qui venerant de regione Perside, quæ dicta est Cutha à quodam flumine. Græci vero dixerunt eos Samaritas,Hebræi vocauerunt eos Iacobitas,quia supplantauerunt Israel de finibus suis,qui cum venissent in terrā Israel,immisit dñs in eos leones,qui interficiebant eos,nunciatum est regi Assyriorū,q perirēt coloni eius,qa ignorabant legitima Dei Israel:misitq; eis vnū de sacerdotibus Israel,& legē Mosi inscriptā literis antiquioribus.habitabat sacerdos in Bethel,& susceperunt circuncisionē & legitima Dei Israel:nihilominus tamē deos suos in excelsis colebant.vnde quādoq; Hebræos dicūt sibi propinquos,cū bene est Hebræis:cum vero male,dicebant sibi nihil esse cū Israel. Migrauerūt itaq; & cessat regnū Israel in Samaria,postq̄ regnatum est per annos ducentos sexagintavnū & menses septem sub regibus decē & octo. multi aūt ex Israelitis tunc confugerūt in regnū Iuda,multi absconderunt se in abditis,& latuerunt in regnis circunstantibus, qui post regressum regis Assyriorū redierunt ad propria,& habitauerūt cū Samaritis. Anno eodem Tobias propheta sanctissimus ex tribu & ciuitate Neptalim,vir gratia spirituali p̄stans,cū rege Israel in captiuitatē abductus,in qua pietate ac religione insignis habitus est. hic cū apud Niniuen constitutus,p̄ceptorū patrū suorum nō immemor,cū ægros visitaret,eosq; ad patientiam q̄maxime hortaret,egentibus eleemosynas p̄beret,desperatos quoq; cōsolaret,atq; errantes ad veritatis viam p̄dicationibus deducere niteret,cæcitatis plaga tentatus est,pro qua etiā omnē perdidit substantiā,& oīm pauperrimus euasit. Cuius patientiā cū dñs diu cognouisset,Raphaelem archangelū ad eū misit,qui eidē visum restituit,& substantiā omnē in decuplum multiplicauit,ac cæteris Iudæis oībus in rebus antetulit.cum in eo statu vsq; ad annos duos & centū vixisset,cōfectus senectute,primo interitū Niniues & instaurationem Hierusalē & tēpli dñi,ac Christi aduentū p̄dicens,spiritū dño reddidit,in Niniue sepelitur. Sennacherib cœpit regnare nono anno regni Ezechiæ,reg.annis vij. Anno Ezechiæ regis Iuda xiiij. Sennacherib Assyriorū rex, capta Samaria & filijs Israel in Assyrios translatis,adscēdit in terrā Iuda. Erat aūt is filius Salmanassar,ingenio ferox.cū cepisset aliquas ciuitates,misit ad eū Ezechias in Lachis,dicēs:Recede à me,& q̄d imposueris mihi,faciā.indixit Ezechiæ rex Assyriorū trecenta talēta auri & trecēta argēti,iurauitq; q nō noceret ei. Cūq; nō inuenisset Ezechias hanc summā in thesauris in domo dñi & suis,recepit laminas auri quas ipse affixerat in valuis templi,ac cepit hæc Sennacherib,& mox transgrediens iusiurandū,misit ad obsidendā Hierulē,Tarthā & Rapsacen, q castrametati sunt iuxta aquæ ductū piscinæ superioris,quę est in via agri fullonis,abstulerūt ciuibus aquā exterioris piscinę. Illi cū vocassent Ezechiam ad colloquiū,noluit exire,sed misit ad eos Heliachim pontificē,Sobnam scribā & Ioachim à cōmentarijs,ad q̄s loquebat Rapsaces Hebraice:Hæc dixit rex magnus Assyriorū ad te o Ezechia,in quo cōfidis vt audeas rebellare? si confidis in rege Aegypti,inniteris baculo arūdineo: si spem ponis in Deo tuo,nunqd dij gentiū & deus Israel liberauerunt eos de manu mea? si spem ponis in populo tuo,dabo tibi duo millia eq̄rū,nec poteris apud te inuenire adscēsores.& rogabāt nūcij regis vt loq̄ret eis Syriace propter populū qui stabat sup murū. Tūc exclamauit Rapsaces ad populū:Hæc dicit rex magnus Assyriorū,facite mecū q̄d vobis vtile est,ne comedatis stercora vestra,& bibatis vrinā vestrā:egredimini,& trāsferā vos in terrā q̄ est similis vestræ. Cūq; retulissent missi cōminatiōes has ad Ezechiā,scidit vestimēta sua,& opertus sacco,ingressus est domū dñi,misitq; p̄dictos nūcios ad Esaiā,opertos saccis,iunctis illis sacerdotibus & senioribus populi, dicēs:Hæc dicit Ezechias,dies hęc tribulationis nostræ est & increpatiōis diuinæ,ora pro reliquijs Israel,si forte Deus audiat blasphemiā & vindicet. Et Esaias:Hæc dicit dñs Ezechiæ,noli timere:ecce ego mittam regi Assyriorū spiritū,& reuerteř in terrā suā,dejciāq; eū gladio in terra sua. Interea recessit Rapsaces & iuit ad regē Assyriorū,qui expugnabat Lobnam.trāsiuit eñi rex ad expugnandā Aegyptū ea mente,vt triumphās rediret ad euertendā Hierusalem.

Cumq;

Captiuitas Israelis.

Finis regni Samariæ.

Tobias.

Cumq; obsedisset Pelusiũ, audiuit regẽ Aethiopiæ Tarachã magno cũ exercitu venire in auxiliũ Aegyptiorũ: conturbatus, rediit in Iudæã & obsedit Hierusalem: ante tamen misit Ezechiæ terribiles literas cõminationis plenas. is cũ clamaret ad Deũ, consolatus est eum Esaias, & inter cætera: Tibi, inquit, Ezechia hoc erit signũ liberationis tuæ, tertio anno recedet à te Sennacherib nõ rediturus. ꝑdico aũt tibi quid facies hoc anno & quid secundo, vt cũ videris impleta, scias verũ esse q̃d prædixi de tertio. comede hoc anno q̃d repereris, id est, q̃ sponte nascunt̃, secũdo poma, in tertio anno, fugato hoste, secure seminate, metite & comedite. Hoc audito, Ezechias gauisus est, & de consilio Esaiæ & sapientũ obturauit capita fontiũ extra vrbẽ, & exitus aquarũ in Iudea, ne Assyrii inuenirent aquã. Tunc obturauit Ezechias superiorẽ fontẽ aquarum Gion, & auertit eas vt influerent piscinã inferiorẽ, fecitq; ante fontẽ Siloe quasi stagnũ, in quo colligerent̃ aquæ. Rediit Sennacherib ab Aegypto, & cũ Iudæam vastasset, tandẽ obsedit Hierusalẽ. Tum angelus dñi percussit Assyriorũ centũ octoginta quinq; millia. Fugit Sennacherib cũ decẽ viris in Niniuen, vbi in templo Adramelech & Sarasar filii sui percusserunt eũ gladio, fugientes in Armeniã. successit Assaradon patri. Porro Hierosolymitæ fusis hostibus, spoliauerũt castra. Ezechias licet hostias Deo immolasset, canticũ tamen ex more nõ cantauit, ob id ægrotare cœpit: monuit eum Esaias, vt disponeret moriturus domui suæ. Dolens Ezechias ꝙ filiũ nõ haberet, precat̃ veniã conuersus ad parietẽ. verũ anteq̃ Esaias egrederet̃ partẽ atrii, dixit ad eũ dñs: Redi & dic Ezechiæ, audiui orationẽ tuã & vidi lachrymã tuã, ecce sanaui te: die tertio adscendes in templũ, addent̃ tibi quindecim anni, ab Assyriis liberaberis. Ait Ezechias: Quod erit signũ ꝙ dominus sanabit me? Cui Esaias: Vis vt adscendat vmbra decem lineis in horologio, an vt reuertat̃ totidẽ gradibus? Dedit ergo signũ regi, vtrũ vellet ꝙ sol staret ꝑ spatiũ decẽ horarum immobilis, vel rediret totidem. Et elegit rex, vt rediret sol ad orientem, & statim sol est reuersus iterũ per decem lineas, per quas iam descenderat. Tunc fecit Esaias afferri massam ficuũ: facieq; inuncta, conualuit Ezechias, ac tertio die adscendens in tẽplum, iuxta verã prophetæ sententiã ait: Ego dixi, in dimidio dierũ meorũ vadã ad portas inferi, sine sobole scilicet, quã expectaui: quæsiui orando residuũ annorum meorũ, vt donaret me dominus Deus prole, ac pater fierem. In illo tẽpore misit Merodach rex Babylonis literas & munera ad Ezechiã. nam paulo ante rex Medorũ & rex Babyloniorũ recesserãt à monarchia Assyriorũ. Lætatus Ezechias in aduentu nunciorum, & iterum elatus in animo, ostendit eis omnia quæ habebat in domo & potestate sua, etiam domum aromatũ, in quam inducere gentiles nefas erat. Porro cum abiissent legati, venit Esaias ad regem: Quid, inquit, dixerunt viri isti, & vnde venerunt ad te? Qui cum indicasset ei, dixit Esaias: Ecce dies venient, & auferentur in Babylonem omnia quæ in domo tua sunt, & quæ absconderunt patres tui, sed & de filiis tuis erunt eunuchi in domo regis Babylonii. Respondit Ezechias: Bonus est sermo domini, sit pax & veritas in diebus meis. Deinde ad exornandam Hierusalem animum adiecit. anno deinde vitæ suæ quinquagesimoquarto moritur, & apud arcem Sion, magno sui desiderio apud omnes relicto, sepelitur. Sabachon Aethiopiæ rex, quinto Ezechiæ regis anno regnare cœpit, regnauit annis duodecim, qui Bochorin Aegypti regem vicit, & pro eo interfecto regnauit. Perdica quartus Macedonum rex, sexto anno Ezechiæ regnare cœpit, regnauit annis quindecim. Meles tertius Lydorum rex, decimotertio anno regni Ezechiæ regnare cœpit, annis duodecim regnauit. Cardiceas quartus Medorum rex, regni Ezechiæ anno vigesimo Medis præesse cœpit, & præfuit annis tredecim. Candaules quartus Lydorum rex, anno vigesimoquinto regni Ezechiæ Lydis regnare cœpit, regnauit annis decem & septem, vir quidem ignauus & libidini deditus. huic cum esset vxor elegantissimæ formæ, vt Herodotus & Iustinus referunt, eius pulchritudinem omnibus prædicabat, non contentus voluptatum suarum tacita conscientia, nisi etiam matrimonii secreta panderet. ad extremũ Gygi satelliti suo speciem vxoris extollebat, & vt probaret, dixit sibi eam velle nudã ostendere. Contradixit Gyges: Here, inquiens, non licet mihi dominam meam nudã conspicere



Liberat̃ angelo Hierosolyma.

Ezechiæ vita prolõgat̃

Sabachon.

Candaules rex Lydorũ



ſpicere. mulier eñ exuta tunica, & verecundiam pariter exuit. Rurſum Candaules, Ne cures, non ſciet. ſta ſecundum fores cum aperuerim, & videbis. Gyges effugere non valens, obtemperat, & vt Candaules prædixit, nudam vidit. verum ille inter exeundum à muliere conſpectus eſt: quæ vt didicit à viro, quomodo eſſet actum, præ pudore tacuit, firmans in animo ſeſe vindicare. Nam apud Lydos probro eſt, etiam viros videre nudos. Mulier per fidos opportune vocauit Gygem, dixitq́; Vidiſti me nudam: duorum tibi eligendi do optionem: aut enim me & pariter regnum Lydorum habe, vbi Candaulem interfeceris: aut morieris, vti Candauli non eſſe obſequẽdum in omnibus diſcas. Ad hæc Gyges obſtupefactus, rogauit ne talia exigeret, & cum perſuadere non valeret, elegit potius viuere, quæſiuitq́; quo pacto id opportune fieret. Subornauit mulier, ita vt ſoporatum regem facile interficeret. obtinuitq́; Gyges regnum etiam oraculo Delphico. nam cum Lydi indigne ferrent regis caſum, atq; in armis eſſent, datum eſt oraculum, hunc eſſe debere regem Lydorũ. Aſſaradon iunior filius Sennacherib, in templo à *ſenioribus filijs *ſuis obtruncatus eſt, ꝙ prætulerat iuniorem eis. Merodach Chaldæum per hoc tempus in Babylone regnaſſe conſtat, qui & ab Aſſyrijs deficiens, Chaldæorum regnum ſibi conſtituit, ſicut & Medorum rex fecerat. hic rex Ezechiæ ægrotanti legatos viſitationis gratia cum muneribus miſit. Anno regni Ezechiæ vltimo, ſextædecimæ Olympiadis ſecundo, Numa Pompilius poſt Romulum regnare cœpit, regnauit annis quadragintauno. Mortuo enim Romulo, anno ſequenti rex nullus creatus eſt. Senatores vero alternis imperitabant eo tempore, quod interregnum appellabant. Anno elapſo, viſum eſt omnibus conſtituendam regiam dignitatem. de futuro vero rege diſſenſio incidit, vtro crearetur ex ordine, ſenatorum antiquorũ centum, an nouitiorũ. poſtremo conuenit, vt alterum fieret de duobus: aut ꝙ regem ſenatores præterq̃ ſui corporis crearent, aut hoc ipſum nouitij facerent. accipiunt conditionem ſeniores, ſuffragijsq́; Numam Pompilium Sabini generis illuſtrem virum, deligunt. qui (vt Plutarchus ait) cum eſſet ingenio ad omnẽ virtutem accommodatus, ſeipſum magis per diſciplinam, laboremq́; ac philoſophiam coluit, non ad deteſtandas perturbationes modo, ſed vt laudatã quoq; inter barbaros vim & habendi cupiditatem à ſe pelleret. hic à domo delicias ac magnificos apparatus pellens, omnibus ſe cũ ciuibus tum peregrinis integerrimũ iudicem & cõſultorem ꝓſtabat. per ociũ aũt non ad voluptates & delicias, nõ ad quæſtus, ſed ad deorũ immortaliũ cultũ & ad ipſorũ naturam, quãtum ratione poterat, cognoſcendam, ſemetipſo vtens, magnũ nomen adeptus eſt, vt Tatius vnica Tatia filia ſibi generũ fecerit. Anno igitur quadrageſimo ætatis ſuæ, cũ legati veniſſent pro eo rege aſſumendo, primũ non acquieuit. tandem inſtantibus legatis atq; rogantibus, ne populus iterũ in ſeditionẽ veniret, regnũ laceſſitus ſuſcepit, eoq́; ſuſcepto, confeſtim populũ elatũ aſperumq́; ad pacẽ & ad religionem traduxit. Ferunt Numam, qui occultiore ſapientia ꝓſtabat, nullis imaginibus deos coluiſſe. Videns Numa ſine legibus regnum ſtare non poſſe, at quia circa leges dandas inſiſtere non valeret, niſi pax eſſet in vrbe, ſtatim in principio regni ſui fecit in circuitu pacẽ, quam & habuit toto tempore regiminis ſui. Facta pace, conſtituit templum deo Iano, cuius clauſio ſignificaret pacem, vt quaſi pax incluſa maneret apud Romanos. eius aũt apertio ſignificaret bellũ, quaſi vt omnes milites qui ad bellum exirent, incolumes reperirent in eo, reuertentes de ꝓlio. quo facto, totus vacabat legibus ordinandis, tradens modum colendi deos, circa cæremonias & ſacra intentus. Vt aũt Romani facilius ipſum attenderent, impoſitasq́; ab eo leges prompte ꝑdem ſuſciperẽt, monitu deæ Aegeriæ omnia ſe agere ꝑdicabat, quo magis à barbaris acciperent. eo deniq; ferocẽ populũ redegit, vt qui vi & iniuria occuparet imperiũ, religione atq; iuſtitia gubernaret. Mutauit q̃q; menſiũ ordines, Martium quẽ Romulus primũ fecerat, tertiũ poſuit, ꝓpoſito Ianuario atq; Februario, cũ antea veluti apud cæteras nationes decẽ eſſent tantũ menſes. De Numa dicit Auguſt. de ciui. Dei li. 7. c. vlt. Cũ quidã bubulcus agrum iuxta Ianiculũ, vbi erat ſepulchrũ Numæ, araret, ſub terra effoſſa arcã reperit, in qua erant libri ſeptẽ, in quibus continebant̃ inſtituta ſacrorũ, edita à Numa Pompilio diabolo inſtigante. nam ipſe Numa, ait Auguſt. hydromantiam facere compulſus eſt, vt in aqua videret imagines deoꝝ, vel potius ludificationes dæmonũ, q̃d genus diuinationis Varro à Perſis dicit allatũ, quo & ipſum Numã & Pythagorã philoſophũ vſum fuiſſe cõmemorat, vbi adhibito ſanguĩe humano, etiã inferos perhibet ſuſcitari. Cũ aũt dicti libri inuẽti ꝓſentarent̃, Petilius ꝑtor vrbanꝰ de autoritate ſenatꝰ fecit cremari publice, q̃s ideo Numa occultos habere voluit, qa noxios putauit hoĩbus, ideo ſenatus cremari fecit, qa doctrina eorũ videbat̃ retrahere à religione

Numa ſecũdus Romanorum rex.

Iani ædes.

Hydromantia.

ne & cultura deorum, dicit Val. Max. insuper Numa Pompilius Capitolium à fundamentis ædificauit. cætera infra dicemus, vbi postulabit locus. Fuere his fere temporibus septem illi, quos memorat Græcia sapientes. Plane Thaletem Milesiũ primum his temporibus floruisse, autor est diuus Aug. 18. de ciuit. Dei cap. 24. Primus, ait, Cicero de natura deorum, de natura rerum disputauit Callimachus. dicit hũc fuisse inuentorem minoris vrsæ & stellas notasse. hic dixit aquam primum oĩm rerum fuisse causam, eamq́; in se diuinam habere mentem & oĩa producentem. Laertius fert eum dixisse, antiquissimum entium est Deus, ingenitũ etenim. optimum entium est mundus, nam opus Dei est. maximum entium est locus, nam capit oĩa. velocissimum entium est intellectus, passim etenim currit. validissimum entium necessitas, dñatur enim cunctis. prudentissimum entium tempus, adinuenit enim oĩa. Solon philosophus e septem sapientibus secundus, patria Athenieñ. ibidem leges optimas instituit, quas (vt Valerius refert) si Athenienses perpetuo seruare voluissent, sempiternũ habuissent imperium. mortuus est in Cypro octogenarius. Chilon philosophus, patria Lacedæmonius, tertius e septem fuit. vixit annis 57. hic fortunã ignarum dixit medicũ. Pittacus Mytilenæus philosophus, in re militari strenuus, hic dicebat q principat⁹ virũ ostenderet. Bias Prienæus philosophus, e septem sapientibus quintus, in Prienæa vrbe princeps. hic molestius ait, inter duos inimicos q̃ inter duos amicos iudicare. nam amicorum quidem alter erit inimicus, inimicorum vero alter amicus. Cleobulus Lyndius, e septem sapientibus sextus, hic ait: quanto plus licet, tanto libeat minus. Periander Corinthius, septimus e Græciæ sapiẽtib⁹: Volẽtes, inquit, secure tyrãnos vincere, oportet beneuolẽtia fulciri, nõ armis. Archilochus in collectaneo de Tẽporib. ait Homerũ poetã his fuisse temporibus, videlicet olympiade 23. à Troiæ excidio anno 50. illi soli ius tributũ emendandi characteres & noĩa & linguã Græcam à Cadmo Samothrace proditum ferũt. Homeros plures connumerat diuersorum temporũ ratione, Smyrnæum, Chium, Cumæum, Salaminensem, Colophonium, Atheniensem, Argiuũ, demum poetam illum Mæonium.

Septem sapientes Græciæ.

Octo Homeri.

GENERATIO XLVII.

Anno à mundi exordio 4490. in Manasse Ezechie regis filio 47. incepit generatio. duodecim annorum erat, cum regnare super Iudam in Hierusalem cœpit, & annis 55. regnauit. fecit malum coram domino. ædificauit enim excelsa quæ dissipauerant patres sui, & erexit aras Baal & lucos, extruxit altaria militiæ cœli in duobus atrijs templi, & posuit idolum in templo domini, traduxit filium suũ per ignem tophet, obseruabat somnia, sectabatur auguria, maleficis artibus inseruiebat, habebat secum magos & incantatores, sculptile & conflatile posuit in domo domini. Seduxit itaq; Iudam & habitatores Hierusalem, vt facerent malum super omnes gentes. locutus est dominus per prophetas, dicens: Ecce ego inducam mala super Hierusalem & Iudam, vt quicunq; audierit, tinniant ambæ aures eius. delebo Hierusalem, sicut deleri solent tabulæ. insuper & sanguinem innoxium fudit Manasses, donec impleretur Hierusalem vsq; ad os. plateas Hierusalem sanguine prophetarum purpurauit. Esaiam q̃q; auum maternum vel affinem suum, eiectum extra ciuitatem, iuxta piscinam Siloe serra lignea per medium secari iussit. qui dum in principio sectionis angustiaretur, petijt sibi dari aquam vt biberet: & cum nollet ei dare, dñs de sublimi misit aquam in os eius, & expirauit: nec sepelierunt eum in sepulchro prophetarum, sed sub quercu Rogel iuxta transitum aquarum. Tradit etiam Epiphanius, dum obsideretur Hierusalem, castris apud piscinam Siloe positis, accidit vt ciues & hostes eo libere descenderent. orauit Esaias, & dum egrediebantur ciues, erant ibi aquæ sicut prius: cũ vero accedebant hostes, siccabantur aquæ prorsus, ita vt mirarentur Assyrij. Cumq́; in propria persona accessisset Sennacherib, facta est strages supradicta in exercitu ipsius. in tantæ rei memoriam populus gloriose prophetam sepeliuit in loco prædicto, vt etiam orationibus eius post mortem indesinenter huius aquæ beneficio potirentur. Immisit ergo dñs aduersus Manassen regem Babyloniorum, qui depopulat⁹ est Iudam, & Manassen vinctum catenis traxit in Babylonem, ac pluribus afflixit tormentis. Manasses ad se reuersus, egit pœnitẽtiam coram dño. deprecatus est, vt hostem sibi suum faceret clementem. Exaudiuit dñs orationem eius, & à rege Babyloniorum liberatus ad regnum suum reuertitur. Cumq́; Hierosolymam venisset, cognouit primum dñm Deum suum: & priorũ delictorũ pœnitens, studuit oĩbus viribus ad cultum diuinæ religionis se cõferre, templumq́; purgare, & ciuitatẽ collapsam resarcire, nec de alio cogitare, nisi vt posset gratias Deo p̃ dono salutis sibi p̃stito exoluere. hæc q̃q; & populũ

Manasses rex Iuda.

Esaias moritur.

facere docuit, destruxit aras Baal, altare rursus ædificauit, & hostias soluens immolauit, sicut Moyses culturam diuinam exposuit, posthac oĩno beatam vitam duxit, multosq; ad eius exemplum traxit. Tandem vbi ea quæ ad sui sceleris emẽdam peregisset, 74. vitæ suæ anno defunctus est, & in hortis suis honorifice sepultus. Anno 39. regni Manassæ, Numa Pompilius cum vitam peregisset oẽm obtemperantibus ciuibus, vtpote amatus à suis, & à finitimis optatus, in temp⁹ ætatis maximum processit integer, nihil à fortuna conflictatus, facilima morte obijt, annos viuens supra octoginta: prolem quidem relinquens, vt quidam volunt, filios quatuor, filiamq; vnicã. ex filia postea natus est Ancus Martius. moriente eo, luctus fuit in vrbe maximus. iacet aũt in Ianiculo trans Tiberim. Numa Pompilio mortuo, factus iterum senatus reipub. dñs, in eodem genere regiminis nec inuito populo permanendum censuit. cõstituit interim vrbi interreges, à quibus deinde is, quem populus oĩs prætulit, Tullus Hostilius rex dictus est. Annus aũt quo is imperiũ suscepit, secũdus erat septimæ & vigesimæ olympiadis. hic in ipso initio opus edidit oĩm munificentissimum. regionem eñi extra sortem bonam superiores reges habuerant. eam Romulus bello quæsierat. quo sine filijs mortuo, succedẽs Numa possederat, erat eñi possessio nondum publica, sed regiæ sortis. hanc Tullus his qui nullam sortem haberent, diuidi viritim iussit, satis esse ducẽs sibi rem paternam ad sacrorum simul domusq; impendia, eaq; liberalitate complexus ciues pauperes, beneuolos reddidit. Collem qui Cælius dicitur, muro cõmuniuit, dans potestatem qui sine laribus erant, in eodẽ loco ædes construere, ipso quoq; in eodem habitante. Inter hæc Cælius apud Albanos magistratum tenens, secundas Romanorum res ægerrime ferens, bellum inter ciuitates cognatas parat. Quod vt Albanis suaderet facilius, egenis ferocibusq; Albanorum latrocinia permisit agere in Romanorum agro, impunitatem pollicitus. sciebat eñi Romanos vicissim acturos, & ita euenit, vt incursiones fierent hinc inde, alijs interfectis, alijs captis. Tum Cælius concione vocata, acriter in Romanos inuectus est. vt legatio fieret ad res repetendas, effecit, quam si Romani negligerent, bellum indiceretur. erant eñi fœdera vrbibus sub Romulo confecta, vt neutra bellũ inciperet: sed quæ se læsam aliqñ quereretur, ab ea quæ læsisset, iusta reciperet. quod si non contingeret, tunc tanq̃ solutis fœderibus, bellum alteri inferret. profectis ea causa legatis Romam, suspicans causam Tullus, idem ipse prior facere cogitauit, transferre volens in Albanos culpam & eos præuenire. Albanos iussit hospitio comiter recipi, ipse vero negocia simulans necessaria, legatorũ aditum subterfugit: ac nocte proxima viros claros Albam legatos mittit, simul cum fæcialibus ad res repetendas. hi ante solis ortum mane occurrunt Cælio. in pleno foro conquerentes postulabant, quæ in communibus sponsionibus continebantur. Cælius aũt tanq̃ missis à se prius legatis, Romanos fœdera transgressos abire iubet: ad hæc legationis princeps, priorem se repetere, iustaq; denegare Cælium, ob hoc bellum indici posse. abeunt, ac referunt. quæ cum audisset Tullus, legatos Albanorum ad se adduci iubet. Nunciant illi quæ mandarat Cælius, bellumq; minantur nisi iusta impetrauerint. Ego, inquit Tullus, iustum Albanis bellum denuncio. legatis his dictis abeuntibus, ad bella vtrinq; se accingunt. paratis igitur quibus opus erat, Cælius Albanus forte circiter primam lucem mortuus à suis inuenitur. Cuius in locum dux & imperator creatus est Metius Suffetius, qui potitus imperio, in dilationes & moras rem ducendam statuit, accepta occasione opportunissima: nam certo intellexit Veientes & Fidenates maximas vrbes, ad hoc se parare, vt à Romanis deficiẽtes: & dum inter se Romani atq; Albani bello confligerent, seq; debilitarent, contractis ipsi copijs vtrosq; inuaderent atq; suppeditarent. Nec machinatio ista Tullum quoq; latuit, quas ob causas in ipso belli apparatu missis hinc inde nuncijs, in colloquium Romani atq; Albani conuenientes, pacis mentionem Metius prior fecit. placuit consiliũ pacis Tullo, dum perpetuo subsisteret. sed vt hoc fiat, subintulit Tullus Romanos oportere arbitror cõmunia Albanis ponere quæcunq; habent aut habituri sunt bona. Albanos vero iucunde data accipientes, fieri omnes aut optimos vrbis Romæ habitatores. q̃ si illud graue videbitur, cõsilium vnum designetur vtriusq; ciuitatis, vni principatum tradite, & eum quidem eligite, qui beneficijs possit rem publicam augere. hæc igitur ego cẽseo, quæ si fiant, tum nos certos & stabiles fore amicos puto. duas aũt vrbes qui incolant, æque vt nũc eminẽtes, eos nunq̃ ego inter se satis esse cõsensuros reor. His auditis, Suffetius tempus consultandi petijt, ac deliberatione facta redijt, itaq; respondit: Nobis, inquit, non videtur Tulli patriam relinquere, nec patria sacra debere ac locum ipsum, quem paulo minus quingentis annis patres nostri obtinuerũt, deserere. Nos quidem Tulli principatu Italiæ digni, gentem ipsi Græcam & maximam incolentes exhibemus,

Numæ mors.

Cælius aliàs Cetius.

Albani belli origo.

mus, Latini generis dñatum obtinemus. Sed & cõmuni lege nepotibus imperare progenitores conuenit, naturáq; habet, vt seniores iuuenibus imperent. huic iuri obtemperando sponte nobis imperio vos cedere æquum est. adde ꝙ neq; ostendere posset aliquis apud nos gentem aliam ꝙ̃ Græci generis & Latinorum, vos aũt Hetruscos, Sabinos & alios sine laribus quosdam & errabũdos suscepistis, ita vt sit iam perpaucum id, q̃d à nobis descenderit genus. ꝙ si nos vobis imperio cedemus, esse plane legitimo imperaturum nothum, & Græco barbarum. Nam reges etiam creatis externos, atq; senatus pars maxima vobis est ex aduenis: postremo vrbs nostra perfecta & ornata, vestra adhuc est inermis, vt nuper condita ac inexperta. Quis aũt non dicat, inexpertis probata, atq; sana languidis dñari debere? Ad hæc Tullus: Quicquid, inquit, ex natura ducitur & progenitorum virtute, æquum est Suffeti nobis vobísq; esse cõmune. idem enim vterq; iactamus genus. imperare aũt oportere colonijs matres vrbes quasi natura, nec est verũ, nec iuste postulatur. in multis cõtrarium fit, & vt cætera prætercã, Lauinij vestram condiderunt vrbem. coloni estis, an non imperatis illis? Quod vero generositatem Albanam incorruptam prædicas, nostram alienigenarum permixtione turbatam, neq; dignum esse nothos imperare legitimis, aut indigenis aduenticios, aberras. Apud nos imperat, clarísq; honoribus apud nos fruitur, nõ qui multa possidet, aut plures gentiles potest ostẽdere, sed q̃squis potior est & virtute clarior, nobilior & honoribus dignior apud nos habetur. volumúsq; ciuitatem habere ciuibus repletam, imitatione Atheniensium, quorum maxima est in Græcis gloria, eóq; modo genus regiminis nostri assumimus. vrbium enĩ potentia, vi militari constat: ex multis aũt corporibus vires fiunt. Ad summam vero, ab alto vrbs vestra incipiens, & multarum facultatum potita, in paruam quandan contracta est domum: at nos contrà ex paruis initijs, breui admodum tempore, frequentissimam & maximam finitimarum vrbium Romam fecimus. his & similibus pro re dictis, postremo, inquit, vnum superesse solum modũ firmæ perpetuæq; pacis habendæ, quo multi olim de principatu seu finibus contendentes sunt vsi: certa quadam exercituum parte vtriq; decertemus, in paucissimũ hoĩm numerũ cogentes fortunã belli, & victores alijs imperẽt. placuit sententia vtriq; vrbi, & statuerunt armis contentionẽ dirimere paucorũ. De numero q̃q; quæsitum est. Tullus, belli iudiciũ fieri vno Albanorũ illustrissimo, cum altero Romanorũ optimo: eratq; ipse paratissimus pugnare pro patria, in eandem ambitionẽ ducem Albanũ prouocãs. cæterũ Alban⁹ paucis decernere rem laudabat, de pugna vero vnius cum altero † differebat, ciuitatibus qñ de eminentia inter se* differũt, non modo lubricũ, sed turpe est per duo corpora periculum. Ternos aũt ex vtraq; vrbe electos viros, consulebat in conspectu oĩm Albanorum & Romanorum decertare. Erãt eo tempore trigemini mares Curiatij Albani, trigemini quoq; Horatij Romani, ex duabus sororibus, & quod mirũ est, vno & eodem die nati, genere clari, bello strenui, adspectúq; pulcherrimi, q̃bus volẽtibus vtriusq; populi fata sunt cõmissa. anceps & pulchra contentio, exitúq; ipso mirabilis, Curiatijs pro Albanis, Horatijs pro Romanis, vtrisq; pro patria certamen subeuntibus. pugna itaq; facta, duo ex Horatijs interfecti sunt, tertio superstite: ex Curiatijs nullus erat occisus, sed oẽs tres grauiter vulnerati. q̃ sanus remanserat ex Horatijs, cogitãs se simul tribus resistere non posse, fugam simulauit, vt tres illos ipsum insequẽtes separaret, q̃bus abinuicẽ (vt spes erat) remotis proximũ insequentẽ subito cõuersus occidit, deinde aliũ superuenientẽ, demũ tertiũ: q̃bus interfectis, reuertit̃ ad suos cum ingenti lætitia Romanorũ, & sic imperiũ adiudicatur Romanis. Cum aũt Horatius ille Romã intraret victoriosus, cum spolijs trium Curiatiorũ q̃s occiderat, germana eius videns spolia vnius illorũ Curiatiorũ, cui iam erat desponsata, sed nondũ traducta, occurrit in publicũ fratri: Tu, inquit, gaudes homo dirissime consobrinis interfectis, méq; miserrima priuata viro. immo, inquit ille, fratres ipsa tuos negligens, procum luges, ac ne clam quidem, sed in oculis peccãs, patriam contemnis, & mihi virtutẽ exprobras, improba, perosa fratres, atq; nostris progenitoribus indigna. His dictis, vt ira tulit, gladiũ per latera puellæ transegit atq; interfecit. Lata est tum lex ad honorem Horatiorũ, quæ iubet his qui trigemini sunt filij, alimenta de publico vsq; ad pubertatẽ dari. Postera die vocatis Albanis, cõsolat⁹ est eos, cõstituto in imperio duce eorum Suffetio, neq; ciuili vlla eorũ constitutione mutata. cæterum quia Fidenates vocati ad excusationem insidiarũ in Romanos & Albanos structarũ, non obtemperauerunt, immo statim captis armis, clausísq; portis, & inita cum Veientib⁹ societate, aperte defecerũt, dicẽtes nihil sibi fuisse cum Romanis cõmune, ex q̃ Romulus rex eorũ obijt, cum quo fœdus inierãt. hoc igitur noĩe Tullus & domesticas armauit copias, & socias accersiuit, venítq; Metius plurima adducẽs & optima auxi-

Horatij.
Curiatij.

auxilia. Tullus ex hac promptitudine Metium laudauit, fecitq; eum consiliorum oim participem. hic vir aūt in vulgi inuidiā lapsus, tanq̃ bello antea male gesto, indignum etiam ducēs, se imperium habere alteri obnoxium, rem cogitauit impiam. Missis igit clam ad Romanorum hostes literis, erexit eorum animos, & q in ꝑlio vnà cū eis aduersaretur Romanis, spem ꝑbebat. Vocatis etiā primoribus idoneis ad rem occultandā, aperit consiliū se habere, Romanis minime subesse velle, asserens vltimū sibi malorum, infelici republica, se solum felicem esse: opportunitatem vero sibi datam, qua facile in libertatē Albanos vindicaret. hæc & alia huiuscemodi Albanis prædicans, simulq; edisserēs, quomodo auxiliaturus Romanis, armatus spectator belli fieri possit, ita vt victis Romanis, vincat & ipse, atq; Fidenatibus accedat, alioquin à Romanis non recedat. laudantibus autem sententiam omnibus, iureiurando vnumquenq; obstringit, & concilium dimisit. Paulo post ad bella paratis socijs, processerāt Fidenatium & sociorum copiæ, instruebanturq; in pugnam acies. Exierant econuerso Romani, consistebātq; suo ordine. læuum quidem cornu Tullus ipse Romaniq; habebāt aduersus Veientes. In dextro vero cornu Romanorum, Metius & Albani aduersus Fidenates ad latus montis collocati erant. vbi vero appropinquarunt inter se acies, Albani à reliquo exercitu instructos ordines ducebant in montem. quod aduertentes Fidenates, ac credētes sibi de proditione sponsiones facere, irruunt in Romanos, dextrum cornu scindunt, læuum vero in summo contendebat. accurrens eques ad regem, laborat, inquit, Tulle cornu dextrum. Albani aūt deserentes aciem, ad sublimia educuntur. ibi Tullus non modo seruauit exercitum, sed res hostium contriuit, clamans de industria, vicimus o viri inimicos. Albani, inquit, montem hunc nobis occuparunt, vt cernitis, iussu meo. pulchre septos habemus hostes. ite iam in eos secure. hæc dicēs, per acies omnes ibāt, incidit q; statim Fidenatibus timor proditionis vt deceptis ab Albano, postq̃ neq; irrueret in Romanos, vt pollicitus erat. vertunt, fitq; fuga, insequitur rex, perturbatos persequitur. Veientes quoq;, postq̃ Fidenatium & sociorum exercitū oēm fugere vidēt, veriti ne circuirentur & ipsi, solutis ordinibus, per flumē seruare se nitebant, multi perierūt, multi capti sunt. Albanus aūt vbi clare iam vincentē vidit, ipse quoq; de monte equitatum suum in fugientes Fidenates vertit, dispersorumq; in fuga hostium plures interfecit. Cognoscens autem sensum eius Tullus, hancq; alteram proditionem perosus, dissimulat. victoria potitus Tullus, à captiuis etiam didicit coniurationis ac proditionis Metium esse reum. Noctu Marcum Horatium aduocans, dansq; ei exercitum, iubet Albam duci, ingredientesq; murum vt amici, vbi ciues in potestate habuerint, diruere à fundamentis vrbem, nulli prorsus nec priuato nec publico parcentes ædificio, præterq̃ sacro, hominem autem nullum nec occidere nec lædere. His dimissis, ductores exercituum reliquos aduocat, vbi & Albanus aderat, vt in victoria communi hilaris. vt vero in tuto se habere Albanos existimauit, exurgens, dixit Horatium cum copijs Albam missum, euersurum, proditionisq; notam Suffetio nōnullisq; Albanis inurens atq; publicās. Tum se Tullus vlturum, inquit, in cōscios, reliqs Albanorum in nullo lædere, preterq̃ in vrbis excidio, sed cū fortunis suis oibus inter Romanos numerari debere & partē agri recipere, participesq; * ciuilitate fieri. Postq̃ aūt Tullus edixit, quicunq; erant Albanorum pauperes, gaudebant habitaturi Romæ, & agri partē habituri. Deinde Metium iussit, si quid vellet, respondere. non habens aūt quid diceret, corpus eius in duas partes lacerari atq; distrahi mandauit. constituensq; rex iudicia, proditores omnes occidit, ciuitatem Albanorum funditus euertit, & ciues Albanos inde Romam ad habitandum transire coegit. Deinde Fidenates vallo cinxit Tullus. ad extremum coacti sunt se regi dedere, quibus ipse voluit cōditionibus, eoq; modo dominus vrbis effectus, defectionis autoribus occisis, reliquos omnia vt antea finens possidere, & quam prius reipub. habebant formam reddens, exercitum dimisit. Sabinos quoq;, qui Romanos homines non obscuros spoliarant, pecuniasq; abstulerāt, requisitos, nihil æqui pro his facere volentes, bello rex Tullus aggreditur, ac tribus grauissimis vicit prælijs. Latinorum vero vrbes à Romanis diffidebant, haud dignātes, euersa Alba, Romanis principatum tradere. requisiuit rex triginta vrbes Albanis obnoxias, vt victoribus Romanis parerent. negant illi, ex quo belli apparatus plurimi fiunt, atq; incursiones crebræ, nulla tamē vrbs capta est. Inter hæc cum annos duos & triginta regnasset Tullus, extinctus incēsa domo cum vxore & filijs atq; alia familiari turba, conflagrauit per fulmen, vt aliqui volunt. plures autem humanis insidijs esse factum id dicunt. Hic primus Iani templū aperire cœpit, bellaq; gessit, incipiens ab Alba quæ fuit quasi mater Romæ. hic & primus Romanorum regum fascib⁹ & purpura vti cœpit. ac vrbem adiecto Cælio monte ampliauit, in repub. quoq; prior censum exegit, & ob conti-

Metij perfidia.

Albæ euersio.

Fidenates vincūtur.

continua bella hostilitatis nomen quæsiuit. In hac generatione Diocles Medorum rex, quarto anno regni Manassæ regnare cepit, regnauit annis 54. Gyges quintus Lydorum rex, anno 12. Manassæ, Candaule interfecto, regnare cœpit, regnauit annis 36. In amplissimo terrarum regno constitutus, Apollinem delphicum consuluit, esset ne quis eo felicior. responsum est oraculo, Aglaum Prophodium esse feliciorem. senior hic in angustissimis Arcadiæ paruum, sed annuis victibus large sufficiēs prædium colebat, nunq̄ ex eo egressus. Merres Aethiops Aegypti rex, anno 21. Manassę*, regnauit annis 12. post hunc Stephinatis reg. annis 38. Argeus quintus Macedonum rex, 28. regni Manassæ regnare cœpit, reg. annis 38. Ardis sextus Lydorum rex, 49. anno Manassæ*, reg. annis 37. Archilochus poeta tunc floruit Lacedæmonius, hic propter impudicam lectionē à Lacedæmonijs exilio damnatus est. Aristodemus musicus tum fuit, qui animam dixit nil aliud q̄ harmoniam. Alcęus poeta Lyricus, patria Mytilenæus, clarus est habitus. In hac generatione Sibylla Eriphila claruit in Samo, vnde & Samia dicta est. In hac generatione anno 47. cœpit regnare in Babylone Ben Merodach, regnauit annis 21. de illo facit mentionem Metasthenes. de hoc inuenitur q captiuauit filium Ezechiæ Manassen post mortem Ezechiæ, vt habetur secundo libro paralip. capite 33.

GENERATIO XLVIII.

Anno à mundi exordio 4545. in Amon filio regis Manassæ, incepit 48. gñatio, qui regnauit annis 12. in Hierusalem secundum Eusebium & septuaginta interpretes, sed secundum Hebræos, duobus tantum. hic fecit malū coram dño, sicut pater eius in iuuentute sua fecerat. tandem per insidias serui sui interfecerunt eum in domo propria. quo comperto, populus percussit eos qui interfecerunt regem, & sepelierunt Amon cum patre suo, statueruntq; sibi regem Iosiam filium eius pro eo. Et nota, vbi Hebræi ponunt duos annos quibus regnauit Amon, omittūt decem annos q̄bus etiam regnauit absente patre, secundum Philonem.

Amon.

GENERATIO XLIX.

Anno à mūdio exordi 4557. quo anno incepit regnare apud Babylonem Nabuchodonosor primus, qui reg. annis 35. in Iosia filio regis Amon, 49. incepit generatio. regnauit Iosias in Hierusalem annis duob⁹ & triginta. octo annos erat natus qñ regnum adeptus est, qui in ea tenella ætate tantæ virtutis & sanctitatis extitit, vt oībus ante eum regibus tanto excellere visus sit, quanto vel sideribus cęteris sol. ambulauit per oēs vias Dauid patris sui, nō declinauit ad dextram neq; ad sinistram. quarto regni sui anno pietatem & iustitiam mirabilem in se iam ostendebat. nam populum reuocabat ab idololatria, & opera praua velut senior emendabat. Porro anno regni sui octauo oēm ciuitatem & prouinciam à cultu idolorum purgauit, vt nullum vestigium idololatriæ superesset. Scrutabatur domos, ne quid latenter remaneret suspectum. in vnaquaq; causa iustitiam coluit tanq̄ animæ suæ medicinam, misitq; in totam prouinciam, vt deferrent ad reparationem templi munera vltronea, & præposuit huic operi Helchiam sacerdotem magnum, Maasiam qui erat supra ciuitatem, & Saphan scribā. factaq; est ocyus reparatio templi fideliter. Anno 13. regni Iosiæ exorsus est prophetare Hieremias filius Helchię, de sacerdotib⁹ Anathot in terra Ben iamin, tertio ab vrbe milliario, prophetauit vsq; ad euersionem vrbis 40. & vno anno præter illud tempus quo in Aegypto prophetauit in Thannis. Is cum puer esset, vt sacræ literæ testātur, dixit ei dñs: Prophetam in gentibus dedi te. qui ait, Ah ah ah dñe, nescio loqui quia puer ego sum. misit dñs manum suam, & tetigit os eius, dicens: Ecce dedi verba mea in ore tuo. tunc cœpit prædicare, mane consurgens, & frequenter stans in porta domus dñi, & in atrijs templi, ostendit ei dñs signa euersionis Hierusalem, quam prædicabat primo signo, signans autorem illius euersionis Deum. ostendit eñ ei q̄si quēpiam vigilantem cum virga, vt dānificaret gentes, sicut dñs vigilabat pcutere populum. Secundo ostendit ei dñs, quo ministro ad hoc vteretur p ollam succensam à facie aquilonis, dicens: Ab aquilone pādetur omne malum sup habitatores huius terræ, id est, à Chaldæis, q iuxta situm Hierusalē, ab aquilone venerūt. In tertia visione ostendit ei dñs causam euersionis. præcepit eñ dñs vt tolleret lumbare suum, & absconderet illud super Euphraten. post multos dies ex mandato dñi reuertens, inuenit illud putrefactum & nullo vsui aptum. ait ei dñs: Sicut adhæret lumbare ad lūbos viri, sic adglutinaui mihi domum Israel & domum Iuda: sed quia recesserunt à me fornicando post deos alienos, * quasi putrefierent post Euphraten captiui. Atqui hic propheta ex vtero sanctus, post euersam Hierosolymorum vrbem in Aegyptum à populo suo tractus est, ibidem post multas iniurias lapidatus, festum eius cele-

Iosias rex. Iuda iustus.

Reparatio templi.

bratur prima die Maij. Porro decimooctauo regni sui præcepit Iosias Helchiæ, vt resi duum pecuniæ quæ oblata fuerat ad templi reparationem, conflaretur, & fierent inde vasa ad ministerium domini. Cumq; Helchias omnia diligenter scrutaretur, inuenit librum Moysi in templo, Deuteronomium scilicet, quem reposuit Moyses, quem misit regi per manum Saphan. qui cum legisset coram rege, scidit rex vestimēta sua. audiuit enim maledictiones scriptas in transgressores legis & crebras comminationes Dei, miratus q adhuc esset in terra. Tunc præcepit Helchiæ & viris prudentibus, vt consulerent dominum super se & super populum. qui descenderunt ad Oldam prophetissam vxorem Sellum, quæ habitabat in Hierusalē in secundo ambitu muri quem fecerat Ezechias: quippe cum nō erat præsto Hieremias, siue q adhuc negligebatur: respondit Olda: Hæc dicit dominus, Ecce adducam mala quæ scripta sunt in libro legis super locum hunc, & habitatores eius qui irritauerunt me in cunctis operibus manuum suarum: regi autem qui misit vos, dicetis: Pro eo q audisti verba voluminis, & perterritū est cor tuum, humiliatusq; es, differentur hęc mala, nec fient in diebus tuis, colligam te ad patres tuos in pace: quod non est intelligendum de pace ipsius regis, ipse enim occisus est à Pharaone, sed de pace populi. His auditis, mittēs rex in omnem



prouinciam, congregauit omnem populum in Hierusalem: & stās super gradus, legit cunctis audientibus omnia verba libri, percussit fœdus coram domino, cōpulitq; omnes sacramenta præstare, vt leges Mosaicas per omnia custodirēt. deleuit aruspices & maleficos omnes, & oīa vestigia idololatrię redegit in puluerem, etiam vestigia quædam serpentis ænei, quem contriuerat Ezechias, rupit excelsa, vallem Tophet & ignem Moloch, eqs quoq; solis & currus, quos depinxerant reges Iudæ in introitu templi iuxta exedram Nathamelech eunuchi, penitus destruxit. fecerant enim ibi Iudæi idolum solis, quasi puerum imberbem. Adscendens rex in Bethel, vbi erat altare quod fecerat Hieroboam, combussit ossa sacerdotum & falsorum prophetaꝝ eruta de sepulchris excelsorum, iuxta verbum prophetæ, cuius titulum cum legisset in sepulchro, præcepit ne mouerentur ossa eius, nec etiam illius cum quo sepultus erat. Id ipsum fecit in excelsis Samariæ ac in vrbibus Manassæ, Ephraim & Simeon vsq; Neptalim, ossa de tumulis excelsorum eruta super altaria comburens, cuncta in puluerem redigens. hoc prædictum erat de Iosia ante annos 361. Et reuersus in Hierusalem, fecit phase, conuocans ad illud etiam filios Israel, qui captiuitatem Assyriorum effugerant, vel aliquo casu de captiuitate redierāt, cum non esset factum phase tale à diebus iudicum. Post hæc adscendit Pharao Nechao rex Aegypti contra regem Assyriorum, audierat enim eum iam debilitatum, quia Medi & Babylonij à monarchia eius recesserant. primo aggressus est regem Adremon, qui regnabat tunc in Carchamis. descendit Iosias in occursum eius, prohibens ne transitum faceret per Iudæam. misit Pharao ad Iosiam, dicēs: Non aduersum te venio, ad Euphratem propero, Deus me mittit ad Medos, sine me, ne Deus interficiat te qui mecū est. non acquieuit Iosias, sed cum rege Adremon cōponebat acies, vt dimicarēt aduersus Pharaonem. forte aūt dum trāsisset de curru in currū, qui sequebatur eum more regio, vulneratus est à sagittarijs in campo Mageddon. Mortuum inde planxit inconsolabiliter Adremon rex cum exercitu suo, vnde vulgo dicitur: Erit planctus sicut planctus Adremon. Traditur autem q iuxta arborem & fontem occisus fuerit, quæ statim aruerunt. relatus est in Hierusalem, & sepultus in Mausolæo patrum suorum. planxit eum vniuersus populus in Hierusalem, & maxime Hieremias qui scripsit Threnos, id est, lamentationes, quæ in exequijs regijs decantabantur. Helchias maximus Hebræorum pōtifex, maximo in precio fuit, qui patrem habuit Sellum, qui fuit Sadoc Azariæ, qui fuit Ioiadæ Zachariæ, qui fuit Achimaas filij Sadoc summi pōtificis. Olda prophetissa Sellum summi sacerdotis vxor, Helchiæ mater, prædixit Hierosolymorum euersionem & populi captiuitatem sub Iosia. Sophonias propheta nonus ex duodecim, per hoc tempus prophetauit, & librum composuit, imminentem captiuitatem prænuncians. Baruch Hieremiæ notarius, & celeberrim⁹ vates, & ipse vnà cum Hieremia librū edidit, Baruch dictum, in quo ciuitatis calamitates & ruinas à Hieremia prophetatas, & consolationē eidem

Extirpatur idololatria.

Iosiæ mors.

Helchias.

Baruch.

ciuitati de reditu in Hierusalē denunciat,hunc tamen librū Hebræi non habent.hic cum librū regi Ioachim legendū obtulisset,quia in eodē scribebat euersionē ciuitatis,& ꝙ ipse rex Babylonijs subderet,rex librū dirupit & cōcremauit,Hieremiam & Baruch duris supplicijs affecit. Anno quarto regni Iosiæ,post mortē Tullij Hostilij interrege creato,e patria consuetudine tum eligitur Ancus Martius,qui suscepit imperiū.Anno secūdo trigesimæquintæ Olympiadis,anno ab vrbe condita centesimo & duodecimo,hic rex multa sacrificia neglecta percipiens,quæ auus suus maternus Numa Pompilius cōstituerat,bellatoresq; diuitijs auctos,plures Romanorū,neq; agros vt ante colentes,vocata multitudine in concionē,venerari eos iterū diuina postulabat,enarrans quas pestes vrbs ob neglecta sacra perpessa fuisset,ꝙq; rex Tullus nō habens quā oportuit horū custodiā,cū corpore corruptis sensibus miserabiliter perierit vnà cū genere suo,inductionē reipub.constitutā Romanis à Numa,laudans vt honestā & moderatā,exhibentem quotidianā cuiq; abundantiā.hortabatur agriculturæ & nutritioni pecudū,alijsq; operationibus qbus nil adesset iniusti,intendere,ac rapinas & violentiā paruipendere,hoc statu constituto reipub.sperās se semper sine bello & malis actur̄u vitā sicuti auum,sed non habuit respondentē fortunā, & ꝑter sensum suū coactus est bellator fieri,*nec vllum sine turbatiōe & sine periculo viuere.statim em̄ cum ociū quæreret,contemnētes eum Latini,existimātes ignauū, latrones mittebāt in finitimā sibi regionē, missisq; ab se legatis iusta petentibus, nihil iusti inuenit.coactus,in Latinos ducit primū exercitū,vrbē eoꝝ Politoriū cepit vi ac incendit,ciues exēplo superiorū regū iussit transire Romā,Auentinū his habitandū dedit,finitimos populos circiter xij.Tusciæ potentes,innumeris conflictibus concidit.Nec em̄ vlli superiorū regū belli pacisq; artibus inferior fuit,quin Ianiculū montem vrbi addidit,pontē subliciū primus Tiberi adiecit,Ostiam ciuitatē coloniam in ipso maris fluminisq; confinio,sextodecimo milliario ab vrbe Roma costituit,iam tunc videlicet ꝑsagiens animo,futurū vt totius mūdi opes & cōmeatus illo velut maritimo vrbis hospitio reciperent.carcerē quoq; primo ad terrorē crescentis audaciæ & medio vrbis loco publico cōstruxit.His igitur ab hoc rege gestis,successorib⁹ suis Romā haud paruo potentiorē reliquit.quatuor & viginti annos regno potitus,feliciter morit̄,duos relinquēs filios. Anno 27.regni Iosiæ regis,post mortē Anci Martij senatus,permittente ei populo regiminis formā,quā vellet constituere,in eadem qua fuerat,manendū cogitauit,interregemq; creat.comitijs habitis,multitudo regē elegit Luciū Tarquiniū,anno fere secūdo primæ & quadragesimæ Olympiadis,ab vrbe cōdita cētesimo trigesimosexto.hic Demaratū Corinthiū habuit patrē mercātiā exercentē,à quo Lucumo primo vocatus fuit.sed Romæ moratus aliquādiu,Luciū Tarquiniū sese nominari voluit.hic ex successione paterna diues,Romā veniens, in ciuilitatē receptus fuerat,& regi ob virtutes amicissimus est factus.Sed & patricios beneficijs deuinciens, popularēq; multitudinē blande appellās, ob quas causas,& viuēte Martio,habitus est Romanoꝝ omniū clarissimus,morienteq; eodē,dignus est regno inuentus.quo suscepto,primū quidē bellū gessit cū Latinis,eosq; innumeris cladibus afficiēs,ad hoc necessitatis induxit,vt ciuitates Latinorū oēs tandē ad ꝑces cōuersæ,bellū deponi postularent,vrbesq; traderēt,sicq; potitus vrbibus,moderatissime se in omnibus gessit,neminē occidens,neq; exulare cogens,mulctansve pecunijs, sed permisit agrū suū eos possidere,atq; vti institutis patrijs.iussit aūt captos reddi, & si quid damni intulissent in excursionibus,resarcirent.his factis,licere eos amicos esse,sociosq; Romanorum, agentes oīa quæcunq; ipsi ꝑciperent. Sequēti vero anno duxit in Sabinos exercitū,quibus Hetrusci auxiliares copias mittunt.Sabini exercitū educūt,& prope Fidenas ad cōfluentes Anienē & Tiberim bina ponētes castra, pontem construūt ligneū ex scaphis conseptū.Tarquinius vero arte vsus,scaphas parans fluuiales,desuper paleas,sulfur & picem imponēs,easq; opportune dimittens,imposito igne,pontē incendit:& dum ad extinguendū Sabini concurrunt,impetū in eos facit ex aduerso Tarquinius,vtraq; castra capit.partim cæsis,partim submersis atq; fugatis hostib⁹,relictā in castris ꝑdā militibus diuidēdā cōcessit.captiuos aūt multos Sabinorū Hetruscorūq; Romā ducēs,in custodias ponit.Sabinos igit̄ belli pœnituit, ob eam calamitatē legatis missis,in sex annos inducias impetrarūt.Hetrusci aūt irato animo ferentes se victos esse sæpius à Romanis,& ꝙ noluerat eis Tarquinius captiuos reddere,decretū faciunt,vti omnes Hetruscorū vrbes cōmuniter bellū Romanis inferant.his pactis,educunt copias,atq; traiecto Tiberi,Fidenas per proditionem capiūt,quā tamen paulo post Romani recuperāt,captis ꝑsidiarijs militibus.inter Fidenates autem autores defectionis,alij virgis cæsi sunt,alij decollati,alij exilio

Ancus Martius quartus Romanorū rex.

Lucius Tarquinius quintus Romanorum rex.

mulctati. deinde Hetruscis multis ꝓlijs fusis atq; superatis, hi q in vrbibus erãt prudẽtissimi, vnà oẽs dissolutionẽ belli agere decreuere, emittuntq; æuo maximos ex quaq; vrbe, penes quos esset pacis conditionumq; potestas oĩs. Audiens aũt eos Tarquinius multa differentes, vnũ solum se velle ab eis discere, an se victos ipsi cognoscerent, vrbesq; ei permitterent, respondẽtibus vero eis conuenientia, lætus ipse ait: Nunc audite quibus ego cõditionibus dissoluam bellũ: ego nec Hetruscoꝝ quenq̃ occidere, nec proscribere, nec rerũ ablatione mulctare aliquẽ institui, vrbesq; oẽs dimitto sine ꝓsidio minimeq; tributarias, sui quoq; iuris esse: hæc dans oĩa, adesse mihi principatum vrbium vestraꝝ volo, sed volentibus vobis potius q̃ inuitis his potiri volo. Nunciate igitur hæc ciuitatibus, inducias do interim cõpetẽtes. his acceptis, legati abiere. post paucos dies redeunt, insignia principatus quibus ipsi reges suos adornabant, apportantes, coronã auream, sellam eburneã, sceptrũ, habens supra caput aquilã, tunicãq; purpureã, cum signis aureis, amictũ purpureũ varium: & vt aliqui volũt, tulere duodecim secures, sumptas ex vrbibus singulis singulas: simul & imperiũ tradidere. Solebat eñ quondã vniuscuiusq; vrbis regi lictor ꝑire, securem simul cũ virgaꝝ fasce ferens. Tarquinius aũt nõ statim est vsus his, sed ad senatũ populũq; Roñi. reijciens, an hæc essent accipienda. Quæ, postq̃ oẽs voluere suscepit: deinq; ad vltimũ vsq; diem vitæ & coronã tulit aureã, & veste indutus est purpurea picta, habensq; sceptrũ eburneum, in sella sedit eburnea, atq; lictores duodecim, totidẽ secures cum virgis, ius dicenti ei adstabãt, & euntem ꝓcedebant. Bellum igitur quod Tarquinio aduersus Hetruscos fuerat annos nouẽ, hunc finem habuit. Vna vero relicta gente Sabinorum, quæ de imperio cũ Romanis contenderet, bellicosa, regioneq; possidẽte magnã, Tarquinius illis indicit bellũ, ꝙ inducias temerassent. Sabini læte bellũ suscipiunt, durauitq; bellũ hoc annos quinq; continuos, per quos agrum hostiliter vtriq; populantes inuicẽ, & multa parua magnaq; prælia cõmittentes perseuerarũt, raro quidem feliciter gerentibus rem Sabinis. Igitur Sabini tandẽ omnes vires educentes, obuiam ire hostibus parant, mori satius existimantes, q̃ seruire. diuidunt copias in bina castra. Rex vero Tarquinius contra tres constituit legiones, totidem ponens castra. Romanos ipse ducebat, Aruntem vero fratruelem suũ, Hetruscorũ declarauit ducem. Latinis aũt cæterisq; socijs ꝓfecit virũ bello insignem, cõsilio valentem, hospitem & sine vrbe. nomen erat illi proprium Tullius, agnomen Seruius. Cum vtrinq; parata sunt ad certamen opportuna, descendunt in pugnam. tandem cæsis multis, Sabini fugam ineunt, ac vtriusq; castri rex fit dñs. Campestria iam sine metu rex obtinens, prędam militibus diuisit: & dum illos rursum inuadere statuit, Sabini communi vsi sententia, priusq̃ in periculũ euersionis venirent, ex vnaquaq; vrbe Sabinorum præclari viri regem adeunt, rogantes vti moderatas faceret reconciliationes. Ille autem deditionẽ amplectens sine periculo, & obedientiam eius gentis, icto pacis fœdere ijsdem conditionibus, quibus antea cũ Hetruscis egerat, captiuos illis omnes sine precio reddidit. His bellis virtutem suam præclare ostendit. Pacis aũt tempore popularem ipse turbam studens familiarẽ facere, huiusmodi beneficijs allexit: electos centũ ex omni populo patricios effecit, & in numerũ senatorum constituit, & sic senatores fuere trecẽti. Deinde ad sacra conuersus, numerũ Vestalium virginũ ampliauit, forũ quoq; ornauit officinis, ac muros vrbis rudibus vilibusq; structuris ædificatos, primus cœpit saxis magnis formatis ad regulã cõstruere, cœpitq; fossas etiã cloacis ducere, per quas fluens ex compitis aqua omnis, fertur ad Tiberim. mandauit quoq; rex templum extrui Ioui, Iunoni & Dianæ, quod in bello Sabino vouerat. circũ ædificauit. ludos instituit. Volebat aũt tres alias designare tribus, sed obstitit ei Nauius, haud mouere quidq̃ ex cõstitutis à Romulo. erat aũt Nauius augur probatissimus, licet ex collegio augurũ non esset, augurandi tamen arte præcellebat, prohibitus rex ab instituto, ægre tulit. Nauiũ experiri conatus est. vnde vocato eo in publico foro, quo falsum vatem demonstraret, quæsiuit à Nauio, fieri ne posset q̃d ipse mente conceperat. ille expertus, respondit posse. atqui hoc, inquit rex, agitabam, an cotem illam secare nouacula possem. augur, potes ergo, inquit. Tarquinius nouaculã ad cotem applicans, cotem secuit. Ad hæc Tarquinius erubescens, à tribuum institutione abstinuit. deinde Nauium, vt omnium Deo charissimum, amplexus est. Rex Tarquinius prohibitus iam bellicis operibus ob senectutem, octogenarius enim erat, dolo interfectus à filijs Anci Martij, moritur. causas alij alias fuisse scripserunt. verisimilior apparet: Ancus Martius tutorem reliquit filijs suis duobus Tarquinium. cum aũt de electione regis tractandũ esset, illos tutor venatũ misit, regnum ipse petijt, & obtinuit, filios Tarquinius in multis postea honorare voluit, tamen propter iniuriam sibi factam, & quia nullum

Dedunt se Lucio Tarquinio Hetrusci.

Hetruscus mos.

Sabini.

Nauij auguris memorabile.

Tarquinius interficitur.

nullum eorũ substituerat, sed Seruium Tullium, cui filiam suã desponsauerat, in eum conspirant, & duos pastores assuetos ferramentis agrestibus dimicare, ad hoc delegerunt, vt eum interficerent, qui ex condicto inter se litigantes, appellauerũt regem. cũ admissi fuissent in conspectũ regis, & rex in vnum illorũ conquerentem intenderet, alter eleuata securi, regem in capite percussit & occidit. hoc facto, extra se proripiunt. ita rex annos octo & triginta regnans, moritur. interfectores vero compræhensi: qui principes insidiarũ indicant, morteq́; post mulctantur digna. Per hæc tempora regnante apud Romanos Tarquinio Prisco, post aureũ seculũ paulominus mille quingẽtis annis, vt refert Ioannes Annius Viterbiensis, anno ante crematã vrbẽ ducentesimo, Galli transcensis alpibus, mira multitudine gentiũ sensim à transpadana regione pepulerũt Tuscos ab imperio, dein à cispadana, donec Rhetus ab eis pulsus, etiam à cispadana coactus est ducere colonias Tuscas in Rhetios, vt omnes historici consentiunt, & ab his Gallia Cisalpina est dicta. Hæc ille. De his refertur ab alijs: Galli Celtici, cũ eos non caperet terra quæ genuerat, trecenta hominum millia ad sedes nouas quærendas accesserunt, & eorum portio in Italia consedit. ibiq́; masculis omnibus interfectis, eorum fœminas duxerunt vxores, e quibus liberos suscipientes, habitu, lingua & moribus patrios ritus imitantes, purissimi effecti sunt Galli, & vniuersa prouincia Cisalpina appellata. Anno quintodecimo regni Iosiæ, Cyaraxes Medorũ rex septimus regnare cœpit, & regnauit annis xxxij. qui Niniuen ciuitatem omnino subuertit & deleuit, iuxta verbum Tobiæ. qua deleta, Assyriorum regnum omnino cessauit. Sadiates rex Lydorum, xix. regni Iosiæ anno regnare cœpit, & regnauit annis xv. Pherecydes Syrus natione, philosophus egregius floruit. Simonides Græcus poeta, clarus habetur. hic dicere solitus, fortuna innocentẽ sæpe deserit, spes bona nunq̃. Stesichorus lyricus poeta. Arion citharœdus optim⁹ in Lesbo insula claruit. hic cũ arte sua multas diuitias in Italia & Sicilia cõgregasset, Corinthũ remeãs, in mari à nautis ꝑcipitatus est, sed à delphino pisce exceptus, in Laconiã ante nautas deportatus, Corinthũ adijt, vbi re sua cognita, & illis supplicio traditis, oĩa bona recuperauit. Sappho poetrix, q̃ plectrũ prima inuenit. Phalaris tyrannus Agrigentinus, autore Eusebio, hoc tempore fuit, cui Perillus Athenieñ. tormentũ taurum æreum fabrefecit, q̃d artifex ipse primus experiri coactus est.

Gallorum transitus in Italiam.

Cyaraxes, al's Arsaces.

Pherecydes

GENERATIO L.

Anno 4589. à mũdi exordio, per lineam Christi ab Ioachim, qui & Heliachim, filio Iosiæ regis Iudæ, quinquagesima incepit generatio, regnauit in Hierusalem annis vndecim. nam patre Iosia, à Nechaone rege Aegypti, cũ quo inuito erat cõgressus, occiso, pro eo filius eius Ioachas, spreto fratre primogenito, surrogatur. sed veniens Pharao Nechao rex Aegypti in Hierusalẽ, amouit eũ, & abduxit eũ secũ in Aegyptum, imposuit tributũ terræ centũ talenta argenti & vnũ auri, constituitq́; pro eo regẽ fratrẽ eius primogenitũ Heliachim, sibi tributariũ. Quoniam tres filios genuit Iosias, autore Philone, Ioacham eum, qui mortuo patre tres menses regnauit, Ioachim, tum Ioakin, siue hunc siue illũ Iechoniæ noĩe apostolus intelligit, dicẽs Iosian genuisse Iechonian & fratres eius. sunt tamen & qui Mathathanian siue Sedechian Iosiæ filijs connumerẽt, nescio ne sacrorũ librorũ autoritate probari possit. Porro Ioachim xxv. annorũ erat cũ regnare cœpisset, homo flagitiosus & idololatra. mirum q̃ tam bonus pater tot flagitiosos genuerit filios. hic igitur principatu inito, in omnẽ turpitudinẽ prolapsus, quẽ cũ argueret Vrias propheta, cõminatus est ei valde, ita vt Vrias fugeret in Aegyptũ. misit aũt post eum Ioachim, & reductũ morte turpissima interfecit, oẽs etiã templi ministros depulit atq; fugauit, necnon auaritia sua oĩa expilauit.

Iechonias seu Ioachim



Porro anno quarto Ioachim, dixit Hieremias populo: A tertiodecimo anno Iosiæ prodidi verba dñi, qui est annus xxiij. nec auditus sum. Quin ait dominus: Adducã seruũ meũ Nabuchodonosor super terrã hanc & affinem, seruiet ea regi Babyloniæ lxx. annis, quibus impletis, visitabo regem Babylonis atq; terrã Chaldæorũ, illorũ iniquitatem & nequitiã ponã in solitudinẽ sempiternã. Mirabanť populi de tanta audacia loquẽdi. nam in principio regni Ioachim cũ in

Hieremiæ prophetia.

atrijs templi dixisset, hæc dicit dñs, dabo domũ hanc sicut Silo, & vrbẽ hanc in maledictionẽ, appræhenderũt eum sacerdotes & prophetæ & oĩs populus, dicẽtes: Morte moriatur. Et adscenderũt de domo regis principes Iuda, sedentes in porta domus dñi, accusantes eũ. qui respondit: Dñs me misit vt prophetarem aduersus locũ istũ. ecce in manibus vestris sum, facite quod rectũ est in oculis vestris. Liberauerũt eum principes e manibus populi, & maxime Aicham filius Saphan, dicẽs, ꝙ Micheas Demoraithites in diebus Ezechiæ similia ṗdicasset, & multi prophetæ in diebus regũ, nec aliquid ab eis perpessi sunt, sed honorati. clauserãt tamen principes Hieremiã, ne publice ṗdicaret. Dixit aũt dñs ad Hieremiam: Tolle volumen, & scribe q̃ locutus es à diebus Iosiæ. Conuocauit Hieremias Baruch, qui scripsit ex ore Hieremiæ om̃es sermones dñi. Huic dixit: Clausus sum, nec valeo ingredi domũ dñi, ingredere ergo tu, & lege q̃ scripsisti, in die ieiunij audiente populo. fecit hoc Baruch, legitq́ꝫ vniuersa in domo dñi. Quin & in anno quinto Ioachim, cum ṗdicaret ieiuniũ omni populo in Hierusalẽ, & vniuersis qui confluxerãt de Iuda, legit Baruch sermones Hieremiæ in portæ introitu. Quos cũ audisset filius Gamariæ Micheas, descendit ad principes ac seniores domus regis, renunciauit oĩa hæc, quare aduocauerũt ad se Baruch. Qui cum legisset oĩa verba corã eis, obstupuerunt & dixerũt ei: Abscondere tu & Hieremias. Ingressi aũt sunt ad regẽ. cumq́ꝫ legisset filius Nathaniæ tres pagellas vel quatuor, scidit eas. tum exustũ est volumen integrũ, quibusdã tamẽ improbantibus hoc. Præcepit rex seruis suis, vt cõpræhenderẽt Baruch & Hieremiã. Dñs aũt abscondit eos. Dixit iteꝝ dñs ad Hieremiã: Scribe rursum in volumen omnẽ sermonẽ quẽ cõbussit Ioachim, & superaddes plura, ṗcipue ea q̃ dicit dñs cõtra eum, Nõ erit ex eo qui sedeat super soliũ



Dauid, & cadauer eius proijcieť ad æstum & gelu, non plangent eum frater & soror, non concrepabunt ei, Væ dñe, sepultura asini sepelieť putrefactus extra Hierusalem, & plura huiusmodi. iuuat eñ ea pro rei memoria narrare modo. Deinde adscendit Nabuchodonosor in Iudæam, & depopulabatur eam. Rechabitæ aũt qui habitabãt in tabernaculis seorsum ab omnibus, timẽtes, adscenderũt in Hierusalẽ vt saluarẽtur. Et dixit dñs ad Hieremiã: Introduces oẽs Rechabitas iuxta domũ dñi. quos introduxit in gazophylaciũ filiorũ Ennon, & posuit corã eis scyphos & calices plenos vino, dicens: Bibite vinũ. qui responderunt: Non bibemus, quia Ionathas filius Rechab pater noster ṗcepit nobis, dicens: Non bibetis vinũ vos & vxores vestræ & filij vsq; in sempiternũ, domum non ædificabitis, sementem nõ feretis, vineas non plantabitis, in tabernaculis habitabitis cunctis diebus. Tunc ait dñs ad Hieremiã: Dic habitatoribus Hierusalẽ, nunquid non accipietis disciplinam, vt obediatis mihi sicut Rechabitæ patri suo? propterea inducam super vos mala, stirpis vero Rechab non deficiet vir stans in cõspectu meo. Porro cũ adscendisset Nabuchodonosor in Hierusalẽ, cepit Ioachim & ligauit eum, trahebatq́ꝫ secũ, & nobiles cũ eo. In tinere vero imposuit ei tributũ; & remisit eum in Hierusalem. sed obsides traxit secum, pueros de semine regio, Danielem & tres pueros. ṗstitit ei Ioachim tributũ tribus annis, sed cum audisset ꝙ rex Aegypti rebellaret contra Nabuchodonosor, negauit tributum quod promiserat. Adscendit rex Babylon in Hierusalem sub iure fœderis, & non seruauit fidem intromissus, sed iuuenes fortissimos quosq; occidit vnà cum rege Ioachim, quẽ & ante muros insepultum proijci iussit.

Rechabitæ. Daniel abducitur. Ioachim perimiť.

GENERATIO LI.

ANno 4600. à mundi exordio, per lineã Christi, in Ioachin filio Iosiæ, quinquagesimaprima incepit generatio. Hunc Ioachin seu Iechonian, occiso fratre, regẽ cõstituit. decẽ & octo annoꝝ erat cũ regnare cœpisset, tribus mensibus regnauit: vixit aũt postea plus q̃ xl. annos. Ioachin seu Iechonias cũ primũ regnare cœpisset, repẽte timor Babylonioꝝ regẽ inuasit, ne fraternæ necis memor esset Ioachin, ideoq́ꝫ cõfestim exercitũ in Hierusalem misit, & cum in vrbe obsedit. Ipse aũt cũ esset vir bonus, nolens ciuitatẽ perdere, cõsilio Hieremiæ vsus, se cũ matre omniq́ꝫ domo & reliquis eius principibus vltroneus Nabuchodonosori tradidit: iure tñ iurãdo recepto à rege, ꝙ sibi & ciuitati nihil mali fieret, sed nõ seruauit sibi fidẽ rex. ṗcepit eñ ipsum

Ioachin, al's Iechonias rex.

ipsum & matrē eius & oēs amicos fortes Israel, ligatos ad se adduci, qui oēs (vt scribit Iosephus) fuerunt 10832. Et haud longe post posuit Nabuchodonosor Ioachin apud Chaldæos in carcerē, vbi mansit vsq; post mortē regis, qui Iechonias post trāsmigrationē, vt scribit in euangelio, genuit Salathiel. Tulit q̄q; rex Babyloniæ vniuersa vasa aurea de domo dn̄i, & thesauros de domo regis, & transtulit in Babylonem. quia vero sponte se tradidit iste Iechonias cum suis, transmigrasse proprie dicit: alij vero qui postea per violentiā abducti sunt, captiui dicunt seu desolati, inter quæ magna est differentia. Abducto itaq; Iechonia, Nabuchodonosor statuit in locū ipsius patruū ipsius Mathathaniā, vt seruiret ei sub tributo, interposita iurisiurandi religione: & mutato noīe, vocauit eū Sedechiā. vndecim annis regnauit, & fecit malū corā dn̄o. erat eñ superbus, adhærere statuit Aegyptiorū regi, cōtempto iureiurando, deceptusq; à falsis prophetis. quem hoc signo arguit dn̄s, dicens ad Hieremiā: Descende in domū figuli. descendit, & figulus fecit opus super rotā, q̄d dissipatū est, & conuersus, fecit de eodē luto aliud vas, sicut placuit. Dixit dn̄s ad Hieremiā: Dic domui Iuda, nunquid sicut facit figulus, potero facere vobis, vt disperdā vos, & pœnitētes ædificem & plantem? Factū est aūt in anno quarto Sedechiæ, miserunt ad eū nuncios rex Edom, rex Moab, rex Tyri, rex Ammon, rex Sidonis, petētes vt pariter fœderati, negarēt tributū regi Babylonis. Quod ne fieret, propheta vetuit. nam dixit dn̄s ad Hieremiam: Fac tibi catenas ligneas, & pones vnā in collo tuo, & alias quinq; dabis in manus nunciorū quinq; regū, coram Sedechia dicens: Hæc dicit dn̄s quinq; regibus & regi Iudæ, ego feci terrā, & dedi eā ei qui placuit, & nunc dedi oēs terras istas in manu Nabuchodonosor serui mei: gentem aūt & regnū quod nō seruierit ei, gladio, fame & peste visitabo. nolite audire verba prophetarū dicentiū, non seruietis regi Babyloniorū, ne pereatis cū eis. Et cū complesset Hieremias mandatū dn̄i coram Sedechia, Ananias propheta de Gabaon tulit catenā de collo Hieremiæ, & cōfregit eam, dicens: Hæc dicit dn̄s, sic confringā iugū Babylonis post duos annos dierū, & referri faciā oīa vasa dn̄i, reducam omnē transmigrationē Iudæ. & ait Hieremias: Amen, sic faciat dn̄s. q.d. idipsum vellē. veruntamē audi Anania, non misit te dn̄s, & confidere fecisti populū istū in mendacio, propterea morieris hoc anno post duos menses dierum. & mortuus est Ananias anno illo. Territus aūt Sedechias ob mortē Ananiæ, misit nuncios in Babylonē cū tributo. misit & Hieremias epistolā per nuncios secreto ad omnē transmigrationē, dicens: Hæc dicit dn̄s, ædificate domos, & plantate hortos, ducite & tradite nuptui, quærite pacē ciuitatis ad quā vos trāsmigrare feci, orate Deū pro ea, quia in pace illius erit pax vestra. nō vos seducāt prophetæ qui in medio vestri sunt, qui promittūt vos in breui redituros: quia cū cœperint impleri in Babylone lxx. anni, reducā vos ad locū vestrū. Hæc aūt dicit dn̄s ad Achab filiū Chuliæ, & ad Sedechiā filiū Maasiæ, qui prophetant vobis mendaciū: Tradam eos in manus regis Babylonis, & percutient in oculis vestris, assumet prouerbium dicentiū: Ponet te dn̄s sicut Sedechiā & sicut Achab, q̄s frixit rex Babylonis igne, pro eo q̄ mœchati sunt in vxores amicorū suorū, & locuti sunt in noīe meo quod non mandaui. Cumq; redissent nuncij de Babylone, attulerunt literas ex parte pseudoprophetarū ad sacerdotes in Hierusalē, in hæc verba: Posuit vos dominus in domo sua super omnē virū arrepticium & prophetantē, vt mittatis eū in neruum ac carcerem. nunc quare non increpatis Hieremiam qui dicit nobis, Aedificate domos, quia non redibitis? legit Sophonias epistolā coram Sedechia in auribus Hieremiæ. & ait Hieremias: Hæc dicit dominus, Super eos quos transmigrare feci, visitabo verbū bonū, vt reducam eos. super vos aūt qui non estis egressi cum eis, immittam gladiū, famem & pestem, & ponā vos quasi ficus malas quæ comedi non possunt. Ostendit eñ dominus mihi signum, ecce duo calathi pleni ficubus positi sunt ante templum: & dixit dominus: quid tu vides Hieremia? dixi, ficus bonas valde, & ficus malas valde. ait: Sicut ficus hæ bonæ, sic cognoscam transmigrationē, reducā eos in terram hanc: & sicut ficus pessimæ, sic dabo Sedechiā & reliquos qui remanserunt in hac vrbe, in vexationē & opprobriū omnibus regnis terræ. Dixit iterū dn̄s ad Hieremiā: Vade & accipe lagunculā figuli testeam, duces tecū de senioribus sacerdotū & de senioribus populi ad vallem filiorū Ennon, & conteras lagunculā in oculis eorū, dicens: Hæc dicit dn̄s, sic conteram locum istū. Venit Hieremias de Tophet, & stetit in atrio domus domini, & dixit ad omnem populum: Hæc dicit dominus, ecce inducam super hāc ciuitatem mala quæ locutus sum aduersus eam. Indignatus Phassur sacerdos, percussit Hieremiam, & misit eum in neruum. cumq; illuxisset in crastinum, eduxit Phassur Hieremiam de neruo, cui ille: Non Phassur vocauit dominus nomen tuum, sed pauorem: diceris enim

Sedechias rex cōstituit

Phassuris impietas,

pauens in Babylonem. Anno quinto Sedechiæ prophetabatur Ezechiel in Babylone, cum accepissent captiui epistolã Hieremiæ. At nono Sedechiæ anno Nabuchodonosor obsedit Hierusalem, ꝙ negaretur tributum. misit Sedechias sacerdotes ad Hieremiam, vt interrogaret dominum si forte misericordiam faceret. respondit Hieremias, venturum Sedechiam in manum Babyloniorum cum populo, quem percutiet in ore gladij absq; vlla misericordia. Porro rex Aegypti egressus est cum exercitu, quasi soluturus obsidionem Hierusalem. occurrit rex Babylonis, & fugauit eũ de Syria. Cumq; sic discessisset ab Hierusalem Nabuchodonosor, illuserunt falsi prophetæ Hieremiæ, dicentes: Non reuertentur Babylonij, sed redibit transmigratio cum vasis domini. Contra hæc Hieremias: Tradetur, inquit, Sedechias in manu regis Babylonis, loquetur os eius cum ore ipsius, oculi eius oculos illius videbunt, & in Babylonem ducet Sedechiam. impij vero dicebant Hieremiam à mente excessisse. Porro Hieremias strauit asinum, vt egrederetur ad Anathot vicum suum, qui viginti stadijs distat ab Hierusalem. Cumq; peruenisset ad portam, custos portæ Ierias appræhendit eum, dicens: Ad Chaldæos profugis? & duxit eum ad principes, qui cæsum miserunt in carcerem, qui erat in domo Ionathæ scribæ, vbi sedit diebus multis. venit ad eum Ananeel filius Sellum patrui sui. Is ait: Eme agrum meum qui est in Anathot, tibi enim competit hæreditas, tanquam propinquiori. Intellexit Hieremias ꝙ verbum domini esset, & emit agrum, appendens septem stateres & decem argenteos, adhibuitq; testes, signans stipulationes & rata, rescriptum librum fecit apertum in oculis Ananeel, quem dedit Baruch, dicens: Sume librum emptionis signatum, & librum hunc qui apertus est, & pone eos in vase fictili, vt permanere possint diebus multis. Hæc enim dicit dominus, adhuc possidebuntur agri & vineæ in terra ista, de qua vos dicitis, deserta est, ecce ego cõgregabo eos de vniuersis terris ad quas eieci eos ad locum istum, habitabunt confidenter, & feriam cum eis pactum sempiternum. Anno vero nono Sedechiæ, redijt Nabusardan princeps exercitus Babylonij, princeps Nabuchodonsor cum eo, circundederunt Hierusalem, & construxerunt in circuitu eius munitiones, & clausa est ciuitas decem & octo menses. Perterritus itaq; Sedechias, tulit Hieremiam de carcere, interrogauit eum in secreto, dicens: Putas ne est sermo à dño, quia redierunt Chaldæi? Qui respondit: In manus regis Babylonis traderis, sed obsecro dñe mi rex, ne remittas me in carcerẽ Ionathæ, ne moriar in eo. Præcepit rex vt tradereť in vestibulũ carceris, & daretur ei torta panis quotidie, excepto pulmento, donec cõsumerentur omnes panes de ciuitate. Clamauit aũt Hieremias in vestibulo carceris: Qui remãserint in ciuitate, fame aut gladio peribũt: qui confugiũt ad hostes. quodãmodo mortẽ declinabũt. conuenerũt principes & seniores ad regem, dicentes: Rogamus vt moriať homo iste. de industria eñ dissoluit manus bellantiũ. plane mentiť, cum dicit: Sedechias vinctus duceť in Babylonẽ. Ezechiel eñ in Babylone prophetauit, dicens: Sedechias non videbit Babylonẽ. & dixit rex ad eos: Ecce ipse in manibus vestris, nec eñ fas est regẽ vobis quidq̃ negare. Tulerũt ergo Hieremiã, & deposuerunt eum cũ funibus in lacũ Helchiæ, in quo nõ erat aqua, sed lutum, vt morte propria suffocatus periret. Erat propheta in luto vsq; ad guttur, q̃d erat ei amarius omni morte, tunc Abdemeleh Aethiops vir eunuchus, secreto dixit ad regem: Peccare te fecerunt viri isti grauiter. Qui respondit: Tolle tecũ triginta viros, & leua prophetã de lacu anteq̃ moriať. Qui assumptis viris, tulit pannos veteres, & submisit eos in lacũ per funiculos, dicẽs ad Hieremiã: Pone pannos veteres sub cubito manuũ tuarũ & super funes. sic eduxerunt eum de lacu, vocauitq; eum rex secreto ad ostium tertiũ, quod erat in domo dñi, & ait: Quæso ne abscondas à me aliquid. Qui respondit: Si consiliũ dedero tibi, nõ me audies, sed interficies me. Iurauit ei rex, viuit dñs nõ occidam te, neq; tradã in manus virorũ qui quærunt animã tuã. Ait Hieremias: Si exieris ad principes Babylonis, saluus eris tu & domus tua, & ciuitas hæc nõ succendeť, alioqui succendeť, & tu cũ domo tua non effugies manus eorũ. Ait rex: Facerem q̃d dicis, sed timeo contribules qui transierunt ad Chaldęos, ne forte accusent me, & tradar in manũ eorũ, & illudant mihi. Ait Hieremias: Non traderis. Tunc rex inquit: Nullus sciat verba hæc. si quæsierint à te, quid locutus est tibi rex, dices: prostraui me coram rege, ne reduceret me in carcerem. Porro defecerunt victualia in ciuitate, adeo vt mulieres comederent paruulos. Capta est autem ciuitas vndecimo anno Sedechiæ, quarto mense, nono die, secundum Hieronymũ. quinto die aperta est ciuitas circa mediam noctem. Fugit aũt Sedechias cum omni domo sua nocte, & principes amici eius per hortũ regis in desertũ, q̃s persecuti hostes, cõprę henderũt in campo solitudinis Hierichuntinæ. Sedechiã vero cum reliquis quos ceperant,

Fugať rex Aegypti, auxiliaturus Sedechiæ.

Mittiť Hieremias in lacum.

perant,vinctum traxerunt ad regem Babylonis in Reblatha,qui exprobrauit illi perfidiam,ingratum fuisse dixit,& cōtra munificum hostiliter egisse,deierasseq́ in Deum: quare magnus Deus habens odio tuam nequitiam,tradidit te mihi. occidit rex Assyriorum filios eius coram eo,& Saraiam summum sacerdotem,Iosedech eius filium reseruauit,occiditq́ eunuchum bellatorum principem, Sophar principem exercitus,& plures alios,oculos vero Sedechiæ effodit, catenis vinxit eum, & Babylonem duci fecit cum Iosedech. sic venit Sedechias Babylonem, vt Hieremias prædixerat: sed eam non vidit, vt Ezechiel quoq; prædixerat. Igitur vndecimo anno Iechoniæ, &Sedechiæ regis anno tertio,postq̄ obsessa est Hierusalem,Nabuzardan princeps militiæ eo missus,incendit domum domini,domum regis,omnes domos Hierusalem,& totum murum per circuitum destruxit,&tulit omnia vasa domus domini,columnas duas & mare æneum,populum captiuum duxit in Babylonem,tulit Hieremiam de vestibulo carceris.mandauerat enim Nabuchodonosor,dicens:Relaxa illum, & vt voluerit,sic facies ei.Et tulit Nabuzardan Hieremiam, & dixit: Veni mecum in Babylonem,honorabo te.q̄d si displicebit tibi,reside hic,aut habita vbi voles,tradidit ei cibaria & munuscula ac dimisit eum.similiter & Rechabitas liberos abire permisit.Sedit itaq; Hieremias & Baruch notarius eius in medio populi,qui relictus fuerat. Nabuzardan vero præfecit terræ Godoliam filium Aicham, vt præesset pauperibus qui relicti erant, agricolis & vinitoribus,vt redderent singulis annis vectigalia regi.postea abijt ipse in Babylonem,trahens secum catenatos in captiuitatem Babylonicam.hic fuit exitus regni Hebræorum,sub regibus per lineam Christi decem & nouem, qui regnauerūt annis quadringentis octogintaquinq;.Fuerunt & alij reges, sed non in linea Christi,q̄rum temporibus pontifices fuerunt Sadoc,qui post Abiathar fuit,deinde Achimaas, Azarias,Ioiada.Zacharias,Amasias,Achitob,Sadoc.Sellum,Helchias,Azarias,Saraias,Iosedech vltimus,qui captiuus in Babylonem est ductus atq; occisus.

Hieremias liberatur.

ANno à mundi exordio 4610.alias xi.ab vrbe condita cētesimo quinquagesimo sexto,olympiade q̄dragesimaseptima,captiuitas Iudæorū simul ac ciuitatis Hierosolymæ facta est,in qua ætas seculi quinta incepit,& durauit vsq; ad natiuitatem saluatoris nostri per annos quingentos octogintanouem, secūdum communem opinionem.Nam secundum Philonem lib.de temporibus,durat p annos 592. qui ordine enumerat duces ac pontifices,& quot quisq; annis præfuerit,ideo credo eum veriora narrare.Durauit captiuitas Babylonica annis septuaginta,iuxta vaticinium Hieremiæ prophetę,&secundum aliquos,in secundum annum Darij Hystaspis terminatur.Huius rei testem adducunt Zachariam,qui in secundo anno Darij regis dixit,dn̄e oīpotens,quousq; nō misereberis Hierusalem & ciuitatibus Iudæ? hic septuagesimus annus est.Quod aūt Iosephus & diuus Hieronymus illos 70. annos numerare videntur in Cyri regis annum primum,id habet varios respectus.scitum est enim apud oēs, Cyrum regnum Medorum longe ante interfectionem Baltassaris,transtulisse in Persas,secundum Philonem annis 12. qui deinde cepit Babylonem, interfecto Baltassare rege Babyloniorum. tunc enim vere translata est monarchia Assyriorum in Persas. quod secundum plerosq; factum est anno quinquagesimo captiuitatis iudaicæ,transmigrationis vero sexagesimoprimo.Igitur inquiunt:sexagesimosecundo anno transmigrationis,subuerso Chaldæorum regno, Cyrus dum legeret prophetias Esaiæ, & scriptum inueniret,dixisse dominum,quoniā volo per Cyrum mittere populum meum ad propria,motus fertur, & quinq; millia Iudæorum regredi fecit in Iudæam,q̄d & Darius qui vnà secum regnum Chaldæorum destruxerat, ante facere cogitauit,& id sexta Danielis visio ostendit.adscenderunt tunc ex captiuitate pōtifex maximus Iesus filius Iosedech,& Zorobabel filius Salatiel,qui fundamenta templi iecerunt.postea vero à vicinis gentibus impediti fuerunt,vt dicetur, vsq; ad Darium filium Hystaspis. ideo remansit opus imperfectum.In hoc,Philo scribēs de temporibus,aliter sentire videtur.nam secundum eius annorum supputationem, ab prædicto captiuitatis anno restabant adhuc 76.anni vsq; ad interfectionem Baltassar:quo facto, completi fuerunt 70.anni,vnde videtur esse differentia inter transmigrationem, captiuitatem, & desolationem seu solitudinem,quæ proprie facta est post mortem Hieremiæ.

Aetas quinta incipit.

Anno quinto euersionis Hierusalem prædictæ,profectus Nabuchodonosor in Aegyptum,vniuersam subuertit,& Iudæos omnes ibidem repertos,in Babylonem duxit iuxta prophetiam Hieremiæ,& deinceps vniuersa Iudæa & Hierosolyma per 70.annos oīno desolata permansit,& secundum hoc 70.anni inceperunt numerari 6.anno post captiuitatem præmissam, & abinde sunt anni 70, secundum Philonem vsq; ad

Mors Sedechiæ.

Baltassar interfectum. Porro Nabuchodonosor post captiuitatẽ rediens Babylonem cum triumpho, tum in conuiuio præcepit rex vt adduceretur Sedechias. bibebant aũt conuiuæ e vasis domus dñi, cumq́ꝫ darent psallentibus potum, præcepit rex clam, vt Sedechiæ daretur potus laxatiuus, & coram oĩbus ignominiose laxatus est, irrisum reduxerunt ad carcerem, qui nimio afflictus dolore, post paucos dies mortuus est. Godolias vero gñe Chaldæus, post recessum Nabuzardæ Iudææ p̄fectus, vir iustus & mãsuetus, suscepto principatu, Hieremiam & Baruch honorifice secum in ciuitate Masphath tenuit. audientes Iudæi qui elapsi fuerunt, in captiuitate de humanitate viri, venerunt ad eum in Masphath, q̄s Godolias ꝑbenigne suscepit, & ibidem ꝑmanere concessit, suasitq́ꝫ vt in quacunqꝫ vellent ciuitate manerent, iuramẽtoq́ꝫ firmat ꝙ nihil mali paterentur. Quinimmo obtulit se eis habitacula reparaturum, q̄tinus ne cessaria reconderẽt. Famaq́ꝫ discurrente, ꝙ Godolias clementissime redeuntibus vteretur, & terram excolere eos sineret, multi ad eum concurrentes, habitacula constituerunt, Godoliamq́ꝫ vt patrem amare cœperunt. Iohanna aũt filius Careæ, timẽs propterea Godoliæ, ꝙ sciret superesse de semine regio Hismael, qui dum obsideretur Hierusalẽ, ad regem euasit Ammonitarum, vnde dixit Iohanna secreto Godoliæ: Scito quia Hismael insidiatur animæ tuæ, inuidens tibi dominiũ terræ. ibo ego & percutiã eum nullo sciente, ne forte interficiat te, & pereant reliquiæ Iudæ. Ait Godolias: Noli occidere virũ innocentem. non enim verisimile est, vt in tali desolatione huiusmodi malitiam exerceat. Factum est in mẽse septimo, venit Hismael & decẽ viri cum eo ad Godoliam in Masphath, quos splendide suscepit. cumq́ꝫ post prandiũ versus esset in soporem Godolias, Hismael cum decem viris occidit eum & qui cum eo erãt. postea egressus per noctem, Iudęos qui erant in ciuitate, & quosdã milites à Babyloniis derelictos omnes trucidauit, indeq́ꝫ post multas cædes fugit ad regem Ammonitarũ. Altera vero die veniebant de prouincia lxxx. viri cum muneribus ad Godoliã. Egressus est in occursum eorum Hismael, intrare ad Godoliã iussit, quos Hismael pręter decem occidit. hi decem dixerunt: Parce nobis, quia thesauros habemus in agro, & dabimus tibi. Tunc Hismael abduxit captiuas reliquias populi qui erat in Maspha, filias quoqꝫ regis quas commendauerat Nabuzardan Godoliæ. Quod cum audisset Iohanna, assumptis sociis, insecutus est Hismael, & inuenit eum ad aquas quæ sunt in Gabaon. fugit Hismael cum octo viris, prædam relinquens, & reduxit Iohãna captiuos & prædam. Tunc conuenerunt oẽs reliquiæ Iuda ad Hieremiam, ac metuẽtes sibi propter Godoliæ mortẽ, dixerũt: Ora pro nobis Deum, vt indicet nobis quid faciamus, & sequemur. post dies septem vocauit eos Hieremias, & ait: Hæc dicit dñs, si manseritis in terra hac, plantabo vos & non euellam: sin aũt descenderitis in Aegyptum, gladius Nabuchodonosor cõprehendet vos, & peribitis. At non audierũt Hieremiã, sed dixerũt: Mentitur, non misit eum dñs, sed Baruch incitat eum aduersum nos. descenderũt oẽs cum mulierib⁹ & paruulis in omni substantia sua in Aegyptum, duxeruntq́ꝫ secum Hieremiam & Baruch, & desolata est terra annis multis. non eñ transtulit in eam rex Babylonis colonos, sicut fecerat rex Assyrioꝝ in terrã Israel. Factus est sermo dñi ad Hieremiã in Taphnis, dicẽs: Sume lapides, & abscõde eos sub muro in porta domus Pharaonis, & dices Iudæis, hæc dicit dñs, ecce ego assumam seruum meum Nabuchodonosor, & ponam thronũ eius sup lapides istos, & ꝑcutiet terrã Aegypti, peribitisq́ꝫ cum Aegyptiis. porro mulieres Hebræoꝝ seruierũt diis alienis, & reginæ cœli lunæ. Cumq́ꝫ arguerct eas Hieremias. dixerunt: Nunquid sine viris hoc facimus? cumq́ꝫ durius loquerẽt ad viros, dixerũt: Cum feceramus hæc in vrbibus Iuda, saturati fuimus panibus & bene erat nobis: ex quo aũt cessauimus, gladio & fame consumpti sumus. & respõdit Hieremias: Hæc dicit dñs, ego iuraui quia oẽs viri Iuda qui sunt in terra Aegypti, gladio & fame peribũt. Insurrexit popul⁹ aduersus Hieremiã, & lapidatus est. Aegyptii vero honorauerũt prophetam, sepelientes eum iuxta tumulum regum, memores beneficiorum quæ p̄stiterat eis. oratione eñ sua fugauerat aspides & crocodilos. Tradũt etiã quidam, ꝙ adhuc de puluere eiusdẽ loci aspidũ ꝑcussura sanaẽ, & fugantur crocodili. De eodem narrat Epiphanius, audisse se à senioribus Antigoni & Ptolemæi stirpis, ꝙ Alexander Macedo veniens ad sepulchrũ prophetæ, cognoscens loci mysteriũ, transtulerit Hieremiam in Alexandriam, & gloriose sepelierit: ex tunc à terra illa prohibitæ sunt aspides & crocodili. Hic est Hieremias, qui regibus Aegypti signum dedit, ꝙ eorum idola euerti oporteret cum virgo pareret. vnde & sacerdotes eorum in secreto templi loco, imaginem virginis & pueri statuentes, adorabãt. Dum vero Ptolemæus rex interrogaret eos, qua hoc facerent ratione, dixerũt paternæ traditionis esse mysterium, q̄d à sancto propheta acceperãt maiores, hic est Hieremias, qui templũ euertendum

Godoliç interitus.

Mors Hieremiæ.

tendum prænoscens, arcam testamenti cum his quæ in ea erant, tulit, & precibus suis ea absorberi fecit in petra. petram vero digito designans, nomen Dei tetragrāmaton impressit. factum est sigillum in similitudinem sculpturæ, quę ferro cauatur, & ipsum dñi nomen nubis operimento ita celatum est, vt ex tunc nec locum quis recognoscere queat, nec ipsum nomen legere vsq; in hūc diem & vsq; in finem, ac pristinæ figuræ instar illic sæpe nubes, vt ignis fit nocturno tpe. Est aūt petra illa in eremi terra, inter duos montes in qbus iacēt Moyses & Aaron. ferturq; dixisse Hieremias præsentibus, dñs ex Sion recessit ad cœlos, inde rursus in virtute venturus: & erit signum præsentiæ eius, qñ vniuersæ gentes adorabunt lignum, dixitq; ꝙ hanc arcam nemo præter Aaron producere poterit, & tabulas quæ in ea sunt nullus aperiet, nisi electus Dei Moyses. in resurrectione qñ mortui resurgent, hæc arca exibit de petra, & ponet in mōte Sion, & oēs sancti cōgregabunt ad eam. cætera de ꝓphetæ sanctitate supra scripsimus.

Arca testamēti i p reposita

Anno quinto transmigrationis, id est, regni Sedechiæ simul & Iechoniæ à regno amoti, Ezechiel sacerdos dñi vir sanctus, qui cum Ioachin, aliàs Iechonia, rege abductus fuerat in Babylonem, exorsus est prophetare ad concaptiuos. murmurabant em̄ aduersus dñm, qui dixerat per Hieremiam, remanentes in Hierusalem, perituros: eis vero qui se traderent Nabuchodonosor, bona pollicebatur. nunc autem contra erat: florebant enim qui remanserant, absentes iugo seruitutis premebantur. ad hæc prophetabat Ezechiel euersionem vrbis & templi incendium imminere, eos qui remanserant in vrbe, fame perituros, & extra vrbem gladio, eos autē qui viui traherentur, grauem passuros seruitutem, in pace tamen mansuros. vt autem autoritatem præberet, dedit ei dñs visiones multas, deinde capta vrbe & templo succenso, venit quidam ad Ezechielem, qui fugerat de Hierusalem, dicens: Vastata est ciuitas. in pręcedenti tñ vespera Ezechiel prædixerat de nuncio vēturo, & audiēs oīs transmigratio excidium vrbis & incendiū templi, leuauerūt vocē, dicētes: Periit spes nostra, abscissi sumus, non resurgemus. exclamauit Ezechiel: Hæc dicit dñs, cum sanctificatus fuero in vobis, tollam vos de gētibus, & adducam in terram vestram: effundam sup vos aquam mundā, & mūdabimini. Deinde cum videret ossa iacentia arida in campo, dixit: Ecce dabo sup ossa neruos, & succrescere faciam carnes. factus est sonus, & accesserūt ossa ad ossa, vnumqdq; ad iuncturam suam, & ecce sup ea nerui, carnes & cutis, sed spm̄ non habebant. dixit dñs, clama ad spm̄ à qtuor ventis, & factum est, & viuētes steterūt sup pedes suos, exercitus grādis. dixitq; dñs: Ossa hæc, vniuersa domus Israel est. In vigesimoquinto anno transmigrationis, Ezechiel iudicauit transgressores legis, & præcipue qsdam de tribu Dan & Gad, faciens contra eos prodigium magnum, quia filij eorum & vniuersa pecora à serpentibus perierunt. Ac prædixit ꝙ tribus illæ non reuerterentur ad propria, propter quod exacerbati, distraxerūt eum equis ꝑ crepidines saxorum, & excerebratum sepelierūt eum in agro Maalim, in sepulchro Sem & Arphaxat. Iste propheta populo dedit signum in fluuio Cobar, vt qñ inundaretur, sperarent regressum ad Hierusalem. Ad eum qñq; venerat multitudo populi circa flumen Cobar. Ipse vero precibus suis sistens aquas fluminis, super aquas ambulans, cum omni multitudine ad alteram ripam se recepit. & quotquot hostium præsumpserant eos sequi, submersi sunt, & aliquando per orationem copiam piscium populo præstitit ad vescendum, sæpe quoq; multis deficientibus vitam restituit. Daniel desideriorum vir & propheta celeberrimus, ex regum familia natus, à Nabuchodonosor in Babylonem cum Ioachin rege ductus, & ab eodem cum alijs tribus paruulis regaliter enutritus, propter virtutes ac gratiam sibi diuinitus datam, apud Babyloniæ regem exaltari meruit. hic in pueritia Susannam à morte liberauit hoc modo: Erat Susanna vxor Ioachin pulcherrima, in quam exarserunt duo senes, iudices illius anni. hi statuerunt commune tempus, in quo Susannam inuenire possent solam, & latuerunt post meridiem in pomœrio ipsius. eo tempore ingressa est Susanna lauandi gratia, dimittēs puellas ad afferendum oleum ac smigmata. arbitris absentibus, accedunt ex latibulis seniores, dicentes: Cōmiscere nobiscum, alioquin feremus cōtra te testimonium adulterij. & elegit tandem Susanna incidere in manus eoꝝ potius, q̄ peccare in Deū, & exclamauit. accurrentes famulæ, admirantur, verum altera die statuta est Susanna in medio populi, & ponentes manus suas super caput eius, cōtestati sunt, se vidisse iuuenem & ipsam pariter commisceri. sic condēnata est ad mortem. Tunc exclamauit Susanna ad dñm voce magna, dicens: Dñe, tu scis quia innocens morior. Cumq; traheretur, suscitauit dñs spm̄ pueri, cui nomen Daniel, & clamauit puer ad populum: Reuertimini ad iudicium, quia falsum locuti sunt hi senes. fecitq; separari Daniel senes hos. aduocās vnū, dixit: Sub qua arbore vidisti eos colloquētes? qui ait, Sub schino. & examinatus alter, respon-

Ezechiel pphetare cœpit.

Ezechielis mors.

Ezechielis miracula.

Daniel.

Susanna.

respondit: Sub prino, dixit Daniel: Recte mentitus es. exclamauitq́ populum in eos, & interfecit eos, tradens scilicet regi occidendos. factus est Daniel magnus in populo ex die illa. hanc historiam Hebræi non habent, & vocant eam fabulam. cætera Danielis opera infra ponuntur. Factum est aũt post mortem Hieremię, anno 5. euersiõis, anno 19, Nabuchodonosor, secundum Philonem & Metasthenẽ, descendit Nabuchodonosor in Syriam inferiorem, & obtinuit eam. Moabitas quoq; & Ammonitas subiugauit sibi, & tandẽ intrauit in Aegyptũ, eamq́ subuertit, regemq́ occidit, aliũ loco eius cõstituens, denuo Iudæos duxit in Babylonẽ, ab hac vltima captiuitate reliquiarũ Iudæ quidam numerant 70. annos, vsq; ad secundũ annum Darij. Deinde anno 2. regni sui Nabuchodonosor somniũ vidit, & intelligit annus 2. vastationis Aegyptiacæ & plenæ subiectionis Iudææ, captiuitatis aũt Iudaicæ octauus. Conuocauit rex coniectores Chaldæorũ, & dixit ad eos: Vidi somniũ, sed ignoro quid viderim. petebant vt diceret somniũ, ait rex, Nisi somniũ & eius cõiecturam indicaueritis mihi, peribitis, & domus vestræ publicabuntur. dixerunt, Non viuit homo qui hoc possit. exceptis dijs. Tunc præcepit rex, vt interficerentur oẽs sapiẽtes Babylonis, & quęrebatur Daniel & socij vt simul perirent. Quod cum audiuisset Daniel, rogauit regem, vt daret ei tẽpus cogitandi per vnam noctem tm̃, in qua nocte ipse & socij eius orauerunt Deũ, & Danieli reuelantur oĩa. vnde ingressus ad regem, dicit: O rex, non est homo qui possit id, quod petis, adimplere: sed est Deus in cœlo reuelans mysteria, qui indicauit tibi quæ ventura sunt in nouissimis dieb⁹. visiones capitis tui hæ sunt, tu cogitabas in strato tuo quis post te mũdi teneret principatum, videbas statuam grandẽ & terribilẽ, cuius caput & collum erant ex auro, brachia & pectus de argento, venter & femora ex ære, tibiæ aũt ferreæ: pedum quædam pars ferrea, quædam fictilis. abscissus aũt est lapis de monte sine manibus, & percussit statuam in pedibus, & contriuit eam, & redacta est in fauillam: lapis aũt factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terram. Nunc audi rex interpretationem eius, tu es caput aureũ cum his qui succedent tibi, & post hoc consurget regnum aliud minus te, quod intelligẽdum est de regno Medorum & Persarum, significato per duo brachia, per quæ deiectũm est regnum Babylõis. regnum tertium æneum, intelligendum est de regno Græcorum, quod memorabilius fuit cæteris, vel propter obseruatam rerum gestarum memoriam, aut propter famam Alexandri. Quartum regnum erit quasi ferreum, quia sicut ferrum domat oĩa metalla, sic illud conteret oĩa hæc. q̃d intelligendũ est de imperio Romanorũ, Porro quia vidisti partẽ pedũ testeã, partẽ ferream, q̃ sibi cõmisceri non valent, significant in illo regno ciuiles discordias. Tunc suscitabit Deus cœli regnũ, q̃d cõminuet vniuersa hæc, & stabit in æternum. Rex cecidit in faciẽ, & adorauit Deum Danielis, dicens: Deus vester, Deus deorum est, & dedit Danieli principatum super oẽs prouincias Babylonis. Obtinuit aũt Daniel à rege, vt tres socij sui principatum haberent super prouincias, ipse vero præesset in Babylone. Aliquanto post tempore Nabuchodonosor fecit statuam auream, statuens eam in campo Duran, & conuocauit oẽs principes regionis ad dedicationem statuæ, præcone clamante: In hora qua audieritis sonitum musicorum, adorate statuam: qui non adorauerit, eadem hora mittetur in fornacem ignis. adorauerũt oẽs præter socios Danielis. accusati sunt apud regẽ, & succensa est fornax, misiq́ sunt vincti cum vestibus in medium fornacis. erupit flamma, incẽditq́ quos reperit iuxta fornacem ex Chaldæis, effusaq́ est super fornacem flamma cubitis 49. Angelus aũt erat cum trib⁹ in fornace, qui excussit flammam, & refrigerauit eos. Pueri aũt Deum benedicẽtes, ab igne non lædebantur. tũc obstupuit rex, dicens: Nonne tres tm̃ misimus in ignẽ, & ecce video quatuor inambulantes, & species quarti, similis est filio Dei: vocauitq́ eos rex, & egressi sunt. mirabantur oẽs, ꝙ nec capillus ex eis esset adustus. Ait rex: Non est Deus alius qui ita possit saluare. posuitq́ edictũ, vt qui blasphemiam loqueretur in Deum eorum, periret & domus eius vastaretur, restituitq́; eis principatum prouinciarũ. Aliam visionem Danielis indicat epistola Nabuchodonosor, q̃ hæc est: Ego rex Nabuchodonosor florens & elatus in superbia, vidi somnium quod perterruit me, & conuocatis cunctis sapientibus Babylonis, solutionem non indicauerũt mihi,

Explicat à Daniele somniũ regi.



Pueri in fornace positi custodiunt.

mihi, donec ingressus est Daniel, cui nomen Baltassar, qui habet spm̃ deorum sanctorum. Vidi id in stratu meo, ecce arbor in medio terræ, cuius proceritas vsq; ad cœlum, adspectus eius vsq; ad terminos terræ, & esca vniuersorum in ea. sub ea habitabant animalia & bestiæ, in ramis eius volucres, & ex ea vescebatur oĩs caro: ecce vigil sanctus de cœlo descendens, ait: Succidite arborẽ, ramos & fructus eius, fugient ex ea bestiæ & volucres, veruntñ germẽ eius in terra sinite, & cum feris pars eius in herbis terræ, cor ei' ab humano commutet, & cor feræ detur ei, septem tp̃a cõmutentur sup eam, donec cognoscãt viuentes, qm̃ dñatur excelsus in regno hoĩm, & cui voluerit, dat illud. Daniel interrogatus, rñdit: Tu rex arbor illa, qui inualuisti, & potestas tua in terminos terræ, audisti per vigilem sentẽtiam sup te, ab hoĩbus eijcieris, cum feris erit habitatio tua, fœnum vt bos comedes, septẽ tp̃a, id est, anni mutabunt sup te, donec scias q dñetur excelsus sup regnum hoĩm, & relinquetur tibi germen radicis, quia regnum restituetur tibi. q̃obrem audi consilium meum, peccata tua eleemosymis redime, forsan ignoscetur tibi. factum est aũt post annum, deambulabat rex in aula, & loquebatur elatus, dicens: Nonne hæc est Babylon, quã ædificaui in robore regni & in gloria decoris mei? adhuc erat sermo in ore eius, & vox de cœlo ruit, qua annunciatur Nabuchodonosor, Regnũ transibit à te, & cum feris habitabis septẽ tẽporibus. eadẽ hora ex hoĩbus abiectus est, & fœnum vt bos comedit, donec capilli eius canescentes, in similitudinẽ aquilarum crescerent, & vngues eius q̃si vngues auiũ. Igitur post dies diffinitos à dño, Nabuchodonosor leuauit oculos ad cœlum, & sensus ei redditus est. benedixit altissimo, cui potestas sempiterna, requisitus ab optimatibus suis, atq; in regnum restitutus est. Vnde apparet, quod & Epiphanius attestat, q non corporis mutationem, sed mẽtis alienationẽ passus est. ablatus em̃ est ei vsus linguæ, herba data est cibus naturæ humanæ, videbaturq; ei q bos esset, multi egrediebant & videbãt eum, solus Daniel non egrediebatur, quia toto tp̃e alienationis eius vacabat orationi pro eo. quare ad preces eius anni 7. in septem menses versi sunt à dño, in q̃bus 40. diebus insaniã patiebat, per alios 40. reuersus ad cor hoĩs, flebat & supplicabat Deo, adeo q ex nimijs fletibus, vt caro oculi eius facti erant. Iterum per alios 40. dies vertebatur in insaniam, donec septem menses complerentur. post quos reuocatus est, non tñ regnauit, sed statuti sunt pro eo septem iudices, & vsq; ad finem septem annorum pœnitentiã egit, panem & carnes non comedens, nec vinum bibens, leguminibus vtebatur & herbis secundum consilium Danielis. Et cum iterum regnasset, voluit Danielem facere cohæredem filiorum suorum. ait Daniel, Absit à me, vt patrum relinquens hæreditatem, incircuncisorum donis inhæream. Deinde 27. captiuitatis anno, ipse est annus transmigrationis Iechoniæ ac huius gñationis 37. cum iam regnasset Nabuchodonosor annis 45. post cuius mortem suscepit regnũ eius Euilmerodach filius. hic mox, hoc est, anno captiuitatis Iudaicæ 27. Hierosolymorum regẽ Ioachin à vinculis soluit, & eum inter amicos charissimos habuit, fecitq; in Babylone inter reges haberi, sciens q pater illi fidem non seruauit. Tradunt etiam aliqui, q Euilmerodach in diebus eiectionis paternæ multa egit impia, & patre restituto, accusatus, ab eo missus est in carcerem, vbi Ioachin erat, quem post liberauit de carcere, timens ne resurgeret pater suus, qui de bestia redierat in hoĩem, cõsuluit Ioachin, ad cuius consilium cadauer patris sui effossum, diuisit in trecẽtas particulas, & dedit trecentis vulturibus, dicente ad eum Ioachin: Non resurget pater tuus, nisi redeant vultures in vnum. Hic Euilmerodach regnauit annis 18. secũdum communiter scribentes, sed secundum Metasthenem regnauit annis 30. Iechonias, aliàs Ioachin rex, eleuatus de carcere, à populo Neri cognominatus, prout narrat Philo, cui à Deo datus est filius Mesezebel, cognomento Salatiel, moriturq; anno 40. postq̃ in Hierusalem regnare cœpit, cui per lineam Christi successit Salatiel, in quo regia dignitas cessauit, redijtq; res omnis ad pontifices.

Nabuchodonosor bestiarum more viuit.

Euilmerodach.

Neri.

GENERATIO LII.

ANno à mundi exordio 4640. Iudaicæ captiuitatis anno 30. trãsmigrationis 41. sed desolationis 24. q̃ facta est post mortẽ Hieremiæ, anno 5. euersionis Hierosolymę, à q̃ desolatione (si recte numerent) sunt anni 70. vsq; ad interfectionem Baltassaris, q̃ anno monarchia Assyriorum trãslata est in Persas. Incepit aũt in Salatiel gñatio 52. durauitq; annis 43. Qui vero à captiuitate Iudaica numerãt annos 70. etiã suo modo intelligendi sunt, iuxta sententiã eam qua supra declarati sunt. Salatiel aũt liberato Ioachin est natus, nomine Mesezebel vocatus, qui anno 17. ante solutionem captiuitatis, genuit Barachiam, qui anno *17. soluta captiuitate dux populi fuit, & ab eo ducatu dictus est Zorobabel, anno à transmigratione 81. & à desolatione 70. Hæc Philo.

Salatiel dux.

Philo. Hic mihi generationum ordo probatur, etsi quãto quisq; regum regnarit tempore, non habeamus semper certum. Circa ista tempora Seruius Tullius, sextus Romanorum rex, post Tarquinium Priscum successit, anno à condita vrbe centesimo septuagesimoprimo. regnauit annis 34. hic Tullij Corniculani & Ocrisiæ filius, nam vt ait Liuius, dum Tarquinius Latinos expugnasset, inter alias captiuas Ocrisiam Latinorum præfecti filiam, prægnantem cepit, quæ apud Tarquinium filium peperit, & eundem Seruium Tullium vocauit, cui postea puerulo in cunis dormienti, rege & regina videntibus, igniculus ab alto descendit, & capiti ipsius insedit, nullam inferens læsionem. hoc cum vidisset regina, suasit marito puerum cum diligentia seruandum, dicens magnum fore familiæ suæ commodum. hinc Seruius in strenuum euasit virũ, rege procurante, factusq; est vir prudentissimus, propter quod ita dignus visus est Romanis, vt à plebe ad patricios transferretur. rex eum sibi generum fecit, atq; omnia q̃cunq; ipse per se propter morbos aut senectutem nequiret exequi, hunc agere concedebat, non domum solum permittens, sed & rerum publicarum administratione dignans, in quibus & omnibus commissis ita fidus erat, ne interesse quid populares putarẽt, vtrum ille an Tarquinius rempublicã administraret. Occiso itaq; (vt prædictum est) Tarquinio, vxor eius mox cogitabat, quo pacto familiæ cõsuleret propere. supererant enim Tarquinio ex filio præmortuo filij duo paruuli, pro quibus solicita, ne occupantes regnum Anci Martij successores, interficerent pueros suos, primum quidem regias fores clausit, adductis præsidijs, deinde ad Tarquinium adhuc spirantem vocat Tullium, ad hæc Ocrisiam afferre iubet pueros Tarquinij, vbi ita exorsa est: Tarquinius rex noster, Tullli, te vnum ex omnibus amauit, impia passus à Martijs. per insidias enim & subornatis grassatoribus, iam annos agẽs octoginta, dolo interfectus est. hos pueros destitutos miserosq; dereliquit ad periculum. Nam si vel gratia vel potentia dominatum vrbis Martij interfectores Tarquinij obtinebunt: perdentur, nec vita nobis quoq; tuta erit. ire igitur obuiam, & prohibere nunc quidem fraude & dolo vtentes res indiget. primum quidem occultemus regis mortem, & prædicemus nullũ adesse lœthale vulnus, medicis etiam iudicantibus: deinde ego pergam in publicum, dicam, multitudinem aduocans, ꝙ is dum curetur, te rerum domesticarum ac publicarũ omnium declarasset curatorem. erit enim non ingratum Romanis, procurari à te publica. assumens tu fasces simul & armorum potestatem, euocabis ad populũ qui Tarquinium interficere statuerunt, pœna eos capitali, si iudicium subeant, afficiens: ꝙ si iudicium relinquant, exilio mulctabis, & confirmabitur imperium. Tũc dicemus Tarquinium mortuum. Iustum autem est, Tulli, qui nutritus sis à nobis, omniumq; bonorum particeps factus & filiæ vir, si rex fias, te his puerulis beneuolentiam patris impartiturum, & cum ipsi visi fuerint administrandis publicis idonei, maiorem horum designare Romanorum principem. Hæc cum dixisset, vtrunq; puerum iaciens in sinum generi, commouens multum ex vtrisq; misericordiæ, audita deinde prompta voluntate Tullij, egressa est cubiculum, mandans eis qui remanebant, vt apte omnia quæ ad curationem congrua essent, facerent. Concurrente tum ad regiam turba multa, processit in publicum, adstansq; præ foribus, primum quidem patefecit adstantibus eos qui in necẽ regis essent machinati, deinde vt multos vidit cõplorantes casum, & his qui peregissent infensos, postremo dixit nihil actum insidijs, ipsis nequeuntibus Tarquinium interficere: libenter autem hoc suscipientibus, Tullium tunc eis sistit, vt à rege delegatum curatorem omnium publicarum & propriarum rerum, donec conualesceret, abijtq; tum lætus populus, si nihil graue rex passus esset, diuq; permansit in ea opinione. Tullius vero manum habens circa se validam, & lictores regios adducens, processit in forum: proclamansq;, iussit præsto esse Martios, subituros iudicium: qui vbi minime affuere, mulctati sunt exilio perpetuo, bonaq; eorum publicata. At vbi suscepto regno & expulsis Martijs, Tullius iam firmum ac stabile ratus imperium, Tarquinium regem tandem mortuum ex vulneribus effert, monumenti insignis extructione, alijsq; funeralib⁹ exornat: deinde velut curator regij generis, puerorum rerumq; publicarum custodiam suscipiebat. Quæ res patricijs minime placebant, ferebantq; ægerrime, indignãtes ipsum regiam sibi potestatem per se machinari, nec senatu decernente, nec cæteris ex lege perfectis. Conuenientes sępe inter se, de dissolutione disputabant. Hæc cum intellexisset Tullius, aduocata in concionem multitudine, orationem in commiserationem violentæ necis ac puerorum regis, propositis bene actis Tarquinij in rempublicam, longam habuit orationem, deinde merita sua ad memoriam eorum reducens, qualis semper in populares fuerit: Nunc vero, inquit, re ipsa benefacere dignum duxi. omnibus itaq; ære alieno oppressis, neq; dissoluere valentibus

Seruius Tullius Romanorum rex sextus.

Tanaqlis consilium.

Regia Tullij potestas.

ob paupertatē, quandoquidem pro patria multa tolerarũt,ne propria priuent libertate,qui cōmunē seruant,do vt debita meis pecunijs dissoluant,statuamq́; ne quis de cætero pecunias det mutuas in corpus liberũ,satis esse ducens creditoribus, si conferentiũ bona habeant:deinde vt quisq; prout diues est,pro censu suo cōferat,dignum iudicās,vt multa possidens,multa conferat,pauca vero habens,pauca.

Munificētia Seruij Tullij

Videtur mihi quoq;,vt publicũ agrũ quē vos quæsiuistis armis,ex vobis hi qui sortē adhuc nullam habēt,ne mercede seruiatis qui estis liberi,diuidā.Præter hæc oīa cogitaui quandam cōmunē cōstituere reipub.formā,vt essent oībus aduersum oēs iusta paria,vt cũ minoribus sustineant maiores æquas leges,pœnasq́; prohibitrices,cōseruatricesq́; iustitiæ.His ita dictis,secuta est multa laudatio alioꝝ,quia fidus esset,ergaq́; bene meritos gratus:alioꝝ,ꝙ humanus & magnanimus,ꝗa æquus iustusq́; esset amātibus.deinde positis mensis in foro,spectātibus oībus,annumerauit q̃ debebant creditoribus.His peractis,ferebāt grauiter patricij,dissolutũ iri senatus potentiā.timebant tñ, si nimis curiosi essent,plebs ferēdis suffragijs obuiam itura foret.dispergi per vrbē famā,quasi sibi insidiarent patricij,animaduertens Seruius,descendit paulo post in forũ vestē indutus sordidā,ac mœstus,comitante ipsum Tanaquile vxore Tarquinij occisi,regiaq́; cognatione omni,concionē aduocans,ex pulpito huiusmodi orationem habuit:Haud mihi tantũ de Tarquinij pueris metuendũ,quirites,ne quid grauius patiantur,sed de mea q̃q; anima me iam inuadit timor.petor enim à patricijs,insidijs in me coniuratũ esse dicit,iniustũ quidē,nihil obijciũt,sed q̃ in plebē beneficia cōtuli,atq; cōferre paro,ferētes grauiter,*primũ fœneratores,ꝙ vos pauperes à se nō sinerē libertate priuari,agrũ alij,quē vos vestro sanguine quæsiuistis,coacti sunt relinquere:

Aduersus insidias.

Seruij orō.

ringunt itaq;,quasi eis res paterna sit adempta.Simul aũt succēsent oēs,quia scriptis ex legibus viuere cōsuescant,iusta vobis ex æquo dantes & recipiētes.Exules restituere parāt,& tradere Anci filijs imperiũ,regē vestrũ interficientibus,virũ frugi vrbisq́; amatorē.quæ vero post hæc futura erunt,scitis oēs,etiā si non dixero.primũ quidem custodē meũ regiũ arrepturi erũt,deinde pueros,cognatos,amicosq́; Tarquinij oēs occisuri.Si istud quirites volentibus vobis fiat,vt homicidas reducatis,q̃s reges designetis,expellatisq́; benefactoꝝ vestroꝝ filios,amplectemur quidē fortunam,sed vel vnũ hoc à vobis postulamus,vti nobis manifestā sententiā vestrā faciatis,siquidē digniores nobis hoc honore alios putatis,perdendi ne sint pueri & reliqui Tarquinij cognati:nam ego de me generosius consulā.vixi eñ iam ad virtutē & ad bonā existimationē satis.accipite fasces,dateq́;,si vultis,eas patricijs.ego eñ nulla in re molestus ero vobis.Hæc eo dicēte,promptoq́; ad decedendũ de pulpito,ingēs omniũ coortus est clamor,ꝑcesq́; permixtæ lachrymis rogantiũ vt maneret,obtineretq́; res gerendas,neminē metuēs.Cōuocandas deinde multi censebāt curias,interregem petebant,atq; poscebāt calculos.inceptis istis,populus cōfestim omnis in eadē voluntate fuit,ꝓdixit Tullius diem comitioꝝ,qua adesse iussit etiā ex agris oēs.cũq́; cōuenisset populus,vocans curias,tradidit diuisim vnicuiq; calculos,iudicatusq́; per eas oēs dignus regno.Hæc videbant hactenus dicenda copiosius,vt haberet plane,quo pacto vir serua natus,regnũ Romanoꝝ esset adeptus.

Tullij electio.

In regni initio magnũ memoratuq́; dignũ gessit cũ Hetruscis bellũ.post Tarquinij eñ mortē vrbes q̃ ei principatũ tradiderant,nō amplius cōuentis stare voluerāt,haud dignantes parere Tullio, existimantes patricioꝝ aduersus regē factiones,magnā sibi exhibituras commoditatē.Durauit hoc bellũ annos viginti continuos,incursus multos vtrinq; faciētibus.Pugnis aũt vincens oībus Tullius,tandem coegit eos frenũ sponte suscipere,seq́; dedere ac imperata facere,qui finis erat belli.

Tullius Hetruscos debellat.

In pace vero leges cōmerciales cæterasq́; confirmauit, tres montes vrbi adiunxit,quirinalē,viminalē,exquilinũ,dimisitq́; eos his qui sine laribus Romanis essent,ad ædes in his construendas,vbi sibi quoq; habitationē fecit, fossas circa murũ duxit.deinde vbi muro septem colles complexus est,in partes quatuor vrbem diuisit,& cognomina ex collibus dedit,vnā palatinā vocans,aliam suburbanā,aliam collinā,quartā exquilinā.Quatuor tribuũ fecit vrbē,quæ vsq; eo trium fuit.primus omniũ censum ordinauit,qui adhuc per orbem terraꝝ incognitus fuit, omnibusq́; sub eo in censum delatis,inuenta sunt capita ciuiũ Romanoꝝ cũ his qui in agris erant,octogintaquatuor millia* aliquo plus.

Census qñ primum.

Aestimatis aũt omnibus,assumens libellos & cognoscens multitudinē & ætatē, sapientissimā omniũ administrationē introduxit ciuilium.His pace belloq́; peractis,& duobus extructis templis Fortunæ,qua per omne vitæ tempus visus erat vti prospera.Erant duæ Tullio filiæ,has puellas iam nubiles despondit eaꝝ auunculis,nepotibus scilicet Tarquinij.Lucio quidem seniori,audaci ac tyranno,data vxor frugalis,cōtinēs,& q̃ amaret patrē,Arunti

Lucius & Aruns.

s vero

Tarquinij.

vero iuniori, viro mitis æquiq; ingenij, impiã, audacissimãq; & perosam patris habere contigit. Lucius etsi adspiraret ad regnũ, ab vxore retinebat, cõsulente cõtraria & flente. frater vero Lucij nihil quærẽs, ab vxore impia traducebat in aduersum, admonente, increpante, & ignauiã exprobrante. At vt profecere nihil neq; probæ mulieris preces, neq; improbæ admonitiones, factũ est, vbi natura improba mulier amẽs, existimat suis moribus cõuenire, sororis virum accersit, qui vbi adstitit, cæteris abire iussis: licet ne, inquit, mihi libere sine periculo loqui, q̃ sentio de cõmodis cõmunib⁹? Iubente aũt Tarquinio q̃ vellet dicere, deq; cõtinendo sermone fide data cũ iuramẽto: Nõ, inquit, cogitas Tarquini, iniuste te regno priuatũ? *indignũ ne censes, sentire de te magnifice, qui in aula regis es natus senior nepotũ? assunt robur tibi abunde & forma regio digna genere, adest tibi diuitiarũ satis, & amici multi. Ad quid igit differs vlterius, & expectas tẽpus, vt veniat tibi vltro regnũ? Dicã aũt licẽter, etsi me dicturus sis temerariã, id q̃d te retrahit: viuit tecũ vxor haud similis moribus tuis, q̃ te blanditijs mollẽ reddit, atq; ad nihilũ redigit, vt & mihi quidẽ adest tepidus & nihil viri habens maritus. Quod si id contigisset, & tu me vxorẽ accepisses, & te ego viro potita essem, nõ in priuata vita tempus tantum vixissemus. Cur igit non corrigimus fortunæ defectũ, ipsi permutantes matrimonia, tuq; vita vxorẽ liberas, q̃d ego idem de viro faciã? Quãdo aũt his digestis vnà cõueniemus, tute ipsi iam de reliquo cõsultabimus. Nã si in cæteris veretur aliquis iniuste agere, regnãdi causa haud repræhensibile est audere oĩa. Talia dicente Tullia, læte accepit cõditionẽ Tarquinius, dansq; ei fidẽ, ac primũ capiens impiarũ nuptiarũ primitias, abijt, neq; multo post cogitata perficiũt. Post hoc opus nihil cunctatus Tarquinius, vxorẽ abducit Tulliã, neq; patre eius firmãte matrimoniũ, neq; cõprobãte matre. Vbi vero iuncti sunt, eijcere principatu Tulliũ, nisi vltro cedere vellet, machinabant, sodalitates cõparãtes, & ex patricijs quicũq; animo alieno essent erga regẽ & decreta popularia, aduocãtes, & ex plebe egentissimos emẽtes pecunijs. Quæ videns Tullius, dolebat quidem, de se etiam sollicitus, & media quibus potuit retrahere generum & filiam, tentauit, & ne in se peccarent, admonuit. Postquam sibi Lucius mentem non adhibebat, sed in concilio se aiebat iusta dicturum, vocato senatu: Patres, inquit, Tarquinius (vt videtis) sodalitates congregat, enitens me imperio eijcere, & id mihi palam est, volo autẽ vobis præsentibus ab eo discere, cur hæc in me machinetur, iamq; Tarquini responde, cuius me rei accusandũ censes, dicit ei Tarquinius: Atqui breuis sermo, Tulli, pro me est & iustus: auus meus Tarquinius possedit Romanorũ imperium, magna pro eo sustinens discrimina. Eo aũt vita functo, ego sum successor, ex legibus omnium Græcorum & Barbarorum. sed tu quidem mihi pecunias ab eo relictas tradẽs, regno ipso me fraudas: nec quidẽ ipsum assumens, iure retines. non eñ te interrex designauit, neq; de te decreuit senat⁹, neq; legitimis comitijs ista potestate potitus es, sed largitiõe emẽs omniq; corruptione, ac ne tunc quidẽ te tibi quærere principatum dicens, sed nobis eum custodire simulans orbis & infantibus, omnibusq; audientibus professus es, vbi nos viri facti essemus, seniori imperium te traditurum. Oportuit igitur, si iusta agere voluisses, non domum & pecunias modo aui, sed & imperium reddere, exemplis vsum æquorũ tutorũ. q̃ si tibi tunc idoneus non videbar, vbi ego in præcipuum perueni corporis animiq; robur, annos triginta natus, debueras tradere iusta pensans. Hæc agens, pius dicereris pater & beneficus conseruator, ac non quartũ iam & quadragesimum annum natum debuisti me meis fraudare. Postea interrogas, qua causa te accusem: sed te interrogo, cuius rei gratia non dignaris me honorũ aui hæredem esse? vtrũ ne tu me nõ esse existimas legitimũ? sed cur tu me igitur educasti tutor? an me orbum putas puerũ, & ad publica administranda inualidũ, qui non multũ à quinquagesimo absum anno? Abijce igitur impudẽtissimas interrogationes, & iam desinas aliquando malus esse. Quod si quid habes iusti, ad hæc responde. paratus sum iudicibus his permittere. sin aũt vitans hos, vt semper consueuisti, ad conductã tibi turbam cõfugias, id ego minime permittã: paratus sum iusta dicere, & si tibi nõ persuadeam, violenta agere. Desinẽte aũt Tarquinio, suscipiens orationẽ Tullius: Omnia, inquit, patres optimi, præcogitata habere contra inopinata mihi opus esset. quandoquidẽ Tarquinius hic etiã ad priuandũ imperio paratus est, quẽ quidẽ ego infantulum suscipiens, & insidijs petitũ, ab hostibus seruaui, educaui, & virũ factũ mihi generũ capere sum dignatus: si quid vero mihi humanitus accidisset, successorẽ meorum omniũ reliquissem. Sed posteaq̃ mihi præter sententiam contraria omnia euenere, & vt iniustus egoipse insimulor, fortunam meam deplorans, nunc quidem ei iusta respondebo. Ego tutelam infantium haud volens suscepi, sed coactus rebus ipsis,

Scelus Tulliæ.

Accusat. Serui⁹ à L. Tarquinio.

Oro Tullij.

ipsis,posteaq̃ auum vestrũ hi qui ius sibi regni vendicabant,occiderunt,vobisq́; insidias tendere dicebantur.Curator aũt vestri custos erat nemo,præter fœminam patris vestri matrẽ,& ipsam quidem nõ sufficientem:sed in me solo relinquebatur domus desertæ custodia,quem nunc tu vocas alienum.His tamen rebus præsidens,aui vestri necem sum vltus,& in viros vos eduxi,vos facere meorum dominos institui: habes iam tutelæ rationem.De regno vero audi etiam:postq̃ vrbis suscepi curam, sentiens ipse insidias quasdam strui,volebam equidem populo res tradere,atq; in cõcione imperiũ eis reddidi, quietem habere volens:haud vero passi sunt Romani,neq; alium dignati sunt quenq̃ reipub.designare dominũ,sed me detinentes,ferentesq́; suffragia,regnum tradiderunt,suam ipsorum Tarquinij possessionem,non vestram, sicut auum quoq; vestrũ ad res gerendas eduxerunt hospitem,quanuis filios Martius rex reliquisset.Quod si communis omnium lex fuisset,vt qui natura successissent deficientium regum pecunijs,cum eis etiam regna susciperent,non vtiq; suscepisset auus vester Tarquinius,sed senior filiorũ Anci Martij.Cæterum Romanus populus imperium dare,non per successionem capi debere statuit.ꝙ si ego non more optimo potitus sum imperio,nec electus ab interrege,neq; dante senatu,hos(si sic est)lædo,non te:sed nec hos ego,nec alium quenquã lædo.testis em̃ & tunc datæ mihi iuste,& nunc permanentis potestatis est tempus.per quadraginta annos nemo vnquã Romanorum iniuste agere me existimauit,nec eijcere conatus est.sed hæc omittam, si te fraudaui regno,oportuit te conqueri apud eos,qui mihi hanc dederunt potestatem,meq́; accusare.post tantum tempus velut e longa experrectus ebrietate,nunc ad accusandum venis.nec hic quidem tibi ista dicere conuenit.oportebat enim in concionem aduocare populum vbi me accusares.Verũ quãdo tu id fugisti,ego pro te faciam.conuocatoq́; populo,ipsum exhibebo iudicem eorum,quorum tu me accusas,iustaq́; recipiam.Vos autem patres sane miror,si qui sint vestrum,qui me regno demigrare velint,& cum isto in me conspirarint:libenter ex vobis audio,cuius rei iniustæ causa mecũ bellum geratis,vtrum quia multos sciatis in principatu meo perditos aut priuatos esse patria,resve suas amisisse,aut calumnia damnatos.Si qua mihi in tali re peccatum est,imperio simul & anima priuandum me esse dixerim.at superbus sum,& propter arrogantiam nemo ferre me potest:& quis præcedentium regum tam moderatus fuit,tamq́; humanus ciuibus omnibus,tanq̃ pater mitis filijs suis vtens? Primus enim quæ alijs statueram,sicuti priuatus parens,obseruaui.sed qd opus est nunc his sermonibus? si vobis melior ad rempub.administrandã videt Tarquinius,haud equidem inuideo ciuitati,reddito imperio ei qui mihi dedit,populo: ipse priuatus factus,conabor ostẽdere,ꝙ & pulchre imperare scio,& moderate subesse.Hæc cum dixisset, concilium dissoluit.posteaq́; præcones aduocans,iussit eos per compita euntes,populum omnem in concionem conuocare.Concurrente in forum ab omni parte vrbis turba,progressus ipse super pulpitum,longam & commiserandam orationem habuit,actiones ciuiles enumerans,quas & ipse Tarquinio viuo peregerat,&quas post mortem eius.Postremo ait obijcere ei Tarquiniũ,ꝙ haud iuste obtineret regnum,ipsum quidem ad se pertinens,neq; dominum esse populum dando alteri aliena.Clamore autem exorto ex his & indignatione omnium,silere eos iubens Tullius,postulabat,vt aduocatum Tarquinium audirent:si iniuriam accepisse eum inuenirent,principatum ei darent:ipse autem imperio se abdicare dixit, dominisq́; reddere qui id sibi tradidissent.Hæc cum dixisset,velletq́; descendere, clamor vndiq; exortus est,precesq́;,ne cuiquam imperio cederet.Tarquinius interim timens impetum,à turba discessit,fugiens simul cum amicis.Tullium autem omnis multitudo cum plausu vsq; in domum comitata est.At vbi conatu hoc excidit Tarquinius,mœrens nil sibi auxilij fuisse à senatu,cui maxime fidebat, tempus quoddã se domi continuit,cum amicis loquens:deinde suadente vxore,ne amplius mollitiei se traderet,ad opera se accingeret,reconciliationes primũ cum Tullio per amicos inueniens,vt sibi ille credens,minus se obseruaret:& cũ visa esset vxor optima proposuisse,per amicos conuenientibus modis reconciliatus est Tullio viro natura conciliabili.deinde vbi tempus nactus est idoneũ,disperso per agros populo ad perceptionem fructuũ,cum amicis exit habentibus sub amictu gladios,secures tradens ministris,vestẽ ipse assumens regiã,& cætera adducens imperij insignia,atq; in forum pergens,ante curiã per p̃conem in concilium iussit citari senatores.erãt aũt ex composito p̃parati rei ipsius conscij,atq; properãtes ex patricijs cõplures.Tullio aũt domi cõmoranti,dicit quidã processisse in veste regia Tarquiniũ.Ille aũt admiratus audaciã,celerius ex ædibus progredit,atq; in senatũ veniẽs,vidẽsq́; Tarquiniũ in regia

Reges non natura,sed electione.

Nemo bene imperat,nisi qui imperiũ tulerit.

sella habentē regiū ornatū: Quis tibi, inquit, scelestissime hunc ornatū permisit sumere? Respondit ille: Audacia & impudētia tua, qui te ex captiuis natū, ausus es Romanorū creare regē: Tullius excandescens, impetu ad illū fert, depulsurus e sede. q̄d iucunde videns Tarquinius, senem corripiens clamantē & aduocantē ministros, effert, deijcit́q; secundū crepidines curiæ, vix́q; se attollēs, vbi se vidit proditū, anxius, comitantibus paucis, perfusus sanguine, abibat. adest tum vxor Tarquinij, sedēs in vehiculo, Tarquiniū magna voce regē salutauit, dixit́q;: Res peracta est Tarquini pulchre, sed habere viuo Tullio te regnum haud sane licet. scis eñ q̄ sit plebs ei oīs beneuola. His dictis, adscendēs iterū currum, abijt. Tarquinius aūt recte putans monuisse, ministros cū gladijs post eū mittit, qui celeritate iam domo propinquū Tulliū depræhendentes, occidūt. proiecto occiso corpore adhuc palpitante, p̄sto fuit filia. At cū valde arctū esset compitū, vidētes stragē, exturbatæ sunt mulæ, & auriga misericors subsistit, ad dñam respexit. interrogāte illa, cur nō procederet: an nō vides, inq̄t, patrē tuū iacentē mortuū? Illa excandescens, scabellū in aurigā iecit, dicēs: An non duces ignauissime etiā per mortuū? Ille plagā gemēs, vi adegit mulas per corpus genitoris. Ille vicus ante Cyprius vocatus, postea Sceleratus est dictus. Talíq; obitu potitus est Tullius, annos quadraginta regnās. Corpus vxor noctu extulit, nā ob plebē Tarquinius palā efferre nō audebat. nocte sequēti vxor morit̄. Acta sunt hæc anno captiuitatis Iudaicæ 45. In hac ḡnatione Crœsus Lydoꝝ rex, 27. Iudaicæ captiuitatis anno Lydis regnare cœpit. Anaximander Milesius, philosophus & medicus floruit. Anaximenes Milesius Anaximandri auditor, similiter in hac ḡnatione floruit. Aesopus natione Phrygius, fortuna seruus, fabulator clarissimus, eisdē tēporibus in p̄cio fuit maximo, de quo Philostratus in imaginibus, & Aulus Gellius nonnulla referunt.

Cædes Seruij Tullij.

Vicus Cyprius, Sceleratus.

Aesopus.

In hac ḡnatione anno primo, qui fuit annus captiuitatis Iudaicæ xxx. Cyrus Persa Medoꝝ destruxit imperiū, q̄d steterat per annos ducētos quinquagintanouē, transferens illud ad Persas. regnauit ipse ibi primus annis xxx. Qualiter aūt ad Persas venerit regnū Medoꝝ, dissonātia quædā est historiarū. oēs tamen in eo consentiunt, q̄ Astyages vltimus fuerit Medoꝝ rex, auuśq; Cyri maternus. Hic Astyages (vt refert Iustinus) per somniū vidit ex naturalib⁹ filiæ quā vnicam habebat, vitē enatam, cuius palmite oīs Asia obumbrabat̄. Consulti arioli, ex eadē filia nepotem ei futurum, cuius magnitudo p̄nunciaretur, regní́q; ei amissionē portendi responderūt. hoc responso perterritus, neq; claro viro neq; ciui dedit filiā, ne paterna maternave nobilitas, nepotis animū extolleret, sed de gente obscura tunc tēporis Persaꝝ, Cambysi mediocri viro in matrimoniū tradidit. ac nec sic somnij metu deposito, grauidā ad se filiā accersiuit, vt sub eius cōspectu fœtus necaret̄. natus infans, datur occidendus Harpago, omniū consiliorū regis participi. is veritus, si ad filiā regis mortuo patre peruenisset regnū, eo q̄ nullā Astyages virilis sexus prolem genuerat, illa necati infantis vltionē à ministro exigeret, pastori regij pecoris puerū exponendū tradidit. forte eodem tēpore & pastori natus filius erat. vxor igit̄ eius audita expositione pueri, summis p̄cibus rogat sibi afferri & ostēdi pueꝝ, cuius p̄cibus fatigatus pastor, reuersus in syluā, inuenit infantē, canḗq; fœminā vbera infanti p̄bentē, & à feris ac alitibus defendentē. motus misericordia, puerū defert, quem vt in manū mulier accepit, puer veluti ad notā allusit: tantuśq; in illo vigor & dulcis risus apparuit, vt pastorē vxor rogaret, quo suū partū exponeret pro illo. atq; ita permutata sorte, hic pro filio pastoris educit̄, alter pro nepote regis exponit̄. nutrici Sparcon postea nomē fuit, quia canē Persæ sic vocāt. Puer deinde cū inter pastores esset, Cyri nomē accepit. mox rex inter ludentes sorte delectus, cū per lasciuiā cōtumaces flagellis cecidisset, à parentibus puerorū querela est regi delata, indignātibus ingenuos à seruo verberibus affectos. Rex accersito puero & interrogato, cū nihil mutato vultu fecisse se, nisi vt regem, respondisset: miratus constantiā, in memoriam somnij responsí́q; reuocatur, atq; ita cū vultus similitudo, & expositionis tempus, & pastoris cōfessio conuenirēt, nepotem agnouit. Et quoniā defunctus sibi somnio videretur, agitato inter pastores regno, animū minacem in illo fregit. Cæterū Harpago amico suo infestus, in vltionem seruati nepotis, filium eius interfecit, epulanduḿq; patri ignoranti, sed postea intelligēti, tradidit. Harpagus ad præsens dissimulato dolore, odium in vindictam distulit. Interiectó́q; demum tempore, cum adoleuisset Cyrus, admonuit eum Harpagus orbitatis, & quō relegatus in Persas ab auo fuerit, & occidi eū paruulū auus iusserit, vt bñficio suo seruat⁹ sit, vt regē offēderit, vt filiū amiserit, hortat̄ ad regnū se accingat. Sed & eandē viam somnio aggredi visus est Cyrus. Factum est vt Astyages oppugnare volens Persas, tradiderit omnem exercitum Harpago secretario, immemor

Cyrus.

Astyages.

Cambyses.

filij

filij occisi. ille exercitū Cyro commisit, simulq́ꝫ egit, vt Persæ eū regem eligerēt. quo facto, timens Astyages, Dariū consobrinū adoptauit in filiū, & collecto exercitu, congressus est aduersus Cyrū. pugnaq́ꝫ facta, partem exercitus à tergo ponit, & tergiuersantes agi in hostes iubet, nunciatq́ꝫ suis, ni vicerint, non minus hostes etiā post terga inuenturos. Ingens post necessitas pugnandi, & cum Persarū acies paulatim cederet, matres & vxores eorū obuiam occurrunt, orant in p̄lium reuertantur, cunctantibusq́ꝫ sublata veste, obscœna corporis ostendūt, dicentes, num in vteros matrum vel vxorum velint refugere. Hac repressi castigatione, in p̄lium redeunt: & facta impressione, quos fugiebāt, fugere compellūt. In eo prælio Astyages capitur, cui Cyrus nihil aliud nisi regnū abstulit, nepotemq́ꝫ magis q̄ victorem se gessit, eumq́ꝫ regno Hyrcanorū præfecit. Dario vero, tanq̄ fratri matris suæ, tradidit regnum Medorum, tamen sub certa spe reuertendi ad ipsum, quod volunt nonnulli. regnauit annis duodecim anteq̄ interfecit Baltassarem. Quid vero postea egerit Cyrus, si quis scire cupit, legat Xenophontis Cyri pædiam, quam in Latinam vertisse linguam fertur Franciscus Philelphus eques auratus, poeta laureatus, virq́ꝫ præclarissimus, qui in cæteras Cyri laudes ita ait: Cyrus assumptis liberis gentibus Asiæ, cū parua manu Persarum, Medis volentibus atq; Hyrcanis imperauit, subiugauit Syros, Assyrios, Arabes, Cappadocas, Phrygas, vtrosq; Lydos, Carras, Phœnicas, Babylonios. Potitus est etiam Bactrianis & Indis ac Cilicibus, itidem Sacis & illorum finitimis, atq; alijs q̄plurimis gentibus, quarū ne nomina quidem quis dixerit. insuper dominatus est Asianis, Græcis, Cyprios quoq; & Aegyptios imperio tenuit. tātamq́ꝫ omnibus cupiditatem iniecit gratificandi sibi, vt ex eius sententia gubernari optarent. Hæc & multa alia præclarissima eius dicta atq; gesta Xenophon prosequitur. in multis tamen cū alijs scriptoribus iam vsu probatis, discordare videtur, & præcipue circa eius mortem, cū dicat eum apud Persas in regia, interq́ꝫ manus filiorum præmissa longa exhortatione, data omnibus dextra, spiritum exhalasse, quem tamen historici fere omnes bello contra Scythas captum, & mandato Tomyridis reginæ eius gentis, capite truncatum ferunt, quod & autoritate videtur satis vulgatum atq; probatū. Anno quartodecimo huius generationis, qui est annus captiuitatis quartus & quinquagesimus, Euilmerodach filius Nabuchodonosor, rex Babylonis, moritur, relinquens tres filios, quorum primus regnasse dicitur, secundū aliquos, quinq; annis, & secundus aliquot mēses duntaxat, vltimus vero Baltassar, septem & decem annis. quæ si vera sunt, necesse esset ꝙ Euilmerodach etiam regnante patre Nabuchodonosor regnasset, filijq́ꝫ cum ipso: aliàs vix stare posset, ꝙ quinquagesimus annus captiuitatis Iudaicæ, annus vltimus fuisset Baltassar regis Babyloniæ: quo tempore capta Babylonia, monarchia orbis peruenit in Persas. Quod si, vt alij tradunt, trigesimus annus captiuitatis, vltimus Baltassaris putetur, minus stare potest. nam Nabuchodonosor in sacra historia quadraginta & plus annis regnasse inuenit. Sed vtcunq; sit, id satis clarū habetur ex historijs, ꝙ Cyrus Persis prim⁹ regnauit, & trigesimoprimo anno captiuitatis Iudaicæ regnare cœpit: deinde vigesimo anno, qui est quinquagesimus captiuitatis, Babylonem cœpit, interfecto Baltassare rege Chaldæorū, vixitq́ꝫ postea decē annos. Subiugato Crœso, à Tomyri Scytharū regina tandē est occisus. At cū Baltassar inueniatur regnasse annis septem & decē, oportuit eū incepisse regnare anno captiuitatis quarto & trigesimo. sic Euilmerodach nō regnasset octo & decē annos, nisi dicere velimus, vt rationabiliter dici potest, ꝙ regnare inceperit primo anno quo pater suus Nabuchodonosor insanus est factus, & tūc regnauerit per septē annos pro patre, vt aliqui volunt, quibus & Nicolaus de Lyra cōsentit. quomodo aūt postea cesserit patri, dicūt ꝙ hoc fecerūt principes qui eius malitiam odiebant. vnde volūt ꝙ propter mala quæ fecit tēpore infirmitatis paternæ, fuerit postea incarceratus à patre cū Ioachin rege Iuda, vbi mansit vsq; ad mortē patris, & rursum regnare cœpit, ac Iechoniam à carcere relaxauit. & sic regnare cœpisset Euilmerodach anno captiuitatis Iudaicæ quintodecimo aut sextodecimo. Quod aūt post mortē ipsius nō Baltassar, sed eiusdē fratres duo successiue regnauerint, multis nō placet, etsi velit hoc Metasthenes, sed volūt Baltassarē fuisse. nam in veritate post Nabuchodonosor non regnauerunt in Chaldæa, nisi Euilmerodach filius, & post illū Baltassar ex filio nepos. In hac ḡnatione anno xiiij. qui est annus Iudaicæ captiuitatis quartus & q̄dragesimus, anno ab vrbe cōdita ducētesimosexto, Olympiade quinquagesimanona, Lucius Tarquinius principatū suscepit, nō legibus quidē, sed armis occupās, regū Romanorum septimus, regnauit annis xxxv. hic mox plebis multitudinem despiciēs, patriciosq́ꝫ, à quibus erat ad imperiū perductus: consuetudines, leges & ornatū gentilē omnē, quo

Xenophon de Cyro. Franciscus Philelphus.

Qui successerit Nabuchodonosori.

Tarquinius Superb⁹ Romanoꝝ rex septimus.

priores reges vrbē decorabāt, confundēs, in cōfessam tyrannidē principatū cōuertit, primū quidē custodiā circū se statuens hominū ferocissimorū, qui nocte circa regiā excubabant, ac per diē exeuntem illū sequebant quoquo iret. dabat respōsa de publicis domi plurimū, & adstātibus necessarijs suis, in foro parū. ingredi ad se neminem permittebat, nisi vocatū. adeuntibus nequaq̄ benignus, sed vt tyrānus, grauis atq; difficilis. cōtrouersiarū iudicia nō ad iura, nō ad leges, sed ad mores suos referēs peragebat, propter q̄ cognomentū illi imposuerūt Romani, Superbi. Postq̄ aūt iā stabilisset imperiū, in criminationes adducebat multos illustres viros, primū quidē soceri amicos, deinde etiā ex cæteris q̄s suspicabat ægre ferre mutationē regis: & quibus multæ erāt opes, illos morte, alios exilio mulctās, occisorū & proscriptorū bona auferēs: parte parua accusatoribus ad hoc subornata, maiorē ipse capiebat. Erant tū multi intelligētes, qua causa insidiæ tenderent, qui spōte relicta vrbe, abiere: erāt etiā qui occulte perdebant, viri p̄digni, quorū nec corpora postea apparebāt. Vbi vero iā ab eo perdita est pars senatus p̄clarior, mortibus exilijsq; perpetuis, senatū aliū constituit, adducens ipse ad honores amicos suos: nec huiusmodi tn̄ viris quidq̄ agere permisit, nisi q̄d iussisset, vt qui relicti erāt in senatu aduersarij Tullij, intelligerēt se fiducia sua priuatos esse, suspicantes grauiora p̄sentibus quæ expectabantur. Cernentes aūt plebeij ista, iusta ipsos pati opinabant, gaudebantq; præ voluptate. Euenere tamen eis etiam haud multo post grauia. nam & leges scriptas à Tullio, quibus ex æquo iusta inuicē capiebant omnes, sustulit, collationes tributorum ex censu diuertit, moremq; pristinum restituit: & cum ei opus esset pecunijs, parem summā cum locuplete pauperrimus conferebat. Conuentus oēs paganorū, aut curiarū, aut vicinorū, & in vrbe & per agros immolationes & sacrificia oīa publica, ne amplius fierent, edixit, ne conuenientes in vnum, multa arcana inter se consilia agitarent de dissolutione imperij. vnde ad ius regni neq; quidq̄ præter vim sibi persuasit profore, eo actus, vt in charitate ciuiū nihil spei reponēs, iudicarit regnū sibi vi esse tutandū, atq; ad id perficiendū, teste Eutropio, varia excogitauit tormētorū genera, vincula scilicet, taureas, fustes, laminas, carceres, cōpedes, exilia & metalla. hic filiā Latinorū principi, vt eius amicitiā sibi cōciliaret, vxorē dedit. quo facto, statim Volscis bellū intulit, & Suessam Pometiā vi cepit. Gabinos vero dolo circūuenit. illos eīn cū nulla vi superare posset, dissoluere aūt bellū turpiter existimaret, filiū Sextū Tarquiniū ex cōposito, quasi proditorē patris, virgis cædi in foro iussit. Quo diuulgato, filius quasi se vlturus, ad hostes conuolauit, multos secū clientes ducens. Putantes aūt Gabini magnū sibi accedere cōmodū, neq; minus item decepti ex his, q̄ ageret rebellis patri Sextus. quoties eīn exierat, nō sine magna reuersus est p̄da. submittebat eīn illi pater cōtinuo p̄dandos aliquos ex ciuibus. Ex his oībus amicū sibi fidumq; virū putantes Sextū Gabini, inter q̄s pecunia multos inescarat atq; corruperat, rati bonū esse imperatorem, eum p̄ficiunt. mox Sextus latēter de potestate sibi facta patrē certiorē faciēs, quid facto opus esset, sciscitat. Tarquinius vero cognoscere nolēs famulū, q̄ facere filiū iuberet, ducēs eū in hortū, vbi papauera erāt nata, pertrāsiensq;, capita summa ferro feriēs decutiebat, dimisitq; nunciū, nihil respondēs, sæpius interrogatus. reuertitur nuncius sine responso. id q̄d ociosum putabat se vidisse, ridebat. Sextus patris intelligēs mentē, in concionē vocat omnē multitudinē. p̄cipuum ex ciuibus, cui nomen erat Petroni Antistio, accusat q̄ se patri prodere statuisset. subornauerat eīn vnū e familia ciuis illius, qui epistolā Tarquinij annulo signatam, in eius ædibus posuerat. Negante illo, perscrutari domū illius imperabat. placuit id accusato. mittuntur scrutatores, inueniunt epistolā signatam, cū alijs nōnullis literis in plures ciues cōpositis. datur epistola gemma patris signata, scribæ legenda, in qua erat scriptum, vt viuū sibi traderet filiū, reciperetq; ex cōposito mercedē. q̄d si sibi nō esset possibile, caput ei decidēs mitteret: q̄d si faceret, ei cæterisq; operis adiutoribus pollicitus erat p̄mia, Romæ vrbis ciuilitatē, patriciāq; dignitatē. Quibus lectis, irati Gabini, stupefactū Antistiū, ac ne vocē quidē ex tēpore valentē emittere, lapidibus interficiunt, deq; alijs inquisitionē faciunt, vt suppliciū de eis sumeret, Sexto permisere. Is itaq; amicis custodiā portarū tradens, multos illustres occidit, & dū tumultus fieret, interea Tarquinius copijs aduentabat, circiter mediā noctē apertis portis, exercitū introducit, ac sine labore vrbis dn̄s factus est. Post q̄d opus templū Ioui extruere statuit in monte Tarpeio, vbi cū foderēt fundamentū, repertū est caput nuper occisi hoīs, manabatq; sanguinē calidū adhuc. quod videns Tarquinius, à fossione iussit subsistere. vates consuluit, prodigium hoc quid sibi vellet. consultus vates Hetruscus: Viri Romani, ait, fato datur, caput Italiæ fore omnis hunc locū, in quo caput est repertū. Ex illo q̄q; tempore, Capitolinus vocat is locus ab

Leges Tullij sublatæ.

Genera tormentorum.

Thrasybuli strategema imitat⁹ Tarquinius.

Capti Gabij.

Prodigium

ab inuentione capitis. mox Tarquinius restituit operibus artifices, templum tamẽ explere non potuit, citius excidens principatu. Memoratu dignum est, ꝙ ad Tarquinium mulier quædam venit, libros vendere volens nouem, plenos oraculo. sed cum iudicio regis precium peteret nimium, ab ipso derisa est. tunc coram rege igne facto, tres ex illis combussit libros: interrogat, si rex residuos sex æquali precio comparare vellet, qui respondit anum istam delirare. quæ statim tres alios combussit, interrogans regem, si saltem tres residuos emere vellet. qui mulieris videns cõstantiã, tres libros emit non minori precio, q̃ nouem emisset. mulier autem illa postmodum abiens, nusquam comparuit. vnde consilio augurum libri hi tres in sacrarium conditi, Sibyllini appellati sunt. Ad eos quasi ad oraculũ quindecim viri adibant, cum essent dij publice consulendi. Hæc A. Gellius in primo noct. Atticarum. permanserunt oracula vsq; ad bellum Marsicum in templo Iouis Capitolini, ab hominibus decẽ custoditi, post 175. vero olympiadem incenso templo, simul igni corrupta fuerunt, alia tamen in eorum locum hinc inde compilata, fuere reposita. Hæc cum egisset pace belloq́;, in senatum cædibus, in plebem verberib⁹, in omnes bonos superbia ac crudelitate grassatus, tam diu superbiam populus Ro. pertulit, donec libido affuit, *hãc liberorum suorum cõtumeliam ferre non potuit, ob quam regno simul vrbeq́; expellitur, præsignificãte ei augurio tali: Aquilæ conuenientes in adiacẽtem regiæ locum veris tempore, finxere nidos in vertice excelsæ palmæ, his aũt aquilis implumes adhuc pullos habentibus, congregati vultures aduolantes nidum euerterunt, occideruntq́; pullos, atq; redeũtes e pastu aquilas pungẽtes atq; ferientes, à palma abegerunt. Hæc videns Tarquinius auguria, fallere fata statuit, sed tamen vim diuinam superare non potuit qua vlciscendus erat. Ardeam vrbem Tarquinius obsidebat, 18. milliario ab vrbe positam, prætendens causum ꝙ Romanos exules susepissent, conspirassentq́; cum eis de reditu. repugnantibus autem strenue Ardeatibus, ac durante diu obsidione, in contubernio regiorum iuuenum Ardeæ erat Tarquinius Collatinus, vbi cum forte in liberiore conuiuio coniugem suam vnusquisq; laudaret, placuit experiri. Itaq; equis Romam petũt, regias nurus in conuiuio & luxu depræhendunt. inde Collatiam petunt, Lucretiam inter ancillas in lanificio offendunt, itaq; ea pudicissima iudicatur, ad quam corrũpendam Tarquinius Sextus nocte Collatiam redijt, & iure propinquitatis in domum Collatini venit, & in cubiculum Lucretiæ irrupit, pudicitiam expugnauit. Illa postera die aduocatis patre & coniuge, rem exposuit, & se cultro quem veste texerat, occidit. Clamore aũt, luctu & comploratione domum oẽm detinente, Collatinus in medio positam Lucretiam, circumfusumq́; ei patrem alte gemens, complectens mortuam osculabatur, alloquebaturq́; vt viuentẽ. valde aũt cõplorãte eo, ex altera parte patre, vniuersisq́; lamentantibus, respiciẽs in eos Brutus: Innumera, inquit, habebitis tempora Lucreti & Collatine, & vos oẽs huius fœminæ propinqui, per quæ ipsam defleatis. at nunc ipsam vt vlciscamur, consideremus. hoc eñ tempus pręsens poscit. est vtiq; fato datum Romanis, vt à me & per me intolerabili seruitute liberentur. Nunc ego simulationem depono. visus est aũt probabilia dicere, atq; sedentes seorsum soli ipsi, familiaremq́; turbam remouentes, qd opus esset consultabant. primus aũt Brutus incipiẽs de se dicere, ꝙ apparentem fatuitatem necessitate hactenus simulasset, causasq́; dicens ob quas simulationem hanc sustinuisset, visus est oĩm hoĩm prudentissimus. post hoc suadebat eis, vt Tarquinium filiosq́; eius vrbe pellerent, idq́; factu facilimum demonstrabat: nam milites diuturnitatem belli ægerrime ferentes, & in vrbe Roma tributis fessi, ad defectionem spectarent, modo aliquis inciperet. Quæ cum dixisset, cõfestim cultrum ex Lucretiæ vulnere extractum sumens, cruorem præ se ferentẽ, magna voce dixit, Per hũc sanguinem iuro, me deinceps Tarquinium persequi Superbum, & neq; illum nec alium Romæ regnare passurum quoad vixero. His dictis, qui aderant, Lucretius pater, Tarquinius Collatinus, Publius Valerius, reliqui quoq; oẽs viri illustres, nihil dubitantes, suscepto cultro idem iurarunt. Quibus ita perfectis, subiecit Brutus talia: Primum, inquit, custodes portis adhibeamus, ne quid agatur in vrbe, tyrannus sentiat, postea ferentes corpus mulieris in forum, ita vt erat sanguine consperſum, proponentesq́; in aperto, conuocemus cõcionem populi, omniaq́; vt patrata sunt, publicemus. accusetur Tarquinius, exhortenturq́; ad libertatem ciues. erit id oĩbus ad votum, si vos videant patricios principes libertatis, parua occasione indigebunt. Hæc cum dixisset, & oĩbus placuisset, vt erant in vrbe potentes, absente rege, turba cõgregata est. dimissi præcones per compita, populum euocantes. exiuerunt mox in forũ. sequebantur eos famuli sup funere nigris vestibus strato ferẽtes incultã sanguineq́; cõspersam mortuam, quam ante curiã poni iubentes altam & conspicuam, populum aduocant,

Libri Sibyllini.

Lucretia.

Iunij Bruti consiliũ.

Bruti orō.

adſcendensq́ Brutus pulpitum cum patricijs, hæc dixit: De neceſſarijs rebus o Romani ciues verba apud vos facturus, de me primum pauca præfari volo: multis ego perturbata mente videor, ſciatis opinionem communem quam habetis de me oēs, vt de fatuo, à me ex neceſſitate confictam. cauſa, metus fuit mortis. patrem em̄ meū Tarquinius occidēs, facultates ſimul vt occuparet illiꝰ, fratrē vltionē q̄rentem interfecit. non idem mihi pepercisset, niſi ſimulaſſem fatuitatem. hæc me cōfictio credita, à tyranno conſeruauit, vti nihil obeſſe valerē. venit aūt tempus q̄d optabā & expectabā, & de me quidem tm̄. Publica vero, quorum cauſa vos in concionem conuocaui, hæc ſunt: Tarquinium ſcitis neq; ex patria conſuetudine aut lege principatum occupantem, neque poſtq̄ obtinuit, eo regie vtentem, ſed contumelijs & iniquitate tranſgreſſum oēs quicunq; fuerint vnq̄ tyrannos. Hic eſt, o ciues, Tarquinius is, qui anteq̄ imperium caperet, Aruntem fratrem ſuum ſuſtulit, adiutricem in hoc ſcelus illus vxorem capiens, ſuę ipſius vxoris ſororem, cui ſtupro commiſcebatur: & nuptam ſibi pudicam fœminā & filiorum ſociam venenis interficiens, homicidam ſponſam in cubiculum ſororis duxit. deinde Seruium clementiſſimū regum, deq́ vobis optime meritum, palam interficiens, neq; ſepultura dignans, Tarquiniam vxorem eius, patris ſui ſororem, prius q̄ virum lugere poſſet, laqueo confecit, à quibus ipſe ſeruatus erat & apud eos educatus. ſed quid iſtis? ſcitis nempe quæ in patriam vosq́ oēs perfecit, quomodo tranſgreſſus eſt ad principatum armis & ui, & improborum coniurationibus, vobis inuitis. age vero, poſtq̄ poteſtatem obtinuit, vtrum ea vſus eſt regie, ęmulatus priores principes, qui dicendo & agendo vrbem feliciorē reddere conati ſunt? an non miſere peſſimeq́ oēs ab iſto affecti ſumus? pauci ex multis relicti, humiles ex magnis facti, in pauptate grauiq; anxietate, ex innumeris excidentes bonis, clari illi grauesq́ & magni viri, per q̄s illuſtris aliquando vrbs noſtra fuit. alij perditi, alij patriam fugientes. ſed & res veſtræ quo ſe modo habent, quirites? an non vobis ademptæ leges, ſacrificia, immolationes, conuentus, inhibita conuiuia? & quis erit finis calamitatum? quando patriam libertatem obtinebimus? moriente ne Tarquinio? peius tunc erit, vobis tres pro vno habituris. Tarquinios multo ſceleſtiores patre, quales ſperabitis fore ex illo genitos, quibus genus improbū, educationes prauæ? ſed vt certo cognoſcatis, quales vobis educat catulos Tarquinius, ſpectate opus eorum vnius æuo maximi: Hæc eſt Sp. Lucretij filia, quem præfectum vrbis tyrannus ad bellum exiens declarauit, Tarquinij eadem Collatini vxor, cognati horum tyrannorum. ipſa enim viuere pudice volens, virum ſuum diligens, hoſpitante apud ſe Sexto Tarquinio propter cognationem, heſterna nocte Collatino ad exercitum profecto, libidinoſam contumeliam tyrannidis non potuit effugere, ſed vt captiua, vim paſſa eſt. Quæ contumeliam hanc non ferens, poſtq̄ neceſſarijs ſuis fortunas has percurrit, multis adhibitis precibus & obſecrationibus, vt malorum ſuorum vindices ipſi fierent, abſconſum gladium ſinu nudans, per viſcera trāſegit. O admirabilis tu Lucretia, ſummis laudibus efferenda, non ſuſtinens tyrannicam contumeliam, vitæ omnes paruipendens voluptates, ne quid te tale amplius pati oporteret. nos viri, inferiores erimus virtute mulieribus? Et illi quidem, quia vna paſſa eſt nocte tyrannidem, per vim pudore priuata, ſuauior beatiorq́ viſa eſt mors, quàm vita: nobis nihil conſtabit, quos non vnum diem tyrannus, ſed per tot curricula annorum vexans libertate priuauit? libetne tot volutatos malis viuere? Atqui omnium eſt duorum alterum eligendum: aut vita libera, aut mors glorioſa. venit iam quod optauimus, tempus, ſi ad opera cum promptitudine accingamur, nullo nobis deficiente, non corporibus, non pecunijs, non armis, non ducibus. plena enim horum vrbs eſt omnium. turpe eſt, nos Volſcorum Sabinorumq́ principatum poſtulantes, ſeruire ipſos alijs. Quod ſi aliqui veſtrum timent ciues qui cum Tarquinio militant, haud recte timent. innatum eſt enim omnibus hominibus libertatis deſiderium, grauisq́ tyrannus vniuerſis. omnis mutationis occaſio ſatis eſt eis, qui ſunt per neceſſitatem calamitoſi. Si vero aliquibus eorum amor inſidet tyrannidis, facile erit vt ex improbis probi fiant. habebimus enim in vrbe obſides eorum filios & vxores ac parentes, quæ res ſunt anima cuiq; propria chariores, facile eis perſuadebimus. Quas ob cauſas quirites fidenter in certamen prodite, bellorum omnium pulcherrimum hoc ſtatuentes. Talia dicente Bruto, exclamatur, plurimis lachrymæ præ gaudio defluebant, ac velut ex vno ore omnes vociferabantur ad arma. Placuit curijs vniuerſis, Tarquinios genusq́ eorum omne ex vrbe Roma Romanorumq́ regione pellere, & in exilium dare. neminem licere de reditu Tarquiniorum quidquam agere vel dicere. ſi quis contraria his faciens inueniatur, ipſum mori iureiurādo decreuere. Igitur (vt ait Florus) Bruto Collatinoq́ ducibus & autoribus, quibus vltionem ſui moriens matrona mandaue-

Aut vita libera, aut mors.

Pellit Tarquinius.

dauerat, populus Romanus ad vindicandum libertatis ac pudicitiæ decus, q̃dam quasi instinctu deorum concitatus, regem repente destituit. Moxq́ abrogato rege, imperium in eosdem libertatis suæ vindices transfert. Elegit enim duos viros, peracturos omnia quæcunq; agere licebat regibus, Brutum & Collatinum, consulesq́; appellauit, quorum potestas esset annua, & vt dicit Eutropius, ideo annua, ne per diuturnitatem potestatis insolentiores redderentur, ideo duo creati sunt, vt si vnus malus esse voluisset, alter habens potestatem similem, eum impediret. Brutus iste cum aliquando puer videret à rege Tarquinio auunculo suo, omnem nobilitatis indolem excerpi, interq́ cæteros etiam fratrem suum, q̃ vegetioris ingenij esset interfectũ, obtusi cordis se esse simulauit, eaq́ fallacia maximas texit virtutes suas. profectus etiã Delphos cum Tarquinij filijs, quos rex ad Apollinem muneribus honorandum misit, aurum cauato baculo inclusum tulit, quia aperte venerari numen non audebat. Peractis inde omnibus, Apollinem iuuenes consuluerunt, quisnam ex ipsis Romæ videretur regnaturus. Apollo respõdit, qui ante omnes osculum matri daret. Iuuenes Tarquinij, oraculi sensum ignorantes, inter se composuerunt, vnà matrem osculari volentes, communiter regnum obtinere. Brutus aũt intelligens quid vellet oraculum, vbi Italicam terram attigit, eam osculatus est, hanc putans oĩm hoĩm esse matrem. quod tam vafre factum, inquit Valer. Max. vrbi libertatem, Bruto primum in fastis locum tribuit. Siquidem penes illum ipsum, vti scribemus, imperiũ atq; summa fuit vrbis Romæ potestas. Rex aũt Tarquinius, vt ad historiam redeamus, accipiẽs nouari hæc in vrbe, nemini quidq̃ aperiens, subductus est ab exercitu, assumptis filijs amicorumq́ fidissimis, agẽs equos, præuenturus defectionem: sed inueniens portas clausas, plenaq́ armis propugnacula, rediit iterum ad exercitũ q̃ potuit celerrime, gemens ac dira præsagiens. Contigit aũt quoq; in exercitu iam res esse corruptas. nam consules celerem eius præsentiam præuenientes, miserunt alijs itineribus literas ad eos qui in castris erant, narrãtes flagitia, adhortantesq́ vt à tyranno deficerent, & quæ visa essent ciuibus in vrbe pro libertate manifesta eis facientes. has aũt literas accipiẽtes hi, q relicti erãt à tyrãno in exercitu, Titus Ermenius & M. Horatius, legerũt in cõcione, sentẽtias exquirẽtes p cẽturias, qd opus esset facto. ac postq̃ oĩbus visum est, vt rata ducerẽt iudicata in vrbe, superuenientem Tarquiniũ non receperũt, isq́ repulsus, cum paucis fugit ad vrbẽ Gabios, quorum regẽ designauerat filiũ Sex. Tarquiniũ. Ermenius aũt & Horatius pactis cũ Ardeatibus inducijs in annos 15. duxere domum exercitum. Hæc est prima ætas & quasi infantia populi Romani, quam habuit sub regibus septem per annos ducentos q̃draginta tres, quadam fatorum industria. nam quid Romulo ardentius? quid Numa religiosius? deinde Tullus bellatoribus viris artifex necessarius, Ancus ædificator egregius. Iam vero Tarquinij quę ornamenta? & actus à Seruio census qd effecit, nisi vt ipsa se nosceret respub? Postremo Superbi illius importuna dñatio in tyrannidem versa, p hos viros est dissoluta, olympiade sexta & sexagesima. Anno vltimo regis Baltassar, Cyrus cunctis (vt dictum est) perdomitis, aduersus quos ierat, Babyloniorũ vrbem caput Assyriorũ, obsidere cœpit. aderat tum etiam Darius, si vno tpe à Cyro atq; Dario Babylon est capta. Quo minus aũt capere posset ciuitatẽ, Gyndes fluuius impediuit, in quo vnum regiorum equorum præcipuum, cum equite transmeandi fiducia psuaso, abreptum vi fluminis præcipitatumq́ amisit rex, ex quo iratus, vlcisci in amnẽ statuit, nec in peragendo segnior, totis copijs perpeti anno Gyndem fluuium per magnas cõcisum deductumq́ fossas, obsessis non sentientibus, neq; aliquid metuẽtibus, in plurimos alueos cõminuit. simili quoq; ingenio Euphratẽ p mediã Babyloniã fluentem, à proprio alueo deriuauit, ac sic meabilibus vadis siccum, etiam patentibus aluei partibus, iter fecit. die vero p̃cedẽte, anteq̃ fossores vltimũ aggerẽ rupissent, Baltassar obsidẽtes minime curans, nihilq́ dubitans, grande conuiuium fecit optimatibus suis mille, curauitq́ vt afferrentur vasa quæ absportauerat Nabuchodonosor auus suus de tẽplo dñi, bibebant ex eis cum rege optimates, vxores & cõcubinæ eius, exultabat aũt & gratias agebat dijs suis. In eadẽ hora apparuit cõtra eum manus, scribẽs in pariete in hæc verba, Mane, Thetel, Phares. cumq́ rex vidisset manũ & scripturã, euanuit manus. rex conturbatus, exclamauit vt introducerẽtur magi Chaldæorum, & ait ad eos: Qui legerit scripturam hanc, & interpretationem eius dixerit, purpura vestietur, torquem auream habebit in collo, & tertius erit in regno meo. Illi aũt non potuerunt ei satisfacere, & ingressa regina, ait ad regem: Est vir in regno tuo qui spm̃ deorum habet, quem auus tuus principem magorum constituit: hic vocetur, & om̃ia dicet tibi. Cumq́ intrasset Daniel, promisit ei rex prædicta munera. qui respondit: Munera tua sint tibi, scripturã aũt legã & exponã. Nosti q̃ Deus excelsus dederat regnũ patri tuo, id est,

Consularis potestas.

Bruti vafricies.

Cyrus cepit Babylonem.

Manus scribentis in pariete.

id est, auo, & non cognouit, propterea fœnum vt bos comedit, donec cognosceret. tu quoq; cum scires hæc oĩa, aduersus Deum cœli eleuat⁹ es, & vasa eius prophanasti, tradens ea manibus immundis, & bibens in eis, deos laudasti, qui nec viuunt nec sentiũt. Deum vero qui flatum tuum in manu sua habet, nõ glorificasti: propterea ista coram te exarata sunt, Mane, Thetel, Phares: quod sonat, Numerus, Appensio, Diuisio. & est sensus, numerauit Deus regnum tuum, id est, compleuit, appẽsus es in statera, & inuentus es minus habens, id est, iusto Dei iudicio minus viuens, diuisum est regnum tuum, datum est Medis & Persis. & tradidit ei rex purpuram, promissaq; donaria cætera. Eadem nocte vada fluuij siccata sunt, & ceperunt Cyrus atq; Darius vrbem, quam vel opere humano extrui potuisse, vel virtute humana destrui posse, vtrunq; pene incredibile apud mortales est. Ea est Babylonia à *Nembroth gigante fundata, à Nino vel Semiramide reparata. hæc campi planitie vndiq; conspicua, natura loci lætissima, castrorum facie, mœnibus parib⁹ per quadrum disposita, murorum vix credibilis relatu firmitas, & latitudo cubitorum quinquaginta, altitudo ducentorum. cæterum ambitus eius quadringentis octoginta stadijs circunducebatur, murus coctili latere atq; interfuso bitumine compactus. fossa extrinsecus late patens, à fronte muroꝝ centum portæ, habitationes proceritate mirabiles. Magna illa Babylon, prima post reparatiõem humani generis condita, sic capta est. rex quoq; Baltassar eadem nocte interfectus. fertur ibi tunc Crœsus rex Lydorum, cum ad auxiliandum Babylonijs venisset, solicitus in regnum refugisse suum. De regionis Babylonicæ potentia atq; institutis plura legũtur. memoratu dignum hoc mihi videtur, legem habuerunt Babylonij, autore Herodoto, vbi virgines effectæ fuerunt nubiles, eas congregabant in vnum locum. tunc surgens præco, singulatim eas vendebat, & primum pulcherrimam quantum poterat maiori precio, deinde secundam plus offerenti vendebat, & sic consequenter vsq; ad deformiores. hoc modo aurum ex speciosis conficiebatur, postea deformiores ex precio prædicto quàm minimo fieri poterat, locabantur in matrimonium. ita factum est vt non solũ pulchræ maritos consequerẽtur, sed & fœdæ ac deformes. Capta vt sic Babylone, & interfecto Baltassar, successit ei Darius in regnũ: nam Cyrus ei tanquam maiori, honorem in omnibus deferebat.

Puellarum venditio.

GENERATIO LIII.

ANno à mundi exordio 4685. in Zorobabel aliàs Barachia, filio Salatiel, duce populi, per lineam Christi incepit 53. generatio, durauit annis 58. Eodem anno interfecto Baltassar vltimo rege Babyloniorum, translata est re ipsa monarchia Assyriorum ad Persas. durauit autem secundum communiter scribentes, ducentis & decem annis, sed secundum Metasthenem Persam, qui Alexandri fuit temporibus, in lib. annalium seu iudiciorum, cui in eo q̃d de suis scribit tẽporibus & de sua gente, magis credendum est, quem etiam secutus est Philo disertissimus, scribens de tẽporibus, durauit monarchia Persarum ab interfecto Baltassar vsq; ad Alexãdrum Magnum, annis vno & nonaginta supra centum. q̃d ita patebit: Baltassare eñ interfecto, regnauerunt simul Cyrus & Darius annis duobus. Inde solus Cyrus duobus & viginti. Filius Darij Priscus Artaxerxes Assuerus, annis viginti. vltione interea sumpta de factione Tomyrica, quæ per dolum patruum tradiderat *Tomyri, huius duo filij Cyrus Artabanes & Darius Longimanus, septem mensibus pro imperio dimicarunt, & septimo mense Longimano victoria cessit, regnauitq; annis 37. eius filius Darius Nothos annis 19. Magnus Artaxerxes*, Darius Meneon annis 55. Artaxerxes Ochus 26. Nostra ætate, inquit Metasthenes, Arses 4. Darius vltimus 6. Magnus Alexander, qui trãstulit imperium in Græcos, 12. alij ponunt annos 6. vt dicetur. Concordat Philo lib. 2. de temporibus, vbi describit põtifices & duces: Iesus ait, filius Iosedech, magnus pontifex cum Barachia Zorobabele, filio Mesezebelis Salatielis Neri, anno primo Cyri venit Hierosolymam, gessit pontificatum annis 56. ei successit Ioakin annis 56. qui gesta Hester scripsit sub Artaxerxe Assuero, hortante illum per literas Mardocheo, qui 18. annis Isaac superauit, & sic vixit annis duo de ducentis. Tertius pontifex successit Eliasib annis 21. hic primus posuit Hierosolymis portam gregis, quartus pontifex Ioiada gessit pontificatum annis 24. & totidem Ioathan. Vltimus sub Persis fuit sextus pontifex Iaddua annis 10. Porro duces in captiuitatis solutione erant, iam dictus Zorobabel præfuit annis 58. Resa Mysciolla 66. Iohanna ben Resa 53. Iudas primus cognomine Hyrcanus 14. vsq; ad Alexandrum, & hæc secundum Metasthenem & Philonem, sed secundum communiter scribentes fuerunt plures reges Persarum monarchæ, ab interfecto scilicet Baltassar vsq; ad Alexãdrum Magnum. Cyrus fuit primus, qui regnauit annis x. Cambyses 8. Darius 36. Xerxes 20. Artaxerxes Longimanus 40. Dari-

Tralatio monarchiæ Babyloniorũ ad Persas

Darius Nothos 29. Artaxerxes Menon 40. Artaxerxes Ochus 26. Arses 4. Darius Magnus sex, quem Alexander deuicit, prout in longum dicetur. Soluta captiuitate, Darius rex sumens Danielem qui in Babylone erat, & exterminium vrbis prædixerat, duxit eum secum in Mediam, & vnum de tribus satrapis fecit, cogitauitq; eum constituere super omne regnum. vnde principes inuidebant ei, & consilium contra eum fecerunt, vt quicunq; peteret aliquid à quocunq; Deo, nisi à rege, mitteretur in lacum leonum. induxeruntq; regem vt hoc confirmaret seruandum ad 30. dies pro augẽda maiestate. sciebant enim Danielem non curaturum. nam paulo post ipse ingressus in domum suam, fenestris apertis in cœnaculo contra Hierusalem, tribus vicibus in die flectens genua, orabat. Cumq; inuenissent viri isti eum orantem, accusauerunt illũ transgressorem esse decreti. hoc audito contristatus est rex, & volebat liberare eum. quod



vidẽtes illi, dixerunt: Scito quia lex huius regni est, vt decretum regis non liceat immutare. miserunt Danielem in lacum leonum, rex aũt obsignauit lacum annulo suo & optimatum annulis in introitu. Incœnatus vero rex, totam noctem duxit insomnem, diluculo rediit ad lacum, & flens exclamauit: Daniel serue Dei. qui respondit, Deus meus misit angelum suum, & conclusit ora leonum, quia nõ est inuenta in me iniquitas, & reductus est in nullo læsus. Dixerunt aũt qui accusauerunt eum, non Dei prouidentia factum, sed saturos fuisse leones. tunc rex iussit leonibus multas carnes apponere, eisq; satiatis, accusatores Daniel misit ad lacum cum vxoribus & filijs: & anteq̃ peruenirent ad pauimentum, arripiunt eos leones, ossa eorum comminuentes. Scripsit Darius vniuerso regno suo, dicens: Paueant oẽs Deum Danielis. ipse eñ est Deus viuens & æternus in secula. Et ęgrotauit Daniel paululũ. cumq; surrexisset, faciebat regi, vt aliqui volũt, mausoleum in Ecbatanis. quod hactenus manet, vt dicit Iosephus, ita mirabile, vt ea die qua conspicitur, putetur constructum. In anno primo Darij filij Assueri, quæ fuisse fertur Danielis visio octaua, inquit eñ, ego Daniel intellexi in libris Hieremiæ, vt ad completionẽ appropinquarẽt anni 70. & oraui dñm in ieiunio, cinere & sacco, iustus es dñe, peccauimus, iniquitatem fecimus, auertatur obsecro ira tua à ciuitate tua Hierusalem & monte sancto tuo. Et adhuc me loquẽte, ecce vir Gabriel tetigit me, & ait: Ab exordio precum tuarum egressa est liberationis sentẽtia à Deo, ego aũt veni vt indicarem ea tibi & quædam alia, quia vir desideriorum es tu. Tunc aperuit ei liberationem spũalem, futuram per Christum, inter cætera dicens: Scito ergo & animaduerte ab exitu sermonis, vt iterum ædificetur Hierusalem, vsq; ad Christum ducem hebdomades septem & †72. erunt, intellige hebdomadas annorum, non dierum. his verbis Christi incarnationẽ designat angelus, qui legem & prophetias impleuit, peccata tulit, iustitiam adduxit, & vnctus est oleo lætitiæ. Abbreuiatas vero dicit hebdomadas, vt intelligamus annos lunares, qui breuiores sunt solaribus xi. diebus. Septuaginta hebdomades annorum solarium, faciũt annos 475. lunarium vero annorum, faciũt annos 490. & est sensus, q; ab exitu sermonis vt reædificet Hierusalẽ vsq; ad ducẽ Christũ, fluxerũt anni 490. q̃s annos tñ varie scriptores numerare cœperũt. posset tñ non incõgrue dici, ideo sic se habere, quia à primo anno Darij fluxerũt 539. anni vsq; ad Christi natiuitatem. Anno primo Darij Daniel intelligens imminere 70. annũ captiuitatis, orauit dñm, vt Darius & Cyrus liberarẽt populũ suũ, & data est à Deo sentẽtia de licẽtia redeundi danda. Ex tũc Darius disponebat de libertate & licẽtia danda Hebræis, sed pũentus morte, nõ impleuit. Cyrus aũt, cum vniuersum regnũ deuolutũ esset ad eum, in huius regni anno primo, scilicet q̃ solus monarchiam obtinuit, aliàs erat tertius regni Babyloniæ, hoc in tpe suscitauit dñs spm̃ eius, vt impleretur verbũ Hieremiæ. Deditq; libertatẽ oĩbus Iudæis, qui erant in vniuerso regno suo, & licentiam redeundi in Iudæam. Excitatus aũt fuit ex verbis Esaiæ, qui ante 200. & decem annos scripserat de ipso dñm dicentem: christo meo Cyro, cuius appræhendi dextram, subijciam gentes & regna, ipse reædificabit domum meam in Hierusalẽ. vnde & Cyrus: Oĩa, inquit, regna terræ dedit mihi dñs Deus cœli, credo hunc esse quem gens Israel adorat. hortatus est Iudæos vt adscenderent in Iudæam. Ipsi vero, quia fere oẽs nati erant à Chaldæa, & possessiones ibi habebant, eligebant remanere, pauci vero qui adscendere dispo

Daniel seruatus inter leones.

Sententia liberations.

disponebant,pigri erant & morosi vsq; ad tertium annum Cyri.quod attendens Daniel,vehementius affligebatur dolore q̃ prius.orabat dñm,vt qui prius dederat regib⁹ animum liberandi,daret & populo animũ redeũdi. Anno igitur tertio Cyri,egressi sunt sub Zorobabele duce, & Iesu filio Iosedech magno sacerdote, adhortantibus eos Zacharia propheta & Aggæo.Erant autem circiter 50000. fuerunt enim de Iudæis 42460.reliqui erãt serui & ancillæ,& remisit cum eis Cyrus partem vasorum domini 540.inter quæ ponit Iosephus refrigeratoria.adscenderunt etiam quidam cum eis,dicentes se esse de genere sacerdotum propter emolumentum. Cumq; quærerent scripturam genealogiæ suæ,& non inuenirent,recepti sunt in Israel,sed eiecti à sacerdotio.Et hic est annus 70.transmigrationis, de quo prædixerat Hieremias.hæc opinio verificari potest,si incipiamus annos numerare à quarto anno regni Ioachim,q̃ anno Nabuchodonosor transtulit in Babylonem partem vasorum domini,& multos ex Iudæis,inter quos Ezechielem, Danielem, Ananiam, Azariam, Misaelem adhuc pueros transtulisse legitur.

Reditus in Iudæam.

Porro in anno regressionis in Iudæam, cõgregatus est populus quasi vir vnus in Hierusalem,& ædificantes altare, collocauerunt illud super bases suas,& obtulerunt super illud holocausta domino mane & vespere,feceruntq; solennitatem tabernaculorum.Anno autem secundo,mense secundo,iecerunt fundamenta templi:quod audientes Samaritę,venerunt ad eos & dixerunt:Aedificemus vobiscum,quia ita vt vos quærimus Deum vestrũ.Dixerunt duces Israel: Commune est nobis & vobis adorare dominum,sed non ei domum ædificare.hoc enim tantum nobis præcepit rex Cyrus.Cum apparuissent fundamenta super terram, eleuauit populus vocem in iubilationem.Porro quidam seniores qui viderant prius templum,eiulabant voce magna,nec poterat quis cognoscere vocem lætantium & planctum eiulantium.Samaritæ indignati,impediebant manus eorum:& cum per se impedire non possent,dederunt munera principibus regis Persarum,qui erant præpositi:hi pecuniis corrupti,vendiderunt eis impedimenta, Cyro ignorante, & adeo impediuerũt eos, ꝙ in vita regis Cyri non erexerunt muros templi,nisi vsq; ad appodiationem.

Danielis mors.

Quantum autem vixerit Daniel post reditum populi in Iudæam,inuenire non potui.sepultus tamẽ est in sepulchro regali,& inter sanctos habitus.celebratur eius festum 12. Kaleñ.Augusti. Interim puto describendum bellũ Cyri quod cum Crœso gessit,quẽ ter à Cyro victũ scribitur. Primi belli mihi videtur Herodotus meminisse, apud quẽ de Crœso hæc legũtur:

Crœsus.

Crœsus genere fuit Lydus, patre Alyatte.hic à barbaris quos (inquit ille)cognitos habemus,primus Græcorum,alios ad tributum pendendum coegit,alios sibi amicos conciliauit.Subegit quidẽ Iones,Aeoles,& qui sunt in Asia Dores:amicos sibi fecit Lacedæmonios,cum ante eius imperium vniuersi Gręci liberi fuissent.Interiectoq; tẽpore subiectis Phrygibus,Mysis,Mariandynis,Chalybibus,Paphlagonibus,cæterisq; qui intra Halym incolunt,contulerũt se Sardis, vbi habitabat Crœsus,opibus florẽtes & cæteri oẽs e Græcia sophistæ.Tum etiam Solon Athenieñ.(secesserat enim Athenis,vt confirmarentur leges ab eo latæ) illuc peregrinatus est.q̃ cum peruenisset,hospitaliter à Crœso in regiam exceptus est,tertioq; aut quarto q̃ venerat die,iussu regis ministri circunduxerunt hominem circa thesauros,omniaq; quę illic inerant magna atq; beata ostentarunt.Ad quem tum Crœsus:Quia,o Solon,multus ad nos rumor de tua sapientia philosophandiq; peritia peruenit,permulta videndi gratia es peregrinatus,ideo mihi nũc cupido incessit sciscitãdi te, quem vidisti iam omnium beatissimum,sperans videlicet se talem videri.Solon nihil assentatus,respõdit Tellum Athenieñ.esse beatissimum,ꝙ illi in patria bene instituta, filij erant honesti & boni,eorumq; singulis liberi,hiq; omnes superstites,obitus illi splendidissimus in prælio dum hostes profligasset.

Tellus.

Multa de Tello sic referente,excitatus Crœsus,interrogat quem secundum ab illo vidisset, Cleobin inquit.

Cleobis.

Crœsus conturbatus, inquit: Adeo ne tibi pro nulla contemnitur nostra felicitas,vt nec priuatis viris nos æquiparandos ducas?Cui ille:In diuturno tempore multa videntur Crœse,quæ nemo vellet videre:& tolerantur multa,quæ nolit quispiam tolerare.Ita igitur omnino calamitosus est homo.verum tu mihi videris diuitijs permultis pollere, & plurimarum gentium rex esse:fortunatus es,sed quod me interrogasti,nondum appello,prius q̃ bene vita defunctum audiero.omnis rei oportet inspicere exitum,quoniam multos Deus q̃bus fortunas suppeditauerat,radicitus euertit. In hæc Solon locutus,dimittit.visusq; est esse indoctus,qui bonis præsentibus prætermissis,iuberet omnium rerum inspicere exitum.

De felicitate Solonis sententia.

Deinde ingens deorum indignatio Crœsum cepit,ꝙ se omnium hoĩm beatissimum arbitrabatur.vnde paulo post cum haberet duos filios, quorum alter mutus erat,alter inter æquales om̃i in re primus, Atys nomine,qui in venatiõe iaculo,q̃d

in

in aprum miserat frustrato ictu Adrastus, vir pro custodia ei deputatus, perijt occisus, pro qua re idem Adrastus ad sepulchrũ Atys, ignoscenti sibi Crœso, sese ipsum nihilominus super bustum transfodit. Crœsus filio orbatus, ingenti in luctu duos annos egit, quẽ luctũ finiuit Cyrus. rebus enĩ Persarũ augescentibus, in solicitudinẽ venit, si qua ratione posset potentiam Persicã, priusq̃ magna efficeretur, occupare. sub hanc statim cogitationẽ tentare statuit vaticinia, poposcit oracula, nunquid aduersus Persas proficiscat. oraculorũ aũt in idẽ concurrebant sentẽtiæ, fere prædicentes Crœso, fore vt si arma Persis inferret, magnũ imperiũ euerteret. Post hæc potentissimos Græcorum ad Persicũ bellũ inuitare curauit, cui in hac apparanda expeditione occupato, Lydus noĩe Sandanis, vir sane circũspectus, hunc in modũ consuluit: Aduersus tales paras expeditionẽ, qui e corio vestem ferunt, non quibus volunt cibis vescũtur, sed quos habẽt, vtpote regionẽ asperã incolentes, adhæc potu non vini vtuntur, sed aquæ, non ficos ad comedendũ, nec aliud quidq̃ boni habentes, quibus cum nihil sit, quid eripies si viceris? sin victus fueris, quot bona amittes? nam vbi gustauerint illi nostra bona, abigi non poterunt. Equidem dijs habeo gratias, qui non induxerunt in animũ Persis, vt Lydos inuaderẽt. hæc loquens, tamen Crœsum nõ persuasit. erat enĩ in animo Crœso, Cyrũ persequi etiã propter Astyagẽ Cyaraxis filiũ, Medorum regem, affinẽ suũ, quem Cyrus Cambysis filius p̃lio vicerat. Cõtractis itaq; vndiq; copijs, Crœsus traiecto exercitu venit in Cappadociæ locũ Pteriã, omniũ eius regionis tutissimũ, iuxta vrbẽ Sinopen. hic statiua habẽs, p̃dia Syrorũ vastãs, cepit cũctas circa vrbes, Syros nihil cõmeritos exterminãs. Hinc Cyrus coacto exercitu, sumptis oĩbus qui in medio incolebãt, obuiã pergit, cõcurrentibusq; aciebus, multis interim cadẽtibus, ad extremũ noctis interuẽtu dirimunt. Postera die cũ Cyrus ipsum supersederet inuadere, regressus est Sardis Crœsus, habẽs in aĩo Aegyptios vocare ex fœdere, accersire etiã Babylonios, cũ quibus & ipse fœdus percusserat. hoc destinans Crœsus, misit caduceatores ad socios, vti ad quintũ mensem Sardis cõuenirẽt. exercitũ vero qui cũ Cyro pugnauerat, interim missum fecit. Cyrus certior factus, Crœsum constituisse dispergere copias, habito consilio, q̃maturissime mouit exercitũ Sardis, & hostem priusq̃ ille cõtraheret iterũ Lydorũ copias, occupauit. Crœsus in magnã solicitudinẽ adductus, q̃ p̃ter expectationẽ hæc occurrerent, Lydos tumultuarie in prælium producit. nam Lydorũ gente in Asia nulla ea tempestate fortior, nec magis strenua fuit. At Cyrus coactis oĩbus copijs, p̃misit camelos & peditatũ, deinde postremo equitatũ. camelos cõtra Crœsi equitatũ instituit, q̃ equi camelos reformidant. simul atq; in pugnã itum est, equi olfactis protinus cõspectisq; camelis, retro se auerterũt, vnde spes Crœsi perijt. verum Lydi hæc videntes, ab equis desiliunt, ac pedites cum Persis pugnare incipiunt. multis tamen vtrinq; cadentibus, tandẽ vertunt in fugam. murosq; ingressi, à Persis obsidebant. quam obsidionẽ firmantibus Persis, Cyrus missis passim equitibus per suas copias, edicit se dona daturũ ei qui primus muros conscendisset. ibi Mardus quidã nomine id aggredi ausus à parte arcis, vbi nullus ad excubandũ erat collocatus, quia illinc vrbẽ capi haud suspectũ erat. Ab hac igitur parte arcis Mardus ipse cõscendit, & post eum alij Persæ frequẽtes. ita vrbs Sardis capta est, atq; oĩs direpta. Erat Crœso filius mutus. captis aũt mœnibus, quidam Perses in Crœsum ignotũ sibi incidit, ac confodere pergit. id vbi filius eius mutus adspexit, timens patri, erupit in vocem, inquiens: Homo, ne perimas Crœsum. atq; postea per omne vitæ tempus vocalis extitit. Persæ & Sardibus potiti sunt, & Crœso viuo, quartodecimo q̃ obsessæ sunt die. captũ regẽ ducunt ad Cyrũ, quẽ ille vinctũ cõpedibus, super ingentẽ lignorũ struem imponit, circa eum bis septẽ Lydorũ filios. Crœso aũt super pyrã stanti, venit in mentẽ Solonis verbũ, ex viuentibus beatũ esse neminẽ, motusq; ex vehemẽti defectione animi ingemiscẽs, Solon Solon, protulit. Interrogatus, quid sibi vellet hæc vox, silentiũ egit. cũ aũt cogeret, responsa Solonis repetit, neminem ante vitæ finẽ beatũ dici debere, fortunatũ aũt posse esse. Hæc Crœso referente, cũ iam pyra incensa esset, Cyrus se quoq; hominẽ esse agnoscens, cũ aliũ qui nõ se inferior fuisset opibus, viuũ rogo traderet, ignẽ celerrime extingui iubet, sed præualuit vis: at subito imber seu forte seu fato missus, rogũ extinxit, Crœsumq; e pyra Cyrus retraxit. interrogauitq;, dic Crœse, quisnã te hominũ persuasit, vt inuaderes terram meã, ex amico factus hostis? Cui Crœsus: Ego, inquit, rex feci tuo prospero, meo infausto fato, & Græcorum deo autore, qui me ad bellũ tibi inferendũ impulit. Hæc Crœsus locutus est, quẽ Cyrus solutũ iuxta se collocauit, ac in multa obseruantia habuit, his verbis eũ affatus: Crœse, pete, quidnã muneris à me velis, & obtinebis. Ad quem Crœsus: Here, sine me gratũ esse erga deũ Græcorum, vt missis ad eũ his vinculis, perconter

Crœsi oraculum.

Pteria.

Cyri atque Crœsi conflictus.

Capitur Crœsus.

Crœsus liberatur.

conter, nunquid ei fas sit, bene de ipso merentes decipere. reddiditq́ simul Cyro oracula. Ad quę ridēs Cyrus: Et hoc, inquit, Crœse à me impetrabis, & quidquid aliud. Vbi hæc audiuit Crœsus, Delphos misit legatos, quibus Apollo: Haud recte Crœsus incusat oraculū, cui pdixi eum esse magnū imperiū, si bellū Persis inferret, euersurū. vtrū ipsius imperiū diceret, an Cyri, non considerans interrogās, sibiipsi acceptū retulit. Quibus auditis, Crœsus suā agnouit culpā. Et hæc de prima Crœsi subiectione.

Cyrus aūt cū subiecisset Lydos gentē bellicosissimā, astute quæsiuit eos redigere in socordiā: tradidit eis solennitates ac ludos, vt lusibus & comessationibus vacarent, quasi beneuolentiā eis ostendēs, & per hunc modum eos eneruare curans, vt q̄s bello non poterat, libidinibus caperet ac in officio teneret. Deinde dicit Iustinus Crœsum rebellasse, & vt Orosius dicit, cum Cyrus Babylonem impugnaret, ibi tūc Crœsus rex Lydorū ad auxiliandū Babylonijs venit, & victus, solicitus in regnum refugit. Cyrus aūt cū Babylonē captā vt rex disposuit, bellū transtulit in Lydiā, vbi contritū iam superiori plio, nullo negocio fudit Crœsum, cepit, captū vero patrimonio donauit. de qua Cyri clementia Iustinus ait, q̄ non minus victori q̄ victo vtilis fuit. Quippe ex vniuersa Græcia, cognito q̄ illatū Crœso bellū erat, auxilia velut ad cōmune extinguendū incendiū confluebāt. Tantus Crœsi amor apud oēs erat, vt passurus Cyrus graue bellū Græciæ fuerit, si quid in Crœsum crudelius cōsuluisset. Postea vero vidisse fertur Crœsus in somnijs, q̄ Iouis eū aqua perfunderet, & sol extergeret. q̄d cū filiæ suæ mane indicasset, illa respondebat, dicēs significari, q̄ cruci esset affigendus, aqua perfundendus, & sole siccandus. quod ita demū accidit. nam captus postmodū à Cyro, crucifixus est, licet alij aliter scripserint. Nam si quis Herodoto credat, Crœsus semel victus, Cyro semper fidelis remāsit atq; adhæsit. Cyrus cū exercitū in Massagetas ducere vellet, progressus vsq; ad Araxem, flumē pontibus iungit, vt trajciat exercitū. cui Tomyris regina tum vidua, caduceatorē mittit, vt omisso labore, si vtiq; pace frui nō velit, alterū e duobus eligat, trajciat flumen securus, ac secū pugnet: aut eā in regionem suam admittat, idem faciens. hoc in consiliū ponens Cyrus, placuerat recipi reginā cum exercitu, quā sententiā Crœsus improbat, dicens: Si o Cyre, hostes in terrā nostrā volumus excipere, id tibi periculū erit, ne fugatus, omne amittas imperiū, victor aūt tu nō multū vinces: ita mihi placet, traiectis copijs procedere. Cyrus Cambysi filio relinquēs Crœsum, traiectis copijs, deinde castrametatus, simulato postera die metu, & quasi refugiens, castra deseruit, vinū de industria affatim, & quæ erāt epulis necessaria, dereliquit. Quod cū nunciatū reginæ esset, adolescentulū filiū ad insequendū eum cū tertia parte copiarū mittit. cumq; ventū ad Cyri castra esset, ignarus rei militaris adolescēs, veluti ad epulas, nō ad pliū venisset, omissis hostibus, insuetos barbaros seq; onerari vino passus est, priusq; Scythæ atq; Massagetæ ebrietate q̄ bello vincunt. Cognitis his, Cyrus reuersus, per noctē opprimit socios oēs, reginæ filiū capit. amisso tāto exercitu regina, & q̄d grauius est, filio capto, misso ad Cyrū caduceatore, inquit: Inexplebilis cruore Cyre, ne te extollas q̄ veneno filiū meū vicisti: dolo, nō plio, superior. abi, reddito mihi filio. fero impune q̄ tertiā partē Massagetarū profligasti, q̄ nisi feceris, per solē iuro, insatiabilē te cruore satiabo. Hæc verba Cyrus pro nihilo habuit. Filius aūt Tomyridis vbi iussu Cyri à vinculis solutus, ac manuū compos factus est, seipsum interfecit. Tomyris aūt, vbi Cyrus nō auscultaret, cōtractis suis copijs, ita conflixit cū Cyro acerrima omniū pugna. primo vtrosq; exercitus aiunt sagittis egisse, deinde cōcurrisse lāceis pugionibusq́. ibi aiunt cū permagnā exercitus Persici partē, tum viro Cyrū ipsum occubuisse, cū vnū de xxx. regnasset annos. Cuius cadauer inter occisorū stragē Tomyris exquisitū cū inuenisset, caput in vtrem misit, quē humano cruore cōpleuerat, mortuoq́ insultās, ait: Tu quidem filiū meū dolo perdidisti, ego te cruore satiabo. Hic finis Cyri apud Massagetas, vt Herodotus vult magis q̄ Scythas. Massagetas vero illeipse describēs: Massagetæ, ait, amictū & victū habēt similē Scythico, sagittas & hastas, item pugiones ferunt, in oībus auro & ære vtentes, ferro atq; argēto carent. Vxoribus cōmuniter vtunt. terminus vitæ nullus eis est positus. vbi quis admodū senuit, eū cognati immolāt, & cū eo aliquot pecudes, quorū carnibus pro epulis vescunt, q̄d genus obitus est apud eos beatissimū. languore extinctos nō edunt, nihil serūt, pecoribus victitant piscatuq́. lac potitant. apud eos esse dicit arbor, cuius fructus in ignē proiectus, cōsidentes ebrios reddit, quoad cōsurgunt ad tripudiandū ac ad cantandū. Cyro itaq; vita functo anno Iudaicæ captiuitatis 61. regnū suscepit Cambyses eius filius, qui apud Esdrā Artaxerxes vel Assuerus dicit. In historia vero Iudith, propter malitiā suam vocat Nabuchodonosor, secundū Magistrū in historijs, regnauit annis octo. Cambysi aūt principatum

Tomyris regina Massagetarum.

Cyri interitus.

Massagetarum ritus.

patũ tenenti, qui in Samaria & vicinijs erant, scribebant: Cognoscere te rex oportet, Iudæos qui ad Babyloniã ducti fuerant, ad nos redijsse, & ciuitatẽ rebellẽ & maleuolam reædificare, tẽplũq; erigere. Scito aũt his perfectis neq; tributa eos reddere, nec obedire, sed etiam regibus resistere. Quare optimũ nobis visum est rescribere tibi, vt monumenta parentum tuorũ inquiras, in quibus inuenies rebelles Iudæos & regibus inimicos, ideoq; ciuitatem eorũ fuisse destructã. ꝙ si ea renouata & muris munita fuerit, via tibi claudet ad inferiorẽ Syriã & Phœnicas. Postq̃ Cambyses hanc legit epistolam, rescripsit in hunc modũ: Rex Cambyses Rathimo accidentia scribenti, & reliquis constitutis in Phœnice & Samaria. Legens missos à vobis apices, iussi parentũ meorũ inquiri volumina, & inuenta est ciuitas inimica regibus Hierusalẽ, seditiones & bella habitatores eius cõmouisse, regesq; eoꝝ cognouimus potenter tributa inferioris Syriæ exegisse. Igitur ꝑcipio minime cõcedi, Iudæos ciuitatẽ ædificare, ne plus crescat eorũ malitia, qua semper contra reges visi sunt. His literis lectis, Rathimus & cæteri ꝑsides statim venerunt Hierosolymã, ducentes secũ multitudinẽ, ciuitatem & templũ ædificare Iudæos vetabãt. Quæ quidẽ opera per annos nouẽ sunt impedita, vsq; ad secundũ annũ Darij. Per idẽ tempus quidam Arphaxat Medus in Ecbatanis surrexit, & muniuit eã vrbẽ inexpugnabiliter, & quasdã partes Mediæ sibi cõcilians. Nabuchodonosor vero rex Assyrioꝝ, qui regnabat in Niniue, anno xij. regni sui obtinuit Arphaxat in campo Rogan, hic est Cambyses, cui adhuc pater viuẽs Niniuen & regnũ Assyriorũ cõcessit, & Nabuchodonosor cognominauit, ac mortuo patre, xij. annũ illius regni agebat. nam vt monarcha, nõ nisi octo annis regnauit. qui, postquã mortuus est pater Cyrus, misit ad oẽs qui habitabãt in Cilicia & Damasco & Libano & Carmelo, Galilæa & Samaria & Hierusalẽ, exigens ab eis tributa. qui oẽs vno animo contradixerũt. Tunc iratus est, & iurauit per thronũ suũ ꝙ vindicaret, præcepitq; Holoferni principi militiæ, vt cõtra illos egrederet̃, nulli hominũ parceret. Qui egressus est cũ exercitu maximo, ita vt operirẽt terrã sicut locustæ. qui cũ vastasset Ciliciã & Mesopotamiã, miserũt ad eum principes prouinciaꝝ, dicẽtes: Cesset indignatio tua, veni pacificus, & vtere seruitio nostro vt placet. Descẽdit, obtinuitq; oẽs ciuitates, & destruxit eas, & oẽs deos exterminauit, vt dñs eius solus deus haberet. Audientes hoc filij Israel, timuerũt valde, ne similia faceret in sanctuario Dei, & inceperunt munire angusta viarũ, & humiliauerũt se corã dño ad exhortationẽ Heliachim sacerdotis filij Iesu, filij Iosedech, vel forte cõmissarius erat Iesu sacerdotis. Sacerdotes vero tunc in cinere & cilicio offerebant holocausta, & clamabãt ad dñm. Nunciatumq; est Holoferni, ꝙ filij Israel pararent se ad resistendũ, & montiũ itinera conclusissent, vocauit duces Ammon & Moab, dicens: Quis est populus iste qui montana obsidet? quæ est virtus eorũ? Tunc Achior dux filiorũ Ammon, respondit, cõmemorans quõ venisset populus iste de Chaldæa primũ, & quid Deus in Aegypto pro eis fecisset, subiungens: Qui eoꝝ Deus cum placatus erat eis, nemo poterat resistere: cũ vero iritabant eũ, flagellabat eos, quia Deus eorũ odit iniquitatẽ. Nuper aũt reduxerat eos in Hierusalẽ de seruitute Babylonica, cui tradiderat eos propter peccata sua, & nunc obtinent montana hæc. Addidit Achior: Perscrutare si Deus eorũ offensus est eis, & poteris eos expugnare: alioqui non ꝑualebis eis. Iratus Holofernes, dixit: Vt ostendam tibi quia nõ est deus nisi Nabuchodonosor, ex hac hora populo illorũ sociaberis, vt cũ illis pariter pereas. & ꝑcepit seruis, vt ducerent eũ in Bethuliã, anteq̃ castrametatus fuerat. Cũq; traherent eũ, egressi sunt fundibularij aduersus eos. hi timẽtes, ligauerũt Achior ad arborẽ, & recesserũt. fundibularij vero soluẽtes eũ, statuerunt eũ in medio senioris & populi in Bethulia. siquidem erãt de Hierusalẽ eo missi duo sacerdotes ad principẽ Osiã. Cũq; exposuisset eis Achior, quare transmissus esset ab Holoferne, recepit eum Osias in domũ suã. Factũ est aũt deinde obsessa Bethulia, vt Holofernes interrupto aquæductu, tolleret eis aquas, ita vt ciues furtiue cogerent̃ aquas ex fonticulis extra muros quærere. sed Holofernes apposuit fontibus custodes, & defecit aqua de cisternis post xx. dies. Clamauit populus ad eos qui venerũt de Hierusalẽ, dicens: Melius esset nobis seruire Holoferni, q̃ siti perire. Dixerũt sacerdotes: Sustineam⁹ adhuc ꝑ quinq; dies, si forte faciat De⁹ misericordiã nobiscũ. Erat aũt in ciuitate vidua, Iudith noĩe, pulchra & casta de tribu Ruben, q̃ accitos sacerdotes repræhendit, eo ꝙ tentassent dñm, & terminũ dierũ quinq; imposuissent. opus se clam illis facturã ait, iubetq; vt ad portas stent cũ egrederet̃ ciuitate. Orauit aũt dñm, vt dirigeret manum eius. dein lauit se, vnxit myrto, induit se vestibus iucunditatis suæ, & vocauit Abram, id est, ancillã, imponẽs ei ascopã vini, vas olei, & polentã & lapathes, id est, cibũ oleribus cõfectũ, panẽ & caseũ, & profecta est. At in porta expectabant eã sacerdotes, qui

Gentes Cãbysi tributariæ.

Achior.

Consiliũ Iudith pro patriæ liberatione.

vehemẽter admirabant̃ pulchritudinẽ eius, orantes pro ea. Cũq; descenderet montem, tenuerũt eã exploratores, & duxerũt eam in tabernaculũ Holofernis, qui statim captus est amore eius. sedebat aũt in canopeo, purpura, auro & gemmis cõtexto. Visa muliere, dixerũt Assyrij: Quis cõtemnet populũ Hebræorũ, qui tã pulchras mulieres habet, vt pro his merito pugnemus? Cũq; adorasset Iudith, dixit Holofernes: Cur placuit tibi vt venires ad nos? Quæ rñdit: Certũ est ꝙ perdet̃ populus noster, grauiter eñ offendit Deũ, facit q̃ lex prohibet. nã & siti iam inter mortuos cõputat̃, & misit me dñs hæc ipsa annũciare tibi. nunc eñ reddet eis peccatũ suũ, & veniens introducet te vsq; in Hierusalẽ. Ait Holofernes: Si fecerit mihi hoc Deus tuus, erit & Deus meus, & tu magna eris in domo Nabuchodonosor, & fecit eã introduci vbi erãt thesauri eius. Cũq; disponeret cõuiuiũ, ait Iudith: Ex his q̃ mecũ detuli, mãducabo, ne veniat super me ira Dei. Cui Holofernes: Cum defecerint ista, quid faciemus tibi? Quæ rñdit: Viuit aĩa tua, quia nõ expendet oĩa ancilla tua, donec faciet Deus in manu mea q̃ cogitaui. Petijtq; sibi dari copiã egrediẽdi foras nocte ad adorandũ Deũ suũ, & ita per triduũ noctibus exibat, & baptizabat se in aquis, adorãs Deum. Quarto die fecit Holofernes cœnã seruis suis, & dixit eunucho: Persuade Hebrϛæ vt sponte cõsentiat mihi, ne illudẽs, immunis transeat. Ait ad eã Vagao, vt intraret ad dñm suũ. Illa placere sibi q̃d is velit, inquit. Ornata, stetit ante Holofernẽ, bibitq; hic quantũ nunq̃ biberat. Vespere facto, reliquerũt serui solã cũ dño, qui iacebat sopitus nimia ebrietate. Abra vero expectabat foris. Iudith orabat inuocãs dñm, & stricto pugione bis percutiens ceruicẽ, amputauit caput ducis, tradẽs illud Abræ. veniẽs ad portã, aperiri iussit, occurrerũt ei oẽs. ipsa proferẽs caput, cõfessa est dñm. Achior adorauit dñm, viso capite. Caput suspẽsum est in muris. Mane factus impetus in hostes. Cũq; intrasset Vagao suscitaturus Holofernẽ, exclamauit truncatũ esse ducẽ. Assyrij percussi sunt fugientes. per dies xxx. collecta sunt spolia. Ioachim aũt põtifex venit ad visendã Iudith. Ipsa laudãs dñm, prophetauit in primis de die iudicij. Cõpletis 105. annis, mortua est, sepulta cũ Manasse viro suo.

Holofernes truncatur.

Porro Cãbyses adijt Aegyptũ, vastauit Mẽphim, Psamnietũ regno deposuit, cui misertus tñ, procuratorẽ cõstituit. qui dũ ad defectionem Aegyptios induxisset, captus, epoto cruore taurino expirauit. Cãbyses Memphi residens, in Aegyptios plures, & in primis sacerdotes, sæuijt. Fratrẽ hic Smerdim in Persas miserat. vidẽs somnio nũciari sibi Smerdim sedentẽ in regio solio, cœlũ cõtingere vertice, quare metuẽs ne occuparet̃ imperiũ à fratre, mittit illũ interempturũ Prϛxaspem, qui e Susa Smerdim ducit venatũ, & clam occidit. At hoc initiũ scelerũ Cambysis extitit: secundũ aũt scelus, quia sororẽ suã in Aegyptũ eũ secutam atq; vxorẽ, necauit, cũ nec Persis mos esset, sorores accipere in matrimoniũ. At Cambyses amore ipsius captus, accersiuit eos qui regij iudices nominabant̃. Isti aũt apud Persas ius dicunt, & legũ patriarũ sunt interpretes. hos Cambyses percontat̃, num qua lex sit, quæ sinat volentẽ cũ sorore cõtrahere matrimoniũ. iudices & iuste & ingenue respondentes, negant vllã inuenire se legẽ, quæ sinat fratri nubere sororẽ: quandã tamen inuenire se legẽ, qua liceat regi Persarũ facere quidquid libeat. ita neq; legẽ abrogarunt metu Cambysis, & ne legẽ tuentes perirent, inuenerunt occasionẽ. Itaq; Cambyses sororẽ duxit. Sed postea occiso fratre Smerde, vt aliquorũ est opinio, cũ ad mensam discumberet̃, mulier lactucã sumpsit, eiusq; decerptis foliis, Cambysem interrogauit, vtrũ decerpta lectuca, an densa pulchrior foret: & cũ respõdisset, densa: hanc, inquit, lactucã aliquãdo imitatus es, quando Cyri domũ denudasti. Ibi Aegyptij dicũt Cambysem ira percitũ, insilijsse calcibus in ꝑgnãtem, eamq; abortu edito decessisse. In alios q̃q; insanisse fertur, veluti in Præxaspem, quẽ ꝑcipuo honore prosequebat̃, cuius etiã filius Cambysi vina miscebat, qui honos & ipse nõ paruus est. ad hũc Cambyses fertur dixisse: Quemnam Persæ me esse censent? Præxaspes respondisse: Here, cuncta quidẽ oĩa magnis laudibus ferunt, sed vino te deditũ aiunt. Indignatus ille: Siccine, inquit, Persæ bilingues sunt, qui me Cyro patre ꝑstabiliorẽ dixere? Sed intelliges an vera dixerint. nam si filio tuo cor sagitta tetigero, cõstabit nihil esse q̃d Persæ dicũt: si aberrauero, vera loquunt̃. Hæc locutus, intendit arcũ, puerumq; percussit, atq; collapsum discindi ad inspiciendũ iussit. Et cũ in corde sagitta esset inuenta, lætabũdus ad patrẽ pueri inquit: Nunc facta tibi est fides, nõ me insanire, sed Persas. Verũ nunc mihi dicito, quemnã ex oĩbus hoĩbus nosti ita ad destinatũ mittere sagittas. Præxaspes hominẽ aduertens vesanũ: Here, inquit, ego ne deum quidẽ arbitror tam probe percutere. Altero die xij. Persas primores sine causa necauit. Ad hæc Crœsus Lydus admonuit, ne similia admitteret, periculũ sibi à Persis imminere talia facieñti. Ad hũc arcum intendit percussurus Cambyses, sed Crœsus e conspectu illius se proripuit.

Psamnietus filius Amasis deponit̃.

Præxaspes, al's, Traxaspes

hic vbi percutere eum nō potuit, mandat ministris vt eū cōpræhendentes interimāt. Ministri scientes quāto Crœsi desiderio viueret, & ꝙ mortē eius ægre laturus esset, Crœsum abdiderunt, hac ratione, vt si Cambyses facti pœnitens requireret eum, lucris afficerētur ꝙ illū seruassent. Atq; nec multo post, cū Cambyses desideraret Crœsum, ministri nunciāt hominē superesse. Cābyses exhilaratus est, morte tñ mulctauit ministros, ꝙ cōtra mandatū illū seruassent. Inter cætera seueritatis Cambysi memoratur id à Val. Max. ꝙ mali cuiusdā iudicis ex corpore pellem detractā, sellæ intendi, in eaq́; filiū eius iudicaturū cōsidere iussit. Cambyse circa Aegyptū morante ac desipiscente, duo magi fratres, quoꝶ alterū, Patiziten scilicet, reliquit rei domesticæ curatorē, in eū coniurauerūt. Hic em̄ cognita Smerdis nece, q̄ paucis erat nota, rebellandū sibi putauit. Erat frater eius corpore q̄ simillimus Smerdi Cyri filio, eiusdemq́; nominis. Hunc fratrē suū magus Patizites instructū, deduxit in regiū soliū, q̄ occultatio regis facile fieri poterat in Perside, quia ad regē nullus fere intrabat ꝑter domesticos. Ad hæc magus iste caduceatores dimittit circūquaq;, qui edicerēt, vt Smerdi Cyri filio deinceps obedirēt, nō Cambysi. Quæ cū audisset Cambyses, vera loqui caduceatores ratus, seq́; à Præxaspe esse proditū, intuens in eū: Ita ne, inquit, rem mihi executus es? Ad quē iste: Ita here vt iussisti, nec vera sunt q̄ audis, fratrē tuū rebellare, quē meis peremi manibus. ꝙ si defuncti rebellant, expecta vt Astyages Medus rebellet. sed voca caduceatorē, inquiramus de quo Smerde loquaṫ. Placuit cōsiliū Cambysi. adduciṫ caduceator, cui Præxaspes: O homo, dicito veritatē & securus esto, vidistine Smerdim talia mādantē? Cui ille: Ego Smerdim filiū Cyri non conspexi, sed magus quē Cambyses rerū suaꝶ procuratorē cōstituit, mihi mādauit, vt ita Smerdim regnare dicerē. Tum Cambyses Præxaspi: Quis ergo Smerdis noīe regnum occupat? ego, inquit Præxaspes, mihi videor intelligere: Patizites, quē tu rerū omniū procuratorē reliquisti, & frater eius Smerdis imperāt. Hoc audito, reuoluit Cābyses somniū, per q̄d ei visus fuerat Smerdis in regio solio. Agnoscēs itaq; sine causa fratris se interemptorē, quē vbi defleuit, in equū omni clade afflictus insilijt, habēs in aīo q̄ raptissime Susam versus exercitū ducere. Insilienti vagina gladij excidit, vnde nudatus gladius, perstrinxit eius femur lœtaliter. Vicesimo dehinc die accersitis Persaꝶ qui aderāt ꝑstantissimis, ita eos alloquiṫ: Quod occultū esse volui maxime, Persæ, id cogor apud vos efferre. ego em̄ fratrē meū Smerdim, ne me turbaret aliq̄ñ e regno, peremi, securiusq́; vt viuerē, somnio id mihi suadēte. sed frustratus euentu rerū, parricida fratris incassum extiti, & nihilominus regno exutus sum. hoc propterea vobis pandere volui, vt sciretis Smerdim Cyri nō superesse, sed magos vobis regnū vendicasse. Hæc locutus, defleuit omnē suā conditionē, vitaq́; erepta est. At Persis qui aderant magna erat incredulitas, magos rerū potiri, interpretātibus potius q̄ de nece Smerdis dixisset: ideo dixisse, vt illi Persas redderet hostes. Itaq; pro certo habebāt, Smerdim Cyri per rebellionē regnare: sed nec Præxaspi tutū erat post Cambysis obitū, fateri illū manu sua interemptū. Smerdis itaq; magus regnauit securus septē mēses, qui reliqui erāt ad implendū annū octauū Cābysis, per q̄s mēses Smerdis omne genus liberalitatis in subditos exhibuit. nā missis ad singulas natiōes edictis, immunitatē tributoꝶ & vacationē militiæ in trienniū tribuit. octauo aūt mēse, quisnā esset, cōpertū est. Siquidē erat Otanes gn̄e primo, cuiq; Persarū par. hic Smerdē nō esse filiū Cyri primus suspicatus est, ꝙ nec ex arce progredereṫ, nec Persaꝶ proceꝶ quēpiā ad cōspectū suū vocabat. habebat aūt Otanes filiā inter cōcubinas regis vnā, ad quā clam misit nūciū, sciscitans, an Smerdis iste regis Cyri esset filius quo cū aliquādo dormiret, illa remisso nuncio, negauit se id scire. Quo accepto responso, admonuit filiā, vt de nocte palparet si rex aures haberet. nā Smerdim fratrē Patizitæ suspectū duxit, cui quondam Cābyses offensus mutilauerat aures. Cūq́; puella depræhēdisset eum aures nō habere, indicauit hoc patri. qui vocatis ad se sex alijs Persaꝶ primoribus, detexit fraudē. idcirco coniurauerūt in eum, opportuneq́; ad regiā cū fidutia pergentes, vbi ad portas affuerūt, custodes reueriti Persarū primarios, nec aliq̄d suspicātes, ne interrogauerunt quidē. Vbi in aulā introgressi sunt, eductis gladijs obuios trucidant, ijdēq; cursu in cōclaue cōtendunt, offendentes magos ambos. fit tumultus. quid plura? occidūtur simulator regis vnà cū fratre, nō tamen incruenta victoria Persis obtigit. Occisis magis, inquit Iustinus, magna quidē gloria recuperati regni principum fuit, sed multo maior in eo, ꝙ cū de regno ambigerēt, concordare inter se nō potuerunt. erant em̄ virtute & nobilitate ita pares, vt difficilis esset electio. Ipsi ergo viā inuenerūt, qua de se iudiciū religioni & fortunæ cōmitterēt, pactiq́; inter se sunt, vt die statuta omnes equos ante regiā domū primo mane producerēt, & cuius equus ante solis ortū hinnitum

Cambysis mors fatalis

Smerdi ꝑcidit auriculas Cābyses, apud Herodotū Cyrus

 nitum

nitū primū emitteret, is rex esset. nā & solē Persæ deū esse credunt, & equos eidē deo cōsecratos esse ferūt. Erat inter cōiuratos vnus, Darius Hystaspis filius, cui de regno solicitus equi sui custos ait: Si ea res victoriā moraret, nihil negocij superesse, nisi vt faceret de nocte equū suū misceri equæ in illo loco, quo cōgregandi erāt, ratus ex voluptate Veneris futurę, q̄d euenit. Quo facto, postera die cū ad statutā horā & locū conuenissent oēs, Darij equus cognito loco ex desiderio fœminæ statim hinnitū dedit, & segnibus alijs, felix auspiciū dn̄o primus emisit. Tanta aūt moderatio cæteris fuit, vt audito auspicio, cōfestim equis desilirent, & Dariū regē salutarēt. tunc cognatio Darij iuncta cū pristinis regibus fuit, moxq; in principio regni Cyri filiā in matrimoniū accepit.

Darius rex Persarū salutatur.

Amyntas ix. Macedonū rex, 37. Iudaicæ capt. anno Macedonibus regnare cœpit, regnauit annis 50. Sunt qui Amalthæā Sibyllā ex Cumis Cāpaniæ, iisdem tēporibus velint claruisse, & libros nouē Tarquinio venū obtulisse, vt dictū est. Sibyllam Hellespónticā in agro Troiano natā, iisdē etiā tēporibus fuisse Solinus scribit, q̄ de Christo vaticinata, inquit: Nascet̃ Chr̄s de casta.

Sibylla Cumana.

Iesus Iosedech summi sacerdotis filius in hac gn̄atione floruit, bis cū Zorobabel in Hierusalē venit tēpli ædificandi gratia. In hoc gn̄atione Polycrates Samiorū tyrannus fuit, qui vsq; ad inuidiā fortunatus fuit. Oīs eñ conatus eius, inquit Helinandus, placido excipiebat̃ itinere. Spes circū cupitæ rei fructū, appræhēdebat ad vota oīa. At Amasis Aegypti rex amicus illi, cū assidue secundiora emergerēt, libellū misit in hæc verba: Amasis Polycrati: Feliciter agi cū amico, audio cū voluptate. at displicent prosperitates tuæ, q̄ inuidū numen putē. Quod ad me attinet, mallē traduci varia fortuna. itaq; age aduersus prosperitates, abijce q̄d amissum doleas, nunq̄ id inuenturus. Quod si prospera nō variabunt̃, fatorū viā prospice. Polycrates lecta epistola, gemmā signatoriā smaragdū auro inclusam, in pelagus abiecit. domū reuersus, cū ex iactura afficeret̃, quinto die piscator grandē piscē, nemine nisi rege dignū, illi affert. quē ministri rescindētes, offendunt in eius aluo sigillū, q̄d vbi Polycrates accepit, in Aegyptum scripsit. Quo lecto, Amasis, vt Polycrates bene moreret̃, optauit. missoq; Samū caduceatore, dixit se ius cū illo hospitij soluere, q̄d ideo fecit, ne in tristē aliquē casum incidēte Polycrate, animi dolorē velut de hospite cōtraheret. sed hūc cuius felicitas semp plenis velis prosperū cursum tenuit, Orœtes Darij regis p̄fectus, ī excelsissimo mōtis vertice cruci affixit, ex q̄ putres eius artus & tabido cruore mēbra manātia, Samos amara seruitute aliq̄diu p̄ssa, liberis ac lætis oculis adspexit. Verū is Orœtes p̄fectus fuit Darij regis, qui inuidens felicitati Polycratis, eū interficere parabat. mittit legatos ad Polycratē, fœdus & amicitiā eius flagitās. Siquidē sciebat Polycratem maris imperiū affectare. Legati ex cōmisso proponūt, Orœti pecuniam ingentē esse, Polycrati prudētiā & fortunā, ita vtrūq; posse augere imperiū. Polycrates ad hæc audita, mittit qui opes illius intueantur, q̄bus Orœtes vasa multa plumbo plena, sed quibus aurei Philippi superpositi erant. illi aurum rati, Polycrati nunciant, ditissimū esse Orœten, ad quē visendū cum proficisceret̃, filia retrahere ab itinere cōtendebat. illa eñ somniauerat se vidisse patrem sublatū, die quidē sudantē, nocte vero rore stillantē, seu vt ait Herodotus, à Ioue lotū, à sole vnctū, q̄d somniū pestiferū credebat. sed nihilominus pater it ad Orœtē, quē ille in monte quodā Magnesiæ cruci affixit.

Polycratis tyranni felicitas.

Amasis rex.

Orœtis scelus.

Anno octauo Cambysis, Pythagoras philosophus clarus habetur, qui apud Græcos primus inuenit, animas immortales esse: dicebat tamen, de alijs corporibus transire ad alia, in quo plurimū errauit.

Pythagoras

Ad Darium regē Persarę redeo, cui Zorobabel familiaris erat adhuc priuato. nā cū Cambyses interdixisset reædificationē templi in Hierusalē, adscendit ad eū Zorobabel adolescens, & per huius interuentū tentauit animū regis immutare, sed nō valuit. tunc suasit Dario secretius, vt votū voueret Deo Israel, q̄ si eum regē faceret, restaurare vellet templum in Hierusalem, & vniuersa vasa domus dn̄i, quæ adhuc erāt apud reges Persarū, remitteret: ita fore vt aliquādo regnū obtineret, illi p̄dixit. Vnde cum audisset Zorobabel Darium suscepisse regnum, fidutialiter accessit ad eū, hortātibus Zacharia & Aggæo prophetis ad reædificationē templi. Principes eñ Persarū qui erant eis vicini, prohibebant, nec per hoc permittebant prosecutionē operis, adscendit Zorobabel cū nonnullis alijs ad Dariū, qui honoratus est ab eo supra q̄ sperasset. nam in cubiculo regis dormire iussus est. Cum esset apud regē Dariū Zorobabel, cœnā magnā omnibus magistratibus Mediæ & Persidis, omnibus purpuratis & p̄fectis sub illo, ab India vsq; Aethiopiā, centū vigintiseptē prouincijs, parauit. Et cū satiati essent, rex adscendit in cubiculū suū, & dormiuit. tunc illi tres iuuenes corporis sui custodes, dixerunt alter alteri: Dicamus vnusquisq; nostrū sermonē qui præcellat. scribentesq; singuli verbū suum: primus scripsit, Forte est vinū: alter scripsit, Fortior est

Adolescētū cōtentio de fortissimis.

est rex: tertius scripsit, Fortiores sunt mulieres, Super oĩa aũt vincit veritas. cum aũt surrexisset rex, acceperunt scripta sua, & dederunt illi, qui mittens vocauit oẽs principes Persarum, & sederunt in concilio, lectaq́ꝫ sunt scripta prædicta illis. At rex vocari fecit adolescentes, vt indicarent verba sua. Cœpit prior dicere de fortitudine vini, quõ seducit mentem serui & liberi, pauperis & diuitis, oẽm mentem cõuertit, inquit, in securitatem, & non meminit tristitiam & debitum, oĩa libere atq; gloriose loquit, non meminit homo cum biberit, amicitiam aut fraternitatem, & post non multum sumit gladios, nec recordatur eorum quæ gesta sunt. Deinde secundus: O viri, non præcellunt hoĩes qui terram & mare obtinent? rex aũt sup oĩa dñatur eorum. Zorobabel vero fortiorem vtroq; fecit mulierem, Nam & regibus, ait, & oĩbus qui vites plantant, mulieres & vitam conferunt & alimoniam, & ad robur vsq; perducunt, & vitam pro mulieribus hoĩes non timent. retulit q̃q; se vidisse concubinam cuiusdam regis, alapas regi dantem, ridenti illi regem arrisisse, & cum indignata ei fuerat, blandiebatur illi donec reconciliaretur. Sup hæc oĩa tñ veritatem dixit fortiorem, quæ immutabilis est & sempiterna, cumq́ꝫ oẽs iudicassent fortiorem oĩbus esse veritatẽ, dixit rex ad Zorobabel, vt peteret ab eo q̃d vellet. Tunc postulauit Zorobabel fieri templi reędificationem in Hierusalem, & vasa dñi remitti illuc. Gauisus est rex, nam idipsum meminit se vouisse. vnde scripsit principibus suis per epistolam trans flumen, vt nullatenus impedirẽt Iudæos, sed de sumptibus regalibus iuuarent eos, dantes eis ꝑ singulos dies similam, vinum & sal, vt offerant ea Deo cœli, & orent pro vita regis & filiorum eius. & addidit, dicens: Qui hanc mutabit iussionem, tollatur lignum de domo eius, & configatur in eo, domus aũt eius publicetur. Remisitq́ꝫ rex vasa dñi per manum Zorobabel. qui reditum faciens per Chaldæam, contribulibus suis mandata regis patefecit, & adscenderunt cum eo multi Hierosolymam. Igitur anno 2. Darij mense 8. instabant operi, & compleuerunt illud anno 7. Darij, qui erat 46. regni Persarum. Secundũ hoc dictum est in euangelio, Quadraginta & sex annis ædificatum est templũ hoc, id est, à prima licentia quã dedit Cyrus, hoc est, primo anno q̃ factus est rex Persarum. & cõuenerunt filij Israel, & dedicauerunt illud mense 12. celebraueruntq́ꝫ phase secundum legem dñi. De arca vero, quõ aut qñ receperint eam, incertum est. sed si verum est q̃d Epiphanius dicit, vsq; ad iudicij diem non esse egressuram de latibulo petræ, dicẽdum est ꝙ Hebræi fecerunt alteram instar prioris. nam inter manubias quas abstulerunt Romani de Iudæa, translata leguntur arca dñi, candelabrũ & mensa. Aggęus propheta templo completo obijt, & in eo sepultus est. Zacharias q̃q; iuxta Aggæum ponitur. eius dies natalis celebratur octauo idus Septẽbris. Darius Hystaspis filius postq̃ principatu potitus est, oĩm vrbium tam Græcarum q̃ barbaricarum Samum primam euertit ob hãc causam: Dum Cambyses in expeditiõe aduersus Aegyptios ageret, permulti Græcorum aderant, e quibus fuit Syloson Polycratis iam occisi germanus, extorris à patria. hic amiculo rutilo apud forum spatiabatur, quẽ cum vidisset Darius tũc Cambysis satelles, vir captus amore amiculi, petebat vt sibi venderet. Syloson animaduertens Darium magnopere cupere amiculum, Ego, inquit, amiculum hoc non vendo, sed largior, si modo tuum perpetuo debet esse. Hæc approbans Darius, accepit amiculum. Cum aũt Darius in regẽ Persarum surrogatus esset, Syloson certior fact⁹ Susam ꝑuenit, adscenditq́ꝫ in regiam, ait se esse qui de rege bene meruisset. Hæc audiens ianitor, regi nunciat, ad quem admirabundus rex quis esset e Græcis qui de se bene meritus sit, tñ hoĩem introducite, inquit. Introduct⁹ Syloson, interrogatur quisnam esset, aut quo facto beneficus in regem extitisset. ipse rem oẽm gestam circa amiculum refert, & quomodo donasset. Ad hæc Darius: O, inquit, virorum generosissime, tu ne ille es qui mihi nullam dum potentiam habenti donasti ea, q̃uis parua, tñ ꝑinde grata, ac si nunc aliquid magnum acciperem? qua de re te ita remunerabo, vt nunq̃ pœniteat te libertatis. Cui Syloson: Mihi, inquit, rex nec aurum neq; argentũ dederis, sed patriã meã Samũ, vbi eam liberaueris, quã post necẽ fratris mei Polycratis ab Orœte interfecti, occupat seruus noster. hãc mihi donato. His Darius auditis, misit exercitum duce Otane, vno e septẽ viris, iusso vt quæ Syloson rogasset, ea effecta redderet. At Sami imperium obtinebat Mæandrius, à Polycrate procurator olim cõstitutus. Otanes vero sine negocio Mæandrium pellens, Samũ Sylosonti restituit. Mæandrius tum e Samo profugiens, Lacedæmonẽ nauigauit, abducens secũ varia auri argentiq́ꝫ vasa. Cleomenẽ vero Spartæ regem, vt aliq̃ reciperet, rogauit, qui cum pocula respexisset, præ admiratiõe attonitus, nihil vt vir iustus recipere voluit, sed cum sensit ijsdem ciues ꝑtentari, aditis Ephoris, hoc est, tribunis, ait satius esse *Spartis hospitem Samiũ ablegare, ne quem Spartanorum persuadeat fieri malum, illi obsequentes, Mæandrium ablegarunt.

Restituũt vasa tẽpli.

Aedificatur templum.

Sylosonti restituitur Samus.

garũt. Interea Babylonij rebellarunt. Darius contractis aduersus eos omnibus copijs contendit, vrbem obsidione cingit, sed illi nihili pendebant obsidionẽ, probraq́ꝫ Dario & exercitui ingessere: tunc, aiunt, nos expugnaueris, cum mulæ pepererint. Anno ac septem mensibus in obsidione consumptis, iam vniuersum exercitum tædere & desperare cœpit. vicesimo obsidiõis mense, Zopyro qui erat vnus ex septem qui magos sustulerant, hoc contigit portentum, vt quædam mularum eius pareret. Eo viso, vetuit seruos cuipiam rem aperire, reputans secum præsagia à Babylonijs dicta, ex hoc sibi visa est Babylon expugnari posse. Vnde hoc adijt facinus, præcidit sibi nares, auriculas, comamq́ꝫ deformiter, plagas imposuit, atqꝫ ita mutilatꝰ ad Dariũ perrexit. quem ille intuens, virum spectatissimum sic truncatum adeo grauiter tulit, vt exiliẽs e solio, interrogaret quis mutilasset. Nemo, inquit, rex præter te hoc potuisset, sed ipse ego, ꝙ indigno animo fero Assyrios Persis illudere. Cui rex: O miserrime, turpissimo facto pulcherrimum nomen imposuisti, nunquid protinus hostes deditionem facient? Cui Zopyrus: Si rerum te consciũ fecissem, non permisisses, nunc autem Babylonem capiemus. ego enim ad muros tanq̃ transfuga properans, hoc corporis habitu fidem faciam, me tibi fore inimicum. instruxit regem de singulis. ac vbi satis mãdauit, ad muros perrexit, respectans tanq̃ verus profuga. Eo conspecto, mittuntur qui sciscitẽtur quisnam sit. cumq́ꝫ hic dixisset se Zopyrum esse, ad magistratus ducitur, ante q̃s stans conditionem suam miserabiliter refert, à Dario se passum truncationem, idq́ꝫ ob eam causam, ꝙ suasisset eum obsidiõem soluere, quoniam nulla via vrbs expugnari posset. at nunc, inquit, ad vos venio Babylonij, futurus vobis in maximo bono, Dario autem & copijs eius maximo malo. neqꝫ enim mutilationem meam feret impune, cum explorata mihi eorum consilia sint omnia. Babylonij virum apud Persas spectatissimum habentes, sperãtes oĩa vera loqui, inducti sunt ad ꝑmittenda ei omnia postulata. Committuntur ei paulo post copiæ militum, qui excurrens, mille Darianos vt cum rege ordinauerat. missos trucidauit. Eum Babylonij aduertentes consentanea verbis facta ꝓstare, exhilarati nimis fuere. ille rursus ex composito cum delectis Babyloniorꝫ egressus, duo millia Darianorum militum interfecit, ex quo Babylonij laudibus Zopyrum cœperunt vsqꝫ ad cœlum tollere & in ore habere. tertio eductu idem patrauit. Vnde à populo dux exercitus & murorum custos declaratur. vbi vero ex composito Darius copias oẽs muris admouit vndiqꝫ, Zopyrus dolũ patefecit. nam cum Babylonij conscẽsis muris copias Darij adoriẽtes arcerẽt, ipse apertis scissisq́ꝫ portis, Persas in vrbẽ introducit, & ita Babylon iterum capta est, qua potitus Darius, muros eius & portas omnes demolitus est. Babyloniorum quoqꝫ procerum tria millia patibulis affixit, data cæteris venia vrbis incolendæ. ac Darij iudicio nemo Persarum Zopyrum præstantia supergressus, neqꝫ eorum qui prius neqꝫ qui posterius extiterint, præter vnum Cyrum, quo nullus vnq̃ Persarum se dignum existimauit. Zopyrus aũt à Dario egregie remuneratus est, tum multis alijs, tum tradita Babylone, quoad viueret, in peculiarem portionem. Post Babylonis expugnationem Darius aduersus Scythas fecit expeditionem, quippe qui priores iniuriam intulissent, Asia potiti, tum à Medis eiecti, apud illos autem abfuerant 28. annos. In patriam reuertentes Scythæ, offenderunt non exiguum exercitum contra ipsos venientes. vxores namqꝫ eorum diuturna virorum absentia ad seruos accesserunt, ex quibus Scytharum genita est iuuentus, quæ suorum natalium conditione cognita, obuiã perrexit his qui reuertebantur à Medis. Et primum regionem intersepsit ducta lata fossa, quæ à Tauricis montibus pertingebat ad Mæotim paludem. deinde in his consistens, Scythis repugnabat. Sæpe commissa pugna, cum nihil tamen Scythæ proficerẽt, quidam ex eis, inquit, Quidnam facimus, cum nostris seruis dimicantes, qui & cum interficimur, ipsi pauciores efficimur, & illos interficiendo, paucioribus deinceps imperabimus? mihi videtur, hastis arcubusq́ꝫ omissis, sumenda flagella quibus equos verberamus, & ad illos propius eundum. nam cum vident nos arma habentes, arbitrantur se similes nobis: vbi nos pro armis verbera tenentes viderint, tunc se nostros seruos intelligentes, non perstabunt. placuit hoc Scythis, qua ex re perculsi illi, pugnæ immemores, fugam capesserũt. ita Scythæ imperio sunt Asiæ potiti, & rursus à Medis eiecti, ad terram suam hunc in modum reuersi. Hac de causa Darius vlciscendi cupidus, comparauit exercitum. Susis mouens, peruenit ad Bosphorum Chalcedonis, vbi pons iungebatur. illic conscensa naui, transmisit insulas nomine Cyanæas Pertentabat autem Darius regem Scytharum, vt filiam sibi vxorem daret: & cum eius nuptias non obtinuisset, facto ponte, bellum intulit, armatis septingentis millibus hominũ Scythiam ingressus, & non facientibus hostibus primum pugnęcopiam, tandem metuẽs ne interrupto ponte Istri, reditus sibi intercluderetur, amis-

Mulæ Zopyri partus.

Babylon secundo capitur à Dario.

Seruile Scytharũ bellum.

Superant Darium Scythæ.

amissis hominum infinitis copijs, trepide refugit, quæ iactura abundante multitudine inter damna numerata non est. Inde vero Asiam & Macedoniam domuit, Ionas q̃q; nauali prælio superauit. Cognitoq; φ Athenienses Ionibus contra se auxiliũ tulissent, omnem impetum belli in eos conuertit. quo audito, Athenienses à Lacedæmonijs auxilium petiuere, productisq; copijs, cum viderẽt Persas quatridui religione teneri, nacta occasione, non expectatis Lacedæmonijs, instructis decem millibus ciuium, & auxiliarijs Plateensibus mille, aduersus sexcenta millia hostium campis Marathonijs in bellum egrediuntur. Milciades dux belli erat, & autor non expectandi auxilij, quod tanta fiducia ceperat, vt plus præsidij in celeritate q̃ in socijs duceret. Magna igitur in pugna concurrentibus alacritas fuit animorum, adeo vt cum mille passus inter duas acies essent, citato cursu ante iactum sagittarum ad hostem venerint. nec audaciæ eius euentus defuit. pugnatum est enim tanta virtute, vt hinc viros, inde pecudes putares. victi Persæ, in naues fugerunt, ex quibus multæ suppressæ, multę captæ. In eo prælio tanta virtus singulorum fuit, vt cuius laus prima esset, difficile iudicium videretur. inter cæteros tamen Themistoclis adolescentis gloria emicuit, & Cynigeri quoq; militis Athenień. qui post prælij innumeras cædes, cum fugiẽtes hostes ad naues egisset, onustam nauem dextra manu tenuit, nec dimisit donec manum amitteret. Tum quoque amputata dextra, nauem sinistra compræhendit. quam & ipsam dum amisisset, ad postremum morsu nauem detinuit. ad postremum truncus & veluti fera rabida dentibus pugnauit. ducenta millia Persæ eo prælio sine nauigio amiserunt. Postq̃ nuncius pugnæ ad regem Darium allatus est ad Marathonem gestæ, cum antea vehementer infensus esset Athenień. φ Sardis inuasissent, longe infensior factus est & propensior ad bellum Græciæ inferendum, missisq; cõtinuo nũcijs ad ciuitates, edixit vt singulæ multo q̃ antea maiores copias compararent. defecerũt postea & Aegyptij, quo magis aduersus vtrosq; sumere arma properabat. Interea ingẽs inter eius liberos de principatu exorta est dissensio, quoniam ex instituto Persarum oportebat ita demum ire in expeditionem, cum regni successorem declarasset. Erant autem Dario iam anteq̃ regnasset, liberi tres e priore vxore, & post partum regnum alij quatuor ex Atossa Cyri filia. superiorum maximus natu erat Artabazanes, posteriorum Xerxes. qui cum ex eadem matre non essent, disceptabant. Artabazanes, φ primogenitus inter omnes: Xerxes vero, φ post partum regnum, Darij regis natu maximus. Demaratus arbiter adhibitus, Spartæ sic vsurpatur, inquit, si cui anteq̃ regnet, filij nascuntur, deinde regi iam facto alius, huius postea nati successio regni est. hac à Demarato subiecta ratione vtentem Xerxem Darius regem declarauit. adeo autem valuit fratrum inter se moderatio, vt nec victor insultauerit, nec victus doluerit, sed ipso litis tempore munera sibi inuicem mittebant, iucunda quoq; inter se non solum solatia, sed & credula conuiuia habebant. Declarato Xerxe rege, cum Darius conaretur rebus apparatis exire in expeditionem, altero à defectione Aegyptiorum anno, supremum diem obijt, sex & 30. annis regni expletis, haud compos voti vt Aegyptios & Athenień. vlcisceretur.

Marathonia pugna.

Xerxes rex declaratur.

Darij obit⁹.

Anno 14. huius generationis, & ab vrbe condita 243. olympiade 68. pulsis regibus, consules (vt dictum est) constituti sunt bini, scilicet L. Iunius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus. hi lustratione vrbis facta, sacrisq; hostijs cæsis, primi ipsi iurarũt, ciuibusq; cæteris vt iurarent p̃suaserunt, non restituturos se ab exilio Tarquinium, neq; eius filios, neq; eos qui ex illis futuri essent, neq; regem vrbis aliquem restituturos, neq; cõstituere volẽtibus p̃missuros, tam pro se q̃ successoribus. verũ Ro. grati nomini regio, volẽtes id custodire, elegerũt ex senioribus põtifices & augures diuinorũ curã habiturum, atq; ab om̃i alio ciuili ministerio vacaturũ, regẽ sacrorũ noĩandum bñfici noı̃s gratia. Creatusq; rex sacrificulus primus, est Mamius Papyrius, ex patricijs vir quietis studiosus, deinde leges de contractibus scriptas à Tullio, humanas eas popularesq; visas, oẽs renouarunt. Sicq; etiã immolationes quas in vrbe & per agros conuenientes cõmuniter populares & contribules perficiebant, curæ haberi iterum statuere, concionemq; eis restituerunt de rebus maximis ac ferendi suffragij potestatem, quæ oĩa sub Tarquinio erant sublata. Tarquinius interim postq̃ regno excidit, Gabijs commoratur, suscipiens ad se ex vrbe, quibus erat tyrannus libertate gratior, Latinorumq; insistens spei vt per illos in regnum reducendus. Vbi vero bellum vrbi inferre noluerũt, desperans de eis, in Hetruscam profugit vrbem, ex qua ei maternum erat genus, persuadensq; largitione, beneficiaq; commemorãs antecessorũ suorum, & quomodo ex magna excidens felicitate, die vna errabundus cum tribus filijs venisset ad eos, cum lachrymis oĩa edisserens, obtinuit vt legatos Romã mitterent reconciliatores. Designatis aũt legatis quos ipse voluit, edocet quæcunq; essent dicenda aut agenda, datisq; eis

Consules.

literis

Legati Hetruscorum. literis ab exulibus qui cum eo erant, continentes preces ad familiares suos & amicos, ferentes etiam auri aliquid. Hi viri Romam venientes, in senatu postularunt, Tarquinium vt accepta fide venire sine metu liceret, rationemq; redditurus de oĩbus quæ egerat ex quo principatum accepit: & si nihil dignum exilio egerit, tunc si reddant ei regimen, imperaturum se, quibuscunq; ciues æquis conditionibus diffiniant: si vero malint non amplius gubernari per regem, sed alteram instituere formam regiminis, tũc manere se in vrbe liceat quæ patria est, atq; domum habentem propriam, simul cum cæteris ex æquo regi, liberariq; exilio. Rogabantq; legati senatũ, ꝙ cũ iustũ æquumq; esset, neminem dictione causæ iudicioq; priuari, vt ei viro concederent defensionem, cuius ipsi iudices futuri erant. His dictis, assurgens Brutus, ita locutus est: De ingressu Tarquiniorum in vrbem, viri Hetrusci, desinite plura dicere. latum est enĩ iam suffragium, decernens eis perpetuum exilium, perq; deos iurauimus oẽs, neq; esse reducturos nos tyrannos, nec reducẽtibus permissuros. si vero aliquid modesti rogaturi estis, quod nec iuramento nec legibus agere prohibeamur, dicere potestis. Ad hæc, deliberatione habita, legati: inopinate nobis occurritis, sed postq̃ vobis sic videtur, de ingressu Tarquiniorum nihil rogamus amplius. aduocamus autem vos in aliud iustum, de quo nobis mandatum dedit patria, vt reddatis regi bona quæ auus suus possedit antea ac pater. sufficit enim ei ferenti sua, aliquo in loco alio beate viuere, nihil vos conturbantem. Hæc cum dixissent legati, exiuere. Consul autem Brutus retinendas consulebat has diuitias, tum ꝙ in multis rempub. læserat, tum vtilitatis causa, ne facultas ad bellum ei suppetat. Collatinus vero contraria dicebat, non læsisse dicens ciuitatem pecunias, sed corpora, cauereq; ipsos censens, ne opinionis improbæ apud oẽs potirentur, neve iustam belli causam eis exhiberent tanq̃ re sua spoliatis, esseq; incertum, Tarquinios bellum aduersus ciuitatem gerere. Talia dicentibus consulibus, complures dies deliberans senatus, q̃nquidem vtiliora dicere Brutus, iustiora autem Collatinus videretur, tandem populum iudicem faciunt. accipientes calculos curiæ, vno tantum calculo vicerunt qui reddi iubebant bona. Accipientes responsum Hetrusci, laudarũt senatum, nunciaruntq; Tarquinio, vt mitteret recepturos opes suas, ipsiq; in vrbe ꝑmansere sub simulamine, sed reuera præparantes in vrbe quę mandarat eis tyrannus. dederant enĩ epistolas ab exulibus ad necessarios missas, & ab illis ad exules ceperant, quibus tractabatur secreto de reductione Tarquiniorum. Non enĩ deerãt in vrbe fautores eorum, vel propter sensus imbecillitatem, aut vitæ inopiam, desideriumve in tyrãnide: nonnullos commodorum spes inuitabat, inter quos & illustres aliqui corrupti, vt duo Bruti filij, & duo fratres vxoris suæ, cum pluribus alijs adolescentibus, qui regnante Tarquinio, soliti erant luxuriosam vitam & dissolutam cum filijs Tarquinij agere. Vnde grauiter tulerunt multum eis ablatum de pristina libertate ad malum, legesq; dicebant rem surdam & inexorabilem esse, melioremq; inopi q̃ potenti. ista tractantes, & cum legatis secretos habentes conuentus, aduertit interim seruorũ quidam vini præbitor, cuius nomen erat Vindices: suspicatusq; hos viros aliquid moliri prauum, animum attendit, sermonesq; eorum accepit, & literas ab oĩbus scriptas vidit ad compaginem quandam ostij, egrediensq; domum multa nocte, veritus est adire consules, qui erant illorum cognati, forsan cęlaturos scelus. veniens itaq; ad Publium Valerium, dat ei dextram, & ab eo iusiurandum recipit securitatis suæ, & eorum quæ vidit & audiuit, fit index. Quod vt Valerius edidicit, sine mora magna clientulorum manu ad ædes Aquiliorum, vbi conuentus erat, irrupit. epistolarum fit dominus, comprætendensq; Aquilios, nam alij abierant, ante consules sistit. mirum est. Brutus enĩ vbi dies affuit, adscendens tribunal, & epistolas coniuratorum recensens, vt inuenit quæ à filijs scriptæ erant, manu & signis cognitæ, legi eas iussit à scriba in publico, deinde iussit filios si quid vellent, dicere. negare non poterant, præ verecundia vterq; flebat. Continens autem se parumper Brutus, deinde silentio indicto, se morti filios cõdemnare dixit. ad quod omnes reclamarunt, haud dignantes eum supplicium de filijs sumere, condonareq; volebant patri animas adolescentium. ille autem neq; voces eorum neq; vlulatus admittens, adolescentes complorantes & rogantes, in foro oĩbus spectantibus cædi eos virgis iubens, & post in eius conspectu decollari, solus ipse neq; filiorum fatum deflens, neq; se ipsum miserans. Occisis autem filijs, cõfestim euocat collegæ sui sororis filios Aquilios, & epistolas eorum legi iubet. ad tribunal ducti iuuenes, prociderunt ad genua auunculi, vt per illum seruandi. Cum iussisset Brutus lictores eos ducere ad mortem, dixit lictoribus Collatinus vt differrent. prætendensq; Brutum solum, preces fundit, partimq; excusans eos per inscitiam ætatis, partim cohortans vt largiret sibi cognatorũ animas, simulq; ostendens periculũ, si conscij

Restituũtur Tarqnio bona sua.

Aquiliorũ & Viteliorum dolus.

Bruti seueritas in filios.

scij oẽs occidantur. Vbi vero minime persuasit, petebat saltẽ ne morte mulctaret. denegante etiam Bruto, mœrens Collatinus ait: Postq̃ tetricus & amarus es, ego iuuenes eximo eiusdem cuius tu potestatis dñs. Hinc excandescens Brutus, Non tu, inquit, me viuo Collatine proditores patriæ eripies, sed & tu æquas pœnas dabis. His dictis, constituta adolescentibus custodia, populum in concilium aduocauit, om̃i proditione detecta, Collatinum in suspicionem primum ducens quasi cõscium, reduxit populo ad memoriam, quomodo iurasset se non relicturum aliquem in ciuitate, neq; aliquem regnare passurum, vnde periculum esse posset libertati, & addidit se non credere populum Ro. solitam libertatem recuperare, dum regium genus & nomẽ non solum in ciuitate, sed & in imperio esset. Quo modo egit, vt Collatinus Tarquinius non solũ consulatui cederet, sed etiam ciuitatem exiret, vt narrat. T. Liuius. nam licet Collatinus clamaret insidiatorem, Brutum denotãs, partim calumnias refellens, calculos petit dari populo Brutus, auferre se magistratum Collatino, & eum in exilium dare pronunciabat. Videns socer Collatini Sp. Lucretius, vir apud populum in honore habitus, negocium quo pergeret, & ꝙ populus sententiam Bruti laudare vellet, venia impetrata, communes habuit apud vtrunq; consulem preces: Collatinum quidem admonẽs, ne repugnaret ciuibus, si q̃d dederant, reposcerent, sed sua sponte deponeret magistratũ, se aliq̃ transferret in alium locum, donec tuta esset respub. neq; in suspicione maneret: Bruto vero suadens, ne cum pudore collegam eijceret vrbe, cum q̃ optime patriæ consuluisset: sed si vellet magistratum sponte deponere, patriaq́; cedere, res eum oẽs suas permitteret componere, munusq́; aliq̃d de publico dare in solamen calamitatis. Eum sermonem cunctis collaudãtibus, Collatinus magistratu se abdicat. Brutus aũt collaudans eum, ꝙ sibi vtilia patriæq́; consuluisset, hortabat̃ vt neq; sibi neq; patriæ esset infensus, migrationem hanc esse, non relegationem aut exilium. ꝑsuasitq́; populo, vt dono ei de publico 20. darent talenta, & ipse quinq; de suo addidit. Tarquinius itaq; Collatinus Lauinium abijt, ubi vita functus est. Brutus aũt haud æquum censens imperare se solum, neq; suspectus haberi volens, ꝙ desiderio principatus collegam eiecisset, conuocato populo, collegam sibi in consulatu elegit P. Valerium, gratia, laude & admiratione dignum virum, cum hoc collega oẽs eos qui de reditu exulum coniurauerant, supplicio affecit, indicemq́; cõiurationis seruum Vindicem, libertatis ciuitatisq́; fecerunt participem. deinde senatum auxerunt vsq; ad trecentorum numerum. Post hæc bona oĩa tyrannorum ferentes in publicum, ciuibus oĩbus exposuerunt, agrũ eorum his qui nullam haberent sortem, diuiserunt. Vnum tm̃ excipientes campum, qui inter vrbem & flumen iacet, quem sacrum esse Marti ante decreuerant. atq; Romanis qui cum tyranno profugerant, reditum in vrbem sine metu ac recordatiõe delicti cõcesserunt, 20. eis dierum tempus præfinientes, intra quod si non redirent, mulctam eis statuunt exilia perpetua & bonorum publicationẽ. Interim Tarquinius ab Hetruscis exercitum congregat, cum Tarquiniorum & Veiorum copijs veniens bellum mouendi causa. cui Ro. ire obuiam properant, occurruntq́; hostibus. pugna atrox committitur, vbi vnus filiorum Tarquinij, Aruns nomine, magnanimitate clarissimus, equum propius Romanos agens, aduersum Brutum contumeliosa iaciebat verba, ignauiam timiditatemq́; ei exprobrãs, pollutum eum sanguine filiorum, postremo in certamen singulare prouocans. atq; ille haud dignatus improperia sustinere, equum agit ex acie vi raptus. occurrit Aruns. infestis hastis vterq; alteri per clypeos & per thoracas vulnera incurabilia infligentes, cadunt, animasq́; efflantes iacebant. Aliæ autem copię vbi collapsos viderunt duces, intrudunt se aduersum cum clamore & armorum strepitu, fitq́; maximum certamen, ac iam sole inclinante, in sua vtriq; castra rediere, nec alteram pugnam posteris diebus expectauere. Iunius igitur Brutus sero in claritatem veniens, Romanorum omnium clarissimus apparens, tali functus est fine, prolem nullam relinquens. Post cuius mortem collega eius Valerius, plebi suspectus fit, tanq̃ sibi regnum comparans. primum, ꝙ nõ statim collegam sibi elegit: deinde, quia domum in loco inuidioso sibi extruebat, collem eligens quem Veliam vocant. Audiẽs aũt ab idoneis ille causas, concione facta, designat sibi consulem Sp. Lucretiũ, qui paulo post moritur, inq́; locum eius M. Horatium substituit, domum transtulit à colle Velia, infra in humiliora, abstulitq́; à fascibus secures. constituit vt extra vrbem vterentur consules securibus, intus vero tm̃ fascibus ornarẽtur. legesq́; posuit humanissimas: vnam, in qua statuit, vt Ro. magistratus à populo acciperet imperium, capitalem imponens pœnam contra facienti, & qui eum occidisset, insontem faciens: aliam autem, si magistratus aliquem Ro. interficere, verberibusve cædere aut mulctare vellet pecunijs, licere à magistratu ad populũ prouocare, nihilq́; prouocantem interim pati debere.

Tarquinius Collatinus consulatu se abdicat.

P. Valerius consul.

Ager Martis.

Bruti interitus.

His institutis, in honore habitus est apud plebē, imponiturq́ꝫ ei Publicola cognomē. Publio autem Valerio Publicola & M. Horatio consulibus, rex Clusinorum Lartes, cognomine Porsena, confugientibus ad se Tarquiniis, pollicitus est eis duorum alterum se effecturum: aut reconciliaturum eum cum ciuibus de reditu imperii, aut recipientem se quæ ablata erant eis bona, redditurum. Vbi vero missa legatione Romam neutrum inuenit, causante senatu execrationes & iusiurandum habitum ac distributione bonorum facta, contumeliæ se habitum credidit vir arrogans, induxitq́ꝫ Romanis bellum, quod cum eo suscepit & Tarquinii gener Octauius Manilius ex Tusculo, Camerinos & Antemnates adducens omnes. Hæc intelligentes Ro. consules, rupem Ianiculum trans Tiberim firmant munitionibus & præsidiis, multa egenis præstātes, ne ad hostes deficerent, immunes eos esse omnium tributorum communium, pro patria quoq́ꝫ animantes. In campo igitur ante vrbem sito sua castra posuerunt. rex autem Porsena exercitum adducens, inuasione subita Ianiculum occupat, stupefaciens custodes, imponit ei præsidium ex Hetruscis. deinde vrbem versus properans, vbi Ro. conspexit ante flumen considentes, apparabat se ad pugnā, tanq̄ eos multitudine conculcaturus. vtq́ꝫ ventum est ad manus, pugnabant vtriq́ꝫ strenue, diuq́ꝫ hostibus obstitere Ro. multitudine vero longe superati. Permultis autem cadentibus, inuadit timor Ro. conspexerunt enim Valerium & Lucretium saucios portari ex acie, deinde etiam in dextro cornu vincentes Tarquinios, fuga fit per pontem, parumq́ꝫ affuit quin vrbs per vim caperetur, si irrupissent simul cum fugientibus. Impetum autem hostium ferebant viri tres Sp. Martius, T. Herminius, P. Horatius Cocles, hi soli post tergū* facientes pontem, hostibus obstiterūt, telis ac gladiis percussi, donec exercitus transgressus est. sequuntur duo sensim Martius & Herminius. Horatius autem Cocles, reuocantibus licet eum ab vrbe consulibus, perstitit. iussit vt pontem rescinderent prope vrbem. erat tum ligneus. mandauitq́ꝫ vbi dissolutus esset, indicarent sibi signis siue voce, de reliquis sibi curæ fore. ita perstat in ponte, congredientium cum eo alios gladio ꝑcutiens, alios clypeo, oēs repulit irrumpētes vt furibundus, nec erat facile adire eum à dextra læuaq́ꝫ habentem flumen. à fronte quoq́ꝫ cadauerum cumulum: sed lanceis, iaculis, lapidibus eminus infestabant. itaq́ꝫ vulnerum telorumq́ꝫ in multis corporis partibus habentem multitudinem, magnis afflictus est doloribus. verum vt exclamantes audiuit, dissolutum esse pontem, cum armis in flumen salit, tranansq́ꝫ nihil armorꝫ abiiciēs, enauit in terram. Hoc ei sane opus gloriā peperit sempiternam, magnificeq́ꝫ est donatus. Post illam pugnam rex Hetruscorum in mōte proximo Ianiculo castra metabatur, regionem omnem trans Tiberim in potestate habens, filiiq́ꝫ Tarquinii & gener eius ratibus traiiciētes, in munito loco vallum statuunt, Ro. quotidie populabantur agrum. Obtinentibus vero hostibus campestria omnia, subita in vrbe secuta est victualium penuria, maximaq́ꝫ fame cœptū est laborare. Erat in vrbe vir clarissimus Caius Mutius, hic cognouit duorum alterum euenturum, aut miserabili pereundum esse fato, aut populo desperandum. adiit consules, detegit consiliū, aut sibi moriendum esse, aut Porsenam vindicare. Abiit postea, transgressusq́ꝫ flumē, vallum Hetruscorum ingreditur, deceptis portarum custodibus. vbi ad prætorium venit, videt hominē purpura indutum, circa eum armatos. regem esse putat, erat autem regis scriba. adscendit ergo vt inermis tribunal, educit gladium, feritq́ꝫ hominem per caput, qui & moritur. mox ipse compræhensus, & ad regem ductus, fassus est se ciuem Ro. & causa interficiendi regem, venisse, patriam bello liberare volens, pro æquali habere occidere & occidi. Cum autem rex iuberet eum torqueri, vt ab eo plus edisceret, extendens sponte in ignem Scæuola manum, ibi immobiliter tenuit, donec ipse rex horrore iuberet eum ab igne amoueri. At ille: Scito, inquit, o rex quem virum effugeris. trecenti enim coniurati sumus Romani, vt te inuadamus. mea sors prima fuit, cæterum eodem modo vnusquisq́ꝫ pro suo tempore cum opportunum fuerit, attentabit. Vbi vero rex hæc audiuit, illum abducentes satellites iussit diligenter custodiri, cōuocatisq́ꝫ amicis, quidnam agendo posset frustrari horum insidias, consultat. ad quod vnusquisq́ꝫ, vt visum sibi fuit, respondet. filius autem eius postremo, Aruns dictus, sententiam protulit sua ætate seniorem, non spectandum esse regi, quibus custodiis vtēdo nihil passurus esset graue, sed quid agendo potius non egeret cautione. admirantibus autem omnibus, & quemadmodum istud fieri posset postulantibus: Si amicos, inquit, ex hostibus efficeret tales viros. At rex pręclare eum sentire putans, sed rem dignam consilio statuēs, quemadmodum decentes facere posset cum Ro. reconciliationes, quos inclusos teneret muris & adeo victos. Verum paucis post diebus dispersis per regionem militibus, Ro. dispositis opportuno loco insidiis, multos perdūt & plures captiuos ducūt. quam

rem

Porsena.

Alı's Sp. Lartius.

Horatii Coclitis magnanimitas

Mutii Scæuolæ fortitudo.

rem grauiter ferentes Hetrusci, disputabāt per compita, criminādo regem de diuturnitate belli, demigrare ipsi cupientes. hac occasione rex legatos misit, erātq́ eis mādata, se æquū censere Tarquinio opes suas reddi, vel si minus quæcūq; possibilia, agrorum, ædium, pecorum, frugum æstimationem iustā, sibi aūt dissoluenti bellū septē pagos restitui regionem Hetruscorum, quā Ro. occupauerāt, obsidesq́ dari. Aduenientibus autē legatis Romā, senatus decreuit, Publicola altero consulū suadente, concedenda esse quæcūq; postularet Hetruscus (laborabat em̄ vrbs penuria) quibuscūq; æquis conditionibus finem bello imponere, restitutionem aūt pecuniarum minime confirmauit: mitti vero de his rebus ad Porsenā legatos, q & obsides, & regionē eū recipere ęquum censerent, de pecunijs aūt iudicē ipsum fieri Tarquinio & Romanis vbi vtrosq; audisset. Abierūt Hetrusci, afferētes hæc ad regē responsa, & cū eis Ro. po. legati, ducentes secum ex primis familijs xx. pueros pro patria obsides, dātibus M. Horatio filiū, Pub. vero Valerio filiā nubilē. Aduenientibus aūt istis ad exercitū, rex gauisus est, multumq́ Ro. laudās, pactus est cū eis inducias, recepitq́ causæ iudicationē. dolebāt aūt Tarquinij, cōplecti tñ præsentia cogebātur. venientibus deinde ad constitutū diē Ro. sedens pro tribunali Porsena rex, permisit eis causæ dictionē. qua pendente, venit nuncius regi fugā virginū obsidum indicās. rogabāt em̄ virgines custodes, vt lauare se in flumine pmitterent: & cū impetrassent, adhortāte cæteras Clœlia, primaq́ incipiente, trāsnatato flumine, abierunt in vrbē om̄es. quo audito, Tarquinius peierationē atq; perfidiā increpās Ro. regēq́ iritās, vt deceptū à dolosis hominibus, ne eis amplius mētem adhiberet. Excusante aūt consule, virgines sine patrū iussu abijsse, seq́ fidē facturum, qđ nihil gestū esset à se ex insidijs, persuasus rex, concessit vt virgines reduceret: & dum pergeret, Tarquinius generq́ eius obsident iter ad rapiendas virgines cōsulemq́. sed præueniens Ro. cōsul, ducensq́ puellas, aduenit: & ante portas Hetrusci valli iam existens, à psecutoribus occupatᷓ. fit clamor, statim Hetrusci iubēte rege opem ferunt, ac consulem ægre defendunt. qua re excādescens rex, ad concionē Hetruscos vocat, narrans queādmodū ante finē litis Tarquinius in corpora legatorum sacra & obsidū, iniqua agere per inducias conatus sit. Vnde Ro. absoluunt à crimine, cū Tarquinijs aūt amicitiā dissoluunt. pdixit eis quoq; rex, vt eodē die abirent e castris: ita Tarquinij restitutionis spe ac recuperatione bonorum fraudati, abierunt e castris cum pudore & odio. Bellū igitur in magna adducens vrbē pericula, talē sortitū est finē. senatus aūt post demigrationē Hetruscorum, decreuit soliū Porsenæ mittere eburneū, sceptrumq́ & coronam aureā. Mutiū aūt vt liberatorē patriæ, regione trās Tiberim donare de publico, Horatiū quoq; propugnatorē pontis, donarunt quātocūq; aratro vno die complecti posset. Clœliæ vero virgini locū statuæ dedere æneæ. Sexto anno post exactos reges P. Valerius Publicola consul quartū, Titusq́ Lucretius collega, sub qbus Sabini statuunt cū Ro. bellū gerere, tanq̄ solutis fœderibus, ex quo Tarquinius rex cū quo libatū erat, exciderat imperio, psuasi ipsi à sexto Tarquinio, quē & Imperatorē eligūt. verum Ro. Sabinos primo, secundo, tertio & quarto superāt non sine clade suorum. vltima aūt clade pcussi Sabini, legatos ad consulē misere de amicitia collocuturos. reijciente autem eos ad senatum Cassio consule, tunc multis cum precibus vix imponere reconciliationis belliq́ dissolutionē potuere. Septuagesima aūt olympiade, Posthumio Cominio & Tito Largio cōsulibus, desciuere à Ro. amicitia Latinorum vrbes, Octauio Manilio Tarquinij genero psuadente alijs pollicitatione munerum, alijsq́ multa pce corruptis, vt conferrēt exulibus reditū: fitq́ cōis vrbiū conuētus pter vrbē Romā, in qua tamen oportebat ex consuetudine vrbes de bello ferre suffragia. Mittūt propterea Ro. ad vicinas vrbes, rogātes ne qđ molirentᷓ noui. erat legatus M. Valerius vir consularis, qui ad cōuentū veniēs, postulās dicendi potestatē, se missum dixit ad eas vrbes quæ latrocinia iam exercebāt, rogaturū eas vt obnoxios sibi traderent, subituros pœnas ex lege vt conuenerāt: deinceps postulaturū, cauere eas ne amicitiā distraherent, nec licuisse etiā Ro. posthabitis conuentū facere, cū sit scriptū in fœderibus, vt assint omnes cōibus cōcilijs ciuitates. Surgit tum Manilius Tarquinij gener. longā habuit aduersus vrbem orōnem, idemq́ Aricini, postq̄ vrbes audiuerūt om̄es, soluta esse decreuerūt à Ro. fœdera. Interim aūt coniuratū est in vrbe p seruos, sed indicio facto, coniurati oēs e scopulis pcipitati sunt. vidētes Manilius atq; Tarquinius quæ occurrebāt discrimina, circa spes externas seditionē excitare moliuntᷓ. erat em̄ iam pars plebis egena, ære alieno oppressa, neq; moderate se gerebāt creditores, sed in vincula adducentes corpora obnoxiorū. hæc sciens Tarquinius, in vrbe per fidos multa egenis pollicitus, seruisq́ libertatē promittens, aduersus principatū paucorū facit vt coniurationē ineant. Erat aūt coniurationis summa, vt principes coniurationis locos munitos vrbis occu-

Induciæ Roma. dātur.

Clœlia.

Ro. populi gratitudo.

Bellum Sabinorum.

Seruorum coniuratio.

pent,famuli dños interficiant,domus locupletũ diripiãt,tyrãnis interea portas aperiant,sed prouidentia diuina cõsilia eorũ detecta sunt. Publius & Marcus ex vrbe Laurento præcipui inter cõiuratos,territi per somnia,indices fiunt apud alterũ ex consulibus,qui eos laudãs,se eis benefacturũ, si opera quoq; similia verbis demõstrarẽt, spondet. aperit deinde senatui coniurationẽ secretã,& accepta potestate inueniẽdi cõiuratos,nouum excogitauit modũ fallendi eos qui res nouas moliebãtur. senatores robustissimos munita loca iussit custodire: equitibus,vt circa forũ in domibus expectarẽt. per literas vocauit alterũ consulem qui tunc Fidenas obsidebat, vt exercitũ nocte reduceret,causam indicãs. hisq; ordinatis,negociũ dat indicibus,vt principes coniuratorũ venire in forum circa mediã noctẽ iubeãt,adducentes secum eos quibus fiderent,tanq̃ ibi quæ agere vnumquenq; oporteret audituros. Sunt hæc facta, atq; vbi congregati sunt coniurationis principes, sociiq; & cõplices, circunfusi statim sunt equitibus atq; armatis. adest etiã alter consul,adducens copias in cãpum. aderat dies,iussiq; per præcones vt ad concionem venirent vniuersi. quibus cõcurrentibus,coniurationem detegunt consules de reducendis tyrãnis. vbi nemo negare poterat,senatus consultũ secutum est,indicibus coniurationis ciuitatem dari,& argenti vtriq; illorũ denas millenas drachmas,agriq; publici vicena iugera: participes cõiuratiõis morti tradi, si idem q̃q; populo videatur. rata aũt faciente populo quæ visa erãt senatui,coniuratos oẽs interficiunt. postea Fidenæ expugnatæ sunt,secutaq; bella cũ Latinis varia, Tarquiniis instigãtibus. Interea Ro. legiones conscribentes, in magnã inciderũt difficultatem. vitæ enim tenuis homines,& qui æs alienũ dissoluere non poterãt,vocati ad arma,minime obtemperabãt,neq; esse cũ patriciis participes alicuius operis volebãt, sed ex duobus alterũ postulabãt senatũ facere: aut dare eis iam debitæ pecuniæ dimissionem,aut socios habere periculorũ desinerent. Ad hæc cõuenientes in curia patres, consultãt quo pacto turbationẽ vitarent. M. Valerius Publicolæ filius,instabat æs alienũ illis dimittendum,Appius Claudius cõtra,quem pluralitas sequebatur. Sed quia nolentes obsequi,in corpus afficere cõsules nõ poterãt,obstãte lege P. Valerii Publicolæ,quæ vetabat Ro. ante causæ dictionẽ punire,permittitq; ad supplicia ductũ prouocare ad populum. Quare cogitabãt,hac lege stãte minime illos obtemperaturos. ne ergo pauperes aduersarentur,si lex palã abrogaretur,statuit senatus magistratũ, qui leges oẽs sub se haberet,à quo ne quidẽ liceret prouocare,durearetq; magistratus is non plus q̃ semestre tẽpus. Abrogatis interim cõsulibus,hunc dictatorẽ vocare volebãt,electusq; est T. Largius vir popularis ac virtutibus excellens,& quia placuit populo,extitit cõfirmatus. Titus igitur statim vt magistratũ assumpsit, designat Sp. Cassiũ magistrũ equitũ, deinde vt populo erat vir pacceptus T. Largius,facile pro tẽporis necessitate apud plebem obtinuit,vt qescente interim exactiõe,debitores sequerẽtur in hostẽ. Et cũ Tusculani popularẽtur agrũ Ro. T. Largius mittit in eos copias,ex improuisoq; multos interficit,reliquos captiuos ducit,quos tñ refouens ex vulneribus, aliisq; cõplectens humanitatibus,simul oẽs remisit Tusculũ sine precio,legatos quoq; cũ his,qui hoc perfecerunt,vt Latinorũ dissolueret exercitus,fierentq; annuæ vrbis induciæ propter humanitatem viri. Anno sequenti, Aulo Posthumio Titoq; Virginio cõsulibus,elapsæ sunt cũ Latinis induciæ,apparatusq; in bellum fiebãt. Quo in bello M. Valerius hasta percussus cadit,Sex. quoq; Tarquinius à Ro. equitatu circundatus,nõ sine cæde multorũ moritur sub Posthumio dictatore. Diebus post paucis legati Latinorũ reconciliationes quærunt cõditiõibus æquis,vel saltẽ Ro. placentibus,obtinentq; satis ægre,confutatis ante de perfidia Latinis. Tarquinius aũt rex supererat annos natus circiter octoginta,hocq; tpe amittens filios,generiq; domũ miserabilẽ videns,etiã apud hostes senectutem degens,nõ eũ amplius recipientibus Latinorũ vrbibus neq; Sabinorũ,ad Campaniæ diuertit Cumas,ad Aristodemũ vrbis tyrãnum,vbi breui post tpe morit anno xv. postq̃ regnũ amisit. Bello Latino finito, Appio Claudio Sabino, Publioq; Seruilio Prisco cõsulibus,aduersus Volscos q auxilia Latinis cõtra Ro. præstitere,bellũ decernitur. Nunciabãtur aũt nihilominus illi legiones cõscribere,vicinos quoq; inuitare,audientes dissentire à patriciis Ro. plebẽ. Tum edixerãt cõsules omnibus qui in ætate militari essent,vt certo die adessent, sed plebs mãdata nõ attendebat, se nõ esse validã ad æs alienũ dissoluendũ. Postq̃ vero vocata ad sacramentũ militare cõsulibus nõ obtẽperabat,Seruilio videbat clemẽtiori eundũ via,& audiendã plebẽ ad sanãdum turbulentiã seditionis diminutiõe æris alieni. Sed Appii sententia contra, non esse plebi indulgendum,sed permittendum creditoribus cõtractuũ exactiones. Adhuc aũt sedẽtibus senatoribus,vir senior in foro apparuit,panno indutus vili,barba prolixa, implorans ab hominibus auxiliũ. Concurrente aũt turba ad clamorem eius,se fuisse ait liberum, mili-

Sulpitii cõsilium contra coniuratam plebẽ.

Primus dictator Ti. Largius.

Magister equitum.

Tarqnii S. interitus.

Plebis & patrũ discordia.

militasse bellis omnibus, verum tandem coactum eum sumere mutuo soluendorumque tributorum necessitate: nō habens aūt, inquit, vnde æs alienū soluerem, abductus sum à creditore seruus cū duobus filijs. & quia opus, vt volebat, quoddā facile nō adimpleui, verbera accepi plurima. hæc dicens, proiecit pānum, ostendens pectus plenum cicatricibus, dorsum vero repletū sanguine. hinc clamore vlulatuq; exorto à circūstantibus, per vrbem totā erat concursus pauperum, vicem suā deplorātium & opem ferri postulantium. maxima eo tēpore fuit rabies populi, quod ne tāgere quidem licuisset quenq̄ debitorum. Appius igitur timens impetū in se multitudinis, quādoquidem autor erat malorum, fugiens e foro abijt. Seruilius aūt purpureā vestem abijciens, & obuolutus, plebeiorum cuiq; cum lachrymis vix persuasit, vt ea die se continerent, tanq̄ curā assumpturo aliquā senatu de eis. euicit tādem vt discederent. Die aūt sequenti aderat non vrbana modo turba, sed ex agris popularis multitudo. coacto aūt senatu, vt consultarent quid agendum esset, Appius popularem collegā ducemq; dementię pauperum appellabat, Seruilius illum arrogātem, & præsentium malorum causam. nec finis fiebat sermonibus, cū interim nunciātur hostes magno exercitu cōfinia vastare. Clamatur propere ad arma. pauperes aūt neq; arma attingebāt, quin gaudebāt, audientes bellū, ostendentes catenas & cōpedes creditorum, dicere quoq; audentes, melius seruire Volscis q̄ tolerare patriciorum cōtumelias. Vrbs fletu replet. quæ videntes senatores, Seruiliū vt opem patriæ ferret, precabātur, isq; populo cōuocato, ostendēs eis præsentis tēporis necessitatem, neq; negligendā patriā, in qua vxores, liberi, parētes periclitarētur, vt opem ferrēt rogabat. Cū vero præsens periculū dissoluissent, de optimis remedijs salutaribusq; plebi cogitādum, neq; pauperes deserendos esse à senatu dixit. Suæ quoq; in populum beneuolentiæ mentionē fecit, postulās vt susciperent secū hāc militiā, pollicitū sibi senatū, se quodcūq; concessisset plebi, cōfirmaturum, proclamareq; iussit præconē, vt quicūq; militarent ciues, horum ædes liceret vendere nemini, neq; pignoris loco sumere, neq; familiā abducere. Consenserūt pauperes, & multa promptitudine ferebātur ad bellum. accipiens exercitū Seruilius, occurrit Volscis, castra eorum diripit, ac prædā diuisit præclarā. deinde vrbē Suessam prædiuitē circunsidens, vi capit, interfectis puberibus, Volscosq; humiliauit. Anno 260. post vrbē conditā, A. Virginio Montano, & T. Vetusio cōsulibus, Sabini desciscētes à Ro. apparāt exercitū. audiētes hoc patricij, vt cum omni robore exirent, propere parabāt. plebeij vero eis minime obtēperabāt, memores deceptæ sibi pollicitationis, paucique collecti, inter se iusiurādum dederāt, ne amplius bellū vllū cū patricijs susciperent. Interea plebeius quidā nō obtēperans, à ministris consulū corripi iussus est. Cōuersi pauperes, abstulerūt eundē ministris. eos abegerūt, nec equitibus nec patricijs præsentibus abstinuere quin violarēt. fuitq; breui vrbs tota inornatus tumultusq; plena, simulq; cū seditiōe, apparatus hostiū, Volscis iterū deficientibus, nunciabātur etiā Sabini proximi*. Cōgregato ex his senatu, rogatus primum à consulibus T. Largius vir omniū clarissimus, progrediens is, patres, inquit, quæ alijs videntur terribilia, mihi nequaquā, vt hostes appropinquare hoc in tēpore: sed terribilissima mihi videntur, quæ negligunt alij, quæ nisi mature corrigātur, adest rerū euersionis summa: cōtumacia plebis, ac vestra erga eorum cōtumaciā acerbitas. Puto aūt in præsentiarum nihil speculari debere, nisi queadmodū hæc ex vrbe euellātur. Deinde facile hostibus occurremus. Hāc sententiā oīnibus laudātibus, P. Virginius vir popularis, rogatus dicere: Qñ, inquit, plebs superiore anno plurimā ostēdit prōptitudinem contra Volscos & Aruncos, puto eos qui tunc bellorum nobis socij fuere, neq; res eorum à creditoribus detineri debere. Post hunc T. Largius, mihi, inqt, præclarū videtur, patres, populū simul oēm liberū à sponsionibus & vadimonijs dimitti, hoc enī solo concordem faciemus vrbē. Tertius progrediens Ap. Claudius, semper, ait, patres in sententia sum, nihil cōcedendū populo quod petat, neq; ego metu, precibus aut gratię cedo, cōsiderās quod oīs corruptio & ciuitatis euersio, à decisiōe æris alieni incipit. dictatorem eligite, q senatū populumq; cogat sentire præclara. alia enī nulla erit tanti mali prohibitio. his dictis, assentiunt iuniores plausu. Surrexit Seruilius contradicturus, & alij seniorum quidā, victi vero sunt à iunioribus, viq; multa vtentibus. vnde senatus M. Valeriū dictatorē dixit. suscipiens aūt imperium, magistrū equitū dicit Q. Seruilium. Valerius itaq; tribunal adscendēs, sic dixit: Scimus prope populares, quod volentibus vobis licet semper aliquos ex genere Valeriorum imperare, sub qbus liberi redditi estis à graui tyrānide, nec erratis, pmittentes vos eis qui popularissimi omniū videntur. Ideo non magna cohortatione opus est vt credatis nobis quodcūq; pollicebimur. q fallere non didicimus. & quod inter vos victuri sumus, pœnas ipsi subituri, si deceperimus. Pollicita sunt vobis multa, nec ad effectū deducta: fatemur hoc, quod non iuste de me suspi

Seruilij erga populū clementia.

Sabinorum defectio.

T. Largij oratio.

P. Virginij sentētia.

caremini, ex duobus debetis credere, & quod nõ me senatus abuteretur ad hoc ministerium, alios eñ habet ad id idoneos: & quod me vtiq; non ornasset dictatorio imperio. Sed vos me sciente fallere, aut cõsultantẽ male agere, omnino ne opinemini. Si eñ hæc opinio vobis incidat, me vt omniũ hoĩm improbissimo, vtimini vt vultis. ista vero suspicione animũ liberetis, & ad hostes iram vestrã transferatis, qui vrbem vobis ademptu ri veniunt, & ex liberis facturi seruos. Vbi vero hostes vlti erimus, spondeo ego vobis, senatũ de contentiõe æris alieni & quocũq; alio moderato digne intercessurũ. Interim aũt res om̃is vestra, omne dimittetur corpus, impignorabiles om̃es eritis. Hæc & alia huiuscemodi cũ dixisset, populus omnis lætus quod nõ amplius decipiendus esset, pollicitus est se belli futurum socium, cõscribunturq; legiones: ac Volscorũ quidem bellũ celerem habuit finẽ, simul etiã Sabini paruo admodũ tẽpore sunt humiles facti. Castella quædã capta, ex quibus multã abegere prædã. Valerius igitur succendente re ad votum, consuetũ triumphũ ducens, absoluit populum à militia, & postulabat à senatu, vt promissa ab eo populo, adimpleret. veruntamen mentẽ ei senatus nõ adhibuit, sed qui antea aduersabantur iuuenes, superiores multitudine, tunc quoq; multo vtebãtur clamore, obijciebãt quod hoc instituto potestatẽ oẽm patriciorũ delere pararent. Et q̃a non profecit Valerius, iamq; semestre effluxerat, discessit à curia, sepim deplorãs. Vocato populo, magnã, inquit, quirites habens vobis gratiã promptitudinis, suscipiẽs bellum, magnũ studium adhibebã remunerandi vos, ne fraudaremini pollicitis de senatu. verum ea agere prohibeor per illos, qui nõ optima, sed gratiosa eligentes, numero & vi vincũt. Ego vero senex socios habeo, quorũ vis inualida est ad exequendũ opus. apud senatum accusor, tanq̃ vestrã multitudinẽ colens, sed & apud vos criminationẽ subeo. Inopinata hæc mihi vtraq;, sed decepti sumus pariter, magisq; ego q̃ vos. exprobrata est mihi delectorũ in Volscos emissio, quia agrũ bonũ & multũ non patricijs aut equitibus sum largitus, sed in pauperes diuisi. Nunc vero quando ad repugnandũ potens non sum, imperiũ depono, & in volentiũ potestate corpus meum expono. si qua in re se deceptos à me putãt, vt vtãtur quoquo modo iustũ censent. Hæc cum dixisset Valerius, plebem omnem ad condolentiã adduxit, comitataq; abeuntem e foro vsq; in domum, gratissime discessit. Statim post hæc pauperes non occulte, sed iam palam coeuntes, de defectione à patricijs cõsultabant. Senatus autem prohibere intendens, consulibus mandauit, vt exercitus non dimitterent: verum milites in vnum coeuntes, Sicinio instigante, à consulibus desciscunt, signa rapientes honoratissima Ro. montem extra vrbem occupant, qui nunc ex illo casu sacer vocatur. Consulibus autem & centurionibus reuocantibus eos cum precibus & fletu, multaq; pollicentibus, respondit Sicinius: Quam vos, inquit, sententiã habetis? eos quos patria expellitis, seruosq; effecistis ex liberis, nunc reuocatis? qua tandẽ fide promissa firmabitis, qua vos nobis mentitos sæpius coarguimini? nobis etiam expulsis omnis terra sufficiet, in qua libertatem habeamus, & ea patria existimabitur. Vbi vero nunciata sunt hæc in vrbe, tumultus multus fletusq; fuit, per compita concursus plebis deserere parantis vrbem, patricijs prohibentibus, multa erat comploratio, & opera hostilia fiebant, viq; plebeia multitudo egrediebatur portas, ac patricijs pturbatio multa incidit, ne cum hostibus hi arreptis armis vrbem primi inuaderent. Suntq; varij à senatoribus sermones dicti, hi nulla improbitate aiunt factam plebis defectionem, sed iustis & necessarijs causis, & ob sponsiones minime seruatas, ira magis q̃ consilio desciuisse à senatu, ad reconciliationes decentes vocandos esse: & licet alijs alia viderentur, placuit tamen senatui legatos mittẽdos, cum dissidẽtibus de amicitia tractaturos. Electi sunt maxime idonei cũ mandatis, vt quærerent cuius indigerent, & quibus conditionibus reuerti in vrbẽ vellent: si enim esset moderati aliquid, senatum non eis negaturum, ac nunc deponentibus arma veniam præstiturum. Ad hæc mandata, qui in castris erant, excandescentes, superbiam & arrogantiam patricijs exprobrabant, quod prætenderent ignorantiam quibus indigerent. Cæterum cum minarentur plura vehementer, legati nihil contradicentes, demigrarunt. renunciabantq; patricijs verba rebellium, & quomodo necessaria cibaria reciperent ex proximis agris, nullaq; alia re infestarent regionem.

Valerij apud populum excusatio.

Sacer mons

Vbi vero hæc responsa accepit ciuitas, perturbata est, neq; aliquem exitum senatus inuenire poterat, nec deerant oblocutiones & accusationes inuicem, nec plebeia multitudo, quanta adhuc in vrbe manebat, similis sibi erat, sed clam ac palam in diuersa fluctuabat. Placuit ergo consulibus de plebis reditu tractare, & electus est Menenius Agrippa, vir nec arrogantia austerus, neque plebi quæcunq; vellet admissurus, adhortatusq; his est ille senatum ad reconciliationes: Patres, inquit, vtrum vobis sit melius, conuenire cum dissidentibus, an bellum gerere, quis non intelligit? Certe nos qui vrbem

Menenij Agrippæ consilium.

vrbem rerum tantarum dominā,inuidiosam iam & amarā finitimis nouimus,& ꝙ sine plebe facile seruari nō potest. Aliā vero plebē adducere,in ambiguo est,qbus illi cōtenti sint,multas ipsi sciētes vrbes ab introductis præsidio exercitibus seruas redditas. sed dato,modesti sint,cōsuetudinū tamē ac legū nostrarum inexperti,bonorum ac magistratuum ex æquo cum patricijs se fieri socios postulabunt,& nisi cōcedamus,inimicos habebimus:sin cōcesserimus,rempub.euertemus,atq; negata iam plebi nostræ vrbis,conuenis vltro offeremus. ac dicet aliquis arrogātem plebē,quæ iniuste agens, nō dignatur ad nos de recōciliatione mittere,nec missis nostris ciuilia responsa dare,sed superbit ac minatur. Ego vero plebē credo recōciliatiōes desiderare, nec aliquid acturā esse ex his quæ minatur,nisi coactā. ꝙ vero nō mittit ad senatū,nō est mirum, cū nihil humanum aut moderatū videt,ac deceptū se iri putat,vobis sæpe pollicentibus, & nihil peragentibus. Hæc igitur cogitās,puto oportere nos ad plebē mittere legatos ex his quibus confidat,& qui sint absolutæ potestatis ad dissoluendā seditionē quibuscunq; conditiōibus,nihil idem amplius ad senatū referentibus. Ex hoc qui nunc apparēt superbi & graues,ad cōcordiā erunt multo proniores. Hæc cū dixisset Menenius, murmur in senatu incidit,alijs pro alijs cōtra differētibus. silentio aūt secuto, cōsulū senior M. Valeriū eodē modo rogauit sententiā dicere. Assurgēs ille,primū senatum admonuit eorum quæ sæpe prædixerat euentura,nunc in negocio fore,& ꝙ nō sinebant seditionem euelli cum parua erat,postulataq; plebis declarās nō amplius futura eadē quæ prius,absolutionē,s. æris alieni,sed auxiliū postulaturum fortasse,cautionemq;,per quam tuta in reliquū permaneat. esse eñ ex quo cœperat dictatorius principatus, solutā legem libertatis suæ,quę prouocationē ad populū dabat:malas quoq; spes habere de securitate sua,qñ neq; cōsuli neq; dictatori volenti curā agere de ipsis licuerit. Quę alienā ab optimatibus fieri plebē oēm coegerūt,postremo legationē celerrime cōsulebat mittendā,vt dissoluerent quoq̄ modo possent seditionē,ne hostibus adderētur, & fieret morbus insanabilis. Post hūc rogatus Ap. Claudius dux iuuentutis, vir magnifice de se sentiēs,post multā Valerij increpationē subintulit: Nullā ad rebelles legationem mittendā,neq; ęris alieni remissionē decernēdā,neq; aliud qcq̄ faciēdū,per q̄d metus aut opinio imbecillitatis appareat. Qd̄ si arma deponētes,ad vrbē veniāt,&vt vos de ipsis cōsultetis,inquit,se exhibeāt, tūc ꝓ ociū (vt videbitur)erga eos moderatiōe vtendum esse,quia demens om̄is multitudo solet erga humiles arrogās fieri, erga aūt arrogantes humilis. Sic desinēte Claudio, tumultus in senatu exortus est. q eñ optimates videbātur,& iusta esse præponenda iniustis putātes,in sententiā ibāt Claudij, postulabantq; cōsules maiori parti accedere, vim neutri parti afferre, alioquin obuios ituros se omni cum promptitudine. Erat aūt caterua potens, patriciorumq; iuuentus huius erat sentētię:qbus vero pacis inerat desideriū, Menenij & Valerij sentētiā laudabāt. victi vero clamore iuuenū,lasciuiamq; eorum veriti cōsules,ne forte manibus nō temperarent,in lachrymas & preces ad extremū cōuertebātur. Quiescēte tumultu,cōsules sententiā intulere talē:Postq̄,inquiunt,breue est reliquū diei tēpus,abite à curia,&cras venite in conciliū moderatiores facti. Postulamus aūt vos vnius esse sententiæ,si minus cedere iuniores senibus vellent,neq; cōcertare. Scitis ex lege, rerum omniū senatū dñm, præterq̄ creādorum magistratuū,faciendarumq; legū,inferendiq; belli aut dissoluēdi,horum vero triū habere populū ptātem. Nunc aūt non de vllo alio q̄ de bello cōsultamus,aut de pace,ita vt sit necessariū sententias nostras cōfirmare populū. Vocabimus ergo populū. In hoc dimiserunt conciliū. Postero die nunciarunt omnibus qui in agris & qui in præsidijs agebāt,vt adessent. statuta die inter cæteros patres puericq; rebelliū cum fletu & precibus aderāt,spem bonā expectabāt. Veniētes in senatū rogat Menenius,suadetq; hic aduocatis recōciliationes,& postulat legationē mitti ad desciscentes * dñam recōciliationū. Post hunc consulares omnes assensere,donec ad Claudium est vētum. qui eandem quā prius sententiā dabat,manenti s. in vrbe plebi dimittendum æs alienum,& aduersus rebelles bellandū,donec perseuerent in armis. His dictis, siluit. Post quem Sp. Nautius clarissimus iuuenum, incipiens excusationē cōmunē iuuenum, ꝙ non vsi arrogantia aduersus patres,sensere in priori concilio cōtraria,sed errarūt per ætatem. Postremo fidē se ait huius rei facere,concedereq; eis tanquā melius sentientibus,vt decernerent quodcunq; Reipub. foret vtile, ipsis obtēperaturis. His dictis,laudati,& vt in cæteris Reipub. se tales exhiberent,rogati fuere. Senatus itaq; decem elegit ex illustrissimis seniorum, quibus mandata dabat,vt agerent quoquo possent modo, vti plebis cum patricijs amicitia cōponeretur sine dolo,reducerētq; exules ad propria. His mandatis acceptis,legati eodem die exiuerunt, quibus exercitus omnis extra vallum obuiam prodijt:vbi Sicinius conuocato populo, iussit legatos dicere de qbus re-

Consulum sententia.

 bus

bus missi aduenissent. Progrediens M. Valerius æuo maximus & popularissimus, nihil amplius est, inquit, plebeij quod vos prohibeat redire ad vestra, reconciliariq́ꝫ cũ patribus. decreuit enĩ senatus vobis pulchrũ & vtilem reditũ, sententiamq́ꝫ protulit, præteritorum non esse in malã partẽ reminiscendũ, ac nos quos nouit esse popularissimos, legatos misit, dños nos recõciliatiõis factos: gratias ergo eis agite, ꝙ ciuitas Ro. tot hominibus imperans, cui mos non est cuiq̃ aduersario cedere, vobis vltro cedit, priorq́ꝫ legationẽ mittit. respõsa supba nõ refert ad irã, sed tanq̃ pij imprudentiũ filioꝝ patres, de suo iure decedũt. dicite ergo quoꝝ indigetis, neqꝫ lasciuia vtimini, seditionẽ soluentes, redite læti in eã q̃ vos educauit, vrbẽ. His vt ordinatũ erat dictis, progredit L. Iunius vir turbulẽtus & acuti sensus, q à priori Bruto volebat vocari Brutus, talemq́ꝫ habuit orationẽ: Timor, inquit, humiles nos stupefacit, rñdendũ tñ est. nos, Valeri, multa alia & necessaria phibent, deponentes arma, sub vobis esse, tria vero maxima & aptissima: primũ quidẽ, ꝙ obijcientes nobis tanq̃ deliquerimus, venitis, & in partẽ beneficij putatis tradere nobis reditũ: deinde nihil declaratis, qbus recõciliatiões pficiatis conditionibus: Postremũ, ꝙ quæcunqꝫ pollicemini, eoꝝ firmũ est nihil, sed verba datis. si enĩ vlla in re vos læsimus, nullã poscimus securitatẽ aut obliuionẽ: si vero læsi nos à vobis, coacti sumus fortunã tẽtare, cur nõ fatemini ipsi vosipsos mali obliuionis indigere? sed quã petere deberetis, nũc dare dicitis, cõfundentes veritatis naturã. Discite plebis in vos beneficia, & si falsum dicam, redarguite. fuit nobis principio in vrbe dñatus vnius vsqꝫ ad septimã generationẽ sub regibus, vincentes hi vrbes, cũ licuisset eis pdæ participẽ facere neminẽ, id tñ minime voluerũt, sed ferebãt ipsi in mediũ, victa Suessa vrbe, emolumẽta oĩa, ita vt pter mãcipia et pecudes & res alias, quinas argẽti minas in viros singulos recepermus. Quibus tñ neglectis, postq̃ tyrãnice vtebãtur potestate, nõ in nos illi, sed in vos ægreferentes quæ fiebãt, à beneuolentia regũ desciuimus, vobisq́ꝫ adhæsimus. Insurgẽtesq́ꝫ in eos, expulimus: auferentesq́ꝫ ab eis imperiũ, vobis apposuimus. Quod quidẽ cũ sæpe nobis licuisset ad eiectos transferre, magnis muneribus inuitati, fidẽ erga vos fallere nõ sustinuimus, sed multa bella magnaq́ꝫ & assidua propter vos exhausimus cũ Tarquinijs & Veijs, cũ Porsena Hetruscoꝝ rege potẽtissimo, quem amicũ abire coegimus, Hetruriamq́ꝫ in duodecim principatus diuisam, dicto audientem vobis faciẽtes: Sabinos quoqꝫ, cũ quibus vobis semper erat certamẽ de principatu, humiliauimus. Latinoꝝ vrbes magnifice de se sentientes, vobis seruas reddidimus, & vsqꝫ in hunc decimũ iam & septimũ annũ cõterimur, cũ oĩbus hoĩbus pugnãtes pro cõmuni libertate. Inter hæc multa reꝝ nostraꝝ aliqua corrupere, alia necessarioꝝ consumpsit penuria, alijs priuati sumus supbis fœneratoribus. Postremo cogimur vestros agellos colere, fodientes, conserentes, pascentes greges, serui facti, alij catenis nexi, alij cõpedibus. verbera aũt, imperia, flagella & labores, crudelitatẽ, superbiã & cõtumeliã quã tolerauimus, sinamus. veꝝ vbi iam principatũ in tyrannidẽ vertistis, tanq̃ seruis vtentes, alienare à vobis mentes concepimus, mox prope omnia defecere, principibus defectionis Volscis, sequentibus eos Aequis, Hernicis, Sabinis, alijsq́ꝫ pluribus, meministis ne in quã veneritis de imperio desperationem? quãtas tunc preces pollicitationesq́ꝫ feceritis? quidve victi precibus, pollicitisq́ꝫ credentes, fecerimus ipsi? Quæ hic optimus Seruilius tunc consul plebi afferebat, exhibuimus nos vobis, breuiq́ꝫ omnia hostilia repressimus, qualẽ nobis gratiã retulistis? mentiti estis pollicitatiões, quas consulem facere pro Repub. iusseratis, huncq́ꝫ consulẽ quo abusi eratis, triumphoꝝ expertem fecistis, nullã ob causam aliã, nisi ꝙ ægreferret eã illusionem. Deinde cum Sabini, Aeqq́ꝫ & Volsci in vos insurrexerũt, an nõ ad nos humiles & inanes, venerabiles ipsi & graues confugere coacti estis, nobis omnia pro salute vestra pollicentes? ac ne nos rursus fallere videremini, velamen fallaciæ M. Valeriũ popularissimũ hunc virum inuenistis, cui nos credentes, dictatori quidem, vobis etiam hoc bellum inimicosq́ꝫ vicimus, non parua sustinentes discrimina. facilẽ autẽ finem sortiente bello, sponsionem nullam seruastis, sed inique in re eadem tria peregistis maxima, dignitatẽ senatus soluentes, & huius præstãtissimi viri fidem vitiantes, ac pro meritis infructuosam nobis ac pene inutilem facientes laboꝝ nostroꝝ gratiã. Hæc dicentes & alia his similia, haud æquũ ducimus, nos ad deprecandũ conuerti, neqꝫ tam grauibus perpetratis sub impunitate reditũ accipere. sed qñ de concordia disputaturi conuenimus, subtiliter de his conferre omittimus. Qua de causa aũt missi estis, cur non aperte dicitis? qua in vrbem spe nos redire vos æquũ ducitis? nihil enim vos hucvsqꝫ humanũ aut commodũ porrigentes audiuimus. aut si dixerimus nos, quibus conditiõibus reditũ fieri æquum censeamus. quis erit sponsor fœderũ nobis? credemus ne legatoꝝ dignationibus? & nos illi per hos viros antea decepere, an per deos, per iusiurandum? sed sæpius iam discentes,

L. Iunij aduersus ingratitudinẽ patrũ oratio.

Plebis in patres beneficia.

tes, scimus id tam diu vim habere, q̃diu necessitas eorum vincit. Quænam igitur amicitia, in qua coire nos inuicem præter sententiam cogimur, vtriq; obseruantes tempora idonea? Bello vero ciuili nihil infelicius, in q̃ victi infeliciter, & vincentes iniuste agũt. Ad tales igitur calamitates ne nos patricij aduocate, nec nos vobis parebimus plebeij. Brutus igitur talibus & alijs pluribus dictis, siluit. Adstãtibus vero, quæcunq; de iustis dixit, vera esse apparuere: nemoq́; erat tam duro animo, vt non in lachrymas difflueret. Steterunt legati, dubitantes diu quid oporteret dici. Verum vbi comploratus multus desiit, progrediens T. Largius, vnus omniũ præclarissimus, partim aliqua creditoribus obijciens, vt crudelia inhumanaq́; peragentibus, partim quoq; attingens pauperes, tanq̃ iusta non postulantes, vi s. magis liberari ære alieno, q̃ gratia. Paruam em̃ partem plebis ob magnitudinem paupertatis, coactã remissionem petere: maiorem vero intemperãtia & contumelia ad voluptuosam vitã deditam, & per raptum alienorũ inseruire cupiditatibus, discernendos esse ab his illos: hæc etsi vera essent, sed non omnibus grata fuere. Ob id scimus vos legari, inquiunt hi: aut dicite q̃bus cõditionibus ipsi nos aduocatis, aut non dicentes abite. non enim vobis faciemus amplius dicendi potestatem. Tum Menenius Agrippa significauit se velle loqui de conditionibus, quã orationẽ cõclusit Aesopæo more fabula. Nos, ait, missi sumus à senatu viri plebeij ad vos, non excusaturi eum, nec vos accusaturi. non em̃ sunt hæc huius temporis, sed vt seditio tollatur, aduenimus. Est ciuitas humano corpori ꝑsimilis, nam cõpositum est vtrũq; ex multis partibus, nec partes vsus pares habent. venerũt membra ad ventrem, conquerentes ꝙ omnibus operantibus, solus ipse nil ageret, sed om̃ia absumeret. Cur, inquiunt, non vsurpamus nobis libertatem, multisq́; absoluemur molestijs? Itaq; cum cessaret ab officio suo quodq; membrũ, intra paucos dies tabe ac fame peribat corpus. hoc modo æstimate de ciuitate, in qua multæ sunt gentes inter se dissimiles, quarum quæq; pars propriam prębet reip. vtilitatem, tanquã membra corpori. alij enim agros colunt, alij certant aduersus hostes, alij mercaturam aut aliquã exercẽt artem. Si vero oẽs isti à senatu qui ex optimis constat, dissideant, ac dicãt, Tu æquum censes imperare te cæteris, deseremus te, sine duce habitemus: si hæc cogitantes, desistant à consuetis studijs, quid prohibet hanc ciuitatem perdi fame, bello, calamitate omni? Discentes ergo ꝙ quemadmodũ in corporibus nostris improbe obiurgatus venter, nutrit corpus, seruatq́; seruatus, & est quasi curia quædã cõmunis, administrans oĩbus om̃ia, ita senatus seruat om̃ia, custoditq́; & corrigit. desinite igitur inuidiosas in eum iactantes voces. nihil enim in vos acturus est graue, sed vos ipse vocat & rogat, & aĩas expandens vobis, vnà cum portis excipiet, præsentium malorum causam ita corrigens, debẽtes quidem pecuniam, nequeuntesq́; dissoluere, liberari eos solutione censemus æquũ, ac si corpora iam detinent, iudicamus esse libera, damnationesq́; eoꝝ tollimus, & hoc in præteritum: futuri vero deinceps, quemadmodum vobis senatuiq́; communiter consultantibus videbitur: lege data, ita illi se habeant. an ne ista erãt segregãtia vos à patricijs? q̃d postulabatis, nunc datur. abite gaudentes in patriam: firmabuntur omnia lege certa. Immo vero scribite decreta, parebitq́; eis senatus, & nos fideiussores erimus horũ, dantes vobis corpora & animas, stirpemq́; nostram pignora. dabitur iusiurandum atq; fides ab omnibus. nobis autẽ senatoribus vnica fides sufficit, ne sitis vnq̃ in nos mali, nihilq́; indigemus iuramẽtis neq; obsidib⁹. Talia dicẽte Menenio, surgẽs Brut⁹: Pulchre q̃dem, inq̃t, cætera habere se q̃ senatus pollicebat̃, timeri tñ tyrãnicos viros, nisi plena securitate potirẽtur. Interrogãte autẽ Menenio, cuius adhuc indigere existimaret plebem: Concedite, inquit Brutus, nobis magistratus creare corporis nostri aliquot q̃tannis, qui nullius rei alterius sint domini, q̃ vt plebeijs læsis aut vi adhibita, sint auxilio, neq; sinant suo iure priuari quenquã. hoc em̃ rogamus ꝓter cætera, si non verba sunt, sed opa, reconciliationes. Quo audito, plebs clamore multo laudauit viꝝ, hortabat̃q́; legatos, vt hoc etiam sibi concederent. Legati aũt discedentes e concione, atq; pauca collocuti, rediere. factoq́; silẽtio, Menenius dixit: Res hæc q̃dem magna plenaq́; suspicionibus, ne forte ex vna ciuitate duas aliquãdo faciamus. quantũ tamen in nobis est, non aduersabimur. sed ꝑmittite vt aliqui ex nobis in senatũ eant, & hæc clara atq; certa faciant: licet absolutã habeam⁹ potestatem, cẽsemus tñ æquũ, id q̃d ꝓter opinionem omniũ postulatis nouumq́;, in senatu tractare. Ego q̃dem hic manebo, Valerius aũt & cum eo reliqui legationem peragent. Sunt hæc approbata adscendentesq́; eq̃s q iturierãt, profecti sunt in vrbẽ. potestate autẽ data dicendi in senatu, Valerij sententia erat *cõcedendi plebi hãc gratiã. Appius, vt ante, cõtradicebat, clamãs & obtestãs, quantũ maloꝝ seminis iacturi essent in rempub. sed non multis ꝑsuasit. Fitq́; senatusconsultũ, hoc quoq; plebi permitti. id in castris declaratum est, admonente Menenio. mittitur

Agrippę cõsulis oro fabularis.

Iunius Brutus iste,& cum eo M.Decius,& Sp.Sicinius.dimidia etiam pars legatorũ simul in senatum pergit. Die vero sequenti diuisa plebs in quatuor curias, magistratus in annum creat, L.Iunium Brutũ,C.Siciniũ Bellutum,C.Liciniũ,P.Licinium, & C. Iusiliũ Ringanum. hi qnq; viri potestatem tribunitiã acceperunt quarto ante Idus Decembres. Brutus deinde concione vocata, plebi consulit, vti sacrũ inuiolabilemq́; sancirent hunc magistratũ, lege iureq́; firmãtes. Scribitur ergo ab eo & collegis lex talis: Tribunum inuitũ nemo vllum cogito agere, neq; verberato, neq; alteri vt verberet imperato, neq; occidito, neq; occidi iubeto. Si qs aũt horum aliqd fecerit, impius execrabilisq́; esto, bona eius publicanto ad sacra Cereris. si illum qs occiderit, expiatus esto, ac ne fiat potestas populo deinceps abrogandi hanc legem, sit statutum, Rom. omnes iurare per sacra, hac se lege ipsos & corũ posteros vsuros esse perpetuo. Ex hisq́; cõstitutus est Rom. mos, sacrosancta esse tribunorum corpora. hoc quoq; impetrarunt, vt possent binos quoq; viros quotannis creare subministrãtes tribunis. quo à senatu concesso, viros duos creauere, q postea sacrorũ locorum curatores vocati sunt, eisq́; sunt pmissa multa & magna. At vbi antiquum ornatũ iterum resumpsit ciuitas, Volscos vlcisci defectiõis statuit. Sp. Cassius curam vrbis suscipit, Posthumius vero Cominius alter consul exercitũ eduxit, vrbem Volscorũ Lõgulam inuasione occupat. Igitur cum Romani dñi vrbis essent facti, cõsul res omẽs militibus diripiẽdas dedit. imponensq́; præsidiũ, eduxit copias ad Polum eadẽ die, huius quoq; vrbis dñi facti. Cõsul defectionis autores securi percussit, reliqs mulctans armis ablatis, dehinc esse Romanis subiectos coegit. Die postero Coriolos metropolim Volscorũ aggreditur, qbus succurrũt Antiates, fiuntq́; duo eodem die certamina. At Gneus Martius vir continẽs, sensusq́; plenus, patriciorum generis, nec parẽtum ignobilium, cum post multã pugnam acies se Romanorũ declinaret per decliuia, cum paucis perstitit, excipitq́; hostium cateruas, plures deijciens, insecutusq́; est eos q ad vrbem fugerãt, suosq́; fidere & se sequi iubet. Illi autem erubescentes, se rursus cõuertunt, in oppositos feruntur ferientes. Inter hæc Martius ad portas ipsas accedens, irrumpit intra muros vnà cum fugientibus. sequuntur eũ socij, fit cædes vtrinq; magna, auxiliabanturq́; incolis fœminæ e tectis, sed tandẽ coacti sunt ciues se dedere victoribus. In hac pugna Martius clarissimus omniũ Rom. clarior in secũdo certamine aduersus Antiates apparuit, vbi grauiter vulneratꝰ, sed nõ minus victoriæ pcipuus autor indubitatusq́; fuit. Vnde postero die Posthumius cõuocans exercitum, laudationem Martij percurrit, coronis eum victorię exornãs, donauit eum equo bellico, decẽq́; captiuis, & argento quantũ efferre posset. Progrediens autẽ Martius, se habere grãs dixit consuli: equum solũ & vnum captiuum q ei hospes fuerat, recepit. Et ex hoc ipso egregio facinore Coriolanus de cætero est vocatꝰ. Icta sunt qq; eo in tẽpore cũ vrbibus Latinorũ noua fœdera, p iusiurandũ de pace, de amicitia. erãt autẽ scripta talia: Rom. atq; Latinis oĩbus vrbibus inter se pax esto, donec cœlũ terraq́; eundẽ habebunt statũ, nec inter se bellũ ipsi gerũto, neq; bellum aliunde inducunto, neq; bellum inferentibus vllis trãsitus tutos pbento, bellũq́; gerentibus opem ipsi ferunto, spoliorũ & prædæ cõmuniter vtriq; æquã sortiuntor partem, iudicia priuatorũ cõtractuum intra dies pficiantur decem. hæc inter se Romani Latiniq́; iurantes, per sacra sanxere. Interea Menenius Agrippa moritur, atq; eius funus publicis sumptibus est decoratũ. Tito autẽ Greganio, Pub.q́; Minutio consulibus, frumenti inopia vehemẽs vrbẽ occupauit, sumens ex plebis secessione initiũ. terra em̃ tum manebat inculta. Ex vrbibus autem Hetruriæ frumentatores missi, milium & far emẽtes, ea in vrbẽ fluuialibus ratibus aduexerũt, isq́; cõmeatus tempus breue Romanos aluit, nec erat vllum necessarij cibi genus. accidit & non paucis alijs qdem infirma esse corpora, alijs vero ob inopiam mori. Deinde cum fieret iam acrior penuria, clamabat ad tribunos plebs, à quibus quidem congregata cõcione, progrediens Sicinius simul & Brutus percurrunt sermone, quemadmodũ prouidentia locupletũ & p insidias fieret penuria, eo q̃ p secessionẽ inuitis eis libertatẽ inuenerit, locupletibus esse cibaria in occulto reposita, & pecunias qbus emant, plebeijs vero vtraq; hæc p exilia deesse. subiũxit Brutus, si vellẽt ei obtempare, cogeret q̃primum eos q accenderunt, malum extinguere. Postera die cõsules adulatiõnẽ hãc tribunorũ ergo plebẽ, in magnũ malũ vergere æstimãtes, populũ in concionem aduocabãt, conabãturq́; dicere quæ visa sibi essent in senatu. obsistebãt eis tribuni. fit cõtentio inter cõsules ac tribunos, inter quę Brutus: Age, inqt, meministis q̃ dissoluentibus nobis seditionẽ, à vobis hoc ius sit cõcessum, ne cũ plebem cõgregarent tribuni, quacunq; causa interesse liceret patricios aut conturbare? Meminimus, inqt Greganius. infert Brutus, qd igitur, inqt, nõ pmittis tribunos q̃ volunt, dicere? respõdit Greganius, qa non illi plebem ad cõcionem vocauerunt, sed con

sacrosancta tribunorũ corpora.

Longula.

Gn. Martiꝰ

Fœdera cũ Latinis.

Fames vrbis.

consules. Subiecit Brutus: Vicimus, inqt, plebeij, abite igit nunc. cras aūt polliceor vobis claꝝ me factuꝝ, quantā habeat potestatē magistratus vester. Nemine autē respondente, soluta concio est. Sequenti vero die Brutus conuocata plebe, calculisq́; positis, ꝓmulgauit legem in hæc verba: Cōcionanti apud populū tribuno, nemo aliquid dicito, nec dicentē interpellato. si qs autē ꝑter hæc fecerit, dato petitus vades: aliter bona eius sacra sunto. Post hæc multæ fiunt inter tribunos & cōsules altercationes: neq; em̄ populus q̄cunq; senat⁹ decerneret, firma arbitrabat: neq; eoꝝ q̄ popul⁹ cognosceret, quidq̄ gratū erat senatui. His malis augescentibus, cōsulibus visum est, ꝑmittente senatu, cōscribendū esse exercitū, educēdasq́; copias, sumētes causam ꝙ incursiōibus & populationibus assiduis regio affligeret, emissionē putātes vtilem extra fines, vt & tenentes arma ab hostibus alerentur, & laxiori annona reliqui possent viuere, quiesceretq́; interim seditio. Sed nō eis auscultabat multitudo, neq; occurrebat descriptioni. ita nihil actū est. Sequenti anno M. Minutius Augurinus, Aulusq́; Sēpronius consules facti, multa vsi prouidentia ad replendā vrbem frumento, redieruntq́; missi nuper in Siciliam legati, multas naues adducentes onerarias, in qbus adduxerunt frumentū quinquaginta modiorū millia, quorum erat dimidia pars paruo admodū empta precio, reliquū tyrannus miserat dans gratis, & impensis adducēs proprijs. Vbi vero nunciatum est de frumētaria classe, incidit de distributione patricijs deliberatio. Studiosi em̄ populi, suadebāt vt tyranni munus plebeijs om̄ibus diuideret, & id frumentū quod publice erat emptū pecunijs, paruo eis vēderetur precio. Arrogātiores aūt, omni machinamento affligere plebē æstimabant, cōsulebantq́; hoc vno maxime exhibendā arctiorē eis annonā, vt fierent ex necessitate modestiores. Ex ijs vnus erat Marti⁹ Coriolanus. palā ille atq; ferociter dicebat, non necessitate aut inopia plebē secessisse, sed praua spe subuertendi reip. statum, viq́; extorsisse magistratus, neq; tū ꝑmanere in cōditionibus qbus inuenit reditū: nō em̄ ad offendendū senatū, sed ne ab eo læderet, tribunitiā potestatē petiuisse. Vnde suasit eis, tollendā esse potestatē, q̄ abusi iamp̄ridē fuissent. esse aūt tempus opportunū, in q̄ pars eoꝝ plurima cōfecta fame esset. Custodite igit annonā, inqt, deq́; precio reꝝ venaliū nihil īminuite, sed quāti vnq̄ antea, tāti & nunc vęnire eam decernite, iustas habentes causas plebis oblatrationē. Audientes hęc tribuni, qa illi senatui aderāt à cōsulibus vocati, exclamabāt, atq; Martiū violatorē ciuitatis exitiumq́; appellabāt, & nisi coercerent patricij, morte aut exilio mulctantes, ipsi se id facturos p̄dicebant. Ad hæc Martius: Immo vero nisi desistitis vos ciuitatem turbantes, ductantesq́; multitudinē, non verbis amplius, sed opibus cōtra vos contendā. mox tribuni e curia se proripiunt, clamantes, ac deos per q̄s iurauerūt euocātes, vocantesq́; plebem, declarabāt ei Martij sermones. Sequenti die vocabāt Martiū ad defensionē causæ. vbi vero nō attendit eos Martius, sed & iniurijs ꝓsequens viatores, à qbus vocabatur, indignati magis tribuni, assumptis secū ędilibus, alijsq́; pluribus, impetū in eum fecerunt, ædilibus mandātes, vti ipsum manu caperent. Patricij vero rem acerbam iudicantes, ante causæ dictionē vi duci patriciorum aliquem, aduersus tribunos Martium sunt tutati. interueniunt cōsules, atq; ea die nihil est in re memorabile actū. Postero autem die descendentes in forum tribuni, cōuocarunt plebem, patriciosq́; accusabāt tanquam trāsgressos fœdera, & ꝙ in penuria omniū frumentū nō distribuissent: Martiū vero ob diros in plebē sermones, vocatū à populo ad dicendā causam, ædiles veniētes ad se repulisse. his dictis, potestatē facere patricijs se, si vellent, excusandi. Ad hæc Minutius: De indigentia frumēti defensio breuis est: sterilitatem em̄ frugum scitis, distractionem aūt frumenti fieri volumus, potestatē vero tribunitiā in eis q̄ tunc vobis concessimus, nunc etiā confirmamus. Hæc si aliter fiāt, tunc nos accusate: si vero clare perscrutari volueritis, iustius patricij plebem accusare possumus. discedentes à senatu, sufficere putastis dimissionem æris alieni, & auxilij causa magistratus dari, non euertere cōsulum imperium petijstis, aut hunc Martium amatorem ciuitatis, liberaq́; vsum voce de repub. occidere aut priuare patria. Quod si placari nō potestis ab ipso, largiamini eū nobis & senatui, eritq́; vrbs vna concors vt ante fuit ab initio. ꝙ si nobis suadentibus rem honestā non cōcedetis, profecto clare scite, ꝙ nec nos vobis violenter acturis cedemus. Talia dicente Minutio, videntes tribuni modestia & humanitate pollicitationū subduci multitudinē, dolebāt, ꝑcipue C. Sicini⁹ surgit, ac se patricijs gratiam habere dixit, si exhiberent similia verbis opa. & his dictis, cōuertitur ad Martium, assistebat enim consulibus, ac dicit: Tu vero non te apud ciues tuos excusas o generose de his, q̄ dixisti in senatu: immo vero cur non oras, vt imponāt tibi pœnā mitiorem? & silētio facto, visa est plebi fere om̄i volūtas absoluēdi eū. is vero neq; ad preces aut commiserationem cōuersus, precari nulla in re iudices ipsos censuit oportere, tanquā nullam

Lex pro tribunis.

Coriolani sentētia de venditione frugum.

Minutij cōsulis ꝓ Coriolano petitio.

Iam habētes legitimā potestatem. Sed si aliquis sub cōsulibus eum accusare vellet, paratus erat iudiciū subire, multa deniq; tribunis exprobrās atq; plebi. Ad hæc Sicinius, ꝙ morti eum cōdemnaret collegiū, cōtumeliæ in ædiles causa. his dictis, duci eū iussit in collē iuxta ꝑcipitādū. vnde mos erat Ro. aduersarios deijcere. Ibāt igitur tanꝗ manu capturi ipsum ædiles. patricij vero acclamātes alte, conglobati, impetum in eos fecere, deinde plebs in patricios, eratq́; multus rerum inornatus. desiere illi, irrumpentibus in medium consulibus, atq; iubentibus lictores sedare turbas: tanta erat adhuc magistratus eius verecundia. Prosequente autem Sicinio, Brutus videns plebem subsistere, accedit & retrahit, quia indemnatum necari ciuium quenꝗ lex vetuit. his Sicinius nihil videns melius, progrediens dixit: Studiū videtis plebeij, operaq́; patricioꝝ, qui minoris faciunt vestrā multitudinem, ꝗ viri vnius arrogantiā. cedamus, nec causam demus perturbationi. abite nunc, statuemus viro dicendæ causæ diem, & sub vobis iudicium faciemus. De frumenti vero precio ac distributione, vt ex iustissimo fiat more, nisi consulibus assit cura, nos diligentiā adhibebimus. & his dictis, secessit populus. Post hæc congregātes senatum consules, speculabātur quænā fieret præsentis turbæ dissolutio. Sicinius autem tribunus prædixit diem Martio, vt adesset defensioni. Consulibus deliberātibus, visum est minime negligendum, fieri dominā tātæ potestatis plebē, inuentaq́; est ab eis ratio inhibendi iusta, & vocatis in colloquium plebeijs idoneis, morem ostendūt hactenus seruatum, ꝙ plebs de nemine vnquā nisi ante senatus cōsuluisset, iudicauit aut tulit suffragia, hoc ius petebāt eis integrum esse. Quod & si tribuni nō irent inficias, admonent tamen legis P. Valerij, ex eaq́; licere, ꝗbus plebeijs vis inferretur à patricijs, prouocare iudicia ad populum. hāc proferentes legem, de his ꝗbus læsos oēs nos esse dicimus ab Martio, vocamus eum ad populum, iubemusq́; ibi iusta dicere, nec hic opus præconsulto esse. Titubātibus patricijs, & in longum disputātibus tribunis, petita venia, Martius dixit: Quod propter meā in vos patres beneuolentiā in hoc periculum venerim, omnes scitis. dicāt tribuni, quodnā est istud delictū, cuius me sunt accusaturi, & quod nomen inscribunt causæ. Tribuni inter se cōsultātes, adspirare tyrānidi ipsum insimulabāt, ex hoc auferre putātes senatus auxilium Martio. dixitq́; Martius, si sum super calumnia ista iudicādus, do me plebeijs, ipsi decretum scribāt. placuit idem senatoribus, quasi facile dissoluturus esset hoc crimen. Statuto autē die, turba ex agris, quāta nunquā antea, in vrbem conueniens, forū prima luce tenuit. & post multā disceptationem de calculis ferendis, surgens Minutius. Postꝗ, inquit, Martiū tribuni adspirare tyrānidi detulistis, hoc docete, deq́; eo fidem facite. Ad hæc tribunoꝝ vnus, omnia quæcūq; dixisset in senatu cōtra plebem Martius, exponēs, multa diligentia in cōstructionē retulit tyrānidis. Sed Martius ꝙ patriæ faueret, militiā suā à prima ætate ostendit, quæve pro Repub. passus sit, scindens vestem, pectusq́; proferens plenum cicatricibus, interrogauit an opera eis viderentur tyrānidem affectātis, eius qui tot ciues seruasset, cōmouitq́; plebem, vt clamarent pleriq; eum esse absoluendum. Videntibus hoc tribunis, assurgit Lucius, dicens: Postꝗ plebeij, dictoꝝ superboꝝ à Martio in senatu, crimine absoluunt eum, patricij quid respōdent de eo, aut Martius ipse, qui nuper in agris Antiatum multa præda cōquisita, nihil rerum quæstori demonstrauit contra legem, neq; vendens ipse intulit pecuniā in publicum, sed gratificās amicis, diuisit prædā omnem, plurimos sibi concilians de publicis futuræ tyrannidis ministros? Fatetur Martius prædam se diuisisse socijs, nō tamen ad struendā tyrānidē, testem adducens senatum, quia dissidēte plebe à patricijs, incursiōes fiebāt crebræ in regionem ab hostibus, & cū ex plebeijs exire vellet nullus, ipse cōsulibus permittētibus & laudantibus, ducatum assumpserit. Vnà cum socijs ac amicis irrumpens hostilem regionem improuisus, multis refertā bonis, suo periculo prædā tulerit, eamq́; pro qualitate meritorum militibus diuiserit optima mente, existimans se nec legem soluisse vllam, neq; tyrannidis opera fecisse. His auditis, licet distributio spoliorum non ad struendam tyrannidem visa esset, plebs tamen clamore & tumultu forum replet, popularitatem dicens, corruptionemq́; tyrānicam. Postquā autem nemo aliter defendebat, dederūt tribuni curijs ferenda suffragia, pœnam liti inscribentes, exiliū perpetuū. vbi vero tulere omnes suffragia, dinumeratis calculis, duobus est superatus atq; damnatus. ab eo quoq; tempore populi consuetudo stetit vocandi quoscūq; subituros iudicium populi. hinc & plebs elata est, & optimatū principatus multum amisit pristinæ dignitatis. finem igitur capiente tunc iudicio, plebs gloriabunda recessit, patricijq; mœsti & humiles, miserātes comitantesq́; Martiū. Martius vero neq; deflens casus suos, nec execrans, neq; aliud quicꝗ faciens magnanimitate sua indignum, adhuc magis declarauit constantiā suā. Nam cum domum veniens, vxorem vidit & matrem dilacerātes pepla

Senatus ꝓ Coriolano studium.

Plebis calculi aduersus Coriolanū.

Prima ad populū ꝓuocatio aduersus patricium.

pla pectusq; ferientes, nihil ipse perturbatus est, sed salutans eos tantũmodo, & cohortans ad ferendũ generose calamitates, filiosq; eis commendans, erant em̃ filij illi, inter quos senior xi. annos natus, aliud nihil dicens, mature ꝑgit ad portas, nemini aperiẽs ad quẽ locũ esset demigraturus. Et volens pœnas de inimicis sumere, cogitauit si Volsci ꝑmitterent sibi ducatũ belli, q̃ꝗs em̃ habebãt vires Romanis, facile vindictã faceret. ꝑturbabat aũt ipsum cõscientia, ꝙ aduersum eos sæpi⁹ in ꝑlio grauia egisset, multasq; eis vrbes ademisset, nec tñ abstitit, & ire ĩ ipsa ꝑicula cogitabat. Obseruata itaq; nocte, ꝑgit Antiũ, Volscorũ vrbẽ illustriss. transitq; in domũ Accij Tullij viri illustrissimi, & bellicis rebus ꝓbati. fit ei supplex, atq; enarrãs detinentes se necessitates, ob q̃s sustinuerit ad inimicos confugere, postulabat vt moderate sentiret de viro supplice, nec inimicum duceret, qui potestatis suę esset, neq; vim suã in infelices demõstraret memor instabilitatis fortunæ. potes, inq̃t, hoc ex me cognoscere, q in vrbe maxima ꝓclarus aliqñ ꝓcellere visus sum, nũc desert⁹ & vrbe eiectus sum. Polliceor aũt tibi me tantũ boni esse facturũ, quantũ mali antea, si aliter fecerim, vtere me vt vis. Adhuc aũt dicente eo, offerens dextrã Tullius, cõfidere eum iubet, Volscosq; ei amicos pollicitus est se facturũ, & om̃ia ita perfecit. Interim cõsultantibus inter se Martio & Tullio, visum est mouendum bellũ Romanis. verũ Martius putabat causam belli prius oportere piã iustãq; institui, erant em̃ Rom. & Volscis induciæ ad bienniũ factæ. Si ergo, inq̃t, o Tulli, Volsci bellũ inferant, soluẽdi fœdera tu autor eris: si vero expectas donec illi hoc faciũt, repugnare videris. Modus autem in prõptu est: sacrificia & certamina peracturi sunt Romani, illuc ergo vade & tu, & duc quos potes Volscorũ, atq; cum in vrbe fueris, iube aliquem necessariorũ tuorum ire ad consules, & dicere eis secreto, esse noctu inuasuros vrbem Volscos. q̃d audientes om̃es, vos vrbe eijcient, & exhibebunt vobis iustę irę causam. Hæc vt audiuit Tullius, lætatus est admodũ, om̃iaq; ita sunt peracta. nocte em̃ Volscos abire iubent Romani, prout Martius ꝓsagibat. At Tullius egressus, tardiores expectat. & cõcione facta, multa vsus inclamatione aduersus Rom. demõstrans grandem cõtumeliam, qua affecti essent om̃es expulsi vrbe, hæc in suis vrbibus dicere iubet quenq;, & ea agere, vt cõtumeliæ pœnas Romani dent. demigrãtes quiq; in patriam, contumeliam ꝓdicarunt. fit cõuentus. bellum decernunt om̃es. De modo autem belli Tullius consuluit vocandum esse Martium, percontandumq; quonã modo solui possent Romanorũ vires. Sunt hæc approbata. vocatur Marius. q habita lõga oratione, q̃ sibi fidẽ faceret, modũ & vias ostendit, q̃bus illi potiri Roma possent. Volsci vero adhuc eo dicente, laudabãt virũ, & ipsi Martio decernunt cõsilij ius in om̃i vrbe esse, magistratusq; gerere vbicunq; ei licere. Eius suasione missi sunt Romã legati, & in senatũ introducti, dixere Volscos magnifacere, se Romanos infestos habere, & futurã demõstrabant fidẽ amicitiæ, si agrũ suum reciperent & vrbes, quæ sibi à Romanis ademptæ erant: aliter em̃ neq; pacem, neq; amicitiam inter eos firmam fore. Quibus, deliberatione habita, Romani ita respondent: Decentẽ, vt videmus, vultis capere ꝓtextum belli. quæ em̃ petitis, clare scitis non esse nos daturos. Quæsitis enim bello amplius dñi non estis, & iniuste agitis aliena repetentes: bellũ vos gerere non cogimus, nec volentes deprecamur. si inceperitis, repugnabimus. Hæc responsa accipientes legati, retulere Volscis. mox de cõmuni gentis cõsensu decreuerũt Romanis bellũ, duces belli eligunt Tullium & Martiũ. Bello indicto, Tullius in Latinum agrum, Martius in Romanũ excurrit, & vt malo inexpectato accidente colonis. maximam cepit prædã hominũ, iumentorum & aliarũ pecudum, bonorũq; om̃ium Martius, igne & ferro oĩa vastans plebeiorum ꝓdia, patriciorũ vero seruabat illæsa. His visis, defecere à Romanis primũ Aeq, & nonnulli alij sociorũ clam adhærebant Volscis. Facta est intra non longum tempus tanta vis Volscorũ, quantã nunq̃ antea habuerãt, quã ductãs Martius, rursus agri Romani populabatur eã partẽ quã prius omiserat, prædã inde educens maximã. At Volsci magnitudinẽ videntes ꝓdæ, deq; ignauia audiẽtes Romanorũ, q antea ꝓdari aliena soliti fuerant, in spe maxima cõstituuntur, magnanimitatẽ & fortunam Martij admirantes. Dux aũt vbi alacritatẽ cõfirmauit Volscorũ, in socios Romanorũ duxit exercitum, & statim paratis oĩbus, ad obsidionẽ in Tolerinos ꝑgit, breuiq; vi capit, & vrbẽ diripiendã militib⁹ cõcessit. Post hãc vrbẽ direptã, in Bolanos duct⁹, magna ante strage facta, fit vrbis dñs. capit postea Labicanos, vrbẽ Pedanorũ, Corbio & Corioli sese dedunt, Bolas vi cepit. At cum Lauiniũ Martius obsidione cinxisset, Romani captarũ vrbiũ excidiũ audiẽtes, legationibus sociorũ onerati, & Lauinij circunuallationẽ horrentes, ne ad se venturũ esset bellum periculosissimũ, vnam esse putabant rerum oĩm dissolutionem, si Martio reditum decernerent, quæ erat plebis sentẽtia. Audiens à transfugis hęc Marti⁹, vt ira tulit, propere assumẽs copias Romam duxit, circa fossas ciuilias

Coriolanus apud Volscorũ principem Tullium degit.

Volscorum bellũ cũ Romanis, Coriolano duce

Coriolani virtus bellica.

vocatas,castra posuit.Romanis vero præsentiā eius audientibus, tātus tumultus incidit,tanq̄ statim muros adscenderet. Currūt p muros iniussi,alij ferūtur ad portas,alij arma capientes,munitos vrbis locos occupant,mulieres vero solutis crinibus ad delubra & sacella decurrunt complorātes.Mane facto,patricij legatos decernūt mittēdos ad Martiū quinq; æuo maximos,quos ille maxime venerabatur, de dissolutione belli & amicitia locuturos,q vbi appropinquauere Martio,sedēti cum primoribus Volscorum in loco vnde multitudo auditura esset quæ tractarētur: tum Minutius vnus ex legatis,q consulatus sui tpe pro Martio valde enisus fuit,dicere cœpit talia: Quod nō iusta à plebe patiēs,turpiter expulsus es Marti patria, oēs scimus, nec mirū putamus,si indignaris hūc casum.q vero nō tēperāter te vlcisceris,in eodē ponēs sontes & insontes,istud mirati sumus,& venimus legati missi,postulātes te cū plebe inimicitiā deponere, nūciātes q senatus oīs statuit tibi reditū decernere,estq; paratus populus lege te solutū ppetuo restituere.Et post longā orōnē,Hęc,inqt,tu cogitās Marti,muta mētē, desine sęuire in patriā,abi gaudens ad propria,matris cōplexus gratissimos, & vxoris comitates suauissimas,filiorumq; dulcissimas salutatiōes,& teipsum reddēs patrię quę te genuit.His à Minutio dictis, Martius rn̄dit longa orone,repetēs bona & mala à senatu ac plebe accepta,& qua fide à Volscis exul recollectus sit,qbus dux belli constitutus,nō dn̄s,ab eis petendæ sunt siue induciæ siue reconciliationes.Id tn̄ eis volentibus propter vos legatos,inqt, ipsamq; patriā respondeo, siquidē reddāt Romani Volscis regionē quantā eis abstulerunt,& amicitiā cū eis contrahāt in ppetuū,æquā & ciuilitatem concedāt,conuenta faciā & bellū dissoluā: habetis responsa,qbus plus nihil à me inuenietis,sed abite,& videte qd agendū sit vobis in tāto discrimine constitutis. Redeuntes post constitutū,alij mittūtur decē legati, qui suasoria verba multa percurrūt, & vt exercitus abduceretur petūt,paratos se post hæc æquis cōditionibus finem bello imponere. Martius nihil aliud q̄ prius respōdit,& vt deliberarent melius,tres dies induciaꝶ dedit. Volentibus aūt legatis aliqd etiā ad ista dicere,non pmisit,sed abire iussit e castris celerrime.silentes illi statim abierunt.Discentes à legatis senatores arrogātia responsa Martij atq; minas,& videntes vndiq; se conclusos,decernūt vt pontifices & augures circa diuina ministrātes,cū sacris & insignibus irent ad vallū hostiū, verba eadē afferentes quæ primi. Qui viri vbi aduenere, exposuereq; mādata, ne ijs quidem respōsum dedit,sed consuluit vt iussa facerent,vetuitq; eos vlterius disputare.Vbi vero tentato hoc etiā exciderunt Romani,desperata spe omni recōciliatiōis,præualidos viros pro fossa & ad portas statuentes,vrbs tota in armis fuit,& fit ploratus atq; vlulatus indefessus. Erat tum matrona quædā Valeria,genere & dignitate præcellēs,hęc aduocās matronas p̄cipuas in tēplū,cōsolabat̄ eas,& postulat secū pergāt ad domū Veturię matris Martij,efflagitaturas vt peritur ę vrbi succurreret.Sequūtur eam matronæ om̄es.videns aūt aduenientes Volumnia vxor Martij,socrui assistens,mirata est ac dixit:Cuius rei indigētes matronæ aduenistis tot in domū miserā?dixitq; Valeria,in vltimis ipsæ periculis confugimus ad te Veturia, à te petentes auxiliū, vt miserearis patriæ, roges p nobis ipsis puerulisq; his miseris,ne decidamus in cōtumeliā inimicorū. assumēs tecū Volumniā probā fœminā filiosq; eius,& nos supplices oēs puerulos hos ferentes,suade & supplica Martio,vt cū ciuibus suis in gratiā veniat.persuadebis,certum habeo:neq; em̄ ille te negliget proiectā ad pedes suos,eris aūt gloriā possidēs immortalē.his ac pluribus alijsq; dictis, Valeria effundens lachrymas, siluit. Parumper aūt cunctata Veturia,lachrymās dixit:Ad debilē tenuemq; spem confugitis Valeria, Martius ex quo illā amarā de eo tulit plebs sententiā,odit domū totā simul cū patria, hoc ab ipso habemus.qn̄ em̄ ille abijt,stās sine lachrymis, discedit,inquit,à vobis Martius, o mater simul & tu Volumnia,expulsus à ciuibus:sed vos vt probas decet fœminas,ita ferte calamitatē,nihil indecorū faciētes,& hos pueros habētes solatiū,educate. & valete.his dictis,nos infelices vlulātes & lachrymātes posthabitas dereliquit, nihil nec administrās ipse nec mandās. Quartus hic est annus,ex q̄ pr̄ia exulans,alienas nos oēs existimās,nihil scribēs neq; mandās,neq; quēadmodū res nostrę se habeāt,scire volens.Apud hunc igitur talē animū quā vim Valeria habituræ sunt preces nostræ,qbus nec amplexus dedit,neq; oscula?His & alijs dictis,Valeria preces ingeminat,vincitq; tandē,cessereq; Veturia atq; Volumnia,pollicitæ legationē de patria. Illæ aūt lętæ factæ,sequūtur Veturiā atq; Volumniā, assumptis Martij filijs & ex ciuibus qui vellent. nunciata sunt consulibus quæ gesta essent.hi industria earū laudata,cōuocato senatu, de exitu fœminarū & paruulorū consultātes, in dubiū maximū vertunt.vicit sentētia fœminarū,vnde ad portas illas senatus cōducens,imprecatur bona & fausta.Vbi vero procedentes mulieres,ad conspectū e longinquo in castris apparuere,emittit equites aliquot

Supplicat̄ Coriolano.

Sacerdotes legati ad Coriolanū.

Valeria Publicolæ soror.

aliquot Martius,scituros quænã hęc turba esset.discens aũt adesse Rom̃.fœminas adducentes infantes,ꝓcedereq́; matrẽ & vxorẽ & filios,primũ quidẽ miratus est mulierum audaciã,ꝙ ausæ essent ad vallũ hostiũ venire tot ingenuæ mulieres cũ infantib⁹ Rom̃.Surgit itaq; & procedit eis obuiam,insignia magistratus deponẽs vt priuatus, matrẽ amplexat̃,vxorẽ simul & filios oẽs lachrymantes deducens intro & pone sedere iussit,sciscitaturq́; cuius rei indigẽtes venissent ipsi atq; matronæ istæ. Ad hæc Veturia mater primũ quidẽ diu fleuit,terrã intuens ꝓsentiũ omniũ(erat em̃ in publico) cõmouit cõmiserationẽ.posteaq́; se recipiens,dixit:Hæ fœminæ,Marti fili,cogitantes cõtumelias aliasq́; calamitates euẽturas eis,si sub hostib⁹ vrbs nostra fiat,postq̃ viris earũ petẽtibus dissolutionẽ belli sṗba duraq́; dedisti respõsa,cõfugerũt ad me matrẽ tuã & Volumniã vxorẽ,rogãtes ne se negligeremus.Adhuc aũt dicentẽ eam interpellans Martius:atqui,inquit,impossibilia rogãs mater aduenisti,me prodere expulsoribus postulas susceptores meos.deos em̃ colens per quos iuraui,erubescẽs homines quibus fidẽ dedi,bellũ ipse cũ Rom̃.vsq; ad finẽ geram.Si vero reddãt Volscis regionẽ quã vi obtinent,& amicos eos faciant,participantes ipsi æqua cũ eis oĩa,dissoluam bellũ,aliter vero minime.Vos igitur matronæ abite,persuadete hæc viris,ne cupiant per iniuriã inhærere alienis:si vero illi perstant seruãtes arrogantiã,malorũ venturoꝝ ipsos accusate,nõ Martiũ neq; Volscos.te vero mater ego filius rursum precor,ne me ad impias & iniustas prouoces actiones,sed ad me veniens,fruere mea gloria,vtere meis bonis tu & vxor vnà cũ filijs,vt dignũ est,luctumq́; deponite,quandoquidẽ mihi bona spe meliora euenere.Desinente aũt eo,expectãs parumper Veturia, dixit:atqui ego fili Marti neq; fieri te Volscorũ proditorẽ volo,qui te exulẽ suscipientes,etiã ducatũ tibi suũ credidere,neq; sine cõsensu eorũ dissoluere te inimicitiã peto,sed de cõmuni sentẽtia absistere te bello postulo,& persuadeas Volscis moderari reconciliationes,ac honestã vtrisq; gentibus fieri & decentẽ pacẽ.hoc aũt fiet,si abducto nunc exercitu,pactis inducijs,tu interim verã perfeceris amicitiam.Et hoc clare scias,ꝙ Rom̃.quodcũq; nõ sit impossibile nec prohibet dedecus,sustinebunt à te rogati.coacti vero nihil largientur vobis,vt ex multis bellis te scire licet,neq; Volscis id graue erit,nec ingratus eis teneberis,retulisti sane illis multas ac magnas remunerationes.Quot vrbium facti tuo ductu sunt dñi?an non à Rom̃.oĩbus exegisti pœnas, tot peractis cædibus,tanta ferro & igni vastata regione,tot vrbibus à fundamento euersis?transeo q̃t spolijs vrbes Volscorũ exornaueris,quãtasq́; militãtibus tecũ largitus sis diuitias.Eos igitur tantos factos per te & ad tantã felicitatẽ euectos,an non gauisuros putas eis bonis q̃ habẽt,quos dños suorũ esse certos effecisti?Sed iam spectato,vtrũ melius sit eis Romanũ imperiũ dissoluere,an participes eius esse,ex æquo cũ illis constituere rempub.perpetuamq́; pacẽ firmare.Si vero illi tibi aduersent̃,nec sermones tuos recipiant,arrogãtes & elati per te facti,ducatu palam eoꝝ abstine,neq; proditor eorũ fies,qui tibi sua crediderũt,neq; hostis necessariorũ tuoꝝ.Est enim eorũ vtrunq; impiũ.hæc ego rogo,nõ vt tu ais,impossibilia,sed oĩs iniustæ cõscientiæ expertia.an nõ satis ab eis qui te cõtumelia affecerũt,iam pœnarũ exegisti,vastũ reddens agrum eorũ optimũ,vrbesq́; vastans,quas multis laboribus ciuitas obtinuit,& iam tertiũ annũ includens eam in multã penuriã,nisi etiã ad seruitutẽ vrbis ac euersionẽ properaueris?neq; missos à senatu reueritus es legatos,afferentes tibi reditũ honestissimũ,neq; sacerdotes deorũ cultores,sed & illos abegisti,arrogantia dãs & tyrannica responsa.Ego vero hæc vt laudẽ,non inuenio,esse te aduersus patriã,aduersus parentes ac sacra numina implacabilẽ & inexorabilẽ.Recte igitur feceris,patriæ dimittens obiecta pœnitenti,ne deos vltro offendas.aut igitur primũ me immoles furijs matrẽ tua manu,aut matricidij pollutionem erubescens,cede tuæ ipsius matri. Hæc & multa in hanc sententiã dicens,seipsam proiecit humi,pedes illius deosculata est.cadente ea,matronæ cæteræ exclamauerũt omnes vlulatu alto & longo.qui vero in consilio erant Volscorũ,auerterunt adspectũ.Ipse vero matrẽ erexit,multasq́; effundens lachrymas,dixit:Vincis mater non felicẽ victoria,neq; tibi neq; mihi seruasti patriam.& his dictis,abijt,deliberans cũ matre cæterisq́;,& stetit eius sententia, neq; senatũ de reditu eius decernere,priusq̃ Volscis perfectũ esset de fœdere,deq́; dissolutione belli,postulare se ab eis qui sibi exercitũ permiserant,vt pro bello amicitiã susciperent,fœderaq́; iusta facerent,& ꝙ nulla fraus fieret conuentionibus.Quod si Volsci nõ susciperent reconciliationes æquas,tunc absistere ipsum imperio.& in hęc dimissæ sunt matronæ.Martius aũt concionẽ aduocans,causas edidit adstantibus,ob quas bellũ dissoluturus erat,multũq́; precatus est milites,vt vbi redissent domũ,memores beneficioꝝ acceptoꝝ,propugnatores sibi essent,ne quid intolerabile pateret̃,

Veturiæ oratio ad filium Coriolanũ.

Veturiæ altera oratio.

Finis orationis & belli.

sequentiq́ʒ die castra mouit,& abijt. Vbi vero circa occasum solis redierũt Romã matronæ,venerunt eis obuiã extra vrbẽ Rom̃.vt aũt sensere sibi sublatũ periculũ,vehementer gaudebãt,ostendẽtes qualiter ex magnis periculis in non expectatã felicitatẽ translati sint. Verũ non defuit mulieribus huius beneficij gratia suus honos.nam decreto senatus eo in loco vbi erat mollita Martij ira,extructũ est templũ Fortunæ muliebris.sunt & qui purpuræ vsum atqʒ auri tum eis permissum tradant. Martius vero circa primã lucem exurgens,exercitũ abducit.vbi vero in terra Volscorũ fuit,prædã omnẽ militibus donauit,exercitũq́ʒ dimisit. Qui igitur socij fuerant militiæ, domum graues opibus reuertentes,virũ venia dignũ putabant,miseratione matris ꝑcesq́ʒ reueritũ:qui vero in vrbibus manserãt,exasperati aduersus ducẽ erant. Accendebat aũt eorũ animos Tullius.congregans em̃ manũ non exiguã,ducẽ accusat,arguensq́ʒ ex veris falsa,iubebatq́ʒ eum deponere magistratũ,& rationẽ imperij reddere. Martius neutri eorũ cõtradicens,censebat tamen prius gestorũ à se in bello rationẽ reddendã: postea,si Volscis oĩbus videret,magistratũ deponere. Tullius probe sciens ꝙ vir acer ac multoꝶ pulchrorũ operũ rationẽ reddens,facile populo persuaderet,cum clarissimus ac honoratissimus haberet,fore etiã vti bellũ quibus vellet conditionibus cõponeret,& dñs omniũ fieret,eratq́ʒ diu certamen inter eos in cõcionibus & in foro:vbi vero nullus fuit contentionis terminus,ꝑdicit diem Tullius,qua venire iubebat Martium depositurũ imperiũ,& subiturũ iudiciũ de proditione. Statuto die Tullius subornatis spe ꝑmiorũ viris,adscendit in foro pulpitũ.multa vsus est in Martiũ accusatione,& nisi sponte vellet imperiũ deponere,hortabat̃ populũ vim facere. Adscendẽte aũt Martio ad defensionẽ,clamor multus exortus est à factione Tullij,Martiusq́ʒ obrutus lapidibus,est interfectus. Talẽ igitur exitũ potitus est Martius,vir bello oĩm illius ætatis optimus,ad bene agendũ natura dispositus,alti sensus idẽ & munificus, nec metu aut necessitate à vero recedẽs,& alios ad iusta cogens,sed nõ in vno possibile est oẽs virtutes esse:erat em̃ ille acerbus semper & difficilis,iuxta custodiã legũ vehemens,nihil clemẽtiæ tribuens. Martiũ igit̃ nihil aliud patria expulit,bonaq́ʒ ei cætera inutilia reddidit,q̃ vehemẽs & summũ iustũ.plebi em̃ moderata cõcedere noluit, sed cõtradicens oĩbus,cõtraxit odiũ. Cũq́ʒ ei liceret,se Volscorũ ducatu liberare simul cũ dissolutione belli,transferreq́ʒ aliquo,donec in patriã rediret,se exhibuit his, qui sibi imperiũ crediderãt,rationeq́ʒ reddidit coꝶ q̃ in magistratu gesserat,vt si q̃d iniuste egisset,subiret pœnã ex lege.summæ iustitiæ mercedẽ nequaq̃ pulchrã recepit. Obiter addendũ puto,ꝙ secundũ Philonẽ,mortuo Cyro,postq̃ regnauit 24. annis in hac gñatione,successit illi filius Darij Priscus Artaxerxes Assuerus,q reg.annis 20.& cœpit regnare in hac gñatione anno 25.reg.11.annis in sequẽti gñatione.

Fortunę muliebris ędes.

Martij interitus.

GENERATIO LIIII.

ANno 4741.ab origine mundi,Philone autore,ab urbe cõdita 298. 74.olympiadis anno primo,mortuo Zorobabel,successit ei in linea Chr̃i filius suus Abiud,in quo cepit initiũ 54.generatio,durauit annis 60. Princeps sacerdotum erat Ioakin,cognomento Iosedech,filius Iesu. Sunt & qui Ioachin vocant Iudã,qui genuit Eliasib,qui genuit Ioiada,qui genuit Iohannem. Erat aũt,vt dictũ est,tunc in Iudæa summa rerũ penes sacerdotes,q̃ prius sub regibus & iudicibus fuerat. Iste Ioakin Iudith & Hester gesta cõscripsit,hortante Mardochæo,Philone teste. Anno eodem quo supra,Xerxes Darij regis ex Atosa filius,quintus Persarũ rex,post patrẽ regnare cœpit,& regnauit annis 20.hic voluntatis paternæ colendi & honorandi Deum hæres apparuit,vt Iosephus scribit.veruntamẽ in alijs rebus paternæ crudelitatis & sæuitiæ successor extitit,qui cũ esset e Lydia moturus,& graue bellũ ducturus,à Pythio hospite Lydo rogatus est,vt sibi e quinqʒ filijs qui sua signa sequerent̃,vnũ relinqueret. Respondit,vt quẽ vellet eligeret,moxq́ʒ à patre electũ,in duas partes scindi fecit,partes in vtroqʒ viæ latere posuit,atqʒ ita cũ hac victima exercitum lustrauit,q̃d & alij patri adscribunt. Xerxes itaqʒ suscepto imperio,illud multis bellis etiã non lacessitus,fortissime quidẽ gestis,& rempu.quasi vsqʒ in finẽ gubernauit,sed tandẽ recepta Aegypto,q̃ à patre defecerat,refertus oĩbus copijs donisq́ʒ fortunæ,nõ equitatu,nõ pedestribus copijs,nõ classibus,nõ auro immenso contentus fuit,nisi & delicijs exquisitis frueret̃:adeoq́ʒ eisdẽ abundabat,vt ꝑmiũ proponeret qui nouã voluptatẽ inuenisset. Cũq́ʒ vniuersa Asia potiret̃,& ei parũ esset,nisi & Græciæ bellũ inferret, ad hoc perficiendũ,exercitũ per quinquenniũ instruxit.q̃d vbi primũ didicit Demaratus rex quondã Lacedæmonioꝶ,qui apud Xerxẽ exulabat,amicior patriæ post bñficia regis qui eũ recepit,ne inopinato bello opprimerent̃,oĩa in tabulis ligneis magistratibꝰ perscripsit,easdẽ cera superinducta delet,ne se proderet,fido deinde seruo

Ioakin seu Iosedech pontifex.

Xerxes Persaꝶ rex 5.

Xerxes copiæ aduersus Græcos.

perse

perferẽdas tradit,qbus perlatis,admirant Lacedæmonij.vocat soror regis Leonidæ, q̃ cõsiliũ scribẽtis inuenit.Iã Xerxes copias eduxerat,erat classis ex Asia vnius & quinquaginta myriadũ viro℞ in vniuersum,& septẽ millia sexcẽti decẽ.Myrias numerus est,decẽ millia virorũ cõtinens:peditatus fuit decies septies centena millia,equitatus octoginta millia,p̃ter Arabes & Pœnos reliq̃sq; barbaros q currus agitabãt.q̃ copiæ classariæ & terrestres in summã redactæ,fiũt ter & vicies centena,& p̃terea decẽ & septẽ millia sexcẽti & decẽ,p̃ter seruitia q̃ sequebant,& eos q in frumẽtarijs vehebant. Hæc Herodotus.Addit & ex Europa ter centũ millia,in q̃ exercitu cũ tot viro℞ millia essent,nemo aut specie aut magnitudine corporis erat,q cũ Xerxe ipso posset contendere,tanq̃ dignior q illud imperiũ obtineret.ꝙ si regẽ spectes, diuitias,nõ ducem laudes,qua℞ tãta copia in regno eius fuit,ꝙ mõtes in planũ deducebat,&cõuexa valliũ æquabat,& quædã maria põtibus sternebat,q̃dã ad nauigatiõis cõmodũ per compẽdiũ ducebat,cuius introitus in Græciã q̃ terribilis,tã turpis ac fœdus discessus fuit. Erat eñ vir primus in fuga,postremus in p̃lio semp visus,in periculis timidus,sicubi metus abesset,inflatus.Xerxes vbi Abydon venit,cupiuit oẽm exercitũ videre.Itaq; in p̃torio q̃d ei Abydeni candido lapide pro regia dignitate cõstruxerãt,residẽs,prospiciebat de alto littus & terrestres copias & classem,& cũ intueret oẽm Hellespontũ nauibus obductũ,oĩa littora atq; plana hoĩbus referta,ibi se beatũ esse iactauit,& post hæc lachrymas fudit.q̃d aĩaduertẽs Artaban⁹ eius patruus,q dissuaserat bellũ:Quàm diuersa,inquit,rex nũc facis? qui te beatũ dixeras,nũc lachrymas fundis.Et ille:Reputantẽ me,inquit,q̃ breuis esset humana vita,subit horũ cõmiseratio,q℞ cũ tot sint, nemo ad centesimũ annũ supererit.Atqui Artabanus:Alia sane causa,q̃ sit ista,viuendo miserabiliora patimur.ita tã breui vita nullus hoĩm adeo felix extitit,cui non crebro, nedũ semel,subeat aĩo moriẽdi volũtas potius q̃ viuẽdi.Nã incidẽtes calamitates & morbi,vitã perturbãt,efficiũtq; vt cũ breuis sit,tñ perlõga videat.ita mors optatissimũ est profugiũ ærũnosæ vitæ,quã Deus dulci gustu adspergẽs,fecit ne appeteremus illã.At posteaq̃ Xerxes Sardibus esset,misere Athenieñ.exploratores,qui cũ Sardis venissent speculãdo regis exercitũ,dep̃hensi sunt,ac torti fatent causam aduẽtus, ideo neci sunt adiudicati.Id vbi Xerxes audiuit,iubet eos adduci saluos, mãdãs satellitibus,vt totũ illis exercitũ ostẽderẽt,& sine noxa dimitterent.Hoc Xerxes ea rõne p̃cepit,ꝙ cogitabat fore,vt dũ speculatores tãtas renũciassent copias Athenieñ.sine bello se darẽt.Hæc eius sentẽtia cũ altera satis cõgruit.nã cũ in Abydo ageret Xerxes,vidit naues cursum tenẽtes p Hellespontũ,q̃ frumentũ in Græciã portabãt, quas veluti hostiũ exercitus occupabat.vocatos nautas Xerxes interrogat,q̃ tenderent,rñdit ex Persis vnus:ad hostes.Tũc Xerxes:Nõne eodẽ q̃ isti,& nos nauigamus? Quid igĩ hi officiũt nobis,q nobis cõmeatũ portãt? ita dimissi vectores,salui abeunt.Cũ aũt Leonidas rex Spartano℞,cũ quatuor millibus militũ angustias Thermophyla℞ occupasset,Xerxes contẽptu paucitatis eos pugnã capessere iubet,q℞ cognati Marathonia pugna interfecti fuerãt.qui dũ vlcisci suos q̃runt,principiũ cladis fuere.succedẽti deinde inutili turba,maior cædes editur.triduo ibi cũ dolore & indignatiõe Persa℞ dimicatũ est.Quarto die cũ nũciatũ esset Leonidæ,à xx.millib⁹ hostiũ summũ cacumẽ teneri,tũc hortat socios,recedãt,& ad meliora se reseruẽt,sibi cũ Spartanis fortunam experiendã.plura patriæ q̃ vitæ deberi.cæteros ad p̃sidia Græciæ seruãdos.Audito regis imperio,discessere cæteri,soli Lacedæmonij remãsere.Initio huius belli sciscitãtibus Delphis oracula,respõsum fuerat,aut regi Spartano℞,aut vrbi cadendũ.Et idcirco cũ rex Leonidas in bellũ proficisceret,ita suos firmauerat,vt regẽ se parato ad moriendũ aĩo scirẽt.angustias p̃terea occupauerat,vt cũ paucis aut maiore gloria vinceret,aut minori dãno reipu.caderet.Dimissis igĩ socijs,hortat Spartanos, meminerint qualitercunq; p̃liarent,cadendũ esse.cauerẽt,ne fortius mãsisse q̃ dimicasse videantur:nec expectandũ vt ab hoste circũuenirent,sed cũ nox occasionẽ daret, securis & lætis superueniendũ:nusq̃ victores honestius,q̃ in castris hostium victuros.Nihil erat difficile persuadere persuasis mori.statim arma capiũt,& 300.viri castra quingẽtorũ milliũ irrũpũt.statimq; regis p̃toriũ petunt,aut cũ illo,aut si ipsi oppressi essent, ipsius potissimũ sede morituri.Tumultus totis castris oritur.Spartani postq̃ regẽ nõ inueniũt,per oĩa castra victores vagant,cædũt & sternunt oĩa,vt q sciunt se pugnare non spe victoriæ, sed mortis vltione.p̃liũ à principio noctis in maiorẽ partẽ diei tractũ,ad postremũ nõ victi,sed vincẽdo fatigati,inter ingẽtes strato℞ hostiũ cateruas occiderũt.affirmatq; Valerius ad p̃liũ cõmilitones Leonidã exhortatũ,vt prãderẽt tanq̃ apud inferos cœnaturi.Xerxes duobus vulneribus terrestri p̃lio acceptis, experiri maris fortunã statuit.sed Athenieñ.dux Themistocles cũ animaduertisset Ionas,

Xerxis flet⁹.

Xerxis fiducia.

Leonidę cũ Persis pugna.

Spartanorũ virtus.

Themistoclis ad Ionas nuncia.

propter quos bellũ Persarũ rex susceperat, in auxilium regis classe venisse, solicitare eos in partes suas statuit. Et cũ colloquẽdi copiam nõ haberet, quo applicaturi erãt, symbolos proponi, & saxis in *fonte iacentibus proscribi curat: Quæ vos Iones dementia tenet? q̃d facinus agitatis, bellũ inferre olim cõditoribus vestris, nuper etiã vindicibus? an ideo mœnia vestra cõdidimus, vt essent qui nostra delerent? cur nõ ad nostra transitis? aut si hoc parũ tutũ extat, à bello discedite. Ante naualis belli cõgressionẽ miserat Xerxes 4000. armatorũ Delphos ad templũ Apollinis diripiendũ, quasi nõ cũ Græcis tantũ, sed cũ dijs immortalibus bellum gereret. q̃ manus tota imbribus & fulminibus deleta est. Post hæc Thespias & Plateas & Athenas vacuas hoĩbus incendit, & qm̃ ferro nõ poterat in hoĩes, in ædificia igne grassat. nanq; Athenieñ. post pugnã Marathoniã, p̃monente Themistocle, victoriã illã de Persis, non finẽ, sed causam maioris belli fore, ducentas naues fabricauerunt. Adueniente igitur Xerxe, consulentibus Delphis oraculũ, responsum fuerat, salutẽ muris ligneis tuerẽtur. Themistocles nauium p̃sidiũ demonstratũ ratus, persuadet oĩbus, patriã municipes esse, non mœnia, ciuitatẽq; nõ in ædificijs, sed in ciuibus positam, melius itaq; salutẽ nauibus, q̃ vrbi cõmissuros, huius sentẽtię etiã Deũ autorẽ esse. probato cõsilio, cõiuges, liberosq́; cũ p̃ciosissimis rebus abditis insulis, relicta vrbe, demandãt. ipsi naues cõscendũt, exẽplũ Athenieñ. & aliæ vrbes imitatæ. Itaq; cũ adunata oĩs sociorũ classis & intenta in bellum nauale esset, angustiasq́; Salaminij freti, ne circũueniri à multitudine possent, occupassent, dissensio inter ciuitatũ principes oritur, volẽtes q̃q;, deserto bello, ad sua tuenda dilabi. Themistocles timẽs, ne discessu sociorũ vires minuerent, per seruũ fidũ Xerxi nũciat, quasi inire volens gratiã, Græcos, si maturet, posse vno in loco oẽs facilime circũduci ac profligari. Hoc modo impellit regẽ, vera nũcians, cõfisum multitudine, signũ pugnæ dare. Græci hostiũ multitudine cõclusi, p̃ter opinionẽ p̃liũ collatis viribus capessunt. Interea rex velut spectator pugnæ cũ parte nauiũ in littore remanet. Artemisia aũt regina Halicarnassi, q̃ in auxiliũ regi venerat, inter primores duces bellũ acerrime inibat: & cũ anceps p̃liũ esset, Iones iuxta p̃ceptũ Themistoclis pugnæ se paulatim subtrahunt, quorũ defectio aĩos cæteris fregit. itaq; circũspicientes fugã, pellunt Persæ, & mox p̃lio victi, in fugã vertunt, in qua trepidatione multæ submersæ naues, multæ captæ, plures nõ minus sæuitiã regis q̃ hostiũ timentes, domũ dilabunt. Hac clade percussum & dubiũ Xerxẽ, Mardonius qui causa belli fuerat, aggreditur: hortat in regnũ abeat, ne quid seditionis moueat fama aduersi belli, sibi trecentena millia relinquat armatorũ lecta, qua manu aut cũ gloria eius perdomiturũ se Græciã, aut si aliter euentus ferat, sine eiusdẽ infamia hostibus cessurũ. Probato consilio, exercitus tradit Mardonio, reliquas copias rex ipse reducere in regnũ parat. Sed Græci audita regis fuga, cõsiliũ ineunt pontis irrũpendi, quẽ ille Abydo velut victor maris fecerat, vt introcluso aditu, aut cũ exercitu deleret, aut desperatione rerũ, pacẽ victus petere cogeret. Sed Themistocles timẽs, ne introclusi hostes desperatiõe in virtutẽ verterent, & iter q̃d aliter non pateret, ferro patefacerent, satis multos hostes in Græcia remanere dictitans, eundẽ seruũ ad Xerxem mittit, certioremq́; cõsilij facit, & occupare transitũ matura fuga iubet. ille perculsus nuncio, tradidit ducibus milites perducendos, ipse cũ paucis Abydũ cõtendit. Vbi cũ solutũ pontẽ hybernis tẽpestatib⁹ offendit, piscatoria scapha traiecit trepidus. Erat res spectaculo digna, ad æstimationẽ rerũ humanæ sortis varietate miranda, in exiguo latere eũ nauigio, quẽ paulo ante vix æquor omne capiebat, carentẽ etiã omni seruorũ ministerio, cuius exercitus propter multitudinẽ terræ grauis erat. Nec pedestribus copijs quas ducibus assignauerat, felicius iter fuit. Siquidẽ q̃tidiano labori (nec eñ metuẽtibus vlla quies est) etiã fames accesserat, insup pestis & tãta fœditas morientiũ fuit, vt viæ cadaverib⁹ implerent. Interim Mardonius Olynthũ in Græcia expugnat. Athenienses quoq; in spem pacis amicitiæq; regis solicitat. postq̃ aũt nullo p̃cio libertatẽ vidit his venalẽ, incensus si qua ceperat loca, in Bœotiã se transfert. eo & Græcorũ exercitus, qui centũ milliũ fuit, secutus est, ibiq́; p̃lium cõmissum. sed fortuna regis cũ duce mutata non est. nã victus Mardonius, veluti ex naufragio cũ paucis profugit. castra referta regali opulentia, capta sunt, vnde primũ Græcos diuisio auri Persici, diuitiarũq́; luxuria cepit. eodẽ forte die nauali p̃lio in Asia male à Persis dimicatũ est. Cõfecto bello, cũ de p̃mijs ciuitatũ ageret, omniũ iudicio Atheniensiũ virtus cæteris p̃lata est, inter duces quoq; Themistocles princeps ciuitatũ testimonio iudicatus, gloriã patriæ suæ auxit. erat eñ bonis disciplinis militariq́; peritia clarus, quibus facile adolescẽtiæ vitia obumbrare poterat. Igitur Athenienses aucti & p̃mijs belli & gloria, vrbem ampliare parant. id Lacedæmonijs minime placuit, mittunt legatos, monent. ne munimenta

Delphicum templum.

Pugna naualis ad Salaminẽ commissa.

Fuga turpis Xerxis.

Mardonius vincitur.

hosti-

hostibus & futuri rursus belli causam extruant. Themistocles vt vidit spei vrbis inuideri, nō existimans abrupte agendū, respōdit legatos ituros Lacedæmona, de re consulturos. Sic dimissis Spartanis, hortatur suos vt opus maturent, deinde in legatione proficiscit, simulat nunc infirmitatē, nunc tarditatē collegarū accusans, sine quibus agi in re nihil posse, ita morā consummādo operi quærebat. Cū interim nunciatur Spartanis, opus Atheniensiū maturari, propter q̄d denuo mittunt legatos. Tum Themistocles per seruū magistratibus scribit, Lacedæmoniorꝶ legatos vinciāt, pignusq́; teneant, ne in se grauius agat. adit deinde concionē Lacedæmoniorū, indicat permunitas Athenas esse, & posse illatū bellū non armis tantū, sed etiā muris sustinere. grauiter deinde castigat eos, ꝙ nō virtute, sed imbecillitate socioꝶ potentiā quærerent. atq; sic dimissus est. Themistocles tñ totius Græciæ salus, deniq; proditionis falso accusatus, e ciuitate turpiter eiectus est, qui ad Persarū regē fugiens, summo honore exceptus est. demū post multas persecutiones, veneno epoto, vitā finiuit. erat em̄ electus contra patriā imperator, vtq; se ab ea oppugnanda abstineret, tauri sanguinē hausit, quasi impietatis victima concidēs. Post hæc Spartani ne vires ocio corrumperent, ac vt bis illatū à Persis bellū vlciscerent, vltro fines eoꝶ depopulant. ducē eligunt Pausaniā, qui pro ducatu regnū Græciæ affectās, proditionis ꝑmiū cū Xerxe nuptias filiæ eius paciscit, redditis captiuis, vt fides regis aliq̄ beneficio obstringeret. Scribit ꝑterea Xerxi, quoscūq; ad se nuncios misisset, interficeret, ne res proderet. sed dux Atheniēsis Aristides belli socius electus, collegæ conatibus obuiā eundo, simul & in rem sapienter cōsulendo, proditionis cōsilia discussit. nec multo post accusatus damnat. Igitur Xerxes cū proditionis dolū publicatū videret, ex integro bellū instituit. Græci ducem faciūt Cimonē filiū Milciadis, quo duce apud Marathonem pugnatū est. huius ducis virtus ostēsa est pietate, qua patrē ob crimē peculatus in carcerē coniectū, ibiq́ʒ defunctū, translatis in se vinculis, ad sepulturā redemit, & in bello Xerxē terrestri & nauali bello superatum, trepidū se recipe in regnū coegit. Xerxes rex Persaꝶ, terror antea gētiū, bello in Græcia infeliciter gesto, etiā suis cōtēptui esse cœpit: quippe Artabanus ꝑfectus eiꝰ, deficiente q̄tidie regis maiestate, in spem regni adductus, cū septē robustissimis filijs regiā vesperi ingredit: nā amicitiæ iure semꝑ illi patebat. Trucidatoq́; rege, voto suo obsistētes filios eius dolo aggredit. securior de Artaxerxe puero, fingit regē à Dario, qui erat adolescēs, quo maturius regno potiret, occisum. impellit Artaxerxē parricidiū parricidio vindicare. Cū ventū esset ad domū Darij, dormiens inuētus interficitur. deinde cū ex regis filijs superesse vnū Artabanus videret, metueretq́ʒ de regno certamina principū, assumit in societatē cōsilij Bacchabassum, q præsenti statu cōtētus, prodit Artaxerxi, vt pater eius occisus sit, vt frater falsa parricidij suspiciōe oppressus, vt deniq; ipsi pararent insidiæ. His cognitis, Artaxerxes verēs Artabani numerū filioꝶ, in posteꝶ diem paratū esse exercitū armatūq; iubet, recogniturus & numerū militū, & in armis industriā singuloꝶ. Itaq; cū inter cæteros & ipse Artabanus armatus assisteret, rex simulat se breuiorē loricā habere, iubet Artabanū secū cōmutare, exuentē se ac nudatū gladio traiecit. tū & filios eius corripi iubet. atq; ita egregius adolescēs & cædē patris, & necē fratris, & se ab insidijs Artabani vindicauit. Hic Artabanus Hystaspis filius, & Darij frater, atq; Xerxis patruus fuit, qui graui oratione eidē bellū in Græcos dissuaserat. Per idē tēpus Sp. Cassius consularis, affectatæ tyrānidis damnatus est. ducētes hominē quæstores ad imminēs foro ꝑcipitium, spectātibus oībus, secundū petras eū deiecere. Oppia q̄q; filia Vestalis, ob incestū viua defossa est. Cū vicini hostes Veientes Romanis graues essent, familia Fabiorum id bellū gerendū depoposcit, misitq́; in id trecentos sex armatos Fabios, qui ad Cremeram ad vnū ab hostibus cæsi sunt. Anno vero ꝑcedenti discordia inter plebē senatumq́ʒ orta est de creandis cōsulibus. nā hi quidē volebāt ambos ex optimatibus ad magistratū deducere, plebs vero ex eis qui sibi grati essent. postremo alteri alteris persuasere cōsules ex vtraq; parte eligi, designatiq́ʒ sunt, Cæso Fabius & Sp. Furius. Patricij in arrogantiā despectionēq́ʒ plebis cōuersi & magistratus illius, proponunt inscriptionē exercitus, pœnas adijcientes in nō parētes virgaꝶ. fit ob hoc seditio, deinde P. Volero tribunus plebis, in cōcionē plebē conuocās, legē intulit de comitijs tribunitijs, traducēs ea ex suffragij latione per curias ad tribulē. Centuriatas em̄ suffragiorū lationes, oportebat ꝑcedentibus senatusconsultis, multitudineq́; per curias ferente suffragia, numine nō aduersante, firmas esse: Tribules aūt, nec senatusconsulto prius facto, nec sacris perfectas sancientibus, vna in die tantū habere finē. cōtradicūt his senatores. magnū certamē fit. obijciebat cōsul tribunis. ꝙ imperiū eius dissoluere voluissent: duci consulē in carcerē iubent tribuni, ꝙ intulisset plagas corporibus sa-

Ludunt Lacedæmonij.

Themistoclis in exilio interitus.

Pausanias.

Oppia.

Comitia tribunitia.

cris per legē, muniuitq́; plebs deinde cū tribunis capitoliū, consulibus Ap. Claudio & Quintio, Appius aduersat ad mortē vsq;. Quintius aūt cōcedi plebi moderata censebat. Tandē placet cōfirmato senatusconsulto legē ferri. ab eo aūt tēpore ad tribunorū ædiliumq́; comitia, sine auspicijs, sineq́; omni alia religione ferunt tribules cōciones suffragia, eaq́; fuit dissolutio occupātis tunc vrbē turbæ. Per hæc tēpora Claudius consul cū aduersus Volscos cōtumacia exercitus male pugnatū esset, decimū quenq; militū fuste percussit. Nam vbi pugnandū fuit aduersus Volscos, noluerunt cū hostibus manū conserere, & nisi subornationē hostes suspicati fuissent, maior Ro. exercitus perdi potuit. Appius accusat à tribunis, q̄ prauas diceret aduersus plebē sentētias, excitauerit in vrbe seditionem, intulissetq́; p̄ter sacras leges tribuno manus, ipse neq; veste mutans, neq; vultū varians, aut spiritū submittēs, plebi cōtradicēs, & paucis diebus cibo abstinēs, seipsum interfecit, vir adeo seuerus atq; strenuus.

Desertorū pœna.

Anno xxi. huius gn̄ationis à condita vrbe 288. quarto olympiadis 78. Artaxerxes, quē Chiromacron, id est, Longimanū cognomināt, Artabano p̄dicto obtruncato, regnū suscipiens, regnauit Persis annis xl. hic omniū hominū pulcherrimus fuit, sed tāta erat ei brachiorū longitudo, vt genua contingerēt, qui tributa Persis primus instituit, eo q̄ maximā impensam auri atq; argēti in ædificijs cōstituisset, vbi tributa recōdere posset ad bene rei administrādæ finē. Et cū pacis autor & cōseruator haberet, idcirco ab oībus amari promeruit.

Artaxerxes rex Persaꝝ.

Eliasib hoc tempore, Ioakin patre defuncto, ad summi pontificatus apicē promotus, sedit annis fere xxxij. vir certe tanto principatu dignus, qui sua diligētia atq; virtute ab Artaxerxe Persaꝝ rege absolutionē ab annonis atq; tributis pro ministris & tēpli sacerdotibus obtinuit, potestatēq́; p̄terea ab eodē impetrauit cōstituendi & amouēdi iudices trans flumē. Ibidē quoq; postq̄ ieiunium & Dei legē filijs Israel qui ad eū visitationis & eruditionis gratia cōuenerant, p̄dicasset, cū bona eorū gratia discedens, Hierosolymā tandem peruenit, vbi diuino intentus cultui, duodecim sacerdotes viros probatissimos delegit, qui vasa domini ac munera quæ rex honoris gratia templo offerebat, summa cū diligentia obseruarent.

Eliasib pontifex.

In illo etiam tempore Esdras Aronita, sacerdos & Dei propheta clarissimus, legem succensam à Chaldæis, sola memoria restaurauit. nec est mirandū, si per spiritū sanctum libros reparauit, cū plures in diebus nostris psalteriū & libros hymnoꝝ deletos scirent reparare. Addidit etiā quædā de suo, sicut titulos psalmoꝝ, & plura quæ legūtur in pentateucho, nouos quoq; apices literaꝝ excogitauit, quo faciliores ad scribendū fierent & ad pronunciandū. & propterea velox scriba dictus est. Tradunt etiā quidā, eū modū scribendi à dextra ad sinistrā, Iudæis tradidisse, cū prius ad modū arantiū scriberent, vnde & scriptura exaratio solet dici. scribebant aūt à sinistro cornu in dextrū, & à dextro redeundo scribebant in sinistrū. Porro Esdras inuenit grām in oculis Artaxerxis, & petijt ab eo licentiā adscendendi in Hierusalem, vt in lege quā reparauerat, populum erudiret. Dedit ergo rex ei licentiā redeundi, tradita epistola ad principes trans flumen. & ad custodes arcæ publicæ, vt traderent Esdræ absq; mora quæcūq; peteret ab eis vsq; ad argēti talenta centū, & ad frumenti coros centū, & ad batos olei centū, sal sine mēsura, ministros vero tēpli ab oīni vectigali, tributo & annonis absoluit. Dedit quoq; Esdræ, sicut & Eliasib, potestatē amouēdi & cōstituēdi iudices & p̄sides puniēdi malos quoq̄ modo. Hanc epistolā Esdras legit Iudæis in Babylone. exemplū eius misit ad eos q̄ erāt vltra mōtes Caspios, venerūt de eis ad Esdrā sacerdotes & Leuitæ de Nathinneis 220. & fuerūt cū eo 1700. Egressi sunt de Babylone anno vij. Artaxerxis. cumq́; venissent ad fluuiū * Hauua, separauit is de sacerdotibus xij. quibus cōmisit vasa domini & munera regis. Venerunt in Hierusalem mense quinto, & obtulerunt die quarto vasa q̄ afferebant.

Esdræ eruditio.

Tunc accesserūt ad Esdram principes Israel, dicētes: Non est separatus populus à populo terræ: tulerunt eīn de filiabus suis vxores, & in hac transgressione inueniunt sacerdotes, principes, & sacri. tunc scidit Esdras vestimenta sua, & flens orat in terra vsq; ad sacrificiū vespertinū. surgēs deinde, adiurauit sacerdotes, principes & Leuitas, vt abijcerēt mulieres alienigenas & natos eaꝝ. Et vocati oēs filij transmigrationis, conuenerunt in Hierusalē, quos criminabat Esdras, q̄ contra legē fecissent, p̄cepitq́; vt alienigenas abijcerent vxores, & respondit multitudo: Populus multus est, elige tibi principes, & transi per vniuersum Israel, & apud quoscunq; inueneris alienigenas, eijce eas. & in Hierusalē primo apud filios Iesu filij Iosedech & fratres eius inuentæ, eiectæ sunt. & idipsum factū est per vniuersum Israel, & offerebat vnusquisq; apud quē inuenta erat hæc transgressio, arietē pro delicto.

Populi separatio.

Neemias.

Anno xx. regis Artaxerxis erat pincerna regis Neemias, qui dum esset in Susis castro, audiuit peregrinos Hebraice loquentes, ab illis sciscitatus est de statu Iudææ, &

acce-

accepit vrbem esse sine muris,& inhabitare in ea populum in afflictiõe. nam per dies infestabant hostes,ac per noctem intrabant latrunculi,& plateas replebant cadaueribus occisoꝝ. fleuit Neemias,ac cibum desiderabilem non edebat,nocte & die clamãs ad dñm.Cumq́; in mensa leuaret vinum regi,apparuit q̃si languidus, & ait rex:Quare ita tristaris? & respõdit, quia ciuitas sepulchri patrum meoꝝ deserta est,si bonum tibi videtur,mitte me,& reædificabo eam.ait regina quæ sedebat iuxta regem,q̃n reuerteris? & cõstituit tẽpus.Dedit rex Neemiæ epistolã ad principes trans flumen,in q̃ mandauerat de honore exhibendo Neemiæ,tanq̃ duci & legato misso à latere suo,& de impendijs vrbis reædificandæ,misitq́; cum eo principes militum & equites. Trãsitum aũt faciens per Babylonem,multos de filijs captiuitatis secum reduxit,&venit in Hierusalem circiter 25. Artaxerxis annum.vbi cum fuisset dieb⁹ tribus, quarto die locutus est Neemias ad multitudinem:Venite,reædificemus muros,manus eñ Dei nobiscum est & verba regis.Surrexerũt sacerdotes,ędificaueruntq́; portas,muros aũt inter portas ædificauit populus per vices,secundũ possibilitatem suam vnusquisq;.Porro Neemias cum seruis suis instabat operi,nec somno ac cibo suauiter vtebaẗ,& consummatum est opus per annos duos & quatuor mẽses, licet in multa angustia.primo eñ finitimæ nationes in manu forti aggrediebantur eos.Neemias vero mediam populi partem armatam statuit extra ciuitatem,altera vero media pars ædificabat,quiq; vna manu lapidem,altera gladium tenentes. Secundo erat fames, & obligauit se populus debito, sub vsuris agros vineasq́; & oliueta vendere compulsus, tandem etiam filios & filias.& conuocata multitudine,compulit Neemias diuites & magistratus remittere vsuras,&restituere vineas,seruos,filios & agros q̃s emerant,ipse q̊q; annonas quæ regi debebantur,condonauit.Præterea principes trans flumen inuidebãt ei,corruperuntq́; q̊sdam senioꝝ in Hierusalem muneribus,vt eum morti traderent.q̊d cum nequirent,varijs eum terrebant rumoribus,dicentes:Multi cõiurauerũt aduersum te. vade,& abscondere.rursumq́; aiebant delatum esse ad regem,ꝙ vellet rebellare & facere se regem in Hierusalem.cumq́; multa fingerent,non ꝑualuerunt,quia manus dñi cum eo erat. Postq̃ ædificatus est murus,quia pauci erant in Hierusalẽ,ꝑcepit Neemias vt clauderentur portæ,nec aperirentur ante calorem solis.Mense septimo cõuenerũt filij Israel in Hierusalẽ quasi vir vnus,& accepit Neemias ꝙ non haberẽt ignem de sublimi.traditumq́; est ei à senioribus,ꝙ Hieremias in diebus captiuitatis abscõderat stipites altaris & prunas in inferioribus terræ in valle Iosaphat. Cumq́; venisset cum eis ad locum,eruderauerunt puteum,& inuenerũt stipites, prunas & aquam crassam. tollentesq́; ea super struem lignorum & hostias quæ erãt superiecerũt,& erupit ignis. & appellauit Neemias hunc diem nephar,q̊d est purificatio.Porro primo die scenopegiorum cõgregatus populus,dixit Esdrę vt afferret librum legis,& legeret coram: stetitq́; Esdras super gradum ligneum iuxta portam aquaꝝ,id est,portam atrij,& legit de mane vsq; ad medium diem.fleuit aũt oĩs populus die 24.quia audierant in lege Ammonitas &Moabitas ex ecclesia Dei eijciendos,separauerunt à se alienigenas, & in mundationẽ statuerũt in crastinũ gñale ieiuniũ, vt affligerent se hoĩes & iumẽta vsq; ad pueros septennes,& conuenerũt octies ad audiendã legẽ,quater in die,& quater in nocte.Tum Neemias vidẽs vrbẽ vacuã habitatoribus,rogauit optimates vt habitarẽt in Hierusalẽ,& benedixit eis qui se sponte obtulerũt. reliqua vero multitudo misit sortẽ,& decimũ caput fecit habitare in Hierusalẽ. Postea conuenerũt ad dedicationẽ muri.Esdras vero ꝑcedebat,Neemias & optimates cum eo sup alterã partẽ muri incedebãt psallẽtes.reliqua multitudo sequebaẗ eos sup terram,& ducebat choros. His impletis,redijt Neemias ad regẽ in Perside anno 32.regni sui,& mortu⁹ est Esdras in senectute bona,& cum multa liberalitate sepultus est in Hierusalem.

Ignis sacrificij à Neemia reptus.

Muri dedicatio.

Malachias post regressum captiuitatis natus est in Iudæa in Sophis,quem,quia vitæ optimę fuit & adspectu decorus,populus appellauit angelum.nam Malach angelum significat. mortuus est iuuenis, & sepultus est in agro suo. sunt qui putent eundem Esdran.Porro circa finem dierum suorum redijt Neemias in Hierusalem ex beneplacito regis.& intellexit mala quæ fiebant in ea.sacerdotes nanque in diebus vicis suæ non habitabant in gazophylacijs circa templum, sed in domibus suis cum omni domo sua,&custodiam vasorum domini posuerãt in domibus sequestratis à templo. ædificauit igitur de proprio gazophylacia,in quibus excubabant sacerdotes,& reponebantur vasa.præterea inuenit populum calcantem torcularia in sabbato,& inferentem in Hierusalem vinum &vuas,ficus & onus omne.Gentes quoq; inferebant pisces & venalia,quæ vendebant in sabbatis filijs Iuda.& obiurgauit optimates,dicens:Cur prophanatis diem sabbati,& inducitis iram Dei super Israel & super ciuitatem hanc?

Neemiæ reditus in Hierusalem.

Et adiurauit eos de custodia sabbati,& pcepit claudi portas in sabbato,ne intrarēt negociatores,& māserunt extra Hierusalē semel & bis.cōtestatusq; est eos Neemias,q si deinceps venirēt,manū mitteret in eos,& recesserūt.& fecit Neemias in Hierusalē bibliothecā,cōgregans libros de regibus,libros prophetarum & Dauid, epistolas regū & de donarijs,& pro his oībus q fecerat,orauit Neemias ad Deum, dicēs: Memēto mei Deus meus in bonū.Huc vsq; ex annalibus Hebræorum.Mortuus est Neemias vir benignus,& sepultus iuxta murum quē ædificauerat. Initio regni Artaxerxis, Græcia oīs in duas diuisa est partes.Lacedæmonij cōmunia qndam ciuitatū auxilia ad vires suas trahebāt.Inde Athenienses & vetustate gētis & gestis rebus illustres,proprijs viribus confidebant,atq; ita duo potentissimi populi,vt scribit Iustinus, institutis Solonis & Lycurgi legibus pares,ex æmulatione viriū in bellū ruebant.Vnde Lacedęmonij omissis Messenijs,cum quibus multa bella feliciter hactenus gesserant,aduersus Athenień.arma vertunt.diu varia victoria fuit, ad postremum æquo Marte vtrinq; discessum.inde reuocati Lacedæmonij ad Messeniorum bellū,ne mediū tēpus ociosum Athenień.relinquerent,cum Thebanis paciscuntur, vt Bœotiorum imperium his restituerent,qd tempore Persici belli amiserant,vt illi Atheniensium bella susciperent.Igitur Athenienses aduersus tantam tempestatem belli duos duces deligunt,Periclem spectatæ virtutis virum,& Sophoclem scriptorem tragœdiarum,qui diuerso exercitu &Spartanorum agrum deuastarunt,& multas Achaiæ ciuitates Athenień.imperio adiecerunt.His malis fracti Lacedæmonij,in annos 30.pacem pepigerunt,sed tam longum ocium nō ferentes,inter 15.annos rupto fœdere,fines Atticos populantur.& ne prædam potius q pugnam expetisse viderentur,hostes ad prælium vocant.sed Athenień.consilio Periclis dissimulāt,deinde interiectis diebus,naues conscendunt,& nihil sentientibus Lacedæmonijs,totam Spartam deprædantur,multoq; plura auferunt q amiserant.Clara quidem Periclis expeditio,sed clarior priuati patrimonij contemptus.huius agros in populatione cæterorum intactos hostes reliquerant, sperantes illi acquirere periculū ex inuidia,aut ex suspicione proditionis infamiam.quod prospiciens Pericles & futurum populo pdixerat,& ad inuidiæ impetum declinandum,agros dono reipub.dederat,atq; ita vnde periculum qsitum fuerat,ibi maximā gloriā inuenit.Post hoc nauali prælio dimicatū est.victi Lacedæmonij,fugerūt.deniq; post multas pugnas fessi,pacem in annos 50.fecere,quā non nisi sex annos seruauere.nam inducias quas proprio noīe condixerant,ex sociorum psona rumpebant.hinc bellum in Siciliam translatum est.Catanenses eñ cum Syracusanos graues paterētur, diffisi viribus suis,auxilium ab Athenień.petiere,qui seu studio maioris imperij,seu metu factæ pridem à Syracusanis classis,ne Lacedęmonijs illę vires accederēt,Lamponium ducem in Siciliam miserūt. haud longe post Catanenses,siue metu Athenień. siue tædio belli,pacem cum Syracusanis,remissis Athenień.auxilijs,fecerunt.Interiecto deinde tpe cum fides pacis à Syracusanis non seruaretur,denuo legatos Athenas mittunt.adduntur precibus lachrymæ,& ita misericordem popu lum supplices mouent, vt decernerent duces Niceam, Alcibiadem & Lamachum,tantisq; viribus auxilia mittuntur,vt & terrori essent Catanień.Breui post tempore reuocato ad *reatum Alcibiade, Niceas & Lamachus hostes in vrbe claudunt.quibus rebus fracti Syracusani, auxilium à Lacedæmonijs petierunt.Ab his mittit Gylippus solus.duobus deinde plijs victus,congressus tertio,occiso Lamacho & hostes in fugā vertit,& socios obsidione liberauit.sed dum Athenienses à bello terrestri in nauale se trāstulissent,Gylippus classem à Lacedæmone cum auxilijs accersit.q cognito,& ipsi Athenień.in locum amissi ducis Demosthenē & Eurymedonta cum supplemēto copiarum mittūt,&qsi Gręcię bellū in Siciliā translatū esset, ita ex vtraq; parte summis viribus dimicabat.nauali certamine vincunt Athenień.Castra qq; cum omni publica & priuata pecunia amittūt:sup hæc mala cum etiam terrestri pugna victi essent,tunc Demosthenes in Græciam redire statuit. Niceas seu pudore male actæ rei,seu metu destitutæ spei ciuiū,seu impellente fato,manere contendit. Reparatur igitur nauale prælium.Eurymedon dux in prima acie cadit,Demosthenes & Niceas etiam ipsi victi,fugam ineunt.Demosthenes,amisso exercitu, gladio & voluntaria morte se vindicat:Niceas aūt,ne Demosthenis exemplo,vt sibi cōsuleret,admonitus,cladem suorum auxit dedecore captiuitatis.Anno ab vrbe condita 290. q fuit tertius regis Artaxerxis, grauis pestilentia vrbem inuasit,quæ cum magna multitudine consules Ebutium ac Seruilium extinxit olympiade 79.Deinde olympiade 80.cum inter patricios & plebem iamdudum fuisset cōcertatio de diuisione agrorum,supuenit & alia turbationis causa.petebat eñ plebs ex legibus administrari debere priuata simul & publica.nondum erat Ro.legum neq; dicendi æquabilitas,neq; iusta scripta omia,

Atheniensium & Lacedæmoniorum bella.

Periclis munificentia.

Athenień. à Lacedæmonijs vincūt.

omia,sed antiquitus eorum reges statuebant iudicia,& quod ab eis iustũ diceretur,id lex erat:vbi vero illi desiere,transiit in annuos consules iusti cognitio & alia regũ officia.erant & instituta quædam patricijs cognita tm̃,pauca in sacris libris reposita. Hãc contentionem introduxit A. Virginius tribunus,sed consules, senatus & alij ciues,ne ex legibus cogerentur administrare rempub.machinabantur in aduersum oĩa.fit contentio perseuerans.consules & senatus dicebant tribunos,qui noua inferrent,autores esse perturbationis:tribuni vero,indignum nihil aut iniustum se agere,volẽtes legem bonam introducere,& dicendi libertatem æquam. Cum vero nihil boni fieret,tribuni congregantes multitudinem,polliciti sunt plebi legem se introducturos, cuius capita hæc erant,vt viri decem eligerentur à populo congregato legitime,æuo maximi & prudentissimi,hosq; leges conscribentes de oĩbus publicis & priuatis,in plebem efferre,& conscriptas in foro ponere,magistratus annuos creare,qui iuxta has leges iusta decernerent.hac proposita lege,dabatur potestas volentibus eam improbare, assignato ei rei foro tertio. Contra hęc consules potẽtissimiq; patriciorũ,dicebant se non permissuros leges introduci,easq; non præconsultas.esse.eñ leges fœdera ciuitatum communia,& non partis.debere plebem gratiam habere senatui, q magistratum accepisset in auxilium. Interea augescente discordia,fit rumor quasi coniuratio facta esset patrum aduersus plebem. Volscos,Cæsonem Quintium nuper à plebe damnatũ,ducem elegisse aduersus Ro.irrupturum,quibusdam in vrbe conscijs,vt plebs supprimeretur,quæ oĩa feruntur à tribunis ficta in odium patriciorum.fit super hoc inter cõsules & tribunos longa concertatio. In tali turbatione vir quidam potẽs & clarus ex Sabinis Ap.Herdonius,siue Romanorum principatum conatus dissoluere, siue magno se noĩe dignari volens,cum multis amicorum communicãs,narrat eis modum rei gerendæ. Cõgregauit clientes audacissimos quatuor hoĩm millia, commeatum & arma in naues coniecit,nauigans per Tiberim appulit,vbi ne stadio quidem distat Capitolium à flumine.nocte media & silẽti adiutus,hos viros exposuit,perq; nõ clausas clam portas Carmentales,quæ non claudebantur secundum oraculum,in Capitolium immittẽs has copias,locum occupauit,illucq; ad arcem vadens, adhæret eñ Capitolio, fit illius dñs. Erat aũt consilium eius,postq̃ accepisset loca opportunissima,suscipere exules,seruosq; ad libertatem vocare,pollicerique pauperibus æris alieni dimissionem. sciuit etiam seditionis causas in vrbe,per quam neq; amicitiam neq; societatem vllam putabat amplius fore plebi cum patricijs. Constitueratq; in defectum horum Sabinos vocare atq; Volscos,sed fraudatus est omnibus. postquam enim capta sunt hæc castella,clamore subito exorto,fugaq; secuta habitantium circa ea loca, quicunq; non sunt statim interfecti,ignorantes malum,tandem raptis armis concurrebant,alij in excelsa vrbis,alij hinc,alij illinc. Die autem orto postquam & arcem captam,& quis inuaserit cognoscitur,procedentes consules in forum,vocabãt ad arma ciues. Tribuni vero aduocata plebe,dicebant nihil agendum aduersus patriam : iustum autem censebant,certamen tantum subire,si fidem darent patricij q perfecto hoc bello,concederent legumlatores eligere. Hæc cum audisset Claudius,contradicebat. at alter consul Valerius cedendum esse tempori consulebat,ad externos quidem hostes apponenda esse iusta,ad ciuiles vero remorationes moderatas. cuius sentẽtia est probata,& procedens in concionem, iurauit petita fieri, si plebs prompte bellum susciperet. quod & fecit. Vnde adunati ciues,incurrunt,& per multas cædes captis munitionibus,Herdonius incredibilem circa se faciens mortuorum cumulum,multitudine telorum obruitur:reliquorum autem pauci capti sunt,viui plures se ipsos interficientes aut præcipitantes.hunc finem latronum habuit bellum. In ea pugna multos strenuos viros amiserunt Romani,optimum vero clarissimumq; consulem Valerium,virum popularissimum. His itaq; peractis,tribuni postulant à superstite consule pollicitationes quas fecerat Valerius de latione legum:at Claudius per dissimulationem omnes moras inuenit,diuq; à consulibus frustrata plebs est. Interea permittunt senatores plebi enixius petenti potestatem creandi decem tribunos.cum antea non haberent nisi quinque.autor fuit consul Quintius,docens esse pro senatu creari multos plebi præsidentes.minus enim concordes eos plures, q̃ pauciores fore. Tandem anno ab vrbe condita 301. vt à regibus ad consules,ita à consulibus ad decemuiros translatum imperium est.dicta est lex,vt viri decem eligerentur illustrissimi senatorum, qui ab ipso electionis die imperarent.potestatem super oẽs qui in vrbe essent, habẽtes eam,quã consules habuerunt,& quam prius quoq; reges.volebantq; illi interim cæteros magistratus dissolui,donec essent in magistratu hi decemuiri, hosq; ex patrijs cõsuetudinibus & ex Grecis legibus,q̃s iam legati attulerant,eligentes optima & Romanæ vrbi vtilia, leges

Ap.Herdonius arcem Capitolinã occupat.

Capitolij recuperatio.

leges ferre,& quæ decemuiri scripsissent,si senatus ea probasset,confirmasset'q; populus,firma esse in perpetuum:ac magistratus quicunq; deinceps crearentur,ex his legibus priuatos contractus distinguere & publica procurare.hoc decretum accipientes tribuni,detulerunt in concionem,ac legentes populo,multas laudes percurrunt senatus. Vbi vero ferri de conditoribus legum suffragia oportuit,elegerunt primos oĩm, creati'q; sunt cẽturiatis comitijs Ap.Claudius,T.Lucius Genutius,Publius'q; Sextius, Pub.Posthumius,†Seruilius Sulpitius,& A.Manlius,T.Romilius,C.Iulius,& T.Veturius,Pub.Horatius,consulares oẽs.Tribunorum aũt, ædilium & quæstorum,& si q erant Ro.alij magistratus,sublati sunt.inde suscipientes res ciuitatis legumlatores,talem constituebant administrandi modum:Vnus eorum fasces & reliq consularis potestatis officia habebat,qui senatum conuocabat,cõfirmabat decreta, & exequebatur quæcunq; ad ducem pertinent.postea'q; rursus alius in potestate constituebatur in pfinitum numerum dierum,oẽs aũt à primo die sedentes,dijudicabant plebeios cõtractus & publicos,& quascunq; expostulationes.Visa est illo anno ciuitas Ro.sub decẽuiratu optime procurata,dictum'q; est à multis, q non esset amplius vrbi opus plebis præsidibus.hi itaq; decemuiri conscriptis legibus ex Græcis & ex eis q̃ apud se erant, non scriptis cõsuetudinibus,proposuere ea in decem tabulis.postea præconsulto habito senatorum,& populo confirmante,in bases æneas ipsas leges scripserunt. Anno vero finito comitijs habitis,Appium oĩs plebeia multitudo retinere volebat in magistratu,designatur'q; iterum & cum eo Q.Fabius * Vigulanus, ex'q; alijs patricijs octo, inter quos ex plebeijs Q.Petilius,Cęso Duillius,&Sp.Oppius.Sunt eñ suscepti isti ab Appio adulatiõis in plebeios gratia.probat⁹ igit inter oẽs Appius, & apparebat esse optimus.Posteriore vero anno accipientes cõsularem potestatem hi,qui cum Appio erant decemuiri,conuenerunt vt in vitam obtinerẽt imperium, neminem'q; alium ad res gerendas admitterent,æquo essent honore,æqua potentia.Itaq; senatus aut populi suffragijs raro vti cœperunt. die vero qua inituri erant magistratum,quam sacram Ro.ducunt,mane exiuerunt,portãtes regiæ potestatis insignia. metus statim plebem inuasit,existimantem amissam esse libertatem,decem pro vno electos reges.Hoc modo terrentes populum decemuiri, parabant sibi amicos ferocissimos iuuenes, cito'q; ex pauperibus plures apparuere adulatores.ex patricijs vero potẽtioribus complures inuenti sunt,sustinentes simul cum decem principibus patriæ libertatem euertere.hi igitur oĩbus indulgentes voluptatibus,per multam licentiam vrbi imperabant,senatum siue plebem nullius faciẽtes precij,oĩm'q; ipsi legumlatores & iudices, multos qdem occidentes ciuium,& rem multis iniuste auferẽtes.maior sane pars ciuitatis corrupta est,multi abierunt in agros,expectantes finem anni.Cum aũt circũactus est annus,Appius & collegæ reliquas conscribentes leges in duabus tabulis, has alijs adiecere,in qbus etiam hæc lex fuit, non licere patricijs cõiungi cum plebeijs connubio,forte ob hoc,vt non coirent illi in concordiam.Manentes itaq; in decẽuiratu Appius & nouem alij,multã tyrannidẽ exercẽtes,cupiebãt quiq; boni illos absoluere à magistratu,qrum causa in senatu L.Valerius pulcherrima oratione conatus est populo psuadere dissolutionem decemuiratus. & factum fuisset,nisi odium inter patricios & plebem obstitisset, gaudebant eñ vtriq; mutuis alterorum malis, plebeij quidem videntes patricioꝶ spũs deiectos,nullius'q; rei amplius senatum dñm:patricij vero,cernentes libertatem plebeiorum amissam,ex quo eis tribunitiam potestatem decemuiri ademerãt.Accessit aũt his oĩbus libido Appij,quæ eorum imperio finem attulit.Erat virgo in vrbe speciosissima,Virginij militaris viri filia, Icilio claro iuueni despõsata.hãc Appius clam diuersis artibus stuprare aggressus est,& tandem submisit M.Claudium hoĩem confidentem,qui seruam suam diceret. Vnde ad ludum veniens literarium,puellam capit,vi abducit.fit clamor,superueniunt breui auunculus puellæ Pub. Numitorius & sponsus Icilius,amicos & cognatos multos ducentes.quid sibi velit,mirãtur. ille eam seruam suam affirmat,iustitiam fieri proclamat, incipiens hanc fabulam: Est mihi,inquit,serua paterna,huic prægnanti vxor Virginij familiaris,eidem se adeunti psuasit,vt si pareret,traderet sibi infantem,ea'q; seruãs promissa,cum enixa esset hãc filiam apud nos,finxit peperisse se abortum,tradit'q; infantem Numitoriæ vxori Virginij,q̃ eam sibi subdẽs educat.latuerũt eñ prius hæc me, q̃ nũc cõperi, habeo'q; hui⁹ rei testes multos.ideo ad cõmunem legem confugio,q̃ vult seruaꝶ natos seq dñm. suscipiens sermonem auunculus,patrem ait esse puellæ Virginiũ absentẽ, & militantẽ p patria,virginẽ desponsatã Icilio psenti,nec eam esse abducendã,litem vero de filia defensuꝶ patrem.Adest Appius audita concertatione.cum,inquit,duo vendicant corpus,dñs & pater, si vterq; adest,patrem tenere corpus vsq; ad iudiciũ:sed qñ ille abest,

dñm

Qui primi decemuiri.

Leges decẽ tabularꝫ ĩ bases æneas inscriptæ.

Versus decẽuirat⁹ in tyrannidem.

De Virginij filia.

dñm id abducere iustum puto, vades dantem idoneos. ad hæc manũ apponit M. Claudius, cui se inserit Icilius, dicens: Non me viuo, Appi, abducet hanc aliquis. scito clare, ꝙ aut magnoꝝ maloꝝ Romanis, aut magnoꝝ bonoꝝ initium mors mea erit. cõfundis aperte libertatem, & in tyrannidem vadis. Appius aũt adstãtes oẽs magnis copijs exacerbatos videns, vt quiescerent, vocato Claudio & cum eo pauca collocutus, dixit talia: Ego plebeij cautionem de vadatiõe corporis ꝑ Claudiũ omitto, ꝑsuasi huic, vt sinat cognatos virginis vades dare, donec pater ei9 assit. aduocate igitur Virginiũ, vt cras cõpareat, libertatẽ puellæ defensurus. atq; vbi e foro abijt Appius, mœstus mittit nuncius ad Virginiũ, vt exercitu dimisso celer veniat. qui habita venia ducis, mane satis adest, & auditis q̃ gesta fuere, q̃si extra sensum factus, affuit ad tribunal magno comitatu amicoꝝ. assunt & testes, affirmantes puellã e serua Claudij natam, & Virginio subditiciã, & cum minus cõuenientia diceret, Appius ipse iudex idem se scire affirmauit, dicẽs vnde causam nouisset, pronunciatq; Claudium puellæ dñm, iubet vt eam abduceret q̃ vellet, & ne vis ei fieret, vetuit. Vbi vero hæc dixit, fit planctus atq; vlulatus multus. in tali aũt malo Virginius opus animo concipit, patri ærumnosum & amaꝝ. petit vt amplecti possit filiam. osculari & colloqui quæ vellet pauca, permittitur. eam tum pater deosculatus est, defluentem & moribundam, arreptumq; cultrum per viscera exegit filiæ, hoc dicens: liberam te & honestam, filia, ad manes progenitorum mitto. nam viuenti, neutro horum per tyrannum tibi potiendũ erat. Exorto aũt clamore, habens cruentatum gladium, totusq; ꝑfusus sanguine, currebat ꝑ vrbem furibundus, vocansq; ciues ad libertatem. hoc tam magnæ luxuriæ exẽplo plebs incitata, montem Auentinũ occupauit. exercitus vero qui parum distabat, hoc audito, q pro maxima parte fuit de plebe, relicto Algido mõte, vbi erat exercitus cõtra Aequos, secessit à ducibus, conseditq; cum alijs in mõte Auentino. Sedata aũt est ista dissensio, & reconciliatus exercitus patribus, restituta plebi tribunicia potestate, & etiam remissa omni culpa. His igitur consultis, decreuerunt patres, vt Virginius Appium accusaret. accusatus in concione Appius, petit tempus ad defensionem. veꝝ ductus ipse in carcerẽ, vbi ante diẽ destinatũ iudicio, morit, vt suspicio fuit, iussu tribunoꝝ: vt vero illi diluere volentes culpam vulgarunt, ꝙ se ipsum laqueo suspenderit. Sp. quoq; Oppius oĩbus capitur calculis, carceriq; traditus, moritur eodem die. reliqui vero ex decem, prius q̃ eis dies diceretur, se exilio ipsi mulctarũt, bonaq; eorum oĩa tam mortuoꝝ q̃ exulum accipientes quæstores vrbani, in publicum retulere. Lex de connubio patrum & plebis, cõtentione magna patribus repugnantibus, lata est, cui seditioni in mõte Ianiculo dux Canuleius tribunus plebis fuit. Tum seditionũ freq̃ẽtia causam dedit, vt censores crearent. Anno ab vrbe condita 308. fames grauissima Romanos afflixit, vt multi spe victus amissa, ne fame diu cruciarent, se in Tiberim submerserint. ꝓpter q̃d præfectus annonæ creatus L. Minutius, qui eos qui frumenta absconderant, compulit vendere. Sed eodem tempore Sp. Melius equestris ordinis vir ditissimus, emit frumẽta de sua pecunia, & distribuit illud plebi, q̃ tanto allecta beneficio, promisit illi consulatum. Ipse vero dicebat illud modicum esse pro tãto beneficio, immo satis paꝝ, si etiam ipsum faceret regem. Ista ꝑueniunt ad senatum, q statim dictatorẽ creat L. Quintium Cincinnatũ. hic dictator factus, mittit magistrum equitũ ad Meliũ, vt eum vocet ad iudiciũ. Melius vero intra cateruã suoꝝ se recepit, & cum ab apparitoribus depræhensus esset, ereptus est & fugit, clamãdo se à patribus opprimi, eo ꝙ plebi in tãta necessitate subuenisset. sed magister equitũ vociferãtẽ insequit & occidit. Cumq; de hoc tumultus magnus orirẽt in plebe, dictator vocat plebẽ, & pronunciat Meliũ iuste fuisse occisum, q̃a vocatus ad iudicium, venire contẽpsit, etiam si innocẽs fuisset. & sedata est turba. Anno ab vrbe cõdita 323. vt narrat Orosius, sub cõsulib9 M. Claudio & T. Valerio, cum oẽs maiores ciuitatis morerent cõsimili morbo, ancilla q̃dam Q. Fabio Maximo, promissa sibi pri9 impunitate, causam indicat, dicens, matronas venena decoquere, & si se vellẽt seq cõsules, hoc depræhendere valerẽt. Secuti ergo, inuenerunt matronas coquẽtes medicamẽta bona, habẽtes tñ alia recondita: q̃bus delatis in foꝝ, vocatis matronis vigintiduabus, inter q̃s Cornelia & Seruilia asseruerunt ea medicamenta esse salubria, quæ cum eæ ad præceptum iudicis bibissent, statim mortuæ sunt. cõpræhensæ sunt eaꝝ comites q̃maximo numero matronaꝝ, quæ indicauerunt ꝙ similia fecerunt, ex quibus 170. damnatæ sunt. creditum est, magis ex alienatione mentis q̃ ex scelere hoc fecisse, & dicit Valerius ꝙ veneficij q̃stio & legib9 & moribus usq; ad illud tẽpus ignota fuit. In hac generatiõe Aristides philosophus floruit, de quo Cicero offi. lib. 3. tradit, ꝙ cum Themistocles in cõcione Athenień. dixisset, se habere consilium salutare reipub. sed id scire non opus esse, postulat vt aliquem populus daret

Perimit filiã Virginius.

Appij interitus.

Censores.

Præfecti annonæ.

Veneficium punitur.

Aristides.

ret cui reuelaret. datus est Aristides, cui ille dixit, posse Lacedæmoniorũ classem clam incendi. quo facto, eorum opes frangerentur. quod audiens Aristides, in concionẽ venit, dixitq́ꝫ vtile esse Themistoclis consilium, sed minime honestum. Athenienses vero quod honestum non esset, nec vtile quidem id esse putarũt. huic Aristidi Plato tñ tribuit, vt præ cæteris clarissimis Athenieñ. eum solum laude dignum censuerit.

Sophocles. Sophocles Athenieñ. poeta tragicus, hoc tempore claruit, qui iam cum prope centesimum attigisset annum, tragœdiam misit in certamen, ubi cum intellexisset se victorem, præ gaudio expirauit. Zeusis pictor hac generatione inclytus fuit, qui (vt Plinius ait) peniculum ad magnam gloriam perduxit, opes maximas acqsiuit. Demum instituit donare opera sua eo quod digno precio permutari posse non crederet. Pinxit, vt idem Plinius ait, puerum vuas ferentem, ad quas cum aduolarent aues, processit: iratus operi, dixit vuas melius pinxi, q̃ puerum. nam si hunc consummassem, aues ipsæ timuissent. idem etiam vmbrarum inuentor magnus phibetur. Parrhasius pictor Ephesius præclarus. eum transisse cũ Zeuside in certamen Plinius tradit, & cum Zeusis detulisset vuas tanto successu pictas, vt in scenam aues aduolarent, ipse detulisse linteum auibus pictum traditur, ita veritatem repræsentans, vt Zeusis alitum iudicio timens, flagitaret, tandem remoto velamine, ostendi picturam: atq; errore intellecto, palmam ingenuo pudore concessit Parrhasio, qm̃ ipse aues fefellisset, Parrhasius artificem.

Pindarus. Pindarus poeta e conuiuiĳ loco, à Castore & Polluce, spectantibus cæteris conuiuis, vocatus est, & mox eo egresso, super remanentes tricliniũ collapsum est. hic cum in gymnasio super gremium pueri, quo vnice delectabatur, quieti se dedisset, placidum finem accepit, secundum Valerium.

Euripides. Euripides poeta cum à cœna regis Archelai, qui eum valde dilexerat, domum redit, à canibus dilaceratus est.

Empedocles. Empedocles Athenieñ. philosophus, solebat dicere, tria pręcipua esse, affluentię contemptum, futuræ felicitatis appetitum, & mentis illustratiõem: quorum primo nihil honestius, secundo nihil vtilius, tertio nihil ad amborum adeptionem efficacius. Hoc tempore claruerũt Parmenides Eleates philosoph⁹, Cratinus Athenieñ. poeta comicus, Herodotus Halicarnasseus historicus, qui scripsit, autore Plinio, anno ab vrbe cõdita 310.

Melissus Samius physicus. Gorgias philosophus Siculus. Zeno Cittiæus, Stoicę sectæ princeps. Zeno Eleates, cui dialecticæ inuentionẽ tribuũt. Thucydides Athenieñ. historicus. Phidias statuarius clarissimus per oẽs gẽtes fuit, Plinio teste, eburneam Mineruam Athenis fecit & alia plura. Hippocrates Cous, oĩm medicorũ princeps. nam medicinam longo tempore perditam, Isidoro teste, in lucem reuocauit, vixit annis 95.

Socrates. Socrates Athenieñ. philosophus, Archelai discipul⁹, primus ethicã excoluit, ad acquirendã scientiã vltimas terræ regiones perlustrauit. Solebat aũt dicere, hoc vnum se scire ꝙ nesciret. Demum accusatus impietatis, in carcerem coniectus est, vbi epoto veneno, interĳt: sed nec carcer nec mors, eius vultum seu animũ mutare potuerunt. Post mortem eius, vt est apud Augustinum in 8. de ciui. Dei cap. 3. Athenieñ. pœnitentia ducti, eius criminatores morti adiudicarunt. Quin in eius memoriã æream statuam in loco celeberrimo collocauerunt.

GENERATIO LV.

Anno 4781. ab origine mundi, ab vrbe condita 327. olympiade 89. in Eliachim filio Abiud 55. exorditur generatio, durauit annis 59. mensibus 9. secundum Philonis annos, durauit tñ annis 37. Anno primo huius generationis, olympiade 89.

Eliachim. Xerxes huius noĩs secundus, post patrem Persis regnare cœpit, regnauit duob⁹ tñ mensibus, post hunc Sogdianus regnauit mensibus 7. de quibus nihil memoria dignũ habemus. Darius cognomento Nothus, 89. olympiade Persis regnare cœpit, & regnauit 29. annis. Hic Athenieñ. multa damna intulit, Aegypt⁹ ab eo recessit, & regem Amantheum sibi constituit. Interim Alcibiades insimulatus impietatis, ꝙ sacra Cereris non tacuisset, ab Athenieñ. reuocatus est à bello ad iudicium. Indignitatem rei non ferens, siue cõscientiam, tacitus in exilium profectus est, regemq́ꝫ Lacedæmoniorum impellit Athenieñ. bellum inferre, quo facto, Darius rex Persarum memor maiorum suorum in hanc vrbem odĳ, facta cum Lacedæmoniĳs societate, oẽm sumptum belli pollicetur, eo etiam ꝙ timebat, ne victis Athenieñ. Lacedæmonĳ ad se arma verterẽt. Nam ab Athenieñ. socĳ defecerant.

Alcibiadis exilium. Alcibiades motum aduersus patriam bellum, militis simul & imperatoris opera adiuuabat, nempe acceptis quinq; nauibus, in Asiam contendit, & tributarias Athenarum ciuitates ad defectionem cõpulit. Sed apud Lacedæmonios virtus Alcibiadis plus inuidiæ q̃ gratiæ contraxit. itaq; cum principes velut æmulum glorię suæ interficiendum insidĳs mandassent, cognita re, Alcibiades per vxorem Agidis regis, quam adulterio cognouerat, ad Thissaphernem præfectũ Darĳ

regis

regis profugit, cui se celeriter officij comitate & obsequẽdi gratia insinuauit. morum enim vitia sub vmbra eloquentiæ facile tegebat. Igitur Alcibiades psuadet Thissapherni, ne tãta stipendia Lacedæmonijs pberet, vocãdos esse in portionẽ muneris Ionios, sed nec auxilijs nimis Lacedæmonios iuuãdos, quippe memorẽ esse debere, alienam se victoriã, non suã instruere: & eatenus bellũ sustinendũ, ne inopia deseratur. Nã regem Persarum, dissentientibus Gręcis, arbitrũ pacis & belli fore: & quos suis non possit, ipsorum armis victurum. perfecto aũt bello, statim cũ victoribus dimicandũ, non enim Spartanos quieturos, q vindices se Græciæ professi sunt. Grata oratio Thissapherni fuit, incipit cõmeatũ maligne præbere, classem regiã nõ totã mittere, ne daret aut necessitatẽ deponẽdi belli, aut totã victoriã. Interea Alcibiades hãc operã ciuibus vendicabat, ad quẽ cũ legati Athenieñ. venissent. pollicetur his amicitiã regis, si Respu. eorum à populo trãslata ad senatũ foret, sperãs vt aut concordãte ciuitate, dux belli ab oĩbus legeretur, aut discordia inter ordines facta, ab altera parte in auxiliũ vocaretur. Ad hæc Atheniẽ. permittẽte populo, imperiũ ad senatũ trãsferũt, qui cũ crudeliter in plebem consuleret, ab exercitu Alcibiades exul reuocatur, dux'q; classi cõstituitur. statim igitur Athenas mittit, se cum exercitu venturum, recepturum'q; à quadringẽtis iura populi, ni sponte redderẽt. hac denunciatiõe optimates territi, primo vrbem prodere Lacedæmonijs tentauere: deinde, cũ id nequissent, in exiliũ profecti sunt. Igitur intestino malo patria liberata, Alcibiades summa cura classem instruit, aduersus Lacedæmonios pergit, & plio cõmisso victoria penes Athenieñ. fuit. in eo bello maior pars exercitus & omes ferme hostiũ duces cæsi. naues 80. captæ. Interiectis quoq; diebus, cũ bellum Lacedæmonij in terrã transtulissent, iterato vincũtur. His malis fracti, pacẽ petierũt, quã nõ acceperũt opera eorum qui quæstũ expectabãt. Mox Alcibiades cũ classe victrici Asiã vastat, multis locis prælia facit, vbiq; victor, recipit ciuitates quæ defecerant, nonnullas capit & imperio Athenieñ. adijcit. His oñibus prelijs actis, Athenas reuertitur, ducẽs naues hostiũ & prædã ingentẽ, ei'q; effusa omnis multitudo obuiã procedit, Alcibiadẽ miratur, in hunc suspensa ora cõuertit, hunc quasi de cœlo missum pro patria laudãt. Igitur oĩbus nõ humanis solũ, verũ etiam diuinis honoribus dignãtur: & certãt, vtrũ cõtumeliosius eũ expulerint, an reuocauerint honoratius. explent contumelias honoribus, detrimenta muneribus, execratiões precibus. Dum hæc agũtur, Lysander Lacedæmonius classi bello'q; præficitur, & in locũ Thissaphernis Darius rex Persarum filium suum Cyrũ Ioniæ Lydiæ'q; præposuit, qui Lacedæmonios auxilijs opibus'q; ad spem erexit. Aucti igitur viribus, Alcibiadẽ cũ centũ nauibus in Asiã profectum, dum agros populatur, & prædæ dulcedine sine insidiarum metu sparsos milites haberet, repentino aduentu oppressere: tãta'q; cędes palantiũ militũ fuit, vt plus vulneris eo prælio Athenieñ. acciperẽt, q̃ superioribus dederant: & tanta desperatio apud Athenieñ. erat, vt in cõtinẽti Alcibiadẽ ducẽ Conone duce cõmutarẽt, arbitrantes victos se nõ fortuna belli, sed fraude imperatoris, apud quẽ plus prior offensa valuisset, q̃ recentia beneficia. Alcibiades itaq; veritus multitudinis impetũ, denuo in voluntarium proficiscitur exiliũ, verum eorum qui aliquãto post tyrannidẽ apud Athenas gerebant, cõsilio & Lysandri artificio in Phrygia interfectus est, cũ iam domus incendium euasisset, q̃d ad illũ interficiendũ fuerat paratũ, & eius caput ad Pharnabazũ tulerũt. Conon Alcibiadi suffectus, classem maxima industria exornat, sed exercitus deerat, armãtur tñ senes aut impuberes, sed nõ magnã bello moram ætas fecit, imbecilles aut cędũtur passim, aut fugientes capiũtur, tãta'q; strages fit, vt Athenieñ. deletum non imperiũ tantũ, verũetiã nomen videretur. Consumpta militari ætate, peregrinis ciuitatem, seruis libertatẽ, damnatis impunitatẽ donant, ea'q; colluuie hominũ dñi antea Græciæ, vix libertatẽ tuebantur, iterum tamẽ fortunã experiendã decernũt, sed omnes sunt aut capti, aut occisi: dux Conon cũ prælio superfuisset, crudelitatẽ ciuiũ metuẽs, cum octo nauibus ad regẽ Cypriũ contẽdit. Euagoras aũt dux Lacedæmoniorum, rebus feliciter gestis, captiuas naues cũ præda bellica mittit Lacedæmona. Tributarias Athenieñ. ciuitates, quas metus retinuerat, voluntarias recepit, nec aliud ditioni Athenieñ. præter vrbẽ ipsam reliquit: quæ cũ Athenis nũciata essent, om̃es relictis domibus discurrũt, alius aliũ sciscitatur, in foro deinde coeunt, atq; per noctẽ publicã fortunam questibus iterãt, alij fratres aut filios aut parẽtes deflent, alij cognatos, alij amicos, iam ipsam patriã perituram, miseriorem'q; viuentiũ q̃ oppressorum fortunã iudicãtes. Sic defletæ ac prope perditæ vrbi, hostes superueniũt, & obsidione circũdatos fame vrgẽt: & cũ multi delendũ Athenieñ. nomẽ, vrbem'q; incẽdio cõsumendã censerent, negarunt tñ se Spartani ex duobus Græciæ oculis alterum eruturos. pacem tandẽ polliciti, si versus Pyręum muri brachia deijcerent, naues'q; quæ reliquæ forent, traderent, res'q; publica

Alcibiades reuocatur ab exilio.

Athenieñ. victoria.

Alcibiadis interitus.

Conõ Athenieñ. dux.

Athenieñ. capti.

publica ex semetipsis 30. rectores acciperet. In has leges traditā sibi vrbem Lacedæmonij formandā Lysandro tradiderunt. Rectores dein xxx. cōstituunt, qui fiunt tyranni, quippe à principio tria millia sibi satellitū statuūt, quantū ex tot cladibus prope nec ciuiū superfuerat, & quasi paruus hic ad cōtinendā ciuitatem exercitus esset, septingentos milites à victoribus accipiunt, ac miseras vrbis reliquias cędibus & rapinis exhauriunt. Fit igitur ex vrbe passim omnium fuga, repleturq; Græcia Athenieñ. exulibus, & cū Lacedęmonij prohibuissent eos recipi, oēs se Argos & Thebas contulere. Erat inter exules Thrasybulus vir strenuus & domi nobilis, qui adunatis exulibus, castellū quoddā Atticorum occupat. itaq; & hos Menias Thebanorum princeps priuatis saltem viribus adiuuabat, & Lysias Syracusanus orator, exul tunc, quingentos milites stipendio suo in auxiliū patriæ cōmunis eloquentiæ misit. Fit itaq; asperū prælium, tyranni vincunt, victi in vrbē refugiunt, quā exhaustā cędibus, etiam armis spoliant. dein cum eos Athenieñ. proditionis suspectos haberent, demigrare eos ex vrbe iubent, & in brachijs muri quæ diruta fuere, habitare. Post hæc Thrasybulū corrumpere conant, vel saltem eius societatē, sed nō procedit. Interim auxilia à Lacedęmonijs superueniunt. iterato prælian, in eo bello Critias & Hippolochus omniū tyrannorum sęuissimi cadunt, cæteris victis, cū exercitus eorum ex qbus maior pars Athenieñ. erat, fugerat. Thrasybulus exclamat, cur se victorem fugiāt, & nō potius vindicē communis libertatis adiuuent: xxx. se dñis, nō ciuitati bellū inferre admonet. reddāt exulibus patriā, accipiant libertatē. His vocibus permoti, reuersus in vrbem exercitus, triginta tyrannos migrare iubet Eleusina, substitutis decē qui Remp. regerent, hi nihil exēplo priorum territi, candē viam crudelitatis ingressi sunt. dum hæc agunt, nūciatur Lacedęmone in bellū Athenieñ. exarsisse, ad quod cōprimendū Pausanias rex mittitur, qui misericordia exulis populi pmotus, patriā miseris ciuibus restituit, & decem tyrannos ex vrbe migrare ad cæteros Eleusina iubet. Interiectis aūt diebus, tyrāni bellum Athenieñ. inferūt, sed ad colloquiū progressi, per insidias compręhensi, vt pacis victima trucidant, atq; ita in vnum tandem corpus ciuitas reuocat, & ne qua dissensio ex ante actis nasceret, oēs iureiurando obstringunt discordiarum obliuionē fore, eam nominarūt illi Amnestian. Eodē fere tēpore Darius rex Persarum morit. Ioiada quartus Hebræorum pontifex, Eliasib filius, succedit in pontificatu sedit annos circiter xxv. hunc pontificem multæ doctrinæ & sanctitatis virum fuisse cōstat, ad quē Mardochæus Iudæus ex Susis ciuitate Persarum literas de obseruatione dedit. Anno ab vrbe condita 347. Darius rex Persarum moritur, Artaxerxe & Cyro filijs relictis. regnum Artaxerxi, Cyro ciuitates quarum præfectus erat, testamento legauit. Sed Cyro iudicium patris iniuria videbat, itaq; occulte aduersus fratrē bellū parabat, q̊d cū nūciatum Artaxerxi esset, accersitū ad se frēm & innocentiā dissimulatione belli simulantē, cōpedibus aureis vinxit, interfecissetq;, nisi mater prohibuisset. Dimissus postea Cyrus, iam nō occulte bellum, sed palam parare cœpit, auxilia vndiq; cōtrahit. Lacedæmonij memores, Atheniensi bello enixe eius opera adiutos, velut ignorantes cōtra quem bellum pararet, decernunt auxilia Cyro mittenda. Sed cū in bello sors prælij vtrunq; fratrem pugnæ obtulisset, prior Artaxerxes à fratre vulnerat: quem cū equi fuga periculo subtraxisset, Cyrus à cohorte regia oppressus interficit. Sic victor Artaxerxes, & præda fraterni belli & exercitu potitur. Atq; in eo prælio decem millia Græcorum in auxilio Cyri fuere, quæ & in cornu in quo steterant, vicerunt, & post mortē Cyri nec armis vinci, neq; dolo capi potuerunt, reuertētesq; inter tot indomitas nationes, per tanta itineris spatia, virtute se vsq; in terminos patriæ defenderūt. Artaxerxes aliàs dictus Assuerus, regnauit ab India vsq; ad Aethiopiā super 127. prouincias. erat in Susis ciuitate solium regni eius. hic tertio anno imperij sui fecit grande conuiuiū cunctis principibus suis, inclytisq; prouinciarum coram se centum & octoginta diebus. post dies conuiuij inuitauit omnē populū qui erat in Susis, bibebant aūt omnes aureis poculis. Vasthi q̄q; regina fecit cōuiuiū fœminarum in palatio regis. die aūt septimo rex p̄cepit eunuchis, vt introducerent reginam in decore suo, vt ostenderet oībus pulchritudinem illius. Quæ venire cōtempsit. iratus rex quæsiuit à septem sapiētibus, cui sententiæ Vasthi subiaceret. Respondit Mamucha, Non læsit te solum Vasthi, sed & omnes viros regni tui. Egrediat edictum à rege, vt vltra Vasthi non ingrediat ad te, sed altera melior regnet pro ea. & exijt edictum huiusmodi in omnes prouincias. Dixerunt pueri regis: Quęrant puellę virgines speciosæ. & placuit sermo regi. Erat tūc in Susis Iudæus Mardochæus de tribu Iemini. hic erat nutricius filiæ fratris, & vocabatur Hester, quā orbatā Mardochæus adoptauerat in filiam. hæc inter cæteras tradita est eunucho regis, nec indicauit populum suum. inuenit gratiā in oculis regis, dedit ei

Thrasybulus. Pausanias. Amnestia. Ioiada aliàs Iudas, pontifex. Artaxerxis & Cyri bellum.

dit ei septem puellas,vt eam ornarent & excolerent.Mardochæus aũt versabaт̃ in vestibulo domus regiæ,curam agens salutis filiæ.instabat dies,& intrabat ad regem anno septimo regni ipsius mense decimo,& inuenit gratiã apud regem. Fecit eam regnare pro Vasthi.Et celebrauit nuptias per mensem. Mardochæus aũt qui frequentius morabaт̃ in Babylonia,etiam aduenerat.factum est aũt ꝙ duo eunuchi ianitores machinabanт̃ occidere regẽ.quod cũ peruenisset ad Mardochęum,indicauit hostes. illa ex nomine Mardochæi detulit ad regem.Quæsitũ est & ita inuentũ.appensi sunt in patibulo,& traditum est hoc coram rege annalibus. Post hæc Assuerus exaltauit Aman Amalechitẽ, & adorabãt eum serui regis omnes ꝑter Mardochæum,qui propter patrias leges coram eo genu nõ flectebat.indignatus est Aman,& accipiens eum Hebræum esse,ait:Persæ liberi flectunt genua,hic aũt seruus dedignatur? Et disposuit perdere Iudęos qui erant in regno Assueri,veteri motus odio, quia Iudæi deleuerunt Amalechitas.Duodecimo igiт̃ anno regni Assueri,missa est sors quo die deberet gens Iudęoꝝ interfici,quæ exiuit mense xij. Tunc ait Aman ad regem:Interest regis seruare pacẽ.nouerca pacis est dissimilitudo.est gens in regno tuo dissimilis cæteris,nouis vtens legibus,insuper & scita regis cõtemnens. expedit tibi, vt nõ insolescat, decerne ergo vt pereat:& ne dispendiũ sentias in tributis, decem millia talentoꝝ appendam arcarijs gazæ tuæ.Tulitq; rex annulũ quo vtebaт̃,& dedit illũ Aman, dicens: Argentum tuũ tibi sit,& de populo age q̃d tibi placet. Tunc scripsit Aman ex nomine regis literas annulo regis signatas in omnes prouincias,vt occiderenт̃ Iudæi à paruulo vsq; ad senem,& bona eoꝝ diriperenт̃ xiij.die mensis xij. Statimq; in Susis pependit edictum.quod cũ legissent Iudæi,fleuerunt.Sed & Mardochęus indutus sacco,& adspersus cinere,magna voce eiulabat pro foribus palatij.quod cum accepisset Hester, consternata misit ei vestem,qua indutus,intraret ad eã,sed noluit accipere,& significauit ei per eunuchũ causam fletus,& exemplar edicti misit ei,monens vt intraret ad regem,& supplicaret pro populo suo.Quæ respõdit: Intra triginta dies vocata non sum,& decretũ est,ꝙ qui nõ vocatus accesserit regẽ,moriaт̃,nisi forte rex auream virgam ad eum extenderit.At Mardochęus,q̃s scit,an idcirco in regnum veneris,vt succurreres? Tunc mandauit Hester Mardochęo,vt oẽs Iudæi in Susis per triduũ ieiunarent,& orarent pro ea.die aũt tertia induta regalibus, stetit cõtra basilicã regis cum duabus puellis:vni incũbebat,altera sequens longitudinẽ vestis summis digitis deportabat.At rex toruo vultu sedens in solio eam respexit, quod videns ipsa,collapsa est. cumq; rex vidisset Hester lapsam,placuit ei,& extendit cõtra eam aureã virgam.quæ consurgens,osculabaт̃ summitatẽ virgæ.Et ait rex:Quid vis Hester? Quicq̃d petieris, dabo tibi.Quæ respõdit:Obsecro vt venias ad me hodie,& Aman tecũ ad cõuiuium. & surgens,venit ad eam,fouens eam gremio,ac dicens: Noli timere, subditis lex data est,tu vero mihi conregnas.venerunt ambo ad conuiuiũ reginæ. cumq; rex bibisset,ait:Pete quod vis Hester.Quæ respõdit:Obsecro venias & cras,& Aman ad conuiuium,& indicabo cor meũ.Egressus est itaq; Aman lætus,&cum Mardochęus sibi non assurrexisset,cõuocans amicos & vxorẽ,exposuit eis omnẽ gloriã suã,addens ꝙ eum solũ cũ rege Hester vocasset ad cõuiuiũ: verũtamẽ ꝙ putet se nihil habere, dum viueret Mardochæus. Dixerunt ei:Iube parari trabẽ quinquaginta cubitoꝝ,& suggere regi vt appendaт̃ Mardochæus.iussitq; parari crucẽ.Nocte illam rex duxit insomnem,& iussit sibi legi annales,ventũ est ad locũ vbi habebatur, quõ Mardochęus ei nunciauerat insidias eunuchoꝝ,& ait: Quid honoris cõsecutus est Mardochęus pro hac fide? Dixerunt illi,nihil.Aderãt aũt in atrio pueri Aman,& quęsiuit rex q̃ essent. & dixerũt,pueri Aman.intrauit eñ Aman vt suggereret regi de morte Mardochæi. Tũc vocauit rex Aman,&dixit ei: Quid debet fieri viro quẽ rex vult honorare? Qui cogitans pro se dictũ esse,respõdit:Debet indui stola regia,coronari diademate,& sedere super equũ regis,& primus de principibus teneat equũ,& per ciuitatem clamet: Sic honorabitur quem rex honorari vult. Dixit ei rex: Festina, & fac sicut locutus es Mardochæo,caue ne quicq̃ eoꝝ prætermittas.Fecit Aman Mardochæo, sicut locutus est rex.Mardochęus ita honoratus,redijt ad palatium.Aman vero reuersus est in domũ suam lugens,& ecce nuncij regis vocauerũt eum ad conuiuiũ, ait rex: Pete q̃d vis Hester. Quæ respondit: Dona mihi animã & populum meũ ne pereamus. & ait rex:Quis vobis obest? qu ę respondit? Hostis noster est Aman. Rex aũt iratus surrexit, & iurauit in hortũ.Aman vero supplicabat reginæ ꝓ anima sua. Cũq; reuersus esset rex,reperit Aman corruisse sup lectulũ in quo iacebat Hester,& ait:Etiã reginã vult opprimere me pręsente? Dixit Arbona eunuchus:En lignũ quod parauerat Mardochæo,stat in domo Aman.Itaq; is in eo suspẽsus est.deditq; rex Hester domũ Aman.

Aman.

Honor Mardochæi.

Aman suspenditur.

Confessa est aũt regi Mardochæum esse patruum suum. dedit rex annulum Mardochæo. Tum procidit ad pedes regis Hester, ac flens supplicat, vt literas quas scripserat Aman cõtra Iudæos, irritaret. Et acquieuit rex. scripsitq́ Mardochæus literas annulo regis sigillatas ad principes prouinciarũ, ne occiderẽtur Iudęi, factumq́ est nomen Iudæorũ celebre, vt plures de gentibus religioni eorũ iungerẽtur. Porro in alteris literis excusauit se rex in hunc modũ: Ne putetis diuersa nos mandare, Aman insidiatus est Iudæis, cum fuerit animo & genere Amalechita, Mardochæũ & reginã omneq́ Iudæorũ genus expetijt ad mortem, viuimus aũt fide Mardochæi & dei viuentis beneficio, cuius nutu traditũ est patribus nostris regnũ & custoditũ. Iudęos absoluimus, & hostẽ eorũ interfici iubemus. Igitur 13. die mensis 12. percusserunt Iudæi hostes suos vsq; ad 75. millia per prouincias. Et suspensi sunt decem filij Aman in Susis, & de alijs circiter 300. perierunt, receptiq́ sunt à Iudæis hi dies in numero solennitatum suarũ, vt memoriã facti nulla deleret obliuio. Scripsit etiã Mardochæus ad Iudã summum sacerdotẽ in Hierusalem, vt dies isti solennes haberẽtur in Iudæa in sempiternũ. Sed & Assuerus dicitur ductus ad fidẽ per Hester, vnde Glo. 1. Cor. 7. super verbo, Saluatus est vir infidelis per mulierẽ infidelem, exemplũ ponit de Assuero & Hester. Lacedæmonij non contenti accessione Athenieñ. totius Asiæ imperiũ affectare cœperunt. Itaq; Dercyllides dux in hanc militiã electus, cũ videret sibi aduersus duos præfectos Artaxerxis regis Pharnabazum & Thissaphernem dimicandũ, pacificari cum altero statuit: Et aptior visus Thissaphernes, in colloquiũ vocatur: & statutis conditionibus, ab armis dimittitur. hanc rem Pharnabazus apud regem criminat̃, ꝙ Lacedæmonios Asiam ingressos nõ repulerit, sed impensis regijs aluerit. Indignum ait, bellum nõ perfici, sed redimi hostẽ precio, nõ armis submoueri. His vocibus regẽ Thissapherni alienatũ hortatur, vt in locum eius naualis belli, ducem eligat Cononẽ Atheniensem, qui amissa bello patria, Cypro exulabat. Acceptis igitur quingentis talentis, iussus est Conona classi præficere. His cognitis, Lacedæmonij à rege Aegypti Hercimonem in auxilium per legatos petunt, à quo centum triremes & sexcẽta millia modiorum frumenti missa, & à cæteris socijs ingentia auxilia contracta sunt. Sed tãtis copijs deerat dignus imperator, itaq; postulantibus socijs, Agesilaum tunc regem Lacedęmoniorum pede claudum eligunt, statuentes melius esse incessu regem, q̃ imperio regnum claudicare. Magnus igitur apparatus belli, magnæ vtriusq; ducis res gestæ, sed Cononem seditio militum inuadit, quos præfecti regis fraudare stipendio soliti erant. Itaq; diu Conon, rege per epistolas frustra fatigato, ad postremũ ipse ad eum pergit, cuius adspectu & colloquio prohibitus est, ꝙ eum more Persarum adorare nollet. Agit tamen cum eo per internuncios, & queritur opulentissimi regis bella inopia dilabi, postulat sibi dari ministerium impensæ, quia pluribus id mandare perniciosum sit. dato stipendio, ad classem remittitur, multa fortiter, multa feliciter fecit, agros hostiles vastat, vrbes expugnat, & quasi tempestas cuncta prosternit. Quibus rebus territi Lacedæmonij, ad patriam tutandam Agesilaum reuocant. Interim Lysander ab Agesilao dux patriæ relictus, classe fortunam tentat. Summa igitur non ducum tantum in eo prælio, q̃ militum æmulatio fuit. Nam Conon non tam Persis, quàm patriæ studebat: & sicut afflictis Athenis autor amissæ dominationis fuerat, sic volebat patriam vincendo recuperare, quam victus amiserat: eo speciosius, ꝙ viribus atq; periculo regis pugnaturus, victurus præmio patriæ, gloriamq́ diuersis artibus, quàm priores suæ ciuitatis duces consecuturus. Porro Lysander virtutis æmulator pro se contendebat: sed quanto maius prælium, tanto clarior victoria Cononis. Victi Lacedæmonij, fugam capessunt. præsidia hostium Athenis deducuntur: populo restituta dignitate, conditio seruilis eripitur. multæ quoq; ciuitates Cononis opera recipiuntur.. Hoc initium Athenieñ. resumendæ potentiæ, & Lacedæmonijs habendæ finis fuit. Nam quasi etiam cum imperio virtutem perdidissent, contemni à finitimis cœpere. Primi igitur Thebani auxiliantibus Athenieñ. bellum his intulere, quæ ciuitas virtute Epaminundæ ducis ad spem imperij Græciæ erecta est. Fit itaq; terrestre prælium. Lysander interficitur, quo duce Athenieñ. victi à Lacedæmonijs fuerant. Pausanias quoq; alter dux Lacedęmoniorũ, proditionis accusatus, in exilium abijt. Igitur Thebani potiti victoria, vniuersum exercitum ad vrbem Lacedæmoniorum ducunt, accersitur Agesilaus ex Asia, cuius quoniam serus aduentus erat, conscripto exercitu, obuiã hostibus procedũt. Prima igit̃ congressione fundunt̃, deletis iam suorũ copijs superuenit Agesilaus, q restituto prælio, nõ difficulter recẽti & multis expeditionibus indurato milite, hostibus victoriã eripuit, ipse tñ grauiter sauciat̃. Quibus rebus cognitis, Athenieñ. verentes ne iterum Lacedæmonijs victoribus in seruitu-

Dercyllides

Conon Lacedæmonas vincit.

Thebanorũ victoria.

uitutem redigerent,exercitum contrahunt,eumq́ in auxiliũ Bœotiorũ Philocratem xx. annos natũ,sed magnę indolis iuuenẽ, duci iubent. huius adolescentis supra ætatem virtus admirabilis fuit,in quo nõ imperatoriæ tm̃, uerũetiã oratoriæ artes fuere. Conon quoq; audito Agesilai reditu,& ipse reuertit ad populãdos Lacedęmoniorũ agros,atq; ita vndiq; belli formidine circũstrepente clausi Spartani,ad summã despe rationẽ redigunt. Sed Conon vastatis hostiũ terris, Athenas pgit, vbi magno ciuium gaudio acceptus est. Itaq; quæ incensa fuerũt, prędarũ sumptu & exercitu Persarũ restituit: quæ diruta fuerant, reficit. fatum illud Athenarũ fuit, vt ante à Persis crematæ, manubijs eorũ: & nũc à Lacedęmonijs dirutæ, ex spolijs Lacedęmoniorũ restituerentur: versa quoq; vice, nũc haberẽt socios, q̊s tũc hostes habuerũt: & hostes nunc paterent, cũ quibus iuncti tunc fuerãt. Dum hęc agũtur, Artaxerxes rex Persarũ legatos in Græciã mittit, per q̊s iubet oẽs ab armis discedere. qui aliter fecisset, eum se pro hoste habiturũ, ciuitatibus libertatẽ, suaq́ oĩa restituit, q̃d nõ Græciæ laboribus assiduisq́ bellorũ inter ciues odijs cõsulens fecit, sed ne occupato sibi Aegyptio bello, quod propter auxilia aduersus præfectos suos Lacedęmonijs missa susceperat, exercitus sui in Gręcia detinerent. fessi igit̃ bellis tot Gręci, cupide paruere. Thebani paulo post Epaminunda duce, occupãdæ vrbis Lacedęmoniorũ spem ceperunt, & in principio noctis Lacedęmona proficiscunt̃, quasi ad incautos adgressuri. Sed senes & cætera imbellis ætas aduentũ hostiũ prę sentiẽtes, in ipsis portarũ angustijs armati occurrunt, & aduersus xv. millia militũ, nõ amplius centũ iam effœtæ ætatis viri pugnæ se offerunt. in eo p̃lio duo duces hostiũ ceciderũt. Cumq́ interim Agesilai aduẽtus nunciaretur, Thebani recesserũt, nec bellũ diu dilatũ. siquidẽ Spartanorũ iuuentus senũ virtute & gloria incensa, teneri nõ potuit, quin ex continenti aciem decerneret. Et Epaminundas dum nõ ducis tm̃, verũetiã fortissimi militis officio fungit̃, grauiter vulneratur. Quo audito, his ex dolore metus, & illis ex gaudio stupor inijcitur, atq; ita ex placido consensu ex prælio discedit̃. Epaminundas relatus in castra semianimis, vocem spiritumq́ collegit, id à circũstantibus requisiuit, num cadenti sibi scutũ haberetur, & apportatũ osculatus est. Iterũ quæsiuit, vtri vicissent, & dum audiret, Thebanos, bene habere se rem dixit. atq; ita velut gratulabundus patriæ, expirauit. Cuius morte etiam Atheniensiũ virtus intercidit: siquidẽ amisso cui æmulari consueuerãt, in segnitiem torporemq́ resoluti sunt. fuit aũt incertũ, vir melior an dux esset. nam imperiũ non sibi, sed patriæ quæsiuit: & pecuniæ adeo parcus fuit, vt sumptus funeri deessent: philosophiæ doctrina, literarũ studia tanta, vt mirabile videretur. hactenus Iustinus.

Philocrates

Pax restituitur Græciæ ab Artaxerxe.

Spartanorũ senũ virtus.

In hac generatiõe Dionysius ex Sicilia pulsis Carthaginẽsibus, occupatoq́ totius insulæ imperio, graue ocium regno periculosamq́ desidiã ratus, copias in Italiã traiecit. Prima illi militia aduersus Græcos, qui proxima Italici maris littora tenebãt, fuit. Quibus deuictis, finitimos quosq; aggredit̃, omnesq́ Græci nominis Italiã possidentes, hostes iudicat, quæ gẽtes nõ partẽ, sed vniuersam ferme Italiã ea tempestate occupauerãt. Deniq; multæ vrbes adhuc post tantã vetustatẽ vestigia Græci moris ostentant: propter quos ea pars Italiæ, maior Gręcia appellat̃. Sed Dionysiũ gerentẽ bellum legati Gallorũ, qui ante menses Romã incenderãt, societatẽ amicitiamq́ petẽtes adeunt, gentemq́ suã inter hostes eius positã esse, magnoq́; vsui ei futurã, vel in acie bellanti, vel de tergo intẽtis in præliũ hostibus affirmãt. grata legatio Dionysio fuit. ita pacta societate & auxilijs Gallorũ auctus, bellum velut ex integro restaurat. Licet enim illa modo recitari, cum locus postulat, vt de Dionysio dicamus, & si temporum ratio alia sit. Sed quos ex Sicilia Carthaginenses pulsos eiecerit Dionysius, in genere tangit Iustinus lib. 18. Carthaginenses, inquit, cum diu in Sicilia infeliciter dimicassent, translato in Sardiniã bello, amissa exercitus maiori parte, victi sunt, propter q̃d ducẽ suũ Machæum, cuius auspicijs Sicilię partẽ domuerant, cũ parte exercitus exulare iusserũt, qui nõ multo post Carthaginẽ cepit, punitisq́ autoribus exilij sui & sociorũ, vrbem legibus suis reddidit, interfectis decem senatoribus. nõ multo post affectati regni accusatus, occisus est. Machęo successit Mago imperator, q primus omnium ordinata disciplina militari, Pœnorũ imperium non minus bellandi arte, q̃ virtute firmauit. decedens hic, duos filios reliquit, Hasdrubalem & Hamilcharem: his ducibus Sardiniæ bellum illatum est, vbi Hasdrubal vulneratus occubuit, cui frater eius Hamilchar successit. Quo tempore, vt ait Iustinus, legati Darij regis Persarum Carthaginem venerunt, afferentes edictum, quo Pœni humanas hostias immolare, & canina carne vesci prohibebantur, petentes simul auxilia aduersus Græciam. Sed Carthagineñ. auxilia negabãt propter finitima bella assidua, cæterum ne per omnia contumaces viderentur, paruerunt. Interemptus deinde in bello Siciliensi Hamilchar,

Dionysius Siculus.

Maior Græcia.

Machæus.

Mago.

quum somnio pmonitus esset, nam inter obsidendũ videbat sibi nũciari, ꝙ proxima die in vrbe esset cœnaturus, spe victoriæ exercitum pugnæ cõparauit, atq; ita in mœnia captiuus est perductus. reliquit filios tres, Himilchonem, Hannonẽ & Gisgonem, tres quoq; Hasdrubal, Hannibalem, Hasdrubalem, & *Sapho. In locũ autem Hamilcharis successit dux belli in Sicilia Himilcho, qui cum nauali terrestriq; prælio secunda bella gessisset, repente exercitum pestis absumpsit. Vnde & reuersus Carthaginem cum paucis, vbi maximus luctus omnium ortus est, & ipse Himilcho dolore animi gladio se occidit. deinde Iustinus dicit, Dionysium pulsis Carthaginẽsibus, imperiũ Siciliæ occupasse. Dionysius vero cum (vt supra dictum est) Italiam infestaret, reuocauit eum aduentus Carthaginensium, qui bellum quod deseruerãt, auctis viribus repetebant, duce Hannone. Erat tunc Carthagini vir potẽtissimus, nomine Suniator, Hannonis inimicus. Quare odio eius, Grȩcis literis Dionysio aduentum exercitus & segnitiem ducis renunciauit. Quæ literæ venerunt ad manus Hannonis, & Suniator proditionis damnatus est, facto senatusconsulto, ne quis postea Carthaginensis aut literis Græcis, aut Græco sermoni studeret, ne aut loqui cum hoste, aut scribere sine interprete posset. Nec multo post Dionysius, quem pauloante non Sicilia, non Italia capiebat, assiduis belli certaminibus victus fractusq;, ad postremum insidijs suorum interficitur. De hoc Dionysio Plutarchus in Apophthegmatis ait, accusantibus eum quibusdã, ꝙ hoĩem improbũ in officio cõstituisset & adeo molestũ, respondisse, velle eum esse quem magis quàm se oderint. Et de eodem, ꝙ Corinthiorum legatis munera quæ eis dederat, propter legem patriam non recipientibus, dixerit: Grauiter facitis, inquiens, qui cum, quod solum boni tyranni habent, non tollitis, docetis etiam beneficium eorum formidandum. In hac etiam generatione anno ab vrbe condita trecentesimo trigesimosexto, secundum Eutropium, Fidenæ à Romanis captæ & destructæ excisæq; sunt, iam pridem coniuratiõe seruorum oppressa. Posthumius tribunus militum propter crudelitatem ab exercitu occisus. Stipendium ex ærario tum primum militibus datum est. Ea tempestate Veientani rebellauerunt, obsessiq; sunt à Romanis. In ea obsidione hybernacula militibus facta sunt. ea res cum esset noua, indignationem tribunis plebis mouit, querentibus non dari plebi nec per hyemem militiæ requiem. Equites tum primum equis merere cœperunt. Cum autem ciuitas Veiorum potentissima, vt narrat T. Liuius, prope Romam ad viginti milliaria, obsessa esset à Romanis per decem annos, & in ea obsidione Romani sæpissime malo euentu pugnassent, tandem M. Furius Camillus dictator creatus, belli finem fecit. Nam facta via subterranea vsq; ad arcem ciuitatis, & militibus immissis, dum ciues circa defensionem murorum occupãtur, capitur arx ipsa, deinde ciuitas, vnde ditissima præda facta est. Furio Camillo ipsi se dediderunt Falisci. Nam cum in obsidione magister ludi Faliscorum, plurimos ac nobilissimos inde pueros velut ambulandi gratia eductos, in castra Romanorum perduxisset, quibus interceptis, sine dubio dedisset se vrbs imperatori, denudatum magistrum, manibus post terga reuinctis, reducendum Faliscos pueris tradidit, virgasq; quibus illum cæderent. Eam nanq;, inquit Florus, Camillus vir sanctus & sapiens sciebat veram esse victoriam, quæ salua fide & integra dignitate pararetur: qua iustitia animi eorum sunt capti, quorum mœnia expugnari non poterãt. Nam Falisci beneficio magis quàm armis victi, portas Romanis aperuerunt, ac sese lubentes ipsi Romano principi dediderunt. Valerius Maximus in capite de iustitia libro sexto, censuisse senatum ait, cognita magistri ludi perfidia, vt pueri vinctum magistrum virgis cædentes, in patriam remitterentur. Peperit hoc facinus æternum Furio nomen, ac celebrem memoriam.

Res Romanæ. F. Camillus

Captis autem Veientanis, inuenta est in ciuitate statua Iunonis Monetæ, quam cum Furius transferri iuberet Romam, vnus ex militibus per iocum interrogauit simulacrum, an vellet ire Romam. Respondisse fertur, volo. sic Plutarchus & Valerius Maximus. Probior mihi Liuij sententia videtur, qui ait esse conclamatum ab assistentibus, annuisse. Posteaquam in vrbem redijt Camillus, commota est ei inuidia, quasi non recte diuisisset prædam. vocatus est igitur ad iudicium plebis à L. Apuleio tribuno plebis, & tanquam peculator, duris sententijs damnatus est. eo quoq; tempore filium amiserat. T. Liuius dicit, quod de condemnatione certus, sponte in Ardeam ciuitatem abijt in exilium, & absens condemnatus est in quindecim millibus æris. Tantum enim ærario deesse aiebant tribuni. Anno deinde ab vrbe condita 364. Galli Senones in Italiam venerunt. His autem Gallis causa in Italiam veniendi (vt refert Iustinus) sedesq; nouas quærendi, intestina discordia & assiduæ domi dissensiones fuere, quarum tædio cum in Italiam venissent, sedibus Tuscos expulerunt, & Mediola-

Camilli exilium.

diolanum,Comum, Brixiam,Veronam,Bergomum, Tridentum,Vincentiam condiderunt. Tusci quoq; duce Rheto, auitis sedibus amissis,alpes occupauere,& nomine ducis gentē Rhetiorꝝ condiderūt. Verum T.Liuius vocat eos Gallos Allobroges, sed Gotfredus Viterbiē.ita refert:Anno ab vrbe cōdita 364.Sueui &Senones Galli,id est,Burgūdiones Allobroges,sub duce Brēno Italiā intrāt.& subiūgit versus: Gallorꝝ Senonū &Sueuorꝝ ingressus in Italiā.

Incoluit centū primæua Sueuia pagos, Non vrbes,non castra colens,sed rura vel agros. Metropolim fingit populus cognomine Cimbrum, Quam nec constringūt muris,nec aggere cingunt. Mille viros pagus dabat vnus & arma virorꝝ, Cum super gentes exercitus ibat eorꝝ, Brennus ipsorꝝ dux extat & Allobrogorꝝ. Sede Bisuntinus fuerat tūc rex Siguinus, Cuius erat Sana fluuius,Rhodanusq; marinus. Insignis fuit vrbs quondam,velut altera Troia. Nomē Auenza fuit,quæ per * mira ruit. Illa superborum viguit feritate virorum, Marte Sueuorꝝ perijt primatus eorꝝ. Vxor erat Brenni,Siguini filia regis, Cuius ab auxilijs dux Gallica regna subegit. Secana cum Ligeri Brennica signa vehit. Fecit apud Gallos Senonēsem Brennus & vrbem. Qua residens,hostes per eam bellando perurget. Cuius & auxilijs tulerat Britannica regna. Cum loquitur Senones,hoc Sana parit tibi nomen. Indeq; sunt Senones,q quondam mœnia Romæ Vicerunt, quorum Brennus erat dominus. Et post pauca: Nunc super arma creat Brennus dux ille Veronam, Quam cōtra Romam voluit gestare coronam. Brixia fundatur,Ticina Papia paratur, Et Mediolanū Brenno satagente nouatur. Has vrbes primi domini habuere Sueui, Sub qbus Allobroges fuerāt Senonesq; coæui. Florus ita historiā narrat: Galli Senones gens natura ferox,morib⁹ incōdita,ob hoc ipsa corporꝝ mole pinde ac armis ingētibus,adeo omi genere terribilis fuit,vt plane nata ad hoīm interitum,vrbiūq; stragē videret.Hi quondam ingenti agmine profecti,cum iam media vastassent,positis inter alpes & Padum sedibus,ne his quidem contenti,per Italiam vagabantur.Tum Clusium oppidum obsidebant.pro socijs ac fœderatis popu.Ro.interuenit.missi ex more legati.sed q̄d ius apud barbaros?ferocius agunt,mouent exinde certamē.Cōuersis igitur à Clusio,Romamq; venientibus,ad Alliā flumē cum exercitu Fabius cōsul occurrit.non Cremeræ fœdior clades.fuso exercitu,iam mœnibus vrbis appropinquabāt. Erāt nulla p̄sidia, tum igitur aut nunq̄ aliàs apparuit Ro.virtus. iam pridem maiores natu amplissimis vsi honoribus,in forum coeunt:ibi deuouente pontifice, dijs se manibus consecrant, statimq; in suas quisq; ædes ingressi,sicut in trabeis erant & amplissimo cultu,in curulibus sellis sese posuerunt,vt cum venisset hostis,in sua dignitate morerentur.Pontifices & flamines quicquid religiosum in templis erat, partim in dolijs defossum terra recōdunt,partim impositum plaustris, secum auferunt, virgines simul ex sacerdotio Vestæ nudo pede fugientia sacra comitantur.tñ excepisse vnus e plebe fugientes fert L.Albinus, qui deposita vxore & filijs, virgines in plaustrum recepit. Iuuentus vero, quam satis constat vix mille hoīm fuisse,duce Manlio arcē Capitolij insedit,obtestata ipsum quasi p̄sentem Iouem,vt quemadmodū ipsi ad defendendū templū eius cōcurrissent,ita ille virtutē eorꝝ numine suo tuerēt. Aderāt interim Galli,apertamq; vrbem primo trepidarunt,q̄si subesset dolus. mox vbi solitudinem vident,clamore & impetu inuadunt,patentes passim domos adeunt,vbi sedentes in curulibus sellis p̄textatos senes velut deos geniosq; primum venerati.Erat aūt senex noīe M.Papyrius, qui,cum ei Gallus qdam tractaret barbā,indignatus,baculo eum pcussit,propter quē Galli cōmoti,primo Papyrium,deinde alios senatores occiderūt,faces tectis inijciūt,&totam vrbē igne & ferro vastant,sex mēsibus circa montē contendūt.Cum vero diu Capitolium obsedissent, nocte percepta q̄dam via,q̄ adscendi potuit in Capitoliū, q̄uis cum magna difficultate,inceperūt silēter adscēdere vn⁹ post aliū.latuit hoc vigiles,sed clamore anseris Manlius Torquatus excitatus est.occurrit adscendentibus, & deiecit ac interfecit plurimos,capitoliumq; tum seruauit,&vt spem hostibus demeret,quanq̄ in summa fame,tñ ad spem fiduciæ panes ab arce iaculatus est.Quodam etiam die p medias hostium custodias Fabium pontificem ab arce demisit.qui solenne sacrum in qrinali monte conficeret.Nouissime cum iam obsidione etiā barbari fatigarentur,mille libras auri pro discessu paciscunt,non q apud Gallos parui noīs Roma esset,sed qa illā sic destruxerant.q amplius tunc non valeret,vt dicit Orosius. Inter has necessitates F.Camillus dictator absens creatus,inter pendendū aurum & cum ad iniqua pondera addito gladio Galli victos increparent,cum exercitu venit, & eos subito à tergo aggressus,adeo cecidit,vt omnia incendiorum vestigia Gallici sanguinis inundatione deleret. Eosq; insecutus, non solum aurum abstulit, sed & oīa militaria signa quæ ceperant,recuperauit.Deliberabant tum Romani ad Veios migrandum esse propter

L.Albinus.

Capitolij defensores.

incensam ac dirutam vrbem, quod cõsilium Camillo autore discussum est, mouit plurimos vocis quoq; omen ex centurione auditæ, qui cum in forum venisset, manipularijs suis dixit: Sta miles, hic optime manebimus. Per hæc tempora fuerat res Ro. apud Trib. militum, penes quem magistratum eadem quæ apud consules potestas erat, verum hæc dignitas non diu perseuerauit. nam post aliquantulum nullos placuerat fieri, & quadriennium in vrbe ita fluxerat. resumpserunt tñ tribuni militares cõsulari dignitate iterũ potestatem, & triennium perseuerauere. Tum rursus cõsules creati. dein L. Genutio, Q. Seruilio coss. pestilentia ciuitas laborauit, eam insignem fecit mors F. Camilli, cui honor post Romulum secundus delatus est, tanq̃ secundo conditori. M. Manlius, qui Capitolium à Gallis defenderat, cum obstrictos ære alieno liberaret, crimine affectati regni cõdemnatus, de saxo deiectus est. In cuius notam senatuscons. factum est, ne cui de Manlia gente Capitolino cognomen esset. Seditione facta, vt Florus scribit, vt plebeij etiam magistratus crearentur, Gn. Licinius & L. Sextius Tri. plebis legem promulgarũt, vt cõsules etiã ex plebe fierẽt qui ex patribus creabãtur: eam legem, cum magna cõtentione repugnantibus patribus, obtinuerũt, & primus oĩm ex plebe consul L. Sextius creatus est. Alia lex lata est, ne cui plus quingentis agri iugeribus liceret possidere. Ad Artaxerxem Persarum regem redeo. huic ex pellicib' 115. filij fuere, tres tm̃ iusto matrimonio suscepti, Darius, Ariarates, & Ochus. Ex his Darium contra morem Persarum, apud quos rex non nisi morte mutatur, per indulgentiam pater viuus fecit regem. Sed Darius pro remuneratiõe scelus parricidij in patrem cogitauit, & ad societatem facinoris 50. fratres incitauit. Causa vero parricidij, sceleratior parricidio fuit. nam rex Artaxerxes Astasiam Cyri fratris sui pellicem in matrimonium susceperat. hanc partem cedere sibi, sicuti regnum, Darius postulat. quod quidem Artaxerxes primo promisit, deinde pœnitentia ductus, vt honeste negaret q̃d temere promiserat, Solis eam sacerdotio præfecit, quo perpetua illi ab oĩbus viris pudicitia imperabatur. Hinc exacerbatus iuuenis, coniurat contra patrem, sed deprehensus, cum socijs deletus est, cõiugesq; oẽs cum liberis interfectæ sunt. Post hæc Artaxerxes morbo ex dolore cõtracto decessit, rex q̃ pater felicior: hereditas regni Ocho filio traditur. In hac gñatione Orestes 15. Macedonum rex, 15. regni Darij anno regnare cœpit, regnauit annis 3. post quẽ regnauit 14. noĩe Archelaus annis 4. Isocrates Athenieñ. philosophus, vitæ & orationis æqua integritate, discessit fere centenarius.

M. Manli⁹.

Mors Artaxerxis.

Viri disciplinis præstantes.

Xenophon philosophus Athenieñ. imperatoriæ q̃q; artis non expers. fuere & alij plerĩq; Xenophontes. Archytas Tarentinus philosophus Pythagoricus, Tarentinorũ remp. diu rexit. Plato philosophus clarissimus oĩm, qui paternũ genus à Codro rege, maternum vero à Solone philosopho duxit. Obijt aũt discumbens in nuptiis, anno ætatis suæ 81. Antisthenes Athenieñ. philosophus & orator. Aristippus philosophus, Cyrenæus, à quo Cyrenaicorũ secta. Epicurus Athenieñ. philosophus q̃ primus de grãmatica obseruatiões dedit. Speusippus Platonis ex sorore nepos.

GENERATIO LVI.

Asor.

ANno à mundi exordio 4835. alias 8. ab vrbe vero condita 388. olympiade centesimaquarta, anno primo Ochi Artaxerxis regis Persarũ, in Asor Eliachim filio, per lineam Christi incepit 56. gñatio, vixit aũt Asor annis 36. Eodem anno post mortem Artaxerxis seu Assueri regis Persarũ, Ochus filius quẽ Artaxerxi Hester peperit, cognominatus Artaxerxes, in regno successit, & regnauit apud Persas annis 26. qui timens cõiurationem regiam cognatorum, cæde & strage principum replet regnum, nulla non sanguinis, nõ sexus, non ætatis misericordia permotus, scilicet ne innocentior fratribus parricidis haberetur, atq; ita veluti purificato regno, bellum Armenijs infert, secundum Iustinum. Sed & Ioannes his quasi diebus, Iudæ pontificis filius, defuncto patre, pontificium munus obiuit. erat aũt frater Ioannis Iesus, q ad pontificatum adspirabat, & propterea Vagosi, q præfectus erat à rege vniuersis regionibus trans flumen, familiaritatem sibi comparauit, qua cõfidentia Iesus altercatus in templo aduersus Ioannem, adeoq; incitauit fratrem, vt eum occideret. Vnde Vagosus indignatus, adscendit in Hierusalem, cumq; prohiberet eum Ioannes ab ingressu templi, respondit: Mundior ego sum cadauere quo templum prophanasti. itaq; imposuit ille iterũ ministris templi tributa & annonas anni 7. à quibus per interuentum Esdræ absoluti fuerant. Artaxerxes postea Sidonem subuertit, Aegyptum suo subiecit imperio, rege eorum Nectanabo in Aethiopiam pulso, in quo Aegyptiorum regnum destructum est, Syriamq; cunctam deuastauit, & Apodasmo Iudæorum vrbe capta, accolas oẽs in Hyrcaniam trãstulit, iuxta mare Caspium locatos. Hic tandẽ sorore occisa, socru viua defossa, & post multa facinora diuinam non euasit vltionẽ, qa à suis obtrũcatus

catus est. Anno vero 5. Artaxerxis Ochi, Philippus filius Amyntæ, pater Alexandri Magni, Macedonibus regnare cœpit, regnauit aūt annis 26. de q̄ Iustinus lib. 6. circa finem: Philippus, inqt, obses triēnio Thebis habitus, Epaminundæ & Pelopidarꝫ virtutibus eruditus, regnū Macedoniæ, Græciæ & Asiæ ceruicibus veluti iugū imposuit. Verꝫ cū attigimus Macedonū historiā, repetenda hæc est altius. Itaq; Macedonia ante à noīe Emathionis regis, Emathia cognominata est. hui⁹ sicuti incremēta modica, ita termini pangusti fuere. populus Pelasgi, & regio Bœotia dicebat̄. in regione Pæoniæ, q̄ nūc portio est Macedoniæ, regnasse fert̄ Telegonus pater Astriopei, cuius Troiano bello inter clarissimos vindices vrbis nomē accepimus. Ex alio latere in Europa Europus noīe regnum tenuit. sed & Cranaus cum magna multitudine Græcorum sedes in Macedonia oraculo iussus est quærere. Cum Emathiam venisset, vrbem Edyssam, non sentientibus oppidanis propter nebulas, gregem caprarum imbrem fugientium secutus, occupauit, ibiq; regni sedem constituit, & à capris Edyssam Aegæam vocauit. Pulso deinde Midamane qq; portionem Macedoniæ tenuit, alijsq; regibus pulsis, in locum oīm successit, primusq; adunatis gentibus nationum, vnum populū Macedoniæ fecit. Post hunc Perdicas regnauit, cui successit Argæus filius. Argæus successorē filiū Philippū reliquit, qui immatura morte raptus, Europum puerū reliquit hæredem. sed Macedonibus assidua certamina cum Thracibus & Illyrijs fuere. Igitur Illyrij infantiā regis contemnentes, bello Macedonas aggrediunt̄, qui p̄lio fusi, rege suo in cunis prolato, & ante pugnæ aciem posito, acrius certamen repetūt, cōsertoq; p̄lio magna cęde Illyricos fudere, ostenderuntq; hostibus suis priore bello regem Macedoniæ, non virtutē defuisse. Huic Amyntas succedit, q̄ tēpore Darius rex Persarꝫ Scythica fuga submotus, mittit cum parte copiarꝫ Megabysum ad subigendam Thraciam, cęteraq; ei⁹ tract⁹ regna. Qui breui momēto executo regis imperio, legatis ad Amyntam regem missis, obsides in pignus futuræ pacis sibi dari postulauit. sed legati benigne excepti, ebrietate pressi, rogant Amyntam, vt ad conuiuium vocet vxorem, filios atq; filias. id em̄ apud Persas haberi fœdus hospitij. Quibus, vt venerunt illæ, petulantius eas contrectantibus, filius Amyntæ Alexander, rogat patrem abire, pollicitus se hospitum temperaturꝫ iocos. Quo digresso, mulieres qq; paulo e cōuiuio euocat cultius ornaturus, in q̄rum locū matronali exornatos habitu iuuenes supponit, eosq; petulantiam legatorꝫ ferro q̄d veste gerebant, compescere iubet. Atq; ita interfectis oībus, ignarus rei Megabysus, cum legati non redirēt, mittit eo cum exercitus parte Bubarem, vt cum fœda gente bellaret. Sed Bubaris ante bellum amore filiæ Amyntæ captus, omisso bello, nuptias facit. Deinde Amyntas rex decedit, cuius filio & successori Alexandro cognatio Bubaris non Darij t̄m temporibus pacem præstitit, verꝫ etiam Xerxem conciliauit adeo, vt cum Græciam occupasset, Olympum* Aemumq; mōtes, & totius regionis eum imperio donauerit. Per ordinem deinde successionis regnum Macedoniæ ad Amyntam Menelai fratris filium p̄uenit. hic qq; insignis fuit, q̄ ex Eurydice tres filios sustulit, Alexandrum, Perdicam, & Philippum Alexandri Magni patrem, & filiam Euryonen: ex Cygæa aūt Menelaum, Arideum & Archelaū. Insidijs aūt Eurydices vxoris, q̄ nuptias generi pacta, occidendū virꝫ regnumq; adultero tradendū susceperat, occupat⁹ fuisset, ni filia pellicatū matris & sceleris cōsilia p̄didisset. Tandem Amyntas decessit, regno ex filijs maximo Alexandro tradito. Igitur Alexander inter prima initia regni, bellū ab Illyrijs pacta mercede & Philippo fratre dato obside, redemit. Interiecto qq; tēpore p̄ eundē obsidē cum Thebanis gratiā pacis recōciliat, q̄ res Philippo maxima incremēta egregiæ indolis tulit. Siquidē triennio Thebis obses habitus, prima pueritiæ rudimēta in domo Epaminūdæ. Dein Alexāder insidijs matris Eurydices occubuit, pari fraude Perdica. Itaq; Philippus diu nō se regē, sed tutorē pupilli egit. tandē regno p̄fectus est. Principio regni bella, veluti cōspiratione q̄dam ad opprimendā Macedoniā, multarꝫ gentiū vno tēpore cōfluebāt. At q̄m oībus par esse non poterat, alia interposita pactione cōponit, alia redemit, facilimis aggressis, vt militū trepidos animos firmaret, & cōtemptū sibi hostiū demeret. Primū illi cū Athenien̄ certamē fuit, quibus per insidias victis, cum interficere posset, om̄es incolumes sine precio dimisit. Post hos bello in Illyrios translato, multa hostium millia cædit, vrbem Larissæam capit, hinc Thessalos non prædæ cupiditate, sed q̄ exercitui suo robur Thessalorum equitum adiūgere gestiebat, improuisos expugnat, vnumq; corpus equitum pedestriumq; fecit. Quib⁹ rebus feliciter actis. Olympiada Neoptolemi regis Molossorꝫ filiam vxorem ducit, conciliante nuptias altore virginis Arisba rege Molossorꝫ. qui sororem Olympiadis Troadam in matrimonium habebat, q̄ causa illi exitij malorumq; oīm fuit, nam cū regni incrementa affinitate Philippi acquisiturꝫ se

Res Macedonum.

Aegæa.

Europus puer.

Amyntas.

Alexander.

Philippi gesta.

sperat,

Philippus altero oculo priuatur. ſperat, proprio regno ab eodem priuatus, in exilio cõſenuit. His itaq; geſtis, Philippus cum Methonam vrbem expugnat, iactu ſagittæ dextrum oculum amittit. nihilominus pacem deprecantibus dedit, mitisq; etiam aduerſus victos fuit. Philippus rex veluti e ſpecula quadam libertati oĩm inſidiatus, dum contentiones ciuitatum alit, auxilium inferioribus ferẽdo, victos pariter & victores ſubire ſeruitutem coegit. Cauſa & origo huius mali Thebani fuerunt, qui cum rerum potirentur, victos armis Lacedæmonios & Phocenſes, quaſi parua ſupplicia luiſſent, apud commune Græciæ concilium accuſauerunt. Lacedæmonijs crimini datum, ꝙ arcem Thebanam induciarꝫ tpe occupaſſent: Phocenſibus, ꝙ Bœotiam depopulati eſſent, quaſi poſt arma & bella locum legibus reliquiſſent. cum iudiciũ arbitrorꝫ datur, tanta pecunia dãnantur, quanta exolui non poſſet. Igitur Phocenſes cum agris, liberis, coniugibusq; priuarentur, Phocenſiũ ſacrilegiũ. deſperatis rebus, Philomene duce, templũ ipſum Apollinis occupauere, inde auro & pecunia diuites, conducto milite bellum Thebanis intulerunt, factumq; Phocenſium etſi oẽs execrarentur, plus tñ inuidiæ Thebanis, quibus ad hãc neceſſitatem compulſi fuerãt, q̃ ipſis intulit. Itaq; auxilia his ab Athenieñ. & Lacedæmonijs miſſa. prima igiť congreſſione Philomenes Thebanos caſtris exuit, ſequenti prælio primus cecidit, in huius locum dux Oenomaus creatur, aduerſus quem Thebani Theſſaliq; Philippum Macedoniæ regem ducem eligunt. Igitur Philippus q̃ſi ſacrilegij, non Thebanorꝫ vltor eſſet, oẽs milites coronas laureas ſumere iubet, atq; ita veluti Deo duce in prælium pergit. Phocenſes inſignibus Dei conſpectis, conſcientia delictorꝫ territi, abiectis armis fugam capeſſunt, pœnasq; violatæ religionis ſanguine & cædibus pendũt. Incredibile, quantam ea res Philippo apud oẽs nationes gloriam pepererit. itaq; dijs proximus habetur, per quem deorꝫ maieſtas vindicata ſit. Sed nec Philippus melioris fidei aduerſus ſocios fuit, quippe veluti timens ne ab hoſtibus ſacrilegij ſcelere vinceretur, ciuitates q̃rum paulo ante dux fuerat, hoſtiliter occupatas diripuit, coniugesq; liberosq; oĩm ſub corona vendidit, non deorꝫ templis, non ædibus ſacris pepercit. Inde veluti rebus egregie geſtis, in Cappadociam traijcit, vbi bello pari perfidia geſto, captisq; per dolum & occiſis finitimis regibus, vniuerſam prouinciam imperio Macedoniæ adiungit. Deinde ad abolendam inuidiæ famam, per regna mittit & opulentiſſimas ciuitates, & phana ac templa, qui opinionem ferrent, regem Philippum magna pecunia locare & muros per ciuitates & phana ac templa facienda: qui cum in Macedoniam veniſſent, varijs dilationibus fruſtrati, vim regiæ maieſtatis timentes abeunt. Olynthiacum bellũ. Poſt hæc Olynthios aggrediť, & ciuitatẽ nobilem excidit, fratres duos ex nouerca genitos, q̃s illi hoſpitio ſuſceperant, ſupplicio tradit, prædaq; ingenti pariter & parricidio fruitur. Inde ne q̃d ius vel fas inuiolatum prætermitteret, piraticam q̊q; exercere inſtituit. Contigit etiam, ꝙ duo reges Thraciæ fratres, eum diſceptationum ſuarꝫ iudicem eligerent: ſed Philippus ad iudicium veluti ad bellum inopinantibus fratribus inſtructo exercitu venit, regno vtrunq; non iudicis more, ſed fraude latronis ſpoliauit. Dum hæc aguntur, legati Athenieñ. petentes pacẽ, ad eum veniũt, quibus auditis, & ipſe legatos Athenas cum pacis cõditionibus miſit, ibiq; pax facta eſt: ex cęteris q̊q; ciuitatibus Græciæ belli metu legationes venere. Crudeſcente ira Græcorꝫ, Theſſali Bœotijq; orant Philippum, vt aduerſus Phocenſes ducem ſe exhibeat, oblitos cladium ſuarꝫ. Contra Phocenſium legati, adhibitis Lacedæmonijs & Athenieñ. bellũ deprecabanť, cuius ab eo ter iam dilationem emerãt. Fœdum prorſus auditu, Græcos orbis terrarꝫ vindices, diſcordia eo vſq; redactos, vt in alterius ope ſpem ſuam poſuiſſe videantur. Philippus inter hæc ſecreto auditis vtriuſq; legationibus, his veniã belli pollicetur, iureiurando adactis ne cuiq̃ prodant illud, illis contrauenturum ſe, auxiliumq; laturum, vtroſq; vetat parare bellum aut metuere. ſic variato reſpõſo, ſecuris oĩbus, Philippi ſcelera. Thermopylarum anguſtias occupat. Tunc primum Phocenſes ſe captos fraude Philippi animaduertentes, trepidi ad arma confugiunt: ſed neq; ſpatium erat inſtruendi belli, nec tempus ad contrahendum auxilia, & Philippus excidium minabatur, ni fieret deditio. Victi igitur neceſſitate, pacta ſalute, ſe dedunt. Cædũtur nihilominus paſſim, rapiunturq;. vnum tm̃ miſeris ſolatium fuit, ꝙ cum Philippus portione prędæ ſocios fraudaſſet, nihil rerꝫ ſuarꝫ apud inimicos viderũt. Et ſic quæq; loca ad libidinem ſuam transfert, miſeranda vbiq; facies & excidio ſimilis erat. alios enim in finibus ipſis hoſtibus opponit, alios in extremis regni terminis ſtatuit, q̊ſdam bello captos in ſupplementis vrbium diuidit, atq; ita ex multis gentibus & nationibus vnũ regnũ populumq; cõſtituit. Cõpoſitis itaq; rebus Macedoniæ, Dardanos cæterosq; finitimos fraude captos expugnat. ſed nec à proximis manus abſtinuit. Siquidem Ariſban regem Epiri affinem pellere regno ſtatuit, atq; Alexandrum priuignum eius, vxoris Olympiadis

piadis fratrem,puerũ honestę pulchritudinis in Macedonia noĩe sororis accersit,oĩq; studio solicitato in spem regni, simulato amore in stupri consuetudinẽ ꝑpulit,maiora in eo obsequia habiturus sine consciæ pudore,& sine regni bñficio. Igit cum ad 20. annos peruenisset,ereptum Arisbę regnum,puero tradit,scelestus in vtroq;:nam nec in eo ius cognationis seruauit,cui ademit regnum:& eum cui dedit,impudicũ fecit ante q̃ regem. Deinde toti Græciæ bellum inferre statuit, ad quod percommodum ratus,si Byzantium nobilẽ & maritimã vrbẽ in potestatẽ redegisset,eandẽ claudentẽ sibi portas obsidione cinxit. hæc nanq; vrbs condita primum à Pausania rege Spartanorũ fuit. itaq; longa obsidione exhaustus pirata,captis 170.nauibus mercium,inopiam paulum recreauit. Erat eo tẽpore rex Scytharũ Macheas, q cũ bello Istrianorũ premeret, auxilium à Philippo petit,in successionem eum regni Scytharũ adoptaturus,cum interim rex Istrianorũ decedẽs,& metu belli,&auxiliorũ necessitate Scythas soluit. Itaq; Macedonibus renunciat,neq; auxilium eius petisse,neq; adoptionem mãdasse. his auditis,Philippus ꝑ legatos petit sumptus ad apparatum belli factos. Sed Macheas respondit,nullas sibi opes esse quibus tm̃ regem expleat. quibus derisus Philippus,soluta obsidione Byzantina,Scythica bella aggreditur. ventum est ad pugnã, & cum virtute & animo præstarent Scythæ,astutia Philippi vincuntur. viginti millia puerorũ & fœminarũ capta,pecoris magna vis,auri argentiq; nihil. ea primum fides inopiæ Scythicę fuit. viginti millia nobilium equarũ ad genus faciendum in Macedoniam missa. sed reuertenti Philippo Triballi occurrunt,negant transitum, ni portionem accipiãt prædæ. hinc iurgium,& mox prælium,in quo ita in femore vulneratus est Philippus, vt occisum putarent,sed conualuit. Eo cõualescente, diu dissimulatũ bellũ Athenieñ. infert,q̃rum causa Thebani se iunxerunt, prouocauit Græcas ciuitates q̃si cõtra communem hostem. Prælio commisso,Athenieñ. vincuntur,fortiter occumbentes. hic dies vniuersæ Græciæ & gloriam dñationis & libertatem finiuit. Compositis rebus Græciæ,Philippus oĩm ciuitatum legatos ad formandum rerũ statum euocari Corinthum iubet. Ibi pacis leges vniuersæ Græciæ statuit,cõsilium veluti senatum ex oĩbus vnum elegit. soli Lacedæmonij & legem ac regẽ cõtempserunt,seruitutẽ,non pacem rati. auxilia à singulis ciuitatibus describi iubet, summa auxiliorũ 20000. peditum fuere,equitum 15.millia. Ocho Artaxerxe defuncto, vt supra dictum est, Arsanius filius eius successit in regno,regnauit annis 4. Anno primo Arsanij regis, Iaddus in demortui Ioannis pontificis & patris locum successit, vir bonus & pacis amator, qui cum mores labefactatos componere voluisset,multos & maxime Manassen fratrẽ inuenit aduersarios. Nam Arsanius rex præfecerat regionibus trans flumen Sanaballam de gñe Cuthæorũ,ex quibus Samaritæ descenderunt. vnde quia Manasses contra fratrem Iaddum ad pontificatum adspirauit,Isacham filiam Sanaballæ duxit vxorẽ. Cumq; ministraret in sacerdotio,indignati sunt Hierosolymitæ,iubebantq; eum recedere ab vxore,aut non introire sanctuarium. itaq; Manasses transtulit se cum vxore ad socerũ suũ, qui pollicitus est q̃ ædificaret ei templum instar Hierosolymorũ sup mõtem Garizin, sed hoc cum licẽtia regis faciendum erat Darij,scilicet qui Arsanio patri in regno successit. Interim aũt cõdidit ei Abigsam,qui est mediterraneus vicus Syriorũ & insignis, dedit ei impensas ad victum,illuc se Manasses cum multis sacerdotibus atq; vxoribus eorũ transtulit,& sacerdotium scindere studuit,prout dicetur. Mortuo Arsanio rege, successit Darius filius eius vltimus,regnauit annis 6. hic bella cum Alexandro gessit,vt dicet. Philippus rex,cum auxilia e Græcia belli gerẽdi causa coeunt,in Asiã Persarũ iuris mittit Parmenionẽ, Amyntã,& Attalũ,cuius sororẽ nup,expulsa Alexandri matre propter stupri suspicionẽ, in vxorẽ acceperat. Anno à mũdi exordio 4845.q fuit decimus regni Artaxerxis Ochi,circiter olympiadẽ 107. ab vrbe cõdita 398. Alexander Philippi regis Macedonũ & Olympiadis vxoris eius filius nascit. vulgata tñ historia habet,à Nectanabo iam extra regnũ pulso,gñatum. Nectanabus rex Aegypti inter sapiẽtes excelluisse memorat,q regno pulsus ab Artaxerxe Ocho,in Aethiopiã ꝑuenit. de hoc fert. q̃ cum bellũ sibi instaret, non exercitũ vel machinamẽta mouebat, sed ingressus aulam,& in eius secretiorẽ partẽ accepta pelui,impleuit eam fonte lympidissimo,& ex cera componebat nauigij similitudinem, effigiesq; hoĩm ibi collocabat,quę oĩa moueri ac viuere videbant,adhibebat & virgulam ex ligno hebeni,& vocabat precibus deos superos inferosq;. Sic laborabat pelui nauiculam submergi, ex q̃ fiebat,vt simul cum submersione illius ceræ,etiã oẽs hostes si qui adessent,pelago mergerẽtur. Quodã aũt tẽpore nunciatũ est ei,multas gentes aduersus eum vna cõspiratione consurrexisse, Indos, Arabes, Phœnices, Parthos orientis barbariem. quo audito,ipse plausum dat manibus, confugiensq; ad consuetas artes, intellexit se ab hostibus

Byzãtiũ à q̃ conditũ.

Scythæ à Philippo vincũtur.

Victoria Philippi cõtra Atheni.

Arsani[9] rex Persarum.

Iadd[9] Iudæorũ põtifex.

bus vincendum, capiendumq́, nisi fugæ consuleret, moxq́ raso capite & barba, collectisq́ oĩbus quæ preciosa erant, appulsus est in Macedoniam. Illic ergo amictus veste linea, astrologum se professus est. adeoq́ celebris fama eius facta est, vt nec Olympiadem reginam lateret. enimuero Philippus tũc bello forte aberat, regina aũt cœpit peritiam eius consulere, & ille amore ipsius captus est. Cumq́ acrius vultum reginæ intueretur, quærit illa, cur me inspicis? Cui ille, recordor oraculi quod apud Aegyptum à dijs accepi. & statim promit tabulas auro & ebore variatas, vbi visebant Iupiter in hyacintho, sol in crystallo, luna in adamante, Mars in hæmatite, Mercurius in smaragdo, Venus in sapphiro, Saturnus in ophite. Tunc regina admirans stellarũ varietatẽ, & ꝓpius sistens, o, inquit, intuere quæso meam & Philippi congruentiam. nam multi credunt, ꝙ mihi alterã superinducturus sit. q explorata constellatione, ait: Vera fama est, sed opitulabor, ne quid diuortio formides. Nam fatale tibi est ex adspectu, misceri te deo, progenituramq́ filium vltorem oĩm, si qua Philipp⁹ in te audebit. Tum illa: cui, inquit, deo? at ille, Hammoni deo Libyæ. ergo para te vt reginã decet, videbis somnium, & in somnio nuptias cum deo futuras. Magicis itaq; artibus fecit illam somniare ꝙ misceretur deo Hammoni, & ꝙ de illo grauida fieret. Quod cum Nectanabo reuelasset, dixit ille venturũ ad eam Hammonem in specie draconis. fecit ergo arte de nocte draconem apparere reginæ, ad quem dum iuspiceret, Nectanabus coniungitur, & eam cognouit. Vnde cõceptus Alexander est. fecit q̃q; per somniũ illud apparere Philippo vxorẽ suã Olympiadẽ deo misceri. Philippus reuersus, grauidam reginã inuenit. cœpit primo credere, deinde dubitans, eam duriter increpat. q̃d sentiẽs Nectanabus, arte diabolica egit, vt in solenni cõuiuio, vbi aderant Philippus & Olympias, appareret draco: & cum oẽs expauescerent, extendit Olympias manus, vt edocta erat, ad draconem, qui mansuescens, caput in sinum eius reclinabat, eiq́ osculũ dedit, & in aquilam cõuersus, e medio euolauit. Tunc Philippus ludificatus, asseruit eam concepisse ex deo. demũ parturiente Olympiade, assistebat Nectanabus, astrorum cursus & motus prospectans. tandem nato Alexandro, motus terræ sequitur, & tonitruum crepor, & fulgurum coruscatio. Et vt refert Iustinus, ea die duæ aquilæ tota die sup culmen domus sederunt, omen duplicis imperij, Europæ & Asiæ præferentes. vocauit aũt Philippus natum, Alexandrum. Alexander aũt factus annorum 12. patri comes fiebat exercitus, & arma videre cupiebat, eqs insiliens, cuncta vt prudentissimus miles agebat. Eodem fere tpe Philippus Delphos misit, consulens de successore, responsumq́ accepit: Is demum tuo imperio omniq́ orbe potietur, quẽcunq; Bucephalus sessorem pateretur. Erat aũt Bucephalus, equus forma spectabilis. hoĩes comedebat vt belua. hãc diu asseruari iussit Philippus sub claustris præferratis. mansit ita indomitus, vt nemo ausus fuerit ne tangere quidem. q̃ re factũ est, vt Philippus eum abijcere mãdasset. Alexander vero cum forte adesset, vt refert Plutarchus, obloquitur, & imperitiam mollitiemq́ mangonum criminat. q̃d verbum Philippus ægre tulit, ꝙ prudentiores increparet. Tũc ille, hũc me cõmodius q̃ cæteri ꝑtractaturũ affirmo. at Philippus: Si id non feceris, quã pro hac insolẽtia pœnam lues? ego, inquit, equi preciũ soluã. sublato risu, Alexander festinabundus correptũ habenis equũ cõtra solẽ cõuersum statuit. animaduerterat eñ ad vmbram cõturbari. inde ipso molliter circunducto, blande iuba attrectata, reiecta sensim chlamyde, equum securus adscẽdit, laxat habenas, vrget calcibus, fit ingens clamor. pater vero præ gaudio illachrymasse traditur, descendẽtisq́ caput exosculatus dixisse: Aliud tibi par iam regnum quære, non eñ te iam Macedonia capit. Dum Philippus forte absens est, nõ solito affectu quo solitus fuerat, Olympiadem diligens, protinus Olympias Nectanabum repetit, eum consulit. Qui dum assidenti sibi Alexandro ex arte illa loqueretur, petijt Alexander vt artẽ illã eum doceret: cumq́ iam in illa arte profecisset Alexander non modicum, nocte quadam ad præcipitiũ fossæ veniens voraginosæ, ibi Nectanabum præcipitẽ artis experiẽdæ causa fecit. Cumq́ ille ictu ceruicis lœtaliter affligeretur, conquerereturq́, cur tam impie ageret, respondit Alexander: Conquerendum tibi de arte est, quippe qui nescias quæ tibi impendent humi, cœli secreta rimari satagis. Ad hæc magus: Nulla mortalium contra fatum fuga est, olim per hanc scientiam noui me à filio interfectum iri. Tunc Alexander: num ego filius tuus sum? at ille confessus est Aegypti fugam, & qua arte Olympiade potitus sit. & his dictis, animam efflauit. Tunc Alexander imponit eum in humeris & reuectat, eiq́ sepulchrum erigit operosissimum, atq; matri omnia refert. tunc illa admirata est se tot annis illusam. His temporibus, vt refert Vincentius, Methona ciuitas nunciatur à Philippo desciuisse. ad quam Philippus cum exercitu dicitur misisse Alexandrũ, quam breui subegit. Rediens, ingreditur regiã, patri victoriã nũciaturus. vidit

Alexandri partus.

Bucephalus equus.

Nectanabi interitus.

vidit barbaro habitu homines, percōtatur qui sint. cognoscit Darij regis Persarū esse legationem, & φ venissent tributū terræ & aquæ postulare. Miratur Alexāder, dicēs vni illorū: Hæc ne elemēta vendicāt Persæ, quæ deus cūctis in communi largitus est? Igitur ferri iubet à se ad Darium mādata, scilicet vt ab hac petendi cōsuetudine temperet: sin aliter, sciret se cum Alexandro ꝑlio acrius cōcertaturū. his dictis, iussit homines abire. Philippus filio Alexandro, vt æquū est, summa beneuolentia vbiq; affectus fuit. At ex Cleopatra nouerca Olympiadi supinducta, discordia suborta est. causam adhibuit Attalus auunculus Cleopatræ, qui cum in nuptijs Macedones exhortaret, deos orarent, vt ad regni successionē legitimus ex Philippo & Cleopatra crearet hæres, excandescēs Alexander, o improbū caput, inquit, nos tibi nothi videmur? simulq; in eum misit poculū. Insurgēs inde Philippus cōtra Alexandrū mucrone, sed ictus inanis excidit. tunc Alexander cōuicijs adortus Philippū, receptāq; Olympiadē in Epirum duxit, sed paulopost Philippus Alexandrū multis ꝓcibus reuocauit. Inter hęc nuptias Cleopatræ filiæ Alexandri, quem fecerat regem Epiri, celebrat Philippus. dies erat pro magnitudine duorū regum, & collocantis filiā, & vxorē ducentis, apparatibꝰ insignis. sed nec ludorū magnificētia deerat, ad quorū spectaculum Philippus cum sine custodibus medius inter duos Alexandros, filium generumq; procederet, Pausanias nobilis ex Macedonibus, nemini suspectus adolescens, occupatū angustijs Philippum in trāsitu obtruncat. hic puer stuprum per iniuriā passus ab Attalo fuerat, q eum etiam postea tanq̄ vile scortū libidini conuiuarū subiecit, de quo Philippo cōquestus, non vindicatus, sed derisus fuit, ideo in eum exarsit. Creditum est etiā, immissum ab Olympiade matre Alexandri fuisse, nec ipsum Alexandrū ignarū paternæ cædis extitisse, quippe nō minus Olympiadem repudium & ꝓlatam sibi Cleopatrā, q̄ stuprum Pausaniam doluisse. Alexandrum quoq;, regni æmulum fratrē ex nouerca susceptū, timuisse. Hæc Iustinus. alij aliter, vt mox dicetur. Hanc mortem prædixisse fertur Philippus, interrogatus aliquādo à quodā principe suo, quæ mors esset viro forti optanda. cui Philippꝰ, Viro forti & post multas victorias in pace ac gloria cōstituto, mors improuisa est, inquit, optāda. Haud absimile C. Iulius Cęsar respondisse fertur. De occisione Philippi alij ferunt: cum Philippus Alexandrū in Armeniā rebellantē misisset, inquiunt, Pausanias, qui Olympiadē vxorē Philippi ardebat, sentiens Alexandrū abesse, coniuratione facta Philippum inuasit, multisq; vulneribus eū confodiens, ipsius ciuitate potitus est, festinauitq; ad raptū Olympiadis. Alexāder tū ex Armenia victor applicuit, offenditq; turbas & Philippi vulnera. viso inter hęc Pausania adhuc ꝓsente, cum eū iaculo destinaret percutere, retineret aūt formidine matris vulnerādæ, Olympias sic eum adhortata est: Iaculare, inqt, fili, ne dubites. Alexander aūt cum Philippum adhuc spirare cōperisset, iussit Pausaniā illuc adduci, gladiū in dextrā patris misit, quo manu eius oppeteret. Ergo iam moriēs Philippus, ait: Nihil est quod me cōtristet. vltus enim autorem iniuriæ, libens morior. & adiecit, reminiscor o Alexander deū matri tuæ prægnāti prædixisse, qa vindicem filiū esset paritura. Cū Iustino sic cōsonat Plutarchus in vita Alexādri, nisi φ addit, Alexandrū postea morte Pausaniam affecisse. Decessit hoc modo Philippus tertio Arsanij regis Persarū anno. at habebat ex Larissæa saltatrice filium Arideum, qui post Alexandrū regnauit. Habuit & multos alios filios ex varijs matrimonijs, q partim ferro, partim fato petiere. fuit aūt Philippus rex armorū q̄ conuiuiorum studiosior. inter quotidianas rapinas semp inops erat. erat in eo misericordia & inuidia pariter, blandus erat pariter & insidiosus, amicitias vtilitate, non fide colebat, eloquētia insignis, nulla apud eum turpis vincendi ratio. Vale. lib. I. Philippus, inquit, pater Alexandri, Apollinis oraculo admonitus, vt à quadrigæ violentia salutem suā custodiret, omnes currus per totum suū regnū disiungi iussit. locum etiā qui in Bœotia quadriga celebrabatur, semper vitauit. sed Pausanias in capulo gladij quo illum occidit, quadrigam cælatā habuit. De hoc Philippo Plutarchus in apophthegmatis refert, φ aliquādo Alexandro querenti, φ Philippus multos ex pluribus mulieribus susciperet filios, cui Philippus: quādo habes regni æmulos, dato operam vt honestus & probus fias, quo non mea, sed tua gratia regnum adipiscaris. Idem de eodem: Cum quendā iudicem capillum tingentem vidisset, eum amouit, inquiens: qui in pilis fidus non esset, eum nec fidum fore in rebus seruandis. Idem Machætę cuiusdā causam iudicans minus accurate, illo appellāte, iratus Philippus, ad quem, inqt, appellas? ille, Ad teipsum rex, si vigilans attendas. hunc vbi Philippus accepit iniuria affectum, sententiam non rescidit, sed æstimationē litis persoluit, iuste quidem & bene. Obtruncato autem (vt dictum est) Philippo, sicut in eius exercitu variæ gentes erant, ita diuersi motus animorum fuere. alij iniusta seruitute oppressi,

Dissidiū inter Alexandrū & Philippum.

De Philippi morte.

Plures Philippi filij.

si,ad spem se libertatis erigebāt,alij tædio longinquæ militiæ remissam sibi expeditionem gaudebāt,amicos quoq; tam subita mutatione rex haud mediocris metus ceperat,putātes nūc prouocatā Asiam,nunc Europam nondū perdomitā,multos fidei dubiæ deficere. His rebus velut medela quædā interuentus Alexandri fuit,q pro cōcione ita vulgus omne consolatus hortatusq; pro tempore est,vt & metū timentibus demeret,& in spem sui omnes impelleret. Erat hic annos viginti natus, Macedonibus immunitatē cunctarū rerū,præter militiæ vacationem, dedit. quo facto tantū fauorē omniū conciliat,vt corpus,non regē,mutasse dicerent. prima illi cura paternarū exequiarum fuit,in quibus cædis paternæ conscios ante tumulū occidi iussit,soli Alexandro*Lyncistarū fratri pepercit. nam ab eo rex primū fuit salutat⁹. æmulū vero imperij Caranum fratrem ex nouerca,interfici iussit. inter initia multas gentes rebellantes cōpescuit,orientes nonnullas seditiones extinxit. Quibus rebus erectus,cito gradu in Græciam contendit,inchoatum proinde bellum à patre Persicū aggreditur, in cuius apparatu nunciatur,Athenienses,Thebanos & Lacedæmonios ab eo ad Persas defecisse,autoremq; eius defectionis,magno auri pondere à Persis corruptū, Demosthenem oratorem extitisse. Quibus motibus occursurus,tanta celeritate instructo paratoq; exercitu Græciam oppressit,vt quem venire non senserāt,videre se vix crederet. In transitu hortatus Thessalos,beneficiorūq; Philippi patris, maternæq; necessitudinis admonuerat,cupide hæc Thessalis audientibus,exemplo patris dux vniuersæ gentis creatus erat,& vectigalia omnia redditusq; suos ei tradiderāt. Sed Athenień. sicuti primi defecerūt,ita primi pœnitere cœperunt,pueritiam Alexandri ante spretam, supra virtutem veterū ducū extollentes. Missis itaq; legatis bellum deprecātur. quibus auditis & grauiter increpatis, Alexander bellum remisit. inde Thebas exercitum conuertit,qui armis,non precibus,vsi sunt. Itaq; supplicia miserrimæ captiuitatis experti sunt,nam licet multum deprecaretur Eleades ex captiuis vnus, varias adducens excusationes. potentior fuit ira,q̃ preces. itaq; vrbs diruitur, agri inter victores diuidūtur, captiui sub corona venduntur. Miserāda res Atheniensibus visa, ideo portas refugijs profugorū contra interdictum regis aperuere. quam rem ita grauiter tulit Alexāder, vt secūda legatiōe denuo bellū deprecātibus ita demū remiserit,vt oratores & duces, quorū fiducia toties rebellent,sibi dedantur. eo res deducta est,vt retentis oratoribus, duces in exilium agerent. qui ex continenti ad Darium regem Persarū profecti sunt. Iustinus. Cæterū coactis in Isthmo Græcis, & expeditionem in Persas decernentibus, Alexandro plures philosophi & oratores occurrunt. Idem Diogenem facturū existimauit,qui per id tempus Corinthi versabatur. at is pauci faciēs Alexandrū, in cranio diuersoriū habebat. quo tum pergens Alexāder,ad solem adspicientē offendit. ille vt tam illustres viros aduentare vidit. paulum sedit. Alexandrum suspiciens. eodem salutato,rogat Alexander,rei ne cuiusquā indigeat. Cui Diogenes, Parumper ab sole abscedas. qua in re adeo delectatum Alexandrum ferunt,vt cum amici irriderent virū, ille respōderet: Ego profecto nisi Alexander essem,Diogenes esse vellem: inuenisse se virū, cui *accipere, nihil dare posset. Deinde exercitu naues onerat. vnde conspecta Asia,incredibili ardore mentis incensus,duodecim aras deorū in belli vota statuit. patrimoniū omne suū,quod in Macedonia Europaq; habuit. amicis diuidit. Absumptis & ferme distributis oībus,quid tibi rex superest? Perdicas inqt. Cui Alexander, spes, ait,Asiam sufficere p̄fatus. Tum Perdicas: Hæc nobis cōmilitonibus tuis futura communis est. neq; enim exercitus eius alia,q̃ regis,animorū præsumptio fuit: quippe obliti oēs coniugū liberorumq; & longinquæ à domo militiæ, Persicum aurū & totius orientis opes iam quasi suam p̄dam ducebāt. Cum delati in continentē essent, primus Alexander iaculum velut in hostilem terrā iecit,armatusq; de naui tripudianti similis prosiluit,atq; ita hostias cædit,precatus,ne se regem illæ terrę inuitæ accipiāt. Inde petēs milites,à populatione Asiæ prohibuit,parcendū suis rebus p̄fatus. nec perdenda ea q̃ possessuri venerāt. In exercitu eius fuere ex Macedonia 15. millia peditū, auxilia diuersa,octo millia equitū,duo millia indigenarū leuis armaturæ,Thracum octo millia. vnde hoc numero cum veteri milite cōgregato,collegit 70. millia septingēta quatuor militantiū.& vt refert Iustinus,nō iuuenes robustos tantum,nō primæ ætatis florentes,sed veteranos. plerosq; etiā emeritę militię,q cum patre patruisq; militauerāt, elegit,vt nō tam milites,q̃ magistros militiæ electos putares. ordines quoq; nemo nisi sexagenarius duxit,vt si principia castrorū cerneres, senatū te pris[...]æ alicuius reipub. videre diceres. itaq; nemo in p̄lio fugam,sed victoriā cogitauit. Hac tā parua manu vniuersum orbē terrarū aggredi ausus fuit. Collecto aūt in vnū exercitu ad Aegypti interiora cōscendit. ante tū Darius literas huiusmodi tenoris dedit: Rex regum Darius,

Alexander rex salutat.

Thebarum excidium.

Diogenis & Alexādri congressus.

Alexandri copiæ.

Literæ Darij ad Alexandrum.

rius,consanguineus deorũ, Alexandro famulo meo iubeo,dico,& mãdo,tibi reuerti ad parentes tuos famulos meos,atq; in gremio matris cubantẽ, doceri virile officiũ, ad quam rem habenam tibi Scythicam misi,& pilam,& loculum cũ aureis. Pilam,eo quod eius lusus tuæ cõueniat ætatulæ,nam hæc opera tibi cõueniunt,sciens si omne genus hominũ pari cõspiratione tecũ duxeris,imperiũ Persarũ nequaquam terrere poteris. Aureos aũt tibi misi,vt si ad reuersionẽ sumptibus indigeres,habeas quo tibi tuisq; necessaria emas. Si iussionibus nostris obtemperare distuleris,protinus mittam qui te vinctũ atq; cõtumeliose verberibus affectũ,maiestati nostræ reducant. Hæc scripta primates Alexandri nimium terruerunt. quibus Alexander, Quid tandẽ dictis barbari perturbamini,quæ arrogantiæ habent testimoniũ,non confidentiæ probationẽ? His dictis, Persarũ legatis donat aurũ,ac cũ his literas remittit: Alexander rex regũ,cõsanguineus deorũ,Dario salutem dicit: Turpe mihi videtur,nimiumq; abhorrens,tantum regem totq; viribus(vt se iactat)cõsitum,sub ditione contemptibiliũ hominũ,atq; inter eos Alexandro,diu grauiter seruiturũ. Quæso igitur, quorsum te sententia ducit? dixisti te auri atq; argenti opibus abũdare, an vt his cognitis,auri sit nobis desideriũ, vt obstinatius pugnemus aduersum te? Addis misisse te mihi habenam & pilam,loculosq; cum aureis,de quibus quis vt tibi visum est,dictitares, ego velut auspicato cuncta ex te cõcessa profiteor. Nãq; habenã accipi oportet,vt ea in subditos tibi vtar: pila vero,tui & totius orbis imperiũ promittit: aurũ autẽ,opum tuarũ me dñm testatur. Lectis his literis, Darius ad satrapas vltra Taurũ montẽ degentes, talia scribit: Fertur quidam adolescẽs insanire Philippi filius, Asiãq; vniuersam incursare. super quo placet nobis,vt verberibus puerilibus grauiter afflictus,indutusq; post veste purpurea,nobis reddatur. satrapas eius & classem cum nautis submergite, milites cũctos ad rubri maris vlteriora transducite. Prima igitur cõgressio in cãpis Adrastis fuit. in acie erant Persarũ sexcenta millia militum,quæ nõ minus arte Alexandri,quam virtute Macedonũ superata,terga verterũt. magna itaq; cædes Persarũ fuit,de exercitu barbarorũ 20. millia peditum, duo equitũ cecidisse feruntur, cum ex Alexandri exercitu quatuor & triginta cæsi tantũ inueniantur. Ea pugna magnum ad res Alexandri momẽtum peperit. Sardis enim imperij maritimi tutamen & propugnaculum cepit, multaq; ad eum defecerunt oppida. Solæ contra eum Halicarnassus & Miletus stabant, quas tñ vi occupat. Post hæc Gordin vrbẽ petit,inter Phrygiam maiorẽ & minorem sitã, cuius vrbis potiundæ non tam præda traxerat, sed quod audierat in ea vrbe in tẽplo Iouis iugum plaustri Gordij positũ,cuius nexum si quis soluisset,eum tota Asia regnaturũ,oracula cecinisse. Plaustrũ hoc Gordius in templo posuit Iouis,ex eo quod plaustrum ducẽs,rex oraculis creatus extitit. Igitur Alexãder capta vrbe,cum in tẽplum Iouis venisset, iugum plaustri requisiuit. quo exhibito, cum capita loramentorũ intra nodos abscondita reperire non posset,gladio loramenta cædit. atq; ita resolutis nexibus,latẽtia in nodis capita inuenit. Nihil,inquit, interest quomodo soluatur. & sic sortem vel illusit, vel impleuit. Hoc illo agente, nunciatur Darium cum ingenti exercitu aduentare. itaq; timens angustias,magna celeritate Taurum transcendit, in qua festinatione quingenta stadia cursus fecit. Cum Tarsum venisset,captus Cydni fluminis amœnitate per vrbem influentis,proiectis armis,plenus pulueris atq; sudoris,in præfrigidam vndã nudum se proiecit. Tunc repente membra rigor occupauit,vt interclusa voce, non spes modo remedij,sed nec dilatio periculi interueniret. Vnus erat ex medicis,nomine Philippus, quem Parmeniõis epistola suspectum fecit à Cappadocia missa. scripserat enim Alexãdro,Philippum medicum vt caueret,corruptum illum à Dario pecunia. verum Alexander ratus pro tempore dubiæ se fidei magis medici committere, quam indubitato morbo perire: Accepto igitur poculo,epistolas medico tradidit,atq; ita inter bibendum oculos in vultum legentis intendit,vt securum conspexit,lætior factus est,sanitatemq; quarta die recepit. Igitur Darius cum trecentis millibus peditum & centum millibus equitum in aciẽ procedit. mouebat hęc multitudo hostiũ Alexandrum: quia tñ aliquñ paucioribus victor euasit,rem aggredit. Itaq; cũ spes metũ vinceret,periculosius bellũ differre ratus,ne despatio suis cresceret,circunuectus suos,singulas gentes diuersa orõne alloqtur, Illyrios ac Thraces, Græcos atq; Macedones,laborũ finem hunc & gloriæ cumulũ fore. itaq; inter hæc cõsistere aciem iubet,nec Darij segnis opa in ordinanda acie erat: quippe omissis ducum officijs,ipse oĩa circumire,singulos hortari veteris gloriæ Persarum imperijq;. Post hæc præliũ ingẽtibus animis committitur. in eo vterq; rex vulneratur. tam diu certamẽ anceps fuit, quoad fugeret Darius. exinde cædes Persarũ secuta. cæsa sunt peditum 61. millia, equitũ decẽ millia, capta 40. millia: ex Macedonibus cecidere pedestres centum triginta, equites cl. In castris Persarũ mul

Alexãdri literæ ad Darium.

Prima Alexandri cum Dario pugna.

Philippus medicus.

tum auri cæterarumq́ opum inuentum,inter captiuos castrorum mater & vxor,soror & filiæ duæ Darij fuere,ad quas visendas hortandasq́ cum Alexander venisset,conspectis armatis,inuicē se complexæ,velut statim moriturę,cōplorationem ediderunt:prouolutæ deinde genibus Alexandri,non mortem, sed vt Darij corpus sepeliāt,dilationem mortis precantur. Motus tanta mulierum pietate Alexāder, & Darium viuere dixit, & timentibus metum mortis demit,easq́ haberi & salutari vt reginas præcepit, nihil cultus & honoris pristini illis ademit.Quod vero gratia regali dignissimū fuit, mulieres ingenuas & captiuas,nullum ex eo turpe vel audisse vel intellexisse cōtigit. Et profecto Darij coniugem vniuersas decore & forma anteisse reginas, quemadmodum & Darium cunctos & specie & proceritate viros, similimasq́ parentibus fuisse puellas: quas cum Alexander inspiceret,dicere per iocum solebat,dolores oculorum Persicæ sunt puellæ.Post hæc opes Darij diuitiarumq́ apparatum contemplatus, admiratione tantarum rerum capitur.Tunc primum luxuriosa conuiuia & magnificentiā epularum sectari,tunc Barsanen captiuam diligere propter formæ pulchritudinem cœpit,à qua postea puerum susceptum,Herculem vocauit.Memor tamen adhuc Dariū viuere,Parmenionem ad occupandam Persicam classem,aliosq́ amicos ad recipiendas Asiæ ciuitates misit. quæ statim,audita fama victorię,prefectis Darij cum auri magno pondere traditis,se in potestatem victorum dederunt. Tunc in Syriam Alexander proficiscitur,vbi obuios cum infulis multos reges orientis habuit:ex his pro meritis singulorum alios in societatem recepit,alios regno priuauit,suffectis in loca eorum nouis regibus.Tyriorū ciuitas cum coronam auream magni ponderis per legatos in titulū gratulationis Alexandro misisset,grate munere accepto,ire se Tyrum dixit. quod cum displiceret legatis,ita exarsit,vt vrbi excidiū minaretur.exercitū mox illo duxit,vbi à Tyrijs bello exceptus est.de his mox infra latius scribemus. Tyriorū gens,vt Iustinus in 18.ait,condita à Phœnicibus fuit, qui terræ motu vexati,relicto patrio solo, Assyriū stagnum primo,mox mari proximū littus incoluere. Post multos deinde annos à rege Ascaloniorum expugnati,nauibus appulsi,Tyrum vrbē ante annū Troianæ cladis cōdiderunt.Ibi Persarum bellis diu vexati,victores fuere,sed attritis viribus,à seruis suis multitudine abūdantibus,indigna supplicia perpessi sunt,qui cōspiratione facta oēm liberum populum cum dn̄is interficiunt: atq; ita potiti vrbe, lares dn̄orum occupant, temp.inuadunt,coniuges ducunt,& quod ipsi non erant,liberos procreant.Vnus ex tot millibus seruorum fuit,qui dn̄m suum filiumq́ seruauit.itaq; occisis dn̄is, seruis de statu reipub.deliberantibus,placet regem de suo corpore creari, eumq́ potissimum quasi dijs acceptissimū,qui solem orientem primus vidisset.seruus ille ad Stratonē dn̄m suum occulte latentē,rem detulit.Ab eo informatus, quū medio noctis om̄es in vnum campum descēdissent,cęteris in orientē spectantibus,solus occidentis regionē intuebatur. Id primū alijs videbatur furor.vbi vero dies aduentare cœpit, editissimisq́ culminibus vrbis oriens splendere,expectantibus alijs vt ipsum solem adspicerēt,primus oim̄ fulgorem solis ostendit.non seruilis ingenij ratio visa.requirentibusq́ autorem,dn̄m confitetur.Tunc intellectū est,quantū ingenua seruilibus præstarent ingenijs. venia seni filioq́ data est,& velut numen quoddā seruatos arbitrantes, regē Stratonē creauerūt. post eius mortem regnum ad posteros transiuit.Celebre hoc seruorum facinus,metuendumq́ exēplo.Itaq; Alexāder Magnus velut vltor publicæ securitatis,expugnata vrbe,oēs qui prælio superfuerant,ob memoriā veteris cædis,crucibus affixit. genus tantum Stratonis inuiolatū seruauit,regnumq́ restituit,ingenuis & innoxijs insulæ attributis. Hoc modo Tyrij conditi,conualuere. Tunc Sanaballa præfectus Darij,vt supradictū est, eligens de suis octo millia,in Alexandri profectus est auxiliū,dicens se libentius obsequi ei quam Dario.loca sibi credita,tradit Alexandro.prætereaimpetrat genero Manasse,vt templum extruat,quia id vtile foret regi,ne scilicet vnanimes Iudæi rebellent. Concedente vero Alexandro,ædificauit Sanaballa templum,quod permansit vsq; ad destructionem factam per Romanos,& in eo constituit Manassen pontificem. Porro dum Alexander erat in obsidione Tyri,scripsit ad principem sacerdotū in Hierusalem,inuitans vt sibi præberet auxilium,& exercitui venalia, redderetq́ tributa quæ ante Dario dabat.Respondit Iaddus pontifex,se Dario sacramentū dedisse, nec eo viuente posse transgredi.Tunc minatus est ei Alexander,& aggeribus iniectis,Tyrum fecit continentem,quæ vastata est simul & Gaza.Alexander autē capta Gaza,in Hierosolymam contendit.tunc timentes Iudæi,clamauerunt ad dn̄m,& immolabant hostias.Iaddus orabat pro gente Iudæorum,cui separato præcepit Deus,vt ornaret ciuitatē,ipseq́ in pōtificalibus,& reliqui induti stolis Alexādo occurrerent.Surgens,visa omnibus indicat.appropinquāte vero vrbi Alexandro,processit poutifex cum sacerdotibus & ciuium multitudi

Humanitas Alexādri erga Darij vxorē &c.

Alexādri in Syriā profectio.

Tyriorum origo.

promittit Alexāder in Samaria tēplū extrui.

tudine ad locũ, vnde Hierosolyma & templum videri posset. Et factũ est contra spem omniũ. Alexander enim intuens põtificem stola insignẽ, & super cydarim laminã, vbi erat inscriptum nomen Dei tetragrãmaton, descendit de equo, adijt eum solus, & *nomen adorauit, põtificem veneratus. Obstupuerunt principes exercitus, ludificatã mentem regis putantes. Solus Parmenio quæsiuit ab eo, cur põtificem Iudæorum adorasset, respondit: Non hunc adoraui, sed Deum, cuius principatum sacerdotij gerit. nam per somniũ in tali habitu Deũ conspexi, adhuc in Macedonia constitutus. & cum interrogassem, vtrum Asiam possem obtinere, iussit me confidere: nam semper se ducturum exercitũ, & principatum Persarũ mihi traditurũ. Nunc aũt vidi in hoc sacerdote ipsius effigiẽ, & ꝓpterea hominẽ veneratus sum. Ingressus vrbem Alexander, in templo sacrificauit Deo secundũ sacerdotis ostensionẽ, & attulerunt ei Danielem prophetam, in quo scriptũ erat, quendam Græcorũ perditurũ potentiam Persarũ. Alexander arbitrans de se scriptum, gauisus est, & in crastinum côuocans populum, iussit petere quæ vellent, & ipsis petentibus, concessit Iudæos vbiq; patrijs vti legibus, & septimum annũ sine tributo esse ꝓpter sabbatũ terræ. exinde ad alias ciuitates profectus est. Tũc Samaritæ videntes eius munificentiã circa Iudęos, cognatos se dicunt de semine Iudęorũ, originem suam trahere ab Ephraim & Manasse. Postulauerunt, vt templum eorũ in Garizin honoraret, q̃d in reditu promisit. cumq; peterẽt ab eo relaxationem septimi anni, quæsiuit q essent, & dixerunt se esse Hebræos. cumq; adderet, vtrum essent Iudæi, negauerunt. quibus ait, Iudæis hoc tantũ cõcessi. Ad Iouem deinde Hammonem Alexãder pergit, cõsulturus & de euentu futurorũ, & de origine sua. Cupiens autẽ originem diuinitatis acq̃rere, simul & matrẽ infamia liberare, per ꝑmissos subornat antistites, quid sibi respõderi velit. Ingredientẽ templũ, statim antistites vt Hammõis filiũ salutant. ille lætus dei adoptione, hoc se patre censeri iubet. Rogat deinde, an oẽs interfectores patris sui sit vltus: respondent, patrem eius nec posse interfici, nec mori, regis Philippi peractã plene vltionem esse. tertiam interrogationẽ poscenti, victoriam oĩm bellorũ possessionẽq; terrarũ dari respondent. Comitibus quoq; suis respõsum, vt Alexandrũ ꝓ deo, non ꝓ rege colerent. hinc illi aucta insolentia. Aliq̃n quũ sagitta saucius, dolore collaberet, Amici, dixit, hunc plane cruorẽ mortalium, ac nõ diuinorũ vulnera spargunt. Darius interim cum Babylonẽ ꝑfugisset, Alexãdrum per epistolas precat, vt redimẽdarũ sibi captiuarũ potestatem faceret, magnã pecuniam pollicitus. Sed Alexãder ꝓ precio regnũ oẽ petit. iterũ Dari⁹ regni portionẽ offerẽs, & filiã in matrimoniũ dari. Ad hæc Alexãder iussit supplicẽ venire, regniq; arbitria victori permittere. Tunc Darius ratus est vere se victũ, gratumq; sibi esse, cũ vincere nequeat, ꝙ à tali potissimũ vincatur. scribitq; Alexandro gratias agens, ꝙ nihil hostile in suos fecerit. Alexandro inter hæc visum est, vt ipse ad Darium internuncius iret. comitatus proinde solo Eumedo atq; vno satellite, deuenit ad Strangam fluuiũ, ibi Eumedum subsistere iubens, Dario talia fatur: En tibi adsum internũcius Alexãdri, cuius mãdata sunt talia: Ego, inq̃t, arbitror eum regẽ, q minus festinãter cõtendit ad ꝑlium, ipsum suæ ignauiæ & diffidẽtiæ testẽ esse. quaꝓpter respõde, q̃d tẽporis agitandi dederis nobis? Tunc Darius, Nũquid tu ipse ades Alexander, q nobis adeo confidenter bellum indicis? Negat ille. tunc Darius manũ apꝑhendens, secũ duxit in regiã ad cœnam, iussusq; est contra Darium discumbere: & quodcunq; vas ad bibendum sumpsit, exhaustum in sinu recondebat. quod intelligens Darius, furti eum arguendum dicit. Ad hæc Alexander, hunc morem seruari in curia Alexandri, & se putasse idem hic seruari consuesse. Cœna facta, vnus ex cõuiuantibus qui aliq̃n hospitio suscept⁹ fuerat à Philippo, cœpit recognoscere Alexãdrum. quod sentiens Alexander, vnà cum poculis prosiliens exijt, & mox præ foribus vnum ex Persis tenentẽ equum suũ, transfodit gladio. Cõscenso eq̃, fugam inijt. Persæ autẽ insecuti sunt, sed Alexander velocior euasit. Darius autem damno hostis elapsi, nimio mœrore conficitur. Alexander ita maxĩa cũ difficultate fluuiũ transit, & ad suos saluus ꝑuenit. Interea Darius exercitũ adducit. cũq; ad ꝑlium solus rex dormiẽs deesset, à Parmeniõe ægre excitat⁹, somni causas aꝑit, magno æstu liberatũ se dixit, securitatẽ victoriæ sibi datã, statuitq; vt nemo de suis fluuiũ transiret. Interim transeũt Persæ, cõmissoq; ꝑlio, facta est vtrinq; strages magna. tandem Persę fugiũt. voluit ibi mori Darius cũ socios vinci videret, sed à proximis fugere compulsus est. Suadentibus deinde quibusdam, vt pons Cydni fluminis ad iter hostium impediendũ intercluderetur, Nõ ita saluti suæ velle cõsultum ait Darius, vt tot millia sociorum hostibus obijciat: debere & alijs fugæ viam patere, quæ patuerit sibi. Alexãder autem periculosissima quæq; aggreditur, & vbi cõfertissimos hostes acerrime pugnare conspexisset, eo se semper ingerebat, periculaq; sua esse, non militum volebat. raro etiam

Danielis de Alexãdro ꝓphetia.

Cõpellatus Alexander ab antistite Hãmonis filius.

Tertia Dari anorũ strages.

am vllo prælio tantũ sanguinis effusum est. Tunc Darius spe omni amissa, ingressus regiam suã, humi se prosternit, lamentatione nimia fatigatus. Tandem respirans, scribit Alexandro: Dño meo Alexãdro Darius salutẽ: Cõpetentius feceris, si miseratiõe vincas illos, q̃s tibi fortuna subiugauit. Quæso itaq;, vt matris, coniugis ac filiarũ nostrarũ (vt te dignum est) meminisse digneris, mihiq́; remittas eas: & tuæ beneuolentiæ vicissitudinem spõdeo, thesauros om̃es quoscunq; reges ac patres mei reliquerunt, ipse tibi tradã maiorẽ partem regni vsq; ad Euphratem fluuiũ, & alterã filiam vxorem. Ad hęc Alexãder, Neq; mundũ posse duobus solibus regi, nec orbem duobus regibus. obtulit postea, om̃ia regna velle sibi donare. Alexander, se nõ recipere, sed dare cui vellet, renunciat. Tunc Darius Poro regi scripsit, vt ei auxiliaret contra Alexãdrum, multa ei promittens, & id Alexandrũ non latuit. Accelerat propterea Dariũ ꝑuenire, anteq̃ in Caspias portas intraret. expugnat Persipolim caput Persici regni, vrbẽ illustrissimã, refertam orbis terrarũ spolijs. deinde 37. diebus ꝑdam percensuit. Inter hæc octingenti Græci occurrebant Alexandro, q̃s Darius captiuos tenuerat, truncata corporis parte. quibus cum dedisset Alexander redeundi copiam, maluerunt ibi mori, q̃ fœdum suum conspectũ reportare. Aderant aũt Dario duo satrapæ Bessus & Nabarzanes. hi in gratiam Alexandri cupientes venire, Darium solitarium inuenientes opprimunt, & lœtaliter vulnerãt. post hęc idem Darius in gratiã victoris, à cognatis suis aureis compedibus catenisq́; in vico Parthorũ Tania vincitur. Alexander quoq; citato cursu postera die superuenit, ibiq́; cognouit Dariũ clauso vehiculo per noctem exportatũ. iusso itaq; exercitu subsequi, cum septem millibus equitum fugientem insequitur. in itinere multa & periculosa pręlia fecit. Deinde cum nullum Darij indiciũ repisset, respirandi equis data facultate, vnus ex militibus dum ad fontem proximum pergit, in vehiculo Darium multis vulneribus confossum, sed spirantem adhuc, inuenit. Qui applicito captiuo, cum ciuem ex voce cognouisset, id saltem pręsentis fortunæ solatium se habere dixit, ꝙ apud intellecturum verba facere posset. orat agi Alexandro gratias de beneficijs matri ac liberis suis impensis. Sunt & qui scribunt Alexãdrum adhuc spirantem inuenisse Darium, dixisseq́; morientem, En mihi in tali fortuna constituto magnum adest mortis meæ solatium, ꝙ in tuis manibus, o Alexander regum fortissime, spiritum effundam. Quæso ne inuideas mihi sepulturam, quã mihi cum Persis tui Macedones exequantur. rogo, matrẽ meam & vxorem cõmendatas habeto. filiam vero Rhoxanẽ vt cõiugio tuo dignam censeas, precor. his dictis, exhalauit spiritum. Alexander, fusis lachrymis, Darium ritu Persarũ iuxta regiã dignitatẽ sepeliri iussit. Igit̃ secundũ Hieronymũ, anno 6. regni sui, anno secũdo olympiadis 112. Alexander interfecto Dario, Babylonem obtinuit, in quo regnum Persarũ destructũ est, quod stetit annis ducentis 32. per reges quatuordecim. Refert autem Orosius, ꝙ tribus his prælijs quinq̧esdecies centena peditũ equitumq́; millia cõsumpta sunt. Alexander cupiẽs scire, q Darium regem interfecissent, in publico ita ait: Gaudeo nũc me hostem maximũ superasse Darium, & licet ipse executus non sim, habeo gratiam condignam rependere his, q beneuolẽtia mea eum interfecere. Iuro eq̧dem per maiestatẽ meam, sublimes me illos & notissimos, vbi cognouero, facturos. Quo audito, Bessus & Nabarzanes se produnt. quos Alexãder in altissimo loco fecit crucifigi. Tunc etiam Alexander in Bactrianis & Sogdianis duodecim ciuitates condidit, quas suo nomine Alexandrias vocauit. Dum hæc aguntur, epistolæ Antipatri à Macedonia redduntur, quibus bellum Agidis regis Spartanorum in Græcia, Alexandri regis Epiri in Italia, bellum Sophryonis præfecti eius in Scythia, continebantur. Post enĩ profectionem Alexandri, Græcia fere oĩs in occasionẽ recuperandæ libertatis ad arma cõcurrerat, Lacedæmones secuta, q Philippi Alexandriq́; pacẽ soli spreuerant, & leges respuerant. Dux huius belli Agis fuit rex Lacedæmoniorum, quem motum Antipater contractis militib⁹ in ipso ortu oppressit, Agide rege succumbente. Porro Alexãder rex Epiri, in Italiam Tarentinis auxilia aduersus Brutios deprecantibus, ita cupide profectus fuerat, vt in diuisione orbis terrarum, Alexandro Olympiadis sororis suæ filio oriens, & sibi occidens sorte contigisset, non minorem rerum materiam habẽs in Italia, Africa, Sicilia, quàm ille in Asia & in Persis. gessit bellum cum Brutijs Lucanisq́;. multas vrbes cepit, tum & cum Metapõtinis, Rutulis & Romanis fœdus amicitiamq́; fecit, sed apud Brutios perijt. Sophryon quoq; præfectus Ponti ab Alexandro Magno relictus, adunato exercitu triginta millium militũ, Scythis bellum intulit, & cæsus cum om̃ibus copijs, pœnas belli innoxiæ genti illati luit. Cætera de Alexãdro postea referemus loco commodiore. In hac q̃q; gñatione Dionysi⁹ filius primi Dionysii, in Sicilia extincto patre, à militib⁹ suffectus est. hic Dionysius inter initia regni auũculos fratrũ suorũ veluti æmu

Darij preces.

Darij mors

Bess⁹ & Nabarzanes crucifigũt.

Alexander Epirota.

æmulos imperij sui hortatoresq́; puerorum fratrũ, scilicet ad diuisionẽ regni, tollere gestiebat. quare prius cõciliat sibi populũ, nexorum ẽm tria millia e carcere dimittit, tributa populo per triennium cõdonat, & alijs delineamẽtis animos oĩm solicitat. Tũc ad destinatum facinus cõuersus, nõ cognatos fratrum tantum, sed etiam ipsos fratres interficit. Sublatis deinde æmulis, in segnitiem lapsus, ex nimia luxuria oculorum lippitudinem cõtraxit, propter quæ cũ cõtemni se videret, sæuitia grassatur, nec vt pater carcerem nexis, sed cædibus ciuitatem replet, ob q̃ inuisior fit oĩbus. itaq; cũ bellum aduersus eum Syracusani decreuissent, diu dubitauit, an imperiũ deponeret, an resisteret. Sed à militibus p̃dam sperãtibus descẽdit in p̃lium victor. cũ iterato nõ felici⁹ fortunã tentasset, legatos ad Syracusanos mittit, spondẽs se depositurum tyrãnidẽ, si mitterent ad eũ cum q̃bus de pace cõueniret. In quã rem missos primores in carcere retinet, atq; ita incautis oĩbus nil metuentibus, exercitum ad delendã ciuitatem mittit. Fit igitur in ipsa vrbe anceps prælium. oppidanis multitudine superãtibus, Dionysi⁹ pellitur. Cumq́; obsidionem arcis timeret, absq; omni regio apparatu in Italiam profugit tacitus. exul à Locrensibus socijs receptus, velut iure regnaret, arcem eorum occupat, solitãq́; ibi sæuitiã exercet, cõiuges p̃ricipũ ad stuprũ rapi iubebat, virgines ante nuptias abducebat, stupratasq́; procis reddebat, locupletissimos quosq; aut ciuitate pellebat, aut ocidi imperabat, bonaq́; eorum inuadebat. Deinde callido commento ciuitatem circũuenit: cum Rheginorum tyranni Leophronis bello Locrenses p̃merentur, vouerũt vt si victores forent, die festo Veneris virgines suas prostituerent. Quo voto intermisso, cum aduersa bella cum Lucanis gererent, in cõcionẽ eos Dionysius vocat, hortatur vt vxores filiasq́; suas in tẽplum Veneris, q̃ possint ornatissimas mittãt, ex q̃bus sorte centum ductæ, voto publico fungantur, religionisq́; gratia vno stent in lupanari mẽse, omnibus aũt iuratis viris, nequis vllam attaminet. quæ res ne virginibus voto ciuitatem soluẽtibus fraudi esset, decretum facerẽt, nequa virgo nuberet prius, q̃ illæ maritis traderent. probato consilio, quo & supstitioni & pudicitiæ virginum cõsulebat, certatim oẽs fœminæ impensius ornatæ, in tẽplum Veneris cõueniunt, quas oẽs Dionysius immissis militibus spoliat, ornamẽtaq́; matronarum in prædã suã vertit. Quarũdam viros ditiores interficit, quasdã ad prodendas virorum pecunias torquet. Cum his artibus per annos sex regnasset, Locrorum cõspiratione vrbe pellitur. Pulsus Dionysius, in Siciliã redit, ibi Syracusas, securis oĩbus post longã intercapedinẽ pacis, p conditionem recipit. paulopost cum grauior crudeliorq́; ciuitati esset, iterata cõspiratione obsidetur. tunc deposito imperio, arcẽ cum exercitu Syracusanis tradit: receptoq́; priuato instituto, Corinthum in exilium proficiscitur. ibi humilima quæq; tutissima existimãs, in sordidissimũ vitæ genus descẽdit, non cõtentus in publico vagari, sed potare, nec cõspici, in popinis lupanaribusq́; totis diebus residere, pannosus & squalid⁹ incedere, risum libentius præbere, q̃ captare, apud ædiles aduersus lenones iurgari, omniaq́; ita facere, vt cõtemnendus magis q̃ metuendus videretur. Nouissime se ludi magistrum professus, pueros in triuio docebat, vt aut à timentibus semper in publico videretur, aut à non timentibus facilius cõtemneretur. Nam licet tyrannus vitijs abũdaret, tamẽ simulatio hæc nõ naturæ erat, magisq́; hæc arte. q̃ amisso regali pudore faciebat, expertus q̃ inuisa tyrannorum forent etiã sine opibus nomina. Inter has tamen dissimulationum artes, ter insimulatus est affectatæ tyrannidis, nec aliter q̃ dum cõtemnitur, liberatus est. Id cõfirmat Vale. lib. 6. Dionysius, dicẽs, cũ à patre totius Sicilię principatũ accepisset, tandẽ propter inopiã literas puerulos Corinthi docuit. Huius Dionysii cũ oẽs Syracusani interitũ optarẽt, quædam anus sola q̃tidie deos orabat, vt incolumis ac sibi supstes esset. audiẽs Dionysius, admiratur, causam quærit. at illa: puella, inq̃t, cum essem, & grauem tyrannũ haberemus, carere eo cupiebam, successit illi grauior. illo etiã cum carere cuperem, tertium te importuniorẽ excepimus. timẽs ergo deteriorẽ tibi succedere, caput meũ pro tua salute deuoueo. tam facetam audaciã Dionysius erubuit. Huius Dionysii fuit Plato magister, vt refert Tullius. Porro adeo honorifice suscepit Platonẽ Dionysius, vt ei iret obuiã cum ingẽti multitudine & nauibus velis adornatis. Interrogatus aliquãdo Dionysius, quo pacto factũ sit, vt cũ eius pater pauper Syracusanos in ditionẽ vendicasset, ipse & rex & regis filius amisisset: Pater, inq̃t, suam mihi tyrannidem reliquit, non fortunam. Idem Tullius quoq; scribit de eo, ꝙ adeo suspiciosus & meticulosus erat, sciens se ab omnibus odio haberi, ꝙ submotis amicis, in eorum locum ferocissimos barbaros, q̃bus latera sua cõmitteret, substituit, & etiã tonsorum metu filias suas tõdere docuit: q̃bus adultis nõ est ausus ferrũ cõmittere, sed instituit, vt candentiũ glandium etiã nucũ putaminibus barba sibi & capillus adureret, nec securiorẽ maritum egit quàm patrẽ. Duarum enim simul, s. Aristoma-

Dionysius Siculus tyrannus.

Locrensiũ votum.



Dionysius in Corintho

Dionysi vecordia

stomaches & Doridis Locrensis, matrimonijs illigatus, neutrius vnq̃ nisi *excussæ cōplexum petijt. lectum quoq; quasi castra, lata fossa cinxit, in quem se ligneo pōte recepit. Dum hæc in Sicilia geruntur, interim in Aphrica princeps Carthaginensium Hanno, opes suas quibus reipub. superabat vires, ad occupandū dominationē intendit, regnū'q; inuadere interfecto senatu conatus est. Cui sceleri solennē nuptiarum diem filiæ suæ legit, vt religione votorum nefanda cōmitterentur. Itaq; plebi publice epulas, senatui in domo sua parauit, poculis veneno infectis, vt secretius senatū interficeret. Qua re magistratibus per ministros prodita, scelus declinatū, non vindicatū est. hoc consilio præuentus, iterum seruitia cōcitat, statuta'q; rursum cædiū die, cū denuo se proditum videret, timēs iudicium, munitū quoddā castellum cū viginti millibus seruorum armatis occupat. Ibi dum Afros regē'q; Mauritanorum cōcitat, capitur: virgis'q; cæsus, effossis oculis, & manibus cruribus'q; fractis, velut à singulis mēbris pœnæ exigerent, in cōspectu populi occiditur. Filij quoq; ac cognati oēs etiā innoxij, supplicio tradūtur, ne quis aut ad imitandū facinus, aut ad mortē vindicādam ex tam nefaria domo superesset.

Hannonis scelus.

Anno ab vrbe condita 390. afflicta est vrbs magna peste, & in medio eius aperta est terra magno hiatu, ex cuius abysso exhalabat fœtor multos inficiēs. Cum'q; à dijs suis Romani postularent remediū, responsum est, q̄ si Romani vellent rempub. suam perpetuā esse, illud in quo plus excellerent, deuouerent illi hiatui. Curtius ergo interpretatus viribus & armis alios excellere, p̄cipitem se in illud antrum armatus, & equo insidens dedit, super quem ciues omnes honoris gratia frumēta iniecerūt, continuo'q; terra pristinū habitum recuperabat. Interim terribilis Gallorum inundatio iuxta Anienē fluuium ad quartum lapidē ab vrbe cōsedit, vbi T. Manlius adolescēs nobilissimus, prouocatū ad singulare certamen Gallum, progressus occidit, & sublato torque aureo, collo'q; suo imposito, ī perpetuū sibi ac posteris Torquati cognomē accepit. Is est qui cum audisset diē patri dictam à Pomp. tribuno plebis, nocte vrbem petijt, secretū colloquium à tribuno impetrauit, & gladio stricto, dimittere eum accusationem terrore multo cōpulit. Alio q̃q; tēpore quidā ex Gallis aliquē ex Ro. q̃ optimus esset, ad singulare certamen prouocabat. Tūc M. Valerius tribunus militū se obtulit, & cū processisset armatus, coruus ei super dextrum brachiū sedit, mox'q; cōmissa pugna, idem coruus alis & vnguibus oculos Galli verberauit, vt in directū prospicere nō valeret. & ita Valerius Gallū peremit victoriā & nomen Coruini obtinuit, & propter hoc meritū 23. annos natus, consul est creatus. Quo tēpore acris pugna Ro. fuit cū Gallis, sed vrbi Romanæ gloriosa, vicerat enim pulsis ex agro Ro. Gallis. Per idem tēpus Latini cum Campanis defecerunt, & missis legatis ad senatū, cōditionem tulerunt, vt si pacē habere vellent, alterum ex Latinis consulem facerent. q̊d cū esset negatum, bellū contra eos susceptū est, & ingenti pugna superati sunt, & de his p̄domitis triumphatū est. Per eadē fere tēpora cū Decius consul esset cū Manlio Torquato in bello contra Latinos, nocte per visionē apparuit quidā Decio augusto habitu, dicens, q̄ ex vna parte caderet imperator in illo bello, & ex alia parte exercitus: imperator vero qui se deuoueret dijs infernalibus, illius exercitus vinceret. Cū igitur p̄lio postera die cōmisso, sinistrū cornu cui Decius præerat, cederet hostibus, deuouit se Decius & hostiū exercitū morti & dijs, his verbis: Iane, Iupiter, Mars pater, Quirine, Bellona, Lares, diui Nouensiles, dij indigetes, vos precor, veneror, veniam'q; peto, cupio vt victoriā popul. Ro. prosperetis, hostes'q; terrore morte'q; afficiatis, sicut verbis nūcupaui, ita meipsum deuoueo. His dictis, equū insiliens, se in medios hostes immisit, visus'q; augustior. statim terror hostes inuasit, & Decio interfecto, cecidit exercitus Latinorum. De Decio filio illius narrat T. Liuius, q̄ cū bellū gereretur contra Tuscos, contra q̃s in auxilium venerāt Galli, & ipse iam quarto consul videret exercitū suum cedere, reducens ad memoriā factū patris sui, se simili modo deuouit dijs, & ipso interfecto, vicit exercitus Romanorum: qui tamen, cū consul esset dux exercitus, alium q̄ seipsum potuit morti obijcere. Circa annum 412. ab vrbe cōdita, cū bellū esset inter Rom. & Samnites, M. Curio existente cōsule Romanorum, ad eū vt pauperrimū venerūt nuncij Samnitū, & inuenientes in scamno iuxta focum sedentem, in catino ligneo cœnantem, magnū auri pondus obtulerunt. quibus respondet, vt narrent Samnitibus M. Curium malle locupletibus imperare, q̄ ipsum fieri locupletem. De eodem narrat Valerius, q̄ decretis à senatu septē iugeribus agri populo, sibi aūt quinquaginta, modum noluit excedere, parum idoneum reipub. ciuem arbitrans, qui eo quod reliquis tribueretur, contentus non esset.

Lacus Curtius.

Valerius Coruinus.

Campani.

Decius pr̄.

Decius filius.

M. Curius.

Titus Liuius libro nono, cū esset bellū inter Romanos & Samnites, dux Pontius Samnitū exercitū habuit iuxta Furculas Caudinas, misit Pontius decem milites in habitu pastorali, qui pecora passim pascerent iuxta viam

Pontij facinus.

viam qua Romani ituri erant, cõmittens, q̃ interrogati à Romanis de exercitu Samnitum, responderẽt q̃ iuissent ad Luceriam obsidendam. Romani aduenientes, his auditis, decreuerunt ire ad liberãdam Luceriã. sed erat duplex via, vna iuxta mare, sed longior: alia iuxta Furculas Caudinas, & breuior, quam elegerunt. Claudit aũt via ista ex vtraq; parte montibus: vnde intra claustra veniẽtes, viderũt pręsidiũ armatorũ in monte, & in tantã ducti necessitatẽ, miserunt ad Sãnites, vel pace rationabili vel bello opus esse dicẽtes. respondent Samnites, iam debellatum esse. promissa est tandem pax sub his cõditionibus Romanis, vt oĩa arma redderent, om̃em supellectilem, retentis tãtum singulis vestimentis, sicq; om̃es sub iugum transierunt, & in primis cõsules, postea alij magistratus, demum cætera multitudo. in signum enim subiectionis, tria ligna quasi furca tendebãtur, & per medium ibant separati. sexcentos etiã milites retinuerunt Samnites, vt essent obsides. Vltra p̃dicta pactum, q̃ agri Samnitũ, qui iam occupati erãt à Romanis, restituerẽtur, & vterq; deinde populus, Samniticus & Romanus, suis legibus viuere p̃mitteretur. Spopõderunt itaq; legati & quæstores & tribuni militum, pacem sub his cõditionibus futuram. Cum igitur Romani consules venirẽt ad exercitũ, displicuit populo sponsio: & habito cõsilio, deliberauerunt quõ se à dictis pactis liberarent. tandem Sp. Posthumius consul dedit consilium, vt consules & omnes qui spoponderant, per feciales cum duobus tribunis plebis & om̃ibus q deforme fœdus spoponderunt, Pontio traderent. cuius consilio ab omnibus approbato, remissi sunt Pontio, qui vehementer Romanorum infidelitatem arguẽs, dixit Spurium Posthumium egisse quantum esset in se ipso, quod debuit: sed populum Romanũ nõ propter hoc à sponsione absolutũ, quia debebat non solum sponsores remittere, sed totum exercitũ quem dimiserat. Restituatur ergo exercitus, inquit, in eum locũ, vbi sponsio facta est, & ipse exercitui arma restituere paratus sum: alio modo dicebat nolle se sponsores in deditionem accipere. Romani vero quanuis rationabilia videretur petere, non acquieuerunt. statimq; contra Samnites exercitum fortiorem mittunt, qui exercitus Samnites debellauit, occisis ex eis vigintiquatuor millib⁹ & rege eorum, & capta ciuitate Samnitum, ipsam funditus euerterunt. Erat autem ciuitas illa multum opulenta, habens arma aurea & argentea, inter Campaniam & Apuliam, cuius patriæ ciuitas principalis fuisse dicitur Capua, nobilissima quasi altera Roma magna. Dicit autem Eutropius, quod si fidem Romani seruassent, quam à subiectis frequenter expostulant, Romani aut omnino non essent, aut Samnitibus seruirent. Siquidem nullus fuit hostis ciuitati Romanæ crudelior Samnitibus. Durauit istud bellum contra eos annos circiter septem & quadraginta. In hoc exercitu Lucius Papyrius consul aduersus Samnites designatus fuit, strenuus vir admodum & constans senator, in disciplina militari probatus, adeo vt quum diceretur Alexander Magnus in Italiam transuehi, Romani inter cæteros viros bellicosissimos hunc elegerint ducem, qui Alexandri vehementissimos impetus sustineret. Papyri⁹ iste quũ puer esset, vt refert Macrobi⁹ in Saturnalibus, ductus est à patre in senatum, quoniam mos erat senatoribus, cum prætextatis filijs plerunq; in curiam introire: deinde reuersus domum, inquirenti matri quidnã esset in senatu actum, respondit puer, secretum illud esse ac obticẽdum. Tum matre perquirente violentius, dixit, vt euaderet illius minas, tractatum esse, vtrum expediret magis, vnum virum habere duas vxores, an vnam mulierem duos viros. Quamobrem hæsitans mulier consilio, re perpensa, cæteris rem exponit. Itaque mulieres congregatæ, senatum vnà accesserunt, postulantes potius statui, vt vna mulier duos haberet maritos. Mirantur patres, quidnam id sit turbæ, aut vnde orta hęc mulieribus libidinis suę quæstio. Puer causam explicat. Tum statutum est, ne quispiam adolescentium præter Papyrium in consilium intromitteretur. In hac generatione dilatam noctem in plurimam diei partem ferunt. Timoleon Corinthius, vir omnium iudicio clarissimus, Corinthiorum imperator electus, mox cum pauca militum manu ad defensionẽ Syracusanorũ profectus, intra xl. dies Syracusanam arcem, quam Dionysius tyrãnus occupauerat, in suam potestatem redegit: ibiq; Dionysio pulso, omnem tyrannidem deleuit. Inde contra Carthagineñ. qui cum 70. millibus militum & ducentis triremibus ac mille nauibus in Libyã contra Corinthios traiecerãt, cum tribus millibus congressus, decem millia eorũ interfecit, q̃ res magnã Carthagini inflixit calamitatem, vt nunq̃ antea sustinuerit*. quãobrem, vt Corneli⁹ Nepos ait, huic vni cõtigit, q̃d nescio an vlli, vt & patriã in qua erat natus, oppressam à tyranno liberaret, & à Syracusis cui auxilio erat, inueteratã depelleret seruitutẽ. Artemisiã imperij Halicarnassæorũ reginã, viduitatis exemplũ integerrimũ, adeo dilexisse maritũ ferũt, q̃ cineres iam mortui mariti Mausoli bibere voluit, nõ in vrna reponere. Hæc vidua facta, ingẽtia pegit, vi-

Romãi sub iugum mittuntur.

Sãnites vincuntur.

L. Papyrij indoles.

Timoleon.

Artemisia.

viro insigne sepulchrum erexit, opus admirabile & dignatũ inter septem mundi spectacula numerari, q̃d opus de mariti nomine Mausolæũ appellauit. multis etiã triumphis mulier hæc nomen suũ exornauit. Demosthenes Athenieñ. orator summus floruit. huius eloquẽtiam orator Aeschines æmulus commendãs, dixit, magnam Demosthenis partem abesse, cum legitur potius q̃ cum auditur. De isto narratur, ꝙ cum Philippus Macedo Atheniẽses obsideret, ab Atheniẽsibus postulauit sibi decem oratores dari ab obsidione recessuro. Demosthenes hoc audito, in concilio fabulam narrat, dicens: Lupi suaserũt pastoribus aliquando, vt secum amicitiã contraherent. quod cum pastoribus placeret, petierũt lupi, vt pro vice securitatis traderent eis canes, q̃ videbantur occasio iurgij. annuerunt pastores, tradẽtes canes. tũc lupi formidine dempta, gregem vt libebat inuasere. sic & Philippus, inquit, sublatis oratoribus. Idem aliqñ Phocioni Atheniensi, qui nec ridere nec lachrymari vnquã visus est ob seueritatem, dicebat: Enecabũt te Atheniẽses, si insania eos cepit: ita, inquit Phocion, te, si sanitas. Aristoteles Stagirita, adolescentia luxuriose acta, ad philosophandũ se contulit, philosophorũ princeps claruit, discipulus Platonis, & Alexandri Magni magister. dictum ab eo fertur, Sapiẽtior est qui q̃d nouit abscondit, q̃ qui propalat q̃d nescit. vixit annis 63. in Chalcide obijt. Carneades Athenieñ. philosophus adeo studiosus, vt cũ ad mensam sederet, cogitationibus inhærens, manũ ori apponere obliuisceretur. quare vxor eius dextrã suam necessarijs vsibus coaptabat. inter sophistas à Philostrato relatus, q̃ ait eum philosophi sententiã, ac oratoris vehemẽtiam retinuisse. Xenocrates Chalcedonius philosophus, Platonis auditor, primũ ingenio tardissimus. Herostrat⁹ natione Græcus, famæ gratia templum Dianæ Ephesiæ, vnũ de septem mirabilibus mundi, incendit. q̃ audito, senatus decretũ tulit, ne quis vnquã eius nomen literis mãdaret. dignum plane suppliciũ, sed minime obseruatum. Nota ꝙ Philo de tẽporib. lib. II. digerit annos 164. ab Alexandro Magno vsq; ad Iudam Machabæum, primo ꝑ pontifices, quoꝝ primus Onias Priscus p̃fuit annis 27. Simon Priscus 12. Eleazarus, Antiochi qui cognoĩabatur Theos, inimicus, 20. Manasses Seleuco Gallinico amicus, 27. Simon Iustus, honoratus Magno Antiocho, 28. Onias huius filius, à Seleuco tẽplo spoliatus, 39. Hunc sequit̃ Iudas Asmonai. Duces vero de domo Dauid, fuere Iosephus primus, annis 7. Abner Semei 11. Elih Mathathias 12. Asar Maat 9. Nagidartaxat 10. Agar Helli 8. Maslot Naum septem, Amos Syrach 14. Mathathias Siloa 10. Iosephus iunior Arses, honoratus à Ptolemæo, 60. Ianneus secundus Hyrcanus præfuit annis sexdecim. Duces istos enumerat Lucas euangelista.

Mausolæũ. Demosthenes. Aristoteles. Xenocrates

GENERATIO LVII.

Hæc monarchia secũdum veram traditionem Metasthenis & Philonis, incepit anno ab exordio mundi 3531. sed secundum Septuaginta, anno 4864. Deinde ab Alexandro ad Iudam Machabæum anni 164. à Machabæo ad Christum 161. & sic ab Alexandro ad Christum anni 325.

ANno 4874. à mundi exordio, ab vrbe vero cõdita 425. olympiade 113. in Sadoch Asor filio incepit per lineam Christi LVII. generatio, durauit circiter annos q̃dragintasex. Alexãder Magnus hoc anno post mortẽ Darij, destructo iam Persaꝝ imperio, monarchiam orbis occupauit, & eam sex annis tenuit, moxq; habitũ regum Persarum & diadema, insolitum antea regibus Macedonicis, veluti in leges eorum q̃s vicerat, transiret, assumit. Quæ insolentia ne in se vno conspiceretur, amicos q̃q; longam vestem auratam purpureamq;, assumere iubet. Inter pellicũ regiarum gregem, electæ pulchritudinis nobilitatisq; noctiũ vices diuidit, ingentem epulaꝝ apparatum adijcit, conuiuiaq; ludis exornat, immemor prorsus p̃teritorum. Cœpit & in suos sæuire hostili odio, indignans se carpi sermõibus, eũ Philippi patris mores subuertisse. Propter q̃ crimina Parmenion senex dignitati regiæ ꝓximus, cũ Philota filio interficit̃. quadã die in solẽni cõuiuio orto sermõe inter ebrios, cœpit Alexãder seipsum patri p̃ferre, assentãte maiore conuiuaꝝ parte. Clytus aũt fiducia amicitiæ regiæ Philippi memoriã tuebat̃. iratus rex, telo à satellite rapto, eundẽ in cõuiuio trucidauit. q̃ facto, exultat. Postea vero intellecto facinore, interficere se voluit. flens ergo eũ amplectebat̃, vulnera tractabat, & dementiã cõfitebat̃. interfecissetq; se, nisi amici interuenissent. recordabat̃ eñ ꝙ tot amicos interfecit, Parmenionẽ, Philotã, Amyntã consobrinum, nouercã suã & fratres suos, Attalũq; & Eurylochũ & Pausaniã, aliosq; Macedoniæ principes, simul & nunc Clytũ. Quatuor ꝑ eo dieb⁹ nõ comedit, nec comedere voluit, donec precib⁹ exercit⁹ vinceret̃. In q̃ multũ profuit Callisthenes philosoph⁹, Aristoteli familiaris, quẽ tñ postea truncatis crudeliter om̃ibus eius mẽbris, abscissis auribus, naso & labijs, deforme & miserandũ spectaculum reddidit, ex causa, quia Alexandrũ

De Alexandro. Clytũ interficit Alexander. Callisthenis interitus.

drum q se adorari mãdabat, nec adorare voluit, sed & acerrime increpauit: tarde Aristotelis monita sequens, qui euntẽ ad Alexandrum monuit, vti ei q̃rarissime aut q̃iucundissime loqueret, vt silentio tutior, aut sermone gratior esset. Quin Callisthenem in cauea cum cane saucium claudi iussit, & ad metum cæterorum circunferri. Quo facto, Lysimachus Callisthenis auditor, misertus tanti viri, non culpæ, sed libertatis pœnas pendentis, venenũ ei in remedium calamitatis dedit. Quo audito, Alexãder Lysimachũ obijci leoni iubet. sed cum ad conspectũ eius cõcitatus leo, impetũ fecisset, manum amiculo inuolutam Lysimachus in os leonis immersit, abreptaq́; lingua ferã exanimauit. Quod cum nunciatũ regi esset, admiratio in satisfactionem cessit, chariorẽq́; eum propter cõstantiam habuit. Lysimachus q̊q; animo magno regis veluti parentis contumeliã tulit. multi aũt principes Macedonum, qui Alexãdrum adorare nolebãt, ab eo sub specie insidiarum interfecti sunt. retentus tñ est ab Macedonibus modus salutandi, explosa adoratione. Om̃ibus vero post Darij mortem reditũ in patriam expectantibus, vt essent coniuges & liberos suos visuri, ad concionẽ exercitum vocat Alexander: Nil actũ tot egregijs p̃lijs ait, si incolumis orientalis barbaries relinquat, nec se corpus, sed regnum Darij petisse, persequẽdosq́; esse eos qui à regno defecerant. Hac oratione velut ex integro incitatis militum animis, Hyrcaniam Mardosq́; subegit. ibi ei occurrit Talestris siue Minothea Amazonũ regina cum 300. mulieribus, 25. dierum inter confertissimas gentes itinere confecto, ex rege liberos quæsitura. Eius conspectus admirationi fuit, & propter insolitum fœminis habitum, & propter appetitum concubitum. ob hoc 30 diebus ocio datis, vt visa est vterum implesse, discessit. Parthis deinde domitis, præfect⁹ his statuitur ex nobilissimis Persarum Andragoras, vnde postea originem Parthorũ reges habuere. Inde Thracas, Euergetas, Parimas, Parapamenos, Hydaspios, cæterosq́; populos qui in radice Caucasi morabantur, subegit. Cum autem venisset Alexander ad montes Caspios, vt dicit in histo. Scholastica, miserunt filij captiuitatis X. tribuum, postulãtes ab eo egrediẽdi licentiã. ex edicto eñi non poterant exire. Cumq́; quæsiuisset causam captiuitatis, accepit eos apte recessisse à Deo Israel vitulis aureis immolando, & p ,pphetas esse p̃dictũ, eos à captiuitate non reditu ros esse. Tunc respondit Alexãder, eos dignos qui arctius recluderentur, & cum angusta viarum obstrueret molibus bituminatis, & videret laborem humanũ ad hoc non sufficere, orauit dñm Deum Israel, vt opus illud cõpleret. & accesserunt ad se inuicẽ p̃rupta montium, ex quo liq̃de apparet, non esse voluntatẽ Dei vt exeant. Egredientur tamen circa finẽ mundi, magnã stragẽ hominũ facturi. Vnde Iosephus, Quid, ait, facturus est p fidelibus Deus, q tanta fecit pro infidelibus? Post hæc Alexãder Indiam petit, quæ est principium orientis. In India autem, vt dicit Martianus, singulis annis æstates duæ, & bis fruges metuntur. mundi pars tertia creditur. Ingresso aũt Alexandro Indiam, obuiã ei legatos miserat Porus cũ his literis: Incursanti infestantiq́; hos fines tibi suadeo, vt cum te hoĩem memineris, nil ad deos moliaris. potes quidem nosse qui ego sum, & q nulli licet aduersus nos fortunæ quidquã. quare iubeo tibi hinc ad tuam Græciam contentũ redire. neq; eñi, si Græcia nobis opus esset, nõ olim subacta Indis foret. sed qm̃ inutilis est nobis, nihilq́; dignũ opibus nostris habet. neq; quæsita est, neq; quæret. Sed hæ literæ nihil terruerũt Alexandrũ. Ingrediẽs autẽ Indiã, ait Iustinus, phaleras equorum & arma militũ argento includit, exercitũq́; suũ ab argenteis clypeis Argyraspides appellauit. Cũq; ad vrbẽ Nysan venisset, oppidanis nõ repugnãtibus fiducia Liberi patris, à quo vrbs condita erat, parci iussit. Tunc ad spectaculum sacri montis duxit exercitũ, q vbi ad mõtem accessit, repẽte furere cœpit, & in vlulatus Liberi cum stupore regis, sine mora discurrere. Inde mõtes Dædalos, regnaq́; Cleophidis reginæ petit: q̃ cum se dedisset ei, cõcubitu redemptũ regnũ ab Alexandro suscepit, illecebris cõsecuta, q̊d vi nõ potuit: filiumq́; inde genitum, Alexandrũ nominauit, qui regnauit Indis. Peragrata India, cum ad saxũ miræ magnitudinis & asperitatis, in quod multi populi cõfugerant, venit, cognoscit Herculẽ ab expugnatione eiusdem saxi terræ motu prohibitũ. Capt⁹ itaq; cupidine Herculis acta supare, cum summo labore & periculo potitus saxo, eius loci om̃es gẽtes in deditionẽ accepit. Por⁹ aũt Macedones aggredi statuẽs, regẽ Alexandrũ priuatũ sibi hostẽ deposcit. nec Alexãder morã fecit. Aiunt in prima cõgressione equũ Alexãdri Bucephalũ dextra Pori ictũ, occubuisse. id Macedonibus adeo incommodum fuit. Alexander equo deiectus, concursu satellitum liberatus est. Neglecto omni bello, Alexander equum exanimem cauda comprahensum, abstulit hostibus, atq; ita decẽ dierum spatium vtriq; datur vel sanãdi equos, vel sepeliendi mortuos. In illis diebus inijt Alexander consilium, vt Porum ad singulare certamẽ prouocaret. q̊d & Poro placuit, cõsideranti exiguitatem corporis Alexãdri, cum ipse quin-

Lysimach⁹

Alexand. cũ Amazonũ regina congredit.

Por⁹ Indorum rex.

Sacer mons

q̃nq; cubitorum, Alexāder tantū triū esset. Interea Alexāder deposito cultu regio & sum pto habitu militari, puenit in castellū Pori, q̄si quidā carnis & vini emptur' annonā. quē sciscitatus est Porus, q̄dnam faceret Alexāder, cuius ætatis esset. Cui Alexāder respōdit: Tanq̄ homo senior, dux noster in tabernaculo suo se accēso igne reficit. tūc ille gaudēs, q̄ cū hoīe decrepito p̄liari haberet, Quid ergo, Porus inq̄t, nō respicit ætatem suā? Tunc Alexāder dixit se esse gregariū militem Macedonū, & ignorare q̄d faceret. Cui Porus tradidit epistolā minis plenā. Alexāder iurauit epistolā se præsentaturum. Igitur cū dies pariter & loc⁹ instituisset certaminis, fieretq; pugna diu anceps, tandem Porus ex quadā tumultuatione suorum cōuersus, tunc protinus Alexāder inguina eius gladio trāsfodit, eūq; prostrauit. Quo viso, Indi in Alexandrū insurgere conabantur. Alexāder autē manu silentiū poscens, tumultū repressit. sed Iustinus refert, Porum ab Alexādro multis vulneribus obrutū & captū fuisse, q̄ se captū adeo vehementer doluit, vt cum veniā ab hoste cepisset, nec cibū sumere voluerit, nec vulnera curari passus sit. Quem tñ Alexāder ob honorē virtutis in regnū suum remisit. duas vrbes ibi condidit, Niceā & Bucephalā. Capti sunt in ea pugna elephanti 400. q̄ turres gestabant, auri & argenti supra q̄ credi potest, in castris repertū est. Quibus oībus Alexander in potestatē suā redactis, aureis laminis totū agmen inclusit, fecitq; signa & vexilla aurea. et tanta erat auri p̄da, vt vix eā milites ferre possent. Post hæc Alexander, vt ait Iustinus, Pharrasios & Gāgaridas expugnat, deinde ad amnē Acesinen pergit, per hūc in Oceanū deuehitur, vbi Gesonas Sobosq;, q̄s Hercules cōdidit, in deditionē accepit. hinc et *Sycābros adit, q̄ gentes eū susceperunt cum 80. millibus armatorum peditū, & 60. millibus equitū. Cum p̄lio victor esset, ad vrbē eorum exercitum ducit, quā desertā à defensoribus ratus, murum adscēdit, & inde in vrbis planitiē sine vllo satellite desiliit. Itaq; cū eum hostes solū conspexissent, clamore edito vndiq; cōcurrunt, si possent in vno capite orbis bella finire. Alexāder cōstanter restitit, in ea pugna sagitta sub māma traiect⁹ est, vnus tot milliū vim sustinens, donec sui succurrissent. Curatio vulneris illius, grauior ipso vulnere fuit, & vt ait Seneca, hui⁹ vulneris dolore dum anxiaretur, dicebat, Oēs me iurāt filiū Iouis esse, hoc vero vulnus me hoīem esse clamat. Ante hac, vt narrat Iustinus, Alexādri oīs exercitus nō minus victoriarum numero, q̄ laboribus fessus, lachrymis eum deprecabat̄, vt finē tandē belli faceret, aliq̄n patriæ reditusq; meminisset, respiceret militū annos, q̄bus vix ætas ad reditū sufficeret, ostendere alius caniciē, alius vulnera, alius corpus cicatricibus exhaustū, solos esse q̄ regum Philippi Alexandriq; cōtinuam militiā pertulerint: tādem orare, vt reliquias saltē suas paternis sepulchris reddat, atq; sibi ipsi parcat. Motus his tam iustis precib⁹, velut in finem victoriæ, castra solito magnificētiora fieri iussit, quorum molitionibus & hostis terreretur, & posteris admirationē sui relinqueret. nullū opus milites lætius fecere. Itaq; Alexāder manu lætissima nauibus cōscensis, Oceani littora pagrat. Interea cōpræhensus est Diomedes archipirata, q̄ ab Alexandro interrogatur, cur mare infestū habeat, respōdit, Quid tibi q̄ orbē terrarum infestas? sed quia hoc ego paruo nauigio facio, latro vocor: tu, q̄a magna classe, impator diceris. Per idem tēpus Candax regina, audiens famā Alexandri, misit pictorē, vt imaginem ipsius depingeret. iam eñ Alexander miserat ei literas amicas, q̄ rescripsit amicitiā placere, & vt ppetuo perseueret optare. misitq; munera. preciosos lapides ac aīalia mirabilia. Accessit eā Alexander in habitu trāsformato, sub noīe Antigoni amici Alexādri. Cui regina ostēdit diuitias suas. Intuita vero eū, dixit: Vere Alexāder es. negante illo, ostendit ei imaginē suā. Ad hæc frendens Alexander, querebat̄ se nō habere gladiū suum. Cui regina: Depone, inq̄t, hunc metum. nam fidē quā filio meo seruasti, semp tibi seruabo. paulo ante eñ quū filio reginæ vxor fuit ablata à q̄dam regulo, Alexāder missis pluribus, eam sibi restituit. Alter autem filius Candacis reginæ, qui filiā Pori habebat vxorē, volebat occidere Alexandrū, sed illud mater admittere noluit. Alexander cum vltimū littus Oceani lustraret, ac Brachmanū insulā debellare pararet, illi epistolā hanc ad eum misere: Audiuimus inuictissime rex prælia tua & felicitatē. sed quid erit homini satis, cui non sufficit orbis? diuitias nō habemus, quarum cupiditate nos expugnes. bona nobis oīa sunt cōmunia. esca nobis p diuitiis est. pro cultu, auro & gēmis, vilis & rara vestis. fœminæ nostræ nō ornatæ, q̄ ornamentorum cultum oneri potius, q̄ honori deputāt. antra nobis duplicē vsum p̄bent, tegumentū in vita, & in morte sepulturā. regem habemus non p iustitia, sed nobilitate seruanda. His verbis motus Alexander, dimisit eos in pace. Extāt multæ epistolæ regis eorum ad Alexandrū, & Alexādri ad illum, quas alibi poteris videre. Apud Alexandrum duos fuisse Brachmanas, multis historiis cōpertum habemus. Reuertenti autem Alexandro Babylonē, vt ait Iustinus, nunciant legationes Carthaginensiū, cæterarūq; Afri-

Por⁹ vincit. Nicea. Bucephala. Ambri. Sycambri. Alexandri vulnus. Candax regina. Brachmanes Indiæ populi.

Africæ ciuitatũ,sed & Hispaniarũ,Siciliæ,Galliæ,Sardiniæ,& quarundã ex Italia,quę aduentũ eius opperiebant.Carthaginenses ad speculãdos animos Alexãdri miserant Hamilcarẽ quempiã,virum solertia facundiaq; insignẽ. Augebat enĩ metum Tyrus vrbs,autor originis suæ capta. Igitur Hamilcar audientia regis obtenta,profugisse se ad regem tanq̃ patria pulsum fingit,militemq; se expeditionis offert, atq; ita explora tis eius consilijs,in tabellis ligneis vacua desuper cera inducta, ciuibus suis oĩa perscribit. Eum Carthaginenses post mortẽ regis reuersum in patriã, quasi vrbem regi vendicasset,non ingrato tantũ,verũtiã crudeli animo necauerunt. Igit cũ tantarũ legationũ causa Alexandro Babyloniã festinanti, velut conuentũ terrarũ orbis acturo, quidã ex Magis prædixit,ne vrbẽ introiret,testatus hunc locũ ei fatalẽ fore. Ob hoc omissa Babylonia,in Byrsiã concessit. ibi ab Anaxarcho philosopho cõpulsus est magos contẽnere, & eorũ dicta vt falsa & incerta. Reuersus igit Babyloniã, multis diebus ocio deditis,intermissa olim cõuiuia solẽniter ĩstituit, totusq; in lętitiã fusus,dies noctesq; coniunxit. Et cũ esset Babyloniæ, multæ deuictæ gentes præfectos suos accusauerunt,quos mox Alexander sine aliquo respectu amicitię in cõspectu legatorũ necari iussit. Post hæc filiã Darij Rhoxanẽ in matrimoniũ accepit, & optimatibus Macedonũ lectas ex oĩbus gẽtibus nobilissimas virgines tradidit. hinc ad concionẽ exercitũ vocat, & oĩm æs alienũ persolui curauit. Post hæc dimissis veteranis,exercitũ de iunioribus supplet,q discessum veteranorũ ægreferentes, missionẽ & ipsi flagitant, nec hoc iam precibus,sed cõuicio agebãt,dicentes eũ solũ cũ patre suo Ammone bella inire. Ad quorũ correptionẽ cũ Alexander verbis nil proficeret,e tribunali inermis ipse desilijt,& nemine prohibente,xiij. defectionis autores manu sua peremit. Iã pridem vero scripserat Alexandro mater de simultatibus Antipatri,vnde Alexãder euocauit Antipatrũ de Macedonia. Antipater aũt iratus,in ipso itinere venenũ efficacissimũ procurauit Alexãdro propinandũ, eo q͞ charissimos amicos videret interfectos, Alexandrũ generũ suũ occisum,se magnis rebus in Græcia gestis,nõ tam gratũ apud regem q̃ inuidiosum,etiã ab Olympiade varijs se criminatiõibus vexatũ. huc accedebant cogitãti ante paucos dies supplicia in præfectos diuersarũ nationũ, se quoq; ad pœnã vocatũ. Igit ad occupãdũ regẽ, Cassandrũ filiũ dato veneno subornat,q cũ fratribus Philippo & Iolla ministrare regi solebat,cuius veneni tãta vis fuit,vt nõ ęre,nõ ferro,nõ testa cõtineret,nec aliter ferri nisi in vngula equi potuerit, p̃monito filio, ne alijs q̃ Thessalo medico & fratribus crederet. Hac igit ex causa apud Thessalũ paratum conuiuiũ est. Philippus & Iollas p̃gustare potũ regis soliti,in aqua frigida venenum habuerũt,quã prægustatã iam potioni submersérũt. accepto poculo, Alexãder media potione velut telo cõfixus ingemuit. Amici causas morbi, intẽperiẽ ebrietatis disseminauerũt. Elatus est igit à conuiuio semianimis & excruciatus ita,vt ferrũ in remediũ exposceret. Quarto die indubiã mortẽ sentiẽs,agnoscere se fatũ domus maiorum suorũ ait,nã plerosq; Aeacidarũ intra 30. annũ defunctos. Tumultuãtes deinde milites,insidijs perire regẽ suspicantes,ipse sedauit, eosq; oĩes cũ perlatus in editissimũ vrbis locũ esset,ad conspectũ suũ admisit,osculãdamq; dextrã suã porrexit. Cum lachrymarent oẽs,ipe nõ sine lachrymis tñ,verũetiã sine vllo tristioris mẽtis argumento fuit,vt quosdã impatientius dolentes consolatus sit,q̃busdã mandata ad parentes eorũ dederit. adeo sicut in hostẽ,ita & in mortẽ inuictus animus fuit. ad postremũ corpus suũ in Ammonis tẽplo condi iubet. Quærentibus amicis,quẽ imperij hæredẽ faceret,respõdit,dignissimũ. non nominauit Herculẽ filiũ,nõ fratrẽ Arideũ,sed & Rhoxanẽ prægnantẽ reliquit, quasi nefas esset viro forti alium q̃ virũ fortẽ succedere. hac voce,ait Iustinus,veluti bellicũ inter amicos cecinisset,aut malũ discordia misisset,ita oẽs in æmulationẽ cõsurgũt. Sexto die p̃clusa voce, exemptũ digito annulum Perdicę tradidit,quę res gliscentẽ amicorũ dissensionẽ sedauit. nam & si nõ voce nuncupatus hæres,iudicio tñ electus esse videbat. Decessit ergo anno ætatis suę 32. mense vno,qui duodecim annis ferro sub se orbẽ trementẽ pressit,sed sex postremi eius anni,quibus destructo Persarũ imperio monarchiã tenuit orbis,in Græcorũ monarchia numerantur. Extincto in ipso ætatis ac victoriarũ flore Alexandro,triste apud oẽs per totã Babyloniã silentiũ fuit. sed nec deuictæ gentes fidẽ nuncio habuere, q͞ vt inuictũ regem, ita & immortalẽ crediderũt. Vt vero mortis eius fides affuit, oẽs barbaræ gẽtes paulo ante ab eo deuictę,nõ vt hostẽ eũ,sed vt parentẽ luxerũt. Mater quoq; Darij regis,quã amisso filio à fastigio tãtæ maiestatis in captiuitatẽ redactã,indulgẽtia victoris in eam diem vitæ nõ pœnituerat, audita morte Alexãdri, mortẽ sibi ipsa præ dolore consciuit,nõ q͞ hostẽ filio p̃ferret,sed q͞ pietatẽ filij in eo quẽ hostẽ timuerat, experta esset. Contra Macedones versa vice,nõ vt ciuem ac tãtę maiestatis regẽ, verũ veluti hostem amiss

Hamilcar Carthaginẽ. legatus

Rhoxanẽ filiã Darij ducit Alexãder

Alexandri interitus.

Luctus gentiũ propter Alexandrũ.

amisissent, gaudebāt, seueritatem nimiā & assidua belli pericula execrātes. Hactenus de Alexādri gestis sermo fuit, quæ nō minora sunt Herculeis, cuius virtutē pueri indoles indicabat, quā acerrimo literarū studio prædicāt. Deinde exacta pueritia, per quinquēniū sub Aristotele doctore inclyto, omniū philosophorū principe creuit. tum accepto imperio, regē se terrarū omniū ac mūdi appellari iussit, tātamq́ fiduciā suis militibus fecit, vt illo p̄sente, nullius hostis arma nec inermes timuerint. Itaq; cum nullo hostiū vnq̄ cōgressus est, quē nō vicerit: nullā vrbē obsedit, quā nō expugnauerit: nullam gentē adijt, quā nō calcauerit. Victus deniq; est ad extremū nō virtute hostili, sed insidijs suorū & fraude ciuili. Cæterū occiso Alexandro, vt refert Iustinus, non vt læti Macedones, ita & securi fuerūt, om̄ibus * in vnū locū cōpetentibus. nec minus milites inter se timebāt. Armati itaq; duces in regiā coeūt, ad formandū regū p̄sentium statū. Perdicas cēset Rhoxanis expectari partū, si puerū peperisset, hunc dari successorem patri. Meleager negat differenda in partus dubios consilia, cū iam genitis vti liceret, esse Pergami filiū Alexandri ex Barsane nomine Herculē, seu mallent habere fratrem Alexādri Arideū, Rhoxanē esse originis Persicæ, nec fas vt Macedonibus ex sanguine eorū, quorū regna deleuerint, reges cōstituant. Ptolemæus recusat regē Arideum, ex Larissæo scorto natum. vicit Perdicæ sentētia ex cōsensu vniuersorū. Placuit itaq; Rhoxanis expectari partū. cū equites idem laudassent, pedites indignati nullas sibi consilij partes relictas, Arideū regē appellant. Tandē Perdica illos or̄one mouit, vt probato cōsilio eius, dux ab om̄ibus legeret. Seruata est portio regis Alexandro filio, si natus esset. deinde inter principes prouincias diuisit regendas. Comestor vero ait, Alexandrū cū vsum linguæ amisisset, voluntatē suā scripto expressisse. Noluit, inq̄t, monarchiā in aliquē transferre, ne aliquis par ei in potentia apud posteros legeretur: sed duodecim quos ab adolescētia socios habuit, regni successores instituit. Hæc aūt institutio nō stetit. nam quatuor ex eis tm̄, abiectis alijs, regnauere, sicut hoc in visione quinta Danielis cōp̄hēsum est, videlicet de hirco caprarū, qui signat Alexandrū, percutientē arietē. i. Dariū, ex quo hirco oriebant quatuor cornua. i. quatuor reges, q inter se monarchiā diuiserūt. Itaq; Ptolemæus rex Aegypti factus, Seleucus super Syrios, Philippus q & Arideus, sup Macedones, Antigonus super Asianos, Lydos & Thraces. sed ab initio cæteri quiq; loca sibi distributa habuere. Sed diuersas sortiti prouincias, mutuis se bellis cōsumpserūt. Mox inter Perdicā & Antigonū bellū oritur grauissimū, multisq́ prouincijs diu dilaceratis, nouissime Perdica Aegyptū petijt cū ingenti exercitu, cui Ptolemæus occurrit, ibi tandē Perdica bello cōgressus, amissis copijs, ipse quoq; interfectus est. Olympias mater Alexādri, per Cassandrū interficitur hoc modo: Euridice vxor Aridei regis, vt Polyperconta à Græcia redire in Macedoniā cognouit, & ab eo accersitā Olympiadē, muliebri æmulatiōe scribit regis nomine Polyperconti, vt Cassandro exercitū tradat, in quē regni administrationē rex trāstulerit. eadē & in Asiā Antigono nūciat. Quo beneficio deuinctus Cassander, nihil non ex arbitrio muliebris audaciæ gessit. Deinde profectus in Græciā, multis ciuitatibus bellū infert, quarū excidio territi Spartani, vrbem quā semp armis, nō muris defenderant, murorū p̄sidio includūt. Dum hæc agunt, Cassandrū e Græcia turbatus Macedoniæ status domū reuocauit. nāq; Olympias mater Alexādri cū ab Epiro in Macedoniā, prosequēte Aeacida rege Molossorū, veniret, prohiberiq́ finibus ab Eurydice & Arideo rege cœpisset, indignitate moti Macedones, ad Olympiadē trāsiere, cuius iussu & Eurydice & rex occidit, sex annis post Alexādri mortē. Sed nec Olympias diu regnauit. nam cum in cruorē tam nobilium q̄ plebeiorū Macedonū debaccharet, fauorem suū in odium vertit. Itaq; audito Cassandri aduentu, diffisa Macedonibus, cum nuru Rhoxane & nepote Hercule Pictuam vrbem concessit. Proficiscenti Deidamia Aeacidæ regis filia & Thessalonicæ priuigna, & ipsa clara Philippi patris nomine, multæq́ aliæ principum matronæ, speciosus magis q̄ vtilis grex, fuere comites. Hæc cum nunciata Cassandro essent, statim citato cursu Pictuam venit, & vrbem obsidione cinxit. Cum fame ferroq́ vrgeret Olympias, longo obsidionis tædio pacta salute, victori se tradit. Sed cum Cassander cōuocato ad concionē populo, sciscitaturus esset quid de Olympiade faceret, subornat parentes interfectorū, qui sumpta lugubri veste, crudelitatem mulieris accusarent. Quibus accensi Macedones, sine respectu pristinæ maiestatis occidendam decernunt. Sed Olympias vbi obstinatos venire ad se armatos vidit, veste regali duabus ancillis innixa, vltro obuiā procedit. qua visa, p̄cussores attoniti substiterunt, donec à Cassandro missi sunt, qui eā cōfoderent, nō refugientē gladium nec vulnera, aut muliebriter vociferantē, sed virorū fortium more pro gloria veteris prosapiæ morti succumbentem, vt Alexandrū posses etiā moriēte

Macedonū dissensio.

Monarchiæ diuisio.

Olympiadis fortis interitus.

matre

matre conspicere. Insuper expirans, capillis & veste crura contexisse ferur, ne qd posset in corpore eius indecorū videri. Post hæc Cassander Thessaloniceñ. regis Aridei filiam vxorē ducit, filiū vero Alexādri cū matre, in arcem Amphipolitanā custodiendos mittit. Deinde, ne Hercules Alexandri filius, q annos xiiij. excessit, fauore paterni nominis in regnū Macedoniç vocaret, occidi eū tacite cū matre Barsane iubet, corporaq; eorū obrui, ne cędes sepultura proderet, & quasi parū facinoris in ipso primū rege, mox in matre eius Olympiade ac filio admisisset, alterū quoq; filiū cum matre Rhoxane pari fraude interfecit, quasi regnū quod affectabat, aliter cōsequi q̄ scelere non posset. Hęc Iustinus. Perdica, & fratre eius Alceta, cū Phytone Illyrio, ab Eumene occisis Ptolemæi fauore, Eumenes postea ab Antigono opprimit, cæterisq; ducibus diuersæ partis occisis, repente inter ipsos victores nata discordia est, postulantibus Ptolemæo, Cassandro & Lysimacho, vt pecunia in præda capta, prouinciæq; diuiderent. Antigonus negauit se in ea bella socios admissurū, in cuius periculum solus descenderat, & vt honestū aduersus socios bellū suscipere videret, diuulgat se Olympiadis mortē vlcisci velle, & Alexandri regis filiū. His cognitis, Ptolemæus & Cassander, inita cū Lysimacho & Seleuco societate, bellū instruebant. Tenebat Ptolemæus, Aegyptū cū Aphricæ parte maiore & Cypro & Phœnice. Cassandro parebat Macedonia cū Græcia. Asiā & partem orientis occupabat Antigonus, cuius filius Demetrius prima cōgressione à Ptolemæo apud Calamā vincitur, in quo prælio maior Ptolemæi moderationis gloria, q̄ ipsius victoria fuit. siquidē & amicos Demetrij nō solum cum suis rebus dimisit, verūetiā muneribus honorauit. Ipsi Demetrio tabernaculum suū & familiā reddidit, adiecto honore verborū, nō se propter prædā, sed propter dignitatem inisse bellū, indignatus q; Antigonus deuictis diuersæ factionis ducibus, victoriæ cōmunis præmia corripuisset. Deinde Ptolemæus cū Demetrio nauali prælio iterū congredit, & amissa classe, hostiq; concessa victoria, in Aegyptū refugit. Demetrius filiū Ptolemæi Leuticū, & fratrē Menelaum, amicosq; eius, cū priuati instrumenti ministerio, prouocatus pari antea munere, Aegyptum remittit, & vt appareret eos non odij, sed dignitatis gloria accensos, donis inter ipsa bella contendebant. Hac victoria elatus Antigonus, regem se cū Demetrio filio appellari à populo iubet. Ptolemæus quoq;, ne minoris autoritatis haberet, rex ab exercitu cognominat. Quibus auditis, Cassander & Lysimachus & ipsi regiā sibi maiestatē vendicauerunt. Huius honoris ornamentis tam diu abstinuerunt, q̄ diu filij regis sui superesse potuerunt. Sed Ptolemæus & Cassander, cæteriq; factionis alterius duces, cū carpi se singulos ab Antigono viderent, per epistolas seipsos confirmātes, tēpus locumq; coeundi cōdicunt, bellumq; cōmunibus viribus instruunt. Cui cū Cassander interesse nō posset, Lysimachum cū ingentibus copijs in auxiliū socijs mittit. Erat hic & genere & ingenij bonitate illustris, quē Alexander, vt prædictū est, leoni obijci iussit propter Callisthenem. Accessit & his Seleucus ex Asia belli socius, qui multa in oriente post diuisionē inter socios regni Macedonici bella gessit. principio Babyloniam cepit, inde Bactrianos expugnauit, transitū deinde in Indiā fecit, cōpositisq; rebus in oriente, in bellū Antigoni descendit. Adunatis igitur sociorū copijs, præliū cōmittit, in eo Antigonus occiditur, Demetrius filius eius in fugā vertitur. Sed socij profligato hostili bello, denuo in semetipsos arma vertunt, & cum de præda non cōueniunt, iterū in duas factiones deducunt: Seleucus Demetrio, Ptolemęus Lysimacho iungitur. Cassandro defuncto, Philippus filius succedit. Post Cassandri regis filijq; eius Philippi continuas mortes, Thessalonice regina vxor Cassandri, nō magno post tēpore ab Antipatro filio, cum vitam etiā p vbera materna deprecaret, occiditur. Causa parricidij fuit, q; post mortem mariti in diuisione inter fratres regni, propēsior fuisse Alexādro videbat, quod facinus eo grauius om̄ibus visum est, q; nullū maternæ fraudis vestigiū fuit. Ob hæc igitur Alexāder in vltionē maternæ necis, gesturus cū fratre bellū, auxiliū à Demetrio petit, nec Demetrius spe inuadēdæ Macedoniæ moram fecit, cuius aduentū veritus Lysimachus, psuadet genero suo Antipatro, vt malit cum fratre in gratiā reuerti, q̄ paternū hostē in Macedoniā admittere. Inchoatā igit inter frēs recōciliationē cum præsensisset Demetrius, per insidias Alexandrū interfecit, occupatoq; Macedoniæ regno, cædē apud exercitū excusaturus, in cōcionem vocat. Ibi priorē se petitū ab Alexandro allegat, nec fecisse se, sed occupasse insidias. Regē aūt se Macedoniæ vel ætatis experimētis, vel causis iustiorē esse. patrē eñ suū Philippo regi & Alexandro Magno sociū in om̄i militia fuisse, liberorū deinde Alexādri ministrū, & ad psequendos defectores ducē extitisse cōtra Antipatrū auum horū adolescentiū. Cassandrū vero patrē, extinctorē regię domus, nō fœminis, nō pueris pepcisse, nec cessasse quoad oēm

Demetrij & Ptolemęi cōgressus apd Zamā siue Calamam.

Reges se nominant successores Alexandri.

Demetri' à Macedonibus rex appellatur.

stirpem regiæ sobolis deleret. horum scelerum vltionē quia nequisset & ab ipso Cassandro exigere, ad eius liberos traslatā. per hæc mitigato populo, rex Macedoniæ appellatur. Lysimachus quoq; cū bello Doricetis regis Thracū premeret, ne eodē tēpore & aduersus Demetriū dimicare necesse haberet, tradita ei altera parte Macedoniæ, quæ Antipatro eius genero euenerat, pacē cū eo fecit. Igit Demetrius totis Macedoniæ viribus instructus, cū Asiā occupare statuisset, iterato Ptolemæus, Seleucus & Lysimachus societatē ineunt, adunatis exercitibus, bellum aduersus Demetriū transferūt in Europā. his comitē se & belli sociū iungit Pyrrhus rex Epiri. Dum hęc aguntur, Lysimachus generum suū regnū sibi ademptū cōquerentē interficit, filiamq; suā Eurydicen querelarum sociā in custodiā tradit, atq; ita vniuersa Cassandri domus, Alexandro Magno seu necis ipsius, seu stirpis extinctæ pœnas, partim cęde, partim supplicio luit. Demetrius quoq; à tot exercitibus circūuentus, cū posset honeste mori, turpiter se dedere Seleuco maluit. Lysimachus aūt qui Hellespontū regebat, post interfectionem generi & necē filij eius, assiduis parricidijs cruentatus, à militibus proprijs deseritur, qui ad Seleucū transeuntes, hortati sunt eū, vt Lysimacho bellū inferret. res fœdissimi spectaculi erat, duo quippe reges, quorum Lysimachus annorum erat 74. Seleucus aūt 77. regnādi cupidine cōcurrebant armis. Vltimū quidē hoc bellū Alexandri commilitonū fuit, quod ad exemplū humanæ miseriæ fuit reseruatū, quippe cum orbem terrarum extinctis iam 24. Alexādri ducibus, quasi soli possiderēt, angustos esse imperio suo totius mūdi terminos arbitrarent. Seleucus quippe capto iam ante Demetrio in* Sicilia, regnū Asiæ destruxit, & ex duobus vnū fecit. In hoc aūt bello Lysimachus, amissis vel interfectis prius xv. liberis ante hāc pugnam, postremus occisus est, sicq; Lysimachus solutio pugnæ Macedoniæ fuit. Sed nec Seleucus de tanta victoria impune lętatus est, quippe post menses septem à Ptolemæo, cuius sororē Lysimachus in matrimoniū habuit, p insidias circūuentus occidit, regnumq; Macedoniæ q̄d Lysimacho eripuerat, cū vita pariter amittit. iste tn̄ videt Ptolemæus Philadelphus fuisse. Hæc sunt inter parētes, filios, fratres ac socios, cōsanguinitatis societatisq; cōmercia, quibus orbē ab Alexādro celeriter acquisitū dilaniauerunt, & veluti opimā prædam à magno leone prostratā, auidi catuli discerpserunt, seq; ipsos cōsumpserunt. Anno igitur ab vrbe condita 431. olympiade 114. mortuo Alexādro, Ptolemæus Lagi filius regnauit Alexandriæ, id est, in Aegypto primus, annis xl. hic Lagi gregarij militis filius fuit, qui sua virtute patris humilitatē excedens, ex patricijs vnus Alexandro factus est, post cuius mortē Aegyptū Aphricamq; ac magnā Arabiæ partē successoribus reliquit suis, à quo & sequentes Aegyptij reges, Ptolemæi dicti sunt. hic primum Epirotarum regem populo Rom. inimicū, q Samnitibus opem tulerat, cōtra eos in regnum suū restituit, vnde à Romanis fuerat expulsus. deuictoq; Demetrio Antigoni filio, Asiæ minoris rege, portionē regni Syriæ Seleuco restituit, quā Antigonus abstulerat. ac per legatos Alexandrinos à se missos, sibi Romanorum amicitiam impetrauit, regno quoq; suo Syriā atq; Iudæam adiecit. de quo Iosephus sic ait: Nanq; hic etiam Hierosolymam depugnauit fraudibus & dolis, ciuitatem die sabbatorum ingressus sub specie sacrificij, nequaquā Iudæis resistentibus, qui cū sine labore ciuitatē apprædendisset, crudeliter eis dominabatur. Testis est Ouidius Sabatarcides, qui successorum Alexandri gesta describens, superstitionē nostram pro qua libertatē amisimus, exprobrauit, dicens: Est gens quæ Iudæa dicit, ciuitatē munitā magnā Hierosolymā detinens, quæ cōtempsit sub Ptolemæo constituta, dum arma capere deuitasset, & propter superfluam superstitionē sæuissimū dn̄m pertulit habere. Ptolemæus vero multos captiuos à montanis Iudææ, à Samaria & Garizi trahens in Aegyptū cōmigrauit. Sed cum cognouisset eos firmos iurisiurandi vel fidei cultores existere, cum Alexandro legationem ad eos mittenti sic respōdissent, Dario viuente cōtra eum arma nequaq̄ sumenda, & post Darij expugnationē multos ad castella deputauit, & pares cum Macedonibus Alexādriæ ciues statuit, fidemq; ab ipsis recepit, vt nepotibus suis societatem custodirent, cum & alij non pauci Iudæi sponte in Aegyptū venissent, opulentia locorum Ptolemæiq; munificētia inuitati, quorum nepotes seditiones cōtra Samaritas, dum suæ gentis patriam oblationē seruare festinarent, excitabant,* iam Hierosolymitę defendebant, dicentes suum templū sanctū existere. Legit tamē alibi Ptolemæus captos & abductos Iudæos in Aegyptū venditioni exposuisse, sicq; à negociatoribus diuersarum nationū per varios mundi angulos dispersi sunt, & ex his fuere illi, de quibus dicitur in Actibus apostolorum, q cōuenerant in Hierusalem viri religiosi ex omni natione quæ sub cœlo est, secundū Magistrū in historijs. Anno secundo regni Ptolemæi, Onias Iaddi pōtificis filius, patri in pōtificatu successit, sedit annis xvij. cuius sanctita

Demetrij deditio.

Seleuci casus.

Ptolemæus Lagi filius.

Subiecit sibi Iudæos Ptolemæus.

Iudæorum dispersio.

ctitate leges apud Iudæos rite custodiebant, quapropter etiã gẽtiũ reges ipsam ciuitatem & tẽpliũ maximis muneribus ornauerũt. In hac generatiõe Agathocles Siculus post Dionysiũ apud Siciliã tyrannidẽ exercuit. Is, vt Plutarchus & Iustinus volunt, ex humili sordidoq́ genere natus, patre videlicet figulo, nõ honestiorẽ pueritiam q̃ originem habuit, quia cũ forma corporis egregius esset, diu sui corporis stuprũ sustinuit. pubertate vero exacta, ad fœminas impudicas se transtulit, inde vitã etiã latrocinijs inficit. Interiecto deinde tp̃e Syracusas cõcedẽs, gregariã militiã sortitus est, qua nec minus in omne facinus promptissimus fuit, eo q̃ manu strenuus & ore facundissimus haberet. Breui postea ex cẽturione tribunus militũ factus, cõtra hostes pugnãs, magna suæ virtutis dedit Syracusanis experimenta, adeo vt in locum demortui ducis suffectus sit, cuius vxorẽ primo adulterio cognitam, post viri mortẽ accepit in coniugem, nec cõtentus q̃ de inope repente diues factus esset, sed etiã piraticã aduersus patriam exercuit. Bis eñ q̃ Syracusanũ imperiũ occupare tentasset, in exilium actus est, cui nõ multo post nõ modo pax à populo data, sed etiam prętor fuit cõstitutus. Qui potentissimos vrbis quosq; nobiles & omnẽ senatũ interfecit: societatem eñ cum Hamilcare duce Pœnorũ inijt, & ab eo acceptis quinq; millibus Afrorum, atq; ita veluti Reipub. statũ formaturus, populũ in theatrũ vocat: sic cõpositis rebus immissis militibus, populũ obsidet, senatũ trucidat, cuius peracta cæde, ex plebe locup, letissimos & peritissimos quosq; interficit. His ita gestis, militem legit, exercitumq́ cõscribit, quo instructus, finitimas ciuitates nihil hostile metuentes improuise aggredit. Contra Carthaginenses diutissime bellauit, & infinitos prostrauit. Ad postremũ vero in Italiam spe ampliãdi regni traiecit, sed reuerti paucis diebus interiectis vis morbi coegit. quo toto corpore cõprehensus, velut intestino singulorũ membrorũ bello impugnabatur, ex qua desperatiõe bellũ inter filiũ nepotemq́ ortũ, eius regnũ iam quasi mortui vendicantes, occiso filio, regnũ nepos occupauit. Igitur cũ morbi cura grauior esset, desperatis rebus, vxorẽ suam Theogenã, duosq́ ex ea paruulos cũ omni pecunia & regali instrumento nauibus impositos, Aegyptũ, vnde vxorẽ acceperat, remittit, timens eis, quanq̃ vxor diu, ne ab ægro diuelleret, deprecata est. Et cũ vtiq; sententia staret, discedẽtes paruuli flebili vlulatu amplexi patrẽ, ex altera parte vxor maritũ nõ amplius visura, fatigabat, nec minus senis lachrymę miserabiles erãt. Inter hęc regia om̃is, assistentiũ fletibus tam crudelis dissidij impleta. Tandẽ lachrymis finẽ necessitas profectionis imposuit, & mors regis proficiscentes filios secuta est. Dum hæc agunt, Carthaginenses occasionem sibi occupandæ insulæ datam rati, magnis viribus eo traijciunt, multasq́ ciuitates subigũt. Anno Ptolemæi Lagi xvij. Simon cognomento iustus, Oniæ põtificis filius, mortuo patre, põtificatum suscipiens, sedit annis xvi. hic propter pium cultũ & iustũ regimen, pronamq́ in suos ciues clementiã, Iustus est cognominatus. Anno deinde Ptolemæi xxxv. mortuo Simone, & Onia fratris filio adhuc paruulo, Eleazarus põtificatũ suscipit. sedit annis xvij. de quo aliquid sub Ptolemæo Philadelpho. In hac generatiõe anno ab vrbe condita 464. vt refert Orosius, Tarentini cũ viderent classem Romanorũ in mari prætereuntẽ, eam hostiliter inuaserunt, & quinq; tantũ nauibus per fugam elapsis, alias naues captas ad portũ suum trahunt, interficientes om̃es illos, qui ad bellum vtiles esse possent, alios vendiderunt. Missi ergo sunt legati à Romanis Tarentum, qui de iniuria conquererent, sed repulsi sunt & etiam iniuriati, & vt dicit Valerius, vnus eorũ respersus est vrina. His de causis ingens bellum exortũ est atq; indictũ. Samnites mox defecerunt aduersus Romanos, Lucani similiter & Messapij. Vnde Romani cõsiderantes, qui & quanti essent hostes, vltima necessitate coacti, proletarios, id est, eos q̃ prolis procreandæ causa vacationẽ habebãt, ad sumẽda arma coegerũt. Qui eñ pauperes erant in plebe, nec amplius q̃ mille quingenta æris impendebant, proletarij sunt appellati. Tarentini videntes se bellum vix sustinere posse, Pyrrhum Epirotarũ regem in ducem vocare statuerunt. Decreto igit̃ firmato, oratores cum donis ad Pyrrhum transmittunt non solum Tarentinorũ, verumetiã Italicorũ, qui dicerent se duce indigere. nam copias satis ingentes sibi in Italia affuturas. equitum eñ viginti, peditum 365. millia habiturũ. hæc non solum ipsum iam Pyrrhũ extulerunt, sed etiã Epirotas ad militiã promptiores fecerunt. Primus Aemilius consul cum copijs suis impetũ fecit in fines Tarentinorũ, igne & ferro omnia vastans. Plurima etiã oppida occupat. Erat quidã in Thessalia Cineas, vir magni ingenij, qui auditor Demosthenis fuerat. hic apud Pyrrhum magnam autoritatẽ habebat, de quo Pyrrhus dicere solebat, plures à Cinea oratione, q̃ à se armis vrbes esse partas. Hic Cineas Pyrrhũ ad Italiam inclinatũ cernens, occasionem dicendi nactus: Egregij quidẽ, inquit, bello Romani esse dicunt, multisq́; bellico-

Agathoclis mores.

Agathoclis exitus.

Tarentinorum cũ Ro. bellum.

Pyrrhus Tarentinorum dux.

ſis gentibus imperare. q̧ ſi eos ſuperare dij nobis dederint, quid tūc agemus Pyrrhe? Ad hæc Pyrrhus, de re haudquaquam obſcura, inquit, o Cinea percontaris: neq; barbara enim nobis, neq; Græca ciuitas illic reſiſtere valeret, Romanis ſuperatis, ſed haberemus cōfeſtim Italiā totā. Parumper cōmoratus Cineas, cūuero cū Italiā cepe-rimus, quid tunc agemus? Et Pyrrhus: Proxima dehinc Sicilia eſt, inſula felix & populoſa, capi facilis ob ſeditiones & diſcordias inteſtinas. Recte dicis, inquit Cineas, ſed an finis militiæ nobis erit Siciliā cepiſſe? Deus modo nobis victoriā præſtet, ait ille rurſum: nam his veluti prçludijs vtemur. quis eñ ſe à Libya abſtineat & Carthagine, quā nup Agathocles, clam ex * Syracuſanis profectus, prope ceperat? his aūt deuictis, nullus nobis reſiſteret hoſtis? Ita eſt, inquit Pyrrhus. Tunc Cineas: cōſtat eñ q̧ & Macedoniā recuperare, & totam Græciā cū potentia licebit capere. Sed victis omnibus his ac ſubactis, quid faciemus tandē? Pyrrhus ridens, ociū, inquit, agemus, mutuo ſermone lætitiaq; pfruemur. At quid vetat, inqt Cineas, o rex, q̄ minus nunc iſta lætitia & feſtiuitate & ocio perfruamur? Adeſt quippe nobis ſine labore facultas eorum, ad quæ per ſanguinem & multas moleſtias peruenire conamur. His Cineas verbis turbauit potius regē, q̄ ab incepto retraxit. Hæc Plutarchus. Tarentinis aduerſus Romanos laturus auxilium Pyrrhus, ab Antigono naues ad exercitū deportandū mutuo petit, ab Antiocho pecuniā, à Ptolemæo Macedonū militum auxilia, qui quinq; millia peditum, equitum quatuor, elephantes quinquaginta nō amplius q̄ in biennium vſu dedit. Ob hoc Pyrrhus filia Ptolemæi in matrimoniū accepta, vindicem eum regni reliquit. Sed quoniā vt Iuſtinus ait, ad Epiri mentionē ventū eſt, de origine regni eius pauca narrāda ſunt. Moloſſorum primū in ea regione regnū fuit, poſt Pyrrhus Achillis filius, amiſſo pro abſentia Troianis tēporibus paterno regno, in his locis cōſedit. Succeſſor huic Piales filius fuit, p ordinē deinde regnū ad Ariſbam deſcendit, huius filius Neoptolemus fuit, ex quo nata eſt Olympias mater Alexādri Magni. Et Alexāder q poſt eū regnū Epiri tenuit, & in Italia bello in Brutijs perijt, poſt eius mortem frater Aeacides regno ſucceſſit, qui propter aſſidua bella in exiliū actus eſt. Qui Pyrrhū filiū admodū paruulū in regno reliquit, & cū ob odiū patris ad necē quçreretur, ſubtractus in Illyrios defert, traditusq; eſt Beroç Glauci regis vxori nutriendus, quæ eiuſdē generis erat. ibi cum ſeu miſericordia, ſeu infantilibus blandimētis inductus rex, aduerſum Caſſandrū Macedoniæ regē, qui eū belli cōminatiōe depoſcebat, diu ptexit, addito in auxiliū etiā adoptiōis officio, qbus rebus moti Epirotæ, odio in miſericordiā verſo, annorum xi. eum in regnū reuocarūt. Fiunt aūt in Pyrrho tremendi magis q̄ moderati principis adſpectus, nec plures habuit dentes, ſed vnū atq; integrum os, deſup quaſi leuibus rimulis in dentiū figurā diſtinguebat. Splene laborantibus mederi videbat, ſi ſupinos illos premeret pede dextro. ſiquidē ferūt infuiſſe digito maiori eius pedis vim diuinā. Cū eñ mortui reliquū corpus crematū eſſet, digitus ille integer illæſusq; ab igne pmanſit. Poſt adoleſcēs multa bella geſſit. ferūtq; Antigonū interrogatū, qs ducū ſibi optimus videret, reſpōdiſſe, Pyrrhū ſi ſeneſceret. ſed poſtea Hannibal oīm oīno ducū primū peritia & ſagacitate fuiſſe dixit Pyrrhū. tātus itaq; rerum ſucceſſu cœptus eſt haberi, vt Tarētinos ſolus aduerſus Ro. tueri poſſe videret. Igit Pyrrhus nō tam ſupplicū precibus, q̄ ſpe inuadendi impij Italiæ inductus, relicto cuſtode regni filio Ptolemæo, annos xv. nato, Alexādro & Heleno paruulis filijs in ſolatia lōginquçſecū expeditiōis abductis, quaſi cognatā Grçciç ciuitatē vindicaturus, totas vires Epiri, Theſſaliæ atq; Macedoniæ, elephantos etiam vſq; ad id tempus Romanis inuiſos, numero xx. in Italiā aduexit. Hic cū Delphici Apollinis cōſuluiſſet oraculū, ambiguū dedit reſponſum: Aio te Aeacida Romanos vincere poſſe. tunc primū Romani cū tranſmarino hoſte dimicauerūt. Pyrrhus cū primū Tarentū intrauit, vidēs populū ſua ſpōte nec ſeruare ſeipſum, nec ſeruari poſſe, ſed tanq̄ illo propugnaturo, domi ſedere, balneis cōuiuijsq; indulgentē, clauſit deambulatoria in qbus verbis militabāt, potus vero & laſciuias intēpeſtiuas inhibuit: delectum habuit ita acrem, vt multi imperiū ferre inſueti, ex vrbe migrarēt, ſeruitutē vocātes nō viuere ad voluptatem. Miſſus eſt aūt cōtra Pyrrhum conſul P. Valer. Leuinus, qui cū exploratores Pyrrhi cepiſſet, eos iuſſit per caſtra duci, oēmq; exercitū oſtēdi, ſicq; dimitti, vt renunciarent Pyrrho quæ vidiſſent. Cōmiſſa itaq; pugna, cōſumpta eſt dies grauiſſimo certamine, oībus vtrinq; mori paratis, fugere neſcijs. Introductos aūt inter currētia agmina elephātos, forma truces, odore graues, mole terribiles, vt viderunt Ro. nouo pugnādi gñe circūuēti & territi, maximeq; pauitātibus eqs, diffugerūt. Finis pugnç noctis beneficio impoſitus eſt. Leuinus tñ per noctem fugit. Ro. victos fuiſſe turpis fuga prodidit. Dionyſius non multo pauciores xvi. millibus ab Ro. cecidiſſe ſcribit, ex his autem

Auxilia Pyrrhi.

Epirotarū regnum.

Ro. cædes.

aũt qui cum Pyrrho erãt,15.millia.Ro.castra Pyrrhus cepit,& vrbes sociorum ac regionem multã depopulatus est.Ex Ro.mille & 80.viros cepit, quos tñ summo honore tractauit,occisos sepeliuit,quos cum aduerso vultu trucique adspectu etiã mortuos iacere vidisset,tulit manus in cœlum,dicens,se totius orbis dñm esse potuisse,si tales milites sibi cõtigisset habere,cuius victoriæ titulũ affigẽs tẽplo Tarẽtini Iouis, ita scripsit in eo: Qui inuicti ante fuerant, pater optime Olympi, hos ego pugna vici, victusque sum ab eisdem.quem cum sui increparẽt,cur se victum diceret,responsum dedit:Si iterum eodem modo vicero,sine milite reuertar in Epirum. Supplemento igitur habito, nulla mentio pacis à Ro.facta est,q̃ res Pyrrhũ in admirationem conuertit.visum est ergo Pyrrho,vt prior ad eos mitteret,experiret an pacem vellent. non enĩ esse p̃sentis potentiæ,Romam capere posse, ratus pacem gloriosam sibi post victoriã iam partam fore. Missus itaque Cineas à rege,qui cum primoribus ciuitatis locutus est,dona ipsis & vxoribus eorum afferẽs.accepit aũt nemo,sed responderũt oẽs viri mulieresque,si pax publica fieret,& sua oĩa regi offerre.In senatu vero multa p̃clare & humaniter dicta sunt à Cinea,cum & liberationem captiuorum, & auxilium ad subigendã Italiã Pyrrhus offerret,ac pro his nihil aliud q̃ amicitiã sibi,Tarentinis securitatẽ postularet.Et constabat senatum ad pacem inclinari,victum iam semel magno p̃lio, & ob addita Pyrrho ex his,qui à Ro.modo defecerant,supplementa.Tum Ap.Claudius vir amplissimus,senectute & cæcitate iam à senatu dimissus, hæc audiens, fecit se in senatũ lectica duci. q̃ introducto,factum est silentiũ,ille aũt vbi suo loco cõstitit, ita dicere orsus est:Antea P.C.hanc meã orbitatẽ oculorum moleste ferebã,nunc aũt doleo quod nõ surdus etiam sum,ne turpes cõditiones pacis,quæ gloriam vrbis subuertunt,audirem.vbi est illa iactantia q̃ audire solebam,si Magnus Alexander in Italiam veniẽs, nobiscũ manũ conseruisset,nequaq̃ vt inuictus gloriam habuisset,sed vel fuga,vel morte,maius huic vrbi nomen reliquisset? Pyrrhum formidatis, qui nũc non magis Tarentinis auxilium ferens,q̃ hostes domi fugiens,in Italia versatur,ausus profiteri principatum in Italia cum hac potentia,q̃ ad paruã Macedoniæ partẽ cõseruandã sufficere nõ valuit. Non aũt hũc remouebitis,si amicũ feceritis, sed alios inuitabitis, si non pœnã eorum q̃ cõtra nos fecit,luẽs,sed mercede accepta abibit.Hæc Claudij verba reduxerũt senatũ,remãdatumque Pyrrho est à senatu,eum cum Ro. nisi ex Italia recessisset,pacẽ habere non posse.Eo aũt recedente,tunc si vellet,de amicitia verba faceret.Cineas ad Pyrrhũ reuersus,q̃situs q̃lem Romam cõperisset, Cineas dixit videri sibi senatum regum cõsessum,scilicet tales illic fere oẽs esse,q̃lis vnus Pyrrhus apud Epirotas.Cineam vero admirabili vi memoriæ p̃cipue cõmendant,quod & senatorum noĩa vno die p̃censere didicisset.Post hæc legati ad Pyrrhũ pro redimẽdis captiuis missi sunt, inter quos C.Fabricius fuit,quem Cineas dixit maximũ apud Ro.nomẽ habere,pauperẽ tñ esse.Hunc igitur rex seorsum vt acciperet pecuniã,rogabat,non ob aliquam turpẽ causam,sed hospitalitatis & amicitiæ causa.Renuẽte aũt Fabricio,non destitit.altero aũt die iussit,dum simul loquerent,maximum elephantũ post aulæa cõstitui,atque tum subito aulæis sublatis,elephas ex improuiso conspectus,proboscidẽ sup caput Fabricij extulit,& terribilem vocem emisit.At Fabricius leuiter subridens,inquit:Nec heri aurum, nec me hodie bestia p̃mouit.In cœna aũt apud regẽ cum de Epicuri opinionibus dissereret Cineas, more ingenij sui,non esse scilicet dijs mortalium curam, atque multa fere huiusmodi, Fabricius,vtinam,inquit,hæc Pyrrho & Samnitibus cordi sint,q̃diu aduersus nos bellum gerunt.sic itaque virum rex admiratus,magis ac magis optabat pacem.priuatim Fabricium rogauit,vt facta pace,vnã secum regnare vellet. Ad hæc Fabricius submissa voce respondisse:At ne hoc quidem tibi o rex conducit.illi enim qui te nunc admirantur &colunt,si me experiantur,à me potius q̃ à te regi optabunt.Pyrrhus non superbe verba Fabricij suscepit,magnitudinem animi ipsius ad amicos protulit.Secunda pugna inter Ro.& Pyrrhum facta est in Apuliæ finibus,P.Sulpitio & Decio consulibus,in qua pugna Pyrrhus brachio confixus,saucius prior e bello secessit,elephanti capti,20.millia hostium cæsa,&ex Ro.tm̃ q̃tuor millia.Pyrrhus Tarentum fugatus est.Interiecto anno,cõtra Pyrrhũ Fabricius missus est. tum in vicina parte castra ipse & rex Pyrrhus habuere.medicus Pyrrhi ad eũ nocte venit,promittẽs veneno se Pyrrhum occisurum,si sibi aliquid polliceretur.Hæc Pyrrho p̃scribuntur à Coss.suntque vera inuenta q̃stione.Eius beneficij gratia captiuos oẽs sine precio Romã misit.tũc Ro. iusserunt oẽs captiuos quos Pyrrhus reddiderat, infames haberi, quod armati capi potuissent,nec ante eos ad veterem statum reuerti,q̃ sibi notorum hostium occisorum spolia retulissent. Inter has difficultates legati Siculorum superueniunt, tradentes Pyrrho totius insulæ imperium,quæ assiduis Carthaginensium bellis vexabatur.

Cineas Pyrrhi legatus.

Ap Cia… orõ.

Fabricij cõstantia.

De medico Pyrrhi.

Pyrrhus in Siciliam accersitur.

Itaq; relicto Alexandro filio, firmatisq́ ciuitatibus valido p̄sidio, in Siciliā exercitū traiecit. iā em̄ Agathocles excesserat rebus humanis. Cumq́ Syracusas venisset, multasq́ ciuitates subegisset, rex Siciliæ, sicut & Epiri, appellabat: quarum rerum felicitate læt⁹, Heleno filio Siciliæ velut auitū, (nam susceptus ex filia Agathoclis regis erat) Alexādro aūt Italiæ regnū destinat. post hæc multa secunda p̄lia cōtra Carthagineñ. fecit. Interiecto deinde tēpore, legati ab Italicis socijs venere, nunciātes Ro. resisti non posse, deditionemq́ futurā, nisi subueniat. anxius tam ambiguo periculo, incertusq́ quid ageret, vel qbus primū subueniret, in vtrūq; pronus cōsultabat. Quippe instantibus hinc Carthagineñ. inde Ro. p̄iculosum videbatur, exercitum in Italiam non traijcere: periculosius, à Sicilia deducere, ne aut illi lata non ope, aut hi deserti amitterentur. In hoc æstu periculorum tutissimus portus consiliorum visus est, oībus viribus decernere in Sicilia, & profligatis Carthaginensibus, victorem exercitum transponere in Italiam. Itaq; cōserto prelio, cum superior fuisset, qm̄ tn̄ à Sicilia abiret, pro victo fugere visus est, ac propterea socij ab eo defecerūt, & imperium Siciliæ tam cito amisit, q̄ facile q̄sierat. Sed nec in Italia meliore felicitate vsus est. veniēs in Italiā, oībus copijs bifariam diuisis, & partim in Lucaniam missis, vt alterum consulem demoraretur, ipse contra M. Curium apud Beneuentum castra habentem, exercitum duxit. Curius collegæ aduentum expectabat, sed præparabat Pyrrh⁹ ante eum opprimere. necessitate ergo cogente, Curius castra egressus, primos inuadit, eosq́ in fugam vertens, oēs contriuit, & q̄dam ex elephantis capiuntur, q̄ res victoriam Romanis tradidit. Pyrrhus sex annorum tempore in illis absumpto, & rebus quidem attenuatis, ex illo bello tractus est, reuertiturq́ in Epirum cum octo millibus peditum & quingentis equitibus. Admirabilis vtriusq; rei casus. nam sicut ante secunda fortuna, rebus supra vota fluentibus, Italiæ Siciliæq́ imperium & tot de Romanis victorias attraxerat, ita nunc aduersa, velut in ostentationem fragilitatis humanæ, destruens quæ accumulauerat, Siciliēsi ruinæ naufragium maris & fœdam aduersus Romanos pugnam, turpemq́ ab Italia discessum adiecit. Post profectionem à Sicilia Pyrrhi, magistratus Hiero creat̄, cuius tanta moderatio fuit, vt cōsentiente oīm ciuitatum fauore, dux aduersus Carthagineñ. primū, mox rex crearetur. genitus erat patre Hieroclyto nobili viro, cuius origo à Gelo antiquo Siciliæ tyranno manabat, sed ex ancilla natus, & propterea à patre expositus fuit, sed paruulum apes congesto circa iacentem melle, multis diebus aluere, vti humanæ opis indigentem. Ob quam causam pater paruulum recolligit, om̄iq́ studio ad spem maiestatis instituit. prima bella ineūti aquila in clypeo, noctua in hasta cōsedit: quod & consilio cautum, & manu promptum ostendit. pulchritudo illi corporis insignis, vires q̄q; admirabiles fuere. in alloquio blādus, in negocio iustus, in imperio moderatus prorsus. Ad Pyrrhū redeo. reuersus in Epirū, statim fines Macedoniæ inuadit, cui Antigonus cum exercitu occurrit, & vincitur, in fugamq́ conuertit̄. Macedoniā Pyrrhus in deditionē accepit. Antigonus aūt cum paucis Thessalonicā se recepit, vt inde cōducta Gallorum manu, bellū repararet. Et rursus à Ptolemæo Pyrrhi filio funditus victus est. Pyrrhus in tāto fastigio collocat⁹, Græciæ Asiæq́ regna meditat̄. primū bellū aduersus Spartanos fuit. ibi Ptolemæū filium amisit. repulsus à Spartanis, Argos petit, intra quā vrbē prorumpēs, inter cōfertissimos violētissime pugnās, saxo iactato occidit̄. Plutarchus refert saxū anum pauperē e domo in Pyrrhū tuēdi filij causa misisse. mortuo Pyrrho, caput illius Antigono refert̄, q victoria moderate vsus, filiū Pyrrhi Helenū cū Epirotis sibi deditū, in regnūdimisit, eiq́ insepulti patris ossa in patriā referēda tradidit. Satis em̄ cōstat inter oēs autores, nec eius nec superioris ætatis vllū regē comparandum Pyrrho fuisse, aut vitę sanctioris, aut iustitiæ probatioris visum fuisse: scientiam certe rei militaris in illo tantam fuisse, vt cum Lysimacho, Demetrio, Antigono, tantis regibus bella gesserit, inuictus semp extiterit, Illyriorum quoq; & Siculorum, Romanorum & Carthaginensium bellis nunq̄ inferior, plerunq; etiā victor extiterit, qui patriam certe suam angustā ignobilemq́, fama rerum gestarum & claritate noīs sui illustrē reddiderit. In hac etiam gñatione Brennus ductor Gallorum, & vrbis Romæ expugnator, occubuisse fertur. nam, vt Iustinus refert, conditis in Italia vrbibus, de quibus supra dictum est, dimissa Italia, cum multo milite Asiam intrauit, illamq́ velut examen apum impleuit. Præcessit aūt eum Gallorum portio, qui duce Belgio nationes om̄nes inuaserunt, tantusq́ terror Gallici nominis ibi fuit, vt lacessiti reges, pacem ingenti pecunia mercarentur. Ptolemæus vero Macedoniæ rex ausus illi occurrere, victus est, & multū saucius, captus est, cuius caput amputatū, ad terrorē hostiū circūlatum fuit tota acie lancea infixū. Nec multo post, nemine prohibēte, vniuersam Macedoniā vastauere. ante em̄ domitis Pannonijs, cum finitimis per multos annos

Pyrrhi strages ad Beneuentum.

Pyrrhi interitus apud Argos.

Brēnus dux Gallorum.

nos varia bella gessere. Sed tandem superueniente Brenno, audita victoria suorum, quam Belgio duce Macedonas vicerant, & ipse irrumpit. Tunc spoliatis hominibus, etiam deorum templa Galli aggressi sunt. sed dum Apollinis ædem apud Delphos spoliare cœpissent, partim terræ motu obruti, partim grandine & frigore dissipati, reliqui ab accolis vsque ad internecionem cæsi sunt. Brennus autem eo in prælio vulneratus, cum dolorem ferre non posset, pugione vitam finiuit. quo mortuo, Gallorum reliquiæ nonnulla Asianorum loca postmodum occuparunt. vnde ab ipsis Gallis Galatia & Gallogræcia dicebatur. de hoc & alijs Brenni gestis Gotfr. Viterbien. quoque scribit. tempora tamen victæ à se Romæ ac mortis, non bene consonant. In hac quoque generatione, prout dictum est, post Alexandri fata quatuor regna esse cœperunt: Alexandriæ seu Aegypti, Syriæ, Macedoniæ, & Asiæ, quod tamen mox in Demetrio Antigoni filio defecit. In regno Alexandriæ primus post Alexandrum, qui Alexandriam condidit, regnauit Ptolemæus Lagi filius, qui & Soter, à quo sequentes reges Aegypti, Ptolemæi dicti sunt, secundus Ptolemæus Philadelphus, prioris Ptolemæi filius, cui tertio loco successit Ptolemæus Euergetes frater Philadelphi, huic quarto successit Ptolemæus Philopater, deinde successit Ptolemæus Epiphanes, cui successit Ptolemæus Philometor, cui successit Ptolemæus Euergetes, huic Ptolemæus Phiscon, qui & Soter, hic pulsus est regno, quia filium fratris occidit. deinde Ptolemæus Alexander frater Soteris regnauit, hic regno pellitur, quia matrem occidit. post hunc Ptolemæus Phiscon, qui regnauit secundo. post illum Ptolemæus Dionysius, hic sororem Cleopatram habuit, qui & Pompeium occidit, naufragio ipse periit. Cleopatra soror & vxor Ptolemæi, à serpente periit, & sic regnum Ptolemæorum defecit. In Syria post mortem Alexandri primus regnauit Seleucus. hunc refert Appianus Græcus, Alexandrum inter pedites secutum, & cum ex labore deficeret, apprehensa equi cauda insequi perseuerauit. At cum forte telo Alexandri vulnus accepisset, effusoque sanguine, ferunt diademate proprio Alexandrum obligasse vulnus, & diadema ex cruore fœdatum esse. ob hæc Alexandrum dixisse, regem illum futurum, verum cum maximo labore regnaturum. quod & verissimum fuit. Nam post regnum adeptum & multas in eo pugnas, octogenarius per insidias occisus est. hic condidisse dicitur Seleuciam, Antiochiam, Laodiceam, Apameam, Edessam, Berenicem & Pellam. post eum regnauit filius eius Antiochus Soter, ab illo omnes Syriæ reges cognominati sunt Antiochi. tertius illi successit Antiochus Theos, Seleucus Callinicus cum fratre Antiocho. post hunc regnauere Antiochus Magnus & frater eius Seleucus Ceraunus filij Seleuci. deinde Seleucus Philopator filius magni Antiochi, post patrem regnauit. post hunc Antiochus Epiphanes frater. successit illi Antiochus Eupator filius. hunc occidit Demetrius filius Seleuci, & post eum regnauit. hunc occidit Alexander filius Antiochi, & regnauit. hunc Ptolemæus Philometor rex Aegypti occidit. Demetrius filius Demetrij post illum regnauit. post hunc Antiochus filius Alexandri, hunc occidit Trypho. Alexander filius Antiochi post illum regnauit, hunc occidit dux. deinde Antiochus Pius filius Demetrij regnauit, & in Parthia occiditur. post hunc Antiochus Sedetes filius regnauit, hic de regno fugatur. Demetrius frater Antiochi post hunc regnauit, hunc Alexander rex Syriæ & Asiæ occidit. Tandem res ad Antiochum, qui Eusebius cognominabatur, deuenit. hunc vicit Pompeius, regnoque pepulit. atque is est Seleucidum imperio finis, quod fere per 270. annos durauit. Macedoniæ regnum post Alexandrum Magnum obtinuit Philippus, qui & Arideus, frater Alexandri, regnauit annis 7. Post hunc Cassander regnauit annis 19. Post eum Antigonus & Alexander filij regnauerunt annis 4. Post illum Demetrius reg. annis 6. post illum Lysimachus annis 6. reg. Ptolemæus Ceraunos, Meleager, Antipater, sicut & Pyrrhus, mensibus certis regnaue re. Sosthenes regnauit annis 2. post hunc Antigonus reg. annis 36. hic Pyrrhum superauit. Demetrius regnauit post illum annis 10. post hunc Antigonus regnauit circiter 15. postea Philippus reg. annis 42. Perseus filius Philippi reg. Macedoniæ annis 10. hic vnà cum regno in Romanorum potestatem deuenit 153. olympiade. Asiæ regnum Antigonus accepit, reg. annis 18. huic successit Demetrius eius filius, reg. annis 17. hic superatus in bello, Seleuco se dedit, qui regnum Asiæ destruxit, & ex duobus Asiæ & Syriæ, vnum imperium fecit. Floruerunt in hac generatione viri celebres, Hyperides vnus e decem oratoribus, Demosthenis æmulus, plura apud Plutarchum in eius vita leges. Demades orator Athenien. Alexandro restitit, cum aduersus Athenas contenderet. huic dicebat Antipater, cum in luxu senuisset, nihil sibi præter linguam & ventrem superesse. Theophrastus Lesbius scholæ Aristotelis successor, Euphrastus primum, deinde Theophrastus ob eloquentiæ laudem vocatus, eius opera quoque extant nonnulla hodie, scripsit enim pene innumera. Menander Atheniensis poeta comicus, cuius nil præter versiculos quosdam sparsim extat, scripsit autem & soluta oratione.

Regnum Aegypti.

Regnum Syriæ.

Regnum Macedoniæ.

Regnum Asiæ.

Phile

Philemon Syracusanus poeta comicus risu perijt. nam cum ei ficus ad cibum paratæ in conspectu forent, asello eas comedente, puerum aduocauit vt asinam abigeret. sed is tardius cum superuenisset, comestasq́ omes videret, vrbanissime ait: Et nūc da merum asello. quo audito, risu diffluens perijt.

GENERATIO LVIII.

ANno 4920. ab exordio mundi, ab vrbe vero condita 470. olympiade aūt 124. mortuo Sadoc, successit illi Achim filius per lineam Christi, in q̄ numerat 58. generatio, durauit annis 47. Eodem anno Eleazaro pontifice Iudæorū, Ptolemæus Philadelphus Lagi filius minimus, cōtra ius gentiū regnare cœpit. Cuius non minor in accipiendo regno fauor, q̄ patris in tradendo fuit. Inter cætera (vt Iustinus tradit) patris & filij mutuæ pietatis exempla, etiā ea res amorē populi iuueni cōciliauit, q̄ pater regno publice ei tradito, priuatus officiū regi inter satellites fecerat, omniq́ regno pulchrius, regis se esse patrē, duxerat. regnauit aūt Alexandriæ annis 38. Hic oīm scientiarū doctissimus, Stratonē philosophū p̄ceptorem habuit. bibliothecā instituit, sup quam Demetrius Phalereus apud Græcos orator & philosophus cōstitutus erat, qui dum studeret oīa p vniuersam terram inuenta cōgregare volumina, interrogatus à rege quot millia librorū haberet, rñdit, viginti millia, sed scito ad qnquaginta millia posse puenire: dicésq́ nunciatū esse sibi apud Iudæos multa haberi bibliotheca regali digna, psuasit regi, adnitēte Aristeo q̊dam regis amico, vt ad Eleazarū pontificē Hierosolymā mitteret, rogās vt sibi viros legē sciētes destinaret, q eam in Græcā linguam transferrēt. Et interpellatus pōtifex, regi 70. viros in lege doctissimos trāsmisit. illi vero Alexandriam ducti, & à rege benigne suscepti, Demetrio sunt commendati. qui duxit eos in domunculas secretas, vbi per 72. dies oēm legem disertissime transtulerunt. Quibus diebus transactis, congregauit oēs Iudæos Demetrius, & præsentib⁹ interpretibus legit. Cumq́ multitudo interpretationē laudasset, gauisus est rex voluntatē suā esse pfectam, & relectis legibus, sensum & sapientiā earū obstupescens, dixit ad Demetrium, admirari se q̄ nemo historiographus nec poeta Græcus eiusdē legis meminisset. Cui Demetrius rñdit, neminem ausum fuisse conscriptionē eius tangere, eo q̄ diuina esset, addens q̄ Theopompus volens in historia aliquid de his scribere, mente sit turbatus plus q̄ 30. diebus, donec inde sibi dementiam factam suspicatus esset somnio admonitus, q̄ hoc ei accidisset, quia leges diuinas scrutat⁹, ad impuros hoīes eas ferre voluisset. cumq́ scribere quieuisset, recepit sensum. referebat etiam de Theodecto tragœdiarum poeta, qui cum nisus fuisset in aliquo earum meminisse, obscuratis oculis, recognouit causam suæ cæcitatis, & ita liberatus est à passione, Deo veniam largiente. His auditis exhilaratus rex, remisit eosdem seniores cum honore, donās vnicuiq́ eorū stolas optimas & auri talenta duo, & calicem vnius talenti. principi aūt sacerdotū Eleazaro destinauit lectos decem cum argenteis pedibus, & conuenientem eis supellectilem, & calicem talentorum 30. & stolas decem, & purpuram, & coronam decoram, & lineas de bysso centum, præterea & pateras, & trullam, & libatoria, & crateras aureas duas deuouendas. Oēs insup Iudæos quos in Aegypto captiuos inuenit, liberos esse pmisit, ac à dñis sua impensa redemit. Abeuntes aūt interpretes, & à rege Asiæ honorati sunt. nam Seleucus Nicanor in ciuitatibus quas per Asiam ædificauerat, & in inferiore Syria, & in ipsa metropoli Antiochia, repub. sua dignos eos fecit, & æquum eis honorem cum habitatoribus Macedonibus & Græcis deputauit. De hoc Ptolemæo refert Iustinus: Cum Seleucus, vt supra dictum est, solus de Alexādri Magni milite superesset, post mēses septem ab hoc Ptolemæo p insidias circūuentus occidit, regnūq́ Macedoniæ, quod Lysimacho eripuerat, cum vita amisit. post hæc Ptolemæus Lysimachi filios conciliare statuit, nuptiasq́ Arsinoæ sororis suæ, matris eorum, petit, puerorum adoptione promissa, vt cum in locum eorū successisset, nihil ei moliri vel verecundia matris, vel appellatione patris auderēt. timebat tñ qa Antiochus Theos, Antiochi Soteris filius, bellum contra eum habuit, & totis Babylonicis atq; oriētis viribus dimicauit. q̄re volēs molestū certamē finire, cum ipse tñ haberet magnas copias, filiā suam Berenicen Antiocho dedit vxorem, qui de viuente adhuc vxore Laodice duos habebat filios, Seleucū qui cognominabat Callinicus, & Antiochum. Antiochus aūt dicebat Berenicē se velle vxorem habere & regni consortem, Laodicen vero concubinæ loco. Ptolemæus itaq; metu deposito, impium & facinorosum animū ad domestica scelera cōuertit, insidiasq́ Arsinoæ sorori suæ struit, qbus & filijs illius vitam, & ipsi Cassandram vrbem tollit. primus ei dolus fuit, simulato amore sororem in matrimonium ducere. Quid plura? induxit Arsinoen præstita fide sibi & filijs omnibus, vt maritum & patrem deceret, adesset. nuptiæ deinde magno apparatu celebrantur. Capiti soro-

Ptolemæus philadelph⁹

Bibliotheca Alexādriæ.

Septuagīta interpretes.

Ptolemæus Arsinoen sororem ducit vxorem.

sororis rex diadema imponit,reginamq́; eam appellat, quo nomine in lætitiam effusa Arsinoe,virum in vrbem suam Cassandram inuitat,ibiq́; filios suos Lysimachū 16. annos natum,Philippum triennio minorē,vtrunq; forma insigni, occurrere iubet,q̄s Ptolemæus amplexus,osculis diu fatigat.vbi vero ad portā ventū est,occupari arcē iubet,pueros interfici.qui cum ad matrē cōfugissent,in gremio eius trucidant̄.Arsinoe pro filijs se sæpe opposuit.ad postremū spoliata etiā funeribus filiorum,scissa veste & crinibus sparsis,ex vrbe protracta,Samothraciā in exiliū abijt,eo miserior,q̄ mori cum filijs ei non licuit.Sed nec Ptolemæo inulta scelera fuerūt: qppe breui post Galli duce Belgio legatos ad Ptolemæū mittūt,offerentes pacē,si emere velit.Sed Ptolemæus belli metu pacē Gallos petere gloriatus est,nec minus ferociter se legatis,q̄ inter amicos iactauit, aliter se pacē daturum negando,nisi principes suos Galli ei obsides dederint,& arma tradiderint.q̄ legatiōe renūciata,risere Galli vndiq; acclamātes. Interiectis paucis diebus,p̄lium conserit̄.victi Macedones cædunt̄,Ptolemæus multis vulneribus saucius capit̄,caput eius lancea fixum circunfert̄, vt & supra dictum est. Antiochus vero Theos post multum tēporis superatus amore,Laodicen cum liberis suis reduxit in regnum.q̄ metuens ambiguum viri animū,ne Berenicen reduceret,virum p̄ ministros veneno interfecit.q̄ mortuo,cum in locū eius Seleucus successisset,hortante matre Laodice,Berenicen nouercā suā cum paruulo fratre ex eo suscepto interficit.Mortuo vero Ptolemæo Philadelpho,Ptolemæus Euergetes filius successit,regnauit Alexandriæ 26.sub hoc Iesus filius Sirach librum suum scripsit.Euergetes cum Syriā & Asiæ partem p̄uastaret,reuexit deos Aegyptiorum à Persis,q̄s Cambyses inter spolia trāsuexerat. Quo etiā tēpore mortuo Eleazaro summo pōtifice, successit in pōtificatu Onias filius Simonis iusti,licet aliq̄ velint post Eleazarum pontificatū tenuisse Manassen fraterē Iaddi.Ad Euergetē redeo,hic post mortē patris Philadelphi, pro vltione occisæ sororis, cum magno exercitu intrauit prouinciā regis Seleuci Callinici,q̄ cum matre Laodice regnauit,& cepit Syriā & Ciliciā,& superiores partes trans Euphraten,& oēm pene Asiam.Seleucus desperans,ad Antiochū fratrē mittit,& auxiliū implorat.Antiochus aūt annos 14.natus,supra ætatē regni auidus,latronis more totum fratri eripere cupiens,virilem sumit audaciā,vnde Gallorum mercenario exercitu fratrē inuadit.Quo victo,& in Antiochū verterūt arma Galli,qppe qui fidem atq; p̄fidiam iuxta æstimabāt, sed ab his se auro redemit Antiochus,velut à p̄donibus. Interea Eumenes Bithyniæ rex Asiā inuadit,à q̄ victus Antiochus, ad Ptolemæū hostē, cuius fidē tutiorē q̄ fratris aut soceri putabat,profugit,vbi à Ptolemæo arctissima custodia seruatus est.Hinc q̄q; Antiochus opera cuiusdā meretricis adiutus,deceptis custodibus labit̄, fugiensq́; à latronibus interficitur.Seleucus q̄q; eisdem ferme diebus amisso regno,equo p̄cipitatus moritur.sic fratres q̄si & germanis casibus exules ambo post regna,scelerum suorum pœnas luerunt.Anno ab vrbe condita 477.obscura & dira prodigia vel visa Romæ,vel audita sunt:lupi tres ante lucē ingressi vrbem,semesum cadauer intulerūt,Orosio autore.Anno ab vrbe condita 477.vt Eutropius ait,cum iam clarum vrbis Romæ nomen esset,arma t\=n extra Italiam mota non fuerūt.vt igitur cognosceret̄,quæ copiæ Rom. essent,census est habitus,& inuēta sunt ciuium capita,272.millia,trecenta 34. Semina belli Punici prima Tarentini iecerunt.nam audita morte Pyrrhi regis,petierunt auxilium à Carthagineñ.& habuerūt.Quo facto,ab his fœdus inter eos violatum est.deinde Ro.Ap.Claudium consulem Mamertinis auxilia poscentibus contra Hieronē Syracusanorum regem & Pœnorum copias,quas rex ipse conduxerat,in Siciliam miserunt,qui tam celeriter eos vicit,vt ipse rex magnitudine perterritus,ante se victum q̄ cōgressum fuisset,prodiderit:& cum omni nobilitate Syracusanorum pacē à Ro.impetrauit,deditq́; argenti talēta ducēta,Eutropio autore. Hannibal vero senior,dux Pœnorum,in Agrigento ciuitate Siciliæ obsidione cinctus à Ro. ad summā egestatē p̄ductus esset,nisi Hanno nouus imperator Carthagineñ.mille qngētis eqtibus,& 30000. peditum,& 30. elephantis superueniens,expugnationem ciuitatis paulisp distulisset, sed continuo capta est,Pœniq́; victi & fugati sunt.Hannibal cum paucis euasit,vnde elephanti capti,in Agrigento oēs sub corona sunt venditi. post hæc C.Aquilio Floro & L.Cornelio Scipione consulibus,Carthagineñ.Hannonē in locum Hannibalis subrogarunt,qui à Scipione victus,confertissimis hostibus se immiscuit, ibiq́; interfectus est.Scipio Sardiniā vastauit,& multa millia inde captiuorum abduxit.Hānibal tum iterum classi præpositus est, infelicior cum Rom. congressus,nauali prælio victus,ab exercitu suo seditione orta,lapidibus coopertus interijt.Et de hac victoria reor Eutropium mentionem fecisse, cum dicit q̄ C.Duellius consul, commisso prælio,Carthagineñ.ducem vicit,triginta & vnam nauem cepit,14.mersæ,7.millia hostiū cepit, tria

Interimunt Ptolemæum Galli.

Antiochi mors.

Seleucus & Antiochus fratres.

Hiero, pacē cum Rom. firmat.

tria millia occidit, neq; vlla victoria Ro. gratior fuit, quod inuicti terra, iam etiam mari plurimum valerent. Anno ab vrbe condita 482. L. Manlio Volsone, M. Attilio Regulo consulibus, bellum in Aphricam translatum est, contra Amilcarem & Hannonem Carthagineñ. duces in mari pugnatum est. victi illi. Nam cum in Aphricã transissent Ro. primum* Clypeam ciuitatem in deditionem acceperũt consules, & vsq; ad Carthaginem processerunt. multis vastatis, Mãlius victor Romam rediit, & 27. millia virorum captiuorum reduxit. Attilius Regulus in Africa remansit. is contra tres Carthagineñ. duces dimicãs, victor fuit, decem & octo millia hostium cecidit, quinq; millia cepit, elephantes 18. Inter hæc apud fluuium Bragadam Regulus serpentem miræ magnitudinis occidit, cuius corium 120. pedum longitudinis habens, Romam delatum fuit. Tũc victi Carthagineñ. pacem à Ro. petierunt, quã cum Regulus nollet nisi durissimis cõditionibus dare, Aphri auxilium à Lacedæmonijs petierũt, & duce Xantippo, Ro. dux Regulus victus est vltima pernicie. nam duo millia tm̃ ex omni Romano exercitu refugerunt, quingenti cum consule Regulo capti sunt, 30. millia occisa. Regulus ipse in catenas cõuinctus, decimo tandem belli anno nobilem triumphũ Carthaginensibus dedit. Xantippus aũt audacis facti conscius, rerum instabilium mutationem timens, ilico ex Aphrica migrauit in Græciã. Post hãc cladẽ M. Aemilius Paulus, Seruius Fuluius consules ad Aphricam profecti sunt cum trecentarum nauiũ classe. primo Aphros nauali certamine superat Aemilius consul, centum & quatuor nauibus hostium demersis, triginta cum pugnatoribus cepit, milites suos ingenti pda ditauit: Et subacta Africa tunc fuisset, nisi tanta fames fuisset, vt diutius exercitus expectare non posset. consules classe redeuntes, circa Siciliam naufragiũ passi sunt. tanta erat tempestas, vt ex 460. nauibus, 80. vix reseruari potuerint. Hoc tempore argenteus nummus primum in vrbe figuratus est. Deinde C. Seruilius Cępio, & Gn. Sempronius consules, cum ducentis 60. nauibus ad Aphricã profecti sunt. aliquot ciuitates acceperunt. prædam ingentem reducentes, naufragium passi sunt. Itaq; cum continuis calamitatibus Ro. premerẽtur, decreuit senatus vt à maritimis prælijs recederetur, & tm̃ 60. naues ad præsidium Italiæ saluæ essent. Deinde L. Cęcilius Metellus, Q. Furius (aliàs Curius) veniũt in Africam, & Metellus in Sicilia Afrorum ducem cum centum 30. elephantis & magnis copijs venientes superauit, 20. millia hoĩm cecidit, 26. elephantos cepit, Romam'q; duxit. Post hæc mala Carthaginenses Regulum ducem quem ceperant, petierunt vt Romam proficisceretur, & pacem à Ro. obtineret, & permutationem captiuorum faceret. Ille iureiurando dimissus, Romam cum venisset, inductus in senatum, nihil quasi Romanus egit, dixit'q; se ex illa die qua in potestatem Aphrorũ venisset, Romanum esse desiisse: itaq; vxorem à cõplexu remouit, & Ro. suasit, ne pax cum Pœnis fieret: Illis enim fractis tot casibus, spem nullã adesse. Et cum senatus inclinaretur ad permutationem oblatam faciendam ex affectu, vt liberarẽt Regulum, suasit ipse senatui, vt nullo modo fieret: se tanti non esse, vt tot millia captiuorum Afrorũ & robustorum, propter se senem aliosq; paucos permutarent. Offerentibus aũt Ro. vt eum Romæ tenerent, non acquieuit, sed seruare iuramentum statuit, negans se in ea vrbe manere, in qua dignitatẽ honesti ciuis habere non posset. Regressum igitur ipsum ad Africam, Carthaginenses circuncisis palpebris in dolio supinum collocant, vt vsq; ad mortem intolerabili cruciatu ac dolore vigilaret: demum in his oĩbus supplicijs extinctus est. Deinde Claudius Appius Pulcher & C. Iunius Coss. infeliciter pugnant, & anno sequenti classis Punica in Italiam trãsiit, eius'q; plurimas partes lõge late'q; vastauit. Itaq; circiter annnm 22. belli punici primi, Q. Luctatio Catulo, & Au. Posthumio Albino consulibus, à Catulo contra Aphros bellum susceptum est. profectus'q; is est cum trecentis nauibus in Siciliã, Aphri contra ipsum 400. naues parauerũt. Nunq̃ in mari tãtis copijs pugnatũ est. Luctatius cõsul nauẽ æger adscendit. vulneratus eñi erat. pugnatũ est ingẽti virtute Ro. nam 73. Carthagineñ. naues captæ sunt, 25. demersæ, 32. millia hostiũ capta, q̃tuor millia occisa, infinitũ auri argẽti'q; in potestatẽ Rom. redactũ est, ex classe Ro. 12. naues demersę. Statim pacẽ Carthaginẽs. petiere, tributa'q; est eis pax sub his conditionibus, vt Sicilia Sardinia'q; discederent, & per 20. continuos annos tria millia talentorum puri auri Ro. persoluerent. captiui Ro. redditi sunt. etiam Carthaginenses petierunt, vt redimi eis captiuos liceret. senatus iussit sine precio dari. sic'q; finitum est primum bellum Punicum, per 23. annos protractum. Eutropius. L. Cornelio Lentulo, Fuluio Flacco consulibus, Hiero rex Sicilię Romam venit ad ludos, & ducẽta millia modiorum tritici populo dono exhibuit. Iidem quoq; consules primi trans Padum Romanas duxere legiones. pugnatum est ibi cum Insubrib⁹ & Liguribus, quorum interfecta sunt 23. millia, quinq; millia capta. Deinde pace facta oĩbus

Xantippi victoria.

Nũmus argẽteus Ro.

Attilij Reguli cõstantia.

Luctatij victoria.

Finis punici belli primi.

omnibus locis, per anni spatiũ sine bellis quieuerũt Ro. Eodem anno Iani porta clausa est, quod ab vrbis conditione sub Numa Pompilio tantum cõtigit, postea vero per annos q̃dringẽtos & q̃nquaginta nõ euenit. Anno regni Ptolemæi Philadelphi 37. primus Parthorũ rex Arsaces fuit, à quo postea Parthorũ reges Arsacidæ dicti sunt, sicut Ro. imperatores Augusti. Est aũt Parthia regio maxima, & olim orientalis Scythiæ pars fuit. Originẽ aũt Arsacis Iustinus incertã esse dicit. hic nanq; ex latrociniis viuere solitus, accepta occasione, cũ prædonũ manu Parthiã ingressus est, & ibidem præfecto regionis oppresso, ipsum imperiũ inuasit, & dominio aliquantarũ ciuitatũ potitus est, paratoq; grandi exercitu, ab aduersariis se tutat. Quibus om̃ibus sublatis, libertatẽ gentis cõquisiuit, atq; formã viuẽdi vniuerso regno dedit, magistratus constituit, qui belli & pacis vniuersi regni acta gererent. ordinatoq; regno, in senectute bona decessit. Arsaces illius filius in regno successit, qui aduersus Antiochũ Seleuci filiũ cũ centũ peditũ millibus & viginti millibus eq̃tũ, tãta virtute pugnauit, q(vt Iustinus ait) ad extremũ in societatẽ eius deprecatorie reciperet. Pãpatius terti⁹, & ipse Arsaces dictus. Is actis in regno xii. annis decessit, relictis duobus filiis Mithridate iuniore & Pharnace seniore. hic * reges * regni Mardos domuit, deinde decessit relictis filiis multis, ac fratre in regnũ amore virtutis cõstituto. hic Medos ac Elymæos bello vicit, imperiũq; à Caucaso vsq; ad Euphratem ꝓtulit. Mithridati fili⁹ Phraates succedit, is q à Scythis occisus est, huic Artabanus, deinde Mithridates Artabani filius, q ob rerũ gestarũ gloriã magnus est appellatus, ob crudelitatẽ à Parthico senatu regno motus. Post eũ occupat regnũ Orodes, fratrem ad Babyloniã vsq; ꝓsecutus, M. Crassum cum filio ac exercitu deleuit, à filio Phraate occisus. cæteri suo ordine referent. Pharus turris, à Ptolemæo Philadelpho sup quatuor cancros vitreos apud Alexandriã in mari condita est, toto orbe ꝑmaxima, vt s. nauigãtibus nocte lumen exhibeat, quæ tam insignis habita fuit, vt inter septem mundi spectacula cõnumerata sit. Zenon Stoicus iisdẽ tẽporibus fuit. Chrysippus Stoicus floruit. Polemon, q acta prima adolescẽtia luxuriose, Xenocratis monitis melior est factus. nam & illi in schola successit. Aratus Macedonicus poeta clarissimus, cuius phœnomena tralata sunt. Straton philosophus eloquẽtissimus, Philadelphi regis p̃ceptor. fuere & pleriq; alii. Stilpon Megarensis philosophus, eius meminit M. Cicero, dicẽs q̃ pertinaci studio adolescentiæ libidinẽ vicerit. Crates Athenieñ. poeta comicus, Polemonis auditor. Crates Thebanus philosophus Cynicus, q vt libere philosopharet, amouit à se bona sua. Erosistratus Athenieñ. medicus. Lycon philosophus e Troade, Stratonis discipulus e Theophrasti schola. Timon Apolloniates Nicenus, Ptolemæo Philadelpho adprime grat⁹ ob eloquẽtiæ & philosophiæ studiũ. In hac ĝnatiõe Demetrius Macedonũ rex, Antigoni filius, tertio Euergetæ anno regnare cœpit, regnauit annis x. hic pene puer cũ pr̃ cõtra Spartanos victoriã obtinuisset, & postea Athenieñ. bellũ mouẽs, ab Alexãdro Pyrrhi regis Epirotarũ filio supatus esset, & regnũ amisisset, Demetrius sumptis virib⁹ nõ solũ amissam Macedoniã recepit, verũetiam ipsum Alexãdrũ Epiri regem regno spoliauit. Tanta enim tunc erat militum nobilitas, vt reges vicissim nunc exules, nunc reges haberentur. posteaq̃ decessit Demetrius, Philippo filio paruulo relicto, huic Antigonum dedit tutorem. Antigonus Macedonum rex tertiodecimo anno Euergetæ regnum suscepit, de quo in sequenti generatione.

Regnum Parthorũ.

Viri illustres.

GENERATIO LIX.

ANno à mundi exordio 4967. ab vrbe vero cõdita 517. olympiade 135. Achim defuncto successit filius eius Eliud, in quo per lineã Christi incipit 59. generatio, durauit annis 49. erat is annus decimus Ptolemęi Euergetę. Onias pontifex Simonis iusti fili⁹, paruulus mẽte & auarus existens, vt ait Iosephus, tributa negauit Euergetæ, vectigal s. q̃d patres eius ex propriis dabãt. i. xx. talenta pecuniarũ non reddens, ad iram Ptolemæum cõmouit, quare per legatos admonitus est fidei maiorum suorũ. Sed verba regis Oniã nõ flectebant, vnde & Iudæi turbabant. quod audiẽs Iosephus vir nobilis, Tobiæ ex Oniæ sorore filius, inuito Onia, ex cõsensu Iudæorũ ad Ptolemæum accessit, qui nõ pacem modo cũ eodẽ reparauit, sed etiam propter eius ingentes virtutes atq; obsequia, dux Iudææ & finitimarũ regionũ constituit. huic Iosepho filius Hyrcanus successit, cuius, dũ puer esset, probauit pr̃ prudentiã, tum multis aliis, tum hoc in primis, q tradens ei 300. iuga boum sine loris, præcipiebat vt seminaret, & cũ lora deessent, interfecit aliq̃t boues, & de coriis fecit lora, & seminauit terrã, de quo Iosephus. Anno huius generatiõis primo Hamilcar dux Pœnorũ, Hannibalis Carthagineñ. ducis filius, & pater magni Hãnibalis, ab Hispanis bello interfectus est, cũ iam aliud bellũ aduersus Ro. pararet. hic Hamilcar sæpe occasione data Ro. la-

Eliud aliàs Melchi.

cessiuit,semperq́ꝫ superior decessit. Quàm vehemẽs aũt in Ro. odiũ haberet, ostendit hoc modo: cũ quatuor puerilis ætatis filios intueret, totidẽ catulos leoninos in perniciem imperij Romani alere se prædicabat, & postea Hannibalẽ nouẽ annoꝶ pueꝶ, ad aras iurare fecit, vt cum primũ posset per ætatẽ, cõtra Romanos pugnaret. Quin Hannibal significare cupiens, quãto inter se odio Carthago & Roma dissiderent, inflicto in terrã pede, suscitatoq́ꝫ puluere, tunc inter eas finẽ belli fore dixit, cũ puluis in habitũ priorẽ rediret. Hęc Valerius. Hamilcare occiso, Hasdrubal gener ei (vt Plutarchus refert) successit, q plura cõsilio q̃ viribus gessit. hic vt alij volunt, fœdus cũ populo Ro. reuocauit, & vtriusq; imperij Iberꝶ fluuiũ terminũ statuit, Saguntinos in Hispania medios inter imperia libertate vti decreuit. Posthumio & Fuluio COSS. bellum cõtra Illyrios gestũ, & multis ciuitatibus captis, etiã reges in deditionẽ accepti sunt. Aemilio cõsule, ingentes Galloꝶ copiæ Alpes transierũt, sed pro Romanis tota Italia consensit, traditumq́ꝫ est à Fabio, q ei bello interfuit, 800. millia hoĩm parata ad id bellum fuisse. & xl. millia Galloꝶ cæsa sunt, capta septẽ millia. Experimẽto, ait Eutropius, deprehẽsum est, ꝙ virtus Galloꝶ sicut primo impetu maior q̃ viroꝶ est, ita sequẽs minor q̃ fœminaꝶ. Hi Britomaro duce, nõ prius posituros se baltea iurauerunt, q̃ Capitoliũ incendissent. factumq́ꝫ est, nam victos eos Aemilius in Capitolio extinxit. aliquot deinde annis M. Claudio Marcello, C. Cor. Scipione cõsulibus, cũ imprudens Marcellus in manus Galloꝶ incidisset, nec qua via euadere posset haberet, in hostem irrupit, regẽ eoꝶ Viritomaꝶ occidit, & euadit. postea Marcellus cũ collega ingentes copias Galloꝶ interemit, Mediolanũ expugnauit, spolia Ioui Feretrio opima suspendit * tertius. Minutio Ruffo, P. Cornelio cõsulibus, Istris bellũ illatũ est, qa latrocinati nauibus Ro. fuerãt, ac multo sanguine Ro. perdomiti sunt. Anno ab vrbe condita 533. prope vniuersi orbis imperia noua regũ successione mutata sunt. nam in Macedonia Philippus, mortuo Antigono tutore & vitrico, xiiij. annoꝶ regnum suscepit, & in Asia interfecto Seleuco, impubes adhuc rex Antiochus cõstitutus est. Cappadocię regnũ quoq; Ariaracti puero admodũ pater ipse tradidit. Aegyptum, patre & matre interfectis, occupauit Ptolemæus Philopator cognomento ex facinore contrario. Spartani in locũ Cleomenis suffecerũt Lycurgũ, & apd̃ Carthaginẽ ętate adhuc immatura dux Annibal constituit, nõ penuria Pœnoꝶ, sed odio Ro. Hoc anno Ptolemæus Philopator regnare cœpit, regnauit annis xvij. hic vt ait Iustinus, regno Aegypti parricidio obtento, & ad necẽ vtriusq; parentis cæde etiam fratris adiuncta, veluti rebus feliciter gestis, luxuriæ sese tradidit, regisq́ꝫ mores cm̃is est secuta regio. Erãt tum duo filij Seleuco Callinico, Seleucus Ceraunus & Antiochus, q postea dictus est Magnus. Nam post fugam & necẽ Seleuci Callinici, quẽ interfecit Euergetes pater huius Philopatoris, duo filij Seleuci eiusdẽ, Seleucus Ceraunus & Antiochus, prouocati spe victoriæ & in vltionẽ patris, exercitu magno cõgregato, aduersus Ptolemæum Philopatorẽ arma corripiũt. Cumq́ꝫ Seleucus maior frater, tertio imperij sui anno occisus esset in Phrygia per dolũ Nicanoris, exercitus q erat in Syria, frẽm eius Antiochũ Magnũ de Babylone vocauit ad regnũ Syriæ, q̃d tenebat à Ptolemæo Philopatore. Quibus reb⁹ cognitis, Antiochus pugnauit aduersus duces Ptolemæi, cũq́ꝫ proditione Theodoti cuiusdam obtinuisset Syriam, in tantã venit audaciã, vt vltro Aegyptijs bellum inferret. Philopator aũt amissa Syria, cõgregauit multitudinẽ plurimam aduersus Antiochũ, initoq́ꝫ certamine, Antiochus omnẽ amisit exercitum, & per deserta fugiens, pene captus est. spoliassetq́ꝫ tunc regno Philopator Antiochum, si fortuna virtutẽ iuuisset. cõtentus recuperatiõe vrbium Ptolemęus quas amiserat, ad extremũ pace facta quibusdã pactionibus, bellũ est finitũ. Simon Onię põtificis filius, pontificatũ suscipit. nam Onias pater eius magnã Antiochi sæuitiam ꝑhorrescens, se in Aegyptũ transtulit. Erat aũt Simon vir quidẽ bonus, q multa digna laude gessit opa, quod Iesus filius Sirach in Ecclesiastico ca. 50. testat, dicens: Simon sacerdos magnus fuit, qui in vita sua suffulsit domũ, & in diebus suis corroborauit templũ. Tẽpli enim altitudo ab ipso fundata est. In diebus ipsius emanauerũt putei aquaꝶ, & quasi mare adimpleti sunt supra modum. Qui curauit gentẽ suam, & liberauit eam. sedit annis xij. Anno ab vrbe cõdita D. xxxiiij. inchoatũ est bellũ Punicũ secundũ inter Ro. & Carthagineñ. hoc aũt bellũ præcesserunt multa prodigia in diuersis partibus, secundũ Orosiũ & Vale. Maximũ. Inter initia eni belloꝶ Romæ bos mugitũ suũ in humanum sermonem conuertit, carnes quoq; in modũ niuis dissipatæ ciciderunt, maiorem partem aues diripuerunt, reliquum humi per aliquot dies neq; odore graui, neq; adspectu deformi iacuit. fertur quoq; in Piceno lapides pluisse. In Gallia lupum vigili gladium e vagina abstulisse, in Sicilia quoq; duo scuta sanguinem sudasse, & me-

Gallorum cædes.

Britomarus aliàs Viritomarus.

Pto. Philopator

Simon pontifex.

& metentes cruentas spicas reperisse, & Gn. Domitij bouem dixisse, Caue tibi Roma, infantē semestrē de vtero matris, vt ait Augu. de ciui. Dei, lib. iij. ca. 31. Ioui triūphum clamasse. Et refert Eutropius, ꝙ in Sagunto cū mulier pene enixa esset, infans in vterum regressus, ciuitatis Sagunti excidium significauit. serpētes volasse refert Augustinus ibidē, fœminas ex gallinis factas, & mulieres in masculinū sexum fuisse cōuersas. Quin aiūt bello Punico secūdo Spoleti ex muliere virum factū. Causam belli scribēs Plutarchus: Erat, inquit, Hannibali indignatio aduersus Ro. ob Siciliā Sardiniamq́ꝫ amissam, pudebat etiam nobilē populū dare tributa quæ iubere consueuerat, accedebat & priuatū odiū, & quasi hæreditariū à patre acceptū Hamilcare, quo nemo alter ex Carthagineñ. ducibus nomini Ro. fuit infestior. Tradit̄ eñ Hamilcar iureiurando adstrinxisse Hannibalē, cum primū per ætatē liceret, populo Ro. fore inimicū. Hæ tum publicæ tū priuatæ causæ mouebant, vt ferox iuuenis occasionē quæreret rerum nouandaꝝ. Erāt in Hispania per id tēpus Saguntini quasi medij inter Ro. & Carthagineñ. fines, iure fœderis in libertate relicti. Hi postea se totos Ro. addixerant. Quare Hannibal cōstituit animo, nihil opportunius esse ad cōcitandū Ro. q̃ Saguntinos armis lacessere. sed prius Olcadas inuadit, & alias vicinas Saguntinis vrbes capit. Carpentani postea socijs in arma vocatis, Pœno occurrunt (erant aūt supra centū millia) quos Hannibal arte superauit. post eam victoriā cuncti trans Iberum populi deditionem faciunt præter Saguntinos, quos ilico obsidione cinxit. q̃d vbi Ro. nunciatū est, decreuerunt vt P. Vale. Flaccus & Q. Fabius * Pamphilius ad Hannibalē mitterētur, vt à Sagunto recederet. qui si nō pareret, Carthaginē ire iussi sunt, ad ducem ipsum pro violato fœdere poscendū. Legatos hos Hannibal nec admittere nec audire voluit, autore Liuio, ab alijs vana respōdisse tradit̄, se bellicis rebus intentū dicēs cōtra hostes, nō posse audire eos. Profecti igit̄ legati Carthaginē, mandata patrū exponunt. sed despecti, re infecta, Romā redierunt. Erāt tum in senatu Carthaginensi factiones duæ, quaꝝ altera Hannibalē sequebat̄, altera vero principē habebat Hannonē, virum toga magis q̃ armis egregiū. Is ea tēpestate fœdus cum populo Ro. seruandū censuit, monuitq́ꝫ vt ab eo cauerent bello, q̃d extremā erat Carthagineñ. perniciē allaturum, sed nō est bene cōsulendo auditus. Dum sic aūt redeunt legati, Saguntū oppugnatur. Ciues vero anteq̃ ciuitas caperet̄, tanta cruciabant̄ fame, ꝙ suoꝝ cadaueribus pascebant̄. & cum miles q̄dam Hannibalis, amicus Saguntinoꝝ, volens saltē saluare ciuiū vitā, promitteret eis vitā & locū aliū vbi possent ciuitatē construere, bona oñia Hannibali traderēt, ipsi tēpore deliberatiōis accepto, rogū maximū in medio ciuitatis accendunt, & primū in eundē aurū & argentū cum omni supellectili, postea cæsis vxoribus & liberis, se in ignē nobiliores proiecerunt, atq; eo terrore ciuitas est capta. Postq̃ excidiū Saguntinoꝝ Romā est renunciatū, mittunt̄ legati Carthaginē, & huius tantę cladis autor Hannibal poscit̄, sed dura acceperunt responsa. Tergiuersantibus autem Pœnis, dux Ro. Fabius, quę, inq̄t, mora est? In hoc ego sinu pacem bellumq́ꝫ porto, vtrum eligitis? Succlamantibus quodnam daret, bellum, inq̄t, accipite. & excusso in media curia togæ gremio non sine horrore, quasi pleno sinu bellum ferret, effudit. Tum P. Cor. Scipio ad Hispaniam profectus est cum exercitu, bellum Carthaginensibus indictum est. Hannibal relicto in Hispania fratre Asdrubale, à Carthagine mouens, per maritimā orā ad Iberū ducit̄. scribit Valerius, quiescenti Annabali nocte iuuenem admirabili specie visum, hortantē vt se ducem sequeret̄ in Italiā, & dum respiceret, animaduertit serpentē miræ magnitudinis omne quicq̄d obuiam venerat, proterētem: secuto magno fragore attonitus, quid monstri esset, aut quid portenderet, interrogās, audiuit: Italiæ vides, inq̄t, vastitatem, cętera permitte fatis. Annibal deinde superatis Pyrenæis iugis, conciliatisq́ꝫ sibi donis Galloꝝ animis, ad Rhodanū venit, ac per multas difficultates pugnasq́ꝫ tandē regionē Allobrogū ingredit̄, alpes petit. In superandis vero alpibus varia ꝑpessus est incōmoda, vt ꝑter pugnas cum incolis, in quibusdā locis ꝑ ingentia saxa igni acetoq́ꝫ putrefacta, sibi aperuerit iter. Quintodecimo die superatis alpibus, in agrū Taurinū descendit. Tradit̄ ad Italiā 80. millia peditū, decē millia equitū, viginti elephātos adduxisse. Interea multi Ligures & Galli Annibali se coniunxerunt. T. Sempronius, cognito ad Italiā Annibalis aduentu, ex Sicilia exercitum ad Ariminū traijcit. P. Cornelius Scipio Annibali apud Ticinum primus occurrit, cōmissoq́ꝫ prælio equestri, fugatis suis paulum, ipse à filio Scipione liberatus, saucius in castra redijt. pugnatum est deinde eodem consule ad Trebiā fluuiū, iterumq́ꝫ Ro. superati sunt. Deinde Sempronius Gracchus & ipse confligit apud eundem amnem, amissoq́ꝫ exercitu, pene solus euasit. tunc se Annibali multi Itali dedidere, nam post hāc pugnā omnia ferro & igne vastabat, nōnulla oppida cepit, ipse

Belli Punici secūdi indicia ac prodigia.

Saguntum oppugnat̄.

Hannonis consilium.

Annibal alpes transijt.

vulneratus, aliquãdiu bello abstinuit. Vere primo maturius q̃ tempus poscebat, ex hybernis mouens, cum in Hetruriã tenderet, & prope Apœnini iuga sæua tempestate repulsus, exercitũ in agrũ Placentinũ reduxit, breuiq́; interiecto tẽpore, mouit rursum castra: superatisq́; Apœnini iugis, per Ligures in Hetruriã descendit. Arnus fluuius tum vehementer excreuerat, ibi ingentẽ hominũ atq; iumentorũ iacturã fecit. Ipse quoq; dux & si elephãto q vnus superfuerat, veheret, aeris tamẽ intemperie confectus, alterũ amisit oculũ. Inter hæc C. Flaminius consul, exercitu à Sempronio accepto, Aretiũ venerat, incõsulto senatu ægreq́; ferente: quippe relicto collega Seruilio, virũ hunc constabat nihil acturũ cõsulte, oĩa pcipiti audacia. quod vbi Annibal cõperit, conat̃ oĩbus modis, vt anteq̃ collegæ iungeret̃, pugna fieret. Itaq; per agrum Fesulanũ vagat̃, ferro & igne oĩa vastando. ad Trasimenũ lacum puenit. ibi loci opportunitatẽ contemplatus, equitatũ atq; peditatũ arte locat. Flaminius sequit̃, quem Annibal opportune suscipit, ipsumq́; cõsulẽ interficit. vbi Ro. xv. millia cæsa sunt, cæteri diffugerunt, sex mllia peditũ in potestatẽ victoris venerũt. Annibal hac victoria parta, multos captiuos sine precio dimitti iussit. Vbi vero Romã, Flaminiũ cõsulem cæsum ac victũ, nunciatũ est, repẽte luctus ciuitatẽ inuasit. vnde placuit extraordinariũ imperiũ quæri, dictatoreḿq; creari. Itaq; Q. Fabiũ, cui postea Maximo fuit cognomen, dictatorẽ, & M. Minutiũ magistrũ equitũ dicũt patres. Iam Annibal Trasimeno lacu relicto, Spoletũ profectus, atq; inde per Marsos & Pelignos in Apuliã cõtendit. dictator hostẽ secutus, haud procul à castris Punicis cõsedit, cunctãdo semper & morãdo bellũ trahẽs. Interim Annibal oẽm agrũ populat̃. nihilominus Fabius suos in castris cõtinebat. hãc cunctationẽ iniquo Annibal animo tulit. Fabius eñ occasionem rei bene gerẽdæ quærẽs, vt in eũ locũ deduceret̃ Annibal, vbi cõmeatũ nõ haberet, ne iniquo loco certaret. Sed Annibal vbi psensit, imperat militibus suis, vt ex præda fere duo millia boum ad se deducãt. horũ cornua facibus vinciri iubet, deinde q̊sdam deligit, q sub primã vigiliã facibus incensis, ad summos montes beluas cõcitent. Itaq; agitati boues, ardẽtibus facibus summa montiũ petũt. copiæ paulatim sequũtur. Romani q ante validis præsidijs saltus occupauerãt, re noua pterriti, & insidias rati, subito ex opportunis locis discessere. Fabius Punicã fraudẽ suspectã habẽs, suos continuit. Pœnus interim, trãsgressus in agrũ Albanũ cũ oĩbus copijs puenit, ac in Apuliam rursum cõtendit, quẽ e vestigio dictator seqtur in agro Larinati. Inde Reip. causa accersitus, magistro equitũ denũciat, ne absente se manũ cũ hoste cõscrat. Sed post decessum eius M. Minutius pceptorũ immemor, hostes ab Annibale missos frumentatũ, cũ multa cæde profligauit. mox Romã id perlatũ, aucta fama, quasi vincere sciret. quo factũ est, vt multitudine imperitorũ repẽte ex magistro eqtũ, q̊d añ nunq̃ cõtigit, cũ Fabio æquũ haberet imperiũ. At M. Minutius ex hoc tantã sibi arrogantiã assumpserat, vt ausus sit, incõsulto collega, cũ hoste certamẽ inire. Ac cũ in eum locũ copias suas pduxisset, vbi Punicis insidijs circũuentus, facile cædi potuit, Fabius publicæ salutis memor, legionibus facultatẽ pstitit, vt sese in locũ tutũ reciperẽt. Maxima eo prælio Fabij virtus apparuit & apud hostes, & apud suos. nam Annibalẽ dixisse ferũt, eo plio Minutiũ à se superatũ esse, se vero à Fabio. Minutius deposito magistratu, in castra Fabij venit, patrẽ Fabiũ salutat, milites Fabij patronos. Fabiũ, si qñ argueret̃, dixisse aiunt, timidiorẽ videri qui cauilla metueret, q̃ qui hostes fugeret. Anno D. XL. ab vrbe cõdita L. Aemilius Paulus, & M. Terẽtius Varro, Fabio succedunt, q Fabius ambos cõsules monuit, vt Annibalẽ callidũ & impatientẽ ducẽ, nõ aliter vincerent, q̃ præliũ differẽdo. verum quũ impatiẽtia Varronis, cõtradicente altero cõsule Aemilio Paulo, apud vicũ Cannas in Apulia pugnatũ esset, ambo cõsules ab Annibale vincuntur. nam cũ cõperisset Annibal Aufidũ amnẽ ingẽtes auras mane proflare, quæ arenarum & pulueris vortices agerẽt, sic direxit aciem, vt tota vis suis à tergo, Romanis in ora & oculos incederet. ea ex re Ro. exercitũ strauit. In ea pugna tria millia Afrorũ perierunt, magna pars de exercitu Annibalis sauciat̃. Nullo Punico bello Ro. grauius vulnus accepẽrũt. perijt in eo cõsul Aemilius Paulus, qui dum saucius in quodã saxo sedisset, ferẽte ei Gn. Cor. Lentulo equũ quo fugeret, noluit, atq; psedit donec ab hostibus peremptus est. perierũt ibi trib. militũ cõsulares & ptorij viri xx. senatores capti aut occisi 80. nobiles viri 300. peditũ quadraginta millia, equitũ tria millia & qngenti. Varro cõsul cũ quibusdã Venusiã fugit, nec dubiũ est, vltimũ istũ diem Ro. status futurũ fuisse, si Annibal mox post victoriã ad puadendã vrbẽ cõtendisset. Varro Romã redijt, gratiæq́; ei à populo & senatu actæ sunt, q Romanã rempub. nõ desperasset. nõ aũt vitæ cupiditate, sed Reipub. amore se superfuisse reliquo ætatis suæ tpe approbauit. Nã barbã capillumq́; submisit, & postea nunq̃ recubãs cibũ accepit. honoribus

Oculũ Annibal amisit.

Flaminij casus.

Fabij mora.

Clades Cannensis.

noribus quoq;,cũ ei deferrent à populo,renunciauit,dicens,felicioribus magistratibus Reipub.opus esse.vsq; adeo aũt vltima desperatio Reipub.apud residuos Romanos fuit,vt de relinquẽda Italia sedibusq; nouis quærẽdis cõsiliũ ineundũ putarẽt,q̃d etiã autore Marcello cõfirmatũ esset,nisi Cornelius tribunus militũ,qui postea dictus est Africanus,obstitisset.Is em̃ vt T.Liuius refert,stricto gladio sup capita deliberantium iurauit,pro hoste se habituꝝ eum, q in verba sua nõ iurasset.effecitq;,vt oẽs minime relictũ iri à se Italiã iureiurando adstringerent.Post eam cladem patricij suis bonis ærariũ publicũ tot malis exhaustũ,locupletarunt.Decius Iunius dictator creatus, accuratissimũ habuit delectum,prætexatis & seruis q publice empti sunt, legionibus adscriptis.Verũ hac victoria potitus Annibal,Ro.obtulit vt captiuos redimerẽt.Responsum est à senatu,eos ciues nõ necessarios,qui cũ armati essent,capi potuissent.Ille om̃es postea varijs supplicijs interfecit.Interim Mago Annibalis frater Carthaginem missus,felicissimũ victoriæ nunciũ suis ciuibus detulit.Resq; ab Annibale gestas magnificẽtissime in senatu exposuit,& ad faciendã fidẽ orationi suæ, effundi iussit in curia annulos,Liuius aureos prodit,Ro.eqtibus ademptos,numero triũ modioꝝ. simulq; petit supplemẽtũ,q̃d cõcessum est,&pseuerandũ in armis cẽset senatus,vno tm̃ repugnante Hannone,cuius salutare consiliũ erat,vt pacis mentio fieret.Interim Annibal victor in reficiendo exercitu tempus terẽs,spatiũ victis dedit ad respirãdum, & vt Valerius ait,elatus tanto successu, nec admisit quenq̃ ciuiũ suoꝝ in castris,nec responsum vlli nisi p interpretẽ dedit.Maharbalẽ etiã præfectũ equitũ, ante tabernaculum suũ clara voce affirmãtem,prospexisse se quonam modo paucis diebus Romę in Capitolio cœnaret,adspernatus est. Cui ille: Vincere scis Annibal,victoria vero vti nescis. Huius postea tarditatis sæpe ptæsum Annibalẽ tradunt.palamq; cõquestum, q quieti militũ magis q̃ cõsilio Maharbalis acquieuisset.Cęteꝝ post hoc pręlium ad Cannas cõmissum,Atellani,Calatini,Samnites,Brutij præterea atq; Lucani,atq; permulti Italiæ populi,fama ingentis victorię moti,ad Annibalẽ defecerũt.Capua quoq; quod multo ante cõcupiuit Annibal,se ei cõiunxit. Erat Capua post Romã omniũ Italiæ ciuitatũ florentissima.veniẽtẽ vero Annibalẽ Capuã,ingens multitudo obuia studio visendi celeberrimũ ducem suscepit, deduciturq; in domũ Pacuuij familiaris, potentia atq; æstimatiõe facile principis Campanoꝝ. Annibal deinde ad vrbem Nolam exercitũ educit.oblata sibi spe per voluntariã deditionẽ huius oppidi potiundi. nec iam fefellisset opinio, nisi Marcellus prætor cõcitatã multitudinẽ,subito aduẽtu repressisset,succedẽtemq; mœnibus hostẽ,tribus portis eruptiõe facta,cũ magna cæde in castra adegisset.Hic est Marcellus vir bello insignis, q primus Annibalẽ docuit posse vinci.Interea in Hispania vbi frater Annibalis Hasdrubal remãserat,cũ magno exercitu à duobus Scipionibus vincit̃.Perdit in ea pugna 35.millia hominũ,ex his capiunt̃ decẽ millia.mittunt̃ quoq; ei à Carthagineñ. in supplementũ xl.millia peditũ, quatuor millia equitũ,elephãti xx.Centenius Penula centurio decerni sibi vltro bellum aduersus Annibalẽ petijt,à quo cũ octo millibus militũ cæsus est.Accessit tũc ad hoc incõmodũ,vt Annibal in Apuliã proficiscens,aliũ exercitũ Ro.cui perat Fuluius prętor,insidijs circũuentũ profligaret,deleretq;.nam ex xx.millibus hominũ vix duo millia superfuere. Maiore deinde conatu Annibal Casilinũ aggressus, ad nocendum Capuanis opportunũ, obsidione cinxit:q̃d ita fame vexatũ est,vt lora & pelles scutis detractas, itẽ mures comederẽt: & nucibus per Vulturnũ amnẽ à Ro.missis vixerũt. Tandẽ exiguã partẽ copiaꝝ Hannibal in obsidione reliquit,ipse reliquũ exercitũ in hyberna deducit.Capuã aũt statiuis delegit,vrbẽ amœnã & om̃i gñe deliciaꝝ abundantem.ibi miles assuetus sub dio frigus,famẽ,sitimq; tolerare,breui ex strenuo ignauus,ex forti timidus,ex solerti iners mollisq; euasit, & tum magis Cãpanæ deliciæ,q̃ alpiũ iuga,q̃ armati Ro.Pœnis obfuerũt.Quo tpe rex Macedonũ Philippus ad Annibalẽ legatos misit,mittens auxilia cõtra Ro.sub hac conditiõe,vt deletis Romanis, ipse q̃q; cõtra Græcos ab Annibale auxilia reciperet.Captis igit̃ legatis à Romanis,& re cognita,Romani in Macedoniã M.Valeriũ Leuinũ ire iusserũt,in Sardiniã Manlium Torquatũ.Ita vno in tẽpore quatuor in locis pugnat̃ à Romanis, in Italia cõtra Annibalẽ,in Hispania cõtra frẽm eius Hasdrubalẽ,in Macedonia cõtra Philippum, in Sardinia cõtra Sardos & alteꝝ Hasdrubalẽ Carthagineñ. qui à T.Manlio proconsule viuus est captus,occisa cũ eo xij.millia,capti mille quingẽti,& a Romanis Sardinia subacta. Hiero per hæc tẽpora Syracusanoꝝ rex, cuius pater amicus populi Romani fuerat,ad Carthagineñ. defecit, & propter supbiã crudelitatemq; a suis interfectus est.Deinde Annibal apud Nolã iusta acie cũ Marcello cõgressus,victus est:& perierunt ad duo millia Pœnoꝝ. Annibal Nolæ oppugnatione omissa, Apuliã petens,

Scipionis audacia.

Maharbalis monita.

Hasdrubal vincitur.

Marcellus Annibalem vincit.

militem in hyberna deduxit. his factum est, vt veluti ex graui morbo respirantes Romani, summis viribus contenderēt aduersus Pœnum, vt etiā aliena aggredi auderēt. Mox victis Ro. apud Cannas, defecerunt Campani à Roma. Quare ad obsidendos eos pgunt illi. Verū Cāpani delicti sui conscij, vocant Annibalē. Is nulla mora facta, ex Apulia profectus, in Campaniā venit, & castris Romanorꝫ sup Capuam positis, imminentē distulit pestē prohibere Campanis. crebris tamē incursionibus p agrum Neapolitanū vagat, confligens cū Marcello semp inferior. Annibal nō sine magno detrimento copijs in castra deductis, paulo post in agrum Tarentinū exercitū ducit, nam spem Tarenti recipiēdi acceperat. Erat aūt ex maritimis vrbibus nulla alia Tarento cōmodior ad auxilia ex Græcia trāsportāda. verū & si repugnātibus Romanis res in longū ptracta sit, tn̄ nō prius ab incepto destitit, q̄ autores defectionis prodiderūt vrbem, arce solū à Romanis retenta, quā tn̄ ingenio & arte etiam obtinuit. Hoc facto, Romani ad Capuam duxerūt legiones. quãobrem illuc Pœnus cum om̄ibus copijs cōtendit. Primo aduētu castra Romanorꝫ inuadit, monitis antea Cāpanis, vt eodē tpe eruptionē faciāt. Romani, partitis copijs, Cāpanos mox in vrbē redire compellunt. durior vero dimicatio aduersus Pœnū fuit. Annibal, tentatis om̄ibus, cum videret nullam facultatē sibi reliquā, qua duces Ro. à Capua remoueret, pro sociorꝫ periculo anxius, confugit ad iam multo cogitatū consiliū: castra mouet, & q̄maximo silentio infestis signis Romā petit, ratus hac via solui tam ptinacem obsidionē. Quod cum Romam renunciatū est, tantus terror inuasit vrbē, vt nunq̄ intra mœnia vehementius sit trepidatum. Igitur placuit vt Fuluius Flaccus, alter ex ducibus à Capua accersitus, & consules noui Sulpitius Galba & Cornelius Centimalus, extra vrbem haberent castra, C. Calfurnius prætor valido præsidio Capitolium tueretur. Annibal continuo ad Anienem tria millia passuum ab vrbe posuit castra. Paulo post cum duobus millibus equitū ita appropinquat vrbi, vt à porta Collina vsq; ad templum Herculis obequitans, situm mœniaq́; tam amplæ ciuitatis ociose perspexerit. quem mox Fuluius Flaccus abire coegit. Sequenti die Annibal exercitum ex castris educit, aciem instruit, idem Romani faciunt. Etenim Carthaginenses pro imperio orbis terræ, Romani pro patria, pro libertate, pro bonis omnibus dimicaturi progrediuntur. Sed accidit res memoratu digna. nam cum stant parati in armis, & signum dimicandi expectant, repente superuenit imber frequentibus procellis, cuius tanta vis & asperitas fuit, vt cogeretur quisq; militē in castra reducere. Proximo quoq; die, in quem pugna dilata videbatur, in aciem vtrisq; exeuntibus, similis tempestas exoritur, quæ vtrosq; ita afflixit, vt instantis dimicationis obliti, de salute tantum & fuga cogitarent. Hæc animaduertēs Annibal, exclamasse fertur, modo sibi mētem potiundæ vrbis, modo facultatem non dari. & siue animo reputans, quantæ molis esset expugnare Romam, siue inopiam frumenti metuens, castra mouere constituit, in Brutios & Lucanos contendit. Quod vbi Capuani cognouere, desperantes de summa rerum, dederunt vrbem Romanis, Qu. Fuluio & Ap. Claudio consulibus, principes Capuani, vt refert, veneno sibi consciuerunt mortem. Et cum senatus Capuanorum ligatus esset ad palos, vt securi percuteretur, literas à senatu missas, qbus iubebatur parcere, Q. Fuluius consul antequam legeret, in sinu posuit, & lege agi iussit, & supplicium peregit. Claudius Marcellus Syracusas expugnauit, in eo tumultu vrbis captæ Archimedes geometra, qui diu arte sua vrbem defenderat, intentus adeo formis quas in puluere descripserat, vt vrbem capi non senserit, interfectus est. Hic primus, vt Cicero ait, sphæræ fabricator fuit. In Hispaniam missi Scipiones Gn. & Pub. spem totam Pœnis eripuerunt, tot & tantis rebus feliciter gestis insignes, tristem hac tempestate exitum tulerunt. Insidijs enim Punicæ fraudis oppressi sunt. Alter enim ferro, alter cum euasisset in turrem, cinctus facibus peremptus est, anno viij. postquam in Hispaniam ierant. Cæsus fuisset totus exercitus, amissaq́; eius prouinciæ possessio foret, nisi L. Martius eques, Romanæ virtutis industria contractis exercituum reliquijs, bina castra hostium expugnasset, vbi ad xxvij. millia cæsa, & mille octingenti capti, prę da ingens abducta est. Igitur in vltionem patris ac patrui missus cum exercitu Scipio, cui tam grande ab Aphrica nomen fata decreuerant, qui desperantes aliquando post Cannensem pugnā in verba sua iurare coegerat, bellatricem illam viris armisq́; nobilem Hispaniā, incredibile dictu, totam à Pyrenæis mōtibus in Herculis columnas & oceanū recuperauit. nescias, citius an facilius, q̄ velociter, quatuor anni fatenť. q̄ facile, vel vna ciuitas Carthago probat. eodē quippe die quo obsessa est, capiť. Certū est tn̄, maxime profuisse profligādæ prouincię singularē ducis sanctitatē: quippe q captiuos pueros atq; puellas præcipuæ pulchritudinis, barbaris restituerit, ne in conspectum

Occupat Tarentum Hanno.

Capua capitur.

Archimedes.

Scipionis Africani victoria.

ctum quidem suum passus adduci, ne qd de virginitatis integritate delibasse saltem vel oculis videretur. Cum em̃ quædam adulta flore virgo pulcherrima ab eo comprę hensa fuisset, concessit parentibus vt eam redimerent, preciumq́ꝫ dotis noĩe spõso eiusdem contulit. pro quibus factis, maxime adnitente puellæ sponso, eiusq́ꝫ parentibus, oẽs fere Hispani ad eum transierunt. Capta aũt Carthagine, om̃e argentum atqꝫ auꝝ & belli apparatũ Aphroꝝ in ea reperit, obsidesq́ꝫ nouissimos, quos ijdem Afri ab Hispanis acceperant, inuentos parentibus restituit. Magonem fratrem Hannibalis ibidem capit, quem Romam cum alijs mittit. Romæ ingens lætitia post hunc nuncium fuit, post quæ oĩa Hasdrubalem victũ fugat. M. Leuinus in Macedonia cum rege Philippo & multis Græciæ populis, & rege Asiæ Attalo amicitiam facit: & ad Siciliã pfectus, Hannonem quendam Aphroꝝ ducem apud Agrigẽtum ciuitatem cum ipso oppido cepit, eumq́ꝫ Romam cum captiuis nobilissimis misit, defectiõis autores securi pcussit, 40. ciuitates in deditionẽ accepit, 26. expugnauit. ita oĩs Sicilia recepta est. Per idem tempus Fului⁹ proconsul apud Herdoneam sedebat, & cum neminem metueret, concessit in agrum Brutium, quem Hannibal circunuctum profligauit, & dux ipse cum magna parte copiarum occiditur. Marcellus consul audita clade imprudẽtia ducis accepta, resarcire detrimentum cupiens, in agrum Lucanum exercitum ducit, vbi sibi Hannibal occurrit. æquis prope viribus pugnatum est vsqꝫ ad occasum solis. postero die Ro. iterum in aciem exeuntibus, Hannibal suos intra vallum tenuit, & sequenti nocte profectus in Apuliam venit. Marcellus quoqꝫ per vestigia secutus Pœnũ, sed hyeme instante, nihil agere potuit. At principio veris partim literis Fabij noui consulis, partim natura incitatus, ex hybernis aduersus Pœnum, qui tum ad Cãnusium consedit, duxit exercitum. ibi paucis diebus ter collatis signis pugnatũ est. primo die cum pari spe vsqꝫ ad noctem, secundo die superior Pœnus, millibus duobus pene ac septingentis cæsis. tertio die Ro. Marcello duce occurrũt. Tum Annibal dixisse fertur, rem cum eo hoste sibi esse gerẽdam, qui nec victor, nec victus quiescere possit. pugnatum est acriter, Hannibal tandem discedere coactus est. Sub idem tempus simili prope modo, quo amissum fuerat, Fabius Maximus Tarentum recepit. quod vbi Pœno nunciatum est, dixisse fertur, & Ro. suum Annibalẽ habent. Sequenti anno Marcellus & Crispinus creati consules, oĩbus viribus duos consulares exercitus ducunt. Annibal diffidens copijs, superare dolis aggreditur. syluestris erat tumulus medius pene inter castra, sub quo Numidas clam collocat. Consules hunc tumulum præoccupare cupientes, ex castris exeunt cum paucis equitibus, speculantes quo pacto occupari possit, in præparatas insidias incidunt. momento temporis circũuenti, necessitate magis q̃ consilio prælium ineunt, in quo Marcellus egregie pugnans occiditur, & Crispinus vulneratus, vix elapsus est. M. Marcello perempto, Hannibal collem occupat, ibi inuẽtum Marcelli corpus honorificentissime sepeliri iussit. Hannibal cum literis signatis annulo Marcelli, mox Salapiam mittit Marcelli noĩe, significãtem eum aduenire. Sed præmoniti à Crispino ne crederent annulo, vtpote perempto Marcello, literas recipiunt aduenientemq́ꝫ Hannibalem fallunt. præmissos em̃ ad sexcentos recipientes, mox portis clausis trucidant. rei pertæsus Hannibal, abijt. Tertio vero anno q̃ Scipio ad Hispaniam profectus fuerat, regẽ Hispanoꝝ magno p̃lio victũ, in amicitiã accipit, & prim⁹ oĩm à victo obsides non poposcit. Hannibal desperans Hispanias cõtra Scipionẽ diutius posse retineri, fratrẽ suũ Hasdrubalẽ ad Italiã cũ oĩbus copijs euocauit. Erãt tum creati consules noui, M. Liuius, & Claudius Nero. Claudius in Salentinos, Liuius in Galliã cõtendit aduersus Hasdrubalẽ, q superatis iam alpibus, fratri se iũgere parabat. Accidit p illud tẽpus, vt Hãnibal magnis afficeret incõmodis à Claudio, primũ in Lucanis, deinde in Apulia prope Venusiã, vbi copias postea ab Hãnone accepit, & Venusiã repetit. Claudius non lõge à Venusia habebat castra, & receptis literis, cum Hasdrubalẽ appropinquare cognouisset, dies noctesq́ꝫ sub legati custodia castris relictis, cum parte exercitus magnis itineribus in Picenũ profectus, sexto die Senã puenit. ibi cõsules ambo iũctis copijs, prope Metauꝝ flumẽ Hasdrubalẽ adorti, feliciter cõflixerunt. victus est Hasdrubal, ad 56. hostiũ millia eo die cæsa dicunt. Ast Claudius non minus celeriter q̃ venerat, cum victoria Venusiam repetens, caput Hasdrubalis prope castra hostium poni, captiuos dimitti iussit, qui tantæ calamitatis nuncium ad Pœnũ deferrent. Verum Annibal hoc tam ingenti non solum publico, sed etiam priuato pculsus vulnere, recessit, in agrum Brutiũ se recepit, non minus tñ oĩbus viribus iũctis, inuicto animo bellũ sustinuit, & q̃d mirum est, exercitum ex Hispanis, Aphris, Gallis, atqꝫ alijs gentibus mixtum, sic concordẽ siue autoritate siue prudentia tenuit, vt ne minima qdẽ seditio militaris in castris sit audita. Nec iam Ro. Sicilia, Sardinia, Hispaniaq́ꝫ rece

Leuinus Siciliam capit

Fuluij casus

Marcelli interitus & sepultura.

Hasdrubal vincitur.

ptis,hunc hostem aut in Italia delere,aut ex Italia deducere prius potuerunt,q̃ in Africam P.Cor.Scipionem mitterēt.oēs ciuitates quæ in Brutijs ab Annibale tenebantur, paulo post Ro.se tradiderunt.P.Cor.Scipio dum graui morbo implicitus esset,seditionem in parte exercitus motam,confirmatus discussit,rebellantesq́ Hispaniæ populos coegit in deditionem venire.amicitia facta est cum Masinissa rege Numidarum, qui illi quidem auxilium,si in Aphricā traiecisset, pollicebatur. Cumq́ vniuersam Hispaniam à Pyrenęo vsq; ad Oceanum Scipio subegisset,reuocatus à Ro.cum ingenti gloria Romam venit,& 14.anno postq̃ Annibal in Italiam venit,cum Licinio Crasso consul creatus est,& in Africam missus.Scipio Aphricam aggressus, hyberna Pœnorum & mapalia Numidarum,quæ haud longe aberant ab Vtica,nocte fecit incendi.Pœni trepidi,cum casu accidisse ignem putarent,inermes ad extinguendum cucurrerunt,q̃ de re facile ab armatis oppressi sunt.in vtrisq; castris 40.millia hoīm igni ferroq́; consumpta sunt,quinq; millia capta,duces ipsi miserabiliter ambusti,ægre diffugerunt.Asdrubal dux Carthaginem profugus venit.Mox Scipio Hannonem ducem Aphrorum,cum exercitu interficit,secundo prælio castra cepit,cū quatuor & 500.militibus occisis.Syphacem Numidiæ regem,qui se Aphris coniunxerat,capit,& castra eius inuadit.Syphax cum nobilissimis Numidis & infinitis spolijs Romam à Scipione mittitur,qui cum in custodia Tiburti moritur,sumptu publico iussit senatus eum honorifice sepeliri.q̃ re audita,oīs fere Italia Annibalem deserit.T.Liui⁹ ita scribit:In Africa Scipio Carthaginem & Syphacem Numidarum regem,Hasdrubalemq́; pluribus prælijs vicit,adiuuāte Masinissa,binaq́; hostium castra expugnauit,in quibus 40.millia hoīm ferro igneq́; consumpta sunt, prout supra dictum est. Masinissa hic rex Massyliorum,dum pro Carthagine in Hispania militaret,amisso patre Gala,de regno excidit, quo per bellum sæpe repetito, aliquot prælijs à Syphace rege victus,& in totum priuatus est.Tunc cum ducentis equitibus exul Scipioni se iunxit,&cum eo Hannonē Amilcaris filiū interemit.ideo postea huic bello interfuit.Effectū itaq; est multis Scipionis victorijs,vt Carthagineñ.desperatione acti, in auxilium publicæ salutis Annibalem ex Italia reuocarent,vnde post 16. Punici belli annum Italiam reliquit, multum prius de senatu Carthaginen.multum de se ipso questus:de senatu,ꝙ cōmoranti diu in hostili terra parum supplementi & pecuniæ suppeditasset:de se vero, ꝙ toties Ro.legionibus fusis cæsisq́;,moram semꝑ post victoriam trahens, spatium respirandi hosti dedisset,ferturq́; priusq̃ classem conscendisset,fleuisse ꝙ Italiam cogeretur relinquere.Legati interim Carthaginensiū pacem à Scipione petētes,ad senatū missi sunt, & ex arbitrio Scipionis acceperunt.sed veniente Annibale Carthaginem, pax turbata est,multaq́; hostilia ab Aphris facta sunt.legati eorum ex vrbe veniētes, à Ro.capti sunt,& iubente Scipione dimissi. Annibal quoq; frequentibus prælijs victus à Scipione,etiam ipse petere cœpit colloquium. vbi cum se attoniti diu admiratione, mutuo duo clarissimi duces conspexissent in patenti campo,singulisq́; interpretibus,diuersis sententijs de pace & bello contulissent, Annibal ad pacem animū intendens,videbat eñ rem Carthagineñ.deteriorem indies fieri,Sardiniam,Siciliam,Hispanias esse amissas,bellum ex Italia in Africam translatum,Syphacem potentissimū regem deletum: sed Scipio cum in magna spe esset conficiendi belli, ab pacis consilijs abhorrere videbat.Itaq; post lōgum sermonem re infecta,ex colloquio discesserūt.nec multo post, prælium istud memorabile apud Zamam conseruerunt, in quo primo concursu elephanti Carthagineñ.in suos conuersi,equitatum Annibalis ꝑturbarūt.pugnatū est tñ à pedestri acie diu atq; acriter,cū Pœni in dextris suis Aphricæ salutem collocatā putarent. Ro.non mediocre momentū ad victoriā fuit,ꝙ Lælius & Masinissa pauorem hosti iniecerāt,eoꝝ eñ aduentu celeriter factū est,vt Pœni ardorē remittētes pugnæ, fuga remediū q̃rerent.supra 20.millia hostiū eo die à Ro.cæsa sunt,totidem prope capta.ipse Annibal ad vltimū e media cæde cum paucis aufugit.Itaq; Annibal senatui Carthaginensi suasit,vt cum imperatore Ro.q̃ ratione possent,de pace agerent.Missi sunt decem legati.cum aūt pacis conditiones duras Carthaginē retulissent,ferūt Gisgonem pacem dissuadētem,ab Annibale ex superiore loco deturbatum. & cum hoc audax factum,libera ciuitate indignum videbatur,excusat se Annibal,ꝙ totis annis in armis versatus,vrbanas consuetudines ignoraret.post hæc de conditionibus pacis ita prudenter disseruit,vt mox Carthagineñ.eas leges,quas victor & necessitas censeret, accipiendas non recusarent.fuerunt conditiones duræ, & quas victores victis in extremis consueuerunt imponere.præter cætera Carthagineñ.annuum stipendium populo Ro.vsq; ad certum tempus soluere tenebantur, naues plus q̃ quingentæ in altum ductæ,in conspectu ciuitatis exustæ sunt,pax per Scipionem voluntate S.P.Q.Romani

Vincūt à Scipiōe Hāno & Syphax.

Masinissa.

Annibal reuocatur.

Colloquiū Scipionis et Annibalis.

Pugna apud Zamā

Finis belli punici scdi.

mani Carthagineñ. concessa. Re gesta tam feliciter, amplifs. triũpho Scipio est vrbem ingressus, eius currum Terẽtius culeo secutus est pileatus, libertatis suæ autori gratus. Ipse Scipio primus à deuicta terra nomen accipiens, siue militari fauore, siue aura populari, Africanus est appellatus. Igitur ab vrbe condita circiter annum 551. bellum Punicum secundum finitum est, post annum 19. q̃ cœpit. Referunt aliqui Annibalem veritum, ne petẽti Scipioni dederetur, in Asiam profugisse. sed T. Liuius ait Annibalem frustra in Africa bellum post aliquod tempus molitum, & ob hoc Ro. per epistolas aduersæ factiõis delatum, propter metum Ro. qui legatos ad Carthagineñ. senatum ob id miserunt, profugum ad Antiochum regem Syriæ se contulisse, bellum contra Ro. parantem. Idem T. Liuius ait, post pacem Carthagineñ. datam, paucis mensibus porta Iani clausa est. Post Carthaginem, vt ait Florus, vinci neminẽ puduit. secutæ sunt statim Aphricam gentes multæ, Macedonia, Græcia, Syria, cæteraq; oĩa q̊dam q̃si æstu & torrente fortunæ. Sic primi oĩm Macedones, affectator q̃ndam imperij populus. itaq; q̃uis tunc Philippus regno præsideret, Ro. tñ dimicare sibi cum Alexandro videbãtur. Macedonicum bellum cœpit à fœdere Philippi, quo rex iam pridem dñantem in Italia Annibalem sibi sociauerat, eiq; auxilia miserat. Postea causa creuit, implorantibus Athenis auxilium contra regis iniurias etiam in sacra & sepulchra eorum. Et q Antiocho Magno contra Ptolemæum Epiphanem in tutela Ro. existentem, adhæserat. Ideo Q. Flaminius contra Philippum missus est. Ionium itaq; mare ingressus, anno ab vrbe condita 551. tota Græciæ littora veluti triumphanti classe peragrauit, inter quæ prodigium occurrebat, laurea in puppi prætoria fertur nata. Aderat in auxilium Attalus rex Pergamorum, aderant Rhodij nauticus populus. bis victus rex, bis exutus & fugatus castris, cum tñ nihil terribilius Macedonibus fuerit. ingentibus eñ pilis vltra modum pugnabant. Tandem tñ rex pacem petere compellitur. deinde cum expositæ cõditiones pacis à Ro. essent, repetere sua & Attalus & Rhodij & Achæi & Aetoli cœpere. Contra Philippus, adduci se posse vt Ro. pareat, cæterum indignũ esse, Græcos à Philippo & Alexandro maioribus suis victos, velut victores, leges pacis sibi dicere. ad postremum tñ eo petente, induciæ duorum mensium sunt datæ. Interim à senatu repudiata pace, Philippus in societatem belli Nabin tyrannum solicitat. pugna facta est. concurrunt milites, alteri orientis, alteri occidentis imperio gloriantes, sed Macedonas Romana vicit fortuna, fractusq; bello Philippus, pace à Flaminio consule petita, nomen quidẽ regium retinuit, sed oĩbus Thraciæ vrbibus, veluti regni membris extra terminos antiquæ possessiõis amissis, solam Macedoniam retinuit. Mox ne quid esset hostile, Flaminius Thebas, Euboeam, & grassantẽ sub Nabide suo Lacedæmona compescuit. Græciæ vero veterem statum ac libertatem reddidit, vt legibus viueret suis, & auita libertate frueretur, ex quo vociferationes & magna Græcis gaudia sunt exorta. Anno ab vrbe condita quingentesimo quinquagesimoprimo, Ptolemæus Philopator moritur. nuper enim pace facta cum Antiocho, vt dictum est, quietem auide secutus, denuoq; in luxuriam prouolutus, occisa Eurydice vxore, eademq; sorore sua, Agathocleæ meretricis illecebris capit adeo, vt nec quisq̃ in regno suo minus posset, q̃ ipse rex. Agathocles lateri regis iunctus, ciuitatem regebat, ducatus & p̃fecturas mulieres ordinabant. Cum interim, relicto quinquenni ex Eurydice sorore filio, moritur: sed mors eius à perditissimis diu occultata fuit. re tamen cognita, concursu multitudinis Agathocles occiditur, & mulieres in vltionem Eurydices, patibulis suffiguntur, morte regis supplicio meretricum velut expiata regni infamia.

Scipiõis triumphus.

Bellũ Macedonicum.

Pto. Philopatoris lux9

Anno igitur eodem Alexandrini ad Rom. miserunt, orantes vt tutelam pupilli susciperent, tuerenturq; regnum Aegypti, quod iam Philippum & Antiochum pactione diuisisse dicebant. Grata legatio Rom. fuit. causam belli quærentibus aduersus Philippum, qui insidiatus eis tempore belli Punici fuerat. mittuntur igitur legati, qui Philippo & Antiocho, vt à regno Aegypti abstineant, nuncient. mittitur & M. Lepidus in Aegyptum, qui tutorio nomine regnum pupilli administret. Ptolemæus igitur Epiphanes, filius Ptolemæi Philopatoris, anno ab vrbe condita 551. regnare cœpit Alexãdriæ, regnauit annis 24. huius patre Philopatore defuncto, Antiochus Magnus rupto fœdere quod cum patre fecerat, exercitum de superioribus Babyloniæ partibus congregauit. factaq; pace cum Philippo Macedonum rege, contra hunc Epiphanem puerum exercitum mouit. Pugnantibus aũt inter se Antiocho & ducibus Ptolemæi pueri, Iudæa in medio posita, multa mala perpessa, in contraria studia scindebatur, alijs Antiocho, alijs Ptolemæo fauentibus. Cumq; Antiochus teneret Iudæam, missus Scopas dux partium Ptolemæi, aduersus Antiochum dimicans, cepit Iudæam, sed post modicum Antiochus Scopam vicit, iuxta fontem Iordanis multos

Ptolemæus Epiphanes Philopatoris filius.

sternẽs.

sternens. Postea vero Antiocho capiēte Samariam & ciuitates Syriæ, quas Scopas tenuerat, gens Iudæorum sponte ad eum veniens, eius exercitum in ciuitatem suscepit, & prono animo auxilium præbuit. vnde & ipse eis multa beneficia contulit, quæ Iosephus scribit. Volens aūt Antiochus non solum Syriam, Ciliciam & Lyciam, & alias prouincias quæ erant partium Ptolemæi, possidere, sed in Aegyptū quoq; regnum suum extendere, facta pace cum Ptolemæo, Cleopatram filiam suam septimo anno adolescentiæ despondit ei, & 13. anno tradidit, data ei dotis noīe oīni humili Syria & Iudæa. nec tñ obtinere potuit Aegyptum, quia Ptolemæus Epiphanes & duces eius sentientes dolum, cautius egerunt, & Cleopatra magis viri q̃ parentis fouit partes. Antiochus itaq; dum Phœnicen cæterasq; Syriæ quidem, sed iuris Aegyptij ciuitates inuasisset, legatos ad eum misit senatus Ro. qui denunciarent ei abstinere à regno pupilli, quibus spretis, interiecto tempore alia legatio superuenit, quæ omissa pupilli persona, ciuitates iure belli factas populi Ro. in integrum restitui iubebat, abnuenti bellum denunciatur. quod ille facile susceptum, infeliciter gessit. Terribile aūt Antiochi bellum, Annibalis nomē faciebat, quem æmuli eius cum Antiocho inijsse societatē apud Ro. criminabātur. Deniq; senatus metu pculsus, ad speculādos actus Annibalis, legatum in Aphricam Seruilium mittit, eiq; tacitis mandatis præcipit, vt si possit, eum per æmulos eius interficeret, metuq; populum Ro. liberaret. sed res Annibalem non diu latuit, virum ad prospicienda cauendaq; pericula peritum. Igitur cum Carthagine in oculis legatoꝝ obseruaretur, appropinquante vespere illius diei, equum conscendit, & rus vrbanum q̃d prope littus habebat, ignaris seruis, contendit. habebat ibi paratā pecuniam & naues. Clam lecta seruoꝝ iuuētute, nauē cōscendit, & ad Antiochū cursum dirigit. legatus vero Ro. hoc intellecto, q̃si bellū iam illatum esset ab Annibale, tacitus Romā reuertit, trepidūq; nunciū affert. Annibal cū ad Antiochū venisset, velut deoꝝ munus excipit: tantusq; eius aduentu ardor animis regis accessit, vt nō tam de bello, q̃ de præmijs victoriæ cogitaret. sed Annibal, cui nota Romana virtus erat, negabat opprimi Ro. nisi in Italia posse, ad hoc sibi centum naues & decē millia peditum & mille equites poscebat, promittens hac manu non minus bellū q̃ gesserit, Italiæ restauratuꝝ, & in Asia regi sedenti aut victoriam de Ro. aut æquas pacis cōditiones relatuꝝ. Quippe & Hispanis bello flagrantibus, ducem tm̄ deesse, & Italiam notiorē sibi nunc q̃ pridem fuisse, sed nec Carthaginem quieturam, sociamq; ei se sine mora pbituram. Cum regi consilia placuissent, mittitur Carthaginem vnus e comitibus Annibalis, qui in bellum cupidos hortetur, Annibalemq; cum copijs affuturum nunciet, nihil dicat partibus, nisi animos Carthaginensiū deesse, Asiam & vires belli & sumptum pbituram. hæc cum relata Carthagineñ. essent, nuncius ipse ab inimicis Annibalis cōprahendit, & pductus in senatum, cum interrogaretur ad quem missus esset, Punico ingenio respondit, se ad vniuersum senatum missum: nec eñ hoc opus singuloꝝ. sed vniuersoꝝ esse. dum multis diebus deliberant, an eum Romā ad purgandam publicam conscientiam mittant, tacitus conscensa naui, ad Annibalem reuertitur. q̃ cognito, Carthagineñ. statim Romam legatum deferūt. Romani tum legatos ad Antiochū misere, qui sub specie legationis, & regis apparatum specularent, & Annibalē aut Romanis mitigarent, aut assiduo colloquio suspectū regi facerēt. Itaq; legati cum Ephesum venissent ad Antiochū, mādata ei senatus tradūt. Dum respōsum expectant, oībus diebus assidui cum Annibale fuerunt, dicentes, timide eum à patria recessisse, cum pacem Ro. non tam cum repub. q̃ cum eo factam, summa fide custodiant, bella eum Ro. magis odio q̃ patriæ amore gessisse, Plutarcho autore. Inter alia Scipionē q̃siuisse ab Annibale, quem fuisse maximum imperatorem crederet: illum rñdisse, Alexandrum Macedonū regē, q parua manu innumerabiles exercit⁹ fudisset, qꝙ vltimas oras q̃s visere supra fidem humanam esset, peragrasset. Quærenti deinde, quem secundum poneret, inquit, Pyrrhum, eo q castrametari docuisset, ad hæc, neminem maiore prudentia loca cepisse, præsidia disposuisse. Quærenti, quem tertium diceret, semet, dixit. ridens Scipio, quidnam tu diceres, si me vicisses? tunc vero, inquit, me & ante Alexandrum, & ante Pyrrhū, & ante alios posuissem. Hæc & alia sine causa sæpius cupidiusq; cum legatis colloquitur, ignarus, pro familiaritate Romana odium oriri sibi apud regem. Quippe Antiochus tam assiduo colloquio conciliatam cum Ro. gratiam existimans, ab adulatoribus inductus, nil ad eum, sicut solebat, referre, expertēq; totius consilij, & veluti hostem proditoremq; suum odisse cœpit. quæ res tm̄ apparatum belli, cessante imperatoria arte, corrupit. Romani senatus mandata fuerant, vt cōtentus terminis Antiochus Asiæ esset: quibus spretis, nō accipere bellū, sed inferre statuit. Cum igitur frequenter de bello rex consilium habuisset, remoto Annibale, tandem eum vocari

Antiochi & Ptol. fœdus

Annibal fugit Antioc.

Suadet Antiocho bellū Annibal.

cari iussit,nõ vt ex sentẽtia eius aliq̃d ageret,sed ne p oĩa eũ spreuisse videret. oĩbusq̃ rogatis,postremo interrogat.Quo ille animaduerso,intelligere se professus est,nõ q̃a egeat cõsilio,sed ad supplendũ numerũ sententiarũ se vocatũ:tñ & odio Ro.& amore regis,apud quem solum sibi tutum exilium relictum sit,se viam gerendi belli edisserturũ.Sedem belli Italiam placere,q̃ppe Ro.vinci non nisi armis suis posse: siquidẽ diuersum cæteris mortalibus esse illud & belli genus,& hoĩm.q̃obrem si quis eos in Italia lacessat,suis eos opibus,suis viribus,suis armis posse vincere,sicut ipe fecerit. Sin vero quis illis Italia,velut fonte cesserit virium, p̃inde falli,ac si quis amnes non ab ipsis fontium primordijs deriuare,sed concretis iam aquarum molibus,auertere vel exiccare velit:hoc censuisse,vt scirẽt oẽs rationẽ cum Ro.gerendi belli,eosq̃ foris inuictos, domi fragiles esse:prius eñ eos vrbe,q̃ imperio: prius Italia, q̃ prouincijs exui posse. Quippe & à Gallis captos, & à se prope deletos esse: neq; se vnq̃ victũ prius, q̃ terris eorum cesserit:reuerso Carthaginem,statim cum loco fortunam belli mutatam.Hui⁹ sententiæ obtrectatores,amici regis erant,verentes ne probato cõsilio, primum apud regem locum occuparet.At Antiocho non tam consilium,q̃ autor displicebat,ne gloria victoriæ,Annibalis,non sua,esset.Rex igitur per hyemẽ in luxuriã lapsus,nouis q̃tidie nuptijs deditus erat.Cõtra Attilius Glabrio Ro.cõsul,copias,arma, cæteraq; bello necessaria summa industria parabat,ciuitates socias confirmabat,dubias illiciebat. itaq; prima belli congressione cum cedentes suos rex cerneret,non laborantibus auxilium tulit,sed fugientibus se ducem præbuit,castraq̃ ditia victoribus reliquit. Deinde cum in Asiam,p̃da Ro.occupatis,fugiendo p̃uenisset,pœnitere neglecti cõsilij cœpit.De eodem Florus:Non aliud,ait,formidolosius fama bellum fuit. hic eñ fauentis Asiæ sui numinis,timor erat:nec sane viris,opibus, armisq̃ quicq̃ copiosius Syria,sed in manib⁹ tam ignaui regis inciderat,vt nihil fuerit in Antiocho speciosius,q̃ q̃ à Ro. victus sit.Impulere regem in id bellum illinc Thoas Aetoliæ princeps,hinc Annibal: sed rex suis opibus & noĩe regio fretus,satis habuit bellum mouere.Europa iam procul dubio iure ad Romanos pertinebat.hinc Lysimachiam vrbem in littore Thracio positam à maiorib⁹ suis, Antiochus vt hæreditario iure repetebat. Hac, veluti sidere Asiatici belli,mota tempestas,occupatis statim insulis, Græcisq; littoribus,ocia & luxus tanq̃ victor agitabat.Euboeam insulam in continenti adhærentẽ tenui freto Euripus abscidit.hic ille positis aureis sericisq̃ tentorijs,sub ipso freti murmure cum inter fluenta tibijs fidibusq̃ concineretur,virginum puerorũq; delectus habebat. Talem ergo regem iam sua luxuria debellatum,pop.Ro. Attilio cõsule in insula aggressus,in ipso initio coegit ab insula fugere. tam præcipitem apud Thermopylas assecutus locum,& ibi fugã inijt,atq; abscessit.Deinde populo Ro. in amicitiã reuocato,oĩa ex sententia eius agere se velle dicit.interim nunciat ei, Aemilium Regillum cum 80. nauibus aduentare,quæ res illi restituendæ fortunæ spem dedit.Itaq; prius q̃ sociæ ciuitates ad hostes deficerent,decernere nauali prælio statuit,sperans cladem in Gręcia acceptam,noua posse victoria aboleri.primus oĩm aũt Romanorũ ducum in Asiam traiecit Aemilius.Annibali igitur tradita classe,prælium committitur. sed nec Asiani milites Ro.neq; naues eorũ pares rostratis nauibus fuere. minor tñ clades ducis solertia fuit.Romã nõdũ opinio victoriæ venerat,& idcirco aduersus Annibalẽ ducẽ,cum vincere Pœnos opus sit Scipionum,creatur consul L.Scipio,eiq̃ datur legatus frater Africanus,qui se ad hoc obtulerat,vt intelligeret Antiochus, non maiorem fiduciam se in Annibale victo,q̃ Romanos in victore Scipione habere. Trãjcientibus in Asiam Scipionibus, victũ Antiochũ terrestri, Annibalẽ nauali bello inuenerunt. Antiochus igitur primo aduentu eorum,legatos pacem petentes ad eos mittit, peculiare donum Africano ferẽtes ipsius filium,quem rex paruo nauigio traijcientẽ ceperat.Sed Africanus priuata beneficia rebus publicis segregata dixit,aliaq̃; esse patris officia,alia patriæ iura,quæ non liberis tantum,immo & vitæ præponantur.proinde gratum se munus accipere,priuatoq; impendio munificentiæ regis responsurum, sed neq; de redimendo filio tractauit, sed vt dignum maiestate eius erat, armis se recepturum filium dixerat.Post hæc leges pacis dicuntur,vt Asia Romanis cederet,Antiochus contẽtus Syriæ regno esset,naues vniuersas,captiuos & transfugas traderet,sumptũq; oẽm belli Ro.restitueret. quæ cum nunciata Antiocho essent, nondum ita se victum respondit,vt spoliari se regno pateretur.Igitur cum ab vtroq; bellum pararetur,ingressi Asiam Ro.Ilion veniunt.mutua gratulatio tum Ro.& Iliensium fuit,Iliensibus Aeneam cæterosq̃ duces à se profectos, Romanis se ab his procreatos referentibus. Profectis ab Ilio Ro.Eumenes rex cum auxilijs occurrit Romanis. Tum rex Antiochus incredibile

Cõsiliũ Annibalis de gerẽdo bello.

Attilij cõsulis diligẽtia.

Antiochi fuga.

Naualis Aemilij Regilli victoria.

Pacis conditio Antiocho oblata.

dibile dictu,quibus auxilijs,quibus copijs consederat.trecenta millia peditũ,equitum falcatorumq́ꝫ curruum non minor numerus, elephantis ad hoc immensæ magnitudinis,auro,purpura,argento &suo ebore fulgentibus,aciem vtriusqꝫ vallauerãt.sed hęc oĩa præpedita magnitudine sua,vt refert Florus, ad hoc imbre, qui subito superfusus, mira felicitate Persicos arcus corruperat.primum trepidatio. Nam cum in dexteriore cornu pulsa legio Ro.ad castra fugeret,M.Aemilius tribunus 30. millibus ad tutelam castrorum relictis,strictis gladijs,nisi in prælium reuertantur,minari,infestioraq́ꝫ sua q̃ hostium castra inuenturos.attonita tanto periculo legio,in prælium reuertitur, magnaq́ꝫ cæde edita,initium victoriæ fuit.Cæsa hostium 50.millia,capta 11.millia.reliqui fuga elapsi sunt.Antiocho itaqꝫ pacem petẽte, nihil ad superiores conditiones additur,Aphricano prædicante,neqꝫ Ro.si vincantur,animis minui,neqꝫ si vincãt, secundis rebus insolescere.Obsidibus datis 20.inter quos filium cognomento Nobilẽ Antiochum,Romanis tradidit.Captas ciuitates,inter socios diuisere, muneris Ro.aptiorem Asiam,q̃ possessiones voluntarias iudicantes: quippe victoriæ gloriam Ro.nomini vendicandam,opum luxuriam socijs relinquẽdam.L.Cor.Scipio,cognomine fratri coęquatus,Asiaticus appellatus est.Annibal ita post pacem Antiocho datam,ne se, vt pactum erat,Ro.dederet,ad Prusiam Bithyniæ regem elapsus est. Paulo post Scipio Africanus die ei dicta,vt quidam aiunt, à Petilijs trib. plebis, ꝙ præda Antiocho capto ærarium fraudasset,euocatus in rostra,Hac die,inquit,quirites Carthaginem vici,æquum est vos ire mecum in Capitolium supplicatum.Hac audita voce,secutus est eum & senatus & populus.Deinde superior Scipio in voluntarium exilium in Apuliam abijt,ante in hæc verba præfatus:Neqꝫ em̃,inquit, puto eo malignitatis vẽtum,vt de mea innocentia querendum sit.nam cum Africam totam potestati vestræ subiecerim,nihil ex ea quod meum dicitur,pręter cognomen detuli.Atqꝫ frater etiam inuidia q̃ pecunia locupletior est.& fertur,moriens apud Liternum vile oppidum,sepulchro inscripsisse:Ingrata patria,nec ossa mea habes.Scipio Asiaticus frater ipsius, eodẽ peculatus crimine accusatus est,damnatusq́ꝫ:ac ne in vincula & carcerem duceretur,T. Sempronius Gracchus tribunus plebis,qui antea Scipionibus inimicus erat, intercessit,ob quod beneficium Africani filiam duxit:& cum populus quæstores in bona eius publice possidenda misisset,nõ modo nullum vestigium regiæ pecuniæ apparuit,sed nec tm̃ in ærarium redactum.quantæ summæ erat damnatus.Annibal ad Prusiam regem,post pacem Antiocho à Ro.datam,profugerat.eo tunc inter Prusiam regem & Eumenem bellum ortum est,quod Prusias,Annibalis fidutia rupto fœdere, prior intulit.nanqꝫ Annibal,cũ ab Antiocho Ro.inter cæteras conditiones pacis deditionem eius deposcerẽt,admonitus à rege,in fugam versus,Cretam primũ defertur. vbi cum diu quietam vitam egisset, inuidiosumqꝫ se propter nimias opes videret, amphoras plumbo repletas,in templo Dianæ quasi fortunæ suæ præsidia deposuit.atqꝫ ita nihil de illo solicita ciuitate,ad Prusiam contendit,auro suo in statuis quas secum portabat infuso,ne conspectæ opes,vitæ suæ nocerẽt.deinde cum Prusias terrestri prælio ab Eumene victus esset,præliumq́ꝫ in mare transtulisset, Annibal nouo commento autor victoriæ fuit.nam omne serpentinum genus in fictiles lagenas conijci iussit,medioq́ꝫ ꝑlio in naues hostium mittit.id primum Ponticis ridiculum visum,fictibilibus dimicare qui ferro nequeant:sed vbi serpentibus repletæ naues,ancipiti periculo circũuenti, hosti victoriam dedere. quæ vbi Romæ nunciata sunt, missi à senatu sunt legati, qui vtrunqꝫ regem in pacem cogerent,Annibalemq́ꝫ deposcerent.sed Annibal re cognita,sumpto veneno,legationem morte præuenit.insignis hic annus mortibus Annibalis & Scipionis Africani maximorum imperatorum fuit.Ex his constat,Annibalem, nec quum Italia cum Romano imperio tonantem contremuit,nec quũ reuersus Carthaginem summum imperium tenuit,aut cubãtem cœnasse, aut plus sextario vini indulsisse:pudicitiamq́ꝫ eum tantam inter tot captiuas habuisse,vt in Africa natum quiuis negaret.moderationis certe eius fuit,vt cum diuersarum gentium exercitus rexerit,neqꝫ insidijs suorum militum sit petitus vnq̃,neqꝫ fraude proditus,cum vtrunqꝫ hostes sæpe tentassent.Interea in Syria rex Antiochus quum graui tributo pacis Romanæ premeretur,& victus oneratusq́ꝫ esset, seu inopia pecuniæ compulsus, seu auaritia solicitus,quia sperabat se sub specie tributariæ necessitatis excusatum,sacrilegia commissurum,dolo inductus sacerdotum,adhibito exercitu,nocte templum Dodonæi Iouis in Perside aggreditur.qua re prodita, concursu incolarum cum omni militia interficitur.Hæc Iustinus,alij interfectum dicunt à sacerdotibus.Per hæc etiam tempora Romam multæ Græciæ ciuitates questum de iniurijs Philippi regis Macedonum venerunt, vbi cum disceptationes in senatu inter Demetrium Philippi filium, quem pater

Acris pugna inter Ro. & Antiochum.

Annibal apud Prusiam degit.

Annibalis interitus.

Antiochi sacrilegium & mors.

pater ad satisfaciẽdum senatui miserat,& legatos ciuitatũ essent, turba querulantium confusus adolescens, repẽte obticuit. tunc senatus verecũdia eius motus, quia priuat⁹ etiã antea cum Romæ obses esset, charus oĩbus fuerat, patrẽ à causa absoluit, q̃ res Demetrio non gratiã legationis, sed odiũ obtrectationis cõparauit. nam apud fratrẽ Perseum æmulatio illi inuidiã contraxit, & apud patrẽ nota absolutiõis, causa offensæ fuit, indignante Philippo, plus momenti apud senatũ ꝑsonam filij, q̃ autoritatem patris ac dignitatẽ regiæ maiestatis habuisse. Igit̃ Perseus ꝑspecta patris ægritudine, quotidie absentẽ Demetrium criminari, & primo inuisum, post etiã suspectum reddere, nũc amicitiã Ro. nunc proditionẽ ei patris obiectare. Ad postremũ insidias sibi ab eo paratas cõfingit, ad cuius rei probationẽ immittit iudices, testes subornat. Quibus rebus patre cõpulso ad parricidiũ, funestam oẽm regiã facit. Occiso Demetrio, sublatoq́ꝫ æmulo, cõtumacior Perseus in patrẽ erat, nec hęredem regni, sed regẽ se gerebat. His rebus offensus Philippus, impatientius indies mortẽ Demetrij dolebat: tunc & insidiis se circũuentum suspicari, testes iudicesq́ꝫ torquere, atqꝫ ita cognita fraude, non min⁹ scelere Persei, q̃ innoxia Demetrij morte cruciabatur. peregissetq́ꝫ vltionem, sed breui post morbo decessit contracto. Hæc partim per anticipationẽ dicta sunt. nam Philippus in gñatione sequẽti sub Seleuco Syriæ rege mortuus est. Redeo ad Antigonũ Macedonũ regem, Philippi tutorem, cuius gesta paulo superius erant narrãda. Posteaq̃ eũ regnũ accepisset 13. anno Euergetæ, pupilli matrem vxorem duxit, regnauitq́ꝫ annos 15. Regno seditio maxima orta est. processit itaqꝫ in publicũ, & diademate in vulgus proiecto, illud alteri dari rogat, qui aut illis impet, aut ipsi pareant: se autẽ adhuc regnũ inuidiosum, non q̃dem voluptatibus, sed laboribus plenũ sentire. postea vero populo beneficia oblata à se & collata cõmemorat, q̃modo Dardanos Thessalosq́ꝫ nimiũ exultantes de morte Demetrij, cõpescuerit. Quibus verbis permotus populus, pudore regnũ recipere iubet. sed iamdiu illud recipere recusauit, donec de seditiosis sumptũ est suppliciũ. sumptoq́ꝫ regno, cõfestim Spartanis bellũ intulit, qui non solum pro libertate, sed pro salute cõtra certabãt, nõ vtiqꝫ Spartani tantũ, verꝫ & cõiuges liberiq́ꝫ magno animo fortunam tulere. nemo quippe eorum in acie saluti suæ pepercit, nulla amissam cõiugem fleuit, quin & filiorꝫ mortes senes laudabant. Inter hæc Cleomenes Spartanorꝫ rex post multas hostium cædes, cum sibi tantũ quatuor millia supeessent, ductis secum coniuge ac filijs, in Aegyptum ad Ptolemæũ Euergeten concessit, à q̃ honorifice susceptus est. Quo mortuo, ob Philopatoris insidias seipsum cum filijs interemit. Antigonus autẽ, Spartanis cæsis, ab vrbis direptione milites prohibuit, veniamq́ꝫ his qui supererant, dedit, dicens se bellum cum Cleomene, non cum Spartanis, suscepisse, cuius fuga finita esset ira. Nec multo post & ipse decedit, regno Philippo tradito. Cleomenes, cum ex ciuibus quidam diceret, oportere regẽ mitissimum esse: Ita, inquit, quoad contemptui non sit. Colossus Solis ingens à Chare Lyndio statuario fabricatus Rhodijs, terræmotu corruit, 6. & q̃nquagesimo anno, q̃ fuerat cõstructus. Erat, vt Plinius refert, statua altitudinis cubitorũ septuaginta, turribus æquiparanda, cuius ære nongentos ferunt camelos oneratos ab Aegypti rege Sultano, quod in Alexandriam transmittebat. Philopœmenes Megalopolitanus imperator, postremus Græcorum dictus est, quasi Græcia nullum amplitudine virtutum laudatum virꝫ post Philopœmenẽ ediderit, qui multis claris historijs, à Dinocrate Messenio veneno morti tradit̃, cũ in prælio corruens esset captus. Poetica coli à Romanis cœpta est, q̃ tempore cũ Pœnis pax erat facta, siue vt alijs placet, bello Punico 2. vt e versib⁹ illis patet:

Perseus Macedo.

Spartanos vincit Antigonus.

Colossus solis.

Poetæ Latini q̃n primum.

Punico bello secundo musa pennato gradu
Intulit sese bellicosam in Romuli gentem feram.

Fabulas primus dedit in vrbe Liuius Andronicus epicus poeta. eius meminere & Liuius & Val. Maximus. Plautus poeta comicus, ex Vmbria Sarsinas, Romam perductus, ingenio fuit perurbano & maxime festiuo. Ennius poeta epicus Tarentinus, à Catone quæstore Romam translatus, habitauit in colle Auẽtino, sumptu paruo & vnius ancillæ ministerio cõtentus. Animas immortales asseruit, ideo cecinisse legitur:

Adspicite o ciues senis Ennij imaginis vrnam.
Hic vestrum pinxit maxima facta patrum.
Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu
Faxit. cur? volito viuus per ora virum.

Septuagenarius, articulari morbo interijt. Neuius comicus Campan⁹, anno secundo regni Epiphanis, morit̃ Vticæ, Roma pulsus, q nobiliũ & p̃cipue Metelli factionẽ sectaretur. Panetius Rhodius philosophus, Scipionis Africani p̃ceptor, Athenis decessit. Possidoni⁹ Rhodius, philosophus Stoicus, Panetij successor, Romã venit Marcelli

celli tēpore. Statius Cæcilius Mediolaneñ. Romæ vixit, ƥlatus fere om̃ibus comicis, mortuus est sequenti anno post obitũ Q. Ennij. Philo Iudæus ex sacerdotum genere, floruit Alexandriæ, scripsit lingua Græca librum Sapiētiæ. M. Porcius Cato genere Tusculanus, à Val. Flacco Romã solicitatus, magnº orator Romæ habitus est. In ƥtura Sardiniã subegit, vbi ab Ennio literis Græcis est institutus. Secundũ Philonem de tēporibus, per pontifices & duces Dauidici gñis, colligũtur anni 164. à monarchia Alexãdri Magni vsq; ad Iudam Machabæũ, prout supra circa monarchiã Alexandri recitaui. Deinde à Iuda Machabæo incipiens, numerat annos vsq; ad legitimũ principatum Herodis, 161. & intelligit legitimũ principatum, quando in regno cõfirmatus fuit à Cæsare Augusto, quod factum est anno imperij Octauiani Augusti 42. regnauit enim Herodes annis 37. tyrannico s. principatu annis 31. & sex, legitimo. quare primus annus, q̃ legitime sceptrum de Iuda sustulit Herodes, annus fuit Octauiani Augusti in imperio 42. q̃ anno natus est Christus. ita pphetauit qui dixit, Non auferet sceptrum de Iuda, donec veniat qui mittendus est. Notãdum tñ est, ꝙ Philo non numerat duces Dauidicos à Iuda Machabęo & deinceps. nam hi duces tunc depressi erant, nec erant cõtenti. Philo autē studuit tēpora ꝑ duces notiores exprimere, dicens: Mox secuti Asmonai, simul cum pontificatu etiã ducatum à domo Dauid subripuerunt. Iudas Machabæus, correptis armis cõtra Antiochum Illustrem & filium eius Eupatorē atq; Demetriũ, præfuit annis 5. Ionathas eius frater 19. Simon, ab Antiocho Sedete immunitate donatus, ƥfuit annis 8. Iohãnes Hyrcanus Priscus ex Asmonai, annis 26. Aristobulus vno, Ianneus Alexander 27. eius vxor Alexãdra 9. vltimus Hyrcanus 34. qui captus à Parthis, relicta vxore ac filia & eius fratre Aristobulo. Mox Herodes, iubēte senatu Romano, inuitis Hebræis, regnum tyrannicũ inijt, sumpta sibi vxore filia Hyrcani capti à Parthis, & declarato filio eiusdem Hyrcani Aristobulo pontifice, vt Iudæorum animos ad se inclinaret. Sustulit autē ex filia Hyrcani vxore filios duos. sed cum anno 26. tyrannici regni sui Herodes reuersum socerũ Hyrcanũ, aduerteret more prisco regis salutari ab Hebræis, illum sibi soceꝝ, socrumq́; atq; filiã sibi vxorem, & duos ex ea susceptos liberos, & Aristobulũ interemit, biennioq́; post Hebręos multis calamitatibus afflixit. Anno vero 30. principatus sui tyrannici, Zanedrim ex domo Dauid deleuit, & Annaleũ quendam atq; Zanedrim ex proselytis suffecit, q nimium in lege videbantur eruditi. & scias ꝙ secundũ Thalmudistas, zanedrim interpretatur collegiũ sceptri publicæq́; potestatis totius regni. erãt enim 70. seniores, inter quos vnus tanq̃ rex præerat, & hi Romana lingua seniores dicũtur. autor est Io. Annius Viterbieñ. in commentario hoc. Subiungit Philo de Herode: Tum & Salomen sororē suam, & virum eius de tribu Iuda, itē propriũ filium quē ex vxore eiusdē tribus susceperat, interfecit, ꝙ diceretur iam, in lege promissus, Christus natus. Fessi tandem Hebręi, vltro sibi ac eius posteris regnum obtulerunt, iurantes in fide ipsius ac posteroꝝ sese permansuros. regnauit autē tyrannico principatu annis 30. Sequenti anno cõfirmatur ab Augusto, quo anno natus est Christus. Supputatione igitur facta, à Iuda Machabæo ad Christum reperiũtur anni 161. quo vero ad duces Dauidici generis, clare patet in Mathæo & Luca euãgelistis, potissime in Luca qui ait, Ianneo successisse Melchi, & Melchi successisse Leui, patrem Mathan & auum Heli siue Ioakin, quæ noĩa quidã Iudæi in primitiua ecclesia transmutauerunt, vt obscurarent genealogiam Christi. Contra quos Hieronymus de ortu beatæ virginis Mariæ scribens: Quid, inquit, Pantheris & Barpantheris fraterni seminis suscitatione opus fuit ad genealogiã Mariæ, quæ clara est, sicut Philo & Lucas clarissime descripserũt? Quin etiã & vbi Lucas tēpora nõ colligit, & Philo definit, ipsi clarissime inferũt, dicētes: Vixit aũt Melchi filius Iannei, annis 25. & genuit Leui, q q̃dragenarius genuit Mathan, hic agēs annũ 36. genuit Ioakin, q & Elih, patrē qdem naturalē Marię, & legalē Ioseph. Anno aũt 46. natura sterilis genuit Mariã, q̃ & ipsa 14. ætatis anno pepit saluatorē. Hæc Hieronymus. vnde si tu numeras à Melchi ad 14. annũ B. Mariæ virginis, eqdem annos centum sexaginta vnum supputabis, & totum à Iuda Machabæo: quare in eorum collectione diligens esto.

Philõis supputatio à Machabæo

Zanedrim, 70. seniores.

Herodes.

GENERATIO LX.

ANno 5016. à mundi exordio, ab vrbe condita 566. olympiade 148. Eliud defuncto, successit filius eius Eleazar per lineam Christi, in quo 60. incepit generatio, & durauit annis pene 56. Eodem anno Seleucus, qui & Philometor, filius Magni Antiochi iam perempti, in Asia & Syria regnare cœpit. regnauit annis vndecim. erat quidem ingenio hebes & iniquus. Eodem tēpore Onias magnus Simonis pontificis filius, pontificatum gerebat, ad quem Arius Lacedæmoniorum rex, legationem & epistolas misit, dicens se quasdam scripturas inuenisse, quæ asserebãt Iudæos & Lacedæ

Seleucº Philometor.

cedæmonios ex vno genere extitisse, & familiaritatẽ cũ Abrahã socialiter habuisse,& fœdera renouari petebat. Sub eodẽ Onia sancta ciuitas Hierusalẽ habitabat in omni pace,& leges optime custodiebãtur, propter Oniæ põtificis dispositionẽ & pietatem, fiebatq́ vt ipsum reges & principes summo honore dignũ ducerent, tẽplumq́ maximis muneribus illustrarent. Tunc Simon de tribu Beniamin præpositus tẽpli contendebat, obsistente sibi principe sacerdotum, iniquũ aliquid moliri:& cum vincere Oniam nõ posset, venit ad Apollonium ducem Syriæ humilis,& nũciauit ei, pecunijs innumerabilibus plenum esse ærarium Hierosolymis,& immensas copias esse, q̃ non pertinent ad rationẽ sacrificiorũ, esse aũt possibile sub potestate regis cadere vniuersa. Cũq́ retulisset ad regẽ Seleucũ Apollonius, ille accitum Heliodorũ misit cum mandatis, vt dictã pecuniam transportaret. Heliodorus ergo cum venisset Hierosolymã, & benigne à summo sacerdote in ciuitate esset acceptus, narrauit de pecunia & eius rei causa se adesse. Tunc Onias ostẽdit deposita esse hæc,& victualia esse viduarum & pupillorũ: decipi aũt eos, qui credidissent loco & templo pecunias, omnino impossibile esse. At ille, se missum à rege, vt tolleret. Cõstituta autem ad hoc die & publicatione facta, nõ modica per vniuersam ciuitatem erat trepidatio: sacerdotes ante altare se iactauerunt, inuocãtes de cœlo eum qui de depositis legem posuit. Iam vero q̃ viderat Oniæ vultum, mente consternabatur, circũfusa erat viro mœstitia, horror & dolor cordis in facie apparens, accinctæ mulieres cilicijs pectus, p plateas confluebant. sed & virgines reclusæ, procurrebant ad Oniã. Erat misera omniũ expectatio. Heliodorus autem quod decreuerat, pficiebat, cum satellitibus ad ærarium psens. sed spiritus omnipotentis Dei magnã fecit suæ ostensionis eminentiã. apparuit eñ equus, terribilem habens insessorẽ, optimis operimẽtis adornatus, isq́ impetu Heliodoro priores calces elisit. qui aũt insidebat, videbat habere arma aurea. alij etiã apparuerũt duo iuuenes virtute decori, speciosi amictu, qui circũsteterũt eum,&ex vtraq; parte flagellabant sine intermissione. Subito aũt Heliodorus concidit in terrã, quem multa caligine circũfusum rapuerunt, atq; in sella gestatoria positũ eiecerunt. iacebat autẽ mutus atq; omi spe priuatus, nullo sibi auxilium ferente. Tunc ex amicis quidã Heliodori rogabant Oniam, vt inuocaret altissimum, vt vitam donaret ei, qui in supremo spiritu constitutus erat. Considerãs autem summus sacerdos, ne forte suspicaret rex malitiã aliquam, obtulit pro salute viri hostiã salutarem. orante illo, ijdem iuuenes eisdẽ vestibus amicti, adstantes Heliodoro dixerunt: Oniæ sacerdoti gratias age, nã propter eũ tibi dñs vitã donauit.& disparuerũt. Heliodor⁹ aũt hostia oblata,& votis magnis promissis, gratias agens Oniæ, recepto exercitu redijt ad regem. testabat aũt omnia q̃ expertus erat. cum aũt rex interrogasset Heliodorũ, quis esset aptus Hierosolymã mitti, ait: Si quem habes hostem, mitte illuc,& flagellatum eũ recipies, si tñ euaserit, eo q̃ in loco sit veri Dei quædã virtus. Simon aũt pdictus pecuniarũ & patriæ delator, male loquebatur de Onia, tanq̃ ipse Heliodorũ instigasset ad hæc.& cũ inimicitiæ in tantum procederent, vt etiã per quosdã Simonis necessarios homicidia fierent, considerans Onias periculum contentionis,& Apollonium insanire, ad regem se cõtulit, non vt ciuium accusator, sed vt cõmunis vtilitatis causa. videbat eñ sine regali prouidentia impossibile esse pacẽ rebus dari, nec Simonem cessare a stultitia sua. Sub Seleuco Ptolemæus Philometor sextus Aegyptiorũ rex, olympiade 150. vel paulo citra regnare cœpit, regnauit annis 35. segnis admodum vir & insensatus, ac luxuria marcidus, cuius pater Ptolemæus Epiphanes dictus,& mater Cleopatra soror Seleuci & Antiochi Epiphanis. habuit & Philometor fratrẽ minorẽ natu, cui Phiscon erat nomen. Per idem tẽpus audiens Antiochus Epiphanes. i. nobilis, qui Romæ obses erat, patrẽ iamdudũ mortuũ, sciensq́; fratris inertiam, de regno Syriæ habendo præsumens, clam Romam egressus est, q̃uis quidam asserant eum conniuentia senatorũ redisse. veniẽsq́ in Syriam, benignum se omnibus primum & munificum exposuit. Quo tẽpore moritur frater Seleucus, relicto filio Demetrio puero, quem Epiphanes priuauit regno. quare Demetrius adscendit Romam in accusationem patrui, vt ait Comestor. Incepit igitur regnare Antiochus in Syria anno 4. Philometoris, anno 137. regni Græcorum, prout in libris Machab. habetur,& quomodo computentur anni, vide Nicolaum de Lyra ibidem, quia à morte Alexãdri, à quo incepit regnum Græcorum, alia computatione vsq; ad Epiphanem Antiochum sunt anni 49. ad minus. Antiochus autem Epiphanes regnauit in Syria 12. annis, cuius sororem Cleopatram habuit vxorem Ptolemæus Epiphanes, de qua duos filios genuit, quos moriens paruulos reliq̃t, quorum maior Philometor, vt supra dixi, alter Phiscon dicebatur. Antiochus autem suo regno non contentus, exercitum duxit in Aegyptum, tractus desiderio regni.& con-

Onias

Heliodorus spoliaturus templum à dño corripitur.

Ptolemæus Philometor Aegypti rex.

Antiochus Epiphanes Syriæ rex.

contemnens filios sororis suæ, quasi debiles. Perueniens igitur ad Pelusium cum magna virtute, doloq; circunueniens Philometorem, occupauit Aegyptum: & cum adisset loca Memphiticæ ciuitatis, cepit eam. Deinde contra Alexandriam, vt obsideret Ptolemæum, cuius erat auunculus, tetendit: sed per duces Ptolemæi pulsus est non solum Alexandria, verum etiam tota Aegypto. Inde reuersus, ad Hierosolymam ciuitatem duxit exercitum. Quo perueniens, cepit eam fine conflictatione alicuius, aperientibus ei portas his, qui voluntatis eius essent cõscij. ingressusq; ciuitatem, multos interfecit sibi contraria sentientes. sed & ipsos qui sibi ciuitatem aperuerunt, propter diuitias templi occidit. Ambiebat autem Iason frater Oniæ summum sacerdotium, adito rege, promittens maximam pecuniam etiam *redditúum, si potestati eius concederetur gymnasium & ephebiam sibi constituere, & eos qui in Hierosolymis essent, Antiochenos scribere. Quod cum rex annuisset, vt obtineret principatum, statim ad gentilem ritum contribules suos trãsferri fecit. etenim ausus est sub ipsa arce gymnasium constituere, & optimos quosque epheborum in lupanari ponere. erat hoc impium atq; nefarium scelus, quod fecit, vt sacerdotes iam nõ solum non circa altaris officia dediti essent, sed contempto templo & sacrificijs, festinarent participes fieri Græcorum palæstræ. & cum quinquennalis agon in Tyro celebraretur, & rex præsens esset, misit Iason facinorosos viros ab Hierosolymis, portantes argentum in sacrificium Herculis, quod datum fuit in fabricam nauium triremium. Antiochus postea venit Hierosolymam, & magnifice ab Iasone ac ciuitate susceptus est, cum facularum luminibus & laudibus. vnde in Phœnicen exercitum conuertit, & post triennij tempus misit Iason Menelaum supradicti Simonis fratrem, portantem pecunias regi, & de negocijs necessarijs responsa perlaturum. At ille commendatus regi, in semetipsum retorsit summum sacerdotium, superponens Iasoni (id est, plus dans quàm Iason) argenti trecenta talenta. acceptisq; à rege mandatis, venit nihil quidem habens dignum sacerdotio, animos vero crudelis tyranni gerebat. Et Iason quidem, qui ꝓprium fratrẽ Oniã ceperat, iam antea & ipse deceptus, ꝓfugus in Ammonitẽ expulsus est regionem. Vnde dicit Augustinus, ꝙ tunc cum Iason & Menelaus emerunt sacerdotium, in detestationem Simoniæ extinctus est ignis altaris templi, qui vixerat sub aquis tempore captiuitatis Babylonicæ, de quo I. quæst. I. Sicut. Menelaus autem principatũ obtinuit hoc modo. De pecunijs vero regi promissis, nihil agebat cum exactionẽ faceret Sostratus, qui tum arci erat præpositus. quam ob causam vtriq; ad regẽ sunt vocati, & quia Menelaus culpabilis erat, amotus est sacerdotio, succedente Lysimacho fratre suo. Cum autem Antiochus de Antiochia abiret, reliquit ibi præfectum Andronicum. Ratus se Menelaus inuenisse tempus opportunum, aurea quędã uasa e templo furatus, donauit Andronico, alia vendiderat in Tyro. Cõfugerat autem illuc Onias, stans in asylo: & cum hoc cognouisset, arguebat Menelaum. vnde Menelaus accedens ad Andronicũ, rogabat eum vt Oniam interficeret, ne proderẽtur vnà. qui cum venisset ad Oniam, suasit ei, cum iureiurãdo securitatem promittens, de asylo procedere. & statim exeuntem peremit, non veritus iustitiam. ob quam causam non solum Iudæi, sed etiam gentes indignabant de nece viri iusti. vnde regressum regẽ adierunt Iudęi simul & Gręci, conquerentes de iniqua nece Oniæ. Contristatus animo Antiochus, & flexus ad misericordiã, lachrymas fudit, recordatus defuncti sobrietatẽ & modestiã: & Andronicũ purpura exutũ, per totam ciuitatẽ iubet circunduci, & in eodem loco in quo Oniam ꝑemerat, fecit vita priuari. Multis autem sacrilegijs in templo à Lysimacho cõmissis Menelai consilio, & diuulgata fama, cõgregata est multitudo aduersum Lysimachũ, multo iam auro exportato. Turbis vero insurgentibus, Lysimachus armatis fere tribus millibus vti cœpit: sed alij lapides, alij fustes validos arripuere, quidã vero cinerẽ in Lysimachum iecere, multi vulnerati, quidã in fugam versi, ipsum sacrilegum secus ærarium interfecerunt. De his vero cœpit iudicium aduersus Menelaum agitari, & cũ venisset rex Tyrum, ad ipsum negocium detulerunt missi de senioribus tres viri. Menelaus aũt promisit cuidã magnã pecuniam, vt promoueret eum apud regẽ. ille adijt regẽ, & duxit eum à sententia, & Menelaum vniuersæ malitiæ reũ, criminibus absoluit rex: miseros autẽ, q etiam si apud Scythas causam dixissent, innocentes iudicarent, hos morte dãnauit. & sic Menelaus propter eoꝝ qui in potẽtia erãt, auaritiam ꝑmanebat in potestate, crescẽs in malitia ad insidias ciuiũ suoꝝ. De morte Menelai infra. Eodẽ tẽpore secundã profectionẽ Antiochus parauit in Aegyptum. vnde Ptolemæus in Alexandriã fugit. quã is obsedit. quare Romani Ptolemæo auxiliũ tulere legato Popilio. q cũ diutius negligeret, iussit Antiochũ circunscriptũ spatio q̃dam, responde re priusq̃ exiret, mãdato senatus populiq; Ro. Tum Antiochus paruit, curiã præsentẽ exi-

Iason pontifex.

Menelaus pontifex.

Onias occiditur.

Popilius ad Antiochũ legatus.



existimans. Eodem tēpore cōtigit per vniuersam Hierosolymorum ciuitatem videri diebus 40. per aera equites discurrentes, auratas stolas habentes & hastas, quasi cohortes armatas, cursus equorum, telorum iactus & galeatorum multitudinem, gladijs districtis omnisq; generis loricatis. quapropter omnes territi, rogabant in bonum monstra cōuerti. Interea cū exisset falsus rumor de morte Antiochi, Iason sumptis secū mille viris, aggressus ē ciuitatē, & Menelaus fugit in arcem. facta aūt magna cęde, Iason principatum nō obtinere potuit, vt q̄rebat, sed profugus in Ammonitē, postea in Aegyptum, fugiēs de ciuitate in ciuitatē, oībus odiosus, refuga legū & execrabilis, vt patriæ & ciuium hostis, apud Lacedæmonios tandē interfectus, illamentatus morit̄ & insepultus. His aūt gestis, suspicatus rex Antiochus societatē suā deserturos Iudæos, profectus ex Aegypto, puenit Hierosolymā, iubēs suis nemini parcere, sed occurrētes eis occidere. ex quo factū est, vt in triduo 80. millia hoīm essent interfecti, seniorum, virorum, iuuenū, mulierum ac virginū, xl. millia vincti, nō minus aūt venundati. Ausus est etiam intrare tēplum, Menelao ductore, & scelestis manibus sumpsit sancta vasa: q̄ ab alijs regibus & ciuitatibus erāt posita ad ornatū loci & gloriam, ea abstulit, ac etiam mille octingētis talenti argētis de tēplo exportatis, reuersus est Antiochiā. Reliquitq; ppositos ad affligendā gentē, Hierosolymis Philippū genere Phrygem, moribus crudeliorem: in Garizim aūt, Andronicū & Menelaum. Narrat̄ autē in primo Machab. lib. cap. I. q̄ Antiochus intrās sanctificationē, acceperit altare aureū & cādelabrū, & vniuersa vasa, mēsam ppositiōis & libatoria, phialas, mortariola aurea & velū, coronas, ornamentūq; aureū q̄d in facie tēpli erat, & cōminutis oībus abierit. Post duos annos misit principē tributorum odiosum Apollonium, cum exercitu viginti & duorum milliū, præcipiēs ei oēs pfectæ ætatis interficere, mulieres ac iuuenes vēdere. Qui cum venisset Hierosolymā, loquutus est ad eos verba pacifica in dolo, crediderūtq; ei. quieuit autem ad diem sanctum sabbati, & tunc feriatis Iudæis, arma capere suis pcepit, oēsq; simul qui ad spectaculum processerāt, trucidauit: & ciuitatē cum armatis discurrēs, ingentē multitudinē peremit, accepit spolia ciuitatis, & succēdit eā igni. Et ædificauerunt ciuitatē Dauid muro magno & firmo, turribusq; firmarunt, & facta est illis in arcem, posuerūtq; illic gentē peccatricē, arma & escas ad insidias sanctificatiōis. Scripsit Antiochus omni regno suo, vt esset populus vnus, & misit libros in Hierusalē & in omnē Iudæā, vt sequerent̄ leges gētium. iussit coinquinari sancta, prohibuit sacrificia in tēplo Dei fieri. Iussit aūt ædificari aras, tēpla & idola, immolariq; carnes suillas & pecora cōia, & relinquere filios suos incircūcisos mādabat. Præposuit principes populo qui hæc fieri cogerēt, & cōgregati sunt multi de populo ad eos, & dereliquerunt legē Dei, sed & libros legis combusserūt, & apud quemcūq; inueniebant̄, trucidabant eū. Sacrificabāt aūt sup aram idolorum & mulieres quę circūcidebāt pueros, trucidabant secundū iussum regis. nā quascūq; circūcidisse pueros suos reperissent, suspendebāt, & paruulos ad colla earum. Tunc duæ mulieres delatæ sunt, quas, infantibus ad vbera suspensis, cū publice p ciuitatē circūduxissent carnifices, per muros pcipitauerunt. Inter has angustias cum cōpellerent̄ Iudæi à patrijs se & Dei legibus tranferre, Eleazarus vnus de primoribus scribarum, & vir ætate prouectus, cōpellebat̄ inter cæteros suillas carnes sacrificij māducare. At ipse simulationē quoq; renuens, aiebat pmitti se velle citius in infernū. Nō em̄ ętate nostra dignū est fingere, vt multi adolescētes, arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum transisse ad vitā alienigenarū, & ipsi propter meā simulationē decipiant̄, & per hoc maculā meæ senectuti cōquirā. Quāobrē fortiter vita excedēdo, senectute q̄dem dignus apparebo, adolescētibus aūt forte exemplum relinquā, si pro sanctissimis legibus honesta morte pfungar. His dictis, cōfestim ad suppliciū trahebat̄: & cū perimeret̄, ingemuit dicens: Dn̄e, q habes sanctā sciētiam, tu scis q̄a cum à morte possem liberari, duros corporis sustineo labores. & iste q̄dem hoc modo vita decessit, exemplū virtutis cunctis relinquēs. Contigit aūt & septē fratres vnà cū matre cōpręhensos, cōpelli à rege ad esum porcinæ carnis. quibus psentibus, iussit rex sartagines & ollas succendi, primogenitoq; linguā amputari, cuius cutis capite abstracta, & summitate manuū & pedum præcisa, corā matre & fratribus,

Prodigia.

Iasonis interitus.

Cædes Iudæorum.

Lege sua Iudæi prohibent.

Eleazari cōstantia.

missus in sartaginem torquebat. In eũ modũ singuli fratrũ secundũ ordinẽ geniture torquebant, præmissa tñ vnicuiq; exhortatione, vt regi obediret & viueret. Supremo dum mater mirabilis, & bonorum memoria digna, singulos hortabat, patria voce dixit ad eos: Nescio qualiter in vtero meo apparuistis, nec eñ ego vobis spiritũ & animam donaui, nec vitã aut membra, sed q formauit vos, spiritũ vobis iterũ cũ misericordia reddet & vitã. Cumq; adhuc adolescẽtior superesset, suadebat rex matri, vt adolescenti fieret in salutẽ. Cumq; pmisisset se suasurã filio, inclinata ad illũ, patria voce dixit: Fili, miserere mei, dignus fratribus tuis effectus, suscipe mortem, vt in illa miseratiõe cũ fratribus tuis te recipiã. Tunc indigne rex ferens se derisum, in hũc crudelius super oẽs desæuit. nouissime & mater trucidata est. pro hac tãti prærogatiua martyrij, asserunt plurimi hos septẽ frẽs ecclesiã solennizare. Inter hæc multi Iudæorum sponte timore iussa regis secuti sunt, pbati vero patrijs legibus adhæserũt. In dieb^9 illis surrexit Mathathias filius Iohãnis, filij Simonis, filij Asmonai, de vice Ioachim. i. vnius illorum xxiiij. sacerdotũ quos Dauid elegit. Erat aũt de vico Modin, habẽs qnq; filios, Iohannem, Simonẽ, Iudã, Eleazarũ & Ionathan. Hi videntes mala, induti sunt cilicijs, planxerũt. & venerũt emissarij à rege in Modin, statuẽtes idola in loco, & dixerũt Mathathiæ: Princeps es in ciuitate hac, & prior iussa regis imple. Qui clamauit, & si oẽs obediant regi, ego & filij mei & fratres obediemus legi Dei cœli, nõ sacrificabimus. Tũc qdam ex Iudæis immolauit in medio. cõsurgẽs Mathathias cũ suis, trucidauit eũ super aram, & nuncios regis interemit, arã quoq; vastãs, clamauit: Qui Dei est, sequat me. & cum omni tribu sua abijt in solitudinẽ, oẽa derelinquẽs, multiq; cũ filijs & vxoribus ad solitudines cõfugerunt, quos iudices regis prius verbis flectere conabant, qui noluerũt eos audire. Tunc emissarij regis aggressi sunt eos in diebus sabbatorum, qbus nefas erat eis arma mouere, & percusserũt multos, alios in speluncis globis fumiferis suffocãtes, & perierũt ex eis tria millia. cognouit Mathathias & amici eius, dicentes: Si oẽs ita fecerimus, nec pugnauerimus aduersus gentes in die sabbati, citius disperdẽt nos à terra. cõcluserũtq; in illa die, dicentes: Oẽs homo q venerit ad nos in bello die sabbatorum, pugnemus aduersus eũ, & non moriemur. Tunc cõgregata est ad eos synagoga Iudæorum fortis, oẽs voluntarius in lege, & facti sunt illis in firmamentũ, & collegerũt exercitum, & percusserũt peccatores in ira sua, virosq; iniquos, & fugere eos fecerunt ad nationes vt euaderẽt. Circuiuit Mathathias & amici eius potenter destruẽtes aras, & circũciderunt pueros incircũcisos, psecutiq; sunt hostes eorum, & prosperatũ est opus in manibus eorum, obtinueruntq; legẽ de manibus regũ & gentiũ. Appropinquauerunt dies Mathathiæ moriendi, & dixit filijs suis: Nunc ergo, o filij, æmulatores estote legis, & date animas vestras pro testamẽto patrũ. ego decretã proficiscor viã. commendo vobis patrias leges, vt pro eis grata mẽte moriamini. nam corpora mortalia sunt, sancti aũt immortalitatẽ consequent. & ita cogitate per singulas gñationes, qa omnes q sperant in Deũ, nõ infirmabunt, sed gloriosi erunt. Et ecce Simon frater vester, scio q vir consilij est, ipse erit vobis pater. Et Iudas Machabæus fortis viribus, sit vobis princeps militiæ, & adducetis ad vos oẽs factores legis, vindicateq; vindictã populi vestri. & mortuus est Mathathias, cum anno vno gessisset magistratũ, & sepultus est in Modin. planxitq; eum Israel planctu magno. Et surrexit Iudas Machabæus pro eo, prœliabaturq; cũ lætitia, perambulabat ciuitates Iuda, & perdidit impios ex eis. Tunc Apollonius dux Samariæ, in virtute magna egressus est contra Iudã. Iudas autem occurrit ei, & percussit eũ, multosq; cũ eo, & reliqui fugerũt, tulitq; spolia multa & gladiũ Apollonij, pugnans eo oẽbus diebus vitæ suæ. Seron aũt dux inferioris Syriæ, audiens Iudã roboratũ, tulit sub se constitutos, volens sibi facere nomen, assumptis etiam Iudæis transgressoribus, castrametatus est in Bethoron. Occurrit ei Iudas, & videns suos propter paucitatem & etiã ieiuniũ desides, hortabat eos non in multitudine, sed in pietate confidere. & confligens cum Syris, duce eorum interfecto, psequebatur fugientes in descensu mõtis Bethoron vsq; in campũ, & ceciderunt ex eis octoginta viri. Iosephus dicit octo millia. reliqui fugerunt. ceciditq; timor Iudæ sup oẽs gentes. Audiens hoc Antiochus, cõgregauit oẽm virtutẽ, & multos ab insulis mercede conduxit. Cumq; militibus stipendia distribueret, & videret thesauros deficere, deliberabat ire in Persidem, & recipere tributa regionum, reliquitq; Lysiã de genere regali sup negocia regni ab Euphrate vsq; ad fines inferioris Asiæ, & vt nutriret Antiochum filium eius donec rediret, & tradidit abiturus ei medietatem exercitus & elephantes, præcipiens vt vastaret Iudæam, euerteretq; Hierusalem, & genus Iudæorum extirparet. Lysias igitur elegit Ptolemæum filium Dorimenis, & Nicanorem Gorgiamq; viros potentes ex amicis regis. Machabæus vero persequebatur gentes, & fama

Septẽ fratrũ crudelis interitus.

Vindex legis Mathathias.

Iudas Machabæus.

Seron.

ma ipsius vbiq; diffundebatur. Videns aūt Philippus qui erat Hierosolymis, paulatim virum ad profectum venire, scripsit ad Ptolemæum ducem Cœlesyriæ & Phœnicis, vt auxilium ferret regijs negocijs. At ille velociter misit Nicanorem, datis ei de gentibus armatis 20000. vt omne Iudæorum genus deleret, iuncto ei Gorgia, bellicis in rebus experientissimo. Constituit autē Nicanor regi, vt tributū quod Ro. erat dandum duo millia talentorum, de captiuitate Iudæorum suppleretur. statimq; ad maritimas ciuitates scribens, conuocat ad coemptionem Iudæorum mancipiorum, promittens se nonaginta mancipia talento distracturum. Et assumpsit Gorgias quinq; millia virorum & equites mille electos, & q in arce præsidio erant, duces fuerunt. Venit Gorgias in castra Iudæ nocte, & neminem inuenit, & putabat Iudæos fugere: sed illucescente die, apparuit Iudas cum tribus millibus, & pugna facta, ceciderunt ex gentibus tria millia, reliqui fugerunt. Postea Nicanor apparuit in campestribus, & cecidit timor super Iudæos. Iudas autem cum septem millibus incedens, fratribus ducibus exercitus constitutis, inuasit exercitum Nicanoris, & interfecta sunt supra nouem millia hominum, maior autem exercitus pars fugere coacta est. hi itaq; mercatoribus pecunia ablata, ipsos vsquequaq; persecuti sunt, & acceperunt aurum multum & argentum, hyacinthum, purpuram & opes magnas: & conuersi, hymnum canebant dn̄o Deo suo. His itaq; gestis, ex his q cum Timotheo & Bacchide erant contra se contendentes, supra xx. millia interfecerunt, & munitiones excelsas obtinuerunt, & postea p̄dā diuiserunt, æquam portionem debilibus, pupillis & viduis, sed & senioribus facientes. Residua vero spolia Hierosolymam detulerunt. Facinorosissimus vero Nicanor, q mille negociātes ad Iudæorum venditionem adduxerat, humiliatus, deposita veste glorię, per mediterranea fugiens, solus venit Antiochiam, summam infelicitatem de interitu sui exercitus cōsecutus: & q promiserat pro Ro. se tributum restituere, p̄dicabat nunc protectorem Deum habere Iudæos. Sequenti anno congregauit Lysias electorum virorum sexaginta millia, & equitum quinq; millia. & venerunt in Iudæam, & castra posuerunt sub Bethoron. Et occurrit illis Iudas cum decē millibus. Videns autem exercitum fortem, orauit. commissoq; prælio, ceciderunt de exercitu Lysiæ quinq; millia virorum. Videns autem Lysias suorum fugam, & Iudæorum audaciam, q̄ parati sunt aut viuere, aut mori fortiter, abijt Antiochiam, & elegit milites, vt multiplicati rursum venirent in Iudæam. Dixit autem Iudas fratribus suis: Ecce contriti sunt inimici nostri, adscendamus nunc & sancta mūdemus. & adscenderunt in montē Sion, & viderūt oīa p̄phanata, & in atrijs virgulta nata. sciderūt vestimēta sua. Tunc ordinauit Iudas viros, vt pugnarēt aduersus eos q erāt in arce, donec emundaret sancta. Emundauitq; templū Iudas, & introduxit vasa noua, candelabrū & mēsam, arā quoq; ex auro factā, posuit vela in ingressu. Et facta sunt encęnia in tēplo xxv. die Decēbris, & statuerūt tunc Iudā summū sacerdotē, cōstruxit & Iudas murū in circuitu ciuitatis. & ędificauit turres, sed & Bethsurā muniuit, arcē tn̄ præsidij nō obtinuit. Porro gentes in circuitu ægre ferebāt reparationē Hierusalē, p̄sequebant Iudęos, quas Iudas viriliter debellauit. Percussit Idumęos plaga magna, & pugnauit cōtra Timotheū ducem filiorum Ammon, & fugauit eū. Congregatæ sunt gentes quæ erāt in Galaad, aduersus confines eorum. quæ fugientes, miserunt ad Iudā, vt ferret eis auxiliū. Cumq; adhuc legerent epistolæ, superuenerunt nuncij à Galilæa, indicantes congregari eos q erant in Ptolemaide, Tyro & Sidone, aduersus Iudæos. Misit ergo Iudas Simonē fratrē suum cū tribus millibus in Galilęā. Ipse vero cū Ionatha fratre & octo millibus exijt in Galaaditidē, relinquēs in Iudęa Iosephū & Azariā duces, vt custodirēt Iudęā interim, ne cum hoste bellaret, & venit Simon in Galilæā, & contritæ sunt gentes ab eo, & tulit spolia eorum. Iudas vero & Ionathas trāsibant Iordanem per desertū viam trium dierum, & occurrerūt eis Nabuthęi, narrantes q̄ acciderāt fratribus eorum in Galaaditide, & quō in munitione tenerent inclusi. Iudas vero prius incendit Bosor & spoliauit. & surgēs nocte, cum venisset ad obsidionē, vidit portātes scalas & machinas, incurrit trib⁹ ordinibus, & sonuerūt tubæ, & castra Timothei cognouerūt q̄a Iudas esset, fugerūt, ceciderūtq; ex eis fere 8. millia. & vastauit Iudas ciuitates gentium. Post hęc congregauit Timotheus exer-



Lysiæ, Gorgię & Timothei gesta.

Iudas Machabęus encenia curat.

Machabæi successus.

exercitũ alium, & sedit secus torrentem. Iudas vero abijt obuiã illis, & ait Timotheus principibus suis: Si transierit Iudas ad nos, prævalebit nobis: si vero timuerit transire, trãseamus ad eum, & ꝑualebimus. Et trãsiuit Iudas torrentẽ, & contritæ gentes, fugerunt ad phanũ quod erat in Carnaim. Iudas vero succendit phanũ cum oĩbus q̃ erãt in eo. tũc cõgregauit Iudas vniuersos Israelitas qui erãt in Galaaditide, vxores & paruulos, vt venirent in terram Iudę. Cum'q; venissent in Ephron, petierũt à ciuibus trãsitum, & noluerunt eis apire. Eradicauit ergo Iudas Ephron, & per eam transiuit sup interfectos. Deinde traiecto Iordane, adscẽderunt in montem Sion, & obtulerunt holocausta, ꝙ nemo ex eis cecidisset. redierũt eodem die & Iudas, & de Galilæa Simon. Interim vero dum aberant Iosephus & Azarias, volentes sibi facere nomen, cõgressi sunt cum Gorgia: & fugerunt, & ceciderunt de populo duo millia, quia pugnauerant contra mandatũ Iudæ. & vastauit Iudas Idumæos & Philistæos, & pertransiens Samariam, declinauit in Azotum, & combussit aras & deos eorum, & cum spolijs redijt in Iudæam. Cum hæc fierent in Iudęa, perambulabat Antiochus superiores regiones, & audiuit Elymaidem in Perside ciuitatem esse opulẽtam, & templum locuples, in quo erant velamina aurea & loricæ & scuta quæ reliquerat Alexãder, & quærebat prædari ea, sed non poterat. nam ciues Elymaidos fugauerunt eum ignominiose, & nunciatum est ei quoq;, quomodo fracti erant principes eius in Iudæa. Reuersus furore, iussit agitari currus sine intermissione, superbe intonans Hierosolymam se venturum, & facturũ eam sepulturam Iudæorũ. & statim appręhendit eum dirus dolor viscerum, & contigit eum impetu euntem de curru cadere, & elisus est. & manifestauit Deus in eo virtutẽ suam, vt qui sibi videbatur etiam fluctibus maris imperare, in gestatorio portaret. & ebullierunt vermes de carnibus eius, & viuentes effluebant, & fœtore illius grauabatur exercitus. Cum'q; nec ipse fœtorẽ suum tolerare posset, ductus est ad agnitionem sui, & ait: Iustũ est mortalem subditũ esse Deo, & paria ei non sentire. orabat autẽ hic scelestus Deum, à quo nõ erat misericordiã consecuturus. Vouebat eñ se liberaturum Iudæos, & pares Atheniẽsibus facturũ, pollicebat̃ quoq; se futurum Iudæũ, & in omni loco ꝑdicaturum Dei potestatẽ. & desperãs, scripsit oĩa hæc ad Iudæos, orans vt fideliter adhærerent Antiocho filio eius. Cum'q; profitebatur se pati hæc propter templi violationem, & morbus increbresceret, tunc vocauit Philippum amicũ, & constituit eum tutorẽ regni, dans ei diadema, stolã & annulũ, vt ferret ea ad Antiochum filium suum, & poneret eũ super soliũ regni. & mortu⁹ est peregre miserabiliter in montibus. transferebat aũt corpus eius Philippus, qui metuens filiũ Antiochi, ad Ptolemæum Philometorẽ in Aegyptũ abijt. Polybius vero scribit perijsse Antiochum, quia voluit templũ Dianæ in Perside deuastare, de quo Iosephus miratur, quia scripta Antiochi de ꝑmissis habebãtur.

Antiochi grauis interitus.

Anno primo Antiochi Epiphanis, q̃ fuit annus ab vrbe cõdita 577. Perseus vltim⁹ Macedonũ rex regnare cœpit olympiade 151. regnauit annis x. hic itaq; patrẽ Philippum & fratrẽ Demetrium ꝑ insidias male tractauit, prout circa finẽ ꝓcedentis generationis dictum est. Hic Perseus defuncto patre, multas gentes cõtra Rom. in societatẽ belli cõtraxerat. Inflatus nẽpe thesaurorũ multitudine, & paratis à patre sumptibus in decenniũ, & cũ potentiã Ro. formidaret, misisse fertur ad Carthaginenses legationem, q̃ ab his nocte audita est, sed & alias Græcię ciuitates solicitabat. Paulopost Eumenes Asiæ rex, in senatu de Perseo conquestus est, cuius iniuriæ in populũ Ro. referebant̃. ob hoc bello ei indicto, P. Licinius Crassus cõsul, cui Macedonia decreta erat, in Macedoniã mittebat̃, leuibus'q; expeditionibus equestribus ꝓlijs in Thessalia cũ Perseo feliciter pugnauit. In Thracia aũt Perseus Ro. satis afflixit. vnde Plutarch⁹ refert, ꝙ cũ Perseus rex Macedonũ multis ꝓlijs Ro. exercitũ ꝓfligasset, maximã'q; Ro. multitudinẽ partim occidisset, partim sub corona vẽdidisset, & partim secũ in Macedoniã deduxisset, miserti populi sui patres, Paulum Aemilium miserũt, q̃ consulatus officiũ, licet senex, cõtra Perseũ suscepit, primo'q; ꝓlio cõgressus, xx. peditũ millia ex Macedonib⁹ interfecit. Tandẽ etiã Perseus in potestatẽ ipsius peruenit, deserẽtibus eum amicis. quem consul, vt Eutropius scribit, ad pedes cadere volentem non permisit, sed iuxta se in sella collocauit, illo'q; capto, Aemilius 70. ciuitates, quæ in Aegypto Rom. rebellauerãt, cepit. Macedonibus aũt & Illyricis has leges dedit, vt liberi oĩno essent, & dimidiũ tributorũ Rom. ꝓstarent, eorũ scilicet quæ regibus suis ꝓstitissent: & hoc, vt appareret pop. Rom. ꝓ æquitate magis, q̃ ꝓ auaritia dimicare. Aemilius itaq; anno ętatis suæ LX. Perseum cum duobus filijs ac filia captum, cum vniuersis Macedonum regum thesauris, Romam deduxit, cui & senatus triumphum hoc modo parari iussit: Primo põtifex Rom. adstitit nitidis vestibus ornatus, in equestribus theatris, q̃s arcus appellant, incedẽs, oĩa vrbis tẽpla erant apta, & sertis vapori

Perseus aliàs Perses, Macedonũ rex.

Bellũ Macedonicũ 2.

Aemilij triumphus.

ribusq́ repleta suauibus, multitudoq́ ministroꝝ aderat baculos gestantiũ. trãsmissio in tres dies diuisa erat: Prima vix signis, tabulis, colossisq́ transmittendis suffecit, q̃ vehiculis 250. portabãtur. Secunda die ornatissima Macedonum arma, multis curribus delata fuere, splendẽtia ære & ferro absterso, atq; ita disposita, vt cecidisse de cœlo viderentur, galeæ, scuta, thoraces, ocreæ, peltæ, thraciæ gerræ, pharetræ, & equoꝝ frena, enses nudi per hæc iacẽtes. post hæc armoꝝ currus, tria viroꝝ sequebant millia, qui nomismata ferebant argentea in vasis trecentis quinquaginta, quatuor viri singula vasa portabant, alij crateres argenteos, phialas & calices ornatissimos. Tertia vero die prima luce tubicines non mite nec suaue, sed bellicũ sonãtes, primi ibãt. post hos centum 20. boues albi cornibus deauratis ducebãtur, vittis & sertis ornati ad immolandũ. post ductores sequebãtur, qui aurea nomismata deferebãt, & aureã phialã, itẽ antigonea, seleucia & theridia: Persei vasa aurea q̃q; portabant: post hæc Persei currus, arma & diadema super armis positũ, deinde modico post nati regij ducebantur, & cum ipsis alumnoꝝ, pædagogoꝝ & ministroꝝ lachrymãs turba, q & ipsi manus tendebãt ad ciues, & pueros eadẽ facere & deprecari iubebãt. Erãt masculi duo, Darius & Alexander, & vna puella, præ ætate non satis infortuniũ suũ intelligentes, quæ res multũ ad misericordiã concitabat hoĩes, multiq́ ad eoꝝ adspectum lachrymas emiserunt. Ipse aũt Perseus post filios fusca veste trepidãs ibat & ꝑturbatus, post eum ibat amicoꝝ & familiarium mœsta turba, vt etiã pleriq; ex Ro. lachrymari compellerentur: post eũ deferebant aureæ coronæ, qbus Aemiliũ virtutis gratia ciuitates Græcæ donauerãt. erat numerus coronaꝝ quater centũ. deinde Aemilius ipse sequebatur ornatissimo curru inuectus, purpuram auro cõtextam indutus, & lauri ramum dextra gerens. cohortes legionum sequentes, partim carmina patria salibus permixta & risu, partim laudes Aemilij canentes, quæ intuebantur & admirabant omnes, nec quicquam ex his, quæ sibi optanda forent, deesse arbitrabantur. pro Perseo autem oĩni studio Aemilius enixus est, sed nihil obtinere potuit, vt scilicet ex carcere in lætiorẽ traderet locũ, vbi custoditus, mœrore animi tãdẽ cõfectus est. Macedonia itaq; ꝓuincia à Cranao rege primo vsq; ad Perseũ istũ, trigintanouẽ habuit reges ꝑ annos 644. ita defecit. q̃ tp̃e & iunior Persei filius, ob inopiã Romæ fabricã ærariam discẽs, victum quęsiuit. Anno ab vrbe cõdita 590. mortuo Antiocho Nobili, Lysias cõstituit regnare filiũ eius Antiochũ, quẽ nutriuit ab adolescẽte, & vocauit nomẽ eius Eupatorẽ. Hic suscepto regno, cõstituit sup negocia regni Lysiã, regnauit annis duobus. Gorgias aũt cũ antea esset dux cõstitutus, assumptis aduenis, frequenter debellabat Iudæos. hi aũt q erãt cũ Machabæo, impetũ fecerũt in munitiões Idumæoꝝ, multaq́ loca obtinuerũt, occurrẽtes interemerũt, ac oẽs simul nõ minus 25. millibus trucidauerũt. Quidã aũt cũ fugissent ĩ duas turres valide munitas, Machabæꝰ ad eoꝝ expugnationẽ relicto Simone, Iosepho & Zachæo, ipse aduersus alios pugnãs cõuertitur. Hi vero q cum Simone erãt, cupiditate ducti, pecunia accepta, dimiserũt quosdã effugere. q̃ cognito, Machabęus principibꝰ cõgregatis, accusauit illos ꝙ pro pecunia fratres vẽdidissent, aduersarijs eoꝝ dimissis. hos igitur ꝓditores factos interfecit, & cõfestim duas turres occupauit. armis aũt & manu oĩa prospere agẽdo, in duabus munitionibus plus q̃ 20. millia peremit. Timotheus aũt qui prius a Iudæis fuit superatꝰ, conuocato exercitu peregrinæ multitudinis, & equitatu Asiano, aduenit quasi armis Iudæã capturus. Machabæus aũt & q cum ipso erãt, orabãt dñm, caput terra adspergentes, & cilicijs præcincti ad altare prosternunt. post orationẽ sumptis armis, lõgius de ciuitate procedẽtes, & proxime hostibus effecti, ꝑlio cõmisso, cũ vehemens pugna esset, apparuerũt aduersarijs de cœlo viri quinq; in equis, frenis aureis decorati, ducatũ Iudæis p̃stantes, ex quibus duo Machabæũ medium habẽtes, armis suis circunseptum, incolumẽ conseruabãt, in aduersarios aũt tela & fulmina iaciebãt. ex q̃ & cęcitate cõfusi, interfecta sunt 20. millia & quingẽti, equitesq́ sexcenti. Timotheus vero cõfugit in Gazaram præsidiũ munitum. Machabæus aũt obsedit p̃sidium diebus quatuor, & illucescẽte quinta die, 20. iuuenes audiẽtes blasphemias obsessoꝝ, viriliter accesserunt ad murum, & cũ impetu adscẽderunt: sed alij insequẽtes, turres portasq́ succenderunt, & ipsos maledicos viuos concremare conati sunt, & vastato præsidio, Timotheũ latitantẽ peremerunt. Sed paruo post tẽpore Lysias curator regis grauiter ferens quæ acciderãt, cõgregatis 80000. & equitatu vniuerso, veniebat aduersum Iudęos, adducens octo elephantes. Ingressus autem in Iudæã, & appropinquãs Bethsurę, loco ab Hierosolyma quinq; stadioꝝ, illud præsidiũ expugnabat. vt autem hoc Machabeus cognouit, cum fletu & lachrymis rogabat dominũ, & qui cum illo erant, vt auxiliũ præstare dignaretur. Sumptis igitur armis, exierunt Hierosolymis. Tunc apparuit

Triumphi magnificentia.

Antiochus Eupator

Pugnatores quinq; cœlestes

Timothei interitus.

paruit pcedens eos eques in veste cādida, armis aureis hastā vibrās. q̄ viso, oēs benedixerunt misericordē dñm. Ibant igit̄ prōpti, de cœlo habentes adiutorē, & leonū more irruunt in hostē. prostrauerūt ex eis xi. millia peditū, & equitū mille sexcētos, vniuersos aūt in fugā verterūt. Sed & ipse Lysias turpiter fugiēs, euasit: & qa nō erat insensatus, intelligēs inuictos esse Hebræos, misit ad eos, promisitq́ iustis cōsensurum, & regē cōpulsurū amicū fieri. & q̄ Machabæus scripsit, rex cōcessit, actū anno 148. regni Græcorū. His factis pactiōibus, Lysias pgebat ad regē. Iudæi aūt agriculturæ operā dabāt. sed hi q in circuitu erāt, Timotheus alter, Apollonius, Hieronymus, Nicanor, Demophoon, non sinebāt eos quiete agere. Ioppitæ vero rogauerūt Iudæos cum vxoribus & filijs adscēdere scaphas tēpore pacis: & cū in altū pcessissent, submerserūt fere 200. Eā iniquitatē Iudas ægreferēs, interfectorū portū succēdit, scaphasq́ exussit. pari modo Iamnitis fecit. Dositheus & Sosipater pemerūt à Timotheo relictos 10000. viros. Machabæus aduersus Timotheum processit, stipatū centum viginti millibus peditū, equitū duobus millibus qngentis, magno terrore. Cognito autē Iudæ aduētu, Timotheus pmisit mulieres, pueros & reliquū apparatū in præsidium q̄d Carmon dicitur. erat eñ inexpugnabile. cumq́ cohors Iudæ prima apparuisset, timor hostibus incussus est ex psentia Dei, & in fugā versi sunt, alius ab alio deiectus. instabat Iudas, & ex eis prostrauit 30. millia virorum. Timotheus vero incidit in partes Dosithei & Sosipatris, & multis precib⁹ postulauit vt viuus dimitteret̄, eo q multos ex Iudæis captiuos haberet. & cum fidem dedisset, restitutur̄ se eos secundum cōstitutum, illæsum eum dimiserūt. Iudas autē regressus est à Carmon, interfectis 25. millibus. post horū fugā & necē mouit exercitum ad Ephron ciuitatē munitam, in qua diuersæ gentes habitabāt, & robusti iuuenes p muris fortiter pugnabant. sed inuocato oīpotenti Deo, ceperūt ciuitatē, & ex eis q intus erāt, 25. millia pstrauerunt. Deinde ad ciuitatē Scytharū abierunt, & quia Scythopolitæ Iudæos apud se manentes, tēpore infelicitatis benigne tractauerant, in pace eos dimiserunt, redeuntes Hierusalem. Deinde pugnauerunt contra Gorgiam, ibi Dositheus lœtaliter vulnerat⁹ est, & Gorgiæ milites fugati sunt. multi tamen ex Iudęis occisi sunt. E cum venisset Iudas, vt corpora prostratorum tolleret ac sepeliret, inuenit sub tunicis interfectorum de donarijs idolorum, quæ apud Iamniam fuerant, à quibus lex prohibet Iudæos. Omnibus ergo manifestum factum est, ob hanc causam eos corruisse. benedixerunt itaque iustum Dei iudicium. At vero Iudas hortabat̄ populum, cōseruare se sine peccato, & facta collatiōe, 12. millia drachmas argenti misit Hierosolymā offerri ea pro peccatis mortuorū, iuste & recte de resurrectione cogitās. Anno vero 149. regni Græcorū, cogitauit Iudas dispdere eos q in arce erant, & obsedit eos. Exierunt quidā ex eis, & adiuncti sunt illis aliqui impij ex Israel, & abierūt ad regē, & dixerunt: Cur non vindicas fratres nostros? nos decreuimus seruire patri tuo, ideo sumus nostris odiosi, & non ad nos tantum extendunt Machabæus & adhærentes sibi manum, sed in omnes fines nostros. Et ecce applicuerunt ad arcem occupare eam, & munierunt Bethsuram. Iratus est rex vt audiuit, & conuocauit oñes principes exercitus sui, sed & de regnis alijs & insulis conuenerūt ad eum exercitus cōductitij, & erat numerus exercitus centū millia peditū, & 20. millia eqtum, & elephanti 32. docti ad plium, & applicuerunt ad Hierusalē. Commiscuit autem se illis Menelaus, & cū fallacia deprecabat̄ Antiochū, sperans se constitui principē. sed suggerēte Lysia, hāc esse causam oīm malorū, iussit Antiochus eum in eodē loco necari. erat turris quinquaginta cubitorū, aggestū vndiq; habēs cinerem, inde in cineres pcipitari iussit sacrilegū. & taliter contigit Menelaū mori, nec dari terræ puaricatorē legis. Sed rex mente effrenata venit, neqorem se patre ostēsurus Iudæis. quibus cognitis, Iudas pcepit populo, vt die ac nocte dñm inuocarēt, oībus id simul faciētibus, per triduum *ieiunantes, ipse cum senioribus cogitauit occurrere regi, iuuenibus fortissimis electis, nocte aggressus aulam regiā, in castris interfecit viros 14. millia & maximū elephantorū, rebusq́ pspere gestis, turbatis hostib⁹, abijt Iudas. Sed rex accepto gustu audaciæ Iudæorū, arte difficultatē locorū tentabat, & Bethsuræ q̄ erat Iudæorū psidiū munitū, castra admouebat, & vt in primo Machabę. lib. legit̄, admouit Iudas castra iuxta castra regis. ordinauit rex diluculo exercitū, & ostenderūt elephantis sanguinem vuæ & mori, ad acuēdos eos in plium. adstiterūt singuli elephāti, mille pedites ad custodiam loricati, & equites quingenti, turres ligneæ erant super singulos, & in turri triginta duo viri pugnantes desup, & intus magister bestiæ. & distenta est pars exercitus regis sup montes, alij p loca ibant humilia. Et resplenduit sol in clypeos aureos, & apparuit Iudas in plio cum suis, & ceciderunt de exercitu regis sexcenti viri. Vidit aūt Eleazarus frater Iudæ vnā de bestijs cæteris eminentiorē, & arbitrās regē esse in ea, cucurrit

Ioppitarū dolus.

Carmon.

Scythopolis.

Cędes Iudęorū propter spolia idolorū.

Menelai mors.

rit per hostes,& subijt elephantē,& effodit eum in vmbilico, cadens elephas,oppres sit eum. Tunc diuerterunt Iudæi à pl̄io,& adscēdit rex post eos,& capta Bethsura,po sitisq; in ea custodibus,obsedit Hierusalē,& statuit illic balistas & machinas & ignis iacula,scorpios & fundibula. Inter hęc audiuit Lysias rebellasse Philippū Antiochię, qui relictus erat super negocia, mente cōsternatus est,vnde suggessit regi, Deficimus q̄tidie,esca nobis modica est,locus est bene munitus, & incūbit nobis ordinare de regno. Nunc itaq; demus dextras hoībus istis,statuentes vt ambulent in legibus suis, & seruiāt nobis. propter legitima eñ ipsorum quæ despeximus,irati sunt,& placuit sermo regi & principibus,& misit ad eos pacem facere. Iurauit illis rex & principes,& exierunt de munitione. In 2. Machabæorum lib. dicitur,q rex honorauerit templū,& Machabæū amplexatus fuerit,feceritq; ducem à Ptolemaide vsq; ad Gerrenos. vt autem venit Ptolemaida,grauiter ferebant ciues amicitiæ cōuentionem. tunc adscēdit Lysias tribunal,& exposuit rationē,& populū sedauit, sed in 1. Macha. lib. ca. 6. dicit, q intrauerit post iusiurandū rex montē Sion,& vidit munitionē loci, & rupit iuramentū, & mādauit destruere murum in gyro. postea discessit festināter. reuersus Antiochiā, inuenit Philippū dñantem ciuitati,& pugnauit aduersus eum,& occupauit ciuitatē. Eo tēpore,anno 141. regni Græcorum, anno 18. regni Philometoris, exijt Demetrius Seleuci filius ab vrbe Roma,& adscēdit cum paucis viris in ciuitates maritimas, & regnauit illic annis 12. Venit aūt, vt habet Machab. 2. cap. 14. cū multitudine valida & nauibus per portum Tripolis,& obtinuit regiões aduersus Antiochū & ducē eius Lysiā. Compræhendit eñ, vt in 1. Machab. cap. 7. dicitur, exercitus Antiochū & Lysiam, vt adduceret eos ad Seleucū. & res ei innotuit, vnde ait: Nolite mihi ostēdere faciem eorū. & occidit eos exercitus. Tunc sedit Demetrius super soliū patris sui, Syriæ & Asiæ rex, Seleuci filius. & venerūt ad eum impij ex Israel,& Alchimus Aaronita dux eorum, q volebat fieri sacerdos. accusauerūt Iudam, dicentes: Perdidit Iudas oēs amicos suos,& nos disperdidit de terra nostra. mitte ergo virum cui credis, qui videat exterminium,& iudicet nos. & cōstituit rex Alchimū principem sacerdotum, misitq; cum exercitu Bacchidem in Iudæā. qui misit nuncios ad Iudam & fratres eius, in dolo loquentes de pace,& non credidit Iudas verbis eius. Multi vero de populo crediderunt eis, dicentes: Homo sacerdos ex semine Aaron venit, nō decipiet nos. & egressi sunt ad Bacchidē, occiditq; ex eis 60. viros vno die. alij fugerunt ab eo, dicentes: Non est ei veritas & iudiciū. Tunc recessit Bacchides ab Hierusalem,& applicuit in Bezecha, multosq; ex eis qui à se refugerāt, occidit, proiecitq; in puteū,& cōmisit regionē Alchimo, relinquēs ei adiutores. ipse aūt reuersus est in Antiochiā ad regē. Tunc Alchimus seducebat oēs verbis, ad libitū cuiq; loquens, subito manu valida transfugarum circunseptus est, fecitq; mala in Hierusalem plus q̄ oēs gentes. q̄d cum vidisset Iudas, exijt in oēs fines Iudeę, fecitq; vindictam in viros desertores. Videns aūt Alchimus q non posset Iudā sustinere, redijt ad regē, accusans eum in multis. Et misit rex Nicanorē, qui cum eo fuerat Romæ, in Iudæam, mandās ei euertere populum Israel. venit Nicanor in Hierusalē cū exercitu magno,& locutus est ad Iudā in dolo verbis pacificis, salutaueruntq; se inuicem. Sed cū Iudas intellexisset insidias sibi paratas, exilijt refugitq; ad suos. postea congressi sunt iuxta vicū quendā: & victus Iudas, fugit in ciuitatē Dauid. Hæc Comestor. Sed in primo Machab. cap. 7. habetur, q ceciderūt de Nicanoris exercitu fere 5000. fugeruntq; in ciuitatē Dauid,& postea adscendit Nicanor in montem Sion. de hoc tñ scribitur in 2. Machab. lib. ca. 14. q Nicanor misit ad Iudam legatos de pace facienda. itaq; diem constituūt, qua secreto inter se agerent. positæ sunt singulis sellæ. præcepit autē Iudas armatos esse in locis opportunis,* & congruū colloquiū tenerent. Morabat autē Nicanor Hierosolymis pacifice,& habebat Iudam charum ex aīo, rogauitq; eū ducere vxorē filiosq; procreare. nuptias fecit, cōmuniterq; viuebāt. Alchimus aūt videns charitatē illorum adinuicē & cōuentiones, venit ad Demetriū, dicens Nicanorem rebus alienis assentire. Itaq; rex exasperatus, scripsit Nicanori, dicens grauius se audire amicitiā eorum, iubere Machabæū citius vinctū mittere in Antiochiā. Quibus Nicanor consternatus, grauiter ferebat ea quæ conuenerant, irrita facere, nihil læsus à viro. sed quia regi resistere non poterat, opportunitatem quærebat, qua præceptū adimpleret. At Machabæus austerius videns secū agere virum, intelligēs non ex bono fieri, paucis suorū sumptis, occultauit se. Nicanor hoc audiens, venit ad tēplum, & sacerdotibus iussit sibi tradi virum. quibus iurantibus nescire vbinam esset, ille iurauit, manumq; ad templum extendens, dixit: Nisi Iudam mihi vinctū tradideritis, templū hoc in planitiē deducā,& Libero patri consecrabo. Iudæi vero q illū ppter necessitatē sequebātur, dicebāt: Ne ita ferociter & barbare feceris, sed honorē tribue ei q vniuersa cōspicit, at ille in-

Obsidet Hierosolyma ab Antiocho.

Pax Iudæorum.

Demetrius rex Syriæ.

Alchimus pontifex.

Nicanor.

interrogauit, Si est potēs in cœlo qui sabbatū imperauit? respondent, Est Deus viuens in cœlo qui hæc iussit. tunc ait, Et ego potens sum sup terrā imperata regis perficere. eratq; mœror & luctus omniū. Machabæus autē semp confidens auxiliū sibi à domino affuturū, allocutus est suos de lege & pphetis, admonens & certaminū pactorū feliciter. Et ita animis eorū erectis, exposuit illis somniū, p qd vniuersos lætificauit: Erat ei visus Onias pontifex, vir optimus, orare p omi populo Iudæorū. post hoc apparuisse aliū virū ætate & gloria mirabilē circa illum, respōdentem vero Oniā, dixisse: Hic est amator populi Israel, hic est q multū orat p vniuersa ciuitate Hierusalem. Hieremias ipse erat. Extendisse etiā Hieremiā dextrā, & dedisse Iudæ gladiū aureū, dicentem: Accipe sanctū gladiū munus à Deo, in quo deijcies aduersarios populi mei Israel. Exhortatis his & cōfirmatis, exiuit Iudas cū 300. post Nicanorē, cōmiseruntq; plium, & contrita sunt castra Nicanoris, & cecidit ipse primus, fugitq; exercitus eius. Egressiq; sunt de castellis Iudææ in circuitu, & pcusserunt eos, cæsaq; sunt non minus 35000. aduersariorū, psentia Dei mirifice delectati. Caput vero Nicanoris amputātes & dextrā, quam supbe extenderat contra Hierusalē, linguā eius minutatim concisam dederunt auibus ad comedendū, dextrā & caput suspēdentes, statueruntq; diem illā solennem. Tunc audiuit Iudas nomē Romanorū & virtutes eorū, & q qs volebāt, priuabāt ac extollebāt regno, & cum amicis optime seruabāt amicitiā, & in oībus nemo sibi postulabat diadema, fecerūtq; sibi curiā 320. consulū. misit Romā Eupolemiū & Iasonē, q intrantes curiā, dixerunt: Iudas Machabæus & fratres eius populusq; Iudęorū, petūt vobiscū statuere societatē. placuit id Rom. scripseruntq; fœderis formā, & in tabulis ęneis miserunt in Hierusalē in hunc modū: Bene sit Ro. gentiq; Iudæorū in mari & terra, & pax in æternū. q si institerit bellū Romanis, auxilium feret gens Iudæorū, non accipiens stipēdia à Romanis. idipsum faciēt Romani Iudæis. Tūc scripserūt Romani ad Demetrium: Quare grauasti iugum sup amicos nostros Iudæos? Si ergo iterū adierint nos, aduersum te faciemus illis iudiciū, & pugnabimus tecū terra & mari. Inter hæc cum audisset Demetrius, quia cecidit Nicanor cum suis, misit rursum in Iudæam Bacchidē & Alchimū, dextrumq; cornu cum illis. & applicuerūt exercitū ad Hierusalem, surrexeruntq; & abierunt in *Berea 20000. pedites, & 2000. eqtes. Et Iudas posuit castra in Laisa, 3000. pedites habēs. & vidētes multitudinē hostiū, timuerūt valde, & subtraxerunt se de castris. nec remanserunt cum Iuda nisi octingenti viri. sed & Iudas corde dissolutus est, quia purgebat eum bellum, nec habebat tempus cōgregandi exercitum, & locuti sunt ad eum q residui erāt: Nō poterimus contra eos, sed reuertamur ad fratres nros, & tūc pugnabim⁹ aduersus eos. Qui respōdit, Absit vt fugiamus ab eis, & supinducamus opprobrium gloriæ nostræ, sed moriamur in virtute, pter fratres nostros. Et congressi sunt cū hostibus, & expugnabāt cornu dextrū. q autē in sinistro cornu erant, venerūt eis à tergo. & ingrauatū est plium, ceciditq; Iudas, cæteriq; fugerūt. Simon autē & Ionathas fratres eius, redimentes corpus ab hostibus, sepelierunt illud in Modin sepulchro patrum suorum, planxitq; eum populus terræ planctu magno, & facta est fama magna, tradiditq; se Bacchidi omnis regio. Et surrexit Ionathas loco fratris sui, & quærebat Bacchides eum occidere. tunc Ionathas fugit in desertum Thecuę, & misit fratrem suum Ioannem ad Nabuthæos amicos suos, vt commodarent ei apparatum suum. Et exeuntes filij Iambri, percusserunt Ioannem, & tulerunt omnia q̄ habebat. nunciatum est hoc Ionathæ & Simoni fratribus suis, q filij Iambri fecerunt nuptias, & ducerent sponsam. insurrexeruntq; ex insidijs, & percusserūt multos in vindictā fratris. Audiuit Bacchides, & venit die sabbatorū in virtute magna, & dixit Ionathas ad suos: Ecce bellum ex aduerso, aqua vero Iordanis hinc & inde, & paludes. Clamate ergo in cœlum, & pugnabimus. & commissum est plium, ceciderūtq; ex parte Bacchidis mille viri, & versus est ipse in fugam. & reuersus in Hierusalem, ędificauit in Iudæa ciuitates munitas, accepitq; filios principum regionis obsides, & posuit eos in arce in Hierusalem in custodia. Tunc pcepit Alchimus destrui muros dom⁹ sanctæ interioris: & quū hoc cœpisset, percussus est paralysi, mortuusq; est cum tormēto magno. Tūc redijt Bacchides ad regē, & siluit terra Iuda duobus annis. post quos viri inīqui in Israel reduxerunt Bacchidem in Iudæam, qui voluit compræhēdere Ionathan occulte, sed innotuit consilium eius Ionathæ, qui compræhendens 50. viros insidiatores, occidit eos. Et secessit in Bethbessen, q̄ est in deserto, & firmauit eam. adscenditq; Bacchides virtute magna. & obsedit Bethbessen. & egressus Ionathas, reliquit Simonem in ciuitate, percutiebatq; per noctē multos in tabernaculis. Simon vero egressus de ciuitate, succendit machinas. & pugnauerunt hostes ęq;, & cōtritus est Bacchides ab eis. Et irat⁹ Bacchides cōtra viros q reduxerant eum in Iudæam, multos ex eis occidit.

Machabæi somnium.

Nicanoris interitus.

Fœd⁹ Iudæorū & Rōanorū.

Mors Machabæi.

Ionathas dux populi

dit. Quod audiēs Ionathas, misit ad eum legatos pacē cōponere cum eo. q libenter ac cepit, & iurauit se nihil mali facturū Ionathę oībus diebus vitę suæ, & reddidit ei capti uitatē quā pdatus erat in terra, rediitq; in regionē suam. cessauitq; gladius ex Israel, & sedit Ionathas in Machmis, iudicās ibi populū, & exterminans impios ex Israel. Demetrius autē, vt ait Iustinus, occupato regno Syriæ, ampliare regni fines statuit. itaq; Ariaracti regi Cappadociæ ppter fastiditas sororis nuptias infestus, fratrem eius Holofernē per iniuriam regno pulsum, supplicē recepit, datumq; sibi honestum belli titulum gratulat⁹, eum in regnū restituere statuit. sed Holofernes ingrato animo, inita cū Antiochēsibus pactiōe, offensis tunc à Demetrio, pellere ipsum regno à q̄ restituebat, cōsilium accepit. q̄ cognito, Demetri⁹ quidē vitæ eius, ne Ariaractes metu fraterni belli liberaret, pepercit: ipsum autē cōphendens, vinctū Seleuciæ custodiri iubet. Nec Antiocheni indicio territi, à defectione destiterunt. itaq; adiuuātibus Ptolemæo rege Aegypti, & Attalo rege Asiæ, & Ariaracte rege Cappadociæ, bello à Demetrio lacessitis, subornant Prōpalum quendā sortis extremæ iuuenē, qui Syriæ velut paternum regnum armis repeteret, & ne qd contumeliæ deesset, nomen ei Alexandri inditur, genitusq; ab Antiocho Epiphane pdicatur. libri tñ Machabæoꝝ, similiter & Ioseph⁹, hūc Alexandrum vere dicunt Epiphanis filiū. vtcunq; sit, id historiā non variat. Igit Alexander occupauit Ptolemaidē, regnauitq; in ea. Quod audiens Demetrius, cōgregauit exercitum, & misit ad Ionathan vt secū faceret pacē, & non cum Alexandro. insup dedit ei potestatē congregandi exercitum, & obsides qui in arce erant, iussit ei reddi. venitq; Ionathas in Hierusalem, & cœpit renouare ciuitatē & montē Sion in circuitu, et fugerūt custodes q̄s posuit Bacchides in Iudæa, tamē in Bethsura aliqui remanserunt. Et audiuit Alexander pmissa q̄ fecerat Demetrius Ionathæ, & plia virtutesq; eius, scripsitq; ad Ionathan, dicēs: Audiuimus q vir potens es & aptus, vt sis amicus noster, & nunc cōstituimus te summū sacerdotem gentis tuæ, & vt amicus regis voceris. & misit ei purpuram & coronā auream, induitq; se Ionathas stola sancta in die solenni scenopegioꝝ. congregauit exercitus, & fecit arma copiosa. Quod audiens Demetrius, cōtristatus est, & misit ad Ionathā in hæc verba: Manete in amicitia nostra, & nunc absoluo oēs Iudæos à tributis, & potestatē arcis q̄ est in Hierusalē, sacerdoti do summo, & omnē animam Iudæoꝝ captiuam, relinquam liberam gratis, & q om̄es dies solennes sint dies immunitatis, & tres ante, tresq; post. Ptolemaida & duas ciuitates vicinas do summo sacerdoti ad necessarios sumptus sanctorum, & singulis annis 15. millia siclorum argenti ad instauranda opera sanctorū & muros. Ionathas autem & populus non crediderunt ei, & cōplacuit illis in Alexandro, cui ferebant auxilium omnibus diebus. tunc congregauit Alexander exercitū, mouitq; castra contra Demetrium, & fugit exercitus Demetrii, & ipse inter cōfertissimos hostes fortissime dimicans, cecidit. reliqt autē duos filios, Demetriū sibi æquiuocū, & Antiochū q dictus est Sedetes. Alexander itaq; filius Antiochi Illustris, frater Eupatoris, occiso Demetrio, regnauit in Syria annis quatuor. incepit autē regnare anno ab vrbe condita 602. Misit autem Alexander ad Ptolemæū regem Aegypti, duxitq; filiā eius Cleopatrā in vxorē, traduxitq; illā Ptolemæus Alexādro in Ptolemaida, & fecerūt nuptias in magna gloria. Tūc Alexāder vocauit Ionathan, & abiit Ptolemaida, inuenit gratiam in cōspectu duorum regum, & venerunt quidā pestilentes ex Israel post eum, & accusabatur. Sed non attendit ad eos rex, magnificabat Ionathan, induit eum purpura, scripsitq; eū inter primos amicos, & reuersus est Ionathas in Hierusalē cum gloria. Post tres annos venit Demetrii filius à Creta. Demetrius eñ hic, occiso patre, fugit ad Cretenses parentes maternos. & resumptis viribus, venit in maritima Philistæorū & in Cœlesyriam, regnauit annis 5. tunc captus est à rege Parthoꝝ. Hic constituit Apollonium ducem exercitus, qui prouocauit Ionathan, qui assumptis decem millibus, egressus est de Hierusalem, & veniens Ioppen, expulit inde Apollonium. Et ibat Apollonius in Azotū, insecutus est eum Ionathas, & fugerunt equites Apollonii in Azotū, intrauerūtq; phanum Dagon vt se tuerētur. & succēdit Ionathas ciuitatē ac phanum, & fuerunt de occisis in campo & succensis, fere octo millia. Et transiuit Ionathas in Ascalonem, receptus est cum gloria, deinde rediit in Hierusalem. Et audiuit rex Alexander virtutem eius, addidit adhuc glorificare eum, misitq; ei auream fibulam, quæ solet dari cognatis regum, & dedit ei Accaron & eius fines. Tunc adscendit Alexander in superiores partes Ciliciæ, interim commendabat socero suo regnum. Igitur socer eius rex Aegypti Philometor, in virtute magna quærebat obtinere regnum Alexandri in dolo, & ei aperiebantur ciuitates, occurrebantq; ei sicut mandauit Alexander. Et vt appropinquauit Azoto, ostenderunt ei templum Dagon succensum, dicebantq; ei: Sic fecit Ionathas.

Demetri⁹ lacessitur.

Prompalus

Alexander rex Syrię.

Demetri⁹ iunior.

Ptol. Philopator re-

gnum Syriæ inuadit.

& tacuit rex, occurritq; Ptolemæo Ionathas in Ioppen, & salutauerunt se. Abijt & Ionathas cum rege vsq; ad flumen Eleutherum, postea rediit Hierusalē. Cum aūt Ptolemæus nunc obtinuisset ciuitates vsq; ad Seleuciā maritimā, misit ad Demetrium, dicens: Pœnitet me quod dederim filiā meā Alexandro, veni, cōponamus pactū, & dabo tibi filiā meā. Recessit ergo ab Alexādro, & dedit filiā suā Demetrio, intrauitq; Ptolemæus Antiochiā, & imposuit sibi duo diademata Aegypti & Asiæ. Tunc Alexāder reuersus contra Ptolemæū, & commisso prælio, victus est, fugitq; in Arabiā ad parentes maternos cū Antiocho filio suo. Rex autē Arabum timens potentiā Ptolemæi, occidit Alexandrū, & reseruauit filium, misitq; caput Alexādri Ptolemæo. & gauisus est, vt aliqui scribāt eum præ nimio gaudio intra tertium diem expirasse. alij vero dicunt ex vulnere mortuum. successit illi filius Euergetes secundus. aliqui volunt fuisse fratrem qui Cyrenæis regnabat. In diebus illis expugnauit Ionathas arcē quæ erat in Hierusalē, & nunciauerūt hoc Demetrio, qui nunc sedit in solio patris sui. ex hoc iratus, venit Ptolemaidē, & scripsit Ionathæ quod occurreret ei festināter. & elegit Ionathas de senioribus Israel, dedit se periculo, accepit pecuniā multā & vestes. abijt ad regem, dans ei munera, & inuenit gratiā, magnificauitq; eum rex in cōspectu, & statuit ei principatū sacerdotij, & quæcūq; habuerit prius. Vidit aūt Demetrius quia siluit terra, dimisit exercitum in loca sua, retinēs secū exercitū peregrinū. tantūq; apud oēs inertiæ, quantum odium ex superbia pater habuerat, contraxit. Tryphon autē erat quidā partiū Alexandri, qui videns quod oīs exercitus murmurabat cōtra Demetriū, iuit in Arabiam, vt reduceret inde Antiochū filium Alexādri in terrā patris sui. Eo tēpore dum Demetrius esset offensus suis, misit ad eum Ionathas, vt eijceret eos qui erant in arce in Hierusalē, & qui in præsidijs erant, quia impugnabāt Israel. & rescripsit Demetrius, dicens: Hæc & maiora faciā tibi cum fuerit opportunū: nunc aūt rogo, mitte mihi viros in auxiliū, quia recessit exercitus meus à me. & misit ei Ionathas tria millia electorum in Antiochiā. Surrexerunt autē Antiocheni centū viginti millia, & volebant interficere regē. & fugit rex in aulā, & misit Iudæos per ciuitatē, occideruntq; centum millia hoim, & liberauerunt regem. residui vero ciuiū dederunt dextras regi, & fecerūt pacem, & glorificati sunt Iudæi, & redierunt in Hierusalē. Mentitus est Demetrius oīa quæ dixerat Ionathæ. recessit eñi ab eo, & vexabat eum valde. Eo tēpore reuersus est Tryphō de Arabia, reducens Antiochū adolescentē Alexandri filiū, cui imposuit diadema. Et congregati sunt ad eos exercitus, quos dispserat Demetrius. & pugnauerūt cōtra Demetrium, & obtinuerunt Antiochus & Tryphon Antiochiā, fugitq; Demetrius. Scripsit Antiochus Ionathæ, cōstituitq; sibi summum sacerdotiū, & cōstituit sup quattuor ciuitates, & quod esset amicus regis, dans ei etiā potestatē bibendi in auro, & misit ei vasa aurea, & quod esset in purpura, & haberet fibulā aureā. Simonē fratrem eius constituit ducē à terminis Tyri vsq; ad fines Aegypti. Exijt autem Ionathas, & perambulabat ciuitates, venitq; Ascalonem, & occurrerunt ei honorifice ciues. Azotēses vero prius resistētes ei, postea dederunt ei dextras, & accepit obsides ex eis, misitq; eos in Hierusalē, & perambulabat regiones vsq; in Damascum, agēs regni negocia. Et audiuit Ionathas, quia principes Demetrij cum exercitu magno volebāt eum amouere à negocio regni, occurritq; illis, relinquens fratrē suum Simonē in prouincia. Cōgressus est cum eis, & fugerūt omnes qui erant cum Ionatha præter duos, sciditq; Ionathas vestimenta sua, & orauit: aggressusq; hostes, conuertit eos in fugā, & redierunt ad eum qui recesserant ab eo, insecutusq; est hostes vsq; ad castra eorum quæ erant in Cades, & ceciderunt ex eis 3000. redijtq; Ionathas in Hierusalē. Misit Romam renouare amicitiā, Spartiatisq; scripsit, dicēs: Prius scripsit nobis Arius rex vester sub Onia summo sacerdote, quia de gēne Abrahæ estis, fecimus vobiscum fraternitatem, illā ex nunc renouamus. Et audiuit Ionathas quod iterum egressi sunt principes Demetrij cum exercitu maiori quā prius, occurritq; eis. qui cū audissent aduentum eius, nocte fugerunt, relinquētes faces in castris. Insecutus est eos Ionathas, & non comprahēdit. transierant enim flumen. & diuertit Ionathas ad Arabes, percussitq; eos. Simon autem in Ioppē declinauit. audierat enim quod vellent præsidium tradere Demetrio, quare posuit ibi custodes. Redijt autem Ionathas in Hierusalem, & innouauit muros in ea, & muniuit eam valde inter arcē & ciuitatē, vt esset ciuitas singularis in terra, vt ciues nec emant, nec vēdant, *id est. non indigentes bonis aliorum.

Tryphō aliàs Diodot⁹.

Ptolemæus Euergetes.

Anno ab vrbe cōdita 610. Ptolemæus Euergetes Philometoris filius, frater Cleopatræ, in Aegypto regnare cœpit olympiade 159. regnauit annis 29. vir quidem pessim⁹ atq; sæuissimus, vt infra scribetur. Eo tēpore cogitauit Tryphon occidere Antiochū adolescentē, & imponere sibiipsi diadema, sed timuit Ionathan, cogitauitq; eū pri⁹ occidere, scripsitq; Ionathæ, vt sibi occurreret in Bethsan, venit cōfidenter ad eum Ionathas

thas cum 40. millibus viroꝝ, vidésq́; Tryphon q̃ non posset manus extẽdere in eum, honorauit eum, dans ei munera, & p̃cipiens exercitibus suis, vt obedirent ei sicut sibi, & ait Ionathæ: Vt quid vexasti populũ? elige tibi paucos, & veni mecum Ptolemaida, tradã eam tibi & reliqua p̃sidia, exercitumq́; & vniuersos ministeriales regni, & redibo. Credidit ei Ionathas, remisit in Iudæã exercitum, retinens tantũ tria millia, ex quibus dimisit in Galilæam duo millia, & sic erant mille cum eo. Cumq́; intrassent Ptolemaidẽ, ligauerunt eum ciues, & oẽs q erant cum eo, interfecerunt. planxit oĩs Iuda Ionathan, æstimãs occisum esse. cõgregauitq́; Tryphon exercitũ, intrat Iudæã vt attereret eã. Ad hæc expauescẽs populus, adscẽdit in Hierusalẽ, & elegit ducẽ Simonẽ, accelerauit Simon cõsummare muros Hierusalem, misitq́; exercitũ in Ioppen. Cognoscẽs autẽ Tryphon q̃ surrexit Simon, misit ad cũ legatos, dicens: Pro argento q̃d debebat Ionathas frater tu⁹ in ratiõe regis, detinuim⁹ eũ: & nũc mitte argẽti talẽta centũ & duos filios eius obsides, & remittemus cũ. Misit Simon argentum & pueros. mẽtitus Tryphon, intrauit regionẽ cũ exercitu. & cũ ap̃pinquauit Baschama, vidẽs q̃ non p̃ficeret, Ionathan occidit & filios eius, & rediјt in terrã suã. sepeliuitq́; Simon fratrẽ & filios eius in Modin, statuẽs 7. pyramides, circũposuit colũnas, q̃bus arma circũposuit in perpetuã rei memoriã. Tryphon tutor Antiochi, q Theos noĩabatur, dolo interemit adolescentẽ q̃rto impij sui anno. amicos aũt & familiares suos ad milites transmisit, et muneribus regẽ se fecit in Asia. Simon hoc tẽpore ædificauit p̃sidia in Iudæa, & misit ad Demetriũ, vt faceret pacem cum eo. scripsit Demetrius, dicẽs: Munera tua suscepimus, & pacẽ facimus vobiscũ magnam, remittentes ignorantias & peccata vsq; in hodiernũ, & nunc absoluimus vos ab omi tributo. & ex tunc cœpit populus scribere in tabulis & gestis publicis annotationes temporis, in hunc modũ: Anno primo sub Simone sacerdote summo, magno duce & principe Iudæoꝝ. Tunc descendit Simon in Gazam, & obsedit eam, eiecitq́; idololatras & idola de ciuitate, & obsedit eos qui erãt in arce Hierusalem. qui clamauerunt ad Simonem, vt acciperẽt dextras, & dedit illis, & eiecit eos inde, & mundauit arcẽ à cõtaminationibus, & intrauit eam cũ musicis instrumentis, hymnis & ramis palmaꝝ, statuens vt omni anno ageretur hæc dies lætitiæ. Et vidẽs Simon Iohannẽ filiũ suum, q̃ vir erat p̃lij, cõstituit eum ducem, & dedit ei Gazam ad habitandũ. Tunc congregauit rex Demetrius exercitum, intrauitq́; Mediã ad contrahenda auxilia cõtra Tryphonem. Iustinus refert, Demetrium ad abolendam segnitiæ maculã, bellum Parthis intulisse, cuius aduentũ non inuiti orientis populi viderunt, propter Arsacidæ regis Parthorũ crudelitatem. Itaq; cum & Persarum & Elamitarũ Bactrianorũq́; auxilijs iuuaretur, multis prælijs Parthos fudit: ad postremum tamen pacis simulatione deceptus, capitur: traductusq́; per ora ciuitatũ, populis q defecerant, in ludibrium fauoris ostẽditur. missus deinde in Hyrcaniam, benigne tractatur, ipsiq́; rex Arsacides filiam in matrimoniũ dedit, regnũq́; Syriæ quod Trypho occupauerat, restitutuꝝ promittit. post Arsacidis autem mortem Demetrius priuatã etsi opulentã vitã pertæsus, fugã meditatur. Hortator illi & comes Callimander amicus erat, sed fugientẽ Phraates, qui Arsacidæ successerat, equitum celeritate retraxit. Et Callimãdro nõ tantũ veniã, sed & fidei p̃mium dedit rex. Demetriũ vero castigatũ, ad coniugem in Hyrcaniã remittit, & arctioribus custodijs obseruari iubet. Interiecto tẽpore, cum fidem illi etiam suscepti liberi facerent, eodem amico comite, repetita fuga est: sed pari infelicitate prope fines regni dep̃henditur, & perductus ad regem, vt inuisus à conspectu submouet. Tunc quoq; vxori & liberis donatus, in Hyrcaniam pœnalem sibi ciuitatem donatam remittitur, talisq́; aureis ad exprobrationẽ puerilis leuitatis donatur. sed hanc tam mitem Parthorum in Demetrium clementiam, non misericordia gentis, nec respectus cognationis faciebat, sed q̃ Syriæ regnum affectabant, vsuri Demetrio aduersus Antiochum fratrem Sedeten, qui regno Syriç imminebat. Capto enim à Parthis Demetrio, & Tryphone, postquã peremit dominum suum, regno imminenti, Antiochus Sedetes frater Demetrij, nõ filius, vt aliqui scribũt, regnare cœpit in Syria, & regnauit annis q̃ndecim, vt aliqui volunt, Simone Iudæoꝝ principe existente. Hic Antiochus veniens in regnum patrum suorum, scripsit Simoni & genti Iudæorũ, dicens: Statuo vobis omnia quæcunq; remiserunt vobis reges ante me, & permitto vobis facere percussuram proprij nomismatis in regione vestra. cũq́; obtinuero regnum, magnificabo gentem vestram & templum in gloria magna. Porro conuenerunt ad Antiochum omnis exercitus, ita vt pauci essent cum Tryphone, q fugit Antiochum per maritima, recepit se in Doran, & insecutus est eum Antiochus, obseditq́; ciuitatem terra & mari. Eo tempore Lucius cõsul Romanorum scripsit regibus & regionibus in oriente, ne inferrẽt mala Iudæis amicis suis, nec opem ferrẽt

Ionathę mors.

Simõ dux.

Pax in Israel.

Demetri⁹ à Parthis captus.

Antiochus Sedetes.

inferentibus, sed si q pestilētes ex Iudæis cōfugerent ad eos, traderent eos Simoni principi sacerdotū, vt vindicaret in eos secundū legē suā. Renouauit enim Simon amicitiā cum Romanis, & misit illuc clypeū aureum mnarū mille. renouauit & fraternitatem cum Spartiatis. Antioch⁹ aūt rex obsedit Doram denuo, & inclusit Tryphonem. illuc misit ei Simon duo millia virorꝫ in auxilium, argentum & aurꝫ, vasaq́ꝫ copiosa. qui noluit ea accipere, sed fregit pactū quod fecerat cum eo, & misit ad eum Athenobium, mandans ei vt redderet ei arcē quæ est in Hierusalem, & Ioppen & Gazarā, & tributa locorꝫ qbus dominatus fuerat, alioqui veniret & expugnaret eum. Vidit Athenobius in Hierusalē gloriā Simonis, & apparatum copiosum, & affluentiā in auro argētoq́ꝫ, & obstupuit. Respōdit Simon: Terrā alienam nō sumpsimus, sed hereditatem patrum nostrorꝫ, quæ iniuste ab inimicis nostris aliq̄ tempore possessa est. rediitq́ꝫ Athenobius ad regem, & renunciauit ei verba Simonis & gloriam eius. Iratus est rex ira magna, & ædificauit Cendebeus Cedronē, collocans in ea milites vt vastarent fines Iudææ. q̄d cum accepisset Simon, vocauit duos filios suos Iudā & Iohannē, & ait illis: Ego & fratres mei expugnauimus hostes Israel vsq; in hunc diem, nunc autē senui: sed pugnate vos loco meo. & dedit illis 20. millia pugnatorum & equites. & profecti sunt aduersus Cendebeum, & erat fluuius torrens inter eos, & timuit populus transire, trāsiuitq́ꝫ Iohannes primus, & secuti sunt eum omnes, & insonuerunt sacris tubis, cōuersusq́ꝫ est in fugam Cendebeus & castra eius, & ceciderunt ex eis multi vulnerati. vulneratus est & Iudas frater Iohannis, & insecutus est hostes Iohannes vsq; ad Cedronem, cecideruntq́ꝫ ex eis duo millia virorum, & redierunt filii Simonis in pace. Porro Ptolemæus filius Abobi, constitutus erat dux in campo Hiericho. Erat enim gener summi sacerdotis & diues, & eleuatum est cor eius, volebatq́ꝫ obtinere regionem, & cogitabat dolum aduersus Simonem & filios eius, vt tolleret eos. Simon autem perambulabat ciuitates regionis, gerens solicitudinem earum, & descendit Hiericho cum Iuda & Mathathia filiis eius. Et suscepit eos Ptolemæus in munitionem, quam ędificauerat in dolo. fecit eis conuiuium magnum, & abscondit ibi viros, intrauitq́ꝫ conuiuium cum armatis, & occidit Simonem & duos filios, reddiditq́ꝫ mala pro bonis. nam & vxorem Simonis cum duobus filiis eius minoribus iugulauit. Scripsit & Antiocho regi, vt mitteret ei exercitum in auxilium, & traderet ei regionem, ciuitatesq́ꝫ ac tributa, misit q̄q́ꝫ nuncios ad tributarios, vt venirent ad se, vt daret eis argentum & aurum & dona. alios ad capiendam Hierusalem misit, alios in Gazaram, vt interficerēt Iohannē. Quod accipiens Iohānes, celeriter festinauit occupare Hierusalem, & occidit eos qui venerant eum perdere, & factus est princeps sacerdotum post patrem suum, anno ab vrbe condita 618. & finit generatio anno Ptolemei Euergetis nono, & Antiochi quarto.

Poscit Antioch⁹ à Iudęis tributa.

Simon cū filiis à Ptolemæo dolo occiditur.

In hac generatione circiter annum ab vrbe condita sexcentesimum, tertii belli Punici semina iacta fuere. cum enim inter Carthaginenses & Masinissam regem Numidarum de agro esset lis, missi sunt legati à Romanis illuc, qui redeuntes, nunciauerunt vim naualis materiæ se Carthagine depræhendisse. dicebatur etiam in finibus eorum maximus exercitus Numidarum, duce Ariobarzane Syphacis nepote, cōgregari. Eapropter, vt ait T. Liuius, suasit M. Porcius Cato, vt Carthaginēsibus qui exercitū specie contra Masinissam regem, sed reuera cōtra Romanos accitum in finibus haberēt, bellum indiceretur, sed contradixit Scipio Nasica. Inter hæc placuit senatui legatos mittere Carthaginē, qui specularentur quid ageretur. legati illuc venientes, castigato senatu Carthaginensium, ꝙ contra fœdus exercitū & nauales materias haberēt, pacem inter Masinissam & eos facere voluerunt. Masinissa agro de quo lis erat, cedere voluit. sed Gisgo Amilcaris filius, homo seditiosus, qui tūc in magistratu erat, cum senatus acturꝫ se ex iudicio legatorꝫ dixisset, ita bellū aduersus Romanos suadendo concitauit, vt legatis q̄ minus violarentur, fuga salutē dederit. Legati redeūtes, infestum iam senatū Carthaginensibus, infestiorē fecerūt, id nunciantes. ad hæc Gulussa Masinissæ filius, denūciauit Carthagini delectus haberi, classem cōparari, & haud dubiū bellum strui. Tum in senatu Cato suadebat, vt his bellū indiceretur, Pub. Cor. Nasica dicente nil temere faciundum. vnde placuit X. mitti legatos exploratum. L. Licinius Lucullus, Au. Posthumius Albinus cōsules tum in carcerē cōiecti sunt ob delectus acerbitatem. Cū aūt legati ex Aphrica cum Carthaginensiū oratoribus & Gulussa Masinissæ filio rediissent, dicerentq́ꝫ & exercitum & classem Carthagini se depræhendisse, tunc Cato & nonnulli principes senatus suadebant, confestim vt trāsportaretur exercitus in Aphricam. Cornelius vero Nasica dicebat, nondum sibi iustam causam belli videri. placuit vt à bello abstineretur, si forte Carthaginenses classem exurerent, & exercitum dimitterent: si minus, proximum consules de bello referrent. Paulo post Carthagi

Belli punici tertii semina.

Pœnorꝫ pfidia.

ginenses, cum aduersum fœdus Masinissæ bellum intulerunt, victi ab eo sunt, nonagesimũsecundũ annũ habẽte, bellumq́ Romanum meruerunt. Anno igitur altero & sexcentesimo ab vrbe cõdita, inter M. Porciũ Catonem & Scipionem Nasicam, quorum alterũ sapientissimũ virum in ciuitate Rom. habebant, alter vir optimus à senatu iudicatus est, diuersis certatũ est sentẽtijs, Catone suadente, vt oĩno deleretur Carthago, propter ꝑpetuam securitatẽ vrbis Romanæ, Nasica dissuadente, ꝓpter virtutis curam ꝑpetuam, vt haberẽt æmulã, ne ex securitate vigor belli ocio solueret, & ne metu ablato æmulæ vrbis, luxuriari felicitas Romana incipet. Medium senatꝰ elegit. placuit eñ eo ꝙ Carthagineñ. cõtra fœdus naues haberẽt, ꝙ exercitus extra fines duxissent, ꝙ socio populi Ro. & amico Masinissæ arma intulissent, & ꝙ filiũ eius Gulussam, q cũ legatis Rom. erat, in oppidũ nõ recepissent, bellũ his indici aut vrbẽ loco moueri: nihil eñ speciosius videbat esse, q̃ Carthaginem quæ non timeret. Igit Manlio Censorinoq́ consulibus, populus Rom. aggressus Carthaginem, spe pacis iniecta, traditam à volẽtibus classem, sub ipso ore vrbis cremauit. deinde euocatis principibus, si salui esse vellẽt, vt arma & naues traderẽt. nec sunt morati. tanta vis armoꝝ repẽte tradita est, vt facile tota ex his Aphrica armari potuisset. De hoc T. Liuius ita scribit: Carthaginenses, anteq̃ Romani exercitum eduxissent, misisse legatos XXX. Romam, per quos Carthaginenses se dedebant. sed Catonis sententia peruicit, vt decreto perstaret, vtq́ consules ꝓficiscerentur ad bellũ. Qui vbi in Africam transierunt, acceptis quos imperauerunt, trecentis obsidibus & armis, oĩbusq́ instrumentis belli, si qua Carthagine erant: tunc vero, cum ex autoritate patrũ iussi sunt migrare à finibus, & vt in alio loco procul à mari decẽ millia passuum, nec minus remote oppidum facerent, indignitate rei ad bellandum Carthaginenses cõpulerunt. Comploratũ igitur publice statim est, & conclamatum ad arma, seditq́ sententia, quocunq́ modo rebellandum, non quia spes vlla iam superesset, sed quia patriam suam mallent hostium, quàm suis manibus euerti. Qui rebellantium fuerit furor, vel hinc intelligi potest, ꝙ in vsum nouæ classis, tecta domosq́ resciderunt, & in armoꝝ officinis aurum & argentum pro ære ferroq́ conflatum est, in tormentorum vincula matronæ crines suos contulerunt. Carthago itaq́ à L. Mancino & M. Manlio consulibus obsideri oppugnariq́ cœpta est, ipsi vero Carthaginenses, duos sibi duces creauerunt Hasdrubales. consules vero vrbem terra & mari cingunt. Eius situs huiusmodi fuisse dicitur: Vigintiduo millia passuũ muro amplexa, tota mari pene cingebatur, absq́ faucibus quæ 30. millia passuum aperiebant. is locus murum 30. pedes latũ habuit saxo quadrato in altitudine cubitorũ quadraginta. arx, cui Byrsæ nomen erat, paulo amplius q̃ duo millia passuum tenebat. ex vna parte murus cõmunis erat vrbi & Byrsæ, imminẽs mari, quod mare stagnum vocabant, q̃niam obiectu protentæ linguæ tranqllatur. Consules igitur cum aliquantulam muri partem diruissent, & neglectos ab vna parte muros duo tribuni temere cum cohortibus irrupissent, à Carthaginensibus victi sunt atq́ repulsi. quos fugientes Scipio tunc tribunus militũ, repulso intra muros hoste, defendit, ꝑ quem etiam & castellum Romanoꝝ, quod nocte expugnauerant, paucis equitibus iuuantibus, liberatũ est. liberauit & castra, quæ Carthaginenses oĩbus copijs pariter aggressi, oppugnabãt, quod ei ꝑcipuam gloriam peperit. præterea cum ab irrita oppugnatione vrbis consul alter exercitum ducere aduersus Asdrubalem vellet, suasit primo consuli, ne tam iniq̃ loco confligeret, contra quod consul saltum ingressus est, vbi consederat Asdrubal. Cumq́, sicut prædixerat Scipio, fusus fugatusq́ esset Romanus exercitus, & duæ cohortes ab hoste obsiderentur, cum exigua equitum turma in saltum conuersus, liberauit eos & incolumes reduxit. Eius igitur apud omnes ingens metus & reuerẽtia erat, neq́ quicquã magis vel Asdrubal, vel Phameas equitum Carthaginensium præfectus, vir strenuus, vitabãt, q̃ cõtra eam partẽ ꝓlium cõmittere, vbi Scipio dimicabat. Quam virtutem eius & Cato, vir promptioris multo ad vituperandum linguæ, in senatu sic prosecutus est, vt diceret, reliquos qui in Aphrica militarent, vmbris militare, Scipionem vigore. Per idem tẽpus Masinissa rex Numidarum, per annos fere 40. amicus populi Romani mortuus est anno vitæ suæ 97. valentissimo semper corpore. hic plerunq́ in imbre vel maximo caput suum detexit aut frigore, & tam diu in vno stetit vestigio, vt prius iuuenes lassitudine excederent. si stetisset, ne membrum quidem tota die mouebat. si iter ingressus est eques, non descendebat: si pedes, non adscẽdebat. solebatq́ equitans in exercitu nocti diem sæpissime coniungere, & sui custodiam tutelamq́ sæuissimis canibus committebat, post octogesimumsextum annum genuit filiũ, cui nomen Methuma. nihil quod iuuenis fecit, æuo vltimo ꝓtermisit. moriens igitur, quadragintaq̃tuor filios reliquit, vt scribit Eutropius, inter quos diuisorem regni esse

Catonis & Nasicæ disceptatio.



Carthago obsidet.

Pugna ĩtra muros Carthaginẽses.

Masinissæ Numidarũ regis mors.

Scipionem iussit, qui postq̃ inter eos Numidiæ regnũ diuisit, Carthaginẽ reuersus est. Quatuor itaq; annis defensa est ciuitas cõtra Rom. Inter hæc Scipio Phameæ pfecto equitum Carthaginensiũ, viro forti & cuius opa pcipua Pœni vtebãtur, suasit, ait Liuius, vt cum eqtatu suo ad Ro. trãsiret. Carthaginenses etiã Asdrubalẽ Masinissæ nepotẽ, quem ptorem habebant, proditionis suspectũ, in curia interemerunt, eo q̃ propinquus erat Gulussæ, auxilijs Romanos iuuantis, & subsellijs obrutus est. Cum iam primus & secũdus murus esset nudatus, & tãtum Byrsa altera pene ciuitas resistebat, q̃uis profligato vrbis excidio, tamẽ fatale Aphricæ nomen Scipionũ videbatur. Scipio magni Scipionis nepos, cõsul extra sortem factus, Aphrica sibi decreta est, vt quam vrbẽ concusserat auus, nepos euerteret. sed q̃maxime mortiferi esse morsus solent morientium bestiarũ, sic plus negocij fuit cum semiruta ciuitate, q̃ integra. compulsis in vnã arcem ciuibus, portum quoq; maris Romanus obsederat. Illi alterũ ibi portum ab alia vrbis parte foderunt, nec vt fugerent, quia nemo illos nec euadere posse credebat: inde quasi enata subito classis, ait Florus, erupit. tum interim iam diebus iam noctibus noua aliqua moles, noua machina, noua perditorũ hominum manus, quasi ex obruto incendio subita de cineribus flamma, prodibat. deploratis nouissime rebus, Carthaginenses deditionẽ faciunt, petentes vt quos belli clades reliquos fecerat, saltem seruire liceret. atq; ita primum agmen mulierum satis miserabile, post virorum turba descendit. nam fuisse mulierũ 25. millia, virorũ 30. millia, memoriæ traditum est. Rex Asdrubal se vltro dedit. transfugæ qui Aesculapij templum occupauerant, voluntario præcipitio dati, igni cõsumpti sunt. vxor vero Asdrubalis, vbi ardentem Carthaginem adspexit, viro suo cum duobus filijs occurrit, eiq; dixit: Viue tu qui superstes Carthagini esse potes. & volentibus filijs, in medium se coniecit incendium, eo modo exitum faciens extrema regina, quo quondã fecerat prima. Quos vero trãsfugas Romanos Scipio cõpræhendere potuit, crucibus affixit, Latinos securi pcussit. ipsa vero ciuitas 17. continuis diebus arsit, miserumq; spectaculum de varietate conditionis humanæ victoribus præbuit, dirutaq; est omni murali lapide in puluerem conuerso, septingentesimo postquam condita est anno. multitudo omnis captiuorũ, exceptis paucis principibus, venundata est. Scipio autẽ & ipse cognomen illud celebre meruit, vt Aphricanus iunior vocaretur. Orosius vero dicit, se nunq̃ vidisse tertij belli Punici certã causam ex parte Romanorũ, & hoc sensisse videtur Scipio Nasica. Nimirũ secuta sunt mala in vrbe, quæ Scipio Nasica metuebat futura. nam postq̃ Carthago deleta est, & Roma securitate potita, secuta sunt bella intestina, quæ pduxerunt Romanũ imperiũ fere ad exitiũ, vt dicetur. Hoc tẽpore tres celeberrimi triumphi simul Romæ fuerunt, Africani ex Africa, ante cuius currũ ductus est Asdrubal: Metelli ex Macedonia, cuius currum præcessit Andriscus, qui & Pseudophilippus, rex Macedonum: Mumij ex Corintho, ante quẽ sigua ænea & pictæ tabulæ, & alia vrbis clarissima ornamenta. De Africano quidem patuit. sed de Macedonico sic res se habet: regnum eñ pariter & bellũ vir vltimæ sortis Andriscus inuaserat, Philippum se vocari volens, ac regis Persei filium. hic cum ab vrbe Roma, quo illũ Demetrius Syriæ rex miserat ob hoc ipsum mendacium, clam profugisset, multis ad falsam eius famã, velut ad veram coeuntibus, contracto exercitu, totam Macedoniam aut voluntate incolẽtium, aut armis occupauit. Finxit eñ ex pellice se & Perseo rege ortũ, traditum educãdum Cyrthesæ cuidã. Perseo mortuo, vsq; ad 12. annum educatũ ignarũ generis sui. educatorem, dum prope ad finẽ vitæ venisset, detexisse sibi originẽ suã, libello dato signato regis Persei signo, prout rex iussisset. quo intellecto, venisse se ait ad Demetriũ Syriæ regẽ, ac fidem, qualis esset, fecisse. Itaq; populus Ro. hoĩs obscuri fortunas cõtemnens, etsi iam Macedoniam teneret, Iuuentiũ ptorem aduersus eum misere, quẽ ad internecionẽ vsq; deleuit, & regno occupato, regnauit anno vno. Sed Cæcilio Metello consule postea victus, Macedoniaq; iterũ in Ro. potestatẽ venit. vbi haud paulo post ibidẽ alter quoq; Pseudophilippus, collectis seruitijs rebellauit, ac cum iam sexdecim millia armatorum haberet, à L. Tremelio quæstore, sicut Liuius refert, superatus est. de priori triumphatum est. Mox secutum est bellum Achaicum, de quo Iustini verba subijciam: Quærentibus Romanis causas belli cotra Achæos, quorum caput est Corinthus, querelas Spartanorum fortuna obtulit, quorũ agros Achæi propter mutuũ odiũ populabant. missi sunt legati, quibus occulte mandata dant Romani, vt corpus Achæorũ dissoluerent, singulasq; vrbes proprij iuris facerent, quo facilius ad obsequia cogerentur. Igitur legati, omniũ ciuitatũ principibus Corinthum euocatis, decretũ senatus recitant, Expedire oĩbus, vt singulæ ciuitates leges suas habeant. quod vbi oĩbus innotuit, velut in furorẽ versi, vniuersum peregrinũ populũ trucidant, legatos quoq; violassent, nisi audito tumul

Byrsa.

Dedunt se Scipiõi Carthagineñ.

Bellũ Macedonicũ tertium.

Andriscus à Metello victus.

Achaicum bellum.

multu trepidi fugissent. Mumio consuli Achaicum bellum decernitur, qui mox exercitu deportato, pugnandi copiam hostibus fecit, sed Achæi velut nihil negocij Rom. bello suscepissent, ita apud eos neglecta oĩa ac soluta fuere. itaq; prædam, nõ prælium cogitantes, & vehicula ad spolia hostium reportanda duxerunt, & coniuges liberosq; suos ad spectanda certamina in montibus posuerunt. Sed prælio commisso, ante oculos suorum cæsi, lugubre his spectaculum sui, & grauem luctus memoriã reliquerũt. Coniuges quoq; & liberi eorum captiui, præda hostiũ fuere. vrbs Corinthus destruitur, populus om̃is sub corona venditur, & cum propter multitudinem & varietatem statuarum ac simulacrorum in tantæ ciuitatis incendio, permixta in vnum auri ac argenti atq; ex eis metalla fuissent, nouum genus metalli factum est, vnde vsq; hodie vasa corinthia dicuntur. In hac quoq; generatione Prusias rex Bithyniæ Romam venit, vt senatui gratias ageret ob victoriam ex Macedonia partam, & Nicomedem filium senatui cõmendauit. Hic Prusias postea consilium cepit interficiendi Nicomedis, dum consulere studet minoribus filijs, q̃s ex nouerca susceperat, & Romę habebat. Sed res adolescenti proditur. hortatur ab his qui facinus susceperant, vt crudelitate patris prouocatus, occupet insidias. nec difficilis persuasio fuit. igitur cũ accitus in patris regnum venisset, statim rex appellatur. Prusias regno spoliatus, etiam à seruis deseritur. vitiorum enim amator erat. cum in latebris ageret, non minori scelere q̃ filium occidi iusserat, à filio occiditur, adiuuante Attalo rege Pergami. Habebat autem alium filiũ, qui pro superiore ordine dentium, enatũ vnum habuit os. Miserat senatus legatos ad pacẽ inter Prusiã & filiũ componendã. cũq; vnus ex his, multis cicatricib⁹ sparsum caput haberet, alter pedibus æger esset, tertius ingenio socors haberet, dixit Cato legatiõnẽ nec caput habere, nec pedes, nec cor. Attalus Pergami ciuitatis Asię rex, ijsdẽ tẽporibus moriẽs, populũ Ro. regni hæredẽ instituit. de hoc Iustinus scribit, q̃ florẽtissimũ ab Eumene patruo acceptũ regnum, cędibus amicorũ & cognatorum supplicijs fœdabat, nunc matrem anũ, nunc Berenicen sponsam maleficijs suis necatas cõfingit. Post hanc scelestam violentiæ rabiem, squalidam vestem sumit, barbam capillumq; in modum reorũ submittit, non in publicũ prodire, non populo se ostendere, non domi lætiora cõuiuia inire, vt aliq̃d signum sani hoĩs habere, prorsus vt pœnas pendere manibus interfectorũ videretur. Omissa deinde regni administratione, hortos fodiebat, gramina seminabat, & noxia innoxijs p̃miscebat, eaq; oĩa veneni succo infecta, velut peculiare munus amicis mittebat. Ab hoc studio, ærariæ artis fabricæ se tradidit, cerisq; fingẽdis & ære fundendo procudendoq; oblectatur. Matri deinde sepulchrum facturus, morbum contraxit, & septima die decessit. huius testamento hæres populus Ro. instituit. Sed erat ex Eumene Aristonic⁹, nõ iusto matrimõio, sed ex pellice Ephesia *citharistæ filia genit⁹, q post mortẽ Attali velut paternũ regnũ inuasit Asiã. cũ multa p̃lia secũda aduersus ciuitates, q̃ metu Ro. se tradere ei nolebãt, fecisset, iustusq; rex iam videret, Asia Licino Crasso cõsuli decernit, q intẽtior Attalicæ p̃dæ q̃ bello, cum extremo anni tẽpore inordinata acie p̃lium cõseruisset, pœnas incõsultæ auaritiæ sanguine dedit. In huius locũ missus Perpenna cõsul, prima cõgressione Aristonicũ superatũ, in potestatẽ suã redegit, Attalicasq; gazas hæreditarias po. Ro. nauib⁹ impositas, Romã deportauit. Quod ægre ferẽs successor eius M. Aquilius consul, sed contentionem mors Perpẽnæ diremit. sic Asia facta est Ro. q̃ cum opibus suis vitia q̃q; Romam transmisit. Post hæc regibus q aduersus Aristonicũ auxilia contulerant, p̃mia p̃soluta: Mithridati Põtico Syria minor, filijs Ariaractis regis Cappadociæ, q eodem bello ceciderat, Lycaonia & Cilicia datæ, fideliorq; popu. Ro. in socij filios, q̃ mater in liberos fuit. Nam Laodice relicta Ariaractis, ex numero sex filiorũ, timẽs ne diutina regni administratione, adultis q̃busdam, *potiret, quinq; parricidiali veneno necauit, vnũ paruulũ, sceleri matris cognatorũ custodia eripuit, q post necẽ Laodices, quia p̃pter crudelitatẽ eam populus extinxerat, solus regno potit⁹ est. Mithridates quoq; morte interceptus, filiũ, qui & ipse Mithridates dictus, reliquit, qui om̃es reges bello supauit, & bellũ cũ populo Ro. p 46. annos gessit, vt in sequenti dicet gñatione. Tẽpore belli Punici tertij, vel paulo ante, cũ Messala & Cassius cẽsores theatrũ in vrbe cõstrui primũ iussissent, Scipio Nasica grauissima dehortatiõe obstitit, dicens inimicissimũ fore fore populo Ro. bellatori, hoc ad nutriendã desidiã *lasciuiæq; cõmentũ. q̃ oratio adeo cõmouit senatũ, vt non solũ oĩa theatro comparata vẽdi iusserit, sed etiam subsellia in ludis poni prohibuerit, & vt neq; vrbani, neq; qui foris mille passib⁹ adessent, sedentes ludos spectarent, ne fortitudo eorũ mollesceret. Illo q̃q; tẽpore Tucia virgo Vestalis, cũ argueret incesti, purgare se argumẽtis dedignata mortalib⁹, ad Tiberim detulit cribrũ, idq; submergẽs, prece addita, inq̃t: o Vesta, si pia sum, si virgo sum, hãc e Tiberi aquã

Margin notes: æris Corinthij nobilitas. — Nicomedes Prusiæ fili⁹. — Catonis iocus. — Attali gesta — Perpenna. — Mithridates. — Tucia virgo vestalis.

aquam ad templum tuũ deferam. & pertulit. In hac generatione Genua maritima vrbs, Ligurũq; caput, ex senatus populiq; Ro. iussu, Liuio testante, Cornelio consule, à Lucretio viro nobilissimo instauratur, q̃ à Magone Annibalis duce fuit euersa. Pacuuius, quem e Brundusio natum ferunt, tragœdiarũ scriptor, Ennij ex filia nepos, floruit, Tarentiq; nonagenarius obijt. Pub. Terẽtius Carthaginensis poeta Romæ claruit, eo in tenera ætate perductus, à Terẽtio patrono ob ingenij gratiam manumissus.

Pacuuius. Terentius.

Viriatus. In hac quoq; generatione sub cõsulibus Mumio & Metello, Viriatus in Hispania, genere Lusitanus, homo pastoralis & latro* deinde, primum infestãdo vias, deinde vastando prouincias, * postremo exercitus p̃torum & consulum. Siqdem Iberum & Tagum flumina peruaganti, M. Vetilius p̃tor occurrens, cæditur ad internecionem, prętor ipse vix cum paucis euasit. deinde C. Plautium p̃torem idem Viriat⁹ p̃lijs fractum fugauit. post etiam Claudius Vnimanus maximo apparatu belli instructus, auxit infamiam. nam congressus cum Viriato, vniuersas maximasq; copias amisit. Tunc Viriatus trabeas, fasces, cæteraq; insignia Romana, in montibus suis trophęa præfixit. Eodem tempore trecenti Lusitani cum mille Romanis in q̃dam saltu pugnarũt, in q̃ pugna 70. Lusitani, Romanorũ vero 320. ceciderunt. Claudius refert, q̃ cum vnus ex Lusitanis ab alijs segregatus, postea inuaderẽt circunfusus equitibus, ille vni secuit caput, metuq; cæteros cõpulit vt liber abiret. Igitur Q. Fabius Maximus cõsul cõtra Lusitanos atq; Viriat⁹ dimicans, Bacciam oppidũ obsidione liberauit, in deditionẽ oppidũ cum pluribus alijs castellis recepit. fecit tamẽ facinus execrabile, secundum Orosium. quingentis enim principibus eorum, quos in deditionem acceperat, manus præciderat. Viriatus autem cum per 14. annos Romanos exercitus protriuisset, tandem insidiis suorũ interfectus est, in hoc solo Romanis circa eũ fortiter agẽtibus, q̃ pcussores eius indignos p̃mio iudicarũt. cõsilio em̃ Seruilij Cępionis intereptus est.

GENERATIO LXI.

ANno 5066. à mũdi exordio, ab vrbe vero condita 619. olympiade 161. in Mathan Eleazari filio, 61. incepit gñatio, durauit annis 44. anno Ptolemæi Euergetis secũdi decimo, sub rege Syriæ Sedete Antiocho. Eodẽ anno Simon vltimus qnq; filiorũ Mathathiæ Asmonai, dux & sacerdos fuerat in Iudæa, successit ei fili⁹ ei⁹ Iohannes, cognoĩe Hyrcani à deuictis Hyrcanis: quẽ Ioseph⁹ in trib⁹ cõmendat, in religiõe sacerdotij, in strenuitate ducat⁹, & qa vir pp̃heta erat, q statim in proditorẽ patris Ptolemæũ inuectus est, q patrẽ eius dolo interfecerat, matrẽq; eius cũ duobus paruulis tenebat in vinculis, cum cõfugisset ad oppidum & vltra Hierichunta, q̃d Dagon vocabatur. Obsesso quidẽ oppido, cum Iohãnes acrius insistebat, Ptolemæus matrẽ Iohannis & fratres supra muros vsq; ad sanguinis effusiõem cædebat: ad quod fractus pietate, ab impugnatiõe se tẽperabat, matre tñ semp clamante, ne pro se sineret scelus Ptolemæi inultũ, ipsa mortẽ vindicaret immortalitate. ob hoc diuti⁹ tracta obsidione, septimus aduenit annus Iudæis feriatus, recessit tum ab obsidione. Ptolemæus vero matre ipsius & fratribus occisis, cõfugit ad Zenonẽ Philadelphiæ regem, qui Cotila cognominabatur. Post hoc Antiochus Ponticus, aliàs Sedetes, rex Syriæ, obsidebat Hierusalem. quãobrem aperuit Hyrcanus duos de octo loculis circũstantibus sepulchrum Dauid, & sustulit inde plus q̃ tria millia talentorũ, deditq; trecẽta talenta Antiocho, vt ab obsidione recederet. Quod & fecit. & vt placaret murmur populi, de reliqua pecunia primus instituit xenodochia pauperũ in Hierusalem. Deinde Samariã captã, solo æq̃uit, quã post Herodes instaurãs, Sebasten vocauit. deinde fortunatissime vixit. Tandẽ Antioch⁹ duxit Cleopatrã sororẽ Ptolemæi Euergetis, vxorẽ Demetrij fratris, quam ante Demetriũ Alexander (vt dictũ est) cõiugem duxerat. hęc Cleopatra habuit filium ex Alexandro Antiochũ, quem Tryphon dolo occidit, vt supra dictũ est. Suscepit & filium ex hoc Antiocho Sedete, qui dictus est Cyzicenus, ex Demetrio quoq; filiũ habuit Antiochũ Gryphum. Antiochus itaq; Sedetes exercitum, quẽ multis finitimorũ bellis indurauerat, aduersus Parthos ducit. Sed luxuriæ nõ minor apparatus fuit, q̃ militiæ: quippe * octo millia armatorũ, secuta sunt * trecenta millia lixarum, ex qbus coquorum, pistorum, scenicorũq; maior numerus fuit. argẽti certe & auri tantum, vt etiam gregarij milites caligas auro fingerent, pculcarentq; materiã, cuius amore populi ferro dimicant. Culinarum quoq; argentea instrumenta fuere, prorsus quasi ad epulas, non ad bella pergerent. Aduenienti Antiocho multi oriẽtales reges occurrere, tradentes se regnaq; sua, cũ execratione superbiæ Parthicæ. Nec mora congressioni fuit. Antiochus tribus p̃lijs victor, cum Babyloniã occupasset, magn⁹ haberi cœpit. Itaq; omnibus ad eũ deficiẽtibus populis, nihil Parthis relictũ p̃ter patrios fines fuit. Tũc Phraates Demetriũ fratrẽ Antiochi ad occupãdam Syriã cũ Parthico præsidio mittit, quo pa-

Hyrcan⁹ Iudæorũ pontifex.

Loculi circa sepulchrũ Dauid aperti.

Antiochi in Parthos expeditio.

pacto Antiochus ad sua tuēda à Parthis reuocaretur, q cum viribus non poterat, insidijs Antiochū vbiq; tentabat. At propter multitudinē hoīm, omnē exercitum suū Antiochus p ciuitates in hyberna diuiserat, quæ res exitij causa fuit. nam cū grauari se copiarꝫ ꝑbitione & iniurijs militū ciuitates viderent, ad Parthos deficiunt, & die statuta omnes apud se diuisum exercitū per insidias aggrediuntur. Quæ cum nunciata Antiocho essent, auxiliū proximis laturus, cum ea manu q̄ secum hyemabat, progredit. In itinere obuiū regē Parthorꝫ habuit, aduersus quē fortius q̄ exercit⁹ eius dimicauit: ad postremum metu suorꝫ desertus, occiditur. Cui Phraates exequias more regio fecit, filiamq; Demetrij, quam secū Antiochus aduexerat, captus amore virginis, vxorem duxit. Pœnitere aūt dimissi Demetrij cœpit, ad quem retrahendū cum turmas equitum festināter misisset, Demetriū hoc ipsum metuentē, iam in regno missi inuenerunt, frustraq; oīa conati, ad regē suum reuersi sunt. Demetrius obsidione Parthorꝫ liberatus, deletoq; fratre, restitutus in regnum, abinde regnauit annis 12. Interea vero Ptolemæus Euergetes, cuius memini in ꝓcedenti gñatione, in suos grassatus est. Cœpit enim, vt ꝓdixi, regnare anno ab vrbe cōdita 610. vir qdem pessimus atq; turpissimus, ob cuius sæuitiam frater eius & Cleopatra soror sibi timentes, cum reges essent, regnū ei per legatos obtulerunt. Lætus igitur q sine certamine fraternū regnum recepisset, & cum postea suspicaretur subornari sibi à sorore Cleopatra & fauore principum fratris filium, infestus oībus, statim vbi Alexandriā ingressus est, fautores pueri trucidari iussit. Postea sororis thorꝫ adscendit, filiumq; sororis die nuptiarū, quibus matrē eius in matrimonium recepit, inter apparatus epularum & solennia religionum in cōplexu matris interfecit, atq; ita thorum sororis cæde filij eius cruentus adscendit. Post quod nō mitior in populares, qui eum in regnum vocauerant, fuit. siquidem peregrinis militibus licentia cædis data, oīa sanguine quotidie manabāt, ipsamq; sororem, virgine eius filia per vim stuprata, & in matrimoniū adscita, repudiat. Quibus rebus territus populus, in diuersa labitur, patriāq; metu mortis exul reliquit. solus igitur in tanta vrbe cum suis relictus Ptolemæus, cum regem se non hoīm, sed vacuarꝫ ædium videret, edicto peregrinos solicitat, quibus cōfluentibus, obuius legatis Rom. Scipioni Aphricano, Sp. Mumio, & L. Metello, qui ad inspiciēda sociorum regna veniebant, procedit. Sed q̄ cruentus ciuibus oībus, tam ridiculus Romanis fuit. Erat eñ & vultu deformis, & statura breuis, & sagina ventris non homini, sed beluæ similis: quam fœditatem nimia subtilitas & perlucida vestis augebat, prorsus quasi astu inspicienda prẹberentur, quæ omni studio occultanda erant. Post discessum deinde legatorum, quorū Aphricanus, dum adspicit vrbem, spectaculo Alexandrinis fuit, Ptolemæus iam etiam populo peregrino inuisus, cum filio quem ex sorore susceperat, & cum vxore matris pellice, metu insidiarum tacitus in exilium proficiscitur, contractoq; mercenario exercitu, bellum sorori pariter ac patriæ infert. Accersitum maximum deinde à Cyrenis filium, ne eum Alexādrini contra se regem crearent, interficit. Tunc populus statuas & imagines eius detrahit, quod factum studio sororis, idem & vxoris existimans filium, quē ex ea ipsa vxore quondam susceperat, interficit, corpusq; in membra diuisum, & in cista impositum, matri die natali eius inter epulas offerri iussit. Quæ res non reginæ tantum, verum etiam vniuersæ ciuitati luctuosa fuit. tantumq; mœrorem conuiuio festiuo intulit, vt regia omnis repentino luctu incenderetur. Finito luctu orbitatis, Cleopatra, quum vrgeri se bello Ptolemæi videret, auxilium à Demetrio petit Syriæ rege, iam in regnum restituto. & videtur Iustinus velle q Cleopatra fuerit socrus Demetrij, vnde pollicebatur ipsa precium auxilij Aegypti regnum. Demetrius igitur statuit bellum inferre Aegypto, sed dum aliena affectat, vt assolet fieri, propria per defectionem amittit. Siquidem Antiochenses primi, duce Tryphone, execrantes superbiam regis, quæ conuersatione Parthicæ crudelitatis intolerabilis facta erat, mox *Apemenij, cæteræq; ciuitates illorum exemplum sequutæ, propter absentiam regis Demetrij, ab eo defecere. Ptolemæus vero rex Aegypti, bello ab eo petitus, quum cognouisset Cleopatram sororem suam ac vxorem, opibus Aegypti nauibus impositis, ad filiam & Demetrium generum in Syriam profugisse, immittit iuuenem quendam Aegyptium, Protarchi negociatoris filium, qui regnum Syriæ armis ac fraude peteret, excogitata scilicet fabula per adoptionem Antiochi regis receptum esse in familiam regiam, tum Syris etiam non adspernantibus quemlibet regem, ne Demetrij parerent superbiæ ac maleuolentiæ. Nomen iuueni, Alexander, imponitur. auxilia ei ingentia ab Aegypto copijs quàmplurimis mittuntur. Itaque Demetrius ab Alexandro deuictus, quū vndiq; grauissimis quibusq; malis circunstantibus premeretur, ad postremum etiam ab vxore, filijs & omni familia, oñi demum regio comitatu de-

se

Antiochꝰ Sedetis interitus.

Ptol. Euergetis sęuitia

Ptolemæi exilium.

Cleopatrę filius laniatus offert.

Alexander Syriā inuadit.

feritur, derelictus igitur cum paucis Tyrꝝ petens, interfectus est iussu p̄fecti, cum esset egressus nauim. Itaq; rex Demetrius qua fraude vtrũq; regnũ quæsierat, quoq; dolo te nuerat, suis malis periit. Demetri⁹ ex Cleopatra duos filios reliquerat, Seleucũ & Gryphum, vtrunq; matris crudelitate ac sæuitia corruptum. Nam Seleucus, quoniam neglecta matris autoritate, suo ipsius honore sumpserat diadema, ab eadem est interfectus. Alter e filiis Gryphus, rex ab matre constitutus est, vt nomen regis penes filium, omnis autem imperii summa penes matrem esset: hac iuuenem lege, scelestissima mulier, neglecta matris pietate, in regni nomen tantũ admisit. Sed Alexãder fictus, occupato Syriæ regno, tumẽs ex successu rerꝝ, spernere iam ipsum etiã Ptolemæũ, à quo fuerat subornatus, insolentia cœpit. Quare Ptolemæus reconciliata sorore, destruere Alexandri regnũ summis opibus instituit. mittit ergo in Græciam Grypho auxilia, eiq; filiam Gryphinã dedit vxorẽ, vt populũ sibi reconciliaret & affinitate & societate belli, nec res frustra fuit. Nã cum oẽs Gryphum instructũ Aegyptiis viribus viderent, paulatim ab Alexandro deficere cœpere. Fit deinde inter eos p̄lium, quo victus Alexander, Antiochiã profugit, ibi inops pecuniæ, cũ stipendia militibus deessent, in templo Iouis solidũ ex auro victoriæ signũ tolli iubet, facetis iocis sacrilegium circũscribens: nã victoriã cõmodatam sibi a Ioue esse dicebat. Interiectis deinde diebus, cum ipsius Iouis aureum simulacrum infiniti ponderis tacite euelli iussisset, deprӕhensusq; in sacrilegio, concursu multitudinis in fugã versus, magna vi tẽpestatis oppressus, ac desertus a suis, a latronibus capitur: p̄ductusq; ad Gryphũ interficiitur. Gryphus porro Demetrii filius, recuperato patrio regno, externisq; periculis liberatus, insidiis matris appetitur, quæ cum cupiditate dominatiõis, prodito marito Demetrio, & altero filio interfecto, huiusq; victoria inferiorẽ dignitatẽ suã factã doleret, veniẽti ab exercitatione veneni poculũ obtulit. Sed Gryphus, p̄dictis ante iam insidiis, veluti pietate cum matre certaret, bibere ipsam iubet, abnuenti instat, postremo eã arguit, *ipsa solã defensionẽ sceleris superesse affirmãs, si bibat quod filio obtulit: sic victa regina, scelere in se verso, veneno quod parauerat, extinguitur. Parta igit̃ securitate Gryphus, octo annis q̃etẽ ipse habuit & regno suo præstitit. natus deinde illi æmulus regni, frater ipsius Antiochus Cyzicenus eadem matre, sed patre Antiocho Sedete genitus fuit, quẽ cum veneno tollere voluisset, ad arma cõcitauit. Inter has regni Syriæ parricidiales discordias, morit̃ rex Aegypti Ptolemæus Euergetes, relictis duobus filiis, Ptolemæo, q̃ Phiscon siue Soter est appellatus, Alexandro, & tribus filiabus, Gryphina, quę nupta fuerat Grypho, Cleopatra & Seleuce. Reliquit aũt Euergetes regnũ Cleopatræ vxori & alteri filio quẽ illa elegisset. Igitur cũ pronior in minorem filium esset, a populo cõpellitur maiorẽ eligere, cui prius q̃ regnũ daret, vxorẽ ademit Cleopatrã sororẽ, quã sibi charissimã coactus est repudiare, & minorẽ sororẽ Seleucẽ ducere. Cœpit regnare Phiscon anno ab vrbe cõdita 639. regnauit annis 17. Cleopatra repudiata ab eo, Antiocho Cyziceno in Syria nubit, eiq; ne nudũ nomen vxoris ferret, exercitum Cypri solicitatum velut dotalẽ ad maritũ duxit. Par igitur iam viribus Cyzicen⁹, p̄lium cũ Antiocho Grypho cõmittit. victus, in fugã cõuertitur & Antiochiam venit. Tunc Gryphus Antiochiã, in qua erat Cleopatra, obsedit, qua vrbe capta, Gryphina vxor Gryphi Cleopatrã sororẽ requiri iussit, non vt captiuæ opẽ ferret, sed ne effugeret, quæ sui æmulatione in hoc potissimũ regnũ inuaserit, hostiq; sororis nubendo, hostẽ se eius effecerit, tum peregrinos exercitus in certamina fratrum adductos, tũ repudiatam a fratre contra matris voluntatẽ extra Aegyptũ nuptã accusat. Contra orabat Gryph⁹, ne tam fœdũ facinus facere cogat̃, a nullo vnq̃ maiorum suorꝝ inter tot domestica bella, tot externa, post victoriã in fœminas sæuitum, & cum sit soror, deinde cõmuniũ liberorꝝ matertera. Adiicit his supstitionẽ tẽpli q̃ profugerit. sed q̃to Gryphus abnuit, tãto soror muliebri p̄tinacia accenditur, rata non misericordiæ hæc verba, sed amoris esse. itaq; vocatis ipsa militibus, mittit qui sororẽ confoderẽt. qui vt in templum intrauerunt, cum euellere eam non possent, manus amplexantẽ deæ simulacrũ p̄ciderunt. Paulo post repetita p̄lii cõgressione, victor Cyzicen⁹ Gryphinã vxorẽ Gryphi, q̃ pauloante sororẽ interfecerat, capit, eiusq; supplicio, vxoris manibus parentauit. At in Aegypto Cleopatra cũ grauaret̃ socio regni filio Ptolemæo, populũ in eũ incitat, abductaq; ei Seleuce, ex qua duos filios habebat, exulare cogit. Accersito minore filio Alexãdro, & rege in locũ fratris cõstituto, nec filiũ regno expulisse contenta, bello Cypri exulantẽ persequit̃. eo inde pulso, interficit ducẽ exercitus sui, q̃ viuũ eum e manibus emisisset, quanq̃ Ptolemæ⁹ verecũdia materni belli, non viribus minor, ab insula recessisset. Alexãder territus hac matris crudelitate, & ipse eã reliquit, periculoso regno securã ac tutam vitam anteponẽs. Cleopatra vero

Gryphus regnũ eripit Alexandro

Cleopatra suis insidiis perit.

Ptol. Aegypti rex.

timens,

timens,ne maior filius Ptolemæus ab Cyziceno ad recuperandã Aegyptũ auxilio iuuaretur,ingentia Grypho auxilia,& Seleucẽ vxorẽ nupturã hosti prioris mariti mittit,Alexandrũq; filium ꝑ legatos in regnum reuocat. Cui cum occultis insidijs exitiũ machinaretur,occupata ab eodẽ interficit,spiritumq; nõ fato,sed parricidio dedit,digna prorsus hac mortis infamia,quæ etiã matrẽ thoro expulit,& duas filias viduas alterno fratrũ matrimonio fecit,filio alteri in exilium acto bellũ intulit,alteri erepto regno exitium ꝑ insidias machinata est. Sed nec Alexandro cædes tã nefanda inulta fuit,nam vbi primũ compertum est,per scelus filij matrẽ interfectã, concursu populi in exilium agit,reuocatoq; Ptolemæo,ei regnum redditur,qui neq; cum matre bellũ gerere voluisset,nec à fratre armis repetere q̃d prior possedisset. regnat postea annis octo. Dum hæc aguntur,frater eius ex pellice susceptus,cui pater Cyrenarũ regnum testamẽto reliquerat,hærede populo Ro.instituto,decessit. Iam enim fortuna Romana porrigere se ad orientalia regna,non contenta Italię terminis,cœperat,itaq; & ea pars Libyæ ꝓuincia facta est, postea Creta,Ciliciaq; piratico bello ꝑdomitæ,in formã ꝓuinciæ redigũtur. Quo pacto & Syriæ & Aegypti regna vicinitate Romana arctata,incrementa de finitimis bellis quærere solebãt,adempto vacãdi arbitrio,vires suas in perniciem suã conuerterunt,adeo vt assiduis ꝑlijs consumpti, in contemptũ finitimorũ venerint,ꝑdæq; Arabum gẽti imbelli antea fuerint,quorũ rex Herotimus fiducia sexcentorũ filiorũ,quos ex pellicibus susceperat,diuisis exercitibus nunc Aegyptũ, nunc Syriã infestabat, magnũq; nomẽ Arabum,viribus finitimorũ exanguibus,fecerat. Mutuis fratrum Gryphi & Cyziceni,mox filiorũ inimicitijs parentũ succedẽtibus,cũ inexpiabili bello & reges regnũq; cõsumptum esset,ad externa populus auxilia cucurrit,peregrinosq; sibi reges circũspicere cœpit. Itaq; cũ pars Mithridatem Ponticũ,pars Ptolemæum ab Aegypto aut Phiscona arcessendũ censeret,& Mithridates bello Ro.implicitus esset,Ptolemæus quoq; gestis Syriæ supfuisset,oẽs,vt Iustinus ait,in Tigranem regem Armeniæ cõsenserunt,instructum ꝑter domesticas vires, Parthica societate & Mithridatis affinitate. Igitur accitus in regnũ Syriæ, per 18. annos trãquillissimo regno potitus est,q fuit septimus annus Ptolemæi Dionysii,ab vrbe cõdita 678. Tigrane regnãte in Syria,terræmotu 170.millia hoĩm in regno, & multæ vrbes perierũt,q̃d ꝓdigium mutationẽ rerũ portendere aruspices respõderũt. Igitur Tigrane à Lucullo victo,rex Syriæ Antiochus Cyziceni filius,ab eodem Lucullo in regnum vocatur,sed quod Lucullus dederat,postea ademit Pompeius, qui Antiocho poscenti regnum respondit,ne volenti quidẽ Syriæ,nedũ recusanti regem daturũ se,qui 18.annos,quibus Tigranes Syriam tenuit,in angulo Ciliciæ latuerit,victo aũt eodẽ Tigrane à Ro.alieni operis ꝑmia postulet,igitur vt habẽti regnũ nõ ademerit,ita quo cesserit Tigrani,nõ daturũ quod tueri nesciat,ne rursũm Syria Iudæorum & Arabũ latrocinijs infestã reddat,atq; ita Syriam in ꝓuinciæ formam redegit. Hæc Iustinus. Alij tradunt Philippũ vltimũ fuisse Syriæ regẽ,regnasse annis duobus,quo regnãte,Antiochus eius patruꝰ in Parthos fugiẽs,Pompeio se tradidit,post quẽ statim Philippus hic à Gabinio cõsule captus,regnũ eiꝰ in ditionem Ro.cessit,& tunc Syriæ regnum finẽ habuit,quod per ducẽtos viginti annos sub 17.regibus durauit. vnde per anticipationẽ aliqua sunt dicta,quæ erãt paulopost dicẽda. Anno ab vrbe condita 620.Scipio Africanus consensu oĩm ex tribuno consul creatus,ad expugnandã Numantiam cũ exercitu missus est. Numantia,citerioris Hispaniæ vrbs,haud procul à Vacceis in capite Gallatiæ,hæc ꝑ annos 14.cum solis quatuor millibus Celtiberorũ,xl.millia Ro vicit,pudendisq; eos fœderibus affecit. Ante eñi male pugnauerant Ro.nam M.Popilius siue Pompeius,vt apud Florum legitur,a Numãtinis fusus fugatusq;,pacẽ fœdã fecit. C.vero Hostiliꝰ Mãcinus,postq̃ a Popilio accepit exercitum,apud Numantiã adeo ꝑlia infeliciter gessit,atq; in id suprema desperatione perductus est,vt turpissimũ fœdus cũ Numantinis facere cogeret,q̃uis & Popilius iã aliud æque infame fœdus cũ eisdem paulo ante pepigisset. Vnde senatus dissoluit fœdus,& Mancinũ tradi ꝑcepit Numantinis, qui nudato corpore, manibus post tergũ reuinctis,ante portas Numantinorũ est expositus,ibiq; vsq; ad noctem manẽs, a suis desertus,ab hostibus autem non est receptus. Exclamat hic Orosius contra Ro.qui Mancinum,cum ne ꝑderet totum exercitum,iusta ex causa fœdera percussit, eadẽ senatus soluit. Quid ꝙ Numantini ꝑ legatos suos aut inuiolatã pacem solam,aut oẽs q̃s pignore pacis accepto,viuos dimiserant, reposcebant? si displicuit fœdus, cur obses non est redditus? Acciderũt autem Mancino consuli aliqua prodigia in Hispaniam ituro,nam cum à portu Herculis nauem conscẽndit,talis vox sine vllo autore audita est,Mancine mane,& cũ scaphã esset ingressus,anguis eximiæ magnitudinis visus subito

Cleopatra iunior à sorore occiditur.

Phiscon reuocatur.

Herotimus rex Arabũ.

Tigranes Armeniꝰ in Syriam rex vocatur

Finis regni Syræi

Bellum Numantinum.

Mancinus Numantinis deditur.

subito disparuit. Per eadem fere tempora Romæ ex ancilla natus est quadrupes, quadrimanus, oculis quatuor, auribus totidem, natura virili duplex. In Sicilia mons Aetna vastos ignes eructauit. In Bononiensi agro fruges in arboribus natæ sunt. secutum est seruile bellum in Sicilia. Interea cum Macedonũ legati cõquestũ venissent de Iunio Syllano ꝑtore, ꝙ acceptis pecunijs prouinciã spoliasset, & senatus de querelis vellet cognoscere, T. Manlius Torquat⁹ Syllani pater, petijt impetrauitq́ꝫ, vt sibi huiusmodi cognitio mãdaretur, & domi causa cognita filium cõdemnauit, abdicauitq́ꝫ ac ne funeri quidẽ eius, cum suspendio vitam finisset, interfuit: sedensq́ꝫ domi, potestatem consultãtibus ex instituto fecit. C. Macienus accusatus est apud tribun. plebis, ꝙ exercitum in Hispania deseruisset, damnatus, sub furca diu virgis cęsus est, & sestertio nummo vænijt. At Cor. Scipio Hispaniã ingressus, nõ statim aggressus est Numantinos, sed antea corruptum, licentia luxuriaq́ꝫ exercitum, ad generosissimã militiæ disciplinam reuocauit, omnia enim deliciarꝫ instrumenta recidit, duo millia scortorum e castris eiecit, militem omni die in opere habuit, quem militem extra ordinẽ depræhendit, virgis cecidit. Iumenta omnia, ne exoneraret milites, vendidit, multoties contra hostium eruptionem feliciter pugnauit. Tum Vaccei obsessi, liberis & cõiugibus trucidatis, ipsi se interemerunt. Interim Scipio amplissima munera sibi ab Antiocho rege Syriæ, cum celare alijs imperatoribus regũ munera mos esset, accepturus, publice omnia referri quęstori in publicas tabulas iussit. Igitur cũ partem æstatis, partemq́ꝫ hyemis transegisset, parꝫ prope profecit hac industria, nam vbi copia pugnãdi facta est, exercitus Ro. impetu Numantinorꝫ solito oppressus, terga vertit, sed increpatiõe & minis consulis, manuq́ꝫ retinentis tandem indignatus, in hostem redijt: & quem fugiebat, fugere cõpulit. Itaqꝫ vrbem obsidione Scipio conclusit, fossa circũdedit, cuius latitudo pedum decem, altitudo viginti fuit, ipsumq́ꝫ deinde aggerem sudibus præstructũ, crebris turribus præmuniuit. Ad hoc bellum Micipsa rex Numidarꝫ, in auxilium Scipioni Iugurtham misit, vbi gloriam acquisiuit. Refert Liuius, cũ vndiqꝫ Scipio Numantiã obsidione clausisset, & oppressos fame videret, cædi hostes noluit, citius absumpturos frumentũ quod haberent, si plures fuissent. Igitur Numantini diu conclusi & fame trucidati, cum facultatem pugnæ sæpe deposcerent, vt eis mori tanꝗ viris liceret, nec impetrassent, nouissime duabus subito portis eruperunt, larga prius potione vsi, non vini cuius locus ferax non est, sed succo tritici per artem confecto, quem celiã vocant. Hac potione recalescentes, subito super Ro. irruerunt. atrox diu certamen, & vsqꝫ ad periculum Ro. fuit, iterumq́ꝫ se Ro. aduersum Numantinos pugnando subtraxissent, nisi sub Scipione pugnassent. Numantini interfectis suorꝫ fortissimis, bello cedunt, cõpositis tamen ordinibus, nec sicut fugientes in vrbem reuertuntur, corpora interfectorꝫ ad sepulturam oblata, recipere noluerunt. Nouissimum desperatione omnes in mortem destinati, clausam vrbem ipsi introrsum succẽderũt, cunctiq́ꝫ pariter ferro, veneno atqꝫ igni cõsumpti sunt. Romani nihil ex his victis penitus habuere, nisi securitatem: neqꝫ enim vicisse se magis, ꝗ euasisse dixerũt. vnũ Numantinum victoris catena non tenuit, vnde triumphum dederit: quicquid supellectilis fuit, ignis consumpsit. Tunc Scipio Tiresum quendam Celticum principem interrogauit, qua de causa Numantia prius inuicta durasset, & post euersa fuisset: Respondit, concordia victoriam, discordia excidiũ præbuit. Inter hæc in Sicilia bellum seruile ortum est: nã septuaginta millia seruorꝫ tum in arma conspirantiũ fuisse referũtur, excepta vrbe Messana, ꝗ seruos liberaliter habitos in pace continuit. Quis crederet Siciliam multo cruentius seruili, ꝗ Punico bello esse vastatam? Inde materia bello, ꝙ ad cultum agri frequentia ergastula, catenatiq́ꝫ cultores habebantur. Syrus quidã nomine Eunus, phanatico furore simulato, dum Syriæ deæ cæremonias iactat, ad libertatem & arma seruos quasi numinũ imperio concitauit. idq́ꝫ vt diuinitus fieri probaret, in ore abdita nuce, quã sulfure & igne stipauerat, leuiter inspirans, flammã inter verba fundebat. hoc miraculũ primum duo millia ex obuijs, mox iure belli refractis ergastulis, lx. amplius millium fecit exercitum. Rex factus, castella, oppida, vicosq́ꝫ miserabili direptione vastauit. id ꝙqꝫ dedecus, capta sunt ꝑtorum castra Manilij, Lentuli, Pisonis, Hipsei. Itaqꝫ qui per*fugitiuos distrahi debuissent, ꝑtorios duces profugos prælio ipsi sequebãtur. Tandem Perpenna imperatore, supplicium de eis sumptũ est. hic enim cũ victos & apud Ennam nouissime obsessos, fame quasi pestilentia consumpsisset, reliquias latronũ compedibus catenisq́ꝫ religauit, crucibusq́ꝫ affixit. Vixdũ respirauerat insula, cũ statim à seruis & à Cyro reditur ad Cilicẽ. Athenio pastor, interfecto domino, familiã ergastulo liberatam, sub signis ordinat, ipse veste purpurea argenteoq́ꝫ baculo & regio more redimitus, non minorem ꝗ ille prior con-

Prodigia quædam

Disciplina militaris Scipioni ꝓbata.

Numãtinorũ exitium.

Celia potus

Seruile in Sicilia bellũ

Perpenna.

Athenio

conflat exercitum: acriusq; multũ, quasi illum vindicaret, vicos, castella, oppida diri piens, in dños iam seruos, infestius q̃ in transfugas sæuiebat. Ab hoc quoq; prætoris exercitus cæsi, capta Seruilij castra, capta Luculli. sed Aquilius Perpennę vsus exemplo, interclusum hostem cõmeatibus, ad extrema cõpulit, cõmunitasq; copias armis, fame facile deleuit. dedissentq; se, nisi suppliciorum metu voluntariã mortẽ ptulissent. ac ne de duce qdem suppliciũ exigi potuit, quãuis in manus venerit. nam inter rixãtium manus, dum eum multitudo cõprẽhendere cõtendit, pda lacerata est. Ea vero tempestate cũ Numantia euerteret, apud Romã Gracchorum seditiones agitabant. Carthagine quippe Numantiaq; deletis, oritur apud Ro. vtilis de prouisione collatio, sed infamis de ambitiõe cõtentio. Tiberius Gracchus itaq; tribunus ple. iratus nobilitati, cur eum inter autores Numantini fœderis, quod p Mancinũ consulẽ turpiter factũ est, notaret, agrũ publicũ populo diuidere statuit. Gn. Octauio tribuno obsistenti ademit imperiũ, se, fratrẽ Gracchũ, & Ap. Claudiũ socerũ, triũuiros ad diuidundũ agrũ creauit. His causis senatũ ira, populũ superbia inuasit. Inter hęc quoq; Attalus rex Asiæ Eumenis filius morit, q pop. Ro. hæredem scriptũ reliquerat, & ita Ro. imperio regnũ Asiæ p testamentũ accessit. Gracchus populi gratiã pcio appetens, cũ non esset agrorum satis, legem tulit, vt pecunia quæ Attali fuisset, populo distribueret. Obsistente Scipione Nasica, etiã Pompeius spopõdit, se Gracchũ, cũ primũ magistratu abiret, accusaturum. Gracchus aũt annitebat, vt ipse tribunus plebis sequenti anno pmaneret, & cum comitiorum die seditiones populi accenderent, autore Nasica nobilitas inflãmata, fragmentis subselliorum plebem fugauit. Gracchus p gradus q sunt sup Calfurniũ fornicem detracto amiculo fugiens, ictus fragmento subsellij corruit: rursusq; assurgẽs, alio ictu clauæ cerebro impactæ, exanimatus est. Ducenti pterea in ea seditione interfecti sunt, eorumq; corpora in Tiberim proiecta, ipsius quoq; Gracchi cadauer inhumatum cõtabuit. quæ tota victoria in Scipionẽ Nasicã referẽda est, autore Valerio. Anno dehinc secundo, P. Scipionem Africanũ pridie in conciõe de periculo salutis suæ contestatũ, quod sibi pro patria laboranti ab improbis & ingratis denunciari cognouisset, alio die mane exanimẽ repertum, inter maxima sua Ro. mala censuerunt, præsertim cum tantum in vrbe illa Africani vigor & modestia valeret, vt facile illo viuo, neq; sociale neq; ciuile bellũ existere posse crederet. Hunc qdam necatũ ferunt dolo vxoris suæ Semproniæ, quæ soror erat Gracchorum, ne scelerata (vt credo) familia ac ad pniciem patriæ suæ nata, intra impias seditiones virorum, non etiã sceleribus mulierum esset immanior. Causa vero interitus eius, hæc fuit: Caius Carbo tribunus plebis, cupiens necẽ vindicare Gracchanã & excitare seditionẽ sopitã, Pub. Scipionem Aphricanũ eruta Numantia reuertentẽ, interrogauit quid de Gracchi morte sentiret. cui Aphricanus ait, iure occisum sibi videri. Post hæc C. Gracchus, Gracchi illius qui iam in seditiõe occisus fuerat, frater, tribunus plebis per tumultũ creatus, magna Reipub. pernicies fuit. nam cũ sæpe populũ Rom̃. largitionibus promissisq; nimijs in acerbissimas seditiones excitasset, tandẽ à tribunatu Minutio successore decessit, qui Minutius cũ decessoris sui Gracchi statuta * cõtulisset, legesq; abrogasset, C. Gracchus cũ Fuluio Flacco ingẽti stipatus agmine, Capitoliũ vbi cõcio agitabat, adscẽdit, ibiq; cũ Fuluio duobusq; filijs eius armatis maximũ tumultum excitauit. sed contra Decius Brutus vir consularis, ingenti certamine insistit, ibi Flaccus diutissime pugnauit. Gracchus vero in templũ Mineruæ secedens, gladio incumbere voluit, sed interuentu lictoris retentus est. Cumq; diu anceps bellum ageret, tãdem sagittarij ab Opimio missi, cõfertã multitudinẽ disturbauerãt. Duo Flacci, pr̃ & filius, cũ p ædẽ Lunæ in priuatã domũ diffluissent, foresq; obiecissent, rescisso craticio pariete, cõfossi sunt. Gracchus diu p se pugnantibus amicis ac parẽtibus, ægre ad pontẽ Subliciũ peruenit, ibiq; ne viuus caperetur, ceruicem seruo suo Philocrati prębuit, cuius caput abscissum consuli allatum est, corpus ad Corneliã matrem Misenũ oppidum deuectum est. Hæc autem Cornelia, maioris Africani filia fuit, quæ post prioris filij Gracchi mortem, Misenũ secessit. Bona Gracchi publicata sunt. Flaccus adolescens in robore necatus est. Ex factione Gracchi ducenti & quinquaginta in Auentino monte cæsi fuisse referuntur. Opimius autem consul sicut in bello fortis, ita in quęstione fuit crudelis. nam amplius q̃ tria millia hominũ supplicijs necati sunt, ex quibus plurimi, ne dicta quidem causa, innocentes occisi sunt. Hæc Gracchorum seditio ita fuit. Itaq; licet Salustius ambos Gracchos laudet, vt zelatores libertatis plebis, alij tamen reprẽhendunt eos vt viros seditiosos. Anno ab vrbe condita 635. secundum Orosium, Pub. Scipione Nasica, & L. Calfurnio consulibus, Iugurthæ Numidarum regi, senatus Ro. consentiente populo, bellum indixit. occasio erat: Micipsa rex Numidarum moriens, regnum tribus filijs

Tiberij Gracchi conatus.

Tiberij Gracchi interitus.

Scipio Africanus dolo interfectus.

Cædes C. Gracchi & Ful. Flacci.

Bellum Iugurthinum.

filijs reliquit, Atherbali, Hiempsali, & Iugurthæ fratris filio, quem in filium adoptauerat. Post Iugurtha Hiempsalem fratrem bello petit, quem victũ interemit, Atherbalem bello victum Africa expulit. Calfurniũ inde consulem aduersus se missum, pecunia corrupit. nam, vt T. Liuius ait, Atherbal bello petitus à Iugurtha, & in oppido Cirtha obsessus, cõtra denunciationẽ senatus ab eo occisus est. ob hoc ipsi Iugurthæ bellum indictum est. Id Calpurnius Bestia gerere iussus, pacem cum Iugurtha iniussu Ro. fecit, quod senatus ratum habere noluit. Iugurtha fide publica euocatus, ad indicandũ consiliorũ suorũ autores, ꝙ multos in senatu corruperat, Romam venit, & interrogatus, respondere subterfugit. Interea Masinissam de genere regum, ꝙ Numidarum regnũ ad se ptinere dicebat, per insidias occidi procurat, ideo causam capitis

Vrbs venalis.

iussus dicere, cũ periclitaretur, clam profugit, & recedens ab vrbe, fertur dixisse, O vrbem venalem & cito peliturã, si emptorem inueneris. deinde Aulũ Posthumiũ, Posthumij consulis fratrem, cõtra se missum, apud Calamam thesauris regijs inhiantẽ, bello oppressit, cui victo ignominiosissimũ fœdus exegit. Vniuersam pene Africã à Ro. deficientem, regno suo iunxit, postea tamen Metelli consulis integritate & disciplina coercitus, duobus quoq; prælijs victus, vidit præsente se & vastari Numidiã, & non

Metellus.

posse defendi. Igitur legatos ad Metellum mittit, qui tantũ ipsi liberisq́; vitam peterent, alia oĩa data popu. Ro. Metellus singulatim legatos tentat, si opportune Iugurtham sibi viuum traderent aut necarent. quos electos ad proditionem, domũ dimisit, regi pacem quã postulabat, neq; abnuere neq; polliceri volens. Iugurtha vbi Metelli dicta cũ factis cõposuit, armis certare statuit. Prǽlia varia cõmissa sunt, nunc cũ Metello, nunc cũ C. Mario legato, q equitibus præerat, aliqñ cũ vtroq;. Metellus qm̃ armis bellũ parum ꝓcedebat, insidias regi per amicos parat. Bomilcarẽ regis amicum corrupit. Is vbi tẽpus opportunũ venit, monet lachrymis Iugurthã, sibi & suis prouideat, inducitq́; ad deditionẽ. mittunt ad imperatorẽ legati, qui sine vlla pactione sese regnumq́; suum in illius fidem tradere, & imperata facturũ dicerent. Metellus consilio habito per legatos Iugurthæ, imperat argenti pondo 200. millia, elephantes oẽs, equorũ & armorũ aliquantũ. quæ sine mora facta sunt. deinde iubet oẽs perfugas vinctos adduci. Inter hæc Iugurtha incertus, in pace improbos nõ prohibet excursus. Cũ Metellus finẽ bello imponere statuisset, successor ei datur C. Marius nõ bene grato, cui⁹ consulis astutia Romanisq́; viribus fractus est, maxime postq̃ Marius vrbem

Marij astutia.

Capsam ab Hercule Phœnice conditã, regijs thesauris confertam, dolo circunueniṫ & cepit. diffidens deinde proprijs rebus & viribus Iugurtha, societatem cum Boccho rege Maurorũ fecit, cuius equitatu in immensum auctus, Marianũ exercitum crebris

Bocch⁹ rex Maurorum

incursionibus fatigauit. Postremo apud Cirtham vrbem aduersum Ro. expugnationem eius parantes, lx. millibus equitum instructus occurrit. nunq̃ vlla Romano militi tumultuosior pugna & terribilior fuit, adeo vt puluis cœlum subduxerit. Tantus telorum nimbus, vt nulla pars corporis esset ab ictu tuta. Ita coacti in vnum equites, in vnum pedites densabantur. tantis periculis nox finem dedit. Eadem postera die & belli & periculi facies, eadem & tertia die. Tandem Marius consul cum vniuerso simul agmine prorupit e vallo. Pugna atrox, solis erat intolerantia. Superuenit imber via insperatæ salutis: siquidem refrigerium Ro. præbuit, & Numidis hastilia telorum lubrica & inutilia reddidit. Idem repentino pondere adeo scuta grauabat, ne commode possent tractari. Ita ex insperato Bocchus & Iugurtha fugerunt. post hoc quinquaginta millia armatorũ ab eisdem regibus Ro. obiecta, quæ vsq; ad internecionem

Capitur Iugurtha.

cæsa referũtur. Ex eo Bocchus spem abijciens, pacem petiuit, atq; in preciũ pacis Iugurthã dolo captũ, catenisq́; obrutũ, per Syllam legatũ misit ad Mariũ. sic fraudulentissimus regũ, ait Florus, fraude Bocchi soceri proditus est, de quo duo triumphi habiti sunt. Primus per Metellũ, secũdus per Mariũ. ante currũ tñ Marij Iugurtha cum duobus filijs ductus est catenatus, & mox iussu consulis in carcere strangulatus est. Anno 637. L. Cæcilio Metello, & Q. *Tito Flaminio cõsulibus, Carthago in Africa restitui iussa, deductis ciuiũ Ro. familijs, quæ eam incolerent, impleta est, magno ante prodigio ꝓcedente. nam cum mensores ad limitãdum Carthagineñ. agrum missi, stipites terminorũ indices fixos, nocte à lupis reuulsos mordicus, corrososq́; reperissent,

Carthago restituitur.

aliquãdiu hæsitatum est, vtrum Ro. expediret Carthaginem reformari. Ego credo factum anno 626. ab vrbe condita, hoc est, circa xxij. annum postquam euersa est. In Maurorũ manibus est, & * Tunicũ vocatur. Illis Iugurthini belli temporibus L. Cassius in Gallia Tigurinos vsq; ad Oceanũ persecutus, ab eisdẽ insidijs circũuentus est & occisus, ac Piso vir cõsularis legatus Cassij interfectus. C. Publius alter legatus, ne residua exercitus portio q̃ cõfugerat in castra, deleret, obsides & dimidiã partẽ rerũ oĩm

Tigu-

Tigurinis turpissimo fœdere dedit, qui Romam reuersus, à Cælio tribuno plebis die dicta, eo quod obsides dederat, in exiliũ profugit. Anno ab vrbe condita 642. Cimbri, Teutoni atque Tigurini, ab extremis Galliæ profugi, cum terras eorum inundasset Oceanus, nouas sedes toto orbe quærebant, exclusique e Gallia & Hispania, vt refert Florus, cum in Italiam migrarent, miserunt legatos ad M. Liuiũ Syllanũ COS. à senatu petentes, vt aliquid sibi terræ daret quasi stipendiũ, cæterum vt vellet, manibus atque armis suis vteretur. Repulsi à senatu, quod nequiuerant precibus, armis petere constituunt. Sed nec primũ impetũ Syllanus, nec secundũ Manlius, Florus Manilium vocat, nec tertium Cæpio sustinere potuit. Fugatur Syllanus. Aurelius aũt Scaurus legatus, à Cimbris fuso exercitu captus est, & cum in consiliũ ab ijs vocatus deterreret eos, ne alpes transirent, Italiam petituri, Romanos enĩ vinci nõ posse, à Bolo eorum rege feroci iuuene occisus est. C. deinde Manlius & Q. Cæpio proconsules, dum inter se disceptant, circa Rhodanum victi prælio, castris binis exuti sunt, M. Aemilius consularis ibi captus atque interfectus est, duo filij consulis cęsi, lxxx. millia Romanorum sociorumque ea tempestate trucidata sunt, lx. millia calonũ atque lixarum interfecta Antias scribit. Ita ex omni exercitu decem tantũmodo homines superfuisse referũtur. Hostes ingenti præda potiti, noua execratione cuncta pessundederunt, discindunt vestes, aurum & argentum in flumen proijciunt, phaleræ loricæque tritæ, equi gurgitibus immersi, homines laqueis arboribus suspensi, ita vt nihil prędæ victor, & nihil misericordiæ victus agnosceret. Maximus tunc Romæ non solum luctus, verũetiam metus fuit, ne confestim Cimbri alpes transgrederẽtur, Italiamque delerent. At secundũ pop. Ro. iussionem, Cæpio cuius temeritate clades accepta erat, dãnatur, bonaque eius publicantur. Actum erat, nisi Marius illo seculo contigisset. Eo tum quarto consule facto, bellum contra Cimbros & Teutones decretum est. Marius non ausus congredi statim, militem tenuit in castris, donec inuicta illa rabies & impetus, quem pro virtute barbari habent, consenesceret. Verum tanta erat hostibus fiducia capiendæ vrbis, vt Ro. dicerent, si quid ad vxores suas mandarent. Nec segnius quam minati fuerant, tripartito agmine per alpes, id est claustra Italię ferebãtur. Mira tum velocitate occupatis compendijs alpium, præuenit hostem, prioresque Teutonas sub ipsis alpium radicibus assecutus, in loco quem Aquas Sextias vocant, prælio oppressit. vallem fluuiumque hostes tenebant, Marius colles. certe necessitate acta virtus, causa victoriæ fuit. nam petente aquam exercitu, Viri, inquit Marius, estis? En illic habetis. Itaque tanto ardore pugnatum est, vt victor Romanus de cruento flumine non plus aquæ biberit, quam sanguinis. Barbarorum rex Teutobocchus, equũ vix conscendens, proximo in saltu comprehensus, insigne spectaculum fuit, vir proceritatis eximiæ. ducenta millia armatorum eo bello occisa sunt, 80. millia capta referuntur. Dux Teutobocchus interfectus vix tria millia fugisse referuntur. Sublatis Teutonicis, in Cimbros conuertit Marius. hi repulso ab alpibus fugatoque Q. Catulo proconsule, qui fauces alpium obsederat, & ad flumen Athesim castellum editum insederat, reliqueratque: tum Cimbri virtute sua explicata, fugientem proconsulem exercitumque prosecuti, in Italiam traiecerunt. Hic iam (quis crederet) per hyemem Tridentinis iugis in Italiam prouoluti descenderant. Athesim flumen nõ ponte, nec nauibus, sed ingesta obrutum sylua transiluere, & si statim infesto agmine vrbem petiuissent, grande discrimen esset, sed in Venetia. quo fere tractu Italia mollissima est, ipsa soli cœlique clementia robur elanguit. Ad hoc panis vsu, carnis coctæ dulcedine & vini mitigatos, Marius in tempore aggressus est. Iam diem pugnæ à Mario petierunt quem dedit. In patenti campo quem Caudium vocant, procurrerũt. Marius quintum iam consul & Catulus aduersus eos missi, Annibalem secuti, in nebula disposuere pugnam, in sole pugnauerũt. Prima siquidem perturbatio Gallorum fuit, quod hostis inopinatus occurrerat. Cumque sol cũ vento ortus emicuisset, visus eorum puluis oppleuit, tum acie conuersa in orientẽ splendor hebetauit. Ita factũ est, vt tanta & terribilis multitudo, minima Romanorum clade caderet. Centũ xl. millia eorum tunc in bello cæsa, xl. millia capta dicunt. Mulieres pene grauiorem excitauerũt pugnam, quæ plaustris in modũ castrorum circũstructis, ipsæ autem desuper propugnantes, diu repulere Ro. Sed cũ ab his nouo cædis genere terrerentur, abscissis enĩ cum crine verticibus inhonẽsto satis vulnere turpes relinquebantur, ferro quod in hostẽ sumpserant, in se suosque verterunt. nanque aliæ cõcursu mutuo iugulatæ, aliæ appensis inde faucibus inuicẽ strangulatæ, aliæ funibus per equorum crura consertis distractæ, aliæ laqueo de subiectis plaustrorum temonibus pependerũt. inuenta est etiã, quæ duos filios, traiectis per colla eorum laqueis, ad suos pedes vinxerit, secũ trahens ad suspendiũ. Florus refert, quod missa antea ad Mariũ legatione, mulieres cum liberta-

Tigurini.

Bellũ Cimbricum.

Bolus rex.

Ro. Germanica virtute fracti.

Teutobocchus Germanorum dux cũ suis cæsus.

Cimbrorũ & Teutonũ strages.

bertatē & sacerdotiū nō impetrassent, sibi (vt dictū ē) manꝰ cōseruerūt. In hac pugna Cimbrorum Beleus rex in acie dimicās ĩpigre, nec inultus occubuit. Tertia vero Tigurinorum manus, quæ quasi in subsidiū Noricos insederat alpiū tumulos, in diuersa lapsi, fuga ignobili & latrociniis euanuit. hunc tam lætū tamq́ felicē libertatis Italicæ nuncium, nō per homines, vt solebat, populus accepit. Quippe eodē quo gesta res est, visi pro æde Castoris & Pollucis iuuenes laureati prætori literas dare, frequensq́ in spectaculo rumor victoriæ Cimbricæ feliciter dixit. Quo quid admirabilius? quid insignius fieri potest? nam quasi Roma spectaculo interfuisset, vno eodemq́ tēpore quo in acie Cimbri occūberent, populus in vrbe plaudebat. de hac victoria populus Ro. tertiū Romæ conditorē Mariū appellabat, ꝙ non à minori discrimine tunc Romam seruasset, q̄ cū est exactꝰ Gallorum furor. Itaq́ læti oēs Ro. cū filiis atq́ vxoribꝰ Mario & diis domi libabāt. noluit tñ Marius solus triūphare, Catulū em̄ honore priuare noluit.

Mulierum Teutonicarū facinus.

Marius tertius Ro. reipub. conditor.

Circiter annū ab vrbe condita 649. annū xii. Ptolemæi Phisconis, mortuus est Iohannes, Hyrcanus dictus, ꝙ Hyrcaniā deuicerat. reliquit quinq́ filios, Aristobulū primogenitū & Antigonū cum tribus aliis. Cumq́ nullus ad regendū populū sufficeret, vxorē suā disertissimā præfecit Iudææ & filiis. Aristobulus impatiens dominii materni, matrē cū tribus fratribus minoribus, cōsilio (vt aliqui tradunt) Antigoni in vincula coniecit & carcerē. Antigonū quē diligebat, secundū à se cōstituit. hic Aristobulus magistratū ad regiā dignitatē transferre decreuit, primusq́ sibi diadema imposuit, & restituit regnū Iudææ. Fluxerūt aūt à Sedechia vltimo rege anni 475. & menses tres, vnde sæpe legitur intermissum regnū vsq́ ad Hyrcanū & Aristobulū. i. ad Aristobulum Hyrcani. Is restituit regnū Iudææ anno ab exordio mūdi 5096. abinde 103. anno nascit Christus. Regnauit Aristobulus annū vnū. Patriæ plurimū profuit, nā subegit Ituræos, & prouinciā eorum pro maiori parte subiecit, cōpulit habitātes in ea, vt si vellent in prouincia manere, circūciderent secundū legē Moysi. Rex Aristobulus cū matrem fame atq́ vinculis oppressisset, addidit huic violentiæ Antigonū, quē videbatur amare, & cōis regni cōsortē habere, accusationibus alienatus ab eo, q̄bus primum, vt refert Iosephus, nō credebat. Sed cū Antigonus clarus ab expeditiōe venisset, cōtigit Aristobulū morbo teneri. Tum Antigonus agens dies festos, ad templum adscendit splendidissime ornatus cū suis armis, & multū pro salute fratris orauit. maleuoli vero cupientes eorum labefactare cōcordiā, & maxime vxor fratris, quæ oculos in eū iniecerat, sed ipse ei assensum nō præbebat, accusabāt eū, dicētes Aristobulo: Frater tuus audiens te ægrotantē, in manu forti & armata intrauit, vt te perimat, & regnet. Aristobulus aūt accusatiōibus inuitus credebat, timens ne in fratris suspicionē incideret, sed maleuoli addūt, iubeat Antigonū venire ad se, vt fides eis haberet, si venisset in armis. Posuit ergo ad suggestionē vxoris Aristobulus armatos in subterraneo specu, locus hic Pyrgus Stratonis dicebat, per quē Antigonus transitū facturus erat, qui si veniret armatus, eū interficerēt. Aduocans frēm Aristobulus, p̄cepit nuncio vt diceret ei, ne veniret armatus, sed regina corrupit nunciū muneribus, vt diceret ei ꝙ cū armis veniret, qualē cuperet rex videre in armorum splendore. Ea crudelitate periturum Antigonum p̄dixerat vates quispiā ex Essæorum secta, sectatoribus suis in Pyrgo Stratonis, vnde is sexcētis stadiis aberat. Itaq́ cū fatali die gloriantē in armis videret, fata morari timens exclamauit, melius esse sibi vt moreret, q̄ mentiri mortem principis. Interim ad fratrē ingressurus in Pyrgo Stratonis, q locus maritimo cognominis erat, à satellitibus obrui, velut erat senis vaticiniū. Audiens aūt rex mortem fratris, pœnitentia fraternæ cædis eum fletusq́ possedit, ægritudo mentē eius dolore inuasit, adeoq́ morbus inualuit, vt sanguinē laceratis visceribꝰ vomeret. Quē vnus de seruulis foras efferens, vbi Antigonus recenter occisus erat, casu effudit. Id vidēs populus, asserebat nutu Dei in occisi vltionem, sanguinē esse libatū occisoris. Cumq́ causam clamoris rex sciscitaret, nullusq́ ei auderet dicere, tandem minis extorsit veritatem. Quo audito, ingemiscens fertur dixisse, Fas non erat vt Dei oculos scelera mea laterent. vsquequo o improbū corpus, cæde matris fratrisq́ contaminatū, aīam dānatā retinebis? Vtinā non paulatim eis sanguinem meum libem, sed totum simul accipiant. Quæ cum dixisset, spiritū efflauit. Hic Aristobulus ab externis scriptoribus laudatus est, tanquam moderatæ vir naturæ, ingenui pudoris, φιλέλλην, id est, Græcorum amator dictus est.

Iudæorum regnū restituit Aristobulus.

Aristobuli impietas.

Pyrgꝰ Stratonis.

Antigoni & Aristobuli interitus.

Anno ab vrbe cōdita 650. Alexander qui & Ianneus, Aristobuli frater, pontificatum & regnum suscipiens, regnauit annis 27. Defuncto em̄ Aristobulo, vxor eius Alexandra sobolem non habens, soluit fratres Aristobuli. Ianneum qui & Alexander dicebatur, regem cōstituit ætate maiorē, qui nunq̄ ad faciem patris Hyrcani puenit. Causa erat, cū diligeret pater priores filios Aristobulū & Antigonū, apparuit ei Deus in somniis,

Alexander seu Iānēꝰ Iudæorum rex.

mnijs, vbi interroganti qui filiorum ei succedere deberet, ostendisse fert vultum Alexandri, de quo cōtristatus, in Galilæa eum nutriri fecit. Suscepto regno, Alexāder vnum e fratribus suis, intentē regnū præsumere, interfecit: alterum vero, volentem innocenter viuere, honorabiliter tractauit. Duxit autem vxorem nomine Alexandrā. Postea Alexander Ptolemaida obsedit. nam Antiochus Cyzicenus cū fratre certabat, ita vt neuter Ptolemaidi opem ferre poterat. Sed tandem inuitabant Ptolemæum Aegypti regem, à Cleopatra matre expulsum, qui Alexandrum pugna vicit, & ex Iudæis triginta millia occidit. Tunc Ptolemæus parta victoria Iudæam vastans, inuentas in villis mulieres ac infantes laniari iussit, mēbraq; eorum in cacabis decoqui, per simulationem tñ, vt q fugerant à pugna, putarent hostes suos carnibus humanis vesci, qua fraude ingentem Iudæorum animis crudelitatis metū incussit. Alexander suis inuisus factus, cū in festo tabernaculorum sup arā staret immolaturus, sup eū virgis cedrinis quas ex more portabant, iaculabant: nec eo cōtenti, cum ingressi fuissent templū, dicebāt eum honore sacrificij indignū, quia de captiua genitū. Iratus ergo, sex millia eorum occidit. Cumq; Arabas, Moabitas & Galaaditas vicisset, tributorum incrementum eis imposuit, & Amathunta expugnauit. Deinde cū conseruisset pugnam cum Abida rege Arabum, incidit ex insidijs in altissimam vallem. Inde cū fugeret Hierosolymam, habuit etiā Iudæorum gentē inimicā, cōtra quos annis sex pugnans, interfecit 50. millia seniorum, qui facta eius detestabant. Cumq; offensus erat populo, muniuit sibi palatiū in turri quæ Baris dicebat: quam cū deinde Titus vidisset, miratū aiunt quod eam Iudęi deseruissent, cū à duobus defendi potuisset ab omni viuenti. Rogabat Alexāder aliquādo Iudæos, vt odiū quod erga eū haberent, soluerent: nec profecit. Percontanti aūt, quonam pacto eos sedare posset, rñderūt, si morerer: ob hoc in plateis Hierusalē suspēdit octingentos viros vxoratos, vxoresq; eorum & liberos necauit. Post multa bella cū Ptolemæo, cū Antiochis, Arabiæ populis Iudæisq; gesta, crapulæ multū indulgens, in valetudinē malam incidit, & tribus annis quartana febri laborans, nec sic ab expeditiōe quieuit, donec in laboribus expiraret in monte Gerasenorum, Rabagā castellū obsidēs. Eum cū vidisset regina propinquare lœto, deplorat futurā sui ac liberorum desolationem. Ille vero suasit vxori, vt mortē suā milites celaret, donec castellū caperet, dehinc vt Hierosolymam victrix rediret, Pharisæis potestatē datura quid vellent agere, eos honoraret, nam posse hos multū apud Iudæos dicebat, & lædere si quē abominarentur, & prodesse cui fideles existerēt, cū nimiū eis crederet populus, seq; offendisse multitudinem, quod Pharisæos aliqñ contristasset. Tu igit cū Hierosolymā veneris, conuocatis militibus, meū corpus ostende & pmitte, qualiter velint vti meo cadauere, siue contumeliose velint insepultū relinquere, aut in id sęuire aliter. Neq; sine pharisæorum consilio aliquid in regno decernas, hoc facto, dignior ero funere, & firmū tibi conficies principatū. hoc dicto, decessit. Alexandra itaq; cū castellū cepisset, pharisæos alloquit, & illorum potestati mariti corpus & regni gubernationē cōmendat, & ita iram eorum, quam in Alexandrū habebāt, extinxit, fidosq; sibi amicos eos parauit. Hi populum secundo conuocantes, ad reconciliationē res ab Alexandro egregie gestas exposuere, regem se iustū dicentes & magnū perdidisse, tantumq; populo luctū ac mœstitiam laudibus regis intulerunt, vt exequias ei celebriores q̃ cæteris regibus exhiberet. Alexander aūt liberos reliquit Hyrcanū & Aristobulū, vxori Alexandræ regnum tradēs. De his plura infra, nec em̃ huc om̃ia hæc ptinent, cōsiderata temporum serie. Per eadē fere tēpora Apuleius Saturninus Gracchanas leges asserere nō destitit. Tantum animorum viro Marius dabat, qui nobilitati inimicus, consulatu suo præterea confisus, occiso palam comitijs Annio cōpetitore tribunatus, subrogare conatus est in eius locum C. Gracchū hominem sine tribu, sine nomine, sed subito titulo in familiam ipse se adoptabat, cū tot tātisq; ludibrijs exultaret īpune, rogādis Gracchorum legibus ita vehementer incubuit, vt senatū cogeret in verba iurare, cum abnuentibus aqua & igni interdicturū se minaret. Vnus tñ extitit qui mallet exiliū. Itaq; L. Apuleius Saturninus, Q. Metello Numidico acerrimus inimicus, q eum censorē creatū, protractū domo, atq; in Capitoliū fugientē, armata multitudine obsedit, vnde equitū Ro. indignatione deiectus est, plurima ante Capitoliū cæde facta. Subsequenti anno Marius sextum consul. Glaucia prætor, & Saturninus tribunus plebis conspirauerūt Metellum Numidicum in exilium vi agere. Die dicta à suppositis eidem factioni, innocens Metellus damnatus, in exilium cum totius vrbis dolore discessit. Idem Saturninus Memmium virum integrum fieri consulem timēs, orta seditione per satellitem interfecit. Quibus rebus concitato plurimū senatu ac populo Ro. Marius homo varij consilij & mutabilis, cū Saturninū tueri minime posset, accōmodato ad tēpus ingenio, cōsensui

Alexandri ignominia.

Baris.

Alexandri interitus.

Alexādrę regnū Iudæorum cedit.

Seditio Apuleiana.

Metelli Numidici exilium.

bonorũ se miscuit, plebem cõmotam leni oratiõe sedauit. Saturninus infamibus concionibus turbã coegerat, atq; in domo ab alijs rex, ab alijs imperator est appellatus. Marius alterũ consulem cũ præsidijs in colle disposuit, ipse portas cõmuniuit. In foro præliũ cõmissum est. Saturninus foro pulsus, in Capitoliũ cõfugit. bellũ in aditu Capitolij actũ ẽ horridũ, multi cæsi, Saturnino palam clamitãte Mariũ autorẽ esse oĩm molitionũ. At cum Saturninus in curiã confugisset, per equites Rom. effractis foribus occisus est. C. Glaucia extractus e domo Claudij, trucidat. Furius tribunus bona oĩm publicanda decreuit. Ita autoribus seditionis occisis, quies populo fuit. Q. Cæcilius Metellus ab exilio, ingenti totius ciuitatis fauore reductus est. Interim em̃ apud Rhodum legendo atq; audiendo magnos viros, aduocauerat. Rutilius vir integerrimus, accusatus maleuolentia iudicum condemnatus, Smyrnam cõmigrans, literarũ studijs contẽtus senuit. Anno ab vrbe 659. Sexto Iulio Cæsare, & L. Martio Philippo consulibus, Liuius Drusus non tribunatus modo viribus, sed ipsius etiam senatus autoritate, totiusq; Italiæ consensu Gracchanas leges asserere conatus est. Equites em̃ Ro. tanta potestate subnixi, interceptis vectigalibus, peculabant suo iure Rempub. Quinetiam ab equitibus senatus dissidebat iudiciorũ causa, quare eos coniungere cõmuni lege tentauit Drusus, iudicia ad vtrosq; deferre conatus: siquidem ad senatũ cõmode traducere non potuerat, legit ex equestri ordine numero pares senatoribus, q̃ ob dissensiones creuerant, vt essent pene trecenti. Senatui; cũ hos sibi iunctos ægreferret, se Drusus adiunxit, plebem largitionibus in sententiã suam traxit. Et vt maioribus viribus causam senatus susceptam tueret, socios, id est, Italicos populos, spe ciuitatis Romanæ illectos, excitauit. Drusus iste homo superbus primo in fauorem senatus legem tulit, vt æqua parte iudicia penes senatũ & equestrem ordinem essent: vt aũt senatum contra equestrem ordinem tueret, hortabat populum, vt senatui fauorem præstaret. Ita plebem Gracchanis legibus, eisdem socios, id est, Italicos ad plebem spe ciuitatis erexit. Aderat promulgãdi dies, cũ subito tãta vis hoĩm vndiq; apparuit, vt hostiũ aduentu obsessa ciuitas videret. Tunc L. Philippus consul interpellauit eũ, dicens, alio senatu sibi opus esse. qua re indignatus Drusus, nõ lictorem, sed clientem suũ misit, vt Philippum compræhenderet. Qui cliens Philippum appræhensum non ante dimisit, q̃ sanguis & in ora & in oculos redundaret. Postea eundem egit in carcerem. Deinde cum promissa Drusus socijs ciuitatibus præstare nõ potuit, irati Italici, defectionem cœperunt agitare, & in expugnationem vrbis se armare, ex quo Drusus etiã senatui inuisus factus, velut socialis belli autor, domi suæ, incertum quo autore occisus est. Hic Drusus tantæ fuit temeritatis, vt cum aliquando senatus misisset ad eum, vt veniret ad curiam: quæsiuerit, quare non ipse veniret ad eum, cui responso, autore Valerio, paruit senatus. At his sociorum conatibus illaq; clade, quid tristius, quid calamitosius, cum omne Latium atq; Picenum, Hetruria omnis atq; Campania, postremo Italia contra matrem atq; parentem suam vbem consurgeret? Quo accessit, vt mœstam vrbem prodigia dira terrerent. Nam sub ortu solis, globus ignis à septentrione cum maximo cœli fragore emicuit. Apud Aretinos, cum panes per conuiuia frangerent, cruore medijs panibus tanquam e vulneribus corporum fluxit. Præterea per septem continuos dies grãdo lapidum, immixtis testarũ fragmentis, terram verberauit. In Samnitibus vastissimo hiatu terræ flamma prorupit, & vsq; in cœlum extendi visa est. Tunc etiam omnium generũ animalia, quæ inter homines viuere solita erant, relictis stabulis, ad syluas mõtesq; fugerunt. Canes quoq; lachrymosis vlulatibus vagi luporum ritu oberrarunt. Hæc dira socialia ciuiumq; bella sunt secuta. Igit Picentes, Marsi, Peligni, Vestini, Marrucini, Samnites & Lucani, cum adhuc occultam defectionẽ meditarent, C. Seruium p̃torem legatũ ad se missum, apud Asculum occiderunt, statimq; clausa ciuitate, oẽs ciues Ro. indicta cæde iugularunt. Præcessit tamen, vt Florus scribit, belli in Albano monte consiliũ, vt in festo die Latinarũ Iulius Cæsar & Philippus consules, intra sacra & aras immolarent. sed id proditione discussum est. Inde iam passim ab omni parte Italiæ diuersa per populos & vrbes signa cecinere. Nec Annibalis nec Pyrrhi fuit tanta vastatio. en Pompeius prætor cum Picentibus iussu senatus bellum gerens, victus est. Iulius Cæsar Samnitum pugna victus, Rutilij copiæ fusæ, ipse consul cæsus, octo millia Romanorum interfecta. Marius, raptis continuo copijs, victores insperatus oppressit, octo millia & ipse Marsorum interfecit. Cæpio à Vestinis & Marsis cum exercitu trucidatus est. Iulius Cæsar postquam Eserniam victus aufugerat, contractis vndiq; copijs, aduersus Samnites & Lucanos dimicans, multa millia interfecit. Marius deinde sex millia Marsorũ interfecit, vij. millia armis exuit. Sylla cũ xxiiij. cohortibus, Eserniã missus, vbi arctissima

Saturnini interitus.

Drusi seditio.

Origo belli socialis.

Prodigia.

Infelix Romanorũ successus.

Marij prima victoria

ma obsidione Ro. ciues & milites premebantur, maxima cæde vrbem sociosq́; seruauit. Gn. Pompeius Picentes graui prælio fudit, qua victoria senatus latos clauos & cætera dignitatis insignia recepit, cum togas tm̄modo de victoria Cæsaris primū respirante sumpsisset. Porcius Cato prætor & Plotius legatus, Hetruscos & Vmbros plurimo sanguine impenso difficilimo labore vicerunt. Pompeius diu obsedit Asculum, nec expugnauisset, nisi populū in campum prorumpentem grauissima oppressione vicisset. decē & octo millia Marsorū in ea pugna cum Frāco suo imperatore cæsa sunt, capta tria millia. quatuor millia aūt Italicorum ex ea cæde profugorum, iugum montis conscenderant, vbi exanimati niuibus, miserabili morte riguerūt, viuentium in modum perstantes. Eadem die Picentes victi sunt, quorū dux Iudacilius conuocatis principibus suis, post magnificas epulas largaq́; pocula cunctos ad exemplum sui prouocans, hausto veneno consumptus est. nemo tn̄ eum sequebatur. Anno ab vrbe condita 661. cum ad obsidendos Samnites Pompeius & Romanus iuisset exercitus, Posthumius Albinus vir consularis, L. Syllæ legatus, intolerabili superbia oīm in militum odia suscitasset, lapidibus occisus est. Sylla consul ciuilem cruorem non nisi sanguine hostili expiari posse testatus est, cuius rei cōscientia pmotus exercitus, ita pugnam adortus est, vt sibi vnusquisq; pereundum videret, nisi vicisset. decem & octo Samnitum millia eo plio cæsa sunt, Iuuētium qq; Italicum ducem maximū psecutus occidit. Porcius Cato consul Marianas copias habens, cum aliquāta strenue pegisset, gloriatus C. Marium non maiora fecisse, & ob hoc cum ad lacum †Sucinum bellum gereret, à filio C. Marij in tumultu belli q̄si ab incerto autore, prostratus est. Marucini, Vestini à Sulpitio legato Pompeij vastati sunt. Popedius & Obsidi⁹ imperatores Italici, ab eodem Sulpitio oppressi & occisi sunt. Pompeius Asculum ingressus, pfectos & centuriones cunctosq́; principes eorum securi pcussit, seruos pdamq́; oēm sub hasta vendidit, reliquos nudos abire præcepit. Et cum de hac præda opitulationem aliquam in vsum stipendij publici senatus fore speraret, nihil tn̄ ex ea Pompeius ærario contulit. nam eo tempore cum exhaustum esset ærarium, & ad stipendium frumenti deesset impensa, loca publica q̄ in circuitu Capitolij pōtificibus, auguribus, decemuiris & flaminibus in possessionem tradita erant, cogente inopia, vendita sunt: & sufficiēs pecuniæ modus acceptus est. Equidē in sinū tūc ipsius ciuitatis, euersarū oīm vrbiū nudatarūq́; terrarū abrasæ vndiq; opes cōgregabant, cum ipsa Roma, turpi adigente inopia, pcipuas sui partes auctionabatur. Spartacum hinc sequitur bellum, de quo Florus scribēs: Nescio, inquit, q̄ noīe appellem, cum serui militauerint, gladiatores imperauerint. Gladiatores 64. Capuæ e fracto ludo, quem ibi Lentulus celebrauit, statim constitutis trib⁹ ducibus, scilicet Spartaco & duobus Gallis, scilicet Criso & Oenomao, montem Vesuuium occupauerunt. inde vero erumpentes, castra Clodij ptoris, qui eos in monte obsederat, expugnarūt: ipso fugato, oīa rapuerūt. Oenomaus vero vnus ducum in ea pugna cecidit. Alij duo breui tempore agmina ingentia collegerunt, ita vt Crisus haberet decem millia, Spartacus Thrax haberet 30. millia. Deinde quum cædibus, incendiis, rapinis & stupris oīa implerent, ita vt mulieres aliq̄ violatæ seipsas occiderent, missi sunt contra eos Gellius & Lentulus consules Romani. Gellius Crisum acerrime pugnantem oppressit, Lentulus vero superatus à Spartaco, fugit. postmodum ambo cōsules cōtra Spartacum pugnauerūt: & accepta graui clade, fugerūt. Deinde Spartacus C. Cassium proconsulem occidit. tantus vero metus vrbē inuasit, quantus sub Annibale erat. senatus tandem Crassum consulem cum legionibus & nouo supplemento misit. qui mox vt fugitiuorū pugnam inijt, sed millia eorū occidit, & nongentos cepit. Sed postq̄ Spartacum bello aggrederetur, auxiliatores eius Gallos & Germanos superauit, occisis eorū ducibus & 30. millibus militum. Nouissime cum cōtra Spartacū disposita acie pugnaret, sexaginta millia de suis occidit, & sex millia cepit, Spartaco interfecto. cæteri vero qui fugerāt, diligenter à diuersis ducibus q̄siti, occisi sunt. Durauit hoc bellum cum calamitatibus Italiæ annis tribus, finē accepit in Apulia. q̄d bellū Orosius vocat fugitiuorum, Augustinus seruile. In hac gn̄atione locustarum multitudo in Aphrica fuit, quæ non solum segetes, sed & folia atq; cortices corroserunt. vento deinde in pelagus dimersæ, & per littora putrefactæ, pestiferum fœtorem exhalarunt, vt fere oēs aues pecudesq́; morerentur. Aphrorum ducenta millia, Romanorum vero militum, qui in præsidium erant, 30. millia extincta referuntur.

Francus Marsorū dux.

Syllæ victoria.

Aerarij Romani iopia.

Spartacus.

Crassus interimit Spartacū.

GENERATIO LXII.

AB exordio mundi anno 5110. ab vrbe vero condita 662. olympiade 175. sub Alexandro Ianneo rege Iudæorum & pontifice summo, anno eius 14. anno Ptolemæi Alexandri regis Aegyptiorum nono, in Iacob filio Mathan 62. incepit genera-

neratio,durauit annis 47. Iam em̃ vt in p̃cedenti gñatione dictum est, Syriæ regnum defecerat,& regnum Alexandriæ valde nutabat. anno em̃ mox sequẽti rursum Ptolemæus Phiscon,qui eiectus fuerat à matre,regressus de fuga,regnum recepit,qm̃ Alexandrũ fratrem,qui eo pulso 9.annis regnauerat,ob interfectionem matris eius ciues expulerunt. regnauit aũt hic Phiscon postea 8.annis. Anno deinde nono huius generationis,defuncto Ptolemæo Phiscone,qui & Soter est dictus, successit ei in regno Ptolemæus Dionysius,Auletes dictus.fuit homo oĩm flagitiosissimus.nam illum propter flagitia Alexandrini eiecerunt.cui cum tres filiæ erant,vnam natu grandiorem loco patris reginam constituerunt,& alias infantes regno eiecerunt.regina aũt Archelaum quendam,Archelai Mithridatis filium,accersitum matrimonio copulatum,regem declarauit.Interea Auletes Romam profectus, à Pompeio suscipitur & senatui cõmendatur,necnon & de reductione eius agitur.de iniuria expulsionis vltio suscipitur. Ptolemæus itaq; Auletes senatus decreto p Gabinium in regnum reductus est,qui statim Archelaũ & filiam interemit,sed non multo post,dum regnasset annis 30. morbo absumptus est,relictis duobus filijs & totidem filiabus,de quibus infra dicetur.

Ptolemeus Dionysius Aegypti rex

Archelaus.

Anno Ptolemæi Dionysii qnto,mortuus est Alexander põtifex & rex Iudæorum, vt supra p anticipationẽ dictũ est,relinquẽs duos filios,sciensq; filios pro patre Iudæis odiosos,regnum reliquit vxori, quæ sibi populi beneuolẽtiam sæpius comparauerat, tyrannidi ipsius semp resistens. Hæc Alexandra, aliàs Saloma dicta,regnum Iudæorum per nouem annos obtinuit. cumq; duos haberet filios ab Alexandro generatos,Hyrcanum natu maiorem declarauit pontificem,eum futurum regem indicans,quia modestus erat. Aristobulum aũt minorem,quia feruentioris erat ingenij,priuatum viuere voluit. Mulier à populo diligebatur,eo q͏̃ videbatur contristari de q̃bus maritus eius peccasset,pharisæis oĩa facere permittens,nomen regium ipsa solum tenebat,oẽm vero potestatem pharisæi possidebant. pacem oĩs habebat prouincia præter pharisæos. nam hi rempub. conturbabant, reginam flectere molientes, vt occideret consiliarios Alexandri,qui eum hortati essent octingentos occidere: ex illis ipsi vnum interfecerunt Diogenem,& post ipsum alios multos,vsquequo potentissimi eorum palatium intrabant,cum Aristobulo molestiam cõquerentes,admonentes reginam,q̃nta fecissent per quæ firmam fidem suo dño seruassent,& petebant ne oĩno spem eorum euerteret. Dicebãt etiam,si cõtenti essent aduersarij mortuorum interitu,propter mortuorum fidem se patienter ea q̃ contigerũt,pferre: si vero in eisdem pharisæi essent pmansuri,petebãt sibi dari licentiam recedendi: opprobrium aũt reginæ esse,si neglecti socij, mariti eius aduersarijs traderentur. Multa talia cum dicerent,ac ad misericordiam periclitãtium vmbras Alexandri inuocarent,oẽs qui assistebant,lachrymis completi sunt: sed amplius Aristobulus,qui multa cõtra matrẽ locutus est: sed illi calamitatis causæ fuere,dum ambitiose furenti mulieri præter constituta regni committerent moderamina. Hæc dum nesciret quid ageret,ad postulationem eorum custodiam castellorum illis credidit,præter Hyrcaniam, Alexandriam & Machærunta. Interiecto tempore,Alexandra regina cum in grauem valetudinem incidisset,Aristobulus p noctem cum vno famulo egressus,ad castella perrexit,vbi paterni amici degebant, quibus de matre conquerebatur. Cumq; primũ venisset in Gabatha,vbi Galestis erat, à q̃ etiam suscipitur. post eum diem regina cum Aristobuli fugam sensisset,& venirent qui nũciarẽt illum rebellionem moliri,& aliq̃ castella occupasse,tunc cũcta gens Iudæorum cum regina in maximis cœpit esse terroribus, timebatq; etiam, ne vltionem susciperet de illatis sibi contumelijs. placuit igitur vxorem cum genere in superiori custodia templi cõstitui. Cum aũt multi nũciassent, Aristobulum regio circundatũ ornatu multa loca occupasse,& militiam cõgregare,seniores & Hyrcanus ad reginã intrantes,petebant vt sentẽtiam ferret de rebus instantibus,inhonestum em̃ putabant,q̃uis ægritudine laboraret, ociari. Cumq; illa præcepisset eis agere q̃ existimarẽt prodesse,habere se gẽtẽ validã, exercitum potentissimũ,copiam pecuniarum*. Pauco post tempore cum regina discessisset,bellum cõtra Hyrcanũ Aristobulus p̃parauit,pugnaq; facta prope Hierichunta, multi milites Hyrcani ad fratrem ei⁹ fugerunt. quo facto, Hyrcanus ad arcẽ,vbi Aristobuli vxor & filij à matre eius erant conclusi,confugit. Cui Aristobulus de reconciliatione verba faciens,inimicitias deposuit, vt ipse quidẽ regnũ teneret,frater aũt priuatus viueret,sua possessione contentus. Cumq; hæc disposuissent in templo,& iusiurandũ dextrasq; dedissent,omni populo vidente,discesserunt,illi quidem in aulam regiam, Hyrcanus vero vt priuatus, in Aristobuli domum. Erat partium Hyrcani tunc Antipater Idumæus, prius Antipas appellatus, quem Alexander & post eum vxor eius ducem totius Idumææ ordinauerat, q͏̃ amicitias multorum acquisierat. eius pru-

Alexãdra Iudæorum regina.

Phariseorum tyrannis.

Aristobuli molitio.

Reginæ interitus.

Aristobulus rex Iudeorum

prudentiã & strenuitatem timens Aristobulus, calumnias ei intendebat. hoc ille sentiens, persuasit Hyrcano, vt se dolo circunuentum quereret, ad Aretam regẽ Arabũ confugeret, cuius auxilio posset redire in regnũ. His Hyrcanus verbis minime credebat, dum natura bonus esset, & accusationẽ fratris non facile admitteret. sed cum Antipater vidisset verba non attendere Hyrcanũ, non cessauit sibi singulis diebus accusationes fictas de Aristobulo proferre, tanq̃ eum interficere pararet. Sic eum vix impulit ad Aretam regem confugere. præmittit ergo Antipatrum ad Arabum regem, fidem ab eo acceptuꝝ, ꝙ refugientem ad se nõ traderet inimicis fide facta, pauco post Hyrcanus noctu egreditur cum Antipatro, & ad Petrã ciuitatem, vbi palatiũ Aretæ erat, ꝑueniunt. Antipater flectit Aretam, multa promittens. Quin Hyrcanus pollicitus est, si restitueretur in regnum, oẽm terram & decem ciuitates, quas pater suus Alexander ab Arabibus acceperat, reddere. His promissis rex contra Aristobulum exercitum quinquaginta milliũ equitum & peditũ produxit, sed cum in prælio vicisset, & multi post victoriam ad Hyrcanum refugissent, desolatus Aristobul⁹, ad Hierosolymam secessit. Arabum rex oẽm exercitum applicans ad templum, Aristobulum obsidebat: Hyrcano pariter obsidente, soli sacerdotes cum Aristobulo permansere. hæc cum in paschate fierent, probatissimi Iudæorum in Aegyptum recesserunt. Tum Onias vir iustus, q̃ oratione tempore siccitatis à Deo pluuiam impetrauerat, petitus est vt oraret contra Aristobuli milites, vt soluerentur sicut soluta est pluuia. cum'q; recusaret, cõpulsus est. Stetit igitur in medio, dicens: Deus oĩm rex, qm̃ hi qui mecum consistunt, tuus existit populus, & qui obsidentur, tui sacerdotes sunt, peto vt neq; istos exaudias contra illos petentes, neq; illos contra hos orantes. Cum ita orasset, maleuoli Iudæi interfecerunt eum, quod tñ inultũ non remãsit. perierunt eñi fructus, ita vt modius tritici drachmis xi. emeretur. Interea Pompeius dum in Armenia Tigranem debellaret, Scaurũ ad Syriam destinauit præsidem: qui cum audisset discordiam fratrum in Iudæa, ratus tẽpus esse, facile vt Iudæam poneret sub tributo, in manu valida fines intrauit Iudęæ, ad quem legati mox à fratribus vtrinq; venerunt, auxilium petentes. Corruptus autem Scaurus quadringentis talentis missis ab Aristobulo, ad Arabes legatos mittit Romanorum & Pompeij, qui mandarent obsidionem solui. Quare Areta ab obsidione recedens, Hyrcanum & Antipatrum Philadelphiæ collocauit, qui frustrati spe Arabum, in aduersarios spem contulerunt. cum enim Pompeius Damascum venisset, cum multis muneribus venerunt ad eum, orantes vt violentiam Aristobuli dignam odio iudicaret, & Hyrcanum regno restitueret. sed & Aristobulus sibi non defuit: corruptione Scauri fretus, auream misit coronam quingentorum talentorum, cuius mentionem facit etiam strabo Cappadox. Cum autem Pompeius Aristobulo honorem regium non exhibuisset, indignatus Pompeio insalutato recessit, & recepit se in Alexandriam propter inexpugnabilem oppidi munitionẽ. quem Pompeius, collecto exercitu Romanorum Syrorum'q;, insecutus est, iussit'q; vt de oppido ad se descenderet. Is vero decreuerat potius periclitari, q̃ parere: consilio tamen suorum descendens, relictis ibi custodibus, præcepit vt non nisi manu sua scriptis epistolis obtemperarẽt, abiit'q; Hierosolymam. Cum'q; Pompeius sequeretur, territus Aristobulus, occurrit ei, pecuniam pollicens quæ erat in Alexandria, se'q; de cætero Rom. imperio pariturum. sed nihil horum effectum est. missum enim Gabinium ad recipiendam pecuniam, custodes nec in oppidum receperunt. his commotus Pompeius, Aristobulum in custodiam collocauit. Cum autem obsedisset Hierosolymã, orta est dissensio in vrbe: nam fautores Aristobuli vrbem tutari, fautores Hyrcani eam tradere Rom. contendebãt. Sed victa pars Aristobuli, in templum cessit: receptus'q; in vrbem Pompei⁹, templum expugnauit. Cum'q; septentrionalem vallem, qua parte munitum erat turribus templum, aggeribus impleret, labor fuisset imperfectus, nisi obseruatis septimis diebus, quibus operari Iudæis fas non est, aggerem fieri præcepisset. Vnde potest nostra, inquit Iosephus, pietas erga Deum cognosci, legis'q; custodia, ꝙ nihil timore obsidionis negligebatur. nam capta ciuitate, hostes templum ingressi sunt, cunctos peremerunt. qui sacrificijs occupati, nihil omiserunt: & melius esse mori existimabãt, quàm sacrificia imperfecta relinquere. testes eius rei citat Iosephus Strabonem & Nicolaum. Primus irrupit templum Cornelius Faustus Syllæ filius. tunc omnia cæde Iudæorum complebantur, erant qui se ipsos occidebant aut præcipites dabãt. Cum'q; prostrati 12. millia Iudæorum fuissent, capitur etiam Ascalon socer Aristobuli. Tunc ea quæ priori tempore inaccessa erant, Pompeius adijt, cum quo videre plurimi, q̃ intueri non nisi sacerdotibus liceret. templũ prophanatũ est, equi in porticibus eius stabulati. Inuenta aũt in tẽplo mẽsa aurea, candelabra vel libatoria non pauca, admiratus est

Pom-

Areta rex Arabum.

Oniæ sacerdotis ꝑces.

Scaurus Aristobulũ obsidiõe liberat

Pompeius Iudæã adit.

Pompeio apta sacra.

Pompeius situm, ornatum & religionẽ templi, nihilq́ penitus inde tulit, sed ædituis præcepit vt à sordibus templum purgarent, dignum opus virtute tanti principis, nisi & in apertũ prodidisset, quæ sacerdotibus solis licebat spectare. sed malis fortunæ successibus compensatum est. Cum imposuisset Hierosolymis tributum, Hyrcano pontifice declarato, Aristobulum captiuum duxit, duosq́ filios eius Alexandrum & Antigonum cum totidem filiabus, Romam p Ciliciam properabat, Syriæ & Iudææ administratione Scauro cõmissa. Hic finis fuit Iudaicæ libertatis. Alexander filius Aristobuli ex itinere fugit, qui magna manu collecta, Iudæam populabatur, & Hyrcano imminebat. Obtinuit munitissima loca, Alexandriã, Hyrcaniã & Machærunta. missus est tum in Syriam Gabinius, vt Scauro succederet, sub quo M. Antoni⁹ militabat. qui cum in Alexandria (sunt qui Alexandrium nominent) obsedisset Alexandrum, consilio matris se castrumq́ ei dedit, q̃d Gabinius mulieris cõsilio euertit, velut belli fomenta. Palpabat enĩ mulier Gabinium obsequijs, viro suo & cæteris captiuis q fuerãt abducti Romam, metuens. Post hæc Gabinius cura templi mandata Hyrcano, gentẽ Iudæorũ in quinq; curias diuisit, q̃si per pentarchian Iudææ volens frangere superbiam. Eo tẽpore factus est Antipater amicissimus Gabinio & M. Antonio, adeoq́ claruit, φ data est ei vxor neptis regis Arabum, Cypris noĩe, ex q̃ sustulit quatuor filios & filiam. primogenitus fuit Phaselus, secundus Herodes, qui post dictus est Ascalonita, tertius Iosippus, quartus Pheroras, filia dicta est Saloma. Post hæc casu elapsus est Roma Aristobulus, qui magna Iudæorum manu conflata, Alexãdriam muro cingebat, ad quem debellandum Gabinius misit Antonium. captusq́ iterum Aristobulus, cum filijs Romam reductus est. illum aũt in custodiam senatus coercuit, filios in Iudæã remisit, quia Gabinius id se scripserat spopondisse vxori Aristobuli pro castelli traditiõe. Post hæc cum Gabinius detineretur apud Aegyptum, Alexander Iudæos iterum ad dissensionem reduxit: sed rediens Gabinius, pacem fecit, & Hyrcani pontificatum cõfirmauit. Mortuo Gabinio, missus est præses Syriæ Crassus, vt etiã Parthos reprimeret. Crassus aũt cum contra Parthos exercitum duceret, ad Iudæam peruenit, & pecunias templi quas Pompeius non tetigerat, abstulit: tulit etiam trabem auream versatilem, quam tradiderat ei custos templi Eleazarus, pacto iurato, vt alia tẽpli ornamenta intacta relinqueret. Crassus tñ id transgressus, omne templi aurum abstulit. Sed qm̃ de expeditione Crassi diximus, altius res repetenda videtur. Erat M. Crassus patre insigni genitus, autore Plutarcho, parce tñ educatus. constat aũt oẽs virtutes quas plurimas habebat, vnius auaritiæ sordibus obscuratas fuisse. contendebat cum Pompeio non nihil de primatu. Postq̃ enim esset vniuersa ciuitas Ro. in tres partes diuisa, quarum vna Cęsaris, altera Pompeij, tertia Crassi appellabatur: nam Cato magis iustitiæ & bonitatis opinione valebat q̃ potẽtia: cumq; oẽs qui optimi ac sapientes habebantur, Pompeij partes sequerentur: turbulenti vero & qui maximam in ciuitate licentiam habere cupiebant, Cęsaris opibus fauebant, Crassus inter vtrosq; medium sese gerebat, amorem simul & odium apud quoslibet pmutabat. Vnde & Sicinius multa in quoscunq; probra iacere consuetus, aliqñ rogatus, cur soli Crasso in conuicijs parceret, Fœnum, inquit, in cornu gerit. mos enĩ erat Ro. bobus cornupetis fœnum ligare intra cornua, vt obuiam procedentes, sibi ab illis cauerent. Subiungit Plutarchus, Crassum imperatorem contra Spartacum missum, finem gladiatorio bello imposuisse. deinde ait, cum Cæsar à prouincia reuersus, consulatum petere statuisset, animaduertissetq́ Crassum & Pompeium inuicem consulatus gratia certaturos, ipse ne alteri fauens, alterũ offenderet, concordare eos conatus est, admonens nihil aliud eos inter se dissentiẽtes efficere, q̃ vt Ciceronis, Catuli & Catonis vires augerent, quorum opes nullum põdus habituræ sint, si ipsi inter se concordi animo rempub. gubernare velint. His rationibus permoti, in gratiam atq; concordiam rediere. ita horum trium veluti q̃dam conspiratione facta, inexpugnabilis cõstituta est potentia, quæ senatus populiq́ Ro. cõminuit vires atq; pfregit. statim Cæsar vtriusq; cõsensu creatus est cõsul. postmodũ aliqñ cum Cæsar e Gallia venisset, Pompei⁹ atq; Crassus ad eum venere: & remotis arbitris, multa collocuti, vt oẽm in se Ro. imperij potentiam transferrent, quod ita se consequi arbitrabantur, si Cæsar quidem cum imperio in armis permaneret, Crassus atq; Pompeius quicquid superesset exercituũ & reliquas prouincias inter se partirentur. Deinde pauco tempore Pompeius & Crassus consules, Catone extra concionem eiecto, Cæsari imperium in lustrum alterum prorogauere: sibi vero Syriam & Hispaniam prouincias decreuerunt, quas demũ inter se partiti, Syria quidẽ Crasso, Pompeio vero Hispania obtigit. Crassus in Syriam properans, in Parthos ducit exercitum, spoliato ante templo. Erat apud Parthos qui diuitijs genere atq; gloria secũdus à rege habebat, hic

cõtra

Aristobulus capitur.

Alexãder filius Aristobuli.

Crassi impietas.

Crassi ingenium.

Sicinij mordacitas.

Diuisio imperij.

contra Crassum tetēdit.*Hyrodes vero rex Parthorum,quem paulo ante Surinas,eiecto eo qui regnum per fraudem occupauerat,restituit in regnum, regi Armeniæ Artuasdi occurrere parabat.Tandem post varios cōflictus Surinas Crassum spe pacis in colloquium prouocat,vbi & occisus est Crassus. Surinas Crassi caput & dextram ad Hyrodē,q tūc bellū in Armenia gerebat,misit.sunt q eū alijs perijsse modis scribunt. At suæ immanitatis Hyrodes & pfidię Surinas debitas pœnas dedere.nanq; Hyrodes Surinæ glorię inuidens,eum dolo peremit.ipse cum filium Pacorum expulisset,ꝙ bello à Ro.fuerat superatus,in morbum incidit hydropicum,cui filius alter Phraates insidias machinatus, venenū quasi medicamentum ad leuandum morbum tradidit,& cum non præualeret,propria manu illum suffocauit.hanc historiā & in sequentia tempora digeri volumus. Anno vrbis conditæ 662. post bella socialia primum Romæ bellum ciuile cōmotum,& sic primo anno pſentis gn̄ationis. Eodem anno etiam Mithridaticum contra Ro.exoritur,& quia ciuili bello causam pſtitit,expedā Mithridaticū ad finē,deinde bellū inter Mariū & Syllā narrabit. Mithridates rex Ponti,fili⁹ Mithridatis,vt scribit Iustin⁹,bella cum Ro.p 44.annos varia victoria gessit, demum non vi hostili victus,sed voluntaria morte in auito regno senex,hærede filio, decessit. huius futurā magnitudinē etiā cœlestia ostēta pdixerāt. nam & q̄ genitus est anno,& eo q̄ regnare primum cœpit,stella cometes p vtrunq; tēpus 70. diebus ita luxit, vt cœlum omne cōflagrare videretur,magnitudine sui quartam partem cœli occupans, fulgore solis nitorem pene vincens:& cum oriretur occumberetq́;, quatuor horaꝝ spatium consumebat. Mithridates puer adhuc tutoꝝ insidias tulit, qui eum fero æq̄ impositum,equitare iaculariq́; cogebāt.hic conatus cum eos fefellisset,Mithridatem venenis appetiere.Quorum vim admirabili vi antidoti superabat,siquidem eum medicæ rei & remediorum id genus solertem fuisse scribit.extat em̄ & antidotus, quam Mithridation vocant.Timens deinde,ne inimici quod veneno non potuerant, ferro peragerent,venandi studium finxit:per q̄tuor annos neq; vrbis,neq; ruris tecto vsus, vagabatur per syluas & montana:ignarisq́; oībus quibus esset locis,feras strauit ac fugauit:quibus rebus & insidias vitauit,& corpus ad virtutis patientiam indurauit. Ad regni deinde administrationem cum accessisset,statim non de regendo,sed de augendo regno cogitauit.itaq; Scythas inuictos antea,ingenti felicitate perdomuit.auctus igitur viribus,Cappadociam occupauit & cum Ponto tenuit. cum de Asia tractaret cum quibusdam amicis,tacitus à regno profectus,nemine sciente puagatus eam,oīm vrbium situs ac regiones cognouit. Inde Bithyniam transcendit, & quasi iam dominus Asiæ,opportuna quæq; victoriæ suæ metatus est.Demum in regnū,cum iam perisse crederetur,reuersus est,inuento paruulo,filio,quem per absentiam eius Laodice soror vxorq́; enixa fuerat, sed inter gratulationem post lōgam peregrinationem aduentus sui & filij geniti, veneno periclitatus est:siquidem Laodice soror cum perisse eum crederet,in concubitus amicorum proiecta,quasi admissum facinus maiore scelere tegere posset,venenum aduenienti parauit.quod cum ex ancilla Mithridates cognouisset,facinus in autores vindicauit, sororem neci dedit.Hyeme imminente,non in conuiuio,sed in campo & exercitationibus:nec inter sodales, sed inter æquales aut equo,aut cursu,aut viribus contendebat.Exercitum quoq; suum ad patientiam laborum quotidiana exercitatione indurabat,atq; ita inuictus ipse, inexpugnabilem exercitum fecerat.Inita deinde cum Nicomede societate,Paphlagoniā inuadit, victamq́; cum socio diuidit:quam cum teneri à regibus senatui Ro.renunciatum esset,legatos ad vtrunq; misit,ꝙ eam gentem restitui in pristinam libertatē iuberent. Mithridates cum se parē Ro.crederet,superbo responso hæreditariū patri suo regnū obuenisse respondit:nec territus minis,Galatiā q̄q; occupat.Nicomedes qm̄ se tueri iure non poterat,iusto regi se redditurum respondit:atq; ita filium suum, mutato noīe,Philomenē Paphlagonū regum noīe appellat, & quasi stirpi regiæ reddidisset regnum,falso noīe tenet. sic ludibrio habiti legati,Romā reuertūť.Mithridates post necē vxoris & sororis,alterius Laodices filios tollēdos statuit,ꝙ regni cupiditate flagrabat,cum prius patrem eorum Ariaracthem regem Cappadociæ,per insidias Gordij occiderat.Igiť dum in his occupationibus versatur,interim Nicomedes rex Bithyniæ vacuam morte regis Cappadociam inuadit.q̄d cum nūciatum Mithridati fuisset,p simulationem pietatis auxilium sorori ad pellendum Cappadocia Nicomedem mittit.sed iam Laodice per pactionem se Nicomedi in matrimonium tradiderat.quod ægre ferens Mithridates,præsidia Nicomedis Cappadocia expellit, regnumq́; sororis filio restituit, egregium prorsus factum,nisi subsecuta fraus esset.Siquidem interiectis diebus simulat se Gordium,quo ministro vsus in Ariaracthe interficiendo fuerat, restituere in patriam

Hyrodes rex Parthorum aliàs Orodes.

Crassi interitus.

Bellum Mithridaticū.

Mithridatis adolescētia.

Laodice vxor & soror Mithridatis.

Nicomedis & Mithridatis fœdus.

Parricidia Mithridatis.

triā velle, sperās si obsisteret adolescēs, causas belli futuras: aut si pmitteret, p eundē tolli posse filiū, p quē interfecerat patrē. Quod vbi Ariaractes iunior moliri cognouit, indigne ferēs interfectorē patris p auunculū potissime ab exilio reuocari, ingentē exercitum cōtrahit. Igit cum in aciē eduxisset Mithridates peditū 80. millia, equitū decem millia, currus falcatos 600. nec Ariaracti, auxiliantib⁹ finitimis regib⁹, minores copiæ essent, cōsilia belli ad insidias trāsfert, solicitatoq; iuuene ad colloquiū, spectāte vtroque exercitu, eum interfecit. Regnū Cappadociæ octo annoꝝ filio, imposito Ariaractis noīe, additoq; ei rectore Gordio, tradit. sed Cappadoces crudelitate & libidine vexati, à Mithridate deficiūt, fratremq; regis & ipsum Ariaractē noīe, ab Asia, vbi educabat, reuocāt: cum q̄ Mithridates bellū renouat, victumq; Cappadociæ regno expellit, nec multo post ex ægritudine adolescens decedit. Post huius mortē Nicomedes timens, ne Mithridates accessione Cappadociȩ, etiā Bithyniā finitimā inuaderet, subornat pueꝝ eximiæ pulchritudinis, q̄si Ariaractes tres filios genuisset, q à senatu Ro. paternū regnū peteret, vxorē q̄q; Laodicen Romā mittit testē triū filioꝝ. q̄d vbi Mithridates cognouit, & ipse pari impudētia Gordiū Romā mittit, qui senatui assereret id esse fictū. senatus studia regū intelligēs, & Mithridati Cappadociā, & Nicomedi ad solatiū eius Paphlagoniā ademit. ac ne cōtumelia regū foret, si illis ademptū, aliјs daret, vterq; populus libertate donatus est. Cappadoces vero munus libertatis abnuentes, negāt viuere gentē sine rege posse, ideo rex illis à senatu Ariobarzanes constituit. Erat eo tēpore Tigranes rex Armeniæ. hūc Mithridates ad societatē Ro. belli pellicere cupiebat. nihil igit de offensa Romanoꝝ sentiētē, p Gordiū impellit, vt Ariobarzani segni admodū bellū inferat, & ne qs dolus subesse videret, filiā suā Cleopatrā ei in matrimoniū tradit. Primo itaq; aduētu Tigranis Ariobarzanes Romā cōtendit, atq; ita p Tigranē rursus Cappadocia esse Mithridatis cœpit. Eodē etiā tēpore mortuo Nicomede, etiā filius eius Nicomedes regno à Mithridate pellit, q cum supplex Romam venisset, decernit in senatu, vt vterq; in regnū suū restituat, in q̄d missi, Aquilius Manlius & Malthinius, legati. Mithridates cognitis his, societatem cum Tigrane aduersus Ro. iūgit, pactiq; inter se sunt, vt vrbes agriq; Mithridati, hoīes vero & q̄cunq; auferri possent, Tigrani cederēt. post hæc Mithridates intelligēs q̄ntum bellū suscitaret, legatos ad Cimbros, ad Gallogræcos & Sarmatas Bastarnasq; auxilia petitū mittit. nā oēs has gētes cum Romanū meditarent bellū, varijs beneficioꝝ muneribus iam ante illexerat. A Scythia q̄q; exercitū venire iubet, oēmq; orientē aduersus Ro. armat. non igit magno labore Aquiliū & Malthiniū Asiano exercitu instructos vicit, qbus simul cum Nicomede pulsis, ingēti fauore ciuitatū excipit. multū ibi auri argētiq; studio veteꝝ regū, magnumq; belli apparatū inuenit. Quibus instructus, debita ciuitatibus publica & priuata remittit, & vacationē qnquēnio cōcedit. Cappadocia & Bithynia occupatis, ad concionē milites vocauit, varijs eos rationib⁹ ad bella Romana siue Asiana incitat, optandū sibi dicēs, vt de eo liceret cōsulere, bellū ne sit cum Ro. an pax habenda. sed cum qescere non liceat, consulendū q̄ ratione cœpta bella sustineant, esse sibi fiduciā victoriæ, si illis sit animus: Romanos q̄q; vinci posse, cognitū non sibi magis, q̄ ipsis militibus, q & in Bithynia Aquiliū, & Malthiniū in Cappadocia fuderūt: ac si qdē aliena magis exēpla, q̄ sua experimēta moueāt, audire se, à Pyrrho rege Epiri, non amplius q̄ qnq; millib⁹ Macedonū instructo, fusos trib⁹ p̄lijs Ro. audire Annibalē 16. annos Italiæ victorē immoratū, & qn ipsam caperet vrbē, nō Romanoꝝ illi vires obstitisse, sed domesticæ æmulatiōis atq; inuidiȩ studiū: audire populos trāsalpinæ Galliȩ Italiā ingressos, magnis eam plurimisq; vrbibus possidere: nec victā solū dici Romā à Gallis, sed etiā captā, ita vt vnius mōtis tm̄ cacumen relinqueret, nec bello hostē, sed precio remotū. Galloꝝ aūt nomē q̄d semp Ro. terruit, in partē vitiū suaꝝ ipse habeat. nam hos q Asiā incolūt Gallos, ab illis q Italiā occupauerūt, sedibus tm̄ distare, originem ac virtutē genusq; pugnæ idem habere: iam ipsam Italiā audire se nunq̄, vt Roma cōdita sit, satis illi pacatā esse, sed assidue p oēs annos pro libertate alios, cōtra q̄sdam etiā pro iure imperij pseuerare: his & multis alijs rationibus Mithridates, vt narrat Iustinus, excitatis militibus, in Romana bella tractus est. De bello Mithridatico ita scribit Florus: Pōticæ gētes ad septentrionē in mare sinistrū iacēt, à Pōtico cognominatæ mari. haꝝ gentiū atq; regionū rex antiquissimus Atheas, post Artabazes à 7. Persis oriūdus, inde Mithridates oīm lōge maximus. Quippe cum q̄tuor Pyrrho, 17. anni Annibali suffecerint, ille p 40. annos restitit, donec tribus ingētibus bellis subactus, felicitate Syllæ, virtute Luculli, magnitudine Pōpeij consumeret. Causam qdem illius belli p̄tenderat apud Cassium legatū, attrectari terminos suos à Nicomede Bithynio: cæteꝝ elatus animus, Asiæ & (si posset) Europæ cupiditāte flagrabat, spem

Cur Nicomedi Paphlagonia, Mithridati Cappadocia ablata.

Origo belli Mithridatici.

Mithridatis munificētia

Mithridatis oratio cōtra Romanos.

Gallogrȩci.

Pōticæ gentes.

atq;

atq; fidutiam dabant vitia Romanorum. Primus statim impetus belli Bithyniã rapuit, Asia inde pari terrore correpta est. adeo sęuitia pro virtute vtebat, vt vno edicto oẽs qui in Asia forẽt Ro.ciuitatis homines,interfici iusserit vno die. Tum qdem domus, tẽpla,humana oĩa atq; diuina iura violata sunt, Valerio teste. nã vna epistola Mithridates 80.millia ciuiũ Ro.in Asia per vrbes negociandi causa dispersa,interemit. quis gemitus,ait Orosius,occidentiũ pariter & occidendorum fuit,cũ singuli quiq; aut prodere innocentes hospites & amicos,aut ipsi periclitari pœna hospitũ cogerent? Sed hic terror Asiæ,Europã quoq; regi aperiebat. Itaq; missis Archelao Neoptolemoq; præfectis,excepta Rhodo,quę pro Ro.firmius stetit,cæterum Cyclades,Delos,Euboea, & ipsum Græciæ decus Athenæ tenebant, Italiã iam ipsamq; vrbẽ Romã regius terror afflabat. Interea Marius & Sylla oẽia turbabãt,de qbus dicet. Inter hæc etiã Methone ciuitas Achaiæ,ab Aristione Atheniẽsi Mithridati tradita est. miserat eñ iam ad Achaiam Mithridates Archelaum ducẽ suũ cum centũ viginti millibus equitum, per quem etiã reliqua Græcia occupata est. Sylla cui bellũ Mithridaticũ obuenerat, vir armis optimus,superuenit,Archelaum apud Pyræum nõ longe ab Athenis, quas ille occupauerat,circũsedit,& cũ maximo labore vrbem expugnauit, libertatem ciuibus reddidit. Postea cõmisso prælio cõtra Archelaum,ita eum vicit,vt ex centũ viginti millibus,vix decẽ millia Archelao superessent. Ex Syllæ exercitu cum xiiij.tantũ homines desiderarent,duo vesperi rediere. hac pugna Mithridates cognita, lxx. millia electissima ex Asia Archelao misit,cõtra quẽ Sylla iterum prælia cõmisit. primo prælio xv.millia hostiũ interfecta sunt, & filius Archelai Diogenes. Secũdo oẽs Archelai copiæ extinctæ sunt, & Archelaus triduo nudus in paludibus latuit. Orosius scribit, in hoc prælio xx.millia militũ in paludẽ pulsa,necata esse, & reliquos passim fuisse trucidatos. Porro Mithridates in Asia tunc nobilissimarum vrbiũ principes occidere,bonaq; eorum publicare intenderat. Cumq; iam 1600.interfecisset,Ephesij exemplũ verentes,excluso pręsidio,ei portas obiecere. similiter Smyrnei,Sardi,Colophonij,Tralliani q; fecerunt. Per idem tẽpus in æmulationẽ Syllæ,Vale.Flaccus consul collega Cinnæ,missus est vt Syllæ succederet. Hic propter auaritiã inuisus exercitui suo,à C.Fimbria legato ipsius,vltimæ audaciæ homine,occisus est,& imperiũ ad Fimbriã translatum,q Fimbria in Asia fusis aliquot copijs Mithridatis,vrbem Pergamũ cepit,obsessumq; regis filiũ nõ abfuit multũ vt caperet;vrbẽ Ilion, quæ se potestati Syllæ reseruabat,expugnauit ac deleuit, magnamq; partẽ Asiæ recepit. Interim Sylla Dardanos, Sordiscos,Dalmatas & Mesos partim vicit. alios in fidẽ accepit,intelligẽs q L.Cinna,& C.Papyrius Carbo à se ipsis consules in bienniũ creati, bellũ contra se pararẽt. Quo etiam tpe Vale.Flaccus princeps senatus orationẽ in senatu habuit, vt legati ad Syllã pro pace mitterent. qd & factũ est, nõnulli etiã dominationẽ Cinnæ & Carbonis fugiẽtes,ad Syllæ castra venere. Superuenit & Metella vxor, nuncians domũ & villas ab inimicis incensas. Ad hæc opportune legati à Mithridate, q pacẽ peterent, missi sunt. id adeo Syllæ cõplacitũ est,vt & ipse ad Archelai colloquia venerit,cũ quo nõ aliter se daturum Sylla pacẽ,nisi rex relictis ijs locis quę occupauerat,ad regnũ suum redisset,tractauit. postea ad colloquiũ ambo venerũt. pax inter eos ordinata est,vt Sylla ad bellũ ciuile festinãs,à tergo periculũ nõ haberet. Mithridates itaq; nauibus lxx. traditis,sagittarijsq; quingẽtis,in Pontũ enauigauit. Anno vrbis cõditæ 676. L. Licinio Lucullo & M. Aurelio Cotta cõsulibus,mortuus est Nicomedes rex Bithynię, & testamẽto populũ Ro.hæredẽ reliquit. Mithridates pace rupta,Bithyniã & Asiam rursum voluit inuadere. aduersus eũ ambo consules missi,vt scribit Eutropius,nõ eandem habebant fortunã. Cotta apud Chalcedonẽ victus ab eo, in oppidũ coactus & obsessus est. Inter hęc Mithridates fœdere cũ Sertorio icto,in magnã spem puenit,& cũ se Cyzicũ trãstulisset,vt eo capto Asiã inuaderet, Lucullus ei occurrit,ac dum Mithridates in obsidione Cyzicena morat,ipse eũ à tergo obsedit,fameq; cõsumpsit, & multis prælijs vicit. Postremo Byzantiũ,quæ nunc Constãtinopolis est,fugauit. naualis quoq; prælio duces eius Lucullus oppressit. Ita vna hyeme & æstate à Lucullo ad centũ fere millia regis extincta sunt. Anno vrbis Romæ 678. Macedoniã,puinciam M.Lucullus frater accepit,& in Italiã bellũ cõmotũ est gladiatorum. duce Spartaco,de quo supra dictũ est. Lucullus vero post pugnã Cyzicenã & naualẽ,qbus vicerat Mithridatẽ,persecutus est eum. Paphlagoniã,Bithyniã & regnũ eius inuasit,Sinopen & Amison ciuitates Põti nobilissimas cepit. Secũdo ꝑlio apud Cabyrã ciuitatẽ,q̃ ingentes copias ex oñi gñe adduxerat Mithridates,cũ 30.millia lectissima regis, à quinq; millibus Ro.vastata essent,Mithridates fugatus & castra eius direpta sunt. Armenia quoq; minor eidẽ sublata est. Susceptus tñ Mithridates post fugã à Tigrane Armenię

Mithridatis crudelitas.

Sylla feliciter Archelaum vicit.

Flacc⁹ cos.à Fimbria interficitur.

Pacem Mithridates petit.

Luculli successus.

Lucull⁹ Mithridatẽ & Tigranẽ fugat.

rege, qui tum ingenti gloria imperabat, Persas sæpe vicerat, Mesopotamiam occupauerat, & Syriam ac Phœnices partem. Ergo Lucullus repetens hostem, fugauit eum, & regnum Tigranis ingressus, Tigranocertã ciuitatem regiã militi diripiendam tradidit. Postq̃ vna pugna duos potẽtissimos reges vicit, paruo admodũ exercitu ea pugna centũ millia hostiũ & amplius, autore Plutarcho, cęsa sunt. Inde Sybin profectus, eam quoq; ciuitatem cũ regis fratre Gura cepit. Sed hi quos in Ponto Lucullus reliquerat cũ exercitus parte, vt regiones euictas tuerent, negligenter & auare agentes, occasionem iterũ Mithridati in Pontũ irrumpendi dederunt, atq; ita bellum renouatum est. Lucullo paranti, capta Sybi, cõtra Persas expeditionem, successor est missus, longe tamen ante Machares filius Mithridatis, Bosphori rex, à L. Lucullo in amicitiam receptus fuit. Lucullum itaq;, ne psequeret Mithridatẽ & Tigranem reges, summamq́; victoriæ imponeret, seditio militũ tenuit, inqt Liuius, q sequi nolebant. Laudatus est Lucullus, q duos florentissimos potentissimoq́; reges, duabus maxime contrarijs rebus, mora s. ac celeritate, vicisset. Demũ, quia nullam vacationis spem militibus dabat, de auaritia & ambitione insimulatus, odia eorũ contraxit: quę cum in senatu relata essent, placuit abrogari Lucullo imperium, milites q́; Pompeium sup oẽs duces expectabant. Propter quod Lucullus indignatus, sponte ab re publica sese abdicauit, & reliquũ vitæ suę tẽpus ad literaturã quietemq́; cõtulit: opes quas bello quęsierat, parum vtiliter consumpsit, & si multa literarũ librorumq́; curæ impenderet, nimijs tamen delicijs inhiabat, q̃d conijci potest cõuiuio Pompeio & Ciceroni ex improuiso tanta epularũ abundantia instructo, vt mirarent. Hic Lucullus, vt B. Hieronymus ad Marcellũ testat, cerasum fructũ primus ex Ponto Romã detulit, mox totam Italiã repleuit, quin iuuenis Græcis ac Latinis literis operã dabat, ita vt in vtrisq; posset ornate dicere. scripsit aũt Græca oratiõe Marsicum bellum, cætera Plutarchus.

Machares.

Luculli ocium.

Gn. Pompeius ad gerendũ bellum aduersus Mithridatẽ profectus, cũ rege Parthorũ Phraate amicitiã renouauit, equestri prælio Mithridatẽ vicit. nam in minori Armenia iuxta montem Distracũ, castra regis obsidione cõclusit, Rex cũ oĩbus copijs eruptione per noctem facta, insuper psequentes bello repellere statuit. Pompeius fugientes psequi intendit. Itaq; bellum nocte cõmissum est, luna tunc orta, à tergo Ro. erat, regij longitudine vmbrarũ proximitatẽ hostiũ rati, cuncta in irritũ tela fuderunt. Romani veluti inermes postea aggressi, sine labore vicerũt. nanq; de exercitu Mithridatis xl. millia cæsa vel capta sunt, Romani vulnerati mille. Vix aũt xl. interfecti. Rex inter tumultus belli fuga lapsus, adiutus etiam beneficio sublustris noctis euasit, relictusq́; ab oĩbus amicis, philosophis, scriptoribus rerũ vel carminũ, ac medicis, solus per deuia equũ manu trahens, atq; ad oẽs nocturnos strepitus trepidans, in q̃ddam castellũ diuertit, atq; inde in Armeniã perrexit. Pompeius regẽ insecuturus, inter duo flumina quæ ab vno monte diuersis specubus exoriunt, hoc est, Euphratẽ & Araxem, vrbem Nicopolim senibus, lixis & ægris volentibus cõdidit. Tigrani inde Pompeius bellũ intulit, & ille se ei dedit, & in castra Pompeij xvi. milliaria ab Artaxata venit, diadẽma suũ cũ procubuisset ad genua Pompeij, illi tradidit, q hoc sibi repo suit, & honorifice habitũ, regni parte mulctauit & grandi pecunia, adempta ei Syria, Phœnice, Sophene, qa bellum sine causa Ro. cõmouisset. Pompeius mox etiã Albanis bellum intulit, & eorũ regẽ vicit. postremo per epistolas ac munera rogatus, veniã ei & pacẽ dedit. Iberiæ quoq; regẽ Artacẽ vicit acie, & in deditionẽ accepit, Armeniam minorẽ Deiotaro Galatiæ regi donauit, qa socius belli Mithridatici fuit, Attalo Paplagoniam reddidit, Aristarchum Colchidi regem imposuit. mox Ituræos & Arabes vicit, & cum venisset in Syriam, Seleuciã vicinã Antiochiæ ciuitatem, libertate donauit, q Tigranem non recepit. Inde ad Iudæam trãsgressus, Hierosolymam caput gentis obsedit, quam vix tertio mense expugnauit. discordante in ea populo, xiiij. millia Iudęorũ occisa sunt, muros euerti æquariq́; solo imperauit, cuius circuitus quatuor millium passuum fertur fuisse. Cumq́; aliquantos principes Iudæorũ securi percussisset, Hyrcano sacerdotiũ restituit, Aristobulũ captiuũ cũ duobus filijs abduxit, de hoc in principio generatiõis. Interea Mithridates cũ fugeret, nõ multo post suis grauis fuit, & cum in plures amicos, necnõ Exipodrũ ac Macharẽ filios sæuisset crudeliter, Pharnaces alter filius exemplo fratrũ territus, exercitũ patris ad persequendũ se missum conciliauit, qui ad patrem ductus, eum in regia obsedit, vbi Mithridates diu filiũ ex altissimo muro deprecatus, vbi frustra inexorabilẽ vidit, ita fert exclamasse: Quoniã Pharnaces, inquit, mori me * videt, vos si estis dij patrij, pcor vt qñq; hãc vocem ipse audiat à liberis suis. Statimq́; descendẽs ad vxorẽ, pellices & filias suas, venenũ oĩbus dedit, q̃d cũ ipse nouissimus hausisset, nec tñ propter remedia quibus se pmunierat, ve

Cerasa.

Pompeius Mithridatẽ fugat.

Pompeij gesta.

rat, veneno confici posset, Gallũ quendã militẽ inuitauit, eiq́; iugulũ præbuit, & sic perijt apud Bosphorũ, vir ingentis animi. Regnauit annis lx. vixit 72. contra Ro. bella habuit circiter annos xl. Ferunt hũc duas & viginti linguas, tot enĩ natiõibus imperauit, notas habuisse, vt qua quisq; lingua eũ postulasset, eadẽ sibi ius redderet. sanguinolentus erat. nam matrẽ, fratrẽ & tres impuberes filios, totidemq́; filias interfecit. statura ingenti fuit, firmaq́; semp̃ ac optima valetudine, & cũ literis Græcis instructus esset, musicæ operã dabat, sobrietate eximia, laborumq́; patientissimus. solis mulierũ illecebris tantus vir fuit victus. Pompeius mortẽ Mithridatis dum apud Hierosolymã ageret pcipiẽs, cũ iam in oriente cum xxij. regibus, quorũ oĩm victor existens pugnasset, reuersus est Romã, & cũ ingenti gloria triũphatus, in quo qdem triũpho translata fuit primũ statua argentea Pharnacis Ponti regis, & Mithridatis patris, necnõ & currus aurei & argẽtei, in eo q̃q; triũpho tulit Põpeius alueũ aureũ cũ gẽmis duab⁹, & lunam aureã pondo xxx. lectos triclinares tres, vasa ex auro & gẽmis abacorũ nouem, signa aurea tria, myrrhina tria, coronas ex margaritis 33. montẽ aureum quadratum cum ceruis, leonibus & pomis oĩs generis, & mensas ex margaritis. Hęc oĩa Pompeij victoria in vrbem aduexit. Fuerũt etiã in eo triũpho regiones, Pontus, Armenia, Cappadocia, Paphlagonia, Media, Colchis, Iberia, Albania, Syria, Cilicia, Mesopotamia, & hi q circa Phœnicẽ & Palæstinã incolunt, Iudæi q̃q; & Arabes, & cęteri quotquot terra marive ab ipso debellati fuerant. Inter hæc notabant̃ castella mille capta, ciuitates ferme nongentæ, naues octingẽtæ. In eo quoq; triumpho captiui ducti sunt post piratarũ principes Tigranis filius cũ vxore filiaq́;, rex Iudæorũ Aristobulus, Mithridatis soror cũ quinq; filijs, Scytharũ multæ mulieres, Albanorũ & Iberorũ ac regis Comagenorũ obsides ducti. Gesta sunt hæc, Iunio Syllano & L. Murena consulibus, anno ab vrbe cõdita 690. Sic Põpeio duce, inqt Florus, po. Ro. totã qua latissima est, Asiam puagatus, cõtra xxij. orientis reges feliciter pugnãs, quã extremã imperij habebat prouinciã, mediã fecit: exceptis quippe Parthis, q fœdus maluerũt, & Indis q adhuc nos nõ nouerãt, oĩs Asia inter mare rubrũ & Caspiũ & Oceanũ Põpeianis domita vel oppressa signis tenebat̃. cætera in posteriora tẽpora referas, hic enĩ multa quoq; anticipatiõe narrata sunt. Hoc deerat vnũ po. Ro. malis, iam vt ipse itra se parricidiale bellũ domi stringeret, & medio foro quasi in arena cõcurreret. q̃d tribus, vt sic dixerim, inqt Florus, sideribus agitatum est: primo & leui tumultu maiore q̃ bello, mox atroci⁹ per totius viscera senatus grassante victoria, vltimũ nõ ciuicã modo, sed hostilẽ quoq; rabiẽ supergressum est. Initiũ & causa belli, inexplebilis honorũ Marij fames, dum decretã Syllæ prouinciã Sulpitia lege solicitat. Anno sane ab vrbe cõdita 662. in principio huius generatiõis, cũ Pub. Sulpitius tribunus plebis, autore C. Mario pniciosas leges promulgasset, vt exules reuocarent̃, & noui ciues libertiniq́; distribuerent̃ in tribus, secundũ Liuiũ, vt Marius aduersus Mithridatẽ Ponti regẽ dux crearetur, & aduersantibus cõsulibus Q. Põpeio & L. Syllæ vim intulisset, occisoq́; Pompeij cõsulis filio genero Syllæ, L. Sylla cui antea decreta prouincia erat, impatiẽs iniuriæ, statim legiones circũegit, & dilato Mithridatico, ciuilis belli initiũ fecit. Constat aũt, Mariũ obscuro genere fuisse natũ: patrẽ ac matrem mechanicos habuit. In villa Arpinati educat̃, ab vrbanis moribus alienus, in vrbem proficiscens aliqñ, studia illius degustauit. Fertur neq; literas Græcas didicisse, neq; Græcis p̃ceptoribus vti voluisse, tanq̃ ridiculũ esset literis, quarũ magistri alijs seruirẽt, operã impendere. primũ in Hispania militabat, nam durũ & bellicosum animũ illi natura effinxerat. Scipione Africano Numantiã obsidente, hostẽ bellicosum ante ora imperatoris interfecit. Is eum egregia forma virũ apud se recepit, & corruptũ ob delicias rei militaris emẽdauit. Et quũ post cœnã sermo de imperatoribus haberet̃, quidã vel serio vel ioco Scipionem interrogat, quẽ post se populus Ro. ducẽ habiturus esset, ille leuiter pcusso Marij humero, hunc, inqt, virum sane præstantẽ, qua voce ferũt Mariũ in magnã spem erectũ, & tribunatũ post cura Metelli fuisse sortitum. Ipse enĩ & pater eius in domo Cæcilij Metelli ministri fuerãt. Inde prætor factus, & post præturã vlteriorẽ Hispaniã sorte assecutã, prædonibus liberauit. erat eloquens, affabilis, & plebi acceptus, ex quo breui clarissimas sibi nuptias cõparauit. Postq̃ aũt Cæcilius Metellus aduersus Iugurthã factus est cõsul, prætorẽ Mariũ in Libyam legatũ adduxit, vbi nullũ laborẽ fugiens, breui sibi à militibus multũ beneuolentiæ cõparauit. Et factũ est q̃ repente nomẽ eius & gloria per Libyam Romamq́; discurreret. nunciabãt enĩ milites Ro. nunq̃ finem habitura bella contra barbaros, nisi C. Mariũ cõsulem crearent. qua re vehementer angebat̃ Metellus. sed eo etiam ægreferẽte, successor Metelli est declaratus. Iugurtham vicit, & de eo triũphauit. Quemadmodũ vero Cimbros & Teutonas profligauerit,

Hierosolymorũ clades

Pompeij triumphus

Bellũ ciuile Marianum.

Marij ortus & ingeniũ.

& quoties consulatum gesserit, dictū est. Vnde quinquies consul factus, sextum exoptauit, suscepitq; obsequiis populi beneuolentiā captans. nam popu. Ro. eum postq̄ Cimbros vicit, Mariū Romanæ vrbis tertiū conditorē appellauit. Ab eo tēpore omnibus optimatibus sese opposuit, & multa minus æqua faciebat. Tandē ꝓ ætate minus idoneus, magistratū deposuit: sed ꝑ factiosos hoīes & maxime Sulpitiū, ꝑter omniū opinionem, proconsul contra Mithridatem declaratus est, ex quo populus in duas partes diuisus, pars Syllā, pars Mariū seq̄bat. L. Sylla patricia ꝓcreat⁹ ē familia, haud diues erat ab initio. de eo scribit Valerius, ꝙ vsq; ad q̄sturæ suæ comitia vitā libidine, vino, ludicræ artis amore inquinatā perduxerit. Quapropter C. Marius consul contra Iugurthā factus, moleste tulisse fertur, ꝙ sibi asperrimū in Africa bellum gerenti, tam delicatus quęstor obuenisset. Subiungit, ꝙ eiusdem virtus, quasi ruptis nequitiæ claustris, catenas Iugurthæ manibus iniecit, Mithridatē cōpescuit, socialis belli luctus repressit, Cinnæ dn̄ationem fregit, eumq; q̄ se in Africa fastidierat, illam prouinciam proscriptū petere coegit. Quęstor in Africa non solū spectatū se exercitui præbuit, verumetiā Bocchū regem Numidarū integra amicitia sibi deuinxit. Ipsius nanq; legatos à latronibus interceptos liberauit, & eos cōmeatu adiutos remisit. Paulo post Iugurtha fere profligatus, cū ad Bocchū regem socerꝝ confugeret, ille diffisus rebus suis, preciū fœderis ac amicitiæ Iugurtham facere cogitauit, admonitumq; Syllā facit, ea re Mario cōmunicata. Sylla parua militū manu discrimen adiit, fidē Boccho adhibens, q̄ Iugurthā vinctū Syllæ tradidit, ex quo negocio Marius triumphū egit. quare cum Syllæ tam ꝑclari facinoris gloria diminueret, Sylla in annulo insculptā rei gestę imaginē circūtulit. erat aūt sculptus Bocchus q̄ Iugurthā traderet, Sylla q̄ susciperet. Hæc Mario tristitiā afferebant, nihilominus Marius secundo consulatu ob strenuitatem Syllam legatū habuit, tertio consulatu tribunū militū fecit. multa præclara facinora egisset, nisi odiū Marii declinasset. Aliquando ingruente cōmeatus inopia, Sylla curam suscipiens, progrediens tantā copiam cōparauit, vt milites Catuli abundantia agitarent, & insuper Marianis exhiberent, qua re Mariū maxime affecit. omitto quę in sociali bello Sylla fortiter egerit. In Cappadociā vero missus, cū nullū antea Ro. & Parthi commerciū habuissent, Parthi amicitiā petentes, ad ipsum tanq̄ Ro. principem, cōgressum habuerunt. Ibi Chalcedonensis q̄dam vultū Syllæ contemplatus, dixisse fertur: Necesse est hunc maximū fieri virū, & cunctorꝝ facile primū. Vnde aucta est viri fama. Ipsi Mithridaticū postea bellū decretū. Igitur factus consul, cōtra Mithridatē in Asiam, vt antea disposuerat, profecturus, audita Sulpitii atq; Marii audacia cōmotus, cū exercitū adhuc teneret in Campania, copias ad vrbem duxit, anteq; vrbem cū quatuor legionibus consedit, legatū Marii Gratidiū quasi primā victimam belli ciuilis occidit, mox vrbem cū exercitu irrupit, & contra Mariū ac Sulpitiū dimicans, Sulpitiū occidit, facem ad inflammandā vrbem poposcit. Omnibus metu abditis, per sacrā viam cito agmine in forum venit. Marius cum ꝑmouere nobilitatē, inflammare plebem, equestrem deinde ordinē perarmare aduersus Syllam frustra tentasset, postremo seruis spe libertatis & prædæ ad arma solicitatis, nequicq̄ repugnare ausus, tandē in Capitoliū cōcessit. Sed cū eo Syllanæ cohortes irrupissent, magna suorum cæde diffugit. Ibi Sulpitius, ait Orosius, Marii collega, seruo suo prodente, prostratus est. cōsules aūt seruū ipsum, ꝙ hostē indicauerat, manumitti: ꝙ vero dn̄m prodiderat, saxo Tarpeio deiici decreuerūt. Marius fugiens, cū ꝑsequentiū instantia circunseptus esset, in Minturnensiū paludibus sese abdidit, de quibus luto oblitus ignominiose protractus, turpi spectaculo Minturnas deductus, contrusus est in carcerē: & cum ad occidendū eū missus Gallus esset, maiestate tanti viri ꝑterritus recessit. Recedente Sylla ab vrbe, L. Cornelius Cinna cū ꝑniciosas leges de reuocatione exulū per vim ferret, expulsus est vrbe ab Octauio collega, imperiū ei abrogatū, exercitū Claudii ipse in potestatē suā redegit. Vrbi bellum intulit, accersito ex Africa C. Mario, cui tres legiones datæ sunt, copiarꝝ pars Carboni, pars Sertorio cessit, reliquæ Cinnā sequebant. Pompeius à senatu cū exercitu accersitus, Octauio cōsuli se iunxit, cū Sertorio infeliciter cōflixit, sexcenti ab vtraq; parte milites trucidati sunt. Postero die cum ꝑmixta corpora ad sepulturā deferrent, miles Pompeianus fratris sui quē ipse interfecerat, corpus agnouit in furore minime cognitū. Itaq; victor victo infelicior, vbi fratris corpus agnouit, ilico pectus suū gladio transuerberās, simulq; lachrymas & sanguinē fundēs, in cadauere fratris periit. Interim Marius Ostiā coloniā ingredit, tum xi. millia de castris Pōpeii absumpsit pestis. Marius Antiū & Aritiā hostiliter irrupit. Tandē Cinna & Marius vrbē ingressi, eā cædibus & rapinis vastabāt. hic dum manus Octauii cōsulis depulsa Ianiculo est, statim ad principū cædē signo dato, aliquāto sæuius,

Syllæ descriptio.

Syllæ gesta.

Syllæ irruptio in vrbē

Territ⁹ maiestate Marii Gallus.

Cinnæ conatus.

Fratris cædes sui nece vindicata.

uius,ait Florus,q̃ aut in Punica,aut in Cimbrica vrbe ſeuit. Octauij cõſulis caput pro roſtris,id eſt,in foro exponit,Antonij cõſularis viri in Marij ipſius menſa offert. Cæſar & Fimbria in penatibus domorum ſuarum trucidant: Craſſi, pater & filius, in mutuo alter alteri⁹ adſpectu. Bebiũ atq; Numitoriũ per mediũ forũ vnci traxere carnificum. Catulus ſe ignis hauſtu ludibrio hoſtiũ exemit. Merula flamen dialis in Capitolio Iouis ipſius oculos venarũ cruore reſperſit, Arquarius, ipſo vidente Mario, cõfoſſus eſt, quia manũ nõ porrexerat ſalutanti. Igit Marius cũ interfectorum ciuiũ capita illata conuiuijs, oblata capitolio, collocata roſtris ad ſpectaculũ ornatumq; cõgereret, ſeptimũ conſulatũ cũ Cinna puaſit. Iam Sylla cũ Mithridatẽ ad Euxinũ Pontum fugere cõpuliſſet, Romã repetebat. hmõi nouis exagitat⁹ eſt adeo Marius, vt dolore obijſſe putet, duos de lxx. annos nat⁹, in exordio ſeptimi cõſulatus. Cinna bonorum neces, malorum cę de ſuppleuit. nã cũ introducta per Mariũ fugitiuorum manus inſatiabilis p̃dandi eſſet, nullamq; partẽ autoribus prędæ cõſulibus miniſtraret, in forũ quaſi ſtipendij cauſa ſolicitata, militibusq; circũdata, inermis extincta eſt. cæſa ſunt illa die in foro vrbis octo millia fugitiuorum. paulo poſt Cinna ab exercitu ſuo, quẽ inuitũ cogebat naues cõſcendere, & aduerſus Syllã proficiſci, interemptus eſt. conſulatũ tum Carbo ſolus geſſit. Interea reſidui ſenatorum, qui potentiã Cinnæ, Marij crudelitatẽ, inſaniã Fimbriæ, Sertorijq; audaciã fuga euaſerant, tranſuecti in Græciã, coegere precibus Syllã, vt periclitanti, immo iam pene pditæ patriæ opem ferret. aderat & vxor & filius, q domo Syllæ à Marianis euerſa, vix fuga ſalutẽ quæſierãt. Fuerunt aũt tres Marij, C. Marius pater, C. Marius filius eiuſdẽ, & M. Marius. De primo dictũ eſt, de duobus in ſequẽtibus dicet. Sylla igit cum eſſet rogatus à ſenatu, q ad ſaluandã patriã reuerteret propter tyrannidẽ iſtam, futurum ſe aiebat in poteſtate ſenatus, ſi ciues reſtituti, à Cinna pulſi, ad ſe confugiãt. Quæ conditio cũ iuſta ſenatui videret, propter Carbonem factionemq; eius, cui bellũ videbat vtilius, ne cõuenirent, effectũ eſt. Idem Carbo cũ ab om̃ibus oppidis Italiæ obſides exigere vellet, vt fidẽ illorum contra Syllam obligaret, conſenſu ſenatus prohibitus eſt. Igit Sylla mox vt Campanũ littus attigit, Norbanũ conſulẽ collegam C. Marij iunioris prælio oppreſſit. ſeptem millia tunc Romanorum Romani interfecerũt, ſex millia capta ſunt, 124. ſolum de Syllanis ceciderũt. Fuluius vero Adrianus, cui imperiũ pro p̃tore erat, regnũ Africæ eodẽ tẽpore ſeruorum manu affectans, à dñis apud Vticam, cõgeſtis ſarmẽtis, cũ omni familia incenſus eſt. Damaſippus prętor, incentore Mario conſule, in vrbe Q. Scęuolã, C. Carbonẽ, L. Domitium, & Pub. Antiſtiũ in curiã quaſi ad conſultandũ vocatos, crudeliſſime occidit, corpora interfectorum per carnifices vnco tracta, in Tiberim miſſa ſunt. T. Liuius ſcribit, cũ à Marianis vrbs adhuc teneret, Damaſippus p̃tor ex voluntate C. Marij conſulis, oẽm quæ in vrbe erat nobilitatẽ trucidauit. Sylla deinde ad Scipionẽ Marianæ partis conuerſus, id egit, vt pacẽ ſecũ faceret, nec potuit. Cũ aũt caſtra ipſius oppugnaturus eſſet, vniuerſus exercitus cõſulis, ſ. Scipionis, ſolicitatus p emiſſos p Syllã milites, ſigna ad Syllã tranſtulit, & Scipio cum interimi potuit, dimiſſus eſt. Gn. Pompeius Gnei filius, eius qui Aſculũ ceperat, conſcripto qdem voluntario exercitu, cum tribus legionibus ad Syllam venerat, ad quẽ ſe nobilitas omnis conferebat, ita vt deſerta vrbe, ad caſtra veniret. Ad hæc Sylla cũ Italicis populis, ne timeret ab his, velut erepturus ciuitatẽ, fœdus pcuſſit. Inter hæc Damaſippus nobilitatẽ in vrbe trucidauit. Sylla ad vrbem contra Mariũ iuniorẽ, filiũ Marij defuncti, dimicauit, & xv. millibus occiſis, quadringentos de ſuis pdidit. Deinde ad portã Collinã ſigna contulit, & 80000. occidit, recuperatamq; Repub. pulcherrimã victoriã crudelitate quanta in nullo vnquã homine fuit, inquinauit. mox eñ vrbem ingreſſus, tria millia hominũ cõtra fidẽ inermes peremit. Oroſius ſcribit, q Sylla ingrediens vrbẽ victor, tria millia hominũ qui ſe per legatos dediderant, cõtra fas cõtraq; fidẽ datã inermes peremit. Plurimi tũc ne dicã innocentes, ſed etiã Syllanæ partis occiſi ſunt, quos fuiſſe plus q̃ nouem millia ferunt: ita libere per vrbẽ cædes, pcuſſoribus paſſim vagãtibus, vt quẽq; vel ira vel p̃da ſolicitabat, agitabant. Cumq; magna crudelitate aduerſus ſontes inſontesq; ſæuiret, Q. Catulus palam Syllæ dixit: Cum qbus tandẽ victuri ſumus, ſi in bello armatos, in pace inermes occidimus? Tunc Sylla autore L. Furfidio, primus infamẽ iſtam tabulã proſcriptionis induxit. Prima pſcriptio * 80. milliũ hominũ fuit, in qbus quatuor viri cõſulares erant, Carbo, Marius, Norbanus & Scipio. Inter eos Sertorius tunc maxime ptimeſcendus. Item alia proſcriptio cũ quingentis nominibus propoſita, quã cum Lolius nihil ſibi conſcius legeret, vbi ſuũ nomen offendit, trepidus ſe adoperto capite foro dum ſubtrahit, interfectus eſt. Sed ne in ipſis qdem tabulis fides ac finis malorum videbatur, nanq; aliquos quos ſcripſerant, iugulabant: alios aũt poſtquam iugulauerant,

Marij & Cinnæ interitus.

Marij.

Carbo conſul.

Fului⁹ Adrianus ſeruilis perfidię fautor.

Nobilitas apud Syllã.

Tabulę Syllæ proſcriptorum.

proscribebant: nec ipsius mortis erat via simplex aut vna conditio, vt in nece ciuium saltem ius hostiũ seruaret, qui nihil à victis præter vitam exigunt. M. Mariũ de caprili casa extractũ, vinciri Sylla iussit, ductumq; trans Tiberim, effossis oculis membrisq; confractis, trucidari mandauit. Post hũc Pub. Lectorius senator & Venuleius triumuir occisi, M. Marij caput Pręneste est missum: quo viso, C. Marius vltima desperatione correptus, vbi à Lucretio obsidebat, ne incideret in manus inimicorũ, cũ Telesino fugæ comite stricto vtrinq; gladio occurrit, quẽ cũ Marius occidisset, saucius à seruo impetrauit vt se occideret. Carinatem prætorem Romanũ Sylla iugulari iussit. Interea Pompeius partiũ Syllæ Carbonẽ volentẽ de Corcyra fugere in Aegyptum, ad se in Siciliam retraxit, vbi eum cũ pluribus occidit. Narrat Valerius, quod Sylla crudeliter totã vrbem & omnes Italiæ partes sanguine ciuili inundauit: quatuor enim legiones contrariæ partis, fidem suã secutas, id est, confidentes de impunitate quã eis promiserat, frustra misericordiam implorantes, occidi iussit, & lacerata corpora in Tiberim sunt proiecta. Quinq; millia Prænestinorũ spe salutis eis data, extra mœnia municipij euocata, cum se abiectis armis humi prostrauissent, interfici & eorũ corpora per agros spargi mandauit. Causa huius fuit, quia in Prænestina ciuitate tenuit se Marius iunior contra Syllam. Duæ etiam ciuitates in Hispania per Syllanos destructæ sunt, quia fauerant Marianis. Florus etiam narrat de Sulmone ciuitate antiqua, quod eius ciuibus interfectis, iusserit ciuitatem deleri. Sylla inter hæc dictator factus est, & quod nemo quidem vnquã fecerat, cum fascibus 24. processit, rebusq; nouis statum Reipub. confirmauit. Tribunorũ plebis potestatem minuit, & omne ius legum ferẽdarum eis ademit, pontificum augurumq; collegium ampliauit, vt essent xv. Senatum ex equestri ordine suppleuit, proscriptorũ liberis ius petendorũ honorũ eripuit, & bona eorum vendidit, ex quibus primo multa rapuit, redactum est sextertium ter millies quingentiesq;. Lucretium Offellam consulatum contra voluntatem suam petere ausum, iussit interimi in foro, & cũ indigne ferret populus Ro. concione vocata, se iussisse dixit. Deinde Gn. Norbanus proscriptus, cum cõprehenderet, seipsum interemit. Metellus ex proscriptis vnus, clam capite adoperto ad posticum ædis vxoris, Bastiæ dictæ, cum accessisset, admissus minime est, quod se proscriptum diceret. Itaq; se transfodit, & sanguine suo fores respersit. Pompeius in Africam transgressus, eruptione circa Vticam facta, decem & nouem millia hominum interfecit. Domitius dux Marianus, dum inter primores pugnat, occisus est. Satis concordat Orosius: Hunc finem habuerunt duo bella funestissima: Italicum, quod & sociale dictum est, & ciuile: quæ ambo tracta sunt per annos decem. Consumpserunt autem vltra centum quinquaginta virorum millia, consulares 23. prætores septem, ædiles sexaginta, senatores fere ducentos. Sylla vero cum diu grassatus esset, necis atq; vitæ exercens potestatem, auferebat conferebatq; regna, & quid collibuisset, faciebat: seq; Cornelium Syllam Felicem scribebat. Tandem mirabile dictu, non gestis, sed felicitati fidem præstabat: & post tot ab eo peremptos, cum rerum innouatio ac permutatio in vrbe fieret, sese magistratu abdicauit, & cõsularibus comitijs in populi potestate cõstitutis, nec ipse prorsus accessit, volentibus corpus exposuit, & vti priuatus medio versabatur in foro, ipse quoq; ex vniuersis fortunis Herculi decimã sacrificabat, opipara conuiuia populo fecit, ac spectacula edidit. Præterea Sylla non modo suum præuidit interitum, verumetiam quodammodo eum scriptis commendauit. Nam 22. commentariorum libro biduo antequam mortuus est, scribendi finem fecit, vbi Chaldæos sibi prædixisse affirmat, quod ei cum beate vixisset, in ipso felicitatis vigore moriendum esset. De eius vero morte scribit Valerius lib. ix. Cum pecunia à decurionibus ad refectionem Capitolij Puteolis promissa, cunctatius daretur, animi concitatione nimia & immoderato vocis impetu cruori commixtum spiritum euomuit. Dubium igitur est, Sylla ne prior, an iracundia Syllæ extincta sit. Orosius nihil aliud scribit, quàm quod creatis Pub. Seruilio & * Oppio Claudio consulibus, L. Sylla est priuatus. quod intelligo, vt dictum est, decessit. itaq; & honos ei à senatu habitus est, vt in campo Martio vbi reges duntaxat funerari consueuerunt, sepeliretur. Defuncto Sylla, M. Lepido & Q. Catulo consulibus, ciuile bellum pene extinctum reaccenditur. cupidus nanq; nouarum rerum (inquit Florus) consul Lepidus, acta Syllæ rescindere parabat, sed nõ potuit sine magna clade reipublicæ fieri. Cum damnatorum bona ciuium, licet male, autore Sylla, capta essent, tamen repetitio eorum proculdubio labefactabat compositam ciuitatem. Expediebat ergo quasi ægræ sauciæq; reipub. requiescere quomodocunq;, ne vulnera curatione ipsa rescinderent, ergo cum turbidis concionibus ciuitatẽ terruisset, pro

C. Marij iunioris mors

Carbo.

Sylla dictator.

Mors Syllæ

Ciuile bellũ sub Lepido

ſet,profectus in Hetruriam,arma inde & exercitũ vrbi admouerat. ſed iam Miluium pontem collemq́ Ianiculum Luctatius Catulus eius collega, necnon Pompeius alio exercitu inſederant,à quibus impetu primo retro pulſus, hoſtis à ſenatu eſt iudicatus: Sardiniã,amiſſa Italia,fugit,vbi morbo interijt.Scipio ipſius Lepidi filius,captus atq; occiſus fuit.Brutus vero Lepidi ſocius,in ciſalpinã Galliam fugiens, perſequente Põpeio,non longe Mutina vrbe interfectus eſt,ita bellum hoc euanuit.Cæterum,inquit Plutarchus,Sertorius qui tum Hiſpaniam tenebat,Lepido diſſimilis ac timendus Ro. po.hoſtis erigitur. Fuit Sertorius patricius Romanus, ex Mirſia Sabinorum vrbe ortus, in ciuili bello Marianis partibus fauit,& Syllam fugiens ex Aphrica dilapſus, Hiſpaniam contra Romanos excitauit.prima eius militia ſub Cępione contra Cimbros fuit,vbi cum à Romanis male pugnatum eſſet,equo amiſſo,vulneratus etiam Rhodanũ fluuium cum thorace &ſcuto per aduerſos fluctus natãdo traiecit.Tandem in militia alterum amiſit oculũ, de q̃ etiam gloriari ſolebat, q̃ſi ſuæ virtutis teſtimonia ſemp ſecum ferret,cum alij torques,haſtas & coronas domi relinquerent.Demum cum Sylla rerum potitus eſſet,& ex Aphrica Sertorius fugiſſet in Hiſpaniam, aliàs Iberiam, Paccianus quidam à Sylla eo mittitur cum exercitu,quem Sertorius non ſolum necauit,verum etiam oẽm eius exercitum cepit,Tigenamq́ oppidũ expugnauit. Fertur Sertorius neq; voluntate,neq; metu vnq̃ potuiſſe ſuperari, eo ꝙ fortiſſimus in aduerſis, & modeſtus in ſecundis ſemp extiterit.In improuiſis vero caſibus ita conſtans & audax, vt oẽs ſui temporis duces anteiret:in cunctis vero quæ vel ingenio vel aſtu cõficiuntur,profundiſſimus artifex fuit.Quibus rebus præſtans, à Luſitanis dux eligitur: & cum ſeptem millibus ac quingentis, aduerſus quatuor Ro.duces bellum geſſit,quos oẽs Sertorius partim occidit,partim profligauit.Metellum virum ampliſſimum, qui tunc ob ſenectæ grauitatem pigrius pugnandi occaſionem conſequebatur,inſidijs ac incurſionibus inquietabat.Vnde Pompeius cum adhuc quæſtor eſſet,cum imperio conſulari aduerſus eum miſſus eſt,quo tempore Sertorius aliquas vrbes expugnauit,plurimasq́ ciuitates in poteſtatem ſuam redegit. Pompeius cum Sertorio dubio euentu pugnauit,q deinde Metellum & Pompeium cum duobus exercitibus prælio fudit.Obſeſſus deinde Sertorius apud Galagurum, aſſiduis eruptionibus non leuiora damna obſidentibus tulit.paulo poſt crudeliter in ſuos agens,plurimos amicorum & ſecum proſcriptorum crimine proditionis inſimulatos interemit. Tandem Metellum ac Pompeium cõmeatu prohibens,vndiq; regionẽ depopulatus eſt. ꝑterea ꝙ mari eſſet potẽtior,vtrunq; coegit ea parte Hiſpaniæ quam obtinebat,excedere,& diuerſas regiones petere,Metellum vlteriorem Hiſpaniam,Pompeium Galliam.Verum vt primum ſpes magna effulſit,metusq́ abſceſſit,inuidia aduerſus illum ſuorum inuaſit animos. Ante oẽs Perpenna nobilitate familiæ & ingenij varietate principatum affectans,Quis,inquit,dæmon ſuaſit,ne dñanti Syllæ domi manẽtes pareremus, cũ huc ꝓfecti volũtarie ſeruiamus, & Sertorij exilij participes nos faciamus? Induxit nonnullos alios Sertorio infenſos.igitur à M.Antonio Perpenna & alijs coniuratis in conuiuio Sertorius interfectus eſt,decimo ducatus ſui anno,magnus dux & aduerſus duos imperatores ſæpe par, aut frequentius victor,ad vltimum deſertus & proditus perijt. Magnanimitatis vero Sertorij id fuit, ꝙ pulſos ex vrbe ſenatorios viros, qui penes eum degebant, ſenatum nuncupabat,duces & quæſtores ex eis legebat, patrijsq́ legibus cuncta adminiſtrabat,magiſtratus oẽs ex Ro.creabat,quaſi non Iberos contra pop. Ro.augeret, ſed libertatem populi Ro. aſſerere vellet. Etenim, vt Plutarchus ait, Sertorius erat patriæ amator,affectusq́ ad reditum.ſed in aduerſis durisq́ temporibus fortem ſe præſtabat, in victorijs ad Pompeium Metellumq́ mittebat,ſe paratum offerens,depoſitis armis, priuatum in vrbem redire velle,ſi permittatur:malle eñ ſe Romæ ignobiliſſimum ciuem,q̃ exulem,oĩm aliarum ciuitatum imperatorẽ appellari. Occiſo Sertorio,maxima Iberię pars Pompeio atq; Metello ſeſe tradidit,eos qui manſerunt,Perpenna ſuſcipiens,aduerſus inimicos bellum gerere adortus eſt,in quo ſtatim ſui experientiã dedit,vt viri nec ad parendum nec ad imperandum apti. nam fretus Sertorij apparatibus,aduerſus Pompeium congreſſus,breui ſuperatus eſt & captus.Is cum haberet Sertorij literas,Pompeio promiſit virorum conſularium & qui plurimum Romæ poterant,epiſtolas propria manu ſcriptas,per quas Sertorium in Italiam vocabant,oſtenſurum.Sed Pompeius vt prudẽs,literas nec legere voluit, nec legi cuiq̃ permiſit, ſed ipſas oẽs in vnum collectas cremauit.Quo facto,multos ciues periculo & magnis malis patriam liberauit.Perpennam inſuper ſtatim occidit,veritus ne vulgatis q̃rundam noibus,turbationes & ſcandala orirentur.Reliquorum vero qui Sertorianæ necis conſcij erant, alij ad Pompeium deducti mactati ſunt, alij in Libya interfecti, nec quiſq̃

Sertorij indoles.

Sertorij victoriæ.

Sertorij interitus.

Sertorij pietas.

Perpenna.

Pompeij magnificũ facinus.

euasit præter vnum Aufidiũ, qui in villa quadã barbariæ inuisus consenuit. Rempublicam Romanã L. Catilina inuadere statuit olympiade 179. anno 18. regni Ptolemæi Dionysii, erat is nobilis genere, magna animi & corporis vi, sed ingenio prauo, cui ab adolescentia bella intestina, cædes, rapinę, discordiæ ciuiles, gratissimæ fuere: ibi iuuentutem suam exercere studuit, cum esset animo audax, subdolus, varius, cuiuslibet simulator ac dissimulator, & oĩm facinorosissimorũ dux. Quibus fretus, ad opprimendam remp. consiliũ cepit, si consulatũ assequeret. erat aũt deuinctus amore Aureliæ Orestillæ. cum vnum impedimentum videret quo minus nuptijs iungeretur, filiũ suũ proprium, quẽ & solum ætate puberẽ habebat, veneno sustulit. Cum ergo vitiosis esset moribus, & multo ære alieno grauatus, dñandi eum tanta libido inuasit, ꝙ nihil nefas esse putauit dum assequeretur intentũ. vnde facta coniuratio est multorũ, q̃s ditare promiserat ex cæde & rapinis. L. Catilina bis repulsam in petitione cõsulatus passus, cũ Lentulo prætore, Cethego & pluribus, coniurauit de cæde consulũ & senatus, incendijs vrbis & opprimenda repub. Erat & occasio, ꝙ in extremis finibus mundi Ro. arma peregrinabantur. socij erant senatorij ordinis P. Lentulus Sura, P. Antonius, L. Cassius Longinus, C. Cethegus, P. Seruius, Syllæ Seruij filius, L. Vargunteius, Q. Annius, M. Porcius Lecca, L. Bestia, Q. Curius. præterea ex equestri ordine M. Fuluius, L. Statilius, P. Gabinius Capito, C. Cornelius, ad hæc multi ex municipijs domi nobiles. additum est pignus coniurationis sanguis humanus, quem circunlatũ pateris bibere ausi fuere. actum erat de pulcherrimo imperio, nisi illa coniuratio in Ciceronem & Antonium consules incidisset, quorum alter industria rem patefecit, alter manu oppressit. Tanti sceleris indicium per Fuluiam emersit vilissimum scortum. Lentulus destinatum familiæ suæ Sibyllinis versibus regnum sibi vaticinans, ad præstitutum à Catilina diem, in vrbe tota vires, faces, tela disposuit: nec ciuili conspiratione contentus, legatos Allobrogum qui tum forte aderant, in arma solicitat: & isset vltra alpes furor, nisi altera proditione Vulturtij literæ interceptæ fuissent. statim tunc Ciceronis imperio iniecta est barbaris manus, palam prętor Lentulus conuincitur in senatu. de supplicio agentibus Cęsar parcendum dignitati, Cato animaduertendum pro scelere censebat, quam sententiam secutis omnibus, in carcere parricidæ strangulantur. Quãuis autem parte coniurationis oppressa, tamen ab incepto Catilina nõ destitit, sed infestis ab Hetruria signis patriam petens, obuio Antonij exercitu opprimitur. q̃ atrociter dimicatum sit, exitu patet, ꝙ nemo hostium bello superfuit, quem quis in pugnando ceperat locum, amissa anima tenebat. Catilina longe à suis inter hostiũ cadauera repertus est, pulcherrima morte, si pro patria sic concidisset. Hanc historiam Salustius elegantissime descripsit. Iam pene toto orbe pacato, maius erat imperium, q̃ vllis externis viribꝰ extingui posset. Post Syllanas aũt & Marianas in Italia tempestates, Cæsaris atq; Pompeij furor vrbem, Italiã, gentes, nationes, totum deniq; Ro. imperium corripuit, adeo vt non tm̃ ciuile dicatur, ac ne sociale quidem, sed nec externum, immo potius cõmune quoddam ex oĩbus, plus q̃ bellũ. Quippe si duces eius inspicias, totus senatus in partibus: si exercitus, hinc xi. legiones, inde 18. flos oĩs & robur Italici sanguinis: si auxilia sociorũ, hinc Gallici Germanicíq; delectus, inde Deiotarus, Ariobarzanes, Tarchon, Demotes Corinthius, oĩs Thraciæ Cappadociæq́, Ciliciæ, Macedoniæ, Græciæ, Italiæ, totiusq́ robur orientis: si moram belli, quatuor annis: si locum, intra Italiam: inde in Galliam & Hispaniam deflexit, rursus ab occasu totis viribus in Epiro Thessaliáq; consedit, hinc in Aegyptum subito transilijt, inde respexit Asiam, Aphricæq; incubuit. postremo in Hispaniam remigrauit. quæ vero tanti belli seminaria fuerint, tunc intelligemus, cum vtriusq; viri genus ac gesta perspicimus. Pompeius sane Põpeij Strabonis filius, qui fulmine ictus est, qui Ro. erat odiosus maxime. Illo vero nemo, vt ait Plutarchus, populi beneuolentiam aut citius inceptam, aut validiorem in rebus lætis, aut in labentibus diuturniorem, Romanorum habuit. aderat Pompeio armorum perita, linguæ persuasio, morum fides & conueniendi modestia, vnde absq; tristitia nemini nem rogauit, absq; alacritate nulli obsecutus est. Cum iuuenili floreret ætate, extemplo mores & verendi & regij eluxere, nisi ipsius coma paululum protensa, oculorum lineamentis ac lenitate, ad simulacra regis Alexandri accedebat, vnde Alexandri nomen pleriq; ei addiderunt. Adolescens adhuc sub patre militãs, qui aduersus Cinnam duxit exercitum, L. Terentium comitem habuit, qui pecunia accepta, Pompeium interfecturus erat, cuius rei indicium cum haberet, nil exterritus, sed conuiuio explero, clam se subripuit, & cum patre accubuit. Terentius ense stricto Pompeij cubiculum intrans, frustra q̃ plures adegit ictus. fit tumultus maximus propter Pompeium, at Pompeius in medium se ingerẽs, illachrymansq́, furori finẽ dedit. Defuncto Strabone pa

L. Catilina.

Catilinæ cædes.

Belli ciuilis semina.

Põpeij indoles.

Pompeius Alexander dictus.

ne patre, postꝗ̃ Antistiam Antistij p̃toris filiam duxit, ad exercitum Cinnæ profectus, ex illato sibi crimine, licet falso, metu actus, clam inde abscessit: & cum in exercitu nõ esset, pcrebuit adolescentem à Cinna esse occisum. Quare qui veteri odio in Cinnam æstuabãt, impetum in eum fecere. diffugiens, captus à q̃dam, ante genua ipsius p̃secutoris procubuit, bullamq́; magni precij obtulit: sed ille insolenter, non, inquit, venio si dei iussionẽ obsignaturus, sed de scelerato tyranno iudicaturus. moxq́; eum trucidauit. Pompeius 23. annũ agens, p̃tor à nullo designatus, in Auximo ciuitate se ipsum in subsellia medio foro cõstituit, parua mora legiones tres cõparauit, cum q̃bus ad Syllã cõtendit. Tum contra Pompeiũ tres simul duces, simulq́; hostes insurgunt, Carinnas, Cælius, Brutusq́;, qui tripartito agmine Pompeium aggrediuntur. Ipse aduersus Brutum copias ducens, eum in fugam vertit: ob hoc ducibus in seditionem versis, q̃ sors dedit, abierunt. Deinde cum Scipio qui tum erat consul, Pompeium adoriretur, anteꝗ̃ phalanges sub ictum telorum issent, milites Scipionis, Pompeianis salutatis, à duce defecerunt, Scipio ipse fugam arripuit. Quæ cum accepisset Sylla, ad Pompeium contendit, cuius milites videns adstare, ob victorias elatos hilaresq́;, ex eq̃ exiliens, & imperator de more appellatus, Pompeium & ipse imperatorẽ contra salutauit, p̃ter oĩm spem, vt viro iuueni & nondum in senatum admisso, id nomẽ à Sylla cõmunicaretur, pro q̃ cum Marijs certauerat. His tñ Pompeius nihil elatus, sed confestim in Celtiberiam mittit, ibi egregie se habuit, ac p̃claris gestis florere cœpit. Cum ergo vicisset Sylla Italiã, ac dictator fuisset appellatus, cęteros p̃fectos insigniuit meritis: Pompeij vero virtutem admirat⁹, affinitate eum sibi iungere curauit. Antistia dimissa, Aemiliam priuignam vxorem dedit. hoc repudium cum Antistię mater agnouisset, mortem sibi consciuit. Carbone cum classe instructo, & Domitio Aphricam irruente, alijsq́; p̃claris viris à Sylla proscriptis, Pompeius ad eos motus cõprimẽdos missus est, ex quo mox in Siciliam Perpenna cessit. Pompeius ciuitates afflictas ad se recepit, easq́; oẽs p̃ter Messanã clementissime habuit. Pompeius Carbonem captum, vinctum duxit in medium, virum triplici cõsulatu insignem. eumq́; pro tribunali sedens damnauit: deinde procul abductum, flentemq́; muliebriter, interfici mandauit. hic quippe cum ad cædem duceretur, locum & horam fertur orasse, ꝙ onere ventris molestaretur. Dum hæc in Sicilia administrat, decretum senatus ac à Sylla literæ datæ sunt, quibus iubebatur in Aphricam traijcere, omniq́; manu oppugnare Domitium, apud quem oẽs exulum pro Mario erant copiæ. Extemplo præfectum Siciliæ instituens, cum 20. & centum nauibus longis onerarijsq́; octingentis profectus est, qui cũ partim ad Vticam, partim ad Carthaginem applicuissent, septem millia hostium ad Pompeium defecere, qui & ipse sex integras legiones ducebat. postea cum Domitio occurrẽte pugna facta, Pompeius victor euasit. fertur ex 20. millibus hostium, tria tñ millia effugisse. Põpeius imperator appellatus, noluit honorem hunc suscipere q̃usq; vallum hostile stetisset. vnde si dignum se tali appellatione putarent milites, vallum deijcerent: mox impetu in vallum facto, tandem captum est, perijtq́; Domitius. Ciuitatum aliæ cõfestim paruere, aliæ vi captæ. Hiarbas rex tum compræhensus est. Prospera ergo fortuna Pompeius fretus, ac robore militum fisus, Numidiam impetit ac subegit. Annum 4. & 20. agens, reditu in Vticam facto, literas à Sylla accepit, quibus iubebatur exercitum dimittere, & cum vna legione successorem expectare, quibus tacite ipse tristatus, sed & totus exercitus indignatione motus, non parendum Syllæ tyranno voluit. Pompeius iuña perficere fas esse aiebat, & dum exercitui suadere nequiuit, mœst⁹ illachrymãsq́; cessit e subsellijs, sed arreptum milites reponunt. Tandem non desinentibus illis, iurauit Pompeius se ipsum interfecturum, si vim afferrent, quo pacto vix quieuit multitudo. cæterum Syllæ nunciatur Pompeius defecisse. sed re certius cognita, aduenientem omni beneuolentia obuius excepit, dextramq́; ei iunxit, ac ingenti voce Magnum appellauit. Inde cognomen hoc, quod erat Pompeio ante ab exercitu inditum, Sylla confirmauit. Pompeius deinde cum triumphum peteret, ei se obijcit Sylla, ꝙ consuli aut duci triumphare lege tñ permitteretur, & cum nondum in senatum admissus esset, inuidiosum sibi fore, etiam vixdum pubescenti. non tñ ob hoc territus Pompeius, Syllæ subiecit, plures eos esse qui orientem venerarentur solem, q̃ occidentem, veluti potentia sua tum cresceret. Admiratus Sylla Pompeij fiduciam, videns etiam in admirationem actos circunstantes, bis acclamauit, Ergo triumphato. Et si voluisset tunc, etiam in senatum fuisset admissus. quod non optauit. peracto aũt triumpho, copiosus plebis numerus Pompeium inter equestres iuuentum, laudibus maioribus ornare cœpit. Sylla tunc tristatur, inspiciens gloriam eius tantum augeri. Paulo post, inuito eo, Pompeius Lepidum ad consulatum euexit. quo facto, cum vidisset Sylla Pompeium mul-

Cinnæ interitus.

Pompeius Syllæ [illegible]

Carbonis interitus.

Gesta Pompeij ĩ Africa

Pompeius Magnus appellatur.

Primus Põpeij triũphus.

multitudine septum. Video te, inquit, adolescens ob victoriam lætari: Catulo virorum optimo, Lepidum om̃ium miserrimum, te suffragante, prælatum. caue ne dormias, validiorem enim aduersarium tibi constituisti. quod mox Sylla mortuo, Pompeius intellexit, cum Lepidum multa in euersionẽ reipu. molientem, armis insequeretur. Eo pulso in Sardiniã, Sertorius erigit. Põpeius procõsul in Hispaniã mittit, vnde nõ rediit, donec Sertorius est à suis occisus. Perpennã ipse bello victũ trucidauit. hæc supra de Sertorio. Quibus pactis, Põpeius in Italiã duxit exercitũ. neminẽ tum & Hispaniã & Sertorium, alium pter Pompeium vicisse dicebatur. in hac tñ tam excelsi viri gloria & expectatione suspicio metusq́; fuit, ne veniret exemplo Syllæ, dñationem armis occupaturus. Sed postq̃ eam suspicionẽ ab animis illorum exuit, se aiendo post triumphũ velle exercitum deponere, vnum detrectatoribus solũmodo liquit, sese plebi magis q̃ senatui

Secũdus triumphus.

dedere. Decreto aũt secũdo triũpho ac cõsulatu etiã, Crasso viro om̃ium ditissimo ac maximo, rogãti adiutor fuit, orans plebis suffragia, asserens se non minus gratum habiturum Crassum collegam creari, q̃ magistratum assequi. verum cum consulatum iniissent, mox cõtentiones inter ipsos variæ emersere. apud patres potentior erat Crassus, apud plebem Pompeius. tribunatũ nanq; plebi restituit, iudiciáq́; ad equestres iterum transtulit. Plebi vero iucundissimum fuit, subire censorum sententiam Pompeiũ. nam mos erat Romæ, cum per legitimum tempus quisq̃ militasset, equum per medium forum ducere coram duobus censoribus, quibus cum fidem, sub quo militasset, fecisset, cẽsores iu-

Censores.

dicabant vel laudem, vel infamiam. huic præfecti curæ tum erant Gellius & Lentulus, ad hos inter alios Pompeius alia secum magistratus insignia afferens, equum manu ducebat. censores ad tantæ rei conspectum exhilarati, silentium indicũt. deinde alter incipit, Interrogo te Pompei Magne, militias ne oẽs iuxta disciplinam absoluisti? Tum Pompeius, oẽs, inquit, sub meipso imperatore, ac circũfusa plebs acclamauit. vnde surrexerunt censores, domumq́; illum prosecuti sunt, plaudente ac congratulante plebe.

Piraticũ bellum.

Eodem tempore piratæ ingruere cœperunt per oĩa sparsi maria, non tñ intercipientes nauium commeatus, sed insulas prouinciasq́; vastantes. initium e Cilicia manauit. bello Mithridatico regiis freti remigiis, impunitate sceleris & auiditate prædæ vulgo sese associantes, in immensum augebantur. his aurati erant rudentes, vela purpurea, remi subargentei, buccinæ cantus ebrietates, per oĩa littora personabant. Cõtumelias Romanis plurimas intulere, prætores duos Sextilium & Belinum, in ipsis prætextis cum ministris ac insignibus abduxere. secuta est annonæ maxima caritas. contra eos mittitur Pompeius, quingentæ naues ei completæ sunt, peditum centum & viginti millia, equitum millia quinq;. E senatu legatos 24. ipse elegit, quæstores duo traditi,

Finis belli piratici.

Pompeius omne interius pelagus in tribus & decem regionib⁹ diuidit, & parti cuiq; ducem nauesq́; dedit. vnde piratas insecutus, venatoris exemplo ambiuit, ac mira celeritate compressit. oĩa enim diebus 40. confecit. Postea Romam accedens, oẽs vndiq; à mœnibus vrbis effusi. culmen lætitiæ fuit, tantæ victoriæ insperata celeritas, oĩmq́; cõmeatuum copia. Pompeius, deuictis magna celeritate piratis, iterato contra 22. reges orientis imperator designatus est, qui contra Luculli acta, cui successor datus fuit, nihil immotum reliquit: hic Lucullum auaritiæ accusat, Lucullus Pompeium ambitionis. postea tñ Lucullus amaro inde animo traiecit, Pompeius vero aduersus Mithridatem cõtendit, eũdem fugauit, reges Romanis subiecit, & de tota Asia triumphauit. Cæterum de reditu Pompeii ex Asia, varii rumores vrbem impleuere, quod ductur⁹ esset in vrbem exercitum, & monarchia extemplo ineunda. Crassus cum liberis & pecuni-

Reditus Põpeii in vrbẽ.

is vrbe abiit, seu metu, seu quod inuidiam illi prouocaret. Pompeius Italiam ingressus, militibus ad concionem vocatis, cum eos ornasset laudibus, p ciuitates & municipia disiungi iussit, & in propria quenq; reuerti, ex quo Romanis suspicio tollitur, metumq́; paruus apparatus sustulit: ex lege etiam cum cautum esset, neminem ducem ante triumphum ingredi vrbem, ad senatum oratum mittit, vti liceat sibi, vt mos erat, triumphum agere. quod & factum est. Maximum vero & splẽdidissimum fuit, & quod Romanorum nemini hactenus contigit, quod trinum e trina vniuersa orbis parte triũphum duxit, primum ex Aphrica, secundum ex Europa, tertium hunc vltimum ex Asia, felix, si tum vita excessisset. vlterior enim ætas felicitatis* inuidia, clades ei intolerãdas attulit. Inter hæc enim Iulius Cæsar militia functus, reip. se ingessit, beneuolẽtia & studio populi potentiam permagnam acquisiuit, quibus Pompeium maxime oppressit. sed de hoc postea. nunc de vita & moribus ac gestis Iulii Cæsaris vel pauca perstringamus.

C. Iulius Cæsar adolescẽs haud sane fuit diues, q̃uis de nobilissima stirpe Iuliæ gentis esset ortus. patrem huius L. Iulium fuisse ferunt, qui illo annum ætatis 16. agẽte, obiit. Accessit ad calamitatem Cæsari quartana febris, & omni febre periculosius Syllæ odiũ



odium dictatoris, qui ciuili bello Iuliũ iam inter aduersarios numerabat, vt de illo loquens, sæpe his verbis & Pompeium ac nobiles admonebat, Male præcinctum puerꝝ cauete. Nam & si circa ornatum corporis intenderet, fluxe tñ cingebatur, mos illa ætate repræhensibilis. Inimicitiarum vero Syllæ & Cæsaris causa, Marij affinitas erat: Iuliam Cæsaris amitam maior habuit Marius. His ille vexatus incommodis, pene quotidie latibula ꝑmutabat, diu in hoc statu fuit, donec Mamercꝰ Aemilius & Aureliꝰ Cotta viri nobilissimi & affines eius, Syllæ vero amicissimi, simulq; Vestales virgines, quꝝ summa tunc erat autoritas, multis ac validis precibus sibi veniam q̃sierunt. victus tandem Sylla, ad vltimum exclamauit: & vincite, ait, & habetote vobis cunctisq; nobilibus hoc damnosum donum. prædico aũt vobis, qui hunc adeo enixe saluum vultis, fore eum optimatũ partibus qñq; exitio. Cæsari eñ multi Marij insunt. Militauit postea adolescens in Asia, Græcia, Ciliciaq;, fama non ignobili. Audita Syllæ morte, Romã rediit, & ne nil ageret, Corne. Dolabellam consularem virum, repetundarum accusauit, quo iudicio magnam sibi famam eloquentiæ, sed & multum inuidiæ quæsiuit, absoluto reo. Rebus vero vndiq; citra vota fluentibus, in insulam Rhodum, vt operam literis daret, auditurus Apollonium Molonem, ire disposuit: sed dum eo nauigat, à piratis captus, familiaribus oĩbus præter tres remissis ad redemptionis suæ pecuniã procurandam, mansit cum prædonibus dies circa 40. non sine indignatione. Cumq; illi eum ex conuictu familiaritate orta percontarentur, quid eis si in sua potestate esset, faceret: respondit iocanti similis, se illos crucibus affixurum, idq; ita fore, iureiurãdo tacito confirmabat. Cum vero comitibus ac seruis Roma redeuntibus, & 50. talentis ꝑsolutis, libertati redditus fuisset, classe ilico conquisita illos appræhẽdit, in quibus iam tum secuturæ lenitatis ac clementiæ gustum dedit. nam cum & sontes plectere, & iuramentum seruare fixum esset, modum excogitauit quo vtrunq; leuiore supplicio cõplecteretur. itaq; iugulari illos primum, post exanimes crucibus iussit affigi. Nec per ocium tunc publicas res neglexit. Mithridate eñ Asiam infestante, continentẽ transgressus, congregatis auxilijs & præfectum regis Asia pepulit, & prouinciam conseruauit. His actis, Romam rediit, primusq; illi honos fuit tribunatus militum, in quo quidem imminutam à Sylla tribunitiam potestatem restituere summo studio nisus est. Inde q̃stor vlteriorem Hispaniam sortitus, apud Gades in templo Herculis forte Alexandri Macedonis contemplatus imaginem, vehementer indoluit, ꝙ cum ætate illa quã ipse tunc ageret, in fines terræ famam noĩs sui extendisset, & à se nihil adhuc gloria dignũ gestum esset. Missionem igitur à senatu petijt, cupiẽs esse vbi maioris famæ materiam inueniret. Romam reuersus, fœdo turbatus est somnio, visus sibi dormiẽs cum matre concumbere: sed illi vates terrarum orbis imperium significari dixerunt, terram enim esse parentem communem oĩm, sic perhibent ad amplissimam spem incitatũ. Dehinc ædilis factus est, quo tempore in suspicionem magnam venit, ꝙ & ante pluries conspirasse crederetur cum viris insignibus, vt totum reip. statum perturbaret: sed nunc seu pœnitentia, seu metu ob mortem conspiratorum, effectu consilium caruisse. In ea ædilitate multa ad ornatum vrbis fecit, quorũ oĩm ipse autor, excluso collega Bibulo, populi gratiam consecutus, speransq; nil sibi negatum iri, tentauit extra ordinem Aegyptum prouinciam, sed ab optimatibus impeditur. Vnde in vindictam, C. Marij trophæa de Iugurtha, Cimbris & Teutonis, q̃ Sylla deiecerat, reparauit. Perdita spe Aegypti. pontificatum maximum petijt non absq; fluxu munerum ingenti, qua in re alienum non modicum æs contraxit, & cum in campum candidatus mane descenderet, matri se osculanti & flenti, Domum, inquit, nisi pontifex non reuertar, hodie pontificem aut exulem tuum videbis filium. Reuersus aũt põtifex, duobus clarissimis cõpetitoribus superatis, inde ꝑtor factus est, q̊ tẽpore cum Catilinæ coniuratio erupisset, & cõplices scelerꝝ tenerentur, vniuerso senatu supremum in eos supplicium decernente, solus est ausus suadere, non morte illos affici expediẽs esse. ꝑsuasisset forte, nisi M. Cato vir grauissimus, oratione cõtraria pessimam in partem inclinatos animos erexisset. neq; tñ cœptis abstinuit, donec Ro. equites ad ꝑsidium senatus armati, mortẽ sibi strictis mucronibus minarent, ita vt eum cõplexu togæq; sinu inuolutũ ꝑiculo mortis pauci eriperent. Quo ꝑmotus, ad tempus curiam intermisit, nec diu tñ valuit quiescere, q̃ minus tribunitijs procellis se ingereret. Itaq; Cæcilio Metello tunc tribuno plebis, nouis legibus & collegium tribunorum & rempub. perturbãti, non fautorem modo se præbuit, sed autorem quoq;, nouarum vbiq; rerum aucupans materiam, donec ab administratione publica iussu senatus vterq; prohiberetur. neq; vel sic magistratum gerere & ius reddere destitit, donec in armis essent qui eum cogerent parere senatui. tũc dimissis lictoribus, clam discessit, statuitq; tantisper pro tempore ac rerum qualitate quiesce

C. Iulij Cæsaris indoles.

Apollonius Molo rhetor.

Gemitus Cæs. apud Alex. statuã

Cæsar pontifex Max.

Curio liberat Cæsarẽ.

quieſcere. Operā multitudinis q̄ ad eum veniebat tuendæ dignitatis cauſa, ſed modeſtia ſeu diffidētia recuſauit, atq; effrenati⁹ inſtātes ſobria oratiōe coercuit. q̄ res eo gratior oībus, q̄ ab opiniōe om̄i remotior fuit. vnde eſt effectū, vt ſenatus ei ꝑ illuſtres viros grates ageret, & in curiā euocato ac verbis honorificētiſſimis collaudato, ꝑreptū reſtitueret magiſtratū. Non multo poſt grauiori ſuſpicione laborauit, accuſatus apud Nouium Nigrū q̄ſtorem à L. Vectio, ꝙ fuiſſet inter cōplices Catilinæ. In ſenatu aūt à Q. Curio delatus, qui ſe id à Catilina didiciſſe, alter chirographū Cęſaris Catilinæ datum oſtenſuꝝ ſe aſſerebat. Contumeliā hāc nullatenus ꝑferendā ratus Cæſar, Ciceronem ſuę innocētiæ teſtē fecit, ſeq; illi cōſuli de cōiuratione tūc aliq̄ narraſſe mōſtrauit, atq; ita cōfutatis aduerſarijs, decretis ꝑmijs Curius eſt priuatus, Vectius in carcerē miſſus. Prætor Hiſpaniā petijt, ſed tāta erat viri illuſtris inopia, vt à creditoribus profectio eius impediret. tum ad Craſſum cōfugit, q̄ interueniēte, Cæſar in prouinciā abiit. Rebus aūt illic geſtis, cōpoſitaq; prouincia, feſtināter ſucceſſore non expectato, ad conſulatū pariter & triumphū redijt. ſed cum legibus vtrunq; ſimul aſſequi non liceret, omiſſo in ꝑſens triumpho, conſulatū maluit, ſtatimq; vrbē ingreſſus, aſtutū adorit conſiliū, q̄d ꝑter Catonē vniuerſos fefellit hoīes. animaduertit em̄ Craſſum & Pompeium inuicē cōſulat⁹ gratia certaturos, q̄d & in Craſſo ſupra retulim⁹ (q̄re tēpora diligēter collige lector) Cæſar ne alteri fauēs, alterius in ſe offenſam cōtraheret, ſumma contētione illos inter ſe cōcordes facere laborauit, admonēs nihil aliud ea ſimultate profecturos, q̄ vt Ciceronis & Catuli ac etiā Catonis vires augeant, q̄ nullū pōdus habituræ ſint, ſi ipſi inter ſe cōcordi animo atq; amicoꝝ adhibitis auxilijs, remp. gubernare voluerint. his illi veriſſimis rationibus cōmoti, rurſus in concordiā rediere. Itaq; hoꝝ triū, veluti q̄dam cōſpiratione facta, potētia ſenatus & pop. Ro. vires cōfregit. Nec tñ Cæſar prius illoꝝ vires cōfirmare tētauit, q̄ eoꝝ opibus ſeſe tutiſſimū cōſtituit. ſtatim vtriuſq; cōſenſu creat⁹ cōſul, magnū in populo nomē & gloriā cōſecutus eſt. nam cum egregie conſulatū gereret, fauorē populi q̄ſiuit. comitijs cōſularibus collegā nactus, non quē maluit M. Bibulū, quē exorta poſtmodū q̄ſtione legis agrarię diſſentientē, foro armis eiecit. q̄re toto tēpore cōſulatus domi metuēs latitauit, ſi q̄d decernēdū erat, ꝑ edicta Cæſar decreuit, & remp. ſolus gubernauit, nemine obſtāte ꝑter M. Catonē, quē ideo tandē manu lictoris extractū curia, mitti fecit in carcerē: quē euntē ſenatus oīs inſecutus eſt non aliter, q̄ ſi tum oēs capti viderent. ſunt q dicāt, veſtē q̄q; velut in luctu publico ꝑmutaſſe. hoc ꝑmotus Cæſar, ſimul & ꝙ plebeios vidit mœſtos conſequentes, vnū ex tribunis plebis clam obſecrauit, vt Catonē e manibus lictoꝝ auferret. Præterea Cæſar Gn. Pompeiū tūc ſenatui infenſum, om̄i obſeq̄o promereri ſtuduit, filiam ſuā Iuliā Pōpeio coniugē dedit, ipſe Calphurniā L. Piſonis ſucceſſuri ſibi in conſulatu filiā, in matrimoniū accepit. Generi itaq;, ſoceri & Craſſi ſuffragijs fultus, ex oībus prouincijs Gallias atq; Illyricū ꝑelegit, ampliſſimā opū viā atq; vberrimā materiā triumphoꝝ, non ꝙ ſenatus ei tranſalpinā Galliā libere daret, ſed veritus, ne à ſe negatum populus largiret, & q̄d ſuū nollet, munus fieret alienū. Cōſulatu functus, cognitionem de actis ſuperioris anni ſenatui detulit, q̄ altercāte, in prouinciā abijt: demū poſtulatus, obtinuit cum reipub. cauſa abeſſet, ne reus fieret. Magiſtratus deinde annuos ſummopere coluit, vt abſentiā ſuā propugnarēt. Et poſt multa egregia facinora audiens L. Domitiū conſularē candidatū iactare, q̄d ꝑtor nequiſſet, cōſulē effectuꝝ, ſibiq; exercitū ereptuꝝ, illius cōſulatus impediēdi viā vnā meditatus Cæſar, nouos amicos Pompeiū & Craſſum, ad ſe Lucā iure amicitiæ in colloquiū vocatos, induxit vt anni inſtātis conſulatū peterēt. Erat, autore Plutarcho, cōſilij ſumma, vt in armis Cæſar ꝑmaneret, fore vt his ſibi Coſs. prorogaret imperiū. Facile fieri potuit, vt magiſtratum vterq; adipiſceret ſtudio plebis nouaꝝ reꝝ cupidæ. Craſſo & Pōpeio COSS. in alteꝝ luſtrū dilatū eſt imperiū Cæſari, Craſſo Syria decreta, Pōpeio Hiſpania. Interim Cæſar legiones cōſcribebat ex arbitrio, & in dies maiores libidini ſuæ vires q̄rebat. Anno igit ab vrbe cōdita 695. regni Ptolemæi Dionyſii 21. C. Cæſar in Galliā profect⁹ eſt. decreta em̄ ſibi erat Gallia Ciſalpina, Illyricū & Comata, q̄ poſtea eſt adiecta, cum legionibus decē in quinquenniū datis. Tāta aūt celeritate itinera tum cōficiebat, vt cum primo Roma exceſſiſſet, octauo ad vſq; Rhodanū die peruenerit, eq̄ vtebat inſigni, pedibus prope humanis, & in modū digitoꝝ vngulis fixis, quē ferūt, neglectis alijs ſeſſoribus, Cæſari libēter paruiſſe. Cæteꝝ primum Cæſari in Gallijs aduerſum Heluetios & Tigurinos bellū fuit. Quare, vt paulo narret hiſtoria cōmodius, regio deſcribenda eſt. Gallia oīs primo bifariā diſtinguit, & noīa à Ro. impoſita vel hinc patet, ꝙ eam partē q̄ propinquior Romæ eſt, Ciſalpinā dicūt, q̄ terminos habuit hinc Apœninū ab occidēte & meridie, illinc Alpes à ſeptētrione, ab oriente aūt ſinū maris Adriatici. hæc noſtro

Cæſar inter cōiuratos accuſatus.

Cæſaris geſta in Hiſpania.

Cæſaris conſulatus.

Cato in carcerē ducit.

Profectio Cæſaris in Galliam.

stro tempore non Gallia, sed Italię pars est. dicebat aũt Gallia Cisalpina ex eo, & si pau lo aliter Liuius referat: nam Galli Celtici cũ eos nõ caperet terra sua, trecenta hominum millia ad sedes nouas quærendas accesserũt, & eorũ portio in in Italia consedit, ibiq; masculis oĩbus interfectis, eorũ fœminas duxerũt vxores, e qbus liberos suscipientes, habitu, lingua & moribus patrios ritu imitantes, purissimi effecti sunt Galli, estq; pars Cisalpina dicta. Gallia vero transalpina, cuius fines ac spatium fuisse in longum ab alpibus Italiæ ad Oceanũ Britannicũ Pyrenæosq; montes, qui Gallos dirimunt ab Hispanis: in latum vero, ab amnibus Rheno ac Rhodano: hæc in Belgicam, Celticã, ac Aqtaniã Galliã subdiuidit. Belgica prima est, quæ à Belga ciuitate nomen accepit, & vt refert Bergomeñ. Belgicam duplicem putant nonnulli. Hinc Iulius in commentarijs inquit: Belgæ proximi sunt Germanis, qui trans Rhenum incolunt, cum qbus continenter bella gerunt: qua de causa Heluetij quoq; reliquos Gallos virtute præcedunt, q fere quotidianis prælijs cũ Germanis contendunt: eorũ vna pars initium sumit à flumine Rhodano, vbi hodie Gebenna ad Rheni ripã protensa, ab occasu Iura mons præaltus. Ex hac descriptione videt, q Belgica verticem habeat Rhodanũ, dum influit in lacũ Lemanũ, vbi Gebenna: ab occasu est Iura mons, mihi videtur mons iste, q Alsatiã disterminat à Burgundia, hodie & Lotharingia: & sic quidqd est à Gebenna intra Iurã montem & Rhenũ vsq; ad Argentinã ex Belgis, Heluetiorũ gens inhabitabat, & dicit Belgica superior, habito respectu ad Rhenũ. Inferior vero incipit ab Oceano, q inter arcton & occasum Britanniæ nunc Angliæ, adscendendo & à sinistris habendo Rhenũ, à dextris Sequanos. qbus hodie in finibus est Flandria, Brabãtia, Colonia Agrippina, Lucenburgũ, Treueris, Lotharingia, per Rheni ripam vsq; ad Argentinã. Ea vero tota Belgarum natio, paulatim in nomen Germaniæ linguamq; concessit, vt iam se Gallos dici nesciant: si audiant, indignent. Sunt etiam qui Remenses inter Belgas numerant, volunt & alij Heluetios inter Gebennas numerari, Rhenũ Basileenses finire, nec Gallos fuisse: sed non multũ refert, ad præsens nec contendo, magis aũt quæ dixi, correctioni verius sentientiũ submitto. Celtica Gallia illa dicitur, quæ ob comas longas Comata appellabat. ea bipartita est, quædã Lugdunensis, quædã Narbonẽsis est dicta. Lugduneñ. & triplex est. Prima, cuius caput Lugdunum ciuitas est, in secunda Rothomagensis metropolis Normandię etiã est caput, in tertia * Turonis metropolis, & comitatus seu ducatus Andegauensis. Gallia vero Narbonensis & ipsa partit in Gothiã, cuius Narbona metropolis est, & Burgundiã, in qua sunt vrbes, Arelatũ, Burgundiæ regni caput, Vienna, Ebrodunũ, Tarantasia, Augustodunũ, quã Iulius Cæsar Heduam vocat, sunt & Senones. Aquitania tertia dicitur, eo q duabus superioribus regionibus, aquis & fluminibus abundet, hanc Ligeris fluuius à Celtis diuidit, quæ & Oceanũ mare attingit, in qua sunt metropoles, Burgedalis, Auxitana, * Bituricẽsis quædã pars & ducatus Aquitaniæ. Redeundo ad institutũ, nõ multũ ante Cæsaris aduentũ Allobroges Galli circa Rhodanũ ad lęuã, quorũ, vt Iulius testat, proximũ Heluetijs angulũ Genua olim oppidũ, nunc Gebenna tenebat, in fidẽ pop. Ro. recepti erant, ex Gallis vero trans Rhodanũ habitantibus, aliqui fœderati Ro. erant, qdam sine fœdere suis legibus viuebãt, Heluetiorũ gens, Cæsare teste, reliquos Gallos virtute antecedit. apud Heluetios aũt longe nobilissimus fuit & ditissimus Orgetorix, is regni cupiditate inductus, coniurationẽ nobilitatis fecit, ciuitatiq; psuasit, vt de finibus suis cũ oĩbus copijs exirent: perfacile esse, cũ virtutibus oĩbus pstarent, totius Galliæ imperio potiri. his rebus adducti, & q p multitudine hominũ angustos fines haberent, autoritate Orgetorigis ad proficiscendũ parabantur. Interim Orgetorix affectati regni accusatus, morit, neq; abest suspicio, vt Heluetij arbitrant, quin ipse sibi mortem consciuerit. Post eius mortẽ nihilominus Heluetij oppida sua omnia, vicos, & reliqua priuata ædificia incendunt: persuadent & finitimis, vti eodem vsi cõsilio, oppidis suis vicisq; exustis, vnà cũ his proficiscant. Boios quoq;, qui nũc Bauari vocant, sibi adsciscũt. oĩbus rebus ad proficiscendũ paratis, diem dicunt qua ad Rhodani ripã oẽs cõueniant. Cæsari cũ id renunciatũ esset, q̃maxime potuit in Galliã vlteriorẽ cõtendit, & ad Genuã, hoc est, Gebennã peruenit. Labienus tum à Cæsare missus, Tigurinos penes Ararim fluuiũ profligatos attriuit. Cæsari vero exercitũ agẽti, de improuiso Heluetij occurrerũt, quos pueniẽs, in munitũ cõfugit locũ, ibi collectis copijs, vt primũ acies inspexit, ei adductus equus est, quo inspecto, hoc, inquit, post victoriã in persequendis vtar hostibus, nunc in eos progrediamur, simulq; impetu facto pedibus ire cœpit. Animũ Cæsaris incendebat & prior clades, qua equitatũ suũ nuper auerterãt. Aliquãdiu summa cũ difficultate pulsa hostiũ acie, plurimus circa carros vallumq; labor extitit, tandẽ magno difficiliq; p̃lio vicit, & ad

Galliæ descriptio.

Belgica vnde Belgæ.

Celtica

Orgetorix dux Heluetiorum.

Bauari.

Labienus.

Ro. victi.

deditionē coegit. Fuit multitudo Heluetiorꝫ, Tigurinorꝫ, Rauracorꝫ & Boiorꝫ, cum primũ est progressa, ad centũ 57. millia. Ex his 47. millia in prælio ceciderunt, cæteri in terras proprias remissi sunt. & qa oĩbus incensis domi nihil erat, Allobrogibus imperauit, vt his frumēti copiã facerēt, ipsos oppida & vicos restituere iussit, ꝙ noluit ea loca vacare, ne ꝑpter bonitatē agrorꝫ Germani in fines Heluetiorꝫ Rhenum transeuntes, occuparent. Boios petebant Hedui in finibus suis collocari. In castris vero Heluetiorꝫ tabulæ repertæ sunt literis Græcis confectæ, in qbus nominatim habebant, quo numero domo exissent, pueri, senes & mulieres separatim, & qui arma ferre possent. numerus omniũ erat 368. millia. His pactis, fere ex oĩbus Galliæ vrbibus legationes principũ gratulantes ad Cæsarem veniunt. dies cõcilio Gallię petitus pręfigitur, vbi cũ ad Cęsarem principes venissent, sese oĩes flentes ad pedes proiecerũt. Et data fide silentij, Diuitiacus nobilis Heduus pro oĩbus locutus est, Galliæ totius factiones esse duas, harꝫ alterius principatũ tenere Heduos, alterius Auernos ac Sequanos. hi cum de principatu multos annos cõtendissent, factũ esse, vti ab Auernis & Sequanis Germani mercede accerserent: horꝫ primo circiter xv. millia Rhenũ transisse, nunc vero esse in Gallia ad centũ & xx. millium numerꝫ: cum his Heduos semel atqꝫ iterũ armis contendisse, victos, oẽm nobilitatem, oẽm senatũ equitatumq́ꝫ amisisse: ijs calamitatibus coactos esse Sequanis obsides dare, & iureiurãdo ciuitatem obstringere, sese neqꝫ obsides repetituros, neqꝫ auxiliũ à po. Ro. imploraturos, sed perpetuo sub illorꝫ imperio futuros. Vnum se ex oĩi ciuitate Heduorꝫ profugisse Romam, ad senatum venisse auxiliũ postulatũ, ꝙ solus neqꝫ iureiurãdo neqꝫ obsidibus teneret: sed peius victorib⁹ Seq̃nis q̃ Heduis victis accidisse, ꝑpterea ꝙ Ariouistus rex Germanorꝫ in eorꝫ finibus consedisset, tertiam partem agri optimi occupasset, & nunc de altera parte tertia Sequanos discedere iuberet, propterea ꝙ paucis diebus ante Harudũ millia hominum 24. venissent, futurũ esse paucis annis, vti ipsi oĩes ex Galliæ finibus pellerent, atqꝫ oĩes Germani Rhenum transirent: Ariouistũ hominem esse barbarꝫ, iracũdum, temerarium, eos nõ posse eius imperiũ diutius sustinere, & nisi in Cæsare populoq́ꝫ Ro. sit auxiliũ, exemplo Heluetiorꝫ Gallis domo emigrãdum, domicilium à Germanis remotũ quærendum. quibus dictis, sese oĩes flentes Cęsari ad pedes proiecerũt, contendentes ne ea quæ dixissent, enunciarent: alioqui fore, nec se dubitare, quin de omnibus obsidibus qui apud Ariouistum haberentur, actũ esset. Hac oratione ab Diuitiaco habita, animaduertit Cæsar Sequanos nihil loqui, tristes terram intueri. miratus, causam quæsiuit sæpius, & nihil respondebant. Idem Diuitiacus tandem, hoc sunt, inquit, o Cæsar, miseriores Sequani, ꝙ soli ne in occulto qdem queri, nec auxiliũ implorare ausi sunt, absentis Ariouisti crudelitatem horrentes, propterea ꝙ reliqs vel fugæ facultas daretur: his vero qui intra fines eũ recepissent, & quorꝫ oppida in eius potestate essent, omnes cruciatus superesse. His rebus cognitis, Cæsar Gallorum animos verbis confirmauit, pollicitus sibi eam rem curæ fore. in hæc conciliũ dimisit, & præterea multa hortabantur, in primis ꝙ Heduos fratres consanguineosq́ꝫ sæpenumero à senatu appellatos accepisset, quos nunc in seruitute & ditione Germanorꝫ videret, paulatim etiã Germanos cõsuescere Rhenũ transire, & in Galliam magnã eorũ multitudinē venire, hoc & po. Ro. periculo fore, cũ Galliã occupassent, vt añ Cimbri Teutonesq́ꝫ fecerãt. Illis rebus mature occurrendũ censebat, quãobrem placuit ei vt ad Ariouistũ mitteret, postularetq́ꝫ, vt aliquē locũ mediũ vtriusqꝫ colloquio deligeret, velle secũ de Repub. & summis vtriusqꝫ rebus agere. Cui legationi Ariouistus rñdit, mirũ sibi videri, quid in sua Gallia quam bello vicisset, aut Cæsari aut po. Ro. negocij esset, & si qd à Cæsare ipsi op⁹ esset, sese venturũ ad eũ: si qd ille à se velit, illũ ad se venire oportere. Ad hæc iterũ Cæsar legatos misit cum his mãdatis, qm̃ tanto suo populiq́ꝫ Ro. beneficio affectus, ꝙ in cõsulatu rex atqꝫ amicus appellatus esset, hãc po. Ro. gratiã referret, vt si inuitat⁹ in colloquiũ venire grauaret, hęc esse quæ ab eo postularet: primũ, ne quã multitudinē hominũ amplius trans Rhenum in Galliã transferret: deinde obsides Heduorũ redderet, neve Heduis socijsq́ꝫ eorũ bello inferret. Si id ita fecisset, pop. Ro. cũ eo amicitiã futurã: sin aliter, amicos popu. Ro. se defensurũ, & iniurias Heduorũ nõ neglecturũ. Ad hæc Ariouistus rñdit: ius esse belli, vt q vicissent, his q̃s vicissent, imperarent vt vellent. Idem populũ Ro. victis faceret si ipse pop. Ro. nõ præscriberet, quēadmodũ suo iure vteret, nõ oportere se quoqꝫ impediri: Heduos à se superatos armis, magnam Cæsarem iniuriam facere, qui suo aduentu vectigalia sibi deteriora faceret, Heduis se obsides nõ redditurum, neqꝫ his neqꝫ eorum socijs iniuria bellum illaturum, si conuentis starent, stipendiumq́ꝫ quotannis penderēt: si id non fecissent, longe his fraternum nomen populi Ro. absuturum.

Quod

Heluetiorũ deditio.

Diuitiaci Hedui apud Iuliũ querimonia.

Ariouistus Germanorum rex.

Superbum Ariouisti responsum.

Quod sibi Cæsar denunciaret, se Heduorum iniurias non neglecturum, nemine secu sine pernicie sua cōtendisse: cū vellet, cōgrederet: intellecturum qd inuicti Germani, exercitatissimi armis, q intra annos xiiij. tectū non subissent, virtute possent. Hæc eodē tempore Cæsari mādata referebant, & legati ab Heduis & à Treuiris veniebant: illi, de Harudibus nup transportatis in Galliā: Treuiri, q Sueui centū pagorum Rhenū transire conarent, conquesti sunt, auxilia Cæsaris implorātes. His rumoribus Cæsar experrectus, ne cōiungendi copias daret hostibus spatia, expeditissime cōpositis quę in rem erāt, festināti agmine in Ariouistū proficiscit. Iam triduo iter exegerat, dū egressum illum finibus, ad nobile Sequanorum oppidū Vesontionē occupādum ingenti cū exercitu properare cōperit, noctes diesq; ipse maximis itineribus cōfectis, Vesontionem ante regis aduentū peruenit. oppidū introgressus, psidijs opportunis firmat. hic vero exercitū incredibilis tremor peruaserat, audita mole corporum, virtute & experientia Germanorum. Hæc cū ad Cæsarē relata essent, cōuocatis ad concionē militibus, orationem habuit plenā animosis exhortatiōibus, acerrimisq; repræhēsiōibus. Mirū, vnius viri virt9 ac facundia repentinā animorum mutationē fecit, imperatori offenso verbis ac rebus satisfacere studuerūt. Cæsar per Diuitiacū itinere pparato, nocte castra mouit. Quod vbi Ariouistus agnouit, legatos misit, colloquiū cū eis Cæsar admisit. ex dicto cōueniūt. Post multa Cæsar Galliā sane nō tam Ariouisti, q̄ Romanorum esse, q ante eum per Q. Fabiū Maximū Rutenos & Auernos Gallorum populos domuissent, primiq; armis possessionē nacti fuissent. Hæc inter vtranq; victoriā interesse, q libertatem quā Ariouistus victis abstulerit, Ro. reliquissent, eamq; ipsis in ppetuū saluam senatum censuisse. Plura dicturo Cæsari nunciat, equitatū Ariouisti iam tela iactare. Itaq; Cæsar inexpleto sermone digredit, & suis imperat ne præliū incipiāt, ne pulsis hostibus, dici possit, hostem colloquio circūuentū. Post biduū misit iterū Ariouistus ad Cęsarem, vt colloquiū inceptū perficeret. Non placuit Cæsari, sed legatos mittere decreuit, quos Ariouistus spreuit. Copias interim vtrinq; educunt: cōcurrit tanto impetu, vt consumpto mox spatio, nullus fuerit pilis vsus. Proiectis igitur missilibus, res gladijs acta est. Pugnatū aliquādiu acriter, & magno Romanorum labore. Inter eos enim inuenti sunt, qui se in mediā phalanga immitterent. Tandē fracta ptinacia Germanorum, oēs terga verterūt, disruptisq; castris, vsq; ad Rheni ripā millia passuū circiter quinq; fuga facta, ibi perpauci aut viribus cōfisi tranare cōtenderūt, aut lyntribus repertis, salutē q̄siere. In his fuit Ariouistus, q nauiculā nact9, ea profugit, reliqui interfecti sunt. Duæ fuerunt Ariouisti vxores, vna Sueua natione, quā domo secū duxerat: altera Norica, regis Voccionis soror, vtræq; in ea fuga perierunt. Cæsar vna æstate duobus maximis bellis confectis, hybernatum in Sequanos deduxit exercitū, quibus Labienū præposuit, ipse in citeriorē Galliā ad cōuentus agendos profectus est. Cæsorum in eo vltimo prælio 80. millia fuisse phibent. Fluuius Rubicon Galliā citeriorem à reliqua disterminat Italia. Ibi Cæsar residens, plebis animos ad se perliciebat. Dein potentissimos Gallorum Belgas & tertiā Galliæ partē incolentes defecisse audiens, duabus legionib9 in citeriori Gallia cōscriptis, ad eos imensa celeritate cōtendit, q̄s in sociorum Gallorum agris pdas cōuectātes adortus, maxīa ex parte turpiter dimicātes fudit, ceciditq; ita, vt paludes & profunda quædā flumina per cæsorum stragē Romanis trāsitum præbuerint. Quo facto, ex his qui ante defecerant, cuncti ferme ad Oceanū vergentes, nullo cōfecto prælio, imperata fecerūt: postea cōtra ferocissimos Neruios duxit exercitū, qui densissimas incolūt syluas. Hi locatis filijs supellectiliq; in syluis procul ab hoste, cum lx. millibus armatorum, duce Boduognato, cōtra Cæsarē faciūt impetum, illū castra locantē offenderūt, & verso in fugā equitatu, septimā ac duodecimam legiones circūuenientes, vniuersos trucidauere ceturiones. Quod nisi Cæsar correpto scuto, & his q corā se præliabant detentis, in barbaros irruisset, ac subinde quodā ex tumulo decima legio per hostiles erumpēs acies periclitāti succurrisset, neminē euasurum incolumē liquet. At virtute Cæsaris decertātes, haud tn̄ Neruios dare terga coegerunt, verū fortiter repugnātes obtruncarūt. Ex lx. enim millibus qngentos enasisse tradit, ex cōsularibus aūt viris qui quadringēti erāt, tres superfuerāt incolumes. Cæsar Galliæ rebus optime dispositis, in Cisalpina hyemauit, adhuc res vrbanas apparaturus, vbi ad eū veniūt Lucā Pōpeius, Crassus, & Sardiniæ ptor Appius, lictores centum & xx. senatorij ordinis circiter * ducentos fuerūt. vbi cū Crasso & Pompeio perniciosum Reipub. consiliū est tractatū. Reuertens iterum Cæsar ad exercitū in Galliam, ingens bellū offendit. duo enim maximi Germanorum populi Rhenū metu pellente traiecerant, Vsipetes & Tencatheri, nō longe à mari quo Rhen9 influit. causa transeundi fuit, q à Sueuis plures annos bello premebant, & agricultura prohibebant. Sueuorum

Treuiri.

Sueui Rheuum transeunt.

Ariouisti & Cęs. cōgressus.

Ariouisti fuga.

Germanorum cædes.

Rubicon.

Neruij Ro. cædunt.

Vsipetes.

Sueuorum descriptio.

gens,vt scribit,longe maxima & bellicosissima Germanorum omnium.hi centū pagos habere dicunt,ex quibus quotannis singula millia armatorum bellādi causa e finib⁹ educūt. reliqui q domi manserunt, se atq; alios alunt. Hi rursus inuicē anno primo in armis sunt,illi domi remanent. sic neq; agricultura, neq; ratio vsusve belli intermittit. Sed priuati ac separati agri apud eos nihil est, neq; lōgius anno remanere vno in loco incolendi causa licet,neq; multū frumento, sed maxima parte lacte atq; pecore viuunt, multumq; sunt in venatiōibus,quod à pueris nullo officio aut disciplina assuefacti,nihil omnino cōtra voluntatem faciant,quæ libertas & vires alit,& immania corpora efficit,atq; in eam consuetudinē venerunt, vt locis frigidissimis neq; vestitus præter pellem habeant quicquā,quarum propter exiguitatē magna est corporis pars aperta, & lauantur in fluminibus. Mercatoribus est ad eos aditus,magis eo vt quæ bello ceperint, quibus vendāt habeant,quàm quo vllam rem ad se importari desiderent. Equestribus prælijs sæpe ex equis dissiliunt,ac pedibus præliant,eosq; eodem remanere vestigio assuefecerunt,ad quos celeriter,si vsus est, recipiunt se. Nihil turpius quàm ephippijs vti. Vinum ad se omnino importari nō sinunt,quod ea re ad laborem ferendū remollescere homines atq; effœminari arbitrant. maximā putant esse laudem, quàm latissime à suis finibus vacare agros:hac re significari,magnū numerum ciuitatū suam vim sustinere non posse. Itaq; ex vna parte à Sueuis circiter millia passuū sexcenta agri vacare dicunt. Ad alterā partem succedunt Vbij,quorum fuit ciuitas ampla:paulo hi cæteris sunt Germanis humaniores,propterea quod Rhenum attingunt,& Gallicis sunt moribus assuefacti hos cū Sueui multis bellis experti, propter amplitudinē ciuitatis finibus expellere nō potuissent,tamen vectigales sibi fecerunt. In eadē causa sunt Vsipetes & Tencatheri,quos supra diximus, qui cum plures annos Sueuorum vim sustinuissent,ad extremum iam agris expulsi, & multis locis Germaniæ trienniū vagati,ad Rhenum peruenerunt, & priusquàm Menapij qui Rhenū accolunt, intellexerunt, interfectis præsidijs ac nauibus conscensis,flumen trāsierunt,& oībus ædificijs occupatis,sese ibidē aluerunt. De Sueuis adhuc in sequēti folio,& in secūdo volumine. His de reb⁹ Cæsar certior factus,infirmitatē Gallorū veritus,nihil illis cōmittendū existimauit. Est aūt hoc Gallicæ consuetudinis,vt viatorem publice consistere cogant, quid quisq; eorū de quaq; re audierit aut cognouerit,quærant,& mercatores in oppidis vulgus circūsistat, quibusq; ex regionibus veniant,quasq; res ibi cognouerint,pronūciare cogant,vt consilijs cōmoda sit occasio. qua consuetudine cognita,maturius Cæsar ad exercitū proficiscitur. Principibus aūt Galliæ vocatis, eorū animos permulcens cōfirmansq;,equitatu imperato,bellū cū Germanis gerere constituit. cōparata re frumentaria,equitibus delectis,in ea loca contendit,quibus in locis Germanos esse audiebat. A quibus cū paucorū dierum iter abesset, legati ad Cæsarē venerunt, quorū hæc fuit oratio: Germanos neq; priores pop. Ro. inferre bellum,nec tamen recusare,si lacessant, quin armis contendant,quod Germanorum consuetudo hæc sit à maioribus tradita,quicūq; bellū inferant,resistere,neq; deprecari: hoc tamē dicere,venisse eiectos domo,si suā gratiam Rom. velint,posse his vtiles esse amicos,vel sibi agros tribuant,vel patiant eos tenere quos armis possederint,se vnis Sueuis cōcedere,impares eis esse,quibus ne dij quidem immortales pares esse possint: reliquū quidē in terris esse neminē, quē nō superare possint. Ad hæc quæ visa sunt,Cæsar respondit. Sed exitus fuit orationis,sibi nullam cum his amicitiā esse posse,si in Gallia remanerent: neq; satis mirari, vt qui sua defendere nō valerent,inuaderēt aliena:neq; vero esse agros vllos in Gallia, qui tantæ multitudini assignari possint sine iniuria possessorum. Esse aūt apud se aliarum gentiū legatos, in primis Vbiorum amicorum populi Ro. de Sueuorum violentia cōquerētes, posse eos cum illis habitare,donec vtrisq; cōsultū sit:se Sueuis imperaturum,vt ab eorum offensionibus abstineant. Abeunt legati ad suos,relationē facturi & redituri. Sed Cæsar fraudē suspicatus,processit propius, & cū ab hostiū castris non amplius passuū xij. millibus abesset, ad eū legati(vt erat cōstitutū)reuertunt,orabātq; ne lōgius progrederet. Cum id nō impetrassent,petebāt,vt Cæsar ad suos equites,qui præibāt,mādaret prælio abstinere,donec legatos ad Vbios mitterēt,& fœdus cū his contra Sueuos iuxta cōsiliū Cæsaris inirent. Intelligens Cæsar petitionē ad morā trahendā fieri,respōdit se nō amplius quàm quatuor millia passuū progressurum illo die:mandauit equitibus,ne eos inuaderent. Equ[illegible] es iussu ducis accepto, tanquàm in pace securi ibant. Id cū hostes aduertissent,impetu i[illegible] os ruunt,quatuor & 70. ex eis occidunt,reliquos in fugā vertunt. Cæsar circūuenti[illegible] dolis videns, statuit nullā pacis cōditionē admittendā,cōcilio vocato,dum prop[illegible] tum aperit,legati hostiū principes gētis & seniores,in quibus erat oīs autoritas,ad Cæ[illegible] rem in castra peruenīūt,excusaturi præteritas fraudes vel nouas molituri,quos Cæsar ilico capi iuss-

Mercatores apud Sueuos.

Vbij.

Gallorum leuitas.

Germanorum oratio.

Sueuorum ferocia.

pi iussit, simulq; cōtra hostes properat. qui ignorātes si quid legati egissent, celeritatē aduētus Cæsaris, neq; cōsilij habēdi, neq; arma capiēdi spatio dato, pturbant. Quo loco q arma capere potuerūt, paulisp restitere. at reliqua multitudo cū fugeret ad Mosam & Rhenū, pene oīs cæsa est, aut in flumine submersa. Qui apud Cæsarē manserant in castris, libertate donati sunt. Cęsi ferunt 40000. reliqui ad Sicābros mearūt. Germanico bello cōfecto, Cæsar Rhenū transire statuit, siue vt Germanos Ro. armis pterreret, siue q reliq pars eqtat' Vsipetū & Tenchaterorū in fines Sicābrorū fugerat, quos illi requisiti à Cęsare tuebant, Ro. rñdentes, pop. Ro. imperiū Rheno finiri. Insuper petebāt Vbij aduersus Sueuorū arma se defendi. Mira igit rōne ponte facto, Rhenū trāsijt, haud lōge vbi Mosa Rhenū influit. Ibi plures ciuitates pacē ab eo p legatos petiere. Sicambri fuga finibus suis excesserāt. quare Cęsar eorū vicis incēsis, ad Vbios se recepit. Sueuos postea in syluas migrasse cōperit, liberos & vxores ibi abdidisse, eos qui arma ferre possent, in vnū locū cōuenisse in medio regiōis, ibiq; Romanorū aduētum expectare. Quod vbi Cæsari innotuit, oībus his cōfectis, quarū rerū causa reducere exercitum cōstituerat, vt Germanis metum inijceret, vt Sicambros vlcisceret, & Vbios obsidione liberaret, diebus oīno decē & octo trans Rhenū consumptis, satis & ad laudē & ad vtilitatē profectū arbitratus, se in Galliā recepit pōte rescisso. Inde priusquā exercitū in hyberna dimittit, in Britanniā nouū orbem traijcere voluit, explorandam insulā, cultores & illorū mores, C. Voluseno mandat. nam e mercatoribus nihil accipere certi potuit. Ipse in Morinos cum copijs proficiscit, interim plures insulæ ciuitates, accepta noui belli fama, per legatos pop. Ro. amicitiā petunt, a qbus obsides recipit, & cū eis Comiū, quē Atrebatibus antea regē cōstituerat, mittit. Huic imperat ciuitates adeat, hortet vt populi Ro. fidem sequant, seq; celeriter venturū denunciet. Volusenus perspectis regionibus oībus, qnto die ad Cæsarē reuertit, quæq; ibi perspexisset, renūciat. Cæsar parata classe cum primis nauibus Britanniā attigit, atq; ibi in omnibus collibus expositas hostiū armatas copias conspexit. At naues propter magnitudinē, nisi in alto constitui non poterant. Militibus aūt armorū onere pressis, de nauibus desiliendū, & in fluctibus pugnandū erat, cum hostes in arido consistentes tela iacerent. Cæteris aūt cunctantibus, qui decimæ legionis aquilam ferebat, Desilite, inquit, commilitones, nisi vultis aquilā hostibus prodere. Quo dicto, se ex naui proiecit, atq; in hostes ferre aquilam cœpit, quem cæteri secuti sunt: pugna acerrima facta, hostes prælio superati, fugaq; facta, statim ad Cæsarē legatos mittunt de pace, obsides daturi, & qcqd imparet facturi. Comius Atrebatū rex, quē ante legatū Cæsaris in custodia tenebāt, remissus arbiterq; pacis fact' est, partim datis, partim promissis obsidibus. In hac cōgressiōe M. Scæua miles, q cimba cū quatuor tantū militibus ad insulam scopuloso littore transuectus, contra barbarorū copias in acie stetit, & consumptis socijs, stricto obuios mucrone, vnumquēq; vt se primus obtulerat, nunc scuto nunc gladio excipiēs, diu vtriq; partium admirabile præbuit spectaculum, cū iam non vt in armatū virum, sed vt turrim munitā, omniū nisus, ira, pudorq; hostiū in furorem versus incumberet: transfixus telo, clypeo & galea vi disiectis, gladioq; ad extremū fracto, duabus loricis onustus, se in vndas iniecit, ac reuersus ad suos, vnde gloriam merebat, veniam postulauit. Nempe cū Cęsarē inspexisset, parce, inquit, optime imperator, arma perdidi: & ille cuius sub oculis res gesta erat, summos ei honores impendit. Acceptis inde obsidibus, ægre ad Gallicū littus puenere. vbi cum naues tēpestate disiectæ ac concussę essent, nec ad reparādum materia suppetebat, frumenti q; inopia exercitus laboraret, Britannici principes rebellare cœperunt, coniuratione facta, Romanos frumento cōmeatuq; prohibuere. Iterato aūt victi, deditionē fecerūt, quibus Cæsar propter perfidiam obsides duplicauit, eosq; in Gallias duci iussit, quo ipse nauigatione prospera est reuersus. Postea iterum rebellionem molientes, omissisq; domesticis bellis, in Ro. versi sunt, Cassiuellano bellicoso viro summam imperij permittentes, insulæ totius ducatū cōtulerunt, qui quatuor Britanniæ regulos partes extremas insulæ regentes, per legatos ad soli natalis auxiliū inuitat. parent illi. cumq; in castra venissent, Cæsar iam classe aduectus erupit, & multis occisis, damnoq; non paruo suorum, tandem ducem ad deditionē coegit, acceptisq; obsidibus & tributis, ex insula remeauit. Cum nauem solueret, literæ illi à Roma mittūtur, quibus de morte filiæ certior factus est, quæ Pompeio nupta, pariens moritur, nec infans nisi paucos dies vixerat, quæ res & Pompeium & Cæsarem magnis affecit cladibus. Cæsar copias in diuersa partitus hyberna, in Italiam reuertitur. Cum interim Galli magnis irrumpentes exercitibus, vndiq; Romanos milites in ipsis trucidant hybernis. Princeps eorum qui desciuerant, Ambiorix erat vir callidissimus, cum quo plurimi & for-

Germanorū clades.

Transit Cæsar Rhenū.

Sueuorū delectus.

Pōs Rhenī.

Cęsar in Britanniā trāsmittit.

Nobile Scæuæ facinus.

Britanni victi.

Cassiuellanus Britan. victus.

Iuliæ mors.

tissimi milites qui Cottam & Titurium cum exercitu obtruncarunt, Ciceronis legionem sexaginta millia hominum circunuenientes obsederunt, contra à Rom. summa virtute pugnatum est. hæc cum procul absenti nunciata sunt Cæsari, septem millibus hominum in vnum coactis, statim rediens Ciceronem obsidione liberare contendit, obsidentes varie tentans, tandem dispersos fudit, & magna ex parte interfecit. Hæc victoria multas Gallorum rebelliones sedauit. Confestim quoq; ex Italia ad cæsorum supplementum tres ad eum legiones venere, duas ex suis mutuante Pompeio. Inter hæc gentes multæ descierant, ex quibus longe præstantiores Auerni Carnutesq́;. summa administratio Vercingetorigi demandata. huius patrem olim regnum affectantem necauere Galli, de hoc tamē Iulius vltimo loco scribit, ideo hic supersedeo, tametsi Plutarchus hunc ordinem secutus sit. Sed nec narrare in præsentiarum intendo, quoties Gallorum proceres atq; ciuitates, nunc seorsum aliquæ, nunc adunatæ, deficientes atq; coniuratione facta, exercitum Cæsaris turbauerint: quoties & hæ deditionem fecerint, profligatæ grauiter. sunt em̄ & in promptu integræ historiæ alioꝶ. Cæsar post varias de Gallis victorias, Menapijs sua vi, Treuiris vero per Labienum victis, duabus de causis iterū transire Rhenū constituit, ꝙ Germani auxilia contra Ro. Treuiris miserant, & ne ad eos Ambiorix, qui Gallos in Cæsarem prouocare tentauerat, receptū haberet. paulūq; supra eum locum quo ante exercitū traduxerat, facere pontē instituit, q̄d & breui perfecit, firmo in Treuiris ꝑsidio ad pontem relicto, reliquas copias equitatumq́; traducit. Vbij qui ante obsides dederant, purgandi sui causa legatos mittunt, ne odio Germanorū pœnas ipsi innocentes penderent. Cognita Cæsar causa, reperit à Sueuis auxilia missa esse, itaq; Vbiorum satisfactionem accepit, aditus viasq́; in Sueuos perquirit. Interim paucis post diebus fit ab Vbijs certior, Sueuos omnes in vnū locum copias cogere, atq; nationibus quæ sub eis sunt, auxilia equitatus peditatusq́; nunciare. mandat Cæsar Vbijs, vt crebros exploratores in Sueuos mittant, atq; eorum consilia perquirant. Illi imperata faciunt, & paucis post diebus referunt, Sueuos cum omnibus copijs penitus ad extremos fines se recepisse, syluam esse ibi infinitæ magnitudinis quæ appellatur Bacenis, quæ Sueuos ab Cheruscis separat, ad eius initium Sueuos expectare aduentum Rom̄. At quoniam ad hunc locū peruentum est, nō erit, inquit Cæsar, alienū de Galliæ Germanorūq́; moribus, & in quo differant, proponere. In Gallia nō solum in omnibus ciuitatibus pagisq́;, sed pene in singulis domibus factiones sunt, earumq́; principes sunt, quorū ad arbitriū summa omnium rerū redeat. Antiquitus itaq; institutū videtur, ne quis ex plebe contra potētiorem auxilij egeret. suos em̄ quisq; opprimi & circunueniri non patitur. Hæc ratio est in omni Gallia, nāq; omnes ciuitates in partes diuisæ sunt duas. cum Cæsar in Galliam venit, alterius factiones principes erant Hedui, alterius Sequani. In omni Gallia eorū hominum qui aliquo sunt numero atq; honore, genera sunt duo: nam plebs pene seruorū habetur loco, pleriq; cum aut ære alieno & magnitudine tributorū, aut iniuria potentiorū premuntur, sese in seruitutem dicant nobilibus. in hos eadem om̄ia sunt iura, quæ dominis in seruos. sed de his quidē duobus generibus alterū est Druidum, alterū est equitum. Illi rebus diuinis intersunt, sacrificia publica ac priuata procurant, religiones interpretantur, ad hos magnus adolescentiū numerus disciplinæ causa concurrit, magnoq́; hi apud eos sunt honore. Nam fere de omnibus controuersijs publicis priuatisq́; constituunt, & si admissum est facinus, si cædes facta, si de hæreditate aut de finibus controuersia est, discernunt illi, præmia & pœnas constituunt. Si autem publicus aut priuatus decreto eorū non stetit, sacrificijs interdicunt: & quibus ita est interdictum, hi numero impiorum ac sceleratorū habentur: eis omnes decedunt, aditū sermonemq́; diffugiunt, ne quid ex contagione incommodi recipiant, neq; his petentibus ius redditur, neq; honor vllus cōmunicatur. His aūt omnibus Druidibus vnus præest, qui summā inter eos habet autoritatē, nōnunq̄ etiā hoc mortuo armis contendunt de principatu, si sint plures pares suffragio. Hi certo anni tempore in finibus Carnutū, quæ regio totius Galliæ media habetur, cōsident in loco cōsecrato: huc oēs controuersias habentes, cōueniunt, eorum decretis iudicijsq́; parēt. Disciplina reperta in Britannia, atq; inde translata in Galliā existimat̄: & nunc qui diligentius eam rem cognoscere volūt, plerunq; illo discendi causa proficiscunt̄. Druides à bello abesse cōsueuerunt, neq; tributa cū reliquis pendūt, omniū rerū habēt immunitatē. Multi in disciplinā coeunt, magnū versuū numeꝶ ediscūt, ea lr̄is mandare nefas putāt, in alijs Græcis lr̄is vtuntur. Annos xx. in disciplina permanēt, venerabile apud eos memoriæ exercitiū. In primis hoc persuadere volūt, nō interire aīas, sed ab alijs trāsire ad alios, atq; hoc ad virtutē maxīe excitari putant, metu mortis neglecto.

Vercingetorix.

Cæsar secūdo Rhenū superat.

Bacenis sylua.

Gallorū descriptio.

Druides sacerdotes Galloꝶ.

E Britānia Druides.

multa

multa præterea de siderib⁹ atq; eorum motu, de mundi ac terrarum magnitudine, de rerum natura, de deorum immortalium vi ac potestate disputant. Alterũ genus est equitum: hi, cum est vsus atq; aliquod bellum incidit, oẽs in bello versantur. natio oĩm Gallorum admodum dedita religionibus, atq; ob eam causam qui sunt affecti grauioribus morbis, quiq; in prelijs periculisq; versantur, aut pro victimis hoĩes immolãt, aut se immolaturos vouent, ministris ad ea sacrificia Druidibus vtuntur, quod pro vita hoĩs non nisi vita hoĩs reddatur, aliter non posse deos placari. alij immani magnitudine simulacra habent, quorum contexta viminibus membra, viuis hoĩbus complent, quibus succensis, circumuenti flamma exanimantur hoĩes. supplicia improborum dijs gratiora arbitrantur, sed cum eis copia deficit, ad innocentium supplicia descendunt. Mercurium maxime colunt. huius sunt plurima simulacra, hunc oĩm inuentorem artium ferunt, post hunc Apollinem & Martem, Iouem & Mineruam, opinionem habentes, Apollinem morbos depellere, Mineruam artificiorũ initia tradere, Iouem imperium cœlestium tenere, Martem bellum gerere: ea quæ prælio ceperunt, plerunq; deuouent. Galli se oẽs ab Dite patre prognatos predicant. id ab Druidibus proditum dicũt. ob eam causam spatia oĩs temporis non numero dierum, sed noctium finiũt. noctem enĩ dies sequitur. hoc fere à reliquis differunt, quod suos liberos non nisi cum adoleuerint, vt munus militiæ sustinere possint, palam ad se adire patiuntur. viri quantas pecunias ab vxoribus dotis noĩe acceperint, tantas ex suis bonis æstimatiõe facta cum dotibus cõmunicant. Viri in vxores, sicut in liberos, vitæ necisq; habent potestatem. funera sunt pro cultu Gallorum magnifica. oĩa quæq; viuis cordi fuisse arbitrantur, in ignem inferunt etiam animalia, & paulo supra hanc memoriam, serui & clientes vnà cremabantur. Quæ ciuitas commodius suam rempub. administrare æstimatur, legibus sanctum habet, si quis quid de repu. à finitimis rumore aut fama acceperit, vti ad magistratum deferat. Germani multum ab hac consuetudine differũt. nam neq; Druides habẽt, neq; sacrificio student. deorum numero eos solos ducunt, quos cernunt, & quorum aperte operibus iuuantur, Solem & Vulcanum ac Lunam. reliquos ne quidem fama acceperunt. vita oĩs in venationibus atq; in studijs rei militaris consistit, à paruulis duritiæ atq; labori student. Qui diutissime impuberes permanserunt, maximam inter suos ferunt laudem. hoc alij staturam, alij neruos viresq; confirmari putant. intra vero annum vigesimum fœminæ notitiam habuisse, in turpissimis rebus habent. promiscue in fluminibus perluuntur, & pellibus aut paruis renum tegumentis vtuntur, magna parte corporis nuda. Agriculturæ non student, maior pars victus in lacte, caseo & carne consistit. neq; quisq̃ agri modum certum aut fines habet proprios, sed magistratus in annos singulos per cognationes hoĩm qui vnà coierint, quãtum visum est, agri modum attribuunt, atq; anno post alio transire cogunt, ne assidua cõsuetudine capti, studium belli gerendi agricultura commutent, ne latos fines parare studeant, potentioresq; humiliores possessione pellant, ne accuratius ædificent, atq; oriatur pecuniæ cupiditas. ciuitatibus maxima laus est, q̃ latissime circa se vastatis finibus, solitudines habere. Hoc propriæ virtutis existimant, expulsos agris finitimos cedere, neq; quenq̃ prope audere consistere, simul hoc se fore tutiores arbitrantur, repentinæ incursionis timore sublato. Cum bellum ciuitas aut illatum defendit aut infert, magistratus qui ei bello presint, vt vitæ necisq; habeant potestatem, deligunt. In pace nullus est communis magistratus, sed principes regionum atq; pagorum inter suos ius dicunt, controuersias minuunt. latrocinia nullam habent infamiam, quæ extra fines cuiusq; ciuitatis fiunt, atq; ea iuuentutis exercendæ causa fieri prædicant. vbi quis se dixerit ducem fore, qui sequi velint, profiteantur: consurgunt hi qui & causam & hoĩem probant, auxilium pollicẽtur, atq; à multitudine collaudantur. qui ex his secuti non sunt, in desertorum & proditorum numero ducuntur, oĩmq; his rerũ postea fides derogatur. Hospitem violare fas non putãt, qui quaq; de causa ad eos venerit, ab iniuria prohibent, sanctos habent, hisq; domus oĩm patent, victusq; communicatur. At Galli quondam Germanos virtute superantes, propter populi multitudinem & agri inopiam trans Rhenum colonias transmiserunt. itaq; fertilissima Germaniæ loca circũ Hercyniam syluam occupauerunt, quæ gens ad hoc tempus ibi se continet, summã habẽs iustitiæ & bellicæ laudis opinionẽ. Gallis aũt prouinciarum propinquitas, & transmarinarum rerum notitia, multa ad copiam atq; vsus largitur, ac paulatim assuefacti superari, multisq; victi p̃lijs, ne se q̃dem ipsi cum illis virtute cõparant. huius Hercyniæ syluæ latitudo, nouem dierum iter expedito patet. in lõgũ finẽ neminẽ attigisse compertũ est. Sed ad institutum. Cæsar postq̃ per Vbios exploratores cõperit Sueuos se in syluas recepisse, inopiam frumenti veritus, constituit non progredi longius: sed ne oĩno metũ reditus tolle-

Græcarum literarum vsus apud Druides.

Homines immolari.

Galli patre Dite.

Germanorum mores.

Ius hospitij apud Germanos.

tolleret barbaris,reducto exercitu,partem vltimam pontis q̃ ripas Vbiorum contingebat,in longitudinem pedum ducentorum rescindit,atq; in extremo ponte turrim tabulatorum q̃tuor cõstituit,p̃sidiumq; cohortium 12.pontis tuendi causa ponit.ipse ad bellum Ambiorigis profectus est.Cæterum qui Sueuos à Cæsare superatos scribunt,dissentire ab ipso videntur Cæsare. Cæsar aduersus Ambiorigem proficiscens,per Arduennam syluam maximam,quæ est inter Treuiros & Neruios,millibusq; amplius quingentis passuum in longum,in latus vero vnius diei iter extenditur.L.Basilius p̃missus, Ambiorigē improuisum subito inuenit. sic fortuna vna hora circa vnum hoīem vim suam exercuit, vt incautus opprimeret,oppressus euaderet.Cæterum vbi e manibus Ro. vix euasit,suis q̃s à tergo liquerat,p nuncios fugiens mãdauit, vt quõ posset sibi quisq; consuleret. Catauoleus eo die dux Eburonum mortem sibi consciuit. territæ ducum copiæ,pacem à Cæsare impetrarunt.Cæsar Ambiorigem sequitur,castra Ciceroni cõmittit,mãdatq; vt interea nullũ egredi portis sinat.Inter hæc Sicãbri gẽs Germana p̃dæ auida,collectis duob⁹ millib⁹ equitũ,Rhenũ nauigio transeũt,Eburonũ fines inuadũt,iam hoīm pecudumq; magnã vim collegerãt,p̃dandi finẽ non faciebãt.sic euntibus,captiuorum vnus ait,Quid huic prędæ laboriosæ & inopi tãto studio inhiatis, cum summas opes facile inuenietis? triũ horarum spatium ad Vatucam vos pducet,ibi Romanus exercit⁹ opes suas fortunasq; reposuit,Cæsar lõge abest,sine negocio expugnabitis.placet consilium Sicambris.Cicero cui loci custodia cõmissa erat,vt totis septem diebus exercitũ intra vallũ retineret,tædio ductus,aliquos frumentatũ misit. Tũ inuadũt Sicãbri p̃sidia Ciceronis,sed fortiter repelluntur: q̃re desperantes castra capi posse, ad p̃das q̃s in syluis occultauerãt,atq; inde ad patriã,sunt reuersi.Tandẽ Cæsar fugitiuum seq,& difficile sibi vidẽs,& ingloriũ, oĩbus in circuitu vastatis, in Rhemorum fines rediit.ibi conciliũ Galliæ indixit,& de cõiuratione rebelliũ Senonũ ante alios, & Carnutum q̃stionem habuit.de Accone principe cõiurationis,Romano more suppliciũ exegit,aq̃ & igni contumacibus interdictũ est. Sic compositis rebus, decem legiones ita partitus est,vt duæ in finibus Treuirorum,duę Lingonum,sex aliæ Senonũ hybernarẽt.Cæsar vt ex Gallia discessit,noui vndiq; motus, nouæ rebelliones, vbiq; cõuentus, vbiq; consilia,non in vrbibus modo, sed in syluis locisq; abditis. multos odium antiquum incitabat,multos pauor,& mors Acconis concusserat. accedebat commiseratio cõmunis patriæ & indignatio gloriæ. At Vercingetorix,de q̃ mẽtio habita est,potentissimus,q̃d voluit,facile p̃suasit.arma oẽs capiũt,& ad bella se p̃parant. Iam em̃,vt Plutarchus ait,Romæ contra Cæsarem conspirantibus aduersariis, vniuersæ ciuitates Galliæ bellum meditabantur.sed Cæsar inuictus semp,copiis suis in Galliam rediens, agros vastat,vicos diripit,oppida q̃dam funditus euertit. vniuersis dehinc receptis in fidem q̃s facti pigeret,haud destitit q̃ad Heduorum gentem bello deuicit.ea em̃ tempestate socios se defectionis facientes, Cæsaris exercitum vehementer affixerant. Inde castra mouit in Lingonum fines,vt ad Sequanos amicos tunc se reciperet. ibi hostes eum adorti sunt multis armatorum millibus,quibus congressus,victor euasit. Itaq; post maximam stragem hostium,plurimi cum duce Vercingetorige fugientes,in Alexiam se vrbem maximam recepere.Eam obsidenti Cęsari,cum capi posse desperaret, maius discrimen extrinsecus incubuit.trecenta em̃ armatorum millia Alexiam adueniebant,cum intra vrbẽ haud pauciora 100.ac 70.bellatorum millibus versarentur.q̃obrem Cæsar geminos obiicere muros compulsus est,alterum cõtra vrbem,alterum contra hostis aduentum.si em̃ vtrinq; copiæ iunctæ fuissent,de Cæsare actum fuisset.p̃cipua admiratione p̃sequendum id, latuisse oppidanos,quũ Cæsar cum tot millibus exterius marte collato palmam reportaret.nec etiam victoriam prius intellexisse Ro.qui obiectum vrbi murum pro statione tenebant,q̃ oppidanorum luctum,quum altera ex muri parte pedites auro & argento clypeos respersos crúore, thoracas & Gallica tẽtoria à Ro.in castra deferri cernerent.adeo mature tãtus exercitus euanuit profligatus, & maxima ex parte pugnãdo deletus.Asedulus dux & princeps Rhemorum occidit. Vercasiuellanus Auernus viuus in fuga compræhensus,signa militaria 74.ad Cęsarem referuntur.qui Alexiam tenebant,post multa sibi Cæsariq; illata detrimenta,tandẽ sese dedidere. Cæsar iubet arma tradi,principes produci.ipse in munitione pro castris consedit, eo duces producuntur,Vercingetorix pulcherrima indutus arma, equo desiliit, deiectisq; armis,ad Cæsarem veniens,ad eius pedes tacitus sedit, donec triumpho destinatus,custodiæ traditus est.His rebus confectis,in Heduos profectus,ciuitatem recepit.deinde obsidibus imperatis p Galliam legiones distributas hyemare iussit.Hi sunt multorum annorũ labores,quos Cæsar subiit in Gallia. hæ difficultates,hæc pericula magno imperio,nedum vni viro multa satis & grauia,quorum summam cõplexus est Suetonius Tran-

Arduenna sylua.

Sycambri rebelles.

Noui Gallorum motus.

Alexia vrbs

Vercingetorigis deditio.

Tranquillus his verbis: Gessit 9. annis quibus in imperio fuit, hęc: oēm fere Galliam, q̃ à saltu Pyrenęo alpibusq; & Gebenna fluminibus Rheno & Rhodano continetur, patetq; circuitu bis & tricies cētena millia passuū, pter socias ac benemeritas ciuitates in prouinciæ formam redegit, eiq; in singulos annos stipendij nomen imposuit. Germanos qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorū ponte facto aggressus, maximis affecit cladibus. Aggressus & Britānos ignotos antea, superatisq; pecunias & obsides imperauit. Per tot successus ter nec amplius aduersum casum exptus, in Britānia classe vi tempestatis prope absumpta, in Gallia ad Gergoniam legione fusa, & in Germanorum finibus Titurio & Arunculeio legatis p insidias cæsis. Digna virtus tot dierum supplicationibus, q̃ decretæ sunt Romæ, cognitis p literas tantis rebus. Cōtra hos successus, vti solet, inuidia grassabatur. qre priuatæ cum Pōpeio simultates, publicæ stragi materiā pbuere. cum eo vno iam res erat, cum q̃ ante imperij partē diuiserat. Crassus eñ cui tertia pars obuenerat, apud Parthos perierat. Pompeius etsi formidare videretur Cæsarem, tñ adeo habuit despectum, q̃si non arduum opus esset, quem ad tm̃ extulisset fastigium, denuo in stragē perniciemq; detrahere. Cæsar vero eo fiduciæ euectus, vt iam pridem nihil crederet sibi impossibile, legiones nouas autoritate sua conscripserat, & nihil q̃d ei in animum venisset, aggredi verebatur. q̃s ob res aliq eum culpa non absoluunt. forū maximis impensis e manubijs cœpit extruere, q̃ non suæ erāt, sed populi Ro. disciplinam militarem publice solitā doceri, ad se reduxit, vt priuatim suo doceretur arbitrio. fuit hoc contra morem ac instituta maiorū. Romanis legionibus in omne tempus stipendium duplicauit, quod eum militibus gratissimum ac charissimum fecit. sumptuosissimum tñ hoc reip. fuit. apud cæteros vero reges gētesq;, pter licentiā senatus ac populi, miras exercuit liberalitates, non vt dux pop. Ro. sed vt dñs & rex, neq; solum in Gallia, Italia, Hispaniave, sed in Asia etiam & Græcia, vrbes pclarissimis operib⁹ exornauit, q̃ oñia aliter q̃ mos patri⁹ exigebat, facta fuere. Crescebat his rebus inuidia. Erat sane tempus, vt qui honores principatusq; petebant, omni abiecta verecundia, epulum largitionesq; distribuerent in populum. q̃propter corruptum mercede populum ad comitia descendentem, cerneres non suffragijs, sed armis pro largitore decertantem, & tribunalia sæpenumero sanguine fœdantem, cum interim ciuitas amisso rectore, sicuti nauis relicto clauo fluctuans agitaretur. Idcirco qui animo & ratione valebant, satis fore existimabant, si ex ea hoīm insania emergerent. erant q asseuerare publice audebāt, nullo pacto nisi delato ad vnum principatu, curari remp. posse: ei vero medelā ex benignissimo medico adhiberi oportere, Pompeiū insinuantes. at ille verbis repudians, re aūt satagebat vt dictator crearet. duas eñ tum obtinebat Hispanias & vniuersam Aphricā, quā p legatos administrabat, ad alendos pterea exercitus mille q̃tannis talēta ex ærario sumebat. Tum Cæsar q consulatū p eo peterēt, & suarū q̃q; prouinciarū tēpus dilatandū impetrarēt, misit. initio qdem tacēte Pompeio, Marcellus & Lentulus consules Cæsarem odio insectantes, aduersari cœperunt. Marcellus eñ frequenti senatu testatus de salute reip. se actuū diffiniuit, vt cum bellum in Gallia finitū esset, dimitteret exercitus, & successor Cæsari daret, quanq̃ ante tempus foret, qui in pace prouinciam gubernaret. Ipse vero Cæsar sine imperio rediret. addidit, ne absentis ratio comitijs cōsularibus haberet, & non cōtentus ea iniuria Cæsaris, his q̃q; quos Cæsar ciuitate donauerat, ac Comū deduxerat, adimendā iudicauit, ambitiosam concessionem & immodicam asseuerans. cumq; ex his decurio q̃dam Romæ versaret, eum Marcellus virgis pulsauit: adiecit, vt se ciuem Romanū nequaq̃ esse intelligeret. Quibus turbatus Cęsar, Gallorū diuitias hauriēdas dimittēs, Curionem trib. plebis, Paulum Aemilium consulem muneribus sibi obstrinxit. intelligens hæc Pompeius, iam palam cum amicis, vt Cæsari succederet, efficiebat, & legiones duas q̃s in bellum Gallicum ei cōmodauerat, repetijt. eos milites misit Cæsar, ducentis & quinquaginta viritim donatos drachmis. qui hos ad Pompeium deducēdos acceperant, malignas in vulgum de Cæsare voces sparserant, Cæsarem multitudine prgliorū suis odio esse, & plura similia. has ob res pmollitus Pompeius, pinde ac nihil ptimesceret de comparandis exercitibus, negligentius agebat, oratione & sententia in Cæsarem inuehebatur. Quæ Cæsar nihili pendisse traditur: quin missus ab eo cēturio, cum à senatu imperium Cæsari prorogari minime intellexisset, concusso manu gladij capulo, Hic prorogabit, inquit. Verum Cæsaris postulatio clarissimam præ se ferebat æquitatem, se eñ arma depositurū, idem faciente Pompeio, asseuerabat: at indignum esse, vt detractis sibi copijs, Pōpeio vires confirmarētur. Hæc Curio p Cæsare obtestatus populo. Postea feruntur à Cæsare literæ, quas trib. plebis extulit, & p consules recitauit. socer Pompeij Scipio sententiam dixit in senatu, vt nisi Cæsar ad diem certum arma

Quibus rebus cōparata Cæsari gratia.

Ciuilis belli semina.

Centuriōis audacia.

arma deposuisset, hostis à senatu pronunciaretur. Rogantibus sententiam consulibus, nunquid exercitum à Pompeio dimitti oportere censeretur: subinde, nunquid à Cæsare, illi quidem voci pauci admodum, huic q̃si cuncti assensere. deprecanti insup Antonio, vt magistratum vterq; deponeret, plane vniuersi concessere. At violentius agēte Scipiōe, & vociferante Lētulo cōsule, aduersus latronē non suffragijs, sed armis opus esse. Dehinc aliæ à Cæsare delatæ sunt literæ, q̃nquidem priora nō processere, petebat vt omissis cæteris, cisalpina tm̃ Gallia Illyricum'q; sibi cum duabus legionibus vsq; ad secūdi petitionē consulatus concederetur. Cicero quidem orator, vtriusq; amicos conciliāns, Pompeium mitigare non destitit: qui cum cætera cōcederet, exercitus denegabat. Cicero q̃q; Cæsaris amicos induxit, vt p̄dictis cōtenti prouincijs, sex tm̃modo millibus militum in pacem amicitiam'q; reconciliarentur. Inclinante Pompeio, qui cum consule Lentulo cōspirabant, nequaq̃ sciuere, Antonium & Curionem e curia pulsantes, vrbe eiecerūt. q̃ res Cæsari bellissimū p̄textum attulit. vnde suoꝝ militum animos accenderet, cum clarissimos viros atq; principes ostenderet seruili veste meritoria rheda coactos fugere. Marcellus Pompeium in foro aggressus, senatu subsequente, iubeo te, inquit, Pompei patriam defendere, frui'q; p̄paratis copijs, & aliaꝝ delectū habere, eadem dixit Lētulus, in alteꝝ annum consul designatus. Interea solicitat à Pompeianis Labienus, qui Cæsari semp adhæserat, & quem tunc Cisalpinæ Galliæ p̄fecerat, vt eo alienato, Cæsar parte exercitus priuaret, de q̃ Cæsar multa audiēs, nil credebat, cuiꝰ factum excusare licet & repræhendere. nam si Cæsar iniuste contra patriam arma vertebat, iuste deseri potuit: alioquin ingrati infamia nō carebit, qui tam charo duci aliū p̄tulerit. de hoc Labieno Cicero ad Atticum: Labienus, inquit, vir mea sententia magnus, Theanum venit, ibi Pompeium consules'q; conuenit. & paulo post, Labienum Pompeius secum habet, non dubitantem de imbecillitate copiaꝝ Cęsaris. In alio tñ loco Cicero de Labieno scribēs, in Labieno, inquit, parum dignitatis, illum iam sui trāsfugij pœnitere. At Cæsar cum obstinatum ad negandū cerneret senatum, & e suis inimicis iam designatos cōsules, tribunos qui sibi aderant, nil posse, immo q̃sdam expulsos, non amplius differendum ratus, ne aut sui periclitarentur, aut ipse cunctatione vilesceret, dispositis more solito p hyberna legionibus, ex Gallijs in Italiam trāsijt. Quo eum venisset, inuenit duas illas legiones sub obtentu belli Parthici sibi ereptas, in Italia detentas, & Pompeio assignatas, quod ad euidentem Cæsaris iniuriam ptinere nemo non sensit. adhuc tñ tacitus processit, conuentibus'q; pactis, Rauennā venit vrbem suæ prouinciæ. Et hoc quidem belli ciuilis initium fuit, q̃uis & Gn. Pompeius diceret Cæsarem ideo turbare oĩa voluisse, ꝙ non posset opera incepta p̄ficere, neq; de se populi expectationem adimplere. fuere qui timuisse illum dicerent, ne eoꝝ q̃ primo consulatu gesserat contra leges, rationem rederet, cum M. Cato palam dixisset ac iuraret, se Cæsaris nomen mox vt priuatus esset, inter reos delaturum. vnde in vulgus effusum erat, fore vt ex vinculis causam diceret. alijs visum est, eum sola cupiditate regnandi inductum, & videtur fuisse Ciceronis opinio, qui in libris officioꝝ semp Cæsarem in ore habuisse ait illud Euripidis: Si violandum est ius, regnandi gratia violandum est: alijs in rebus pietatem colas. Non multum tñ refert, quid de eo sensit Pompeius vel Cicero, cū raro q̃sq̃ de hoste bene sentiat. nam & Cicero de Pōpeio suo scribit, cū q̃ magis elegit ruere, q̃ sine illo cōsistere. Ille sic ad Atticum: Gn. Pōpeius non id egit, vt beata ciuitas esset: nec vero ille vrbem reliquit, ꝙ eam tueri nō posset: nec Italiam, ꝙ ea pelleretur: sed cogitauit oēs terras, oĩa maria mouere, reges barbaros incitare, gentes in Italiam armatas ducere. Item, Coniungo me cum hoīe magis ad vastandā Italiam, q̃ ad vincendum paratum. Et in eadē epistola: Nō me igitur is ducit, sed sermo hoīm. & rursum, cum dixisset Gneum Syllani regni similitudinem cōcupiuisse. & postea, beneficium, inquit, seq̄r, non causam. Et alibi: Si vincit, inquit, Syllano more exemplo'q; vincit. & statim: Mea aūt causa alia est, qui beneficio victus, ingratus esse non possum. Cæsar dum Rauennæ substitisset, audiens tribunos qui partes suas fouissent, contēptui habitos, aliq̃s vi pulsos, Romæ oĩa sui odio humana & diuina moueri, euocatis legionibus vbicunq; essent, confestim clam cohortibus p̄missis, ne q̃ suspicio oriretur, spectaculo publico ipse interfuit, ex cōsuetudine cōuiuio se frequenti dedit. Deinde post solis occasum parato vehiculo, occultissimum iter modico comitatu ingressus est, & luminibus extinctis, diu errabundus, tandē duce reperto p angustissimos tramites pedibus euasit. Consecutus'q; cohortes ad Rubiconem flumen, qui prouinciæ eius finis erat, constitit, ac reputans quantum moliretur, cōuersus ad proximos: Et etiam nūc, inquit, regredi licet. ꝙ si transierimus, oĩa armis agenda sunt. Cunctanti quidam eximia magnitudine & forma repente apparuit, arundine canens, ad quem audiendum

Cæsar reuocatur.

Ciceronis honestum consilium.

Labienus à Cæs. deficit.

Pompeij & Cæsaris odium.

cum p̄ter pastores plurimi etiam milites cōcurrissēt, interq́; eos & æneatores, rapta ab vno tuba prosilijt ad flumē, & ingenti spū classicum exorsus, ptendit ad alterā ripam. Tunc Cæsar: Eatur, inquit, q̄ deorū ostenta & inimicorū iniquitas vocat. iacta alea est. Hæc dicens, transiit ac traduxit exercitum, Ariminumq́; vrbem proximam pace tranquillam, attigit, & patētibus portis introgressus, tribunis plebis q eius odio pulsi erāt, obuiam venientibus. lapis in medio foro erat, ibi cōcionatus est ad exercitum, scissa veste cum lachrymis, ad suam dignitatem contra inuidiam inimicorū conseruandam, fidem militum implorabat, & ingentia promittebat. Eo tum Lucius Cæsar adolescens adijt, is explicitis pro quibus venisset, commissa sibi à Pompeio q̄dam refert, excusare se Pompeium Cæsari, & poscere ne ea q̄ pro reip. amore gesserit, ad iniuriā suam trahat, charū eñ sibi esse Cæsarem, sed remp. rebus oībus chariorem. Similiter & Cæsari curam esse debere, vt priuatas suas inimicitias reip. remittat, ne, dum hostibus vult nocere, patriam offendat. His Cæsar rñdens, exponit iniurias pro multis in remp. meritis sibi illatas, paratum se oīa reip. condonare, ita tñ, vt discedāt oēs ab armis, & ad ciuilitatem solitam reuertantur. delectus eñ aduersus Parthos fictos, legiones & ciuitatem esse armatam. Proficiscatur ergo Pompeius in prouinciā suam, dimittatur exercitus, oēs per Italiam arma deponant, fit togata ciuitas, nō armata, se q̄q; æquissimo animo quieturū, iniuriasq́; oēs obliturū. Ad hæc sarcienda & iureiurando firmanda, petijt vt Pompeius propius accederet, vel se accedi pateretur: sperare eñ se colloquio & cōspectu mutuo oēs controuersias finituros. Ad hæc responsio in scriptis reddita, vt Cæsar q̄primum in Galliam reuertatur, exercitumq́; dimittat. quo facto, iturū in Hispaniam Pompeium: alioquin nihil de delectibus omissuros consules, Pōpeiumq́;. Iniqua responsio visa est Cæsari, ꝙ se facere iuberet, ipse nihil nisi promittere se facturū vellet, nec diem promissis diceret, nec colloquio tempus daret. Cæsar cognito aduersariorū animo, Arimino cedens, Auximum proficiscitur, M. Antonium cum quinq; cohortibus p̄mittit. erat in Auximo Accius Varus, quem decuriones adeunt, dicunt notum sibi Cæsaris aduentum, neq; sui aut ciuium suorū propositi esse, imperatorem po. Ro. & virū de imperio benemeritum, mœnibus arceri, orāt vt discrimini dum tempus est, consulat. his permotus Varus, fugam arripuit. p̄lio commisso, à suis militibus desertꝰ est. Eos Cæsar collaudatos benigne suscepit. L. Puppium centurionem partis aduersæ, adductū ilico dimisit, Auximatibus gratias egit, seq́; illorū facti memorem fore pollicetur. His Romæ cognitis, tantus pauor oīm mentes inuasit, vt fere vrbe oēs excederent. Pompeium alioquin attonitum, alij alijs sermonibus pturbant, eum pœnas dare qui contra se ac remp. Cæsaris vires aliq̄n auxisset, alij acrius increpabant, ꝙ cum Cæsar honestas conditiones pacis offerret, Lentulum p insolētiam restare pmisisset. Tum Fauonius eum terram pedibus pulsare iubebat, qui ante admonitus, iactauerat se solo pedis pulsu plenam exercituum Italiam reddere. nihilominus eo tēpore maiores Pōpeio q̄ Cæsari copiæ aderant, sed virū vti suis consilijs nemo sinebat. Itaq; cum falsi vndiq; rumores ac metus ingruerent, pinde ac instante & iam oīa occupante Cæsare, vrbe decedens, senatui se consequi iussit. ita consules se fuga subripuere, nonnulli Cæsarianorū animi consternatione compulsi, vnà efferebant, ex q̄ vrbe cum miserabilis cōmigratio fieret, fugam tñ & exilium, p̄sente Pompeio, patrios lares & cōmune domicilium æstimabant, Romam vero tanq̄ Cæsaris castra reliquerant. Cæsar Picenum omne, cuius olim Asculum, hodie Ancon est caput, nullo contradicente, puagatur. sequebantur vndiq; deditiones, & si quis p̄fectorum contradiceret, capiebāt aut pellebatur. captus Gn. Magius, cum adductus ad Cæsarē esset & suppliciū formidaret, Cæsar eum placido animo dimisit: Vade, dicens, ad Pompeiū, eiq́; nuncia, q̄n ad hunc diem non fuerit nobis opportunitas colloquendi, cum Brundusiū, q̄ illum iuisse audio, profecturus sum, colloquemur expediens publicę saluti, cuius curā gerere maxime nostrum est. Occupato sine cæde Piceno, Corphiniū progredit. ibi cōtentionis plusculū fuit, pendēte tñ obsidiōe, Lētulus Spinter muris egressus, veniā sibi atq; ciuibus petēs, ad quē Cęsar, non se vt cuiq̄ malefaceret, venisse, sed vt se ab iniurijs inimicorū tueret, & tribunos sui odio in exiliū actos, in suā reponeret dignitatē. Qui oppido p̄erat L. Domitius, vir magni animi, desperatis rebꝰ, à suo medico venenū deposcit, q̄d ille nec dare volens, nec negare ausus, poculū somniferū pro veneno obtulit, ita soporatus quieuit. experrectus postmodum, vix à medico manus abstinuit. cum multis nobilibus ad Cęsarem ducitur: ille, ne quis captorum offenderetur, vetuit. Questus deinde breuiter, ꝙ pro suis ingentibus & in illos & in remp. meritis, referre sibi debitā gratiam neglexissent, contumelias intulissent, cunctos dimisit incolumes. quin & pecunias Domitij ab oppidanis sibi oblatas, q̄uis & publica esset pecunia, & in stipendium data, Domitio restituit. Nihil præterea ex hac victoria vel prædæ vel vltionis accepit, nisi ꝙ

Cæsar Rubicone transit

Pompeij ad Cæsarē nuncium.

Auximatiū in Cęs. beneuolentia.

Secessus ab vrbe Pōpeij

Lentulus captus.

Corphinium captum

Domitij milites sacramēto adegit non inuitos, vt arbitrat. Vulgatis sane q̄ acta erāt, multū metus oībus demptū, & multū spei additū, cognoscētibus Cæsarē nihil bello nisi victoriā petere. vnde & Tuscorū populi, & oīs Vmbria, pulsis inde p̄sidijs, ad Cæsarem trāsiere. Hæc cum accepisset Pōpeius, Brundusiū petijt, vt in vltimo Italiæ littore promptior esset ad transitū. decreuerat enī relicta Italia, trāsmarina tētare siue metu, siue (vt ante dictū est) q̄ cogitaret oēs terras, oīa maria mouere in finē, vt solus posset regnare. Exactis septē diebus, Cæsar motis castris, in Appuliā p̄rexit, reconciliandi se (vt videt) Pōpeio causa. extāt literæ ad Oppiū Corneliū sic: Tētemus recōciliari, enīuero Syllā imitaturus non sum &c. Cæsar cum Appuliā attigisset, mox Brundusium adijt. ad murū castra posuit, & timēs hostis fugā, famosissimū illū portū saxis obstruere nisus est. Catoni q̄q; eos portus p̄clusit, sed neq; sic detinere valuit Pompeiū, qn mari Adriatico Dyrrachiū nauigaret. Cæsar hoste digresso, Brundusium intrat. cum hostē seq non posset, concionē habuit, q̄ iustitiā suā aperit. q̄ facto, vrbē versus iter arripuit, toto belli Gallici decēnio non visam. Romæ, cuius pacatiorē q̄ sperauerat statum inuenerat, multi obuersabant senatores, q̄s populari habita oratiōe de mittēdis ad Pompeium legatis pro pace exhortatus est. Quibus monitis cum nemo pareret, ægreferēs morā, ærariū reclusit. obstitit illi L. Metellus trib. plebis, leges afferēs, cui nō plura, nisi aliud esse armorū, aliud legū tēpus, r̄ndit: cum pactis fœderibus, arma deposuerim⁹, tūc rediēs te plebis patronū ages. apparentib⁹ nusq̄ clauibus, effringere ærariū iubet. Metellus iterū obstare parat. Cui Cæsar, Nōne scis adolescēs, lōge mihi difficilius esse dicere q̄ facere? q̄ dicto p̄territus Metellus, abijt. dehinc dieb⁹ 60. nullo cruore p̄fuso, cunctā in potestatē redegit Italiā. Senatū Romæ ex his patribus qui domi substiterant habuit, ibi p̄petuā dictaturā sibi sua autoritate arripuit, ærariū pop. Ro. q̄d tot victoriæ, tot secula cōpleuerāt, vno die exhausit cupiditate largiendi. nihil enī sibi retinuit p̄ter dispēsandi potestatē. Cōpositis rebus vrbanis, animū ad externa conuertit, in primis Siciliā atq; Sardiniā duo horrea po. Ro. p legatos administrare disposuit, de Gallia nihil solicit⁹, quā in summa pace reliquerat. Solā respexit Hispaniā, ne insequēdo Pōpeiū, à tergo q̄d formidabile relinqueret, decreuit ad occidentē proficisci, vbi Pompeij copiæ ingētes erāt sub legatis tribus, M. Petreio, L. Afranio, & M. Varrone, de q̄bus tam cōtemptim sentiebat, vt diceret, Vado ad exercitū sine duce, mox reuertar ad ducē sine exercitu. In Hispaniā venit, ibi à Petreio & Afranio bellum incipit, q̄s post multas incursiōes tandē in arido mōte q̄dā depræhēsos obsedit, atq; ita, vt null⁹ ad fugam pateret exitus. Qua desperatiōe pulsi, cum essent à Sicoris aquatiōe exclusi, sæpe erumpere & mori voluerūt, q̄bus Cæsar cōtra morē suū copiā non fecit. sperabat enim ad extrema p̄ductos, sine p̄lio vinci posse, nolēs suos p̄iculis exponere: maluit etiā aduersarios vincere q̄ occidere, nec fefellit eum opinio. Tādē rerū oīm inopes, multis se excusantes, q̄ pro fide Pōpeij restitissent, deditionē fecerūt. Quibus Cæsar increpatis veniā dedit, atq; supplicia remisit: Ite igit, inquit Afranio atq; Petreio, in pace, sed exercitus dimittite, non vt mei sint, sed ne cōtra me, q̄ nihil lætius milites audire potuissent. Sic citeriore in potestatem redacta, vlterior nullo negocio cōsecuta est, q̄ sub M. Varrone tenebat. sic cōpositis rebus, Romā redijt. Iam Pompeius Epirū occupauerat idoneā bello sedē. ratus eo Cæsar insequendū hostē, q̄uis adhuc inops nauiū, q̄uis aduersa hyeme p medias pelagi procellas tumultuaria classe trāsfretauit, neq; tum à proposito petendæ pacis destitit. Erat inter p̄fectos Pōpeij L. Bibulus Rufus, iam bis dimissus, ad Corfiniū & in Hispania. hūc idoneū ratus, ad Pompeiū misit, satis iam bellorū reip. illatū asserēs, decere vtrunq; p̄tinacia omissa, ab armis discedere, idoneū nūc pacis tēpus, cum status sit anceps, æquis q̄si lancibus: si p̄ponderare pars altera inciperet, æq̄s cōditionibus non staturā: & q̄m de cōditionibus pacis ambigeret, eas à senatu & pop. Ro. peti oportere. Interim principiū pacis esse, si vterq; iurauerit, se eodē ipso triduo exercitū dimissurū. Bibulus cum lōgius nūciare rem distulisset, Cæsar vrbes atq; oppida q̄dam accepit. inde cum cōuentus esset à nuncio Pōpeius, illius sermonē interrumpēs, exclamasse fert: Et q̄d mihi vel vita, vel ciuitas profutura est, quā b̄n̄ficio Cæsaris assecutus videbor? r̄n̄sum hoc Cæsarē non p̄mouit, sed aliud iter habendæ pacis ingressus, iam cum parte exercitus trāsfretauit. Erat inter castra ducū amnis exiguus, Thapsus noīe. ibi milites inter se q̄tidiana colloquia serere soliti erant sine vllo telorū p̄iculo. Illuc Cæsar P. Vatiniū ex legatis suis ire iubet, & q̄cunq; putauerit ad pacē cōferre, adeat. multa q̄q; humilia verba cōmittit, q̄ timētis videri potuissent, nisi à Cæsare dicta forēt. paret ille, ad ripā amnis p̄git, mādata ducis exequit. & ab vtraq; parte silentio facto, auditus est, r̄n̄sumq; ab aduerso, q̄ Aulus Varro die proxima ad colloquium veniret. Legati aūt tuti & venire possent, & q̄ vellēt loq. Die dicta, Vatinio redeunte, tur

Cæsar Brundusium adit

Romam venit Cæsar.

Direptio ærarij.

Petreij & Afranij deditio.

te,turba ingens vtrinq; conuenerat.Labienus prodijt,& cũ Vatinio loqui cœpit atq; contendere.tela tandẽ vtrinq; missa.Vatiniũ armis milites protexerũt,multi vulnerati sunt,& Labienus:Pax,inquit,nisi trunco & oblato nobis capite Cæsaris,nunq̃ erit. Venerat in Epirũ Cæsar,rebus in Italia pro tẽpore dispositis,relicto ad Brundusium Antonio cũ parte exercitus,quã traijcere nequiuerat defectu nauiũ,vt adepta nauigatione,ipse quoq; sequeret.Et cũ eos sæpe frustra tñ literis euocauerat,impatientia expectandi tumidũ ventis mare piscatoria cymba solus intempesta nocte traijcere nõ timuit,& procellis increbrescentibus ita,vt nauiculæ gubernator desperatus,retrocedere voluisset,Cæsar appræhensa dextra gubernatoris,perge,inquit,nec extimesce, Cæsarẽ vehis eiusq; fortunã.quo exhilaratus vector,remis impetũ fluminis superare contendit.Interim Antonius,transmissis ex Brundusio copijs,aderat:redeunte simul Cæsare,compositis rebus,Dyrrachiũ applicat,& admotis ad hostem castris instabat, nunc aciem explicando,nunc hostes ad ꝓlium iritando,nunc Dyrrachiũ oppugnando,perosus moras,cupiens vt quicunq; esset exitus belli,statim esset.sed oĩa frustra: nam & Dyrrachiũ inexpugnabile,& Pompeius pugnæ copiam non faciẽs,siue propter inopiã rei frumẽtariæ q̃ Cæsarẽ premebat, siue ꝙ tædio ac expectatione virtus animosi ducis senesceret.Sic cũ illi cunctatio,huic celeritas grata erat,statuit,quos nõ poterat ꝓlio vincere Cæsar,obsidione cingere:mirũ dictu,xv.millium passuũ fossam circũduxit,vallis impositis & turribus.pauciores obsidere plures incipiũt,sed nec obsidio dici poterat,cũ obsessis maria paterent,rerũq; oĩm copia suppeteret.Erant ibi crebræ obsessorũ irruptiones.dimicatũ est vno tẽpore pluribus locis.ꝓlijs sex factis, tribus ad Dyrrachiũ,tribus ad munitiones.cũ horũ ratio haberet,ad duorum*millia numero ex Pompeianis cecidisse reperiebant,euocati & manipulares & centuriones alijq; complures ꝓclari.ex Cæsarianis nõ amplius viginti desiderati.His congressibus virtus apparuit Tullij Volcatij,qui cũ tribus cohortibus Pompeianã legionẽ pertulit,repulitq;,necnõ & quorundã Germanorũ,qui munitionibus erumpẽtes,multis hostibus cæsis,sospites rediere.In castello aũt quodã q̃d Pompeius inuaserat,tantus fuit imber sagittarũ,vt sine vulnere defensorũ nullus euaserit.Clara hic Scæuæ centurionis admirabilis virtus,cuius scutũ relatum Cæsari,perfossum centum & xx.ictibus inuentũ est. hic cedentibus comitibus,cõtra omnẽ Pompeij exercitũ solus stetit,mirisq; ac incredibilibus rebus gestis occubuit,post eximias pugnas illo die & ante in Gallia Britanniaq; editas.Sic se rebus habentibus,Cæsar nihilominus de pace cogitabat.Itaq; cũ audisset Scipionẽ Pompeij socerũ,in Macedoniã ex Epiro venisse,Clodiũ vnũ de suis qui perfamiliaris Scipioni fuerat,misit,scribit oĩa se pacis gratia probasse,nilq; profecisse,credere nõ Pompeij vitio,sed nunciorũ accidisse.Ipse vero cũ autoritate apud generũ & tanta potentia esset,vt libere Pompeiũ alloqui possit,& errantem nõ modo repræhendere,sed quodammodo cogere,vt æquæ paci animũ adhibeat,vices suas petit interponat:id si fecerit,rebus eum fessis & maius in malũ pronis,quietẽ,imperio ac Italiæ pacẽ prouincijsq; allaturũ.Cum his Clodius ad Scipionem mandatis venit,qui primũ quidẽ lætus visus est,postmodũ mutatus,infecto negocio,Clodius est reuersus.Cæsar interea maxima ꝓmebatur necessariorũ inopia,ita vt milites quandã radicẽ,sunt qui charan vocent,euellerẽt,& cõmixta lacte vescerentur.Interdũ ex ea re panes,inter hostiũ stationes ꝑtercurrentes inijciebant,addebãtq;, se quoad huiusmodi radices terra produceret,obsidionẽ Pompeij non derelicturos. Panis hereos aũt panes & sermones Pompeius in vulgus proferri vetuit,ne suorũ animos mouerent.Circa Pompeij vallũ quotidie fiebant pugnæ.cunctis Cæsar victor intererat, vna duntaxat excepta,in qua fusis magna ex parte suis,summo cũ periculo prope totum amisit exercitũ.erat eñ eruptio violentissima,contra quã nullus perstare valuit, repletæ cæsis fossæ,nonnulli circa vallũ & castra passim fugientes cædebant. Quibus occurrẽs Cæsar,fugã in hostẽ conuertere frustra conatus est,duo & xxx.in hostium potestatẽ signa venerũt,ipse ne interficeret parũ abfuit.Cæsa sunt,autore Orosio,24. millia militũ Cæsaris,centuriones 32.equitesq; Ro.complures.nocte vero interueniente,ait Eutropius,Pompeius sequi noluit,vnde Cæsarẽ dixisse ferũt,Pompeium nescire vincere,hodie eñ se potuisse superari.In ea clade cũ aquilifer quispiã spectatæ virtutis homo,lẽtali vulnere moriturũ se sentiret,versus ad comites,porrigẽsq; aquilam,quã nunc ægre sustẽtabat:O commilitones,ait,viuens hanc aquilã multis annis & multa cura seruaui,nunc moriens eandẽ pari fide restituo:vos aũt per cõmunis imperatoris amorẽ oro ac obtestor,cauete dedecus Cæsaris castris insolitũ,ne forte in hostiũ manus veniat tanti ducis signũ.Hæc dicẽs,corruisse fert,centumq; alij primæ cohortis principes.Labienus in Cæsarẽ,sub quo olim militarat,inexpiabili odio ac-

Labienꝰ Vatinio leg.fidẽ frangit.

Dyrrachiũ oppugnat.

Scæua centurio.

Cæsar pacẽ quærit.

Panis herbaceus.

Fuga & strages cæsarianorum.

Labieni crudelitas.

census, à Pompeio captiuos sibi dono dari petijt. quod impetratũ cũ esset, productos oẽs contumelioseq; increpitos, forte sceleri immani transfugio suo fidẽ quærẽs, in cõspectu omniũ interfecit. hac etiã victoria tantũ spei Pompeianis accreuerat, vt nõ de bello amplius, sed de victoria cogitarẽt. Cæsar cõcione aduocata, post mœstissimam quã egit nocte, milites cõsolatus est, hortatus ne deficerent, ꝑlium hoc infaustũ multis felicibus esse compensandũ, & fortunæ gratiã habendã, ꝙ Romã, Italiã, Hispaniã vtranq; sine sanguine quasi diuinitus recepissent. Non posse, ꝑsertim in bello, prospera oĩa euenire, verũ tristia lætis compẽsanda, & hæc ad exercitũ. Quosdã vero signiferos, quorũ culpa clades accepta erat, notatos e gradu militiæ mouit. exercitũ reliquũ tantus pudor & tantus dolor inuaserat, tantũq; desideriũ ignominiæ abolendæ, vt pugnã fere oẽs proclamarẽt. Quin & legati oratione & pudore imperatoris tacti, persistendũ & cladẽ hostibus refundendã mox censerent. Solus Cæsar cõtraria erat in sententia, differendũ ratus, ilico sociorũ ac ægrotantiũ cura congrua suscepta, noctuq; impedimentis oĩbus ꝓmissis, Apolloniã profectus est, quadrimestri obsidione derelicta. Hinc in Thessaliã cõmigrauit. refert Plutarchus, ꝙ Cæsar tanta inopia ac ꝑsentiũ grauitate distractus, cõtra Scipionẽ quem in Macedoniam iter agere cognouerat, castra mouerit, ita sperãs Pompeium elicere, vbi maritimo pariter destitutus cõmeatu pugnã committeret, aut desolatũ Scipionẽ opprimere. Pompeij vero exercitũ victoria reliquosq; ꝑfectos adeo exciuit, vt perinde ac victũ fugientẽq; Cæsarẽ sequerent. Pompeius contra rebus suis optime dispositis, vires hostiũ breui debilitari suis incõmodis censebat, cũ Cæsari neq; pecuniæ neq; cibaria satis adessent. Tum etiã, ꝙ pestilens quidam morbus ab immanissimo victu natus, Cæsaris castra vexare tradebat. hæ res à pugna Põpeiũ retraxerũt, q̃d Catoni probabat, vti ciuibus parceret. vt eñ is audiuit tantũ hostiũ numerũ perijsse, obuoluto capite lachrymans secessit. cæteri detrectantẽ pugnã Pompeiũ maledictis incessebant. hisce maledictis cõpulsus ad dimicandum Pompeius, Cæsarẽ inuitus persequi statuit. Interea vero Cæsar oppidũ Thessaliæ Gomphos cepit, vbi nõ modo exercitũ aluit, verũ etiam ab ægritudine liberatum reddidit. Ingressi postmodũ ambo Pharsaliã, castra locant, vbi Pompeius ad pristinũ rursus consiliũ mentẽ reflexit, bellũ trahere cunctando. Cæsar dilationem oderat, nec sperabat tamen Pompeiũ vllo ingenio ad pugnandũ induci posse. hac de re aliud belli genus elegit, vt motis castris in perpetuo motu esset, nec vnq̃ amplius q̃ vnum diem vno ageret in loco, nouerat exercitũ suũ fortem duratũq;, Pompeianum vero molliorem versatũ in vrbibus, se facilius mutatione locoꝶ, ꝙ frumenta iam in agris essent, victuꝶ, hosteq; obuẽtuꝶ ea rõne citi⁹. Itaq; dũ castra moturus signa dedisset itineris, & iam tentoria vellerent, ecce iam mota Pompeij castra cõspiciunt: qui victus maledictis suoꝶ, aliena consilia sequebat, & adsumpta, vt fit, multoꝶ hortatibus fiducia, etsi paulo ante eũ diem in cõsilio dixisset, euenturũ vt ante cõgressum exercitus Cæsaris vinceret, quibusdãq; mirantibus addiderat, cũ equitatu abundaret, circũueniri oẽs copias Cæsaris esse perfacile. Ad hæc Labienus Pompeij sententiã atq; potentiã laudibus ad cœlũ ferens, & Cæsaris imbecillitatẽ oratione deprimens insolenti, nec adesse milites quibus Galliã Germaniamq; Cæsar perdomuerit. His dictis, iurauit se nisi victorem nunq̃ e prælio reuersurũ, cæterosq; ad idem iurandũ induxit. Excitatus ea suorũ fidutia Pompeius, paucos post dies in aciẽ est digressus, quẽ vt Cæsar castra mouens aduertit in eũ locũ descendisse, vbi æquo marte certari posset, substitit: & cõuersus ad suos, nõ est, inquit, modo amplius de itinere, sed de ꝑlio laborandũ. Adest ecce nobis occasio, quã semper optauimus, finẽ laboribus imponendi. Hæc dicens, instruere acies cœpit, suosq; admonere, ne se multitudine hostium circũueniri sinerẽt, oĩbus iubẽs, ne iniussu eius inciperent, se in tẽpore quid agendũ esset, signo indicatuꝶ. circumire inde acies, & accendere commemoratione erga illos semper optimæ voluntatis. Inter alia nõ omisit, se oĩbus modis pacẽ quæsiuisse, & humilius forte etiam q̃ deceret, nõ metu aliquo, sed pietate, vt ciuili sanguini parceret. Ex aduerso aũt, q̃ superbe petitiones suæ repulsæ fuerint. triplicẽ componẽs aciẽ, media quidẽ acie Caluinũ Domitiũ, sinistro cornu Antoniũ, dextro se cõstituit, in decima legione ꝑliũ initurus. Cõtra collocatos cernẽs hostiũ equites, Pompeius dextrũ cornu, sinistrũ habebat Domitius, medio socer ꝑerat Scipio. totũ vero pondus equitũ ad sinistrũ fluxerat cornu, vt dextro hostiũ circũuento, circa ducem fugã ac stragẽ efficerẽt. nulla eñ arma obluctari posse, quin oĩa oppugnãtes contererẽt, cum tantus equitũ ingrueret impetus. & cum vtrinq; cõcurrendi signa danda essent, Pompeius suis ꝑcepit, vt stantes & densa manentes serie, hostilẽ incursum ac iactus donec intra pili iactũ essent, exciperent. Qua in re Cæsar Pompeium errasse asserit, ignarum quemadmodum feriendo, & ita

Cæsaris ad milites orõ.

Catonis pietas.

Gomphi.

Cõsilia Põpeianorum.

Cõgressus apud Pharsaliam.

& ita initio confligendo, magis vires impetu & cursibus adijci, & perinde ac flatibus excitatos, omni ex parte accedi. Cæsar cũ aciẽ producturus esset, fidissimũ centurionem emeritũ ac sacramento solutũ, & qui amicitiæ iure euocatus erat, Crastinũ, hortari ad strenue dimicandũ cernit: quo noĩe cõpellato, qd o Crastine spei? quid audemus? Tũ Crastinus dextrã protendẽs, magno clamore, clarissime vincemus o Cæsar, ait, me eñ hodie vel viuũ vel mortuũ collaudabis. Hæc dicẽs, primũ in hostes impetũ fecit, eumq́; delecti milites circiter centũ viginti voluntarie prosecuti sunt. fuit, vt aliqui tradunt, in ipso pugnæ principio pius torpor, qui strictos iam gladios cõtineret, nempe cũ frater fratrẽ, pater filios, filij parẽtes aduersa acie viderent, donec Crastinus p̃cipitanti rabie vocẽ tolleret & impetũ faceret. ita p̃liũ inceptũ est. Concursum est in campis Thessaliæ, quos Philippos vocant. de numero copiaꝝ varie narrant autores, in magnitudine periculi oẽs consonant. Summã rei breuissime cõplexus Florus, ait, nunq̃ vllo loco tantũ viriũ Ro. po. tantũ dignitatis fortuna vidit, trecentena amplius millia hinc & illinc, p̃ter auxilia regũ & senatus, nunq̃ imminẽtis ruinæ manifestiora prodigia, nunq̃ acrior neq; alacrior exercitus fuit, nec minus mirabilis belli exitus. Nam cũ aliquãdiu æquis virib⁹ hinc inde dimicaret, Pompeius multitudine fisus, ad circunueniendũ Cæsarẽ, equitatũ aduocat. adeo eñ equitũ copia abundabat, vt facile circũuenturus sibi Cæsarẽ videret. sed circũuentus ipse est. Nam cũ iussu Pompeij fusus à cornu erupisset equitatus, repente hinc signo dato, Germanoꝝ cohortes tantũ in effusos equites fecere impetũ, vt illi esse pedites, hi venire in equis viderent. hãc stragẽ fugientis equitatus, leuis armaturæ ruina comitata est. tunc terrore latius dato, turbantibus inuicẽ copijs, reliqua strages quasi vna manu facta est. Cæsar ipse vbiq; p̃sens, vtrunq; simul exhibens, fortissimi militis & summi ducis officiũ. Duæ eius voces ab oĩbus notatæ: vna, exhortãs: Miles, faciẽ feri. cernebat eñ iuuenes & primo flore nitentes, parũ bello assuetos, tales maxime plagas deuitaturos, nec decepit eũ opinio. simul eñ vt vultibus parceret, capita velabãt. Altera vero vox Cæsaris: Miles, parce ciuibus. hac, iam victis & effusis in fugã hostibus, vsus est. Pompeius, turbatis ac territis suoꝝ ordinibus, vt militũ animos timor peruaserat, tantæ ruinæ molem nec sufferre valens, nec attollere, abiecit pondus imperij, seq́; fugæ tradidit, nõ tam viuere q̃ mori paratus, documentũ magnũ, non semper præliũ esse victoriam. Cæsar parta victoria, cũ Pompeij castra cepisset, & aliqui hostium in montẽ effugissent, studiose egit cum militibus, ne in p̃dam intenti, tempus labi finerent, à monte circunuallare dispo suit. hostes à monte abiere diffidentes. Cæsar itaq; trifariã partitus est copias, vt pars in suis, pars in Pompeij castris ad custodiam resideret. pars expeditior secum perrexit in hostes, qui alium p̃occupabant montem, quos Cæsar obsedit, & dum resistere dubitarent territi, deditionẽ per nuncios petiere, aliquot senatorij ordinis fuga p noctem delapsis. Diluculo Cæsar hostes descendere e monte iubet, qui armis omnes abiectis, pedibus se Cæsari prouoluunt, & veniã petunt. Eos Cæsar iussit consurgere, & nihil metuere. postea lassitudini militum compassus, vt quiescerent, iubet. vbi reditũ est in castra, facta cæsorũ ratione, deprehensum est de legionibus atq; equitatu Pompeij xv. millia cecidisse, nam exterarũ gentium, quæ de toto oriente conuenerant, innumerabilis strages fuit. eorũ qui deditione in potestatem Cæsaris venerunt, numerum amplius xxiiij. millium fuisse compertum est. capta quoq; signa militaria cẽtum lxxx. & lix. aquilæ. L. Domitius e castris in montem refugiens, cum vires eius lassitudine defecissent, ab equitibus est interfectus. De parte Cæsaris non nisi ducenti milites sunt amissi, centuriones circiter xxx. viri excellentes. Cæsar cum in castris scrinia Pompeianarum epistolarum reperisset, nec illas legi nec aperiri scrinia passus, bona fide sicut erant obsignata & intacta combussit. Satius duxit, iræ, ne ad se accedere posset, occurrere, & opponere illi ignorantiam offensarum, q̃ præsentem ratione moderari. Pulsus ergo Pompeius, per Thessalicas syluas vno equo, per Aegæum pelagus vna naui fugiebat, Ro. imperij pudor Lesbon insulam adijt, vbi Cornelia coniunx fuit, receptoq́; charissimo pignore illic deposito, à tergo sibi metuens, mox discessit, dubitãs an in Aphricã, an in Aegyptũ, an in Parthiam nauigaret, tandẽ cõsilijs suorũ victus, in Aegyptum flexit. Qua sententia deterior nulla fuit. nempe cum ab eo rege, cui tutor à senatu datus, regnum summa fide seruauerat, & paterna pietate restituerat, sui in illũ meriti auxilium petiturus, ad littus Aegyptium appulisset. cognito tanti viri solitario aduentu, rex impubes Ptolemæus e suorũ consilijs & in primis Photini, Pompeium accersit, ac mutata cũ fortunis fide, principem Septimio & Achillæ p̃fecto, qui eum exciperent, obtruncandum commendat. illi exceptum in scapham, haud procul à coniugis naui peremerunt. Corpus eius in vndas eiectũ, caput serua-

Crastini centurionis virtus.

Germani.

Capiuntur Pompeij castra.

Pompeij interitus.

tum pio victori munus impiũ. nauis in qua vxor erat & filius, fuga euasit. captus & Lentulus ac perductus ad regẽ, & in custodia enecatus. hic Pompeij quidem, sed nõ belli ciuilis exitus fuit. De hoc Ptolemæo ita se res habet: Dionysius Auletes Ptolemæus rex Aegypti, de quo supra mentio habita est, morbo absumptus, reliquit duos filios & totidem filias, Cleopatrã natu grandiorẽ, & fratrem Ptolemæũ grãdiorem. Illos Alexandrini regno præfecerant ex testamẽto. Pompeius ex senatusconsulto tuendos susceperat. sed hi qui cũ puero erant, seditione mota, Cleopatram eiecerunt, quæ statim cum sorore in Syriam secessit. Interea cum Cæsar, vt dictũ est, in Aegyptum peruenisset, adolescens Pompeium interfecit. Nam Cæsar post victoriam Pompeij vestigijs insistens, cogitansq; id quod erat, Pompeium in Aegyptũ ire, cũ paucis Rhodijs nauibus, & non nisi 800. equitibus insecutus, Alexandriam venit, & de Pompeij morte certior factus, aliquantisper hæsit in littore. Interea Theodotus præceptor regis, Pompeij caput atq; annulum offert Cæsari, ad quod altius ingemiscens, lachrymas fudisse fertur, tanti viri casum miseratus, simul illud intelligens, cæde illa non sibi regem gratificari voluisse, sed fortunæ, in se idem, si sors tulisset, ausurum. Dehinc Alexandriam ingressus, acceptus est tumultu & clamore militum graui, quos illi vrbi rex præsidij gratia dimiserat. Mox Cæsar noua calamitate perterritus, dum aliorum seditiones componere studet, legiones conscripsit, haud fere aliquod tempus egit periculosius. Achillas regius pfectus, hausto Pompeij sanguine, iam Cæsaris sanguinẽ sitiebat, collectoq; exercitu xxij. millibus armatorum, victori moliebat insidias, vrbẽ irrupit, vbi vi res erat agenda. Cæsar cum pugna longius procederet, proximas domos accendi iussit, vt ea vi ignis hostis pelleret. Hoc igne bibliotheca illa nobilissima, quã Philadelphus condidit, est absumpta. Postea Cæsar insulam vbi Pharus est, cepit. eo Achillas cum Gabinianis militibus venit, ingens pugna cõmissa est, magna ibi Cæsarianorũ militum multitudo cecidit, omnes etiam interfectores Pompeij interfecti sunt. Admirabilis apparuit Cæsaris virtus in ea clade, quam acceperat Romanus circa oppugnationem pontis. nam vi insistentium hostium pressus, scapham adscendit: qua mox pondere subsequentiũ grauata ac mersa, per ducentos passus ad nauim proximam vna manu eleuata, qua chartas tenebat, natando peruenit, mox nauali certamine pulsatus, magna felicitate classem regiam aut depressit, aut cepit. Alexandrinis petentibus regẽ reddidit, monitũ vt magis amicitiã Romanã q̃ arma experiri studeret. Ille velut ferox belua, totis mox regni viribus contra Cæsarem conspirauit, sed continuo cũ toto exercitu suo & ipse deletus est. Nam & xx. millia hominũ in eo bello referunt cæsa, xij. millia cum lxx. longis nauibus dedita. quingenti ex victoribus cecidisse dicunt. Rex ipse castris effugiẽs, in scaphã cõiectus, & vrgẽtibus qui euadere simul festinabant, in mare deiectus, non ad suos, sed ad pisces & fundũ abijt, atq; impulsum fluctibus cadauer, inuentũ in ripa, & loricæ aureæ indicio cognitum. sic puerilis fraus in ipso flore nequitiæ extincta, & Cæsar generi vltor effectus est. Cæsar lorica Alexandriam pmissa, oẽs Alexandrinos ad deditionẽ desperatione compulit, regnumq; Aegypti Cleopatræ dedit, cuius blanda tunc consuetudine tenebat, & cui iure etiã debebat, necnon & minori eius fratri sceptrũ dedit, minorẽ vero filiã Arsinoen regno eduxit, ne forte rebus adhuc infirmis, ptextu puellæ noui motus orirentur. Cleopatra itaq; soror Ptolemæi anno ab vrbe cõdita 700. regnare cœpit, & regnauit annis 22. vt Iordanus episcopus dicit, sed Tertullianus scribit q regnauerit annis tantũ xx. vtcunq; sit, ipsa Aegypti regnũ vsq; ad xv. Octauiani annũ, qui est annus ab vrbe cõdita 725. vti inferius patebit clarius. Hanc Cæsaris victoriam Iudæi summopere adiuuarũt, qui antea q̃q; Pompeiũ ad Pharsaliã sub Antipatro secuti erant. quare mihi illorũ q̃q; res percensendæ sunt. Cæsar post senatus & Pompeij fugã, trans mare Ioniũ rebus oĩbus Romaq; potitus, vt dictũ est, solutũ Aristobulũ, qui tunc Romæ tenebatur, cũ duabus cohortibus in Syriã misit, facile per hũc sibi Iudæã posse subijci ratus. Verũ spe Cæsar frustratus est, nã à studiosis Pompeij veneno perijt Aristobulus, occiditurq; filius eius Alexander, Antiochiæ à Scipione securi percussus, secũdũ Pompeij lr̃as, accusatiõe pro tribunali prius habita sup his q̃ in Ro. admiserat. Solus aũt superstes Antigonus cũ duabus sororibus suis, ad quendã Ptolemæũ Minei filiũ cõfugit. Post hæc cũ Cæsar vicisset Põpeiũ, timẽs Antipater Cæsaris impetũ, liberos suos ad Arabas cognatos suos transmisit. Cum aũt mortuo Pompeio, Cæsar cõtra Aegyptũ pugnaret, Antipater Iudæorũ potentissimus mãdatis Hyrcani obediẽs, in clientelã Cæsaris se cõtulit. Mithridatẽ Pergamenũ, quẽ miserat Cæsar ad expugnandũ Pelusiũ, summo studio tribus millibus Iudæorũ, oĩbusq; Syris iuuit. Dũ Pelusiũ obsideretur, virtus Antipatri plurimũ enituit, nã & murũ primus cõscẽdit, & Mẽphitas ad obse-

Ptolemæus Aegypti rex

Achillas Cæsarẽ inuadit

Bibliotheca concremat.

Ptolemæi interitus.

Cleopatra Aegypti regina.

Aristobulus veneno perijt.

Antipater Cæsarem iuuit.

obsequendũ Cæsari prudẽtia sua inclinauit. inito ꝑlio cũ cæteris Aegyptijs, pluribus occisis, totus perfossus corpore, ꝑter spem seruatus est ex ꝑlio, habitaq; victoria, factorũ suorũ apud Cæsarẽ Mithridatẽ habuit testẽ. M. etiã Antonio plurimũ eũ cõmẽdãte, factus est amicus Cæsari, quẽ & Cæsar Romana ciuitate donauit, põtificatũ Hyrcano confirmauit. Paulo post cũ accusaret Antipatrũ Antigonus perfidiæ, Antipater fidẽ in Ro. cicatricibus ostendẽs, à Cæsare absolutus est, eiq; data est optio cuiusq; dignitatis sub pontifice in Iudæa, qui remissa dignitatis mensura, procurator Iudeæ declaratus est, euersa patriæ mœnia renouari impetrauit, Hyrcano regnũ, sed ne rex vocaretur. Sextũ etiam cognatum suum Cæsar postea Syriæ præfecit. Post hæc Antipater filiũ suum maiorẽ, Phaselum Hierosolymis sub se procuratorẽ statuit, & Herodem Galilææ ꝑfecit, qui cum natura strenuus esset, Ezechiam quendã principẽ latronũ interfecit cũ suis complicibus, adeoq; terrã quietam reddidit, vt publice Herodes pater Galilææ cantaret. Phaselus quoq; æmulatiõe fratrem superare cõtendit, ob hoc pater eorum obsequijs regalibus à gente colebatur, nec propter hoc tamen minus fidelis Hyrcano fuerat. verũ erant qui dicerent Hyrcano, ꝙ Antipatro & filijs eius rebus traditis, ipse vacuo regis nõie sederet. his paulatim accensus Hyrcanus, Herodem accersiri iubet causam dictũrũ, qui munita prius Galilæa, ad regẽ properabat, ferẽs secum Sexti epistolã, præcipientis Hyrcano, vt Herodẽ ab omni crimine & pœna liberaret. nec multo post factus est Herodes princeps militiæ Sexti, & tunc iniuriam dictæ vocationis Herodes vindicasset in Hyrcanũ, nisi pater eius & frater Phaselus impetum eius fregissent. Constituta Aegypti regina Cleopatra, susceptoq; paulo post ex ea filio, quẽ Alexandrini Cæsarionẽ appellabant, relicta Aegypto, Cæsar cõtendit in Syriam. ex Italia vero nuncij veniunt, vt propere in Italiam redeat, reipub. componendæ cõseruandæq; causa. nam multa se absente nouarent. Quibus rebus etsi merito moueret, primũ tamen arbitrabat orientẽ vbi tũc erat, ordinare & imperio subdere, ne diuersa inculcando, neutrũ cõsummaret. Iussis ergo vrbanis atq; Italis reb⁹ vsq; ad ipsius aduentũ conquiescere, ipse cœpto festinus itinere Pharnacẽ Mithridatis filiũ petit. Tum rex minoris Armeniæ Deiotarus à senatu cõstitutus, deposito omni ornatu regio, obuiã venit, & audientia data, Ego, inquit, o Cæsar, nõ inficior Pompeio me fauisse: si erraui, teq; offendi, veniã peto. Ad hæc Cæsar: Multa in te & magna beneficia mea, quibus olim cõsul te honestaui, minime tibi excidere debuerant: poteras etiã & debebas scire, qui vrbẽ Romã atq; Italiã teneret, vbi ille esset, ibi senatũ populumq; Ro. fore, ego tñ hanc culpã amicitiæ antiquæ tuæ atq; ætati, insuper & multorũ ꝑcib⁹ dono: te ergo cõsidẽter mecũ agere, & regio habitu vti volo. His dictis, legionẽ vnã regis e subditis suis Romano more instructã, & quotcũq; haberet equites, secum ad bellũ Ponticũ mitti imperat. Cæsari Ponticos fines ingresso, legatio Pharnacis regis obuiã venit, orat vt pacatus eius aduentus sit, qui nunq̃ Pompeio fauisset. misit deinde coronã, per legatos gratiã eius petentes. auditis legatis, ego, inquit Cæsar, Pharnaci nõ infensus, sed propicius aduenio, modo q̃d verbis pollicet, opere adimpleat. priuatas eñ offensiones nullas habeo. qui (vt dicitis) nihil egit aduersum me. Illas etiã quæ irreparabiles sunt, vt cædes, vulnera & ludibria ciuiũ Ro. publicas remitto, ꝑdas aũt & ablata restituere, familias quas per vim tenet, emittere ad libertatẽ, & super oĩa Ponto cedere statim iubeo: si paruerit, tum demũ munera ab eo mihi missa recipio, alioqui spes cõcordiæ nulla est. Pharnaces hæc cũ audiuisset, nihil verbo, aio aũt oĩa recusauit, sperans Cæsarẽ morari nõ posse, ꝙ sane sciret eũ in Italiam dudum reuocatũ esse. itaq; tergiuersari cœpit, moras nectere. Cæsar fraudẽ intelligẽs, celeritate solita vsus, venit in Pontũ inexpectatus, & quasi fulmen feriẽs simul atq; abiens. rex subita re perculsus, cũ in aciẽ venisset, magno ꝑlio victus est. Tum cõpositis Ponti rebus, & rege coacto, e Ponto totaq; Asia discessit. Cuncta tanta sunt celeritate gesta, vt Romã scriberet, Veni, Vidi, Vici, quasi victoriã indicans, nõ laborẽ. Digressus Cæsar ex Asia, hyeme media nauigans, ad xiiij. Calend. Ianuarij Lilybæũ peruenit, q quãuis Romã euocatus ob necessarias res, oĩa tamẽ posthabẽda imminẽti bello censuit. qm̃ fama erat, Pompeianas partes in Aphrica maximis incremẽtis assurgere. Cato eñ & Scipio duo duces vnius loco successerãt, coactis in Aphrica copijs, quib⁹ vires Iubæ regis accesserãt, externæq; copiæ ingentes. Eo ergo cũ venisset, tentoria in littore fixit, ita vt pene vndis abluerent, & hoc de industria, vt suos in officio teneret. Crescebat aũt fama hostiliũ copiarũ, equitatus infinitus esse dicebat, legiones regiæ tres, Scipionis decẽ, ad hæc leuis armaturæ vis immẽsa, classes plurimæ: quibus nihil Cæsar mouebat, sed ad occurrendũ hostibus ingenti fidutia adspirabat. quia cũ paucis tñ aduenerat, nõ sine labore animi augmentũ sui exercitus expectabat. fama tum

Antipater Iudeæ tutor

Phaselus.

Herodes Galilææ procurator.

Deiotaro regia insignia restituta.

Pharnaces vincitur.

Veni, vidi, vici.

Aphricæ motus.

Pompeianorũ opes.

erat, in Aphrica Scipionũ nomen inuictũ, quod eo spectabat, vt vulgus victoriã Scipioni futurã vaticinaret. id vbi Cæsar sensit, & mihi alter erit, inquit, Scipio. protinus vnũ de gente Cornelia hominẽ abiectũ, Scipionẽ dictũ, perinde ac exercitus ducẽ pfecit, ita vt interdũ cum hoste congredi cogeret, & postq̃ sex integras legiones & duo millia equitũ aduenissent, sufficere ratus has copias, nauibus imposuit, soluitq; à littore Siculo. ptori qui tunc in Sicilia erat, de omnibus pcipit, atq; ita classem vi. Calen. Ianuarij in Aphricam traiecit. Postquã in Aphricam ventum est, in descensu nauis accidit, vt casu quodã ad terrã laberetur, & reliquis omnibus territis, ipse omina vertit in melius, renouans illud antiquũ Scipionis Aphricani, terram protentis vlnis amplexus, teneo te, inquit, Aphrica, vir alioqui auguria perosus. Inde cũ Adrumetũ venisset Cæsar, atq; ibi castra haberet, Plancus Cæsaris legatus seu pacis amore seu belli odio Cæsarẽ adit, & velles ne, inquit, imperator, vt cum Considio, qui oppidum hoc custodit, olim mihi amico, aliquid de pace agerem? Non negante Cæsare, captiuũ quendã cũ literis in oppidũ mittit ad Considiũ. Considius literis non acceptis, interrogauit, vnde ferrent literę, respondit nuncius & fati sui nescius, à Cæsare. Tunc Considius: Vnus, inquit, hoc tẽpore imperator pop. Ro. Scipio. quid mihi cũ Cæsare? & hæc dicens, nunciũ sub oculis iugulari imperat, literasq; integras ad Scipionẽ mittit. Responso nequidq̃ expectato, Cæsar, q̇ esset oppidũ pualidũ, castra mouere cœpit, & ecce ex oppido repẽtina eruptio facta est. forte etiã aderat equitatus à Iuba rege missus, itaq; vltimos inuadunt, sistit Cæsar aciem, & pauci cõtra multos pliantur, quo congressu Gallorũ equitũ xxx. vel minus, duo millia Maurorũ equitũ campo pepulerũt in oppidũ. Paulo post circa Ruspinã subita hostiũ multitudine, cui Labienus perat, circũfusa ab omni parte pugnatum est, vbi Labienus equo insidens aperto capite, vni ex militibus: Vestræ, ait, misereor stultitiæ, quos illaqueatos sic in mortẽ trahit tyrones Cęsar. Cõtra miles: Nõ sum, inquit, Labiene tyro, vt facile verbis circũueniar, sed de legione decima veteranus. Ad hæc Labienus: Decem annorũ signa nõ video. cui miles: Expecta, agnosces. & pilo in Labienũ contorto, equũ pectore medio transfixit, Labiene, dicens, decumũ militem qui te petit, esse scito. In hoc plio omnes, & psertim tyrones, pauidi, nec Cæsar ipse sine solicitudine erat. Collecto tandẽ animo, tota corporis atq; animi vi conuersus in aciem hostium infertur. fecit quod solitus erat, vicit, aduersamq; aciẽ vertit in fugã. Ex transfugis & his q capti erant, intellexit Cæsar, tantum multitudine suorũ hostes fidere, vt nihil de circunueniendo & capiendo Cæsare cogitarent. hoc regẽ Iubam in cõcione dixisse, se multitudine bellatorum facile Cæsarem posse obruere. stulta regis cogitatio. Sub idẽ tempus tanta in castris Cæsaris fuit inopia, vt equites* qui diu agendo & patiendo extrema tentarent. Erat & vulgaris opinio, nõ Cæsarẽ in Aphricã venisse, sed vnũ ex legatis suis cũ parte copiarũ. ad quã tollendã, literas nunciosq; per omnes prouinciæ ciuitates misit, aduentũ suum omnibus notũ fecit. quo audito, statim multi viri nobiles ex suis ciuitatibus profugi, in castra Cæsaris venere, sibiq; de hostiũ sæuitia & intolerabili superbia conquesti sunt. Quorũ querimonijs & fletibus motus Cæsar, q̃d facere per se in animo habebat, accelerat: literasq; mox in Siciliã misit ad suos, vt excusatione qualibet reiecta, ad se oẽs copias traijcerent. ipse se interim castris validissimis continebat, ac sine intermissione exercitũ suũ, pcipue tyrones, in militaribus imbuebat. fingebat se pauidũ vsqueadeo, vt Scipio qui aliquãdiu paratus ad plium fuerat, Cæsarẽ spernens in castra rediret, victoriã certissimã suis pdicaret. Getuli interim Scipionis stipendia deserentes, alij in regnũ suũ, alij in Cæsaris castra venere, ex quibus ipse electos viros in Getuliã misit, vt totius gẽtis animos sibi conciliarent. Interim Crispus Salustius ptor cum classe ingentẽ frumẽti viniq; copiã Cæsari transmisit. Allienus proconsul euocatus à Cæsare, cũ duobus legionibus & 800. equitib⁹ Gallis & leuis armaturæ decẽ millibus, classem soluit à Lilybæo. nauigatiõe vsus prospera, quarto die ad Ruspinã vbi Cęsar castra habebat, applicuit. Legionũ simul ac cõmeatuũ gemina cura liberatus Cæsar, iubet paulũ quiescere ac corpora refouere. Interea e secũdo cõmeatu, quẽ à Sicilia miserat Allien⁹, naues quædã cũ errassent, in hostiũ manus venere: in altera erant veterani cũ vno centurione, & nõnulli tyrones. hos ad Scipionẽ perductos sine contumelia, dux est ita affatus: Scio vos non voluntate vestra, sed consilio illius vestri nequissimi ducis impio, contra rempublicam coniurasse, nunc optabilis casus vos nostri fecit arbitrij. si quod vltro facere deberetis, orati facitis, vt dimissis sceleratis atq; rebellibus, ciues bonos & rempub. defendatis, salua vobis vita erit & parata pecunia. At centurio vir immobilis, Ego, inquit, o Scipio, neq; eñi te imperatorẽ voco, cũ vnus mihi sit imperator Cęsar, gratias tibi ago qui mihi pecuniam offers, quam dare nullo iure tenearis, & vitam quam

Cæsar in Aphricã traiecit.

Gallorum equitum facinus.

Labieni temeritas.

Pompeianorum crudelitas.

Auxilia Cæsaris.

quam belli iure possis eripere. Quomodo cõtra imperatorem meum Cæsarem, à quo bellicis honoribus honestatus sum, contraq́ illum exercitũ, pro cuius victoria & gloria amplius 36. annis decertaui, arma portarem? Istud ego nunq̃ faciam, neq; tu, si me velles audire, ista faceres. nam si nescis contra quem ducem, contra quem exercitum pugnes, experiri iam nunc potes. sume de tuis oĩbus cohortem vnam firmiorem, ego de commilitonibus meis, nunc captiuis tuis, decem solos eligam: iube nos confligere, ex euentu iudica, quid tibi de belli fine sit sperandum. Iratus ad hæc Scipio, suis centurionibus signum dedit, vt in illum irruerent, quo occiso, reliquos veteranos à tyronibus separatos, iussit interfici: tyrones suis iussit adscribi legionibus. Paulo post Iuba rex, cum ingenti hoĩm multitudine diu expectatus, ad Scipionem venit. Cæsar vero vbi coactos vnum in locum oẽs hostium copias intellexit, se ad bellum absq; mora parat. Contigitq́ vt Cæsare cum legionibus progresso, Iuba & Scipio simul & Labienus summa vi equitatum eius inuaderent. quod ille sentiẽs, ex itinere versis retro copijs, iam terga vertentibus opem tulit, qua firmati restiterunt, & Numidas insequentes statim prælio fuderunt, multisq́ cæsis, in castra fugere coegerunt, & nisi nox supuenisset, nec puluis prospectum abstulisset, parum abfuit quin Iuba cum Labieno in Cæsaris manus incidissent. Multi tñ in dies de exercitu hostiũ ad Cæsaris castra trãsibãt. Sed & Cæsar multos de exercitu suo seditiosos, aut rapaces, aut bello inutiles, abdicauit. Interim Getuli perfugæ patriam fama Cæsaris complentes, suis persuaserunt rebellare, vsq; adeo, vt armis arreptis, contra regem absentem agere præsumerent. qua re cognita, necesse habuit Iuba partem suorum pro regni defensione remittere. Iam fortuna reliquias Pompeianorum campis explicuerat ad Thapson castra habentes, ad pugnam dispositos milites, acie instructa. instruit & Cæsar aciem suam arte, qua p summum ducem instrui acies vlla potest. quin etiam ex equo descendens, inter pedites ambulabat, oẽs & singulos verbis pro tempore breuibus hortabatur, veteranorũ animos in eorum virtute commemoranda excitabat: tyrones, vt veteranorum virtutem æmularentur. Itaq; legati qui secum erant, eum adeunt: & da, inquiunt, imperator pugnæ signum: vincimus haud dubie, si pugnamus. Resistente Cæsare, nondum placere eruptionem, dum impetum frenat, repente quod nullo vnq̃ prælio auditum erat, dextro cornu iniussu Cæsaris tubicen à militib⁹ coactus, canere cœpit: quo vniuersus exercitus erectus, signa in aduersos tulit, centurionibus lingua & manu neqcq̃ renitentibus. sensit Cæsar pugnæ horam aduenisse, & accensos in pugnam frustra coerceri posse, frena laxauit, datoq́; signo felicitatis, equo calcaribus adacto, primus in hostium principes inuehitur. impetus à dextro cornu in elephantos à sagittarijs factus, beluas imperitas auertit retro in suos, secuta est fuga Maurorum. Eodem impetu est occupatum vallum Scipionis, custodibus interfectis aut fugatis. fugientes Cæsareæ legiones insequũtur, ne sit vllum colligendi spatium, iam defensionis spe amissa, arma magna ex parte proijciunt, vt expeditiores ad castra regis euaderent. quo cum venissent, ea quoq; fugato rege capta conspiciunt. Tum deposita spe salutis, quendam in locum editum se recipiunt, commiserationis signum dant, sed nihil eis profuit, militibus veteranis ira & dolore inflammatis, multi occisi sunt. tanta cædes ac furor, vt senatores & Ro. equites campis excederent. quin & ipse Cæsar pro miseris intercessit, agens non pro imperio, sed amicis precibus ne perirent. nihil obtinnit, ad vnum inexpiabili odio cæsi omnes. Cæsar trina hostium castra adeptus, Scipionis, Iubæ & Labieni, in quibus quinq; hostium myriadas, Plutarcho autore, interfecit, fusis alijs aut fugatis, quinquaginta tm̃ de suis perditi. aliquot aũt vulnerati q in castris constitere, 64. elephantibus armatis captis. Cõfestim post hæc T. Rebullum proconsulem cum aliquot legionibus ad Thapsum, cui Virgilius præerat, misit, Gn. Domitium cum duabus legionibus ad Thysdram, vbi Considius erat, obsidendam linquit. M. Messalam cum equitatu Vticam præmittit, ipse cum exercitu subsequitur. Milites interea Scipionis, qui pugna euaserant, Vticam contendunt. illam vrbẽ M. Cato tũc regebat, vnde superiore tẽpore plebẽ inermem oẽm expulerat, senatũ in custodia tenebat, q̃ parũ in eo fidei ponebat. Eam ob rẽ multi Vticensiũ à Scipiõis militib⁹ sunt interfecti. Expugnatis atq; direptis occisorũ domibus, abire decreuerãt. nam Cato psuadere eis non potuit vt vrbẽ tuerent. Venerũt post alij atq; alij de ṗlio fugientes, q̃s oẽs ad tutelam vrbis exhortatus Cato, quum paucis consiliũ placeret, naues eis ad fugiendum quocunq; collibuisset, præbuit. Tandem vero rebus oĩbus, quãto quiuit accuratius dispositis, intelligens Cæsaris fortunam, nolens subesse eius imperio, q̃uis sciret eum excellentis esse clementiæ, filio eñ suo charissimo suasit Cæsari subijci, deq́; ipsius benignitate oĩa sperare, ipse tñ postq̃ filiũ comitesq; ab amplexu dimisit, lecto-

Militum amor in Cæsarem.

Iubæ, Scipionis & Labieni exercitus.

Pugna Cæsaris ad Thapsum.

Cæsar trinis castris potitus.

in nocte ad lucernam libro Platonis de immortalitate animi, circa primam vigiliam stricto gladio reuelatum manu pectus semel atq; iterum pcussit. accurrentes medici, confouere curant, qd ille passus, cum abscederent, plagas rescidit, secutaq; vi sanguinis, moribundas manus in vulnere reliquit. Cæsar itaq; morte Catonis audita, dixisse fertur: Ego tibi Cato mortem inuideo, tu mihi propriam salutem inuidisti. At patrimonium liberis Catonis integrum Cæsar seruauit. Vticenses etsi studio partium eum odissent, propter integritatem tñ viri, & q vrbem suam operibus publicis adornauerat, miserati exitum ipsius, magnifico eum funere sepeliere. Catone rebus humanis excepto, L. Cæsar ex hoc malo bonum aliqd excerpere cogitãs, populũ inducit, vt Ro. imperatori portas pandant, vtputa cleměti victori. proni erant, & apertis portis, obuiam Cæsari pergunt. Interea Cæsar Thapso digressus, vrbes itinere obuias sine plio occupat. cui L. Cæsar occurrit, veniam petit. hanc sibi Cæsar & Catonis filijs, q secum erant, clementissime concessit. Ingressus Vticam, illis de pterito gratias egit, ad pseuerantiam cohortatus. Erant Vticæ 300. viri ditissimi. magna pars Ro. negociatores, q pecunijs suis adiuuerant & fauerant Scipioni. hos oderat Cæsar. non eo minus petentibus veniam, cõcessit vitam. bona qdem se venditurum aiebat, ita tñ, vt redimere sua qsq; posset. Insperato gaudio hi oẽs concussi, petierunt vniuersis vno noĩe pecuniam imperari. Miratus Cæsar, impono, inquit, vobis bis millies sextertium, vt sex solutionibus intra triennium persoluatis. Hodie, inquiũt, simul oĩa psoluemus. Iuba aũt rex nocturna fuga elapsus, ad regnum suum caputq; regni Zamam oppidũ puenerat, vbi vxorem, filios, palatium ac thesaurum suum habebat. cum ad oppidum puenisset, minaciter prius, post flebiliter ac suppliciter petens introitum, neutrum impetrauit. desperatione vltima digressus à mœnibus cum Petreio, equitibusq; ppaucis, ad villam suam vrbi proximam est profectus. Zamẽses nondum eius metu liberati, p legatos orãt Cæsarem, vt priusq rex reparatis viribus eos inuaderet, opem illis ferret. Cæsar iubet ilico legatos reuerti, & aduentum suum Zamensibus nunciare. dum Zamam puenisset, accepta eius clementia, equites regni oĩbus ex angulis adeunt ac veniam petunt. quæ nulli negata est, nullus re aut verbo violatus. Considius interim fortunam audiẽs suarum partium, sibiq; metuens, cum ingenti pecunia Getulis comitãtibus abijt, Iubæ regi se coniuncturus. sed in via à Getulis cupiditate pecuniæ interfectus est. C. quoq; Virgilius, cuius supra mentionem fecimus, vbi oĩa infausta vidit, Scipionem victum, Catonem pemptum, Iubam regno pulsum, à Caninio proconsule à q obsidebat, fide accepta, se & suos Thapsonq; cui perat, ei concessit. Dum paulatim reliquiæ partium dilabuntur, Iuba rex & regno & spe qualibet priuatus, cunctis exclusus vrbibus, quærebat bello vitam finire. sed nusq bellum erat. Cæsar in pace oĩa possidebat. egit itaq; cum Petreio comite, vt inuicem ferro decertarent, alterq; alterum occideret. concurrunt ex condicto, & Petreio obtruncato, rex superstes seruum suũ, vt se occideret, exorauit. Dum sic duces Pompeianarum partium vndiq; ruerent, solus Scipio dux restabat. hic nauibus in Hispaniam cõtendebat, & cum diu multumq; fluctibus iactus, cursum applicare nequiuisset, ad Hipponem regium ventus eum appulit, vbi tunc P. Sicij classis erat. hic pauciores à pluribus inuaduntur, opprimũturq; velociter. Cum aũt se Scipio circunuẽtum videt, puduit viuere, atq; anteq caperetur, ferrum mersit in viscera. irrumpentibus militibus & quærentibus vbi esset imperator, respondit: imperator bene se habet. atq; ita incognitus expirauit. comites eius Torquatus, Damasippus & Pletorius, interfecti sunt. Hæc fere sunt bello Africano gesta. Romam ex Aphrica cum victoria rediens Cæsar, magnifice per ora populi ferebatur. tm̃ em̃ agri ab eo in ditionem subactum, vt annuo prouentu pcepturus fiscus esset, tritici qdem ducẽta millia modium Atticoꝝ, olei vero trecentas myriadas. aliqt ibi triumphos egit, Alexandrinum, Põticum, Aphricanum, nõ de Scipione, sed de Iuba rege. Eius filius, Iuba qq; noĩe, infans in eo ductus est triumpho, fortunatissimam vtiq; captiuitatem, q effectum est, vt ex barbaro & Numida inter doctissimos scriptores annumeret. post triũphos ingentia militibus congiaria dedit, ad conciliandam sibi plebẽ spectacula edidit, conuiuiaq; celebrauit, vno die in duobus ac 20. millibus triclinijs epulum præbens vniuersis. censu deinde peracto, centum & 50. hoĩm millia reperta, cum antea ter centum & 20. fuissent. tam magnam cladem intestina mala pepererũt, pter Italiæ ac prouinciaꝝ vastitates. His peractis, Cæsar quarto consul designatus, in Hispaniam contra Põpeij liberos expeditionem egit, qui adolescentes ingentibus congregatis copijs, audaciam maximam ostendebant, ita vt extremum Cæsari discrimen intentarint. magnũ plium ad vrbẽ Mundã cõmissum est, in qcum Cæsar suos opprimi cerneret. p medias armatoꝝ acies elato clamore, si nihil pudoris, inquit, supest, corripite me & in puerorum

Mors Catonis.

Iubæ & Petrei interit⁹

Thapsus recipitur.

Scipiõis interitus.

Reditus Cæsaris in vrbẽ

rum manus tradite. Magna vi prōptitudinis & animi audacia repulsis hostibus, 30. coꝶ millia cecidit, ex suis mille fortissimos amittens. cecidit in ipso prælio Labienus, & vnà secum Accius Varus. Hoc à prælio profugi cum se Mūdæ recepissent, & Cæsar obsideri statim victos imperasset, congestis cadaueribus, agger effectus est. Gn. Pompeium prælio profugum, crure saucio, deserta & auia petentem, Cenonius apud Lauronem oppidum consecutus, pugnantem nondum desperantem interfecit. Sex. Pompeium fortuna in Celtiberia interim abscondit, aliisq; post Cæsarem bellis reseruauit. nonnullas alias Cæsaris pugnas feliciter in Hispania gestas omitto. solum hoc addo, ꝙ post ꝓlium hoc vltimum in familiarium congressu sæpenumero dixerit, pro victoria se ante, nunc primum pro vita dimicasse. His tot bellis exactis, tot laboribus exanclatis, Cæsar Romam rediit, felix si patriæ hostes tm̄, non etiam patriā vicisset. Ea certe fuit verecundia, ea morum obseruantia, vt tm̄ de hostibus triumpharet, tm̄ hostium numerum interfectorum se duce scribi pateretur, numerum vero ciuium occisoꝶ scribi vetuit. siquidem eius ductu qnquagies collatis signis dimicatum est, & vt ab illustribus traditur scriptoribus, vndecies centena 92. millia hostium cæsa sunt. Triumphauit aūt qnquies, post deuictum Scipionem q̄ter eodem mense, & rursus semel post superatos Pompeii liberos. primum & excellentissimum triumphū egit Gallicum, sequentem Alexandrinum, deinde Ponticum, hinc proximum Africanum, nouissimū Hispanum, diuerso quenq; apparatu & instrumēto. Gallici triumphi die Velabrum ꝓteruehens pene curru excussus est axe defracto, adscēditq; capitoliū ad lumina 40. elephantis dextra & sinistra lychnos gestantibus. Pontico triumpho inter pompæ fercula trium verborum ꝓtulit titulum: Veni, Vidi, Vici. Cum aūt de Hispania triumphum ageret, dolore ꝑmaximo Ro. afflixit populum. non em̄ exteros in eo duces aut barbaros debellauit, sed Ro. ꝓstantissimos filios, qbus rebus exultare nequissimum cēsebat. Tanti imperatoris fortunæ assentari senatores pene visi sunt, nam honores in eum contulere summos. Decreta ei templa imaginesq;, in theatro distincta radiis corona, suggestus in curia, fastigium in domo, mensis eius noīe celebris, ad hoc pater patriæ, ꝑpetuusq; dictator est designatus. Tum vero clementiæ templum, suę mansuetudinis gratia ei merito decretum esse videtur. oēs em̄ iniurias oībus dimisit. q̄sdam insuꝑ q cōtra se pugnauerāt, vt Brutum & Cassium, ad imperia & honores promouit. disiectas etiam Pompeii statuas reposuit, suas confixit. sic Cicero. Conuersus ad ordinandum reipu. statum, fastos correxit, annumq; ad cursum solis accommodauit, vt trecentorum 65. dierum esset, & intercalario mense sublato, vnus dies 4. q̄q; anno intercalaretur. Quo aūt magis in posterum ex calendis Ianuariis nobis temporꝶ ratio cōgrueret, inter Nouembrem ac Decembrem mensem interiecit duos alios. fuit is annus quo hæc constituebantur, 15. mensium, cum intercalario qui ex consuetudine in eum annum inciderat. Ipse etiam, vt refert Priscianus in sua cosmographia, diuinis humanisq; rebus singulariter instructus, cum consulatus sui fasces ageret, ex senatusconsulto censuit oēm orbem ꝑ prudentes viros admetiri, & ideo ꝑ continuos 30. annos missi sunt dimensores doctissimi in geometria periti, ꝑ oēm terram ꝓsides ac iudices prouinciaꝶ, vt mensurarent terram, aquas, nemora, plana, concaua, montes, colles, q̄ etiam loca nauigaturi tangere deberent, & forte si aliq̄d prodigium in his occurreret, illud senatui scripto nunciarent. & repertum est, ꝙ oīs orbis habet famosa maria 30. Insulas 27. montes famosos 40. prouincias 78. vrbes insignes 370. flumina magna 94. gentes 125. Cuius etiam orbis ambitus trecenties & quindecies centena passuum millia, longitudo vero terræ habitabilis ab ortu solis vsq; ad occasum, & ab India vsq; ad columnas Herculis Gaditano freto, octies quinquies centum septuagintaocto milliaria. Cuius quidē longitudinis dimensio compræhensior est per mare, q̄ per terras. latitudo aūt terræ ab australi littore Oceani, ab Aethiopia vsq; ad ostium Tanais fluminis in septentrione, fere dimidio minor est q̄ longitudo prædicta, & continet quinquagies 62. milliaria. Repertum est etiam, ꝙ profundissimum mare continet spatium 15. stadiorum in perpendiculo. De bellica vero Cæsaris virtute ac felicitate, præter ea quæ supra annotata sunt, si quis legere desiderat, Suetonium, Solinum, Plutarchum, Liuium, & quemlibet ex antiquis scriptoribus adeat. non tñ omittendum censui Ciceronis verbum: Soleo sæpe, inquit, ante oculos ponere, oēs nostrorum imperatorum, oēs exterarū gentium, potentissimorum populorum, omnes regum clarissimorum res gestas, cum tuis nec contentionum magnitudine, nec numero præliorum, nec varietate regionum: nec celeritate cōficiendi, nec dissimilitudine bellorum posse conferri, nec vero disiunctissimas terras citius passibus cuiq; iam potuisse peruagari, quàm tuis non dicam cursibus, sed victoriis illustratæ sunt. Milites Cæsar non vrbanitate, nec fama, nec fortuna, sed

Gn. Pomp.
Sex. Pomp.
Cæsa. gesta
Triumphi.
CAESAR IMP. PRIMVS.
Honores.
Pōp. statuę.
Dies intercalarii.
Cæs. bellica fortuna.
Militū Cæsarianorum cultus.

sed corporis atq; animi viribus æstimabat, seuerus in eos atq; indulgens, neq; delicta obseruabat oĩa, neq; pro modo exequebatur. desertorum ac seditiosorꝝ punitor acerrimus fuit, ac nonnunq̃ post victoriam, licentiam oẽm passim lasciuiendi permittebat, iactare solitus, milites suos vngẽtarios etiam bene pugnare posse. Nec milites eos pro concione, sed blando noĩe cõmilitones appellabat. habebat etiam tam cultos, vt auro & argento positis armis ornaret, simul & ad speciem, & quo tenaciores metu damni essent. diligebat quoq; vsq; adeo, vt audita clade Tituriana, quam ab Eburonibus acceperant, barbam capillumq́; submiserit, nec ante dempserit q̃ vindicasset. Ea magnitudo rerum & claritas victori gloriam, exteris gentibus stuporem, suis vero ciuibus liuorem odiumq́; pepererat. etsi neminem clementius, neminẽ liberalius victoria vsum constet, inuidebãt tñ. negari non potest quin in repub. iuuenis paulo impetuosior, & principatus appetentior fuerit. quod vitium vtinam ingentes hæ viri virtutes æquẽt. nec prosperis extollebatur, nec frangebatur aduersis, magnificus sine crudelitate, magnanimus siue temeritate. & licet audax fuerit, voluntas tñ diuino fauore adspirante semp intra potestatem fuit. nemo ferum Cæsarem vnq̃ expertus est, nisi superbia rebellaret. prouocatus iniurijs, facile parcebat, quos vicit viribus, prudentiaq́; antecessit, suiq́; excessus semp ad continendam iustitiam adspirabant. magnitudo animi & efficacia operis in eo merito laudat, cum eius manus & mẽs ad fere sibi impossibilia suffecerint. Parum continens fuit infamatus Romæ illustrium fœminarꝝ adulterijs, insup & prouincialium matronarum, ante oĩa Aegypti reginæ Cleopatræ multum temporis impendisse certũ est. Inter hæc tñ & cibi indifferentis, & parcissimus vini fuit. Neq; vero fœminarum q̃ diuitiarum appetentior fuit, non vt eas reconderet, sed vt largiret liberaliterq́; diffunderet. Nihil eñ de tanto imperio suum erat, præter gloriam & imperij nudum nomen. iniurias grauiores sibi non verbis tm̃, sed rebus ipsis illatas, cum posset vlcisci, noluit: & si oĩno iurisiurãdi vinculo cogeretur, quanto quiuit humani9 vltus est. Coniurationes contra se depræhensas, non puniuit, sed sibi notas esse admonuit. deniq; oẽs iniurias oĩbus remisit. cum eñ petentibus sigillatim ignouisset, nouissime vniuersis etiam non petentibus veniam dedit, ostendẽs re & verbis nullum se hostem post bellorum exitum habere. Hi mores Cæsaris, qui illum totius humani generis amore dignissimum facere debuissent, sibi perniciem attulerunt. visus est eñ tuto lædi posse, qui oĩbus oĩa indulgere, nihil soleret vlcisci. vnde hercle amorem oĩm merebatur, inde oĩm ferme odia, & paucorum insidias, & ad vltimum causam mortis inuenit. Regnandi, inquit Plutarchus, cupiditas capitalem Cæsari conflauit inuidiã, quæ res primum compluribus causa fuit, & honestissimam inimicis præstitit occasionem. percrebuit in senatu fama, L. Cottam quindecemuirum sententiam dicturum, vt qm̃ libris fatalibus aliàs Sibyllinis contineretur, Parthos nisi à rege non posse vinci, Cæsar rex appellaret. postea descendente Cæsare in vrbem ex Alba, regem salutare eum ausi sunt. tunc perturbata plebe indolens Cæsar, non regem, sed Cæsarem vocari se dixit. & lupercalibus pro rostris à consule Antonio admotum sæpius capiti suo diadema repulit, atq; in Capitoliũ Ioui optimo maximo misit. Bruto consule facto, ipsi9 Cæsaris statuæ subscriptum est: Brutus, quia reges eiecit, consul primus factus est: hic quia consules eiecit, rex postremo factus est. vnde subscripserunt quidam Iunij Bruti statuæ, Vtinam viueres. Nocte etiam tribunali ex quo prætor ius dicebat, inscriptum est: Brute, dormis? & Brutus non es? Et licet in Brutũ & Cassium bñficia plurima Cæsar cõferret, eos tñ suspectos inuenit. vnde de Cassio fert dixisse, Haud magnopere placet is pallidus. Rursus delata ad se de Antonio & Dolabella calumnia, Non hos, inqr, pingues crinitosq́; ptimesco, verꝝ pallentes magis & macilentos illos, Brutum videlicet & Cassium. sed eñ fatum p̃uideri, q̃ euitari, facilius potest. Obsecrantibus amicis vt p̃sidio corpus muniret, multisq́; ad id operam suam pollicentibus, facere noluit, satius ducens mori semel, q̃ assidua expectatione pendere. Anno igitur ab vrbe cõdita 708. anno regni sui 4. vel (vt Orosio placuit) 5. Cæsar, à quo deinceps principes Ro. non reges, ꝙ id nomen Romanis odiosum esset, sed imperatores & Cæsares appellati sunt, cum contra morem Ro. libertatis honores ex sua voluntate præstaret, nec senatui ad se venienti assurgeret, aliaq́; regia & pene tyrannica faceret, Romani eius insolentiam non ferentes, coniurauerunt in ipsum sexaginta vel amplius senatores equitesq́; Ro. Capita coniurationis habita sunt, C. Cassius & Decius Brutus. Imperatoris cædem admiranda quædam prodigia præcesserunt. centesimo eñ die ante eius mortem, fulmen C. literam statuę ipsius cõscriptam capitalẽ in foro arripuit. ante paucos q̀q; dies boue ex more in eius curia mactato, cor in extis nõ est repertum. Quod cum aruspex pronunciasset ei ad vitæ periculum pertinere, Cæsar memor constantiæ, ait: Mira-

Margin notes: Studiũ gloriæ in Cæsa. — Adulteria Cæsaris. — Clementia Cæsaris. — Cæsar regnũ affectat — Prodigia ante Cæsar. mortem.

Miraris si bos cor non habet, cum mox vitæ eius finis fuerit? Illo deinde penes vxorē dormiēte, oēs noctu cubiculi fores atq; fenestræ patefactæ sunt: strepitu vero ac splendore ꝑturbatus, Calphurniam sensit profundo sopore iacentem, maxima suspiria & incertas voces emittētem: ipsa vero illum se lugere existimabat, quem inter vlnas trucidatum habebat. Obmitto regulum auem in Pompeiana curia à diuersis volucribus decerptam. Obmitto tabulam æneam e Capys regis sepulchro erutam, in qua erat hęc sententia: Qñcunq; ossa Capys detecta essent, fore vt Iulo prognatus, manu suorũ necaretur. Obmitto equos, quos in traijciendo Rubicone cōsecrarat, vagari sine custode cædis die, & pabulo abstinere, lachrymis manantes sanguinē vberibus. Cęsar itaq; Idibus Martijs turbatæ valetudinis causa aliquandiu domi detētus, & ꝙ Calphurnia eum orauerat supplex, vt si fieri posset, fores non egrederetur, aut senatum saltem differret, vnde decreuit, misso Antonio, senatum dimittere. Interea D. Brut⁹ cui magnā Cæsar fidē habebat, adeo vt secūdus ab eo scriptus esset in testamēto hæres, aduentat, veritus ne res ipsa vulgaret, Cæsarē nōnihil increpare cœpit, ꝙ senatoribus q se irrideri existimarēt, causas in se detractiōis daret: prōpta etiam esse oīm suffragia, vt ipsum cunctarum pręter Italiam prouinciarum regem crearent. Sin diem abominaretur, ꝑstare inquit, vt procedens ad curiam, appellatis patribus, senatum in aliud tempus differret. Hæc dicens Brutus, simulq; manu præhensum deduxit: & dum ꝑgeret, Artemidorus Græcæ ꝑceptor eloquentiæ propius accedens, Cæsari libellum offert. hunc, inquit, Cæsar libellum confestim lege. in eo eñ magna & q̃ tua maxime intersunt, conscribuntur. Monebat eñ ne ad mortem iret. accepit epistolam, & ꝑ multitudine colloquentium non legit. hinc ortus dicitur mos principum, vt oēm scripturam sibi oblatam, confestim legant. Ex his atq; alijs moti quidam, opinantur Cæsarem & mortem suam præsciuisse. pridie eñ q̃ moreretur, orta inter cœnam mentione de optimo gñe moriendi, ipse mortem subitam inexpectatamq; prætulerat, & in quotidiano sermone sæpe solit⁹ dicere ferebatur, satis diu se vel naturæ vixisse vel gloriæ. sed nec ei mors tum ignota esse debuerat, ꝙ & fama cædis in vulgus effusa erat, & quod multi nouerant, ille vnus cuius res agebatur, vix ignorare potuerat. Multi ꝑterea tradiderunt sibi à vate ꝑdictum, vt Idus Martias caueret. ea die Cæsar cum in senatum iret, vatem salutauit: Martij qdem, inquit, Idus venerūt. cui ille summa voce, Venere vtiq; sed non ꝑteriere. Cæsare ingresso curiam Pompeianam, cum adscendisset, cōiurati eum sub ꝑtextu obsequij circunstetere. Tum Cimber Tullus, qui primas sibi facinoris partes assumpserat, accedēs, nescit qd poposcit. negāti & in aliud tempus trahenti, ab vtroq; humero togam manibus arripuit. Cassius mox infra iugulum vulnerat. Cæsar Cassij pugione arrepto, brachioq; eius traiecto, dum assurgeret, alio vulnere remoratus est, qd vnum ex oībus lœtale medici dixerūt. Tum se vndiq; ab oībus stricto ferro peti videns, neq; quicq̃ auxilij esse intelligens, spm̄ recollegit, ne quid indecorum diceret aut faceret, extrema toga caput obnubit, lęuaq; sinum vestimenti ad inferiora extendit, q̃ casus esset honestior. ita ille qui tot terras mira felicitate subegerat, vna hora tribus ac 20. vulnerib⁹ ꝑfossus occubuit. Quàm indigne aūt sit occisus, ex illo patet, ꝙ plures ex occisoribus testamento erant adnotati. Decreuerant occisores corpus in Tiberim iactare, bona publicare, acta rescindere, sed magnitudine patrati facinoris & metu M. Antonij, qui tunc consul, & Lepidi qui magister equitum erat, absterriti destiterunt, fugæq; illis erat vnica cura. corpus ipsius in campum Martium defertur, pro rostris ædes aurata in templi formam memoriæ eius extructa, ad caput eius trophæum, & vestis in qua erat occisus, ad commiserationem spectantium excitandam. Illud in ludis decantatum, Men seruasse, vt essent qui me perderent? Antonius consul ꝑ pręconem pronunciauit senatusconsultum, quo Cæsari oēs diuini & humani honores decernerentur, & præterea iusiurandum, quo se oēs pro salute eius obligauerant. Peracto funere, plebs Romana ad domum Bruti & Cassij facibus armata contendit. exulem alium Cinnā casu obuium, errore noīs delusa, decerpsit, affixitq; hastæ caput. perijt anno 56. relatus in numero deorum, addunt statuam 20. pedum altitudinis, inscriptā parenti patriæ, ad quam diutius obseruatum est per Cæsarem iurare. Deniq; opprobrium illud, primum in locum & tempus cædis versum est, nam & curiam ipsam ceu infaustum locum, claudi iussum est, hoc addito, ne vnq̃ Idibus Martijs senatus haberet. Brutus & Cassius cum paucis ex vrbe discesserunt. percussorum aūt fere neq; triennio amplius quisq̃ superuixit, neq; sua morte defunctus est. damnati oēs, alius alio casu perijt, pars naufragio, pars prælio, nonnulli semet eodem illo pugione, quo Cæsarem vulnerauerant, interemerunt, vt euidenter ostenderet, cędem illā nec Deo nec hoībus placuisse. Post diem mortis eius tres soles simul statim exorti sunt, & paulatim in eundem

Idibus Martijs Cæsar interfectus.

Mortis genus.

Cimber primus Cæsarē adortus.

Cæsar in cāpo Martio sepultus.

Aetas Cæs.

Tres soles.

dem orbem conuenerũt, significantes secundum aliq̃s, p Lepidum & M. Antoniũ ac Augustum, dominiũ in vnam monarchiã reducendũ. sunt q bouem aranti in suburbano Romæ locutũ dicũt, frustra se vrgeri, non em̃ frumenta, sed breui hoĩes defuturos esse. Cum vero corpus eius combustũ pro rostris esset, & in sublimi solidæ colũnæ collati cineres, Iulia tum est appellata. ab Antonio Quintilis mensis eidem cõsecratus est, quem ab eo Iulium appellamus. Tradit aũt fuisse Cæsar excelsa statura, colore candido, teretibus membris, ore paulo pleniore, nigris vegetisq́ oculis, valetudine prospera, nisi q̃ tempore extremo repẽte animo linquebat, comitiali q̃q; morbo bis inter res gerendas correptus est. Circa corporis curã curiosior, vt non solũ tonderet diligenter ac raderet, sed velleret etiã, vt ei q̃dam exprobrauerũt. Caluitij vero deformitatem iniq̃ssime ferebat, ideoq́ & deficiẽtẽ capillũ reuocare à vertice assueuerat, & ex oĩbus decretis sibi à senatu populoq́ honoribus, non aliud aut recepit, aut vsurpauit libẽtius, q̃ ius laureæ coronæ ꝑpetuo gestandæ. Etiam cultu notabilẽ ferũt, vsum em̃ lato clauo ad manus fimbriato, nec vt vnq̃ aliter q̃ sup eum cingeret, & q̃dem fluxiore cinctura. inde Syllæ dictũ ortum, male p̃cinctum puerꝝ cauendũ. Catonis Vticensis, cuius mortẽ supra scripsimus, grauissima q̃dã scita memorant, & Stoico philosopho digna. libros Græcos in curia legebat, hac re ostendẽs, alijs tẽpora deesse, alios superesse tẽporibus. docebat aũt p̃ cæteris, remp. magis virtutibus q̃ armis esse tuendã. vnde factum est, q̃ q̃ntum humanã gloriã fugiebat, tanto magis illũ gloria sequebat. huius in ore hæc sententia fuit, humanã vitam ferro comparandã esse, q̃d si nimis exerceat, conterit: si non exerceat, rubigine consumit. In hac gñatione Nigidius vir oẽs pene artes sciẽtissimus, floruit Romæ. hic Figuli cognomentũ sortitus est, q̃ vt Augusti. de ciuit. Dei lib. 5. refert, dum apud eum de geminoꝝ dissimiliũ virtute disputaret, statim Nigidius figuli rotam in mediũ adduxit: quam cum q̃nta vi potuisset intorqueret, currẽte illa, Nigidius videntibus oĩbus, bis numero de atramẽto, tanq̃ vno eiusdẽ loco summa celeritate ꝑcussit: deinde quiescente rota, inuenta sunt q̃ fixerat, non paruo interuallo rotæ ipsius extremitate distare. Sic, inquit, in tanta rapacitate cœli currũt, vt etiam si alter post alterꝝ in tanta celeritate nascat, q̃nta rotam bis ipse ꝑcussi, in cœli spatio plurimũ sit. hinc sunt, inquit, q̃cunq; dissimilia ꝓhibentur in moribus casibusq́ geminoꝝ. deniq; Nigidius à senatu Ro. exilio dãnatus, q̃rto imperij Cæsaris anno mortuus est.

Habitudo corporis Cæsaris.

Catonis Vticensis virtus.

Nigidius Figulus.

In gñatione hac dum Sylla venisset ab Dyrrachio Apolloniã, quã penes est Nymphæum sacer locus, fertur eo loco Satyrũ somno pressum fuisse captũ, q̃lem pictores aut poetæ fingũt. Is ꝑductus ad Syllã, cõplures ꝑ interpretes quis esset interrogatus, nihil quod posset intelligi, respondit. at vocem asperam equi aut hirci balatu permixtam edens, eum Sylla datis comitibus dimisit. hæc Plutarchus in vita Syllæ. Diodorus Siculus Græcæ scriptor historiæ claruit, Iulio Cæsare singulare imperium obtinente. hic annis 30. multas perambulauit regiones historiæ cognoscendæ causa.

Satyrus visus.

GENERATIO LXIII.

ANno 5157. à mũdi exordio, ab vrbe vero cõdita 710. olympiade 183. sub Hyrcano Iudeoꝝ summo põtifice, in Ioseph filio Iacob 63. & vltima vet. test. incepit gñatio, durauit vsq; ad Christũ annis 42. Quãuis Iulius Cæsar primus fuerit imperator Ro. tñ q̃a imperium arripuit, & q̃si violẽter imperauit, interfectus fuit de consilio & volũtate senatus. Ideo q̃rta monarchia mũdi, scilicet Romanoꝝ, verius dicit inchoasse in Octauiano orbe pacificato, noĩe tñ Cæsaris oĩbus post eum imperatoribus relicto. Populus Ro. vt refert Florus, Cæsare & Pompeio trucidatis, redisse in statũ pristinæ libertatis videbat, & redierat, nisi aut Pompeius liberos, aut Cæsar hæredẽ reliq̃sset, & q̃d vtroq; ꝑniciosius fuit, si non collega q̃ndam, mox æmulus, fax & turbo sequẽtis seculi superfuisset Antonius. Quippe cum Sex. Pompeius paterna repetit, trepidatum toto mari: dum Octauius mortẽ patris vlciscit, fuit mouenda Thessalia: dum Antonius varius ingenio, aut successorẽ Cæsaris indignat Octauiũ, aut amore Cleopatræ desciscit ad seruitutẽ. gratulandũ tñ in tãta ꝑturbatione est, q̃ potissimũ ad Octauium Cæsarẽ Augustũ summa reꝝ redijt, q sapiẽtia sua atq; solertia ꝑturbatum vndiq; imperij corpus ordinauit, ita q̃ haud dubie nunq̃ coire & cõsentire potuisset, nisi vnius p̃sidis nutu q̃si anima & mente regeret. Prima igit ciuiliũ motuũ causa, testamentũ Cæsaris fuit, cuius secundus hæres Antonius, ꝓlatum sibi Octauiũ furens, inexpiabile contra adoptionẽ acerrimi iuuenis susceperat bellum. Iulio em̃ Cæsare occiso, Octauius non erat in vrbe. M. Antonius tum cõsul coniurationẽ ignorãs, extra senatũ à cõiuratis de industria remotus. Mortuo Cæsare, in senatu primo q̃dem insignia magistratus abiecit, & mutata veste se occultauit. Deinde vt audiuit cõiuratos nemini nocere, sed globo facto in Capitoliũ se recepisse, filiũ suũ obsidẽ illis dedit, vt de Capitolio descẽderent.

Quarta monarchia.

Belli ciuilis semina.

derent. Quo facto, cũ conueniſſent, alius aliũ amplexus, Caſſiũ Antonius conuiuam ſecũ duxit, Lepidus Brutũ, cæteri cæteros. Poſtridie vero frequenti ſenatu retulit de obliuione diſcordiarum Antonius, de prouincijs diuidẽdis aſſentiente ſenatu. Adiunxit & acta Cæſaris rata manere. ſed cũ Cæſarẽ, vt mos erat, in funere pro roſtris Antonius laudaret, atq; commiſerationẽ adijceret, veſtem Cæſaris explicãs ſanguine fœdatam, tantum furorem multitudini iniecit, vt corpus Cæſaris in foro cremarent, ſubſellijs menſiſq; vndiq; ad pyram raptis, accenſis facibus ad occiſorũ domos concurrerẽt. Ex hoc Brutus cæteriq; ex vrbe migrarunt, Cæſaris amici ad Antonium ſe contulerunt, ad quem etiam Calpurnia vxor pecuniam à Cæſare relictam tranſtulit, & penes eũ depoſuit. Inter hæc Antonius multa contra leges, quaſi à Cæſare antea decreta, attentauit. Dum hæc Romæ gerunt, Octauius adoleſcens hæres à Cæſare ſcriptus, ex Apollonia rediſt. Ingrediente aũt eo vrbẽ, repente liquidus ac purus & ſerenus ad ſpeciem cœleſtis arcus, orbem ſolis ambijt circulus, quaſi eũ potiſſimũ, vt aliqui ſcribunt, in mũdo ſolumq; clariſſimũ in orbe monſtraret, cuius tẽpore naſciturus eſſet, qui ipſum ſolẽ ſolus mundũq; totũ feciſſet & regeret. Ingreſſus vrbem Octauius, primũ ad Antoniũ, vtpote amicũ paternũ, ſalutatũ veniens, depoſitæ pecuniæ mentionẽ habuit. Hic Antonius primo iuuenẽ adſpernari atq; inſanum dicere, ſi tã onerosam hæreditatẽ adeundã putet, multaq; cõtra illũ cõtumelioſe dicere cœpit. Cũ tribunatũ petens Octauius, ſellam aureã patris ſui poſuiſſet, minatus eſt Antonius in carcerẽ illũ ducturũ. His rebus adductus Octauius, ad Ciceronẽ ſe contulit, eiq; ſe totũ permiſit, per quẽ cum ſenatũ ſibi conciliaſſet, ipſe aũt plebẽ ampiexaret, & veterani milites vndiq; ad eum concurrerẽt, Cicero poſtea ciuitatis princeps, oẽs mortales in Antoniũ concitabat. Deniq; ad deprimendũ iuuenẽ, Antonius parato exercitu, in Ciſalpina Gallia reſiſtentẽ motibus ſuis Decium Brutũ apud Mutinam obſidione concluſit. Octauius Cæſaris nomine veteranos ſimul in ſuum ac reipub. auxilium quanta potuit largitione contraxit, iuſſus comparato exercitu pro pretore preeſſe, & cũ Hircio & Panſa qui conſulatũ acceperant, Decio Bruto opem ferre, Antonio ante hoſte iudicato. Demandatũ itaq; bellum, tertio menſe confecit duobus prælijs. priore Antonius eum fugiſſe ſcribit, ac ſine paludamento quod eſt inſigne ducũ, ac equo, poſt biduũ demũ apparuiſſe. Sequenti vero prelio conſtat, nõ modo Octauiũ ducis, ſed etiã militis functũ munere, atq; in medio dimicationis aquilifero legionis ſuæ grauiter ſaucio, aquilã à moriente ſignifero ſibi traditã, ſuis humeris in caſtra retuliſſe. fuſus tũc atq; fugatus Antonius. Panſa aũt pilo grauiter vulneratus, interpoſitis diebus morit. Hircius quoq; in ſecũdo prelio occidit. Cæſar aũt victoria potitur, & conſulũ occiſorũ exercitus ei ſubdit. Rumor inter hæc percrebuit, Panſam atq; Hirciũ ambos opera Octauij occiſos. Panſæ quoq;, inquit Suetonius, adeo ſuſpecta mors fuit, vt Glyco medicus cuſtoditus ſit, quaſi venenũ vulneri indidiſſet. adiecit his Aquilius Niger, alterũ e conſulibus Hirciũ, in pugnæ tumultu à iuuene peremptũ. Octauius igit vt cognouit Antoniũ à M. Lepido receptũ, cæteroſq; duces & exercitus conſentire cũ patribus, cauſam optimatũ ſine cunctatione deſeruit, ad pretextũ mutatæ voluntatis dicta factaq; quorundã calumniatus, ob quod & quod percuſſoribus Iulij Cæſaris fauebat ſenatus, opera M. Lepidi Cæſar M. Antoniũ accepit in gratiã, atq; obſidẽ reconciliatæ gratiæ ſororẽ ſuã in vxorẽ dedit Octauiam. Tum cõuenere hi tres duces de diuiſione imperij, deq; cæteris rebus. verũ vt cætera facile tranſegerũt, ſic magna cõcertatio exorta, diu tenuit deliberantes de ciuibus necandis, ſingulis amicos ſeruare cupiẽtibus, & inimicos necare. Tandẽ inimicorum odio & iura cognationis & amicitiæ charitas abiecta. Cæſar Antonio Ciceronẽ, Antonius Cæſari auunculũ conceſſit necandũ. à M. Lepido Paulus frater ad necẽ conceſſus, vel vt quidã aiunt, ſponte deſtinatus. Nil reor vnquã, ait Plutarchus, crudelius aut tetrius factũ. Ita triumuiratus ab his tribus inuadit, cruentiſſimi fœderis diuerſa vota: incendia Lepidũ diuitiarũ cupidũ, quarũ erat ſpes ex turbatione reipub. Antoniũ vltiones de eis, qui ſe hoſtẽ indicaſſent: Cæſarem mors paterna, metuſq; Caſſij & Bruti exagitabant. His itaq; diſpoſitis, ad exequenda ea quæ decreuerãt, contendunt. conuenerat aũt vt ipſi tres reipub. cõſtituendæ per quinquenniũ preeſſent, ſtatuerãtq; vt vnuſquiſq; ſuos inimicos proſcriberet, in qua proſcriptione centũ trigintaduorũ ſenatorũ noĩa in tabula propoſita ſunt, multæ & variæ clades diu actæ, domus proſcriptorum direptæ, verũ tum ciuitas lachrymas tenere nõ potuit, cum palam Ciceronis caput pro roſtris abſciſſum videret, qui interfecto Iulio Cæſare, M. Antonij conatibus reſtitit. Sic Octauianus intendens totã rempub. ad ſe trahere, & cernens quod ſibi Cicero reſiſtere poſſet, permiſit eũ Antonio hoſti ſuo quaſi pacis firmãdæ cauſa. Quare cũ Antonius mortẽ Ciceronis quæreret, Popilius

Calpurnia Iulij vxor.

Octa. ad Ciceronem ſe confert.

Pugna ad Mutinã.

Octauij defectio à ſenatu.

Triũuiratus

Lenas, quē olim capitali iudicio defenderat, in fugientem, erat eñ proscriptus, missus est. Itaq; ab his carnificibus 64. annos natus Cicero interficit, caput eius cum dextra Antonius ad se delatum, suspendit pro rostris. Anno igitur ab vrbe condita 710. Octauianus, qui postea Augustus est appellatus, Romanis imperare cœpit, à quo & deinceps imperatores Rom. Augusti dicti sunt, regnauit annis 56. duodecim cū Antonio & Lepido, solus vero 44. hic Octauio senatore genitus, maternum genus ab Aenea per Iuliā familiā sortitus est, filius Acciæ sororis Iulij Cæsaris. Eum ille adoptauit in filiū, cum nō haberet proprium, & testamēto hæredem reliquit, nomenq́; suum ferre iussit. Vnde vt primū occisum auunculū & patrē, seq; hæredē institutū comperit, dimissa Apollonia vbi studijs vacauit, cōfestim in vrbē redijt, oĩaq́; vt supra dictū est, peregit. Octauianū Liuius scribit consulē creatū annos xviij. natū, cū Romā redijsset, recōciliata per Lepidū cū Antonio gratia. Inde legē tulisse de quæstione habēda in eos, quoꝝ opera pater occisus erat, postulatiq; ea lege M. Brutus, C. Cassius, D. Brut⁹, absentes damnati sunt. Cassius, cui mandatū à senatu erat, vt Dolabellā hostem iudicatū, bello persequeret, autoritate reipub. adiutus, interim Syriā cum tribus exercitibus, qui in eadē prouincia erant, in potestatē suam redegit, Dolabellā in vrbe Laodicea obsessum mori coegit. M. quoq; Bruti iussu C. Antonius occisus est. De Cassio Magister in historijs ita refert: Cassius, interfecto Iulio, venit in Syriā, cuius p̄ses olim fuerat à Iulio cōstitutus, colligensq́; exercitū cōtra Octauianū adolescentē & M. Antoniū, lxx. talenta à Iudæis exigebat. Primus aūt Herodes de Galilæa centū ferēs talenta, fauorē Cassij meruit, morā aliorū indigne ferentis. profectus est etiā Herodes cum Cassio ad p̄lium, nam ei adepta victoria, regnū Iudææ pollicebat. Extinctus est his fere tēporibus Antipater veneno, quo eū Malchus principatū affectās confecit, eodē Hyrcanū tentaturus. Itaq; cū in suspicionē veneficij illā venisset, apud Herodē se purgare voluit, sed ille à Cassio nūcio accepto, vt dolo dolū vindicaret, Hyrcanū ac Malchū vocat, vbi Malchus à chiliarchis circūseptus, erat eñ illis imperatū, vt Herodem iuuarent, occisus est. Hyrcanus stupore dissolutus cōcidit, vixq́; recepta anima. Herodem percontabat quis Malchū occidisset. Cumq́; vnus respōdisset, Cassij p̄ceptū, ait, Me & patriā Cassius seruauit, amborum insidiatorē perempto. Paulo post Phœnix Malchi frater, in vltionē aduersus Phaselū arma sumit, Hyrcano socio. Phaselo Herodes auxiliū laturus, morbo corripit. Cumq́; cōualuisset Herodes, Hyrcanum aggredi attentabat, sed propter affinitatē redierūt in cōcordiam. Habuit Herodes vxores nouē, ex quarū septē numerosam suscepit sobolē, sed de his paucos numerare sufficiat. Primogenitus eius Antipater erat ex Doside, Alexander & Aristobulus ex Marianne, cuius causa se circuncidit, Archelaus ex Mathaca Samaritide, Herodes Antipas, qui postea tetrarcha fuit, & Philippus ex Cleopatra Hierosolymitide. Herodē tamē hunc quidā Mariannę filium putant. Hoc tēpore Brutus aduersus Thracas missus, oĩbus transmarinis prouincijs exercitibusq́; in potestatē eius & C. Cassij redactis, coierunt Smyrnæ, vterq; ad ordinanda futuri belli consilia. Tum relicto ad vrbis præsidium Lepido, Cæsar cū Antonio in Cassiū Brutūq; accingit. illi cōparatis copijs ingētibus expectant, sed nec tum cladis destinatæ signa latuerūt. nam & assuetæ cadauerum volucres, castra Bruti & Cassij quasi iam sua circūuolabāt. In aciem quoq; prodeuntibus obuius Aethiops, apertū ferale signū fuit. ipsi q̄q; Bruto per noctē, cum tacitus secū rerū euentū pertractabat, imago quædā se obtulit, q̄ interrogata, Tuus, inquit, malus sum genius, in Philippis me videbis. moxq́; euanuit. Apud Philippos Macedoniæ ciuitatē vario euentu pugnatū est. acieq́; cōmissa cū pari ardore aliquandiu dimicaret, quanuis duces tunc non essent p̄sentes, ait Florus, cū alterū corporis ægritudo detineret, ferunt medicū Artoriū noctu per quietem Octauiano visum, Palladis voce monere, ne sequēte die in castris esset*, illū met⁹ & ignauia subduxisset, staret tū pro partibus inuicta fortuna & vltoris, & qui vindicabat. Primū adeo anceps fuit & par vtrinq; discrimē, vt exit⁹ p̄lij docuit: capta eñ sunt primū Cęsaris castra, inde Cassij. sed quanto efficacior est fortuna q̄ virtus? victoriā illi p̄lio error dedit. Cassius nāq; inclinato cornu suorū, cū captis Cæsaris castris rapido impetu recipientes se in id equites videret, fugere eos arbitratus, adscendit tumulū, inde puluere & strepitu etiā nocte vicina eximētibus rei sensum, cū speculator q̄q; in id iussus tardius renunciaret, actū ratus, vni de partibus suis auferendū p̄buit caput. Dehinc Brutus cum in Cassio etiā suū animū perdidisset, ne quid ex constituti fide resignaret, ita eñ pares superesse bello conuenerat, ipse quoq; vni comitū suorū confodiendū p̄buit latus. quis sapientissimos viros nō miret ad vltimū non suis manibus vsos, nisi hoc q̄q; ex superstitione non defuit, ne violarent manus, sed in abolitione sanctissimarum pientissimarūq;

Augustus secūdus Imp.

Cassius Syriam debellat.

Antipater veneno perijt.

Herodis soboles.

Cassij cædes & Bruti.

rumq́; animarũ iudicio suo, scelere alieno vterent. Perierũt itaq; Brutus & Cassius, infinitaq́; multitudo nobilitatis interfecta est, ac sic inter Octauianũ & Antoniũ diuisa est respub. vt Octauianus Hispaniã, Galliam & Italiã teneret, Antonius vero Asiam, Pontũ & orientẽ, anno ab vrbe condita 718. Antonius mox ad cogenda stipendia q̃ militibus solueret, cũ exercitu contendit. Primo igitur in Græciã profectus, Athenas inuisit, deinde in Asiam transijt: ibi cum reges vndiq; ad eum concurrerent, & reginæ donis certantes sese Antonio offerrent, corruptus extemplo animus, in consuetum morbum recidit voluptatũ: & cum se vertisset ad Parthicũ bellũ, Delium quendã ad Cleopatrã misit, iubens illam ad se in Ciliciã venire, iudiciũ subiturã, ꝙ C. Cassium opibus iuuisse accusaret. Mulier his acceptis, Antoniũ capi suis blanditijs posse confidens, classem instruit, per Cydnum nauigat, rudentibus incumbebãt puellæ, cuncta deniq; exquisitissime erãt parata. Antonius sub primũ reginæ appulsum, eam ad cœnam vocat, ibiq́; vsqueadeo captus est illecebris fœminę, vt mox in Alexandriã reginam sequeret, & interim ꝑciosissimam rem, tempus, desidia tereret. Antonio in Syria agente, Iudæorũ optimates Phaselũ & Herodẽ apud eũ accusabant, ꝙ rerũ summã vi possiderent, nomẽ tantũ superesset Hyrcano. Herodes aũt muneribus placauit Antonium, in memoriã reuocans ei patris sui antiquã cum eo familiaritatẽ. Post hæc iterum centũ potentissimi Iudæorũ ad eum perueniũt, accusantes Herodẽ cũ Phaselo. contradicebat aũt Messala, defendẽdo iuuenes Hyrcano ꝑsente. Consuluit Antonius Hyrcanũ, quinam rebus gerendis essent aptissimi. illo respondente Herodẽ & fratrẽ eius, Antonius exhilaratus eos tetrarchas ordinauit. xv. aũt ex resistentibus vt eos occideret, nisi Herodes recusaret. Sed neq; ita quiescebãt. vnde cum in Tyro Antonio occurrissent, corruptus pecunia, ꝑsidibus locorum ꝑcepit, legatos Iudæorũ nouis rebus studentes torqueri, & Herodi ꝑberi principatũ, vbi & multi vulnerati sunt. Interea in Italia bellũ ciuile mouerat L. Antonius cõsul, frater M. Antonij. causam ꝑtendebat, ꝙ Cæsar reuersus in Italiã, veteranis agros diuiserat. socios habebat qui pulsi erãt agris, Fuluia Antonij vxore cõsulente bellũ. Itaq; Cæsar annos natus xxiij. in oppido Perusino Luciũ coactũ aliqñ erumpere, coegit fame in deditionẽ venire, ipsiq́; & oĩbus militibus ignouit, Perusiã diruit, redactis in potestatẽ suã oĩbus diuersæ partis exercitibus. Prouocatus literis Fuluiæ Antonius, in Italiã venit. interim vxor Sicyone moritur, q̃ erat prima futuræ pacis spes. Antonio reconciliato, Cæsar sororẽ Octauiam in matrimoniũ dedit, diuisum inde inter illos tres imperiũ, ita vt terminũ faceret Ionium mare, omnis ad orientẽ tractus Antonio, ad Hisperiam Cæsari concessus, Lepido aũt Aphrica permissa. Inter hæc cũ Antonius in Italia esset, Pacorus rex Parthorũ in manu valida Euphratẽ transgressus, ad quem descendens Lysanias Antigoni nepos, pollicitus est talenta mille & virgines quingentas, vt Antigonum in regnum reduceret paternum. acceptis itaq; à Pacoro multis millibus Parthorũ, Antigonus Hierusalem expugnabat. Phaselus quidem muros, Herodes vero domum regiam custodiebat. sed cum intrasset Antigonus vrbem in diebus pentecostes, etiã in foro dimicatũ est. Cum autem de pace tractaretur, Antigonus Pacorum regẽ Parthorum pacis arbitrum in dolo deposcebat. Egressi Hyrcanus cum Phaselo & Antigonus, ad Parthorũ regem properãt. Herodes noluit cum eis descendere, suadente Marianne, vt nunq̃ fidei Parthorum fidem adhiberet. Hyrcanus vero & Phaselus in itinere à Parthis compræhensi sunt. quo accepto, Herodes noctu ad Idumæos contribules suos confugit. præmisit autem vxores & filios, & ipse subsequens, impetus inuadentium sustinebat. grauiores aũt Parthis Iudæos in fuga expertus est. Parthi vero non solũ Antigonum restituerunt in regnum, verum etiam Hyrcanum & Phaselum vinctos ei tradiderunt. At ille auriculas Hyrcani truncauit, ne quando mutatis rebus solutus, pontificatũ resumeret. Hyrcanus ad Parthos missus, diu ibi ludibrio habitus. Phaseli vero virtute tyrannus ꝑuentus est. nã Phaselus vindicẽ Herodẽ sperãs, ad saxũ fracto capite, mortuus est. Herodes accepta morte fratris, in hyeme Romam properauit: circa Pamphyliã fracta naui & in Rhodo reparata. Romã venit. Primo causam viæ exposuit Antonio, qui casum miseratus, senatui persuasit, vt Herodẽ regẽ Iudææ declararet. Coronatus ergo Herodes, Augusto & Antonio hincinde adstantibus, in Capitoliũ ductus est, vbi & decretũ senatus super hoc facto repositum est. remissus est in Iudæã Herodes, duoq́; principes cũ eo Ventidius & Silo, qui eũ in regno collocarẽt. Cum ergo venissent in Galilæã, Silonem Antigonus mercede corrupit, & propterea cõgredi aduersus Antigonũ simulanter differebat. cũq; tandẽ obsedissent Hierusalem Ro. tum pro hyemis asperitate, tum pro inopia victus ab obsidione discedentes, in Idumæa & Galilæa hyemabãt. nec tunc tamen Herodes ociosus erat. sed la-

Anto. cum Cleopatra degit.



Tetrarchæ Iudææ.

Bellum Perusinum.

Antigonus Hierusalem occupat.

Hyrcani & Phaseli interitus.

Herodes à senatu rex declaratur.

tronum multitudinem in cauernis suffocabat. Antonius aūt in Italia agens, cætera quidē omnia cōmuniter & amanter & summa cōcordia cum Cæsare agebat: uerū in ludis quos certatim inibant, non mediocriter angebat, ꝙ semper Cæsar esset superior. Erat tum apud Antonium quidam magus Aegyptius, qui dicere solebat, fortunam eius splendidissimam esse, sed e Cæsaris commodis obscurari. tuus enim, ait, dæmon illius genium reformidat: & cum celsus atq; alacer per seipsum sit, ob huius tamen vicinitatem humilis fit & abiectior. Equidē te moneo, vt abesse velis ꝗ procul ab hoc adolescente. His Aegyptij dictis omnia videbantur fidem facere. nam in quacūq; re certarent, semper victor Cæsar, victus aūt Antonius. Quibus rebus occulte turbatus Antonius, Cæsari rerū suarum cura relicta, ipse ex Italia migrauit cū Octauia vxore, ex qua iam filiolā susceperat, & Athenas nauigauit. Interea Pacorum Orodis regis filium, cū magnis copijs Syriam irrumpentem, Ventidius ad Cyristū deleuit, de qua victoria tanta formido Parthis iniecta est, vt intra Mediæ & Mesopotamiæ fines sese omnes reciperent, neq; vltra auderēt pedē referre, tribus continuis pugnis summa vi superati. Pulsis Syria Parthis, Herodes ad Antoniū Athenas proficiscitur, accusaturus Silonis dolos. Iosippum exercitibus præfecit, qui neglecto Herodis mādato, cū Antigono congressus, victus est à Pampo & capite truncatus. Cum accepisset Antonius dolum Silonis, misit Sosium cum Herode in manu valida, qui veniens in Iudæam, occurrentem sibi Pampum vicit, caputq; eius Feroræ fratri Herodis in solatium occisi fratris transmisit. Tandem quinq; mensibus obsessa Hierusalē, cum sexto Romani irruerent in eam, capta est. Antigonus descendens, ad pedes Sosij prostratus est, quem non miseratus Sosius, sed irridens, Antigonam appellauit, & in vincula coniecit. Post crudelem incolarū cædē, sacra milites violare pertentabant. sed restitit Herodes, singulis sua mercede data. Sosius aurea corona Deo dicata sublata, vinctū Antigonū deducens, ad Antonium remeabat, quem Antonius securi percussit. cōfirmatus est Herodes in regno, quarto anno ex quo Romæ diadema susceperat. Inde est ꝙ quandoq; plures, quandoq; pauciores anni Herodis leguntur.

Aegyptij cōmentum de genijs.

Ab hoc igitur anno quo diadema Herodes susceperat, qui erat annus decimus Octauiani Cæsaris, & 718. à conditione vrbis, regnum & sacerdotium Iudæorum vsque in præsens tempus defecit. sic sacerdotes qui idem & christi sunt, id est, vncti, e Danielis prophetia finē accepere. Nam vsq; ad Hyrcanum Alexandri Iannei filium, iudices, sacerdotes, reges per successiones Iudæis præfuerunt. Iam Hyrcano consilijs Antigoni, qui filius erat Aristobuli, à Parthis, Antigono à Romanis capto, Herodes successit. Inde pontifices, nec generis nec virtutis honore lecti, populo ꝑfuere. Quæ oīa ita ventura angelus Danieli prædixit in hæc verba: Et scias, & intelligas, ab initio sermonis respondendi & ædificandæ Hierusalem vsq; ad Christum ducem, hebdomades septem & lxij. & post hebdomadas septem & sexagintaduas interibit chrisma, & iudicium non erit, & templum & sanctū corrumpet populus, duce veniente ex Israel. Igitur septem & sexagintaduæ hebdomades, quæ simul fiunt lxix. faciunt annos quadringentos octogintatres. In quibus christi, id est, sacerdotes per vnctionē consecrati, regnauerunt, ab instauratione templi sub Dario vsq; ad Hyrcanum, in quorū nouissimo chrisma & sacerdotium Iudæorū defecit. Quod autem à perfectione templi, hoc est, à sexto Darij anno vsq; ad decimum Augusti annum, septem & sexagintaduæ hebdomades, id est, anni quadringenti octogintatres computātur, sic possumus approbare: Sexagesimæsextæ olympiadis anno primo, hoc est, Darij sexto, completa est templi ædificatio: & centesimæ octogesimæsextæ olympiadis anno secundo, id est, Augusti decimo, Herodes regnum suscepit Iudæorum: in quibus fiunt anni quadringenti octogintatres, per singulas olympiades quadriennio supputato. Interim à Sex. Pompeio Gn. Pompeij filio, ingens bellū in Sicilia commotū est, & cum annonæ commeatum impediret, postulatam ab eo pacem Cæsar & Antonius inierunt, ita vt Siciliam prouinciam haberet. At paulo post Sextus rursus latrocinijs mare infestabat, nec pacem quā acceperat, ꝑstabat. Cæsar necessario bello contra eum suscepto, duobus naualibus prælijs dubio euentu pugnauit, ita vt duarū classium Cæsaris altera, cui Agrippa ꝑerat, vinceret: altera quā Cæsar duxerat, deleret. Vicit tandē Agrippa exutū Pompeiū, & sexagintatres naues eius aut mersit, aut cepit. Pompeius cum decem & septem vix elapsus, Asiam petijt. ibi bellū aduersus Antoniū moliens, à legatis eius oppressus atq; extinctus est. Lepidus quoq; magna xx. legionū violentia tumens, Cæsarē semel atq; iterū spreuit. venientē ad se telis appeti iussit, ꝗ Cæsar collecta in læuū brachiū lacerna repellendo vitauit. mox immisso equo ad suos reuersus, instructoq; exercitu aduersus Lepidū veniens, plurimas legiones eius, paucis interfectis.

Finis regni & sacerdotij Iudæorum.

Anni e prophetia Danielis.

Sex. Pompeij interit⁹.

ctis,in suã partẽ transire coegit. Lepidus tandẽ intelligẽs quo sua vanitas tenderet, deposito paludamẽto,supplex Cæsari factus,atq; relicto exercitu,abrogatoq; triũuiratus honore,vitã impetrauit,perpetuo mulctatus exilio. M. Agrippa nauali corona tunc à Cæsare donatus,qui honos nemini ante eũ habitus est. Taurus Cæsaris ꝑfectus,totã pene Siciliã ferro pertentatã conterritãq; in fidẽ recepit. Orosius: Quadragintaquatuor legiones sub vnius tũc imperio Cæsaris erãt,milites vero multitudine ferociores,quosdã pro accipiẽdis agris tumultus excitauerunt. sed Cæsar aĩo ingens, 20000. militũ exautorauit,30000. seruoꝝ dñis reddidit,6000. quoꝝ dñi nõ extabãt, in crucẽ egit. ouans vrbẽ ingressus,vt in perpetuũ tribunitiæ potestatis esset,à senatu decretũ est. His diebus trans Tiberim e taberna meritoria fons olei terra exundauit, ac per totũ diẽ largissimo riuo fluxit. Herodes res Iudæoꝝ suo arbitrio versabat. Supererat tum Hyrcanus,à Parthis captus: quẽ,quia bonus ac illustris erat,Parthi ad ꝑces Iudæoꝝ in Babylone accepta pecunia,illis permiserũt,vbi Iudæi eũ vt principem omnino tractabãt. hoc comperto,Herodes Hyrcanũ ad reditũ inuitabat,qui contra consiliũ fautoꝝ suoꝝ in Babylone,illectus redire statuit. venientẽ primo loco tenuit, patremq; vocauit,erat eñ auus maternus Mariannes,& quia truncas aures habebat, & sic ad sacerdotiũ ineptus,quendã Iudęũ nomine Ananellum,pontificẽ designauit: quod ægre nimium tulit Alexandra socrus Herodis & filia Hyrcani,vxor Alexandri, ex quo Mariannẽ habuit & Aristobulũ iuuenem forma venustissimum,moleste ferẽs infamiam filij Aristobuli,ꝙ illo superstite,alter aduena principatũ sacerdotij meruisset. Quare scripsit Cleopatræ reginæ Aegypti,quã tunc Antonius deperibat,vt peteret M. Antonium principatũ sacerdotij filio suo præstare. sciebat eñ Antoniũ Cleopatræ vix aliquid posse negare. Antonius oĩa Herodi insinuat,vt Aristobulũ præficeret petit. Herodes hæc audiens,vehementer in Alexandrã exarsit,perinde ac seditiones regno moliret,olim se ordinasse Aristobulo principatum,interim aũt quia puer esset, Ananellũ ꝑfecisse donec is adolesceret. hæc pro deceptione dixit. At præsentia amicorũ læta,& non bene sperans,Alexandra cũ lachrymis satisfecit,dicẽs,& pro sacerdotio quidem oĩa & pro infamia vitanda fecisse. dextris itaq; datis,rex Herodes statim principatu sacerdotij Ananellum ꝑter legẽ exuit,seditiones domesticas pacans: nõ tamen securus degebat,dum Alexandrã ex ꝑteritis conatibus valde timeret. quapropter ꝑcepit eam in aula cõuersari,vt nihil sub potestate haberet. quo paulatim magis odio torquebat,nam superbia mulieris diligentiam custodiæ indignabat. Ad Cleopatram igitur sodalem suã lachrymabiliter scripsit,postulans sibi auxiliũ præberi,quæ iussit ei furtim cũ filio in Aegyptũ noctu ad se fugere. Quod cũ Sabio quispiã rescisset,vt gratiam mercaretur,Herodi patefecit. is mulierẽ tenuit,adolescentẽ qua posset ratione statuit perimere. Pontifex Aristobulus dum paulo post die festo officium magnifice super ætatem exercuisset,nimiũ populi sui excitauit fauorem,& Aristobuli aui sui præsens memoriã eis reduxit: palã gaudentes simul & lætitia perfusi, laudes emittebant vniuersi. Tacitus dolebat Herodes,ꝙ regni sui perniciem censeret. celebratione facta ex more,Alexandra conuiuium instruxit. tunc Herodes adulabatur adolescenti,& illiciebat ad affluentiam potionis,deinde quia æstas erat,collecti simul exierunt refrigerium captantes,& dum ioci causa hincinde natarent vniuersi,Herodis amici quibus hoc ꝑceptum fuerat,sæpe iuuenẽ mergentes tanq̃ ludentes, non emiserũt donec suffocarent xviij. agentem annũ. Quo malo nunciato,incessabilis mulieres dolor inuasit,ciuitas lamentis repleta est. Alexandra vero plus consumebatur cõscia peremptionis,& licet sæpius sua manu vitã finire niteretur,desijt tamẽ, si posset viuens sufficere ad vltionẽ insidiarũ perempti,oĩa dissimulabat,sustinere necessarium existimans. Herodes oĩbus verisimilis videbat non insidiarũ autor fuisse,& non tantũ funus peragebat,sed etiam lachrymis vsus est. Alexandra Cleopatræ Herodis insidias scripsit & filij perditionẽ,quæ dum festinaret petenti subuenire,petit Antoniũ vindicare adolescentis interitũ. flexus Antonius,ꝑcepit Herodi ad se venire Laodiceam,vt pro morte adolescentis satisfaceret. Herodes territus statuit obedire. cũq; Iosippũ Salomæ sororis suæ maritũ procuratorẽ regni reliquisset,demãdauit ei secreto,vt si quid ab Antonio passus esset,Mariannẽ occideret. diligere eñ se vxorem,ac timere ne contumeliã post mortẽ eius pãteretur,pulchritudine illius causante nimia,quæ res siue vxoris amore,siue aliunde orta est,non prospere cessit. Interea vero cũ Herodes ad Antoniũ venisset,multis cum donis corrumpit,atq; obiecta diluit. Cleopatræ verba aduersus suã satisfactionẽ Antonius parũ valere affirmauit. nã non iustũ est,inquit Antonius,vt rex de suo principatu depositus,ab alio pœnã luat, quia qui honorẽ ei dederunt,ipsi ei vti potestate permiserũt. Quo dicto,simulq; muneribus

Lepidus in exiliũ actus.

Olei fons.

Hyrcan⁹ ab Herode reuocatus.

Ananellus pontifex.

Aristobulus Iudæorum pontifex.

Aristobulus suffocatur.

Excusat Aristobuli mortẽ Herodes.

neribus datis,flexa Cleopatra,in aliud tempus vindictã seruare deliberabat. Reuerso ad sua Herode,statim soror eius Salome,materq́; cõtra maritum Iosippum accusatio nem proferunt,dicentes ꝙ cũ Marianne sæpius conuenisset. Herodes,quoniã nimis amabat Mariannẽ,noluit aliquid temerariũ facere:sed in vtroq; anxius,secrete eam inquirit,an vera essent quæ de Iosippo audierat. illa vero iuramento affirmante,ꝙ in nullo peccato esset,paulatim rex deflectitur,& ira deleta,coniugis amore superatur, honestatiq́; eius multas egit gratias. Forte paulo post mulier viri fidem pertentatura, ait:Non est amantis ꝙ mandaueras Iosippo,vt si quid patereris ab Antonio,me peri meret cũ nihil peccassem. Quod vt audiuit Herodes,exardescens furore,statim eam ab amplexu dimisit,clamans & suos capillos dilacerans,dicendo,signũ hoc manifestum ꝙ Iosippo commixta fuisset,peneq́; eam interfecisset,nisi victus amore,furoris impetum refrenasset. Iosippũ vlterius nec ad suam faciem venire permisit,& vt quidam scribunt,occidit,Alexandrã vero tanq̃ totius mali causam,reseruari ꝑcepit. Interea per Syriam turba commouebat̃,Cleopatra nõ desistente Antoniũ flectere,quatenus oppressis regibus,potentiam singulorꝫ ablatam sibi donaret,quæ cũ natura aua ra esset,nihil iniustũ reliquit:siquidẽ fratrem suũ quem iam habiturũ regnũ sciret,vltimum Ptolemæũ,venenis aggressa consumpserat xv. ætatis annũ agentem:sororem aũt Arsinoen Ephesi ad templum Dianæ cõfugientem,per Antonium extinxit. Iam pecuniarum gratia & templum & corpora violabat,neq; sacrarium tam castum fuit aut asylum tutum,cuius ornatum ipsa non abstulit. Petiuit itaq; ab Antonio etiam Iu dææ & Arabiæ reges occidi. Antonius cũ in omnibus amore fœminæ victus esset,vt non tantum verbis,sed etiam venenis videretur obedire,manifestam iniquitatem videns,rogabat ne se vt tantum peccaret,impelleret:nihilominus partes multarũ prouinciarum tollens,ei donauit. Accessit huic luxuriæ insolens superbia:considebãt eñi in thronis duobus Alexandriæ fabricatis,vbi reginam Cleopatram salutauit. Plutarchus hæc. Quin regina quoties se multitudini ostendebat,sacram Isidis stolam assumebat,& noua Isis iura populis dabat. Hæc cum Romæ Octauius & in senatu & con cionibus criminaretur,misit Antonius Romam aduersus Cæsarem accusatores:primo,ꝙ pulso Pompeio, Siciliam adeptus,nullam eius insulæ partem sibi fecisset:ꝙ cum eius nauibus ad prælium vsus esset,nullas vnquam restituisset:demum,ꝙ cum M. Lepidum collegã exautorasset,ipse habeat legiones & prouincias illi traditas. Super omnia,ꝙ Cæsar Italiam fere totam militibus suis diuisisset,& nihil reliqui militibus Antonij reliquisset. Ad hæc Cæsar,quæ bello acquisierit,Antonio partem facturum,cũ & ipse Armeniæ partem aliarumq́; acquisitarũ faciat sibi. Eo tẽpore ex Armenia vbi gerebat bellũ,discessit. res belli instruunt̃,ac cum Athenis esset,nonnullos Romam misit,qui Octauium domo pellerent:& cũ orientem teneret Asiamq́;,Artabanem Armeniæ regẽ proditione iampridẽ cepit,vinctũq́; argentea catena ad manifestationẽ thesaurorũ regiorũ coegit,expugnato oppido,in quo cõditos esse prodiderat rex,magnã vim auri & argenti abstulit. Qua elatus pecunia,denunciari bellum Cæsari,atq; Octauiæ vxori,Cæsaris sorori,repudiũ indici iussit. Et Cleopatrã sibi ex Alexandria occurrere imperauit. ipse Actiũ,vbi classem cõstituerat,profectus,cũ pro pe tertiam partẽ remigũ fame absumptã offendisset,nihil motus,remi,inquit,modo salui sunt,nã remiges nõ deerũt,quoad Græcia hoĩes habuerit. Cæsar interea Rom. in Antoniũ incitabat,aduersus Cleopatrã bellũ decernit̃. Antonius imperiũ deponere iubet̃,simulq́; Cæsar cũ exercitu in Epirũ traiecit aduersus Antoniũ,qui iam omne Actiũ littus classibus obsidebat. Inde cũ ad ꝑliũ coirent,Antonius pugnaces habebat naues quingentas,in q̃bus octiremes & deciremes erãt,peditũ centũ millia,equitum 22. millia. Reges qui ei parebãt,Bacchus Libyæ,Tarchodemus superioris Ciliciæ,Ar chelaus Cappadociæ,Philadelphus Paphlagoniæ,Mithridates Comagenus,Adoilas Thraciæ. Auxilia vero miserũt Polemon ex Ponto,*Manchus ex Arabia,Herodes ex Iudæa,Amyntas ex Lycaonia & Galatia. Erãt etiã à Medorũ rege missa auxilia. Cæsar naues habebat pugnaces 250. pedites 80000. equitũ ferme parẽ Antonianis numerũ. Misit ad Antoniũ Cæsar,vt Italiã accederet:Antonius cõtra iactabũdus,Cæsa rẽ in singulare certamẽ prouocat,aut si placeat,oĩbus copijs,vt in Pharsalia olim,dimicet. Omissis multis,Antonius nauali ꝑlio tertio victus,quarto cõgressus fugit, qua die ab hora quinta ad septimã incerta victorię spe pugnatũ erat,reliquũ diei cũ sequẽ ti nocte in victoriã Cæsaris declinauit,dux fugæ regina. Mox Antonius secutus,Alexandriã profugit,derelictus à suis,obsessusq́; à Cæsare,in vltima rerꝫ desperatiõe,ꝑci pue ꝙ Cleopatra occisa esset,falso rumore impulsus,seipsum interfecit. Alexandria in potestate Cæsaris facta,tũ Cleopatra exornata ad Cæsarẽ venit, sperans eum vt cæte

Simultates inter Herodem & Mariannen.

Cleoptræ auaritia.

Belli inter Cæs. & Anto. femina.

Artabanes capitur.

Octauia priuata viuit.

Anto. & Cæsa. auxilia.

Infelix Antonij pugna

Antonius se interimit.

cæteros sua specie ad libidinem illicere. sed ille eam spreuit,& custodiri præcepit, quæ vbi se ad triumphum seruari intellexit, e custodia elapsa in Mausoleum, maximos vt solebat induta cultus, referto odoribus solio, iuxta suum se collocauit Antonium iam ibi sepultum, admotisq; ad venas serpentibus, sic morte quasi somno soluta, frustra Cęsare etiam Psyllos admouente, qui venena serpentum e vulneribus hoĩm sugere solẽt. Sic Cæsar Octauianus Alexandria vrbe potentissima cum tota Aegypto potitus, redegit Aegyptum in prouinciæ formam, in qua vsq; ad Cleopatram regnauerunt, qui vocabantur Lagidæ, annis ducentis 73. Ipsa vero regnauit annis 22. qui sunt ducenti 95. anni. tantam vero pecuniarum copiam Cæsar in Alexãdria inuenisse fertur, vt ex hac duplicia Romæ venalium statuerentur precia. hæc Orosius. Victo Antonio, cum Augustus Rhodum venisset, desperauit pene Herodes, cum esset Antonij partiũ, etsi in pugna non affuisset: quapropter amici Herodis contristabantur, inimici vero sperabant meliora sibi rerum mutatione ventura. Herodes igitur Hyrcanum vidẽs suis rebus obesse posse, vtpote in dignitate regia constitutum, cogitauit de morte illius, ne imminente sibi à Cæsare periculo, ille daret occasionem, qui solus regio videbatur ex genere. Intelligebat hoc Hyrcanus, nec latebat res Alexandram, quæ perosa Herodem, fugere statuit, Hyrcanoq; persuasit, vt suis ad Arabas literis fugã conaretur, quæ cum in Herodis manus venissent, requisitus est ab eo & Malcho Hyrcanus, atq; literis demonstratis velut perfidiæ causa peremptus. Herodes Hyrcano interfecto, à Cæsare nihil sperans de rebus suis propter amicitiam quam habebat cum Antonio, subterfugere tamen non poterat, & cum suspectas haberet mulieres, commendauit omnia fratri suo Feroræ, matrem autem & sororem in Masada cõstituit, iubens vt si non rediret, principatum assumerent. Mariãnem vero vxorem, cum non posset cum matre & vxore conuersari, in Alexandrio cum Alexandra matre illius deposuit, Soemum super eas dimittens, Ituracum & Iosippum, fidos sibi amicos, quibus etiam mandauerat, vt si quid de ipso periculosum audirent, ambas interficerent, regnum vero filijs suis cum fratre Ferora custodirent. Cum hæc mandasset, Rhodum ad Cæsarem properabat, ibiq; diadema deposuit, veste quidem cultuq; priuato, sed fastu regio neque dissimulata virtute, coram hæc dixit: Ego Cæsar rex factus ab Antonio, fateor vtilem me gessisse Antonio, neq; abfuissem armis, ni contra Arabas me misisset. veruntamen auxilia pro viribus meis ei misi, optimum ei antehac dedi consilium, vnam esse dicens Cleopatræ mortem aduersarij internecionem, quam si occidisset, & pecunias & me ipsum belli contra te socium pollicebar. Sed profecto eius aures amor Cleopatræ, & Deus qui victoriã tibi donaret, obstruxit. vnà ego cum Antonio victus sum, & regiam coronam cum eius fortuna deposui. ad te nunc veni, spem salutis de virtute præsumens. Ad hæc Cæsar: Immo saluus esto & nunc, & regnato certius, quia meritus es vt plurimos regas, cum amicitias tanta fide tuearis. Recte autem fecit Antonius, quia magis Cleopatræ paruit quàm tibi. te enim lucrati sumus propter eius amentiam. mox sibi diadema imposuit, ac indulgentiam decreto consignat, præclara in eius laudem locutus. addidit quoq; regno eius Gadara, Ioppen & Samariam. de satellitibus Gallis qui fuerant Cleopatræ, ei quadringentos donauit, & terram ei reddidit, quam per illam perdiderat. Cumq; Cæsarem comitatus fuisset vsq; ad Antiochiam, reuertitur. Cum ad regnum suum redijsset, turbatam omnem inuenit domum. vxor enim & mater Alexandra non putantes se pro tutela in illo oppido positas, sed tanq̃ in carcerem coniectas, cum nihil in sua potestate reliquisset, angebantur etiam, recolentes qualia Iosippo mandata olim dedisset. Siquidem custodes & præcipue Soemum, nimia diligentia mitigabat Mariãnes, qui blandis sermonibus donisq; tandem flexus, & quia sperabat Herodẽ non reuersurum, mandata ipsius partim detexit. Marianne hæc grauiter audiens, nec finem sibi de periculis Herodis inuenire putans, peiora animo versari cœpit, aduenietem prioribus blãditijs non excepit. quod adeo tulit Herodes grauiter, vt omnia perfidiæ argumenta certa videret. palam illum vxor criminata, ob Hyrcani & Aristobuli interitum. Sed ille quidem amore mutus erat. erupit interim alia causa: meridie nanq; dum voluisset requiescere, accersiit Mariannem more consueto: quæ cum intrasset, cum eo non concubuit, sed repulit, multa ei improperans. quod cum iniquo animo tulisset, soror regis Salome insidias augeri volens, loquebatur non pauca contra Mariannen, insimulabatq; eam adulterij. Ad hæc Salome subornatum pincernam Herodis introducit, qui asserebat, Mariannẽ sibi p̃mium p̃stitisse, vt amatorium regi propinaret, putaret fuisse venenum. cum talia audiuisset, dudum furibundus excitatur plus: eunuchum qui Mariãnæ fidelissimus erat, de veneno torquebat, tortus tamen nihil de veneno dixit, sed vxoris odiũ esse in regẽ

Aspidis morsu Cleopatra int[...]

Mors Hyrcani.

Octauij in Herodẽ beneuolentia.

Herodi diadema reponitur.

Herodis domestica odia.

manifestauit,propter sermones quos ei Soemus explanasset.hoc audiens,exclamauit rex Soemum proditorem mandatorum,existimans inter Soemum & vxorē quid amplius interuenisse,qua de re mox Soemum interimi præcepit. Vxoris vero causa iudicium colligens,familiarium accusationem parauit,studioseq́ executus est de relationibus veneni.Erat mulier sermone incontinēs & iracunda, in quam qui psentes erāt, mortis sententiam proferebant.suadebāt tñ alij,ne ita temerarie eam interficeret, sed poneret in aliquam custodiam regalem.Tum Salome cum suis festinabat,caue,inqt, o rex seditionem multitudinis,si illa vixerit.sic Marianne trahebatur ad necem.Considerans autem Alexandra eadem se passuram ab Herode,volens ostendere innocentiam suam,vociferata est malam circa maritum &ingratam fuisse Mariannen,iusteq́ omnia aduersa pati:illa nec verbum dedit,nec ad illius vituperationem turbata respexit,sed animi grauitate peccatū matris ferre demonstrabat,ipsaq́ non timido gressu, neq; mutato colore ad mortem ducebatur,generositatem suam nequaquam in extremis dimittens. Sic interijt fœmina, quæ ad continentiam & magnitudinem animi optima erat, modestia vero ei non defuit, pulchritudine corporis & affabilitatis dignitate omnes mulieres anteibat. postq̄ ea interijt, potius desiderium exarsit regis, vt sæpius nomen illius putans adhuc viuere,inuocaret. moliebatur autem omnia facere quæ potuissent solatium afferre,sed tantū doloribus tenebatur.Superuenit mox ęgritudo pestifera,omībusq́ suspicio erat,ex ira Dei contigisse. vnde postea medici, dum nequaq̄ remedijs prodessent,omnia quæ ille vellet,iussere ei præberi,salutem casui deuouētes.Alexandra cum audisset in quibus esset Herodes periculis,Hierosolymā festinauit custodias ciuitatis obtinere,sub specie tamen, q̄ vellet filijs Herodis cōseruare,si quid ei humanitus contingeret.sed hoc confestim nunciatur regi, qui nihil remoratus,interfici eam præcepit.ita perijt & Alexandra.Ipse vero vix tandem conualescens in omnibus causis factus ad pœnas paratior,idcirco amicos interemit plures, Custodibarum sororis maritum cum liberis, vt iam nihil esset residui de genere Hyrcani. Filios autem quos de Marianne susceperat,Alexandrum & Aristobulum,Romam misit liberalibus artibus erudiendos. Deinde 18. regni sui anno Herodes post multa præclarissima ædificia tam Hierosolymis quàm in vicinijs perfecta, conuocatum populum hac oratione permulcebat:Nostis, dicens,q̄ istud maximo Deo templum nostri patres ædificauerunt,cum à Babylonia remeassent, & quia desunt ei in altitudine 60. cubiti instar illius quod Salomon construxerat, nemo negligentiam parentum nostrorum accuset.Sed Cyrus & Darius huiusmodi mensuram ædificationis fieri præceperunt,quibus illi seruientes,& post illos Macedonibus,non habuerunt aptum tempus vt ad antiqui formam templi perducerent.Nunc autem cum nutu Dei principatui meo pax larga data est,multitudo redditūum,& quod maximum est amicitia Romanorum,qui omnium rerum domini existunt,cur non studemus omissum necessitatis tempore opus corrigere,& integrum Deo præbere pro beneficijs meo regno collatis?Talia concionantem Herodem laudant,dum tamen consummare valeat.ædificatur itaq; templum ex lapidibus albis longitudine centum cubitorum,latitudine centum,altitudine centum viginti,medium templi erat altissimum, vt à multis stadijs conspiceretur,& in prouincia constitutis & contra habitantibus aut accedentibus cerneretur:ianuas aūt introitus & superliminaria vario ornatu decorauit,aureos flores ambientes columnas fecit,super quarum capita vitis tendebatur.templo perfecto,oīs populus lætitia completus est, de quo plura Iosephus. Dicitur aūt ibidem, per id tempus dum templum construeretur,die quidem non pluisse,nocte vero imbres descēdisse,ne templi constructio forte impediret. Anno ab vrbe cōdita 726.vt refert Orosius, Cæsar victor ab oriente rediens, octauo Idus Ianuarij vrbem triplici triumpho ingressus est,ac tum primum ipse Iani portas,finitis oībus bellis ciuilibus,clausit,atq́ ex eodem die summa rerum ac potestatum penes vnum cœpit esse & mansit. Græci id monarchian vocant.Anno ab vrbe condita 726.imperatore Augusto Cæsare sexies,& bis M.Agrippa cōsulibus,Cæsar parum in Hispania per ducentos annos actum intelligens,si Cantabros atque Astures duas fortissimas gentes Hispaniæ suis vti legibus fineret, aperuit Iani portas, atq; in Hispanias cum exercitu profectus est.Cantabri & Astures Gallecię portio sunt, qua extentum Pyrenæi iugū haud procul secundo Oceano sub septētrione deducitur.hi non solum propriam libertatem tueri parati,verum etiam finitimorum præripere ausi.Igitur Cæsar apud Segisamam castra posuit,tribus agminibus totam pene amplexus Cantabriam.Cantabri tandem in montem Vinnium confugientes,fame ad extremū pene cōsumpti sunt. Præterea vlteriores Gallecię partes,quæ montibus syluisq́ cōsitæ Oceano terminant,Antistius & Firmius

Mariannes interitus.

Aegritudo Herodis.

Alexādra interficitur.

Templū Herodes ædificat.

In Octauiano cērta monarchia.

Cantabricū bellum.

mius grauibus bellis pdomuerũt. nam Medullum montem, in quo se magna multitudo tuebatur, per 15. millia passuum fossa circunseptum, obsidione cinxerunt. Itaq; vbi se gens hominum trux natura & ferox, tolerandæ obsidionis insufficientem cõspicit, ad voluntariam mortem concurrit. nam se pene oẽs certatim igne, ferro ac veneno necauerunt. Astures vero Romanos, nisi proditi præuẽtiq; essent, magnis consilijs viribusq; oppressissent. hos postea Carisius bello exceptos, non parua etiã Romanoꝝ clade superauit. his oĩbus per 5. annos domitis, tota Hispania in æterna pace composita, Cæsar Romam redijt, & Cantabricæ victoriæ hunc honorem cõtulit, vt tunc secundo portas Iani clauserit. Interea Cæsarem apud Tarraconem citerioris Hispaniæ vrbem legati Indorum & Scytharum adeunt. par principi cum Alexandro gloria, quem Hispanorum Gallorumq; legati in oriente apud Babylonem contemplatione pacis adibant. hunc apud Hispaniam in occidentis vltimo supplex cum gentilitio munere æous Indus & Scytha boreus orauit. Nec tamen finis belli gerendi, sed emergebãt diuersis orbis oris gentium inflatæ ceruices. ad septentrionem ferocius agebãt Norici, Illyrij, Pannonij, Dalmatæ, Mysi, Thraces, Daci, Sarmatę atq; Germani. Noricis animos dabant alpes atq; niues, sed illos per priuignum suum Claudium Drusum pacauit. Illyrij, quos vno nomine Sclauos appellant, aliqui quoq; sub alpibus agunt, imas valles & quasi quædam claustra custodiunt, abruptis torrẽtibus implicati. In hos expeditionem ipse sumpsit, ponte facto eos perdomuit. Pannonij duobus saltibus ac tribus fluuijs, Drauo, Sauo, Istroq; vallantur. hos per Vibium perdomuit. cæsi sunt in vtrisq; fluminibus, arma victorum non ex more belli cremata, sed capta sunt, & in pfluentes data, vt cæteris qui resistebant, victoria sic nũciaretur. Dalmatæ plerunq; sub syluis agunt, ad latrocinia promptissimi. hos Marius incensa vrbe Delminio detruncauerat, postea Asinius Pollio gregibus, armis, atque agris mulctauerat. sed Augustus perdomãdos Vibio mandat, qui efferum genus fodere terram coegit, aurumq; venis repurgare. Mysii ꝗ feri & ꝗ truces fuerint, ostẽdit ipsoꝝ etiã barbaris barbaroꝝ horribile dictu factũ: vnus ducũ ante aciẽ postulato silentio, qui vos, inquit, estis? responsum inuicem, Romani gentium domini. & illi, ita, inquiunt, si vos viceritis. Accepit omen M. Crassus. Illi statim ante aciem equo immolato, concepere votum, vt cæsorum extis ducum & litarent, & vescerentur. deos audisse crediderim, ait Florus. nec tubam sustinere potuerunt. non minimum terroris incussit barbaris Chonidius centurio foculum gerens super cassidem, suscitatam motu corporis flammam, velut ardenti capite fundebat. Ante hos Thracum maximus populus desciuerat, sed à Pisone perdomiti. Daci montibus inhærent Cotisonis regis imperio. Missus ad eos Lentulus, vltra vlteriorem ripam repulit. sic tunc Dacia non victa, sed summota atque dilata est. Sarmatæ patentibus campis inequitant, & hos per eundem Lentulum prohibere Danubio satis fuit. nihil præter niues rarasq; syluas habent. tanta barbaria est, vt pacem non intelligant. Germaniam quoq; vtinam tanti vincere non putasset Augustus. magis ea turpiter amissa est, ꝗ gloriose acquisita. sed quia sciebat patrem suum Cæsarem bis ponte facto ex Gallijs transisse Rhenum, proximamq; partem Germaniæ domuisse, in illius honorem concupiuit facere prouinciam, & factum erat, si barbari tam vitia nostra ꝗ imperia ferre potuissent. Missus in eam prouinciã Drusus Cæsaris priuignus, primos domuit Vsipetes. Inde Tencatheros, Cattos, & Marcomanos, quos pene deleuit, eorumq; insignibus spolijs ditatus est. Inde validissimas nationes Cheruscos, Sueuos & Sicambros pariter aggressus est, qui 20. centurionibus interemptis, hoc velut sacramento sumpserant bellum, adeo certa victoriæ spe, vt prædam in antecessum pactione diuiderent. Cherusci equos, Sueui aurum & argentum, Sicambri captiuos elegerant. sed omnia retrorsum. victor nanque Drusus equos, pecora, torques eorũ, ipsosq; præda diuisit ac vendidit. Horum virtutem eo licet videre, ꝙ mulieres intra plaustra conclusæ, deficientibus telis, paruos filios collisos humi, in hostium ora iaciebant, in singulis filiorum necibus bis parricidæ. Præterea in tutelam prouinciæ, præsidia vbique disposuit per Mosam flumen, per Albin, per Visurgim, per Rheni quidem ripam quinquaginta amplius castella direxit. Bonnam & Genosiam cum pontibus iunxit, classibusq; firmauit. Inuium atque inaccessum in id tempus Hercynium saltum patefecit. ea denique in Germania pax erat, vt mutati homines, alia terra, cœlum ipsum mitius molliusq; solito videretur. Denique non per adulationem, sed ex merito, defuncto ibi fortissimo iuuene, ipsi, quod nunꝗ alteri, senatus cognomen ex prouincia dedit. Sed difficilius est prouincias retinere, quàm facere: viribus parantur, iure retinẽtur. Igitur breue id gaudiũ fuit: quippe Germani victi magis ꝗ domiti erant, moresq; Ro. magis ꝗ arma sub imperatore Druso suscipiebant. postꝗ ille

Asturiense bellum.

Gentium legati.

Dalmatæ.

Mysii.

Thraces.

Sarmatæ.

Drusus in Germaniã missus.

Sueuorum ferocia.

Varus Quintilius.

ille defunctus est, Vari Quintilij libidinem atq; superbiam haud secus q̃ sæuitiam odisse cœperunt. ausus ille agere conuentum, in castris se direxerat, q̃si violentiam barbarorum lictoris virgis & p̃conis voce posset inhibere. At illi qui iam pridem rubigine oblitos enses, inertesq́; cernerent equos, vt primum togas & sæuiora armis iura viderunt, duce Arminio arma corripiunt. Cum interim tanta erat Varo pacis fiducia, vt ne prodita qdem per Segestem vnum ducum coniuratione, commoueret. Itaq; improuidum & nil tale metuentem adorti, cum ad tribunal citarent, vndiq; inuadunt, castra rapiunt, tres legiones opprimunt. Varus pditas res eodem, q̃ Cannensem diem Paul⁹, & fato est & animo secutus. nihil illa cæde p paludes, perq́; syluas cruentius, nihil insultatione barbarorum intolerantius, p̃cipue in causarum patronis, alijs oculos, alijs manus amputabāt, vnius os sutum, recisa prius lingua, quā in manu tenēs barbarus, Tandem, inquit, vipera sibillare desiste. ipsius q̃q; cōsulis corpus, q̃d militum pietas humi abdiderat, effossum. signa & aquilas duas adhuc & barbari possident, tertiam signifer prius q̃ in manus hostium venisset, euulsit, mersamq́; intra baltei sui latebras in cruenta palude deposuit. hac clade factum, vt imperium q̃d in littore Oceani non steterat, in ripa Rheni fluminis staret. Hęc acta sunt in Sueuia apud Augustam, secundū aliq̃s. Strabo in 7. vult hęc acta in terra Cheruscorum, & qdem verius. Hanc cladem Cęsar adeo grauiter tulit, vt veste capilloq́; deformis, sæpe p vim doloris caput parieti collidens, clamasse ferat: Quintili Vare, redde legiones. Ad hæc excubiæ in vrbe indictæ, prouinciarum p̃sidibus prorogata imperia, vtputa rerum peritis, ne noui p̃fecti detrimēto essent reip. Ioui voti sunt ludi magni. Mox ad id reformandum Tiberius frater Drusi cum 15. legionibus missus, q cōtinuo bello Germanos arripuit, & 40. millia captiuorum victor abduxit. Quod reuera bellum maximum & terribilissimū p triennium gestum est, nec fere vllum maius bellum post Punicum fuisse dicit. Sub meridiano vero tumultuatum magis q̃ bellatum est. Musulanos atq; Getulos accolas Syrtiū Cosso duce compescuit, vnde illi Getulici nomen latius victoria patet. Marmaridas atq; Garamantas Turmio subigendos dedit. potuit & ille redire Marmaricus, sed modestior in æstimāda victoria fuit. ad orientem plus negocij cum Armenis, huc alterum Cæsar ex nepotib⁹ suis misit, ambo fato breues, sed alter inglorius. Massilię qppe Lucius morbo soluitur, in Lycia Caius ex vulnere, cum Armeniam ad Parthos se subtrahētem recepit. Armenios, victo rege Tigrane, in hoc vnū seruitutis genus Pompeius asseruerat, rectores vt à nobis acciperent. Intermissum ergo ius, p hūc recuperatum, non incruento nec inulto tñ certamine. Bosphoranos q̃q; ad orientem Agrippa superauit. Parthi vero q̃si toto terrarum orbe vel domito vel pacato, vltro signa q̃ à Crasso abstulerant atq; ab Antonio, ad Cæsarem remiserunt: regijsq́; obsidibus traditis, firmum fœdus fideli supplicatione meruerunt. Sic Suetonius: Domuit, inquit, partim ductu, partim auspicijs suis, Cantabriam, Aquitaniam, Pānoniam, Dalmatiā cum Illyrico omni. Item Rhetiam, Vindelicos ac Salassos gentes alpinas coercuit, & Dacorum incursiones tribus eorum ducibus cum magna copia cæsis, Germanosq́; vltra Albin fluuium submouit. Ex qbus Sueuos & Sicambros dedentes se, traduxit in Galliā, atq; in pximis Rheno agris collocauit. Alias item nationes male qetas, ad obsequiū coegit. Nec vlli genti sine iustis & necessarijs causis bellum intulit, tm̃q́; abfuit à cupiditate imperium augendi, vt q̃rundam barbarorum principes in æde Martis iurare coegerit, mansuros se in fide & pace quam peterent. A qbusdam vero nouum genus obsidum fœminas exigere tentauit, q negligere marium pignora sentiebat, & tñ potestatem semp oībus fecit, q̃ties obsides vellent recipiendi, neq; aut crebrius aut piculosius rebellātes, grauiori vnq̃ mulctatus est pœna, q̃ vt captiuos sub lege venundaret, ne in vicina regione seruirent, neve intra 30. annos liberarent. Qua virtutis moderatiōisq́; fama Indos ac Scythas pellexit ad amicitiam suam populiq́; Ro. vltro p legatos petendam. Parthi q̃q; & Armeniam vendicanti facile cesserunt, & signa militaria q̃ M. Crasso & Antonio ademerant, reposcenti reddiderunt, obsidesq́; insuper obtulerunt. Sic vbiq; continua totius generis humani aut pax fuit, aut pactio. Ianum Quirinum semel atq; iterū à condita vrbe sub Numa rege & victa Carthagine clausum, in multo breuiore tēpore terra mariq́; pace parta, ter clausit. Pro tantis meritis in senatu tum tractatum extitit, an quia Cæsar Octauianus condidisset imperium, Romulus vocaretur. sed sanctius & reuerentius visum est nomen Augusti, q remp. tm̃ auxisset, obq́; tot ingentia facta, pontifex maximus, dictator perpetuus, & pater patrię est appellatus. atq; ex eadem die senatus populiq́; Ro. potestas & imperium in eum extitit translatum. Tunc summa rerum ac potestas, quā monarchian vocant, penes vnum esse cœpit, & mansit. Inter hęc Herodes ad Italiam nauigauit, Cæsarem desiderans salutare, & videre filios suos Romæ

Arminius Ger. libertatis vindex.

Augusti q̃ grauissima clades.

Vare, redde legiones.

Parthi deduntur.

Augusti victoriæ.

Clementia.

Ianus tertio ab August. clausus.

mæ degentes Alexandrum & Aristobulum ex Marianne natos, quos propter matris nobilitatem,& q iam regnanti sibi fuissent geniti,regie educabat in studijs vrbis Romæ.Cæsar qdem eum amicabiliter suscipiens,pfectos ei doctrina filios reddidit,qs & ad propria reduxit.cum aũt redijssent,studium populi circa iuuenes erat, forma corporis & regio ornatu pspicuos.At inuidiosi statim facti sunt Salomæ sorori regis,& illis qui accusatione damnarunt Mariannen, putantes illos matrẽ vlturos. Erant tũc qui dicerẽt,non libẽter cum patre eos morari propter matris interitum,vnde odium patris in eos exarsit.Interea tñ omni suspicione ꝑtermissa, rex amore filiorum honores illis largitus est,vxores eis nobilissimas iunxit. Aristobulo quidem filiam Salomæ Berenicen,Alexandro vero Archelai regis Cappadocũ filiã Glaphiram. procedebat nihilominus seditio domestica & odium Salomæ,dum vellet neminem superesse qui priores vendicaret.adolescentes vero ab eo ac regis fratre Ferora propter matris interitum discordabant,odium par pro alterutris fuit.Modus aũt odij non similis, cum illi quidem manifeste detraherent,inhonestum putãtes iram celare,alij vero callide & maleuolis accusationibus vterentur,seducentes semp adolescẽtes,q̃rum audaciam putabant ad necem patris posse fieri,cum nequaq̃ crederent matrem iuste perijsse.Deinde cuncta ciuitas repleta,miserabatur innocentiam adolescentium,diligẽtia vero Salomæ crescebat,& occasiones q̃rebat.dicebant iuuenes,misere matri contigisse,se vero miseriores,cum cõpellerẽtur cum interfectoribus matris cohabitare.Res lapsa est, absente Herode,semp in deterius.cum aũt redisset.statim aderãt frater & soror,dicentes ei ab adolescentibus periculum imminere,q minime sustinerẽt inultam matris necem,& q pararent proficisci ad Cęsarẽ,& ipsum de interfectione matris accusare.ad hæc obstupuit rex,quia verisimilia.turbatus itaq;,& vt adolescentium fiduciam simul & temeritatem damnaret,Antipatrum filium suum,ex Doside ignobili ante principatum genitum,illis præponens,oĩa in eum transtulit,q scirent alium ꝑter se patri succedere,& deposito supercilio, posset eos ad meliora reuocare. Excogitauit & q̃tidie maiora,adeo vt matrem Antipatri dudum repudiatam,reduceret:sed non sicut putauit,res euenit.nam pueris talis deiectio vehemẽter grauis apparuit.Antipater ad hæc fiducia maiore potitus,cogitauit fratres affligere, eorumq́; accusatoribus consentire. egit tñ cauti⁹ per subornatos,multos eñ iam acquisierat amicos propter spem quam de regno habuit.pater etiam facile oĩa credebat,à filiorum alienatus amore.vnde plus tristitiæ adolescentibus crescebat,ita vt sæpius ab eis lachrymæ pro contemptu sui & matris recordatione funderentur,patremq́; manifeste apud amicos tanq̃ iniustũ accusabant,quæ non paruam in aula seditionem commouebant.Eo tempore M. Agrippa veniens ab Asia, Antipatrum ad nimiam Herodis commendationem secum Romam duxit.Antipater Romę manens,multum affligebatur,veritus ne pater fratres in gratiam reciperet,malignaq́; vsus machinatione, contra fratres frequenter scribens, vereri se patris interitũ.Incitabãt non minori studio Feroras ac Saloma,vsq; quo Herodem ad tm̃ ꝑduxissent furorem,vt iam aperte contra filios niteretur.q̃d filij accipientes,Romam adeunt. Fuit aũt in diebus Herodis regis Iudææ,effluxis annis regni eius 29.sacerdos noĩe Zacharias de vice Abiæ,& vxor eius Aaronita, noĩe Elisabeth,q dum in die propiciationis incensum poneret,prædixit sibi angelus, nasciturum sibi filium de vxore.consideräs ille sterilitatem vxoris & vtriusq; senectutem,non credidit, & ob hoc obmutuit vsq; ad diem partus.nomen quoq; pueri & magnificentiam cum abstinentia ei indicauit.concepit aũt Elisabeth & occultabat se mẽsibus quinq;.In sexto deniq; mense missus est Gabriel in Nazareth ad Mariam virginem desponsatam Ioseph.cumq́;,ea salutata, dixisset eam pariturã IESVM filium altissimi, quæsiuissetq́;,quõ hoc fieret, cum se non cognituram virum animo vouisset,nisi aliter Deus disponeret,angelus addidit,non de viro, sed opere spũssancti concepturam, indicio q anus concepisset cognata sua Elisabeth.permixtæ eñ erant sacerdotalis tribus & regia.Nam & Aaron vxorem habuit de Iuda Elisabeth sororem Naason, & Ioiada pontifex Ochabeth filiam regis Ioram.Et ait Maria ad angelum:Fiat mihi secundum verbum tuum.Statim cõceptus est CHRISTVS de virgine verus homo anima & carne,ita tñ,q lineamenta corporis membrorum vsibus discerni non possent. Creditur aũt conceptus 8.calen.Aprilis,& reuolutis 33.annis,eodem die mortuus est. Mox vt concepit virgo Maria de spũsancto,ad salutandam Elisabeth perrexit, cuius salutatiõem & infans sensit.exultauit eñ præ gaudio in vtero matris, repletaq́; statim spũsancto Elisabeth,voce magna exclamauit. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater dñi mei ad me?Beata,inquit,quæ credidisti, quoniam perficientur in te ea quæ dicta tibi sunt ab angelo. Peperit denique Elisabeth filium,& audierunt vicini & cognati eius, quia

Herodis cũ August.cõgressus.

Antipater Herodis filijs præficitũ.

Furor Herodis contra filios.

Zacharias, Elisabeth.

Io. Baptista nascitur.

quia magnificauit dominus† plebem suam cum illa, & congratulabantur ei. Cumq́ꝫ dies 8. venisset vt circuncideretur puer, innuerunt parentes patri, quem vellet vocari illum. accipiens ille tabulã, scripsit dicens: Iohãnes est nomen eius. & confestim apertum est os eius, & prophetauit, dicens: Benedictus dominus Deus Israel, quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ. Quo prodigio omnes admirati, põtificium munus eidem restituere. demũ defunctus, inter sanctos prophetas relatus, & Nonis Nouembris eius natalicius dies celebratur. Anno Augusti Octauiani 41. Cyrinus ex consilio senatus ad Iudæam missus, census hominum possessionumq́ꝫ descripsit. Augustus vero habitatoribus Romæ dinumeratis, inuenit virorum 130. millia, & mille 37. Germanos in arma versos, M. Lolius superat anno imperij Augusti 27. secundum Eusebium olympiade 190. Virgilius Maro Brundusii moritur, & Neapolim transfertur, cuius epitaphium:

Ger. supati.

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope, cecini pascua, rura, duces.

Oratores & poetæ.

sub Augusto, anno eius 25. olympiade 190. Horatius Venusinus 57. ætatis suæ anno moritur Romæ, anno Augusti 33. Salustius historicus paulo ante illos claruit.

Terẽtius Varro e Narbonen. prouincia inter lumina doctrinarum Romæ habitus, corona nauali à Pompeio in bello piratico donatus. Seruius Sulpitius iurisconsultus. Messala Coruinus orator. Strabo historicus sub Tiberio. Solinus historicus sub Augusto. Ti. Liuius Patauinus historicus sub Tiberio moritur. P. Ouidius Naso Sulmoneñ. poeta clarissimus, in exilio obijt. Non negligẽda videtur reipub. Ro. descriptio. Sic strabo lib. 17. Romani, inquit, ex vna ciuitate profecti, belli & pacis artibus totam Italiam, deinde quæ Italiæ proxima sunt, omnia eadẽ virtute adepti. Cumq́ꝫ tres sint continentes, Europam fere totam habent, præter eas partes quæ extra Istrum sunt, & præter Paroceanitas, qui intra Rhenũ Tanaimq́ꝫ habitant. Africæ vero ora, q̃ nobis ex aduerso est, tota eis paret. nã reliq̃ vel inhabitabilis est & sterilis, vel à pastorib⁹ incolitur. Eodem modo & Asiæ ora q̃ ad nos vergit, tota Romanis subiecta est, nisi quis Achæos & Zygos & Eniochos in ratiõe ponat, q in angustiis admodum & sterilibus locis latrocinantur, & pastoralem vitam degunt. at mediterraneæ & penitioris regionis partem Ro. habẽt, partẽ Parthi & barbari, q vltra hos sunt, orientem & septentrionem versus, vt Indi, Bactrij & Scythæ, dehinc Arabes & Aethiopes, ac semp eis aliqd additur. Vniuersæ huius terræ q̃ Ro. paret, partẽ reges tenent. quam vero ipsi habent, prouinciam vocant, & p̃fectos & q̃stores in eam mittunt. Sunt etiam nonnullæ ciuitates liberæ conditionis, aliæ ab initio ꝑ amicitiam Ro. adiunctæ, aliæ ab ipsis honoris gratia libertate donatæ. Sunt etiã principes qdam sub eis & phylarchi & sacerdotes, atq; hi qdem secundum q̃sdam patriæ leges viuunt. Prouinciæ ꝑ sæpe aliter atq; aliter diuisæ fuerunt: at in p̃sentiaꝝ, vt Cæsar Augustus cõstituit: nam cum patria ei totius imperij patrocinium ꝑmisit, vt pacis & belli quãdiu vixerit, potestatem habeat, totum imperium bifariam diuisit. Nam partem sibi adsciuit, partem populo dedit: ac sibi qdem, q̃cunq; militum p̃sidio indiget, ea est regio barbara, & gẽtibus nondum subactis finitima, sterilis sane & cultu difficilis, vt propter cæteraꝝ reꝝ inopiam, & copiam munitionum, iugum detractet: populo aũt reliquam concessit, q̃ pacata est, & facile sine armis retinet. vtranq; portionem in prouincias cõplures diuisit, q̃rum aliæ Cæsaris, aliæ populi dicunt. in suas p̃fecturas Cæsar ipse administratores mittit, & alio tẽpore aliter partit regiones, & vt res postulat, ita versat. in populi prouincias populus imperatores vel cõsules mittit. sed hæc q̃q; in diuisiones alias diducũtur, prout vsus postulauerit. In initio tñ duas cõsulares fecit, Libyam scilicet q̃ Romanis paret, ea dũtaxat excepta, q̃ prius sub Iuba fuit, nũc vero sub Ptolemæo est illius filio: & Asiam cis Halyn & montẽ Tauꝝ, Galatis exceptis & gẽtibus q̃ sub Amynta fuerũt, p̃ter etiam Bithyniã & Propontidẽ. Præturas vero decẽ, in Europa qdem & adiacẽtibus insulis, eam scilicet q̃ vlterior Iberia dicit, circa Bætim fluuiũ est & Attacẽ, & ex Celtica Narboneñ. Tertiã Sardiniã cum Cyrno, q̃rtam Ciliciã, qntam & sextã Illyrij partẽ, q̃ ad Epites, q̃ Macedoniæ sunt conterminæ, octauã Creten cum Cyrenaica, nonam Cyprũ, decimã Bithyniam cum Propõtide & qbusdam Ponti partibus. Cæteras Cæsar prouincias habet, in q̃rum alias procuratores mittit cõsulares viros, in alias p̃torios, in alias hoĩes ex equestri ordine. Reges vero & principes & decarchæ, ad ei⁹ portiones sunt ac semp fuere. hæc Strabo. Sed nunq̃ inuenitur ita seruatum, vt ego inuenire potuerim. translata est enim omnis potestas in imperatorem.

De forma reip. Strabo

Prouincia.

Prouinciæ consulares.

Præturæ x.

Primi voluminis finis.

D. IOHANNIS NAVCLERI TVBINGENSIS PRAEPOSITI CHRONICARVM HISTORIARVM VOLVMEN SECVNDUM,

partibus distinctum duabus: quarum prior continet gesta memoratu dignissima iam inde a natiuitate IESV Christi vsque ad Imp. Henricū eius nominis II. posterior, res maxime memorabiles a temporibus Henrici II. vsque ad annum domini M. D. cum Supplementis Nicolai Baselij ab anno Dñi M. D. I. vsque ad annum M. D. XIIII. aliorumque deinceps a M. D. XV. vsque ad tempestatē hanc, videlicet annum Domini M. D. XLIIII.

Opus abundans rerum plurimarum scitu maxime dignarum, Generationes LII. complectens æquales, nam Generatio vnaquæque huius II. voluminis, compræhendit non amplius aut minus quàm annos triginta.

PRAEFATIO IN CHRONOGRAPHIAE VOLVMEN SECVNDVM.



Vperiore volumine, in quo generationes veteris testamenti sexaginta tres, quasi totidē libros ꝑ generationes Iesu Christi dñi nostri secundū carnem ab Adam primo homine linea recta descendētes vsq; ad eūdem dñm nostrum Iesum Christū, & nonnulla circa eas generationes memoratu digna ab alijs tradita cōpilauimus, cum Dei adiutorio vtcūq; absoluto: animus nunc est, vt iuxta præmissa, per generationes noui testamenti, in quo Christus caput est, etiam linea recta descendentes vsq; ad nostra tempora, aliqua dicta gestaq; memoratu digna, prout ab vsu iam probatis scriptoribus accepimus, Deo auxiliante comportemus. In primis itaq; præmittendum duco, ꝙ sicut veteris testamenti caput est Adam primus homo, à quo per sexagintatres generatiōes recta linea descendentes, peruenimus ad Christum filium Dei: ita noui testamēti caput est Christus, à quo conformiter de generatione in generationem descendendum erit, vsq; quo peruenimus ad finem mūdi: ita tamen, ꝙ sciamus generationes noui testamenti non esse carnales, cum Christus carnales filios nō habuerit, sed spirituales, quales ex aqua & spiritu generauit, id est, regenerauit. Factus est em̄, inquit Apostolus, primus Adam in animam viuētem, nouissimus Adam (id est, Christus) in spiritum viuificantem. nō enim primus erat spiritualis. nam primus homo de terra, terrenus: secundus homo de cœlo cœlestis: qualis terren⁹, tales & terreni: & qualis cœlestis, tales & cœlestes. Erūt itaq; generationes noui testamenti non inæquales duratione temporis, vt carnales fuere: sed sicut Christus noui testamenti autor, expleto tandem ætatis suæ anno trigesimo incepit sibi filios gñare & acquirere per euāgelium, ita quælibet generatio noui testamenti pariformiter cōsummabitur in sequentibus spatio XXX. annoꝝ. Hanc ego supputationem annorum, ea solum ratione intendo sequi, vt infra scripta facilius possint inueniri. An vero totidē generationes noui testamenti futuræ sint, nec plures nec pauciores q̃ præcesserint, puta LXIII. quæ faciunt annos M.DCCC.XC. neminē puto affirmare posse. nam Deus qui mundū hunc non necessitate aliqua, sed libere dum voluit creauit, vt & quando vult, eum finire poterit. Vnde scientia ista non est acquisibilis per naturalem inuestigationem, sicut nec principium mundi. Licet ergo astrologi probent, ꝙ motus retardationis octauæ sphæræ, nequeat citius q̃ in XXXVI. millibus annoꝝ compleri, non tamē sequitur, ꝑsens seculum tanto tēpore duraturum, quia vno impetu plures anni possunt reuolui. Vnde Sibylla Babylonica asseruit, ꝙ tunc inuenientur anni sicut menses, & mensis sicut dies. Hinc etiam veritas ad discipulos: Non est vestrū nosse tēpora & momenta, q̃ pater posuit in sua potestate. Et iteꝝ: De die illo nemo scit nisi pater solus. Hæc etsi vera sunt, nihilominus hactenus inuenti sunt nonnulli in ecclesia magnæ autoritatis viri, qui de fine mundi & Antichristi tempore scripsere, concedentes tempora & momenta, diem & annum neminem scire. sed ex præteritis futura metientes, centenaria annorū liceat inquirere, mysticeq; explanare. quia tamen & illi inter se non concordant, nihil certi ab eis potest haberi. Anno igitur ab exordio mundi secundum Hebraicam veritatem 3962. secundum Septuaginta interpretes eoꝝq; sectatores, 5199. vel (vt alij volunt) 5201. ab vrbis vero Romanę conditione 751. olympiadis 190. anno tertio, imperante Augusto Octauiano Cæsare, anno imperij eius 42. ab oriente in occidentē, in septentrione in meridiē, ac per totum oceani circulū, quo Romanū venit imperiū, cunctis gentibus vna pace cōpositis, Exijt edictū ab eodē Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Hæc autem descriptio prima facta est, vt refert euangelista, à præside Syriæ, sub qua continebatur Iudæa, Cyrino. Adscendit autem autem Ioseph à Nazareth in Bethleem, eo ꝙ esset de domo Dauid, vt profiteretur cum Maria vxore, ꝑgnante. Factū est aūt cum esset ibi, peperit virgo filiū suū dominū nostrū IESVM Christum. Pastoribus tum in eadem regione gregem suū custodiētibus mox apparuit angelus, dicens: Ecce annuncio vobis gaudium magnū quod erit omni populo, quia hodie natus est saluator mundi, qui est Christus dñs, in ciuitate Dauid. Et subito facta est cū angelo multitudo militiæ cœlestis, laudantium Deum, & dicentiū: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. quod factum est octauo calendas Ianuarij. deinde die octauo secundum legē puer circūciditur, & vocatū est nomen eius IESVS, sicut ꝓdixit angelus.

Christus generationū spiritualiū caput.

Nascit IESVS Christus.

GE-


Exta itaq; ætas mundi, ætas Christianorum celeberrima, à Christo Iesu saluatore nostro, qui noui testamenti autor est, feliciter incipit. Idcirco & si Hebræi ab exordio mūdi annos cōputent, aut saltē à diluuio, tñ historiographi nōnulli incipiūt à Nino rege Assyriorum primo, aliq ab excidio Troiæ, olim Græci per olympiades, & Romani ab vrbe cōdita, ab Alexādro quoq; sumpserūt initiū plurimi. sed tandē in hac 6. ætate nouo hoīe, q veterē euacuauit, nato, annalib. supradictis terminū dedim⁹, & ab eius ortu iuxta catholicā fidē nūc rare incepimus. alludit illud Maronis, dicēs: Vltima Cumæi venit iam carminis ętas, Magnus ab integro seclorum nascit ordo. Oēs scriptores catholici, mundi monarchiā quartam à Cęsare Augusto principiū habuisse testantur, sub quo & nasci dignatus est Christus, à quo incipit primitiua Ecclesia. vnde videntur velle, q Cæsar Iulius fuerit potius quidam præcursor imperij, sicut Iohannes Baptista præcursor fuit domini.

VI. ætas mundi.

Principes Romani qui & quot fuerint.

Octauianus Cęsar Augustus.
Tiberius priuignus Augusti.
Caius Caligula nepos Tiberij.
Claudius Caligulæ patruus.
Nero Claudij priuign⁹.
Galba Sergius.
Otho*Lucius.
Vitellius.
Flauius Vespasianus.
Titus Vespasianus filius.
Domitianus Titi frater.
Nerua Cocceius senex.
Traianus Neruæ adoptiuus Vlpius Crinitus.
Adrianus Aelius.
Antoninus Pius.
Marcus Antoninus Philosophus.
L. Commodus Antoninus Verus.
Antoninus Commodus Marci filius.
Aelius Pertinax.
L. Septimi⁹ Seuerus Pertinax.
Bassianus Caracalla Antoninus.
Macrinus, aliàs Opilius.
Aurelius Heliogabalus.
Alexander Iustus.
Maximinus Thrax.
Gordianus adolescens.
Philippus Arabs.
Decius.
Gallus & Volusian⁹ fili⁹.
Valerianus cum Galieno filio. Claudius.
Aurelianus. Tacitus.
Probus.
Carus cū Carino & Numeriano filijs.
Diocletian⁹ Dalmata cū Maximiano.
Galerius.
Cōstantinus Magn⁹. hic imperiū Ro. in Græciā transtulit, ad Byzantiū, quā Constantinopolim seu alterā Romā appellauit, anno dñi 318.

Imperatores Romani in oriente seu Constantinopoli.

Cōstantinus Magnus.
Constantinus eius filius.
Iulianus apostata.
Iouinianus.
Valentinianus cum Valente fratre.
Valēs frater illius cū Gratiano & Valētiniano.
Gratian⁹. Theodosius.
Arcadius. Honorius.
Theodosius iunior Arcadij filius.
Martianus.
Leo I.
Zeno Isauricus.
Anastasius. Iustinus.
Iustinianus.
Iustinus iunior.
Tiberius Constantinus.
Maurici⁹ Tiberij gener.
Phoca. Heraclius.
Heraclion filius illius.
Constantinus II.
Mezentius.
Constantinus III.
Iustinianus secūdus, Cōstantini filius.
Leontius.
Tiberius sub q recuperauit regnū Iustinian⁹.
Philippus qui & Dardacus.
Anastasius cognomento Archemius.
Theodosius III.
Leo III.
Constantinus V.
Leo IIII.
Constātin⁹ VI. cū Irene matre aliqdiu imperauit, deiñ ei administrationem abstulit, q eūdem tādem cepit, & effossis oculis in carcerē misit, q tēpore trāslatū est imperiū à Græcis ī Germanos ī Carolo Magno, anno salutis nr̃æ 800. quis aūt translatum fuerat imperiū, remāserūt tñ in Cōstātinopoli imperatores nudo noīe, retinuerūtq; Cōstantinopolim nonnullasq; alias prouincias, put circa Constātinum VI. dicetur & Carolum Magnum.
Primus Cōstantinopolitanus impator post imperiū translatū fuit, Nicephorus in Græcia cū Stauracio filio.
Michael Curopalates.
Leo Armeniacus.
Michael Thraulus.
Theophilus.
Michael eius filius.
Basilius Macedo.
Leo & Alexander.
Constantinus VIII.
Romanus iunior.
Nicephorus.
Iohannes.
Constantinus illius filius cū Alexio & Manuele.
Andronicus, Isacius, Alexius, & cæteri.
*Michael Heliopōtanus, cui⁹ auxilio reædificata est ecclesia resurrectionis dñicę in Hierusalem, anno salutis nostræ 1048.

Constantinus sequit anno 1049.
Michael & filij sui 1070.
Nicephorus anno 1080.
Alexius anno 1090.
Cõstãtinopolis capit.
Calo Iohãnes filius illius anno dñi 1115.
Emanuel anno 1138.
Alexius filius anno 1180.
Andronicus tutor.
Isaci⁹, hic pellit an. 1190.
Alexius frater eiusdẽ, ipsius interfector.
Alexius filius Isacij.
Murzyphlus, quo tpe capta est Cõstãtinopolis, res ad Gallos tralata.
Balduinus Flandreñ. comes anno dñi 1208.
Henricus frater illius.
Petrus comes Antisiodoreñ. Robertus filius.
Balduinus secundus.
Iohannes Brennus surrogatur.
Balduinus resumit, Constantinopolis perdit.
Palæolog⁹ fraude ac parricidio inuasor 1266.
Andronicus filius.
Calo Iohannes anno domini 1380.
Andronicus. Iohãnes.
Constãtinus, iste fuit vltimus, sub quo & Constãtinopolis est capta, & in Mahumeti Turcarꝫ imperatoris potestatẽ redacta, ipseq; Cõstãtinus à ianiferis obtruncatus.

Postquam translatũ fuit imperium de Grecis in Germanos.

Carolus Magn⁹ primus impator ex Germanis.
Ludouic⁹ Pius, secũdus, Caroli filius.
Lotharius Ludouici Pij filius.
Ludouicus secundus.
Carolus secundus.
Carolus tertius.
Arnulph⁹. Ludouic⁹ 3.
Cõradus, quo tpe in Italia intrusit se Berengarius prim⁹, & secũdus, post eum iij.
Lotharius Hugonis Burgũdionis filius, &
Berengarius quartus.
Henricus primus.
Otho primus vmbratiles illos imperatores in Italia eliminat.
Otho secũdus eius filius.
Otho tertius secundi filius, duces Saxoniæ.
Henricus secundus Noricorum dux.
Conrad⁹ ij. Frãcorꝫ dux, secũdũ aliqs Sueuorꝫ.
Henric⁹ terti⁹ eius filius.
Hẽricus q̃rt⁹ tertij filius.
Hẽricus qntus q̃rti filius.
Lothari⁹ ij. Saxoniç dux.
Conradus tertius Sueuorum dux.
Fridericus primus Sueuorum dux.
Henricus vi. Fride. filius.
Otho iiij. dux Saxoniæ.
Philippus dux Sueuiæ concurrit.
Fridericus secũdus Henrici sexti filius.
Cõradus Friderici filius.
Rudolphus comes de Habspurg.
Adolphus comes de Nassau.
Albertus dux Austriæ.
Hẽricus septimus, comes de Luczenburg.
Ludouicus quartus dux Bauariæ.
Carolus quartus rex Bohemiæ.
Vuẽceslaus Caroli filius.
Robertus comes Palatinus Rheni, Baua. dux.
Sigismũdus Caroli quarti filius.
Albertus secundus dux Austriæ, Hungariæ & Bohemiæ rex.
Fridericus tertius dux Austriæ.

MAXIMILIANVS eius filius imperator inuictissimus.

Carolus quintus, Maximiliani ex filio nepos.
Ferdinandus primus Caroli quinti frater.

Magorum munera. Tertiadecima vero die à Christi natiuitate, magi venerunt Hierosolymã stella duce, salutatoq; Herode, Bethleem abeũt, Christumq; adorãt. Deinde per aliã viam reuertunt ad propria. q̃d Herodes moleste ferens, quasi illusus ab eis, statuit puerũ Iesum occidere: maturassetq;, nisi ab Augusto eodẽ tpe citatus fuisset, vt Romã iret, accusationi filiorꝫ respõsurus. *Herodis in filios odiũ.* Profectus itaq; Romã, Cæsarẽ adijt, & accitis filijs, insolentiã eorꝫ atq; audaciã in cõspectu Cæsaris vehemẽter insimulauit, ꝙ s. festinassent patrẽ suum perimere, regnumq; tyrãnico more inuadere, cũ nihil passi sint molestũ aut graue à patre, qbus hactenus diuitias, honores, nobilissimasq; cõiuges copulauerat, quorꝫ temeritatẽ diu tolerasset, nũc aũt cogeret talibus aures obtundere Cæsaris. petebat igit tales filios morte mulctari, ne cũ tãto timore viueret, aut certe se opprimi mediũ nõ videret. His in longũ dictis, prout Iosephus narrat, iuuenes multũ cõfusi sunt. erat eñ in eis inopia dicẽdi, & lachrymæ cũ gemitu fluebãt, dum timerẽt ne putarent mala cõscientia satisfactionẽ nõ inuenire quæ nõ deerat. Tandẽ tñ Alexãder se erigẽs, accusatiões dissoluere nisus est: Pater, inqt, tuus qdem erga nos affectus apparet, cũ nihil in nos domi crudeliter egeris. at dicis regnũ nos desiderare, verisimilis cõtra iuuenes causa videtur. Considera tñ quia hæc cõia cunctis existũt, & dici de alijs possunt, dũ nihil prohibeat, si regis filij sunt iuuenes, & matre eorꝫ defuncta, in suspiciõe eos esse tanq̃ insidiatores patris. Sed opinio ad talẽ crudelitatẽ nõ sufficit. Dicat qs, si tale aliquid præsumptũ est a nobis, vnde credibilia hæc appareãt. an nõ possunt talia q̃q; cõfingi, pręsertim regia domo iam discordãte? Nunqd potest approbari veneni cõfectio, aut æqualiũ coniuratio,

tio, aut seruorum corruptio, aut literæ proditoriæ? Culpā nostram nullus probabit. Loquuti sumus quondam, sed non cōtra te. matrem nostrā planximus, non quod defuncta est, sed quia derogatur ei ab indignis. Frustra festinamus occidere regē, quibus hoc pro facinore nec terra nec mare nauigabile videretur. Sed neque filios impios generasti, neque stultos, sed infelices, teque indignos. si vero neque causas habes, neque insidias inuenis, quod tibi ad fidem sufficit in tali crudelitate? ampliorem satisfactionē possemus inserere, sed non recipiūt prolixiorē orationē, quæ minime cōmissa sunt. Quapropter ante oīa Cæsarem petimus, si sine suspicione circa nos tuum affectū ostendas, possimus viuere, licet non feliciter. Nobis enī vita iucunda non videtur, si tu eam vt immeritis largiaris. His dictis, tacuit, nec in aliquo patrem de matris interitu insimulare ausus est. Cumque rumor in aula diuulgatus esset, regem faciebat inuidiosum incredibilis accusatio. Nam adolescentum ætas, corporis pulchritudo, mirādum eis auxilium fecerat: plus vero, quia oratio cōuenienter & sapienter in Alexandri verbis occurrebat. Cæsar autē modicū remoratus, adolescentes respexit, & licet ab accusatione extranei viderentur, hoc ipso tamē peccasse pronunciauit, quod patri dedissent occasionem criminandi. Herodē vero petebat, vt omnem opinionem sinistrā abijciens, recōciliaretur cū filijs. ac simul innuit filijs, vt vestigijs se patris subijcerent. Qua supplicatiōe pater eos non sine lachrymis amplexus est, ita vt qui adessent, miseratione flecterentur, ac in lachrymas prorūperent. Hoc facto, gratias Cæsari agentes, pariter discesserunt, & vnà cum illis Antipater, simulans lætitiā pro eorum recōciliatione. Postero die Herodes donaria preciosa Cæsari præbuit, quem vicissim Cæsar honorauit, & de regno ei potestatem cōcessit, quem vellet filiorum successorem relinquere, aut inter eos partiri: oportere tamen eum, dum viueret, & regni & filiorum dominationē possidere. Herodes vt in Iudæam peruenit, ingressus est templū, & de suis prosperis actibus populū allocutus, Cæsaris in se simul munificentiā explanans, in fine ad filios sermonem cōuertit, petens vt in aula & alijs cōcordarent, quos & post se reges futuros demonstrauit. Primum Antipatrum, postea vero Alexandrū & Aristobulū hortabatur, dum viueret, sibi obedire in omnibus, quia nunc per ætatē impediretur remp. gubernare, & sic cōcione dimissa, multi sub expectatione filiorum nouis rebus studere cœperunt. Tunc confirmatus est in regno Herodes certius quàm prius, vtpote qui esset ex decreto Augusti de successore sui regni iudex constitutus: & ne forte ignobilis censeretur, quod ab ipso semine Israelitico esset extraneus, comburi fecit omnes libros in quibus nobilitas generis habebatur, æstimans se nobilē videri posse, si nouitius & aduena Leuitici generis nullis cōscriptionum fastibus vrgeretur. Erant enī per illud tempus omnes Hebræorum generationes descriptæ, & in arculis tēpli secretioribus seruabantur. suspicatus est per huiusmodi generis indicia, si permanerent, quod plurimum sibi afferrent ignobilitatis, sacram quoque vestem summi pontificis occlusam sub signaculo suo tenuit, nec vnquam pontifici bus vsum eius potestatēve permisit. Ad necem inde puerorū conuersus homo regnandi cupidus, quod natum esse alterum regem Iudæorū à Magis & prophetis intellexerat, conceptam crudelitatem, audacior nunc factus, executioni mandauit. Omnes qui tum in Bethleem erant & finibus suis, paruulos occidi iubet, secūdum tempus quod à Magis exquisierat, nec filio proprio eius ætatis pepercit. Vnde ferunt Augustum Cæsarem, crudelitatē hominis detestatum, dixisse, malle se Herodis porcum esse quàm filium. Iudæi enī ex lege suillam carnem nō comedunt. hanc ob rem in porcos clemētes dicuntur. sicque plurimi paruuli occiduntur pro Christo, ipse vero Christus illæsus euasit, qui angelo monēte fugerat in Aegyptum. Propter hoc scelus durissima & †indecori eū morborum clade dominus in extremis flagellauit, præmissa filiorum suorum orbitate. Factum est autem vt Herodes, quoniam multos orbauerit filijs, ipse suis miserabilius orbaretur. nam per astutiam suorum iterum facti sunt suspecti Alexander & Aristobulus patri. siquidem Salome metuens, ne in se aliquando vindicarēt interitū matris, filiam suam cōiunctā matrimonio Aristobulo, dolo flectit, vt quicquid secreto maritus loqueretur, sibi reuelaret, ad salutē omniū ipsorum hoc pertinere. Illa vero nequaquam marito fidelis, dicebat quod sæpius memoriā suæ matris faceret, quod patrem Herodem odio haberet, & quod ægre videret alias mulieres ornamenta matris ferre, minari etiam multam vindictā. Quæ cōfestim per Salomen regi nunciata, animum ipsius vehementer exacerbabant. incidit etiam quod duo eunuchi regis nunciarentur ab Alexandro pecunia corrupti in eius necē. Cumque torquerentur, ad gratiam Antipatri confessi sunt, quod odium circa patrem Alexander haberet, & quod suadebat eis Herodē spernere, sibique adhærere, ad hoc habere se plures ex ducibus amicos. Hoc audito, totus furore metuque tractus, timens ne cōtra ipsum facta esset cōiuratio, custodias propterea communiēs vn-

Octauianus iudex.

Herodes Iudaicas generationes cōbussit.

Herodes pueros necat.

Augusti scōma.

Alex. patri insidiatur.

diq; fecit multas: contra insontes acerbus factus est, multis quoq; amicis palatiũ interdixit. Horũ omniũ caput erat Antipater, q patris incõstantiã intelligens, nihil omittebat. Subornabat etiã, q dicerent Aristobulũ consciũ habere, vt regem perimentes, Romam confugerent, ac regnũ tum peterent. Erat eñ Lacedæmonius nobilis, sed malus, inter aulicos Herodis, q Antipatro fauebat, amicum tñ se palam Alexandro faciebat in dolo, semper eius dicta & facta notabat. Cui Alexãder aliquãdo narrabat, quomõ pater esset alienatus ab eis, ac mater sua periisset, Antipater aũt sibi ppositus, q non cessaret odiosum se facere patri. & cum talia flens indoluisset, ille Antipatro omnia nũciauit. Igit Antipater flectit, vt eadẽ Herodi explanare velit, q non sicut audiuit, sed aliqua addens, animũ regis immutabili odio compleuit. Inde rex non sicut prius contra filios tantũmodo accusationes audiebat, sed licentiã dabat volentibus qddam contra eos referre. Allatæ sunt etiã literæ, in qbus patrem accusabat Aristobulus, non iuste fecisse dũ terrã tribuisset Antipatro ducentoꝝ talentoꝝ redditus. Ostendunt etiã literæ Alexandri manu scriptæ, continentes omnia esse parata ad fugam. Glaphira vxor Alexandri interrogata, non negauit se vnà cũ marito fugam cogitasse. Ob hæc & multa huiuscemodi scripsit Herodes Augusto, in multis accusans filios. Misit autem Augustus legatos cum rescripto, vt coram his coacto concilio procerum, filios iudicaret, & de eis, si conuincere eos posset, faceret quod vellet. Auditis hinc & inde partibus, legati illos damnandos pronunciauerunt, non tamen morte, nisi certiora apparerent.

Antipatri insidiæ.

Tunc apud Sebasten pater coniecit eos in vincula, complices vero eorum apposuit plus torquendos, vt certior fieret si in animã suam machinarent filii. Confessus est autem qdam, multa sibi ab Alexandro promissa, si patri venenum propinaret. Tonsor quoq; regis confessus est de promissis sibi muneribus, si dũ pararet patri barbam, eum iugularet, addiditq; dixisse Alexandrum, non esse spem ponendã in sene qui canos tingebat. Incertum est autem, vtrũ hæc veritate, an necessitate retulerint. Herodes autem licet deliberasset iamdudum filios interimere, tunc tamen festinauit crudelitati finem imponere. Vnde in Cæsaream tracti, patre præcipiente, laqueo perimunt: Corpora vero noctu Alexandrion portant, vbi matris eoꝝ pater, pluresq; cognati positi videbantur. Tunc scripsit testamentũ Herodes, & Antipatrum futuꝝ regem instituit, Herodem etiã filium ex alia matre, q cognominabat Antipas, Antipatro substituit. Antipatrum vero intolerabile odiũ populi excepit, cũctis scientibus ꝙ fratribus suis conseruisset calumnias. Veruntamen cũ patre pariter participat regno, non aliter q̃ si rex etiam consisteret, quia vtilis & promptus à rege putabat. Incognita eñ patri eius erat nequitia, qui non parum moleste tulit, ꝙ fratrem sibi substituerat, eo ꝙ ad filios Antipatri regnum transire noluisset. Alia quoq; maior causa inuidiæ orta est in patrem: nam pupillos filiorum quos occiderat, paterna dilectione fouebat, aliis nepotibus suis eos copulans in matrimonio. Reliquit enim Aristobulus filium Herodem Agrippam, qui postea Iacobum occidit gladio. Timuit ergo Antipater, ne ad pupillos fratrum suorum quandoq; regnum reuocaret Herodes. Ad hæc cernebat, moriente Herode, certe sibi regnum profuturum: prolixius autem viuente, multa sibi imminere pericula, præsertim si eius factio aduersus fratres occisos proderetur, propter quæ ad donandum erat largus, & eos q circa patrem erant, lucris pulsabat, & maxime illos quos Romæ habebat amicos, aduersus patrem paulatim concitabat: fratrem etiam Herodis Feroram, p mulieres, vxorem, matrem & sororem, quibus deditus erat, aucupabatur. Sola illis regis soror Salome contra nitens, iam diu cuncta inspiciens, & amicitiam eorum in pniciem Herodis construi cernens, annunciauit Feroram deceptũ cum Antipatro sentire: maximum vero periculum regi, nisi mature pspiceret, imminere.

Antipatri conatus.

Accessit quod dum gens Iudaica iurasset se Cæsaris fore, Pharisæorum sex millia iurare noluerunt, quos rex in pecuniario damno ob hoc mulctauerat. Illud damnum pro eis vxor Feroræ pro sua liberalitate contulerat. Vicissim igitur illi quasi diuinitatis notitiam haberent, prædixerunt mulieri, mortem Herodi imminere ex superna maiestate: illam autem regnum possessuram, & Feroram, & qui ex eorum semine descenderet. Quę cum Salome rescisset, ꝙ ad seditionem spectare viderent, regi nunciauit. Itaq; rex interfecit pharisæos, qui causa seditionis extiterant. Conuentum deinde congregat, & accusationem Feroræ coniugis, audaciamq; illius mulieris exponens, hortabatur fratrem vt illã à se dimitteret. At Feroras iniuriam esse, coniugem benemeritam abnuere, eligere se potius mori dicebat, q̃ illa priuari. Herodes & si vltionem cuperet sumere, iracundiã tamen differebat. Et Antipatro matriq; eius interdixit cum Ferora & vxore eius miscere colloquium. Illi profitebantur, conueniebant tamen occulte, simulq; conuiuabant, suspectũ autem patrem habens & timens Antipater, calli-

Pharisæoꝝ superbia.

de p-

de procurat,& patre volente,quibusdã excogitatis occasionibus, Romã properauit, ac venenũ à quadã venefica Arabica comparans, & apud vxorem Ferorae reponens, quod se absente per ministrũ,quem ipse ad hoc conduxerat,patri ꝓpinaret. Inde iam cœpit fratricidij factio denudari.nam cũ Antipater Romę esset,mortuus est Feroras. Accidit autem,vt ꝓderetur apud Ferorae vxorem seruari venenũ in alterius Herodis ꝑniciem. Hoc cum ille accepisset,mulierem afferre venenum iubet. Illa vero obstupefacta,quasi allatura egredit,& inter manus ducentiũ de tecto se dedit ꝑcipitem,non tamen interijt,sed semiuiua ad regẽ reducta est. Ait tandem: Cum moreret frater tuus, rex,vir meus,ait mihi:Affer huc mulier venenũ quod reliqt nobis Antipater, meq́; vidente in igne consume,ne ad inferos conscientiã fratricidij ferã. ego vero magnã eius partem in igne consumens,modicũ mihi ꝓpter dubios casus, & qa te metuebã, reseruaui. Cumq́; pyxidem cum veneno protulisset, expirauit. His & alijs pluribus insidijs intellectis,ꝙ Antipater in mortem patris grassaret,Herodes eum mature reuocauit,et ne qd sentiret,multũ fauorem insinuat,formidãs ne reditũ differret. Has literas cum accepisset Antipater,ægre satis tulit, ꝙ Feroras patris interitũ non ꝑfecerat. Venit itaq; cunctis illis rebus incognitis. Quare cũ ingressus esset aulam regiam, cœpit ꝑturbari: deniq; pater salutatũ accedentẽ repulit, fratricidij simul accusans, & consilia obiectãs sup patris interitu. Quoꝝ omniũ auditorem ac iudicem in crastinũ Varum Quintilium,successorem Saturnini in Syriã destinatũ à Cæsare,fore cõfirmat. die postera consident Varus atq; rex,amicis ꝑsentibus,allata est epistola, qua quidã ex amicis Antipatrum monuit insidias detectas om̃es,ne rediret ad patrem. Antipatro vero patris genubus ꝓuoluto,atq; depcanti ne iudiciũ rebus incognitis ꝓmeret,purgare se posse asserens,iubet pater omnia in mediũ deduci,an qd posset inficiari,increpans nihilominus & improperans miranda quæ sibi fecisset bona. Hæc dicens,simul ꝓfundebat lachrymas, quæ illum amplius loqui non sinebãt. Proferebãtur testificationes plurimę. Tunc quoq; om̃ia palam facta sunt,& conuiuia & conuentus secreto facti prodebantur,etiam odium quo in patrem concitatus fuisset, & lamentationes quas ad matrem propriam frequentabat,ꝙ tam prolixe pater viueret. Ad hæc multos sibi in regno fratres coalescere,& fratres plures reliquisse filios, quoties etiam accusasset regis crudelitatem. Prodebantur quoq; ariolationes ac diuinationes à matre Antipatri,necnon sacrificia super rege facta,innumeraq́; similia aut his peiora. Ita vt Antipater, quãquam in omnibus impudens, & ad fingendum promptissimus esset, tamen tunc tanta confusione fuerit oppressus,vt neq; negare neq; contradicere valuisset. Ad hæc Varus iubet Antipatrum,vt se de tantis criminibus expurget, si possit. Ille in faciem prouolutus,Deo rem omnibusq́; commendabat,qui sibi testificarentur nihil se improbum cogitasse, atq; signum à Deo fieri postulabat, insidiatorem patris se penitus non fuisse. Varus autem cum sæpius interrogaret eum,& nihil amplius ille q̃ Dei proferret inuocationem,videns in infinitum rem pergere,iussit venenum in medium proferri,vt experiretur, quænam esset eius vis. & adductus quidam eorum,qui erant morte damnati,bibit iubente Varo,confestimq́; moritur. Tunc exurgens,abibat de consessu. Herodes autem continuo in vinculis filium obstringi iussit,& in custodiam poni apud Hierichunta. Cumq́; complices filij quæreret pater,vt eos cum filio exquisitis perimeret supplicijs,grauiori morbo impeditus est. Accedebat & senectus, cum annos iam lxx. natus erat,animumq́; eius filiorum clades grauiter affligebat. Erant tum in Hierusalem duo sophistæ, quos non pauci adolescentum sequebãtur, quibus legem exponebant. His opportunum visum est,rege tabescente,vt aquilam auream deijcerẽt, quam rex super portas templi contra patrias leges posuerat. qua deiecta,rex commotus iræ magnitudine,morbum superauit,& in concionem procedens,in omnes Hierosolymitas iniuriam hanc refundere nitebat,sed ad ꝑces populi in solos autores vltus est,quos viuos incendit cum sophistis duobus. Dehinc varijs affligebat. nam febris mediocris erat,prurigo intolerabilis in omni corporis superficie,& pedes intercutaneo vitio tumuerãt, putredo testiculoꝝ vermes generabat,creber anhelitus & interrupta suspiria, quæ omnia ad vindictã Dei à cunctis referebant. Ipse vero Iordanem transiens, apud Callioram calidis aquis vtebat. Cumq́; corpus eius oleo calidiori foueri medicis placuisset,in arcam plenam dimersum corpus ita dissolutũ est,vt quasi mortuus putaret. Cumq́; reductus esset Hierichunta, audiẽs Iudæos mortem suã expectãtes cũ gaudio, ex om̃i Iudæa nobiliores vocatos cõcludi ꝑcepit in Hippodromio siue circo, mãdans Salomę sorori suę,vt cũ animã efflaret,statim illos occideret,q̊ oĩs Iudæa in morte sua sicut in vita plangeret. Nuncij vero quos Romã miserat,redeuntes,epistolã tulerunt à

Feroras veneno perit.

Var⁹ Quintilius iudex fratricidij.

Captus Antipater.

Sophistæ.

Fœdissimũ morbi gen⁹.

Cæſare, vt de Antipatro iuxta ſuã voluntatem ageret. Quo nuncio paululũ recreatus, cum pomũ quo libenter veſcebat, petijſſet, cultellũ quoq; ad ſcindendũ, quem ſumẽs, circũſpiciensq; ne qs adeſſet, voluit ſemetipſum interimere, & forſan pfeciſſet, niſi pue niſſet manũ eius Atiabus nepos eius, q dextrã regis cõtinuit, ſtatimq; vlulatus magnus, quaſi rex eſſet mortuus, in regia excitatus eſt. Quæ cũ ad Antipatrũ peruolaſſent, totus animo geſtiebat, acſi fuiſſet liberatus à vinculis, multaq; cuſtodibus pmittebat, vt eum ſoluerent. Quod cũ accepiſſet Herodes, grauius tulit exultationẽ filij q̃ mortem, ac quaſſans caput, quanq̃ in extremo vitæ teneret, ſtatim deſtinat carnificem, q Antipatrũ cõtinuo occidit, eiusq; ſepultura in Hyrcania ſine vllo honore fuit. Deinde teſtamentũ mutat, Archelaum filiũ ſuũ ex alia vxore, regni ſucceſſorẽ ſcripſit, ita tamen, q ab Auguſto diadema ſuſciperet. alijs filijs Herodi & Philippo partes reliqt. Diſpoſuit quoq; cæteris ſuis cõſanguineis, opibus eos locupletãs. His pactis, qnto die poſtq̃ Antipatrũ necarat, interit, 37. anno poſtq̃ à Ro. rex declaratus eſt, in alijs fortunatiſſimus, in domeſticis infeliciſſimus. At Salome & Alexas, anteq̃ mors regis diuulgata erat, ex carcere Iudæos abire pmittunt, dicentes regẽ iuſſiſſe. hoc aũt fecerũt, beneficiũ illi gẽti præſtare cupientes. Tunc Salome & Alexas cunctã militiã cõgregãtes, grãs regis pro fide & beneuolentia quã circa eũ exhibuerunt, inſinuant, petitiões quoq; eius, vt ſimiles ſe circa Archelaum filiũ eius exhiberent, quẽ regẽ conſtituit. Ptolemæus etiam, cui fuerat teſtamentũ à rege creditũ, annulusq; quo ſignauerat, cõmiſſus, quæ in teſtamento haberentur profert: quæ nõ poſſe robur firmitatemq; ſuſcipere dicebat, niſi cuncta deferrent ad Cęſarẽ. Fit cõtinuo fragor ingens honorantiũ Archelaum, regemq; proclamantium, ſe promptos ad omnia futuros. Deinde ſepultura regi præparabatur, & ſepeliuit eum Archelaus in Herodio iuxta mandatum ipſius, nihil tunc regij ornatus in funeris pompa prætermittens. Septem diebus lugendo conſumptis, epulisq; funeralibus præbitis, candida veſte indutus, adſcendit in templũ, varijsq; fauoribus à plebe ſuſceptus eſt. ſedensq; pro tribunali, dixit ſe etiã à regis noĩe velle tẽperare, donec à Cęſare foret cõfirmatus, promittens q patre melior oĩbus appareret atq; benignior. Hac noui principis benignitate freti, tributa leuari, alij vectigalia tolli, qdam ſolui cuſtodias petebant. Archelaus porro in nullo illis contraria reſpondebat, ſed in omnibus accurate, æſtimans regni fore ſuffragiũ, ſi multitudinis beneuolentiam comparaſſet. Dehinc ad ſacrificia offerenda Deo conuertitur, & cum amicis conuiuia celebranda. Cum hæc aguntur, orta eſt ſeditio quæ in nouis rebus accidere ſolet. Plurimi enĩ ex Iudęis, ſophiſtas pro defenſione legis occiſos querebantur, ſed & fere oẽs pontificem, quem Herodes precio creauerat, amouendum proclamabant. Inſtante azymorũ die, cum turba ab immolatione prohiberet pontificem, Archelaus miſſo chiliarcho, verbis eos ſedare tentauit. Cum autem vulneratum remiſiſſent chiliarchum, miſſa grandi manu ſatellitum Archelaus, turbaq; facta, circiter tria millia occidit: reliqui neglecta religione omnes abierunt. Ipſe vero pace compoſita, cum Nicolao & Ptolemæo ſecretarijs patris ſui Romam profectus eſt, Salomamq; & filios eius ſecum ducens, vt extremum patris teſtamentum probaret, Philippo fratre procuratore regni relicto.

Antipatri cædes. *Herodis mors.* *Archelaus Iudææ rex.*

Herodes vero Antipas frater eius, non bene gratus, etiam Romam profectus eſt, vt de regno habendo diſceptaret cum fratre. Venientibus itaq; Romam, Cæſar accitis optimatibus Romanorum, perſequendæ cauſæ copiam dedit partibus. Ibi tum primum Caium ex Agrippa & filia ſua natum, filium adoptiuum, ſedere iuſſit. Archelaus ſibi regnum deberi aſſeruit, & ętatis merito, & teſtamenti voluntate. Herodes vero primum teſtamentum debere ſeruari aiebat, quod pater quando compos mentis eſſet, conſcripſerat: ſecundum vero nullum fore, quod pater mentis impos fecerit, nam & propria manu tum ſe appetierat. Addebat vſum Archelaum imperij ſæuitia, prius q̃ eſſet à Cæſare confirmatus, cum tria millia Iudæorum occidiſſet. His auditis, Cæſar reſponſum diſtulit, præſertim cum literas Vari de Syria accepiſſet, Iudæos defeciſſe. Eodem ſiquidem tempore quatuor reges ſurrexerunt in Iudæa. ob hæc inſinuanda miſſus eſt Romam à Varo Philippus, iuerunt etiam cum eo quinquaginta de Iudæis honorati. quos vt audiret Cęſar, in palatium templi Apollinis ſecedit cum amicis. Illi vero tyrannidem Herodis & filiorũ eius in Iudæos explicantes, ſupplicabant vt Iudęę reliquias miſericordia dignas iudicaret, & aut ius antiqui regni ſibi reſtitui, aut Syriæ coniungi finibus, aut per Romanos iudices Iudęam adminiſtrari. Tandem de conſilio ſenatus Cęſar monarchiam Herodis diſtribuit, mediã partem, ſcilicet Iudæam & Idumæam tradens Archelao ſub nomine tetrarchiæ, pollicitus ſe facturum eum regem, ſi ſe dignum præbuiſſet: mediam vero partem ſecuit, ac ceſſit Herodi regio trans flumen & Galilæa: Ituræa vero & Trachonitis & Ammonitis, Philippo deſtinata eſt.

Iudææ tetrarchæ.

Factus est igitur Archelaus quasi diarchus, & sic remissi sunt in Iudæam tres fratres. Archelaus vero tetrarcha non solũ in accusatores suos, verũ etiã in sibi subditos crudelius patre desæuit, cuius regni anno primo Ioseph septennio in Aegypto cõmoratus, vbi Herodem tabe & sacro igne mortuũ intellexit, admonẽte angelo, Hierosolymam cũ puero Iesu proficiscitur. Nec diu ibi moratus, ꝙ Archelaum Herodis filium ibi regnare intellexerat, iuit in Galilæam, & mansit in Nazareth. Porro de infantia saluatoris & operibus eius vsq; ab baptismũ, non legitur in euangelio, nisi ꝙ Lucas dicit duodennẽ remansisse in Hierusalẽ, & post triduũ inuentũ à parentibus in medio doctoꝝ, audientem & interrogantẽ eos. Anno dñi decimoquarto Augustus cũ Tiberio Cæsare facto, censum Romę agitans, inuenit nonagies tercenta & septuaginta millia hominũ. Interea primates Iudæoꝝ non ferentes crudelitatem Archelai, apud Cæsarem accusationes instituunt, multos excessus demonstrantes. Igitur anno dñi decimoquinto, q̃ est Augusti quinquagesimussextus, Archelaus ob insolentiã nono regni sui anno à Cæsare dãnatus, in exiliũ pellitur ad Viennã ciuitatem Galliæ. finibus aũt Achelai in prouinciã redactis, procurator illius missus est Copinius censor patrimoniorũ. Sed Iudas * Galonites secessionem facere conabatur, censum nil aliud esse asserens, q̃ integrã seruitutem. Is quartũ apud Iudæos philosophandi genus induxit, cuius amatores seditionib⁹ repleuere Rempub. Erant eñ prius tres sectæ, Pharisæi, Saducæi, & Esseni, inuicem differentes. Quartæ aũt philosophiæ Iudas ille princeps, affirmans solũ Deũ esse principem Iudæoꝝ, prædicabat, supplicia, mortem, amicorumq; amissiones contemnendas, dũmodo nullũ hoĩem dñm dicere cõpellantur. Copinio ergo procurante Iudæã, die azymoꝝ cũ mos esset in media nocte tẽpli portas aperiri, Samaritæ qdã Hierosolymã ingressi, ossa mortuoꝝ iniecere. Tum à sacerdotibus maior custodia cœpit exerceri. Post Copinio Marc⁹ successit, deinde Ruffus.

Redit⁹ Chri ex Aegypto

Iudæorum sectæ.

Anno dñi xv. Augustus Nolam Campaniæ oppidũ ingressus, morbo captus, morit anno ętatis suę septuagesimosexto siue septimo, cũ regnasset 56. annos, mẽses sex, diebus decem, ex qbus aliquot cũ Antonio annos regnauit, vir (vt scribit Suetonius) forma eximia, vultu sermoneq; tranquillo, oculos habuit claros ac nitidos, staturam breuem, sed quæ cõmoditate & æquitate membroꝝ occultaretur, cũ ciuibus humanissime vixit, de quo senatus crebro dicere solebat: Vtinã aut non nasceretur, aut non moreretur. In cõparandis amicis charus, in retinendis cõstãtissimus. venere etiã multi reges ad vrbẽ visendi eius causa, quos ita comiter & benigne suscepit, vt ex amicis sibi amicissimos redderet. liberaliũ artiũ studiosissim⁹, clarus ingenio & doctrina, poetis & historicis valde delectatus est. Disciplinã vero militarẽ seuerissime rexit. bellum suscipiendũ, nisi maioris spe lucri, negauit: alioquin similes esse aureo hamo piscantibus, cuius abrupti damnũ nulla captura pensari posset. obloquia parũ curabat, vnde Tiberio, de eadem re quod sibi obloqueretur, indignanti, ita scripsit: Noli mi Tiberi in hac re indignari. satis est si hæc habemus, ne quis nobis male facere possit. Dñm quoq; se nec à liberis serio iocove appelllari passus est. vesperi aut noctu ingressus est vrbes, ne quem officij causa inquietaret. Nunquam filios suos populo cõmendabat, vt non adijceret, si merebuntur. filias & neptes ita instituit, vt etiam lanificio assuefaceret. veste domestica vsus est, clauo nec lato nec angusto. cœnam tribus ferculis, aut abundantissime senis præbebat. non amplius ter bibere in cœna solitus. vrbẽ Romam ita exornauit, vt gloriatus sit, se latericiam inuenisse, fecisse autem marmoream. Patris patriæ celebratus est cognomento. Maximus quoq; pontifex longe ante obitum à senatu nominatus est. Vnde & Plutarchus ait: Augustus Cæsar eo vsq; sacrorum pontificibus subditus fuit, donec & ipse, ne cui subesset, Vestalis pontifex creatus est. Pari ex causa tribunitiam potestatem suscepit. sic hic felicissimus in mundo, vt de eo longe post diceretur, nec felicior Octauiano, nec Traiano melior. Nec tamen vir tantus vitijs caruit. libidini indulsit. Habuit etiam filiam venustam, moribus autem procacem, Iuliam dictam, quam ipsemet ob adulterium damnauit exilio, & tantum de Augusto. Anno salutis nostræ decimosexto, mortuo Octauiano Augusto, Tiberius Nero Liuiæ filius, Augusti priuignus, mox gener, postremo adoptione filius, imperium Romanum adeptus est. regnauit annis xxiij. hic ab Augusto anno imperij sui 49. Cæsar factus, Dalmatas & Sarmatas in potestatẽ Romanã redegit, q mortuo Augusto, delatũ à senatu principatũ finxit se abnuere, vt quid singuli dicerent aut sentirent, exploraret. quæ res plures bonos pessundedit, cũ ob sentẽtias quas nõ ad eius volũtatẽ promũt, postrema exitia inciderũt. Iste Tiberi⁹ cũ magna & graui modestia Reip. præfuit plurimo imperij sui tẽpore, adeo vt quibusdã præsidibus adaugenda tributa suadentibus, scripserit, Boni pastoris esse tondere pecus, non deglubere seu excoriare.

Augusti mors & mores.

Tiberius imperator tertius.

Adu-

Tiberij patientia.

Adulationes quoq; auersatus est, ita vt prænomē imperatoris, cognomenq́; patris patriæ, & oblatam coronā recusarit. Sed & aduersus conuicia & de se & suis carmina, firmus & patiens, fassus in libera ciuitate omnibus debere linguam mentemq́; liberam esse. Curiam nunquam nisi solus intrauit. In omnibus negocijs morosus fuit. vnde procuratores prouinciarū vix aut nunquā mutabat, proferens exemplū vulpeculæ vulneratæ, quæ dum iaceret ad solem, muscas qbus scatebat, non abegit. Superuenit, inquit, qdam putans q̄ præ imbecillitate ea sustineret, festinauitq́; misericordia motus abigere. Ad quem vulpecula, Male mecum egisti, qa quas abegisti, plenæ erant, & molestare amplius grauiter non poterant: superuenientes vero, qa famelicæ, acrius pungent. Huic Tiberio artifex qdam vitrum fabricabile obtulit, & in eius conspectu velut cuprum fabricare incepit. Hunc Tiberius mox decollari iussit, dicens: si hæc ars venerit ad lucem, pro nihilo aurum reputabitur & argentum. Anno eius tertio, Liuius historiographus Patauij moritur, Ouidius quoq; poeta defungitur in exilio.

Vitrum fabricabile.

Germanicus Drusus.

Anno eius quarto Germanicus Drusus, Drusi filius & Caligulæ pater, de Germanis, ad quos ab Augusto iam sene missus fuit, triumphat, quem tamen Tiberius simul & Drusum, Germanici Drusi filios, quos ipse adoptauerat, veneno extinxit. Nam tanta erat crudelitate Tiberius, vt immeritos quoq; grauissimis cædibus necaret. Velut in itinere quodam lectica qua vehebatur, vepribus impedita, exploratorem viæ primarū cohortiū centurionem, stratū humi, pene ad necem verberauit. Fraudi datum poetæ cuipiam, qui Agamemnonem induxisset tyrannice imperantem: & historico, qui Brutū Cassiumq́; Ro. vltimos dixisset. Reliqua apud Suetoniū probū autorem leges. Hoc tam immite ingeniū pertęsus Augustus, sub extremū vitæ fertur exclamasse, Miserū populum Romanū, qui sub tam lentis futurus esset maxillis. Anno eius septimo multos reges per blanditias ad se vocauit, nunquamq́; remisit, inter quos & Archelaum Cappadocem, cuius regnū in prouinciæ formā redegit, & nobilissimam ciuitatem Mazam ex suo nomine Cæsaream appellauit. Anno eius quarto Seruius Plautus corrupti filij reus, semet in iudicio interfecit. Fertur quoq; initio sui imperij Valerium Gracchum procuratorem misisse in Iudæam, q quęstum putans pietatem, palam vendebat sacerdotij principatū, amouensq́; Annam, Ismaelem pontificem designat. Sed & hunc non multo post abijciens, Eleazarū Annæ filium subrogauit, post *Annam & hunc Simonem substituit, deinde Iosippum q & Caiphas dictus. Demū expletis annis xi. Romā reuersus est, cui successor missus est à Tiberio, anno eius xij. Pontius Pilatus. Sane Pilatus Hierusalem veniens, statuas Cæsaris secum deferens, ignorantibus Iudæis eas in ciuitate constituit, Cæsareamq́; redijt. Cum autem plurimi ad eum descendissent, supplicantes de signis amouendis & imaginibus, sedit pro tribunali Pilatus, militesq́; armatos circūponens, mortem eis minabat ni quiescerēt. Illi mortem potius eligebant, q̄ leges patrias prophanarent. admirans Pilatus constātiam Iudæorū in legalibus institutis, auferri p̄cepit imagines. postea veniēs Hierosolymā, vidit vrbem aquæ penuria laborare. aperuit gazophylacia templi, & ex opibus templo dicatis aquæductum cœpit ædificare, suscipiens initium torrentis quod stadiorum duum millium interuallo distabat. Iudæi vero acclamabant, vt ab illo opere cessaretur. Hinc quoq; seditio orta est, qua gratia Pilatus milites introduxit, ac multos Iudęorum occidit. Intermissum est autem opus, quia Iudæi legationem aduersus Pilatum direxerant ad Tiberium.

Pilatus in Iudæā missus.

GENERATIO SECVNDA.

Generatio secunda initium accepit anno xv. imperij Tiberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, tetrarcha Galilææ Herode, Philippo fratre eius tetrarcha Ituræ & Trachonitidis regiōis, & Lysania Abilinæ tetrarcha, sub principibus sacerdotum Anna & Caipha, factū est verbum dn̄i super Iohannem Zachariæ filium in deserto, vt baptizans & prædicans solatium redemptionis annunciaret. & venit in omnē regionem Iordanis, baptizans, prædicansq́; dicebatq́;: Pœnitētiam agite, appropinquabit em̄ regnū cœlorū. In hoc anno terminata est circūcisio, & inchoatus baptismus. exibat tum ad eū om̄is Iudæa, & baptizabat in Iordane. Cum aūt baptizaret, miserunt ab Hierosolymis sacerdotes & Leuitas, interrogātes qs esset. Et confessus est se neq; Christū, neq; Heliā esse. dixerūt illi: Quid ergo baptizas, si tu nō es Christus, nec Helias, neq; propheta? Ait Iohānes, Ego baptizo in aqua, medius aūt vestrum stetit quē vos nescitis: ipse est q post me venturus est, q ante me factus est, cuius ego non sum dignus vt soluā corrigiam calceamenti. Hæc in Bethania facta sunt trās Iordanem. Altera die vidit Iohānes Iesum venientem ad se, & ait: Ecce agn⁹ Dei, qui tollit peccata mūdi. Tunc venit Iesus à Galilęa in Iordanē ad Iohannē, vt baptizaret.

Baptism⁹ Iohānis cœpit

Iohan

Iohannes aũt prohibebat eum, dicens: Ego à te debeo baptizari. Respõdens Iesus, dixit: Sine modo, sic docet nos adimplere omnẽ iustitiã. Baptizatus aũt Iesus, cõfestim descendit de aqua, & ecce aperti sunt cœli, viditq; spiritũ Dei descẽdentẽ sicut columbam super se, auditaq; est vox de cœlo, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cõplacui. Exinde dñs noster Iesus Christus cœpit signa facere & prædicare, virtutibus vera cõprobans quæ dicebat, discipulosq; eligens, euangelicis eos imbuebat sacramentis. Anno vero Tiberij xvi. Herodes tetrarcha Galilææ Iohannem Baptistã incarcerauit circa pascha, quem anno sequenti decollari fecit, machinante Herodiade vxore sua, quam abstulit fratri suo Philippo, repudiata filia Aretæ regis. Inde etiam bellum exortum est inter Aretã & Herodem, pugnaq; facta, pars Herodis victa est. Quibusdam autem Iudæorum videbatur ideo perijsse Herodis exercitum, q͞ in eum satis iuste indignatio diuina cõmota sit pro vindicta Iohannis Baptistę, vt scribit Iosephus. hunc enim Herodes, inquit, occidit virum valde bonũ, qui præcipiebat Iudæis virtuti operam dare, iustitiam colere, pietatem in Deum seruare, & per baptismum in vnum coire. Interficitur & Christus verus Dei filius, veritatis, iustitiæ, pietatis & religionis assertor anno xviij. imperij Tiberij, ætatis suæ anno xxxiij. & eo magis, q͞ ei vita propagata est ab octauo Caleñ. Ianuarij vsq; ad octauum Caleñ. Aprilis, quo die conceptus in virginis vtero fuit de spiritu sancto. cædis autem tam nefariæ etiam cœli ipsi signa dedere. Nam & solis tanta defectio facta hora sexta diei, vt & dies in obscurã noctem versus sit. Et Bithynia etiam, licet à Hierosolymis multum remota, terræ motu concussa, & multa Nicenæ vrbis ædificia corruere. Vox ex adyto templi Hierosolymitani audita, Transmigremus ciues ex his sedibus. Deinde resurrexit à mortuis Christus *xvi. caleñ. Aprilis, & adscendit in cœlum tertio nonas Maij, spiritum sanctum misit in discipulos Idibus Maij. Et sanctus Stephanus lapidatus est tertio nonas Augusti, ac e Saulo persecutore factus est Paulus doctor gentiũ mense Ianuario sequenti immediate passionem Christi. Anno Tiberij decimonono, Iacobus frater dñi Hierosolymis episcopus ordinaẗ ab apostolis, seditq; annis xxx. de his ita scribit Iosephus: Fuit autem his temporibus Iesus sapiens vir, si tamen virũ eum nominare fas est, erat enim mirabilium operum effector, & doctor hominum eorum qui libenter audiunt quæ vera sunt: & multos quidem Iudæorum, multos ex gentibus sibi adiunxit. Christus hic erat. Hunc accusatione primorũ nostræ gentis virorum cum Pilatus in crucem agendum decreuisset, non deseruerunt qui ab initio eum dilexerunt. Apparuit enim eis tertio die iterum viuus, secundum q͞d diuinitus inspirati prophetæ, vel hæc quidem vel alia de eo innumera miracula futura esse prædixerunt. Sed & in hodiernum diem Christianorũ qui ab ipso nuncupati sunt, & nomen perseuerat & genus. Asseritq; sanctus Clemens in sexto dispositionum libro, dicens: Petrus, Iacobus & Iohannes post assumptionem saluatoris, quanuis ab ipso fuerint pene alijs prælati, tamen non sibi vendicabant primatus gloriam, sed Iacobum qui dicebatur Iustus, episcopum statuunt Hierosolymis. His enim tribus, Petro, Iohanni & Iacobo post resurrectionem dominus omnem scientiam tradidit, & ipsi cæteris Apostolis, q postea septuaginta discipulis tradiderunt. Iu hoc etiam tempore Thadæus ad Abagarum regem missus, iuxta dñi promissum, & regem ægritudine corporali absoluit, ciuitatem Edisseniorum conuertit. hic est Abagarus, q Christo, cum adhuc esset in vita, ita scripsisse legitur: Abagarus toparcha Iesu saluatori bono, qui apparuit Hierosolymis, salutem: Auditum mihi est de te, & de sanitatibus quas facis, q͞ sine medicamentis aut herbis fiant istæ per te, & q͞ verbo tantum cæcos facis videre, claudos ambulare, & leprosos mundas, immundos spiritus ejcis, mortuos quoq; suscitas. Quibus omnibus auditis, statui in animo meo, vnum esse e duobus: aut qua tu sis Deus, & descenderis de cœlo vt hæc facias: aut q͞ filius Dei sis q hæc facis. propterea *ergo scribẽs rogauerim te, vt digneris vsq; ad me fatigari, & ęgritudinẽ meã, qua iam diu laboro, curare. Nam & illud cõperi, q͞ Iudæi murmurant aduersum te, & volunt tibi insidiari. Est ciuitas mihi parua q͞dem, sed honesta quæ sufficiet vtriq;. Exemplũ responsiuæ ad hęc, in hunc modũ: Beatus es q͞a credidisti in me, cũ me ipse non videris. scriptũ est eñi q͞a hi qui vident me, non credent in me: & q nõ vident me, ipsi credent & viuent. de eo aũt quod scripsisti mihi, vt veniam ad te, oportet me omnia propter quæ missus sum, hic explere: & posteaq͞ cõpleuero, recipi me ad eum à quo missus sum. cũ ergo fuero assumptus, mittam tibi aliquem ex discipulis meis, vt curet te, & vitã tibi præstet, atq; his qui tecũ sunt. Interea persecutio prima aduersus ecclesiã Dei, quæ erat Hierosolymis, facta sub primo martyre Stephano, oẽs discipulos exceptis duodecim, p̄ vniuersam Iudæã Samariamq; dispersit, ex q͞bus nonnulli ad Phœnicen & vsq; Cyprũ atq;

Ant-

Truncatur Io. Baptista.

Christ' crucifixus.

De Christo Iosephus.

Iacobus episcopus Hie.

Abagari ad Christũ epistola.

Saluatoris ad Abaga. epistola.

Antiochiam deuenerunt, Iudæis prædicantes. Cum aūt per omnem iam locū de resurrectione & mirabilibus dñi, atq; adscensione eius in cœlū felix fama loqueretur, quoniā antiqui moris erat apud Romanos, vt prouinciarū iudices si noui qd accidisset, vel principi vel senatui nunciarent, de his quæ circa Christū acta erant, Pilatus pses Palæstinæ ad Tiberiū retulit, de passiōe s. Chri & resurrectiōe cōsequētibusq; virtutibus, q̄ vel per ipsum factæ fuerāt, vel p discipulos ipsi⁹ nomine fiebāt. & de eo q cresente certatim plurimorū fide, Deus crederetur. Hæc qdem Tiberius cū suffragio magni fauoris retulit ad senatū, vt Christus deus haberetur. Senatus indignatione motus, q non sibi prius delatū esset, consecrationē Christi recusauit, siue q de nouis dijs recipiendis atq; expellēdis senatus ipse, qua polleret autoritate decernebat, sicuti Romanæ leges ac decreta statuerunt. nam & in pontificū libris ita seruatum est: Separatim nemo sit habēs deos nouos siue aduenas: nisi publice adscitos, priuatim colunto: Diuos q cœlestes semper habiti, colunto: Constructa à patribus delubra habento. edicto Sen. constituit exterminandos esse ex vrbe Christianos, præcipue cū & Seianus præfectus sucipiendæ religioni obstinatissime contradiceret. Tiberius tamen accusatoribus Christianorū mortē edicto cōminatus est. Cæterū suæ sæuitiæ nota senatores proscripsit, & ad mortē egit. Nam viginti sibi patricios viros consilij causa legerat, horū vix duos incolumes reliquit. Seianū præfectū res nouas molientē interfecit, anno dñi xxxvij. Filios suos Drusum & Germanicū, alterū naturalē, alterū adoptiuum, manifestis veneni signis perdidit. Orosius hæc. Quod vero Tiberius contra voluntatem senatus in sententia mansit, id diuina prouidentia sensibus eius ingessit, vti absq; vllo obstaculo in ipsis duntaxat initijs euāgelij sermo vsquequaq; percurreret. vnde & factū est, vt repente quasi cœlitus lumen ostensum, aut radius qdam solis erūpens, totū orbem claritate superni luminis illustraret, vt in omnē terrā exiret sonus eorum, euāgelistarū s. & apostolorū, ex quo per oēs ciuitates & vicos immensæ multitudinis ad ecclesias populi congregabantur, recipientes veri Dei notitiā. ad creatorem uerū vetusti pœnitentes erroris, fideli cōfessione puenerūt. Eodē anno Aristobuli filius Herodes Agrippa, Romā secūdo veniens, in vincula post paulū à Tiberio conijcitur, de quo dicet. Per idem tēpus cū Pilatus in Iudæa decimū cōplesset annū, accusatus est à Iudæis apud Vitelliū qui Syriæ principabat, de violenta interfectione multorum innocentū, & q Iudæis reclamantibus, ponebat in tēplo imagines Cæsaris. nam & aliàs plerūq; contaminabat sacra, qa pecuniā publicā redigebat in vsus suos, faciēs aquæ ductū in domū suā. Ideo iussus est Romā ire, vt iudicio Cæsaris se obiectis purgaret. sed anteq̄ Romā veniret, Tiberius rebus excessit humanis. Nam cū Tiberius esset apud Asturā, Iosephus febribus apud Capreas laborasse scribit, cœpit infirmari. Tūc cōuocatis nobilib⁹ & duob⁹ nepotib⁹ Tiberio & Caio, q̄rū vnus erat ex filio suo Druso, alter s. Caius, ex Germanico fratre, Cęsar dijs supplicabat, vt ei signū oñderēt, vter ex eis successor imperij esset dignus. Cui responsum est, q die sequenti primus ad eū venisset. Dilexit aūt nepotē ex filio plus Caio. vnde clam indicat Tiberio, vt prior veniret. qui mane nisi pransus, noluit venire. luce prima vocari iussit, si qs adesset. egressus nuncius, Caium ante tabernaculū reperit ac introduxit. quod videns Tiberius, amare fleuit, seq; insimulat, q augurīū à dijs postulasset, sed non valens diuinæ voluntati resistere, Caium benigne alloquens, inquit: O fili, tu succedes mihi in imperio, quod potius debebat Tiberio filio meo filij mei. sed te noui vtilē, & noui mtes deorū. caue ergo ne molestes eū, sed habe eū in fratrē. satage etiā, vt negocia imperij sapiēter disponas. Tū cōuocatis nobilibus, denūciauit eū imꝑatorē, & mortuus est anno imperij sui 23. ætatis suę 78. Anno igit dñi 39. C. Caligula suscepit imperiū, Caligulæ cognomen e Castrensi ioco traxit, qa manipulario habitu inter milites educabat. adoptatus erat à Tiberio. Accepto regno, factus est homo omniū ante se flagitiosissimus. adeo aberat ab adolescentiæ moribus, quos mutasse etiā cū imperio videbatur. exclamasse fertur, Vtinā populus Ro. vnā ceruicē haberet. Sæpe quoq; de cōditione temporū suorū conquestus est, q nullis calamitatibus publicis insignirent. In palatio matronas nobiles publicæ libidini subiecit, tribus sororib⁹ suis stupra intulit, quas postea exilio dānauit. Hic primus diademate imposito, dñm appellari se iussit, & in deorū numero se referri pręcepit. Nil magis laudare se ac probare dicebat, q̄ inuerecundiā. pudicitiæ neq; suæ neq; alienæ pepercit. Sumptibus oīm prodigorū ingenia superauit. nam preciosissimas margaritas aceto liquefactas sorbebat, ex auro panes & obsonia ponebat, neq; plus q̄ trib⁹ horis nocturnis qescebat, & pauidus imaginibus, ideoq; magna ex parte noctis vigil, cubandiq; tædio nunc thoro residens. nunc rogādo inuocare lucē consueuerat, cantandi quoq; & saltādi voluptate efferebat, cōmentus nouum

Tiberius Christū inter deos habuit.

Pilati scelera.

C. Caligula imperator.

uum balnearũ vsum varie & exquisitissime, vectigalia noua & inaudita imposuit, summa confidentia & nimius metus, quantũuis facũdus & promptus. hic misit imaginem suam per vniuersum imperiũ, vt omes adorarent eam, ait Comestor, hæc & alia multa Anto. annotauit. Sed & Pilatus sub Claudio accusatus à Caio, Lugdunũ in exilium missus, tantis talibusq; cladibus malorũ cruciatus, vt propria manu se transuerberasse, & nefariã vitã vi abiecisse referat, anno dñi 41. Nõ enĩ potuit tãti minister piaculi impunitus euadere. In exordio quoq; sui principatus, Herodem Agrippã regem constituit, de quo ita narrat Iosephus: Mortuo siquidem Philippo tetrarcha Ituraæ, mortuus est etiã Lysanias tetrarcha Abilinæ, vacantibus ita duabus tetrarchijs, adspirabat ad alterã earũ Herodes Agrippa Aristobuli filius filij magni Herodis. Erat aũt magnanimus, venit Romam, & cũ eum vidisset Tiberius antecessor Caij, retinuit eum secũ, fecitq; vt adhæreret Druso filio suo. Erat Agrippa liberalis, & vt conciliaret sibi amicos, multa expendebat. magnũ contraxit æs alienũ. Morit Drusus filius Cæsaris, qua de re filij morte adeo inconsolabiliter doluit, vt omes familiares Drusi à præsentia sua missos fecerit. vnde cõpulsus Herodes abire in Iudęã, desperansq; pauptate ac fame, mortem sibi cõscire statuit, qd significat vxori Herodis, sorori suę Herodiadi. erat enĩ etiã Aristobuli filia, quæ orauit Herodem tetrarchã tunc virum suũ, vt daret ei necessaria vitæ. acquieuit vir, & assignauit Agrippæ domũ ac victum in Tiberiade. Quadam vero die cum esset Herodes tetrarcha ibidem, epulantibus illis, factus hilarior, cœpit obiectare Herodi Agrippæ beneficia, de quo vehementer indoluit, iuitq; iterũ Romam, si forte Tiberiũ inueniret placatum, q honorifice receptus ab eo est. Erant ibi Tiberius Cæsaris nepos ex filio Druso, & ex fratre, C. Caligula. Incepit Herodes Caium pręferre Tiberio & magis diligere. hoc sibi suscitabat inuidiã ac iram Cæsaris. Accessit quadam die, q sedens Agrippa cũ Caio in curru, leuasse fertur oculos in cœlũ, & dixisse: Vtinã viderem mortẽ importuni senis, & te Caium dñm totius orbis. hoc audiuit auriga, q detulit Agrippam de crimine læsæ maiestatis, q orasset pro morte imperatoris, propter quod Agrippa mittitur in carcerem. in via sitire cœpit, à quodam portante aquam potum postulabat: ac bibens, promisit illi q in proximo regnãte Caio, aquæ potũ repensare vellet. ducit in carcerẽ. Quadã aũt die vicina in arbore bubo insederat, accessit vnus de captiuis, dixit Agrippæ, Volo tibi indicare futura, erat hic peritus in augurijs. cito, inqt, liberaberis, & in tantũ sublimaberis, q inuideant tibi omnes amici tui. q̃ cito aũt huius generis alitem super te amplius videbis, scito q quita die liberaberis. Paucis post diebus mortuus est Tiberius. hoc audito, fama ferente, Iudæus quidã amicus Agrippæ venit ad carcerẽ, dicens Hebraice, Mortuus est leo. Ex hoc cœpit gratulari, dixitq; custodi carceris mortem imperatoris. Ad hoc dictũ liberauit eũ, ac in domo ad suã mensam tenuit. Supuenere rumores q Tiberius adhuc viueret, ex quo carcerarius eum q decepisset verberãs, in carcerẽ retrusit. Sed altera die palam factum est Tiberiũ mortuũ, ac Caium in eius locũ sublimatũ. veniensq; Caius Romã, de Agrippa mox quæsiuit, liberassetq; eũ eodẽ die, sed dissuasum est ei, ne videret facta Tiberij subito dãnare. Paulo post liberauit eũ, & dedit ei duas tetrarchias Philippi quondam & Lysaniæ, regemq; fecit, ac in Iudæam honorifice misit. Sublimato inuidebant omnes amici seu ppinqui: etiã soror sua Herodias, sicut miserta fuerat misero, inuidit sublimato. Tum virũ suum maiorẽ natu, vtpote filiũ magni Herodis, cũ nunq̃ meruisset rex appellari, solicitauit in dies magis ac magis, vt Romam iret, ac regiũ nomen compararet: q tandẽ victus importunitate vxoris, prexit cũ vxore ad Caium. p̃sentiẽs Agrippa q non p bono suo Romã iret, statuit consequi. Sed p̃misit nunciũ Caio Cæsari familiarissimũ cũ epistola, scribens, q adhuc viuente Tiberio, Herodes tetrarcha sororius amicitias contraxerat cũ rege Parthorũ in pniciem imperij Ro. in argumentum afferens, q haberet in ciuitatibus suis arma quæ sufficerẽt lxx. millibus hominum. Cumq; Herodes tetrarcha cũ vxore susceptus esset à Caio honorifice, supuenit nuncius Herodis Agrippæ. lectis literis, cœpit inquirere a tetrarcha, vtrũ in suis ciuitatibus tãta esset armorũ copia: nõ potuit ille negare. ex quo credẽs verũ esse qd scripsit Agrippa, ei tetrarchiã auferẽs, Agrippæ cõtradidit, ipsum vero ppetuo exilio Lugdunũ relegauit. accipiens aũt q Herodias soror esset Agrippę, voluit ei quæq; ppria concedere, sed illa contemnens oĩa, maritũ sequit. ambo inedia perierunt. Hic est ille Herodes Antipas dictus, q Iohãnem Baptistã ad Herodiadis vota decollauit, & q Chro rpe passiõis suæ cãdida veste illusit. Cũ aũt esset Caius oĩm scelestissimus, nono calẽn. Ianuarij dum rediret a ludis circensibus, cõsilio senatorũ interfectus est. principes aũt coniurationis Chæreas & Sabinus, periculũ credẽtes si Caij vxor & filia superessent, quas malorũ oĩm adiutrices putabant, simul ergo ambæ quoq; extinctæ sunt. Tum duo libelli in se-

Perimit se Pilatus.

Herodes Agrippa Romæ degit.

Herodes Agrippa Romæ in carcere tenetur.

Herodes Agrippa rex Iudææ datur.

Hero. Antipę interitus.

Caligulæ cædes.

cretis Caij reperti sunt, quorum alteri pugio, alteri gladius pro signo nominis adscriptus erat, ambo lectissimorum virorum vtriusq; ordinis senatorij & equestris nomina & notas continebant morti destinatorum. Inuenta est & arca ingens, variorum venenorum pocula continens, quibus postea dimersis, infecta maria tradunt, non fine magno piscium exitio. Regnauit itaq; hæc crudelis bestia annis tribus, menses decem, dies octo. Floruit hoc tpe Philo maximus Platonicus, de quo generatione tertia. Occiso itaq; Caio, orta est dissensio inter curiã, milites & populũ. Videntes enim senatores sæuitiã imperatoris, & incõmoda quæ inde contigerat Reipub. voluerunt imperiũ penitus abrogare, & ad antiquũ statũ in quo erat ante Iuliũ Cæsarem, omnem potestatẽ reducere, vt de cætero esset ciuitatis regimen in arbitrio consulum & senatorum. Sed his contradictũ est à militibus & populo, q timentes auaritiã senatorum, & amãtes largitiones imperatorum, constituerunt imperatorem Claudiũ Tiberiũ auunculum Caij, virum mansuetum & pium. Erat his tpibus forte Herodes Agrippa in vrbe, & audita dissensione, cũ nobilioribus venit ad senatores, simulans se fauere parti eorum, cũ haberet eos exosos propter mortem Caij. Consuluit ergo eis, vt significarent Claudio, ne moueret seditionẽ in ciuitate, sed desisteret ab incepto, speraret sic cũ quietum. placuit consiliũ, & rogabant eum senatores, vt pergeret cũ eis ad Claudiũ cũ nonnullis natu maioribus, rogans dixit Claudio, vt pro bono pacis ab incepto desisteret, & hoc palã: in aurem autem susurrabat vt non desisteret, qa maiorẽ partem nobiliũ pro se habiturus esset. Tunc animatus Claudius, retinere pro se imperiũ dicebat. Renunciauit hoc Herodes senatoribus, simulq; psuasit, qa resistere, ppter potentiã militũ non possent, vt eum susciperent. Ita tandem consensu oĩm factus est imperator Claudius, q postea consilio Herodis, omnes q consenserunt in mortẽ Caij, occidit. Tunc Claudius dedit Herodi quartam tetrarchiam, s. Iudæam, & ita sublimatus, magnificentissime rediit in regnum suum.

Philonis tẽpus.

Claudi⁹ imperator quintus.

Sancita à Claudio Amnestia.

Anno igitur dñi xliij. Claudius imperiũ adeptus est, regnauitq; annis xiiij. hic fuit patruus Caij, filius Drusi priuigni Augusti, q apud Moguntiã habet sepulchrum. Hic cum senatus censuisset genus Cæsarũ exterminare, deformi latebra latitare repertus est. raptus tamen à militibus imperator factus est, annitente Agrippa. Claudius itaq; mox vt confirmauit imperiũ, magna vsus est clementia, volens simultatũ omniũ memoriã tollere, cunctorum factorum dictorumq; veniã obliuionemq; in ppetuũ sanxit, interfectis tantũ paucis, q in mortem Caij coniurauerãt. Ad hæc officio pietatis omnes captiuos ac relegatos à Caio, ad patriã reduxit. Iliensibus, id est, Troianis, quasi Ro. generis autoribus, tributa in ppetuũ remisit. Anno dñi xliiij. duodecim Apostoli cum eatenus in Iudæa tantum pdicassent, iuxta pceptũ dñi, vt Beda scribit, anno à passione dñi xij. in totũ orbem diuisi sunt. Et beatissima virgo Maria anno sequenti, secũdum opinionẽ cõmuniorẽ, migrasse fert à corpe, & sic sexagenariã obijsse dicit. In illo aũt tpe beatus Iacobus apostolus germanus Iohã. euãgelistę, venit in Hispaniã, & cũ videret gentem istã agrestem, nec se posse pficere, regressus est Hierosolymã, prędicans & ostendens Christũ verum Dei filiũ esse, scribas ac legũ doctores validis cũ rõnibus confutans, miraculis doctrinã suã confirmãs, cõuertitq; ad fidem Hermogenẽ & Philetum magos. Tunc Abiathar pontifex anni illius, seditionem excitauit Iacobo, q à populo captus est, & ad Herodem regẽ Iudęę ductus, de quo in Actis apostolorum ita scribitur: Misit Herodes rex manus, vt affligeret quosdã de ecclesia. occidit aũt Iacobũ frẽm Iohannis gladio. Videns aũs qa placeret Iudæis, apposuit apphendere & Petrũ, atq; in carcerem coniecit, vt occideret. & confecisset, nisi diuinum affuisset auxilium, quo angelus noctu assistens, mirabiliter eum vinculorum nexibus soluit, & ad ministeriũ prædicationis ire liberum iussit. Regis vero facinus dilationem non patiebatur vltionis, sed continuo vindex adest diuinitus dextera. Nam cũ in Cæsareã descendisset, & in die solenni pclara veste regia indutus, pro tribunali consedisset, ac de sublimi cõcionaretur ad populũ, blandiens ei populus acclamabat, Dei voces & nõ hoĩs. i. exhibebãt ei laudes Deo debitas, & non homini. & dum adulatorijs laudibus demulceret, & oblatos sibi diuinos honores nõ respueret, adspiciens supra se, vidit imminentẽ & insistentẽ capiti suo bubonem, mortis eius nuncium. tunc, vt tradit Iosephus, inclinauit se ad eos qui sibi applaudebant, & dixit: En ego deus vester morior. Sciebat enim, iuxta quod dixit ei augur in carcere, se infra qnq; dies moriturum. Confestimq; pcussit eum angelus dñi, id est, facta est sup eum vindicta Dei. Corrodebant enim vermes viscera eius, ac continuis qnq; diebus ventris doloribus cruciatus, vitam violenter abrupit, regni sui anno vij. Audiens autem Claudius mortẽ Agrippæ, filium eius Agrippã successorem regni eius substituere voluit, sed senatus contradixit, asserens non esse consultum puero potentissimi regni sceptra committi. Acquiescens Claudius, regnũ Iudææ in prouinciæ

Beatissima virgo moritur.

Iacob⁹ maior.

Mors Herodis Agrippę

uinciæ formam redegit, & Agrippæ sub nomine regni regionem trãs Iordanem contradidit, mittitq; Cuspium, q & Syriã ac regnum Iudææ gubernaret. Interea cũ fides dñi Iesu Christi per* oẽs cresceret, & religionis ꝓpagarent augmenta, nequaq̃ quieuit hostis salutis humanæ: sed vrbem quæ est oĩm caput, ꝑuenit, & Simonem Samareum illuc ducit, vbi à deceptis deus creditus est, statua ei dicata hac inscriptione: Simoni deo sancto. Sed non in longum ꝑmanet fraude quæsita diuinitas. Continuo eñ Petrus, vbi Asiaticas ecclesias satis confirmasset per annos quatuor, & episcopatũ Antiochiæ fundasset, ac ꝑ septẽ annos tenuisset, Romã, vbi caput orbis erat, ꝑrexit: & ꝙ hãc sedem pontificali dignitati cõuenientem cernebat, simulq; huc ꝑfectũ intellexisset Simonem magũ Samaritanũ, quem prius in Samaria cõfutauerat: nam cũ vidisset signa & miracula quæ à Philippo, vno ex septem diaconibus, fiebant, obstupefactus & territus, credere se in Christũ, vsquequo baptismũ acciperet, simulauit: & cum vidisset ꝙ ꝑ impositionẽ manus apostoloꝝ accipiebant hoĩes spiritũ sanctũ, obtulit sceleratus Simon apostolis magnã pecuniã, vt darẽt ei illam potestatem dandi spiritum sanctum. Cui Petrus maledixit: Pecunia, inq̃t, tua tecum sit in ꝑditionẽ, q̃m æstimasti donũ Dei pecunia possideri. Hæc prima fuit Simonia in nouo testamento, inde dicti sunt Simoniaci. Itaq; anno imperij Claudij quarto Petrus Romã aduenit, vbi cum Romanæ vrbi clarum verbi Dei lumen fuisset exortum, Simonis q̃dem tenebræ cum suo autore restinctæ sunt. Sermo autem veritatis & lucis, q per Petrum ꝑ̃dicabat, vniuersoꝝ mentes placido illustrauit auditu, ita vt auditoribus nulla satietas fieret. Ad hoc Marcũ discipulũ eius rogabat pplus, vti ea q̃ ille verbis ꝑ̃dicaret, ad ꝑpetuã eoꝝ cõmonitionẽ scripturæ traderet, vt domi forisq; in huiuscemodi verbis ꝑmanerẽt, quod & fecit. Petrus vt vidit ꝓbũ institutũ, scripturã legendã ecclesijs tradit. De hoc Marco scribit Petrus in ep̃la: Salutat vos ecclesia quæ est in Babylone collecta, & Marcus filius meus. Hic Marcus Aegyptijs euãgeliũ primus ꝑ̃dicauit. Habuit aũt Petrus vxorẽ & filiã nomine Petronellã, quas secũ Romã adduxit. vxor martyr effecta. filia, cum esset nimis speciosa, de voluntate Petri cœpit febribus laborare, quã, vt hospitibus seruiret, restituit, ac mox recidiuare fecit, donec cœpisset in Dei timore ꝑfecta esse. Tũc eã plene sanauit, q̃ postea in virginitate ad dñm migrauit. Anno dñi nostri Iesu Chr̃i 46. Claudij vero anno quarto, Petrũ Romã venisse fere oẽs sanctoꝝ temporꝝ scriptores testant̃, quo anno pontificatũ in vrbe Ro. suscepit, quæ erat caput orbis, digna in qua primus Chr̃i vicarius suiq; successores principalẽ sedem tenerent. Beatissimus igit̃ Petrus gloriosus apostolus Iesu Christi, ꝓ̃fuit ecclesiæ catholicæ annis 33. secundũ Hieronymũ. Tenuit nãq; pontificatũ in partibus orientis annis q̃nq;, deinde Antiochiã veniens, ibidẽ annis septẽ, docens populũ viã veritatis, & Simonẽ magũ fugauit. Insuꝑ ꝑ̃dicauit dispersis ex circũcisione fidelibus, q erãt in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, Bithynia. Discipulos ꝑ diuersas ꝓuincias misit ad ꝑ̃dicandã fidem catholicã, euangeliũ Marci tanq̃ ex ore suo scriptũ approbãs, fidelibus tradidit. Eandem sedem Romanã xxv. annis tenuit, ad q̊s q̃dem annos, q̃d miraculo dignũ est, nullus adhuc ex successoribus suis ꝑuenit. Cętera de ipso dicent̃ infra generatiõe tertia. Hic est Petrus, ad quẽ Chr̃us: Beatus es Simon bar iona, q̃a caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui in cœlis est. & iteꝝ: Tu es Petrus, & suꝑ hãc petrã ædificabo ecclesiã meã, ac tibi dabo claues regni cœloꝝ. Vnde licet simpliciter maioꝝ & minoꝝ sacerdotũ discretio ab ipso dño nostro Iesu Christo exordiũ ꝓhibeat̃ sumpsisse, q duodecim apostolos tanq̃ maiores sacerdotes, ac 72. discipulos quasi minores instituerit, Petrũ tñ hũc in summũ delegit pontificẽ, cũ ei præ oĩbus & ꝓ oĩbus claues regni cœloꝝ tribuerit, & à se petra Petro nomẽ imposuit, atq; pro eius fide se specialiter orasse testatus est, vt & ipse cæteros confirmaret. sic Petro ꝓ reliquis apostolis cõcessus est à deo primatus, & ipsi voluerunt id ipsum, vt reliq̃s oĩbus ꝑesset apostolis, & caput & principiũ teneret apostolatus, q & eandẽ formã suis successoribus tenendã tradiderũt. Est ergo apostolica sedes caput & cardo à dño cõstituta, vt habet̃ in c. sacrosancta, xxij. di. Fert̃ quoq; B. Petrũ ieiuniũ quadragesimale instituisse ante pascha, & tres hebdomadas ante natiuitatẽ dñi, quartã vero imꝑfectã. De institutiõe quadragesimæ, dubitare me facit Augustinus in epistola ad Cas. ibi videtur innuere cõtrariũ. cõstituit aũt B. Petrus, vt diceret in Missa, Pater noster. Petrus cathedrã Romę suscipiens, ciuitatẽq; Dei viuis ex lapidibus verbo & exemplo construere studens, salutifera verba docere cœpit: & quod ore docuit, signoꝝ efficacia cõfirmauit. Exhinc Romæ cœperũt esse Chr̃iani. ad hæc nobilissimas vrbes ciuibus Chr̃i ac sacerdotibus illustrauit: nẽpe B. Apollinarẽ Rauennę, Metis Clementẽ, florẽtissimæ vero Galliæ vrbi Treueri tres simul ꝓceres, Valeriũ, Euchariũ & Maternum destinauit, q dũ alpes trãsissent, Maternus in via morit̃, in Alsatia s. haud lõge ab

Iudæa in ꝓuinciæ formã redigit.

Simon magus.

Petrus.

Simoniaci vnde.

Marci euangelium.

Petronella.

Petri pontificatus.

Ieiunij institutio.

Sãctus Maternus.

Argentina.quo facto ꝑcussi socij,Romã reuertunt. Beatus itaq; apostolus pastoralem virgã,vt traditur,ꝑ eos ad suscitandũ eũ misit. ꝗ veniẽtes ad locũ sepulturæ, 35. dies inueniunt eũ in monumẽto habentẽ. Attñ viri Dei fide & opibus bonis pleni,sub obedientia magistri admota virga,sociũ à morte suscitarunt, ꝗ (vt fertur) post Euchariũ & Valeriũ,ꝑ tot annos Treuerensem & Agrippinensem rexit ecclesias,q̃t dies ante in sepulchro iacuerat. Ostenditur aũt ea hodie adhuc virga in argumẽtum rei Treueri ac Agrippinæ. Itaq; superiorẽ eius partẽ Colonieñ. inferiorẽ Treuereñ. habẽt. Fert etiam miraculo ꝓdicto Argentineñ. ciuitas,q̃ tũc parua erat,ad fidẽ Chr̃i cõuersa,indeq; ecclesiã S.Petri senioris dedicauerũt.

Argentina ad fidẽ christi cõuersa.

Anno dñi 49. qui fuit vij. Claudij annus,sub procuratore Iudææ Cumano tanta seditio in diebus azymoꝝ Hierosolymis cõmissa est per culpã militis vni⁹,vt coarctato in exitu portaꝝ populo,30000. Iudęoꝝ ꝓstrata & cõpressa dicant. Vinctus dicit postea Cumanus ductus Romã, cui Claudius Felicem substituit,hic quendã pseudoprophetã Iudæoꝝ,ꝗ plures seduxit,oppꝛessit anno dñi 55.

Iudæorum seditio.

Anno dñi 56. ꝗ fuit 14. Claudij,cũ videret se iã senio cõfectũ,testamẽtũ scripsit ac signis oĩm magistratuũ cõsignauit. q̃ facto,priusq̃ ꝑspiceret,ab Agrippina vxore ꝑuẽtus est. metuebat eñ ne Britãnic⁹,Claudij ex Messalina filius,imperio ꝑficeret. vñ veneno ab ea dicit interemptus Claudius. mors eius celata est,donec circa successorẽ oĩa ordinarant hi,ꝗ cũ Agrippina sentiebãt. nã Cæsare expirãte,Agrippina principẽ militię misit,& cũ eo tribunũ,qui filiũ suũ Neronẽ ad castra ꝓtoriana deducerẽt,vt ipsum more alioꝝ principũ exercitus adoraret,atq; in eius verba iuraret.

Mortuus est Claudius anno ætatis suæ lxiiij. sed nec ipsum ignorasse mortẽ suã Suetonius scribit. nam in senatu cui vltimo interfuit,liberos suos ad concordiã inuitauit,atq; illos suppliciter senatui cõmendauit,addens se morti ꝓpinquare. Hic Claudius fuit cibi viniq; appetentissimus,ante mediã noctẽ plerũq; vigilabat. libidinis in fœminas ꝓfusus,plures repudiauit vxores, post q̃s Messalinã duxit,q̃ adultera plures extingui ꝓcurauit. Ex q̃ nõnulli metu abstinebãt ab ea,tandẽ Claudius eã supplicio affecit. ex hac habuit filiũ Germanicũ, quẽ mox Britannicũ nominauit. Britones eñ Claudius domuit. habuit & filiam ex ea Octauiã,quã Neroni cõiunxit,& illum in filiũ adoptauit. erat enim Nero filius Agrippinæ, Germanici fratris filię,sororis Caligulę,quam Claudius duxit vxorem contra ius fasq;. Sed dandam ob hoc statuit sibi veniam,quasi Reipub. expediret. Ita Claudius vxoribus subiectus est, vt non principem se, sed eaꝝ ministrum exhiberet, quarum etiam studio honores & impunitates largitus est atq; supplicia. Inter ciuilia Claudij gesta id etiã narrat,ꝙ anno nono principatus vrbe Roma Iudęos tumultuantes Christo impulsore expulit. sic Suetonius. Dubia tamen sententia, Christianos necum illis expulerit,velut cognatæ religionis homines. Orosium vide.

Claudij interitus.

Iudæi Roma pulsi.

Anno igitur salutis nostræ lvij. Domitius Nero, maritus Octauiæ filiæ Claudij,ꝑsuasionibus Agrippinæ designatus est imperator ab eodem Claudio, sicq; gener prælatus est filio, id est, Nero Britannico,imperauit annis tredecim,& mensibus octo. Nero secundum Suetonium per quinquennium erat valde modestus,liberales disciplinas fere omnes puer attigit,habuit fingendi pingendiq; nõ mediocre studiũ. Orsus imperiũ à pietatis officio,ex Augusti præcepto imperatuꝝ se professus est,nec liberalitatis, comitatis aut clementiæ occasionem vllam obmisit,grauiora vectigalia aboleuit aut minuit, senatoribus egenis annua salaria constituit. Cumq; de supplicio damnati,vt ex more subscriberet admoneretur, Vellem aliquado, inquit, nescire literas. Optimus erat musicus, & moribus talis,vt scribant Traianum de eo solitum dixisse, cunctos principes longe distare à Neronis quinquennio,reliquum vero à quinquennio. Ita Caligulæ auunculi sui vestigia supergressum,vt turpe sit dicere,ad quam malignitatem peruenerit. plurimam enim senatorũ partem interfecit,equestrem ordinẽ pene destituit, bonis omnibus hoĩs fuit. Libidinibus porro ita agitatus,vt ne a matre quidem & sorore, vllave consanguinitatis reuerentia abstineret. Parricidia multa commisit,matre,fratre,sorore,vxore,interfectis. Epulas à meridie in mediam noctem protrahebat. Cantabat nonnunquam inter scortorum ministeria, in publico totius vrbis persuasum habuit, neminem pudicum aut vlla parte corporis sui purum esse,verum plerosq; dissimulare vitia & callide obtegere. raro vestem bis induit,piscatus est retibus aureis, purpura & cocco funibus nexis,soleis muloꝝ vsus est argẽteis. Exhaustis pecunijs, calũnijs & rapinis aĩm adiecit,tẽplis cõpluribus dona detraxit. simulacra ex auro & argẽto fabricata cõflauit,nõ in aliqua re tñ sumptuosior q̃ in ædificãdo. sed nec pp̃lo,nec manib⁹ pepercit. nã quasi offensus deformitate veteꝝ ædificioꝝ,incẽdit vrbẽ,quã per sex dies & noctes ardentẽ e turri ꝓspectãs, lætari se flammæ ait pulchritudine. & cũ ei incẽdium adscriberet,ipse (vt ait Cor. Tac.) abolẽdo rumori falsos testes subornauit,ꝗ id factũ in

Nero imperator.

Varij Neronis mores.

Incendium vrbis.

Chri-

Christianos deriuarẽt, vnde tot capti & interfecti sunt, vt ex eorꝝ cadaueribus ꝑ aliq̃t noctes lumina cõtinuata dicant. Anno imperij Neronis ij. B. Paulus apud Festũ ꝓcuratorẽ Iudææ, ꝓsente Agrippa rege, religionis suæ rõnẽ exponẽs, ab eodẽ Festo vinctus Romã mittit, & ibi biennio in libera custodia manens, ꝑdicat. tandẽ à Nerone dimissus, gentibus ꝑdicat: postea rediJt ad vrbẽ, vbi cum Petro martyrio coronatur. S. Paulus.

GENERATIO TERTIA.

Anno dñi 60. Neronis quarto, incepit tertia dñi generatio. Per id tempus rex Agrippa fabricatus est ædificiũ maximũ in palatio Hierosolymorꝝ, vnde inspicere poterat ea quæ gerebant in tẽplo. hoc primates Iudæorꝝ grauiter habuerunt. nõ eñ patriũ erat, vt ea quę fierẽt in tẽplo, aliqs, exceptis sacerdotibus, adspiceret. quapropter parietẽ excelsum ædificauerũt, q non solũ triclinij regalis adspectũ abstulit, sed etiã porticus vbi custodias habere Ro. solebant, excellebat. In his igit indignatus rex Agrippa, & ꝑcipue Festus ꝓfectus, ꝑcepit eis vt opus nouũ destruerent repente. At illi rogauerunt quatenus res referrent Romã, & obtinẽt. Nero eñ audiens legatos partiũ, nõ solum veniã gesti operis cõdonauit, sed etiam ædificiũ permanere admisit. hoc beneficiũ *Pompeię cõiugi, religiose pro Iudęis supplicanti cõdonauit. deinde Festo mortuo, Albinus successit. Anno dñi 63. Iudæi in Iacobũ fratrẽ dñi immanitatem suæ neqtiæ vertunt, cũ iã Paulus ad Cæsarẽ missus fuisset. Erat tũ Iacob⁹ Hierosolymorum ẽpus ab apostolis deputatus. Vinũ & siceram nõ bibit adolescẽs, nil carnis degustans, intonsus, nec balneo nec vnguẽto vsus est, vestibus lineis tm̃modo indutus, sancta sanctorꝝ ingressus, ita assidue flexis genibus pro salute populi orabat, vt eius genua camelorꝝ more occalluerint. Verꝝ abeunte ex Iudæa Festo ꝓuinciæ gubernatore, priusquã Albinus succederet, põtifex Ananus Anani filius, cõpellẽs publice Iacobũ Christum Dei filiũ negare, recusantẽ lapidibus obrui iussit, qui cũ ꝑceps de pinna templi deiectus esset, semiuiuus adhuc & manus ad cœlũ tendẽs, pro ꝑsecutoribus oraret, fuste q̃ fullones vtunt, tandẽ necat. Refert aũt Iosephus hunc tantæ sanctitatis fuisse, vt propter eius necẽ publice creditũ sit Hierosolymam fuisse subuersam. Annis vero 30. Hierosolymitanæ ecclesiæ ꝑfuit, cuius sepulchrũ iuxta templũ vnde deiectus fuit, cum titulo Adriani tpibus extabat. Anno dñi 68. imperij Neronis xij. Anneus Seneca Cordubensis ꝑceptor Neronis, genus mortis eligere iussus à Nerone, venarꝝ incisione periJt, de quo sic inuenit scriptũ: Seneca Neronẽ pene puerꝝ à Claudio & Agrippina rogatus, liberaliũ artiũ ꝑcepta ac oratorꝝ instituta docuit. Postea vero q̃ Nero imperium obtinuit, annos tũc decẽ ac septẽ natus erat. Principio imperij quæq; ꝑmissiõe filij mater disponebat. honor qdem solus imperij apud Neronẽ, potestas vero summa rerꝝ gerendarꝝ apud matrẽ erat. amicorꝝ aũt q̃ eam cõsilijs adiuuabãt, duo ante alios eminebãt, Affranius Burrus & Anneus Seneca.* curiã rei militaris in vrbe regebat Affranius, Seneca vero Neronẽ eloquẽtia & bonis artibus instruebat cũ maximo pop. Ro. fauore. Cõsul tum creatus est à Nerone Seneca. Magnũ erat vtriq;, Affranio & Senecæ, põdus tantarꝝ rerꝝ disponẽdarꝝ, sed longe difficili⁹, feruẽtes principis annos tẽperare, ꝙ Agrippina insolens fœmina esset, Nero aũt ætate & ferocia crescẽs crudelior appareret, q̃uis multũ bonæ spei ad clementiã & virtutẽ ostẽdere de industria niteret, natura in scelus oĩe pronus. crudelitatis qñq; signa dabat, id tñ iuuentuti vitiũ attribuẽdum multitudo putabat. Seneca vero, q dies, q noctes secũ agebat, haudquaq̃ ætatis, sed naturæ morbũ videbat. ꝓinde multa ad eũ sæpe de modestia & humanitate nequidq̃ locutus, libros de clemẽtia scripsit, vt lectiõe ipsorꝝ se à crudelitate retraheret. vnde putat Nero quinquẽniũ cũ laude oĩm transegisse, cũ imperiũ cõsilio & ꝓpe nutu Senecæ regeret. Tum Paulus apostolus Romæ simul cũ Petro versabat, cui Seneca, admiratus eius doctrinã diuinã, familiaritate deuinctus erat. Cæterꝝ Nero virilẽ ætatẽ ingressus, scelerꝝ claustra erupit, & quę in eũ diem simulata latuerãt, repẽte quasi refractis carceribus eduxit, spernẽs cõsilia & Senecæ & Affranij. sed oꝑa data nihil aut dici aut cogitari potuit crudelitatis aut sceleris, q̃d nõ attẽtasset. Matrẽ Agrippinã in primis eiecit aula, atq; nefando scelere interemit. Affraniũ Burrũ virũ egregiũ, veneno q̃si ꝑ solatiũ dato interfecit. Quo mortuo, Senecæ res in dies apud Neronẽ fiebãt minores. Iam parua suis apud illũ cõsilijs erat autoritas. aula cõfestim vt id sensit, mores principis secuta est. habet eñ curia hoc malũ insitũ, ꝙ alius aliũ libens ruere videt. sermones de ipso inuidia ac maleuolẽtia plenos seminare solẽt alij delectatiõe maledicẽdi, alij studio placẽdi adulãdiq; Neroni, alij desiderio virũ optimũ euertẽdi. Cõgratulati oẽs, venisse tempus q̃ se Nero imperatorẽ cognosceret. enimuero q̃ à Nerone impie facta essent, ea cõsilio, arte, dolo Senecę facta arguebãt. Quidã auaritiã eius incusabãt, imperiũ etiã affectare criminati sunt, ꝙ & potentia & honore fere principẽ anteiret, senatus fauorẽ ac popu-

Albinus.

Iacobus frater dñi.

Senecæ consulatus.

Agrippina interficitur.

Seneca accusatur.

populi aucuparet. Iuniores etiã delirũ hoĩem & demẽtem esse, ꝙ iuuentutem Cæsaris coercere niteret, quasi nõ liceat Neroni, inconsulto Seneca, quicꝗ posse. Inde Tigillinus à Nerone in demortui Affranij locũ suffect⁹ est. Octauia Neronis cõiũx pudica fœmina pellit. & in locũ eius * Pompeia ducit, quæ vna cũ Tigillino Senecã perosa, conabat vt qua posset rõne; tyrãni animũ à Seneca auerteret, ne illius forte opa reduceretur Octauia. Res eo puenerat, vt Seneca in dies magis ac magis cõtẽneret. q̃d vbi is intellexit, ne vehemẽti⁹ animũ adolescẽtis feruẽtẽ irritaret, muneribus statuit subducere se publicis: ꝑinde sumpto, vti erat grauitatis, loco & tpe, Neronẽ in hæc verba allocut⁹ est:

Senecæ ad Neronem oratio.

Si aut ætati meæ Cæsar liceret adulari, q̃d me delectauit nunq̃, aut ea mihi q̃ tecũ est vitæ familiaritas & cõsuetudo, nõ esset, ꝑfatiõe apud te in ꝑsentia vterer. sed qm̃ mihi pro tuo in me amore eã dedisti licentiã, vt te adire, q̃ties velim, & dicere q̃ velim, amplissima cũ libertate possim, expediã paucis q̃d cogitaui mecũ. ea nãq; futura & mihi cõmoda, & tibi nõ molesta puto. annũ hunc Cæsar octauũ existimo, ex quo imperiũ accepisti. xiiij. ex quo tibi datus sum, vt puer doctrinas & vitæ rudimẽta susciperes. Interim tu me pluribus ornasti bñficijs, pecunijs maximis, tu me hortis pulcherrimis, tu me villis amplissimis ditasti, tu me in tanta dignitate atq; potẽtia eleuasti, ꝙ ni aut cæcus aut amẽs sim, videre ꝓpalã possum, nihil iam esse amplius q̃d amicus à principe petere, aut princeps amico dare queat. Illud q̃q; mihi in partẽ laudũ & honoꝝ meoꝝ tribuo, ꝙ is homo esse videar, à quo Nero Cęsar & princeps orbis, disciplinas ac vitæ documẽta susceperit, nihil est deniq; q̃d felicitati desit, si modo sim ille, q fortuna sua vti grauiter atq; modeste sciat. eqdẽ sæpenumero memoria & cogitatiõe reuoluo mecũ, & obstupeo me, q sim & ꝓuinciali loco & ordine equestri natus, eo ꝓuectũ esse pro summa tua erga me beneuolentia, liberalitate, grã, ꝙ illis etiã ipsis annumeror, q longe me & nobilitate gñis & maioꝝ gloria ãncellũt. Mihi eñ, vt q̃d sentio, apud te in ꝑsentia fatear, cum mecũ ipse mente tacita cogito me illũ esse, nõ videre videor q spernẽdas opes exhorter, & tñ iucundissimos hortos & maximas villas inambulem. Proinde cũ & tu imperium tuũ dijs propicijs iam sine me gubernare sapientissime possis, ac iure optimo debeas, & me mea ętas hortet̃ trãquillitatẽ animi & liberũ ocium quærere, statui ea deponere, quæ & mihi oneri sunt, & tibi ac tuis emolumẽto erunt. Iube igit̃ quas opes habeo, a tuis recipi & vti cætera tua ministrari, ac ꝑmitte q̃d breue tẽpus vitę reliquum habeo, id me bona cũ venia tua studijs meis & desiderato ocio elargiri, neq; gliæ tuę qcquã detrimenti erit, te amicos habere, q etiã paruo contenti sunt. Sed vt senectuti meę consuli & ocio libero sinas, ꝑsuadere debent plurima exempla, illa ꝑsertim, quæ haudquaq̃ ab æqualibus meis, verum e tuis maioribus extare constat. Atauũ tuum Octauianum habeo memoria, potestatem fecisse C. Mecœnati & M. Agrippæ clariss. & optimis viris, vt optatũ ociũ sequerent̃, cũ alteꝝ belloꝝ sociũ, alteꝝ in maximis Reipub. rebus comitẽ & adiutorẽ habuisset. me qdem his adæquandũ minime censeo, sed quemadmodũ quæ suæ virtutis erãt, illi suo principi exhibuere, ita ego tibi quę habui, quæ potui, animo integro & fide summa ꝑsolui. Cum dicẽdi finẽ Seneca fecisset, Nero vti erat natura simulator, vultu hilari & ore blando respondit:

Neronis responsio.

Grãs debeo tibi amplissimas Seneca, ꝙ pro summo tuo erga me studio ac diligẽtia, adeo instructus mihi & paratus esse videor, ꝙ meditatæ & grauissimę orõni tuæ nõ dubitẽ ex tpe ac subito rñdere. quæ accepisti a me, quanq̃ modestiæ tuæ ac frugalitati magna esse videant̃, ea tamẽ parua esse pro magnitudine beneficioꝝ tuoꝝ nõ incognitũ habeo. maiora eñ pleriq; tenent hoĩes etiã libertini, & nulla re tibi æquãdi, neq; apud te in ꝑsentia sileã, cũ tuos in me labores, amorẽ, fidẽ sub oculis colligo, me tædet negligentiæ meæ, ꝙ tu quemadmodum apud me grã & amore oĩbus præstas, & oẽs diuitijs, honore, dignitate nõ excellere videaris, nec qsquã oĩm est adeo summo loco nat⁹, cui plus nobilitas prodesse, q̃ tibi tua virtus. & fides erga me debeat. Ocij aũt potiundi facultatẽ C. Mecœnati & M. Agrippæ non prius dedit atauus meus Augustus, q̃ natu esset iam grandis atq; ætatis tantæ. ꝙ senectutis reuerentia summã autoritatẽ haberet vterq;. Neq; tñ vllum eoꝝ vllis opibus exuit, sed q̃s maximis in periculis, laboribus, bellis adiutores, socios, amicos habuerat, eos vti erant a se donati, ita frui opibus simul & qete desiderata permisit. me autem decere accipere, quod habes, non intelligo: nec video esse modestię tuæ, inde laudem quærere, vnde amico infamia oriatur. Nam vulgus qua est leuitate, vi ereptas tibi opes putabit. eqdem postponendum te nec C. Mecœnati, nec M. Agrippæ censeo. adiuuarũt illi Augustũ bello, arma pro me nulla induisti, nõ fuit occasio, ꝙ delatum ad me sit imperiũ obsistente nullo: veꝝ qbus egebã ad subsidiũ ætatis ac fortunæ, tu me optimis doctrinis, tu me grauissimis moribus, tu me sapiẽtissimis cõsilijs adiuuisti, q̃ bñficia in me tua, imꝑssa mihi & in ꝑsentia sunt, & memoria sempiterna erũt: neq;

neq; te defuturum mihi suadeo, quum etsi annosus sis & plus ꝙ senex, ea tamen deum munere tibi & animi & corporis prosperitas sit, vt pseuerare possis, ac mihi sane consulere, nec me deserere debeas, hoc præsertim imperij principio, & hac mea iuuenta, quum sit mihi consilij & auxilij tui magna necessitas. Te pauefaciat nullus timor. hoc enim polliceor tibi, atq; per quosuis deos iuro, potius mihi ipsi, ꝙ tibi vlla re obessem. His verbis Nero oscula & amplexus addit, & manu tacta perstrictaq;, ipsum à se vultu læto dimittit. Seneca vero gratijs actis, Neronis verba haudquaquã vti erant *benigne in rem bonã vertit. ipsum enim natura, mens, consilia tyranni non latebant. Proinde consuluit sibi ꝙ rarius rebus aulicis immiscendum & in curia versandũ fore. hoc sperabat, omniũ inimicoꝝ inuidiam ac Neronis odium euitari posse. Raro ita deinde in aula visus est, hoĩm quoq; solitos cœtus & secreta colloqa passim effugiens, sese tandẽ in priuatam vitam cõtulit, nũc senium, aliqñ valetudinem, interdũ philosophiæ studia causatus. Postremo dimissa vrbe, in Cãpaniam se transfert, vbi non marcebat ocio, nõ cruciabat se mœrore, sed veluti grãdi onere deposito, totum se philosophiæ ocio liber dabat. Multa qdem hoc tẽpore, trienniũ id fuit, scripsisse fert, inter quæ est magna epistolaꝝ pars ad *Lucillũ. neq; tñ hinc odia extincta, sed magis aucta & inflãmata sunt, tum ꝙ aures maledictis Nero sæuiendi studio iam libẽtius aperiret, tum ꝙ inimicus eius Tigillinus & *Põpeia criminãdi causas quærerent. nihil tum à Seneca dictum, nihil factũ, q̃d illi nõ cribrarent atq; subuerterent. absentiã eius alij accusabant, ꝙ philosophus magistrat⁹ & principẽ pro sua libertate cõtemneret. pars vagari eum ꝑ amœna, ꝙ opibus plenus iam esset, & vt curas aulicas deuitaret. pars negabat impeditũ studio philosophiæ aut valetudine vlla, veꝝ dolore, ira, odio accensum, secessisse affirmabat, cum impij gubernãdi solitã licentiã non haberet, videretq; cõsilijs adesse *Põpeiam & Tigillinũ, q fideles Neroni & sapientes essent. hoc in tẽpore incensa est ciuitas & pusta, vt supradictũ est: quã causam qa Nero in pegrinos Chrĩanos & Iudæos reiecit, repente quæstione habita, in illos crudeliter iussu Neronis sæuitũ est. Addebant pereuntibus ludibria, vt feraꝝ tergis tecti, canũ laniatu interirent, aut crucibus affixi, aut flammandi: atq; vbi defecisset dies, in vsum nocturni luminis vrerent. Ita Tacitus. Persecutio hæc prima in Christianos humiles & sanctos viros fuit Romæ, deiñ ꝑ oẽs puincias pari sæuitia excruciari impauit. Ideo Seneca ritu gẽtilitio posito, Christianũ tenuisse credit cultũ: vehementissimeq; cõtristatus, epistolas ad Paulum scripsit Romã. Crescebat interim tyrannis, crescebant bonoꝝ neces. q̃re Senecam Nero veneno pimere tẽtauit, sed pditore liberto saluat⁹ est. Veꝝ aliqñ inuenit causam. dum Seneca in Cãpania moraret, detegit cõiuratio in Neronẽ desiderio liberandæ patriẹ, autore C. Pisone facta, ob quã rem multi cõpræhensi sunt nec sontes, nec vlla in re Neroni inuisi. Capit Natalis C. Pisonis familiaris, q pductus ad tormenta, labare cœpit, & cõiurationis principẽ C. Pisonẽ noĩat, deinde consciũ Anneũ Senecam dixit, non certus, sed coniectura quadam ductus, & studio, vt erga se tanto in periculo Neronis gratiam compararet. se nanq; missum à Pisone ad Senecam, vt ægrotum viseret, negatũ sibi vitandæ suspicionis causa accessum, ꝑterea etiam hortatũ sæpius vt conuenirent, tum fore se saniorem. Hæc Natalis affirmabat. Ad ea vero Senecã ita respondisse dicebat, Neutri cõducere crebra colloquia & mutuos sermones habere, verum salutem suam in Pisonis sospitate collocatam fore. Verba hæc Nero haud paꝝ lætus audiuit, dicta Natalis in deteriorem partem interpretatus, non suspectum modo cõiurationis, verum & reũ Senecã habendũ dicebat. nemo alius Senecã cõscium noĩauit. Neronis tamen opa, ad crimen augendũ ex infamia viri, res vulgata est. Interea redijt Seneca in agrũ sub vrbano rure in villã suã. illuc Nero Syluanũ ꝑtoriẹ cohortis tribunum misit, ꝑcontaturꝰ à Seneca, qd verboꝝ Natalis Pisonis noĩe retulisset, & qd ipse respõdisset. Hęc publice, ceu veri sciscitãdi causa, mãdata Syluano dat, ne aĩaduertere tantũ ĩ viꝝ, eundẽ ꝑceptorem & singularẽ amicũ suũ, nisi iuste & maxima cũ grauitate, videretur. Sed mens erat, vt hoc nuncio territus Seneca, veluti noxius, mortẽ sibi vltro consciscere. Syluanus cum militibus ingressus Senecæ domum, cœnantem ipsum & cum eo simul amicos duos ac Pompeiam Paulinam vxorem inuenit, percontaturq; vti erat à Nerone iussus. Tunc Seneca, quanquam nuncium mortis suæ hunc perciperet, minime tamẽ pauefactus, sed ꝙ solebat ore ac vultu respondit, quęrenti Natali, cur Pisonẽ aditu prohibuisset, valetudinis & qetis causam fuisse. Tribunus domũ regressus, milites vti erant locati ex ordine, dum reuerteret, stare iubet. ipse Romam veloci eq̃ reuersus, Neroni ꝙ respõderat Seneca, refert. aderãt ibi cum Tigillino, q ꝑ viribus ardentẽ inflãmabant. Interrogat Nero tribunũ, ꝑparet ne se voluntariã ad mortẽ Seneca. Syluanus nec ad mortẽ parare ait, nec timoris signũ vllũ vultu aut verbo mõstrare. Tum

Senecæ ab vrbe discessus.

Persecutio ĩ Chrĩanos prima.

Cõiuratio ĩ Neronẽ detecta.

Nero, regredere, & mortem deligat iube. Syluanus rediēs, minime domū ingressus est: verū q mortē indiceret, cēturionē itromisit. Seneca nullo pauore exterrit⁹, facultatē faciendi testamenti poscit. Id tribunus per centurionē negat. Tum cōuersus ad vxorem & amicos, q aderant & lachrymarū plenis oculis cōplorabāt: Vobis, inqt, qm̄ pro vestris erga me studijs & charitate meritū referre prohibeor, quod vnū in me liberū & pulcherrimū habeo, imaginē vitę meæ relinq̄: eius memores si eritis, famā vobis ꝑpetuā constātis amicitię facietis. Cognita qdem oībus Neronis impietas est, nec superat perempta matre in quem sæuiret, ni etiā educatorē suum ac ꝓceptorē occidisset. Multa dehinc ab eo dicta sunt, qbus amicorū tristitiā coerceret, nunc istū adspiciens quo vultu, qua voce solitus erat, cum re ꝓspera & statu meliori frueretur, singulos ad fortitudinem, ad patientiā, ad constātiam hortatur: anxijs qdem ac trementibus cæteris, ipse vnus impauidus & constās erat. Deinde vxorem amplexatus, multū precat ne se cruciaret, sed moderate casum ferret. Tum illa, opus exhortatiōe nō est, inqt, migrare tecum e vita penitus statui. Hinc cōcertatio dulcis orta, cum illa virili animo ꝓseuerаret, nec adduci vt viueret, à viro ꝓce vlla aut rōne posset: contra verbis oībus Seneca illā flectere, & vitā ei ꝑsuadere niteret. Illa ꝑtinaci animo ꝑseuerat, ꝑcussorē postulat. His demū atq; talibus verbis vterq; brachiū cruraq́ꝫ ferenda ꝓbuit, vt tepidus sanguis efflueret. tum ꝑsuasit vxorem deferri in proximū cubiculum, ipse venenum quod damnatis apud Atheniēn. dari solebat, frustra hausit ad maturādam mortē, frigidus em̄ erat artus, & clausum corpus aduersus vim veneni. Postremo in balneū defert, vbi sermo eius ad amicos de aīæ immortalitate ac morte cōtemnenda habitus est: nec mora longior, spiritū tādem Seneca efflauit xi. anno imperij Neronis. vxor spe vitæ ligato vulnere cōualuit, parum tñ vixit. Quēadmodū vero ab alijs cōtra Neronē cōiuratum fuerit, refert Cor. Tac. li. xv. diur. vbi inter cęteros Lucanus poeta quoq; perijt, & multi alij. Subrius Flauius vnus ex cōiuratis, interrogatus à Nerone, qbus ex causis oblitus fuerit sacramenti ꝓstiti: Oderā te, inqt, nec quisquā tibi fidelior miles fuit dum amari meruisti: odisse cœpi, postq̄ parricida matris, & vxoris auriga, histrio & incendiarius extitisti. Idem Pisone interempto, aiebat, nō referri dedecori si citharœdus dimoueretur, & tragœdus succederet: Hoc significans, sicut Nero cithara, ita Piso tragico ornatu canebat. Per idem tēpus Romæ Petrus Linum & Cletum ep̄os ordinabat q sacris præessent, Ipse vero orōni & prædicationi intentus, iam fere pro Deo colebatur, siue ob vitæ venerabilem cultum, siue ꝙ Simonem magum pessundederat. Nero post multa quæ animo cōceperat nefaria, ipsorū qdem Petri & Pauli, q duces erant in populo Dei, expetit neces. At Petrus monentibus amicis, ad declinādam inuidiā principis, via Appia ab vrbe discedens, ad primū lapidem Chr̄o fit obuiam, quem adorans, rogat: Dn̄e, quo vadis? tum Chr̄us, Romā iterū crucifigi. Extat sacellū eo loco, vbi hæc verba sunt habita. Petrus de martyrio ipsius dictū existimans, ad vrbē redijt, & statim Clemētem ep̄m consecrat, eiq́ꝫ cathedrā & ecclesiā cōmendat his verbis: Eandē ego tibi potestatem ligandi & soluendi trado, quā mihi Chr̄us reliqt. Cum hæc ita disposuisset, nō multo post vnà cū Paulo iussu Neronis necat, anno dn̄i lxx. Interim cū pro sacrilegio fidem, pro parricidio pietatē, pro incestu pudicitiā violaret, ipsamq́ꝫ potestatem Ro. imperij vel officia vel negocia improbissimis libertorū cōmiserit, & cū nulli fidem seruaret, oībus suspectus, à senatu hostis iudicatus, desertus ab oībus etiā suis, fugit nocte ab vrbe, quatuor tantū comitantibus, nudo pede, cooperto capite, & ante faciem sudario obtenso. Cumq́ꝫ se occultasset, perlato à cursore nuncio, hostē se à senatu iudicatum & quęri ad mortē, audiens comites appropinquare ad capiendū viuum, ictu gladij se ꝑcutere voluit, sed trepidāte manu, perficere nō valuit: & cum ex pręsentibus nullum inueniret a quo feriret, exclamauit, dicens: Ita ne nec amicū habeo, nec inimicū habere possum? Videns hoc vnus, adiuuit manū tremētem, & ita perijt anno vitæ suæ 31. imperij 14. oīsq́ꝫ Augusti familia in eo consumpta est. Tantū aūt in morte eius gaudiū fuit, vt plebs pileata, q̄d signum est lætitiæ, per totam vrbem discurreret. Anno dn̄i 70. Linus B. Petro successit, sedit annis xi. q̄uis B. Petrus ante passionē suā instituerit Clementem successorē fieri, tñ Clemens videns ꝙ hoc esset perniciosum exemplo, vt aliqs sibi eligeret successorē, renunciauit papatui, & electus est Linus, deīn Cletus, & quarto loco Clemens. Consentit B. Hieronymus: Quartus, inquiēs, post Petrum Romæ ep̄us Clemens fuit. Scripsit Linus res gestas B. Petri, cuius mādato etiam statutum est, ne qua mulier nisi velato capite, templum ingrederetur. Linus autē cum sanctitate & moribus haberetur in precio, dæmones fugaret, & mortuos in vitam reduceret, Saturnino consule, cuius filiam a dæmonio liberauit, capitali supplicio afficit, sepeliturq́ꝫ in Vaticano iuxta S. Petri corpus x. caleñ. Octobris. Lini tp̄ibus fuit Philo Iudæ-

Mira ī vxore Senecæ constantia.

Senecæ interitus.

Lucanus poeta.

Petr⁹ & Paulus trucidātur.

Nero se interfecit.

Linus papa

Philo.

Iudæus, q multa ita grauiter cõſcripſit, vt dictũ ſit apud Grecos: ἢ πλάτων φιλωνίζει, ἢ φίλων πλατωνίζει. Romę corã Caio Iudęos tutat⁹, cũ iuſſus eſſet e cõſpectu Cæſaris abire, ad ſuos dixit: Bono aĩo nos eſſe oportet, quib⁹ irat⁹ eſt Cai⁹, quia neceſſe eſt adeſſe diuinũ, vbi humanũ ceſſat, auxiliũ. fert etiã multa de laudibus Chrianorũ ſcripſiſſe. Anno dñi 71. Galba antiqſſimæ nobilitatis ſenator, ab Hiſpanis & Gallis imperator electus, ſtatim vt Neronis mortẽ audiuit, Romã venit. hic optimus dux, militẽ ſuũ ſeueriſſime tractãs, ita vt ingreſſo eo ad caſtra, milites viciſſim dicerẽt, Diſce militare, Galba venit: impium adeptus, cũ auaritiæ vitio ſegnitieq; oẽs offenderet, mẽſe ſeptimo ad lacũ Curtiũ decollatus eſt inſidijs Othonis. Hic *Saluius Otho, occiſis Galba & Piſone, inuaſit impium, in priuata vita mollis, Neroni familiaris, in impio nõ potuit documentũ ſui oſtẽdere. nam cũ iiſdem tẽporibus Vitellius à Germanicis exercitibus impator factus eſſet, bello cõtra Vitelliũ ſuſcepto victus, ſemetipſum occidit dum impaſſet menſes q̃tuor. Vitellius Romam victor ingreſſus, vi potitur impio, familia honorata magis q̃ nobili ortus, multa ſæuitia cæteriſq; vitijs notabilis, maxime ingluuie & voracitate. Anno dñi 72. Veſpaſianus impator creatus, cui olim cura fuit oĩm rerũ, nequaq̃ vero impare volebat, priuatæ vitæ ſecuritatẽ clarioris fortunæ periculis antepo nens. poſtremo imperiũ ſuſcepit militũ ſtudio, quos accẽderat rumor qui paſſim vagabatur, Vitelliũ impatorem Germanicis legionibus Syriacas mutaturũ, vt illas ad militiam opulentã magis & quietã transferret. Verũ audiens Vitellius Veſpaſianũ imperatorẽ ſalutatũ, Sabinũ eius fratrẽ multo negocio tandẽ in Capitoliũ confugientẽ occidit, Capitolioq; incẽſo, eum in Gemonias ſcalas coniecit, vbi Domitianus fratris filius media trepidatiõe euaſit. Excitarunt hi tumultus *Antoniũ, vt q̃primũ Flauianis ſuccurreret. q̃ duce Flauiani cum Vitellianis cõgreſſi, ſub vrbis muris Vitellium ſuperant, ac latitantẽ ptrahunt, vinctis poſt tergũ manibus, reſupino capite, gladio ad iugulum poſito, p forũ ad ſpectaculũ ducunt. Tandẽ luto & fimo pfuſus excarnificat, & in Tiberim proiectus eſt, imperij ſui menſe 8. Et populus iam timore liberatus, imperatorem p̄dicat Veſpaſianũ, ſimulq; Vitelliũ deiectum lætitia celebrabat. Veſpaſian⁹ Alexandriã venit, quæ erant Romæ geſta, nunciata ſunt, & legati ei gratulantes affuere. Firmato iam totius orbis imperio, Romam ire parabat: dimiſſoq; filio Tito in Iudæa, profectus eſt Romam. vbi accepto impio anno ſalutis noſtræ LXXII. regnauit annis 9. Ardebant iam Iudæi & inteſtinis diſcordijs, & externis malis afflicti. adeo agitabat eorũ animos grauiſſimi ſceleris cõſcientia. Itaq; poſt adſcenſionẽ dñi & ſaluatoris nr̃i Ieſu Chri, Iudæi vel in ipſum cõmiſſi piaculi, vel pſecutionis in apoſtolos & necis in Stephanũ, ſed & obtruncationis in apoſtolum Iacobũ, & in Iacobũ fratrem dñi, qui appellat Iuſtus, cæterorũq; om̃ium q̃s propter fidem Chri inſidijs omniq; fraude nequitiæ circunuenerant, vltionẽ iuſtitia poſcebat. Et apoſtoli quidem ab illis prius fugati, ac per om̃em locum diſperſi, ſicut diximus. pgebant in virtute Chriſti, qui eis præceperat, dicẽs: Euntes, baptizate oẽs gẽtes. Eccleſia vero quę in Hieroſolymis erat congregata, reſpõſo à Deo recepto, emigrare iubet ad oppidũ, Pellam noĩe, trans Iordanẽ, vt eductis vrbe ſanctis & iuſtis viris, vindictæ cœleſti fieret locus, tam de vrbe ſacrilega, q̃ de populo impio p excidiũ patrię euerſionẽq; ſumendæ. Veruntñ nihil obſtat etiã ea addere, per quę pietas & clemẽtia Dei, licet ingratis, videt oblata. Quadraginta nanq;, poſt admiſſum in Chrm piaculũ, annis impiorũ pœna differtur, in quib⁹ & apoſtoli oẽs, p̄cipue tamẽ Iacobus, q vocat frater dñi, Hieroſolymis epiſcopus conſtitutus, indeſinẽter populũ cõmiſſæ impietatis de ſcelere cõmonebat, ſi forte poſſent pœnitudinẽ agere, ſi poſſent flere pro ſcelere, & altrices pœnarũ flammas lachrymarũ vbertate reſtinguere. Oſtendebat nanq; eis Deus per ſuam patientiã, ꝙ ipſorũ quæreret pœnitentiã. molliri autem duritia eorũ ſubſtiterat, ſed cõtinuo in peius ruebat. Bello ſane Iudaico dabatur exordiũ 12. anno regni Neronis, anno adminiſtrationis Flori ſecundo, Cæſtio Gallo p̄ſide Syriæ. Floro itaq; pcurante Iudæam, in Cæſarea orta eſt ſeditio inter Iudæos & gentiles, ꝙ dicerent Iudæi factã ab his legi ſuæ contumeliam. Quare ab eis accepit Florus pecuniã, nec tamẽ eos tutari curauit, ſed in Sebaſtẽ ſeceſſit. Iudæi ſtatim libros legis rapientes, receſſerunt in Narbata, primates autem eorum in Sebaſten ad Florũ venerunt, vt auxilio eſſet rogabant, inſuper reuerenter eum de pecunia ob id data admonentes. Ille cõpræhenſos vinciri iuſſit, arguens, cur leges de Cęſarea auferre auſi fuiſſent. deinde vt bellũ inflãmaret. miſit ad ſacrũ theſaurũ, vt inde xvij. talenta auferrẽtur. quaſi ſeam pecuniã impenſæ Cęſaris flagitaret. Tum ſtatim inuaſit populũ multa cõfuſio. currentes ad tẽplum. maximis vocibus nomẽ Cæſaris appellabant, vt à tyrãnide Flori liberarent orãtes, qdam aũt ſeditioſorũ in Florũ maledicta iaciebant, ſtipẽ eius noĩe poſtulabant, q̃ſi inops eſſet. His magis eſt iritat⁹ ad p̄dan dum

Galba imperator 7.

Otho imperator 8.

Vitelli⁹ imperator 9.

Veſpaſian⁹ imp. 10.

Cauſæ & ſemina belli Iudaici.

Seditio in Cæſarea.

dum, deniq; cum debuerat, Cæsaream veniẽs, ignẽ extinguere belli, pro quo etiam mercedem acceperat, cum exercitu venit Hierosolymã, vt minis & timore vrbẽ nudaret. Tunc populus lenire eius impetũ volens, obuiã militibus processit, Flororum honorare paratus. ille mittens centurionẽ, discedere eos iussit: neq; enim in quem tam grauia maledicta iecissent, falso honore deluderent: oportere eos, si viri sint constantes, in præsentem etiam cõtumelias effundere. His dictis exterrita multitudo, simul etiã equitibus missis, in medium vulgus irruentibus, fugerunt, anteq̃ Florũ salutarent. discedẽtes cum metu, totam noctem duxere peruigilem. Florus tunc degebat in regia, & postridie extructo tribunali præsedit, cõuenientibus principibus sacerdotũ ac nobilibus, præcepit Florus, vt omnes qui maledicta in eũ succlamassent, protinus dederẽt, edicens, in eos esse, nisi reos produxerint, vindicandũ. Ad hæc respõderunt Iudæi, pacifica quæq; populũ sentire: illis vero q errassent in verbis, veniã postulabant: in tanta multitudine nihil esse mirum, offendi aliq̃s temerarios & per ætatem insipiẽtes: debere tñ illum, si cõsuleret gentis quieti, & vellet Ro. impio seruare vrbẽ, magis propter multos dare veniã, q̃ propter paucos perturbare multitudinẽ tantã bonorum. Ad hæc ille inflãmatus, militibus exclamauit, vt forum rerum venaliũ diriperent, & passim obuios trucidarẽt. illi ob lucri auaritiã, habita autoritate rectoris, nõ solũ diripuerunt eum locũ, sed vniuersas insilientes domos, interficiebant habitatores: multos etiã nobiliũ comprehendentes, duxerunt ad Florum: q̃s ille verberibus laniatos, sustulit in crucem. occisi sunt promiscui sexus ducenti XXX. Postridie conueniens multitudo in forum, magno clamore cõquerebatur, inuidiosas quoq; in Florum voces mittebat. Veriti primates & pontifices, diruptis vestibus, & viritim singulos comprehendentes, postulabant vt tacerent, neq; in maiorem indignationem mouerent Florum: sicq; maiorum reuerentia & spe, quod in eos Florus vltra non sæuiret, multitudo sedata est. Ille tumultu cõpresso, Iudęos vocauit, itaq; vnũ argumentũ fore quod nihil amplius nouarẽt, si obuiam procederent militibus de Cæsarea veniẽtibus. Interim mandat venientibus, vt nullã salutationem redderent obuiãtibus Iudæis: & si offensi quicquam facerent, mox in eos vterentur armis. Põtifices ergo in tẽplo collecta multitudine precabantur, vt occurrerẽt Romanis, seditiosi abnuebãt ob interfectorum dolorẽ, multiq; eis iungebantur. Tunc vero oẽs sacerdotes & Leuitæ sacra vasa proferentes, ornatũq; templi, cãtoresq; cũ musicis instrumẽtis procedebãt ante multitudinẽ, et obnixe precabantur, ne ad direptionẽ sacrorum Romanos incitarẽt, sparsis cinere capitibus ac diruptis vestibus, singulos q̃sq; nobiliũ cõpellabãt, precãtes ne ob modicũ peccatũ patriã perderẽt. Talibus multitudinẽ flectentes, etiã ipsos seditiosos mitigarũt, ac quiete obuiã prodierũt. Iamq; cominus factos salutauerũt: illis aũt nihil respõdentibus, seditiosi Iudæorum aduersus Florum, cuius hæc fierent cõsilijs, succlamarunt. Confestim milites cõpræhendentes eos, cædere adorti sunt, atq; in fugam versos cõculcabant. In ipsis aũt portis grauis facta est compressio. collabentium vero durus erat interitus. trucidabant multitudinẽ, trãsire cupientes in Antoniã & templũ obtinere, q̃s etiam Florus secutus, educẽs de regia qui secũ erant, in arcem transire nitebatur. frustratus tñ est. Cõuersus quippe populus, repugnauit, & per tecta obruebat saxis Rom. Seditiosi aũt verẽtes, ne Florus templũ occuparet per Antoniam, ex templo adscendentes, porticus à tẽplo Antoniã continentes, interciderunt. Tandẽ cõuocat Florus sacerdotũ principes, se quidem ait vrbe digredi, præsidium tñ relinquere quantũ ipsi voluissent. Ad hęc illi, nihil nouandũ fore, vnã tm̃ apud illos relinqueret cohortẽ, dũ tñ nõ illã, q̃ cũ ciuibus palã ante cõflixerat. Cohorte itaq; mutata, cũ reliq exercitu Cæsareã regressus est. aliud aũt denuo pugnę consiliũ cõminiscẽs, retulit ad Cęstiũ Syrię præsidẽ, & defectiõis Iudæos criminatus est. Interim Iudæi q̃ Florus egerat, Cęstio narrãt. susceptis literis partiũ, deliberatũ est, vt Cæstius cũ exercitu in Iudæã iret ad vindicandã defectionẽ, si admissa esset: sin aliter, magis fidos redderet Iudæos. ipsi tñ magis placuit aliq̃t præmittere. Direxit eo tribunũ Neapolitanũ, q in via Agrippæ occurrẽs, ad q̃s causas missus sit, indicat: q̃ loci etiam primates Iudæorum cum curia adesse curauerunt, cõquesti q̃ lamentabiliter de calamitatibus proprijs & inhumanitate Flori: quã licet argueret Agrippa, tñ vt ducis autoritati cõpetit, inuectionẽ in Iudæos trãstulit, quorum maxime miserabatur. Ad hæc missi intelligebant redargutionẽ plenã esse pietatis, scientes quod pro pace eorum diceret. Populus Hierosolymorum lx. stadijs obuius progressus, officiose Agrippã & Neapolitanũ suscepit. lamentabatur tñ interfectos cõiuges, infantes, nobiles. precabatur vt genti cõsulerent, ac ingrederentur, viderentq; gesta à Floro. Neapolitanus itaq; cum circuisset vrbẽ, mãsuetudinis populi documentũ accepit, quod nõ Romanis, sed soli Floro aduersaretur. adscendens in templũ, fidẽ eorum circa Ro. collaudãs, hortatus est ad pacẽ. Vulgus aũt petit, vt legati mitterentur ad Cæsarẽ q Florum accusarent. Ad hæc Agrippa ordinari legatos qui Flo-

Hierosolymitana seditio.

Florũ accusarent, odiosum putabat: despicere autẽ Iudæos in bella cõmotos, neq; sibi expedire cernebat. Aduocata igit̃ concione, suggestũ conscẽdens, eiusmodi orationẽ habuit: Si quidẽ nõ viderẽ vos oẽs ad pugnandũ cum Ro. incitatos, neq; populi syncerissimã partẽ velle pacẽ seruare, nec ꝓcessissem ad vos, neq; cõsulere cõfisus essem. Qm̃ autẽ aliqs ætas malorũ belli nescios facit, qsdam vero incõsiderata spes libertatis, nonnullos auaritia succendit, æstimaui oportere vobis ea exponere, q̃ arbitror expedire. Perstrepet aũt nemo, si non audierit q̃ ipsius fert libido: his siquidẽ qui sunt ad defectionẽ parati, licebit etiã post meos monitus manere in volũtate. Noui equidẽ, q̃ multi iniurias ꝓcurantium ꝓuincias, & ꝓconia libertatis q̃si tragice prosequant̃: ego autẽ primũ separabo causas, q̃s cõnexas putatis. si em̃ vestros violatores cupitis vlcisci, cur libertatẽ ita extollitis? si vero seruire intolerabile ducitis, supflua est aduersum rectores querela, quia illis moderatissime agẽtibus erit turpe seruire. Cõsiderate aũt q̃ exigua sit materia bellorũ. *primum, rectorũ crimina. colere siquidẽ officijs, non exaspare oportet iurgijs, potestatẽ. Cum vero modicorũ peccatorũ exprobratiões maximas facitis, aduersum vos iritatis vos. etsi ꝓuinciarũ rectores à Rom. missi, grauiter offendunt, nõ tñ Romani oẽs violãt vos, neq; ipse Cæsar aduersum quẽ pugnare vultis, neq; is hæc ꝓcipit, neq; possunt illi, quę in oriente gerunt̃, positi in occidente, cõspicere: sed nec vn⁹ atq; idem semp curã tenebit, & successores eius credibile est modestiores futuros. Motũ autẽ semel bellũ deponere nõ est facile absq; magnis calamitatibus, neq; sustinere. libertatis vero dona sitientibus prouidendum est atq; certandũ, vt principio non ea careãt. molesta est em̃ nouitas seruitutis, quã ne primũ subeas, iuste certare potes. Qui vero semel subiectus est & deinceps deficit, cõtumax magis seruus, q̃ amator libertatis ostendit̃. Tunc igit̃ oportuit oĩa agere, ne susciperent̃ Ro. cũ Põpeius prouinciã intraret. Verũ maiores vr̃i, multo vobis meliores corporibus & animis, exiguæ parti Ro. resistere nequiuerunt: vos qui hæreditariã obedientiã accepistis, maioribus vestris, qui primi paruerũt, rebus oĩbus inferiores, cõtra om̃e Ro. imperiũ obsistere posse arbitramini? Et Athenieñses, qui ob libertatẽ patriã suã ignibus tradiderũt, Xerxẽ, cuius classem non capet pelagus, tandem cum vna naui fugientẽ ꝑsecuti sunt, nunc aũt seruiũt Romanis. Macedones vero cũ Alexãdro ꝑmittente sibi orbis imperiũ, nunc adorãt eos, aliæq; mille gentes liberrimæ nunc obediunt. vos soli seruire dedignemini his, quibus videtis vniuersa subiecta? cui militiæ, quibus fiditis armis? vbi, qui expẽsis possint sufficere, thesauri? cõtra Aegyptios forte & Arabes bellum suscipe putatis. non circũspicitis Rom. impium, nõ metimini vestram imbecillitatẽ. nõne recordamini ciuitatem vestram à cõterminis gentibus frequẽter esse supatam? illorũ autem virtus ꝑ totum orbẽ inuicta ꝑcurrit. Neq; enim sufficit eis ad orientem totus Euphrates, ad septentrionem vero Ister, neq; in meridie tenus solitudine Libya perscrutata, neq; in occidente *Gadira, sed vltra Oceanum Britãnos aliud quæsierunt regnũ & orbem. Quid ergo? vos ditiores Gallis, fortiores Germanis, prudentiores Græcis? q̃ vos fiducia aduersus Romanos erigit? Sed dicet aliquis, seruire molestum esse: at quanto id magis Græcis, qui vniuersis sub sole habitãtibus videbant̃ nobilitate ꝑstare, nũc fascibus Ro. obediũt? Quid qngentæ ꝑ Asiã ciuitates, nũquid nõ absq; vllo ꝑsidio vni tantũmodo rectori pareñt? Quid aũt ꝑgam enumerare Heniochos & Taurorũ gentes, quãta Bithynia & Cappadocia, Pãphylia & Cilices nũc sine armis tributa pendant? qd Thraces, ac post hos Illyrij? ipsi q̃q; Dalmatæ & Istri accolæ, duab⁹ tm̃ legionibus obediũt. Veruntñ si aliqs ad defectionẽ magnæ causæ vrgere deberent, Gallos potissimum oporteret insurgere, q̃s natura tãtis cinxit munimẽtis, ab orientali plaga Alpiũ mõtibus, ab occidẽte Oceano, oĩbusq; bonis totũ pene orbẽ rigãtes: ferunt nihilominus vectigales esse Ro. id sane nõ ꝑ aiorũ mollitiẽ, nec ꝑpter ignobilitatẽ, sed Ro. horrent virtutem & fortunã, deniq; sub mille & ducentis seruiũt militibus. neq; Iberis nascens in agris aurum ꝓfuit, neq; vicinus Oceanus etiam accolis suis horribilis fragore, satis fuit vincentibus Rom. sed vltra colũnas Herculis ꝓtulerunt arma, & ipsas nubes Pyrenæorũ mõtium egressi vertices, ditioni suæ subdiderũt. Quis vestrum nõ audiuit multitudinem Germanorũ, virtutem q̃q; & magnitudines corporũ? siquidẽ vbiq; Romanæ gentes illos captiuos habent. sed illi qdem ita ingentem spatijs regionem incolentes, spũs autem maiores corporibus gerentes, & animam quidem cõtemptricem mortis, indignatione autẽ vehementiores feris, nunc limitem Rhenum habent, & 8. legiõibus Rom. domantur. Cõsiderate Britannorũ muros, circundant̃ Oceano, illuc Ro. nauigantes, redegerũt in ditionẽ suã. Et quid opus est plura dicere, qñ etiã Parthi bellicosissimũ genus, prius tantis populis impantes, obsides mittũt Romanis? Vos soli bellum geritis, neq; Carthagineñ. cõsideratis finem, q̃ magno illo Annibale glori

Agrippę ad Iudæos oratio.

Ro. imperij potentia.

Gallię laus.

Germanorũ potẽtia.

riantes & nobilitate Phœnicũ, sub Scipionis dextra corruerũt: *sed tertiam partẽ orbis terrarꝫ, cuius neq; numerare nationes facile est, quæ s. ab Atlantico mari & columnis Herculis vsq; ad rubrũ mare infinitos numero & locis Aethiopes continet: totã tamẽ susceperũt armis, & ꝑter fruges annuas, quibus Rom. multitudinẽ octo mẽsibus pascunt, alia q̃q; vectigalia pendũt. Adspicite Aegyptũ, quinq̃ginta & septingẽta centena millia incolarꝫ habet, ꝑter Alexandrinorꝫ plebẽ, tamẽ vectigalia pẽdit. Quos vero in bellũ socios assumetis? siquidẽ oẽs q in orbe habitabili degũt, Ro. sunt, nisi forte qs spes suas vltra Euphratẽ porrigat, & Adiabenorꝫ regionem gentiles suos æstimet. Porro illis erit cura tuẽdæ cũ Rom. amicitiæ, & arbitrabunt fœdus esse temeratum, si quis de his qui subiecti sunt, aduersum Rom. in bellũ ꝓcedunt. Supest vt ad diuinum cõfugiatis auxilium, verꝫ & hoc apud Rom. est, sine Deo quippe impossibile esset imperiũ tale cõsistere. Bonũ est o amici, bonũ est, dum adhuc nauis stat in portu, ꝓcauere tẽpestatẽ futurã, & nõ eo tẽpore, q̃ in medias irrueris ꝓcellas. His siquidẽ q in improuisa mala incidũt, supest vt digni miseratiõe inueniant: q vero se in aptum discrimen iniecerint, exꝓbratiõibus onerant. Nisi forte aliqs vestrũ æstimet, Ro. postq̃ vicerint, mediocriter vobiscũ acturos, & nõ exẽplo aliarꝫ gentiũ sacrã hanc vrbẽ inflãmaturos, interfecturos* aũt vniuersum vestrũ gen⁹, neq; refugiũ inuenietis, qm̃ metuũt Romanas vires oẽs orbis partes. Insup & eo in ꝑiculo erũt Iudæi, vt estis toto orbe dispsi, q apud exteros cõmorant. subeat vos miseratio, etsi nõ filiorꝫ vestrorꝫ atq; cõiugũ, saltẽ istius ciuitatis, q̃ mater vrbiũ vr̃æ regiõis vocat. parcite sacris mœnib⁹, parcite venerabilib⁹ adytis, tẽplumq́; vobis & sancta sanctorꝫ seruate. ꝓtestor aũt sancta vr̃a sacrosq́; angelos Dei, patriãq; cõmunẽ, qm̃ nihil cõsiliorꝫ q̃ vobis viderim expedire, subtraxerim. vos aũt decernẽtes q̃ oportet, mecũ in pace degetis: si vero ꝓtuleritis iras, absq; me ꝑiculis subdemini. His multo elegãtioribus & amplioribus⁹ verbis dictis, adstãte etiã sorore sua, lachrymauit, & multã turbę partem lachrymis infregit. Succlamabãt aũt nõ se aduersus Ro. sed aduersum Florꝫ pugnã gerere. Ad q̃s rex Agrippa: Sed opa, inqt, vestra talia sunt, qualia aduersum Rom. pugnantium. neq; em̃ Cæsari vectigal dedistis, & Antonianas porticus incendistis. Sopietis autẽ causas defectionis, si & porticus denuo instauretis, & tributa reddere maturetis. neq; enim Flori hoc præsidium est, neq; Floro pecuniam dabitis. His consultis populus acquieuit, & cum rege & Berenice sorore adscendens in templum, porticus ædificare adortus est. Per vicos autẽ & regiones, principes eorum *quiq; dispersi, vectigal colligebant, celeriterq́; XL. talenta, tantum em̃ erat reliquum, redacta sunt. Deinceps aliquanto post persuadere tentabat, vt parerent Floro, donec ei successor mitteret. ad quam or̃onem accẽsa multitudo, impudentissime regẽ insectata est, eumq́; mox vrbe expulit. Ausi sunt etiã nonnulli seditiosi saxa in enm iacere. Rex aũt videns tumultuantiũ irreuocabilem impetum, discessit in regnũ. Per idẽ tempus nõnulli eorꝫ irruerũt in q̃ddam ꝑsidium vocatũ Masada, Romanos om̃es interfecerunt, alios autẽ de suis posuerunt custodes. In tẽplo q̃q; Hierosolymorꝫ Eleazarus filius Ananiæ pontificis, audacissim⁹ dux militũ, ꝑsuasit, vt nullius munus aut hostia qui nõ esset de Iudæorꝫ gente, susciperet. id autem erat belli seminariũ atq; materia. reiecit siquidẽ hostias Cæsaris, q̃ pro Ro. po. offerri solitæ erãt. plurimũ aũt põtificibus ac nobilibus deprecãtibus, vt nõ ꝑterirent morẽ q̃ supplicabatur ꝓ regibus, nihil rerꝫ nouandarꝫ studio acquieuerũt. cõuenientes propterea primates oẽs, cõcione vocata ante portã tẽpli, & primũ multa de temeraria defectiõe eorum cõquesti, dicebãt ideo causam esse grauiorẽ, ꝙ maiores eorꝫ ornassent templum ex magna parte de munerib⁹ gentiũ: cur modo noua sacrorꝫ ratio ꝑter patrũ autoritatẽ cõstitueret? angebat eorꝫ animos non minus Cęsaris inclemẽtia, q̃ certũ sibi modo bellũ imminere videbãt. Attendebat autẽ nemo res nouare cupientiũ. Videntes nobiles eo processum, vt sua nõ possent autoritate cõpesci, legatos miserũt ad Florꝫ, alios autem ad Agrippã, precantes vt cũ exercitu adscẽderent in ciuitatẽ, & seditionem opprimerent, priusq̃ ea intolerabilis fieret. Agrippa volẽs Ro. cõseruari Iudæos, & Iudæis templũ atq; patriã, misit in auxiliũ equitũ duo millia. his veniẽtibus, optimates qq; cũ pontificibus & om̃i multitudine qui optabãt quietẽ, supiorem occupãt ciuitatẽ: inferiorẽ siquidẽ & templũ seditiosorꝫ manus tenebat. Per septẽ igit dies grauis vtriusq; partis cædes fiebat. Postero die latrones e vulgo, pulsis regijs e supiore ciuitate, irruunt Ananiæ põtificis domum, & Agrippæ palatiũ inflãmauerunt. Post hoc ignem arculis intulerunt, volentes documenta creditorꝫ dispdere, vt nõ esset eorꝫ ꝓbatio, ad quos oĩs debitorꝫ iũgebatur multitudo cõtra locupletes. incẽsisq́; om̃ibus, põtificum & nobilium quidã in cloacis tum latuerũt, quidã cũ regijs in supiorem regiã cõfugerũt. portas celeriter obfirmãtes. Post triduũ aũt fecerunt impetũ in Antoniã, & oẽs in ꝑsidio ceperunt & in-

Rom. fortuna vnde.

Iudęi dispsi

Peroratio.

Reiecta Cæsaris dona.

Optimatũ strages.

& interfecerũt, ac incenderunt ꝓsidiũ, postea vero obsederũt regiã, in quatuor partes agmen suũ diuidẽtes. inter hos erat Manaimus callidissimus sophista, qui quondam exprobrauerat Iudæis, quõ post Deũ subijcerent Ro. assumptis quibusdã nobiliũ, perrexit in Masadã, spoliatoq́; armamẽtario Herodis, populares aliosq́; latrones armauit, & cũ his veluti rex, Hierosolymã reuertit, factusq́; princeps seditionis, oppugnationẽ disponebat. Tãdẽ vtrinq; fatigati, regij ad Manaimũ, & alios eius seditiõis principes mittebãt, ꝓcantes vt eis discedere liceret. q̃d cũ Manaimus annuisset, nã suæ religionis erãt, discesserũt. Inde Romanos ingẽs clades opp̄ssit. nã in illos irruentes, trucidabãt quoscũq; cõpræhẽdere poterãt. Interfectus est & põtifex Ananias, mox post eã stragẽ apud domũ regiã vbi latitauerat, circũsedentes turres seditiosi custodiebãt, ne quis militũ posset effugere. Ex his victorijs Manaimus intolerabilis factus est, volens solus dñari, q̃d alijs displicuit ex parte Eleazari, qui insurgẽtes, eũ trucidabãt. Videntes Romani milites resistere se nõ posse, mittunt ad Eleazarũ, solas ꝓcantes aĩas, arma aũt & reliqua, ipsis tradẽtibus, sumerẽt, qui in fidẽ, dextris & sacramento dato, accepti sunt. sed q̃diu Romani arma tenebãt, nemo quidq̃ molitus est, sed illis positis, facto impetu, stipatores Eleazari cõpræhẽsos trucidabãt oẽs, ꝑter Mutiliũ eorũ ꝑfectũ, iudaizare & circũcidi se promittentẽ. Eodẽ aũt die Cæsareenses Iudæos apud se habitãtes trucidarunt. hac fatali hora periere hoĩm supra xx. millia. Grauis facta est cõturbatio in tota Syria, & oĩs ciuitas diuidebat in binos exercitus. dies quidẽ ducebant in sanguine, noctes aũt molestiores formido faciebat. erat cernere ciuitates plenas cadaueribus insepultis passim iacẽtibus, oĩa plena erãt calamitatibus. In Scythopoli interficiunt xiij. millia, & substãtiæ eoꝝ diripiunt. ad cædẽ aũt reliquæ q̃q; vrbes in Iudęos apud se habitãtes irruebãt. duo millia quingẽtos Ascalonitę, Ptolemais aũt duo millia interfecit. excitata est etiã in regno Agrippæ aduersum Iudæos ꝑnicies, in Alexandria vero quinquaginta cõgesta sunt millia mortuoꝝ. Cæstio tum ꝑsidi Syriæ, quiescendũ esse nõ videbat, infensis vbiq; Iudæis. habebat ille decumã legionẽ, suffragiaq́; multorũ regũ, aderat ei q̃q; Agrippa. Itaq; in validissimã ciuitatẽ Galilęæ cõtendit Zabulon. offendit aũt eam ciuibus destitutã, in montes eñ refugerãt, rerũ aũt oĩm plenã: illã militibus diripiendã cõcessit, ipsum vero oppidũ, eius pulchritudinem admiratus, incendit. deinde territorio peruagato, quidq̃d obuiũ erat depopulatꝰ est. vbi in Syros remanentes ꝑdandi causa, irruunt ex latibulis Iudæi, eosq́; trucidant, & duo millia cõsumunt. In Ioppẽ à Cæstio missi, trucidãt 8000. quadringentos. Cæstius deinde multis plagis peractis, Hierosolymã cõtendit. at Iudæi cũ iam ciuitati bellũ appropinquare viderũt, omissis festoꝝ solennibus, ad arma properãt, fretiq́; multitudine, ad pugnã prosiliebãt: tantoq́; impetu Romanos aggressi sunt, vt eoꝝ acies perrumperet, viaq́; aperta cædibꝰ, in medio ruerẽt: ac nisi equites exercitui subuenissent, multitudo Cæstij in periculo fuisset. tandẽ Iudæi in vrbẽ reuertebant. Cæstio vero in agris cõmorãte, Iudæi occupatis superioribus, obseruabãt eius transitũ. Agrippa itaq; infinita multitudine montes amplectit, nõ eñ Romanos à periculo tutos cõspexit, misit ex comitibus suis, q̃s Iudæos sciebat notissimos, vt cũ Cæstio fœdus amicitiæ, certãq́; pro pctĩs à po. Ro. veniã pollicerent. Verũ seditiosi, metu, ne tali spe cũcta multitudo ad Agrippã se cõferret, legatos obtruncare statuerũt: vnũ ex legatis peremerũt. Populares vero id indigne ferẽtes, fustibus & lapidibus in oppidũ seditiosos cõpulerũt. Cæstius intestinã eoꝝ discordiã vidẽs, totũ in eos exercitũ mittit. Inde in oppidũ cõstitutũ inductus, ibi populus à seditiosis custodiebat. ipsi aũt cesserunt exterioribus partibus ciuitatis, & in partẽ interiorẽ tẽplũq́; profugerũt. Cæstius forũ incẽdit, deinde cũ ad superiorẽ partẽ ciuitatis venisset, prope regiã aulã castra posuit, & si tunc irruisset, ciuitatẽ cepisset. Interea plurimi populariũ & Ananus Ionathæ filius, Cæstiũ, quasi portas patefacturi, vocabãt: ille aũt iratus, & ꝙ nõ satis eis credebat, tã diu id neglexit, donec proditiõe cõperta, seditiosi Ananũ cũ cæteris in domos suas fugere cõpulerũt, ipsi murũ & turres munierũt. Sexto die Cæstius tẽplũ aggredit, scutis muro nixis, sine noxa milites mœnia suffodiebãt, pleriq; portas succẽdere moliebant. vehemens aũt stupor seditiosos inuaserat, iamq́; multi de ciuitate fugerãt, tanq̃ cõtinuo caperet. His populus alacrior fiebat, vt q̃ magis seditiosoꝝ turba deleret, eo ipse facilius cũ Cæstio in gratiã rediret. Et profecto, si paulũ perseuerasset, ciuitatẽ obtinuisset. sed vt credit, iã illis infestus Deus, illo die finẽ bello dari prohibebat. Cæstius tum neq; animis populi, neq; obsessoꝝ desperatiõe perspectis, repẽte militẽ reuocat, ac incõsulte nimiũ recessit: inopinata vero eius fuga, latronũ fiduciã recreauit, q insecuti, nouissimos peremerũt: altero aũt die vlterius recedẽdo, ex postremis multos necabãt. Romani eñ vim à lateribus instantiũ repellere minime poterãt, ne forte turbatus ordo, aliquid

Manaimus sophista.

Roñ. cæsi.

Iudæi cædũtur.

Zabulõ oppidum direptum.

Ananus proditor.

Cæstij infelix successus

aliquid detrimenti acciperet. Tota igit via percussi sunt, donec multis occisis, vix in Gabao peruenerũt. hic Cæstius biduo cõmorat, inops cõsilij qd ageret. Cũ tertio die maiorẽ vidisset hostiũ numerũ, obfuisse sibi cognouit tarditatẽ. itaq; pro cõpendio fugæ, cuncta q̃ militibus impedimẽto erant, amputari pcepit, occisisq; tunc mulis & asinis alijsq; iumẽtis, Bethoron versus procedebat. At Iudæi in angustijs militẽ sagittis opprimebant, ibi em̃ maius erat equiti periculũ, vbi plane patebat nullus locus fugiẽdi aut vlciscendi. itaq; incerti quid facerẽt, ad vlulatus fletusq; cõuersi sunt: totusq; pene perisset exercitus Cæstij, nisi nox aduenisset, qua Ro. in Bethoron cõfugerũt. Iudæi vero obsessis circum oĩbus locis, eorũ transitus custodiebant. inuenit tñ Cæstius fugæ viã, machinas & balistas, multaq; alia instrumẽta reliquit. redeuntes Iudæi, machinas secũ absportarũt, & pdam q̃ remanserat, collegerũt, pæanaq; canẽtes, in metropolim remeabãt, Romanorũ quinq; millibus peditũ & supra, nongentisq; equitibus interemptis. Post Cæstij casum, multi nobiliũ Iudæorũ tanq̃ e naui peritura, ex ciuitate enatabant. exercitus etiã Agrippæ dilapsi sunt ad Cæstiũ. Cæstius Saulũ & cæteros ad Nerone mittit, belli causas deriuaturus in Florũ, & necessitatẽ indicaturus. Tũ Damasceni cæde Romanorũ cognita, Iudæos 10000. apud se degẽtes interfecerũt. Qui vero Cæstiũ fugauerãt, in Hierusalẽ reuersi, q̃s adhuc Ro. inuenissent, partim vi, partim blãditijs sibi sociabãt. in templũ congregati, plures duces elegerũt. declaratus est Iosephus Curionis filius, & pontifex Ananus, oĩa q̃ in ciuitate gerenda essent, imperaturi. filiũ aũt Simonis Eleazarũ, vtpote tyrannũ, ac pdam quærentẽ, non elegerunt. verũ paulatim ambitiõe ac pecunia, itẽq; astutia persuasit populo, vt in oĩbus sibi pareret. Quosdam, videlicet Iesum filiũ Asaphæ, & Eleazarũ filiũ pontificis, in Iudæã miserunt. Nigro aũt mandauerũt vt ducibus pareret. Iohãnes Annæ filius, Cophinitiæ & Accabatinæ rector designat⁹ est. vtriusq; aũt Galilææ, Iosephus Matathiæ filius. De Iosepho, quõ ordinauerit Galilæã, & qbus malis opa Iohãnis filij Lysimi, ex Galilæa emergentis, aggressus fuerit, & quo pacto vires insidiatoris fregerit tandẽ, omittere statui. Sed Hierosolymis Ananus põtifex & potẽtiores qui nõ cũ Ro. sentiebãt, muros instaurare properãt. arma & instrumẽta bellica pparant, erãtq; vniuersa plena tumultus. multi futuras clades prospiciẽtes, fletus cohibere nõ poterãt. Nero, quẽ ob res nõ prospere in Iudæa gestas, cũ timore stupor inuasit, verens ne exemplo hoc Syria deficeret, inuenit hoc tẽpore solũ Vespasianũ his necessitatibus parẽ, & qui tanti belli magnitudinẽ suscipere posset. populo em̃ Ro. iampridẽ pacarat Hesperiã Germanorũ tumultu cõcussam, armisq; antea ignotã pene Britanniã vendicarat. Itaq; eũ virũ mittit Nero ad regẽdos exercitus in Syria cõstitutos. ille aũt protinus ex Achaia, vbi cũ Nerone fuerat, Titũ filiũ suũ dirigit Alexãdriã. ipse vero transmissus ad Hellespontũ, terreno itinere in Syriã peruenit. illic Romanas vires multaq; regũ auxilia cõgregauit. At Iudæi post malã pugnã Cæstij, insperata felicitate sublati, tanq̃ fortuna eos exagitãte, bellũ vlterius producebãt, ac omni manu Ascalonẽ inuaserũt, sed Antonius illos magna cæde fugauit. Interim Vespasianus Antiochiã exercitũ ducit, vbi regẽ Agrippã cũ omni manu pstolari offenderat. Titus aũt mature ad Ptolemaida peruenit, cumq; ibi patrẽ reperisset, duobus q̃s secũ habebat agminibus, erãt aũt quinta & decima legiones, iunxit etiã quã ipse adduxit quintã & decimã. sequebant eas xviij. cohortes, quibus accesserũt ex Cæsarea cũ ala equitũ & alæ quinq; Syrorũ itidẽ equitũ. decẽ aũt cohortũ singulæ, mille pedites habebãt, in cæteris vero xiij. sexcenti pedites, & centeni viceni equites erãt. Vespasianus quidẽ vna cũ filio in Ptolemaide degẽs, ordinabat exercitũ, interim à suis imbellior turba Galilæorũ interimit. Pugnacissimos aũt in ciuitates fugere vidẽs, in Iotapatã omniũ munitissimã impetũ vertit. quinto aũt die, qui erat Maij vigesimusprimus, Iosephus in Iotapatã ex Tiberiade venit, abiectosq; Iudæorũ spiritus erigit. q̃d cũ Vespasiano à transfuga nunciatũ esset, properat, veluti totã Iudæã capere posset, si Iosephũ subiugasset. vnde ciuitatẽ vallari iubet, ne Iosephus elaberet. duplici acie circũdato oppido, tertiũ extrinsecus agmen equitũ posuerunt, oẽs Iudæis exitus obstruẽtes. Post triduũ impetu in muros facto, Iudæi resistũt, & cũ Iosephus ciuitati metueret propter iacula & missilia, cũ eo cuncta Iudæorũ prosiluit multitudo, in Ro. irruẽs, donec nox bellũ dirimeret, aliq̃t hincinde cadẽtibus. nihilominus postridie Ro. irruẽtibus occurrũt, multoq; fortius restiterũt. itaq; p quinq; dies pugnãtibus, neq; Iudæi vires hostiũ formidabant, neq; Romanos difficultas lassabat. etem̃ Iotapata pruptis mõtibus natura munita erat, ab vna tm̃ parte adiri potuit. Vespasianus vocatis rectorib⁹, aggerẽ fieri cõcludit, oppidoq; propinquis mõtibus excisis, magna vi lignorũ & lapidũ aggerẽ cõstruũt. nullũ nãq; erat periculũ à telis q̃ e muris iaciebant. Graue ratus Iosephus nihil cõtra moliri, cõuocat fabros, & muros iubet altius

Lecti duces Iudæorum.

Nero Vespasiano Iudaicum bellum cõmendat.

Iotapata obsidetur.

altius extolli.q̃d cũ obstãtibus iaculis perficere nõ possent,sudibus fixis,p̃ eos boũ coria extendi iubet,q̃ missos tormẽtis lapides sinuata reciperẽt,hisq́; artibus fabri oppositis,xx.cubitorum altitudine erexerũt muros,crebris etiã cõstructis turribus.Insup Vespasianus magis hoc cõsilio iritabat̃,qm̃ recepta fidutia,ex munitiõe crebro incursabãt Romanos,donec Vespasianus retento à pugna milite,statuit obsidere ciuitatẽ,& eã penuria necessariorum capere.itaq; oẽs eorum exitus obseruari p̃cepit.laborabãt illi & salis & aquæ inopia:cæterorum q̃d deerat,facile ferebat̃.Quare iã ad mensurã potus dabatur.hoc aũt Ro.nõ latebat,qui eos extra muros aquã afferre prospiciebãt,vbi etiã balistarũ telis plurimos occidebant.Interim Vespasianus aquã prohibuit,illi per rimas murorum demissa in vndis vestimẽta suspẽdebant,q̃ posteaq̃ Ro.viderunt siccari, aliunde eos habere aquæ copiã p̃sumpserũt.Deniq; dux belli penuria eos capi desperans,iterum ad arma se cõuertit,Iudæis q̃q; id maxime cupiẽtibus.p̃terea Iosephus per quandã vallẽ deuiã non obseruatã,vsui necessaria quærere statuit,quã more canũ tecti velleribus,obibãt,donec fraudẽ vigiles persensissent,vallẽq́; cinxissent.Itaq; Iosephus videns ciuitatẽ nõ diu subsistere posse,cũ optimatibus de fuga tractabat.verũ id populus sensit,& circa eũ fusus,ne se negligeret,p̃cabat̃:decere illos neq; inimicos fugere,neq; amicos deserere,& quasi tẽpestate opp̃ssa naui desilire,qui ad eã tranquillo mari venisset.Iosephus p̃tendit p̃sentiam suam parũ prodesse,se aũt foris eis maximo emolumento fore.Nõ flexit his populũ,deniq; pueri & mulieres oẽsq́; populi flentes ad pedes eius,p̃cabant̃ vt socius foret,non inuidia salutis eius,sed spe propria.ille remanere statuit,& nunc tẽpus est,dicens,pugnam incipere,cũ spes nulla salutis est.ad opera se cõuertit,& cũ pugnacissimis egressus,disiectis custodibus,vsq; ad Ro.castra excurrebat,nũc aggeres discerpere,nunc operibus ignẽ immittere tentabat:postero die similiter & tertio,ac per aliq̃t dies & noctes bellando laborabat.Iudæi cũ semper aliquid agẽtes,priusq̃ paterent̃,in ciuitatẽ refugerent,Vespasianus armatis imperat, vt eorum impetus declinarent,nec cũ hoĩbus mori paratis manũ cõsererent,nil fortius esse desperatis:restingui eos,si proposito careãt,quasi flammã,si materiam nõ inueniat,nulla tñ telorũ machina quiescebat.Tandẽ Vespasianus existimãs se magis obsideri,arietẽ admouere decreuit,balistis igit̃ missiliũq́; machinis arcebãt eos Iudæi muro,& cũ nemo auderet muros adscẽdere,ipse arietẽ applicabat:& primo quidẽ ictu mœnia cõcussa sunt.Iosephus aũt eodẽ loco sæpe feriri,neq; multo post murũ disturbatũ iri prospiciens,saccos cõfertos paleis,qua feriri videbat,demittit ex muro,vt eo modo ictus erraret,q̃ res multũ Ro.obfuit.cõtra hoc ipsi proceris contis exhibitis,in summo falces,q̃bus saccos excidebãt,alligarunt.hoc modo murũ ruere fecerũt.Tũc Iosephus & socij ad ignis auxiliũ cõfugerũt,accensumq́; totũ q̃d aridæ fuit materiæ, tribus in locis pariter inflammauerũt,vnaq́; machinas & aggeres cõcremauerũt,adhibitis bitumine,sulfure & pice.Tum Eleazarus Addei filius,saxũ tanta vi super arietẽ ex muro demisit,vt machinæ caput abrũperet,qui tandẽ quinq; sagittarum vulneribus fixus est.Post hũc duo iuuenes sup milites decimæ legionis prosiluere tanto impetu, vt etiã Ro.acie perrupta,oẽs in fugã verterent.p̃ter hos Iosephus & cætera multitudo,raptis ignibus,machinas & refugia incendũt.Rursum Romani post meridiẽ erectũ arietẽ ad eã partẽ,q̃ pridẽ quassata fuit,appulerũt,ibi Vespasiani plantã quidã vulnerat.obstupefacti plures,ad ducẽ cõcurrunt,& maxime Titus metuẽs patri.facile tñ pater timore filiũ,& perturbatiõe liberauit exercitũ.bellũ sæuius incitat.ibi vero vltor quisq; imperatoris omne periculũ adire cupiebat,& cũ clamore murũ petebat. Iosephus & sui nõ deterrebant̃ à muro,ibi plurimi pro Iotapata pugnantes,fortiter deciderũt.Tandẽ circa matutinas vigilias murus ictibus cessit,quẽ mox restituunt vt possunt.mane ordinatis aciebus,Vespasianus ciuitatẽ aggredit̃,triplici acie circũdãs, intus nemo ociosus,signo dato,exterius missis vndiq; sagittis,lux obscurari cœpit.Iosephi socij memores p̃ceptorum,& aduersus clamorẽ obstrictis auribus,& cõtra sagittarũ vulnera corporibus cõmunitis,cũ admouerent̃ pontiũ machinæ,ipsi eas cursu, & anteq̃ hostes pedẽ ponũt in his,occupãt:nec prius à Romanis diuellebant̃,q̃ vel caderent vel occiderẽt.Verũ Iudæis perpetuo dimicãtibus,cũ nec vnde mutarẽt propugnatores haberẽt,inuicẽ se adhortati sunt.Interim Iosephus feruẽti oleo milites Ro. perfundi iubet.hæc res ardentiũ Ro.aciẽ dissipauit:siquidẽ facile à vertice ad pedes vsq; p̃ totũ corpus intra arma oleũ fluebat,carnẽq́; cũ ossibus depascebat.Romani licet oleo perfusi pati viderent̃,succedẽtes tñ alij incursabãt.Iudæi dolo vsi,cum fœno Græco decocto tabulata pontiũ perfundũt,q̃bus Romani firmo pede stare nõ poterãt,alij resupini calcabant̃,alij deijciebant̃,& à Iudæis feriebant̃.cũ dux talia pati milites videret,à pugna suos reuocat,fuit eius pugnæ dies xx,mẽsis Iunij.Vespasian⁹ vbi

Statagema Iosephi.

Aquæ penuria.

Expugnat̃ Iotapata.

Fœnũ Græcum.

vidit exercitũ accẽsum ira, aggeres altius tollit, tres turres ferro vndiq; tectas erigit, iaculatores & fundibularios imponẽs: qui cũ non cõspicerent propter altitudinem turriũ, ipsos vero stantes sup muros facile cernerẽt ac telis appeterẽt, murũ deseruere Iudaei. Iotapatenis aũt diu durãtibus, & pter spem aduersa tolerãtibus, quadragesimo & septimo die Ro. aggeres sup murorũ altitudinẽ sunt elati. quidã ad Vespasianũ tum profugus, paucitatẽ ciuiũ & fatigatos edocuit, & si circa matutinũ ingrederent Ro. capi ciuitatẽ posse existimabat. hora igitur indicata, ociose exercitus ibat ad muros, primusq; incedebat Titus cũ vno ex chiliarchis paucis comitatus: interfectisq; vigilibus, in ciuitatẽ ingredit, & post eos nonnulli alij. arce occupata, cũ hostes in medio versarent, iam dies erat, necdũ hostẽ senserant Iudaei, sed soporati circunueniunt, totusq; exercitus ingredit. Romani oẽs trucidãt. itaq; illo die immanissimã multitudinem interemerũt, postea in omnes vlciscunt per latebras, pter infantes & foeminas, 40. millia cõnumerata sunt excidij tẽpore, at Ro. oĩa deinde incendũt anno 13. Neronis Calen. Iulij. Romani vero Iosephũ requirẽtes, & propter indignationẽ, & qa captus maxima pars belli esset, ille in excidio ciuitatis in puteum profundum, cui altus specus in latere erat, se subtraxit, vbi xl. alios latitãtes offendit, cumq; oĩa ipsius causa maxime obseruarent, tertio die capta muliere, indicatus est. Tũ Vespasianus propere duos chiliarchos pacẽ daturos Iosepho, mittit, vt adscẽderet. qbus rogãtibus, & fidẽ pro salute dãtibus, minime paruit, timẽs ne in poenã vocaret, donec Vespasian⁹ tertiũ chiliarchũ Nicanorẽ, Iosepho notũ, eo misisset. is enĩ q̃ dulce esset in eos Ro. ingeniũ referẽs, q̃s subiugassent, ꝓq; ipse virtutis suae causa magis admirabilis q̃ inuisus ducibus haberet, esse imperatori studiũ eum cõseruare, nõ perdere, addebat, nec Vespasianũ misisse amicũ vt deciperet, neq; se facturũ, etiã si postularet. Verũ Iosepho adhuc titubante, tentabãt quidã ignẽ submittere speluncae, sed Nicanor prohibebat. Interim somnia reminiscit Iosephus, quibus ei Deus futuras Iudaeorũ clades indicasset, occultas Deo pces psoluit, & quia Iudaeorũ, inquit, labefactari tibi res creator placuit, fortuna vero ad Ro. tota migrauit, aĩamq; meã q̃ futura pdiceret, elegisti, do qdẽ manus spõte Romanis, & viuo: testor aũt ꝙ nõ proditor, sed tuus minister ad eos ibo. simul his dictis, Nicanori cõsentiebat. Verũ cũ hi qui secũ erant, Iosephũ intellexerunt cessisse, circũstant vniuersi, plurimũ ingemiscẽtes, patriae leges vbi sunt? tu Iosephe captus es, lucẽq; intueri pateris? q̃ cito tui oblitus es, qui multis pro libertate mori suasisti? falsam profecto fortitudinẽ habebas. Deciperis, qui salutẽ apud eos speras, cũ quibus ita dimicasti, *aut etiã si hoc certũ sit, te seruare cupis, sed qm̃ Ro. fortuna obliuionẽ tui fecit, nos patriae gloriae cõsulentes, & dextrã tibi & gladiũ cõmodabimus: tu si spõte moriare, dux Iudaeorũ: si inuitus, proditor morieris. Timẽs Iosephus impetũ, argumẽtis maioris sapiẽtiae aggredit: Vt quid tantopere o socij, propriae necis auidi sumus? aut cur inter se amicissimas res corpus & animã, in dissensionẽ vocamus? mutatũ me quis dicet: scio optimũ esse in bello mori, sed lege belli, hoc est, hostibus trucidari. proinde si Ro. hosti suo parcendũ putãt, quanto iustius nobis ipsi parcemus? pulchrũ est pro libertate mori, fateor, pugnãdo. nũc aũt neq; plio nobis obstãt hostes, neq; nos interficiũt. Itidẽ aũt timidus est, qui mori nõ vult cũ oportet: & qui vult, cũ nõ oportet. pterea quis nos metus prohibet adscẽdere? nõne mortis? ergo eã q̃ nobis suspecta est & dubia, certã ipsi nobis irrogabimus? an viri fortis est seipsum occidere? immo ignauissimi. nã & nautã timidissimũ puto, qui metu tẽpestatis añ turbinẽ submergit spõte nauẽ. quin etiã propria manu perire, à cõmuni oĩm animaliũ natura abhorret, eo q̃q; in Deũ scelus cõmittimus. nullũ est animal q̃d industria sua moriat, siquidẽ naturae lex, vt velint viuere, oĩbus insita est. idcirco qui nobis adimendũ id putant, hostes ducimus & insidiatores poena psequimur. Deũ vero indigne ferre nõ arbitramini, si donũ eius despicimus? ab illo accepimus vt essemus: rursum vt esse desinemus, illi reddẽdũ est. Corpora quidẽ cũctis ex caduca sunt materia fabricata, aĩa vero immortalis. Si quis ergo depositũ hoĩs subripuerit, pessim⁹ statim & pfidus habet: si Dei depositũ in corporib⁹ nr̃is collocatũ quis abiecerit, minime inultũ manebit. & seruos fugitiuos vlcisci iustũ credit, q̃uis nequã dñm fugerint. ipm optimũ dñm fugere licebit? an ignoratis ꝙ eorũ qui naturae lege e vita exeũt, ppetua laus domusq; ac familia stabiles sunt? purae aũt aĩae retinẽt locũ in coelo sanctissimũ, olim rursus acceptura e id corpus q̃d reliquerũt. q̃rũ vero manus in seipsos insanierint, eorũ aĩas orcus suscipiet, autoresq; iniuriae Deus p nepotes vlciscet. hinc vti Deo inuisum est, ita legib⁹ suis in primis detestat. Deniq; qui se occiderint, apud nos ad occasum solis vsq; insepultos abijci decretũ est, cũ etiã hostes sepeliri fas esse ducamus: apud alios aũt dextrę iubent abscindi, q̃ in suũ corpus armatae fuerant. Pulchrũ est igit o socij iusta sentire, neq;

Excidium Iotapatae.

Iosephus à Ro. reperi⁹.

Num viri sit, sese interficere.

neq; humanis cladibus addere, vt creatorē oīm impietate lædamus. si salui esse volumus, salui sumus: sin mori placet, ab his occidi pulchrū est qui nos ceperint. Equidē & Ro. insidias expeto. nā si hi me post iunctas dextras occidunt, mendacij perfidiam pro solatio victoriæ ac gloria perferā. Multa in hūc modū Iosephus, vt suos à cæde dehortaret, illi obstrictis auribus, desperatiōe qua se iamdudū mori decreuerāt, concitant cū gladijs sibi occurrentes, ignauiā exprobrabāt, eū adorientes. ille aūt cū aliū benigne appellaret, alterius dextrā depræhēderet, aliū p̄cibus exoraret, vt sibi parcerent, perinde eū atq; truces bestiæ circūsteterant. Nō defuit in ea desperatione consiliū, fretus Dei prouidētia Iosephus, salutē in periculū mittit: & quia mori, inquit, decretū est, agite, cædes mutuas sortiamur, neq; sua quis dextra iaceat. cui obtigerit, manu sequētis occūbat. iniustū est em̄, cæteris interemptis, vltimū saluū esse, visus est vera dicere, & sic mors cuiq; vt sorte obtigerat, suscipit, quasi mox etiā duce morituro: cū Iosepho em̄ perire, vita dulcius æstimabant. Remāsit aūt ipse cū altero, cōsultoq; prospiciēs, neve sorte grauaret, vel si nouissimus superesset, gētilis se cęde pollueret, illi fide interposita persuasit vt viueret. hoc modo liberatus, ad Vespasianū p Nicanorē ducebat. oēs aūt Ro. visendi eius gratia cōcurrebāt. varius tumultus erat. recto rū nemo fuit, quin licet ante irasceret, viri adspectu mitior factus est. Titus vero prę oībus, q̄ fortis Iosephi animus, qualisq; fuisset in p̄lijs, & qualis nūc in hostiū manib', reminiscit: plurimaq; salutis ei pars, Titus extitit apud patrē. Vespasianus eū custodiri p̄cipit, q̄si missurus Cæsari. q̄ audito, Iosephus aliquid se soli dicere velle ait, summotisq; oībus, p̄ter filiū Titū ac duos amicos, tu quidē Vespasiane tm̄ me captiuū te nere putas, ego tibi maiora dico, ad Neronē sine causa me mittis, tu Cæsar & imperator atq; hic filius tuus. nūc aūt me colligato arctius, ad pœnā reserua, si in dn̄m ista cō fingo. His dictis Vespasianus fidē nō habebat, licet in alijs veracē dep̄henderat. in custodia detineri iubet, ac benignissime foueri, Tito operā p̄stante. Vbi apud Hierosolymā casus Iotapatæ nūciatus est, fama tm̄ volante, simul q; Iosephus peremptus esset, amissorꝫ quisq; lugebat. ducis aūt luctus publicus erat, vt p dies xxx. nunq̄ lamenta cessarent. Tēpore vero veritate reuelata, Iotapatā excisam, Iosephū viuere cū Ro. ac supra fortunā à ducibus honorari, tantā in eum viuū iracundiā, quantā cū mortuū crederent, beneuolentiā cōceperūt: ab his ignauiæ, ab illis proditionis arguebat. Vespasianus aūt studio visendi regnū Agrippæ ingredit. nam rex inuitarat eū cū exercitu, ibiq; p dies xx. milite recreato in epulis erat. postea Tiberiada res nouas moliri, & rebellare Taricheas audiuit. cōtra Tiberiada exercitū misit, quare ciues pacem petiere. Iesus vero cū socijs, nō ratus sibi tutū ibi esse, in Taricheas cōfugit. Vespasianus postero die acies disponit, nauali prælio multis obtritis, Taricheas cepit, occisis sex millibus & quingentis. pugna peracta, pro tribunali residēs, nocentes ab innocētibus discernebat. seniores cū imbellibus qui mille ducenti erant, iussit occidi. iuuenū aūt validissimos 6000. lectos Neroni transmisit, cæterā multitudinē supra 30000. vēdidit, p̄ter alios q̄s Agrippæ donauit. Reliqui e vulgo, q̄d erat apud Trachonitas, Gaulonitas & Ioppenos, pluresq; ex Gadaris capti sunt, postea ad Ro. quiq; cōfugiūt, p̄ter Iscala & Itabiriū. cū his rebellabat Gamala, Sotanin & Seleucia. Quantā stragem Ro. miles in his capiēdis passus sit, longū esset narrare, p̄sertim in expugnatiōe Gamalæ, & post in Itabirio, vbi multi in Hierosolymā refugiebāt. apud Gamalā etiā quiq; fortissimi fuga dispersi latebāt. militia, adueniēte Tito, trucidata est. capit aūt die 23. Iam solū Giscala restabat Galilææ municipiū. erāt ibi multi, pacē desiderātes. his permixti erāt seditiosi quidā, q̄s ad defectionē impellebat Leui filius Iohānes, homo fallax & immoderata sperare promptus. Vespasianus cōtra hos Titū mittit, qui videns plenos hoībus muros, mirari se ait, q̄ freti, cunctis iā ciuitatibus Galilææ captis, illi soli Ro. arma opperirent, cū tn̄ pacē habere possent. His dictis, populariū neminē seditiosi ad murū permiserūt adscendere. custodes erant portis appositi, ne quis ad Ro. prodiret. Iohānes aūt & ipse amplecti se cōditiones ait, illū tn̄ diē Iudæis sacrū, in quo nō liceret de pace cōuenire. nā cupiebat rē in noctē differri, qua fugæ via daret. induciæ dant. exercitus etiā ad vnā ciuitatis partem duntaxat se collocat. Nocte Iohānes cū armatis hora opportuna, in Hierosolymā fugiebat cū oībus qui sequi volebāt. luce facta, Titus ad muros aderat fœderis causa, atq; populus patefactis portis eū recepit, ac q; eos liberauerit, gratias agit: Iohānis fugā significat, & vt sibi parceret, rogabat. Galilæa quidem tota, postq̄ multo sudore Romanos exercuit, hoc modo subacta est. Apud Hierosolymā vero ad Iohānis introitū populus oīs effusus, de cladibus perscrutabat perpessis. verꝫ illi in malis arrogabāt sibi, nō vim Ro. fuisse dicētes, sed spōte venisse, vt arma potius pro metropoli seruāda susciperēt, significando tamen excidium

Pœnæ eorū qui se interficiunt.

Vespasiano portēdi imperiū, Iosephus p̄dicit

Agrippa hospitio accipit Ro. exercitum.

Gamala.

Giscala.

Giſcaloꝝ,vnde nõ mediocris populũ perturbatio tenuit. At Iohãnes ſingulos circũiens,ſpe ad bellũ incitabat,infirmitatẽ Romanoꝝ aſſerẽs,proprias vires extollẽs,qn pennis etiã huius vrbis mœnia nõ poſſe ſuperari. Tanta erant in grauiſſimo diſcrimi ne temeritate Iudæi.his dictis corrupti ſunt iuuenũ animi.prudentiorum aũt nemo erat qui nõ lugeret ciuitatẽ,veluti iam perditã.itaq; diſſenſiones apud oẽs erant.tum ciuitas à nullo regebat̃,& oẽs recipiebat ſine delectu,quaſi cuncti adiumẽto venirent. Ea res ciuitatẽ peſſundedit, ꝙ iners & inutilis multitudo alimenta cõſumpſit,atq; prę ter bellũ,ſeditionẽ atq; famẽ cõparauit. Eo in tẽpore nullũ facinus atrox omittebat̃, cædes rapinæq; fiebãt,nõ clam,ſed palã:nec in plebẽ,verũ nobiliſſimos quoſq;. Nã primũ Antipã regij generis virũ,cuſtodiæ manciparunt.poſt hũc Leuiã p̃ſtantẽ,pluresq; in ciuitate nobiliores,qui p̃ſtare videbant̃.grauiſſimus tum ſeditioſoꝝ turbam metus inuaſit,vt velut occupata ciuitate,quiq; ſuæ ſaluti cõſulerent.quare nõ tutum putantes ea potẽtia viros diutius cuſtodire,ne forte populus incitaret̃ ad rebellandũ, decreto eos occidi iubẽt:fingebãt cauſam ſceleris,cũ Romanis eos de traditiõe vrbis collocutos,& libertatis proditores interemiſſe ſe gloriabant̃,quaſi de repub.bene me riti eſſent. Venit in eoꝝ poteſtatẽ pontificũ deſignatio,probis nõ obediebãt,polluti ſancta introire cœperũt. Iam aũt contra eos populo cõcitato,Ananus æuo maximus pontificũ,ſed & ſapientiſſimus,vbi vidit hominẽ rure abſtractũ,indutũ ſacra veſte,ac ludibrio legẽ fieri,concione vocata,ſtans inter eos medius,ad legẽ collachrymãs cre bro reſpectabat:Magis,ait,mori ſatius eſt,q̃ vt Dei domiciliũ videã atq; inacceſſa ſce leratoꝝ pedibus frequentari. Igit̃ ſolus ibo,& tanq̃ in ſolitudine animã ſolã dabo pro Deo.nunquid opus eſt viuere in populo cladẽ ſuã non ſentiente? Siquidẽ rapti patimini & verberati,& nec gemitu quiſq̃ vlciſcit̃ peremptos. O rem acerbã,quid de tyrannis queror?nõne veſtra patiẽtia nutriti ſunt?nunquid nõ tacẽdo plures feciſtis,& in vos arma vertiſtis?veſtra ſecordia res periere,bonos à tyrãnis trucidari paſſi eſtis, iam ſacra etiã cõculcari ſinitis,an Ro.expectatis,vt ſanctis veſtris opitulent̃?eo noſtrę ciuitatis res venere,vt miſereat̃ noſtri etiã hoſtis. Nõ exurgitis o miſeri?q̃d etiã beſtię faciunt,nõ vltũ ibitis percuſſores?vos ſeruitutis ac dominoꝝ amãtes,adeo ne maioꝝ virtutẽ liquiſtis,qui grauiſſima bella,vt in libertate manerẽt,pertulere?Et quid opus eſt de maioribus loqui?hoc ipſum bellũ,q̃d cũ Ro.gerimus,quid habet cauſæ niſi libertatẽ?ergo qui dñis totius orbis ſeruire renitimur,gẽtiles noſtros ferimus tyrãnos? quin etiã ſi à Ro. capti fuerimus,illoꝝ tñ donaria in tẽplo eſt cernere,iſtoꝝ vero ſpolia:qui nobilitatẽ huius ciuitatis trucidãt,inter media ſancta deambulãt prophanis pe dibus. Quis igit̃ externũ bellũ metuat,cũ noſtris facinoribus dignũ nõ poſſit excogitari ſuppliciũ?pleriq; fortaſſe multitudinẽ tyrannoꝝ atq; audaciã reformidant,& ꝙ in loco ſuperiori exiſtunt:hæc veſtra negligẽtia eſt,magiſq; proficiẽt ſceleratiſſimorũ cõcurſu,ſi moramur.en p̃beo manũ & cõſiliũ,nec corpori meo parcendũ erit. His Ananus cõtra zelotas populũ hortabat̃,& cũ idoneos cerneret atq; ordinaret ad p̃liũ,zelotæ conatibus eius cognitis,exploratores eñ qui oĩa proderẽt habebãt,in pon tificẽ cõmouent̃.moxq; inſurgũt,inſilientes per cuneos,neq; cuiq̃ obuio parcebat̃. Cito Ananus populũ cõgregauit,multitudine quidẽ ſuperiorẽ,armis aũt inferiorẽ. Illi arbitrati ſe in ciuitate minime habitare poſſe,niſi zelotas eximerẽt:hi vero,niſi vicifſent,nullũ ſe nõ ſubituros ſuppliciũ,procedũt.multę cædes vtrobiq; fiebãt.populares vulnerati,in domos ſuas referebãtur:zelotæ in templum,ſacrã humũ cruore perfundentes. Ananus vim ſuis factã nõ ferens,templũ vnã cũ ſuis irrupit. Illi in murũ interiorem recepti,ianuas occludũt.verũ Anano portis ſacris manus inferre nõ placebat, ex oĩbus aũt ſuoꝝ ſex fere armatoꝝ millia in porticibus collocat, ſuccedentes vero his in excubijs per ordinẽ ponit. Fit aũt his oĩbus exitij cauſa Iohãnes,qui ex Giſcalis effugerat.ille immoderatis Ananũ & populi principes placabat obſequijs.proditor aũt erat,fidẽ ſe populo ſeruatuꝝ iurauit. Itaq; illi Ananus credidit,eũ ad zelotas concordiæ cauſa legatũ miſit,quibus q̃ in periculo eoꝝ cauſa ſæpe ſtetiſſet,p̃dicat,& quæ Ananus cũ ſocijs excogitaſſet,perſuaſiſſe populo vt ad Veſpaſianũ legatos mitteret, ad capiendã ciuitatẽ venturũ. Conſiliũ p̃terea ſe habere ait,q̃d dicere non auderet,ſignificans Idumæos in auxiliũ vocandos,quibus Ananum p̃uenire poſſent. Eleazarus Gionis filius & Zacharias,Anani factionẽ extollentes,diu quid agerent dubitabant. tandem aduocari placuit Idumæos,ſcripta epiſtola,ꝙ circunuento populo,Ananus vellet Romanis metropolim prodere:ipſi aũt pro libertate certãtes,in tẽplo cuſtodirẽtur:ac niſi mature ſubuenirẽt,ſeſe Anano,ciuitatẽ,Ro.ilico ſubigendã. pleraq; legatis referẽda ad hæc mandabãt. Idumæi epiſtola mãdatiſq; attoniti,q̃ſi furibũdi diſcurſabãt,militiã denunciare cœperũt,ad motus gens facilis atq; ſemp̃ ſuſpenſa,mox multi

Sacra & rẽpu. Hieroſoly. zelotę tyranni perturbant.

Iudæoꝝ ſanguine tẽplũ polluitur.

Idumæi zelotis auxilia mittunt.

multi pro libertate metropolis arma capiunt. cõgregati aũt prope ad 20000. Hierosolymam veniunt. Ananus vti hæc cognouerat, portas aduersus eorꝫ impetum clausit. precibus eñ ad concordiã eos flectere conabat. stans ergo in aduersa turri post Ananum Iesus pontificũ æuo lõgissimus: Cum multæ, inquit, & variæ turbæ tenuerint ciuitatem, in nulla re magis mirandũ, q̃ ꝙ pditissimis hoĩbus auxilio cõtra nos tãta alacritate venistis, q̃nta nec in barbaros vocati. Equidẽ si similes illorꝫ mores vestros putarem, in graue discrimẽ incidissemus. Sunt eñ illi mille mortibus digni. nam purgamenta plebis, luxu absumptis patrimonijs, postq̃ in exterioribus auaritiã exercuerunt, postremo in sacrã ciuitatẽ clam influxere, latrones sancta loca immanitate scelerꝫ polluerũt, spolia honestorꝫ cõsumẽtes. Vestræ vero multitudinis talis est apparatus, q̃lem deceret esse, si cõtra alienigenas publico cõsilio metropolis inuitaret. qd est nisi fortunæ iniuria pro nequissimis arma vestra pparasse? q̃ causa q̃so, vt arma pro latronibus aduersus cognatum populũ caperetis? sed cũ pditionis nos metropolis accusant, vos cõsiderare oportet, q nos insimulãt, fidem cõtra nos nõ ex cõfictis colligere. quid eñ si nũc receperimus Ro. cum ab initio licuerit aut ab his non deficere, aut quia defecimus, cito venire in gratiã, priusq̃ oĩa vastarent? sane q̃d in me est, pacẽ morti antepono. semel aũt bello inuolutus, gloriosam mortẽ vita captiui æstimo potiorẽ. sed dicãt q fuerint proditionis ministri. cum iret aliquis, depræhensus est? literas nacti sunt? donec sine metu fuerũt seditiosi hoĩes, neminẽ nostrũ proditorẽ suspicabant, sed in periculo cõmenti sunt, vt vos in amicorꝫ cædem prouocarẽt. at vos oportet, q̃a cum armis venistis, primũ q̃d iustissimũ est, adiuuare metropolim, & vnà nobiscũ tyrãnos eximere, q calcatis legibus, iura suis gladijs pmiserunt: nobiles viros non accusatos, ex foro raptos, primũ vinculis cruciarũt, deinde neci dederũt. videbitis desolatas domos, rapinas, coniuges in veste lugubri, tanto pciti furore, vt latrocinãtes ex agris ac vicis in phanũ trãstulerint. attñ licet vobis, armis depositis, cognatorꝫ habitu introire ciuitatem, ac de nostris discordijs iudicare. Interim itinera obseruate, ne cum Ro. quicq̃ agamus. Si vero neqꝫ nobiscũ esse, neqꝫ inter illos & nos iudicare vultis, restat tertium, vt relictis vtrisqꝫ partibus, nec nostris cladibus insultetis, neqꝫ cum insidiatoribus maneatis: sin horꝫ nihil gratũ est, ne portarꝫ claustra miremini, dum arma portatis. Hęc ferme Iesus. Multitudo aũt Idumæorꝫ non attendebat, ardens iracundia, ꝙ nõ paratum habebat introitũ. Tunc vnus ex eis Simon, non se mirari, inquit, libertatis ppugnatores in templo custodiri inclusos, cum ipsi cunctæ genti clauserint ciuitatẽ cõmunẽ, & Ro. q̃dem fortasse coronatis iam portis recipere sint parati, Idumæos ex turri alloquãtur, capta iubeãt p libertate arma abijci, cognatis non credentes custodiã ciuitatis, iudices eos discordiarꝫ fieri vellẽt, accusando ꝙ indẽnatos ciues occiderũt, cum ipsi totam dãnent ignominia nationẽ: deniqꝫ vrbem oĩbus alienigenis patentẽ, clausistis domesticis. q̃s cauillationem vestrã ptulerit cum res repugnantũ videat? nos à patrijs sacris arcetis, ideo p cõmuni patria pugnabimus. manebimus p muris armati, donec aut Ro. vos à periculo liberent, aut ipsi mutemini. His dictis Idumæorꝫ multitudo cõsensit. Iesus aũt tristis recessit, ꝙ nec Idumæos quicq̃ sentire moderatũ, & duplici bello ciuitatem oppugnari videret. Illi ppe murꝫ tabernaculis positis, manebãt. Nocte illa velut graui hyeme, immensa vis imbrium ventorꝫq́ꝫ vulgi animos terrebat, certum erat hoĩm exitio mundi statum esse turbatum. Idumæi densatis corporibus inuicem se fouebant, zelotæ vero magis illorum q̃ suo periculo cruciabantur, ardentiores vi armorum custodes inuadere statuerunt, prudentiores vero dissuadebant. Nocte profunda seris templo sacratis portarum vectes secant, phanoq́ꝫ egressi, ad murum clanculũ veniunt, secretamq́ꝫ portam aperiunt, & si tunc manum in populum iniecissent, totum trucidare potuissent. His ingressis, mixti zelotæ cum Idumæis, in custodes irruunt. cæsis nonnullis, oĩs multitudo suscitata est. raptisq́ꝫ armis, ad vlciscendũ currit, solos putans zelotas. sed cognitis Idumæorꝫ auxilijs, multitudo obstupefacta est. Nemini Idumæi parcebant, ꝙ hyeme grauiter affecti, non erant hospitio accepti: his qui se nõ intromiserant, pro inimicis vtebant. nullus fugiendi locus, nec spes erat salutis: octo aũt millia quingentos mortuos dies inuenit. Versis in ciuitatem manibus, Idumæi oẽs domos diripiebant, pontifices inuentos statim obtruncant. Ananus itaqꝫ perijt vir laudabilis atqꝫ iustissimus, libertatis aũt maxime fautor erat, commodis proprijs communes semp prætulit vtilitates. & quidem non errauerim, inquit Iosephus, si Anani mortem dixero perituræ ciuitatis initium. apud illum iacebat & Iesus, vterqꝫ nudus, canib' & feris miserabilis p̃da. Paulo post dum zelotæ simul cum Idumæis fœdassent totã sanguine ciuitatem, paulatim eorꝫ detegitur inuidia. inueniũt Idumæi eos cõtumeliosos, & q falso proditionis accusassent populares, venisse eos pœnitebat, nec gesta eorum

Tẽpestas futuri exitij p̃nuncia.

placebãt, domũ recedere maloꝝq́ societatẽ vitando cũcta diluere flagitia, ꝓperabant, q̃ non spõte, sed decepti cõmisissent, vnde recedẽtibus illis, paulũ popul⁹ recreatus est. creuit aũt zelotaꝝ insolẽtia, q̃si his essent liberati, q̃rum pudore ac reuerẽtia criminibus passim tꝑabant. Deniq; nulla iam erat facinoꝝ mora, maxime aũt in viros fortes atq; insignes cædibus sæuiebant. itaq; occisus est Gion, dignitate simul & gñe p̃stans, post eum Niger. pars aũt plebis nulla erat, cui ad interitũ nõ excogitaret occasio. Romani his auditis, Vespasianũ incitabãt, vt mox dũ discordes essent, ciuitatẽ inuaderet. ad q̃d ipse, plurimũ eos, q̃d cõueniat, ignorare: nam si statim ciuitatẽ aggrederet, causam hostibus fore cõcordiæ: sin expectaret, domestica seditiõe cõsumerent. Deũ nãq; meli⁹ q̃ ipsos disponere, q sine labore Romanis Iudæos traderet, nec esse nũc tẽpus ꝙ muniãt fortius ciuitatẽ seditionibus occupatã. His dictis rectores militũ cõsentiebãt, moxq́; apparuit vtile consiliũ, cum singulis diebus multi confluerẽt ad eos fugiendo zelotas. erat aũt fuga difficilis, oẽs eñ exitus custodiebant. Illi ad hoc crudelitatis venerũt, vt neq; intus neq; extra occisis humum concederent, veluti cum patrijs legibus etiam naturæ iura disturbare ꝑpigissent, sepelientibus aũt suoꝝ funera mors imminebat: factumq́; est vt superstitibus mortui, velut adepti requiem, beatiores viderent. Ridebatur diuinitas, prophetaꝝq́; responsis illudebãt: tẽpus aduenerat, vetus eñ verbum erat, tunc demũ ciuitatẽ captũ iri, sancta q̃q; flãmis exurenda esse, cum lege belli seditio fuisset exorta, phanumq́; Dei propriæ manus violassent. q̃d zelotæ fecerũt. Cõtigit ꝑ idem tẽpus seditiosos diuidi. nam Iohãnes iamdudũ tyrannidẽ affectãs patriæ, nequiores sibi adiungens, ab alijs separabat, decretis eoꝝ non obediendo, suaq́; iubendo, impius, volẽs solus dñari. iungebant ei plures, alij metu, alij gratia. erat oratiõe & ingenio non tam fallax, q̃ acceptus. Vastata Galilæa, Neronis Cæsaris mors Vespasiano nunciat. q̃re in oẽm occasionem intentus, paulum quiescere statuit. Iam post Galbam cæsum, Othonẽ suis manibus ꝑemptum, Vitellium à Germanicis legionibus salutatum imperatorem accepit, q cum ob id bñficium legiones in molliorẽ militiã trãsferre volebat, inuitis Flauianis, Vespasianus à suis vno cõsensu imperator est salutatus. Inde Vitellius in Italia, vt supra scripsimus, à Flauianis est cæsus. Cæsar Romam post eam hyemẽ rediẽs, Titum filium exercitui p̃fecit. Inter hæc recordatus est Iosephi, qui eum Nerone viuo, ausus est imperatorem noĩare. habebat is adhuc in vinculis, vnde cõsilio oĩm solui iubetur. Titus vero, iustum est pater, inquit, non soluere, sed catenas rumpere. nam & id agi solet in his, q non recte sunt vincti. Eadem Vespasiano placebant. & q̃dam interueniẽs, securi catenas abrupit. Interea tñ Hierosolymis aliud excitatur bellũ. erat Simon Gioræ filius, Gerasenus ætate iuuenis: dudũ ab Anano pulsus, ad latrones ꝑuenerat q Masadã occupauerant. Mortuo Anano, p̃dandi ac dñandi cupidus princeps latronũ, cum 20. millib⁹ ad fines Idumæoꝝ ꝑuenit, multis eos affligẽs. tandẽ ꝓditione cuiusdã Idumæi cui Iacobo nomẽ erat, sine pugna oĩm Idumęoꝝ obtinuit principatum, facile eum 40. millia sequebantur, ita vastauit paulatim oẽm Idumæam. At zelotæ in auxiliũ tandem ab Idumæis vocati, aperto bello cum Simone cõfligere non audebant: insidijs vero ꝑ itinera collocatis, vxorem Simonis rapiunt. q̊ facto, illum ira, non misericordia cõiugis, ꝑuaserat. ad muros Hierosolymoꝝ venit tãto impetu, ꝙ zelotæ metu ꝑculsi, mulierem ei remiserũt. Simon vbi vxorẽ accepit, reliq̃as Iudææ inuadit. deinde ciuitatem obseruans, operarioꝝ q ex agris veniebant, multitudinem captam interficiebat, eratq́; populo foris Simon Ro. terribilior, intus zelotæ vtrisq; sæuiores. Itaq; collecti põtifices ac populus, deliberabãt q̃nam pacto impetum p̃cauerent, sed ꝑfecto Deus sentẽtias eoꝝ in deterius vertit. nam Iohannẽ deijcere, Simonem recipere statuerũt, missoq́; Matthia põtifice, rogãt Simonẽ vt ad se introiret, ipsisq́; adesset. ille nimis superbe dñm se fore pollicitus, veluti ciuitatẽ liberaturus, ingreditur, cum salutis eum datorẽ ac defensorẽ sui clamor populi designaret. vbi vero cum suis copijs introiuit, mox de propria potentia deliberauit: nec minus eos à q̃bus rogatus erat, q̃ eos cõtra q̃s fuerat vocatus, inimicos putabat. Iohannes cum multitudine zelotaꝝ tẽplo exire ꝓhibitus, bonis suis q̃ in ciuitate habebat spoliatus, templum etiam adiuuãte populo Simon aggredit. multæ strages, multæ pugnæ, machinaꝝ aũt missilia delata lõgius, multos pugnantiũ perimebãt. Interea Eleazarus Simonis filius, qui ab initio zelotas à populo in templo separauerat, indignari simulans ob ea q̃ Iohannes in dies singulos auderet, cum nec ipse à cædibus temperaret, re aũt vera subiectus esse noluit: occupato cum complicibus in magno numero interiori templi ambitu, sup eius portas in sacris foribus arma ponunt, & abundare se necessarijs cõfidebãt. Iohannes aũt q̃nto superior erat multitudine, tãto loco superabatur. crebri fiebãt impetus & missilium iactus, totumq́; polluebatur cædibus templum. & sic contigit seditio-

Sæuitia zelotaꝝ in ciues

Vindicta eoꝝ q sacra temnunt.

Vespasian⁹ salutatus Imp.

Iosephus liberatur.

Simon.

Triplex seditio in Hierosolymis.

ditionem ciuitatis trifariam diuidi,& alteram partem in alteram verti. nam & Simon quem desperatis rebus introduxerãt,superiorẽ ciuitatẽ retinẽs & inferioris plurimam partem,animosius iam Iohannẽ adoriebat̃,q̃si q desup impugnaret. Iohannẽ eueniebat duplici bello lædi pariter ac lædere:q̃nto q̃ vincebat̃, eo q̃ esset Eleazaro humilior,tanto plus lædebat, Simone celsior. ergo diuisis trifariã insidiatoribus, Eleazarus q̃dem eiusq̃ socij q sacras primitias cõseruabãt, in Iohãnẽ ebrij ferebant̃:q vero huic parerẽt,plebẽ diripiẽtes,in Simonẽ rebellabãt, cum ipsi q̃q̃ Simoni cõtra diuersæ partis seditiosos alimẽto ciuitas esset. deniq̃ cõtigit vna exuri oĩa circa tẽplũ. Vndiq̃ aũt insidiatoribus ciuitatẽ expugnantibus,medius populus velut aliq̃d magnũ corpus lacerabat̃. senes ac mulierculæ intestinis malis attoniti,pro Ro. vota faciebãt:externũq̃ bellum,q̃ domesticis liberarent̃,expectabãt. miser̃ erat videre. neq̃ reuerentia viuis, neq̃ cura sepulturæ mortuis habebat̃. Per idem tẽpus Tit⁹ Cæsareã veniẽs,exercitum ordinat in Hierosolymã. at progredientẽ in hostilẽ terrã antecedebãt regia oĩaq̃ auxilia,post eos viar̃ stratores castror̃q̃ metatores, deinde rector̃ sarcinæ atq̃ armati,post hos ipse Titus cum lectis militibus, q̃rum agmẽ equites sequebãt̃, post circum aquilã signa,& ante signa tubicines,deinde senũ ordo:seruile aũt vulg⁹ à tergo cuiusq̃ agminis,& ante hos sarcinæ:oĩm vero nouissimi,mercenarij custodes & coactores armor̃. Appropinquãs valli cuipiã,q̃ distat stadijs ab Hierosolymis fere 30. subsistit,sexcentis prope lectis equitibus comitatus,prexit versus ciuitatẽ, Iudæor̃ animos exploraturus,si forte priusq̃ veniret exercitus,metu cederẽt. audierat eñ,à seditiosis & latronibus obsessum populũ desiderare q̃dem pacem,sed quia rebellantibus infirmior esset,nihil conari. at vbi itinere ad turrẽ saxeam trãsuersum agmen equitũ duxit,infiniti subito prosiliũt,portaq̃ egressi,equitatũ intercidũt,Titum cum paucis separãt. ille eñ vltra ꝑpter fossata non poterat ire,neq̃ ad suos,interueniẽte hoste,redire. Itaq̃ in sua tñ virtute spem esse prospiciens,flectit equũ, clamoreq̃ comites adhortatus in medios hostes irruit,vi ad suos trãsire festinãs:q̃ tẽpore intelligi potuit,belli momẽta & imperator̃ pericula Deum curare. tot eñ missilib⁹ iactis, cum neq̃ galea esset neq̃ thorace septus,processerat eñ explorator,oĩa q̃si sibi parcerẽt,ꝑteruolabãt. Gladio vero semp à lateribus instãtes dirimẽs,multosq̃ subuertẽs ante ora, Titus cum cæteris, oppressis tñ duobus,saluus in castra ꝑuenit. Cæsar luce prima ad locũ q Scopos appellat̃,accedit:vnde iam & ciuitas,& clara templi ædificia cõspici poterãt. castra locis ponit aptis. intra ciuitatẽ vero sine requie cõfligentes,subito bellũ foris interueniens refrenat. & cum stupore seditiosi Ro. castra inspectãtes trifariã distributa,inter se iniere concordiã. mœnibus clausis,remissisq̃ armis, prospiciamus,inqunt,ne Romanis lucro ex nostra seditione sine sanguine ciuitas cedat. His & alijs atq̃ alijs se inuicẽ exhortantes,raptisq̃ armis,subito in legionẽ decimã ruũt cum ingẽti clamore. illi aũt in opa distributi,armis ob eam causam pleriq̃ depositis, Iudæos excursuros non timebãt. multi ad arma currẽtes,priusq̃ se in hostes dirigerẽt,feriebant̃. augebat̃ Iudæorum numerus,videbat̃ eñ fortuna fauere. Ro. ꝑuenti ꝑturbatione,trepidare cœperũt, postremo castris pulsi,totaq̃ legio in periculũ venisse videbatur,nisi hoc sibi nunciato,mature Titus tulisset auxiliũ,multisq̃ increpãs ignauiã, & suos à fuga reuocans,in Iudæos irruens, multos occidit, plures vero sauciauit, oẽs in fugam vertit. Illi postq̃ in aduersam vallis partem euaserunt, flectunt se iter̃:& valle intercedente, cum Ro. dimicabant. Igitur ad medium diem ita bellatum est. post meridiem Titus his qui secum erãt,in subsidium collocatis,alijsq̃ aduersus excurrẽtes oppositis,reliquũ agmen ad murum in summo ędificandum eduxit. Cumq̃ speculator signum dedisset, multitudo tanto impetu prosiluit,vt eor̃ cursus bestijs esset similis. deniq̃ in adscensu medio Titus cum paucis relictus est, multisq̃ amicis monentibus vt Iudæis cederet,neq̃ pro his qui adscendissent,in discrimen veniret,quos ante ipsum saluos esse non oporteret,vtpote orbis terræ dñm. Hæc aũt non audire se simulans,ad se recurrentibus obstabat,eosq̃ in ora feriens,multitudinem repellebat. Illi, q̃ erant audacia, fugiendo in latus flectuntur:q̃ cum hi qui superiora castra muniebant,vidissent,suspicati sunt Titum in fugam versum:totum agmen dispergit̃,donec in medio versari imperatorem vidissent,pudore reuocati,totis viribus in Iudęos proruentes,vrgebãt eos in decliuia: ita bis totam legionem liberans,castra muniendi copiam militibus ꝑbuit. Remisso aũt paulisper bello externo,iter̃ intestinum seditio suscitat. azymorum eñ die Eleazarus portam cum socijs aperuit,vt introirent qui templum adorare cuperẽt,quanq̃ eñ ad oẽ genus rabidi ferebantur,tñ eos qui sacrificare cuperẽt,recipiebãt. Iohannes aũt die festo armis sub veste instructos p insidias inter alios submittit. illi postq̃ intrarant, abiectis vestimentis,subito armati apparẽt,magna fit turbatio. Inuadũt custodes,popula-

Titi agmẽ.

Hierosolymor̃ obsidio.

Pugna Iudęorũ cũ Ro.

pulares cōculcant, plures interficiūt, reliqs in cloacas fugiētes, ad cædē ductos, tādem reconciliant. fitq; rursum vnū ex his, q in tēplo se impugnabāt, zelotis: & seditio ante trifaria, in duas factiones secessit. Titus castra propius ciuitatē trāsferre cupiēs, contra excursus posuit lectos equites & pedites: aliū vero exercitū iussit, totū q̃d erat vsq; ad muros spatiū cōplanare. His diebus Iudęi huiuscemodi insidias parauere: seditiosorꝫ audacissimi progressi extra muliebres (sic em̃ appellabant) turres, simulantes pacis studio se expulsos, alij vero p muros populi noīe pacē implorabāt, fœdus poscebāt, portas se patefacturos pollicebant. Tito aūt suspecta erat inuitatio, milites loco manere p̃cepit. hi aūt q expulsi videbant, militib⁹ ad portas cōtra ducis p̃ceptum obuiāt. mox circūuenientes, à tergo psequebant: stātes in muro, lapides & missilia profundūt. plures occisi sunt, vulnerati multi. Euadentes increpat Titus ira pcitus, q̈ Iudæi cum deliberatione oīa facerēt, Ro. vero cōtra morē sine duce certarēt. circūfusa vero agmina, Titum pro cōmilitonibus obsecrabāt, paucorꝫ temeritatē cōdonari, emēdaturos se pmitterēt. Placatus est imperator. nam vnius hoīs factū vlciscendū putabat, multitudinis vero vsq; ad veniā promouendū. Ciuitas trino muro circundata erat, nisi q̃ vallibus inuijs cingebat. ex ea nāq; vnius muri ambitū habebat. & ipsa qdem sup duos colles erat cōdita, cōtrarijs frontibus se adspiciētes, interueniēte valle discretos, in q̃ sitæ erāt dom⁹ creberrimæ. colliū vero alter, in q̃ superior ciuitas, excelsior & in prolixitate directior, vbi fuerat q̄ndam castellū Dauid, postea aūt forꝫ superius ædificatū est. alter vndiq; decliu⁹ est, cōtra hūc erat & tertius collis, alia valle lata diuisus: erat & q̄rtus collis ibi pars addita ciuitati. omne aūt ciuitatis in gyro spatiū, 30. & tribus stadijs finiebat. q̄t vero & q̄les fuerint turres, q̄t porticus, q̄t propugnacula, q̃ facies tēpli, q ambitus, vix sermone potest explicari. deniq; q̃ via aggeres Ro. pfecerint, simulq; tres turres in aduersam ciuitatem, e qbus exteriorem ciuitatis murum ariete misso pruperūt, similiter dicere omitto. nā rupto primo muro, oēs Iudæi relictis custodijs, refugerūt. portis Ro. patefactis, exercitum receperunt *15. nonas Maias. Titus post hæc secundū aggredit murꝫ. tunc partiti Iudæi, fortiter restiterūt: & Iohānes qdem ex Antonia turri & septētrionali porticu templi pugnabat, Simonis manus ab alia parte. sæpe aūt psiliētes e portis dimicabāt, neutros lassitudo fatigat, sed aggressiones murorꝫq; oppugnationes, & excursus crebri p cuneos diebus totis agebant. nulla qes, his qdem occupatum iri murꝫ sperantibus, illis cōtra metuentibus. itaq; in armis pnoctantes, prima luce vtriq; pugnare parati erant. Titus septētrionali parte turri arietem applicat, in q̃ Iudæus diu Titum moratur, pacem flagitans p dolum. cui Titus gratulari se ait, si oēs eadem sentire vellent, paratoq; animo etiam ciuitati pacem daturꝫ. sed paulo post cōperit q̃sisse rei dilatione dolum, donec Simonem vocarent. Quo intellecto, sensit misericordiam in bello nocere. impulsionibus arietis iracundia fraudis vehementius vtebatur. Iudæi, turri ictibus arietis nutanti, p cuniculos exeūt: qbus fugatis, intrat Titus, vbi noua ciuitas, & lanæ venditores erant, fabri ærarij ac vestium mercatores. denique postq̄ ingressus est, neq; occidi quenq̄ admisit, neq; domos incēdi. plurimi nanq; pendebat sibi ciuitatem seruari, templum vero ciuitati. At bellicosis & seditiosis contrarium sentientibus, ac mortem populo nunciantibus, si verbum quisq̄ de traditione ciuitatis faceret, vnde factum est q̈ Iudæis p nota loca irruentibus, multa cæde Ro. trucidarent, recuperabātq; eam partem ciuitatis, quam tñ post q̄rto die rursum Ro. proruentibus amiserūt. Iam tertium murꝫ aggredi cogitabat Titus, dieq; qnto cum oīa faciens Titus, Iudæos nihil pacatum cogitare sensisset, bifariā diuiso exercitu, Antoniam versus ad Iohānis munimentū aggeres inchoauit, ista parte ciuitatē capi posse ratus, & p Antoniā templū. cōsiliumq; factis admiscēs, & orationē sæpe armis efficaciorem cognoscēs, tam impios, vt seruari vellēt, rogabat, tradita ciuitate q̃ iam capta videret, ob q̄d Iosephū patria lingua orationē ad eos habere hortatus est. Itaq; Iosephus murꝫ circumiēs, simulq; extra iactū teli stās, vnde exaudiri posset, multis orabat, vt sibi ac populo parcerēt, tēplo & patriæ, Romanorꝫq; vires pensarēt, qbus resistere impossibile esset, hisq; seruire non esse nouū neq; inexpertū Iudæis. nam licet pulchrū sit pro libertate pugnare, tñ in principio decere fieri: semel aūt subditū, iugū si excutiet, malæ mortis cupidū. Debere dedignari dños humiliores, non eos qbus subderet orbis. idcirco maiores eorꝫ, q multū & armis & animis valuissent, cessisse Ro. q̄d nisi Deum scissent illis fauere, nunq̄ ppessi fuissent, & qd nūc referret resistere, cum magna ex parte ciuitas capta esset? Scire Ro. etsi muri integri essent, exitio pariter & fame affectos esse ciues: q̈q; si obsidionē Ro. soluerēt, Iudæos tñ ciuilibus odijs int⁹ agitari. addebat, optimum esse, ante intolerabilē calamitatē mutare sententiā, neq; ante gestorꝫ causa succēsere Romanos, iracundiæ p̃ferētes q̄d vtile esset: vtile aūt putare, neq; ciuitatē vacuam viris,

Topographia Hierosolymorꝫ.

Duo muri capti.

Iosephus suadet ciuitatem dedi.

viris,neq; habere desertam prouinciam. Idcirco nūc imperatorem velle cum his dextram iungere. His monentē Iosephū multi in muro stantes vituperabāt, multi cōuicijs & iaculis appetebāt. ille cum eos minime flecteret, ad gētiles trāsit historias: O miseri, vociferās, vestro℞ auxiliato℞ immemores, armis & manibus cum Ro. bellū geritis, nōne respicitis q̄ntum Deum auxiliatorē violastis? nōne recordamini opa diuina parentū? cognoscite non solum vos Romanis, sed etiā Deo resistere. Pharao q̄ndam rex Aegypti, Sarā matrē nostri generis rapuit. q̄d igit Abrahā? armis ne vltus est iniuriam? puras manus ad hūc locū tēdēs, quē vos polluistis, inuictū sibi auxiliatorē ad militiā legit. nōne secuta vespera incorrupta Sara remissa est ad maritū, ac tremēs Aegyptius, auro & argento amātissimos Deo donauit Hebræos? maiores vestri p annos q̄dringētos tyrānis subiacuerūt, cum'q; armis vlcisci possent semetipsos, potius Deo pmiserūt. q̄s nescit, q̄bus p̄sidijs nostros parētes ab Aegyptiaca eduxerit seruitute? Rex Assyrio℞ Sennacherib, cum totā ducēs Syriā & Asiā ad hāc vrbē castra posuisset, manibus non humanis cecidit. nam dum ab armis q̄escerent maiores nostri, angel' Dei vna nocte infinitū deleuit exercitum: postero die excitatus Assyrius, 185. millia reperit mortuo℞. Scitis etiam Babylonicā seruitutē, vbi p annos 70. populus exulans, non ante libertatē respexit, q̄ dñs eam donaret. Et q̄d est multis opus? oīe belli & pacis tempus in illū referebat, nec vnq̄ p̄ter illius monita res bene gestæ sunt. Nam vbi regi Babylonio℞ oppidū obsidenti, Sedechias rex noster cōtra Hieremiæ p̄dicationem congressus est, tam ipse captus est, q̄ ciuitatē vidit excindi cum tēplo. deniq; Hieremiā vociferantem, inuisos esse Deo propter delicta q̄ in eum cōmiserant, captū aūt iri nisi traderent ciuitatē, neq; rex neq; populus interfecit: sed vos, vt intus gesta omittam, me q̄ vobis salutē suadeo, psequimi, telis'q; appetitis irati, neq; dici toleratis salubria. Nonne diuinitate offensa, Antiocho Epiphane ciuitatē obsidente, maiores vestri cum armis egressi, pempti sunt, oppidū ab hostibus direptū, sanctum'q; templū p trienniū ac sex menses desolatum est? Ipsos Ro. quis cōtra vos prouocauit? nōne indigena℞ impietas? vnde seruire cœpimus? nōne à seditione maio℞, q̄n Hyrcani & Aristobuli furor ac cōtentio Pompeiū ciuitati intulit? tūc Romanis Deus indignos nos libertate, subiecit. tributa Ro. poscūt, q̄ parētes vestri illis pēsitabant. hoc si impetrauerint, neq; ciuitatem populabunt, neq; sancta oīno tangēt. cōcedent vobis familias liberas & possessiones tenere, sacras'q; leges seruare, non vt Assyrij, q̄ pecunia accepta, & iureiurando neglecto, ad incendiū tēpli tendebāt. Oportet igit sacri loci possessores, iudiciū de oībus Deo pmittere, manus'q; tūc humanas cōtemnere, cum à superno sibi duce non recedāt. vos aūt q̄d ex his, q̄ legis cōditor edixit, egistis? q̄d, q̄d execrat' est, p̄termisistis? furta, insidias, adulteria, cædes, rapinas? sanctū templū factū est oīm receptaculū, & indigena℞ manibus pollutum. deinde in quem fuistis impij, hunc auxiliatorē speratis. orauit rex vester integra fide & castis precibus aduersus Assyrium. Deus illum prima nocte, q̄ ciuitati castra admouerat, fregit. q̄ si vestram progeniē libertate, Ro. vero pœna dignos iudicaret, cōfestim eis sicut Assyrijs irasceret, & illo tēpore q̄ gēti Pompeius manus intulit, & q̄ Vespasianus Galilæam excidit, postremo nunc Titus ciuitati non appropinquaret. sed neq; Pompeius mali quid passus est, Vespasianus ex bello quod nobiscum gessit, etiam imperium adeptus est, & Titus sine dubio ciuitatem capiet, cui oīa sunt prospera. itaq; sacris locis relictis, Deū fugisse putauerim, his nūc adesse cum quibus bellum geritis. an non bonus vir domum flagitiosam fugiet? iniquitates vestrę in promptu neminem latent, atq; in dies singulos certatis quis peior sit. O ferrei, projicite arma, pudeat vos patriæ vestræ iam dirutæ, adspicite eius quam proditis pulchritudinem, q̄le oppidum, q̄le templum, q̄ multa℞ gentium munera? o duri & lapidibus duriores, si hæc non cernitis, saltem familia℞ vestra℞ misereamini. versentur in cōspectu coniuges, filij, parentes. Scio q̄ vnà cum his mihi periclitabitur mater, cōiunx, domus'q; olim clarissima. propterea me fortasse quisq̄ suadere credet. interficite illos, accipite mea, mori paratus sum ego, si post me resipiscitis. Hęc Iosepho vociferāte cum lachrymis, seditiosi quidem nec flexerunt animos, nec moderatum quid sentiebāt. populus vero ad fugam cōmotus, & alij quidē possessionibus suis cæteris'q; bonis exiguo precio venundatis, solidos, ne latrones eos depræhenderēt, transglutiebāt. Titus vero plerosq; p agros, q̄ vellent pgere, dimittebat. Iohannes vero & Simon oēs exitus obseruabant, & qui vel vmbram suspicionis dedisset, continuo necabatur. tum fame etiam crescebat desperatio, & palam quidem nulla erant frumenta. irrumpentes seditiosi domos, vbi si reperissent aliquid, eos qui negassent, verberabāt: si nihil inuenissent q̄si diligentius clausissent, tormentis afficiebant. in tm̄ aūt inualuit caritudo, vt ditiores substantiā suam vno frumēti modio, item pauperes hordei pmutarēt. mēsa q̄dem nusq̄

Iosephi oratio.

Iudæorum peruicacia.

Peroratio.

Fames.

nusq̃ apponebatur, sed incoctum cibum igni subtrahentes comedebāt. deniq; vxores viris, & filij parentibus, & matres infantibus ex ore ipso cibum rapiebāt. nulla miseratio vel cani capitis erat, vel infantiæ. miserabilis victus, dignumq́; lachrymis spectaculum. Erant qui colligendarum herbarum gratia p Ro. custodias euadentes, si quid attulissent, mox amiserūt. implorantibus amicis, vt aliquam partem cōcederent eorum q̃ cum periculo collegissent, gratū videbat, si spoliati non perirēt. honorati ac diuites ad tyrannos adducebant, q̄rum alij insidiarum falso accusati occidebant, alij qa Ro. proderēt ciuitatem, subornatis plerūq; delatoribus. Si vero quem Simon expoliasset, ad Iohannem remittebat: & eum quem Iohānes expoliasset, recipiebat Simon: sibiq́; inuicem propinabāt sanguinem prouincialium. Erat ea dn̄andi causa, vt vtrinq; dissentientes, sceleribus concordiam inirent. Interim Titus parte equitatus directa, iussit per valles exeuntibus ad alimenta conquirenda insidias tendi, q̃ multi cruciati sunt, ita vt Tito miserabilis videret calamitas. nam in dies singulos qngenti, nōnunq̃ etiam plures capiebant. sed neq; ei vi captos tutum dimittere erat, tantam vero asseruare multitudinem graue. iam spatium crucibus deerat, & corporibus cruces. illatam tn̄ ab hostibus mortem, Iudæi comparatione famis nil esse ducebāt. Multis captiuorum manus abscindi iussit Titus, eosq́; ad Iohannē & Simonē intromisit, admonēs ne se cōpellerent ad excidium ciuitatis, sed lucrarent in extremis, voluntate mutata, proprias animas & patriam tm̄ & templum. Illi multo impudentius in muro stantes, & Cæsari & patri eius maledicebāt, mortem se seruituti anteponere, sed nec patriam curare, mundūq; Deo etiam templum melius esse. talia conuicijs admiscētes vociferabant. Aggeres interim 29. die mensis Maij pfecti sunt, qbus admotis, Iohannes suffossa intus terra vsq; ad aggeres Antoniā versus, dispositis p cuniculū sudibus, opa suspendit, illatisq́; lignis, pice & bitumine, ignem submittit. succenso igne, fulcimentis crematis, aggeres deciderūt. Romanos stupor occupat, molitionē Iudæorum ægreferentes. iam em̄ se vicisse credebāt. Biduo post etiā alios aggeres Simon aggredit. illa em̄ parte admotis Ro. arietib[9] muros cōcutere cœperūt, mox qdem raptis facibus, in machinas inuolabāt Iudæi. His audaciores ante visi non sunt. nam vt in amicos, non vt in agmen hostium excurrunt. nihil cūctati sunt, sed p medios hostes facto impetu, machinas incenderūt. acti aūt gladijs & missilibus, non prius trusi inde sunt, q̃ ignis instrumēta corriperet. sublata flamma, Ro. auxilio properabāt, Iudæi vero ex muro eos prohibebāt. itaq́; Romani flāma circundati, opa cōseruari desperantes, in castra descenderūt. Iudæi aūt q̄rum numerus semp creuit, progressi vsq; ad munimenta castrorum, cum custodib[9] certabāt. hi pœnali exitio gloriosa morte p̄lata, stabāt fortiter: siq muros accedebāt, ex ciuitate prohibebant: q foris pugnabāt, q̄scūq; habebāt obuios, incauti feriebāt. Iam vero Titus aberat ab Antonia, locum alijs aggeribus prospiciēs, multumq́; increpatis militibus, q obsessorum paterent fortunā, ipse cum electis militibus hostes à latere circumuenit: illi cōtra cōuersi, durabāt. mixta vero acie, puluis lumina, clamor aures superabat, neq; hostem internoscere quis poterat, Iudæis non tam virium fidutia, q̃ salutis desperatione pseuerantibus, Romanos aūt pudor armorum & gloriæ, & p̄sentia Cæsaris periclitantis, reddidit fortiores. Paulatim res Romanas fortuna iuuabat, & Iudæi magna suorum strage in vrbem se recipiebāt. Ro. crematis machinis, captum iri ciuitatē desperabāt, vt q laborem magnum vna hora pdiderant. Titus cum ducibus, qd fieret deliberat. qbusdā placebat, omni admoto milite, vi muros experiri: prudentiores, rursum aggeres fieri suadebāt: alij, sine aggeribus assidere, & egressus obseruādos, ne victum introducerēt, & fame affligere, neq; consultū esse cum desperatis cōfligere, & aggeribus condendis materiā deesse. Tito placebat totam ciuitatē muro cingere. hoc em̄ modo oēs exitus posse p̄cludi: q̄d si cui maximū opus videat, cōsiderare debere, qa neq; paruū opus Romanos deceret facere. His duces exhortatus, iubet eos exercitū in opa distribuere. murus itaq; stadijs 40. vno minus factus est, castella tredecim. muro circūclusa ciuitate, custodibus in castellis collocatis, tota nocte p castellorum spatia circuibat. Iudæis ita clausis fames ingrauescebat, & tecta qdem plena erāt* millibus, exanimatis infantibus, & senibus mortuis: p plateas iuuenes velut vmbræ volutabant. nemo suos sepeliebat p̄ labore, multi ad sepulchrū prius q̃ fati dies adueniret, viui properabāt, neq; luctus neq; fletus, sed fame superabant affect[9]. latrones morte acerbiores, mortuorum corpora spoliabant. deinde cum fœtorē ferre non possent, in valles ex muro mortuos p̄cipitabāt. q̃ viso, Titus extensis manibus Deum testabat, factū id suum non esse. ciuitas his malis erat affecta, ac Ro. lætos reddidit securitas, copiaq́; rerum. Interea multi ex populo simulantes cum Ro. pugnare, ad eos prosiliunt: sed qa illi fame tabefacti, cibū auidius sumerēt, vitam pdiderunt velocius. militibus Syris & Arabibus proditū est, profugos

Aggeres exuruntur.

aurum solitos glutire. quare noctu scissos ventres eorū inquirebant, ita vna nocte duū milliū patefacta sunt viscera. Hac Titus iniustitia cognita, ad legiones literas dedit, vt suspectos inuestigarent atq; ad se referrēt, vt qui alieno belli iure vterent. sed non minus q̄d cū pœna interdixerat Cæsar, occulte admittebat. dum em̄ Romani nō viderent, scindebāt profugos, nefariū quæstū trahentes. Iohānes aūt, vbi rapinæ defuerunt, ad sacrilegiū se cōuertit, multaq́; donaria tēpli retinēs, multaq́; vasa, crateras & lanceas ac menses, vrceolis abstinens q̄s Augustus eiusq́; vxor miserāt, ad socios dicebat, sine metu diuinis abuti debere qui pro Deo militarēt: vinū q̄q; & oleū, q̄d sacerdotes sacrificijs reseruabāt, effundebat. Ita clades Hierosolymorum q̄tidie in peius procedebat. Romani em̄ intra xxi. dies aggeres erexerūt alios. Iohānes & socij cū facibus aggressi aggerē iterū, abiecta spe victoriæ, remearūt. deinde Calen. Iulij tentata est oppugnatio, Iudæis cōtra pugnātibus, tandē multis ictibus murus labefactari cœpit, ac rima apparere. Tunc oratione Titus militē excitabat in adscēsum muri. si em̄ in Antoniā, dicēs, adscēderimus, habebimus ciuitatē. Tū prim⁹ surrexit Syrus Sabinus: dedo me tibi, inquit, alacri aīo Cæsar, & ante oēs murū adscēdo. opto aūt, vt voluntatē meā sequat fortuna tua. his dictis, & scutū capiti læua manu ꝓtendens, gladiū dextra, circa horā diei sextā murū adscēdit, sequebant illū adhuc xi. Sabinus itaq; missilib⁹ Iudæorum occurrēs, obstructus pene sagittis, nō ante cessauit, q̄ summā muri ꝓhendisset, hostesq́; in fugā vertisset. tandē quū lapide deiectus esset muro, plurimis sagittis obrutus, interijt. reuersi Iudæi, abigūt reliq̄s, aliquibus occisis. Biduo aūt post xx. milites vno cū tubicine nona noctis hora ꝑ ruinas ad Antoniā ociose procedūt, occisis custodibus somno opp̄ssis, muros obtinēt, ac buccina signū dari ꝑcipiūt, q̄ cæteri custodes territi, quasi multitudo adscendisset, fugiūt. Cæsar aūt propere adest, lectorum caterua comitatus. cū aūt Iudæi ad templū interius fugissent, seditiosi tā Iohānis q̄ Simonis accurrūt ad cuniculos, q̄s Iohānes aduersum Ro. aggeres aperuerat. inde em̄ ciuitatē ingrediebant Ro. Ad ipsum aditū acerrima pugna cōmittit, his quidē tēplū vi capere certātibus, Iudæis vero Antoniā versus eos repellētibus, strictis ensibus dimicabāt. sagittæ em̄ & hastæ inutiles erāt. permixtis viris, multa mors vtrinq;. Iulianus quidā ex Bithynia, armorum peritia & viribus corporis oīm fortissimus, vbi Ro. iā cedere & male pugnare cōspexit, subito prosilijt ad Antoniā, vbi vincētes Iudæos, ad angulū persecutus est interiorē. verū calceis distractis labit, multos iacēs occidit, tandē & multitudine ꝓssus occidit. Titus dū mādat Antoniæ fundamēta diruere, cūctoq́; exercitui adscensum ꝓparare, vocatū Iosephū cōmonefacere adhuc Iohannē audiēte populo iubet, q̄d patrio sermone Iosephus fecit, vt patriæ parceret, ꝓcatus: sed multis conuicijs tyrannus Iosepho lacerato, postremo addidit, nunq̄ excidiū esse metuendū, q̄m Dei ciuitas esset. Ad q̄ cū exclamatiōe Iosephus: Sane, inquit, eā purā Deo cōseruasti, neq; in eū cuius speras auxiliū, quidq̄ impie deliquisti. tu leges sacras prophanasti, & Romanis nūc imputas eas tuentibus; atqui, Iohānes, adhuc pœnitere malorum, turpe nō est in rebus extremis saluari, ego veniā tibi à Ro. spondeo. Plura in id genus cū lachrymis & fletu prosequēte Iosepho, Iohānes & socij magis cōtra Ro. iritabant. nobiliū tñ pluriū mētes cōmouit eius oro, fugerūt captato tpe pōtifices Iosephus & Iesus, filij vero pōtificū tres Hismaelis, & Matthiæ q̄tuor, multi q̄q; nobiles, q̄s Titus humane suscepit, ac in q̄ddā municipiū misit. Quibus nō visis in ciuitate, rumor à seditiosis ortus est, ꝙ Ro. transfugas occidissent, vt hoc metu reliq̄s à fuga deterrerēt. Sed Titus transfugas aduocans, vbi à populo conspici possent, eorum malitiā cōpescuit. hi stantes ante Ro. cū lachrymis seditiosos rogabant, primū vt paucos ex Ro. in ciuitatē reciperent, patriāq́; seruarēt: si hoc displiceret, saltē de phano exirēt, nec em̄ ausuros sine maxima necessitate ignē sanctis immittere Ro. his illi magis aduersabant cōuiciantes, in loca vero sancta & inaccessa cū armis & manibus adhuc gētili cæde calētibus insiliebāt. at Ro. militū nemo fuit, qui nō cū honore templū adspiceret atq; adoraret. Titus dolens vicē eorum, Iohannē & socios increpās, ait: Testor patrios deos, testor & exercitū meū, quia nō ego vos hæc violare sancta cōpellā: quin & si locū mutaueritis, nemo cōtumeliā tēplo faciet. hæc seditiosi rati nō bñuolentia, sed timiditate dici, tollebant in superbiā. Titus aūt qui neq; sibi ipsos misereri, neq; tēplo parcere perspiciebat, rursum pugnare decreuit inuitus. delectos milites in pugnā descēdere iussit. acerrima pugna nona hora noctis cepta, quinta diei dissoluta est, cū neutri suo loco cessissent. At Romanorum reliqua manus, die septima subuersis Antoniæ fundamētis, latā viā vsq; ad templū cōposuit, admotiq́; sunt ad murum aggeres. Biduo post Romani porticū inflāmauerunt. circa templū aūt ꝓlia nunq̄ cessauerūt, seditiosi aūt templū tenentes, q̄tidie militibus in aggeribus repugnabant, multisq́; dolis circunuenire nunc

Spoliatum templum.

Ro. muros conscendūt

Iulianus miles.

Pugnæ ante templum.

incendio,nũc machinamẽtis decipientes.Interim porticus q̃dã exustæ sunt.circa tẽplũ ita se res habebat.Eorum vero qui p ciuitatẽ fame corrũpebant,infinita erat multitudo q̃ moriebat.deniq; nec cingulis neq; calceamẽtis abstinebãt,coriaq́; scutis detracta mandebãt.quinetiã fœni veteris laceramẽta victui habebant,cuius exiguũ pondus quatuor atticis vendebat talẽtis.Mulier q̃dã inter hæc,noĩe Maria,Eleazari filia, nobilis ac diues,cũ alijs refugis in ciuitate obsessa est.huic vti tyranni bona diripuerant,ita satellites omnẽ victũ abstulerũt,eo in primis infelix,q̃ illorum manibus etiã nõ perijt.Hæc fame & animi furore aduersus naturã excitatur,raptoq́; filio,quid te,ait, miserum in bello,fame & seditiõe seruabo?esto mihi cibus,& seditiosis furia,ac humanæ vitæ fabula.occidit puerũ,coctũq́; mediũ comedit,reliquũ seruauit.Ecce aũt seditiosi nidore capti,aderãt.mortẽ,nisi ostẽderet cibũ,minabant.illa partẽ bonã reseruasse respondẽs,aperit reliquias filij.His illi visis,diriguerũt horrore.mox repleta est eo scelere tota ciuitas.ab oĩbus q̃s fames vrgebat,properabat ad mortẽ.& beati appellabant,qui prius q̃ id paterent,interijssent.Cito Romanis nũciata est illa calamitas.Cæsar aũt sup hoc Deũ placabat,se quidẽ Iudæis pacẽ obtulisse,illos aũt pro concordia seditionẽ,pro pace bellũ,pro satietate famẽ optasse:dignissimos esse his alimẽtis,qui proprijs manibus templũ incendere cœperãt.Inde octauo die mẽsis Augusti rursum tentata est expugnatio.sex dieb⁹ exteriora tẽpli ariete pulsata sunt nullo profectu.fundamẽta portæ septẽtrionalis iussit Titus suffodi,vnde Ro.non parua cædes sequebat.postremo Iudæi signis Ro.potiunt,& eos qui vnà cũ his adscenderãt,interficiũt.Titus aũt cũ videret se alienis & tẽplo cũ dãno & nece militũ parcere,ignẽ portis subijci iussit:iam igne submisso,liquefactoq́; argẽto,cito lignũ flãma absumẽs,proximas porticus corripuit.Iudæis vero circa se ignẽ vidẽtibus,corpora simul & animi ceciderũt.postero die Titus iussit incendiũ restinguere,& viã adscensumq́; sternere. habito cõsilio,licet alij templũ exurere suaderẽt,ipse seruare nolebat,ornamentũ fore imperij si maneret.Tandẽ collectis viribus,Iudæi p orientalẽ portã secunda hora diei procurrũt.Ro.eos primũ fortiter exceperunt,paulo post multitudine superant, quibus Cæsar cũ equitibus lectis venit auxilio.Iudæorum pleriq; fugã ineunt,mox tñ reuertẽtes,iterum retro eunt,coactiq́; sunt in interiora tẽpli cedere.Titus regressus in Antoniã,statuit postridie mane templũ obsidere.sed aderat fatalis dies.nã Tito abeunte,dũ paulisper seditiosi redissent,Ro.rursum aggrediunt,& cũ his q ignẽ extinguũt,pugna cõmittit.Sic itaq; miles quidã,nõ expectato edicto,à cõtubernali suo sustollit,& ignẽ in fenestrã inserit aureã,vnde ad mœnia circa templũ ædificata aditus erat.flãma vero excitata,clamore exorto,Iudæi ad vlciscendũ properabãt,nulla vitæ aut salutis spe.mature hoc Tito nunciat,qui tẽplũ curriculo petit cũ ducibus,prohibiturus incendiũ,& licet voce ac dextra pugnãtibus signũ daret,vt ignẽ extinguerent, tumultus tantus erat,vt nec vox eius audiret,cũ alios bellũ,alios ira traheret,introq́; currẽtes q̃ furor duceret sequebant,ad ipsumq́; introitũ *abstrusi multi,sese cõculcabant.pcedentẽ quisq; vt ignẽ immitteret,hortabat,magna tñ populi multitudo interficiebat.Cæsar vbi impetũ insanientiũ cõtinere nõ poterat,& flãma dñabat,intro cũ rectoribus ingressus & sancta tẽpli ac quidquid illic erat,adspexit:& cũ flãma nondũ interiora penetrasset,existimãs adhuc illud opus seruari,prosilijt:militibus vt ignem restinguãt,imperat:sed illorum furor,belliq́; impetus vehemẽtior,Iudæorũq́; odia,reuerentiã Cæsaris ac metũ superabãt,plerosq; pdarum spes inuitabat.Tẽplũ hoc modo, inuito Cæsare,exurit die decimo mẽsis Augu.q̃ die etiã prius à rege Babyloniorum fuit cõcrematũ.Anno à cõstructione tẽpli Salomonis 1130.mẽse vij.die xv.à posteriore,q̃d Cyro imperãte conditũ est,anno 639.Dum ita templũ arderet,quidquid in man⁹ veniebat,rapiebat.cædes erat infinita dephensorum.sine delectu vnà & supplices & repugnantes necabant:latrocinalis aũt multitudo,vi pulsis Ro.in exterius templũ,exin in ciuitatẽ euadit,populi aũt reliquiæ in exteriorẽ porticũ fugerunt,ex sacerdotibus aliqui se in ignẽ pcipitauerũt.venerunt etiã sup vnã porticũ,q̃ restabat extra templũ, mulierculæ,pueri & promiscui sexus prope sex millia hoĩm.succendit porticus,& ex tanto numero nemo euasit.Tantas clades miserabilis populus certis prodigijs pnunciantibus neq; credebat,neq; aĩo attendebat.nã supra ciuitatẽ sidus stetit gladio simile per annũ cometæ modo,& cũ ante primã defectionẽ ad diẽ festũ populus conueniret,nona hora noctis circa arã ac templum tantum lumen effulsit,vt clarissimus dies putaret,& pmãsit vsq; ad horã dimidiã.Eodẽ festo die bos cũ ad hostiã duceret, agnũ in phano peperit.oriẽtalis porta interioris templi ærea,vt xx.hoĩes vix possent hãc aperire,visa est noctis hora sexta patere.post dies paucos larualis q̃dã imago fidẽ superãs,apparuit.añ solis occasum visi sunt p aerẽ ferrei curr⁹,totis regionib⁹ armatæ acies

Horribile mulieris facinus.

Oppugnat templum.

Exuritur templum.

Excidij Hierosolymitani pnuncia.

acies tranantes nubila,& ciuitatibus circũfusæ. festo die, quã vocãt pentecosten, sacerdotes intima tẽpli ingressi, primũ strepitũ, postea subitã vocẽ audierũt, migremus hinc. & q̃d his mirabilius fuit, Iesus filius Anani, vir rusticus, quadriennio priusq̃ bellũ gereret, in summa ciuitatis opulẽtia, in templo repente exclamare cœpit, Vox ab oriente, Vox ab occidẽte, Vox à quatuor ventis, Vox in Hierusalẽ & templũ, Vox in maritos nouos, nouasq́; nuptas, Vox in oẽm hũc populũ. atq; hoc interdiu noctuq́; per oẽs vicos clamabat. Ac cũ corriperet homo, neq; pro se, neq; cõtra eos quidq̃ locut⁹, pseuerabat iterãs. Magistrat⁹ ducũt eũ ad Ro. pfectũ, vbi plagis vsq; ad ossa laceratus, neq; supplex fact⁹ neq; lachrymat⁹ est, sed ad singulos ictus, vt poterat, clamauit, Væ væ Hierosolymis. maxime aũt diebus festis vociferabať, idq́; per annos vij. & quinq; menses, neq; voce raucior fuit, donec obsidionis tẽpore ipsa re perspectis augurijs, requieuit. sup murũ eñi circumiens, iterũ, Væ væ ciuitati ac populo ac phano, voce magna clamitabat. Cũ aũt ad extremũ addidisset, Væ etiã mihi, lapis tormẽto missus eũ peremit. In sacris q̃q; libris inuentũ est, capiendã ciuitatẽ eo tpe q̃ esset ex eorũ finib⁹ quidã orbis terræ imperiũ habiturus. id pro se interptati, sed hoc respõso Vespasiani plane designabať impiũ. Romani postq̃ seditiosi ad ciuitatẽ cõfugerũt, signa in phano reposuerunt, & clamoribus declarãt Titũ imperatorẽ. vsq; adeo aũt pda satiati sunt milites, vt in Syria dimidio q̃ fuerat, pondus auri minus valeret. Seditiosis cũ complicibus bello vndiq; circũdatis, nusq̃ erat fugæ copia. Titũ ad colloq̃a prouocãt. ille saltẽ oppidũ seruare cupiẽs, amicis suadẽtibus, latrones eñi moderatiores factos arbitrabať, adit. Edicto militib⁹ dato, Tit⁹ adhibito interpte, prior eos alloqui cœpit: Iã ne saturati estis patriæ malis, o viri, q̃bus neq; virtutis nr̃æ, neq; infirmitatis propriæ venit in mentẽ? sed incõsulto furore perditis populo ciuitatẽ simul & tẽplũ, ipsi q̃q; iuste perituri, q debellati à Põpeio, nouas res affectare nõ destitistis. vtrũ multitudine freti, obedire detrectatis? Germania firmitate murorũ, Britanni oceano septi, adorãt arma Romana. Carthaginẽses captos nouistis, taceo orbẽ terrarũ. itaq; vos cõtra Ro. eorũ excitauit humanitas, q terrã vobis dedimus possidẽdã, & gẽtiles imposuimus reges, leges seruauimus patrias, & viuere vos discretos, tributũ capere Dei noĩe & donaria colligere permisimus, vt nr̃a pecunia cõtra nos instrueremini. ergo tãtis bonis affecti, virus cõtra nos fudistis. Esto, Neronis negligẽtiã cõtempsistis. venit pr̃ me⁹, nõ vt pœnas exigeret meritas, sed vt monitis emẽdaret. deinde cũ deberet ciuitatẽ hãc euertere, Galilæã vastare prius maluit, vt pœnitẽdi vobis pstaret inducias. sed hæc eius humanitas, infirmitas videbať. Deniq; vbi ad nos venit imperiũ, iussus ego ab inuito patre cũ mãdatis tristibus ad ciuitatẽ venire, ante bellũ vos rogabã desistere, veniẽtes recepi, fidẽ eis seruaui, muris vestris machinas inuitus admoui. q̃ties vici, toties q̃si victus ad pacẽ prouocaui. orabã vos tẽplũ seruare, data vobis copia exeundi. spreuistis oĩa, tẽplũ manibus vestris incẽdistis, & nũc sceleratissimi ad colloquiũ prouocatis, sed & armati statis, & nec in extremis supplices estis. in manibus meis habẽs aĩas vr̃as, non cõtendã cũ pertinacia vestra. proiectis aũt armis, traditisq́; corporibus, vitã vobis indulgeo, & sicut in priuata domo mitis dñs vltus grauiora, cætera mihi seruo. Ad hæc illi r̃ndent, fidẽ quidẽ se ab eo minime posse accipere, nã iurasse nunq̃ id esse facturos: exeundi aũt cũ cõiugibus & liberis q̃ vellẽt, facultatẽ petebãt: ituros eñi se in solitudinẽ, ipsi ciuitatẽ relicturos. Hoc Titus vehemẽter cõmotus, ꝙ in sorte captiuorũ, victorũ sibi cõditiões ponerent, declarari his iussit, oĩa se iure belli gesturũ, militibus diripere ciuitatẽ ac inflãmare pcepit. succẽsis inde q̃busdã nobiliorib⁹ ædificijs circa acrã & curiã, progrediebať ignis vsq; ad Helenæ regiã. eodẽ die Galeza regis filia & frẽs, multiq́; nobiles ex populo, vt fides dareť, Cæsari supplicarũt. ille etsi cæteris oĩbus iratus erat, eos tñ suscepit, q̃s postea vinctos Romã perduxit, fidẽ obsidũ pstituros. Interim seditiosi in regiã prorũpentes, multos occidũt. peditẽ Romanũ traxerũt p oẽm ciuitatẽ, equitẽ vero vnũ reuinctis post tergum manibus, vt capite cæsuri, producũt. ille dũ gladiũ Iudæus educit, ad suos redijt: illũ, q̃a passus est se capi, Titus agmine pellit, ablatis armis. Postero die Romani, versis in fugã ex inferiore ciuitate latronibus, oĩa Siloã vsq; igni tradiderũt. illi ardere ciuitatẽ lætis vultibus adspiciẽtes, alacri voce mortẽ expectare dicebãt, ꝙ perempto populo, incẽso tẽplo, & flagrãte oppido, nihil essent hostib⁹ relicturi. multi tũ capiebanť, oẽsq́; interficiebanť. nã propter inediã fugere nõ valebãt, omeq́; perẽudi genus fame leuius putabať, nullus in ciuitate locus erat nõ refertus mortuis. tyrãnos latronũ spes fouebat, q in cloacis latitabãt, sed exeũtes illos Ro. trucidarũt. Atq; hæc est ferme gestorũ in inferiori ciuitate series. Superiorẽ ciuitatẽ Cæsar sine aggeribus capere desperãs, in prupto loco vndiq; sitã, distribuit operibus strenuũ militẽ. Inter hæc duces Idu-

Væ Hierosolymis.

Præda.

Titi ad Iudæorũ reliquias orõ.

mæorũ pacti vitã à Tito, clam recedere ex superiori ciuitate parabãt. q̃d Simon præsentiens, legatos eorũ occidit. plures nihilominus, deceptis custodibus, euasere. Iã p̃fectis aggeribus die vij. mẽsis Septẽbris Ro. machinas admouebãt. seditiosorũ aliqui desperãtes de ciuitate, in Acrã recedebãt, alij in cloacas se mittebãt, multi eos qui arietes applicabãt, vlciscebant. Hos aũt superabãt multitudine Romani, qui ingẽti labore tandẽ muris potiti, signa in turribus posuerũt. erat eis timor, q̃ sine sanguine murũ nouissimũ capere nõ possent, & cũ nullũ reluctantẽ viderẽt, mirabant, introibãt nemine repugnãte. Tũ q̃s cepissent, interficiebãt, domosq́; totas cũ oĩbus qui eo cõfugerãt, incẽdebãt. tantoq́; ciuitatẽ sanguine diluerũt, vt pleraq; incẽsorũ, cadauerũ cædib⁹ extinguerent. Videres paulo ante superbos, & factis impijs arrogãtes, ita humiles eẽ ac tremere, vt miserãda esset, q̃q̃ in nequissimis, tãta mutatio. tyrãni eñ semetipsos tuitione priuarũt, ac spõte turres deseruere, vnde vi nunq̃ poterãt capi. ardẽtibus ita Hierosolymis, intro Titus ingrediẽs, ciuitatis ac turriũ munitiões miratus, quas tyrãni p̃ dementiã deseruere. Cõspecta murorũ multitudine, Titus diuino successu pugnatum vidit. Interim Cæsar iubet solos armatos interfici, reliquã multitudinẽ saluã capi. seditiosi oẽs cædebant, iuuenes lecti triũpho seruabant. ex residua multitudĩe qui xvij. excederẽt annũ, in Aegyptũ pleriq; missi sunt, minores vẽditi. Captiuorũ numer⁹ toto bello, 90000. &*7000. mortuorũ decies cẽtena millia. pleriq; gẽtiles, qui ad azymorũ festũ cõuenerãt. Capiebat eñ tantã multitudinẽ ciuitas, vti Cæstio totus populus in paschate numeratus fuerat. oẽs mũdi, sani, nihil q̃d esset inquinatũ, nulla mẽstruo polluta mulier, ad eã festi celebritatẽ conuenire aut sacrificijs participare solebat. At Ro. rimãtes cloacas, q̃s offendebãt, incendebãt. & inuenti sunt ibi plus q̃ duo millia, q̃rũ alij manu sua, alij mutuis vulneribus se interfecerũt. Iohãnes opp̃ssus fame cũ fratribus in cloacis, dextrã sibi dari p̃catus est. Simon vero multa vi cũ necessitate luctatus, seruatus triũpho est, Iohãnes vinculis sempiternis. Itaq; Hierosolyma capta est secundo anno principatus Vespasiani, Septẽbris mẽsis octauo die, quinquies prius capta. Aegyptiorũ rex Asobeus cepit, post eũ Antiochus, deinde Põpeius, post hũc Herodes & Sosius, ante hos Babyloniorũ rex. Oĩbus belli partibus administratis, cõposito in medio ante castra magno tribunali, stans Titus cũ procerũ eminentissimis, vnde posset audiri, illis ait se habere gratias pro bñuolentia, qua erga se perseuerassent: laudabat q̃ per oĩa bella morigeri fuissent, dixitq́; se honores & p̃mia redditurũ, confestim iubẽs qui fortiter aliquid fecissent, indicari. & noĩatim singulos appellãs, collaudabat. & coronas eis aureas imponebat, & torques longasq́; hastas & signa ex argẽto donabat, cuiusq; ordinẽ mutabat in melius, quin & ex manubijs aurũ & argentum, itẽq; vestes aliãq; p̃dam largiter distribuebat. Oĩbus aũt donatis, votisq́; cũ vniuerso exercitu factis, magno cũ fauore descendit ad sacra, epulas dedit: ipse vero cũ honoratis p̃ triduũ acta lætitia, milites quidẽ alios, q̃ queq; cõueniret, dimittit, Hierosolymorũ aũt custodiã decimæ legioni credit. Titus triũphator Romã redit, vbi cũ maximis esset rebus occupatus, in Iudæã legatũ Bassum misit, qui post res aliquas bñ gestas ibi defunctus est. successit ei Flauius Syluius anno imperij Vespasiani q̃rto. hic subacta tota Iudæa, vnũ rebelle castellũ dũtaxat vidit, nomẽ erat illi Masada. occupatum erat à sicarijs, q̃rũ princeps Eleazarus ex origine Iudæ, qui nõ paucis p̃suaserat Iudęis, ne professionẽ facerẽt, q̃ñ Cyrinus in Iudæã directus est. Venit igit̃ dux Romanorũ cõtra Eleazarũ & sicarios qui Masadã tenuerunt. fines quidẽ statim oẽs obtinuit, castellũ aũt muro circũdedit, ne quis obsessorũ fugiendi facultatẽ haberet, deinde obsidionẽ parat, oppidũ aggressus est, opus maximæ molis propter munitionẽ castelli. Eleazarus tandẽ & sui post multas oppugnatiões desperãtes posse castellũ seruari, videns eñ murũ consumptũ, nec aliũ salutis modũ, q̃ Ro. victoriã mala essent secutura, in suos cogitauit consiliũ pertinax de omniũ morte cepit, validioribusq́; socijs vespe ri cõuocatis, talibus eos verbis ad facinus inuitabat: Cũ olim nobis decretum sit, viri fortes, neq; Ro. neq; alij cuiq; seruire, nisi Deo, is eñ solus est verus ac iustus hominũ dñs, ecce nũc tẽpus adest, q̃d factis vestros probare aĩos iubeat. Primi omniũ libertatis cupidi ab his defecimus, & nouissimi cũ his gerimus bellum. puto aũt hãc nobis à Deo gratiã datã, vt bene & libere mori possimus. Nobis certũ est orto die futurũ exitiũ, q̃ hostiũ multitudini tã parua manus resistere nõ possit, vti fortasse ab initio de Dei volũtate poteramus cõijcere, q̃ amica ei quondã Iudæorũ natio, damnata esset interitu. manẽs eñ propicius, nunq̃ tantorũ hoĩm perniciẽ neglexisset. sacratissimãq; vrbẽ hostiũ excidio prodidisset. Nos ex toto g̃ne Iudæorũ sperauimus superare libertate seruata, tanq̃ nihil delinquẽtes in Deũ, nullius culpæ participes, qui alios q̃q; docuimus, itaq; videtis inanes conatus, vanam spem, nihil nobis castelli natura inexpugna-

Incendium Hierosoly.

Cæsorũ & captorũ numerus.

Quinquies ante capta Hierosol.

Militum dona.

Gloriosa Eleazari ad hortatio.

pugna-

pugnabilis profuit. alimentorum copiã, armorum multitudinẽ, quam abundatissimũ habẽtes apparatũ manifestissime Deo auferẽte, spem perdidimus. ignis qui ferebatur in hostes à nobis, in nostrũ murũ reuersus est. sed hæc multorum ira criminũ sunt, pro quibus quæso ne Ro. pœnas, sed per nosmetipsos Deo pstemus. moriemur enim coniuges iniuria vacuæ, liberíque seruitutis expertes. prius tamen castellũ & pecunias igni exuramus, mœrebũt Ro. si neque corpora nostra tenuerint, cõpẽdióque carebũt. alimẽta sola relinquamus, hæc erũt testimonio mortuis, quod nõ penuria victus defuncti sumus, sed ita vt ab initio statuimus, mortẽ ptulimus seruituti. Hæc dicebat, sed sentẽtiæ psentiũ non cõgruebãt, alij quidẽ obedire, qui vero molliores erãt, suorum misericordia vel apertissimus interitus deterrebat: alijque aliũ intuentes, cõtrariã voluntatẽ lachrymis designabant. Quos cũ vidisset Eleazarus formidine frangi, pertimuit, & ne hi quoque qui maiore aĩo sentẽtiã suã acceperãt, effœminarentur, erectior multóque repletus spũ, clariorẽ de immortalitate animi orationẽ incipit, magna vsus exclamatiõe, lachrymantes attentius adspectãs: Plurimũ, inquit, opinione deceptus sum, qui putarã viros pro libertate certãtes, mori bene malle, quam male viuere. vos aũt nec audacia neque virtute pstatis, qui velut magna mala effugiẽtes, mortẽ timetis. olim enim eruditos nos sacra sentẽtia cõfirmauit, quod viuere, hoĩs * ẽ; nõ mori, calamitas. mors enim libertatẽ animis pstat, ad propriũ & purũ locũ eas dimittit, ab omni clade futuras intactas. donec aũt corpori mortali iunctæ sunt, vnáque malis eius implentur, tũ quasi mortuæ sunt. diuina enim cũ mortali societas turpis est. nũc enim pondere in terrã detrahitur. vbi vero liberata est, beatã participat fortitudinẽ, & humanis oculis vt ipse Deus inuisibilis manẽs. accedit enim occulte, neque rursum cũ recedit, videtur, incorruptã habẽs naturã. Quare demẽtia est, sequentes vitæ huius breuitatẽ, sibi inuidere perpetuã. accipite probũ Indorum exẽplũ, qui cũ sapiẽtes & bonæ sint vitæ, tẽpus quasi aliquid naturæ munus inuiti sustinent: properãt ad mortẽ, nullo cogẽte malo, propter immortalis cõuersatiõis desideriũ: ad familiares suos literas mittũt, qui veniẽtes, facilius eos ad mortẽ prosequuntur. *Quoniam quique suos ciues in lõginquã regionẽ ituros, & se quidẽ ipsos deflẽt, illos aũt beatos dicũt, quod immortalitatis ordinẽ iã recipiãt. Ergo ne simus Indorum sapiẽtibus ignauiores, mortẽ aggrediamur, psertim cũ nos hortetur tpis iniquitas, vt eã magnis toleremus animis. olim sane cõtra omne genus Iudæorum, vt apparet, hoc decretũ Deus posuit, vt vita careremus, quia nõ eramus vt oportebat vsuri. nec causam vobis adscribatis, neque Ro. gratificemini, quod eorum bellũ nos absumpserit, nõ viribus illa Romanis, sed causa fortior fuit. Videtis oĩa capta eẽ, in plio mortuos, fortunatos extimari, eorũque qui à Ro. subiugati sunt, quis nõ misereatur? quisve nõ, antequam illa patiatur, mori properet? quorum alij torti sunt mortui, alij ferocissime à bestijs earum cibus sunt deuorati. miserrimi sunt qui adhuc viuũt, qui sæpe mortẽ optãtes, nõ recipiũt. vbi est magna illa ciuitas totius gẽtis metropolis, tãtis murorum septis munitissima, tot ante muros castellis turriũque obiectis mœnibusque tuta, belli apparatũ vix capiẽs, tot pro se dimicãtiũ virorum millia cõtinẽs? Hæc Deũ habere incolã credebatur, radicitus euersa est. senes infelices ad cineres tẽpli assidẽt, & paucæ mulieres, ad turpissimã pudoris iniuriã ab hostibus seruatæ. hoc secũ cogitato, quis nostrũ solẽ adspicere durabit, etiã si viuere sine periculo posset? quis inimicus adeo patriæ, quis tã parcus aĩæ, vt eũ nõ pœniteat hucusque vixisse? atque vtinã oẽs fuissemus mortui, priusquam sacrã illã ciuitatẽ hostiũ manibus videremus excindi, tẽplũ sanctũ funditus erui. sed quoniam nos spes strenua illexit, nũc aũt euanuit, ac solos in necessitate reliquit, mori bene properemus, nostri misereamur & cõiugũ liberorũque, dũ nobis licet, à nobisipsis misericordiã capiamus. ad mortẽ nanque nati sumus, eã fugere nec fortunatissimi possunt. iniuria vero, seruitus, & videre cõiuges ad turpitudinẽ duci cũ liberis, hæc ferũt metu mali, quod morte spõtanea timeãt ea euadere. Nos multũ freti fortitudine, primi à Ro. defecimus, & postremo nũc ad salutẽ nos hortãtibus, nõ paruimus. cui igitur eorum iracũdia nõ est manifesta? Si nos viuos subiugare poterũt, miserãdi quidẽ adolescẽtes erũt, qui ad multos sufficiũt cruciatus: miserãdi prouectiores, quorum ætas clades ferre nõ poterit. videbit alius cõiugẽ abduci, alius manibus reuinctis vocẽ filij patrẽ implorãtis audiet. sed dũ liberi sunt & gladios hñt, aliud erit: moriamur liberi cũ filijs & cõiugibus, hæc leges pcipiũt, hæc nos cõiuges & filij pcantur, eorum necessitatẽ Deus misit, his cõtraria Ro. volũt, & ne quis nostrum ante excidiũ pereat, timẽt. festinemus igitur pro sperata potiundi nostri voluptate, eis stuporẽ mortis, admirationẽque audaciæ nostræ relinquere. Adhuc eũ orare cupientẽ, oẽs interpellabãt, impetu ad opus incitati ac velut laruis excitati, alius aliũ antecapere cupiebat, hoc specimen pulchritudinis rectique cõsilij existimãtes, ne quis extremus remanere videretur. tãtus eos propriæ cædis amor inuasit. simul enim vale vxoribus cum amplexibus dicebãt, ac liberos gremijs captos cũ lachrymis osculabantur, simul quidẽ

Præstat bñ mori quam male viuere.

Brachmanes, magi.

Crudelis pugna.

manibus alienis iussa peragẽtibus cõfigebant. cuncti aũt cõiunctissimos transfixerũt, quibusq; filios & vxores occidere, maloꝝ oĩm videbat leuissimũ, læsos existimãtibus, si vel breuissimũ tẽpus superuiuerẽt. sorte ex numero decẽ lectis oĩm percussoribus. post cõiuges atq; liberos prostratos, illi intrepide cũctis occisis, eandẽ sortis legem in sua q̃q; morte statuerũt. Vnus vero ac nouissimus, circũspecta multitudine mortuorũ, vbi agnouit peremptos oẽs, ignẽ immittit regiæ. trãsacto post gladio p se, occubuit. latuit aũt vna mulier senior, & alia q̃dã Eleazari cognata, plurimũ sapiẽtia pstãs, & quinq; pueri p cuniculos abditi. Romani mane ad pugnã dispositi, aggeribus muros aggrediebant. cũ vero hostiũ neminẽ cernerẽt, ignẽq; intus atq; silentiũ, quid eẽt cõijcere nõ poterãt, inuenerũt mulieres, quaꝝ cũ altera rei gestæ seriẽ exponeret, facti magnitudo adeo pter Ro. opinionẽ fuit, vt in regiã extincto igne q̃ celerrime properarint, vbi cõspecta multitudine mortuoꝝ, nõ vt in hostibus gauisi sunt, sed cõtemptũ mortis in tanto numero admirabant. Huiusmodi peracto excidio, in castello dux psi diũ reliquit. ipse cũ exercitu Cæsareã profectus est, iã tota pene Iudæa bello vastata. Hæc sunt ferme cũ Iudæis gesta illis tpibus, q̃ꝝ fidẽ à Iosepho petes. Anno itaq; dñi 73. Hierosolymis captis, Vespasianus & Titus triũpho vrbẽ ingressi sunt, cõtinuo oĩbus bellis ac tumultibus domi foris q; cõpressis, pax orbi indicta est, Iani portæ sextũ demũ ab vrbe cõdita clausæ sunt, s. vt idẽ honos vltioni passionis dñi impenderet, qui natiuitati tributus fuerat. Iosephus Matathiæ filius, Hierosolymitanus sacerdos, res Iudæoꝝ sub principe Tito scripsit. liber probatus in bibliotheca publica repositus ẽ, autor ob ingenij gloriã statua donatus ẽ. actũ est hoc sub põtifice Lino. Cæteꝝ Vespasianus imperio semp modestissime vsus est, qua humanitate in victos Iudæos vsus, vt oẽs qui ex familia Dauid superfuissent, velut ex regia stirpe, cõquisitos in pcio haberit. Tantæ lenitatis & clemẽtiæ fuit, vt reos etiã maiestatis, verbis tm̃ castigatos dimitteret, inimicitiaꝝ & offensaꝝ ĩmemor. virtutẽ aũt Titi filij tãti semp fecit, vt tumultuãtibus quibusdã ob cupiditatẽ imperãdi dixerit, aut neminẽ, aut filiũ imperio potituꝝ. Hic Vespasianus anno dñi 80. ac imperij sui nono, in villa propria circa Sabinos profluuio ventris mortuus est, anno ab vrbe cõdita 834. Plura & memoratu digna in Vespasiano scribit Cor. Tacitus. nos qui tẽpoꝝ obseruatiões annotamus tantũ, cætera tibi relinqmus. Anno vero dñi 81. Titus imperiũ suscepit, duobus annis ac duobus mẽsibus regnauit. hic ante patrẽ suũ Vespasianũ noĩari cõsueuit. erat eñ oĩbus virtutibus mirabilis & ornatus, ita vt amor & deliciæ humani gñis diceret. vir bellicosus, Græca Latinaq; lingua disertus. tantæ vero largitatis, vt nulli quidq̃ negaret. hoc dũ rephẽderẽt amici, rñdisse fert, neminẽ à vultu principis discedere oportere tristẽ. quadã die dũ recordaret in cœna, nulli se eo die quidq̃ pstitisse, dixit: Hodie diẽ perdidi. Nemo eo magnificẽtia maior. tãta hoc imperatore tranquillitas fuit, vt nullum oĩno sanguinẽ in repub. administrãda fudisse referat. sic narrat Orosius, quẽ miror tacuisse cædẽ Lini. Nã is cum sanctitate & moribus in pcio haberet, dæmones fugaret, & mortuos ad vitã reduceret, cũ filiã Saturnini cõsulis à dæmonio liberasset, magiæ damnatũ S. Linũ decollauit, sepelit in Vaticano iuxta Petri corpus. Anno dñi 82. Cletus patria Ro. adhortãte Clemẽte, põtificatus onus inuitus suscepit, licet doctrina, moribus & dignitate plurimũ apud suos valeret. sedit annis xi. mẽse vno & aliq̃t diebus. primus scripsit salutẽ & apostolicã bñdictionẽ. Ad Titũ redeo, qui dũ fratrẽ Domitianũ sibi insidiari sciret, nec deponere nec occidere aut in minori honore habere sustinuit, sed primo imperij die cõsortẽ regni ac successorẽ fecit, nõnunq̃ secreto lachrymis orans, vt mutuo erga se esset aĩo. inter hæc dũ regnasset duobus annis & totidem mẽsibus, anno ætatis xlij. obijt in eadẽ villa qua & pater eius. q̃d vt palã factũ est, mœrentibus publice cunctis, tantus fuit planctus, quasi orbati relinquerent à patre. à senatu inter deos habitus est. Cleti tẽporibus Lucas medicus Antiochensis, Pauli apostoli imitator, & oĩs peregrinationis eius comes ac socius, scripsit euangeliũ, q̃d à Paulo laudat, & Actus apostoloꝝ. vixit annos 83. sepultus in Cõstantinopoli. Philippus q̃q; eodẽ tẽpore in Scythia, quã xx. annis in fide exẽplo & pdicatiõe retinuit, rediẽs Hierosolymis morit. Anno dñi 83. Domitianus frater Titi ex ambobus parẽtibus regnare cœpit, regnauit annis xv. mẽsibus sex. iste primũ finxit se misericordẽ & modestũ, cupiditatis & auaritiæ vix suspicionẽ dedit. relictas sibi hæreditates ab his qui liberi erant, nõ recepit, fiscales calumnias magna calumniantiũ pœna repressit. sed neq; in clementiæ nec abstinentiæ tenore permansit, philosophos oẽs vrbe & Italia expulit. Erat nõ solũ magnæ, sed callidæ nequitiæ. Ascletarionẽ mathematicũ sciscitatus, quis eũ maneret exitus, affirmantẽ fore breui vt laceraret canib⁹, interfici iussit sine mora, & ad arguendã temeritatis artẽ, accuratissime sepeliri imperauit. factũ est vt repentina

Ianus clausus.

Iosephus.

Titus xi. imperator.

Linus.

L[illegible]

[illegible]s.

Do[illegible]an⁹ xij. Imp.

na tempestate cadauer detectũ discerperent canes. hãc fidẽ astrologis Augustinus habet, vt q̃ties mira vera r̃ndent, instinctu maloꝝ credat̃ fieri sp̃uum, q̃rum cura hæc est, noxia de astris ac eoꝝ fatis inserere humanis mẽtibus. Domitianus q̃q; plures senatores, q̃si nouaꝝ reꝝ studiosos, aliq̃s cõsulares interemit, ac plurimos in exiliũ misit. p̃dabatur bona viuoꝝ & mortuoꝝ. tantæ q̃q; ignauiæ fuit, vt remotis oĩbus, solus in palatio muscaꝝ psequeretur agmina. vnde cuidã interroganti, est ne q̃s intus cum Cæsare? non absurde r̃nsum est, ne musca q̃dem. Hic tam pessimus, mouit secundã psecutionem cõtra Christianos. ipse eñ Iohannẽ euãg. de Epheso adduci fecit ad vrbẽ, & in doliũ feruẽtis olei mitti fecit ante portã Latinã, ex q̃ cum illæsus exiret, eum in insulã Patmon relegauit. passi sunt Nereus & Achilleus, necnon Domicilla, & reliq. Adhuc aũt viuebant q̃dam de carnali g̃ne dñi nostri nepotes Iudæ, q̃ appellat̃ frater dñi. & q̃a ante iusserat Domitianus oẽs perimi q̃ de g̃ne Dauid descendissent, delati sunt. formidabat eñ de aduẽtu Christi. adducunt̃, & interrogati à Domitiano, si essent ex familia Dauid, cõfessi sunt, 9. millibus denariũ æstimari bona sua, nec hæc sibi in pecunia subsistere, sed in æstimatione terræ quam suis manibus excolentes alerentur. inde & tributa penderent. testes aũt, manus labore rigidas & callis obduratas proferebant. Interrogati vero de Christo, q̃le sit regnum eius, vel quis ipse aut vnde, aut q̃n venturus, r̃nderunt ꝙ non huius mundi regnum, neq; huius terrę ei designetur imperium, sed cœleste in cõsummatione seculi, q̃n aduentans in gloria, de viuis & mortuis iudicaturus est. Tum Imp. Iudæos dimisit, psecutionem ecclesiæ Christianæ rursum suis cõpescuit edictis. Cætera de ipso & Cleto in sequenti g̃natione. Domitianus Cattis Germanicæ genti bellum intulit, deq; victis triumphauit, inde Germanici cognomen adeptus, Septembrẽ mensem de se Germanicum dixit. triumphauit etiam de Dacis. Per id tempus in vrbe Quintilianus rhetor publicam scholam tenuit, e fisco donatus salario, Domitiani nepotes instituit. Ciuile bellum L. Antonius superioris Germaniæ præfectus mouit, miraq; felicitate pons Rheni dimicationis hora repente dissolutus, Gallorum copias quæ ad Antonium erant transituræ, proposito auertit. victoria eodem die quo pugnatum est, Romæ præsagio cognita.

Secunda Chr̃ianoꝝ psecutio.

Quintilian⁹

GENERATIO IIII.

ANno imperij Domitiani octauo, dñi vero Iesu Chr̃i 90. incepit q̃rta g̃natio, adhuc viuẽte Cleto. anno seq̃ti Simoni mago nup damnato Menãder succedit, scutũ diaboli, Samarites magus, dixit se saluatorẽ, ad hoĩes de cœlestibus destinatũ, nec aliter posse angelos seculi vinci, nisi suis artibus & suo baptismo: quẽ suscipiẽs, immortalis, æternus in hac vita & ppetuus fieret. Iisdẽ tp̃ibus Cherinthi hæresis sumpsit exordiũ Cherinthus eñ p reuelationes q̃sdam velut à magno apl̃o scriptas, & p angelos ei reuelatas, post resurrectionẽ terrenũ dixit futuꝝ esse regnũ Christi in Hierusalem, & hoĩes in carne iteꝝ vitijs subiectam conuersationem habituros, ac mille annos q̃bus libidini seruiant, designat. ventris eñ q̃ infra sunt incitamenta, p̃dicabat explenda. & vt aliq̃d sacratius dicere videretur, legales ait festiuitates rursum celebrandas. Sed & alios idem dæmon ab amore Christi separauit p Ebiona, Christũ solum hoĩem putantẽ, & ꝙ p profectũ vitæ ac virtutis, iustus effectus sit, cõmuni etiã via ex viro & fœmina procreatum. Censuit custodiendã legis obseruationẽ, nec Christi fidem ad salutẽ sufficere. q̃dam t̃n ex sectatoribus cõcedunt, Christũ de virgine Maria & Sp̃ũsancto natũ, nec t̃n eum semp fuisse Deum. apl̃i Pauli epl̃as respuunt, & apostatam legis appellant. vtunt̃ aũt euangelio q̃d secundũ Hebræos appellãt, sabbatũ sc̃dm legẽ, nobiscũ dñicam sacratã pro resurrectione dñi obseruãt. Sunt qui huius tempora ad Clemẽtis pontificatũ referãt. Sed & alia hæresis, q̃ appellat̃ Nicolaitaꝝ, cuius in reuelationibus Iohãnis mẽtio facta est, iste se vnũ ex diaconis 7. cum Stephano electũ iactabat. pulchrã valde vxorẽ habuit, & post adscẽsionem dñi cum increparet̃ ab apostolis de zelotypia, productã in mediũ vxorẽ suã, si q̃s eam vellet habere, pmisit. Ex q̃ occasione isti hæretici cõsequens putabãt, vt hoc exẽplo vnusq̃sq; carne sua q̃ vellet, abuteret̃: & sic pmiscuos ac illicitos cubitus irreuerẽter expetebãt. Clemẽs aũt Alexãdrinus scribit, Nicolaũ zelo Dei vxorẽ pduxisse, q̃ p hoc cõtinentiã se oñderet expetere, non putãs duobus dñis posse seruire, libidini & Deo, nequaq̃ vxorẽ pstituisse. Anno vero 93. vel secundũ alios q̃rto, Cletus sub Domitiano martyrio coronat̃, sedem B. Petri Clementi relinquens, quam ille 9. annis tenuit ac mẽsibus 2. hic erat Romanus, ita morum ornamentis pollebat, vt ab omnibus diligeretur non solum Christicolis, sed & à Iudæis ac gentilibus. Clemens misit in Gallias Dionysium Areopagitam, qui cum alijs sibi adiũctis passi sunt tẽpore Traiani. hic cõstituit vt in Missa sacris vestibus vteretur sacerdos, episcopos baculo ornauit pastorali, amictu sandalij & chirothecis,

Ebion.

Nicolaitæ.

Clet⁹ papa.

ꝙ archiepiscopus pallio vtatur, & ꝙ summus põtifex non ambulet sine crucis vexillo, neq; cardinales aut legati. Ad Domitianum redeo. hic dñm ac deum appellari scribiq; se iussit, nullã nisi aureã vel argẽteã statuã sibi in palatio statui ꝑmisit. cumq; odiosus esset oĩbus, cõiuratiõe suoꝝ interfectus est in palatio anno imperij 15. ꝑsente vxore sua ac cõscia. funus eius ꝑ vespillones cum ingenti dedecore exportatũ, & ignobiliter est sepultũ. senatus nomen eius abradendũ decreuit, ne qs eum imperatorẽ noĩaret. diffinitũ est aũt, vt oẽs q̃s in exiliũ dãnauerat, decreto senatus reuocarẽt, & facultates suas recuperarent.

Nerua 13. IMP. Anno dñi 99. Nerua Cocceius Narniensis admodũ senex, imperauit anno vno, mensibus 4. dies x. hic in priuata vita moderatus ac strenuus, in imperio fidelissimus fuit. decreto senatus, vt dictum est, iussit irritũ fieri qcq̃d Domitianus fieri cõstituerat. Vnde & S. Iohãnes euangelista Ephesum rediẽs, ecclesiã hæresibus turbatã inueniẽs, hortatu fratrũ euangeliũ nouissimus scripsit. Nerua itaq; Traianum viꝝ strenuũ & sapientissimũ in filiũ adoptauit. mortuus ipse, in hortis Salustianis est sepultus, decreto senatus inter deos relatus.

Traian⁹ 14. IMP. Anno itaq; dñi 100. Vlpius Traianus Crinitus, ex vrbe Tudertina genitus, gñe Hispanus, apud Agrippinã nobilẽ Galliæ ciuitatẽ impator factus est. regnauit annis 19. menses 6. diebus 5. hic rẽp. ita administrauit, vt oĩbus principib⁹ merito ꝑponeret. Siq̃dẽ duo sunt q̃ ab egregijs principib⁹ expectant, sanctitas domi, in armis fortitudo, vtrobiq; prud[illegible] vtrũq; est assecutus felicissime. Tãtus in eo maximaꝝ reꝝ fuit modus, vt q̃si tꝑamento q̃dã virtutes miscuisse videretur, nisi ꝙ cibo vinoq; paulum deditus erat. laboris patiens fuit, iuris humani & diuini tam repertor noui q̃ veteꝝ custos. admodum humanus. culpatus inde ab amicis, ꝙ esset nimis popularis, rñdit: Imperator talis esse debet apud subditos, q̃lem erga se imperatorem esse vellet priuatus. Traianus secundum Orosium li. 7. Germaniam trãs Rhenum in pristinum reduxit statum, multas alias prouincias Ro. imperio adiecit.

Iohannes apl's & euã. Hoc tempore superstes apud Asiam demorabatur Iohãnes euãgelista & apostolus, de q̃ Irenæus in secundo aduersus hæreses lib. Ecclesia, inquit, q̃ est apud Ephesum, à Paulo q̃dem fundata est, à Iohanne vero ædificata, q̃ ꝑmansit in ea vsq; ad tẽpora Traiani. hic euangelium nouissimus scripsit. Matthæus eñi primo Hebræis ꝑdicauit, & cum pararet transire ad gentes, patria lingua scripturam composuit, & ea q̃ ꝑdicauerat compræhendens, dereliquit. Post hũc Lucæ & Marci scriptura euãgelica, secundum eas causas quas ꝑdiximus, eduntur. Iohannem vero tradunt vsq; ad vltimum pene vitæ absq; scriptis ꝑdicasse euangelium. sed cum trium hoꝝ euãgelioꝝ etiam ad ipsum notitia puenisset, probasse dicitur fidem & dictoꝝ veritatem, deesse tñ vidit aliq̃, & ea maxime q̃ primo ꝑdicationis tẽpore dñs gesserat. ideo dicit in euangelio suo, Hoc fecit initium signoꝝ eius. sumitq; ab ipsa diuinitate exordiũ. Beatus itaq; Iohannes famosum toto in orbe Dianæ templum subuertit, contra quem Aristodemus seditionem commouit, ac vt conuerteret Iohannes Aristodemum pontificem, venenum oblatum bibit, nec illi nocuit. sed & pontifici nondum credenti tradidit Iohãnes pallium suum, vt eo tangeret corpora mortuoꝝ. q̃ pacto, mortui surrexerũt. Exinde credidit Aristodemus, & innumera multitudo cum ipso, ecclesiaq; in honorem B. Iohannis ædificata est. Cum aũt esset 90. annoꝝ, apparuit ei dñs, vocans ac significans, ꝙ die dñica sequenti ad eum veniret, q̃ die intrat ecclesiam à primo galloꝝ cantu, ppl'mq; in fide confortans, deinde foueam quam fieri iusserat, intrans, luce immensa apparente, vt nullus adspicere posset. postea recedente luce, inuenta fouea mãna plena. nec repertum est corpus eius vsq; in ꝑsentem diem. atq; anno dñi 100. alias 102. hoc modo migrauit, Vnde de eo variæ opiniones sunt exortæ. aliq̃ volunt ꝙ in sepulchro contineatur viuus ac dormiẽs, q̃a illic terra scaturire videtur. hoc Augustinus reprobat. Thomas sup Iohannem refert aliam opinionem, ꝙ sit translatus in paradisum terrestrem, tẽpore Antichristi venturus cum Enoch & Helia, & mortem passurus martyrij. cum eñi dignior sit lex euangelica, q̃ lex naturæ aut Mosaica, videtur satis verisimile, ꝙ sicut lex naturæ habet Enoch, & lex Mosaica Heliam, ita euangelica Iohannẽ, testes contra Antichristũ ꝓ Christo.

Clemẽs papa martyr. Clemens pietate, religiõe, doctrina multos ad fidẽ cõuertit. q̃obrem P. Tarquinius sacroꝝ princeps, cum Mamertino vrbis ꝑfecto Traianum in Christianos cõcitat, cuius imperio Clemẽs in insulã deportatur, vbi ad duo millia Christianoꝝ reperit, ad secanda marmora damnatoꝝ. & dum aq̃ penuria laborarẽt, quã à sexto milliario peterent, Clemens collem conscendens, agnum vidit, sub cuius dextro pede fons diuinitus aquã scaturiebat, q̃ recreati sunt, & multi ob hoc ad fidem Christi cõuersi. hanc ob rem motus Traianus, mittit q̃ Clementẽ in mare ꝑcipitarẽt, alligata ad collũ eius ancora, cuius corpus non ita multo post ad littus delatũ est, atq; eo loci sepultum extructo templo. hic regiones 7. notarijs diuisit, q̃ diligenter res ge

stas martyrum cōscriberent,& vt cathedra episcopalis in eminentiori loco in ecclesiā esset, vt videre oēs,& ab oībus videri posset. vt baptizatus, citius confirmet chrismate ab episcopo. Post Clementē accepit ecclesiā regendā Anacletus natione Græcus, patria Atheniensis. hunc volunt aliq esse Cletum q Clementē pcessit, & ex supputatiōe annorum hoc dicere non esset absurdū. sed Damasus ad Hieronymū in chronicis Ro. pōtificū dicit, q isti sunt duo. nam fuit Cletus Romanus, Anacletus Græcus. hoc si teneamus, satis videtur cōsonū. At cum sub Traiano accipimus eum martyrio coronatum, quō 9. annis sederit, vt chronici oñdunt, non intelligo. nam Euaristus papa qui hūc seqtur, similiter circiter 9. annos cathedrā tenuisse scribit, q etiā sub Traiano martyrium passus est, cui mox successit Alexander. ob q̄s causas arbitror Anacletū paucioribus annis papatū tenuisse, aut Euaristū Alexandrumve. sed cōstituit Anacletus ne nutriant clerici barbā, ne episcopus à paucioribus q̄ tribus ordinet, oībusq; fidelibus pcepit, vt pacta cōsecratione, cōmunicarent: q vero nollet, e sacris ædibus eliminarentur. Anacletus papa.

Anno à natiuitate dñi 112. Euaristus natione Græcus, patre Iudæo nomine Iuda, ex Bethleē ciuitate successit. hic titulos in vrbe Roma presbyteris diuisit, 7. diaconos in ordinē redegit, q custodirēt episcopū pdicantē, pter stilū veritatis. Idem cōstituit, ne plebis in episcopū accusatio reciperet. cōstituit matrimonia in facie ecclesiæ solēnizari. Augebat in dies res Christiana. q̄re Traianus veritus ne qd detrimēti Ro. imperiū inde caperet, tertiā psecutionē in Christianos cōcessit, q̄ post Clementē & Anacletū, perijt Euaristus, & Ignatius Antiochenæ ecclesiæ tertius post Petrū episcopus, ad bestias dānatus, dum Romā trahit, multos ad Christi fidē cōuertit, in itinere Christianos literis & oratiōe cōfirmat. Cum leonū rugitū iam audiret, frumentū sum, ait, bestiarum dētibus molar, vt panis mūdus inueniar. Per idē tēpus Simeon Cleophæ filius, pro Iacobo Hierosolymorum epūs cōstitutus, perijt, accusatus q esset ex gñe Dauid & Christianus, cumq; multo tpe supplicijs fuisset affectus, martyrio tandē finiuit vitā, oībus qui aderāt & ipso iudice mirantibus, vt 100. & 20. annorum senex, crucis suppliciū ptulisset. Insup tam immēsæ cateruæ martyrū q̄tidie iugulabant, vt Plinius Secūdus, q tum prouinciā gubernabat, misericordia ob multitudinē interfectorum motus, ad Traianū scripserit, innumera hoīm millia q̄tidie obtruncari, in q̄bus nihil oīno sceleris deprehenderetur, aut q̄d Romanas leges offenderet, nisi hoc solum, q antelucanos hymnos Christo cuidam canerent Deo, adulteria vero aut huiusmodi crimina apud eos illicita haberi. Vnde pmotus Traianus, rescribit, Christianos de cætero non esse requirendos, si tñ qdam inciderint, puniri: p q̄d ex parte aliq̄ psecutionis sedatum putabatur incendium. Erat annus principis Traiani vltimus q̄ martyr diem obijt Euaristus, cui successit anno dñi 120. in sede Petri Alexander patria Romanus, iuuenis ætate, senior aūt moribus. sedit annos x. menses 7. hic adiecit in pfatione siue canone, Qui pridie q̄ pateret &c. Ipse constituit aquam cum sale benedici & adspersionem fieri, voluit q̄q; aquā misceri cum vino in cōsecratione sanguinis & corporis Christi. oblationem ex azymo fieri mandauit. Ad Traianum redeo, q 22. annis minus sex mēsibus principatū tenēs, apud Seleuciam Isauriæ ciuitatem profluuio ventris perijt anno ætatis 62. ossa eius in vrnam auream collecta ac in vrbē delata in foro q̄d ipse struxit, sub columna Coclide, quam adhuc cernimus, cuius altitudo 140. pedum est, sunt reposita, senatu & exercitu peunte. Solus oīm intra vrbem sepultus, cuius memoriæ tm̄ delatum est. vt vsq; ad nostram ætatem principibus acclametur, fœlicior sis Augusto, melior aūt Traiano. senatum patrem appellabat, sese laboris ministrū. Traiano principatu pfuncto, Aelius Adrianus gñe Italicus, consobrinæ Traiani filius, imperator successit anno dñi 119. Hic eruditissimus fuit & facūdis. Latino & Græco sermone, vnde est & Græculus appellatus, in oībus oīa studia Athenieñ. secutus est loquendo & canendo, medicinæ artem discendo, in musica, in geometria, item pictorum & figulorum sciētiam habuit, aliaq; multa didicit, ita vt rara esset illi res non experta. magnam supra modum memoriam habebat, loca, res, causas, milites & eos q̄s nunq̄ viderat, proprijs noībus appellabat. fuit homo varius, dissimulator boni & mali, & vt bonum se oñderet, vitia sua callide abscondebat, tam de po. Ro. bene meritus, vt pater patriæ appellatus sit, eiusq; vxor, Augustæ nomen susceperit. Plutarchi aliorumq; philosophorum doctrina ac familiaritate delectatus. fecit & de nouo pontem Romæ sui noīs, q adhuc extat, & sepulchrum in Vaticano apud Tiberim, q̄ nunc pontifices pro arce vtuntur, estq; castrum S. Angeli. Imperium adeptus hic tumultuosum ab initio, defecerant eīm plurimæ gentes post Traiani obitū, Dacos q à Traiano deuicti erāt, cōposuit. Inde Gallias, e q̄bus in Germaniam trāsiit, pacis in primis studiosus, cui cōpositæ regnū restituisse fert. post Britānia, Gallia & Hispania cōstituta, Asiā ingressus est, Athenisq; cōsedit. Vesuuius Cāpaniæ mons,

Euaristus papa. Simeon. Plini⁹ Christianorum misertus. Alexander papa. Adrianus 15. IMP. Germaniæ regnū restitutum.

mons, à Neapoli vrbe q̃tuor passuum millibus distans, oliuetis vinetisq́ꝫ fertilissimus, secundum Eusebium vertice ruptus, tm̃ incendium ex se eiecit, vt ipsius montis arbores, vineas, regiones, idq́ꝫ cũ innumerabili hoim multitudine exusserit, ita vt cum Plinius Secundus Traiani tempore ex Missenensi classe cui præerat, ad hoc visendũ spectaculum propius accessisset, ab eodem incendio absorptus fuerit. nam tãtam cinerꝫ copiã eiecisse fert, vt cãpi vsqꝫ ad arborꝫ cacumina operirent. de hoc in epl'a Plinius.

Plinij mors.

GENERATIO V.

ANno à natiuitate dñi 120. sub Alexandro papa & Adriano, anno imperij illius 2. incepit q̃nta gñatio. q̃ tẽpore Adrianus occasionẽ sæuiendi in Christianos dedisset, nisi Quadratus Athenarꝫ p̃sul, librũ de honestate religionis Christianę ad imperatorẽ scripsisset. Idẽ fecit Aristides Athenieñ. philosophus, sub pristino habitu Christi discipulus, volumẽ nostri dogmatis rationẽ cõtinẽs, eodẽ tẽpore Adriano obtulit. His aũt apologeticis libris factũ est, vt Adrian⁹ iniustũ existimãs Christianos indicta causa vbiqꝫ occidi, Minutio Fundano Asiæ proconsuli scripserit, neminẽ occidẽdum, nisi de accusatore & crimine constaret. itaqꝫ mitior Christianis effectus est, attñ sub eo plures Christiani martyriũ sunt passi, vt Alexander papa, q post multa miracula ab Aureliano detẽtus, torquet primũ in equuleo, & cũ taceret, dixit Aurelianus, cur taces? r̃ndisse fert, q̃a tẽpore orationis Christianus cum Deo loquit. cum sedisset annis x. mẽsibus 7. martyrio coronat cum Euentio & Theodoro diaconis. Interim Hierosolymis vsqꝫ ad tẽpora Adriani tradunt 15. fuisse episcopi, q̃s oẽs aiunt Hebræos extitisse, & scientiã Christi fideliter recepisse, incipiẽtes ab apostolis, & p̃durãtes vsqꝫ ad tempus excidij, q̃ Iudæi iterꝫ deficientes à Ro. magnis rursum p̃lijs subiugati sunt. Primus itaqꝫ Iacobus q dñi frater est habitus, post hũc Simeon electus est, tertius Iustus, Zachęus q̃rtus, deinde Tobias q̃ntus, & Beniamin sextus, ac septimus Iohannes, tum Matthias, quem Philippus excepit, cui decimus Seneca subrogatus est, Iustus exinde, ac 12. Leui, post hunc Ephres, & 14. Ioseph, ac finis oĩm Iudas, hi oẽs ex circuncisione fuere. Mortuo Alexandro succedit Sixtus natione Romanus. hic cõstituit, ne sacra vasa nisi à ministris sacrorꝫ tangerentur, & ne corporale ex alio q̃ ex lineo panno & q̃dem purissimo fieret. cõstituit ne episcopus à sede apostolica rediret sine literis Papæ plebem salutantis. in celebratione mãdauit, Sanctus Sanctus Sanctus dñs Deus sabbaoth, cantari. Aquila Iudæus natione Ponticus, cum Priscilla vxore edicto Claudij discedẽs, vsqꝫ ad hæc tempora superuixisse fertur, secundus Mosaicæ legis interpres post Septuaginta interpretes. At Sixtus sedit annis x. mensibus 3. martyrio coronatur sub Adriano. Sub eodem principe Adriano Sophia sancta cum tribus filiabus, Fide, Spe & Charitate, venit Romam matrona nobilis, ac ibidem multas mulieres Romanas ad Christi fidem cõuertit. Quæ cum postea maritos infideles abhorrerent, accusantur, in primis Sophia cum filiabus. Fides itaqꝫ primũ, deinde Spes, tertio loco Charitas, martyrio coronant p̃ Christo, q̃rum corpora S. mater collegit, & sup̃ sepulchra filiarꝫ in orationẽ se p̃iecit, & velut sopore depressa, in pace q̃euit. Per id tẽpus excitarũt Iudæi tumultũ apud Bethara oppidũ Hierosolymis vicinũ. cumq́ꝫ lõgius à Ro. obsideret, fame ac siti ad extremũ internecionis adducti sunt, postq̃ dux ipse meritas pœnas luit, multaq́ꝫ proinde millia passim virorum fœminarumq́ꝫ ac puerorum cõficerentur. Hæc natio Iudaica iam ex illo ab omni regione finitima Hierosolymorum penitus arcebãt, cum sanctione diuinę legis, tum maxime decretis Adriani, ita vt nec eminus eis saltem paternum solum prophanis obtutibus liceret inspicere. ita factum est, vt ciuitas post interitum Iudaicæ gentis, incolis mox in eam peregrinis confluentibus, p̃mutatis ciuibus, etiã ipsa Aelia appellaretur ex cognomento imperatoris Aelij Adriani, vt in Roius conuersa, ritum pariter mutaret & nomen. hãc ipse in optimũ statum murorꝫ extructione reparauit, non tñ in monte Sion vt ante, sed in colle Caluariæ, p̃cepitq́ꝫ ne cui Iudæo introeundi esset licentia, Christianis tñ ciuitate p̃missa. Igitur ex gentibus vt inibi cœpit ecclesia cõgregari, primus post episcopos ex circuncisiõe sacerdotium illius ciuitatis accepit Marcus. cumq́ꝫ iam refulgentibus ecclesiis vbiqꝫ terrarꝫ ac fide Christi oĩa redundarent, ille totius bonitatis æmulus dæmon, cõtra Dei ecclesiam molimina versat, q prius externo hoste, nunc malignis hoĩbus intestino bello eam q̃rere nititur. Nam post Menandrum, cuius supra meminimus, Saturninum quendam Antiochiæ genitum, & Basilidem Alexandria ortum produxit, q̃rum vterqꝫ suis in regionibus officinas impiæ & Deo inuisæ condidit disciplinæ. Quos cõtra ecclesiastici viri veritatis alumni fortiter stabãt, e q̃bus p̃uenit ad nostros liber Agrippæ Castoris, cõfutationẽ Basilidis habẽs, q dixit eum de euãgelio 24. cõmentarios cõdidisse, prophetas vero sibimet nuncupasse q nunq̃ extiterũt, q̃s ipse barbaris vocabulis noiarit, docere

Quadratus.

Episcopi Hierosolymorum.

Sixtus papa

Sophia cũ filiabus.

Iudæi rebelles.

Hierosoly. instaurata. Aelia.

Marcus Ep. Hier.

Basilides.

cere etiam eum refert immolata absq; vllo respectu cõscientiæ degustãda,& sine scru pulo fidẽ negandã ꝑsecutionis tpe,sectatoresq; suos ad morẽ Pythagoricũ docuit qn quẽnio silere,& alia q̃q; venenata.sed & Irenæus scribit coæuũ illis fuisse Carpocratem superstitiõis alterius,q Gnostici vocant,vocabulo à sciẽtia cõficto.hic ꝓstigia Simonis magi non vt ille clam, sed palã tradebat,& magicas tenebras in lucẽ ꝑferebat, deq; his oẽm hoĩem doceri oportere decernebat,q ad ꝑfectionẽ sui mysterij cuperet ꝑuenire,asserẽs non aliter quenq̃*effingere posse mũdi huius principẽ.sed non in longum durauit hæc insania.etenĩ ipso confestim tpe q̃ cœperat, opprobrij huius flãma restincta est,ꝑmansit veritas.in tm̃ enĩ ad aures oĩm ac mẽtes felix Christianoꝝ fama ꝑuecta est,vt oĩe hoĩm genus legibus & superstitionibus patrijs derelictis, ad fidẽ se cõuerteret Christi.Extiterũt ꝑ diuinã gratiã viri ea tẽpestate eruditissimi, ꝙ sufficienter obscœna hæreticoꝝ cõmenta cõuincerẽt. Anno imperij Adriani 12. Telesphorus papa ordinat̃,natione Græcus.sedit annis x.secũdũ alios xi.hic cõstituit 7. hebdomadibus ante pascha ieiuniũ obseruari, in natali Iesu Christi tres Missas celebrari,& in Missa,Gloria in ecclesiis cãtari.Papa Telesphoro martyrio defuncto,successit Hyginus natione Græcus circiter annũ dñi 140.hic cleꝝ prudẽter in ordinẽ redegit,gradus distribuit,instituitq; ne tẽpla sine celebratiõe dedicarent̃.vetuit item ne tigna,reliquave materies tẽploꝝ in ꝓphanos vsus cõuerterent̃.statuit vt vnus patrimus vel sola matrima in baptismo & cõfirmatiõe haberet̃,vt scilicet leuẽt vel teneãt ad sacramẽtum.morit̃ martyr Hyginus dum sedisset annis 4.menses 3. dies 4.Per id ferme tempus perijsse dicit̃ Adrianus intercutaneo morbo,22.imperij sui anno, sepultus in villa Ciceroniana:moriẽs,hos versiculos fecisse fert̃: Animula vagula, blandula,hospes comesq; corporis,Quo nũc abibis in loca pallidula,rigida,nudula,nec vt soles dabis iocos? Quo anno Antoninus Fuluius Boionius,q ꝓpter clementiã postea appellatus est Pius,gñe claro,sortitus est imperiũ,regnauit annis 22.mensibus 3. Iste ab Adriano adoptatus est in filiũ,cuius & gener fuit,vir insignis,& q merito Numæ Põpilio cõferatur,sicut & Traianus Romulo.vixit ingẽti honestate priuatus,maiori in imꝑio, nulli acerbus,cũctis benignus,in re militari gloriæ moderator, defendere magis ꝓuincias q̃ ampliare studẽs.viros æq̃s administrandæ reip.q̃rebat.& cũ orbẽ terræ bello nullo ꝑ annos 22.autoritate sua regeret,adeo tremebãt eum & amabãt cũcti reges,populi & nationes,vt parentẽ siue patronũ magis,q̃ dñm vel imperatorẽ reputarẽt.tãtæ iustitiæ fuit,vt multi reges,multæq; nationes,positis armis,ad oẽs cõtrouersias suas iudicem eum poscerẽt.fertur q̃q; sæpe dixisse,malle se vnũ ciuẽ seruare,q̃ mille hostes occidere.Erat aũt tpe Hygini & Antonini Valẽtinus qdam Romæ,autor Valentinianæ hæresis. dicebat hic Christũ de corpore virginis nihil sumpsisse, sed ꝑ eam tanq̃ ꝑ fistulam transisse. Eodẽ tpe Cerdo e sectatoribus Simonis Magi, impietatis suæ occasionibus sumptis,Romã venit,ibiq; docuit,ꝙ is q à lege & ꝓphetis ꝑ̄dicatus est Deus, non esset ipse pater dñi nostri Iesu Christi, qa ille qdem notus esset, hic aũt ignotus: & ille iustus,hic aũt clemẽs. de his Irenæus in libro aduersus hæreses. His & Marcum quendã adiungit,quẽ dicit magicis imbutũ,cuius sectatores qbusdam secretis carminibus & verbis prolatis initiati sint,baptizãdo,in noĩe ignoti patris oĩm,& in veritate oĩm matre,& in eo qui descendit Iesu. alij vero Hebraica noĩa ad pauorem audientiũ sup initiandos exprimebant. Anno vero dñi 143. Iustinus fidelissimus nostræ philosophiæ sectator,in Platonicis disciplinis eruditissimus, scripsit ad Antoninum Pium apologeticum pro nostra religiõe,eumq; beneuolum erga Christianos fecit.scribit in suis libris etiam de conuersione sua à gentili philosophia ad veræ religionis fidem,ꝙ non absq; probabili ratione conuersus sit.Nam & ego ipse,inquit,sectis Platonicis institutus,audiens infamari Christianos,& videns eos impauidos ad suscipiendam mortem,considerabam ꝙ impossibile esset in malitia eos & in libidine cõuersari.quis enĩ aliqñ voluptuosus & luxurijs deditus,mortem libenter amplectitur,vt cõfestim careat,pro q̃ infamari maluit,voluptate? quin immo viuere ꝑpetuo,si liceret,iudico,in hoc magis operam daret, nec semetipsum statutæ ac professæ morti studeret offerre.His scriptis bonus princeps ad Christianoꝝ gratiam animũ adiecit.Iustinus ꝓ̄terea inuectus est cõtra Marcionẽ,q Cerdonis dogma secutus est, cuius iam fecim⁹ mentionem.Scribit aũt ille:Marcion qdam Ponticus docet hoĩes,alium credere esse Deum maiorem conditore Deo.hæc ille hoĩbus ingerens, & dæmonibus adiutoribus vtens,multis persuasit,vt negarent creatorem oĩm Deum esse patrem Christi,sed alium quendam,qui quasi maior hoc esset. Iustinus iste martyrum ante se scribens agones,& ego,inqt,spero me ab aliq̃ horum,qbus pro veritate obstiti,insidias esse passurum.q̃d postea veꝝ esse compertũ est,nam vt scribit Hieronymus de viris illustribus, cum

Carpocrates.
Gnostici.
Telesphorus papa.
Hyginus papa.
Antoninus Pius 16. IMP.
Iustinus philosophus & martyr.

cum in vrbe Roma diatribas haberet, Crescentem Cynicum philosophũ, qui aduersus Christianos blasphemabat, redarguit tanq̃ gulosum, mortis timidum, luxuriæ q̃q; & libidinis sectatorem. ad extremũ insidijs Cynici circũuentus, gloriose pro Christo sanguinem fudit. ita remunerationem linguæ fidelis & eruditæ, martyrij munus accepit. Moritur interea Hyginus papa anno dñi 144. & Pius natione Italus, patria Aquileiẽsis, sufficitur anno imperij Antonini Pij qnto. hoc tẽpore Hermes librum scripsit, in q̃ mandatum continetur, q̃d ei dedit angelus apparẽs in habitu pastoris, scilicet de celebrando paschate resurrectionis die semp dñico. hic liber pastoris, ponit̃ inter apocrypha, 15. di. sancta Romana. Ipse tñ põtifex Pius, ita seruari vt Hermeti reuelatũ, ꝑcepit, de q̃ de conse. di. 3. Nosse. Pius etiam illis, q̃rum negligentia de sanguine Christi aut corporis eius aliquid in terram ceciderit, statuit pœnitentiã pœnam 40. dierum, si sup linteum, q̃tuor dieꝝ: si sup altare, trium: si sup aliud linteum, nouem dieꝝ. Hoc tẽpore Apollinaris Hierapolitanus episcopus insigne volumen de fide Christi M. Antonino tradidit. scripsit etiam in Cataphrygas, qui tunc etiã cum Prisca & Maximilla insaniebant vaticinantes, incipiente tñ Montano. q̃rum oĩm hæc erat opinio, aduẽtum spũssancti non in apostolis, sed in se traditum fuisse. Illis q̃q; tẽporibus laudabat̃ & Tatianus vir doctissimus, q̃diu ab opinione Iustini martyris ꝑceptoris sui non discessit. nam postea inflatus opinione sua, nouam hæresim condidit, quam postea Seuerus auxit, vnde Seueriani appellati sunt. hi vinum non bibunt, carnes fastidiunt, & vetus testamentum ac resurrectionem non recipiunt. Scripsit & Musanus librum cõtra q̃sdam, q ad Eucratiataꝝ hæresim declinabant. hoꝝ opinio cum Seuerianis cõuenit, oẽm em̃ coitum spurcum putabant, cibośq; damnabant q̃s Deus gñi humano proposuisset, nuptias & fornicationem pari lege iudicãtes. Per idem tempus Papias scripsit volumina q̃dam explanationes sermonũ. de Hoc Hieronymus de viris illustribus: Papias, inquit, in ꝑfatione explanationum asserit, se non varias opiniones sequi, sed apostolos habere autores. considerabam, dicens, quid Andreas, quid Petrus dixisset, quid Philippus, quid Thomas, quid Iacobus, quid Iohannes, quid Matthæus, quid vel alius discipuloꝝ dñi, quid etiam Ariston & senior Iohannes discipulus dñi loquantur. Hic dicitur Iudaicã mille annoꝝ edidisse falsam opinionẽ, scilicet q̃ sancti regnaturi sunt cum Christo mille annis post vltimam resurrectionem in voluptatib⁹ corporis, propter id quod scribitur in Apocalypsi, Regnabunt cum illo mille annis. sed 24. q. 3. c. pe. dicitur, q̃ Cherinthus fuerit inuẽtor huius erroris, quam opinionem inter sacros doctores nonnulli sectati sunt velut ambiguã, q̃s pietas excusare iure debet. Fuere his tẽporibus viri & ingenio & artiũ multitudine celebres, inter primos Plutarchus Cheronæus Traiani ꝑceptor, à q̃ est in Illyricum missus cõsulari potestate, iussuḿq; oĩbus in*Illyria magistratibus, vt absq; eo nihil agerent. Scripsit ꝑter vitas paralellas philosophica plura, *q̃rum magna pars bñficio Erasmi Roterodami & Bilibaldi Pyrkaimer vtriusq; Germani, Latine legit̃. Fuere & sophistæ Lucianus Samosatensis, Fauorinus Eunuchus, ex Arelate vrbe Galloꝝ ortus, magna vi dicendi præditus, Herodi Attico in primis familiaris, quem hæredem librorum suorum reliquit. Fuit & Polemon Fauorini æmulus, Appianus Alexandrinus. Apud Latinos Apuleius Apher Platonicus philosophus, A. Gellius, Suetonius qui Cæsares scripsit. post hos Egesippus, qui historiam ab eo tempore quo passus est Christus, ad Eleutherium conscripsit.

Pius papa. Hermes. Apollinaris. Seueriani. Chiliastæ.

GENERATIO VI.

ANno dñi 150. q est annus imperij Antonini Pij xi. sub Pio papa sexta incepit generatio, q̃ in gñatione Polycarpus Iohannis apostoli discipulus, & ab eo Smyrnæ episcopus ordinatus, totius Asiæ princeps fuit, qppe nõnullos apostolos magistros habuit. hic Romã veniẽs, vbi plurimos Marcionis & Valentini suasione deceptos hæretica prauitate, reduxit. cũ aũt forte obuius ei Marcion diceret, me ne cognoscis? rñdit ille, cognosco primogenitũ diaboli. Hic Polycarp⁹ ante triduũ q̃ cõprehenderetur, vidit p visionẽ nocte ceruical capitis sui igne esse consumptũ, q̃d, euigilãs, interpretatus est igne se consumendũ. & cum cõprehensores sui venissent, mẽsam eis apposuit, postea mira pro Christo sustinuit. Is dum esset Iohãnis euangelistæ discipulus, & cum eo apud Ephesum balneas ingrederet̃, mox vt B. Iohãnes vidit Cherinthũ hæreticum, non lotus discessit, dicẽs: Fugiamus hinc, ne balneæ corruãt in qbus Cherinthus lauatur veritatis inimicus. Anno deinde 159. Anicetus natione Syrus, Pio in pace defuncto, succedit, qui sedit annis x. hic statuit vt clerus comã non nutriat, & q̃ corona clerici sit sphærica, capilli breuiores. Anno sequẽti Hierosolymis post Marcum ordinat̃ Cassianus 17. deinde Publius 18. Maximus 19. Iulianus 20. Gaianus 21. Symmachus 22. Caius 23. Iulianus 24. Capito 26. Anno 161. Antoninns Pius in suburbano suo

Polycarpus. Anicetus papa.

ad

ad duodecimũ ab vrbe lapidẽ morbo correptus,interijt apud Lorium vitæ anno 77. Anno sequẽti,qui est annus dñi 162. Marcus Aelius Aurelius Antoninus Verus cognomẽto Philosophus, Romæ educatus,sunt qui fuisse Gallũ dicãt,imperiũ adeptus est, Antonini Pij adoptiuus & gener. hic oẽs virtutes cœlesti simul habebat ingenio,in calamitatibus publicis factus est defensor,& si illis tẽporibus nõ fuisset,absq; dubio gloria Ro. perijsset. fratrẽ Luciũ Verũ simul & generũ suũ,noua bñuolentia cõsortẽ imperij fecit. tum primũ Romana respu. duobus æquo iure administrãtibus paruit,cum vsq; ad illos semp habuisset singulos Augustos. Per idẽ tẽpus ab armis nulla quies erat. nam primo anno rex Parthorũ rebellans,vicinas sibi prouincias Romanas depopulatus est,cõtra quem L. Verus Antoninus perrexit,multaq; ingẽtia aliorũ ductu peregit,rediens cũ victoria. Horũ Cæsarũ tẽpore quarta cõtra ecclesiã persecutio orta est,multiq; martyrio coronati sunt,Iustus Viennensis epũs,Photinus Lugduneñ. epũs,Felicitas illustris fœmina cũ septẽ filijs suis Christianissimis,S. Victor,S. Cõcordius,Nouatus & plures alij. Ipsam aũt persecutionem secuta est lues magna,q̃ multas prouincias deuastauit,maxime Italiã,quam adeo attriuit,vt passim villæ & agri sine cultore & habitatore remanerẽt. multi terræmotus & inundationes fluminũ secutæ sunt. Exortũ est his tẽporibus bellũ Marcomanicũ,q̃d quidẽ bellũ prouidẽtia Dei administratũ esse,cũ plurimis argumẽtis,tum p̃cipue epistola grauissimi ac modestissimi imperatoris apertissime declaratũ est. nã cũ insurrexissent gẽtes immanitate barbaræ,multitudine innumerabiles,hoc est,Marcomani,Quadi,Vandali, Sueui,Sarmatæ,atq; oĩs pene Germania,& in Quadorũ fines ingressus exercitus,circũuentusq; ab hostibus propter penuriam aquarũ esset,potius sitis q̃ hostis periculũ sustinens: tũ cessit res ad inuocationẽ noĩs Christi,quã subito magna fidei cõstantia quidã milites effusi in p̃ces palã fecerãt,tãta vis pluuiæ effusa est,vt Ro. largissime refecerit,barbaros aũt crebris fulminũ ictibus perterritos,p̃sertim cũ plurimi eorũ occiderent,in fugã coegerit,q̃rũ terga Ro. vsq; ad internecionẽ cædẽtes,gloriosissimã victoriam rudi paruoq; militũ numero reportarũt. Ita Orosius scribit: ob hoc Christianũ nomẽ celebre factũ fuit,& imperator sentẽtiã cõtra Christianos mitigauit. Iturus ad hoc bellũ Cæsar,cũ nõ haberet vnde stipendiũ militibus p̃beret,exhausto ærario,oẽm imperatoriã supellectilẽ,oẽmq; ornatũ vxoris in foro Traiani hastæ subiecit. Verũ cũ postea superato hoste in patriã redijsset,emptoribus p̃cia restituit. nemini tñ molestus fuit q reddere empta noluisset. parta victoria,in oẽs bñ meritos liberalis fuit,tributa quibusdã prouincijs remisit,leges seueriores nouis cõstitutionibus tẽperauit. His reb[9] gestis,M. Antoninus ab oĩbus ita diligebat̃,vt sacrilegi nomẽ incurreret,qui eius imaginẽ domi nõ habuisset. Anno deinde 169. Anicetus papa martyrio coronat̃,& Soter natione Cãpanus,papa ordinat̃. sedit annis ix. statuit ne monacha etiã vlla pallã attrectaret,neve thus in acerrã poneret dũ sacrificia fierẽt. Soteris tpe fuisse Dionysiũ Corinthiorũ epm Eusebi[9] scribit,q multos suis erudiuit epistolis. Multa & Theodotion gñe Asianus,Tatiani discipulus,ad laudẽ religionis nr̃æ tũ cõscripsit,maxime vero Apellẽ hereticũ scriptis suis cõmode irridet,cp Deũ quẽ coleret,ignorare se diceret. affirmabat eñ Christũ nõ Deũ in veritate,sed hoĩem in phãtasia apparuisse. Non desunt qui dicãt Cataphrygarũ hæresim hoc tpe ortã,autore Mõtano. Scripsit & Theophilus Antiocheñ. epũs librũ cõtra Hermogenis hæresim. Ad Cæsares redeo. M. Antoninus sapiẽtissim[9] fuit,celauit supportauitq; vitia L. Antonini cõsortis regni xi. annis. Accidit aũt cp dũ simul vno in vehiculo veherent̃,Lucius morbo hypoplexiæ suffocatus est anno imperij vtriusq; xi. & sic M. Antoninus regnũ solus obtinuit,quẽ certe ob p̃stantiã in omni gñe virtutis admirari facilius q̃ laudare licet. hic eñ à teneris eodẽ animi vultusq; tenore in quauis fortuna semp est habitus,& quia benignitas naturæ cũ doctrina à Frontone oratore habita,in eodẽ viro certabat,ab oĩbus Philosophus appellat[9] est. Platonis sentẽtiã in ore semp habebat, Tũ demũ florere ciuitates, si aut philosophi imperarẽt,aut imperãtes philosopharent̃. q vir tãtæ virtutis poterat dici felix,si vxorẽ Faustinã & filiũ Cõmodũ nõ habuisset,filiũ inquã vere incõmodũ,prout sub eo dicet̃. volebãt plures eũ de M. Antonino nõ esse natũ,sed de adulterio. Faustina eñ vxor M. Antonini,impudicã duxisse vitã criminabat̃. quare cũ diceret̃ sibi vt eã repudiaret,sed nõ occideret,dixisse fert̃: Si vxorẽ dimittimus,reddamus & dotẽ: dos aũt habebat̃ imperiũ,q̃d à socero Antonino Pio,volente Adriano,adoptatus acceperat. nã educatus fuerat ob virtutes suas ab Adriano,qui eũ successorẽ sibi delegisset,nisi ætas obfuisset. ideo Antoninũ Piũ Adrianus in adoptionẽ legit,vt & Pius M. Antoninũ adoptaret sibi. Anno aũt dñi 177. imperij M. Antonini xvi. Soter papa morit̃ & sepelit̃ in via Appia. Succedit Eleutherius natione Græcus,patria

M. Antoninus 17. Imp.

Quarta persecutio.

Marcomanicũ bellum

Soter papa.

Mors L. Veri.

Eleutherius papa.

Nicopolitanus. sedit annos circiter xv. hic inito pontificatu, mox epistolam accepit à Lucio rege Britanniæ, qua rogabat vt se ac suos in Christianorum numerũ reciperet, qua de re Eleutherius Fugatiũ & Damianũ viros optimos eo misit, qui regẽ ipsum ac populũ baptizarẽt. Erant tũ in Britãnia tres archiflamines, & 25. flamines, quorum in locũ archiepos & epos instituit. Eleutherius inter hæc ad rem diuinã intendit, statuitq; vt nullus vsualis repudiaret cibus. noluit quenq̃ à suo gradu deijci, nisi esset accusatus & cõuictus, exẽplo saluatoris, q errorẽ Iudæ, licet rei, nondũ tñ cõuicti, ita æquo aĩo tulit, vt quidqd interim egisset pro dignitate apostolatus, ratũ firmũq; manserit. Huius aũt tpe pax ecclesijs data est, nomẽ Christianũ per oẽm terrã auctũ, Romæ potissimũ multi ex nobilitate cũ cõiugibus in fidẽ recepti & baptizati sunt. Solus vero Apollonius orator insignis, martyriũ passus est, habita prius oratiõe de laudibus Christianæ fidei, qd illis tpibus capitale fuit. mortuo Apollonio, multæ hereses inualuere. Marcionis qppe secta varie diuisa est. Apelles eñ vnũ fatet eẽ initiũ, prophetas cõtrario spũ asserit inspiratos, profuturã cuiq; Christi crucẽ asserebat, dũmodo bene viueret, neglecta etiã fide. alij aũt autore Marcione duo esse principia introducũt, huic consentiũt Ponticus & reliqui Pontici Lupi sectatores. alij q̃q; ex eisdẽ rursus deterius inuoluti sunt, tria principia & tres naturas cõfirmãtes, quorum princeps & autor est *Sirenus. Florinus q̃q; & Blasco noua cõtra veritatẽ machinabant figmẽta, Deũ creasse mala, cõtra illud, Deus fecit oĩa bona. Ad M. Antoninũ redeo, quẽ & ætate & curis cõfectũ, dũ in Pannonijs ageret, grauissimus repẽte perculit morbus. quare cũ deploratã suã salutẽ sentiret, anxius reipu. & filij curas agitans, amicos aduocat, q postq̃ cõuenerũt, cõstitutũ in eorum cõspectu adolescentẽ filiũ, breui oratiõe patris cõmendatũ acceperũt, vnà cum belli reliquijs. Estq; ipse postero die functus fato, suis virtutis memoriam relinquens, tã vniuersis charus, vt ab alijs modo frater, modo pater, modo filius, vt cuiusq; ætas sinebat, & diceret & haberetur, xix. anno imperij sui, lxi. vitæ, diem vltimũ clausit. Quãtus illius amor, cũ nuncium esset Romã perlatum, regio funere claruit, vt certum omnibus esset, quod commodatus ad Deum redijsset, imo priusq̃ funus cõderetur, senatus populusq; Romanus vnà propicium deum dixit. Deniq; in multis domibus M. Antonini statuæ sunt locatæ, ad hoc templum ei cõstructum est, dati sacerdotes. quis tanti viri præconia fari poterit? in quo tantum philosophiæ studium valuit, vt adscitus iam in imperatoriã dignitatẽ, tamen ad domũ Apollonij Chalcedonij discẽdi causa venerit. grauis ac seriosus fuit, nõ tamen sine comitate, cum frugi esset sine contumacia, verecundus sine ignauia, sine tristitia grauis. Erat aũt in summis obsequijs patris Pij dũ viueret, cuius in domo per 23. annos versatus est, vt eius quotidie amor cresceret, nec præter duas noctes per tot annos ab eo mãsit diuersis vicibus. Ob hoc Antoninus Pius cũ sibi adesse finem vitæ videret, vocatis amicis, eum successorẽ imperij omnibus commendauit, statimq; fortunam auream, quæ in suo cubiculo solebat esse, ad Marci cubiculum transire iussit. Itaq; post excessum Pij senatus autoritate coactus est regimen publicũ capere. Deinde Armenia deuicta, Armeniacus dictus est, sicut à Parthis victis, Parthicus est appellatus. semper autem ciuiles ac bellicas res cum optimatibus priusq̃ faceret, cõtulit. eius sententia semper hæc fuit, æquius est vt ego tot & taliũ amicorũ consilium sequar, q̃ vt tot amici meam vnius voluntatem sequantur. Cassio qui ab eo defecerat, occiso, in conscios defectionis vetuit senatũ grauiter iudicare. Illius caput oblatum, nullo lætitiæ signo adspexit, humari iussit, dolens vnum illum e senatorum numero se principe perijsse, velut pollutum esset imperium, & *si antea Faustinæ & amicorum opera in coniuratos incitari potuit, nisi omnium optimus princeps plus saluti ciuium, q̃ suæ maiestati tribuisset. In hac generatione Britannia, nunc Anglia, ad fidem Christi cõuersa legitur, sub Eleutherio papa & Lucio rege Britonum, vt supra dictum est. inuenio tamen in Legenda S. Timothei apostoli, quod venerit in Britanniam, & Lucium eius gentis regem cũ tota insula ad fidem Christi cõuerterit. Et illud magis concordat Legẽdæ S. Lucij, quæ habetur in ecclesia Curiensi, vbi fuit episcopus & martyrio coronatus. vtcunq; sit, sub Lucio Britannia Christianismum suscepit. & quia de regibus Britanniæ in primo volumine generatione trigesima nõnulla scripsimus, operæpreciũ erit vt reliqua hic addamus.

Lucius Angliæ rex. Apollonius. Hæreticorũ turba. Interitus Antonini. De Britãnia

C. Iulius Cæsar Britannos, gentem ante ignotam, & solis fabulis esse creditã, bello bis vicit, vectigales Romano imperio fecit, Cassibelliano eorum duce & nonnullis alijs regulis subiugatis. In hac fide permãsere vsq; ad Ginderium Armingũ regẽ suũ, imperante Claudio, annum circiter xl. post natiuitatem domini. itaq; Ginderius cũ tributũ negasset, à Claudio bello interfectus est. Quare Aluiragus cũ Romanis congressus, eorum ducem Ammonẽ in portu, qui ab eo nomen habet, occidit. At cum is postea

Angli à Iulio debellati. Armingus à Claudio debellatus.

postea Romanis resistere nõ posset, Cæsari se dedit, cuius filiã vxorẽ accepit. Huic in regno successit Melrius filius, qui regem Pictorũ Albaniam, hoc est, Scotiam infestãtem occidit, & populo deuicto, qui cũ eo venerat, partem Albaniæ desertã, quæ Carthænesia nuncupatur, habitandã dedit. Inde Coilus, huic successit filius Lucius, qui primus Christi fidem accepit, petitis per literas à pontifice Eleutherio pietatis doctoribus, circiter annum domini 156. Impp. Rom. M. Antonino & L. Vero. Creuit interim in ea barbarie maximis incrementis Christiana pietas, quare fertur rex Lucius nõ tam regno q̃ omni mundi cultu relicto, Gallias veritatis prædicandæ causa petijsse, inde in Germaniam accessisse: hodieq́; Bauari se hoc doctore Christi fidẽ accepisse gloriantur. At cum Sueuiæ Vindelicam, quæ modo Augusta vrbe clara est, ingressus, Iesum prædicaret, populus quasi nouam religionem perosus, virum lapidibus obrutum, in puteum quendam demisit. Vnde à Christianis qui erant illic, est clam extractus, & ad Curiensem ciuitatem ductus, vbi martyr vita functus est. S. Lucius Anglus.
Interea in Britannia cũ interregnum esset, varie tumultuatum, donec Seuerus princeps eo cum exercitu profectus est, qui primo quidem vicit, aliqua insulæ parte subiugata, sed mox repulsus est ab his qui tenebant Albaniam: quapropter muro diuisit Albaniam & Deierã, qui insulæ cultores Ro. fideles tueretur. Cæterum Seuerus apud Eboracum interijt morbo, si Herodiano creditur, etsi sunt qui eum Albanorum perijsse scribunt insidijs. Britanniæ regnum Carausus occupauit, quem Alexius Romanus dux sustulit. successit statim Asclepiodotus, qui Alexium cũ legionibus tribus vicit. Hoc tẽpore missus in Britanniam à Diocletiano principe Maximianus, Christi sectatores innumeros occidit. Asclepiodoto interfecto, Coel succedit, qui Coelestriã cõdidit. Coel. Tum Cõstantius Cæsar in Britanniã missus, insulam Romanis pacauit, eãq́; post interitum Coelis, ducta illius filia Helena vxore, solus administrauit. Post hũc filius Constãtinus Magnus, cuius gratia reges Anglici imperiali diademate vsi sunt. Helena Cõstantini mr. Constãtino Romæ imperiũ ineunte, occupauit regnũ Octauius Suetiorũ dux, interfecto Trahero Helenæ auunculo rege Britanniæ. Is filiã dedit Maximo vxorẽ successori, qui cũ in Gallijs Romanũ imperiũ infestaret, fugato & occiso Gratiano, à militibus imperator est appellatus, demũ & ipse proditione à quibusdã Gratiani amicis interemptus. Post illũ Britannorum duces, cũ vastaret insula Pictis & Scotis, à Romanis frustra auxiliũ petiere. quare indignati, murũ, quem à Seuero principe factũ dixim⁹, deiecerũt, Romanosq́; finibus expulerũt. Sedauit hos tumultus Constãtius Britãnus, Aldonei regis frater: q. occisus fraude, reliquit filios tres, Cõstantem, Aureliũ & Ambrosiũ. Cõstans Deo cœnobioq́; se primũ dicãs, mox regnũ repetens, à Vortigerno Gerseorum duce qui arripuerat, circunuentus occiditur. Hoc tempore circiter annum domini 449. Saxones, siue à Vortigerno, siue totius insulæ consilio vocati aduersus Pictos & Scotos, vt Beda vult, duce Engisto, in Britanniam applicuere, suntq́; in regni partem à Vortigerno excepti, vt infra generatione xv. videbis. nam ibi per plures annos gesta hæc exequemur latius. Saxones Britanniam ingressi.

GENERATIO VII.

Mortuo itaq; M. Antonino, Lucius Aurelius Commodus filius imperium accepit, anno domini 180. quo anno septima incipit generatio. regnauit autẽ annis xij. mensibus octo, nihil paternũ habens. eius mater Faustina cũ esset prægnans, visa est in somnis serpentes parere, sed ex his vnũ ferociorem. Cum autem geminos peperisset, Commodum & Antoninũ, Antoninus quadrimus est elatus. mortuo itaq; fratre, Commodũ Marcus & suis præceptis & etiam optimorũ virorũ erudire conatus est. sed tot disciplinarum magistri nihil sibi profuerũt. nam à prima statim pueritia turpis, improbus, crudelis, libidinosus, ore quoq; pollutus fuit. Imperator factus, patris ministeria submouit, amicos senes abiecit, per tabernas & lupanaria volitauit, misit hoĩes ad prouincias regẽdas vel criminũ socios, vel à criminosis commendatos. In senatus odiũ ita venit, vt crudeliter in tanti ordinis perniciem sæuierit, innumeros occidi fecit. Interemit sororẽ Lucillã, cæteris sororibus improbe cõtaminatis. inde Perenniũ prætorianorum p̃fectũ, qui & vitæ & imperio illius insidiabat. quo interfecto, Felix est appellatus. reipub. causa in publicũ raro prodiebat. sæuiebat in primis p̃fectorum cædibus, aliũ pro alio occidẽs, varijs excogitatis supplicijs. Ea fuit p̃terea dementia, vt vrbẽ Romã post incendiũ restauratã, coloniã Commodianã, senatum Commodianũ vocari voluerit. mẽses mutauit. pro Augusto Commodũ, pro Septembri Herculẽ, pro Octobri inuictũ, pro Nouembri superatorũ, pro Decembri Amazonũ. *scilicet hæc inter alia vanissime sibi cognomina vsurpabat, dici voluit Iouis filius Hercules, repudiatoq́; Ro. principum habitu, leonis pelle instratus, clauãq́; Cõmodus xviij. Imp.

 gestans,

gestans,in mediũ prodibat,solitus cũ feris dimicare pertinacissime.adeo enĩ erat certa manu,vt nullã frustra sagitta peteret.Hoc viuẽs modo,cũ trecentis cõcubinis,totidẽq; exoletis puberibus,in palatio per cõuiuia debacchabat,idq; q̃diu tulerint sui imperiũ,mox scribet. Per idẽ tẽpus,hoc est,anno dñi 184.Hierosolymis ordinat Maximus epũs,post quẽ Antoninus,Valens,deinde Dulichianus,post hũc Narcissus, deinde Helius,Germanus,hũc sequit Cordius 35.epũs. Origenes nascit Alexandriæ anno dñi 188. Erat adhuc circa hæc tpa hæresis Cataphrygũ,de qua Apollinaris Hierapolites:Origo,inquit,huius hæresis inde descendit:vicus est qui appellat Ardaban apud Mysiã Phrygiæ ciuitatẽ,vbi aiunt Montanũ,qui nuper ad Christi fidem venerat,cupiditate primatus accẽsum, cõtrarijs spiritibus in semetipso locũ dedisse, ac repẽte q̃dã excessu mẽtis affectũ & velut actũ spiritu,proloqui cœpisse q̃dã noua & diuersa,velut prophetali specie. Videntes hæc alij,vt dæmone repletũ,& erratico spũ afflatũ,obiurgabãt.& loqui prohibebãt,memores dñici p̃cepti,q̃d iubet obseruari falsos prophetas:alij aũt vt spũ sancto repletũ,&,pphetica gratia donatũ putabãt: à q̃bus cũ Montanus in veneratiõe haberet,in tantã progressus est temeritatẽ,vt etiã duas quasdã mulieres insani spiritus,quo ipse replebat,participes sibi faceret,& ad insaniendũ secũ pariter edoceret.nã beatificari eos qui sibi familiarius adhærebant, promisit.dicebãt hi hæretici,se eos esse q̃s promiserat dñs ad populũ suũ se esse missurũ prophetas.Hic Montanus est,qui docuit nuptias solui,& qui ieiuniorũ leges primus imposuit,quædã Phrygiæ oppida Hierosolymorũ noĩe donauit,vbi sectatorũ fore ecclesiam decreuit.De mulieribus scribit Apollinaris,eas quas Montanus prophetissas nominat,viros suos reliquisse,multa falsa dicere.Et iterũ:Dicite mihi o prophetissæ,vultus ne prophetantis candoribus & ruboribus aliq̃n fucatur?prophetissa stibijs tingitur,ornamentis & ornatibus delectat?Deinde propheta ad tabulas & tesseras ludit,propheta pecunias & munera accipit,pecuniã suã ad vsurã dat.dicant,si licet hæc eis facere,& probabunt mihi reliqua.Nũc aũt ad martyres cõfugiũt,dicentes,multos se habere martyres:hoc est indiciũ.q̃ verus sit apud eos propheticus spiritus.quid ergo,quia multi hæretici plurimos martyres habẽt?Nam Marcionistæ habent plures martyres.sed q̃ esse poterit apud eos martyrij virtus,vbi Christi veritas nõ est?neq; credendũ est in excessu mentis,id est,per dementiã prophetari,q̃d est proprium pseudoprophetis.vbi enĩ quis amens efficitur,iusti rectiq; esse non potest tenax.qui sine dubio initiũ sumunt ex imperitia,ad finem deuoluunt amentiæ.Hoc aũt modo neq; inter veteres quempiã,neq; inter nouos per Dei spiritũ extitisse prophetam potuerũt demonstrare. Eleutherius papa cum sedisset annos xv.menses tres, moritur,& apud B.Petri corpus sepelitur.Deinde post quinq; dies Victor natione Apher,eligitur anno dñi 191.constituit hic,vt exigente necessitate,vbiq; & in omni aqua naturali possit baptisma cõferri. Anno Victoris in papatu septimo,celebratũ est conciliũ in Alexandria Palæstinæ sua autoritate,cui interfuit Narcissus, Theophilus & Irenæus:statutũq; est,q̃ semper die dominico pascha celebrari debeat à quartadecima luna primi mensis,hoc est,Aprilis,vsq; ad vigesimamprimã,ne Iudæos imitari videremur, vti multi tunc episcopi Asiæ & orientis cũ Iudæis pascha celebrabãt, qui tamen sequi se dicebãt Iohannẽ euangelistã,Polycarpũ,& plures alios.de his infra.Ad Commodũ redeo,cuius flagitiũ vrbis pœna prosecuta est.nam Capitoliũ fulmine ictum est,ex quo inflammatio facta,Romanã bibliothecã concremauit.Exortum est deinde aliud incendiũ,quo Pacis templũ,ædes Vestæ & palatiũ,bonaq; vrbis pars exusta est ac solo æquata.Postremo cũ flagitijs eo vsq; animus vesaniæ proueheretur,vt principalẽ aulam desereret,& in ludũ gladiatorium migraret,statuit in Saturnalibus nõ ex ædibus imperatorijs,vti mos erat,sed e ludo gladiatorio in publicũ prodire.Quod cum Martia,quam ex omni concubinarum numero præcipue adamauit,& pene iustæ vxoris loco habuit,præterea & Lætus prætorianorũ præfectus & Electus certatim dissuaderent,rogarentq; ne quid indignum principe conaretur: adeo percitus est ira,vt plurimos ea nocte interficiendos scriberet,ex quibus prima erat Martia,mox Lætus atq; Electus,post hos ingens eorũ numerus,qui plurimũ habebant in senatu autoritatis.Sed venit in Martiæ manũ libellus forte per puerũ Philocommodum,quæ vbi se morti destinatam cum alijs vidit,libellum Electo tradidit, qui rem cũ Læto cõmunicauit.Placuitq; nefarium hominẽ præuenire veneno,quod cum sibi frustra viderẽtur tentasse,Narcissum audacem iuuenem immiserũt,qui grauiter affectum strangulauit.Et is quidem est exitus Commodi,principis omnium nobilissimi,sed sceleratissimi,tredecim annos post patris obitum imperio administrato.corpus eius vt traheret vnco in Tiberim,populus acclamauit,sed iussu Pertinacis

Marginalia: Origenes nascitur. — Montana hæresis. — Victor pap. — Constitutio paschatis. — Commodi mors.

succes-

successoris,in Adriani sepulchrum translatum est,memoria eius,sicuti olim Domitiani,ex monumentis omnibus abrasa. Commodo interfecto,qui cædis erãt cõscij,tutore sibi opus esse videbant,itaq; suscepit imperium à Læto delatum P.Aelius Pertinax vrbis præfectus,inuitus,circiter annum dñi 194.imperauit menses sex,natu grandis,qui septuagesimum iam agebat ætatis annum,homo ignobilis,natus enim erat patre libertino apud Ligures,sed belli & pacis arte præstans,quare imperatorẽ senatus consensus confirmauit.Fuitq; interim ea modestia,vt nulla imperatorũ pompa vteretur,nec se Augustum,nec vxorem Augustam, filiumve Cæsarem appellari sineret.blandus fuit magis q̃ beneficus,vt appellarẽt eum plurimi χρηστόλογον,ꝙ bene loquẽdo haud bene faceret.faciebatq; ea principis parsimonia & vitæ integritas,vt militibus qui luxu & rapinis corrupti erãt,maxime odio esset.Quare breui Didij Iuliani opera à militibus est interfectus.mortem eius moleste ferebant vnà patres & plebs,ꝙ pacis & quietis nuper cõceptæ spes nulla videbatur. Iam vniuersa ciuitas nouarũ rerum molem tacita e militum luxu conijciebat.exposuerat eñ imperiũ maioribus gloria & virtute partũ,venale.Licitabant hæc vnà cũ Didio Iuliano Sulpitianus,sed maluit miles id Iuliano dari,siue ꝙ parum continẽte semper fuisset vita,siue ꝙ Sulpitianum necessitudine quadam Pertinaci coniunctũ,suspicaretur boni principis mortem vlturũ.itaq; Iulianus imperator appellatus à militibus,Commodi cognomento,etiam à senatu haberi cœptus est imperator.Erat populo Romano propter ingentem luxũ odiosus adeo,vt publicis lacesseretur conuicijs,tanq̃ imperatoris nomine indignus,erantq; omniũ pene animi Pescennio Nigro propensi.Præerat ille tum Syriacis legionibus.atq; q̃primũ quæ in vrbe Roma gererentur,accepit,ad spem imperij euectus est.siquidẽ probabant & eos conatus milites.sed fuit q̃ decuit,ad tantum honorem excipiendum,Antiochenis captus illecebris,tardior. Peruenit rerũ illarũ fama ad Illyricos exercitus,quibus Sept.Seuerus Apher p̃erat, callido vir ingenio,& bellis gerẽdis strenuus.is omne negociũ ad militẽ detulit,estq; statim imperator appellatus.quamobrem Italiam summa celeritate ingressus est,vbi patebant omnia victori,prodibant in occursum populi seu metu,seu pacis amore. Quæ cum Iulianus rescisceret,ad senatum confugit,actumq; est vti fœdere principes componerentur.Seuerus vt certam de imperio spem cõceperat,animo perstitit,donec in suã quoq; sententiam senatum traheret.Itaq; vt accessit vrbem,patrum legatos lætus audiuit,qui omnes in eum imperatorias laudes contulere.vbi postea de militibus,qui Pertinacem occiderãt,pœnã sumpsit.Didius Iulianus in palatio,posteaq̃ menses duos imperasset,occisus est. Seuerus vrbem ingressus,per faustas acclamationes imperator est habitus,ex Lepti vrbe Aphricæ ortus,literas Latinas non indoctus,dicendo vehemens,in primis siquando Punica vtebatur eloquentia.imperauit annos xviij.Compositis vrbis rebus,aduersus Nigrum imperij æmulum proficiscitur.Ille vt erat belli studijs admodum exercitus,quæ necessaria erãt comparat,orientis auxilia postulat,Byzantion occupat in Europa.Quod vt accepit Seuerus,ad Cyzicum contendit,vbi cũ Nigri ducibus feliciter pugnauit.defeceruntq; ad eum post eam pugnam Nicomedenses,& plurimæ aliæ ciuitates.quare fortunæ successu lætus, Taurum transgreditur,in Ciliciam irrumpit.occurrit Niger apud Issicum sinum cũ ingenti hominum multitudine.Qua victa,erat enim à studijs belli & disciplina militari aliena turba,Niger cum paucis Antiochiam fugit,cui paucos post dies in suburbano quodam caput est amputatum.Atq; is est Nigri exitus,boni imperatoris,si fides oraculo habetur,quo responsum fertur,Optimus est Fuscus, bonus Apher,pessimus Albus.Vrgebat à tergo Seuerum Clodius Albinus.hũc prius q̃ aduersus Nigrũ proficisceretur,plurima sibi gratia deuinxit,ne se quis hostis in occidẽte sequeretur: Britanniam magnis regebat viribus,eoq; venerat magnitudinis,partim Seueri gratia,partim nobilium fauore,vt libere Augustus diceretur.Seuerus Punicam fraudem molitus,rem agere maluit clandestinis insidijs,percussoribus ac venenis:sed patefacto dolo,in apertum bellum incidit,idq; periculosius,ꝙ Nigriani nondum erãt oẽs subacti.Paulo post Byzantium fame captum,pene dirutum est.exercitus q̃ celerrime in Galliam ductus,leuibus pugnis cum hoste sæpe congressus est.Tandem apud Lugdunum ambiguo certamine victus est Albinus.caput Romam missum ac patibulo affixum,reliquum cadauer equo refugienti conculcandum datum est. Seuerus pacato proninciarum statu,Romam triumphator redijt,vbi Nigri ac Albini amicos,etiam e senatu optimum quenq; crudelissimis cædibus mactauit.Romæ pauco tempore moratus,ad vlciscendos eos qui Nigro auxilium tulerant,exercitũ in orientem ducit,vbi feliciter pugnans,Parthos,Arabas,Adiabenos subegit,deq; his reuer

Aelius Pertinax 19.Imp.

Didius Iulianus Imp.

Pescennius Niger.

Seuerus XX. Imp.

Nigri cædes

Albinus vincitur.

sus cum triumpho, nomina sibi ab illorum titulis indidit. Fuit per idem tempus Artemonis hæresis, quam Paulus Samosatenus instaurare conatus est. hæc heresis purum hominem, id est, absq; Deo fuisse saluatorem effert, idq; antiquitus etiam ab apostolis traditum esse mentitur. Tacent hæc Irenæi & Melitonis volumina, quibus Deum & hominem simul prædicant Christum, faciuntq; Victori calumniam, qui sciunt Victorem papam Theodotum*Coriarum, principem impietatis ipsorum, de communione ecclesiæ repulisse, eo q primus Romæ ausus est dicere, purum hominem fuisse Christum. Sed & de Victore hæc commemorasse sufficiat, qui decem annos episcopatu functus est. Zephyrinus sacerdotij successor existit anno nono principatus Seueri, anno domini 203. sedit annis octo, menses septem. Interim Seuerus persecutionibus agitabat ecclesias, & quinto loco præclara à militibus Christi pro pietate certamina martyrij gerebantur, præcipue apud Alexandriam ex omni Aegypto & Thebaide. In his Leonides Origenis pater pro martyrio Christi capite plexus, teneræ adhuc ætatis puerum reliquit. Cumq; supra modum tunc accẽsa persecutio sæuiret, puerulus Origenes sponte se martyrio ingessit, & alijs in certamine positis, insectari mortem & rapere ipsam videbatur: & adeptus fuisset forte, nisi dispensatione diuina ad vtilitatem multorum pro ædificatione ecclesiæ fuisset seruatus. De hoc inferius latius dicetur. Zephyrinus itaq; pontifex, rei diuinæ magis q̃ humanæ intentus, constituit, vt adstantibus clericis & laicis, & Leuita & sacerdos ordinaretur. Statuitq; vt consecratio diuini sanguinis, in vitreo vase, non in ligneo vt antea, fieret. Hæc constitutio post mutata est, vt nec in ligneo vase, neq; in vitreo, neq; ex cupro ob tetrum saporẽ fieret, vt in *Tiburiensi & Remensi concilijs statutum est. Idem papa instituit, vt omnes Christianos qui annos pubertatis attingerent, singulis annis in solenni die paschæ publice cõmunicarent, quod institutũ Innocentius tertius etiam ad confessionẽ delictorũ traduxit. Eo tempore Symmachus Samarites, Iudæorũ factus est proselytus, diuinas scripturas ex Hebræo in Græcũ transfudit, suãq; editionẽ cõdidit. sed hic Ebionæus fuit, quæ hæresis asserit Christũ de Ioseph & Maria natũ, purũ hominẽ fuisse, & legẽ ritu Iudæorũ seruandã esse. Cõmẽtarios scripsit, in quibus conat̃ de euangelio Matthæi autoritatẽ suæ hæreseos cõfirmare. Post hunc anno tertio Theodotion suã in eodẽ opere editionẽ fecit, sub Seuero. His tẽporibus fuit Tertullianus Apher, quẽ Hieronymus inter doctos Latinos numerat. Is vero cũ vsq; ad mediã ætatẽ presbyter mansisset, inuidia deinceps & contumelijs clericorũ vrbis Romæ, ad Montani doctrinã lapsus est. volumina cõposuit de pudicitia, de monogamia, de ieiunijs. Cõponebat vrbis statũ ædificijs pluribus, cæterisq; ornamentis ciuilibus Sep. Seuerus, atq; cũ q̃dã tẽpore in somnijs vidisset Antoninũ sibi successurũ, statim ad milites processit, & Bassianũ filiũ natu maiorẽ, M. Aureliũ Antoninũ nuncupauit. Quod cũ fecisset, à Iulia vxore somnij cõscia cõmonitus, q minori filio hoc facto aditũ interclusisset imperãdi, etiã Getã minorẽ filiũ, Antoninũ vocari iussit. Itaq; semper ab eo in epistolis familiaribus dictus est Antoninus, cũ si forte abesset, scripsit: Salutate Antoninos filios & successores meos. sed nihil valuit cautio. Nã ei solus ille successit in imperio, q primus Antonini nomen accepit. Eos aũt hoc cognomẽto Seuerus eo libẽtius appellauit, q in aĩo habuit, oẽs principes deinceps, quẽadmodũ Augustos, ita & Antoninos appellãdos, amore M. Antonini Veri & Antonini Pij. Fertur q̃q; Seuerus immoderatissime lætatus, q duos Antoninos pari imperio, necnon reipub. relinqueret, exemplo Pij, qui Verum & Marcum per adoptionẽ reipub. reliquit. Hoc melius, q ille filios per adoptionem, hic per se genitos, rectores daret, Bassianum ex priori matrimonio, & Getam de Iulia vxore secunda. Sed illum multum spes fefellit. nam vnũ parricidiũ, alterũ sui mores reipub. fecerunt inuisum. sanctumq; id nomen in nullo diu bene mansit, putatq; Spartianus neminem prope magnorũ virorũ, vtilẽ filiũ ac frugis bonæ reliquisse. Deniq; aut sine liberis viri interierunt, aut tales habuerũt pleriq;, vt melius fuerit de rebus humanis sine posteritate decedere. Et vt ordiamur à Romulo, hic nihil liberorum reliquit, nihil Numa Pompilius q̃d vtile posset reipu. esse. Quid Camillus? num sui similes liberos habuit? quid Scipio? quid Catones? quid de Homero, Demosthene, Virgilio, Terentio, Plauto, cæterisq; alijs loquar? Quid de Cæsare? quid de Tullio, cui soli melius fuit liberos nõ habere? quid de Augusto, qui nec adoptiuũ bonũ filium habuit, cũ illi eligendi potestas fuisset ex oĩbus? falsus est etiam ipse Traianus in suo municipe ac nepote deligendo. Sed vt obmittamus adoptiuos, ne nobis Antonini numina reip. occurrãt, veniamus ad genitos. Quid Marco felicius, si Cõmodũ nõ reliquisset hæredẽ? quid Seuero hoc, si Bassianũ non genuisset? qui statim insimulatũ fratrẽ insidiarũ, parricidiali figmen-

Artemonis hæresis.

Zephyrin⁹ papa.

Quinta christianorum persecutio.

Symmach⁹

Tertullian⁹.

Bassianus. Geta.

Heroum filij noxæ.

ro interemit, qui nouercã matrem, in cuius sinu Getam occiderat, vxorẽ duxit, qui Papinianum iurisconsultum, ꝙ parricidiũ excusare noluisset, occidit. Deniq; vt alia omittam, ex huius moribus factum puto, vt Seuerus, tristior vir ad omnia, immo etiam crudelior obiret. Sub Victore papa Iudas vir doctus, Christoriographiã superiorũ temporum vsq; ad decimum Seueri annum conscripsit, in qua tamen erroris arguitur, ꝙ aduentum Antichristi suis temporibus futurum dixerit: in quem errorem ideo incurrisse putatur, ꝙ & vitia hominum & crudelitatem eo peruenisse cernebat, vt diutius tolerari humanum genus à Deo non posse existimaret. Iudas historicus.

GENERATIO VIII.

ANno dñi 210. Sub Zephyrino papa & Seuero octaua incepit gñatio, Imp. Seueri 17. q sequenti anno in Britannia apud Eboracum oppidum morbo grauissimo extinctus est. Petierat eñ Britannias propter intestinas q̃sdam seditiones componendas, vbi nõnullis p̃liis feliciter factis, vallum q̊ddam seu murũ à mari ad mare deduxit, ad tuendos Romanos q in ea insulæ parte erant. Moriens dixisse fertur, turbatam remp. accepi, firmũ imperium Antoninis meis relinq̊, si boni erũt: imbecillum, si mali. Fortunam regiam, quæ comitari principes & in cubiculo poni solebat, geminari primus statuerat: sed cum videret se morbo purgeri, sub hora mortis iussisse fertur, vt alternis diebus apud filios imperatores in cubiculis fortuna poneret. corpus à Britannia Romam cum magna prouincialium reuerẽtia delatũ est. Moriẽs tñ reliqt annonæ, vt 7. annis q̊tidie septuagintaquinq; millia modium expendi possent: olei vero tñ, vt p qnquenniũ totius Italiæ, q̃ oleo egeret, vsibus sufficeret. De illo senatus dixit, ꝙ aut nasci non debuisset, aut non mori. Reliquit imperium Seuerus filiis 2. Bassiano & Getæ, q vt erãt moribus maxime dissimiles, vix vnà pauco tẽpore regnarunt. fuit Bassianus ingenio ferox, belli magis q̃ pacis studiosus. Contra Geta moderatione & humanitate populum pelliciebat, bonis disciplinis ac pacis studio ciuilẽ animum ostẽtabat. Inde apertis vtriusq; odiis, imperium inter se diuisissent, nisi Iulia Getæ mater interuenisset, infeliciter qdem. quem eñ Bassianus imperii parte priuare voluit, vita spoliauit. Geta hostis declaratus, interfectus est in palatio. Bassianus ad milites confugiens, ingenti promissa pecunia, imperator est habitus. Qua turba stipatus, postera die senatum adit, fratris cædem leuibus qbusdam argumentis excusat, postulatis his qui cum Geta coniurasse ferebãtur, cum qbus plurimos fratris amicos occidit: inter primos Papinianum iureconsultum, ꝙ scelus apud senatum & milites excusare noluerat, q̃si homicidium fieri, q̃ excusari, esset facilius. Pertulere hanc sæuitiam non Romani solum, sed exteræ q̊q; nationes. nam cum inuisum se vrbi videret, gentes q̃sdam bello adiit. Primũ Germanos, q̊s sibi magno studio conciliauit, sic vt ex his socios bellorũ & custodes corporis validissimũ quenq; & pulcherrimũ sibi adsciuerit. sæpe Romano cultu deposito, Germanica veste & cæsarie flaua ornatus conspiciebatur, q̃re plurimũ & Germani & Romani milites gaudebant, cum qbus scilicet oĩa militiæ munera ipse subire prompte solebat. Pacatis Istri rebus, Thraciam petiit. dehinc Asia pagrata, Alexandriam venit, vbi maximũ tyrannidis argumẽtum ciuibus dedit: oẽm Alexandrinorũ iuuentutem fraude pemit, ꝙ in patrẽ seq; nõnulla iocati fuissent. Profectus in Parthicam expeditionem, postq̃ multum hostium cecidisset, inter Carras & Edessam dum ex eq̃ mingẽdi causa descẽdisset, in secessu Macrini insidiis periit, postq̃ solus annos sex imperasset. Reliquiæ corpusculi ad Iuliam nouercam, quam incestis sibi nuptiis iunxerat, in Antiochiam missæ sunt. Hæc, incertum sponte, an alicuius imperio, mortem sibi ipsa consciuit. Hunc Bassianus siue Antoninus sæuissimus imperator exitum est sortitus, Caracalla cognominatus ex genere vestis ad pedes demissæ, quam populo dedit. publica opera reliquit non ignobilia, thermas & porticum Seuerianam. Anno dñi 220. Opilius Macrinus p̃torii p̃fectus, cuius opera Caracalla interfectus est, imperium arripuit, homo libertini gñis & venali fide, consortem sibi adsciuit filium Diadumenum adolescentem formosissimũ. Parthicum bellum instaurato cum barbaris fœdere cõfecit, cuius beneficii gratia à senatu imperium sibi stabiliri petiuit, q̊d Caracallæ cæsi odio cõsecutus est. mãsissetq; firmũ sibi imperium, si nõ Antiochenis illecebris elanguisset. nam inuisus ob luxum Romano militi, statim cum imperio vitam amisit. Erat Antiochiæ Mæsa mulier ex Emisa vrbe Phœnicum, Iuliæ Seueri cõiugis soror. hæc in imperatoria aula diu versata, filias habuit duas, q̃rum natu maior *Soænis, minor Mãmæa vocabatur: illi filius Bassianus, huic *Alexianus, sacerdotes ambo solis, quẽ *Heliogabalũ Phœnicũ lingua vocant. Bassianus natu maior, cũ sacerdotio plerũq; fungeret, Romanorũ in se oculos atq; aĩos miro ardore cõuertit: erat eñ & formę viribus & gñe impatorio p̃stãs. Anus vt militũ studiũ intellexit, pollicẽdo

Seueri mors.

Geta cæsus.

Papinianus iuriscõsult⁹.

Iulia.

Macrinus 22. Imp.

Bassianus.

imperium inuasit, ita adolescens cum muliere in castra pductus, contra Macrinũ oĩm animos auri cupidine, & Caracallæ q̃si commilitonis memoria, accendit. Hũc rerum nouarum motum Macrinus negligẽtior repressurus, Iuliano cũ parte exercitus rem demandat, quem milites statim, viso puero, propositaq́ȝ mercede, interficiunt, Bassianis se adiungunt, interfecti caput ad Macrinum mittunt, q̃bus ille cum toto exercitu occurrens, acri commisso p̃lio, fortuna destitutus, fugit. qui eum psequebantur, circa Chalcedonem in Bithynia compræhensum cum Diadumeno filio obtruncant, postq̃ duos mẽses supra annum imperasset. Anno igitur 221. M. Aurelius Antoninus Varius Heliogabalus dictus, q̃ putabatur filius Antonini Caracallæ ex consobrina sua occulte stuprata, imperator factus est, regnauit annis 4. Fuit aũt Heliogabalus, id est, solis vel Iouis sacerdos, atq; Antonini sibi nomen adsciuerat, vel in argumentum gñis, vel q̄ id nomen vsq; adeo charum esse cognouerat, vt etiam parricida Bassianus, causa noĩs amaretur. & prius dictus est Varius, q̄ vario semine de meretrice Soænis noĩe, conceptus videretur, Antonino Caracalla stupro cognita, q̃ meretricio more vixit, in aulaq́ȝ oĩa turpia exercebat. Nactus imperium, Romam nuncios misit, excitantes oẽs Ro. ad nomen Antoninum. filium Bassiani nãq; se scripsit. q̃re ingens eius desiderium factum, itaq; à cũctis imperator appellatus est, licet Macrino interempto, senatus Alexandrum Cæsarem ante dixisset. Sed Heliogabalus primum ingressus vrbem, in palatino monte iuxta ædes imperatorias, templum Heliogabalo, id est, Ioui seu soli consecrauit. Iussitq́ȝ Vestæ ignem, palladium, ancylia, ac oĩa Ro. veneranda, p̃terea Iudæoꝝ & Samaritanoꝝ religiones & Christianam deuotionem, in illud trãsferri templum. edixit item, vt oẽs Ro. magistratus q̃ publice sacra facerent, ante alios deos, q̃rum meminisse inter sacrificandum solent, deum Heliogabalum nuncuparent. Sequenti vero die senatum ingressus, matrem suam acciri iussit. q̃ cum venisset, vocata ad consulum subsellia, sedẽdo affuit. Idem senatusconsulti cõficiendi testis, solusq́ȝ oĩm imperatoꝝ fuit, sub q̃ mulier q̃si clarissima, loco viri senatum ingressa. Fecit & in colle q̃rinali palatium, q̃d senatulum appellauit, vbi mulieres congregatæ, leges matronales de moribus tulerũt, q̃rum princeps, Symiamira mater Heliogabali, Lampridio teste, fuit. Oẽs deos sui ministros esse aiebat, cum alios eius cubicularios appellaret, alios seruos, alios diuersaꝝ rerum ministros. Om̃e deniq; magoꝝ genus aderat. cædit & humanas hostias, lectis ad hoc pueris nobilibus p oẽm Italiam patrimis & matrimis, vt maior esset vtriq; parenti dolor. Et vt ad pauca veniamus, inter cætera notatę lasciuiæ flagitia, oẽs vrbis meretrices & lenones pro concione affatus est, deq́ȝ oĩbus libidinum & voluptatum generibus longum habuit sermonem. eas commilitones appellans, singulis donatiui noĩe ternos *munerauit aureos. p̃cipueq́ȝ psuasit Romanis matronis, & maxime forma insignibus, vt meretriciæ arti (quam egregiam, p̃claram & multum liberis hominibus dignam affirmabat) se traderent, & in matriculam conscriberentur. Mirari q̃q; se dixit, cur tardarent profiteri publice & noĩa dare, cum clam oẽs meretrices essent, an fortasse meretricis nomen abhorreant? tñ hoc nil sordis habet, cum & milites mereri, & emerita stipendia accipere dicãtur. deinde proclamauit longe tolerabilius, si palam & publice se prostituerent, q̃ clam. In animo q̃q; sibi esse legem ferre, p quam mulieres oẽs efficerentur cõmunes. id erit, inquit, dijs adiuuãtibus gloriosum, vtile & fructuosum, ad lucrum & iucunditatem. at q̃d maius lucrum esse potest, q̃ pro vno dimisso centum millia accipere? At q̃ voluptas maior, q̃ nullis legibus adstringi, sed vagari latissime, & similem suis moribus reperire? tunc enim iurgia, discordiæ, q̃ crebro inter coniuges & acerba ex diuersitate moꝝ voluptatumq́ȝ oriri solent, oĩno cessabũt. pares em̃ & similes se vltro coniungunt, disiunguntq́ȝ. O felix, exclamat, ciuitas, o beata resp. o fortunati iuuenes atq; puellæ, quanto p̃clarius vobiscum agitur, q̃ cum illis actum fuit, qui sub regum consulumq́ȝ seueritate vixerunt? Illis durissimis legibus, & oĩa q̃ cupiebant prohibentibus, vos q̃cquid placitum fuerit oculis, aut cõcupierit animus, continuo eius compotes fietis: multaq́ȝ his similia, atq; inuerecũdiora nihil omittetis, & hæc q̃dem domi. Milites aũt pestem illam pati nequerunt, ac primum inter se, deinde p coronas contulere sermones, in Alexandrum oẽs inclinantes, qui iam Cæsar erat à senatu dictus. hoc ipse intelligens, Alexandrum quem adoptauerat, à se amoueri iussit, dicens se pœnitere adoptionis, mandauitq́ȝ senatui, vt Cæsaris ei nomen abrogaretur. Sed senatus silentio transiuit, sciens Alexandrum ideo non placere Vario, q̄ impudicus non esset, sed contra eum milites oẽs exarserunt, vindicandiq́ȝ causa accedunt, q̃ subito strepitu militum exterritus, in angulum se condit. Interueniens Antiochianus p̃fectus ne eum occiderẽt, exorauit hoc pacto Heliogabalum, vt impuros hoĩes & aurigas histrionesq́ȝ à se dimoueat, atq; ad bonam frugem rediret. Remoti sunt

Macrini cædes.

Heliogabalus 23. Imp.

Senatus mulierum.

Portentosa Heliogabali luxuria.

Alexander.

sunt itaque ab eo Herodes, Codrus, & alij familiares, qui eum ex stulto stultiorem faciebant, mandatumque est Alexandrum custodiri, ne illi vis inferretur, nec videret Varium vitandæ imitationis causa. Postea Sabinum cõsularem iussit occidi, ad quem Vlpianus libros scripsit. Remouit & Vlpianum iurisconsultum, voluit & p singulas vrbes lenones pfectos facere. hic solido argento factos habebat lectos, dapes peregrinas & preciosissimas, ludos cruentos periculososque, & qcquid excogitari potest fœdum, tetrum, obscœnum, luxuriosum. habuit gẽmata vehicula & deaurata. iunxit & q̃ternas mulieres pulcherrimas, & binas ad papillam vel ternas, & sic vectatus est plerunque nudus, cum illũ nudæ traherent. Traiecit & dierum actus noctibus, & nocturnos diebus, æstimans hoc inter instrumenta luxuriæ, ita vt sero, de somno surgeret & saltare inciperet: oriẽte sole, dormiret. & vt breuiter dicamus, probris oĩbus se cõtaminauit, oẽm honestatem psequens, nullum obscœnitatis genus omisit, & q̃d naturæ defectu assequi non poterat, in se transferens, muliebri noĩe Bassianam se pro Bassiano iussit appellari. Vestalem virginẽ q̃ndam q̃si in matrimonio iungẽs sibi, abscissisque genitalibus, matri magnæ se cõsecrauit. Postremo impetus in eum factus est, atque in latrina ad quam confugerat, occisus. tractus deinde per publicum ac per cloacas, annexo pondere in Tiberim abiectus est, ne vnq̃ sepeliri posset. nomen eius Antonini, abrasum est, senatu iubente, remansitque Varij Heliogabali. hic finis Antoninorum. Extant & versus, quibus oñditur Antonini nomẽ cœpisse à Pio, & paulatim p Antoninos vsque ad sordes vltimas peruenisse, & expirasse. nec obstat quod Gordiani duo dici volebant Antonini, secundum aliq̃s, qa magis inueniuntur dicti Antonij. Anno dñi 221. q fuit primus imperij Heliogabali, Zephyrinus episcopus vrbis obijt. post hunc Callistus natione Romanus, sacerdotium suscepit, sedit annis 5. Hic ieiunia quatuor temporum instituit, & ne quis contraheret cum consanguinea vxoris suæ. cœmiterium primus q̃d dicitur Callisti, instituit. Item cœlibatum vniuersis sacerdotibus indixit, tandem martyrio coronatur sub Alexandro. Interfecto Vario Heliogabalo, Aurelius Seuerus Alexander ante dictus Marcellus, Varij consobrinus, accepit imperium anno domini 225. cum ante Cæsar à senatu esset appellatus, Augustique nomen idem accepit, addito eo, vt patris patriæ nomen, & ius proconsulare, & tribunitiam potestatem, & ius V. relationis deferente senatu, vno die assumeret. primus itaque omnium cuncta insignia & honorificentiæ genera simul recepit, suffragante sibi Cæsaris nomine, dominumque se appellari vetuit, gemmas de calceamentis ac vestibus tulit, quibus vsus fuit Heliogabalus. Erat præterea cunctis amabilis, & ab alijs Pius appellabatur, ab omnibus certe sanctus & vtilis reipub. recusauit & Magni nomen, quod ei senatus iudicio, quasi Alexandro, est oblatum. Retulit item gratias senatui de Cæsareo nomine, de vita seruata, & Augusti nomine addito, & de pontificatu maximo, de tribunatia potestate, & proconsulari imperio. similiter nomen Antonini optima ratione recusauit, sed q̃uis senatu rogante non potuerit psuaderi, vt vel Antonini vel Magni nomen susciperet, tñ ob ingentem vigorem animi & mirandam constantiam contra militum insolẽtiam, Seueri nomen à militibus eidem inditum est. in milites eñi grauissime animaduertit, si quid admisissent iniustum. Hic Mammæam matrẽ suam pie ac vnice dilexit. illa vero ei multum dominata est, ac à puero eum artibus bonis instituit, nec vnum diem transire passa est, quin eum ad literas & militiam hortaretur. Mammæa hęc excellentis ingenij fœmina adeo religionem coluit, vt doctrinæ & fidei Christianæ assumendæ causa, Origenem presbyterum Antiochiam accersiret. Vnde Alexander quoque Christianis non admodũ infestus, religionem ipsis pmisit. nam cum Capitolium septimo die conscendisset templa frequentãs, Christo ædem sacrã dicare statuit. Petẽtibusque Christianis publicum quendã locũ sibi ad pium vsum dari, de q̃ cum popinarij illis litem intenderẽt, cõsultus Alexander rñdit: Satius sibi videri, vt Deus eo loco coleretur, q̃ vt popinarij contaminarent. Alexander mox vt imperium agere cœpisset, remouit iudices oẽs à repu. atque à muneribus, q̃s Heliogabalus ex gñe oĩm turpissimo, puexerat. deinde senatum & equestrem ordinem lustrauit. ad aurum erat intentus, ad seruandum cautus, ad inueniẽdum solicitus, sine tñ cuiusq̃ excidio. Syrum se dici nolebat, sed à maioribus Romanum. Doctoribus q̃rumcũque artium atque opificibus salaria instituit, & erectis ab eo publicis scholis, rectores ac pceptores decreuit, noĩa eorum proponens ac hortãs populum, vt si quid quis haberet criminis, probaret, æquanimiter se laturum: verum, vt calumnias euitaret, si minus probasset, pœnam calumniãtibus adiecit capitis. Dicebat eñi graue esse, cum id Christiani & Iudæi facerent in ordinãdis sacerdotibus, non fieri in prouinciarum rectoribus, quibus & fortunæ hoĩm committẽtur, & capita. Vlpianum pro tutore habuit, primum repugnante matre, deinde gratias agente: quem sæpe à militum

Vlpianus iurisconsul.

Mores Heliogabali.

Heliogabali mors.

Callistus papa.

Alexander 24. Imp.

Mammæa Alexandri mater.

Pulchra administrationis forma.

Vlpianus consul Alexandri.

militum ira, purpurã obijciendo, summopere defendit. atq; ideo summus imperator fuit, ꝙ eius consilio ꝓcipue remp. administrauit. In ꝓcinctu atq; in expeditionibus apertis papilionibus prãsit atq; cœnauit, cum militarẽ cibũ cũctis vidẽtibus sumeret. Quacunq; iter legiones faciebãt, tribuni attẽti, cẽturiones verecũdi, milites amabiles erãt. ipsum vero ob virtutes suas sic amabãt vt fratrẽ, vt filiũ, vt parentẽ, vestiti honeste, armati nobiliter, eqs etiã instructi, ephippijs ac frenis decẽtibus, ꝓrsus vt Romanã rẽp. cognosceret instructissimã, qcunq; Alexandri vidisset exercitũ. Seueritatis aũt tãtæ fuit in milites, vt sæpe legiones integras exautorauerit, nec exercitum vnq̃ timuit, ꝓpter vitæ suæ integritatẽ, q̃ nequaq̃ reprobari poterat. nam si qs miles in expeditiõibus de via in possessionẽ deflexisset grassabundus: aut fustibus, aut virgis in cõspectu eius cędebat, inqentis, ac ꝓcones inclamare iubẽtis: Quod tibi fieri vis, & alteri facias. Quam sententiã vsq; adeo dilexit, vt in palatio & publicis operibus ꝓscribi iuberet, de q̃ Flauius Vopiscus in epist. Si vis tribunus esse, immo si vis viuere, manus militũ cõtine. nemo pullũ alienũ rapiat, ouẽ nemo cõtingat, vuam nullus auferat, segetẽ nemo atterat, oleũ, salẽ, lignũ nemo exigat: annona sua cõtẽtus sit: de ꝓda hostis, nõ de lachrymis ꝓuincialiũ habeat. Fuit ꝑterea illi cõsuetudo, vt si de iure aut negocijs decerneret, solos doctos ac disertos adhiberet. Si vero de re militari, emeritos milites & senes, oẽsq; literatos, & maxime eos q historias norũt, reqrens qd in tali re veteres imperatores fecissent. deniq; dies nunq̃ trãsiit, quin opus aliqd mansuetũ, ciuile, pium fecerit. sed ita vt ærarium non euerteret, pœnas pecuniarias tenues imponere iussit, vectigalia ciuitatibus ad proprias fabricas deputauit. Quumq; Mammæa mater, cuius consilijs vtebat, ac vxor reprænhendissent nimiam eius ciuilitatem, dicentes: Viliorem necnon cõtemptibiliorem imperij reddidisti potestatem: humaniter ille respondit: Attamen securior diuturniorq; facta est. Negociatoribus, vt Romam liberi concurrerent, maximam immunitatem dedit. pontificibus tñ detulit & quindecimviris atq; auguribus, vt q̃sdam causas sacrorꝝ à se finitas, iterari & aliter distingui pateretur. Balnea mixta Romæ exhiberi prohibuit, vestes sericas ipse paucas habuit, holosericas nũq̃ induit, subsericam nunq̃ donauit. diuitias nullis inuidit, pauperes iuuit. Quidam Ouinius Camillus senator antiquæ familiæ, cum rebellare vellet tyrannidem affectãs, Alexander hoc sciẽs, ad palatium eum vocauit, gratiasq; egit, ꝙ curam reip. q̃ recusantibus bonis imponeretur, sponte reciperet. deinde ad senatum processit, & timentẽ male conscium, participem imperij appellauit, in palatium recepit. conuiuio adhibuit, ornamẽtis imperialibus & melioribus q̃ ipse vtebatur, ornauit. Inde cum expeditio barbarica esset nunciata, vt secum iret, hortatus est. Cumq; ipse Alexander pedibus iter faceret, illum inuitauit ad laborem: quem post quinq; millia cunctantem, equo sedere iussit. cumq; post duas mansiones equo etiam fatigatus esset, carpento imposuit. Hoc aũt vel timore, vel aliàs respuentem & imperium abdicantem, q̃si mori paratum, Alexander commendatum militibus, tutum ad villas suas ire ꝓcepit. postea tñ à militibus occisus est. Hinc ꝓlio Alexander Artaxerxem regem Persarꝝ potentissimũ vicit, elephanti septingenti victi, falcati currus mille, centum & viginti mille equitum fusi, cataphrattorum decem millia cæsa, vt Lampridius affirmat, q̃uis Herodianus contrarium attestatur, vnde Parthicum Persicumq; agnomen meruit. Thrasybulus mathematicus illi amicissimus fuit, qui cum ei dixisset, oportere eum gladio barbarico interire, primo lætatus est, ꝙ mortem bellicam sibi crederet imminere: deinde disputauit, ostenditq; optimos quosq; violento morte consumptos, cum diceret Alexandrum Magnum, Pompeium, Cæsarem, Demosthenem, Tullium, & cæteros insignes viros, non quieta morte oppetijsse. tantumq; animi habuit, vt putaret se dijs æquãdum, si in bello periret. sed res eum fefellit. Nam in Gallia apud Moguntiam latrocinantum qdam milites sui, & hi præcipue, q Heliogabali præmijs effloruerant, eum, cum seuerum principem pati non possent, conscio (vt multi volunt) Maximino, vnà cum matre Mammæa occiderunt. Verum mortem eius milites, etiam q exautorati ab eo quondam fuerant, grauissime tulerunt, atq; autores cædis trucidarunt. populus vero Romanus senatusq; oĩs, cum prouincialibus cunctis, neq; tristius vnq̃, neq; asperius acceperũt, eumq; magnis optatibus in deos retulerũt. Hic Alexander optimus fuit, optimæ matris cõsilijs vsus, amicos sanctos & venerabiles habuit, impauit annis 13. vixit aũt annis 29. Anno imperij Alexãdri 2. martyrio coronatus est Callistus, & Vrbanus natiõe Ro. papa efficitur anno 226. hic Cæciliam, Tiburtium & Valerianum, aliosq; multos conuertit ad fidem. statuit etiam, vt omnia vasa altaris essent aurea, argentea vel stannea, & decreuit confirmationem fieri cum chrismate. Eiusdem quoq; Vrbani institutum fuit, vt ecclesia, prædia & fundos à fidelibus oblatos reciperet, partireturq; prouentus clericis oĩbus

Animaduersio ĩ milites seuera.

Ouinius Camillus.

Mirum Alexandri factum.

Artaxerxes ab Alexandro victus.

Alexander cum matre interficitur.

Vrbanus pontifex.

omnibus viritim,nihilq́; cuiuſpiam priuatum eſſet,ſed communia oĩa.tex.12.q.1.Videntes.tandem ſub Alexandro martyrio coronatus eſt.Nam etſi Alexander precibus matris Mammææ pſuaſus,faueret Chriſtianis,non tñ p edictum eis pͥuidit.q̃re ſub Almachio aliĳsq́; iudicibus pleriq; martyres ſunt effecti.ſedit Vrbanus annis 8. Anno 10.Alexandri,q eſt annus dñi 234.Pontianus natiõe Romanus,Vrbano ſuccedit.ſedit annis 6.hic inſtigantibus ſacrificulis idoloꝶ,mandato principis in Sardiniam deportatur,vbi pro fide Chriſti multa paſſus tormẽta,tandem moritur, cuius corpus poſtea à Fabiano pontifice Romam reportatur,& in via Appia cœmiterio Calliſti ſepelitur ſub Maximino. Cyriacus papa Pontiano ſubĳcitur,q vno anno & tribus menſibus fertur ſediſſe.ab Hunnis, Agrippinam vnà cum xi.millib⁹ virginum profectus, martyrio conſumptus eſt,vt in chronicis Martinianis habetur. aliĳ tñ ſcribunt martyrium ſubĳſſe anno 370. Eodem tempore Origenes presbyter apud Cęſaream Palæſtinæ,ab illius prouinciæ epiſcopis eſt ordinatus, de quo ſupra mẽtionem fecimus. hic Origenes,qui & Adamantius eſt dictus, decimo Seueri principis anno, Leonide patre martyrio coronato,cum matre vidua & ſex fratribus pauper relinquitur,annorum 17.qñquidem cenſus paternus,qui maximus fuerat,confiſcatur. Huic Origeni à prima ætate Chriſtianæ religionis obſeruantia honorabilis fuit,& hæreticorum ſocietas execrabilis.Plutarchus per ipſum conuerſus eſt ad fidem,ſimul &*Heracleas,natura Plutarchi frater & meritis.Illi aũt non ſolum in verbo erat pfecta doctrina,ſed etiam in opere cõſummatæ diſciplinæ p̃bebat exempla,& p̃dicabatur de eo: Hic eſt q q̃le habet verbum,talem habet &vitam.Vnde hoc videns Demetrius epũs,docendi ei miniſterium in eccleſia tribuit,in q̃ plurimũ tẽporis exigens,ſemp Chriſtianus philoſophus habebatur.deniq; p multos annos traditur abſq; calceamento nudis inceſſiſſe pedibus,vini q̃q; vſum & cæteroꝶ ſimilium,nec ea ſola q̃ vitæ neceſſitas poſcebat,nullum penitus habuiſſe,niſi ob ſtomachi releuanda incõmoda ſumere cogeretur.Martyres vero paſſim & publice conſolabatur,ex qbus primus erat Plutarchus:poſt illius martyrium ſecundus ex Origenis diſcipulis martyr efficitur Serenus, tertius Heraclides,q̃rtus Neophytus,qntus eiuſdem ſcholæ martyr efficitur alius noĩe Serenus.& licet ipſe ſe tortoribus ingereret, ſemp tñ fuit omiſſus.Inter cætera q̃q; ſtudia nec illud omiſit,ſcrutari & addiſcere etiam Hebrææ linguæ myſteria,vt agnoſceret q̃ à Iudæis Hebraice leguntur,q̃lia ſint,vel cæteroꝶ interpretum,q p̃ter 70.interpretati fuerant, q̃nta eſſet editionum diuerſitas:vnde & illos famoſiſſimos codices primus ipſe cõpoſuit,in qbus p ſingulas columnas ſeparatum opus interpretis vniuſcuiuſq; ſcripſit,ita vt primo oĩm Hebræa verba Hebraicis literis poneret,ſecundo loco p ordinem Græcis literis e regione Hebræa verba deſcriberet, tertio Aquilæ editionem ſubiungeret, q̃rto Symmachi,qnto 70.interpretum,q̃ noſtra eſt,ſexto Theodotionis collocaret,& propter huiuſmodi compoſitionem exemplaria ipſa noĩauit hexapla,id eſt,ſex ſimplici ordine ſcripta. In pſalterio aũt & nonnullis aliĳs interſerit etiam de ſexta & ſeptima editionibus.Inculpabant aũt qdam Demetrium,ꝙ Origeni(vt dicebãt)verbi Dei committeret p̃dicationem, de q̃ Alexãder ſcribit Demetrio:Quod addidiſti in literis tuis,qa nunq̃ auditum ſit vt pſentibus epiſcopis laici diſputent, neſcio quam ob cauſam tam apertum mendacium aſſerere volueris,cum conſuetudo hæc ſit,vt ſi q inueniantur q poſſint fratres inſtruere,& conſolari populum, à ſanctis epiſcopis inuitent & poſſint hæc facere.Illis etiam tẽporibus cõſcribendi cõmentatios in ſcripturas ſanctas initium ſumpſit,compellente Ambroſio,q oĩa q̃ opus erant,affatim p̃buit,notarios 7.adhibuit,ſcriptores q̃q; alios tantos,ſed & puellas adprime eruditas,totidem numero ad opus ſimile. Per idem tẽpus Aphricanus nobilis ſcriptor obiecit Origeni,ꝙ hiſtoria Suſannæ ficta videat,cui Origenes magnificentiſſime reſcribens, aſſerit nequaq̃ Iudæorum commentis & fraudibus auſcultandum, ſed hoc ſolum verum habendum in ſcripturis diuinis,quod 70.interpretes tranſtuliſſent,id autoritate apoſtolica eſſe confirmatum. Erat tunc Beryllus in Arabia epũs,q aſſeruit Chriſtum neq; extitiſſe ante carnis natiuitatem,neq; propriam Deitatis habere ſubſtãtiam:ſed hoc ſolummodo,ꝙ paterna in eo Deitas habitaret.exoratus eſt Origenes ab epiſcopis,q illum abĳcere & reſpuere male conceptum pſuaſit errorem,rediréq́; fecit ad fidem veram ſanamq́; doctrinam,ac ita errorem depulit,vt tñ emendaret,non pderet,erroris autorem.poſtea aduerſum Celſum Epicureum philoſophum,q cõtra nos libros conſcripſerat,octo voluminibus rñdit. Sunt & eius ad imperatorem Philippum ep͞læ,& ad vxorem eius Seueram,abſq; vllo adulationis fuco. Ea tempeſtate in Arabię partibus erãt qdam aſſertores dogmatum puerſoꝶ,dicentes,animas hoĩm p mortẽ cum corporibus interire pariter & corrumpi, rurſum vero tpe reſurrectiõis cũ corporib⁹ ſuſcita-

Pontianũs pontifex.

Cyriacus põtifex.

Origenes presbyter.

Repræheñſio Demetrĳ.

Africanus ſcriptor.

Beryllus hæreticus.

Execrãda hæreſis.

suscitarit:ad quem morbum depellendũ cum ingens episcopoꝝ conciliũ conuenisset, iteꝝ Origenes rogatur. Cumq; corã concilio disputaret, tam magnifica fuit eius oratio, vt oẽs q̃s error inuoluerat, ad fidem rectam & sensum catholicum reuocaret. Erat etiam alia hæresis p illud tempus, dicta Helchesaitaꝝ, quam ille statim vt visa est apparuisse, restinxit. *ista eñ q̃dam de scripturis sanctis refutant, & rursum vtũtur testimonijs de vet. & no. test. Apl'm Paulum ex integro respuunt, & asserunt ꝙ in psecutionibus si quis negauerit, nihil criminis habeat, pro eo ꝙ is q fixus est in corde suo, etiam si ore negauerit pro necessitate, corde tñ in fide pmanet. & librum circũferunt, quem dicunt e cœlo lapsum, cuius verba si q audierint, remissionem accipiant peccatoꝝ, aliam p̃ter illam quam Christus dedit. Anno deinde dñi 238. Iulius Maximinus gñe Thrax, ordine miles, imperator factus est sola militum voluntate, sine senatus autoritate. p̃fuit annis tribus. hic barbaro patre & matre genitus, q̃rum alter e Gotthia, alter ex Alanis genitus esse phibetur, in prima pueritia opilio fuit, ingentis staturæ vir factus, adeo vt 8. pedes excederet alios. vnde postea pverbium dictatũ est de hoĩbus insulsis & immodicæ pceritatis, Maximini caligam requirit. tantæ bibacitatis fuit, vt vini amphoram vna cœna biberet, 40. aut 50. libras carnium deuorarit, quem Seuerus primũ cum lixis ordinauit, q̃rum postea in certamine 16. vno sudore deuicit, pro q̃ Seuerus eum aureo torque donauit, ab Heliogabalo vero non diligebatur. Sed Alexandro imperio potito dilectus fuit, ita vt eum tribunum q̃rtę legionis faceret, diceretq;: Habes Maximine charissime tyrones ad tuos mores, ad tuam virtutẽ, ad tuum laborem, eos fac militiam addiscere, vt mihi multos Maximinos reip. optabiles solus efficias, q̃ in legiõe oĩa strenue pagebat vsq; ad inuidiã. alij eñ Milonẽ, alij Antheum, alij Herculem appellabant. paulo post Alexander meritoꝝ suoꝝ in pniciem suam iudex, Maximinum oñi exercitui p̃fecit, gaudentibus cunctis vbiq; tribunis, ducibus & militibus. Quod Alexandro optimo imperatori male cessit. nam in Gallia positis castris, subito immissis militibus, vt qdam dicunt, ab ipso, vt alij, à tribunis barbaris, Alexãder interemptus est. q̃ occiso, Maximinus e corpore militari in imperatorem assumptus & Augustus appellatus est. filium mox ipse sui noĩs imperij consortẽ fecit. Deinde ingressus Germaniam, oĩa cæde & igne vastauit, p̃das magnas à barbaris sustulit, & vsq; ad vltima Germaniæ penetrauit. pacataq; Germania, Sarmatis bellum inferre statuit, contra q̃s multis in p̃lijs victor semp euasit. sed inter has bellicas virtutes, qbus merito cõmendandus videbatur, tam crudelis & inhumanus cœpit fieri, vt bellicam gloriam crudelitate fœdaret. erat eñ illi psuasum, ꝙ nisi crudelitate, imperiũ sibi firmare non posset: simul & verebatur, ne ppter humilitatem gñis contemneretur. nam & ignobilitatis contegendæ causa, oẽs cõscios sui gñis interemit. Circa se nullum ex nobilibus passus est, q̃re oẽs Alexandri ministros varijs occidit supplicijs. deinde citra rationem consulares viros & duces varijs mortibus sustulit, amicos qui sibi paupertatis tempore profuerant, sustulit, nihilq; omisit q̃d ad crudelitatẽ videretur operari. nam in cruce q̃sdam actos occidit, alios intra animalia nouiter occisa inclusos, viuos à vermibus consumi iussit, alios feris laniandos obiecit, & hæc oĩa sine delectu dignitatis. Hic etiam ppter Alexandri matrem Mãmæam, familiamq; eius Christianã, excitauit sextam à Nerone psecutionem, sub q̃ & Pontianus epũs vrbis martyrio coronatus est. Denique cum in oẽs sæuiret, Romæ adeo trepidatum est, vt vota in tẽplis publice fierẽt, ne vnq̃ Romam veniret. sed & senatus populusq; Ro. vt tam immanem beluam à ceruicibus suis pellerẽt, diuersis missis nũcijs p puincias, cõtra illũ nõ solũ defectiones, sed & exercitus parãt. Vñ in Africa exercitus q ibi in p̃sidio erãt, cõmuni oĩm voto Gordianũ ex Ro. ducib⁹ hoĩem nobilissimũ, sed iam ętate grãdęuũ, q Aphricã iure pconsulari regebat, licet reluctantẽ, imperatorẽ dixerũt, q statim ad senatũ Romã literas misit. qbus certiores fecit, se nihil factuꝝ p̃ter senatus volũtatẽ, q̃s literas senatus libẽter accepit. Appellati sunt etiã Gordianus senex & Gordianus filius eius Augusti, deinde oẽs amici Maximini in vrbe occisi sunt, & ipse hostis appellatus est. literas etiam senatus in prouincias misit huiusmodi formæ: Senatus populusq; Ro. p Gordianos principes à tristissima belua liberari, procõsulibus, p̃sidibus, legatis, ducibus, tribunis, magistratibus, & singulis ciuitatibus, vicis & castellis salutem dicit: Dijs fauentibus, Gordianum proconsulem viꝝ sanctissimũ, principem meruimus, Augustum appellauimus: nec solũ illum, sed etiam in subsidium reip. & ad illam beluam Maximinũ atq; illius amicos vbicunq; fuerint psequẽdos, à nobis etiam Maximinus hostis est iudicatus cum filio suo. Gordianus cum filio Gordiano Augusti feliciter agant, ambo feliciter imperent, acclamatum est, nepos q̃q; Gordiani Cæsar appelletur Gordianus tertius. Maximinus adhuc in Germania postq̃ hæc audiuit, ita exarsit in ira, vt non homo putaret, absorptus

Hæresis Helchesaitica.

Iulius Maximin⁹ imp. 25.

Alexandri mors.

Cõsiliarios Alexandri Maximinus occidit & amicos.

Sexta Christianorum persecutio.

Gordianus contra Maximinũ impe. eligitur.

Maximini rabies.

ptus est bili, vt caput parietibus impingeret, amens exclamabat, gladium nonnunq̃ arripiens quasi senatũ posset occidere. Tandẽ vix resipiscens, in concionẽ exercitũ vocauit, multa in Gordianũ, plura in senatũ dixit, cohortans milites ad cõmunes iniurias vindicandas: Videtis, inq̃t, cum nos à Germania Romanam defendimus maiestatem, Aphri fidem Punicã prẽstiterũt. nam duos nobis Gordianos, quorũ alter senio ita affectus ẽ, vt nõ possit assurgere, alter ita luxurie pdit⁹, vt nil pẽsi habeat, obiecerũt: hẽc nobilis ille senatus agnouit, pro quorũ liberis arma portamus. Quin agite ꝑperemus ad vrbem, properemus cõtra Aphros, quorũ oĩm bona vos habebitis. dato igitur stipendio, & q̃dem ingenti, Romã versus cum exercitu proficisci cœpit. Interea Capelianus qui Mauritaniã proconsulari imperio regebat, Maurorũ Afrorumq́ multitudine collecta, cõtra Gordianos versus, Carthaginem venit. quo audito, Gordian⁹ senior q̃ iam in Italiã traijcere parauerat exercitum, belli fortunã experiri statuit, & pugna cõmissa Gordianus iunior vincitur, fugiensq́ à persequentibus occidit. Fertur aũt tanta multitudo Gordianorũ partis cecidisse in hoc bello, vt cum diu quẽsitũ fuisset corpus Gordiani iunioris, nõ potuerit inueniri. hæc vbi cõperit senior Gordianus, cũ in Aphrica nihil præsidij esset, & acerrime Capelianus instaret, laqueo sibi vitam extorsit. Hic exitus duorũ Gordianorũ fuit, imperauerũt anno vno, mẽsibus sex. Gordianus hic iunior, ab Afris & senatu q̊q; appellatus Augustus, in studijs grauissimæ opiniõis fuit, forma conspicuus, memoriẽ singularis, bonitate insignis: vixit in delicijs, in hortis, in balneis, in amœnissimis nemoribus: hunc pater adspernatus est, sẽpissime dicẽs eum in summa claritate cito moriturũ, vnde cantare solebat senex de filio: Ostendent terris hunc tãtum fata, neq; vltra Esse finẽt nimium vobis Romana propago. Appellati quoq; sunt & perlibenter Antonini seu potius Antonij. Eo tunc Capelianus victor pro Maximino, oẽs Gordianarũ partiũ in Africa interemit, neq; cuiq̃ pepercit, vt ex sententia Maximini videretur hæc facere. sed & Maximinus audita victoria Capeliani, spem retinendi imperiũ etiã contra voluntatẽ senatus accepit. At Romæ audita morte Gordianorũ, senatus vehemẽter est exterritus, & in ædem mox Concordiæ concurrit, atq; consultare cœpit potissimũ, quonam pacto Maximino resisterent. Et post multa vnus ex senatoribus, cuius prima erat sententia, in hæc verba prorupit: Cum nostris ceruicibus immineat Maximinus, quẽ hostem mecũ ante dixistis, Gordiani duo interempti sunt, agite nunc patres cõscripti, aliũ principẽ dicite. q̃d moramini? Post illũ Boethius Sabinus: Scio P.C. rebus nouis rapienda esse consilia, nõ quẽrenda. ceruicẽ suam quisq; respiciat, vxorẽ, liberos, patriam, fortunas. Maximinus natura furiosus, truculentus, immanis, quadrato agmine ad vrbẽ venit. vos consulendo diem teritis. faciendus est imperator, immo eligendi sunt principes, vnus q̃ in vrbe resideat, alter q̃ Maximino obuiã cum exercitu pergat. ego prẽceps dico: vos, si placet, firmate. Maximũ Pupienum, itemq́; Balbinum, principes illos Reipub. nomino, quorũ vnus in re militari tantus est, vt splendor virtutis, nobilitatẽ generis recõpenset: alter ita clarus genere ac morum, sanctitateq́; vitæ, vt ad Reipub. conseruationẽ à Deo nobis datus videatur. habetis ergo sententiã meã. Quo dicto, vno consensu ab oĩbus acclamatũ est, Maxime & Balbine Augusti, dij vos seruent. post hæc flagitante populo, Gordianus puer annos agẽs 15. Cæsar q̊q; appellatus est, natus ex filia Gordiani prẽmortui. Maximi huius pater artem ferrariã exercuisse dr̃, ipse tñ per oẽm vitã suã militiæ vacauit. postea ad prẽfecturã vrbis puenit. moribus erat ferus, sed iustus, rogatus tñ semper ignouit, nec iratus vbi irasci nõ decuit, senatui & Po. multũ dilectus. Balbinus vero consul fuit, & procõsulari dignitate diuersas prouincias rexit. erat quoq; vultu venerabilis, eloquẽtia clarus, poeta præcipuus. Maximus tanq̃ bello cõtra Maximinũ magis idoneus, profectus est, senatu mittente nuncios ad oẽs prouincias, vt ei auxiliũ ferrẽt cõtra Maximinũ: & si q̃s Maximinũ in aliq̃ iuuisset, statuunt vt in hostiũ numero haberet. Quod cũ audisset Maximinus, acrior in Italiã est ingressus. sed cũ nil victus miles discurrens inueniret, q̃a in locis munitioribus reposita erãt, exercitus Maximini fame vrgeri cœpit, propter quod non modicũ murmur ortũ fuit, cũ post alpes in Italia exercitus recreari crediderant. Nihilominus Maximinus Aquilegiã obsedit. ciues Menephili Ro. legati hortatu ac monitis ad resistendum se parebant, & pro patriæ salute se deuouebant. Videns aũt Maximinus obsidionẽ in longũ trahi, excandescens in milites, quasi in culpa essent, multos ex eis occidit. Quo facto milites vehementer cõtra se cõmouit, & excitata seditione, Maximinũ cũ filio in tentorio degentes occiderunt. nunciabat eñ palam orbem terrarũ consensisse in odiũ Maximini, vnde occisis patre & filio, eorũ capita p̃fixa contis, Aquilegiensibus demonstrarunt. hic finis Maximinorũ fuit, dignus crudelitate patris, indignus bonitate filij. Sepulchra eorũ nulla, sed in fluẽtem cadauera eorũ

Maximini rabies.

Gordiani filij interitus.

Gordianus senior laq̃o vitã finiuit.

Cõsultat senatus in ẽde Concordiẽ.

Maximus Pupienus, Balbinus. IMP. 26.

Maximinus cum filio occiditur.

missa sunt,& capita eorum in campo Martio,exultante populo,exusta. Hæc Herodianus & Iulius Capitolinus scribũt. Maximus interea,qui apud Rauennam bellum parabat,agnita morte Maximini & filij,Romam ꝑperat.sed ꝑuenit illum nuncius missus ab Aquilegiensibus,q mutatis equis,quarta die Romam ꝑuenit,& cum dies ludoꝝ esset,perlectis publice literis,supplicationes à senatu per totam vrbem, per omnia templa decreta sunt. post duos dies superuenit Maximus cum prætoriano exercitu, quẽ Balbinus & Gordianus cum toto senatu magna gratulatione susceperunt. Igitur hi duo principes Maximus & Balbinus, magna cum moderatione populum gubernabant,leges optimas condebant,senatui plurimum deferebant,res bellicas prudentissime disponebant,Gordiano adhuc puero.& cum iam bellum Parthis inferendum esset,ad hoc Maximus,senatus decreto mitti debebat, Balbinus contra Germanos, qui Gallias infestare dicebantur.graues discordiæ inter illos exortæ sunt,tamen ita occulte,ꝙ vix intelligeretur,cum Maximus Balbinum, quasi remissum & imbellẽ,solis delicijs vacantem,despiceret:Balbinus vero Maximum,quasi degenerem calcaret. Accessit his,ꝙ milites vtrunq; exosum haberent,ꝙ non à se,sed à senatu electi essent.discordia inter eos paulatim detecta,occasionem quærunt occidendorũ principum:sed inuenire vix potuere,quia Germani vtrunq; stipabant.Ludis autem scenicis cũ multi occupati essent,milites eos in palatio occiderunt. Hunc finem indignum moribus & actibus suis,optimi imperatores habuerunt. Nam illa ætate nec Maximo Pupieno fortius,neq; Balbino benignius fuit quicquam.& licet aliqui Pupienum alium dicant à Maximo,tamẽ verior historia eundem asserit esse Maximum Pupienum. Inter hæc anno 239.à natali Christiano,postquã Pontianus papa statuisset,vt psalmi die noctuq́; per omnes ecclesias cantarentur,& vt ante celebrationem Missæ sacerdos Confiteor,præmitteret,vbi sedit sex annos,martyrio coronatus, in Sardinia exilio decessit.Huic successit Antherus,qui statuit episcopos,consentiente pontifice,ad alios prçsulatus posse trãsferri,vt gesta martyꝝ cõscriberent. q cum anno vno,mẽse vno ministrasset,martyrio coronatꝰ est.alij scribũt eũ decessisse cõfessorẽ.Huiꝰ q́q; est illud institutũ,vt nisi episcopus fuisset prius,summꝰ põtifex fieri nõ posset. sic ex priori ecclesia fas esset sibi alteram optare,q̃d nõ optãtis,sed aĩaꝝ causa fieret Scripserũt alij Antheꝝ sedisse aunos 12.sed tãta est diuersitas scriptoꝝ,vt multo tutius sit talia ꝑterire, q̃ in re tam vetusta temere aliquid affirmare.Eusebium tamen secuti,mecum sentiunt.

Maximꝰ & Balbinꝰ pricipes occidunt.

Pontianus psalmos decãtari fecit.

Antherus.

GENERATIO IX.

Anno domini 240. Fabianus natiõe Romanus,papa efficitur, in quo generatio nona incipitur. Tradunt autem Fabianum,Anthero defuncto, cum de agro reuerteretur,& populus ecclesiæ ꝑ episcopo eligendo cõgregaretur, atq; alius de alio cõclamaret,nec tamen vulgi sentẽtia certi aliq̃d obtineret, adstitisse etiam ipsum inter cæteros,& subito columbam cœlitus lapsam,figuram ferentem illius,quæ sup Iesum apud Iordanem descenderat, super caput stetisse Fabiani. ad quod spectaculum ora cũctorum conuersa,& oẽs velut vno spiritu cõmoti, hunc episcopatu dignũ ex Dei iudicio decreuerũt,eũq́; continuo cathedræ imponẽtes,legitimo sacerdotio ꝑfecerunt.sedit annis 13.mensibus 11.Fabianus autem pontifex,7.diaconis regiones diuisit,qui a notarijs res gestas colligerẽt.statuit ꝑterea,vt singulis annis in cœna dñi chrisma renouaretur,c.literis de cons.di.3. Occisis autem Maximino cum filio,& Maximo ac Balbino,Gordianus adolescens,q Cçsar fuerat,a militibus,populo & senatu, ingẽti amore,studio & gratia Augustus est appellatus.amabat aũt merito aui & auunculi,q ambo ꝑ repub.perierunt.Impauit annis sex,ab anno dñi 241.quo impare cœpit. fuit aũt iuuenis lætus,pulcher,gratus oĩbus,& literis ꝑ ætate doctissimus, & cum paulo ante tanta seditio inter milites & populum exorta fuisset, vt ad bellum intestinũ veniretur,& vrbs in magna parte incenderetur,eo interueniẽte,pax est roborata. Cum autem in vrbe regnaret pacifice,quidam in Africa eius contemnentes ętatem,duce Sabiniano,missi sunt ei auferre imperium,quem statim Gordianus per Mauritaniæ ꝑsidem obsessum,ad mortem coegit.qua cõiuratione compressa,Gordianus filiam Misithei viri clariss.duxit vxorẽ.erat hic Misitheus vir doctiss.eloquentia clarus,prudẽtia conspicuus.hunc mox Gordianus ꝑfectum ꝑtorij instituit, & sic non puerile factum est impium,optimis soceri fultum consilijs.vnde postquam optimi viri Misithei verbis cœpit acqescere Gordianus,oĩa publica & priuata in melius sunt mutata,q̃d ex eorum scriptis colligitur.nam socer sic scripsisse repitur:Dño & filio Gordiano Augusto Misitheus socer & ꝑfectus, salutẽ: Euasisse nos grauẽ tempoꝝ maculã, quam ꝑ spadones,qui amici videbãtur & erant vehementer inimici,incurreras:oĩa eñi officia ad voluntatẽ suam vendebant,suggerebantq́; vt bonos pelleres,malos retineres.Deo itaq;

Fabianꝰ papa.

Miraculũ electionis.

Gordianus imp.28.

Misitheus Gordiani socer.

Lrę Misithei ad Gordianum.

itaq; gratias, quod eo volente respub. emendata est. Cui Gordianus sic respondit: Gordianus imperator Augustus Misitheo patri & praefecto salutem: Nisi dij omnipotentes Ro. imperium tuerentur, etiam nunc per spadones, quasi sub hasta positi venderemur. denique vt verum fatear, multa non fuisse facienda quae feci. sed gratias agamus, quod te insinuante qui nihil vendis, & nobis ea refers, quae per spadones inclusus, scire non potui. mi pater, verum audias velim. miser est imperator, apud quem vera reticent, qui cum ipse publice ambulare non possit, necesse est vt audiat, vel audita vel à pluribus roborata confirmet. Inter haec iam potens consilijs, & Persis ac Parthis bellum indixit, magnisque apparatibus in orientem profectus est, primoque tractu seu conflictu inter Thraciam & Mœsiam habito, quidquid ibi hostium fuit, deleuit, fugauit, submouitque. Inde nauigio in Syriam venit, atque Antiochiam, quae à Parthis erat occupata, obsedit, in qua Saporem regem Persarum frequentibus praelijs, qui ad obsidionem soluendam cum innumerabilibus copijs venerat, victum fugauit. Nec multo post Antiochia capta, transiuit Euphratem, vbi Parthos inuasit: eorum munitionibus expugnatis, cum Artaxerxe eorum rege difficilimo bello conflixit, eum vicit atque fugauit. Scripsit de his victorijs senatui, valde extollens socerum, inter caetera, Valeat tantum, inquit, Misitheus praefectus & parens noster, cuius ductu haec transegimus, & reliqua transigemus. Vestrum est igitur supplicationes decernere, nos dijs commendare, Misitheo gratias agere. quod & factum est. Sed ista felicitas longior esse non potuit. nam Misitheus Philippi artibus, vt pleriq; dicunt, vt alij, morbo extinctus est, cuius viri tanta in repub. dispositio fuit, vt nunquam ciuitas potior inuenta sit. nullum senem militare passus est, nullum puerum annonas recipere, amabatur ab omnibus, quod ipse & remp. amaret & principem. Philippum eum timuisse ferunt, atq; per medicos ei insidias parasse. Quo mortuo, in eius locum praefectus praetorij factus est Philippus Arabs, humili genere natus, superbus, qui statim domino suo qui eum provexerat, ingratus, illi insidiari coepit: tantumque arte sua effecit, vt naues quae ex Aegypto & Italia victum deferebant, auerterentur. deinde in ea loca deduxit exercitum, vt milites annonam habere non possent: ob quam causam seditio in exercitu moueri coepit, à non intelligentibus Gordianum decipi à Philippo. Inde Philippus per quosdam duces muneribus conciliatos, disseminare in exercitu coepit, Gordianum esse adolescentem, & ad gubernandum imperium minus idoneum, aliumque quaerendum, qui posset & sciret in tanto discrimine militibus iam fame laborantibus subuenire: factumque est, vt iam Philippus ad imperium palam vocaret. cumque amici & fautores Gordiani restitissent, ad extremum cum milites fame vincerent, Philippo imperium mandatum est, iussumque à militibus, vt quasi Gordiani tutor, vna cum ipso pariter imperaret. Suscepta à Philippo imperij cura, coepit contra Gordianum superbissime agere, adeo vt Gordianus cum sciret se nobilissima familia ortum, nec iam pati posset ignobilis hominis superbiam, sperans Philippum ab imperio deijcere, conuocata exercitus parte, conquestus est de Philippi superbia. sed nihil egit, cum illum incusasset, quod immemor beneficiorum, sibi ingratus esset. post aliquot dies cum videret se à Philippo circunuentum, & se minorem quotidie fieri, petijt vt aequale saltem inter eos esset imperium, nec impetrauit: dehinc petijt vt loco Caesaris haberet, nec obtinuit: petijt etiam vt praefecti loco esset Philippo, & denegatum est: postremo, vt ducis loco in exercitu haberet, & viuere eum pateretur: ad quod quidem pene consenserat Philippus ipse tacitus, sed omnia per amicos atq; consilijs egit. Et cum secum cogitaret amorem po. Ro. ac senatus circa Gordianum & totius orbis, cum nobilis esset ac nepos imperatoris, cum & remp. liberasset bellis grauibus, posse fieri vt reuocaretur ad imperium, captum subito per suos mandauit clam occidi, & sic solus sibi vsurpauit imperium. Defecit sol caeso Gordiano ita insigniter, vt propter tenebras terris inductas, nihil omnino posset agi, nisi luminibus accensis. Est & terra sub eo adeo horrende concussa, vt vrbes quaedam subito hiatu suis cum populis absorptae sint. Capitolinus autor est. quod miror ab Eusebio praetermissum, qui naturae haec portenta diligenter est executus. Senatus, eo defuncto, primo Marcum, & post Seuerum Hostilianum creat. sed breui ambo vita decessere. Interea Philippus Romam misit literas, quibus scribit Gordianum morbo perijsse, seque à cunctis militibus electum. nec defuit vt senatus falleretur. appellato itaq; principe Philippo, & Augusto nuncupato, Gordianum inter deos retulit. is enim nobilis prorsus, amatus à populo & senatu, vt nihil ei praeter aetatem deesset imperio, dictus à senatu filius, à populo deliciae suae. Sed vt Cordus scribit, omnes qui Gordianum gladio appetiuerunt, qui nouem fuisse dicuntur, postea interempti sunt à Philippis sua manu, suisque gladijs & eisdem quibus illum percusserant, repercussi. Gordiano milites sepulchrum apud Circaeum castrum fecerunt in Perside, titulum huiusmodi addentes diuersis linguis: Diuo Gordiano victori Persarum, victori Gotthorum, Sarmatarum victori, depulsori Romanarum seditionum, victori Germanorum, sed non Philipporum. quem titulum euertisse Licinius dicitur, cum

Gordianus bellum Parthis indixit.

Misithei interitus.

Philippus praefectus praetorij efficitur.

Philippo imperium committitur.

Gordianus occiditur.

M. Iulius Philippus IMP. 28.

se vellet à Philippis originem trahere, tempore quo imperium nactus est. Anno dñi 247. Marcus Iulius Philippus inuasit imperium, vnaq́ꝫ cum filio suo Caio Iulio Saturnino Philippo regnauit annis septem. Isti oĩm imperatorꝫ primi, Chr̄iani effecti sunt, & in die paschæ cum diuinis interesse voluissent & cõmunicare, à Fabiano ep̄o vrbis non prius sunt permissi, nisi confiterentur peccata sua, & inter pœnitentes starent. q̊d illi libentissime suscipientes, diuinum sibi metum & Chr̄ianitatis ꝑlenissimã fidem, rebus & operibus comprobabant. His anno iam tertio imperantibus, millesimus annus conditæ vrbis impletus est. quã ob causam pro solennitate multa sacrificia facta sunt, innumerabiles bestiæ in circo interfectę sunt, ludiq́ꝫ theatrales in campo Martio celebrati, tribus diebus ac noctibus populo vigilante. Hi ambo cum disposuissent multa bona facere pro Chr̄ianis, violenta morte præuenti sunt. sed ipsis imperantibus nõ est illata persecutio Chr̄ianis. Quod autem Philippus dolose egit cum Gordiano, procurando mortem eius, de qua supra, hoc & ipse post pœnĩam recepit à suo duce Decio, qui eum dolose occidit Veronæ, capite medio supra ordines dentium præciso: deinde vsurpans sibi imperium, ad vrbem veniens, vt videretur zelo deorꝫ Romanorꝫ occidisse dñm suum q Chr̄ianus erat, simul occidit & filiũ Philippi, cum esset annorꝫ duodecim. tantum hi duo Philippi conuersi sunt ad fidem per sanctum Pontium senatorem Romanum, & à sancto Fabiano summo pontifice baptizati. Interea Philippo septem annis principatu administrato, Decius q eum ac filium occiderat, imperium inuasit anno domini 254. de Pannonia oriundus erat, moxq́ꝫ filium suum Decium, Cæsarem fecit, & persecutionem septimã post Neronem Chr̄ianis mouit, occasionem sumens à Philippis Chr̄ianis, in qua persecutione multi passi sunt. Itaqꝫ primo Decij anno Fabianus papa passus est. tunc etiam passa est B. Agatha. De B. aũt Laurentio dicet infra, vbi de B. Sixto, q sub Decio Valerio martyrio coronatus est. At Decius iste cum filio suo Gotthos Istrũ transmeãtes aggressus est, & * xxx. ex eis occidisse legit, de suis quoqꝫ multos amisit. sed & filius eius interfectus est, ipseq́ꝫ in * confusas turbas gurgiti cuiusdã paludis est submersus, ita vt nec cadauer eius inueniri potuerit. moritur anno imperij sui tertio. Anno primo Decij Fabiano coronato, successit Cornelius anno dñi 254. sedit annũ & menses vij. verius est ꝙ sederit duobus annis. Tempore Cornelij ortum est schisma. nam qdam Nouatus noĩe, à qbusdam sibi adhærentibus factus est papa, immo potius antipapa. sed cũ cõplicibus suis deiectus est. hic asseruit, lapsis post baptismũ nõ esse locũ venię per quantãcunqꝫ pœnĩam, vel saltẽ quoad recidiuos post pœnĩam de primo lapsu post baptisma. vt hæreticus dãnatus est ꝑ Corneliũ papã in concilio. De hoc scribit Dionysius Alexãdrinus ep̄us, Nouatus Ro. ecclesiæ presbyter, elatione tumidus, spem penitus salutis lapsis adimebat, etiam si digne pœnituissent, ex quo & princeps factus est hæresis Nouatianæ, q ab ecclesia separati, sup̄bo noĩe seipsos καθάρους, id est, mundos appellabãt, ob quã rem Romæ in cõcilio statutũ est à papa Cornelio, Nouatum cum suis sequacibus alienum esse ab ecclesia: eos vero q lapsi fuerant in certamine, fraterna miseratione curandos, & pœnitentia medicandos. Cyprianus quoqꝫ de hoc librum edidit, & B. Augustinus vt hæreticum reprobat, de pœn. dist. 5. adhuc instant. Quomodo autem Cornelius papa factus sit, Cyprianus vij. q. 1. sic ait: Factus est Cornelius ep̄us de Dei & Christi eius iudicio, & de clericorũ pene omnium testimonio, de plebis quæ tunc affuit suffragio, de sacerdotum antiquorꝫ & bonorum virorum consensu, cum Fabiani locus, id est, Petri & gradus cathedralis vacaret. Quo accepto atqꝫ confirmato, quisqs iam ep̄us fieri voluerit, foris fiat necesse est. Nec habet ecclesiasticam ordinationem, qui ecclesiæ vnitatem non tenet. Audiens autem Decius Cornelium multos ad Chr̄m conuertere, præcepit, vt vbicunqꝫ inuenirentur Christiani, sine sententia punirentur. Cornelius igitur cum suis clericis compręhensus, exilio relegatur, vbi à sancto Cypriano & alijs per literas est confortatus. Tandem reductus ad Decium, & dum immobilis perseuerabat, flagris cæsus est & decollatus anno 256. Eodem anno dñi 257. successit in pontificatu Cornelio Lucius natione Ro. sedit annis tribus. Hic instituit, vt duo presbyteri tresq́ꝫ diaconi, semper veluti vitæ testes episcopum comitarentur. &, Ne ep̄us minor 30. annorum eligeretur. Ne quoqꝫ sacerdotes, & Leuitæ vestibus sacratis extra ecclesiam vterentur. Anno dñi 257. Vibius Gallus, mortuo Decio, imperator à senatu comprobatus est, qui & filium Volusianum in consortem imperij suscepit. Quibus imperantibus, tanta in Christiani nominis vltionem pestis exorta est, vt paucæ domus, nedum ciuitates & prouinciæ, extiterint quæ tantam non senserint calamitatem. At ne Gallus qdem malum Decij aut videre potuit, aut cauere: sed in eundem lapidem offensionis impingens, sanctos viros persecutus est. Huius eñi temporibus Cyprianus, qui primum rhetoricam docuit, deinde Christianus

Annus millesimus vrbis conditę.

Decius 30. IMP.

Decij & filij interitus.

Cornelius papa.

Nouatiana hæresis.

Luciᵒ papa.

Gallus, 31. IMP.

ſtianus factus, omnes facultates ſuas pauperibus diſtribuens, presbyter deinde & Carthaginenſium epiſcopus creatus, ſub Gallo & Voluſiano martyrio coronatur. His temporibus Aemilianus quidā in Mœſia imperator eleuatus eſt, contra quem Gallus & filius pergentes, ab exercitu ſuo interfecti ſunt. Aemilianus autem Maurus genere, poſt quatuor mēſes etiam occiſus eſt. Mox deinde *Licinius Valerianus, nobili ortus proſapia, anno dñi 259. in Rhetia & Norico agens, ab exercitu impator creatus & Auguſtus appellatus eſt. Romę vero Galienus filius eius à ſenatu Cęſar nominatur. regnauerūt ſimul annis 6. & Galienus poſtea ſolus annis 9. Valerianus dicitur etiā Cornelium Valerianum Galieni filium, Cæſarem cōſtituiſſe. Valerianus ille ſenior, dictus quoq; Decius, adeo humanus & benignus in Chriſtianos fuit, vt tota domus eius, eccleſia Dei vocaretur: tantaq; probitatis, vt priusq̄ impator crearetur, cenſoria dignitate, quæ niſi ſanctis quibuſq; viris aſſignabatur, inſignitus fuerit. de qua re extat ſenatuſconſultum apud *Suetonium: Duobus Decijs, inquit, conſulibus ſexto Kalend. Nouembris, cum iretur per ſententias, cui deberet cenſura deferri, nam id Decij poſuerāt in ſenatus ampliſſimi poteſtate, abſente Valeriano, omnes vna voce dixerunt: Valeriani vita digna cenſura eſt: primus enim genere, nobilis ſanguine, emendatus vita, doctrina clarus, moribus ſingularis, exemplum antiquitatis: ille de omnibus iudicet, qui eſt oībus melior: Valerianus à prima pueritia cenſor fuit. quæ cum eſſent ſæpius dicta, Decius accepit, oēs aulicos vocauit, ipſum Valerianum p̄cepit rogari. Felicem te, inquit, Valerianum totius ſenatus ſentētia, immo animis atq; pectoribus, toti⁹ *orbis ſuſcipe cenſuram, quam tibi detulit Romana reſpub. quam ſolus mereris, iudicaturus de moribus noſtris: tu æſtimabis qui manere in curia debeant, tu equeſtrem ordinem in antiquum ſtatum rediges, tu cēſibus modum pones, tu vectigalia firmabis, diuides ſtatum, rempub. recenſebis: tibi legum ſcribendarū autoritas dabitur, tibi de ordinibus militum iudicādum eſt: tu arma reſpicies, tu de noſtro palatio, tu de iudicib⁹, tu de p̄fectis eminentiſſimis iudicabis: excepto deniq; præfecto vrbis Romæ, exceptis conſulibus ordinarijs, & ſacrorum rege, ac maxima virgine Veſtaliū, ſi tamen incorrupta permanebit, de omnibus ſententias feres. laborabunt autem etiam illi vt tibi placeant, de quibus non potes iudicare. Hæc Decius. Sed Valeriano ſententia huiuſmodi fuit: Ne quæſo, ſanctiſſime imperator, ad hanc neceſſitatem me alliges, vt ego iudicem de populo, de militibus, de ſenatu, de omnibus penitus *orbis iudicibus, tribunis, ducibus: hæc ſunt propter quæ Auguſtū nomen tenetis, apud vos cenſura reſidet, nō poteſt hoc implere priuatus. Igitur veniam peto, cui vita impar eſt, cui ætas ſic repugnat, vt cenſuram hominum natura non quærat. Multa alia de eius probitate inueniuntur, vt mirādum ſit, q̄ confeſtim in ſuo imperio prolapſus ſit. nam etſi ab initio imperij Chriſticolis fuerit plurimum benignus, paulo tamen poſt per quendam (vt fertur) magum Aegyptiorum doctorem, ita deprauatus, ita deiectus eſt, vt primo e palatio ſuo expulſis, qui Chriſtiani nominis aſſertores erāt, deinde per vniuerſum orbem octauam perſecutionem grauiſſimam à Nerone cōtra Chriſti eccleſiam excitarit, in qua pſecutione Lucius papa ſimiliter & Stephanus, martyrio ſunt coronati. Lucio ſiquidem papa vita p martyriū functo, Stephanus natione Romanus, in cathedra Petri collocatur, anno dñi 259. ſedit annis duobus & aliquot menſibus, quanuis ſecundū alios ſeptem. Per idem tempus Stephanus de non rebaptizandis his qui ad fidem rediiſſent, eadem ſtatuit quę & Cornelius pōtifex, quo tēpore Cyprianus venerat in ſententiam, hæreticos rebaptizandos, ſicut & pene oēs tenebant p Aphricā. Cornelius vero papa, & cæteri oēs p Italiā ſacerdotes, huiuſmodi decretum, manēte ſacerdotali concordia, refutarunt, ſtatuentes antiquitus ſuper hoc à patribus traditā regulam debere ſeruari, quæ cōtinebat, poſt abiectionē praui & cōfeſſionem recti dogmatis, ſola eos manus impoſitiōe purgādos. Vnde & Dionyſius, qui ante de hac re cum Carthaginenſibus & orientalibus ſenſerat, mutata ſententia, ad Stephanum ſcribens, eum bono eſſe animo iubet, cum eccleſiæ tam Aſianæ q̄ Aphricanæ, mutata opinione, in ſententiam Romanæ ſedis iam veniſſent. Iuuit & eccleſiam Dei Malchion Antiochenæ eccleſiæ presbyter eloquentiſſimus. hic enim contra Paulum Samoſatenum epiſcopum *Antiochiarum ſcripſit, q̄ dogma Artemonis inſtaurare conaretur, affirmantis Chriſtum communis naturæ hominem tantūmodo fuiſſe, nec ſemper fuiſſe, ſed à Maria ſumpſiſſe principium: quę opinio poſtea in Antiocheno concilio omnium cōſenſu improbata eſt. Stephanus aūt quum ope & verbis multos gentiles ad fidem Chriſti conuertiſſet, conquiſitus à Valeriano & Galieno, vnà cum pleriſq; ſuorum ad martyriū raptus, capite mulctatur. Stephano vero duobus annis impleto ſacerdotio Romæ, Sixtus ſuccedit anno dñi CCLXII. ſedit annis duobus, mēſibus nouem. hic cōſtituit,

Aemilianus imp.

L. Valerianus imp. 33.

Officiū cenſoris q̄le fuerit.

Perſecutio octaua.

Stephanus papa.

De rebaptizandis hęreticis.

Malchion.

Sixt⁹ papa.

tuit, vt ecclesia & altaria versus orientem verterētur. item, vt Missa super altare fieret, quod ante nō seruabat, & vt, cū infra celebrationē sacerdos sub silentio legeret canonem, populus decātaret, Sāctus Sanctus Sāctus dñs Deus &c. Dionysius Alexādrinus, de quo supra, scribit ad Sixtū de baptismate cōmemorans. Indicauit etiā pariter de Sabellij hæresi: Quid dicā, scribit, de ea doctrina, quæ apud Ptolemaidā Pentapoleos ciuitatem, nuper exorta est, plena blasphemijs in Deum patrem, & in dñm nostrū Iesum Christū, negans eum esse filiū patris nec primogenitū oīs creaturæ, simul & S. spūs auferens intellectū? Hi Sabelliani à Sabellio dicti. Refutata quoq; tum est hæresis Cherinthi ex libellis Nepotiani, q post mille annos futurā resurrectionem & regnū Chri in terris dicebat. Is aūt Cherinthus, q libidinum & cupiditatū impatiens erat, voluptates ipsas in promissiōibus futuri regni sanctis promittebat, abundātium cibor & mulier copiā. contra quod Dionysius similiter scripsit: Ego, inqt, tractatus hæreticor lego, & traditiōes eor perscrutor, etiā si videar ad horā verbis eor pollui, sed multū mihi confert hoc, q ex eor verbis arguere eos possum. deniq; cum aliqs ex fratribus presbyteris prohiberet me, ne hæretica legerem, visio quædā mihi apparuit sermonis hmōi: Lege oīa quæcūq; in manus tuas venerint, qa probare singula & discernere quæq; potes, quādoqdem ex initio hæc tibi fuit causa credendi. Hic Dionysius multa pertulit sub Valeriano & Galieno imperatoribus, in carcere, fœtore, fame. multi quoq; martyres tum facti sunt, vt tres adolescentes in Palæstina, Marius Hierosolymor ciuis, Astirius Romanæ vrbis senator, de qbus in Ecclesiastica historia. Apud Cæsareā Philippi, quā Paneadā Phœnices vocant, stat ære fusa statua habitu virili, stola compta, dextrā mulieri porrigens, quā sanguinis profluuio laborātem Saluator curauit. ad pedem statuæ e basi herba quædam noua specie nascitur: quæ cū exorta fuerit, excrescere vsq; ad stolæ illius ærei indumēti fimbriā solet: eam quū summo vertice crescens herba cōtigerit, vires inde ad depellendos oēs morbos languoresq; conquirit: ita quæcūq; fuerit illa infirmitas corporis, haustu exiguo madefacti salutaris graminis depellitur, nihil oīno virium habens, si anteq̄ æreæ fimbriæ summitatē crescendo cōtigerit, decerpat. Hanc statuā ad similitudinem vultus Iesu formatā tradebāt, quæ permāsit ad nostra vsq; tpa, sicut ait Eusebius Cęsareen. Ipsi oculis nostris inspexim⁹. Ad imperatorē Valerianum redeo, q primū satis victoriosus erat, sed postq̄ Chrianos psequi cœperat, oīa sibi aduersa fuere. nam in Mesopotamia gerens bellum, à Sapore Persar rege captus, ignominiosissima apud Persas seruitute cōsenuit. nam q̄diu viuebat, semper accliuis humi, regē in equū adscensur dorso attollebat. Et, vt dicit Orosius, iusto Dei iudicio tam nefarij in sanctos autor delicti, s. persecutiōis in Chricolas, hac probrosa punitus est pœna. Capto aūt Valeriano, oēs pene circūpositę nationes in Ro. fines inuehūtur. Germani, penetratis alpibus, Italiā irrumpētes, Rauennā vsq; perueniūt, tādem Hispanias obtinentes, Tarraconē expugnāt. Alemani Gallias peruagātes, cuncta cæde, flāma, rapinisq; diripiunt. Macedonia, Pontus, Asia, Gotthor inundatiōe vastātur, Sarmatæ Pannonias depopulātur. præterea cōspiratiōe intrinsecus tyrāni insurgunt bella ciuilia. Fundit vbiq; Ro. sanguis, q effuderant innocentem Chrianor sanguinē. Galienus vero Valeriani filius, postq̄ rerum summā solus obtinuit, claro Dei iudicio territus, exemplo patris motus, mitius erga Chrianos agere instituit, datisq; decretis, inhibere supplicia, persecutionesq; cessare præcepit, ac pacem ecclesijs trepida satisfactione restituit. Sed qa erat homo natura lasciuior, cōperta patris captiuitate gaudebat. Iocabat, cū esset oīm ingēs mœror, q Ro. princeps captiuitate Persica teneret, quē inultū filius relinquebat, nec ad patris miserias aut dedecus Ro. imperij mouebat: & cum primū audierat captū patrē, Sciebam, inqt, patrē meū mortalem. sæpe ad tibicines processit, bibit in aureis semp poculis, semp vina variauit, cōcubinę in eius triclinio dormitabāt. gēmato baltheo vsus est, caligas gēmatas annexit, matronas ad cōsolationē suā rogauit, oēs viæ ludis, strepitu, plausibusq; personabāt. Cumq; in luxuria & improbitate persisteret, nec aliter Rempub. gereret, Posthumius in Gallia inuasit tyrannidem, seditione tamen militum tandem interfectus est. Genuus purpuram imperialem assumens in Mœsia, occisus est. Aemilianus apud Mogūtiā, cum res nouas moliret, oppressus est. Post mortem Posthumij Marius in Gallia inuasit imperium, sed continuo interfectus est. Deinde Victorinus à Gallis vltro creatus, post paululū occisus est. huic successit Tetricus, q tunc Aquitaniæ præsidatus administrabat officium, multasq; seditiones militum pertulit. at in oriente per Odenatum quendā, collecta agrestium manu, victi pulsiq; Persæ, defensa Syria, recepta Mesopotamia est. hunc Galienus, participato imperio, Augustum vocauit, q tamen post insidijs cōsobrini sui interemptus est, loco cuius Zenobia vxor Odenati suscepit imperium, diuq; rexit non muliebriter. Pudet enumera

Sabellij hæresis.

Cherinthi hæresis.

Dionysius.

Marius. Astirius.

Mirum de herba quadam.

Valerianus capitur.

Galienus IMP. 35.

Inuasores imperij.

Zenobia regina.

merare, quæ sæpe Galienus malo generis humani quasi per iocum dixerit. nam cùm ei nunciatũ esset, Aegyptũ defeciusse, dixisse fertur: An sine limo Aegyptiorũ esse nõ possum? Perdita Gallia, risisse fert & dixisse, Non sine trabeatis sagis tuta Resp. est: sic deniq; de oĩbus partibus mundi iocabatur amissis. Verum cum Galieni tantam improbitatem ferre non possent, consiliũ inierũt Martianus & Cecropius liberandi Rempub. & apud Mediolanũ ab Aureolo duce, vel (vt alij volunt) à Cecropio interemptus est. vbi continuo & frater eius Valerianus est interemptus. Hæc vita Galieni fuit, q voluptatibus & stupris perdidit orbem terrarum, quem xxx. prope tyrannis vastari fecit, ita vt etiam mulieres illo melius imperarent. Galieni mors.

GENERATIO DECIMA.

ANno dñi 170. regnãte adhuc Galieno, anno imperij sui 12. incepit decima generatio. Eodẽ anno Hierosolymorũ epus Hymenæus extitit, sub Sixto secũdo papa ordinatus. Eodẽ anno Dionysius apud Alexandriã quieuit in pace, vir sanctitate & doctrina admirãdus. hic inter cætera scribit in epl'a de paschali festiuitate, Alexãdriam esse desolatã tribus de causis: primũ dicit manibus suis partem maximã persequendo sanctos cæsam, partem alterã bella intestina, partem vero quæ superfuerat, pestilentem ægritudinẽ rapuisse. Ille Dionysius Iohannis apostoli Apocalypsim nequaq̃ refutandã putat, sed summa dignitate venerãdam, cũ eius scripta humanę eruditionis intellectũ excedãt, illiusq; reuelationẽ sancti alicuius ac sine vlla dubitatiõe per Dei spiritum factam affirmat. Sub Galieno q & Decius appellatur, Sixtus papa martyrio coronatus est, licet alij cõtradicant, Dionysij Alexandrini dicto assentientes, q scripsit, Galieno regnante post patrem Valerianum, Dei ecclesiam in pace fuisse constitutam. temporũ tamen habita supputatione, S. Sixtus cum S. Laurentio passus fuit, anno dñi 273. quo anno & Galienus Mediolani interficitur. Eodem tpe claruisse dicitur Gregorius Neocæsareæ Ponti epus, Theodorus ante dictus, Origenis discipulus, vir illustris & catholicus, de quo nõnulla miracula refert Eusebius in ecclesiastica historia. Narratur vnũ de eo illustre miraculũ: Cũ aliqñ per alpes trãsiret, necessitate coactus, ad p̃sbyterũ cuiusdã phani Apollinis sacrũ diuertit, ibi pernoctãs. sacerdos iste ex more consulebat simulacrũ Apollinis, respõsa poscẽtibus dabat, vnde ei alimonię quęstus erat. Gregorio mane recedente obmutuit dæmon. Cumq; sacerdos efflagitaret respõsum, qd me, clamauit dæmon, inuocas? venire nõ possum. percontãti causam, aduẽtu se Gregorij dicebat expulsum. Mox sacerdos occupãs viã, secutus est Gregoriũ, querelã expulsi numinis exponẽs, quęstumq; amissum deplorat. at ille nihil moratus, scribit epl'am in hæc verba: Gregorius Apollini: Permitto tibi redire ad locũ tuũ, & agere quę cõsueuisti. hanc sacerdos ad phanũ fert epl'am, adest iterũ dæmon, iterũ dat respõsa. Tunc sacerdos intra se cõpunctus, ait: Nonne multo melior est Gregorius iste Apolline, cuius obtemperat iussis? & descendit mox ad Gregoriũ, referens epl'am. rei ordinẽ pandit, vtq; Deo se offerat, petit, statim relicta gentilitate, factus ab eo catechumenus. Postea baptisma consequitur, & in tantũ virtutibus fidei ꝓfecit, q B. Gregorij successor in episcopatu esse meruerit. Sixto Romanæ ecclesiæ per annos xi. sacerdotio ꝓcurato, successit Dionysius ex monacho põtifex creatus, anno 275. hic p̃sbyteris ecclesias & cœmiteria in vrbe Roma statim diuisit, parochias & diœceses foris distribuit. atq; limites constituit, de quo 13. q. 1. c. 1. Termini aũt prouinciarũ & episcopatuũ ante aduentũ Christi fuerunt distincti. Et in ipsis vrbibus apostoli ac successores, patriarchas & epos posuerunt, 80. di. c. 1. 2. & 3. Dionysius sedit annis nouem, sub quo cõciliũ est habitum Antiochiæ, cui tamẽ ob seniũ interesse nõ potuit, ibiq; Paulus Samosatenus cõdemnatur, qui Artemonis hæresim resuscitauerat. Interea occiso Galieno Claudius, vir sanctus, venerabilis & bonis omnibus charus, amicus patriæ, acceptus senatui, populo bene cognitus, à militibus electus & à senatu Augustus appellatus est anno dñi 274. regnauit annum vnum, menses nouem. Hic Galieni morientis sententia imperator creatus est. Hic interfecto à suis Aureolo, recipiens legiones, Gotthos iam qudecim annos Illyricum Macedoniamq; infestantes deuicit. Gentem Gotthorum, quæ pro Getica Gotthica est dicta, constat à Scythis originem habuisse. Scythas vero primos esse in Europa sub septentrione & ad Tanais limitem, feros ac paratissimos ad mortem, apud omnes scriptores inuenimus. Sed Pompeius Trogus eorum originem q̃ remotissime repetens, multa dicit quæ Scythis Asiam incolentibus, magis q̃ in Europa ad Tanaim sedẽtibus, accommodari videntur. Paulus Orosius de his scribit, q Romanas prouincias ingressi, societatem Ro. fœderis precibus quæsiuerunt, quam armis vendicare potuissent. paulo post dicit adijsse eius gentis oratores Octauianũ Augustũ Tarracone agentem, vt quã à victore remotissimo peterẽt pacẽ, facilius impetrarent, Ablabius origine Got-

Hymenęus. Dionysius. Gregorius Neocęsareę episcopus. Miraculũ. Dionysius papa. Claudius imp. 34. De Gotthis

Gotthus, scribit eos ab Agrippa Danubium transire cōpulsos, sub Domitiano fuisse reuersos, quo in tpe Oppius Sabinus primū, & postea Fuscus Corneli⁹ Ro. duces cum ipsis cōgressi Gotthis, copias amiserunt, & in ꝑlio ceciderunt, & tamen Gotthi qbus victoria incruenta non fuit, in Ro. ꝓuincijs eo tpe ꝑmanserunt: domuit tamē & Ro. ꝓuincijs expulit Gotthos paulo post insignis princeps Traianus, sed in suis barbarici soli ꝓuincijs, in qbus quiescere ꝓmiserunt, dimisit intactos, quos anno post fere 90. Antoninus Bassianus Caracalla tumultuarijs ꝑlijs superauit, pariter Gordianus deinde iunior Gotthos ad Danubium venire parantes, magis repulit q̄ superauit. Quamobrem anno exinde octauo, cum Philippus impare cœpisset, Ro. soli ꝓuincias irruperunt, & non solum ipsi appellati Visigotthi, id est, occidentales, Danubium transierunt, sed & Ostrogotthos, id est, orientales aliasq; gentes in Reipub. ꝓuincias trecenta virorum millia ꝑduxerunt, à qbus Thracia Mœsiaq; miserabiliter sunt vastatæ. Misit tamen in eos Philippus Decium Pannoniensem legatum suum. Aliquot ꝑlijs hic inferior, re infecta reuertitur: & postea Philippo cum eiusdem noīs filio, fraude ipsius occiso, imperator factus, eam gentem dimisit intactam, quę qdem gens sub Gallo & Volusiano fœdus innouauit cum Repub. Ipsis vero Gallo & Volusiano sublatis, secuta sunt infelicissima tpa Valeriani imꝑatoris. Eo nanq; in vinculis Saporis Persarū regis tunc agente, Galienoq; & filio inutili & xxx. tyrannis imperium lacerantibus, Gotthi Bithyniā inuaserunt, Nicomediā vastarunt. Exinde Thracibus occupatis, Macedoniaq; vbiq; vastata, Thessalonicam obsederunt. sed dum * Macriani ducis virtute ijdem Gotthi in Achaia superati recedunt, alia eorundem Gotthoꝝ manus Asiam vastat: & tunc templum Dianæ Ephesiæ spoliatum primo, & postea est incensum. Differentiā inter Visigotthos & Ostrogotthos legere qs potest apud Paulū Diaconū atq; Blondū. Emersit inter hęc Claudius imꝑator secūdus huius noīs, q plura biennio, q̄ quisq̄ Ro. princeps decēnio summa felicitate cōfecit, vt iuxta Trebellij verba, si diutius in Repub. esset cōmoratus, Scipiones bonos & Camillos, oēsq; veteres suis viribus, suis cōsilijs & prudentia fuerit redditurus. Quod vero ad Gotthos attinet, quantis illos viribus ꝓfligauerit, indicat illius ep̄la ad Iuniū Bocchū Illyricū tuentē missa in hæc verba: Claudius Boccho salutē: Deleuimus trecenta millia Gotthoꝝ, duo millia nauium submersimus, tecta sunt flumina scutis, spatis & lanceolis, omnia littora operiuntur, campi ossibus tecti, nullum iter purum est, Carthago deserta. tantum muloꝝ mularumq; cepimus, vt binas & ternas miles possit adiungere. Nostra diligentia pugnatum est apud Mysios, & multa prælia fuerunt apud Martinopolim, multi naufragio perierunt, pleriq; capti reges, captæ nobiles fœminæ, repletæ barbaris seruis Romanæ prouinciæ, factus miles barbarus & colonus e Gottho. Nec vlla fuit regio, quæ Gotthum seruū, triumphali beneficio nō haberet. hanc ob rem in curia aureus clypeus, in Capitolio aurea statua eidem à senatu decreta est. Finito autem bello Gotthico, grauissimus morbus increbuit. tunc etiā Claudius morbo affectus interijt, cum magno imperij damno. Quid eñ in ipso nō mirabile? qd nō conspicuū? In quo Traiani virtus, Antonini pietas, Augusti moderatio, & bonoꝝ principum exemplum fuerit relictū. Illum eñ senatus & populus ante imperiū, in imperio, & post imperiū sic dilexit, vt satis cōstet neq; Traianū, neq; Antoninos, neq; quenq̄ aliū principū sic amatū. Claudio sic demigrāte, Quintilius frater eiusdem, vir sanctus & æmulus fratris, delatū sibi oīm iudicio imperium, merito virtutum, sub quo barbari q supfuerant, terras imperij vastare conati sunt, ꝓuincialium tamen virtute referūtur obtriti. veꝝ Quintilius 17. die, ꝙ se grauem & serium contra milites ostenderet, Aquilegiæ interemptus est anno dñi 276. Post Claudium & fratrem suum Quintiliū, Aurelian⁹ mediocri (vt dicitur) colono ꝓgenitus imperator est electus, anno dñi 276. De illo Aureliano refert Garibaldus, q gesta Bauarorum cōscripsit, ꝙ olim qdam dux Bauaroꝝ Tassilo, ex filia regis Moranoꝝ genuerit filium sui noīs, q expulsus à Ro. venit in Carinthiā, ædificauit multa castella & oppida, duxit in vxorem filiā principis Pannoniæ, ex qua Aurelianū istū & Theodonē fratres genuit. Theodo dux iterū restitutus fuit in patriā. Hic à prima ætate ingenio fuit viuacissimus, viribus clarus, nullū vnq̄ diem ꝑtermisit etiā festū, quo nō se pilo & sagittis, cęterisq; militaribus exerceret officijs. statura procerior. neruis validissimis. Huius multa extant egregia facinora. Refert Theoclius, Aurelianū manu sua bello Sarmatico vnā quadraginta & octo interfecisse, pluribus aūt diebus vltra nongentos quinquaginta. Idem apud Moguntiā tribunus legionis sextæ Gallicanæ, Francos irruentes. cū vagarentur per totā Galliā, sic afflixit, vt trecētos ex his captos, septingētis interemptis, sub corona vēdiderit. Hic aūt magnæ seueritatis fuit, seueriterq; pc̄tā castrensia correxit. Solus deniq; oīm, militem q adulterium cum hospitis vxore commiserat, ita puniuit, vt dua

Gotthi victi à Claudio.

Claudij mors.

Quintilius IMP. 35.

Aurelianus IMP. 36.

Adulteri supplicium.

ut duorum arborũ capita inflecteret, quas ad pede militis ligaret, easdemq́ subito dimitteret, vt scissus ille vtrinq; penderet. Huius ep'la militaris est ad vicariũ suũ, hmõi: Si vis tribunus esse, immo si vis viuere, manus militũ cõtine. nemo pullũ alienũ rapiat, ouem nemo cõtingat, vuã nullus auferat, segetẽ nemo deterat, oleũ, salẽ, lignũ nemo exigat, annona sua cõtentus sit: de prȩda hostis, nõ de lachrymis ꝓuincialiũ ditescãt. arma sint tersa, calceamẽta fortia, vestis noua veterẽ excludat, stipendiũ in balteo, non in pompa habeat: torquem, armillas & annulũ deponat, equũ saginariũ suũ defricet. alter alteri quasi seruus obsequat, à medicis gratis curent. haruspicibus nil dent, in hospitijs caste se habeãt. Qui litem fecerit, vapulet. In principio aũt imperij Aureliani, oẽs natiões aquilonares cõtra Ro. imperiũ coniurãtes, incredibili multitudine per eã partem Italiæ quæ Alemaniã respicit, Italiã intrãt, igne, cæde, rapinis oĩa vastantes. Quibus occurrens Aurelianus, magna cæde suorũ in fugã versus est, ex eo ꝙ in densissimis syluis barbari se cõtinentes, Ro. à dorso persequentes interimunt. Ipse tum imperator fugiens, vix cũ paucis euasit, ex qua calamitate ita trepidata est vrbs, vt multi relictis mœnibus, fugere tẽtauerint. sed cõgregato milite victus Aurelianus, barbaris rursum pugnaturus occurrit, illosq́ tribus, licet difficillimis, bellis vicit, vno nõ longe à Placentia, altero iuxta amnem Metaurum, tertio Ticinensibus cãpis. quo vltimo prælio tantã stragem barbarorũ fecit, vt prȩ multitudine occisorũ, victores victos insequi impedirent: adeo vsq; ad internecionẽ deleti sunt, vt ex sexcentis millibus armatorũ, vix sexta pars supfuerit. His itaq; implicitus, Tetricus vir ingentis animi, purpurã induit, seq́ imperatorẽ noĩauit, & cũ multa cõtra Alemanos fecisset, diu Gallias tenuit. sed cũ militũ suorum supbiam & impudentiã tolerare nõ posset, reddere Gallias Romanæ Reipub. cogitauit. Et audiens Aurelianũ Romæ imperare, atq; victis barbaris se petere, Aureliano scripsit vt exercitum suum reciperet. Aurelianus ergo properãs, Tetrico prodente exercitum, absq; bello facile Gallias recepit: qbus receptis, illum exercitum q ad Gallorum præsidiũ fuerat, amouit, nouumq́ conscripsit. Inter hæc per orientẽ plurimi motus emersere, ad quos sedandos multa Germanorũ auxilia atq; Gallorum secum traxit. sed anteq̃ ad orientẽ veniret, multa bella prius confecit. nam in Thracia & Illyrico occurrentes sibi barbarorum copias strauit, insup & Canabã siue Canabãdem regem Gothorum, nouos vltra Danubiũ motus parãtem, cum qnq; millibus interfecit. quo in prælio captæ sunt decem mulieres virili habitu pugnantes, quas ab Amazonibus ortas esse dicebant. His potitus victorijs, Zenobiã in oriente imperãtem aggreditur. Thymam proditione vnius ex ciuibus cepit, deinde Antiochiã obsedit, atq; in potestatẽ suã redegit. Posthac prælio diu ancipiti cum Zenobia inito, solutis ordinibus Zenobiæ, exercitus cæsus, ipsa fuga salutem quæsiuit. Inde Aurelianus in Palmyra Zenobiã obsedit, & cum diu obsidio durasset, Aurelianus ep'lam Zenobiæ scripsit in hȩc verba: Aurelianus imperator Romanæ vrbis, Zenobiæ: Sponte facere debuisti, q̃d nunc meis l'ris iubetur. deditionẽ ꝑcipio, ita vt cũ tuis vitã agas quo te senatus sñia collocauerit: gẽmas aurũ & argentũ in Ro. ærariũ cõferas. Hac ep'la recepta, Zenobia insolẽtius rescripsit. vnde iratus Aurelianus, statim aucto exercitu atq; munito, multa auxilia Zenobiæ aduenientia intercepit. quo audito, ipsa fugã inijt, sed à militibus Aureliani capta fuit, quã imperator ad triumphũ reseruari ꝑcepit, & post paucos dies ciuitatem cepit. Pacato itaq; oriente, cũ Aurelianus ad vrbẽ ire pararet, Firmus qdam in Aegypto Aureliano imperatori rebellem se fecit, q tamẽ vno ꝑlio victus, cum copias reparare vellet, & nõ valeret, laqueo sibi vitã extorsit. Victor itaq; Aurelianus, toto orbe pacato, Romã cum triumpho est ingressus, haud dissimilis Alexandro Magno, seu Cæsari. nam Ro. imperium triennio ab inuasoribus defenderat, cũ Alexander per xij. annos ingentibus victorijs ad Indiã ꝑuenerit, & C. Cæsar decẽnio Gallias superauerit, aduersus ciues quadriennio pugnauerit. Cum ergo à bellorũ motu quieuisset, optimas leges instituit, & primus oĩm Ro. principũ diadema more regio sibi imposuit, & vestes auro gemmisq́; contextas in vsu habuit. contrarium tamen eius apud nõnullos inuenitur, ꝙ s. vestem holosericã neq; ipse in vestiario suo habuerit, neq; alteri vtendã dederit, porcinæ quoq; carnis vsum primus populo instituit, multos seruos e familia sua cum peccauerãt, legibus audiendos publicis iudicijs dedit. vino ruffo delectabatur. medicum ad se cũ ægrotaret nunq̃ vocauit, sed inedia se præcipue curauit. Sed post tot victorias adeo efferatus est anim⁹, vt multos nobiles & aliquos etiam ex senatu, sola animi seueritate interfecerit: quam ob causam magnam illam gloriam bellicã minuit, & timeri cœpit, non amari. Hoc etiã tpe Aurelianus ꝑsecutionẽ nonã post Neronẽ in Chr'ianos mouit, q tamen ab initio imperij, cum Paulus Samosatenus à patribus esset cõione priuatus, & de domo ecclesiæ exire noluisset, interpellat⁹, impauit vi cũ publica expelli. nõ enĩ tũ erat malorum

Aureliani aurea ep'la.

Tetricus.

Aureliani ep'la ad Zenobiam.

Vsus porcinæ institut⁹

Nona Christianorum persecutio.

malorũ consilijs deprauatus, sed processu tpis consiliũ mutauit: q̃ tpe per diuersas prouincias multi pro Chr̃i noĩe occubuerũt, & scribit Eusebius eo tpe psecutiõis Aurelianæ, fulmen iuxta eũ comitesq́ʒ eius ruisse magno circũstantium pauore. Incidit aũt, vt Mnestheũ notariũ suorũ secretorũ, ĩfensiorẽ sibi minãdo redderet. ille cognoscẽs Aurelianũ neqʒ frustra minari solere, neqʒ si minaret̃, ignoscere, in scheda scripsit noĩa eorũ q̃bus Aurelianus irascebat̃, additis plurib⁹ de q̃bus nihil asperũ cogitabat: se quoqʒ inscripsit, q̃ magis fidẽ faceret: deinde nacta opportunitate, legit singulis, addẽs, disposuisse Aurelianũ oẽs occidere. hi exardentes timore q̃ merebant̃ offensam, dolore innocentes, ꝙ Aurelianus esset ingratus, inter Constãtinopolim & Heracleam iter facientem subito adorti interemerũt. hic finis Aureliano fuit. Sane Mnestheus postea ligatus ad stipitem, bestijs obiectus est. senatus eñ mortẽ eius grauiter tulit, grauius tñ po. Ro. q̃ vulgo dicebat Aurelianũ pædagogũ esse senatorũ. Impauit annis sex, minus paucis diebus. Occiso itaqʒ seuerissimo principe, exercitus retulit ad senatũ de imperatore deligẽdo, idcirco ꝙ nullũ de his faciendũ putabat, q̃ tam bonũ principẽ occiderãt. verũ senatus electionẽ in exercitũ refudit, sciens nõ libenter iam milites accipere imperatores quos senatus elegerat. deniqʒ id tertio factũ est, vt ita per sex menses imperatorem Ro. orbis nõ haberet. Extãt literarũ exempla exercitus in hæc verba: Felices ac fortes exercitus senatui pp̃lóq́ʒ Ro. Aurelianus imperator noster per fraudẽ vnius hoĩs, & errorẽ bonorũ ac malorũ interemptus est. hunc inter deos referte sancti & dñi P.C. & de vobis aliquẽ dignũ vestro iudicio principẽ mittite. Nõ eñ de his q̃ vel errauerũt, vel male fecerũt, imperare nobis patimur. Lectis his in senatu, Tacitus primę sententię senator ita locutus est: Recto ordine cõtulissent dij, P.C. si boni principes ferro inuiolabiles extitissent, neqʒ cõtra eos aliqua esset potestas his q̃ necis infandæ mentẽ concipiunt. viueret eñ princeps Aurelianus, quo neqʒ vtilior fuit q̃squã. respirare certe cœperat post infelicitatẽ Valeriani ac Galieni, imperãte Claudio nostra Resp. at eadem reddita fuerat, Aureliano toto penitus orbe vincẽte. Ille nobis Gallias dedit, ille Italiã liberauit, Vindelicis iugũ barbaricæ seruitutis amouit, illo viuẽte Illyricũ restitutũ est, redditæ Ro. legiones Thraciæ, ille oriẽtem fœmineo pressum iugũ restituit, ille Persas fugauit & oppressit, illũ populi ad orientẽ Sarraceni, Bactriani,* Sores, Iberi, Armeni, Indi, veluti p̃sentẽ venerati sunt, deũ oĩa in vrbe phana eius micãt donis. Quare P.C. deos ipsos cõuenio, q̃ talem principẽ interire passi sunt, nisi forte secũ eum esse maluerunt. decerno igit̃ ei diuinos honores. nam de imperatore deligẽdo ad eundẽ exercitũ censeo esse referendũ. nisi eñ sic fiat, electi periculũ erit, & eligentis inuidia. Deinde ab oĩbus probata est hæc sentẽtia. Attñ cum iterũ atqʒ iterũ mitterent ad exercitũ, ex senatus cõsulto Tacit⁹ iste imp̃ator electus, anno dñ 281. At ille: Miror P.C. vos in locũ Aureliani fortiss. imp̃atoris, me senẽ velle principẽ facere. attñ sic mihi cõtingat iuste & vtiliter imperiũ administrare, queadmodũ ego oĩa ex vestra sentẽtia me agere oportere duxi. vestrũ est igit̃ P. decernere ac iubere, q̃ vestro ordini, quę exercitibus & Po. Ro. cõmoda videant̃, meũ vestra decreta cũ dignitate exequi. Ad hæc senatus: & Traianus, & Adrianus, deniqʒ & Antoninus ad imperiũ senes venerunt. Imperatorẽ te, nõ militem, facimus. tu iube, milites pugnent. animũ tuũ, nõ corpus eligimus. statimq́ʒ acclamatũ est, atqʒ ad cãpum Martiũ itum. Ibi p̃fectus vrbis sic locutus est: Vos sanctissimi milites, vos quirites habetis principẽ, quẽ de sentẽtia oĩm exercituũ senatus elegit, Tacitum dico Augustissimũ virũ, vt q̃ hactenus Rempub. sentẽtijs suis, nũc iussis atqʒ cõsultis iuuat. acclamatũ est à pp̃lo, Felicissime Tacite Auguste, dij te seruẽt, & reliqua. Inde ad exercitũ p̃fectus Tacitus, ibi q̃qʒ cũ primũ tribunal adscẽdit, Mesius Gallicanus p̃fectus p̃torij, in hæc verba disseruit: Dedit, sanctissimi cõmilitones, senatus principẽ quẽ petiuistis, paruit p̃ceptis & voluntati castrensiũ, ipsum audite. post hæc Tacitus Augustus dixit: Et Traianus ad imperiũ senex venit, sed ille ab vno deductus est, sed me sanctissimi cõmilitones primũ vos q̃ scitis principes approbare, deinde amplissimus senatus dignũ hoc noĩe iudicauit. curabo, enitar, efficiã, ne vobis desint, si nõ fortia facta, at saltẽ & imperatore digna cõsilia. Tandẽ ad senatũ cõuersus, petijt Aureliano statuã aureã ponendã, & vt Aurelianũ oẽs pictũ haberẽt, multaq́ʒ executus, autor fuit senatuscõsulti faciundi, vt capitale esset, si q̃s publice priuatimve æs argento miscuisset, si q̃s argentũ auro, aut æri plumbũ, ne serui in dñorum capita *regarent̃. Petiuit q̃qʒ fratri suo Floriano consulatũ, quẽ cum nõ impetrasset, lætatus est. dixitq́ʒ, scire Ro. senatũ quem imperatorẽ legisset. omne patrimoniũ suũ publicauit. pecuniã quã habuit, militibus stipendij noĩe erogauit. Nec tacendũ est tantã senatus lætitiã fuisse, ꝙ eligendi principis cura ad ordinẽ amplissimũ reuertisset, vt & supplicatiões decernerent̃, mitterenturq́ʒ literæ in prouincias, vt scirent omnes socij ac nationes, in antiquũ statũ redijsse rempub.

Aurelianus occiditur.

Oratio Taciti senatoris.

Tacitus 37. IMP.

Prima

Prima aũt cura Tacito fuit, vt oẽs q Aurelianũ occiderãt, interimeret, bonos malosve: cum iam ille vindicatus esset, eos q à Mæotide eruperãt barbaros, consilio atq; viribus compressit. At isti viro magnificũ fuit, ꝙ tanta gloria susceperit imperiũ, gessit aũt propter breuitatẽ tempoꝝ nihil, intereptus apud Pontũ insidijs militaribus, sexto mense imperitãs. Hinc frater Taciti Florianus arripuit imperium, nõ senatus autoritate, sed suo motu, quasi hæreditariũ esset imperiũ, cũ sciret adiuratũ esse in senatu Tacitum, vt cum mori cœpisset, nõ liberos suos, sed optimũ aliquem principem faceret. deniq; vix duobus mensibus imperiũ tenuit. nam occisus est Tarsi à militibus suis, q æstimabant neminẽ posse dignius imperare, q̃ Probũ, quẽ ab om̃i exercitu intelligebãt electum. Florianus morum fratris imitator, sed nõ vsquequaq;, effusior em̃ & ambitiosior erat. Postq̃ ad exercitus nuncius venisset, Tacitũ absumptũ & Florianũ imperiũ arripuisse, tum animus militibus fuit præuenire Italicos exercitus, ne iteꝝ senatus principem daret. sed cũ inter milites sermo esset, qs fieri deberet, & tribuni eos in cãpo alloquerentur manipulatim, dicentes, reqrendũ esse principẽ aliquẽ fortem, sanctũ, verecundum, clementẽ, probum, & cũ per multos circulos id diceretur, quasi diuino nutu vndiq; ab oĩbus acclamatũ est: Probe Auguste, dij te seruent. deinde * concursus, & ad palatium reductus inuitus & coactus, ac sæpe dicens: Non vobis expedit milites, non mecũ bene agitis, ego em̃ vobis blandiri nõ possum. Nihilominus tñ iterãt, Probe Auguste dij te seruent, ita ei sine vlla molestia, totius orbis imperiũ & militũ & senatus iudicio delatum est, anno dñi 285. Scripsit mox ad senatũ: Recte atq; ordine P. C. optimo superiori anno factũ est, vt vestra clementia orbis terraꝝ principem daret, & qdem de vobis, q estis mũdi principes, & posteri vestri erunt, atq; vtinã id Florianus expectare potuisset. nunc qm̃ ille imperiũ arripuit, nobis à militibus delatũ est nomen Augustum, quæso vt de meis meritis iudicetis, facturus qcqd iusserit vestra clementia. Die tertia nonas Februarias in æde Concordiæ lectæ sunt lr̃æ, & continuo acclamatũ est, Probe Auguste dij te seruent, olim dignus & fortis, & iustus, bonus ductor, bonus imperator, exemplũ militiæ, assertor Reipub. felix imperes. ꝙ imperium suscepisti, gr̃as agimus, tuere nos, tuere Rempu. tu Francus, tu Gotthicus, tu Sarmaticus. tu Parthicus, tu oĩm semper dignissimus imperio. Deinde decernunt Augusto proconsulare imperium, patris patriæ reuerentiã, pontificatum maximũ, ius tertiæ relationis, tribunitiam potestatem. Accepto igitur hoc senatuscõsulto, permisit patribus, vt ex magnoꝝ iudicum appellationibus ipsi cognoscerent, proconsules crearent, legatos consulibus, ius prætorium præsidibus darent. Leges quas Probus ederet, senatusconsultis proprijs consecrarent. statim deinde si q de occisoribus Aureliani superfuerant, vario genere vindicauit. Deinde animaduertit etiam in eos q Tacito insidias fecerunt. Floriani socijs pepercit, quod non tyrannum videbantur secuti, sed sui principis fratrem. Recepit deinde omnes Europenses exercitus, q Florianum imperatorem fecerant & occiderant. His gestis, cum ingenti exercitu Gallias petit, quæ vndique occiso Posthumio turbatæ fuerant, interfectoq; Aureliano, à Germanis possessæ. Magna autem illic prælia tam feliciter gessit, vt à barbaris sexaginta per Gallias nobilissimas reciperet ciuitates, cæsis prope quadraginta millibus, q Ro. occupauere solum. Quam ob causam dedit ad senatum lr̃as huiusmodi: Ago dijs immortalibus gr̃as, P. C. ꝙ vestra in me vt iudicia comprobarem, subacta est omnis qua tenditur late Germania, nouem reges gentium diuersarum ad meos pedes, immo ad vestros supplices strati iacuerunt: omnes tam barbari vobis arant, vobis iam seruiunt, & contra interiores gentes militant. Supplicationes igitur vestro more decernite. nam 40000. hostium cæsa sunt. 11000. nobis oblata armatorum, & 60 vrbes nobilissimæ captæ, & omnes penitus Galliæ liberatę. arantur Gallicana rura barbaris bubus, & iuga Germanica captiua præbent nostris colla cultoribus. Quid plura? Illis sola reliqmus, * solo nos eorum omnia possidemus. post hæc Illyricum petit, in quo Sarmatas cæterasq; gentes profudit ac propulit. tendit inde ad Thracias, atq; omnes Gotthicos populos *. pertransijt orientem, vbi Saturninum q orientis imperium arripuerat, varijs prælijs superat: quo victo, tãta in oriente quies fuit, vt merito illud inuulgaretur, mures rebelles nullum audire. Deinde cum Proculus & Bonosus apud Agrippinã imperium arripuissent, om̃esq; sibi iam Britannias, Hispanias & Bracatæ Galliæ prouincias vindicarent, ibi Germani omnes à Proculo & Bonoso rogati, auxilia ferre noluerunt. Tyrannos igitur illos statim vicit Probus. quid multa? conferas Probum cum alijs imperatoribus aut principibus, q fortes, qui clemẽtes, q prudentes, q mirabiles extiterũt, intelligit hic princeps aut par fuisse, aut melior. qnquennio em̃ imperij sui per totũ orbem terraꝝ tot bella gessit, multaq; manu sua fecit. Ille vero conscius sui, nõ barbaros timuit, nõ tyrãnos, vir sane probus,

vir Au

Tacit[...] ritus.

Florianus IMP.

Probus 38. IMP.

Gallos subegit Prob⁹.

vir Aureliano, Traiano, Adriano, Antoninis, Claudioq; præferendus, qa in illis varia, in hoc oia præcipua tunc fuere, q oim iudicio bonoꝝ factus est imperator, orbem terraꝝ pacatissimũ fecit, de quo dictũ est ꝙ Probus diceret, etiã si Probus noie non fuisset. verũ cum probitate omnes anteiret, militemq; suũ nunq̃ ociosum esset perpessus, dicens annonã gratuitã militem comedere nõ debere. his addebat, breui milites necessarios nõ futuros, qa totum mundũ iam fecerat Romanũ: secura Respub. nõ arma necessaria, miles annonã non habebit. habebunt aratra, equus nascetur ad pacem, vbiq; pax erit, vbiq; Ro. leges. Gallos & Pannonios vineas habere permisit, almumq; & aureum montẽ militari manu consitos vineis conserere prouincialibus dedit. Vnde cum Syrmiũ venisset, ac solum patriũ fœcundari cuperet, multa millia militũ ad faciẽdam fossam posuit. hac re permoti milites, eum interemerunt, anno imperij sui qnto, seu (vt alij volunt) sexto. eius aũt mortem senatus grauissime tulit, ęque populus. promittebat enim secula aurea, in quo nulla futura erant bella. vnde milites se despici formidantes, in eius necem conspirant. Probus dum adhuc dux esset, vicit quandã gentẽ, vbi equus repertus est, nõ decorus, nõ ingens, q vt captiui referebant, 100. miliaria singulis diebus currere poterat, idq; p dies octo, vel decẽ cõtinuare. credebãt oẽs equũ seruare sibi velle Probũ, ad quæ ipse, fugitiuo militi potius, q̃ forti, hic equus cõuenit. iussit milites in vrnam mittere, vt sorte qs acciperet. Sortiri itaq; eũ milites iussi, cum Probi nomen ex vrna primũ fuisset eductũ, idq; plures milites nomen ferrent, ad tollendã discordiam, magno oim fauore est id præmiũ vni illi addictũ. scribit F. Vopiscus, mathematicos respõdisse genitrici ipsius Probi attentius petenti, fore ut à Probo longa mille annoꝝ successione geniti, Ro. imperiũ non magis tenerent q̃ amplificatũ redderent. Primo Probi anno Dionysius morit, & Felix natione Romanꝰ substituit. sedit annis 5. hic statuit Missas celebrari martyrum nomine, vtq; nullibi quàm in sacro loco Missa celebraretur, necessitatem semper excipiens. Quo tempore Manes, vocatus insaniens & instinctu dæmonis agitatus, execrabilem hæresim docet. hic Manes gente Persa, vita & moribus barbarus fuit, tam acer ingenio, vt insaniri vel impleri dæmone videretur. profiteri se Chrm ausus est, nunc spiritũ sanctũ se prędicabat, xij. discipulos eligens, ad prædicandũ mittebat. Hinc Manichæoꝝ hæresis exorta est. Vt aũt tunc impugnatur Manes, ita maxime laudatur Anatolius Laodicenus epus propter sanctitatẽ & doctrinam. Hæresis Manichæoꝝ asseruit duo esse principia, vnũ bonoꝝ, aliud maloꝝ: vnũ lucis, alterũ tenebrarũ: & Chrm habuisse corpus phantasticũ, & alios multos errores, quos etiã Augustinus ante conuersionẽ rõnibus acutissimis defendebat, sed post baptismũ funditus damnauit. Anno dñi 287. Eutychianus papa ordinat, sedens annũ, vel vt alij volunt, mẽsibus x. hic instituit vt in altari frugibus benediceretur, maxime vero fabæ & vuæ. Ille sicut & Felix, martyrio coronatur. Eutychiano Caius natione Dalmata substituitur, anno dñi 288. sedit annis xi. hic Caius ordines in ecclesia distinxit, qbus per gradus vsq; ad episcopatũ adscenderet. hi erant, ostiarius, lector, exorcista, acolythus, subdiaconus, diaconꝰ, presbyter, eps. Constituit etiã, ne laici sacris initiatos in iudicium vocarẽt, neve paganus aut hęreticꝰ Chrianum hoiem accusandi potestatẽ haberet. his tpibus Victorinus scripsit & Pamphylus presbyter. Post Probũ Carus Narbonæ in Gallia natus, ab exercitu impator eligit anno dñi 283. vir bonus qdẽ, & cũ hoc esset nũciatũ senatui, tã senatus q̃ pplus Carini filij sui causa inhorruit. Is eñ semp vixit pessime. metuebãt eñ tristiorẽ principẽ, sed magis improbũ hæredẽ. qualis eñ Carus esset, Probi epla indicat ad senatũ data in hæc verba: Probus Augustus amãtissimo senatui suo salutẽ dicit: Inter cætera felix esset nostra Respub. si qualis Carus est, aut pleriq; vestrũ, plures haberem in actibus collocatos. quare equestrẽ statuã Caro more veterum, si placeat, decernendã censeo. At Carus vbi primũ accepit imperium, cõsensu oim militũ bellum Persicũ, quod Probus parabat, aggressus est, liberis suis Carino & Numeriano Cæsaribus nuncupatis: Carinum qdem ad tuendas Gallias cũ viris lectissimis destinauit, Numerianũ vero vt adolescẽtiorẽ secũ duxit. Verũ anteq̃ ad Parthos veniret, Sarmatas Probi morte feroces adeo, vt non solũ Illyricũ, sed etiã Italiã inuasuros timeret, vno plio cõtudit, xl. millibus ex illis occisis & pluribus captis, deinde Persas fortiter strauit, & notissimas vrbes eoꝝ cepit. verũ gloriæ auidus, supra Tigridem fluuiũ castra ponens, ictu fulminis perijt. sed Iunius Calphurnius talem de morte Cari eplam dedit: Inter cætera, inqt, Carus noster princeps vere charꝰ, cũ ægrotaret, subito exorta tẽpestas est, vt caligarent oia, deinde tonitrua & fulgurũ vibratio oborta. oibus subito conclamatũ est, imperatorẽ mortuũ: vnde fama emersit, fulmine eum interemptum. quem, quantũ scire possumus, ægritudine cõstat absumptũ. duos annos regnauit. Eo mortuo, filius eius Numerianus ab oibus imperator appellatus est: q̃uis enim Ca-

Interitus Probi.

Felix papa.

Manes hæreticus.

Anatolius.

Eutychianꝰ papa.

Caius papa

Carus 39. IMP.

Numerianꝰ IMP.

Carinus frater eius maior esset, hic tñ virtuosus ac maximæ eloquẽtiæ. is nunciato si bi Persarũ tumultu, cũ apud Antiochiã maneret, voluit ecclesiã intrare, & Christianorũ ministeria explorare. prohibuit eũ S. Cyrillus, non licere, inquit, eũ diuina mysteria videre, qui pollutus esset sacrificio idolorum. indignatus ille, occidit Cyrillum. Numerianus deinde victor cũ ad vrbẽ exercitũ reduceret, cœpit oculorum dolore grauari, ita vt in lectica vndiq; clausa portaret, ne à sole vel puluere læderet. Eum sic afflictum Aper Arrius socer suus, qui inuadere conabat imperiũ, per insidias occidi procurauit. Cũq; interrogaret Aper de statu eius, respõdebat bene valere. sed cũ post aliquot dies fœtore cadaueris res prodita est, Aper, cuius dolo putabat occisus, captus, & ante signa legionũ manu Diocletiani occisus est anno dñi 290. Tunc habita est ingens cõcio, factũ est tribunal. & cum quæreret quis daret reipub. bonus princeps, Diocletianũ oẽs vno consensu imperatorẽ appellãt, iustissimũ Numeriani vltorẽ. cœpit itaq; regnare anno dñi 290. hic Dalmata fuit, & scribæ filius, & ante imperiũ Diocles vocabat. pfuit annis xx. Supererat aũt adhuc Carinus filius Cari in Gallia degẽs. hic cũ Cæsar à patre decretis sibi Gallia, Italia, Illyrico, Hispanijs, Britannijs ac Aphrica relictus esset, sed ea lege, vt oĩa faceret q̃ Augusti faciũt, ipse se oĩbus vitijs ac fœditatibus maculauit, amicos optimos quosq; relegauit, pessimũ quenq; elegit, superbas ad senatũ literas dedit, vxores nouẽ duxit, pulsis plerũq; pgnantibus, mimis, meretricibus, cantoribus atq; lenonibus palatiũ impleuit. habuit gẽmas in calceis, baltheum gẽmatũ. hoĩbus improbis plurimũ detulit, ac nullo se vitio tẽperauit. audiebat pater adhuc viuens, & clamabat, Nõ meus: statueratq; Constantiũ, qui postea Cæsar est factus, tunc aũt psidẽ Dalmatiæ, in locũ eius subrogare, illũ vero occidere. Hic vbi patrẽ à socero interemptũ, Diocletianũ Augustũ appellatũ cõperit, maiora vitia & scelera edidit, quasi iam liber à frenis domesticæ pietatis, nec ei tñ defuit vigor mentis. nã contra Diocletianũ multis plijs conflixit, vltimo in Dalmatia victus est & occisus. Ad Diocletianũ redeo. hic gemmas vestibus ac calceis inseri iussit, ac se vt Deũ adorari. Primo aũt imperij sui anno, Amandus quidam & Helinandus in Gallia, collecta rusticorũ, quos Bagandas vocabant, multitudine, perniciosos tumultus excitarunt. Diocletianus propterea Maximianũ Herculeũ quendã cõmilitonẽ suũ, Cæsarem fecit, & in Gallias misit, qs ille facile deuicit. Erat aũt Maximianus de Pannonia, natus gñe rusticano, inciuilis ingenij, ferus, seuerus, luxuriosus, stultus. hic genuit de Eutropia vxore sua Maxentiũ & Faustã. Eo tẽpore Maximianus sacrã Thebeorum legionẽ Mauricij cũ socijs suis martyrio coronauit. Inter hæc per oẽs Ro. terminos seditiones factæ. Carausius quidã, sumpta purpura, occupauit Britanniã, Iulianus Italiam, Achilleus Aegyptũ, quinq; Gentiani Aphricã, Narseus rex Persarum orientẽ, quo periculo Diocletianus permotus, Maximianũ ex Cæsare Augustũ facit, Constantiũ vero & Galeriũ *Maximianus Cæsares cõstituit, tradens Cõstantio Theodorã filiã Maximiani vxorẽ, & suã filiã Galerio. Erat aũt Constãtius Claudij nepos ex filia, Galerius vero in Dacia natus ex agricultoribus, fuitq; pastor armẽti, vnde & armẽtarius appellatus est, pulcher corpore, magnus & fortis. Cõstãtius igit Cæsar in Gallia apud Lingones primo plio profligatus cũ exercitu suo, vix ipse euasit. secũdo plio satis secuta est ei prospera fortuna, nã tunc 60000. Alemanorum cæsa referunt ab Eutropio & Eusebio. Maximianus aũt Augustus quinq; Gentianos in Aphrica vicit. Diocletianus aũt Achilleũ obsessum per septẽ menses, cepit apud Alexandriã & interfecit. Erat in illis diebus cũ Diocletiano Cõstantinus iuuenis inclytus, filius Cõstantij Cæsaris, quẽ ex Helena procreauerat. hunc Diocletianus, instigãte Galerio, dolo perimere satagebat: sed cognita fraude, ad patrẽ suũ saluus diuina prouidẽtia peruenit. Galerius vero Maximianus, quũ duobus iam plijs aduersus Narseum cõflixisset, tertio cõgressu victus, amissis copijs, ad Diocletianum cõfugit, atq; ab illo arrogãtissime susceptus est, vt per aliqt millia passuũ purpuratus ante vehiculum eius cucurrisse ferat. Carausius gñe infimus, sed cõsilio ac manu promptus, cũ ad obseruãda Oceani littora, q̃ Franci & Saxones infestabãt, esset positus, plus in perniciẽ q̃ profectũ reipu. agens, ereptã hostibus pdã, nulla ex parte restituens dñis, sed soli sibi vẽdicans, purpurã tandẽ sumpsit, ac Britannias occupauit, quibus p septẽ annos retentis, tandẽ fraude Allecti socij sui occisus est, qui Allectus per trienniũ insulã inuadẽs, à Sclepiodoto pfecto ptorio opprimit, qui eam insulã decẽ annis tenuit. Interea Diocletianus in oriente, Maximianus in occidẽte, decimo post Neronẽ ecclesiã persequunt, Christianos affligentes ac ecclesias vastãtes. Hæc Beda. Tunc in Britannia martyr est factus S. Albanus. In hac generatione & sub Cari tẽporibus, viri eruditione clari Iulius Capitolinus, Vopiscus Syracusanus, & his aliquãto antiquiores, Trebellius Pollio, *Helius Lampridius,

S. Cyrillus occiditur.

Diocletian⁹ Imp. xxxx.

Carinus occiditur.

Maximian⁹ Herculeus.

Mauricij martyriũ.

Constãtius.

Carausius.

Albanus martyr.

viri illustres

dius,*Volgatius Gallicanus,*Helius Spartianus & Herodianus,omnes historici,sub Diocletiano desierunt scribere.Amianus Marcellinus scriptor egregius,xxxij.libris complexus est gesta Constantij comitis & Constantini filij,ac Galerij,Constantis & Constantij,Iuliani & Iouiniani,quorũ librorũ xiij.anteriores desunt,in quibus Constantij,Constantini & Galerij gesta erant.

GENERATIO XI.

Anno igitur à natiuitate Christi 300.ab vrbe condita 1051.imperij aũt Diocletiani xi.Caio papa existẽte,incepit vndecima generatio.Hoc in tẽpore pacatis vndiq; rebus,Diocletianus in oriente,Maximianus vero Herculeus in occidente, persecutionẽ decimã post Neronẽ exercuerũt in Christianos,q̃ cæteris oĩbus seuerior,per decẽ annos & amplius ecclesiã afflixit incessanter,& quãuis antea semp Christianos persequerent̃,sed xix.anno imperij Diocletiani tã crudelis,tã sæua persecutio flagrabat,vt intra vnũ mensem xvij.millia martyriũ inueniant̃ perpessi.Exijt eñ edictũ,vt cunctæ q̃ erant in orbe ecclesiæ,ad solũ diruerent̃,& sacræ scripturæ vbiq; igni cõburerent̃,oẽsq; qui ecclesijs p̃essent,in vinculis ponerent̃,ac deinde exquisitis supplicijs immolare dijs cogerent̃.rapiebant itaq;(vt ait Eusebius)oẽs ecclesiarũ principes,& sanctos clericos,nobiles & ignobiles,viros ac mulieres vnà cũ pueris,& varijs, inauditis,ac crudelioribus vt excogitari poterãt,supplicijs excruciabãt,ex quibus nõnulli fatigati cedebant,alij vsq; in finem patientiã seruabant.In Aegypto affirmat Eusebius suis oculis vidisse se,dum iudex innumeros fideles capite truncari iussisset,spõte oẽs,immo alij alios p̃uenientes,ceruices obiectabant ad necẽ,hymnũ Deo canẽtes, ita vt etiã extremos spiritus in Dei laudibus exhalarẽt.Primo oĩm ignis huius exordium inter solos militares parua scintilla cõflauerat,cũ deligerent̃,si qui essent inter milites Christiani,vt aut immolarent dijs,aut militiam pariter & vitã scirent sibi ponẽdam.Tunc plurimi ex ipsis pro fide Christi,militiã & animas *nõnulli posuere.cum vero inde flamma sumẽs initium,tota per populos & sacerdotes incendia exaggerauit,primum tunc Caius papa adhuc superstes,egit vt Cromatius oẽs Christianos in domo sua latenter reciperet,ad quos eo loci cõgregatos Caius:Dñs Iesus,inquit,duos gradus in se credentiũ cõstituit,cõfessionis & martyrij.Si q ergo pondus martyrij se posse ferre desperãt,cõfessionis gloriam teneãt,& cum Cromatio ac liberis suis pergãt.mecũ aũt,q volunt,in hac vrbe maneãt:nõ eñ terrarũ spatio diuidunt̃,quos Christi charitas nectit.Tunc exclamauit Tiburtius:Obsecro pater,ne permittas me terga dare,iucundũ eñ mihi est pro vita æterna mortem subire.S.Caius cõgaudẽs fidei eius,fleuit.Remanserunt ergo cũ eo Marcellinus & Marcus,& horũ pater Tranquillus,Sebastianus,Tiburtius,Nicostratus, cum coniuge Zoe,& fratre Castorio, Claudius cũ fratre suo Victorino.hi oẽs postea passim diuersis sunt excruciati supplicijs.Subrogat̃ tum in locũ Caij Marcellinus Ro.natione,anno dñi 303.sedit annis q̃tuor,vt quidã volũt,alij aliter.verũ in tãta persecutionis caligine vix inuenio cui me accõmodem.id tñ certũ est,intra xij.annos quatuor Ro.pontifices fuisse,Marcellinũ de quo nũc agit̃,Marcellũ eius successorẽ,dehinc Eusebiũ,post illũ Melciadẽ,cui subrogat̃ Siluester anno dñi 314.aut ad maximũ xv.vnde cõtra morẽ de his quatuor pontificibus ordine dicã.Marcellinus papa in hac persecutione cõpræhẽsus,timore mortis deuictus,thura idolis imposuit.at mox cõscientia ductus,congregato cõcilio aliquorũ ep̃orum & sacerdotũ,publice confessus est peccatũ suum.cilicio indutus,petit pro incõstantia sua debita pœna puniri.Sed respondebãt patres:Prima sedes à nemine iudicat̃,negasti tu.negauit & Petrus,sed egressus foras,fleuit amare.tu ergo in teipso corrige casum tuũ,de quo xxi.dist.§.nũc aũt.ait ad hæc:Ob scelus idololatriæ iudico me deponendũ,& anathematizo oẽs q corpus meũ tradũt sepulturæ,pergẽsq; ad Diocletianũ,cõfessus est se Christianũ,propter q̃d martyrio coronatus est.Cũ autem corpus suum per 36.dies iacuisset inhumatũ,apparuit B.Petrus Marcello successori suo,dicẽs:Vade & sepeli eum.nescis scriptũ,qui se humiliauerit,exaltabit̃?& factũ est.sedit annis quatuor.Huic Marcellino Marcellus subrogat̃ anno dñi 307.sedit annũ & mẽsibus octo.hic statuit q̃ conciliũ gñale non possit celebrari sine autoritate papæ,xvij.di.synodũ.Titulos 25.in vrbe constituit quasi diœceses,propter baptismũ & sepulturas.Cum quadam die Diocletianũ modeste argueret de iniusta persecutione Christianorũ,qui pro repub.sedulo orarẽt,imperator domũ Lucinæ iam factã ecclesiã atq; consecratã,stabulũ fieri mãdauit,ibiq; Marcellũ ad custodiã animaliũ deputauit,vbi pedore & situ morit̃.ibi hodie ecclesia B.Marcelli noĩe habet̃.Post hũc accepit ecclesiã regendã Eusebius natione Græcus.sub hoc ab Helena dicit̃ à qbusdã sancta crux inuenta,vnde ab ipso dicit̃ institutũ festũ S.crucis,de cons.dist.iij.crucis.

Decima persecutio in christianos.

Caius papa.

Martyres illustres.

Marcellin9 papa.

Marcellus papa.

Eusebius papa.

Sed verius dicit inuenta sub Siluestro,& forte in noie Eusebij est erratũ. tandẽ martyrio coronat sub Maxentio,sedit mẽses 8. Eusebio subrogat Melciades natiõe Apher, sedit annos quatuor. statuit vt die dñico vel quinta feria nemo ieiunet,quia hos dies pagani quasi sacros celebrabant,de cons.dist.3.ieiunium.& sic obseruatum est vsque ad Gregorium secundũ.& dicunt illum fuisse vltimũ martyrẽ inter summos pontifices,& q oẽs ab illo sursum vsq; ad B.Petrũ martyrio sint coronati. Ad imperatores redeo. Cũ eñ ex persecutione hac cœpissent desolari vrbes,rura nudari cultoribus,orbari liberis parentes,non humanitatis ratione,sed nimia crudelitate satiati, ad clementiam parũ se conuertunt. Edictumq; principale proponunt,*quõ fas esset tot ciues morti tradere,placere de reliq̃, vt hoc genus hoĩm, id est, Chr̃iani nequaq̃ subirẽt interitũ,sed oẽs dextris oculis effossis, sinistroq; poplite cauterio adusto ac debilitato, in æris ferriq; metalla vel opas statuũt deportãdos. hæc fuit clemẽtia principalis,qua optimis ciuibus cõsultũ est. Et qm̃ dñs quidẽ tradiderat familiã suã castigare paucis,propter corruptos nimia licentia Christianorũ mores,maxime vero ecclesiasticorũ,vt scribit Eusebius,quorũ peruersitatẽ diuina iustitia frenare hac persecutione instituit,dum simulationẽ in vultu,dolũ in corde,fallaciam in verbis cerneret,quiq; liuore,superbia,inimicitijs inter se certantes,tyrannidẽ potius q̃ sacerdotiũ sapere videbant,Christianæ pietatis oĩno obliti,ac diuina mysteria prophanãtes potius q̃ celebrãtes. o Deus,quid futuꝝ nostra ætate arbitramur,quo vitia nostra eo creuere, vt vix apud Deũ misericordiæ locũ nobis reliquerint? quãta sit auaritia sacerdotũ,quãta libido vndiq;,quãta ambitio & pompa,quanta desidia,& ignorantia tum sumpsius,tum doctrinæ Christianæ,q̃ parua religio,& simulata potius q̃ vera? misereat nostri Deus,ad rem redeo. Tandẽ post omnẽ tyrannicã rabiẽ aperuit oculos Deus,& persecutores illos in tantã rerũ permutationẽ deduxit,vt Augustus,depositis cũ collega Maximiano pariter regni insignibus,priuati ac plebeij post imperiũ viuerent. ita sub vna die Diocletianus apud Nicomediã,Maximianus vero apud Mediolanũ deposuerũt imperiũ,Constãtio atq; Galerio administrationẽ reipub. relinquentes. Diocletianus vero priuatus in villa haud procul à Salone,pclaro ocio consenuit, qui dũ ab Herculeo atq; Galerio ad recipiendũ imperiũ rogaret,renuit,& in hũc modum respondit: Vtinã Salonis possetis visere olera nostris manibus instituta,profecto nunq̃ istud à me tentandũ iudicaretis. vt satis pateat,per formidinẽ voluntariam habuisse paupertatẽ,quippe cũ à Cõstantino atq; Licinio vocatus ad festa nuptiarũ, per senectã se excusarit,motus forte rescriptis minacibus,quibus increpabat Maxentio fauisse,& Maximino fauere. Viuit aũt annos 68. Superfuit in ordinẽ redactus,annos 10. cũ 20. imperasset. suspectãs mortẽ dedecorosam,venenũ hausisse dicit. Contigit tñ ei,q̃d nulli post natos hoĩes,vt cũ priuatus obijsset,inter diuos tñ relatus sit. Eutropius autor est. His igitur abeuntibus,administrationẽ reipu. Constantius & Galerius suscipientes,Augusti creati sunt,anno dñi 310. diuisusq; est inter eos ita Ro. orbis,vt Constantius Italiam,Galliã atq; Aphricã,Galerius Illyricũ,Asiam & oriẽtem obtineret. sed Cõstãtius Augusti dignitate cõtentus,administrationẽ Italiæ & Aphricæ recusauit,Galliã tantũ retinuit. Galerius aũt vir morigeratus & egregius in re militari,videns Italiam quoq; suæ administrationi accessisse,sinente socero suo Cõstantio,Cæsares duos creauit,Maximinũ quẽ orienti pfecit,qui & ipse persecutor Christianorũ fuit,& Seuerũ cui Italiam dedit *Constantius. Constantius vir egregius & mansuetus,nõ modo amabilis,sed & venerabilis Gallis,qui neq; ex cõsortij rabie regnũ suum piorũ sanguine maculauerat,neq; orationũ domus,aut cõuentus nostrorum destruxerat,quin potius cultores Dei venerabat. vnde & merito religiosus pater, filiũ reliquit Constantinũ religiosiorẽ hæredẽ. Hic Constantius quosdam in palatio suo probare volens,pcepit,vt qui ad sacrificandum venirent & deos colerent,in suo cingulo permanerẽt: qui aũt refugerent sacrificare,exirent de palatio,gratias agentes q nõ punirent. Cũ igit alij sacrificarẽt,alij vero nollẽt,deliberauit illis amicis vti, qui fideles in melioribus cõstantesq; alios vero velut effœminatos expulit,asserẽs eos nunq̃ erga principẽ fore deuotos,qui dei sui essent proditores. Cõstantius hic Claudij secũdi ex filia nepos fuit,duas habuit vxores,cui Diocletianus Theodorã Maximiani priuignã vxorẽ dedit,ex qua posteaq̃ sex filios suscepisset,eam repudiauit: qua repudiata,Helenã Anglorũ regis Coel dicti filiã(quãuis Ambrosius Helenã stabulariã vocet,humili natã loco)captiuã vxorẽ duxit,& Magnũ Cõstantinũ ex ea generauit. Et in historia Arcturi inuenio,q Coel rex Britãniæ se & regnũ suũ Cõstantio senatori noie Ro. imperij tributariũ fecit. Cõstantius vero post mortẽ soceri rex Britãniæ factus est,q postea moriẽs Eboraci,Cõstantinũ tñ antea Cæsarẽ nuncupauit.

Melciades papa.

Edictũ contra psecutiõnẽ Christianorum.

*qm̃ nefas

Exclamatio inuectiua in clericos.

Diocletiani obitus.

Cõstãtius, Galerius Imp. xli.

Anno dñi 309. Cõstantinus mortuo patre, annitẽtibus cũctis q aderãt, præcipueq́ Craco Alemanorũ rege, auxilij grã cũ eo comitãte, in Britãnia creatus est imperator vi. Calẽ. Augusti, p̃fuit annis 30. mẽsibus decẽ. hic sororẽ suã Cõstantiã Licinio cõiunxit, filiũq́ suũ noĩe Crispũ, Cæsarẽ fecit. Romę interea p̃toriani milites Maxẽtiũ Herculei Maximiani filiũ, nũcuparũt Augustũ, qui (vt inquit Eusebius) primo velut aucupans plebis gratiã, fidei nr̃æ veneratorẽ se simulat, & ob hoc repẽte psecutiões Christianorũ arceri iubet, sed nihil p̃si habebat. in tãta eñi flagitiorũ fæce versabaŧ, vt nullũ facinus ab eo esset alienũ. senatorũ, & maxime nobiliũ matronas, publice abstrahi & ad suã libidinẽ duci iubebat. Accidit q̧ Sophronia p̃fecti vrbis vxor venustissima, missis stuprorũ ministris, ad se duci iuberet. vir altius ingemiscẽs, * & qd faciem⁹? ante ne est aĩa ponẽda? Tũ illa ijs q missi sunt: Paululũ, ait, expectate, donec cõposita, vt decet, ornataq́ procedã. dehinc ingressa cubiculũ, cũ prius defixis genib⁹ orasset, tanq̃ pudicitiã suã immolatura, pectus ac viscera correpto mucrone transuerberat. Deniq; quadã die imperat militibus exire p plateas vrbis, vt oẽs vtriusq; sexus cæderent. senatoresq́ & maxime clariores, cõfictis criminib⁹ tanq̃ rei, puniti atq; pscripti sunt. Ad hæc artis magicæ disciplinã summis studijs excoluit. perquirebanŧ mulieres nobiles grauidæ, & adhibitæ funestis aris, mediæ scindebanŧ. rapiebanŧ infantes, eorũq́ exta scrutabanŧ. iugulabanŧ & leones, & p̃cationibus dæmoniaca arte cõpositis, bella p hæc dicebanŧ arceri. inde relinquebanŧ arua à cultoribus, dũ nihil ad vitã tutũ arbitrarenŧ, inde grauissima fames vrbẽ atq; oĩa loca inuaserat. Audiẽs Maximianus Herculeus, q cũ Diocletiano purpurã deposuit, filiũ Maxentiũ Augustũ, spe resumẽdi principatus Romã e Lucania aduolat, Diocletianũ q̃q; per literas hortatus, vt depositã resumeret potestatẽ. Cui Diocletianus: Vtinã Salonis olera nostris manib⁹ instituta inuisere posses, de resumẽdo imperio nõ iudicares. conaŧ nihilominus filiũ deijcere Maxentiũ, sed à filio pulsus vrbe atq; fugatus est. Ad Cõstantinũ igiŧ qui gener eius erat, cõfugit, moliẽs ipsum interficere, regnũq́ eius inuadere. detectis aũt eius insidijs p filiã Faustã vxorẽ Cõstantini, inde se proripuit. sed à Cõstantino insequente Massiliæ captus, fractis laqueo ceruicib⁹, perfidiæ suæ pœnas dedit anno vitæ suæ lx. Sed & Galerius Maximianus aduersus Maxentiũ & p̃torianos milites Seuerũ Cæsarẽ Romã mittit cũ exercitu ex Illyrico. is cũ vrbẽ obsideret, militum suorũ scelere desertus, proditus, atq; ex eo fugiens Rauennã, in itinere est occisus. Galerius aũt, Seuero duce interfecto, Liciniũ rei militaris p̃stantissimũ, apud Tarentũ imperatorẽ delegit atq; creauit, virũ vtiq; crudelẽ. Porro Galerius Maximianus persecutionẽ à Diocletiano & Maximiano factã, ipse atrocibus edictis accumulauit, Christianos ad cœmiteria cõuenire vetabat, & simulacrũ Antiochiæ cosecratũ, subornatis sacerdotibus q ex adytis id nunciarẽt, clamasse dicebat, pellẽdos ab vrbibus Christianos, & postquã per decẽ annos omni genere hoĩm exhausit prouincias, ipsum autorem sceleris vltio diuina corripuit: inflatis subito visceribus, putrefacto introrsum pectore, & vitalibus dissolutis, fœtor intolerabilis exhalabat, vt nemo posset eũ accedere. pleriq; tũc medici, q̧ nec morbo mederi, nec fœtorẽ tolerare possent, sunt eius iussu occisi. Ex quibus cũ quidã iugulabundus potius q̃ medicaturus assisteret, inspiratus à Deo: Cur, inquit, imperator erras, & q̃d Deus infert, hoĩem putas posse curare? nec humanus est iste morbus, nec à medicis curabilis, sed recordare quanta in seruos Dei egeris, impius in religionẽ diuinam fueris. & intelliges vnde tibi sint poscẽda remedia. Et refert Orosius, q̧ edictis late missis, Christianos de exilijs reuocauerit, ipse aũt cruciatus nõ sustinens, finẽ vitæ suæ attulit, & secundũ alios manu sua se interfecit anno imperij sui decimo. Inter hæc respub. à quatuor imperatoribus tenebaŧ, Cõstantino & Maxentio filijs Augustorũ, Maximino & Licinio nouis hoĩbus. Deinde Cõstantinus à senatu declaratus Augustus, & accersitus e Britannia vbi pater perierat, cõtra Maxentiũ, qui ob libidinẽ & crudelitatẽ maxime populo infensus erat, vnde inter Cõstantinũ & Maxentiũ bellũ ciuile exortũ est. Aderat Cõstantino Licinius, & dũ Romã pergeret, ac multa secũ de imminẽtis belli necessitate pertractaret, atq; ad cœlos sæpius oculos leuaret anxius, & inde sibi diuinũ p̃careŧ auxilium, vidit p soporẽ in cœlo signũ sanctæ crucis, & angelos dicentes: In hoc signo vinces. Refert Eusebius Pamphili cũ iureiurando Cõstantinũ dicentẽ, audisse se, q̧ circa meridiẽ declinante iam sole, crucis signũ ex lumine factũ, & scripturã confectã, ei dicentẽ: In hoc signo vince, & dũ cogitaret qd esset acturus, nox superuenit, & dormienti Chr̃s apparuit cũ signo q̊d vidit in cœlo, iussitq́; vt fieret eius signi figuratio, q̃d foret auxiliũ in p̃lio. Cũq; opus iam nõ esset interprete, sed aperte monstratũ esset imperatori, quid de Deo credere conueniret, mox die facta, sacerdotes Christi cõuocans, de dogmate cõsulebat. At illi sacros

Maxentius Imp. 42.

Sophronia altera Lucretia.

Maximiani Herculei obitus.

Seuerus occiditur.

Constãtin⁹ Imp. xl.

cros libros afferētes, de Christo loquebanť, suaq; dicta ex prophetis probabāt. signū vero q̄d apparuit ei, dicebāt esse trophæū victoriæ Christi aduersum inferos. Constantinus igiť signū, q̄d in cœlo fuerat sibi demonstratū, in militaria vexilla transformat, ac labarū *quē dicunt in specie signū cruci dñicæ exaptat, & armis vexillisq; religionis instructus, aduersus impiorū arma proficiscit. Postq̄ vero diuinæ virtutis auxilio certus de victoria effectus est, alio nihilominus æstu religiosi principis animus fluctuabat, angebaturq; q᷑ cogereť vrbi Romæ, q̄ Ro. imperij caput est, bellū inferre, nec sine oppugnatione ac multa sanguinis effusione patriæ, quā tyrānus obsederat, reddere poterat libertatē, & die noctuq; Deū p̄cabať, ne dexterā suā, quā signo muniuerat salutari, cruore Ro. sanguinis macularet, q̄d p̄stitit diuina prouidētia. nam cū iam nō procul à ponte Miluio castra posuisset, Maxentius subito velut vi diuina correptus, agiť in occursum: & proruens vrbis Ro. portis, sequi se reliquū exercitū iubet, priorq; ipse obuius p̄currit armatus. iusserat aūt nauibus ad decipulā compositis fluuiū sterni, & superpositis pontibus exæquari. Vt ergo ipse eques & p̄cursor oblitus sui operis, cū paucis aggressus est pontē, subsedere naues, & in profundū dimersus, totius belli futuras cædes, vnius nefandi capitis sui diremit interitu, atq; impollutam religiosi principis dextrā à ciuili cruore seruauit. ita Maxentius & qui cū eo tū erāt satellites, dimersi sunt, vt recte dicať, lacū aperuit & effodit, ac incidit in eū. Tūc vero læti oēs cū coniugibus ac liberis, senatus populusq; Ro. Cōstantinū, velut salutis autorē, ac libertatis restitutorē accipiunt. ille tñ nō suæ virtuti, sed diuino muneri oīa deputās, statim vbi senatus sibi imaginē triumphantis erexit, vexillū dñicæ crucis in dextera sua iubet depingi, titulumq; scriptū, In hoc signo vici. Per idē tēpus, conspirante secū Licinio, scientes & profitētes autorē sibi bonorū oīm Deū, legē statuūt, in qua Deū Christianoꝝ plenissimis laudibus prosequebanť, atq; ab vniuersis huic venerationē cultumq; deferendū decernūt. hanc legē etiam ad Maximinū, qui tūc orientis partibus dominabatur, emittūt. At ille ingētibus imperatoꝝ gestis perterritus, metu simulq; pudore statuit velut ex suo arbitrio atq; autoritate legē huiusmodi sententiæ, in qua asseuerabat maioribus quidē suis Augustis visum fuisse, Christianorū gentē tanq̄ deoꝝ cultui aduersam, penitus esse delendā, se q̄q; similia sentire: sed cum magis augeať gens ista, quo maxime videtur prohiberi, se velle potius, vt si quidē blādis quis ad deoꝝ cultū persuasionibus acquiescat, nullus vero cogatur inuitus, recipiat habeatq; in arbitrio suo, q̄ quisq; velit ritu colere Deū, neq; per hoc cōmotionē vllā vel perturbationē inferendā. Hæc ipse simulata humanitate decreuit, aliter tñ sensit. nā homo erat flagitiosissimus, maximis delicijs, luxu atq; oīm dissolutionū genere fluitans, turpissima suis militibus p̄bebat exempla, prout etiā rei euētus docuit. nullū eñi vel breue oppidū, absq; adulterio nobiliū matronaꝝ quę sibi obuiassent, vel corruptione virginū p̄teribat. erat Christianoꝝ hostis & persecutor sæuissimus, in quos tantū crudelitatis exercuit, vt p̄decessores suos vinceret in scelere. ignes, cruces, bestias, maris profundū, truncatiōes membroꝝ, effossiones oculoꝝ, & singulis mēbris specialia inferre supplicia gestiebat. Qui etiam ante hoc edictū pro Christianis à Galerio timore mortis promulgatū, nō audēs cōtemnere, verbo recipi p̄cepit, re aūt nihil seruauit. vix eñi sex mēsibus transactis, crudelissimus tyrānus longe sæuiora priorib⁹ aduersus Christianos excitauit, ita vt etiā æreis tabulis inciderit leges contra eos datas: quibus expressit, q᷑ ex quo Christiani vrbibus pellerentur, & aeris læti esset temperies, & terræ fœcunditas abundantior: ideoq; satis recte cōsuli ad deorum immortalium gratiam, vt inuisum hoc hominum genus ex omnibus locis pelleretur. confinxit & multa alia, quę in scholis pueros iubet addiscere. sed nec moratur in hoc Dei prouidentia, imbres restrinxit nubibus, & effœtas arida sterilitate segetes dereliquit: aeris quoq; temperies, quam suis impijs actibus descripserat famulari, in tantam corruptionem versa est, vt humana corpora vlceribus pessimis, quæ ignis sacer appellabantur, replerentur: vt & qui effugerent mortem, luminibus orbarentur: sed & pestilentia ingens, famesq;, vt qui fame superesset, peste periret: & cum Christiani per Dei gratiam, quod fuit mirabile, nec fame nec peste grauarentur, in nullo prorsus iniuriæ memores, more sibi solito ad misericordiam inimicorum præceptis dominicis instituti, cōferre certatim vnusquisq; (prout poterat) cibos & sustētare & reficere pereuntes, & effectum participare cœperunt. Illos quoq; qui morbi contagione laborabant, ad quos nullus gentilium nec propinquorum introibat, sedula visitatione curare, nec pati aliquid per contagionem, cadaueribus quoq; sepulturam conferre studebant: ideo breui ingressu Christianorum per vicos & vrbes, malorum facies immutata, rebus ipsis atq; operibus, veram esse religionem sanamq; in cordibus oīm

Fata Maxētij.

Maximini facinora.

Animaduersio diuina.

inscripsit multo tenacius, quàm tabulis æreis eam falsam esse tyrānus inciderat. Sed ille impius in nullo mutauit affectū: immo arrogātia tumidus, extolli & erigi aduersus etiā regni socios cœpit, ac nō multo post rupto fœdere, bellū Licinio conat inferre. ad vltimū fretus dæmonibus, dijsque suis, cū immēsa multitudine pcedit ad bellū, superatúsque visus exercitus, eo relicto, Licinio se subdidit. Tunc vidēs se deceptū à dijs suis, & ab hoībus derelictū, turpiter fugit. reparato vero exercitu, volēs cū hoste cōfligere, doloribus interiorum viscerum correpťus, vehemēter exagitari cœpit, vt nec stratis recumbere posset, nec cibū labijs degustare, aut vinū potuit odorari, sicque carnibus suis ariditate cōsumptis, hoc loco profecit infelix, quod in extremis positus, iustū esse iudiciū Dei, & sceleris pœnas se merētē pfitet expēdere. ad vltimū morbo prius amissis luminibus, finē viuēdi fecit. Tūc defuncto eo, apta licētia principū, ecclesiarum status reparari cœpit, tabulæque & picturæ vel imagines æreæ deijci iubent. iudices quoque illius tyrannicæ executionis interficiunt cū complicibus suis. Incredibile est, vt inquit Hugo Floriaceñ. quantū breui Constantini studio ecclesia per totū orbē creuerit. nam edicto publico ædificant ecclesiæ per totum imperiū, & cum tali simplicitate, vt refert Eusebius, ecclesiarum gloria apud Deū hoīesque proficeret, & imago quædā cœlestis haberet in terris, religiosus princeps Cōstātinus per dies singulos fide & religiōe crescēs, & cū pro ijs oībus, nō iam vt Imperator, sed vt pater coleretur in cunctis, nō tulit infelix inuidia. Etenim Licinius qui prius probitate morum non solum in societatem regni fuit adscitus, verum etiam ex coniunctione sororis colligatus, vt vidit Cōstantinū non tam vi ac metu, quàm amore & religione imperare, & in summa veneratione esse mortalibus, occultis insidijs eum decipere parauit. At ille totus in Deo confidens, ad omnia se illo signo crucis, quod ei cœlitus monstratum est, muniebat, nec vllis per hoc insidijs obnoxius fieri poterat. iratus Licinius, stultaque iracundia permotus, imperatori apertum bellū indixit, regni fidē societatemque contaminans, & mox Christianos priuato odio persequi cœpit, accusans quod non pro se ita, sicut pro Cōstantino, in solennitatibus & ex præcepto sibi traditis orationibus excubarēt. & sic qui paulo ante aduersus persecutores Christianorū vindicauerat, nunc tela in Christianos vertit, primoque de palatio suo omnes Christianos exire iubet, exutos omni militia. post hæc statuit oēs qui se Christianos profiterent, in carcerē trudi. addidit, ne quis alicui in carcere cibū vel potū deferret. deinde omnes qui cōtaminatis sacrificijs acquiescere nollent, lanionibus dari, vt eos porcorū more suspensos per frusta cæderent, & tunc proijcerentur in mare. ecclesias quoque iussit subuerti. auaritiæ ad hæc insatiabiliter cœpit studere, census innouare, agros cultoribus vacuos tributis replere, etiā cōtra ætatis vires cœpit adulterijs & corruptionibus virginū delectari. Sed Constātinus veris virtutibus adornatus, tot tantisque flagitijs ire obuiam parat. neque difficultas erat victoriæ, vbi causa iustior & purior. Facta igitur cōgressione in Bithynia, victus est Licinius, & apud Thessalonicā capite truncatus, sicque Cōstantinus Ro. imperiū solus obtinuit anno regni sui 14. anno à natiuitate dñi *324. Anno dñi 314. Siluester, mortuo Melciade, epus Ro. vrbis constituit. sedit annis 22. mensibus decē. Discrepāt tñ scriptores in supputatione annorū ab incarnatione Christi vsque ad papatū Siluestri. aliqui enim, vt Hermannus Contractus in chronicis, q videt secutus Eusebiū. ponunt annos 308. qui pro vno numerāt Cletū & Anacletū. Hermannus vero in floribus temporum ponit annos 316. Bergomēsis in supplemēto ponit annos 313. cui adstipulat Raphael Volaterranus. alij plus, alij minus. quod inde prouenire potest, quia non cōcordant in annis quibus quisque pontifex sederit, & forte aliquādo vitio scriptorum factū est. Ideo sequat vnusquisque quod sibi probabilius videt, quia per hoc veritas rei gestæ nō destruit. Eodē modo in imperatoribus & eorum electione, sine pӕiudicio veritatis, dissentiūt. Eo anno Maxentius imperabat vrbi, & Siluester ob eius crudelitatē de vrbe exijt, ac in mōte quēdā Soracte cū clericis suis māsit. eo aūt sublato de medio, Cōstantinū principē de Christianis bene meritū, promptiorē ad de ecclesia Dei promerendū reddidit. Hic nō desunt, qui scribant Cōstātinū, postquàm imperij monarchiā solus obtinuit, p insolentiā mutatū & crudeliorē effectū, plures interfecisse amicos, & machinatū fuisse in necē Crispi filij sui. Quod cōfirmat Orosius, dicēs: Sed inter hæc latent causæ, cur Cōstantinus etiā in proprios egerit affectus. nā Crispū filiū suū, & Liciniū filiū sororis suæ interfecit. Tripartitæ tñ historiæ autor refragat huic sentētiæ, quoniam false id impingat Cōstātino, quod verius videtur. ob quā crudelitatē fert lepra pcussum, tādē p S. Siluestrū cōuersum & baptizatū. Alij scribūt, quod vltimo ætatis anno baptizatus, sit in Arrianā hæresim prolapsus. hoc vltimū falsum esse, & religio principis ostēdit, & baptisterium huius rei causa Romæ ab eo magnificentissime ædificatū, à Siluestro enim vnà cum Crispo filio inuenitur bapti-

Maximini interitus.

Ecclesiarū restauratio Cōstantini.

Licinij defectio.

Licinij mors.

Siluester papa.

Cōstantinus baptizatus

baptizatus,qui Crispus cum patre pro Christianis multas posuit leges,& secundo loco honoratus imperij Cæsar existens.q & 20.anno imperij patris defunctus est,vt refert Socrates in tripartita.decessit eñ vt catholicus.testantur Ambrosius,Isidorus,Eutropius, Orosius,& innumeri alij.Quod vero lepram inciderit, baptismoq̃ mũdatus sit,ꝙ abstinuerit à sanguine infantiũ,Platina putat cõfictũ, nec à veris scriptoribus de eo mẽtio fit.non tacuisset hoc Orosius,non Eutropius,non illi qui Constantini res gestas diligentissime scripsere.Constantinus igitur primo die sui baptismatis,legem ꝓmulgauit, Vt Christus tanq̃ verus Deus ab oĩbus veneraretur, & qcunq; Christiano faceret iniuriam,dimidio bonorꝝ suorꝝ priuaretur: Vt Ro.põtifex caput ab vniuersis epĩs haberetur: Vt quicunq; fugeret ad ecclesiam,immunitate gauderet: Vt virginibꝰ & qui in cœlibatu viuere vellent,testari liceret.sustulit legem,q̃ vetuit hæreditatẽ adire eum,qui 25.ætatis suæ anno vxorem non duxisset.Fertur pius princeps,vbi nũc est ecclesia S.Petri,arrepto bidẽte,ad fundamentũ basilicæ cõstruendæ terrã primo aperuisse,ac cum lachrymis 12.cophinos terræ in suis scapulis exportasse.sed & ecclesiam Lateranensem fundauit. Qualia aũt & q̃ Constãtinus ecclesiæ donauerit Ro.variant in hoc scribẽtes. tex.in c.Cõstãtinus,refert eum cõcessisse B.Siluestro & ec. Ro.vrbẽ Romam,Italiam & oĩm occidẽtaliũ regionũ ꝓuincias,vt habet 96.di. c.Cõstantinus. alij dicunt tex.istum paleam esse & nihil ꝓbare,q̃d credibile reddit. nam Cõstantinus postea ꝑmissa regna filijs suis testamẽto reliquit,q̃ etiã abinde successionis iure in manibus remanserunt imperatorum,& regum catholicorum,ad q̃d non facit modicum c.fundamenta de elec.li.6.loquens de donatione Constantini,tm̃ dicit de vrbis Rom. donatione,Italiæ & aliarum prouinciarum nullam faciens mentionem,sed nec cano. futuram,12.q.1.qui tex.asserit ꝙ Constantinus fidem veritatis adeptus, dedit licẽtiam ꝑ vniuersum orbem suo degẽtes imperio,non solũ fieri Christianos,sed etiã fabricandi ecclesias, & ꝑdia cõstituit tribuenda,donariaq̃ immensa tribuit,*& fabricam tẽpli primã sedẽ B.Petri instituit,adeo vt sedẽ imperialẽ relinqueret,& B.Petro ac successoribus suis profuturã cõcederet. pro hac parte facit, ꝙ q̃ hodie dicunt de patrimonio ecclesiæ,fere oĩa inueniunt à sequentibus principibus donata.alij aliter sentiũt.vincat veritas.Quod vero donãte Cõstantino tpalia ecclesiæ Romanę,vox audita refert huiusmodi,Hodie venenũ ecclesiæ est immissum,non bene q̃drat:nam ecclesia tpalia ante Cõstantinũ habuit,tex.est in c.videntes,12. q.1.vbi Vrbanus.Vidẽtes summi sacerdotes,inquit, & reliq sacerdotes plus vtilitatis posse cõferri,si hæreditates & agros q̃s vendebãt,ecclesiis episcopi traderẽt, eo ꝙ ex sumptibus eorꝝ, tam ꝑsentibus q̃ futuris tpibus,plura & elegãtiora possent ministrare fidelibus cõmunem vitã ducẽtibus,q̃ ex precio ipsorꝝ,cœperunt ꝑdia & agros q̃s vendere solebãt,matricibus ecclesiis tradere,& ex eorꝝ sumptibus viuere.Idem inuenit instituisse*primũ papam,& sic ante Siluestrum etiam immobilia habebat ecclesia.& si vere vox talis audita est,potuit forte insinuari,propter iurisdictionem secularem magis q̃ ob res. vel forte ꝙ diuitiæ pariunt superbiam,q̃d est venenum ꝑniciosum,à q̃ longe creditur abfuisse B.Siluester. nam vt fertur,dum Constantinus ei diadema aureum gẽmis distinctũ cõcedebat, id Siluester adspernatus est,tanq̃ religioso capiti minime conueniens: Phrygia mitra & candida tm̃modo cõtentus fuit.Cõstantinum Græci(vt Volat.testatur) inter sanctos referũt, eiusq̃ festum*II.Kaleñ.Aprilis celebrant.de dono eius aut concessione,apud nullos extat autores,ꝑterq̃ in lib.decretorꝝ,idq̃ in antiquis voluminibus minime contineri, autor est Antoninus præsul Floreñ.in chronicis. Quod valde miror,cum Isidorus q̃ fuit ab hinc anno prope 800.q̃uis autor ac plane sanctus in historia sua aperte dicat, eum vrbe Roma pontifici cessisse,ornamentisq̃ oĩbus imperialibus,diademate videlicet habituq̃ & albo equo,q̃ vectetur,basilicas item dicitur in vrbe condidisse,Lateranensem seruatoris nomine,vbi baptisterium addidit,in q̃ natalis nocte lucerna balsami ardebat,legiturq̃ in eius fronte epigrammatis principium:

Insons esse volens,isto mundare lauacro,
Seu proprio premeris crimine,seu patrio.

Præterea duas apostolis Petro & Paulo,S.Laurentio extra muros,sanctæ crucis,S.Petri*exorzitæ,& Marcellini presbyteri,martyrũ in via Lauicana inter duas laurus, vbi diu corpus Helenæ iacuit,S.Petri & Pauli apud Ostiam,S.Iohannis Baptistæ apud Albam,apostolorum in basilica Petri,quod pauci animaduertunt. Supra arcum qui est in medio fere templo,huiuscemodi versus antiquissimo opere museo adhuc legũtur.

Quod duce te*modus surrexit in astra triumphans,
Hanc Constantinus victor tibi condidit aulam.

Constantinus leges edidit.

Donatio Cõstantini.

Libellus aūt apocryphus de elephantia,deq; sanguine puerorum & Siluestri baptismate,cum manifeste à nostrorum doctorum,q̄s allegaui,autoritate dissentiat,oīno reijciēdus. cōstat tñ catechumenū fuisse,Siluestrūq; ac reliq̄s orthodoxos in honore habuisse. At Cōstantini mater Helena,matrona religiosa,diuinis admonita visionibus, Hierosolymam petijt:& locū,vbi Christus crucifixus est,ab incolis requisiuit, q idcirco ad inueniendū difficilis erat,qa antiqtus simulacrū Veneris in eo fuit erectū, vt si qs adorare vellet Christū in illo loco,Venerē videret adorasse:& ob hoc locus pene in obliuionē venerat. At mulier religione pcita,vbi locū ipsum ruderibus purgasset, tres cōfuso ordine cruces reperit,in vna inscriptio illa legebat trib⁹ linguis, Iesus Nazarenus rex Iudæorum. adstabat aūt Macarius vrbis Hierosolymitanæ epūs,q vnā ex his manib⁹ cum religione retinens,verā esse dicebat. & mulieri mortuæ admota,eidē vitā restituit. Helena,ædificato in eo loco tēplo,vbi crucē repererat abiēs,clauos qbus Christi corpus cruci affixum fuerat,secum ad filium portat. horum ille vnum in frenos equi transtulit, q̄ in p̄lio vteret:alio p cono galeæ vtebatur:tertium in mare Adriaticū,vt ait Ambrosius,ad cōpescendas sæuientis maris pcellas deiecit. illa aūt crucis pars,quam eadē mulier secum in thecis argenteis detulerat,gēmis & auro distincta,in basilica Sessoriana collocatur. & hæc sub Siluestro papa sunt acta,anno dñi 329. licet c. crucis,de cōse. di. 3. velit q sub Eusebio papa sit inuenta sancta crux. primū tñ cōmuniter tenetur,& putant aliq Gratianū errasse in noīe Eusebij. Cōstantinus vero, vt supra dictū est,sedem imperialē,q̄ hactenus in Ro. vrbe erat,B. Siluestro ac successoribus suis,vt liberius diuinis obsequijs cum suo clero vacare possent,derelinquēs, imperiū fauore eiusdē Siluestri Romani pōtificis,Byzantiū in Græciā trāstulit:eamq; ciuitatē in meli⁹ reparās, Cōstantinopolim nouamq; Romam appellauit. basilicam etiam S. Petri in Vaticano cōstruens,eam dñam oīm ecclesiarum cōstituit,vbi corpus B. Petri posuit. ædificauit & *appendititiam ecclesiam Lateranensem in honore S. Iohā. Bap. ibiq; locauit arcam testamēti,quam Titus imperator apportauerat deuicta Hierusalem. Cardinalibus honorē senatus tradidit. Ne aūt nouæ Romæ sacerdotes imperatoriæ magnificentiæ expertes essent,duas item basilicas Constantinopoli ædificat, q̄rum altera Irenes,altera ap̄lorum vocatur,euersis prius paganorum templis, aut in vsum Christianorum trāslatis, sublatisq; e medio tripodibus delphicis,anno dñi 320. Et licet ita per oīa floreret tunc ecclesia,non id diu ptulit inimicus. videbat eñ paganorum errorem fuisse nudatum,& creaturam à pluribus iam non adorari,sed creatori hymnos decenter offerri. Ea gratia iam non aperte contra Deum excitauit bellū,sed viros Christianos inueniēs amore honoris & vanæ gloriæ seductos,p eos reduxit plurimos in errorem, nō creaturam adorari adstruens,sed ipsum creatorem coæqualem p̄dicans creaturæ. Presbyter quidam apud Alexandriam noīe Arrius,specie religiosus,sed gloriȩ ac nouitatis cupidus, p̄dicabat filium Dei creaturam esse,& sp̄m sanctum ab eo creatum,addens etiam,Erat qñ non erat. Tunc Alexander eiusdem vrbis epūs, eidem resistebat: & cum illum nequaq̄ ab errore reuocare posset,expulit eum ab ecclesia. propter q̄d ille Arrius seditionem excitauit. q̄d vt audiuit Constantinus,primo scripsit vtriq;,inuehens, q scandala suscitarent. & cum nihil pficeret ipse princeps religiosissimus, famosissimū illud in Nicea concilium excitauit,publicis asinis,mulis ac curribus epōs,& qui cum eis erant, ad synodum venire p̄cipiens. Concilium itaq; Nicenum vniuersale, trecentorum decem & octo episcoporum,factum est sub Siluestro anno dñi 327. alij tñ dicūt habitum sub Iulio papa. priorem tñ opinionem cōfirmat 16. di. c. Sextam. §. prima. vtcunq; sit,prima vniuersalis synodus in Nicea Bithyniæ est habita, præsente Magno Constantino. Conuenerunt in hoc concilio Macarius Hierosolymitanus,Eustachius Antiochenus, Alexander Alexandrinus,alij quoq; apostolici viri,quorum aliqui dextros oculos effossos habebant,alij dextras suras abscissas,Hispaniarum partium Osius. Tuncq; ille sermo completus est,collectos ex omnibus gentibus quæ sub cœlo sunt,viros religiosos. aderant enim Parthi,Medi, Elamitæ,habitantes Mesopotamiam,Iudæam,Cappadociam,Asiam,Phrygiam &c. Quibus oībus imperator diebus quotidianis cibaria largissime ordinarat expendi. vt aūt solet fieri,plurimi sacerdotum priuatas habentes causas,libellos principi offerunt. Quibus Pius princeps: Hæc,inquit,habebunt tempus proprium. mihi vero non licet de huiusmodi rebus iudicare sacerdotes. agite q̄so ait,imitātes diuinam clementiā,aboleamus accusationes:& de his q̄ ad finem ptinēt, agere studeamus,cuius gratia cōuenimus. Hæc*imperator dicens,*vnusquisq; librum *ardere faciat,diffinientes diem qua solui quæ dubia sunt conueniat. Vocatusq; est Arrius,discussisq; ipsius assertionibus diutino multoq; tractatu,placuit omnibus,& velut vno cūctorum ore ac corde decretum est,ὁμοούσιον scribi debere,id est, eiusdē cum

patre

Helena mater Cōstāt.

Crucis inuētio.

Cōstantinus sedē trāstulit Cōstantinopolim.

Arrianæ hæreseos origo.

Alexander epūs.

Cōcilium Nicenum.

patre substantiæ filium confiteri.17. tunc solum fuisse dicuntur, quibus fides Arrij placebat, quorum sex soli patiunt se cum Arrio expelli, reliq vero xi. cōsilio inter se habito, acqescūt, ad subscribendū manu sua, sed nō mēte, cuius simulationis autor pcipue fuit Eusebius Nicomediæ epūs. Exemplū aūt fidei illorū q aderāt catholici, hoc est: Credimus in vnū Deū patrē oīpotentē, prout in symbolo qd canit in ecclesia, continet: eos aūt q dicūt, Erat aliqn, qn non erat, & anteq nasceret, non erat, & qa ex nullis substantibus factus est, aut ex alia subsistētia vel substātia dicūt esse, aut cōuertibilē, aut mutabilem filiū Dei esse, anathematizabāt. Vbi notandū, q Arriana hæresis fuit piculosior, vniuersalior & pene diuturnior: piculosior, qa circa mysterium trinitatis: vniuersalior, qa inuoluit multos ecclesiasticos & seculares. vnde Hieronymus: Arrius vna scintilla in Alexandria fuit, & qa non cito extincta est, totum orbem populata est flamma eius. 23. q. 3. resecandæ. fuit etiam diuturnior, qa p multa tempora viguit. In hoc concilio qdam philosophus dialecticæ peritus, cum qtidie moueret conflictum, apparuit qsi vinci non posset. qdam ex confessoribus vir simplex, vidēs philosophū catholicis insultantem, poscit locum cōtra philosophū disputandi. verū q simplicitatem viri nouerāt & imperitiā, exterriti, ne forte derisui haberet sancta simplicitas. pstitit tn senior, & hinc mouit exordiū: In noīe, inqt, Iesu Chri, audi philosophe q vera sunt: Deus vnus est, q oīa verbi sui virtute cōpleuit & creauit, & spūsancti sanctificatione firmauit: hoc verbū qd nos filium dicimus, humanos miseratus errores, ex virgine nascit, & morte sua nos à morte ppetua liberauit, quē iam resuscitatū, expectamus iudicē oīm q gessimus esse venturū. credis hoc philosophe? At ille acsi nullū vnq sermonē didicisset, ita stupefactus virtute dictorū mutus, ad hæc oīa solū potuit rndere, ita sibi videri, nec aliud verū esse q dixerat. Tunc senior, si hoc ita esse credidisti, surge & sequere me, & huius fidei signaculū suscipe. Ille ad suos: Audite, inquit, o eruditi: donec verbis mecum gesta res est, verba verbis opposui: vbi vero pro verbis virtus pcessit ex ore dicētis, non potuerūt verba resistere virtuti, nec homo Deo potest aduersari. & ita cōuersus est. In eodem concilio Paphnutius erat epūs Aegypti, vnus ex illis, qs* Maximinus dextris oculis effossis & sinistro poplite succiso, in metalla dānauit. p hunc signa non minora, q p aplos, facta sunt: quem Constantinus tanta veneratione coluit, vt sæpius eum intra palatium euocatum complecteretur, & illum oculum q sibi in confessione fidei fuerat euulsus, osculis demulceret. Erat & Spiridion Syrus epūs. Item Iacobus Nisibenus. Sanctus qq; Nicolaus* Mirren. epūs valde senex, q (vt refert Iacobus de Columna) zelo Dei accensus, Arrio blasphemiam dicenti, scilicet q pater maior esset filio & spūsancto, alapam dedit coram patribus in concilio: vnde, vt Græci dicunt, mitra episcopali ad tempus fuit priuatus, & hinc dicunt factum, q apud Græcos pingat sine mitra episcopali. Synodus qq; Nicena volēs corrigere hoīm vitā & in ecclesiis cōmorantium, cōposuit qsdam leges, qs canones appellamus: inter cætera, vt & ipsi presbyteri & diaconi cum coniugibus qs ante consecrationem duxerant, non dormirēt. Tunc Paphnutius confessor, honorabiles confessus est nuptias, & castitatem esse dicēs concubitum cum propria vxore: suasitq; concilio, ne talem poneret legem, q occasionem aut ipsis aut coniugibus fornicationis pberet. synodusq; laudauit eius sententiam, & nihil ex hac parte sanciuit. licuit eñ tunc eis q ante sacros ordines vxores duxerant, eas postea retinere & matrimonio vti. sed postea Gregorius papa, & ante ipsum Syricius, indixerunt talibus continentiam, de q 32. di. proposuisti, & c. plurimos. Hoc tñ orientales non receperunt, vnde dicit Stephanus papa 32. di. Aliter se habet orientalium traditio ecclesiarū, aliter occidentalium huius sanctæ Ro. ecclesiæ. nam sacerdotes eorū, diaconi & subdiaconi, matrimonio copulantur, id est, vtuntur. Istius vero ecclesiæ occidentaliū, nullus sacerdotū à subdiacono vsq; ad episcopū, licentiā habet coniugē sortiendi, id est, etiā cōtracto ante sacros ordines vtēdi. nec credo verū esse q Callistus papa, qui pcessit cōciliū Nicenū, cōtinentiā introduxerit, licet aliqui scribāt hoc. nā de eo nulla in synodo hac habet mētio, & merito non fuisset omissum. Cū aūt in cōcilio cūcta forēt absoluta, scribit Cōstātinus imperio subiectis in hæc verba: Victor Constantinus Maximus Augustus epīs & populo: Malignos & impios Arrius imitatus, dignū est vt illorū qq; suscipiat vltionē. sicut ergo Porphyrius diuinæ pietatis inimicus, iniq volumina cōtra religionē pferens, dignā pmeruit inuenire mercedē, & talē, p quā in posterū plurima cōpleretur infamia: & nūc placuit, Arriū & cōsectatores eius, vocari Porphyrianos. Sup hæc aūt, si qua conscriptio ab Arrio facta reperitur, igni tradatur, vt nō solum praua eius doctrina depereat, sed neq; vlla eius possint remanere commenta. Hoc etiam præcipio, si quis conscriptiones Arrij celasse compertur, & non repente igne consumpserit, mortis supplicio subiacebit. Imperator interea

Concilij decretum.

Dialecticus à cōfessore simplici victus.

Paphnutius

Spiridion.

S. Nicolaus

Decreta de continentia clericorum.

Cōstantini epla.

ea post conciliũ degebat lętus. celebrata ergo festiuitate publica vicenaliũ suorꝶ, q erat 20. imperij sui annus, mox ad erigendas ecclesias festinus accessit. in oĩbus aũt volens similẽ oñdere Cõstantinopolim, frustratus non est. nam & corporibus & diuitijs maior effecta est, iuuabatq́ꝫ diuinitas imperatoris vota, & apparitionibus multis indicabatur, qa sanctæ salutaresq́ꝫ essent q̃ illic ædificabant ecclesiæ. Circa hæc tpa refulsit Lactantius Firmianus, q institutionũ librũ ad Magnũ scripsit Constantinũ, in q̃ cõfutat errores gentiliũ, immortalitatẽ animarꝶ & Dei ꝓuidentiam ꝓbat, de patre & filio diffuse scribit, de spũsancto nihil aperte. vnde videtur nesciisse spm̃sanctũ. In vltimo lib. oñdit se de numero eorꝶ esse, q dixerũt Christũ cum sanctis suis post resurrectionem mille annis gaudere in delicijs corporis: q̃d hæresis est, vt ꝓbatur 24. q. 3. c. pe. Sed qa tpe illo nondũ hoc erat determinatũ ab ecclesia, forte in hoc ipse cum alijs, q hoc opinati sunt, ex autoritate libri Apoc. id elicientes, sed non recte intelligẽtes, tunc tpis ab hæresi excusati fuere. hic Lactãtius p̃ceptor fuit Crispi filij Constantini in Gallia, vt narrat Hieronymus. Illo tpe fuit Porphyrius, paulo tñ ante conciliũ Nicenũ, primo gẽtilis, postea Christianus effectus. apostatauit aũt à fide. nã in Cæsarea Palæstinę à qbusdam Christianis cæsus, iniuriã non ferẽs, Christianitatẽ deseruit. hic contra nos scripsit, cui rñderunt Eusebius & Apollinaris. Misso aũt ad Constantinũ insigni volumine, ab exilio reuocatus est. de falsitatibus eius vide August. in lib. de ciuit. Dei.

Constantinopolis.

Lactãtius Firmianus.

Porphyrius apostata.

Gotthi.

Per idem tẽpus Gotthi resumptis viribus, nouos intentauere motus. Sarmatiã eñi Europę barbarici soli Ro. prouinciã, suis contermină Scythiæ finibus, occupauerunt, q̃s Flauius Cõstantinus non minore q̃ Claudius ꝓfligauit clade. & tñ idem Cõstantin⁹ cum his q superfuerãt, inito fœdere, ipsis aduersus inimicos vsus est, q fœdere inito, 40000. suorꝶ imperatori in p̃sidio cõtra varias gẽtes obtulere, q̃rum & numerus & militia vsq; ad p̃sens in rep. noĩatur, id est, cõfœderati, & cõtinuerũt se postea maiori ex parte intra Scythicũ natale solũ Ro. prouincijs adiacẽs, ꝑ annos circiter 70. Siluester aũt vrbis Romæ epũs, Niceni cõcilij autor, ad diuina conuersus, instituit consecrationes ecclesiarꝶ & altariũ solẽnes, & ecclesias aplorum Petri & Pauli dicit cõsecrasse, & multo magis Iohannis Lateraneñ. q̃ est patriarchalis & principalis totius orbis. ipse etiã statuit, vt in sindone mũda pãno lineo celebraret, q̃d corporale dicunt. Valuit nõnihil hoc in tpe S. Antonij autoritas, cui literis ac nuncijs Helena se & filios suos sæpius cõmendauit. idem fecit & Cõstantinus. Cõuersæ tũc ad fidẽ sunt gẽtes Indiæ interioris ꝑ Frumentiũ, ac gens Iberorꝶ ꝑ Captiuã q̃ndam. Methodius in Chalcide ciuitate, q̃ & Nigropõtũ, epũs martyrio coronat, ille multa scripsit de mũdi creatiõe & futurorꝶ reuelatiõe, q̃ in carcere videre meruit. Eusebius Cæsareeñ. epũs claruit, scripsit ecclesiasticam historiam, & de tẽporibus chronicon, de p̃paratione euangelica, & plura alia. hic finit sua historia. inuenio tñ alium Eusebium post eum chronographum.

S. Antonius

S. Frumẽti⁹

S. Methodius.

GENERATIO XII.

Regnante itaq; pijssimo principe Constantino, anno imperij sui 20. Siluestro adhuc in Petri sede superstite, anno domini 330. incepit 12. generatio. Per idem tẽpus, vt Sozomenus scribit, Arrij dogma licet apud multos disputationibus attolleretur, non tamen in proprium discernebatur populum, aut in nomine constabat autoris, sed omnes simul in ecclesia conueniebant atq; communicabant, præter Nouatianos, & qui vocantur Phryges, & Valentinianos, & Marcionistas, & Paulianistas, & q alias hæreses colebant. Contra quos omnes imperator posita lege sanciuit, auferri eorum oratoria & ecclesiis applicari, & neq; in domibus priuatorꝶ eos congregationes, nec publice celebrare. melius enim iudicabat in ecclesia catholica communicandum, & in eam cunctis conuenire suadebat, propter quam legem creduntur plures destructæ hæreses. nam antea Christi cultores, licet sectarum diuersitate differrent, apud paganos tamen Christiani esse putabantur, & semet propter communes persecutiones examinare non poterant, & propterea facile inter se cõuenientes, Missas celebrabãt. post hanc vero legem, neq; publice in ecclesiis poterant conuenire, neq; latenter: ideo plurimi metuentes, ad ecclesiam catholicam se contulerũt. Obijt eo tum Helena Constantini mater: quo facto, fautores Arrij non quieuerunt. nam Constantia soror Constantini, relicta Licinij, fouit quendam presbyterum partibus Arrij fauentem, q sæpe illi dicebat, inuidiam Arrio generatam: ꝙ apud plebem charus haberetur, id sibi nocuisse: hæc atq; huiusmodi frequentius suggerens, Constantiam seduxit: quæ cum paulo post obitura, visitaretur à fratre, blande ac religiose ab eo postulabat hanc gratiam in extremis, vt presbyterꝶ illum in familiaritatem suam reciperet, & q̃ sibi ab eo ꝓ spe ac salute suggereret, patienter audiret: q monitis, cum se diceret ꝓ salute sua multum solicitam, susceptis, & fidelem pro se germanæ solicitudinem credẽs, accommodauit

Edictũ Constan. aduersum hæreticos.

Helena [illegible].

aurem presbytero, ac Arrium de exilio redire iubet, & quemadmodū sentiret de fide, exponeret expostulat. Tum ille fidem cōscripsit, q̄ non qdem sensum nostrum, verba tn̄ nostra ꝓfessionemq́ꝫ habere videret. Miratus imperator, putauit vnā eandemq́ꝫ sententiam in ipsius & cōcilij dudū celebrati expositione contineri: tn̄ in nullo relaxauit animi vigorē: gaudēs, mittit negociū ad epōs tūc Hierosolymis cōgregatos, examinandum. Conuenerūt Hierosolymis plurimi episcopi. Alexāder aūt Alexādriæ epūs iam erat defunctus, & Athanasius vir catholicus in eius locum surrogatus, acerrimus hæreticoꝝ malleus. q̄ absente, fautores Arrij occasione scriptoꝝ imperatoris, Arrium in cōmunionem receperunt. Cum vero Alexandriam ꝓrexisset, ibi omne eius frustratur inceptum: qn̄quidem dolo apud ignorantes locus est, sciētibus vero dolū intendere, non aliud est, q̄ risum mouere. Vnde Athanasius videns multos corruptos, Constantinopolim ꝓrexit ad imperatorem, dolo cum catholicis actum dixit, petens vt q̄ fuerāt gesta, sub eius examinarētur ꝑsentia. Imperator vero vir iustus, petitionem eius admisit, scripsitq́ꝫ episcopis q in Tyro cōuenerant, vt veritatis habendæ gratia Cōstantinopolim venirēt. Inter hæc q erāt de parte Athanasii, iam e Tyro ad ꝓpria redierāt, fautores vero Arrij accelerabāt. & veniētes Cōstantinopolim, ꝑter fidē suggesserūt imperatori, Athanasiū interminatū non se missuꝝ ab Alexādria frumēta ad Cōstantinopolim, noīabant aūt q̄sdam epōs, ad q̄s Athanasius dixisset. hac surreptiōe pius princeps ꝓmotus, Athanasiū relegauit in Gallias exilio. Aiunt tn̄ qdam Athanasiū ꝓpterea ab imperatore relegatū esse, ꝙ reconciliaretur ecclesia, qm̄ Athanasius cōmunicare Arrianis euitabat. Venit itaq; Athanasius Treuerim, vbi fertur symbolum, Quicunq; vult saluus esse, composuisse. Anno dn̄i 338. moritur Siluester papa, & illi Marcus subrogat̄, sedit paulo plus anno, instituit hic, vt Ro. pōtifex ab Ostien̄. episcopo cōsecret̄, & ꝙ Ostien̄. pallio vteret̄. mādauit ꝑterea, mox post euangelium in Missa symbolum cātari, eo modo q̄ fuit in Nicena synodo declaratū. elapso anno morit̄, in cœmiterio Balbini sepelit̄. Anno dn̄i 339. Iulius natione Ro. eligit̄, & multi volūt eius autoritate Nicenā synodū celebratā. contradicit canon c. prima 15. di. vbi habetur ꝙ Siluester hoc fecit. hic Iulius etiā cōstituit, ne sacerdos alibi q̄ apud ecclesiasticū iudicē causam diceret. Relegato aūt Athanasio, cum Arrius venisset in Aegyptū, Alexandrina ecclesia eius cōmunionem euitauit. ideo rursum venit Constantinopolim, cōcurrentibus illic sectatoribus eius, & concilium celebrare volentibus. Alexander tunc Cōstantinopolitanus epūs nixus est impedire, & cum non posset, interdixit Arrio cōmunionem. Eusebius aūt Nicomedien̄. & alij ex parte Arrij, cum primū Alexandrū flectere nequissent, inceperūt ei minari, qa nisi susciperet Arrium certa die, ipse qdem deportaret̄ in exiliū. abierūt postea, expectantes ꝑfinitā diem. Alexander aūt orabat, ne ad effectū verba Eusebij ꝑuenirent. maximus aūt terror ei ingerebat̄, eo ꝙ imperatori iam pene suaserant, vt faceret q̄d ipsi volebāt. ante vero diē ꝓstrauit se sub altare Alexander, tota nocte rogans Deum, vt impediret impioꝝ conatus. Imperator aūt de Arrio experiri volēs, ꝑcōtatus est ab eo, an Niceni cōcilij decreta seruaret. ille nihil moratus, repēte subscripsit, principem astute circunueniens. imperator miratus, intulit ei iusiurandū, q etiam hoc fraudulenter egit. fertur eñ cōscripsisse* secum suam in charta, quā sub ala ferebat, & iurasse se credere sic & sapere quemadmodū scripsisset. Ita refert Socrates se audiuisse à fide dignis. Credēs aūt imperator deesse dolum, iussit eum suscipi ab Alexandro. erat tunc sabbatum, & sequenti die eos inter se conuenire expectabat. sed ꝑsumptiōes Arrij iudiciū Dei secutū fuit. nam cum ꝑ mediā ciuitatē iret, venissetq́ꝫ ad locū, Cōstantinoforꝝ dictū, terror eum subito cōstrinxit, & cum formidine secuta est vētris effusio, secessitq́ꝫ modicū leuandi vētris causa, & intestina cōtinuo oīa cum effusione sanguinis defluxere. taliq́ꝫ loco dignā mortē blasphemiæ absoluit. Quod postq̄ in ecclesia nunciatū est, Eusebius & q sanctū viꝝ de Arrio recipiendo fatigabāt, multum irrisi discedunt. & dicit Sozomenes in Tripartita, imperatorē audita morte Arrij lætatum, proposuisseq́ꝫ mox Athanasiū reuocare, sed ꝑuentus est morte, de q̄ sub Constantino filio. nihilominus Arriani ꝑseuerabant. Hoc in tp̄e Maximus epūs Hierosolymoꝝ, ecclesiā S. resurrectionis primū ædificasse scribit̄, q̄ postea sub Cosdroe destructa est, & ꝑ Modestū sub Heraclio reædificata extitit. Imperator paulo post ęgritudine captus, ab vrbe ad calidas aq̄s egressus, in suburbana villa Nicomedię, 31. anno imperij sui defunctus est, liberis de successione Rom. orbis testamento hæredibus scriptis, vt Constantius senior Constantinopolim & orientē teneret, Cōstans Illyrico & Aphricæ ꝑesset, Constantinus vero Romam & occidentalia regna possideret. hæc diuisio facta est anno dn̄i 340. Reliquit etiam Constantinus Magnus duos fratres Dalmatiū & Constantiū. Constantius duos habuit filios, Gallū & Iulianū. Dalmatius reliquit postea

Athanasius Alexandriæ epūs fit.

Relegatio Athanasii.

Marcus.

Iulius papa

Cōstātinus ab Arrio decipitur.

*fidem

Constantini obitus.

ea filium sui nois Dalmatiũ. Anno dñi 340. corpus Magni Constantini in aureo loculo collocatum, Constantinopolim est ductum, imperialibusq; obsequijs in ecclesia sanctorum aplorum sepultum. Vixit aũt annis 65. Circa mortem aũt diui Constantini, qa Cõstantius maior natu p̃sens non erat, fertur secreto Cõstantinus aduocasse presbyterum, à sorore sibi cõmendatum, eiq; tradidisse testamentũ, obtestatumq; sacramẽto, ne vlli nisi Constantio, cum venisset, in manus traderet. q̃d & fecit, cuius bñficij gratia Constantius regnandi cupidus, ita presbytero deuinctus fuit, vt q imperare cũctis ambiebat, ab illo sibi imperari æquanimiter pateret: ex q̃ mox cœpit de Arrianis illi suggerere, ac p hoc religiosissimus princeps Constantinus, q Nicenam synodum secutus, contrarium dogma adspernabatur, dum simulatæ sanctitatis viro ob p̃ces sororis nimium credidit, imprudens occasionẽ Arrianis cõtra catholicos p̃stitit. Erat Constantinus Magnus princeps religiosissimus, q dum Nicenã ingrederet synodũ, humiliori sedere voluit loco, primũ tñ ab episcopis iussus. & cũ sibi libelli offerrẽtur, respexit ad epõs & sacerdotes: Vos, inqens, potestatẽ habetis iudicandi de nobis, & cum dij sitis, ab hoĩbus iudicari non potestis. fertur q̃q; aliqñ dixisse, Si ,pprijs oculis vidissem sacerdotem Dei aut monachũ peccantẽ, chlamydẽ meam explicarẽ, & cooperirẽ. habet 96. di. in scripturis. Quod aũt destinauerit reuocare Athanasiũ, ex scriptis Constantini iunioris habet, q Hesperiarum partium Cæsar factus, scribit: Cõstantinus Cęsar populo ecclesiæ catholicæ Alexandriæ cõstituto: Neq; vestrã sanctissimã mentem arbitror ignorare, propterea Athanasiũ adorandæ legis p̃dicatorem, ad tẽpus Gallijs fuisse missum, q ferocitas crudelium inimicorum eius, in p̃iculo sacri eius capitis imminebat. q̃propter licet ad Christianam reuerentiã vestram, dñs noster beatæ memoriæ Constantinus Pius pater meus, eundem episcopũ suo loco restituere proposuerit, tñ humana sorte p̃uẽtus, anteq̃ hæc cõpleret vota, requieuit. itaq; arbitratus sum voluntatẽ eius adimplere, q dum ad vos remeauerit, q̃lem ante veneratiõnẽ habuerit, agnoscetis. diuina ,pui dentia vos custodiat. His literis fretus Athanasius, Alexandriam venit, reuerẽterq; receptus est. Arriani aũt Eusebio ,pmotore, freti auxilio presbyteri, imperatori Constantio p̃suadebant, vt Athanasium rursum pelleret. q agnoscens eorum consiliũ, ad partes Hesperias remeauit. Anno dñi 343. inter Constantinũ & Constantẽ discordia grauis exorta est. Constantinus itaq; cum nititur partes fratris minoris inuadere, bellum mouit contra eum: sed dum inconsultius apud Aquileiam p̃lium aggressus est, à Constantis militibus interficit, & in fluuium cui Alsa nomen, proiectus est, sicq; Ro. imperij principatus occidentaliũ partiũ, ad Constantẽ orientaliũ & Constantiũ plene p̃uenit. De hoc Cõstantino Blondus scribit, q primus Ro. ducum Francos domuit in patria, id est, in Franconia, ob quam rem vsq; ad Honorij tẽpora quieti in patria manserũt Franci. Athanasius interea veniens ad Constantẽ, q eum remisit Alexandriam, monens fratrẽ, vt paternæ pietatis inuiolabilẽ seruaret hæreditatem anno 349. Ea tẽpestate morit Alexander vrbis Cõstantinopolitanæ p̃sul: & cum populus diuisus esset, ea propter catholici Paulum presbyterum virum optimũ elegerũt, Arriani vero Macedonium. at imperator Eusebiũ Nicomedieñ. Constantinopolitanũ facit episcopũ, reiecto Paulo, Macedonioq; neglecto. Eusebius itaq; Arrianus contra Athanasium egit apud imperatorẽ, vt in Antiochia synodus fieret. conuenerũt episcopi 90. sed neq; Iulius papa affuit, nec eius autoritate cõgregata fuit. Tunc Athanasio insidias struũt, accusantes q contra regulas, non ex sentẽtia episcoporum, in ecclesiã suam ingressus fuisset: deinde eius aduentu turbatio facta, plurimi occisi, & q aliq cæsi ab eo iudicibus fuissent traditi. ex his causis cõstituunt episcopũ in Alexãdria Georgiũ quendã, & mox illũ ducebãt in Alexandriã Syluanus magister militiæ armatiq; ad qnq; millia, qbus aderant Arrij sectatores. Erat aũt vespera, & populus in vigilijs obseruãs. inter hæc venit magister militũ, & circa ecclesiã milites ordinauit. Athanasius hæc vidẽs, ne ,ppter se vlla læsio fieret, p̃cepit diacono vt cõpleret orationẽ, rursusq; psalmũ iussit decantare: & dum cõsonantia psalmodiæ celebraret, p vnam ianuã ecclesiæ egrediebant oẽs: q̃ facto, milites incõmoti steterũt. Athanasius aũt inter medios psallentiũ illęsus abscessit, Romam ,pfectus est. Porro Georgius p̃sidere cœpit Alexãdriæ, q̃d plebs ęgreferẽs, ecclesiã S. Dionysii incendit. Eusebius aũt legationẽ misit ad Iuliũ Ro. pontificẽ, rogãs vt cõtra Athanasiũ iudex esset. sed q̃ de Athanasio decreuerat Iulius, Eusebius non potuit agnoscere, qa tum vita priuatus est: q̃propter rursum in ecclesiam Constantinopolitanam Paulum introduxerũt. Iidem etiã Arriani ordinauere Macedoniũ. hoc fecerũt fautores Eusebij, Theognius Nicenus, Marisius Chalcedoneñ. Theodorus Heracliæ, & reliq. Sed Vrsatius & Valẽs hæretici, libellũ pœnitẽtiæ Iulio offerentes, verbo consubstantialitatis consentientes, cõmunicare meruerũt. Interea Hermogenes magister

Marginalia: Constantinus imperator 44. cum fratre Constante. — De Constã. moribus. — Constantinus iunior. — Constan. iunior interficitur. — Franci domiti. — Eusebius. — Eusebij mors.

ſter militiæ,iuſſu imperatoris Paulũ pellere volẽs,interfectus eſt à populo.Cõſtantius venitCõſtantinopolim,Paulũ expulit à ciuitate,Macedoniũ diſtulit epm ſtatuere. iraſcebat̃ em̃ nõ ſolũ ꝙ pter eius voluntatẽ fuerat ordinatus,ſed propter ſeditionẽ ab eo factã,qua occiſi plurimi,ſimul & magiſter militũ fuit interfectus. Arriani pterea Georgiũ remouẽtes ab Alexandria,qa incendiũ propter eum factũ eſſet,& minus errori eoꝝ cõſentiebat,euocauerũt Gregoriũ *Cappadocũ Arrianæ veſaniæ.Cũ Athanaſius Romã proficiſceret̃,contigit eodẽ tẽpore etiã aduenire Paulũ, Marcellũ Ancyræ,& Aeſculapiũ Gazæ.Cognoſcẽs ergo Rom̃.pontifex ſingulos,& oẽs Niceno cõcilio inueniens cõcordare,eos in cõmunionẽ ſuſcipit,ſingulisq; reddidit ſuas eccleſias,& orientalibus ſcripſit epiſcopis,culpans ꝙ nõ recte tractaſſent viros inculpabiles de ſuis eccleſijs expellẽdo.Citauitq; aliquos,vt corã ſe oſtenderet iuſtũ protuliſſe decretũ,& de cætero talia nõ ſe paſſuꝝ interminatus eſt,vt ab hmõi turbis & nouitate ceſſarẽt.Athanaſius & Paulus epiſtolas Iulij orientalibus epis direxerũt,& ſinguli ſuas adepti ſunt ſedes.Verũ pontifices orientis grauiter hæc ferẽtes,& in Antiochiã cõgregati,Iulio reſcripſerũt epiſtolã ironia plenã.fatebant̃ em̃ circa oẽs Ro.eccleſiã eſſe munificã,velut q̃ apoſtolicã haberet curã, & antiquitus mater pietatis exiſteret, licet ab oriente ad eã pdicatores dogmatis aduenĩſſent,ſe vero *nõ ſecũdo loco habẽdos exiſtimabãt,ꝙ multitudine eccleſiaꝝ *nõ abundarẽt,cũ vitæ qualitate nõ cederent.Crimen Iulio imponebãt,eo ꝙ Athanaſij ſectatoribus cõmunicaſſet,& tanq̃ eorum cõcilio cõtumelias irrogaſſet,ac factũ tanq̃ iniuſtũ argueret.addiderũt,ſi ſuſciperet damnationẽ ab eis factã,& ordinatos epos in damnatoꝝ locũ firmaret,pacẽ cum eo & cõmunionẽ habere vellẽt:ſi vero reſiſteret,cõtraria celebrarẽt:quippe cũ orientales epiſcopi nõ reſtitiſſent,dũ Nouatus à Ro.pelleret̃ eccleſia.Cõſtantius itaq; imperator Antiochiæ degens,cũ audiſſet Paulũ Coſtantinopolitanã recepiſſe ſedẽ,miſit Philippũ,vt Paulũ pelleret,& Macedoniũ reſtitueret.ille tumultũ cauens,vocato Paulo,clam pandit mandatũ.epus iniuſtã ſententiã patienter ferens,ope Philippi exulat in Theſſalonica.Macedoniũ poſt hoc armato milite introducit.fit ſeditio,& vti fertur,perempti ſunt circa tria millia 150.Hoc tẽpore imperator eccleſiã S.Sophiæ fabricat,copulatã eccleſiæ Irenes.Interea timẽtes Arriani,ne forte adeundi regis copia fieret Athanaſio,& per eũ de veritate fidei quã peruertebãt,edoceret̃,oĩbus modis inſimulare eũ apud principẽ & oĩm flagitioꝝ reum facere tentabãt,humani corporis brachiũ imperatori oſtẽdunt,q̃d magicæ gr̃a ab Athanaſio de Arſenij cuiuſdã corpore abſciſſum cõfirmabãt,& ꝙ mulieri cuidã vim fecerit,& ꝙ frumẽta quæ Magnus Cõſtãtinus donauerat pauperibus erogãda,vẽdiderit,& ſuis vſibus applicaſſet, q̃bus ex cauſis cõdemnari deberet.Iuſſu igit̃ Cõſtantij cõuocat̃ Tyri cõciliũ,eo deducitur Athanaſius,brachiũ Arſenio abſciſſum in loculo circunfert̃.hic Arſenius lector aliq̃n Athanaſij fuit,& ob culpã aufugit.illi hũc latenter tenebãt,vt cõpoſitũ crimen verũ facerẽt.Peruentũ aũt eſt ad hũc,ꝙ ſuo noĩe crimẽ intentaret̃ Athanaſio,& ſiue ipſum humanitatis contẽplatio,ſiue diuina perpulit prouidẽtia,clam noctu euadens, venit Tyrũ:& pridie q̃ cauſę dicẽdæ adeſſet dies,Athanaſio ſeſe obtulitArſenius,vtq; ſe reꝝ ſeries haberet,edocuit:ille domi eſſe iubet hoĩem.Interea cõciliũ cogit̃ aduerſus Athanaſiũ.Per idẽ tẽpus Paphnutius cõfeſſor,videns Maximũ Hieroſolymorum epm,qui vnà ſecũ effoſſo oculo,poplite ſucciſo,cõfeſſor extiterat,ex ſimplicitate *cõſediſſe Arrianis:acceſſit,& de medio cõſeſſu,iniecta manu,eleuauit,dicẽs:Te o Maxime,cũ quo mihi pariter mortale lumen effoſſum eſt,nõ patiar ſedere in cõcilio malignantiũ.Sed interim introducit̃ accuſatio mulieris,q̃ publice dixit ſe aliq̃n Athanaſiũ hoſpitio recepiſſe,& ab eo noctu nihil ſuſpicantẽ,vim corruptiõis perpeſſam.introduci ad hæc iubet̃ Athanaſius,ingredit̃ cũ Timotheo presbytero ſuo,eũq; monet,vt poſteaq̃ mulier dicendi finem feciſſet,ſe tacente,ipſe ad ea q̃ dixerat,r̃nderet.erat em̃ Athanaſius mulieri incognitus.cũq; mulier vim ſe paſſam ab Athanaſio peroraſſet, Timotheus cõuerſus ad eã:Vere,inquit,mulier ego manſi apud te,*aut vim tibi aſſeris à me factã?Tũ illa mox procaciter,immo tu mihi vim feciſti,& in illo loco cõmaculaſti caſtitatẽ meã.ſimul & cõuerſa ad iudices,obteſtari fidẽ Dei cœpit vera ſe dicere. Tum oẽs ridiculoſus pudor habere cœpit,ꝙ tam facile,tacente eo,factio cõpoſiti criminis patuiſſet.nec tñ permiſſi ſunt iudices de muliere habere quæſtionẽ,quõ & p quos ad tantã calumniam aptata fuiſſet.hinc tranſeunt ad aliud:Res,inquiũt,oculis agat̃, verbis ceſſantibus.brachiũ hoc te aiunt,o Athanaſi,Arſenio detruncaſſe:tu,q̃modo vel ad q̃s vſus excideris,*iudicato.Tũ ille,quis veſtrũ Arſeniũ nouerat,vt hãc ipſius dextrã cognoſcatis?Surrexerũt multi,etiã nõ conſcij factiõis,dicẽtes ſe optime virũ nouiſſe.iubet ad hæc Athanaſius introduci Arſeniũ:eo introducto,accepit eius

Paulus epus depellitur.

Ep'la orientaliũ eporũ ad papam.

Arrianorũ accuſatiões in Athanaſ.

dextrã: Hic, inquit, Arsenius est, hæc eius dextra. manus vero quã illi offerũt, vnde sit vos requirite. Tunc velut nox quædã & tenebræ accusatorũ oculos pstringunt, & qd agant, aut quo se vertãt, nesciebãt. verum non iudicandi, sed opprimendi hoĩs causa conciliũ gerebat. fragor omniũ attollit, magũ esse Athanasiũ, & decipere intuentium oculos acclamat, nec debere vllo modo vltra talem hoĩem viuere. ac facto impetu, suis eũ discerpere manibus parãt. sed Archelaus qui cũ cæteris ex pcepto imperatoris concilio psidebat, ereptũ eum à discerpentiũ manibus, per occultos aditus eduxit, fugamq; suasit, si saluus esse vellet. conciliũ tñ nihilominus Athanasiũ de intentatis criminibus cõdemnauit, & gesta in hunc modũ ficta, per orbẽ mittentes, ad sceleris sui consensum, imperatore cogente, cæteros epõs perpulere. Hinc iam toto orbe profugus agitur Athanasius, tribuni quoq; & exercitus ad inuestigandũ eũ mouent. imperialibus pmiũ proponit, si quis viuũ maxime, sin minus, caput Athanasij detulisset. Interea sex annis latuisse fert in lacu, vt solẽ nunq̃ viderit, sub tutela honestissimæ matronæ. sed cũ per ancillã huius rei cõsciam indicaret, tanq̃ Dei spũ admonitus, ipsa nocte qua ad eũ cõpræhendendũ venitur, emigrauit, nihil sibi vltra iam tutũ cernens in regno Cõstantij, ad Cõstantem profugit, à quo satis honorifice susceptus est. paulo post Paulus à Thessalonica, simulans se iturũ Corinthum, simul Italiam venit ad Cõstantem, necnon ad Iulium Romanæ vrbis episcopum. Intelligens autem Constans iniuste grauatos hoĩes, nec crimina fuisse vera, pro quibus dicebant suspensi, cognita etiã causa Athanasij ex multis scriptis episcoporũ Aegypti, asserentibus falsa esse omnia & conficta, cumq; à fratre petens, vt Athanasius suã reciperet sedẽ, resistentibus hæreticis, nihil impetrare valuisset: tunc Athanasius & Paulus petiuerũt fieri synodũ, eo q pro defensione rectorũ dogmatũ expulsi essent. Ad quæ motus Constans, scripsit Constantio, monens vt saltem in synodo causa & Athanasij & Pauli examinaret. Ad quæ scripta Cõstantius pcepit, vt Sardicæ quæ est ciuitas Illyrici, & orientales & occidentales cõuenirent episcopi. Verum interea Arriani Paulum Constantinopolitanũ episcopũ persequentes atq; cõperientes, suffocandũ esse censuerũt in Cappadocia, autore Philippo pfecto. mittentes aũt ministros necis, eũ morti tradiderũt. Hoc itaq; modo Paulo defuncto, Macedoniũ statuerũt episcopũ, qui sancto spiritui blasphemabat. Ex Hesperijs ergo partibus cõuenerũt Sardicæ episcopi quasi trecenti, ex orientalibus 76. inter qs annumerabat Schyras. excusauerunt eñ se alij propter infirmitatem corporis, alij angustas inducias accusantes, ob hoc Iuliũ Ro. pontificẽ inculpant, cũ tñ ante annũ & sex menses synodus fuerit indicta. Cũ ergo Sardicæ essent, orientales ad adspectũ occidentaliũ venire nolebãt, dicẽtes, nõ aliter se ad verba venturos, nisi suo collegio Athanasianos expellerent & Paulianos. Cumq; Protogenes Sardiceñ. epũs, & Osius Corduben. Hispaniæ, nõ paterẽtur à concilio remoueri Pauli defensores & Athanasij, illi repente discesserunt: & venẽtes ad *Philippolim Thraciæ, seorsum fecerunt concilium, ac ibi aperte cõsubstantialitatẽ anathematizarũt, & sectã æqualitatis vbiq; miserũt. Ad hæc qui Sardicæ cõuenerunt, primũ illorũ cõdemnauere insaniam: deinde accusatores Athanasij, quia cõtumaciter aberant, dignitate priuauerunt, & terminos fidei Nicenæ roborãtes, cõsubstantialitatẽ apertius tradiderũt, etiã ipsi vbiq; scripta dirigẽtes. reddiderunt nihilominus locum Athanasio, alijsq; ob hoc priuatis. Extant literæ cõcilij plures desuper emissæ, q̃ habent in historia Tripartita, ex qbus clare cognoscit & accusatorũ calumnia, & priorũ iniquitas iudicũ, & dogmatũ vera salubritas. Hæc Cõstans agnoscẽs, doluit quidẽ, leuitatẽ fratris inspiciẽs, & infremuit aduersus instigatores ipsius. duosq; epõs ex Sardicẽsi cõcilio electos, cũ literis misit ad fratrẽ, cũ quibus & magistrũ militũ Salianũ pietate iustitiaq; fulgẽtẽ. literæ vero nõ solũ monitionẽ habuerũt, sed etiã interminationẽ pio principi condecentẽ, adiecitq;, nisi vellet qd iusũ est facere, ipse ad Alexandriã pergeret, & Athanasiũ restitueret. Hãc epistolã Cõstantius in Antiochia recipiẽs, promisit se facturum q̃ status tẽporis ferret: sed in his perterriti Arriani, machinati sunt scelus, episcopis mansionẽ seorsum à magistro militũ ordinãtes. subornauerũt aũt, Onagro autore, q ad quandã fornicariã veniẽs, ait venisse peregrinos q cuperẽt rem habere cũ meretrice: positis etiã xv. dyscolis iuxta in latibulis, perrexit cũ meretrice ad ianuã, vbi episcopi duo requiescebãt: eãq; apertã inueniens, persuasit vni puerorũ, pecunia data, mulierẽ introducere, eamq; iussit viros accedere. Cõtigerat autem seniorem epm, nomine Euphratẽ, in loco exteriori dormire. Vincẽtius alter epũs in cubiculo interiori quiescebat. cũq; intraret mulier, quia obscurũ erat, quis ambularet, quærit Euphrates. Illa vero loquẽte, cõturbatus, dæmonẽ putans esse, mulieris vocẽ imitatũ, repente saluatorẽ Christũ in suum vocauit auxiliũ. Onager aũt dux iniquitatis, hoc facto, cum socijs est ingressus, iniquos dicens, & iniquitatis iudices repertos. clamore facto, cucur-

Archelaus.

Constans.

Concilium Sardicense.

Onager dux iniquitatis.

Impium facinus.

rerunt & serui,surrexitq́ Vincentius,& clauserũt ianuã domus,septẽ quidẽ calũniatorũ comprehẽdentes.Onager vero cũ reliquis aufugit,detenta tñ est cũ illis & mulier.Mane facto,proclamãt,negociũ diffamant,& lacerant.magister militiæ primũ territus,sed audiens fictiones,petit imperatorẽ in iudicio audire iniqua consilia.vix obtinuit.interrogat primũ mulier,quis eã illuc vocasset:dixit quendã iuuenẽ ad se venisse,aduentũ indicasse peregrinorũ,ac inuitasse vt iret ad eos,quiq́ vespere facto eã introduxisset:adiecit etiã inquisitionẽ episcopi & terrorẽ,ac orationẽ eius, & superuenientiũ inuasiones.Hæc iudices agnoscentes,vnũ ex captis adduci faciunt,qui nõ expectans torturã,machinatũ consiliũ patefecit,& Onagrũ hæc oĩa perpetrasse cõfessus est.qui eductus,Stephanũ dixit hæc præcepisse,qui erat Antiochenus epus.Sic igit Stephani cognoscẽtes iniquitatẽ,damnatus est,& ab ecclesia expulsus.nõ tñ ab Arriana peste liberata est ecclesia:nã Leontius in locũ eius ordinat nequissimus.Verũ Cõstantius machinata cognoscẽs,ternas Athanasio in hæc verba misit literas:Cõstantius victor Augustus Athanasio epo:Et*si prioribus nostris literis certiorẽ te reddiderimus de tuo ad nos reditu,ocyus citra omnẽ metũ ac solicitudinẽ perficiendo. te etenim in integrũ restituere maxime volumus.Quare denuo ex singulari beneuolentia te hortamur obsecramusq́,vt q̃ iamdudũ amiseras,liberiori aĩo recuperare velis.Has literas Athanasius accipiens,recurrẽs Romã,ostẽdit eas Iulio epo,quibus maximo gaudio affecit ecclesiã Ro.putabat ex his eñ orientis imperator eorũ fidei consentire,ac propterea Iulius papa clericis atq; plebi in Alexandria gratulatorias scribit literas.His ita literis cõfisus Athanasius,ad orientẽ venit,quẽ Constantius imperator nõ moleste suscepit:sed suggerentibus aduersarijs,eũ circũuenire tentabat,dicẽs: Sedẽ tuã decreto cõcilij consentientibus nobis recepisti,sed quia sunt aliqui in Alexandria populi,tuã declinantes cõmunionẽ,vnã illis in ciuitate ecclesiam permitte. Ad hoc Athanasius:O imperator,potestatẽ habes iubere sicut vis,sed ego q̃q; beneficiũ à te posco.cõtinuo se daturũ ait princeps.subiunxit Athanasius:Idẽ peto q̃d tu, vnãq́ & ipse ecclesiã postulabat sibi dari p singulas ciuitates,declinantẽ Arrianorũ cõmunionẽ.Imperatori hoc æquissimũ videbat.sed cũ detulisset ad eos,q̃rũ consilio vtebat,*neq; ibi se velle ecclesiã recipere atq; hic dare rñderet,ita imperator admiratus eius prudentiã,properare ocyus ad suscipiẽdã ecclesiã suã iubet.Scripsitq́ Alexãdrineñ.vt reuerẽter eũ susciperẽt,similiter lr̃as abolitiõis eorũ q̃ contra eũ acta fuere. Talibus munitus Athanasius,p Syriã venit in Palæstinã,apphendẽsq́ Hierosolymã, & epo Maximo pãdẽs gesta Sardiceñ.cõcilij,& q imperator decretis cõsenserat,Maximus sine mora cõuocatis epis de Syria ac Palæstina,facto cõcilio,restituit B.Athanasio & cõmunionẽ & dignitatẽ.Hæc & publicari fecit p prouincias.Deinde Athanasius pergẽs Alexãdriã,p ciuitates edocebat,vt Arrianos vniuersi euitarẽt,& consubstãtialitatis dogma amplecterent,in quibusdã ecclesijs etiã ordinatiões fecit,q̃ fuere alterius querelæ initiũ.Interea respu.fortuitis casibus vrgebat.nã post necẽ Constãtini iunioris,Persicũ cõtra Ro.motũ est bellũ,ibi Cõstans aduersus Persas & Saporem regẽ,nouẽ prælijs parũ prospere certauerat.Deinde postq̃ Cõstans prauioribus vteret amicis,intolerabilis militibus & prouincialibus factus est & iniucundus.vnde dum venandi cupiditate per syluas & saltus erraret,factione Magnentij regnãdi auidi,à militibus occisus est nõ longe ab *Hispanis,anno regni sui 17.Post Constãtis necem Magentius apud Augustodunum arripuit imperium,quod cõtinuo per Galliã & Aphricã,Italiamq́ porrexit,& Decentiũ fratrem suũ Cæsarẽ fecit.In Illyrico vero & in Sirmio aliud rursum excitatũ est bellũ,per tyrannũ noĩe Vetrauionem ætate grandæuũ,quẽ milites imperatorẽ creauerũt.datus eñ ante fuerat ad tuẽdũ Illyricũ, sed & etiã Romam tumultus tenebat.fratruelis nanq; Constantini,Nepotianus nomine,imperium assumpserat.sed is 28.die à militibus Magnentij oppressus est,caput aũt eius pilo per vrbẽ circunlatum est,grauissimaq́; proscriptiones & nobiliũ cædes fuerunt.Constantius interea in Illyricum castrametatus est.cogebat eñ eum publica necessitas,& maxime Vetrauionis,quia Augustus appellatus est.Erat autem Vetrauion vir natura simplex,cunctisq́; iucundus,sed qui nec prima elementa literarũ didicisset,inuitus cogitur literis operã dare.Cumq́ Cõstantius venisset in Sirmiũ,actũ est vt milites Vetrauionis transirent ad Constantiũ:quo facto,imparatorẽ eum proclamauerũt,cumq́ de Vetrauione nulla memoria fieret,ille repente sentiens se proditũ,ad pedes se prostrauit imperatoris.porro Constãtius auferẽs eius coronam simul & purpurã,clementer ei locutus est,monẽs vt sub stemmate priuato quiesceret, q̃d vtiq; eius ætati cõueniret.Iussitq́ sumptus vberrimos ex publicis functionibus,exhiberi eidẽ. Eo tẽpore imperator Gallũ consobrinũ suũ Cæsarẽ facit,cui suũ nomẽ

Constantij epistola ad Athanasiũ.

Constantis obitus.

Vetrauio tyrannus.

Gallus.

rr 2 impo-

imponens,*Syriā Antiochiæ destinauit:quo Antiochiā veniente,circa orientē signū saluatoris apparuit.columna nanq; sub specie crucis in cœlo visa fuit.Cū itaq; Gallus Cæsar Antiochiæ degeret,Iudæi vicina loca turbabant,ac resistere parabant Ro. quos exercitu destinato apprædēdit atq; profligauit.Cūq; videret sibi prospere gessisse,felicitatem nō ferens,accessit ad tyrannidē,& nō insinuās imperatori,quæstorē dictū Magnū & Domitianū præfectū occidit.ob quam rem Constātius indignatus, euocauit eum,qui cū contemnere nō valeret,pergebat ad principē,& anteq̄ venisset, in via ob crudelitatē illum fecit interimi.Per idem tempus Magnentius ad seniorē perueniens Romā,multos senatorꝫ & populi peremit:agnoscensq; vicinos esse Constantij milites,abscessit ad Gallias.cumq; hinc sæpius bellum inter alterutros exercerent,nouissime victus Magnentius,fugit in Mirsam Galliæ castrū:vidensq; suos milites tristes,stans celsiori loco,nitebatur oratione eos cōfortare.Tunc illi fauorem solitum subtrahētes,magna voce clamabāt:Constanti Auguste.augurium hoc traxit Magnentius,tanquam ei diuinitus non concederetur imperium,relinquēsq; castrū, ad vlteriora tendebat.Sequētibus autem Constantij militibus,circa montem Seleucium facta congressione,solus fugiens venit Lugdunum,offendensq; ibi matrem & fratrem,propria se manu interfecit.Decētius vero frater,quem Cæsarem fecit,apud Senonas paulo post laqueo vitam suā finiuit.Sed neq; sic respub.quieta fuit.nā apud Gallias occidentales Syluanus Bonitij frater in Gallia natus, qui bello Liciniano clarus sub Constantino,tribunus sub Magnentio fuit,tyrannidem arripuit.ad hunc opprimendū mittitur Vrsicinus,qui pecunia tribunos Syluani corrupit,vt occiderēt. Agrippinæ igitur de industria facto tumultu,cæsus est. Igitur Syluano interfecto, Constātius Iulianum Galli fratrem,Cæsarē creatum,misit ad Gallias anno dñi 357. imperij sui anno 17.Itaq; Iulianus Gallias oppressas ab hostib⁹ strenuissime restituit, cumq; multa oppida expugnasset,tum modicis copijs apud Argentinā Galliæ vrbē, ingentes Alemanorum copias extinxit:rexq; nobilissimus *Nodomarius,cuius pagi Rheni ripis vlterioribus adhærebāt,multa postmodū egregia ab eo aduersus barbaros gesta sunt,submotiq; vltra Rhenum Germani sunt,& finibus suis Ro. imperiū restitutū.de hoc Eutropius.Interim Iulio papa defuncto anno dñi 355.succedit Liberius,q paulo post missus fuit in exiliū.sedit annos xvi. Sed cū ingēti scelere Cōstans regno simul & vita fuisset exemptus,sublatis etiā tyrannis,Cōstantius solus imperaret,rursus in Athanasiū veteres incentores principis odia suscitare inceperunt,quasi ipse fuisset,qui ei fratrem fecerit inimicū,ita vt pene disruptis naturæ vinculis,vsq; ad bella descenderent,& q̄ fatigare occidentales ep̄os ac per deceptionē ad suā opinionem trahere niteretur,oīa etiam in orbe turbaret.His incitamētis Cōstantius motus,nō solū expelli,sed etiā perimi sacratissimū Athanasiū imperauit,p̄mia & honores delatoribus pollicēs.Tunc rursum fugit Athanasius.de quo ipse ita scribit:In Alexandria surrexerūt denuo nos quærētes.Ingrediēte nāq; quadragesima,Georgius ex Cappadocia plurima auxit mala:virgines mittebant in carcerē,episcopi vincti à militibus ducebant,orphanorꝫ & viduarꝫ domus diripiebant.postea cū populus ad cœmiteriū ingressus orationis causa,oēsq; cōmunionē Georgij declinarent,concitauit Sebastianū ducē,qui cū armatis die dñico super populū irruit,incendioq; facto,statuit virgines secus ignē,cogebat vt se prostituerēt Arrianis:resistentibus lacerauit earum vultus,vt vix agnosci possent.ex populo multi trucidati sunt.Post hæc ex Aegypto & Libya exilio deportauerūt ep̄os,& eos acerbissime per itinera compulerūt,vt quidā eorū in ipsis itineribus,alij vero per exilia morerentur.fugauerūt aūt ep̄os plus xxx.faciūt deinde sua cōcilia Arriani pluribus in locis,& præcipue cōtra cōsubstantialitatē nitētes.In Antiochia vero cōgregati Narcissus Cilix,Diodorus Thraciæ,Theognius Nicenus,Patrophilus Scythopoleos,Minophātes Ephesius,& alij circa xxx. scripserūt vniuersis episcopis,quia cōtra ecclesiasticas sanctiones Alexandriam Athanasius remeasset,nec in cōcilio sine culpa fuisset inuētus,viderēt ne communicarēt ei, neq; scripta dirigerēt,sed Georgio qui ab eis fuerat ordinatus.Tunc in Italia cōciliū est indictum,orientalium venerūt nō multi,occidētalium vero 300.petētes vt præcepto principis,Mediolani celebraretur cōcilium.Vbi dum cōuenerūt orientales,ante omnia cōtra Athanasium decerni postulabāt,vt penitus ei aditus Alexandriæ clauderetur.quod dum sensissent Paulinus Treuireñ.Dionysius Albæ,& Eusebius Vercelleñ.q̄ ad destructionem fidei laborabāt,surgētes,magna voce clamabāt,dolum & circunuentionem.Deposito siquidē Athanasio,aliam hæreticæ fidei exponere voluerūt doctrinā,sed neutrū horum produci potuit ad effectū,cū præsente principe clamaretur,quia iniuste agebatur & impie.Quo facto,& *ipsis ecclesijs sunt expulsi,ponti-

fex

Syluanus occiditur.

Iulian⁹ apostata.

Liberius papa.

Christianorū à Sebastiano p̄secutio

Concilium Mediola.

Ep̄i pulsi.

fex quidē Ro. vrbis Liberius, Paulinus Treuireñ. epus, Dionysius, Italus, Lucifer metropolitanus insularꝝ Sardiniæ, Eusebius Vercelleñ. tradunt exilio, similiter & Osiū Cordubeñ. deportauerunt virum admirabilem, de quo Theodoricus in Tripartita.

Eo in tempore Cōstantius Liberio dixisse fertur: Cū sis Christianus & epus nostræ ciuitatis, dignū iudicauimus te commonere, vt communionē scelestissimi Athanasij & ineffabili superbia tenti, abnegare nō differas. hoc eñ terrarꝝ orbis pene fieri comprobat, & synodalis sententia alienū eum ecclesiastica cōmunione decreuit. Liberius epus dixit: O imperator, iudicia ecclesiastica decet cū maxima proferri iustitia. quapropter si videt pietati tuæ, disceptationē iube cōstitui, & si apparuerit Athanasius cōdemnatiōe dignus, proferat in eum secundū ecclesiasticā formā sententia: nō eñ possibile est cōdemnare virū de quo nihil examinatū est. Ad hęc Cōstantius: Vniuersus mūdus adiudicauit eius facinora, sed ille tēpus illudit. Liberius: Quicunq; subscripserūt, nō viderunt q̄ gesta sunt, sed propter gloriā & timorē, & ne à te contumelias paterent, acquierūt. Imperator: Quid est gloria & timor & cōtumeliæ? Liberius: Quicūq; gloriā Dei nō diligunt, tua dona ꝑponunt, quē isti nō viderūt, nō examinantes adiudicauerūt, q̄d est Christianitati alienū. Imperator dixit: In facie dānatus est, in cōcilio cōtra eum decreuerūt pariter episcopi orbis totius. Liberius: Nunq̄ in ꝑsentia sui homo ille adiudicatus est. Eusebius eunuchus ait: In Nicena synodo alienus à fide catholica probatus est. Liberius dixit: Quinq; soli iudicauerūt ex his, qui cū eo nauigio venerūt ad Maræotidē, quos miserunt ad accusationē eius, horū duo sunt mortui Theodorus & Theognius, reliqui viuunt, Marsius, Valens & Vrsatius, ab his qui missi sunt Sardicæ, vbi propter hāc causam synodus facta est. Qui in synodo libellos obtulerunt, veniā postulantes, qm̄ in Maræotide per calumniam contra Athanasiū cōgesta fecerūt. Cui, o imꝑator, *horꝝ nos cōmunicare cōuenit aut credere, his qui eū primitus damnauerāt, & veniā postea poposcerūt, an eis qui adhuc accusare cōtendunt? *Epictenus epus dixit: O imperator, nō fidei causa hodie neq; iudiciorū ecclesiasticorū sermonē facit, sed vt apud senatores in Ro. cōstitutos vrbe gloriatur, quasi superauerit principē. Imperator ad Liberiū: Subuersor es totius orbis, qm̄ tu solus hoīem vindicas nefandissimū, & pacē orbis ecclesiæq; dissoluis. Liberi⁹: Nō ego solus doleo, sed fidei causa minuit: nā & antiquitus tres soli sunt repti resistētes ꝑcepto regis. Eusebi⁹ eunuchus dixit: Imperatorē nostrū Nabuchodonosorē fecisti. Liberius: Nō, sed ꝙ ita irrationabiliter adiudicādus est homo, q nō est examinat⁹: ergo peto primitus gn̄alē subscriptionē, cōfirmātē fidē in Nicea prolatā, vt ita reuocatis ab exilio fratribus nr̄is, & in locis proprijs restitutis, tūc apud Alexandriā cōuenientes, vbi & accusati & accusatores sibi, & examinata causa, possimus proferre sentētiā. *Epictenus eps dixit: Sed cēsus publicus nō sufficit subuectioni epoꝝ. Liberius: Ecclesiasticæ causæ publico cēsu nō egēt. ecclesiæ nāq; sufficiūt vsq; ad mare ꝑducere epos suos. Imperator dixit: Quā dudū epi dederūt formā, solui nō potest. plurimoꝝ nāq; epoꝝ valere debet sentētia. tu solus amicitias illius scelerati defendis. Liberius: Nunq̄ audiuimus, absente accusatore, iudicē accusati scelera proferre. hęc vt propria vident odia. Imperator: Oīb⁹ equidē nocuit in cōione, nulli tñ ita, sicut mihi. Cui dū nō sufficeret interitus fratris mei maioris, neq; beatæ memoriæ Cōstantē cessauit in me freq̄ter impellere, nisi maiori māsuetudine detēti, tēperassemus. nulla itaq; mihi victoria est, neq; cōtra Magnētiū vel Syluanū, nisi illū scelestū ab ecclesiasticis reb⁹ expulero. Liberi⁹: Noli ꝑ epos vindicare tuas inimicitias. man⁹ eñ ecclesiasticoꝝ ad sanctificandū vacare debēt, quapropter si tibi placet, iube reuocari ad loca ꝓpria sacerdotes: & si cōcordes apparuerint ei, quē in ꝑsenti defendim⁹ secūdū fidē orthodoxā in Nicena synodo cōstitutam, tūc cōueniētes, prouidebūt pro mūdi pace. Imperator dixit: Vnū decreuim⁹, nolo eñ te amplectentē ecclesiasticā coīonē Romæ denuo destinare, sed ꝓpter cōcordiā pacis subscribēs, Romā reuertere. Liberi⁹: Romæ iā fratrib⁹ valedixi, maiores eñ sunt ecclesiasticæ sanctiōes q̄ Ro. habitatio ciuitatis. Imp. Triū dieꝝ spatiū ad deliberationē habēs, si vis subscribere, Romā reuertere, aut certe cogita, in quē vis deportari locū. Lib. Spatiū triū dieꝝ rōnē non potest mutare: quapropter, q̄ vis, dirige me. Imperator *post duos dies iussit eū in Borœā exilio deportari. Egrediēte aūt Liberio, imperator ad expēsas quingētos solidos destinauit. Tūc Liberius deferēti dixit: Vade, da eos imperatori, opus eñ habet suis erogare militibus. si aūt opus nō habet, det eos Auxētio & Epitecto. Dūq; ab eis nihil accepisset, Eusebius eunuch⁹ obtulit ei alios solidos. Cui Liberi⁹ ait: Totius orbis ecclesias reddis desolatas, & tanq̄ dānato mihi hęc affers. vade prius, & imbuere vt sis Chr̄ian⁹. His itaq; gestis, post tres dies missus est in exiliū. Hæc Theodoricus. Duobus aūt annis trāsactis, Cōstātius Ro- mam

Cōstantij & Liberij disceptatio.

Liberius in exiliū mittit.



mã venit. procerũ vero senatorũq́ cõiuges rogabãt viros suos, vt Cõstantio supplica rent, vt pastorẽ gregibus restitueret, alioqui ad pastorẽ properarẽt. At illi ptendentes furorẽ principis, suadẽt vt ipsæ supplicarẽt. hoc cõsilio mulieres cũ ornatu solito adierũt principẽ, clamãtes: Miserere tãtæ ciuitatis, pastoris prouidẽtiã nõ habẽtis, q̃ lupo rũ patet insidijs. At ille r̃ndit, nõ egere pastore alio, cũ satis idoneũ habeat. nã post Liberiũ expulsum quidã diaconus eius, noĩe Felix, fuerat ordinatus. is tñ expositã in Nicena synodo fidẽ seruauit incõcusse, sed corruptoribus eius cõicabat, vnde nullus habitantiũ Romæ in basilicã ingressus est, cũ ille p̃sens esset. Hoc q̃q3 matronę imperatori detexerũt, qua gr̃a flexus, p̃cepit & Liberiũ reuocari, vt ambo ecclesiã regerẽt cõmuniter. His ergo lr̃is in Circẽsi spectaculo relectis, populus clamabat, iustã esse principis sentẽtiã, vt sicut duob⁹ coloribus diuisi sunt spectatores, sic oporteret alterꝶ his, alterꝶ alijs p̃sidere. Quanuis aũt primitus lr̃is principis fauissent, tñ postea cõmoti, cõi voce clamabãt: Vnus Deus, vnus Chr̃s, vnus ep̃s. Post has vero Chr̃i amabilis populi pias ac iustitia ornatas voces, sanctissimus Liberius est reuersus. Felix aũt recedẽs, aliã inhabitauit ciuitatẽ. Alij scribũt, ꝙ Liberio vrbis Romæ ep̃o in exiliũ deportato, sacerdotes, cõgregata synodo, in Liberij loco Felicẽ p̃sbyterꝶ crearũt, & secũdũ aliq̃s de cõsensu Liberij. hic Felix facto cõcilio inuenit duos p̃sbyteros cõsentiẽtes Cõstantio Arriano Vrsatiũ & Valẽtẽ, dãnauit eos cõcilio 48. ep̃orꝶ. Cõstãtius aũt hortãte Valẽte & Vrsatio, vocauit aliq̃s ex fæce Arriana, & reuocauit Liberiũ, Felicẽ vero de ep̃atu expulit. Sic ergo, vt ait Hierony. in chro. Liberius tædio exilij victus, in hæretica prauitate subscribẽs, Romã victor intrat, q. alios exhortatus añ fuerat de tolerãtia oĩm laborũ, vt habet 7. q. 1. Suggestũ. Liberio scribẽte, vt legit in li. põtificũ, tãta p̃secutio orta est in clero, vt ipsi in ecclesia necarent. Depositus aũt Felix, habitauit in via Portuẽsi, ibidẽq́ obijt. Antoninus dicit eũ martyrio coronatũ. Porro missis in exiliũ catholicis ep̃is, vt supra diximus, synodus apud Ariminũ congregat. ibi secundũ ea quę orientales apud Seleuciã cõposuerunt, callidi hoĩes, simplices & imperitos occidentalium sacerdotes facile circunuenerũt, hoc modo proponẽdo eis, quẽ magis colere & adorare vellẽt ὁμοούσιον an Christũ, illisq́ virtutẽ verbi, qd ὁμοούσιον significaret, ignorantibus, decepti sunt, Christo se credere, nõ ὁμοούσιον, confirmantibus. sic multi in errorẽ deducti sunt, contra ea q̃ patres in Nicea conscripserant, venientes, ὁμοούσιον quasi ignotũ & à scripturis alienũ sermonẽ, auferri decernũt. Ea tẽpestate facies ecclesiæ fœda & admodũ turpis erat. dicebãt eñ Arriani, volentes Hesperijs persuadere simplicibus, qa nõ oportet ꝑpter duo verba, q̃ nec inuenirent scripta, separari corpus ecclesiæ, sed similem per oĩa profiteri filium genitori, substantiæ vero taceri nomen. At catholici Valentẽ, Vrsatiũ, Auxentiũ Mediolañ. Germanũ, Caium & Demophilũ, eorumq́ socios condemnauerũt, Arrianũ dogma anathematizare fugientes, q propterea indignati, ad principẽ celeriter venerũt, portãtes lectã in concilio fidem. Opertius aũt integrã fidei regulã ad Constantiũ catholicorꝶ noĩe scripsit, verũ Vrsatius & Valens p̃uenientes aduentũ eorũ, derogauerunt eisdem. Imperator aũt Arrianũ dogma p̃ferens, indignat aduersus synodũ, Vrsatiũ & Valentẽ potius honorauit, permisitq́ Vrsatio & cõplicibus suis potestatẽ cõtra ecclesias agendi q̃dcunq3 placuisset, explanationẽ etiã fidei in Arimino factã iussit per ecclesias destinari, p̃cipiẽs vt nolẽtes subscribere, pellerent ab ecclesijs, & in eorꝶ locũ alij ponerent episcopi. Interea multa ꝑpessus est Athanasius, populus & clerus Alexandrinus. Per idẽ tẽpus sacerdotes & populi, qui Arrio duce fuerũt decepti, in tres sectas scinduntur. nam aliqui Arrio in vita cõmunicare voluerũt, eo ꝙ simulata cõfessione cõmunicasset his, qui substãtia Dei patris filiũ esse credebãt. Et post Arrij Eusebijq́ obitũ, Accius quidã sophista, & post eũ latius Eunomius vir corpore & aĩo leprosus, plurima cõtra fidẽ nostrã scripsit, à quo Eunomiana hæresis dicta est. alius q̃q3 Macedonius, quẽ expulso Paulo ac nostris & quibusdã necatis, apud Cõstantinopolim statuerũt ep̃m, ita pestifera ista bestia, q̃ per Arriũ primũ quasi de infernis extulerat caput, subito triformis apparuit per Eunomianos, q dicũt per oĩa dissimilẽ filiũ patri, quia nullo gñe similis possit esse creatura factori: per Arrianos, q dicũt similem qdem dici posse filiũ patri, sed largitate gratię, non proprietate naturæ, in quantũ scilicet potest creatori creatura conferri: per Macedonianos, q dicunt similem qdem filium per oĩa patri, spiritui vero sancto nõ sic spiritũ eñ sanctum cũ patre & filio nihil habere cõmune, vnde & primos vocabant sine Deo, & vltimos sine spũ. Multa alia concilia Constãtio imperante sunt celebrata, de qbus alibi, & p̃sertim in Tripartita hist habet. Interea Iulian⁹ apostata, deuictis Alemanis, clara victoria decoratus est, & à militibus appellatus Augustus. Quo tp̃e B. Martinus miles tunc armatæ militiæ, seculo renunciare statuit, circa annum dñi 359.

Secundum schisma.

Liberius reuocatur.

Felix papa.

Ariminense concilium.

Opertius.

Arriani in tres sectas diuiduntur.

Iulianus apostata.

Eodem anno B. Antonius migrauit ad dñm anno vitæ suæ 105. Liberius papa, secundum Platinã, vbi ex sacris ordinibus bis in vrbe Roma habitis, episcopos, ac presbyteros ordinasset, moritur ac sepelitur in via Salaria, sedit annos 6. menses 3. Hũc Liberium alioqui volunt Leonem fuisse, qui Hilarium Pictauieñ. in concilio insectatus est, vt scribit Vincentius in spe. li. 15. c. 23. & Iacobus de Voragine. dysenteria perijt, vt in historijs legitur Anto. in chro. parte ij. ti. x. recitat opiniões. Cum autem histo. Eccle. & Tripartita, diuus quoq; Hierony. de hoc nihil inueniantur scripsisse, in dubio relinquitur, licet Iohannes de turre cre. de potestate ecclesiastica lib. 2. c. 6. prædicta videatur approbasse. sed ego doctioribus relinquo determinandum. Liberius moritur.

GENERATIO XIII.

INter hæc cum ab Arrianis, Constantio imperatore fauente, catholicorũ fit psecutio, Liberio adhuc Petri sedem tenente, ingreditur 13. gñatio, anno dñi 360. imperij Constantij 20. vbi sequenti anno Paulinus Treuirorum epũs in exilio obijt. Hilarius Pictauieñ. epũs à Constantio in Phrygiam deportatus, cum Dionysio Mediolaneñ. & Eusebio Vercellensi, 4. exilij anno cum librum de fide Constantio porrexisset, redire pmissus est. Cum B. Eusebius oẽs prouincias occidentis, sicut Athanasius orientis ab Arriana peste sua doctrina purgaret, in tm̃ eos psequebatur, vt Auxentiũ Mediolaneñ. epm̃ Arrianum, ab oĩbus Christianis expulsum damnaret, & pro eo S. Dionysium ibi epm̃ ordinaret. Iratus Constantius contra eum, concilium congregauit. cum aũt veniret Mediolanum, vocareturq; ad concilium, petebat Eusebius, vt scriptura sibi psentaretur, in qua subscripsissent se episcopi in Arimino: qua præsentata, ipse eam lacerauit, quia in fauorẽ Arrianorũ facta erant cõtra veritatẽ fidei, cum subscriptione plurimorũ episcoporũ catholicorũ, q ex ignorãtia decepti fuerãt in verbo. Iratus tunc Cõstantius, tradidit eum voluntati Arrianorũ: q extrahẽtes eum p gradus palatij, flagellauerunt: & rursum retrahentes, vbi multo fuso sanguine adhuc consentire nollet, tandem in cauea constrictus & reclusus est, 7. diebus negato cibo & potu: deinde in arctum locum posuerunt, vbi se mouere non poterat, sed angelica visitatione consolatus fuit. Demũ Cõstantio defuncto, sub Iuliano apostata Eusebius liber dimissus est, & postea sub Iouiniano redijt Vercellas, ac cum ingenti gaudio populi susceptus est. Iouiniano vero defuncto, sub Valente Arriano vallata domo eius, Arriani supinum extrahunt de domo, lapidibus obruunt, & sic martyrio coronatur anno 88. Paulinus. Eusebi⁹ eps Vercell. martyr.

Iulianus interea intra Gallias cum à militibus esset Augustus appellatus, nihil de Constantio cogitans, iudices ab illo factos donis pmulcebat, & ad illius inuidiã literas pferebat, quibus ostendit eum intra Italiam barbaros induxisse, & repente religione mutata, cum prius Christianus putaretur, semetipsum pontificem noĩauit: & veniens ad templa paganorũ, sacrificabat. Cumq; Cõstantius pter bellum Persicum Antiochiæ moraretur, sperans Iulianus sine bello Illyricum se obtinere posse, ad eos agebat iter, dicens Cõstantio se velle satisfacere, q non spõte, sed voluntate militũ infulas imperij suscepisset. Fertur, dum accessisset, eo tpe vindemia collecta, circa occasum Pleiadarũ vuas denuo fuisse platas. Insup etiã imbrẽ ex aere descendentẽ, in eius veste simul & cęterorũ, guttas singulas crucis formasse signaculũ. hoc facto, videbat & ipsi ac alijs, q a botri extra tẽpus, bonũ ei nunciarẽt initiũ: imber aũt cadẽs sup vestẽ, imperiũ roboraret. Alij vero dicebãt, vuarũ signũ pter tẽpus, significare pditionẽ, & parui tẽporis eius imperiũ. Porro de cruce dicebãt, denunciari hoc signo, q sit cœleste dogma Christianorum, & q oporteret signari cũctos crucis indicio. Cum aũt Cõstantius audiret cõtra se venire Iulianũ, relicto bello Parthico, Constanstinopolim veniebat, scelere Iuliani motus. dumq; ad ciuile bellũ reuertit, in itinere inter Ciliciam & Cappadociã in apoplexia ob dolorẽ animi & grauẽ cogitationẽ, in quã pter rebellionẽ Iuliani inciderat, defunctus est. Ita ille q discissa pace & vnitate fidei catholicæ, Christianos aduersus Christianos armãs, ciuili bello ecclesiæ mẽbra dilacerauerat, totũ inquietũ tẽpus imperij sui habuit, exercuit & expendit, morit anno dñi 363. Magna miracula attende.

Anno igit dñi 364. Claudius Iulianus iam Cęsar imperiũ suscepit, & annos duos ac 8. mẽses regnauit, cuius talis fertur origo: Cõstantinus Magnus duos ex eodẽ patre, sed diuersis matribus fratres habuit, Constantiũ & Dalmatiũ. Cõstantius habuit duos natos Gallũ & Iulianum, Dalmatius vero Dalmatiũ, quem cum post mortẽ Cõstantini milites pemissent, Gallus qq; & Iulianus pene cum Dalmatio piculum mortis sustinuerunt, nisi Gallum ægritudo, q̃ ineuitabilis putabat, liberasset. Iulianum vero ætas infantilis, erat enĩ annorum 8. Cumq; ab eis furor imperatorũ cõquieuisset, Iulianus in auditorijs Constantinopolitanæ vrbis exercebatur, in basilica vbi doctores erãt, habitu priuato incedẽs, habebatq; pædagogum eunuchũ noĩe Mardoniũ, pceptorem grãmaticũ Nicomedẽ, Iulianus 48. Imp.

rhetoricam vero discebat apud Eubulum magistrum Basilij postea episcopi. erat Iulianus ab initio Christianus. cumq́ꝫ proficeret & fama volitaret, quod etiam remp. gubernare posset, quobrem Constantius misit eum in Nicomediam, præcipiens ne audiret Libanium sophistã, quia paganus erat. Ille tum libris eius tamen vtebatur, interim superuenit Nicomediã maximus philosophus, quẽ postea quasi artes magicas exercẽtẽ, Valẽtinianus imperator iussit occidi. nõ venit ille nisi Iuliani fama tractus, apud quẽ dum Iulianus verba philosophica prægustasset, cœpit etiã impij cupidinẽ mẽti eius immittere, sed nec latuit imperatorẽ. Iulianus aũt inter spem metũq́ꝫ cõstitutus, suspicionẽ celare volẽs, tõsus monasticã simulabat vitã, & latẽter exercebat in philosophia, in publico Christianorum legebat libros. Deniq́ꝫ in ecclesia Nicomediæ lector est cõstitutus, & diuinos codices populo legebat, vt sic furorẽ imperatoris declinaret: nequaquam tamen à spe recedẽs, dicebat plurimis amicorum suorum, felicia fore tempora quibus ipse rebus potiretur. post vbi peremptus est Gallus, suspectus fit imperatori, qui etiã iussit eum custodiri. Et dum fuga lapsus fuisset, diuersa loca circũeundo saluatus est, vixq́ꝫ sero vxor imperatoris Eusebia impetrauit ab imperatore, vt saluus ad philosophandũ mitteretur Athenas. Ille aũt desiderio regni discurrens, vates quærebat respõsa reddẽtes, inuenitq́ꝫ virum qui ei desiderata fateretur diceret: is eum producens ad quendã locũ idolorum, & intromittẽs eum in adytũ, dæmones euocauit, quibus apparẽtibus, terrore motus, in fronte crucis formauit signũ, ad cuius adspectũ dæmones repente euanescũt. stupet inde. porro magus, non suspiceris o bone vir, quod timore signi abierint, sed abominati potius hoc signũ, recesserũt. & ita capiens Iulianũ, odio Christiani signaculi repleuit. Post hæc euocauit Constantius Iulianũ, & cõstituit eum Cæsarẽ, dans ei coniugẽ Helenã sororẽ suã, misitq́ꝫ eum cõtra barbaros ad Gallias. vbi dum ciuitatem quondam fuisset ingressus, corona laurea inter columnas pendẽs, capto fune super caput eius decidit, aptissimeq́ꝫ coronauit. Tũc cũcti clamabãt signum hoc fore imperij. Ille aũt viriliter agẽs, cum Alemanis apud Rhenũ residentibus dimicãs, potentissimũ regẽ *Badomariũ cepit, claraq́ꝫ victoria decoratus est. dumq́ꝫ militibus gratus esset, Augustus appellatus est: & cum corona imperialis deesset, vnus torquẽ *in collo sumẽs, Iuliani capiti circũposuit. Quo facto, in tẽplis paganorum sacrificauit, & subiectis similia persuadebat, Christianumq́ꝫ baptisma sacrificijs & inuocatiõibus ac sanguinis immolatione ablui studebat. Cõstantio defuncto, Iulianus Cõstantinopolim veniẽs, imperator appellatus est, moxq́ꝫ cœpit cogitare, qualiter populi fauorẽ cõciliaret. sciebat aũt Constantiũ ab oĩbus orthodoxis odio habitũ, quod epõs plures in exilium misisset, à sedibus suis expulisset. Simulq́ꝫ nouerat paganos fuisse cõtristatos pro sacrificiorum prohibitione, & eos desiderare templorum suorum apertionẽ. artificiose itaq́ꝫ apud vtrosq́ꝫ se cõmendans, primũ quidem crudelitati Cõstantij derogabat, iussitq́ꝫ epõs exilio deportatos reuocari, & cõfiscatas eorum substantias reddi, paganorumq́ꝫ tẽpla velut sibi necessariorum præcepit aperiri. Studuit aũt paganorum religionẽ dilatare, & Christianitatẽ exterminare. primũ quidem Galilæorum filios, sic enim Christianos vocabat, præcepit poetarum, rhetorum ac philosophorum libros non legere, proprijs, inquiens, pẽnis vulneramur. nostris enim conscriptionibus armati Christiani, contra nos bella suscipiũt. templa aũt erant aperta, & sacrificia paganorum procedebant. Fertur in initio pepercisse Christianis Iulianus, non recto animo, sed sciens persecutores nihil profuisse paganorum religioni, & Christianos gloriosiores euasisse. inuidebat ergo gloriæ eorum, & tormentis abstinebat, volens ex hoc etiam clementior apparere. dicitur aũt dum Constantinopoli sacrificaret, Inarus epũs Chalcedonem accessisse, ac Iulianũ sacrificantẽ, impium & sine Deo, apostatamq́ꝫ vocitasse: illum vero, solum ei improperasse cæcitatem. erat enim senex, & ad manum alterius ducebatur. adiecitq́ꝫ, Neq́ꝫ Deus tuus Galilæus curare te potest. respondens Inarus, Ego Deo meo pro cæcitate gratias ago, quia hoc ideo est gestum, ne te videam pietate nudatum. Quia vero de exilio redibãt plurimi, occupabat aũt Georgius Alexãdriam Athanasii sedem, vt in generatione præcedenti habetur, sed cum iudices denunciassent mortuum fuisse Constantium, & imperare Iulianum, seditionem fecit in Alexandria populus paganorum: impetuq́ꝫ facto super Georgium, vinculis eum in carcere alligarũt, quẽ etiã paulopost peremerunt, eiusq́ꝫ cadauer imponẽtes camelo, à mane vsq́ꝫ ad vesperam per totã portauere ciuitatẽ, & circa vesperã cremauerũt: quod multi Arrianorum ferunt ab amatoribus Athanasii factum esse. Sed Socrates tenet indubitanter, hoc fecisse gentiles, qui querelas habebant aduersus eum propter idola & tẽplorum iniurias: quod & Iulianus sentire videtur in epistola absolutoria. Igitur Athanasium de exilio remeantem, Alexandrinorum populus libenter accepit: ex ecclesiis Arrianos eiecerũt, & Athanasio septa venerabiliter tradiderunt. verum Arriani in domibus se colligentes, in loco Georgij Lucium statuerunt. Interea plurimi episcopi in Alexandria congregati

[Margin notes: Crucis potentia. — De laurea in caput Iuliani cadẽte — Iuliani instituta. — Inarus epũs Iulianũ carpit. — Georgius Alexandrinus occidit — Athanasius reuersus est.]

gati cum Athanasio & Eusebio Vercellensi, Niceni cócilíj cóstituta roborarũt, & con substantialē patri ac filio spm̃sanctum sunt cófessi, trinitatem'q; noiauerunt. & qm̃ de substantia & subsistentia q̃stio turbabat ecclesias, decretum est, vt* in his noībus cótra Sabellianos solos vtamur. Audiēs aũt Iulianus imperator Athanasiũ in Alexandrinorum ecclesia cóstitutum populo p̃dicare, & multos paganorũ cóuerti, iussit eum exire de ciuitate, occasionē inueniēs, qa dum sub priore principe fuisset fuga mulctatus, nõ eius iussione episcopalē receperat sedē. q̃obrem cum se p̃pararet ad fugã, vidēs circa se Christianos lachrymantes, Habetote, inquit, filioli fiduciã, nubes est & cito ptransiet. Hoc dicto, valefecit, ac amicis cómendauit ecclesiã. Cum aũt modis oībus placuisset Iuliano ritum cóstituere paganorũ, vim qdem inferre atq; tormenta populis sacrificare nolentibus, indicauit. p̃cepit em̃ vt p singulas ciuitates numerus Christianorũ conscriberetur, q̃s tñ nequaq̃ orare phibuit, hoc sciebat impossibile. porro clericos & ecclesiarũ p̃sules à ciuitatibus suspendere festinabat, vt eorũ absentia paulatim solueret ecclesia, neq; sacrorũ ministri, neq; q docerent vel q ministrarent, existerent: & p hoc longo tpe putarent propriæ religionis obliuionē habere, clericis etiam oīa priuilegia, honores, cósuetudines'q; subtraxit, & leges positas p eis, abolere studuit, ipsos'q; curiæ tradidit. auferebat subinde pecunias, & ornamenta sacra, templa'q; q̃ sub Cóstantino & Constantio condita erant. statuit p̃terea, procurationes puinciarum iuris'q; dictionem Christianis non debere pmitti, qppe qbus lex ipsa Christiana pprio vti gladio vetat. Clericos q̃q; iussit militibus aggregari, duci puinciæ seruituros: populũ vero Christianum cum vxoribus & liberis inscribi p̃cepit, & tanq̃ vicanos tributa psoluere. posuit etiam legem aliam, vt Galilæis bona auferrentur, qm̃ Christus eorũ, eos pauperes esse p̃ceperat. Deinde q̃ Christianis stomachum faceret, Iudæis templũ Hierosolymis restituit, dum dicerent se alibi sacrificare non posse: q certe tãta arrogantia elati sunt, vt maiori impẽsa q̃ ante fuerat, restituere conarẽt. verũ nõ multo post terremotu corruens, multos Iudæos oppressit. sequenti aũt die incendio diuinitus misso, & ferramẽta ipsa consumpta sunt. eo miraculo multi Iudæi pterriti, ad fidē Christi venere. nam & Iudæorũ vestes crucis signaculo nigri coloris insup fuerũt impletæ. de Iudæis multa Theodoricus in Tripartita li.x.c.42. Ad hæc, qa voluit paganitatem dilatari, grauiter tulit psperos Christianorũ successus. q̃obrem statuit, q pagani in suis templis similia officia dijs suis, quemadmodũ Christiani Deo vero facerent, annonã de publico sacerdotibus paganorũ dari p̃cipiēs. sed & indurato corde p̃cepit, vt qcunq; sacrificare nollet, palatium non intraret, neq; collegio, neq; foro, neq; dignitate, nec q̃libet administratione particeps fieret. Cum vero torquerent Christiani, eis patientiã indicebat, qm̃ hãc Galilæus eorũ, expresso verbo legis & testimonio operis, docuerit suos sectatores: vnde & multi Christiani retrorsum abierũt. Vt aũt ad paganitatem milites assuescerent, pro cruce* q̃d Constantinus in vexillo portari voluit, ipse Iouem depingi fecit, q̃si sibi de cœlo coronam & purpuram deferentem. Mercurium vero & Martem fecit in se respicientes, pro testimonio sapientis & fortis, vt sub hac imagine adorarentur dij. Et cum multa cogitaret qbus paganorũ ritum extolleret, calendis Ianuarijs iussit, vt vnusquisq; miles, ad manum imperatoris accedēs vt donum pciperet, primo incensum offerret. erat em̃ ante eum thus & ara, secundum antiquam Ro. solēnitatem. tunc qdam expresse recusabant, neq; thus offerre, neq; donum accipere ab imperatore. alij occasione antiquitatis accedunt, non attendentes dolum. verũ alij ppter lucrum aut timorem, licet intellexerint, tñ paganitatem declinare nequiuerunt, repentina iussione conclusi. plurimi siquidem p ignorantiã decepti, dum inter cibos (vt assolent) & pocula inuocarent inter alterutros Christum, rñdens qdam dixit: Quid inuocatis Christum, quem ante negastis, dum donum ab imperatore percipientes, thus in ignem mitteretis? Cum hoc milites audissent, statim exilientes atq; impetu facto, clamabant Deum, & cunctos hoīes testabant, se Christianos esse & pmanere, atq; p ignorantiam se fecisse, & si dici posset, solam manum paganam esse, non aũt consciẽtiam. Cum'q; venissent ad principem, proiecerunt aurũ, poscentes vt reciperet, & eos occideret. se em̃ pœnitere, eo q improuide eorũ dextra peccasset. Furore mot⁹ princeps, primũ qdē iussit capita eorũ auferri. cum'q; ducerent ad mortē, sequēte populo, venerũt ad locũ pœnæ. tunc senior qdam miles rogauit, vt adolescentis q Romanus vocabat, caput primũ truncarēt, ne, dum alios respiceret, frangeret. euestigio genua ille flectit, ac spiculatore gladium vibrante, repente venit nuncius, phibens necem. ad q̃ iuuenis ait, Non fuit Romanus dignus, vt Christi martyr fieret. veruntñ imperator eos in exilium detrusit. Valentinianus antē, qui post factus imperator fuerat, is zelum quem pro pietate habuit, non celauit. eo nanque tempore cum Iulianus templum Fortunæ ingre-

Athanasius denuo expulsus.

Iuliani in Christianos sæuitia.

Cruces in vestibus Iudæorum.

Ara iuxta Iulianũ constructa.

Faceta militum rñsio.

ingrederetur,& ex vtraq; parte adstarēt ministri,qui adspersione(sicut ipsi dicebant) purgarent ingredientes. Valentinianus pcedens principem,vt adspersiōis guttam vidit in chlamyde,indignat⁹,pugno pcussit tēpli ministrū,dicēs se maculari potius. ob qd iussit eum imperator in custodiā trudi,& ad eremū destinari. sed ille paucis mēsibus elapsis,pro mercede recepit imperiū. Fert qq; Iuliano sacrificāti,in visceribus pecudis immolatæ signaculū crucis corona circundatū,palā apparuisse:q viso,ministros fuisse pterritos,æstimātes dogma significari æternitatis, & q corona circūdaret crucem,victoriæ esse indiciū. Cumq; cæteri mirarent, princeps dicebat pspera & vtilia indicia sibi esse mōstrata,q signū Christiani dogmatis coercere,nec ei q vellet,dilatari liceret,circuli termino circūseptū. Veniēs aliqn Antiochiā imperator,eo q haberet barbā plixam,derisus est,dicētibus qbusdam, tōdeat barbā, vt ex ea funes cōficiantur,& qa tauꝝ cōsueuerat immolare,ideo tauꝝ in solio pcepit formari. lachrymātes Antiocheñ. dicebāt,iste taurus euertit mundū. Deinde cum iret ad Persas, vlcisci volens q sub Cōstantio terminos imperij intrassent, & sciēs se plurimis pecunijs indigere,adinuenit modū,vt haberet pecunias Christianoꝝ,nolētibus eñ sacrificare mulctā imposuit,& ita à singulis Christianis exigebat. Tunc pagani Christianos grauiter oppresserūt,interdū etiā tormētis affligebāt.qd imperator audiēs,Christianos defendere nolebat,dicēs:Vestrum est vt patiēter mala sustineatis, hoc eñ pceptum vestri Dei. Dum aūt iret in Persas,Libanius sophista cuidā pædagogo in Antiochia illudēs,dixisse fertur:Nūc fabri filius qd putas agit? Ad hæc pædagogus:O Sophista,creator oīm quē tu fabri filium noīas,locellū sepulturæ Iuliano tuo componit.& post paucos dies mors nunciat Iuliani,q in locello aduectus est. Venit igit Iulianus cum exercitu Ctesiphontem ciuitatē,ac in tm̄ obsedit Persaꝝ regē,vt crebris legationib⁹ ei offerrēt partem regni.qd imperator cōtempsit,non attendētes qa vincere bonū est,vinci aūt odiosum. cōfidebat eñ magicis artibus,& arbitratus est iuxta Pythagoricā philosophiā, animas diuersa corpora pgrare,& se credebat possidere animā Alexandri,aut q potius in alio corpore esset alius Alexander. Transiens aūt fluuiū,q Ro. Persaꝝq; regna diuidit,naues incendit suas.cum ita in desertis locis primo captiuoꝝ habuisset ducatum,postea qdam eum seduxit in solitudinē,quē tandē fustibus occiderūt,cōfitentem se hoc p patriæ libertate fecisse, & libenter tormenta ex eo sustinere. Exercitus interea Persaꝝ,Romanis ex itinere fatigatis occurrit.porro Iulianus psens,erat inermis,vana spe seductus.cōtra quē iaculū repēte delatū est,ac in eius latus dimersum:de q aliq scribūt,pastorē Ismaelitaꝝ illud misisse:aliq,militē ex suis fatigatū, Salistus q tunc secum militabat,ait à dæmone vulneratū.Sed de hoc legit,q Iulianus veniēs antea ad Cæsareenses partes,Basilius magnus illi obuiā cum clero pcessit.erat eñ Cappadociæ epūs. cui imperator:In philosophia te vici,o Basili. q r̄ndit, Vtinā philosophiæ incūberes, & obtulit ei p bñdictiōe tres panes hordeaceos.Cui vicissim imperator fœnū dari iussit,dicēs:Hordeū pabulū est iumētoꝝ,demus ei & fœnū. Audiēs tum imperator Basilium dicentē,Dedimus tibi hoīm cibos,tu aūt brutoꝝ pastum reddidisti,indignatus, inquit:Posq̄ reuersus fuero à Persis,subijciā ciuitatē tuā & desolabor,vt fiat magis fœnifera q hominifera. Tunc Basilius ieiuniū indicit vniuersis triduanū,ac in ecclesia B. Mariæ virginis orationē p oīm salute,postea visum est p qetem Basilio,militē Mercurium dudū defunctū,mandato B. Mariæ virginis occidisse Iulianum.De hoc miratus Basilius,adijt sepulchrū S. Mercurij martyris.arma ibi pendētia, vt prius, nō inuenit. custosq; illi sacramēto firmauit,vesperi affuisse arma.redijt ad mōtē,nocte adhuc dormientibus cūctis,excitabat eos,dicēs Iulianū fuisse interfectū.& Deo gratias agentes, veniūt ad sepulchrū S. Mercurij.rursum lanceā eius restitutā viderūt, & sanguine madidatā.Quibus paulopost Libanius qstor Iuliani singula narrauit,venisse dicēs in excubijs quendā ignotū militē,& valido ictu trāsuerberasse Iulianū, ac euanuisse.fertq; dum vidisset se lœtaliter vulneratū,q mox sanguine suo manū cōpleuerit, & in aerē piecerit,dicēs:Vicisti Galilæe, vicisti.& defunct⁹ est 6.die Iunij. Per idem tēpus vir religiosissimus Iulianus,prolixiores Deo fundebat preces.audierat eñ illius impij minas.Et cum cōtinuo ingemisceret, subito videntibus cunctis,lachrymaꝝ eius fluuius destitit,alacritateq; vultus eius replet.hāc immutationē ministri respicientes, rogant causam tantæ alacritatis. Tūc ille:Ferus,ait,sacræ vineæ vastator pœnas dedit suæ tyrannidis.ad qd oēs exhilarati sunt,ac post cōpertum est,eandē fuisse diē simul & horam necis Iuliani apostatæ.De Iuliano habet in Tripartita histo. q apud Carthagine sit inuēta in tēplo,vbi Iulianus in pfectione sacrificauerat, mulier à capillis suspensa, extēsis manibus,& vterum habens apertum,in cuius iecore victoriam adspexerat. In Antiochia vero repertæ sunt plures arcæ humanis capitibus plenæ,& inuenta sunt in puteis

Valētinian⁹
Miraculum
Taurus in solio Iulia.
Libanius.
Mors Iuliani.
Basilius magnus epūs.
Basilij visio.
Impia vox Iuliani.
S. Iulianus pdixit exitū Iuliani Imp.

puteis corpora diuersa. prouerbium hinc factum, Fatue, vbi vaticinia tua? Iulianũ aũt multis laudibus prosequitur Eutropius, de q̃ plerīq; mirantur, nisi qa miles erat eius, & ideo illi affectus. Nã B. Gregorius Nazianzenus lib. 9. cõtra paganos, de Iuliano scribit: Mihi, inquit, mores Iuliani cõperti sunt. dum eum Athenis clarius cognouissem, faciebat me cautum inconstantia mo℞, excessus vberior. nullum in eo mihi signum vtile videbatur, ceruix rigida, & humeri iactabiles, oculi currentes, & furiose respiciẽtes, pedes impatientes, nares spirantes iniurias & cõtemptum. scõmata risibilia semp̃ habens, risus incontinens, & q̃si subbulliens, consensus & negatio simul, operatio nulla ratione subsistens, interrogatio inordinata, responsio inconueniens. Hęc cum vidissem, repente dixi: O q̃le malum nutrit resp. Romano℞. Iulianus de palatio dicitur eiecisse eunuchos, cocos, tonsores: Eunuchos qdem, ꝙ vxor eius obierat, post quam non duxit aliam: Cocos, qa more philosophi cibis simplicibus vtebatur: Tonsores, qa dicebat, Vnus sufficit multis. Scriptores vero reuerebatur, simul & cultores disciplina℞. noctibus vigilans scribebat, q̃d in senatu publice recitabat. solus imperator à Iulio Cęsare in curia orationes recitabat, & superiores principes lacerabat. ꝙ eñ cocos & tonsores expulit, philosophi & non imperatoris fuit: sed ꝙ alios lacerabat, opus neq; philosophi neq; principis dici potuit. Per hæc tempora variæ hæreses ebulliere, vna Donatistarum à Donato, qui inuidia motus, per Africam asseruit minorem patre filium, & minorem filio spiritumsanctum, & rebaptizabat catholicos. Luciferiani à Lucifero Smyrnæ episcopo, qui cum Eusebio Vercelleñ. in exilium fuerat missus, & *redeuntes, eo ꝙ episcopum *à se Antiochiæ datum Eusebius non reciperet, iniuriam dolens, asseruit catholicos, qui in persecutione Arrianis consenserant, postea correctos, non recipiendos, quos ecclesia tanq̃ Petrum post fletum materno accepit sinu. Apollinaris Laodiceñ. vir doctus, sed contentiosus, dissentire delectatus, asseruit, etiam corpus sine anima à Dei filio fuisse assumptũ: & cum euangelij testimonijs vrgeretur, vertit se: & ne ex toto vinci putaretur, habuisse animam quidem, sed non ex ea parte q̃ rationalis est, sed ea solum qua viuificat corpus: ad supplementum aũt rationalis partis, dicit fuisse verbum Dei. de his hæresibus 24. q. 3. c. pe. Post Iuliani necem, milites omissa omni dilatione, altera die Iouiniano infulas imperiales imponũt, anno dñi 366. regnauit menses 8. e Pannonia ortus. erat autem vir fortis & nobilis, ac illo tempore millenarius, quo Iulianus electionem proposuit, vt sacrificarent, aut militia carerent. qui cingulum magis elegit amittere, q̃ sacrificare. hunc tamẽ necessitate constrictum retinuit Iulianus, qui cum violẽter à militibus traheretur ad imperium, clamabat, non se velle paganis imperare, cum ipse Christianus esset. cumq́; vox oĩm esset, se quoque Christianos, suscepit imperium. Mox ipse solicitus, quo pacto exercitum, vtpote hostibus conclusum, educeret, repente pio principi suam prouidentiam ostendit Deus. nam Persa℞ rex, missa legatione, petiuit pacem. deinde cibaria militibus destinauit, & fo℞ venalium eis in deserto ꝑparari ꝑcepit, celebratisq́; fœderibus, exercitum reduxit incolumẽ, q̃ pacta q̃ntum ad gloriam, Romanis turpia, sed tempori cõgruebant. Hæc itaq; nunciata, Christianos cõfortauerũt, paganis intulerũt luctum. Iouinianus itaq; vt imperij fines ingressus est, primũ conscripsit, vt epĩ de exilio remearent, & ecclesias eis reddendas censuit, qui expositam in Nicea fidem inuiolabiliter seruassent. Scripsit etiam Athanasio, petens vt ei scriberet ꝑfectam diuino℞ dogmatum disciplinam. q̃d & fecit. Tunc etiam pagano℞ templa oĩa claudebãtur, & ipsi sacerdotes eo℞ vbiq; fugerunt. veruntñ hoc erat eius ꝓpositum, vt blandimentis & suasione verbo℞, discordantium contentiones abscinderet, dicens: Nulli se, cuiuscunq; religiõis fuerit, molestum: eos tñ diligere & nimis honorare, q principium ecclesiasticæ vnitati ꝑberent. Tulit quoq; legem, vt capitali sententia plecteretur, q sacram virginem nuptiali thoro violare præsumeret, contra legem quam ante dederat Iulianus. Inter hęc Athanasius visitandi causa tm̃ principem, Antiochiam venit, quem imperator amicum factum, destinauit in Aegyptum, vt sicut ei videretur, causas ecclesia℞ populosq́; disponeret: fertur eñ ꝙ virtutem conuersationis eius sapientiæq́; laudauerit. Ve℞ cum imperator ad Illyricum remeasset, in q̃dam cubiculo nouo pausans, ibi calore pruna℞ & nidore parietum nup calce illitorum ꝑgrauatus & suffocatus, vitam finiuit, & tam piam causam & tam læta principia mors immatura corrupit. vixit annis 33. vixit adhuc Liberius. Post hũc in Nicea Bithyniæ exercitus Valentinianũ ordinauit imperatorem, anno domini 397. Erat vir optimus & imperio dignissimus, de Pannonia ortus, patre Gratiano, mediocri stirpe. Funarius est appellatus, eo ꝙ funem portanti, e manu quinque milites non potuissent extorquere. Et licet pro fide Christi à Iuliano (vt supra dictũ est) militia fuisset priuatus, non eo minus à militibus cunctis extitit platus,

Facinora ac mores Iuliani.

Donatistæ.

Luciferiani

Apollinaris

Iouinianus 46. Imp.

Iouiniani lex de sacris virginibus.

Valentinianus 47. Imp.

tus,vt q prudentia,iustitia ac magnanimitate p̃fulgeret.Cum aũt imperiũ suscepisset, & exercitus tentasset ei alium associare consortem,ille rñdit:Vestrum,inquit,o milites fuit mihi dare iugum imperij.verũ vbi hoc suscepi, meum ideo & nõ vestrum est cogitare de bonis cõmunibus.cuius verba mirati milites,eius secuti sunt voluntatem. at ille fratrem de Pãnonia vocans Valentẽ,in consortium regni assumpsit:& sibi occiduas partes retinens,fratri orientales regendas cõcessit.tenuit aũt Valentinianus imperium annis xi.Eodem anno Alani rebellauerũt.Ro.Valẽtinianus,vt refert Eusebius in chronicis,edictũ ꝑtulit,vt gens q̃ Alanos vinceret, p x.annos libera esset ab omi tributo.Tunc qdam descendentes ab antiquis Troianis,habitantes circa paludes Mę otides,Sicambri dicti,pugnauerũt cõtra Alanos:habitaq; victoria eiecerũt,ac p decennium liberi à tributo facti sunt,propter q̃d Franci,id est,liberi appellati sunt.Expleto vero decẽnio,dum imperator ab eis solita tributa peteret,illi soluere renuerũt,& missos ꝑ soluendis,occiderũt.propter q̃d imperator sup eos duxit Ro.exercitum.pugna cõmissa,vnus ex ducibus eorũ Priamus,mortuus est, & ex vtraq; parte multis occisis, tandem Franci tantam multitudinẽ sustinere non valentes, egrediunt de Sicambria, venerũt in Germaniã,sedes apud Thuringos occupãt,sub 2.ducibus suis Marcomede filio Priami,& Sumone filio Antenoris.his defunctis,consilium iniere, vt vnum ex se regem cõstituerent,sicut cæteræ gentes, Pharamundũ Marcomiri filium, regem elegerunt,& ꝑ tunc leges p suos ductores Gastaldũ & Salagastũ cõpositas habere cœperunt.ab illo Salagasto lex Salica nomẽ accepit,de q̃ in li.feud.de fil.na. ex marga. t.i. & 12.q.2.c.in legibus in glo.qbus hodie Franci vtuntur,prouinciaq; postea Frãcia est dicta.Deinde Rhenũ transgressi,Ro.q̃ eo tpe in Gallia p suos magistratus vsq; ad Ligerim fluuiũ imperabãt,bello aggressi,partim occiderũt, partim fugarũt, vrbes eorũ occupãtes.In hoc satis cõcordat Francorũ historia, Vincẽtius in spe.Aeneas Syluius in li.de gestis p Europam.Gotfredus Viterbień.dissentit tñ,cum scribit ꝙ Troiani p̃dicti,q primo Sicambri & postea Franci appellati sunt,postq̃ occupauerũt Germaniam, ad edictum imperatoris Valentiniani vicerũt Alanos inter dictas paludes Mæotides.& ꝙ post hęc pugna cõtra eos,qa tributa soluere recusabãt,cõmissa,in partes Thuringiæ se cõtulerũt.hi oẽs volũt Francorũ & Franciæ nomẽ sub Valentiniano sumpsisse exordium.Quod minime defendi potest.nam & Theoclus,& post eum F.Vopisc⁹, non incelebres autores,scribũt Aurelianũ Augustũ apud Moguntiam Francos irrumpentes,cum vagarent̃ p Galliã,profligasse,q imperauit anno dñi 277.& in gestis Probi Cęsaris,q imperauit anno dñi 283.inuenit̃ ꝙ senatus illi panegyricon scripserit:Tu, inquit,Frãcus,tu Gotthicus,tu Parthicus.& fertur in Legenda S.Gereonis inueniri, ꝙ tpe Diocletiani imperatoris Franci bis e sedibus fuerũt expulsi,iuxta Thuringiã & Rhenum cõsedentes.Et Cõstantius Magni Cõstantini filius,legit̃ primus Ro. ducum Frãcos domuisse, vt refert Blondus, & sic ante Valentinianũ,Francorũ & Frãciæ extitit nomẽ.vnde forte qdam,cuius meminit Robertus Gaguinus Francus ordinis S.Trinitatis,Francorũ historiam scribens,tradit Francos,cum ad Sequanę ripã cõstitissent, Lutetiã Parrhisiorũ exędificasse ante Chři natalẽ 380.&*15.annos,eãq; habitasse*anno à derelicta Sicãbria*200.*70.supra mille.Illud idẽ Robertus vehementer extenuat,q mihi in hoc satisfecisset,nisi aliorũ scripta retraherẽt.nã Manethon Aegypti⁹ in supplemẽto ad Berosum,inter cętera asserit,Ascaniũ Latinis impasse,& Francũ Hectoris filium Celtis.Sup qbus verbis Ioh.Annius Viterb.in cõmento adducit Vincẽtium in spe.q Francũ cõmigrasse in Galliã asserit,euersa Troia, & ob ingentẽ animi virtutẽ, percharũ Celtis & regi acceptũ,etiam regis filiæ matrimonio iunctum fuisse, ac post eum regnũ in Gallia suscepisse,par Aeneæ cõciui suo,q pari modo regi Latino & affinitate & successione regni Latini iunctus fuit.asserũt eum esse, à q̃ primo Franciæ nomen.Hæc ille.Sed & Anshel.in lib.de imagine mũdi,refert Galliam Belgicam à Franco rege dictam,q de Troia cum Aenea veniẽs,Troiam iuxta Rhenum cõdidit,terram Franciam cognominauit.Et Ia.Bergomeń.in supplemẽto chronicorũ li.6. vbi de regibus Angliæ scribit,obiter mentionẽ facit, sine tñ autore, de Suardo Francorũ rege, volens eum 7.gñatione post vrbem conditã regnasse.Illis ergo scriptoribus plane fidem adhiberẽ,nisi me in contrariũ moueret,ꝙ C.Iulius Cæsar lõge ante natiuitatem Christi Gallias Ro.subiugauit.hic oẽs Galliarũ ꝑuincias curiosissime in suis commentarijs descripsit,& tñ de Francis nullũ sibi verbũ excidit.Germanorũ q̃q; trans Rhenũ ꝓximas Rheno ꝑuincias,minimas etiam,non tacuit.Sed nec Strabo, q tpibus Octauiani Augusti,non solũ ꝑuincias aut gentes,sed etiam nõnullas ciuitates Galliæ & Germaniæ diligentissime scrutat̃,Francorũ tñ aut Franciæ non meminit.Pari modo Cor. Tacitus nihil de Francis cecinit, nec Cl.Ptolemæus, q sub Antonino Cæsare scripsit, aliquam

Valens Cæsar creatur.

Francorum origo.

Priamus Frãcorũ dux

Pharamundus rex Frãcorum.

Lex salica.

Suardus rex francorũ.

aliquã mentionẽ de Francis fecit. Quo ergo pacto, si Francia aliqua cis vel vltra Rhenum fuisset, id nomen tam celebre tantos autores latuisset? Franci igitur meo iudicio post illorũ tẽpora, & tñ ante Valentinianũ I. emerserunt. certũ est enĩ nomen Frãciæ modernæ recens esse, & sub p̄dictis regibus, Pharamundo, Clodio & Merouco, sumpsisse exordiũ. Genealogias Francorũ in tres diuidũt progenies, vt Raphael Volater. lib.3. Prima à Pharamundo vsq; ad Childericũ III. & durauit annis 330. vsq; ad annũ salutis 750. Secũda à Pipino vsq; ad Ludouicũ Lotharij filiũ, q̃ durauit annos 238. vsq; ad annũ salutis 908. Tertia ab Hugone Capeth comite Parrhisiensi, vsq; ad ætatem nostrã. Itaq; nec ꝓbat idẽ Raphael, q aliq originẽ Francorũ à Frãco q̃dam Hectoris filio repetũt, q post Troiæ occasum in Germaniã primũ applicuerit, gentẽq; ex eo ꝓpagatã, in Galliã migrasse. De hoc nullus veterũ autorũ. posteriorũ aũt primus, q Francorum mentionem facit, Agathias Græcus autor, q circa Iustiniani tẽpora scripsit historiã, his verbis: Francorũ natio est Italiæ ꝓxima, veteres tñ hos Germanos dixere. nam circa Rhenũ habitant, Galliarũq; magnã partem occupãt, q quanq̃ vt reliq Germani, sunt barbari, Romana tñ politia & institutis vtunt. Hæc ille. Vnde satis cõstat, ex ea natione migrasse, q̃ trans Rhenũ nunc q̃q; Franconia dicta est. Francorũ enĩ vetusiũ nomen est, Ciceroq; in ep̃la ad Atticũ meminit. Hi posteris tẽporibus anno salutis circiter 430. Theodosio iuniore regnãte, exagitati à vicinis, simul & melioris soli gratia, in ꝓximam Galliã Belgicã cum eorũ rege Clodio traiecere, locaq; Metẽsium primo & Tullensiũ tenuere. Hæc ille. Sed & Amianus historiographus in Gallias Iulianũ apostatã secutus, ita scribit: Iulianus trãsmisso Rheno, regionẽ subito ꝑuasit Francorũ, q̃s arcuarios vocant. q̃d nõ potest nisi de orientali Francia dictum esse. post hos Orosius multis in locis Frãcorũ meminit, & B. Hieronym⁹ in vita B. Hylariõis, Inter Saxones, inquit, & Alemanos gens est, nõ tam læta q̃ valida, apud historiographos Germania, nunc Francia vocata. De hac Francia, Blondo referente lib. I. decadis primæ, Franci Germana gens, vsq; ad tẽpora Honorij & Arcadij, postq̃ à Constantio perdomiti fuerant, quieti manserunt in patria, id est, Franconia. sed horum imperij anno VII. melioris soli gratia patrijs sedibus relictis, Rhenum trãsierunt, apud Treuiros, Mediomatrices & Tullenses consederunt, quos, Sueuis dum erant in Gallia ob vetustas simultates instigantibus, Vandali, Burgundiones & Alani, Rhenum per vim & arma transire, & in Franconiam se recipere compulerunt. Quibus pulsis, Vandali, Sueui & Alani ad vastandas Gallias ꝑfecti sunt &c. Deinde post aliq̃t annos *Hetius patritius ab Honorio in Gallias missus, Francos qui Rheni ripis iterato insederãt, magna sụpatos clade repulit in Germaniam. defuncto autem Honorio, accipientes Franci Hetiũ bello Burgundionum implicari, & imperatorem Valentinianũ, amissis in Aphrica copijs, eneruatum viribus, Clodio & Merouco ducibus, ex Franconia ꝑfecti, & Rheno transmisso, nullis iam qui resisterẽt, reliquis, in Senonum prouincia sedes apud Aurelianos & Parrhisios ceperunt, circa annum dñi 435. imperante Theodosio II. quod cõfirmant Vincẽtius in spec. lib. 21. c. 2. post Sigiberthũ, Gotfredus Viterbieñ. sicut Iacobus Bergomeñ. in supp. chro. & Robertus Gaguinus, & antiqua Francorũ historia. Defuncto autem Clodio, Meroueus illi successit, qui & regno commodissimus fuit. Hic etiam in campis *Chacolonicis cum Hetio patricio Romano aduersus *Athilam Hunnorũ regem egregie depugnauit. Hæc cum, vt reor, satis firmata videantur, vt tamen nihil omittam, inuenio quendam de hac re longe aliter scribẽtem. exorditur enim à destructione Troiana: Tum (vt ait) Aeneas & Priamus magni Priami nepos, abeuntes, Aeneas in Italiam, vbi & sedem constituit, Priamus in Galliam, Gallos super Rheni littus morantes expulit, ibi munitiones castraq; constituit, & Troiam, nunc Xantum dictũ, & *Vacaniam, quæ nunc *Bonnia nuncupatur. Exercitus autem Aeneæ in Italia, exercitum Priami qui Galliam occupauerat, lingua Latina germanos appellabat, eo q; simul de Troia venissent. Hi Germani tandem ob multitudinem miserunt partem exercitus trans Rhenum in Thuringiam, ibi etiam regnũ instituẽtes. inde Thuringi gens Teutonica, Germanos se cœperunt dicere. postea autem, cum fere totus mundus Ro. impio subderet, venit C. Iulius, & cũ Germanis in Gallia reptis, antiquã germanitatẽ renouauit. Postremo cũ Alani Rõanis se opposuissent, exijt edictũ à senatu po. q; Ro. vt q̃cunq; gens illos cõpesceret, liberi à tributo essent. Quo audito, Germani tam propter germanitatẽ Rom. q̃ spe libertatis cõsequendæ, Alanos aggressi sunt, vicerunt, & impio Ro. subiugarũt. ab illo tẽpore Germani Frãci (id est, liberi) vocati sunt. isti vero Frãci ex Gallis, cũ in tantũ germinassent, q terra eos nõ poterat commode capere, miserunt partẽ militiæ cõtra orientẽ vltra Rhenũ, q vsq; hodie oriẽtales dicunt Franci: partem vero miserũt versus occidentẽ sụp Sequanã Galliæ fluuiũ, q cũ mulieribus Gallicis

Frãci ex Belgica pulsi.

Germani.

Thuringi.

Frãcigenę.

cis cõtrahentes,& geniti ex eis,Frãcigenę,quasi de Francis nati, noĩabantur. inde illi vsq; in hodiernũ Franci occidentales,priores orientales nuncupãtur. Hæc illius scriptoris dicta,quisqs sit,eo tendunt, quasi ꝑsuadere velit, Germanoꝝ simul & Francorum nomẽ in Gallia sumpsisse exordiũ,& hinc emanasse vltra Rhenum. q̃d palã à veritate abhorret. de Germania forte nõ legit C.Iulium in cõmentarijs lib.2. circa principiũ,vbi p̃missa solerti inquisitione de Germanis cis Rhenũ tum habitantibus,cõperisse se scribit, eos Germanos antiquã ex Germanis originẽ duxisse, Rhenumq́; olim transgressos,ibi cõsedisse,& Gallos qui ea loca incolebant,expugnasse,ex qbus verbis patet contrariũ eius,q̃d ipse scriptor de Germanoꝝ origine à C.Iulio scribit.De Frãcis vero nulla est ambiguitas,cum nõ cõtendat eos ante C.Iuliũ hoc nomen habuisse, vt Manethon & quidã alij superius allegati:sed affirmat Franciæ seu Francoꝝ nomẽ Germanis post subiugatos Romanis Alanos inditũ fuisse,in q̃ cõcordat in eo,ꝙ Francoꝝ nomen recens tum fuit.sed ꝙ originẽ apud Gallos habuerint post Alanos deuictos,in eo scriptorẽ ostẽdere nõ potest vsu probatũ:ideo nõ possum recedere à Blondo & cõmuni omniũ sententia.Etiã si iuxta Manethonis verba Frãcus aliquis Celtis impauerit,aut Francia aliqua priscis tẽporibus in Gallia Celtica fuerit, nõ tamen ab illis Frãcis moderna Francia originẽ sumpsit in Gallia,sed à Frãcis orientalibus *Clodio ac Merouco sequacibus,Franciæ regnũ q̃d nunc est,dictũ fuit,& forte antiquissima Frãcia ꝑ multa secula interregnũ absoluit.Quod autẽ Sicambri, q̃s C.Iulius transmisso Rheno ꝑsequi statuit,à quoquã tum Frãci noĩati fuerint,aut Frãcia aliqua extiterit,probatu erit difficile.Nam si fuissent binomij, puta Franci Sicambri, id minime latuisset maximos autores eorum tempoꝝ C.Iulium,Suetonium,Stabonẽ,Cor. Tacitũ,Floꝝ,aut Ptolemæũ,apud q̃s Sicambroꝝ frequens memoria habita est, non etiã Francoꝝ,q̃d ego inuenire potuerim.q̃ eñ fieri potuit,si tam celebre nomen,Franci, fuisset,qn verbũ aliq̃d tantis scriptoribus excidisset?Interim p̃dicta vera puto, donec veriora videro:nõ tñ cõtendo,aliter satius ducẽs alieno sensui cedere, q̃ cõtentionibus deseruire,& quia plus vident oculi q̃ oculus.

Catalogus regũ Francorum.

Pharamũdus I.rex Francoꝝ,filius Mareomedis,regnare cœpit in oriẽtali Frãcia anno dñi 418. & regnauit annis 11. sub hoc rege lex Salica fuit lata. Clodius filius illi succedit anno dñi 430.hic Clodius magna potentia trãsiuit Rhenũ,& incepit sibi Gallos subiugare,Romanos tum q imperabant,partim occidit,partim fugauit,captis vrbibus Cameraco,Tornaco, & paulatim Suessonã,Coloniã Agrippinã & Treuerim,postremo totã Galliã subijcere conatus est.Tunc ꝑ cõnubia geniti ab his Frãcis & mulieribus Gallicis,Frãcigenæ inceperunt appellari. In p̃missis satis cõcordãt chronica Francoꝝ & Gotfredi, de q̃ etiam in spe.hist.lib.21.c.2.vbi dicit,ꝙ Clodius Rhenũ trãsgressus est anno dñi 433.sub Theodosio II.De hoc Clodio paucis annis effluxis,iuxta oppidũ Vuaiblingẽ est villa Beinstein dicta,vbi visebat monumentũ in modũ turris,miro ope de q̃dris & sculptis lapidibus constructũ,in q̃ insculptũ fuerat,Clodius hoc fecit vxori suæ.Est aũt oppidum Vuaiblingen sub dñio ducũ de Vuirtẽberg.

Monumentum in Beinstain.

Merouęus filius (secundũ alios gñe pxi mus)Clodij,postea regnare cœpit anno dñi 450.ab isto dicti sunt reges Francoꝝ Merouingi. Childeric⁹ illi successit filius anno dñi 462.fuit aũt ob insolentiã depositus, & postea restitut⁹,multa in Gallia patrauit. Clodoue⁹ illi successit, regnare cœpit anno dñi 488.hic primus Christianã fidem suscepit. Clotari⁹ incipit regnare anno dñi 516.regnauit annis 50.& partitus est regnũ fratribus suis Theodorico,Clodomiro & Chilperico. Chilperic⁹ deinde regnauit. Clotari⁹ infans post eũ regnat. Dagobertus 9.rex,regnauit anno dñi 630. Clodoueus decim⁹ rex. Clotari⁹ vndecim⁹. Theodoricus frater ipsius duodecimus. Hildericus quoq; frater decimustertius. Theodoricus reuocatur XIIII. Clodoueus decimusquintus filius. Hildeberth frater illius,decimussextus anno 699.Hoc tẽpore S.Lambertus floruit. Dagobertus filius Hildeberti succedit anno dñi 715.decimusseptimus. Lotharius illi successit anno domini 719.XVIII. *Chilbericus incepit regnare anno dñi 721. *XX. Theodoricus incipit regnare anno 728. Hildericus creatur rex anno 741.Iste rex deponitur, & eius loco Pipinus filius Caroli Martelli in regẽ Francoꝝ creatur,cuius ꝓles deinceps præesse cœpit.Pipinus fit rex Francorum anno domini 740. Carolus Magnus patri succedit anno 768. Ludouicus Pius filius eius succedit anno 815. Lotharius fit rex anno 839. Carolus Caluus frater illius successit anno 854. Carolus Ro. rex substituitur in regno anno 896. Ludouicus Balbus incepit regnare. Odo Burgũdionum dux, rex constituitur anno 900. Carolus Simplex filius Ludouici Balbi restituitur 905. Ludouicus filius eius succedit anno 936. Lotharius regnare cœpit anno 956. Ludouicus filius eius regnare cœpit anno 987.postquam anno regnauit,veneno perijt sine li

beris. Tunc Franci volebāt in regem recipere Carolum ducem Lotharingiæ,patruū Ludouici:sed Hugo Capeth,Magni Hugonis comitis Parrhisieñ.filius, cepit Carolum,& ipse regno potit⁹ est. Hugo Capeth fit rex anno dñi 990.& postquā annū regnauit,Robertū filium consortē regni fecit. Robertus regnare incepit anno dñi 999.

Henricus filius Roberti successit anno 1033. Philippus filius Hērici successit anno 1059. Ludouicus Grossus filius eius regnat anno 1108. Ludouicus filius ipsius successit anno 1136. Philippus istius filius successit anno 1179. Ludouicus eius filius successit anno dñi 1223. Ludouicus illi succedit anno dñi 1226.sanctus. Philippus S.Ludouici fili⁹,cœpit pesse anno 1270. Philippus eius fili⁹ successit anno dñi 1285.Pulcher dictus est. Ludouicus pdicti regis filius successit anno dñi 1314.hic aliàs est Huun dictus,& regnauit anno cum dimidio. Philippus Longus frater ipsius,regnare cœpit anno dñi 1316.hic moritur sine hęrede. Carolus amborū frater illi succedit. erat enim tertius filius Philippi Pulchri.fit rex Frācię & *Nauarię. moritur,vxore grauida,quę genuit filiā.Vnde regnum tralatum est ad Philippū de Valois, filiū Caroli,comitis de Valois,qui fuit frater Philippi Pulchri.Superat tunc Isabeth regina Angliæ,filia Philippi Pulchri,& soror Caroli vltimi regis,quæ habuit filiū Eduardum,ex quo contentio maxima inter Philippum de Valois & Eduardum, sed regnum Franciæ apud Philippum remāsit & eius prolem. Anno dñi 1328.in die S. Trinitatis Philippus de Valois coronatur rex Franciæ. Iohannes filius Philippi fit rex anno dñi *135. Carolus Diues dictus,illi successit,qa filiūs. Carolus Beneamatus dictus,illi succedit. is habuit vxorem Bauarā. Carolus illius filius succedit in regno. Ludouicus filius Caroli rex Franciæ. Carolus filius Ludouici rex Franciæ, huic desponsata fuit Margareta filia Maximiliani regis Rom.sed eā nup dimissa,duxit vxorem filiā ducis quondā Britanniæ Annā,ante Maximiliano regi Rom.desponsatā. Ludouicus, Carolo mortuo,sequutus est,q antea dux fuit Aureliani,& hodie regnat anno salutis 1504. Anno dñi 368.defuncto Liberio papa,succedit ei Damasus,regnāte Valentiniano & Valente. sedit annis 18.licet aliqui velint Damasum sub Iuliano papam factū,tñ id ex supputatione annoꝝ destruit,cum Damasus vsq; ad Theodosii puenerit tēpora.nam psente Damaso & Theodosio,Cōstantinopolitanū cōcilium cōtra Macedoniū est habitū.Damasus hic Hispanus fuit.secum quoq; electus fuit,licet indebite, quidā Vrsicinus, sed vt intrusus,à fautoribus Damasi fuit eiectus. ea discordia in basilica quæ Sicinini appellatur,multi vtrinq; cecidere,cū res non suffragijs tantū,sed vi & armis tractaretur. verum non multo post,sacerdotū ac populi consensu Damasus cōfirmatur, & Vrsicinus ad Neapolitanam ecclesiā traducitur, ac ibi factus episcopus. Hic Damasus inuidia à quibusdam de adulterio accusatus fuit, vt refert Hieronymus.sed coram aduersarijs cum xlij.episcopis se purgauit,& innocentē se ostēdit,de quo ij.q.vij. si quis. §. præce.Et ob hanc causam patres Concordium & Calistū eius accusatores damnarūt. Hic Damasus rogatu S.Hieronymi constituit dici in fine psalmorum,Gloria patri.Instituit vt chorus alternis psalmos caneret. primus hic scriptis Hieronymi autoritatē dedit,cum prius translatio Septuaginta interpretum tantūmodo in precio esset.mandauit item,vt in principio ante Missam cōfessio fieret. Sub ipso celebrata est synodus Constantinopolitana contra Macedonium anno domini 384. de ea XV.di.secunda synodus.Valentinianus vero cum iam tertium ageret annum cum fratre Valēte,Gratianum filium suum,necdum plene puberem,hortatu vxoris suæ Seueræ Augustū creauit.Generauit autem & alium filium Valentinianum de alia vxore Iustina,quam viuente Seuera,nec tamen abiecta,duxisse probatur. Iustus Iustinæ pater,cum esset Piceni iudex,vidit in somnijs,q̄ ex dextro femore imperialem purpuram genuisset.quę visio cum ad Constantij aures peruenisset,metuens eum occidi iussit,cuius filia Iustina virgo,adeo dilecta Seueræ fuit, vt eius pulchritudine Seuera capta, diceret aliquando imperatori,Iustinam tantæ venustatis esse,vt digna sit imperatori nubere. Paulopost Valentinianus Iustinam ducere statuit,legem proponens publicam,q̄ impune quisq; bina matrimonia suscipere posset multiplicandæ sobolis causa.Lege lata,Iustinam duxit vxorem,nec tamen Seueram abiecit.hoc modo populosas fore gentes dicebat. Ex eadem Iustina natus est Valentinianus,tresq; filiæ,Iusta, Grata & Galla. duæ permanserunt virgines,Gallam vero Theodosius maior vxorem duxit,ex qua Placidam suscepit. Per idem tempus Auxentio Mediolanēsi episcopo ac Arriano,defuncto, illuc imperator episcopos conuocans,petit,vt episcopum eligant,& talem,inquit,eligite,cui & nos,qui gubernamus imperium,syncere nostra capita submittamus.& cū peteret synodus,vt magis ipse decerneret,sapiens & pius: Vestra est, inquit, talis electio,vos diuina gratia potiti,melius poteritis eligere. Verū tumultus fiebat, eo q̄ Ar-

Damasus papa.

Damasi instituta.

Valens. Gratianus.

Iusti somnium.

Proles Valentiniani.

riani Arrianũ,orthodoxi sui dogmatis certabāt habere episcopum. Ambrosius tunc præses,seditionem timens,ad ecclesiā festinus accessit.quo p̄sente,clamabant omnes, vt pastor gregis ordinaretur Ambrosius.Et quia nondũ erat baptizatus, ad hanc vocem impator eum baptizari iussit, ac pōtificem etiam renitentem ordinari, in vocem prorũpens:Gratias,inquit,ago tibi domine om̃ipotens & saluator noster, quoniam huic viro ego cōmisi corpora,tu vero animas, & meam electionem ostēdisti iustitiæ tuæ cōuenire.Cum'q; B.Ambrosius contristaret̃,confortauit eum imperator,dicens: Noli timere,quia Deus qui te elegit,semper te adiuuabit, & ego adiutor & defensor, prout meum officiũ decet,ero.Festina itaq; sanare,sicut diuina lege p̄cipitur,animaꝝ delicta nostrarum.De hoc 63.di.cum Valentinianus. Cognoscens autem Valentinianus quosdā in Asia & Phrygia de diuinis dubitare dogmatibus, in Illyrico præcepit synodum celebrari. Porro qui illic conuenerant,decreuerunt fidem expositam in Nicea vrbe,seruādam.Induxit autem fratrem Valentem ac Gratianum,catholicam fidem syncerites episcopis Asiæ & Phrygiæ conscribere. Cuius exemplar ita incipit: Imperatores maximi pij Augusti,Valentinianus,Valens & Gratianus,episcopis dioeceseos Asiæ & Phrygiæ Placatinæ in domino salutem: Tanto concilio in Illyrico celebrato,ostenderũt ter beati pontifices, Trinitatem consubstantialem patris & filij & spiritussancti.Hanc ergo prædicari decreuit nostra quoq; potentia,&c.vt in Tripartita capit.nono,libr.septim.Vbi quoq; subiungit,beatos Niceni concilij patres optime sensisse,illis'q; aduersantibus,iusto decreto communionem Christianorum esse interdictam. Tempore vero quo Valens suscepit imperiũ, apostolicis dogmatibus ornabatur:cum vero Gotthi transissent Istrũ,pugnare cogitauit aduersus eos, cui placuit vt baptismi sacri munitus armis,dimicaret,& sapiēter:q̄d vero postea fecit,proditionē significat veritatis.ea em̃ passus est,quæ ꝓgenitor Adam cōiugis seductus eloquio.erat em̃ Arriano errore polluta,& Valentē seduxit, cuius seductionis autor fuit Eudoxius Cōstantinopolitanę vrbis episcopus,q ipsum baptismatis tēpore iureiurando obligauit,vt & in impietate dogmatis maneret, & vndiq; contraria sapientes expelleret,quod & adimpleuit.Alibi tamē legi,ꝙ *dn̄ica vxore suadēte, Valens rebaptizatus fuerit,statim'q; in Chr̄ianos persecutionē mouerit:lente tamē,q̄a fratrem timuit.Tum etiam in Antiochia moram ducens,om̃ibus licentiam dedit,sua sacra celebrare gentilibus atq; Iudæis,necnon hæreticis.illis tantũmodo inimicus erat,qui apostolicam doctrinā prædicabant:eos aũt q Eudoxio cōmunicare nolebant,ecclesijs expulit & pecunia mulctauit,dicit̃ etiam multos flumine suffocasse. Eusebium episcopum Samosatenũ expulit.hic Eusebius nunciũ exilij,ne perimeretur à populo,celauit. nocte vero cũ vno famulo egressus est,plumariũ tantum & codicem secum ferens,cuius in locum ordinatur Eunomius Arrianus.huic dum nulli cōmunicarent, de ecclesia recessit.Cũ hæc in Syria fierent,surrexit in Cōstantinopoli tyrānus quidā noīe Procopius,cōtrahens multitudinē magnam militũ aduersus Valentem.cōturbatus ex eo, paululum suum impetũ cōtra catholicos remoratur.tum etiam terræmotus multas vrbes diruit,& mare terminos ꝓprios immutauit,vt nauigabilia prius,fierēt arida,& ecōuerso.Cũ'q; tyrānus moueret aduersus impatorē,obuiat ei Valens:cōgressus'q;,prima pugna victus,postea Procopiũ cepit,& eũ duabus vicinis arboribus flexis,pedibus hinc inde ligatis,eis'q; dimissis,redeuntibus'q; in naturam,eum discerpsit.Igitur imperator victo Procopio,denuo contra Chr̄ianos prælia commouet: omnē religionem cupiens in Arriano dogmate cōcordare, in Nicomedia Bithyniæ conciliũ fecit Arrianorum,vexabātur'q; in Constantinopoli habitantes,qui Nicenum dogma profitebātur, quos omnes imperator expelli de ciuitate præcepit.Et cum multi sacerdotũ exilio deportarētur,diuina ꝓuidentia exiliũ non sunt passi Basilius atq; Gregorius Nazianzenus,de quibus aliquid infra narrabimus.Veꝝ Athanasius timēs, ne malorum & seditionis ipse causa esset, quatuor mensibus ipse in sepulchro patris se abscondit, cum'q; propter eius absentiā seditionem ipsius populus excitasset,agnoscēs Valēs ꝓpter hoc Alexandriam esse turbatam,admisit vt Athanasius licēter teneret ecclesias:ita vsq; ad mortem Athanasii Alexandrina non turbabatur ecclesia.Valētinianus igit̃ occidentis partes religiose gubernans,etiā tunc anno imperij sui septimo Saxonũ gentem in Oceani littoribus & paludibus inuijs sitā,virtute atq; agilitate terribilem,piculosam'q; Romanis finibus eruptionē magna mole meditantem, in ipsis Francorum finibus oppressit, Alemanos attriuit,secũdum Pomponium Lætum.Burgundionum quoq; nouorum hostium nouum nomen,qui plus q̄ 80000.vt ferunt,armatorum, ripæ Rheni fluminis insederunt.Hos quōdam subacta interiore Germania,à Druso & Tiberio adoptiuis Cęsaris Augusti,ꝑ castra dispositos,aiunt in magnā coaluisse gentē,atq; ita etiam

Ambrosius eligit̃ in episcopum.

Valens 48. imp.

Eudoxi' autor impietatis Valētis.

Procopi' tyrannus.

Sæuitia Valētis ī Chr̄istianos.

Valentinianus.

etiam nomen ex opere præsumpsisse,qa crebra habitacula cõstituta,*quæ burgos vulgo vocãt:eorum'q; esse pualidã & pniciosam manum,Galliæ hodie testes sunt,in qbus præsumpta possessiõe cõsistunt, quanuis prouidentia Dei om̃es Chr̃iani modo facti, innocenter viuãt,nõ quasi cũ subiectis Gallis,sed vere fratribus Chr̃ianis.Hæc Orosius.Eo tũc Hilarius Pictauieñ.ep̃us moritur,S.Martinus ep̃us ordinat, Eusebius quoq; Vercelleñ.moritur,*Athanaricus rex Gotthor: Chr̃ianos suæ gẽtis perseqtur.Demũ Valentinianus imperij sui anno xi.cum gens Sarmatarũ se per Pannonias diffudisset, bellum contra eos parans, apud Brigitionem oppidum, dum legationibus responderet,anno ætatis suæ 55. subita per nares sanguinis effusione, quam Græci apoplexiam vocant,voce amissa, sensu & memoria integra expirauit. Reliquit autem filios duos, Gratianum ex priore vxore,Valentinianum ex Iustina.Eo autem mortuo,Italiæ milites filium Valentinianum puerum adhuc, imperatorem constituunt anno dñi 377. cuius imperium frater Gratianus & Valens patruus,licet ingrate,qa eis ignorantibus factum fuit,tamen postea susceperũt.Eodem tẽpore,vt scribit Theodoricus in tripartita lib.7.c.11.Messalianorũ,quos oratores appellant,hæresis est exorta,aliàs * Enthusiasti vocati.Isti * in cuiusdã dæmonis operationem expectãt,& hanc S.Sp̃us præsentiam arbitrãtur. perfectiores ex his, auersantur operationem manuum, tanquã malignam,somno indulgent,& iniqtatum phantasias,appellant prophetias,dicentes diuinum cibũ nihil prodesse nec lædere.Celant tñ errores suos.porro Flauianus ep̃us Antiochenus,venenũ hoc volens extinguere,vnũ senem Asclepidiũ dictum vocans,& iuxta se sedere præcipiens,ait:Nos o senior,q partem vitæ transiuimus maiorem,humanam didicimus naturam,& dæmonum machinamenta cognouimus ipso experimento: isti vero iuuenes sp̃ualia non nouerunt.Quapropter dicito mihi, quomodo credis sp̃m cõtrariũ recedere,& grãm sancti sp̃us aduenire. His verbis senem demulcẽs,om̃e venenum quod celabat,euomuit,nullam qdem vtilitatem ex baptismate baptizatis accedere,sed per solam studiosam orationem,inhabitantem dęmonem effugari dicebat: insuper vnumquenq; nascentium, à progenitore suo sicut naturam, sic etiam dæmonem trahere familiarem: & his expulsis per studiosam orationem, sanctum spiritum aduenire,& sensibiliter ac visibiliter suã designare p̃sentiã,atq; corpori passiõis motus cuiuslibet eripere, & animam à mala voluntate penitus liberare, ita vt nequaquam de cætero egeat neq; ieiunio macerante corpus,neq; doctrina refrenante,& progredi disciplina libenter edocente. Non solum autem qui hoc impetrauerit,corporis(inquit) exultationibus liberatur,sed aperte etiam futura pręuidet,& sanctam Trinitatem oculis cernit.Hoc cum audisset Flauianus,ait seni:Vetustissime malorum dierum,increpauit te os tuum, & non ego. Labia eñ tua testantur aduersum te. Cum'q; hic languor cunctis innotuisset,de Syria qdam expulsi sunt. Post Valentiniani discessum,Valens cum Gratiano & Valentiniano iuniore imperauit quatuor annis. Tum liber effrenata audacia legem dedit,vt monachi & clerici diuinis deputati,ad militiam secularem cogerentur, quo tempore vastas Aegyptij solitudines inhabitabant plures sancti patres & monachi,ad hunc locum milites imperatoris missi sunt, q vere Christi milites, nouo modo persecutionis à fide vel ab eremo abstraherent. qui & ibidem interfecerunt multa sanctorum agmina.Quia & eodem tempore mortuus est Athanasius,cum 46.annis per multa pericula rexisset sedem episcopalem Alexandriæ,in cuius vita Valens Alexandriam vel Aegyptum distulit commouere,eo q audiuisset virum à cuncta diligi plebe,metuens ne forte seditione facta,Respub.turbaretur.mortuus est autẽ anno dñi 378.Sed & Athanasius moriens,successorem sibi delegit Petrum, cunctis nobilibus,plebe & sacerdotibus,volentibus. Is autem Athanasij sudoribus particeps fuit. Cum'q; eum in pontificali sede constituissent, repente iudex prouinciæ paganorũ populum congregans & Iudæorum,ecclesiam circũseptans,Petrum exire præcepit. Petrus itaq; vir mirandus,insperatum respiciens bellum,latenter egressus est. Conscendens'q; nauem, profectus est Romam. Transactis autem diebus paucis, Euzoius ab Antiochia venit cum Lucio,& ecclesias ei tradidit.Ingredienti autem Lucio Alexandriam,dicebãt gentiles:Bene venisti episcope,q filium non defendis,id est,minorẽ patre tenes. Ipsius autem primo ingressu tanta & tam turpia in virgines & continentes ecclesiæ gesta sunt,quæ in p̃secutiõibus gentilium nõ memorãtur. vestes eñ sanctarũ virginum disrumpebãt.nudas'q; per vrbes circũferentes,turpitudine,prout poterãt,illis illudebãt.quẽdã veste genitalibus'q; nudatũ,in ecclesia turpẽ cõcionatorẽ cõtra Christũ fecerũt.pro sacris verbis scelera proferẽtem, laudãtem luxuriã,impietatem.masculor: cõcubitũ,furtũ,cibos,potus, post fugas ciuium,inqt Ruffinus,& exilia,post cædes & tormenta flãmas'q;,Lucius ad monasteria furoris sui arma cõuertit.vastat eremum, & bella

S.Martinus ep̃s ordinat.

Messalianorum hæresis

Athanasius moritur.

Lucij sęuitia in Chr̃ianos

& bella qescentibus indicit. tria millia & amplius simul ꝑ totam eremũ dispsos aggre ditur. at illi cõtra obiectabãt gladĳs ceruices, & nil aliud dicebãt, nisi: Amice, ad quid venisti? Infelix Lucius incolas seqces Antonĳ expulit, eoꝝq́ꝫ sanctissimos ꝑsules Macarios duos, Isidoꝝ & cæteros speluncis suis eĳciens & relegans. Cumq́ꝫ iussisset Valens oẽs catholicos ab Edissa ciuitate expelli, quędã mulier, dimissa domo, filiũ paruulum in vlnas accipiẽs, ad ecclesiã currebat. currẽti sic, ꝑfectus: O infelix, ait, q̃ sic indecenter curris? At illa: Quo alĳ. Ad hæc ꝑfectus: Nunquid audiuisti occisuros reptos in ecclesia? Audiui, inqt, & ideo festino, vt inueniar inter illos. & de puero interrogata, respõdit: Vt mecũ pergat ad dñm. Ob quod ille recurrens ad principem, dixit oẽs paratos esse ad mortem, imperiũ vero esse oẽs occidere: & sic ab ira reuocauit principem. Postea pręfectus cogens catholicos aut Arrianis cõmunicare, aut in exilium ire, cunctis tacentibus, ait duci eoꝝ Eulogio: Cur taces? Nõ oportet, inqt, nil interrogatũ respondere. At ille, Nõne vobis oĩbus locutus sum? & ille, Pastorẽ habeo, & illius nutibus obedio. mox ꝑfectus 80. ex eis misit in Thraciã. Interea Valente furente apud Antiochiã, erat ibi Affrates monachus, quem de palatio respiciens impator transeuntem, vilissimo indutum pallio, & longæua senectute properantẽ, dixit ei: Quo vadis? Pro tuo, inquit, oraturus imperio. Cui imperator, Oportebat te domi orare: Bene, inquit, si permitteres, & hoc ago, donec oues Christi pace perfruanť. Hoc audito, imperator interminatus, tacuit. statim vnus ex satellitibus aspere viro sancto locutus, mẽte capitur, & in feruẽti aqua extinctus est. Cum Arriani obtinuissent à Valente, vt eĳceret Christianos ab ecclesia Niceæ, venit ad principem B. Basilius pro Christianis: tunc Demosthenes ꝑfectus epulaꝝ, patrocinando pro hæreticis fecit *barbarismum. Cui Basilius: Tuũ est, inqt, de pulmẽtarĳs cogitare, & non diuina dogmata decoquere. Qui mox cõfusus abĳt. Valens Basilio ait: Vade & iudica inter partes, sed nõ secundũ immoderatũ amorem populi tui. Tunc abĳt, & ait ad Arrianos: Venite vos, & catholici, et clausam ecclesiã vtriqꝫ signate. et post tres dies, si orõnibus vestris aperiť, vestra sit: sin autem & nobis idem facientibus non aperitur, accipite eam. q̃d & factum est, & apta est Christianis, nõ Arrianis. nam facta oratione à Christianis, contriti sunt vectes, & ceciderunt claues cum pessulo, ac vento superueniente apertæ sunt portæ, ꝑcinente Basilio: Attollite portas principes vestras &c. ob quod miraculum multi Arrianoꝝ cõuersi sunt ad fidem. Cum autem Maximus ꝑfectus Basilium niteref subuertere, nunc blanditĳs, nunc minis, ille intrepidus respõdit: Adolescentibus hæc verba congere. Tum præfectus, Pro vno verbo ὁμοούσιον, nõ est tanta persecutio suscitanda. Respondit Basilius: Qui diuinis saginantur eloquĳs, de diuinis eloquĳs nec syllabam corrumpere patiuntur, sed pro his omnes mortis species amplectuntur: amicitias autem imperatoris magnas cum pietate iudico, sine qua potius perniciem appello. Cũq́ꝫ ꝑfectus vocaret eum stultũ, Hanc, ait ille, stultitiam semper habere exopto: & cum sibi minaretur mortẽ, ait Basilius: Vtinã dignus essem. & cũ ei daretur nox media ad deliberandũ à ꝑfecto, ait Basilius: Crastino ipse ero qui nunc. tu te vtinam non mutes. Eadẽ nocte vxor impatoris valde cruciatur, & q erat ei vnicus filius, paternæ impietatis exoluit supplicia. quare misit imperator ad Basiliũ, rogans vt pro se ac eius imperio dominũ exoret. sed & eius cõstantiã admirabať, amplexatusq́ꝫ est: & q a lepsos & paupes Basilius respiciebat, Valẽs ei ad hoc opus optima ꝑdia donauit. Veꝝ Valẽs paulopost ab Arrianis persuasus, priorũ oblitus, admonuit rursus Basiliũ, vt Arrianis accederet: & cũ refutaret, legẽ de eius scribi ꝑcepit exilio: quã volens subscribere, apicẽ vnũ complere nõ valuit. calamus eñ cõtritus est. cũq́ꝫ secundo & tertio calamus hoc ꝑtulisset, tunc eum ambabus manibus volentem cõplere, tremor inuasit, & chartã rupit, ostenditq́ꝫ creator oĩm Deus in hoc potentiã suã. Tunc Valentẽ Antiochiæ furentẽ, reuocat liber Themistĳ philosophi, scribentis ꝙ propter discordiam ecclesiasticã nõ deberet esse ita infestus Christianis, cũ apud paganos sectaꝝ differentia videreť, & vnusquisqꝫ in sua sentẽtia ꝑmaneret, & forte hoc Deo magis gratũ esset, dum non facile cognoscit, & diuerso modo glorificať, vt vnusquisqꝫ magis timeat, dum integritas sciẽtiæ eius, vel quõ vel q̃liter vel quãtus sit, magis ignorať. Narrat Ruffinus, ꝙ ꝑ idẽ tẽpus Mamia Saracenæ gentis regina, freqũetibus bellis circa Arabiã Romanũ cõtriuit exercitum, & orata pacẽ, respõdit pacẽ daturã, si Moyses monachus in illa eremo, suæ genti ordinareť episcopus, cuius merita ac signa tum claruerũt. petitionẽ eius Valens impator sine cũctatione iubet fieri. captus est Moyses à ducibus, & Alexandriã duct⁹, vt ordinareť episcop⁹. sed cũ Lucius sedẽ episcopalẽ occuparet, dicebat corã oĩbus Moyses: Ego me nõ esse dignũ tãto sacerdotio iudico. veruntamen si aliqd per me Deus adimplere vult, ipsum cœli & terrę dñm testor, ꝙ Lucius sanctoꝝ sanguine pollut⁹, sup me non

Mulieris cõstantia.

Affrates.

Miracula S. Basilĳ.

Basilĳ constantia.

Themisti⁹.

Regina Saracenica.

Moses eremita.

non inijciet manus. Tum Lucius: Quare, inqt, o Moyses tam facile condēnas eū cuius fidem ignoras? Audi ante fidem meā & tibi magis q̃ alijs crede. Tum ille: Define, inqt, dolis me aggredi. Bene mihi est nota fides tua, quā ꝓtestātur serui Dei per metalla damnati, epī in exilium missi, presbyteri ac diaconi relegati, bestijs alij, alij etiam ignibus traditi. Nunqd potest verior esse fides quæ auribus capitur, q̃ quæ oculis ꝓuidet? Apud me certum est, ꝙ qui Chr̄o credunt, hæc nō faciunt. & ita maiore dedecore deformatus est Lucius. Sed qa vrgebat necessitas Reipub. admisit, vt ab epīs quos trusit in exilium, sacerdotium acciperet, quo ferocissimæ gētis pacem ligauit, & catholicæ fidei consortia custodiuit. Eodem tpe dæmon qdam per necromātiam à Valente consultus, qs post se esset imperaturus, quatuor literas demonstrauit, T. E. O. & D. dicens, Hoc nomen post Valentem imperij culmē suscipere. quo intellecto, multos peremit Valens, tyrannidem assumere suspicatus. occidebātur itaq; Theodori, Theodoti, Theodoli, & quicūq; in capite has tres lr̄as habuisset. Inter quos etiā Theodosius vir fortis, ex Hispania genus ducēs, est occisus, qui tn̄ paulo ante Firmū quēdam, tyrānidem affectantem, Africā & Mauritaniā sibi subijciētem, iussu Valentis multis prælijs oppressum, ad voluntariā mortē coegerat, & sic Africā recuperauerat. De quo Theodosio, q fuit pater Theodosij Magni, fertur, ꝙ cū iussus esset à Valēte interfici, baptizari se fecisse, & mox iugulū ꝑcussori ꝓbuisse. Hunnoꝝ gens sub hoc Valente Gotthos persecuta legitur, hanc gentem à Nemroth descendisse, nōnulli scribunt, de quo aliquid tetigi in primo volumine, generatiōe xvij. Sigisbertus tamē & Vincentius in spe. histo. & pleriq; alij dicunt: Silimer rex Gotthorum, aliàs Getarum, filius magni Gaderici, post egressum Scanthiæ, iam quinto loco principatum tenēs, cum terras Scythiæ cum sua gente intrasset, & quasdam magnas mulieres, Alirumnas dictas, reperisset, eas suspectas habuit, & ab exercitu deturbauit in solitudinem, quas tādem syluestres homines quos faunos vocant, imprægnasse qdam ferunt, deindeq; genus Hunnorum ferocissimum prouenisse, quod primum inter Mæotides paludes minutum, tetrumq;, nec alia voce notum, nisi ꝙ humani sermonis imaginem assignabant. Insidentes vero in vlteriori ripa, venationi tantum studuerunt, nisi ꝙ postquam creuissent in populos, fraudibus ac rapinis vicinarum gentium conturbabāt quietem. Huius autem gentis venatores ceruam secuti, paludem Mæotidem, quam imperuiam putabāt, pedibus trāsierūt, moxq; Scythicam terram intrauerunt. Et cum alium mundum nec suspicati ante fuissent, admiratione ducti, ad suos redeunt, visa referunt, Scythiam laudāt. Deinde omnes simul per viam, quam cerua docuit, trāseunt: & quoscūq; Scytharum obuiam habuerūt, occidunt. Hoc modo vicinas gentes superāt. Alanos quoq; pugna sibi pares, sed humanitate, victu, formaq; dissimiles, frequenti certamine fatigatos subiugabant. nam & quos bello superare non poterāt, vultus sui terrore fugabant. Pro luminibus eñi puncta habebant, & filios suos prima die natos, ferro circa genas secabant, hinc imberbes senescebant. forma erant exigui, sed argutis motibus expediti, & ad equitandum promptissimi, scapulis latis, & ad sagittas ac arcus parati, ceruicibus erectis. Hoc tamen, ꝙ Faunis procreati fuerint Hunni, putant aliq fabulosum. In eo tamen fere scriptores concordāt, ꝙ Gotthi ab ipsis Hunnis e Scythia fuerint expulsi, de quo Paulus Orosius: Gens, inqt, Hunnoꝝ diu inaccessis seclusa montibus, erumpens, repētina rabie percita, exarsit in Gotthos, eosq; sparsim conturbatos, ab antiquis sedibus expulit, id est, ex Scythia Asiatica. Vnde Antoninus, Vincentium & Sigisberthum sequēs, cōscripsit Hunnos, ducentibus venatoribus, ex Asiatica Scythia in Europā migrasse, & Gotthos Scythiæ de partibus Europæis, deq; proprijs illoꝝ sedibus expulisse, deniq; aucta tum audaciæ tum armoꝝ virtute, in Pannoniā venisse, ad alias deinde natiōes, & Pius pontifex in historijs suis Hunnos, Mæotidis palude transmissa, in Europā migrasse, oēmq; barbariem inter Tanaim & Danubium occupasse tradit. Idem dicit se vidisse hominem, q Scythicas lustrauerit partes, illumq; affirmasse, ꝙ in Asiatica Scythia ad ortum Tanais amnis, homines eiusdem linguæ cum Vngaris Pannoniam incolentibus inuenisset. & ꝙ tādem hic cum plerisq; sacræ paginæ ꝓfessoribus religiosis de ordine Minoꝝ, q linguā illoꝝ nouissent, illac proficisci prædicādæ fidei causa voluissent, sed dn̄s de Mosqua, q Græcæ ꝑfidię subditus est, Asiaticos Vngaros Romanæ cōiungi ecclesiæ ac sacris imbui ritibus ęgreferēs, ipsos illac trāsire ꝓhibuerit. Anno aūt dn̄icæ incarnatiōis 373. sub Damaso papa primo, & impatore Valēte, Vngari in Scythia creuerūt in magnū populū, vnde inuadere statuunt occidentales regiones, vt tradit Vngaroꝝ historia. Et cū exirent, omni cœtu cōputato, de centū & octo tribubus, decies centena & octoginta millia, de vnaquaq; tribu 10000. armatoꝝ virorum connumerauerunt. duxerunt secum mulieres ac liberos pariter & armenta: vnum preterea rectorem nomine

Valēs dæmonem cōsulit.

Theodosius occiditur.

Hunnorum origo.

Mirum genus hominū

Eruptiones Vngaroꝝ.

Cadar dux Hunnorum

Cadar, virum prudẽtem & idoneum, q lites sopiret, malefactoresq́ dãnaret, cõstituerunt, decreto edicẽtes, ꝙ si rector ipse immoderatã daret sententiã, cõitas illã in irritũ reuocare, errãtemq́ rectorẽ corripere, & deponere, si opus esset, valeret. Edictũ etiam fuit, quoties res oẽs tãgeret, aut generalis expeditio fieri deberet, tũc mucro sanguine adspersus, per habitacula Hunnoꝝ castraq́ deferri deberet, ꝑconis voce secuta: Dei & vniuersæ cõitatis ꝑceptũ est, vt vnusq́sq; in tali loco cõpareat, auditurus quæ fieri debeant. adiecta erat pœna nõ cõparentiũ mortis. De hac B. Hieroñ. ad Oceanũ de morte Fabiolæ, scribit: Ecce subito discurrẽtibus nuncijs, oriens totus intonuit, ab vltima Mꝼotide inter glacialẽ Tanaim & Massagetaꝝ immanes populos, vbi clausis rupibus, feras gentes Alexandri claustra cohibent, erupisse Hunnoꝝ examina, quæ pernicibus equis huc illucq; volitãtia,* cędis pariter & terroris cũcta cõplent. Cadar dux Hunnorum, trãsitis paludibus Mæotidis, ac Gotthis gẽte robusta pulsis, tanq̃ turbo oĩa vastare cœpit, breuiq́ Hunni Bessos, Cumanos, Albos, Susdalos, dehinc Rutenos ꝑcurrentes, in nigrã Cumanã, quæ nunc Moldauia credit̃, deuenerũt. ꝑdomitos in trãsitu vniuersis barbaris à Tanai flumine, tãdem venerũt in Pannoniã. Hæc regio olim à panis

Pãnonia vnde nominata.

vbertate, Pãnonia denominata est, quę nũc ab Vngaris Vngaria vocitat̃, vt legitur in chronicis Vngaroꝝ ad Matthiã regẽ. Sed Aeneas Syluius postea Pius II. dictus, negat Vngariã Pannoniæ terminos implere. Pannonia eñ cõtinebat ab occasu Noricum, Aenumq́ amnẽ, ab ortu Mœsios ac Triballos & flumẽ Sauum, intra quos limites Austriæ magna portio claudit̃, Styria q̃q;. Imperiũ aũt gẽtis Vngaricæ, multo latius est q̃ ipsa Vngaria. nam & Dalmatæ, quos & Sclauos, & Illyrici quos Bosnenses, & Triballi

Batho rex Vngaroꝝ.

seu Mœsij, quos tũ Seruios tũ Rascianos appellãt, & Getæ, quos partim Valachos, partim Trãssyluanos nominãt, Vngaroꝝ imperiũ subierũt. hãc prouinciã, quatenus circa Istrũ extendit̃, sub Octauiano Cæsare Romani primũ obtinuere. Bathone Pannonioꝝ rege subacto. Dacorũ etiã populus certã eiusdẽ regionis partẽ olim inhabitasse, tãdem non sine turbatiõe secessisse, ac relicta pingui Pãnoniæ tellure, maritima loca Noruegiæ proxima occupasse, ac sedẽ fecisse ꝑhibet̃. Cõspecta igit̃ hac regione Hunni nõ vlterius ꝓcedere, sed cũ liberis & vxoribus ibidẽ manere statuerũt. Incolebãt eisdẽ tẽpo-

Matrinꝰ tetrarcha. Detricus Almanus.

ribus Pannoniã Longabardi,* Almani & Italici, erat tetrarcha q̃dam noĩe * Matrinus Longobardus. Mœsiæ vero, Achaiæ, vtriq; Thraciæ, Dalmatiæ & Macedoniæ, ꝑsidebat q̃dã Romanꝰ. Eodẽ tp̃e Detricus* Almanus de voluntate Ro. om̃i Germaniæ ꝑsidebat. Iste Detricus per Ro. in auxiliũ Matrino vocatus est. Hi duces dũ cõgregato iam grãdi exercitu, deliberãt diutius, occasionẽ dederunt Hunnis, ꝙ trãsmeato infra Sicambriã fluuio Danubio, noctis tp̃e in tentorijs quiescẽtem exercitũ inuaserũt. fit ingẽs vociferatio & cædes maxima. nam Matrini & Detrici exercitus ex subita inuasione attonitus, nõ arma, sed fugã arripiens, per Hunnos crudeliter trucidatus est. duces vero Detricus ac Matrinus ægre sunt elapsi. Mane tñ facto, contractis vndiq; per fugã copijs, Detricus ac Matrinus in Hunnos ducũt. fit maxima pugna. ceciderũt post longã stragem ex Hunnis centũ & xxv. millia, de exercitu vero Detrici ac Matrini ducenta & x. millia. qua infelicitate moti, in Tulmã oppidũ hi duces se receperũt, quos paulo post Hunni obsidione cingere parãt, sed occurrũt illis ꝑdicti duces cũ omni apparatu Ro. exercitus, fit cædes inaudita à mane vsq; ad horã nonã: tãdemq́ Ro. exercitus terga

*

vertit, ceciditq́ Matrinus, Detricus vulnere accepto vix euasit. corruerunt ex Hunnis xl. millia, ex Ro. multo plures. ꝑ hũc modũ Hunni stabiliti fuere, varia tñ fortuna vsq;

Hermẽricus

ad tp̃a Attilæ vsi fuere, prout in sequẽtibus patebit. Erat eo tp̃e Hermẽricus rex Gotthoꝝ potẽtissimus, q dum pararet resistere gẽti Hunnoꝝ, à suis est vulneratus, ob id ꝙ mulierẽ quandã ob merita occidi mãdauerat: quã aduersam eius valetudinẽ audiens

Valumer.

* Valumer rex Hunnoꝝ, in Ostrogotthoꝝ partẽ, cui Hermenricus ꝑerat, mouit exercitũ, à quoꝝ societate Visigotthi quadã inter se cõtentione disiuncti erant. Inter hæc idẽ Hermenricus senio grauatus, 110. anno vitæ suæ est defunctus, cuius mors occasionem dedit Hunnis ꝑualere Gotthis oriẽtalibus, q Hũnis resistere nõ valẽtes, in antiquã

Vuintherus

Scythiæ patriã remeabãt, Hunnoꝝ ditionẽ accipiẽtes. Vuintherus tñ Amulus Hermẽrici fratruelis principatus insignia retinuit, q & si potentia inferior, ægre tamẽ ferebat Hunnoꝝ imperiũ. vnde pugna facta, primo vincit̃, deinde regẽ Boar noĩe, cũ filijs suis & principibus crucibus affixit. q̃d nõ passus * Valumber rex, pugna Vuinthero occurrit. primo & secũdo certamine magna strage victus ꝑlio Vuintherus est interemptus, sicq́ Valumber oẽm populũ Gotthoꝝ in pace possedit cõditiõe tali, ꝙ gens Gotthoꝝ

Hunimũdꝰ. Thurismundus.

regulos suos nihilominus haberet. Vuinthero successit Hunimundus, & illi filius suus Thurismundus, q secũdo regni sui anno cõtra Gepidas pugnans, magna victoria potitus, & casu extitit interẽptus, quẽ ita luxerũt Ostrogotthi, vt ꝑ xl. annos aliũ nõ susciperent

perẽt regẽ, quo eius memoriã diu retinerẽt, cuius filius Herimũdus ſpernẽs regnũ Gotthorũ, ꝓpter Hunnorũ dominiũ, cũ filio ſuo Betherio ad Heſperias gẽtes ſe cotulit, & ſub Theodorico Gotthorũ rege, tacita gñis ſui ꝓpinqtate, cũ magna gloria militauit. Pari modo Valũbro defuncto, ſucceſſit ei Madluchus pater Attilæ, poſt quẽ germani Madluchi Octar & Rohus, poſt q̃s ſucceſſit Attila cũ fratre ſuo Bleda, de q̃ gñatione xvi. Viſigotthi vero cũ iã ab Oſtrogotthis defeciſſent, eosq́ ab Hunnis opprimi cernerẽt, territi legatos ad Valẽtem impatorẽ mittũt, petẽtes, ſi Mœſiã eis ad habitãdũ permitteret, ſe legibus imperioq́ ſuo victuros. ſpondẽtq́ ſe Chrianos fieri, & tanq̃ murũ ꝓ impio aduerſus Hũnos cæteramq́ barbariẽ fore. Annuit Valẽs, & ſuſceptos in Mœſiã Gotthos ꝓ tutela imperij, & q̃a Arrianus erat, dedit illis Arrianę hæreſis ꝑdicatores & epos, à q̃bus ꝑuerſa hauſerunt dogmatũ rudimẽta. ſic Arriani potius q̃ Chriani ſunt effecti. de cætero tã Oſtrogotthis q̃ Gepidis ꝑ Vlphiã epm ſuũ Arrianũ, q̃ lr̃as Gotthicas primus inuenit, & ſcripturas in eorũ linguã etiã diuinas cõuertit. Interea Aphricæ in partibus Firmus Maurorũ ſe gẽtib⁹ imp. cõſtituẽs, Africã vaſtauit. Igit̃ comes Theodoſius, Theodoſij q̃ poſtea imperio ꝑfuit, pater, miſſus, Firmũ cũ ſuis opꝑſſum, coegit ad mortẽ: q̃ cũ Africã meliorẽ priſtinis legib⁹ reddidiſſet, ob repentẽ inuidiã à Valente iuſſus eſt interfici. vñ baptizatus, poſt glorioſam ſeculi vitã, de vita æterna ſecurus, percuſſori iugulũ ꝑbuit. Præfecit vero Valẽs Gotthis Lupicinũ & Maximũ Ro. duces. ſecuta eſt vero ꝓpter multitudinẽ, rerũ inopia, cui ducũ Romanorũ auaritia occaſionem dedit. nam * negociatiões Gotthis petẽtibus, cœperũt nõ ſolũ ouiũ boumq́ carnes, verum etiã canũ & immundorũ animaliũ eis tradere, adeo etiã aſperi, vt pro pane vno & paucis libris carniũ, mancipiũ cogerent̃ perſoluere: & mancipijs ſupellectilíq́ deficientibus, filias eorũ expoſcunt. Cõtigit aũt, vt Lupicinus dux Frigideriũ Gotthorũ regem ad cõuiuium inuitaret dolo: ad quẽ Frigiderius nil metuens, venit cum paucis: & dum in ꝑtorio epulatur, clamorẽ ſuorũ audiuit, quos Lupicinus trucidari iuſſerat: quod ſentiens Frigiderius, non ſine magna temeritate gladio euaginato velociter ſe prorupit, ſociosq́ à morte ereptos, ad necem Ro. inſtigauit, q̃ nacti occaſionẽ, maluerunt mori, q̃ ita deficere. ilico in mortem ducum armant̃. Illa dies Ro. ſecuritatem & Gotthorũ ademit famem, cœperuntq́ Gotthi iam nõ vt peregrini, ſed vt dñi poſſeſſoribus imperare, totasq́ partes ſeptentrionales, occiſis Ro. ducibus, vſq́ ad Danubium ſub ſuo iure tenere, Mœſiæ Thraciæq́ tributa imperare. Quod comperiens Valens, egreſſus de Antiochia, cum vltima infelicis belli ſorte traheretur, ſera peccati pœnitentia ſtimulatus, epos cæterosq́ ſanctos reuocari de exilijs imperauit. Itaq́ q̃ntodecimo imperij ſui anno lachrymabile illud bellum in Thracia cum Viſigotthis iam exercitatione virium rerumq́ abundãtia inſtructiſſimis geſſit: vbi pugna facta, primũ ſtatim Viſigotthorũ impetu ꝑturbãtur Ro. eq̃tum turmæ, & nuda peditum deſeruerũt præſidia, mox legiones peditũ vndiq́ eq̃tatu hoſtiũ cinctæ ſunt, ac primũ nubibus ſagittarũ obrutæ, deinde tanq̃ amẽtes metu ꝑ deuia fugiẽtes, perierũt. Valens tunc ſagitta ſaucius, verſus in fugã, latere cupiens, in villa ſubito cum caſa in qua latitabat, ignorãtibus Gotthis, appoſito igne crematus eſt, iuſto Dei iudicio, vt ab ipſis igne cremaret̃, quos ipſe verã fidem petẽtes, in ignem traxit ſempiternum. Anno dñi 381. Gratiano & Valentiniano regnantibus, poſt mortem Valentis apud Mediolanum B. Ambroſius hymnos in eccleſia canẽdos inſtituit, apud Thurones B. Martinus magnis clarebat virtutibus, totoq́ orbe doctrina clari, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nyſſenus, & apud Bethleem Hieronymus. Igitur Gratianus cum inæſtimabilem multitudinẽ hoſtium Romanis infuſam finibus cerneret, fretus Chr̃i potẽtia, longe impari numero militum ſeſe in hoſtem dedit, & apud Argentinam Galliæ oppidũ, plus q̃ 30000. Alemanorum interfecit. Deinde audiens Valentem defunctũ, Thraciã, Daciã & Pannoniam genitales terras à Gotthis atq; Hunnis & Alanis occupari, Pannoniã accelerat. Ea tempeſtate Theodoſius Theodoſij à Valente nequiter occiſi filius, habebatur nominatiſſimus, ſed inuidia diſſimilium in Hiſpania morabat̃, vbi ortus & nutritus fuerat. Cumq́ imperator frẽm ſuum adhuc cerneret puerũ, ab Hiſpania Theodoſiũ vocatũ, magiſtrũ militiæ fecit, eumq́ cõtra barbaros miſit. qui vadens, fortiter cũ illis maximis Scythiæ gentibus pugnauit, Gotthos e Thracia expulit, & feliciter triumphauit. mox dux optimus, exercitu diſperſo per vrbes, ipſe velociter ad principem remeauit, & ſuorum triumphorum nuncius extitit. Quod dum imperator præ admiratione non crederet, inuidi dicebant eum fugiſſe & exercitum prodidiſſe. At ille derogantes ſibi rogat dirigi, qui viderunt multitudinẽ peremptorũ. poſt paucos aũt dies miſſi redeũt, peremptaq́ multa hoſtium millia narrauerunt. Inter hæc dux optimus per quietem vidit, quod ſanctus Miletius Antiochenæ vrbis epus eum indueret imperiali chlamyde, & corona

capuṭ

Viſigotthi.

Theodoſius comes.

Lupicinus Frigiderius.

Valens interijt igne.

caput ornaret.hoc cum ille mane referret p iocũ cuidã amico, ille clarum dixit somnium hoc pſagire imperiũ. Auditis(vt supra)Gratianus nuncijs,de tãta strage facta lętatus,& fauentibus cunctis,Theodosiũ 35.ætatis suæ annũ agentẽ,apud Sirmiũ purpura induit,orientisq; & Thraciæ imperio pfecit.Post hæc Theodosio pene vsq; ad desperationẽ ægrotãte,datur iterũ occasio Gotthis belligerãdi:diuisoq; exercitu,Frigiderius ad pdandã Thessaliã &Achaiã digressus est,Alatheus vero & Saphrach Pãnoniam petierũt.Contra quos Gratianus cũ exercitu venit,nec tñ armis fretus,sed gra & muneribus eos victurus. nam fœdus cũ eis pcussit, & victualia eis cõcessit. q̃d cum Theodosius conualescens accepisset,grato animo pmisit,& ipse cũ Athalarico q Frigiderio successit,fœdus inijt,eumq; Cõstãtinopolim inuitauit,q libẽter acquiescens,dũ vrbẽ regiam ingrederet,& à Theodosio cũ omi alacritate susciperet,videns ædificiorum magnificentiã & exornati populi frequentiã,vrbis sitũ, nauiumq; cõmeatũ, ac regiã impatoris ingrediens,& obsequia diuersaq; officia cõspiciens,valde admirat: En,inqt, cerno quod sæpe incredulus audiebã. sine dubio deus terrenus est imperator,& si qs aduersus eum manum mouerit,sanguinis sui reus erit.In tali ergo admiratione maximo honore à principe susceptus,paucis mensibus interiectis,rebus excessit humanis,cuius exequias princeps digne peregit, & sepulturæ tradidit. Post cuius mortẽ oẽs Gotthorũ gentes benignitatẽ,magnificentiã,ac cæteras virtutes Theodosij inspicientes,sese voluntarie Ro.dederunt imperio,militiaq; illa dudũ sub Constãtino fœderatorum renouata,& ipsi fœderati sunt dicti.Theodosius itaq; moderabat orientale imperiũ, & Gratianus cũ fratre Valentiniano occidẽtale optimis legibus tuebãtur, ac lapsam Rempu. reparabãt. Eodem tpe qdam Octauius dux Gelbessorum, Britanniã potenti manu obtinuit,& Ro.potestatẽ prorsus deleuit:contra quẽ missus est à Gratiano Maximus filius Moliui,auunculi Constãtini ex Ro.ducibus vir probus & strenuus, Octauiano persimilis,nisi contra sacramentũ egisset,vt dicetur. Hic in insulã veniens, Pictos & Scotos bello pluries superauit,ac filiã Octauij in matrimoniũ cum regno Britãniæ accepit,q̃d tamen erat cõtra voluntatẽ Conani nepotis Octauij, q tãdem sæpe prælio victus,cum Maximo in amicitiã venit,& cũ eo mare transiens, Armoricã expulsis Gallis cepit,& Britanniã minorẽ appellauit.Eo tum Pictos bello superauit.deinde subiugata Gallia, imperatorẽ se à militibus appellari fecit.erat tũ Gratianus in Gallia,vbi Alanos veteri Ro.militiæ pręferens,odiũ sibi conflauit.Quo intellecto,Maximus tẽpus adesse ratus, acceptusq; à legionib⁹ à Gratiano offensis,pterritũ Gratianũ atq; in Italiã trãsire meditantẽ,opprimere studet.Itaq; dolo Maximi circũuentus,& Lugduni occisus est. nam Andragatius simulans vxorem Gratiani aduenire,se in lectica aduehi iubet.Gratianus sperans vxoris aduentum,ocyus Lugdunum pergit ad eam suscipiendam. Continuo Andragatius eum occidit.Igitur Maximus,occiso Gratiano,facile totam Galliam occupat.deinde occupatis Gallijs,ad totius orbis adspirãs imperiũ,cũ incredibili bellico apparatu contra Valentinianum ad Italiam transire disponit.At Valentinianus in Italia degens,à matrẽ Iustina,quæ Arriana erat, venena quæ viuente viro prodere nõ audebat,hausit.Igitur apud Mediolanum posita,conturbare ecclesiæ statum,comminari sacerdotibus exilia,nisi Ariminensis concilij decreta,qbus fides patrũ temerata fuerat,confirmarent:quo bello,ecclesiæ murum validissimũ pulsabat Ambrosium,eumq; minis,terroribus,&omi genere oppugnatiõis fatigãs,exilium promittit. sed quanuis illa Iezabel * spũ pugnaret armata,resistebat tamen Ambrosius, Heliæ virtute repletus & gra.Ipsa autẽ in ecclesijs garrire,animare & inflãmare populos ad discordiam non desistebat:sed q minus res procederet,ad iniuriã putare,& per hoc apud filiũ conqueri,vnde adolescentulus pro cõtumeliæ inuidia quã falso conflauerat mater,accensus,armatorum globum ad ecclesiã mittit,confringi ianuas,sacerdotem pertrahi,atq; in exilium agi protinus iubet.Cumq; de ecclesia iuberet exire Ambrosius,ait:Ego sponte hoc nõ ago,ne lupis ouium septa tradere videar, aut blasphemantibus Deũ. Hic, si placet,inqt,occide:hoc loco mortem prona suscipiã voluntate.Et cũ populus singulariter diligens Ambrosiũ,resultaret,& trahentibus eũ in exiliũ resisteret,indignata Iustina,vocauit quęstorẽ dictũ Beniuolum,iubens vt velociter pponeret legẽ,quæ fidem Ariminensis cõcilij cõfirmaret,aut cingulo priuaret. Beniuolus aũt discingens se,baltheum ante pedes Augustæ proiecit,dicẽs,neq; illum honorem,neq; maiorem velle se pro impietatis habere mercede.Ambrosius vero aduersus reginæ furorem non se manu defensabat aut telo,sed ieiunijs, continuatisq; vigilijs, sub altari positus. per obsecrationes defensorem sibi atq; ecclesiæ Deũ parabat.Interea cum audisset Maximus, quę cõtra Ambrosiũ magnum veritatis prædicatorem agerent,scripsit Valentiniano, vt bellũ contra ecclesias solueret, nec paternã amitteret pietatẽ,adiecit etiã minas belli.

Theodosius IMP. 49.

Theodosius Athalaricũ suscipit.

Athalarici obitus.

Armorica Britannia minor.

Iustina ecclesiam persequitur.

Beniuolus q̃stor,vir pius

mox postea assumens exercitum, pperat Mediolanum. Quo Iustina cōperto, hoste simul ac impietatis conscia perurgente, in fugā versa cū filio, exilia quæ Dei sacerdotibus parabat, prima sortit. Porro Theodosius audiēs quæ Iustina fuerāt pcurāte gesta, fugienti Valentiniano rescripsit, Non esse mirandū si imperatori terror, tyrāno aūt potestas accresceret, dum impator pietati rebellis extitisset, tyrānus aūt ei auxiliū accōmodaret: & pptere a ille qdem fugeret nudus, ille vero pperaret armatus. Interfecto itaq; Gratiano & Maximo, ac fratre eius Valentiniano expulso, Theodosius anno domini 387. imperiū solus obtinuit, mansitq; in eo annis xi. cū iam in oriētis partibus sex annis Gratiano viuēte regnasset. Valentinianū tamē fratrē Gratiani, q̄ diu vixit, regnare permisit. Sub hoc Theodosio & Gratiano, dum adhuc in humanis esset, anno dñi 384. secunda principalis synodus in Cōstantinopoli 150. patrū cōtra Macedoniū eiusdem vrbis epm, q negabat spm̄ sanctum Deū esse, tpibus Damasi papæ, Cyrilli Hierosolymitani, Nectarij Alexandrini, q condēnata pfata hęresi, statuerūt canones tres, tex. 16. di. §. secunda synodus. Anno sequenti, q est annus dñi 385. moritur Damasus papa, ac sepelitur in via Ardeatina cū matre & sorore in basilica à se cōdita. Eodem anno post dies vnum de viginti, Syricius natione Ro. ordinat epus. sedit annos xv. menses xi. Censuit hic pontifex ordines per interualla dandos. Manichæos pterea q in vrbe erant, vetuit cōicare cū catholicis. pœnitentes aūt & redeuntes ad vnitatē orthodoxæ fidei, recipiendos esse censuit, si monasteriū ingrederentur, atq; ibi ieiunijs & orōnibus se toto vitæ suæ tpe macerarent. viaticū tum demū ab ecclesia recipiebant, vbi de optima vita eoꝝ constabat. cōsecrari aūt presbyterū ab epo tm̄ censuit. Instituit itē, vt qcunq; viduam aut secundā vxorē duxisset, ab officio ecclesiastico pelleret. hæreticos quoq; per manus impositionē recipiendos censuit. Iste indixit cōtinentiā diaconibus, de quo in c. plurimos di. 82. Itē in Missa statim dici, Cōicantes & memoriam venerantes. Theodosius interea iustis ac necessarijs causis ad bellū ciuile pmotus, cū duobus Augustis, vni⁹ interfecti vltionē, alteri⁹ restitutionē pararet, aduersus Maximū tyrannū, sola fide maior, sed longe minor vniuersi apparatus bellici cōparatiōe, prupit: ab oriente siquidem digressus, cū orientalibus copijs Romā venit. Aquileię tunc Maximus cōsederat. Andragatius aūt dux summā belli administrabat, q astuto cōsilio oēs alpiū ac fluminū aditus cōmuniens, dum nauali expeditiōe incautū hostem pręuenire & obruere parat, sponte eadē quæ obstruxerat claustra, deseruit, atq; marino itinere ire obuiā Theodosio parat. Sed Theodosius terrestri itinere festinās, nemine sentiente, vacuas alpes intrauit, atq; Aquileiam, vbi Maximus cū paruis copijs erat, hostē illum trucē, & ab immanissimis quoq; Germanoꝝ gentibus tributa atq; stipendia solo terrore exigentē, sine dolo & cōtrouersia clausit, capit & occidit. milites eñ sui, terrore maiestatis Theodosij vinctū tradunt, & sic occidit. Andragatius aūt comes, q nauali expeditiōe incautum hostē præuenire parauerat, cognita Maximi nece, ac de cætero Theodosio resistere desperans, pcipitem se in vndas dedit. sicq; submersus, vitā finiuit. Ita perijt Maximus, alioqui vir laude dignus. eo eñ imperāte in Gallia, B. Martinū epm sæpius euocatū intra palatiū, multū honorabat, totusq; cū eo sermo de futuris, de fideliū gloria, de ęternitate sanctoꝝ erat. Et cū ad hūc venientes cæteri epi, fœda adulatione notarent, sola in Martino apostolica autoritas residebat. nā & si aliqñ pro hoībus supplicādum foret, imperauit potius q̄ rogauit. sed ad cōuiuiū Maximi rogat⁹ frequēter, abstinuit, asserens se eius mensæ non posse esse participem, qui contra sacramentum legitimos imperatores, vnum vita, alterum regno priuasset. sed cum Maximus non sponte se imperium sumpsisse diceret, impositam sibi à militibus imperandi necessitatem armis defendisse, & non alienam adeo à Dei voluntate videri, penes quē iam incredibili euentu victoria fuisset, nec vllus aduersarius, nisi in acie cecidisset: tandem victus Martinus ratione vel precibus, ad conuiuium imperatoris venit, mirum in modum gaudente imperatore, quod illud impetrasset. Aderāt illustrissimi viri, Enodius præfectus idem & consul, quo nihil iustius vnquam fuit: comites duo magni, frater imperatoris & patruus: medius autem Martini subdiaconus, iuxta regem Martino sella sedente. Media mensa pateram auream minister regi obtulit, at ille dare primum Martino annuit. Martinus vbi bibit, pateram presbytero suo tradidit, præferens eum imperatori, quasi digniorem. Deinde cum ad occupandam vrbem ac Italiam Maximus properaret, beatus Martinus edixit, si hoc attentaret, paruo post tempore eum periturum, quod & ita euenit. Ad Theodosium redeo. occiso Maximo, ipse Valentinianum restituit, ac Italia recepta, magnis copijs contra Maximi filium adhuc in Gallijs imperantem, properauit: quē primo plio victū, occidit. & sic oñi illa tyrānoꝝ multitudie eliminata, regna occidētalia sub suā ditionē recepit, atq; remp. in Gallijs restituit, posteaq; relicto

Valen-

Maximi⁹ Iustinā cū Valentiniano fugat.

Synod⁹ Cōstātinopolitana.

Syricius papa.

Theodosi⁹ vindicauit Gratianum

Andragatius comes.

Maximi laus.

Enodius.

Valentiniano Romæ, ipse Constātinopolim remeauit, moxq; summa cura, summoq; studio pulsis vbiq; hæreticis atq; paganis, cultū Chrīanæ religionis vbiq; dilatare curauit atq; instituere, & cōtra paganorū ritus totis viribus insurrexit, lege data, oīa vbiq; idolorū templa in toto Ro. imperio mādauit euerti. nam vsq; ad tpa sua idola colebant à gentibus. Ante tamen q̄ rediret Constātinopolim Theodosius, in Ro. vrbe positus, multū profuit ciuitati. duas em̄ res cōfusione dignas abstulit. Erāt Romæ domus maximæ, ad panes coquendos fabricatę pro vniuersa ciuitate. horū mancipes, tpe pcedēte, pistrinā publica latrocinia fecerūt. cū em̄ essent loca subterranea, meretrices in eas instituunt * foricas, ita vt venientes p pane, vt placebat, in molā arte factā de taberna caderēt. hoc maxime patiebātur peregrini, & ita fiebat, vt multi vsq; ad senectutē non possent exire. In hmōi laqueū qdā miles Theodosij icurrit. cūq; fuisset clausus ad molam, euaginato gladio plures occidit, alij terrore detenti, militē emiserūt. Hoc agnoscens impator, mancipes interemit, & ipsam pistrinā destruendā funditus esse p̄cepit. Aliū rursus abrogauit errorē: Si q̄ mulier in adulterio capta fuisset, includebāt eā in angusto pstibulo, & admiserūt q cum ea fornicarent, hora coitus tintinnabula pcutiētes, vt iniuria illi⁹ sic fieret manifesta. Hæc audiēs impator, pstibula destrui iussit, alijsq; pœnis adulteras sanciebat affligi. Reuertēte (vt prædixi) Theodosio ab Hesperijs partib⁹, venit ad eū Amphilochius vir admirādus, supplicās vt Arrianorū cōcilia de ciuitatibus singulis arceret. Verū impator crudelē æstimās petitionē, bonis modis reducēdos putabat. At sapiētissimus Amphilochius altera die palatiū ingrediēs, videns Arcadiū filium Theodosij adstare patri, accessit, & Theodosiū solēniter, vt erat vir famosissimus, salutauit, neq; Arcadiū respexit. At impator putās eū nō vidisse filiū, inuitauit Amphilochiū ad filij osculū. At ille, Sufficit. Cōtristat impator, cōtumeliā iudicās. Ad hæc Amphilochius clamās, Vides o impator queadmodū filio tuo nō pateris cōtumeliā irrogari? crede sane, oīm Deū abominari eos, q eius vnigenitū filiū blasphemare cōtendūt, & velut ingratos semp habere in odio. Hoc audiens impator, & gesta simul dictaq; miratus, legem repente ptulit, & hæreticorū cōcilia phiberi mandauit. Cætera in sequēti generatiōe dicent. Habebat aūt impator & aliā vtilitatis occasionē, p quā triūpharet, coniugem habuit noīe Placillā, ex qua duos sustulit filios Arcadium & Honorium. ea defuncta, Gallā Valentiniani senioris & Iustinæ filiā duxit, quæ ei Placidiā genuit, cui post de matris noīe Gallæ nomen accessit. Placilla hæc non regni fastigijs eleuata, sed potius diuino amore accensa fuit. repēte nāq; vt venit ad purpurā, claudorū atq; debilium maximā habebat curā, nō ministris vtens, sed suis manibus agens, & ad eorū habitacula veniens, vnicuiq; quod opus erat, præbens. sic etiam per ecclesiarū xenodochia discurrens, ministrabat infirmis, ollas eorum lauās, inde gustās, panem frangens, cochlearia offerēs, calicem diluens. His autem q eam retrahere volebant, dicebat: Aurum distribuere, opus imperij est. ego pro imperio hæc offero, bona mihi om̄ia conferenti. & viro suo sæpe dicebat: Oportet te o imperator semper cogitare qd fueris, quid modo sis. hęc si semp cogitaueris, ingratus benefactori tuo nō eris, sed imperium quod suscepisti, legaliter gubernabis, tuumq; placabis autorē. Eodem tpe abolita fuit confessio vocalis in Constātinopoli. refert em̄ Zozomenus li. 9. in Tripartita c. 35. ita scribens: Qm̄ oīno nō peccare diuinum, & vltra humanā naturā esse dinoscitur, peccātibus aūt & pœnīam agentibus veniā Deus dari p̄cepit, q vero cōfiteri refugiunt, maius peccatorū onus acqrunt: ppterea visum est antiqs pontificibus, vt velut in theatro sub testimonio ecclesiastici populi delicta pandātur. Et ob hāc causam p̄sbyterū bonæ conuersatiōis, seruātemq; secretū ac sapientem virū statuerūt; ad quem accedentes hi q deliquerāt, delicta ppria fatebātur. at ille secundū vniuscuiusq; culpā pœnīam ingerebat, quod etiā, inqt, hactenus diligenter seruatur in occidentalibus ecclesijs, idq; antiqtus Ro. pontifices seruauerunt. Porro Constātinopoli presbyter sup pœnitentes fuit vsq; ad illud tēpus, quo qdā mulier nobilissima, dū peccata sua fuisset cōfessa, & ei à presbytero esset p̄ceptū vt ieiunaret, & Deo opibus supplicaret: dum hoc obseruaret, crebrius in ecclesia cū diacono se cōcubuisse cōfessa est. hoc dum populus agnouisset, sæuiebat super sacerdotes, quasi per eos iniuria facta fuisset ecclesiæ. Tunc Nectarius ep̄us remouit diaconū sceleratū, & qbusdā suadentibus, vt singulos ad cōicādum iudicio consciæ suæ relinqueret, etiā presbyterum nequaq̄ super pœnitentes esse p̄cepit. & ex illo tpe antiqtatis cōsuetudo sublata est, dum, inqt, vt arbitror, maiora peccata pro pudore cōfessionis & subtilitate examinātium patrarent. Cōtigit quoq; sub eodem Theodosio, q Sabbatius qdā ex Iudęo Christianus factus & presbyter, affirmaret pascha secūdum Iudæorū obseruationē celebrari debere, resuscitās antiquā altercationem: sed eo adiurato, plures ep̄i regulam de paschæ festiuitate ptulerunt, q singulis liceret * quo vellēt cele

Theodosius Romæ duo scelera abstulit.

Pœna i adulteras.

Amphilochius vir admirandus.

Placilla pijssima Theodosij vxor.

Abolita vocalis confessio.

Nectarius ep̄us.

De celebratiōe paschę.

celebrare pascha, ne propter discordiā festiuitatis, diuiderēt ecclesias, de quo sub Victore papa, vt supra gñatione vij. dictū est. Vnde Eusebius in ecclesiast. hist. li. v. scribit, c. 23. ꝙ quidā quartadecima luna putabāt pascha obseruandū, qñ Iudæis agnus ꝑcipiť immolari: & tunc eo die solui debere ieiuniū, cū talis cōsuetudo in nullis alijs vnquā obseruata fuisset. ob quā causam concilia epoꝝ habita sunt, prorogatisqꝫ ad se inuicē epistolis de singulis quiqꝫ locis, vnū oēs ecclesiasticū dogma cōfirmāt, ne liceat aliter nisi in dñica die, in qua Deus surrexit à mortuis, dominicū paschæ celebrare mysteriū. ꝓfuit cōcilio Victor. extat etiā concilij apud Cæsareā habiti decretū, in quo fuerunt Theophilus Cæsareæ eps, & Narcissus Hierosolymoꝝ sacerdos. Sed cōtra epi regionis Asianæ, seruandā à veteribus sibi traditā aiunt cōsuetudinē, vt pascha xiiij. celebreť die. Refert Polycrates Philippū, & duas eius filias prophetissas ita seruasse, insuper Iohannē euāgelistā, & post illū Polycarpū martyrē, & plures alios. sed cōtra hos Victor papa literas mittit, in quibus oēs simul Quartodecimanos absqꝫ discretiōe ab ecclesia segregabat. sed hoc nō oībus placuit. Vnde Irenæus cū Galliaꝝ epis Victori scribit, cōfirmans quidē vt in dñica die resurrectionis dñi pascha celebreť: sed arguit eū nō recte fecisse, abscindere à corporis vnitate tot & tantas ecclesias Dei, q̄ morē antiquitus sibi traditū custodirēt. Nō solū, inquit, de die paschæ agiť, sed & de ipsa specie ieiunioꝝ. quidā em̄ putāt vna tantū die obseruari debere ieiuniū, alij duobus, alij vero pluribus, nōnulli *in quadraginta, ita vt horas diurnas nocturnasqꝫ computantes, diē statuant. nihilominus omnes isti, etiā cū variarēt inter se ipsos, tamen pacifici fuerunt nobiscum semper & sunt, nec dissonantia ieiunij fidei consonantiam rupit. Ita scribit Victori, ꝑdecessores suos aliter obseruantes nō repulisse, asserens B. Polycarpū sub *Aniceto Romā venisse, ac inter eos de hac quæstione ita certasse, ꝙ nec Anicetus Polycarpo suadere poterat, vt nō obseruaret ea, q̄ nouerat Iohannē discipulū dñi obseruasse: neqꝫ rursus Polycarpus Aniceto persuasit ea deserere, q̄ ille dicebat à se maiorū more seruari. & cū hæc ita se haberent, cōmunicabant tñ sibi inuicē, & plena fide, pace integra & firma charitate discedebant, vt oīs ecclesia siue q̄ ita pascha, siue q̄ nō ita obseruaret, inter se tñ concordiā custodirent. Hæc Eusebius. Cōcordat Socrates in Tripartita: Quia, inquit, ex cōsuetudine quadā per prouincias celebrať pascha, id nō variat in fide. Nā in ipsis ieiunijs aliter apud alios inuenies obseruari. Ro. em̄ tres ante paschæ septimanas, ꝑter sabbatū & dominicā, sub cōtinuatione ieiunāt: Illyrici vero, *Alexandria q̄qꝫ, ante sex septimanas ieiunant, & quadragesimā vocāt. Alij ante septē paschæ septimanas, ieiunioꝝ faciunt initia, & tres tantūmodo septimanas, hoc est, quinis diebus ꝑ intermersiones aliarū duarū septimanarū ieiunātes, nihilominus quadragesimā vocant. sed etiā ciboꝝ abstinentiā non similē habent. nā alij omnino ab animāte se obseruāt, & alij animantiū pisces solūmodo comedunt, quidā cū piscibus vescunť & volatilibus, dicētes hæc, secundū Moysen, ex aqua habere substātiam. Alij vero etiam caulibus & ouis abstinere noscunť, quidā vero pascunť sicco pane, alij neqꝫ hoc, alij vsqꝫ ad nonā ieiunant, & sine discretione ciboꝝ se reficiūt, & innumeræ cōsuetudines apud diuersos inueniunť. vnde puto apostolos singuloꝝ hoc reliquisse sentētiæ, vt vnusquisqꝫ opereť non timore, nō necessitate q̄d bonū est. nā nec Apostolus, nec euangelia iugū seruitutis imposuerūt, sed festiuitatē paschæ & alias celebritates honorādas esse dixerūt. Scribens em̄ Apostolus ad Galatas, inquit: Dicite mihi, q sub lege vultis esse, legē non audistis? monet etiā nullatenus obseruādos dies & mēses ac annos: nullus, inquit, vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte festiuitatis, aut initio mensis, aut in sabbato, q̄ sunt vmbra futuri. Et post multa Socrates: Mihi, inquit, videť, sicut multa alia per prouincias ad cōsuetudinē venerūt, sic & paschæ festiuitas tradita est, eo ꝙ nullus apostoloꝝ aliquid hinc sanxisset. De his vide etiam q̄d scripsi gñatione vij. sub Victore. Per idē tempus mortua Placilla, necessitate ductus Theodosius, *illationē imposuit, quā Antiocheni nō ferētes, indignati, imaginē Placillæ ex furore deponūt, atqꝫ per plateas trahunt. Quo cōmotus Theodosius, misit milites ad incendiū vrbis, & ꝙ vastata, vicus fieret, priuilegia q̄qꝫ ei abstulit oīa. & dū ita sæuirent qui missi erāt, Macedonius vir sanctus & simplex, habitās in montibus, accurrit: & equitātes per vrbē duos exercitus magistros, descēdere iussit. primū derisus, postq̄ intellexerūt de opinione & fama viri, descendunt de equis: quibus ille: Dicite, inquit, imperatori, quia non solū imperator est, sed & homo: ideo non solū penset imperiū, sed & naturā humanā, & ꝙ homo ad imaginē Dei factus est, si ita moleste fert iniuriā factā imagini vxoris, q̄ vitā non habet, an non molestior Deo erit iniuria imagini suæ facta viuēti? possunt etiā hoīes ꝑ imagine vxoris plures reponere, sed ad vitā resuscitare imaginē Deo potest homo nullus. his dictis, relatio fit ad principem, qui, vt erat

Irenæus eps

Varia ieiunij obseruatio.

De iniuria Placillæ facta.

Macedonius vir pius.

Ossa sanctorũ translata

religiosissimus,veniã libenter Antiochenis concessit. Anno 360.gñatione xiij.ossa S.Andreæ apostoli,& Lucæ euãgelistæ & Timothei,Cõstantinopolim trãslata sunt. Anno 361.Paulinus Treuirorũ epus in exilio obijt,Hilarius Pictauieñ.à Constantia in Phrygiã relegatus est cũ Dionysio Mediolañ.& Eusebio Vercelleñ. Anno dñi 362.Augustinus nascitur. Anno 363.Cõstantius moritur. Anno 364.Claudius Iulianus accipit imperiũ,anno sequẽti occidit. Anno 366.Iouinianus imperator eligitur. Anno 367.Valẽtinianus imperator appellatus est.Eodẽ anno Valẽti fratri regnũ orientis dedit,pro se occidẽtale retinẽs. Anno 368.Damasus papa efficit,& cõtra eũ Vrsicinus eligit. Anno 369.lana pluuiæ permixta pluit. Anno 370.Hilarius Pictauieñ.obijt. Anno 371.Athalaricus rex Gotthorũ Christianos in sua gente persequit. Anno 372.Eusebius Vercelleñ.& Lucifer Caralitanus obierũt. Anno 373.Valẽtinianus Saxones perdomuit cæde in Frãcia. Anno 374.Didymus claruit.

Didymus.

hic cũ prima ætate elemẽta literarũ ignoraret,luminibus orbatus,maiori desiderio veri luminis inflãmatus est,p̃cabat assidue vt illuminationẽ cordis acciperet.adhibebat laborẽ ac studia ad audiendũ,ita breui in tantã diuinarũ humanarũq; rerũ scientiam peruenit,vt scholæ ecclesiasticæ doctor existeret,ab Athanasio cæterisq; sapientibus probatus,sed & in cæteris * siue dialecticæ, geometriæ, astronomiæ & arithmeticæ disciplinis ita erat peritus,vt nullus vnq̃ philosophorũ aliqua ex his artibus proponens,cõcludere eũ quiuerit.eius scripta in magna oĩm admiratiõe habent.hũc B.Antonius semel cõsolatus:Nihil,inquit,offendat te Didyme,q carnalibus oculis videris orbatus.desunt eñ tibi oculi q̃s mures & muscæ habẽt,sed lætare q habes oculos q̃les angeli,& q̃bus Deus videt,per q̃s lumen sciẽtię accẽdit.Hunc Didymũ Hieronym⁹ lib.de viris illustribus valde cõmendat. Anno 375.B.Martinus Turonis epus ordinat. Anno 377.Valentinianus,rupta vena nuper incisa,morit. Anno 378.Basilius Cæsareæ Cappadociæ claruit. Anno 379.Athanasius migrat ad dñm. Anno 380.Gotthi ab Hunnis expulsi,diffunduntur per Thraciã. Anno 381.Gotthi fame compulsi,rebellãt Valenti,& occidũt. Anno 382.Gratianus imperium suscipit cũ fratre Valentiniano.Eo tempore apud Mediolanum Ambrosius emicuit, apud Bethleem Hieronymus,Martinus Turonis,Gregorius Nazianzenus signaculum castitatis integrũ custodiens,cũ philosophiæ studijs adhuc iunior apud Athenas floreret,vidit per soporẽ duas decoras dextra læuaq; fœminas consedentes,familiarius eũ complectentes:Ne moleste accipias,vna inquit:altera ex nobis sapientia,altera castitas,missæ sumus habitare tecum.De eo Rufinus lib.xi.ecclesiasticæ historiæ:Gregorium Cappadocia cũ Basilio germinauit,ambo nobiles,ambo Athenis eruditi,ambo adiutorio Dei digressi,ad profitendum rhetoricam rogabantur,quod opus magnifice impleuit Basilius.Gregorius vero magnificentius contemnebat,quiq; cum se totus Dei seruitio mancipasset,tantũ de collegæ amore p̃sumpsit,vt sedentem Basilium de doctoris cathedra deponeret, ac secũ ad monasterium manu iniecta perduceret.

Gregorius Nazianzenus.

Basilius.

Igitur post annos xiij.quibus in eodẽ diuinis literis inhiabant,Basilius Cæsareæ Cappadociæ eps factus est.Gregorius vero Nazianzon apud oppidũ in locum patris episcopus subrogatus,hæreticorũ turbinem fideliter tulit.fuit autem tantæ autoritatis inter antiquos,secundum Thomam in prima parte,vt nullus ausus fuerit reprobare sentẽtias vel dicta eius. Anno 383.S.Basilius obijt Cæsareeñ.episcopus. Anno 384.celebratũ est cõciliũ Constantinopolitanũ cõtra Macedoniũ sub Damaso papa, Gratianoq; & Theodosio impp.Damasus obijt. Anno 385.Syricius papatũ suscipit.eo tẽpore Priamus & Antenor imperabãt Francis. Anno 386.Theodosius Arcadiũ filiũ cõsortem regni facit. Anno 387.Maximus tyrãnus ex Britannia in Gallias veniens,regnũq; vsurpans,Gratianũ apud Lugdunũ occidit. Anno 388.Theodosius imperiũ Rom̃.obtinuit,Gratiano iam occiso apud Gallias,ac Valentiniano fugato. Anno 389.Theodosius Valentinianum restituit. In hac quoq; generatione Priscilianus in Hispania epus ecclesiam perturbabat,personas S.Trinitatis cõfundebat,eundẽ dicens esse patrẽ,qui & filius,qui & spiritus sanctus,quod pertinebat ad hæresim Sabellianorũ.sed & alios errores habebat.carnium eñ escas pro immundis tenebat,coniuges viros à nolentibus fœminis separabat,& econuerso.opificiũ omnis carnis non Deo vero & bono,sed angelis malis assignabat,animas eiusdẽ naturæ & substantiæ esse dicebat,cuius est Deus,& eas ad agonẽ quendã spontaneũ,non tñ in terris exercendũ,per septem cœlos & per quosdã principatus gradatim descendere, & in malignũ principem incurrere,à quo mundũ istum factum esse dicebat,atq; ab hoc principe p̃ diuersa carnis corpora seminari:hoĩes vero fatalib⁹ stellis colligatos, corpusq; nostrũ secundũ xij.signa cœli compositũ esse dicebat,cõstituens arietem in capi-

Priscilianus hæreticus.

capite,taurũ in ceruice,geminos in humeris,& sic deinceps.Sup his audiẽdus in cõci liis epo℞,Romã petiit,ibiq́; à sanctis Damaso & Ambrosio repudiatus,in Galliis q̃q; à S.Martino & aliis epis in synodo Burdegalensi hæreticus iudicatus.Vbi vero se damnandũ intellexit,Maximũ imperatorem appellat,à quo auditus & episcopatu pulsus,Treuiris ab Eunodio p̃fecto perimit cũ multis sequacibus suis,edicẽte imperatore,vt huius sectæ cõplices in Hispania perimerent.deinde episcopi Hispaniæ Ithaciũ & Vrsatiũ epos accusatores Prisciliani,cõmunione ecclesiæ priuãt,nefas esse dicẽtes,cuiuscũq; modi hominẽ epo℞ accusatione necari,Maximo imperatore & quibusdã epis Ithaciũ & Vrsatiũ defendentibus.Et hac de causa S.Martinus à Maximo imperatore molestabat,quia nolebat cõmunicare Ithacianis.vix tñ obtinuit,vt Priscilianistæ alii nõ occiderent. Anno dñi 389.cũ Maximus Britanniã occupasset,& postea Galliã,in qua Armoricã,Britanniã minorẽ vocauit,& occiso Gratiano,Valẽtinianoq́; fugato,ex Britannia insula multa millia puella℞ in Armoricã traduci iussit,vt ibi generarẽt,& nõ veniret cõmerciũ sanguinis in Gallos,hæ oẽs aduersis ventis perierunt,propter quod consanguinei earũ rebellabãt.sed paulo post Maximus ipse occisus est à Theodosio ob necem Gratiani.Deinde Britannia aliquandiu regebatur per Gnanium regem *Hunnorum & Melgam Pictorum. Maximi interitus.

GENERATIO XIIII.

ANno dñi 390.à condita vrbe 1149 incepit xiiii.gñatio,anno imperii Theodosii tertio,& Syricii vrbis Romæ episcopi quarto anno.Quo tẽpore Iohãnes Damascenus claruit presbyter & monachus.hic ab infantia literas Græcas didicit,& omniũ liberaliũ artiũ scientiã breui tẽpore appræhendit,p̃cipue tñ in amorem Dei ac gloriosæ matris eius exardescens,de beata virgine horas q̃tidie persoluit.aliquanto post à Sarracenis capit,ac p̃da cuidã p̃potenti distribuit:qui vt vidit eũ eruditissimũ,filiũ quẽ habebat,eidẽ tradidit imbuendũ.ille puerũ humiliter suscipiẽs,in artibus liberalibus,dictando,scribẽdo,legendo & cantando,doctissimũ reddidit.Porro imperator Theodosius vt comperit Iohãnis Damasceni rapinã,informatus deniq; de illius viri probitate,doctrina,singulariq́; p̃eminẽtia,mittit ac impetrat p̃cibus & minis illum sibi cõdonari.Quo ægre obtento,imperator iuxta suã voluntatẽ Iohanni monasteriũ,in quo cũ fratribus Deo quiete seruiret,in vrbe cõcessit,vbi vitã duxit sanctissimã,adeo vt & ipse imperator frequẽter ad eũ veniret,& de statu regni ac salute aïæ secũ tractaret.Verũ iuuenis ille quẽ docuerat in Perside,nequitiæ spũ exagitatus,& forte ꝙ ipsum Iohannẽ de vocatione habebat suspectũ,epistolã iuxta dictamen magistri & manũ,prout optime nouerat,cõposuit,scriptamq́; Cõstantinopolim furtiue misit.& in palatii loco,vbi citius à ministris videri posset,reponi fecit.Erat aũt tenor hmõi:Dilectis amicis qui sunt in Perside,Damascenus Ioh.salutẽ:Noueritis imperatorẽ robur exercitus ad diuersa bella in natiões misisse,vrbẽq; regiã & finitimas regiones vacuas esse.quare securi venite,& victoriã vobis paratã,absq; mora viriliter obtinete.Inuẽta est igit epistola,& mox imperatori tradita,forma ac character scribẽdi,dictamẽ & nomẽ Iohãnis cõueniũt.vnde subito tanq̃ proditor vinctus,adducit.Tũ imperator facto silẽtio,suspirãs ait:O nequissime,bñficiis meis ingrate,malũ mihi pro bono reddidisti,& quantũ in te est,patriam prodidisti.ostẽsaq́; epistola,iubet rñdere.visa epistola,fateor o imperator,formã scribẽdi ac genus dictãdi meũ hoc eẽ:sed testis est mihi Deus,ꝙ oĩno hanc nõ feci.Cũq́; oẽs in eũ perstreperẽt,iudicio sistit,& quia amicus ante fuerat imperatoris,manus dextra sibi amputat.Quo facto,gr̃as Deo egit.manus truncata,suspensa est ad portã monasterii eius.ille mox imaginẽ B. Mariæ sibi familiarẽ accedit mancus.extento brachio,pie cũ virgine Maria rixatur:Hæccine nro℞ p̃mia merito℞?hæccine tuo℞ beatitudo seruo℞?Esto,o dña,pro meritis me flagellari voluisti:sed vt qd permisisti instrumentũ officii tui penitus truncari,q̃ laudes Dei ac tuipꝯius cõsueui perscribere?Et cũ talia sæpius lamẽtando peroraret,nocte quadã regina virginũ affuit cũ ingenti lumine,hilari facie:Quid ais,inquit,puer meus fidelissime?heu,inquit ille,o dña,quid me interrogas?ecce ad meũ,immo ad tuum dedecus pendet abscissa clientuli tui manus.At illa:Cõfortare,inquit,fili in dño,manũ tibi restaurare potest,qui totũ hoïem plasmauit ex nihilo.His dictis,ecclesiã petiit.manũq́; delatã eius brachio restituit.Tũc ille gr̃as ineffabiles agẽs.prima luce fratribꝰ cõuocatis manũ ostẽdit,eosq́; secũ ad glorificandũ Deũ inuitauit,Missam solennẽ de virgine Maria celebrauit.Imperator,audito miraculo,pedes ad eũ venit,& ore manũ illius deosculãs,veniã petit:& si quẽ cognosceret,qui suũ dictãdi genus & formã haberet,perquirit.mox Iohãnes memor illius quẽ instituerat,seriẽ rei retulit:& sic inquisitione facta,veritas calumniatoris voce innotuit. Anno dñi 391.Augustinꝰ

Iohãnes Damascenus.

Damas. per literas discipuli prodit.

Manus Damas.amputatur.

Maria Damasceno manũ restituit.

Augustini historia.

gustinus ad fidē cōuersus ab Ambrosio, baptizat, ex Carthagine honestis parentibus natus. hic in adolescentia liberalibus artibus ita plene fuit eruditus, vt summus philosophus & rhetor luculentissimus haberet. Et de se in lib. cōfessionū ait: Oēs libros artiū, quas liberales vocāt, quoscunq; legere potui, per me legi & intellexi: & quidqd est de arte disserendi, de dimēsionibus figurarū, & de musicis & numeris, sine magna difficultate nullo tradente intellexi. scis tu dñe Deus, qa celeritas intelligēdi ac discendi, tuū donū est. verū qa sciētia sine charitate inflat, nō ædificat, ex gentilitatis errore incidit in hæresim Manichæorū, qui ponūt duo principia rerū, Deū scilicet autorē visibiliū, diabolū inuisibiliū, qui etiā asserūt corpus Christi nō fuisse verū, sed phantasticū. i. aereū, in q̄ errore permāsit ix. annos. Cū aūt esset annorū xix. ex libro Ciceronis exhortatorio ad philosophiā, magno affectu inuitabat ad cōtemptū mundi, & ad vacandū sapientiæ: refragabat tamen q̄ ibi nō reperit nomen IESV, quod à lacte matris imbiberat, cœpitq; ei vilescere vanitas mundi. Mater eius Monica, defuncto viro, quotidie flebat pro errore filij. quadā aūt die cum oraret mœrens, videt se stare in quadā linea lignea: cui apparens pulcherrimus iuuenis, quæsiuit causam tristitiæ. quæ respondit: Perditionē filij mei deploro. Cui iuuenis: Esto secura, quia vbi tu, ibi ille. Respiciensq;, vidit Augustinū iuxta se in linea illa. Cum illa Augustino retulisset gaudens, respondit: Falleris mater: nō sic tibi dictū est, sed vbi ille, ibi tu. Econtra illa: Nō, sed vbi tu, ibi ille. Et cū pia mater sedula esset pro conuersione filij, accessit ad quendā episcopū sanctum, rogans vt loqueretur filio de illo errore, ac oraret pro ipso. Ille respondit: Adhuc inflatus est nouitate illius erroris, sed legens, inueniet quanta sit impietas eius. Et cum illa lachrymis adhuc instaret importunius, respondit epūs: Vade secura, impossibile est q̄ filius tantarū lachrymarū pereat. Postq̄ aūt multis annis Carthagine rhetoricā legisset, clam matre nauē adscēdēs, Romā profectus est. paulo post Mediolanenses obtinuerūt, q̄ eis ab vrbe missus est Augustinus, vt legeret in rhetorica. Antistes erat eo tēpore Mediolani B. Ambrosius. hoc vt mater Augustini intellexit, secuta est filiū vsq; Mediolanū. Frequētabat aūt Augustinus sermones Ambrosij, qui cū quadā die diutius cōfutabat hæresim Manichæorū, sic euacuauit eā optimis rationibus, vt Augustinus ex toto hæresim illam à mente sua abdicauerit. Venit post ad Simplicianū, qui sibi suasit baptismū suscipere, inde cū Alipio disputat amicissimo, & audiens S. Antoniū eremitam tanta pollere sanctitate, facie immutata ait: Quid patimur? surgunt indocti & rapiunt cœlū, & nos cū nostris scientijs dimergimur in profundū. mox dimisso Alipio, solus intrauit hortū ipsius domus, ac nūc flebat, nūc se increpabat. de quo li. confess. c. 8. Ego adolescens dixi, dñe, da mihi castitatē & cōtinentiā, sed nō modo, timebā enī ne me cito exaudires, & sanares à morbo cōcupiscentiæ, quā malui explere q̄ extingui. Subiungit paulopost: Et dū flerem amarissima contritione cordis, ecce audiui vocē cū cantu dicentē quasi pueri: Tolle, lege: tolle, lege. Et statim represso lachrymarū impetu, surrexi, nihil aliud interpretās, nisi diuinitus iuberi vt aperirē codicē & legerē, redij, & arripui codicē, ac legi in silentio capitulū, quo primo cōuersi sunt oculi mei: Non in comessationibus & ebrietatibus, nō in cubilibus & impudicitijs, nō in cōtentione & æmulatione; sed induimini dñm Iesum Christū, & carnis curam ne feceritis in desiderijs. Nec vltra, inquit, volui legere, nec opus erat. statim enī diffugerūt oēs tenebræ, & cōuertisti me ad te, vt nec vxorē quærerē, nec aliā speciem seculi. Super quo dicit Fran. Maronis: Cū B. Augustinus ad carnis fuisset lubricitatē inclinatus, per talē lectionē fuit sanatus. Demū adueniente solēnitate paschali, baptizatus est à B. Ambrosio cū iam esset 30. annorū, cū Adeodato filio suo, & amico Alipio. Tunc (vt fert) Ambrosius inquit: Te Deū laudamus. & Augustinus respondit: Te dñm confitemur. & sic alternatim ipsum hymnū vsq; ad finē ediderunt. Reliquit ex hoc tēpore omnē spem & solicitudinē seculi, pauloq; post remeabat ad Aphricā, quē Valerius Hipponeū. epūs accersijt, & presbyterū ordinauit, ac p̄dicatorē verbi Dei instituit. Eodē tēpore Fortunatus presbyter Manichæorū, versutia plurimos seducebat, quē S. Augustinus publice disputās superauit. sed Faustū aliosq; Manichæos & Donatistas reuincebat, propter q̄d ei insidiabant, p̄dicabantq; nō esse peccatū eum occidere, sed remissionē peccatorū. Timēs Valerius, ne aliq̄s suæ ecclesiæ auferret, impetrauit ab archiepiscopo Carthagineū. vt ipse cederet episcopatui, & Augustinus p̄ficeret ecclesiæ Hipponēsi. Ita cōpulsus est epm̄ agere, q̄d postmodū fieri nō debuisse intellexit, vt scilicet viuente episcopo ordinaret, propter vniuersalis cōcilij prohibitionē, quā post ordinationē didicit. Vnde sategit in cōcilio episcoporū, vt oīa statuta patrū, ordinādis deberēt ab ordinatoribus intimari. Ipse aūt de se dixisse legit: In nulla re sentio mihi dñm sic iratū, sicut in hoc, cum vix dignus essem poni ad remum, posi-

Monica Augustini mr̄.

Aug. baptismus.

Disceptatio August. cū Fortunato.

positus sum ad amplustrem in apice regiminis ecclesiæ. Clerici ecclesiæ suæ viuebāt in cōmuni, & ab eo dicit ordo canonicorum regulariū habuisse initiū, de quo 12.q.1. No lo & *certe. Vestimēta eius nec abiecta nimiū, nec nitida plurimū erāt. mensa frugali & parca semper vsus est, circa quā scriptū erat: Quisquis amat dictis absentum rodere vitam, Hanc mensam vetitam nouerit esse sibi. Pauperum semper memor erat, vt si necesse esset, sacra vasa in id opus conflaret, à beato edoctus Ambrosio. cōsanguineis ita prouidit, nō vt diuitias haberent, sed aut nō, aut minus egerent. fœminarum nullam, nec etiā germanā, secū habitare permisit. nunq̄ cū muliere solus loqui volebat, nisi secretū aliquod interueniret. raro pro aliquo literis vel verbis intercedere volebat, recolens quendā philosophum cōtemplatione famæ, amicis multa nō pētiisse, sed extorsisse: & sæpe dicebat: Potestas q̄ petit, pmit. Cum aūt id faciebat, sic stylū tēperabat, vt onerosus nō esset, sed mereret vrbanitate dictaminis exaudiri. Volebat aūt magis inter ignotos, q̄ notos, causas audire. Tria documēta refert se Augustinus ab Ambrosio recepisse: Primū, ne cuiq̄ coniugiū procuraret: secundū, q̄ militare volentē non commendaret: tertiū, *ad conuiuiū inuitatus non accederet. ratio horū, ne inde malū eueniret. Et tandē cū esset annorum 76. anno episcopatus sui 45. Vandalis ciuitatē Hipponensem obsidentibus, migrauit ad dñm. Sed Hermannus Cōtractus scribit, Augustinū mortuū anno episcopatus sui 40. Claruit his tēporibus Orosius, qui libros historiales scripsit 19. de *hormesta. i. miseria mūdi. petente vel iubēte Augustino. hic liber cōmendat xv. di. Sancta. Erat similiter his tēporibus Rufinus pśbyter Aquileień. de quo Heraclites ait: Erat Rufinus nobiliū morū, & in singulari proposito satis fortiū, quo nullus mansuetior & placidior, *tanq̄ omnia sciens, quē etiā dicit apud Hierosolymā cū S. Melania 37. annis degisse, pauperes & peregrinos sumptibus proprijs fouisse. Verū quia Hieronymus notauit eū de libero arbitrio nō catholice sensisse, in qbus ergo Hieronymus arguit eū dictis seu sentētijs, ecclesia eū reprobat di. 15. sancta Ro. aliàs approbat. Scripserūt Hieronymus & Rufinus in alterutrū inuectiuas, vbi in fine dicit Hieronymus: In vno tibi cōsentire nō potero, vt parcā hæreticis. si hæc est causa discordiæ, quā habes erga me, mori possum, tacere nō possum. Transtulit Rufinus lib. Eusebij Cæsareeń. ecclesiasticā historiā, & duos libros addidit. Per idē tēpus respub. turbabat. In occidēte grammaticus quidā noīe Eugenius, relinquēs scholas suas, in palatio militabat, eratq̄ imperatoris antigraphus, & propter eloquentiam à multis honorabat. Tunc ergo, vt fertur, nō mediocriter cogitās, cooperatorē assumpsit Arbogastē, de minoribus Gallijs ortū, militaris ordinis ducē. Quo facto, declinauit ad tyrannidē. igitur vterq; cōtra imperatorē Valentinianū neces machinabātur, cubicularios corrumpētes eunuchos, qui tandē tyrannorum iussu principē dormientē suffocarūt: q̄d dum Eugenius Hesperiæ agens intelligeret, imperiū tyranno dignū ratus, inuadit. Hæc audiens Theodosius imperator, rursus solicitudinibus obstrictus, secunda certamina post Maximū pparabat: cōgregansq̄ militarē virtutē, & Honoriū filiū designās imperatorē, sicut & Arcadiū prius etiā designauerat, denuo ad partes Hesperias magno studio festinabat. Interea euentū belli cōsiderans, misit in Thebaida ad Iohannē eremitā tunc pścientia clarū, ad quē destinauit Eutropiū eunuchū sibi fidelissimū, vt aut eum, si vellet venire, deduceret: aut nolentē, de belli euentu cōsuleret. at ille venire recusans, renunciat tñ, bello eū victurū, & post victoriā in Italia moriturū. Relictis igit Theodosius ambobus filijs Cōstantinopoli, paruo tempore venit manu maxima ad Gallias, vbi iam multa millia habebat tyrannus exercitus: & cū in quodā monte oratoriū inuenisset, illa nocte dño supplicabat, & circa gallicantū soporatus, vidit, quasi iaceret in campo, & adstarēt ei duo viri vestibus albis, & equis cādidissimis residētes, eumq̄ iubētes habere fiduciā, & diluculo armare militē, dicebant se pro solatio destinatos, quorum alter Iohannē euangelistā, alter se Philippum dicebat apostolū. Hoc viso, nequaq̄ ab oratione cessauit, & lachrymas vberiores effudit. q̄ visio etiā cuidā militi reuelata est, & cū fama percrebuit: Nō, inquit, propter me hęc iste vidit, sed ne quis crederet, quia finxi q̄d ego vidi. Nā primo hoc mihi dñs ostēdit. Fit ergo cōgressio circa fluuiū vocabulo Frigidū. vnde & in qua parte Ro. contra Rom. pugnabāt, bella diu erant æqualia. tandē auxilia barbarorum ab imperatore conducta, terga dabāt: vnde Eugenij potior esse cœpit exercitus. q̄d vidēs imperator, in maximā venit æstuationē. prostrauit se in terrā, adiutorē inuocans Deū. & frustratus non est: vehemēs nempe turbo ventorum à parte Theodosij in ora hostiū ruit. qui & ab eius parte spicula missa valenter hosti infligeret, & hostiliter repelleret. nec mora, victor euasit Theodosius. Eugenius captus & interfectus est, Arbogastes sua se manu percussit. pmiserat aūt prius Theodosius 10000. auxiliatorum Gotthorum, quæ ab Arbogaste fundi-

Augustini mores.

Obitus Augustini.

Orosius.

Rufinus.

Eugenius.

Honorius designat Imp.

Ioh. anachoreta de victoria cōsultus.

Eugenius & Arbogastes interfecti.

funditus deleta sunt,quos vtiq; Theodosio perdidisse,magis lucrũ,q̃ detrimentũ fuit, ad cuius laudẽ ob insignẽ victoriã poeta Claudian⁹ ita cecinit:O nimiũ dilecte Deo, tibi militat æther,Et coniurati veniũt ad classica venti.Igit Theodosius Mediolanũ veniens,post laborẽ publicum corpore fatigatus,ægritudinem incurrit,& sperans se moriturũ,de repub.cogitauit.filiũ itaq; Honoriũ de Cõstantinopoli vocauit,ordinare volens partes Hesperias.Cumq; venisset,breui post hoc annũ ætatis agens 50.in pace apud Mediolanũ rebus excessit humanis,Arcadiũ in oriente,Honoriũ in occidente imperatores cõstituens.at corpus eius eodẽ anno Cõstantinopolim translatũ atq; sepultũ est anno dñi 398.Fuit aũt Theodosius propagator reipub.atq; defensor eximius,moribus & corpore Traiano persimilis.ministeria lasciua,psaltriasq; comessationibus adhiberi lege prohibuit.literis mediocriter doctus.irasci sane rebus indignis,sed subito flecti.interdũ seuera habens p̃cepta,vnde consiliũ accepit à doctore maximo,qui cũ vidisset eũ facile commoueri,ne asperũ aliquid statueret,monuit,vbi irasci cœpisset,xxiiij.Græcas literas memoria recenseret,vt illa concitatio quæ momenti est,mora languesceret.Colloquia erãt illi pro personis,studia pro dignitatib⁹, sermones cum grauitate iucunda.Huius & apud homines mansuetudo,& quãta exstiterit apud Deũ deuotio,hoc vno monstratur exemplo:In ciuitate Thessalonica dũ esset,orta est seditio:& quidã ex iudicibus tracti & lapidati,& vnus ex militibus quẽ ille dilexit,occisus est.Indignatus Theodosius ac furore ductus,ad ludos circenses iussit inuitari ciues,& repente in eos irrui,nocentes cum innocentibus occidi.occisa feruntur tum septẽ millia hoĩm.Hoc audiens S.Ambrosius Mediolaneñ.ep̃us,ægre tulit:& dũ imperator illuc venisset,ecclesias ei prohibuit,stans ante ianuas ac dicens: Nescis imperator,à te perpetratæ necis quãta sit magnitudo?& si forte recognitionẽ peccati prohibet potestas imperij,decet tñ vt Ro.vincat potestatẽ.coæqualiũ es imperator & cõseruoꝝ.vnus est eñ dñs oĩm,qbus ergo oculis adspicies cõis dñi tẽplũ? qbus calcabis pedibus illud pauimentũ?quõ extẽdes manus,ex qbus adhuc stillat sanguis?noxius quõ suscipiet sanctũ dñi corpus?qua p̃sumptiõe poculũ p̃ciosi sanguinis percipies ore,dũ furore sermonis tãtus iniuste sanguis effusus est?recede igit,recede, ne secũdo peccato priorẽ nequitiã cõtendas augere.suscipe vinculũ q̃ te dñs oĩm ligauit,est eñ medicina sanitatis.His sermonib⁹ imperator attonitus,& qa erat diuinis eruditionibus nutritus,humiliter obediuit,gemẽsq; & flens ad regalia remeauit.Cũq; octo mẽses trãsissent,appropinquauit natiuitas saluatoris.imperator aũt cõtinuas lachrymas impẽdebat.ingressus ad eũ magister militiæ Rufinus singulari fiducia,cũ videret eũ lamẽtari,lachrymaꝝ causam requirit.At ille ingemiscẽs:Tu,inquit,ludis,& mala mea nõ sentis?ego calamitatẽ meã gemo,qa mẽdicãtibus aperta sunt tẽpla Dei, vt propriũ dñm adorẽt:mihi vero ingressus in id nõ est,& insup cœli clausi sunt.Ad hæc Rufinus:Curro,& põtifici p̃cibus persuadeo,vt soluat vinculũ q̃ te ligauit.Ait imperator:Nõ suadebis Ambrosio,noui ego decretũ illius iustũ,neq; reuerebit imperialẽ potentiã,vt legẽ p̃uaricet diuinã.Cumq; Rufinus promitteret Ambrosiũ flectẽdũ, imperator eũ pergere cũ festinatiõe p̃cepit:ipse vero,spe data,secutus est post paululũ.Porro vir mirãdus Ambrosius,vt vidit Rufinũ,ait:Impudẽtiam canũ imitatus es o Rufine, tantæ videlicet necis autor existẽs,nec erubescis nec metuis cõtra imaginẽ latrare diuinã?Cũq; Rufinus supplicaret,& imperatorẽ vẽturũ diceret,Ambrosius ait: Ego tibi Rufine p̃dico,qm̃ sacra limina eũ ingredi prohibebo:si vero imperiũ in tyrannidẽ mutauerit,necẽ libẽter suscipio.Hæc Rufinus audiẽs,redit,monuitq; imperatorẽ ne de palatio p̃cedat.At imperator in media platea iã pergẽs,ibo,inquit, & in faciẽ blasphemias iustas suscipio.cũq; ad sacra limina p̃uenisset,Ambrosiũ in salutatorio reperit:humiliter supplicabat,vt ei⁹ vincula dignaret soluere.At ille tyrãnicã eius esse p̃sentiã aiebat,& legẽ velle calcare.Tũ ille:Nõ,inquit,insurgo aduersus ecclesiasticas sanctiones,sed te vincula mea soluere deposco,& cõis dñi pro me exorari clementiã,nec mihi ianuã claudi,quã pœnitẽtibus dñs noster aperuit.Tunc Ambrosius: Quã pœnitentiã ostẽdisti post tantã impietatẽ?Tuũ,ait imperator,est edocere & medicamina tẽperare,meũ vero oblata suscipere.Tũc Ambrosius:Qm̃ furori iudicium tuũ cõmisisti,& non ratio protulit sententiã,scribe legẽ q̃ decreta furoris euacuet.qd iuxta volũtatẽ illius imperator libẽter amplexus est.Est aũt lex hmõi:Imperator Gratianus Valẽtinianus Theodosius Augustus,Flauiano p̃fecto p̃torij Illyrici:Si vindicari in aliquos seuerius contra nostrã cõsuetudinem iusserimus,nolumus statim eos aut subire pœnam,aut excipere sententiã,sed per dies xxx.eorũ sors atq; fortuna suspẽsa sit:reos sane accipiãt vincula atq; custodia.Sic igit imperator ingredit,nõ stans,neq; genua flectens,sed pronus in pauimẽto iacens,verbo Dauidico vsus:Adhæsit,inquit, paui-

Theodosij Magni obitus.

Remedium Theodosij ad irã refrenandam.

Theodosius Magn⁹ Ambrosij obiurgationẽ nõ ægre tulit.

Rufinus magister militiæ.

Lex Theodosij de iniungendis pœnis.

pauimento anima mea, viuifica me secundũ verbũ tuum: manibus barbam capillosq́ꝫ euellens, pauimentum lachrymarũ guttis conspergens, veniam petit, cumq́ꝫ offerendi tempus adesset, surgens cum lachrymis, ingressus est: & oblatione facta, intra cancellos stetit. q̃ Ambrosius viso, qd hic expectaret, inquisiuit, imperatore rñdente, sacrorum pceptionem expectare se. Cui Ambrosius: O imperator, interiora loca tñ sunt sacerdotibus collata, egredere igitur, & cum cæteris hanc expectationẽ habe. purpura nanqꝫ imperatores, nõ sacerdotes, facit. Tunc fidelissimus imperator gratanter remandauit: Non audaciæ causæ intra cancellos mansi, sed in Cõstantinopolitana vrbe hanc consuetudinẽ esse cognoui, vnde gratias ago ꝓ huiusmodi medicina. Ego, inqt Paulus, vtriusqꝫ opus admiror: illius fiduciam, huius obedientiam: illius zeli feruorẽ, huius fidei puritatẽ. Illud Ambrosii monitũ, cũ imperator Constantinopolim veniẽs, à Nectario inuitatus vt ingrederet̃, remandauit ei imperator: Vix potui discedere quę differentia sit imperatoris & sacerdotis, vix em̃ inueni veritatis magistrũ, Ambrosium em̃ solũ noui dignũ vocari pontificẽ. Eiusdẽ q̃qꝫ Theodosii tpe apud Palęstinã natus est puer integer, sed ab vmbilico sursum diuisus, ita vt haberet duo pectora, duo capita, & q̃scũqꝫ sensus: & cũ vnus edebat & bibebat, alter nõ edebat: vnᵘ dormitabat, alter vigilabat: nõnunq̃ simul dormiebant, simul ludebãt & flebant, & vtriqꝫ pcutiebant se inuicẽ. vixerũt aũt annis ferme 2. & vnus mortuus est, alter post hoc supuixit diebus 4. in castello Emaus. Anno dñi 399. Arcadius & Honorius filij Theodosii, cõmune imperiũ diuisis tñ sedibus, annis 13. tenuerũt, Arcadius in oriẽte, Honorius in occidẽte. Reliqt aũt eis Theodosius 3. duces, qbus dum viueret, tres imperij partes gubernandas credebat, Rufino oriẽtalẽ, occidentalẽ Stiliconi, Aphricanã Gildoni: q oẽs tres ꝑfidiose agẽtes, pœnas soluerũt, ꝓut infra suis in locis dicemus. & vt clarior de singulis fiat narratio, primum de his q̃ oriẽte sub Arcadio, deinde q̃ in occidẽte sub Honorio gesta sunt, scribemus. Theodosio itaqꝫ mortuo, filij cum suis curatoribus à patre datis, imperiũ gubernarũt pacifice. cum aũt post tralationẽ corporis Theodosii, exercitus q cum eo fuit cõtra Eugeniũ, reuersus erat, Rufinus patricius Arcadio principi tẽdens insidias, Alaricũ regẽ Gotthorũ, vt Gręcias vastaret, missis clã pecunijs, inuitauit: sed detectus Rufinus, ante portas vrbis Cõstantinopolitanæ q̃si tyrannidẽ meditaret̃, à militibus decollatus est, caputq́ꝫ eius cum dextra manu ad ludibriũ ꝑ vrbẽ circũductũ est. vxore eius exulata, opes eius cũctas Eutropiᵘ spado ꝓmeruit. Pauco dein tpe trãseunte, etiã Nectarius Cõstantinopolitanus epũs defunctus est. mox ergo studia generãt̃, alijs aliũ ordinare cupiẽtibus. nouissime vero placuit, vt ab Antiochia Iohãnes euocaret̃ ecclesiæ presbyter. erat em̃ fama doctrinæ mirabilis. Intra paucũ aũt tẽpus cõmuni decreto clericorũ & laicorũ, imperator Arcadius euocauit eum. Venit & Theophilus epũs Alexãdrinus, q studebat Iohãni detrahere, & Isidorũ suũ presbyterũ ordinare. verũ palatij iudices ꝓposuerũt Iohannẽ, cõtradicẽte Theophilo. Tandẽ ꝓpositus palatij Eutropius, accusationes scriptas nõnullas in Theophilũ sumẽs, ei oñdit, dicẽs: Aut ordina Iohannẽ, aut accusationes hæ veniẽt ad examẽ. Hinc pterritus Theophilus, Iohannẽ ordinauit epm̃. Hic Iohãnes adhuc laicus, aduocationibus vacabat, non diu tñ, sed in sanctã currebat ecclesiã. tandẽ lector in ecclesia Antiochena cõstitutus est, deinde vbi ordinat̃ epũs, propter castitatis zelũ seuerior habebat̃: & ꝓpter vitæ rectitudinẽ, incautus ad futura ꝓspicere nesciebat. in cõfabulatione arrogãs à nescientibus habebat̃, in docendo erat p̃cipuus, in explanãdo egregius, ad mores coercendos optimus: & dum vitam clericorũ repente corrigere voluit, oẽs in suum odium cõcitauit. cũcti eum velut furiosum declinabant, & apud oẽs ei detrahebant: & qa nunq̃ aliquẽ ad prandiũ inuitauit, nec ab aliq̃ inuitatus ibat, dicebant eum hoc ideo facere, qa turpiter manducaret. alij ꝓpter exquisitũ epularũ vsum hoc fieri dicebant. r̃euera aũt vt Palladius domesticus eius scribit, ob dolorẽ capitis* obscœnus erat, nec oẽs cibi cõueniebant: tum plerũqꝫ cibi oblitus, ad vesperam ieiunabat, partim occupatus ecclesiasticis curis, partim spiritalibus intelligẽtijs abstractus. sed & ad euitandũ risus ac vaniloquia. p̃terea ciuitatis ingenia cõsiderabat, cogitans se oportere esse vt Christi dispensatorẽ, aut dignitates oẽs ex æq̃ honorare, aut se subijcere nemini, & ꝓpter hæc solus edebat. Cumqꝫ odio haberet eum Theophilus, constantiam eius irrepræhensibilemq́ꝫ fiduciam intuens, expectabat, immo obseruabat eum, donec incurrebat odiũ q̃rundam aulicorũ, cleri q̃qꝫ, & in primis reginæ Eudoxiæ, q̃ illum ob sermonẽ, in q̃ mulieres vituperans, q̃si se denotasset, inculpabat, ita ꝙ etiam imperatori conquesta esset, dicens, cõtumeliam illatam vxori, in eum redundare. Accessit his, ꝙ ipse Iohannes Dioscorum virum sanctissimũ, ac Isidorum amicissimũ, ante à Theophilo eiectos. & ad se veniẽtes, honorabat, licet ante causæ cognitionem eis participare nollet. Ob q̃ Theophi-

Monstrum.

Arcadius. Honorius Imp. 50.

Rufinus am putat̃ capite.

Ioh. Chrys.

Theophilus epũs Alexãdrinus.

Eudoxia Iohan. accusat

ophilus indignatus,non solū vindictā in illos exercere,sed etiā Iohannē deponere q̄rebat. motusq́ꝫ impator querelis Eudoxiæ,pcepit cōtra Iohannē synodū cōuocari. accurrebāt inimici Iohannis,Theophilo cooperante:& modo non de libris Origenis, sed de Iohānis depositione tractabat. Veniētes Cōstantinopolim, q̄ter eum citabāt,q venire noluit,asserēs illos manifestos inimicos,sed synodū vniuersalē fieri pclamabat. vnde synodus dānauit eum,ex q̄ magna seditio populi exorta est. diligebāt em̄ Iohānem. verū imperator iussit pplm recedere. Inimici tunc dabant libellū accusatorium cōtra Iohannē,petebātq́ꝫ vt ad conciliū traheret inuitus. Habebat tūc Iohānes cōgregatos 40. epōs,& cum solus venire iussus esset,ad eos sermonē habuit: Orate,inqt,fratres,ac(si diligitis Christū)mei gratia nullus suam relinquat ecclesiā,orationibusq́ꝫ vestris memineritis mei. Mœrore incredibili detenti,vt scribit Palladius,q p̄sens erat,alij fundebāt lachrymas,alij osculabant eum. Sedete,inqt,& flere desinite,nec me amplius affligatis. mihi viuere Christus est,& mori lucrū. non em̄ patriarchis meliores sumus,nec pphetas nec apl'os antecellimus. Ad q̄ illi,At vices nostras lugemus,q pupilli relinqmur. Nolite,ait,plura loq. neqꝫ em̄ à me doctrina Christi accepit initiū, neqꝫ in me destituta est. nōne Moyses mortuus est? nōne Samuel? Ad hæc Elysius epūs: Sed si retinuerimus ecclesias,necessario cōmunicare cogemur & subscribere. Cui Iohānes: Cōmunicate qdem,ne scindatis ecclesiā. sed nolite subscribere. Dum hæc inter se referūt,adstabāt p foribus hi q̄s Theophilus miserat ad citandū Iohannē: qbus epi Iohāni adhærētes,dicebāt,se rn̄dere velle Theophilo,eiq́ꝫ literas mittūt,rogātes ne scindat ecclesiam,cum ante scripserit,non oportere epm̄ citra terminos suos iudicari,iuxta Niceni statuta cōcilij. subiungūt,plures p Dei gratiā sumus, q̄ synodus tua, cōgregati ad pacē ecclesiaꝝ. Nam 36. habes epōs,nos aūt 40. sumus,trāsi ergo ad nos. Veꝝ his non attentis,mittuntur qui traherēt hoīem ex mandato imperatoris,crimen læsæ maiestatis p̄tendentes,ꝗ reginā Iezabel in sermone nūcupauerit. Pellit itaqꝫ Iohānes ab ecclesia,misso ad id comite cum auxilio militū,non secus q̄ ad barbaricū p̄lium. timēs aūt Iohānes seditionē,sine resistētia se eis tradidit,vt occulte duceret ad agellos Bithyniæ. mox terrę motus factus est magnus,vnde exortus est clamor in vrbe,hoc cōtigisse propter iniuriā Iohānis eiectionē. pculsa regina timore, rogauit imperatorē, vt Iohannē reduceret. missi sunt plures nuncij ex parte imperatoris & populi, rogātes vt rediret, & ciuitati succurreret,ne seditio fieret. Reuerso occurrit populus cum cereis & lampadibus. & cū populus vellet eum in sua sede collocare,nolebat,dicens,oportere eum à synodo q̄ dānauerat,reponi. tandē importunitate populi victus,acqeuit. paulo post statua argētea chlamyde circūamicta,in platea iuxta ecclesiā S.Sophiæ ad honorē Augustæ posita est,vbi milites & pceres ludos publicos exercebāt,q̄d Iohanni plurimum displicuit,cū videret hoc ad ecclesiæ iniuriā spectare. Consueta igit fiducia rursus vsus est,& cum oporteret(vt inquit Sapiēs) principes supplicationis verbo deflectere,hoc non fecit,sed imperij sui vsus eloqo,aulicos lacerabat. q̄d Augusta ad suā trahebat iniuriam,& q̄rit vt denuo cōtra eum synodus celebret. Hoc audiēs Iohannes,illā famosam homiliā ptulit,q̄ incipit: Adhuc Herodias insanit etc. & sic magis puocauit reginam. non audebat Theophilus venire pter indignationē populi in eum,misit aūt canones q̄sdā, sic scriptos: Si qs epūs aut presbyter, iuste aut iniuste depositus,ex seipso absqꝫ synodo in ecclesiā redierit,hic iam excusatiōis nō habeat locū,sed expellat. Asserunt itaqꝫ in cōspectu imperatoris missi à Theophilo,vigore illius canonis eum debere expelli. Contradicebāt ex parte Iohannis,qui aderant,asserētes canonē illū ab Arrianis editum & inualidū. cumq́ꝫ p̄sisterēt aduersarij importunius,canonē hunc catholicoꝝ esse autoritate episcopoꝝ editum,Elpidius epūs Laodiceæ,silentio impetrato, regem alloquitur: Nō,inquit,diutius mansuetudinē tuam vexemus, sed istud fiat: subscribant fratres nostri Achatius & cæteri,se esse illorum fidei qui illos canones ediderunt. & soluta est cōtrouersia. Imperator simplicitatem hoīs subridens,dixit: Nihil afferri vtilius potest,erat em̄ in oībus imperator innocēs. Anxij igitur aduersarij Iohannis circa huiusmodi propositionem,cum regi respondere non possent,& licet inuiti, subscribere se pollicentur inconsulte: sed egressi,mox redeunt & promissionem retractant. Quærebant igitur alia quibus Iohannem pellerent,licet incōuenientia. tum imperator fatigatus importunitate,mandat Iohanni vt ecclesiā exeat. cui Iohānes: Ego à Deo saluatore nostro hanc ecclesiā accepi in salutem populi,nec illam deserere possum. ꝗ si id fieri oīno vis, vi mecum age,vt excusationem habeam tanq̄ tua autoritate pulsus. Veritus itaqꝫ rex diem sanctam & cōmotionem ciuitatis, aduersarijs ipsius dixit: Videte ne forte nō recte cōsulatis. Tūc nimiū audacissimi dixerūt: Sup caput nr̄m sit impator Iohānis depositio. Interim Iohānis clerici vigilias inchoāt,tit⁹ baptizādo

Oratio Ioh. Chrysosto. ad suos.

Ioh. expellitur.

Episcopi cōtra Ioh. conueniunt.

rum psequentes. Tunc Lucius tribunus 40. secum habens Thraces, insilijt noctu vnà cum Achatij clericis & militibus, in dñicum gregē vibratis gladijs intra beatas aq̃s p̄sbyteros fustibus in capite feriēs, piscinā cruore fœdauit, vnde nudæ mulieres vnà cum viris q ad baptismū erāt parati, fugæ se cōmittebāt. alius manu vulneratus, abibat plorans, alius virginē verberibus trahebat, oēs ad p̄dam intenti, presbyteri & diaconi in carcerē mittuntur, haud lōge postea aduersarij Iohānis efficiūt, q͡p imperator misso notario mādat Iohāni, q̄a dānatus esset ab ep̄is Achatio & Seueriano ac cæteris, seipsum cōmendans Deo, ecclesiā egrediaŧ. Ita ep̄s Iohānes post principis iussionē discedens vnà cum ep̄is sibi fauētibus, occurrit ei vir ex ciuitate potēs, dixit: Egredere ecclesiam vir Dei, ne inuitus traharis, & populi sequatur seditio inexpianda. Tunc Iohannes q̄busdam episcopis & nonnullis vtriusq; sexus fidelibus valedicens, ait: q̃ de me sunt, finem habent, nec vltra forte videbitis faciem meam. hanc vobis ecclesiam cōmendo. Ad hæc illi cum eiulatu ad pedes eius volutabantur. tunc vnus ex presbyteris Iohannis ait, submouete vos hinc. egressus aũt ad orientalē plagā, vbi erat iumētū paratum, videns p̄stolari pp̄lm, declinat, ne fieret seditio, clam se pripiens. mox vero de medio throni, in q̃ Iohānes sedere consueuerat, flāma prosiliens, totam sedem depascitur. Iohannes aũt à militibus vnà cum Cyriaco & Eulisio in Bithyniā ducebaŧ. multi q̄q; Iohannis amici & monachi, ab eremo factione Theophili in exiliū missi sunt, & nonnulli occisi. Iohānes p̄dicans in Bithynia, animas Deo lucrifecit plurimas. sed inuidia inimicorũ inde autoritate regis ad Armeniā detrudiŧ. Anno dñi 402. Syricius papa moritur, & Anastasius natiōe Ro. subrogaŧ. sedit annos 3. hic statuit vt sacerdotes starent curui & venerabūdi dum euangeliū legiŧ, & ne peregrini & maxime trāsmarini, in clerum recipianŧ, nisi 5. ep̄orum chirographis. Anno dñi 404. synodus Alexādriæ fuit, p̄pter doctrinā Origenis, & vt cōdemnarentur libri ipsius, Theophilus fecit cōgregari ep̄os Aegypti, & Epiphaniū virũ sanctissimū ep̄m Cypri, circūuenit ac amicū fecit, qui & similiter libros Origenis dānauit. venientes Cōstantinopolim, ibi q̄dam dānationi librorũ Origenis ob reuerentiā Epiphanij subscribebāt. plurimi aũt hoc recusabāt. erat em̃ adhuc magna altercatio de doctrina Origenis. Tum Iohannes Chrysostom⁹ indignat⁹ ē, q͡p absq; regulis ecclesiasticis in ecclesia sua Epiphanius ordinationes fecerat: sed tñ rogabat, vt inter ep̄os cum eo maneret. at ille nec secū manere, nec orare rñdit, nisi Dioscorũ à Theophilo pulsum, deijceret, & dānationi librorũ Origenis se subscriberet. Iohāne hoc renitēte, Epiphanius ei detrahere cœpit, seductus à Theophilo, tanq̃ librorũ Origenis defensor esset. Cui Iohānes rñdit: O Epiphani, contra regulas multas fecisti: primū ordinationē fecisti in ecclesia mea, deinde in ea sacra celebrasti, denuo in te cōfidis, obserua ne in populo seditio oriaŧ. Hoc audiēs Epiphanius, discessit, remandās Iohāni, Spero, inquit, q͡p ep̄s nō moriaris. Ecōtra Iohānes Epiphanio, Spero q͡p ad patriā tuā nō redibis, & vtrūq; euenit. nam Epiphanius in via obijt, & Iohannes de ep̄atu depositus, in exilio vitā finiuit. admirāda siquidē Dei iudicia. nā post tales altercatiōes sanctus vterq; habitus est. Anno salutis nostræ 405. Anastasio defuncto, Innocētius natiōe Albanus, Romæ ep̄s creaŧ. sedit annos 15. Cōstituit vt sabbato ieiuniū celebreŧ, q̃ die Christus in sepulchro iacuisset, & discipuli ieiunassent. Sub hoc Innocentio pulsus est Iohannes Chrysostomus, & Theophilus autor totius mali, q̃ se purgaret, literas suas ad Innocētium misit, significans depositionē Iohannis. q̃s cum legisset Innocentius, exhorruit temeritatē Theophili, ac fastū eius ægreferēs, scripsit ad Honoriū imperatorē fratrē Arcadij, vt cōgregari faceret synodū occidentaliū ep̄orum. rogat Honorius papā, vt mittat aliq̄s ep̄os & clericos Ro. ecc. q ipsius ep̄las fratri p̄sentent. Erat aũt tenor ep̄læ Honorij ad Arcadiū: Tertio iam scribo ad māsuetudinem tuam, orans, vt quæ contra Iohannem Constantinopolitanum episcopū maligne gesta essent, corrigeres. verum id hactenus factum non est. idcirco rursum p sanctos episcopos atq; presbyteros scribo, pacis ecclesiæ auidus, & ingenti cura solicitus. pacatis em̃ ecclesiis, imperio nostro quoq; pax proueniet. Iubeas ergo episcopos orientales Thessalonicæ conuenire. nostri quippe occidētales episcopi electos viros miserunt episcopos ac presbyteros Ro. ecc. eos omni cum honore suscipias, q̃so, vt si Iohannes iuste depositus est, doceāt me ab eius cōmuniōe discedere: sin aũt deprehenderint malignatos orientis ep̄os, ab illorũ itidē cōmunione secernāt. Hoc aũt ante oīa postulo, vt Theophilū Alexandrinum ep̄m iubeas etiam inuitū adesse. p hunc em̃ mala oīa emersisse memorantur. His scriptis, accesserunt orientem versus missi. sed q̄ta sint aduersa p insidias passi, vix plene posset narrari. Itaq; tandem Innocentius papa excitauit Arcadium imperatorem pro eo, q͡p assensit depositioni & exilio Iohannis, q quidem Iohannes etiam ab Armenia interim detrusus, mittitur in desertū: & cū non posset

Lucius sæuijt in Christi gregem.

Anastasius papa.

Libri Origenis à q̄busdam reprobati.

Chrysostomi & Epiphanij obitus.

Innocētius papa.

set egredi, ductus à militibus. erat imber vehemēs, & rursum ingens æstus, q̄ ipse p̄ delicijs habebat. Tum p̄ trimestre tēpus iter difficilimū cōficientes, venerūt in templū S. Basilisci martyris, q ei apparuit nocte, dicēs: Frater Ioh. cōfide, cras em̄ simul erimus. laborabat febribus vir sanctus. sumptis ibidē cœlestibus sacramētis, corā effudit orationē, dicēs: Gloria sit Deo oīm causa. cōsignansq́; se cruce, migrauit ad dñm. Quo migrāte, grādo vehemēs in Cōstantinopolim & in oīa suburbana eius descēdit, dicētib⁹ cūctis hoc ex ira Dei p̄uenisse. q̄bus verbis fidē fecit mors reginæ, q̄ fuit magna causa eius exilij. mortua est post eum 4. die. Iohānes itaq; Chrysostomus migrauit ad dñm anno dñi 408. vocat̄ aūt os aureū, eo q̄ cum in exilio libros ecclesiasticos dictasset, diabolus atramentū q̄ scribebat, euertit: q̄ euerso, vir Dei calamū ori suo impingēs, aureas literas saliua oris fert̄ scripsisse. Innocētius papa Cataphrygas hęreticos ab vrbe depulit, Pelagiū monachū & Cœlestinū hæreseos dānauit, eo q̄ liberꝝ arbitriū gratiæ diuinæ p̄ferret, & q̄ diceret, ad implēda diuina iussa voluntatē p̄ se sufficientē esse. cōtra hos etiā multa scripsit Augustinus. Pelagius aūt in Britanniā p̄ficiscēs, totā insulā suo infecit errore. Ad hæc infantes sine peccato originali nasci decernebat, & tam insontes, q̄ insons fuit Adā ante pc̄tm̄, nec ideo baptizādos eē, vt à pc̄tō soluant̄, sed vt p̄ adoptionē in regnū Dei admittant̄: esse tn̄ eis extra regnū Dei, æternā & beatā vitā. Adā etiā dixit solum suo pc̄tō læsum fuisse, eumq́; mortuū non ex culpæ merito, sed ex cōditione naturæ, q̄a moriturus erat, etiā si non peccasset. dicebat etiā irritas esse oratiōes q̄ fiūt ab ecclesia. de hoc in ep̄la Augustini. Oriētales etiā monachos tam grauis exagitabat q̄stio, vtrū s. Deus humanū corpus haberet. simplicioribus em̄ eremitis Deū sub humano sc̄hemate esse adstruētibus, q̄a scriptura sacra narrat de facie, manib⁹, oculis & pedibus Dei, alij aūt sp̄ualiter hæc intelligēda dixerūt, & cōdemnat̄ hæresis contraria, de q̄ 24. q. 2. c. pe. Eodē etiā tp̄e, vt refert Sigisbertus, hæresis p̄destinatorꝝ cœpit serpere, q hæretici de diuina gratia & p̄destinatione disputātes, asserebāt q̄ nec pie viuentibus p̄sit bonorꝝ operꝝ labor, si à Deo ad mortē p̄sciti sunt: nec impijs obsit q̄ improbe viuant, si fuerint p̄destinati ad vitā. q̄ assertio p̄iculosa, & bonos à bonis retrahebat, & malos ad mala p̄uocabat. Hæc hæresis ex libris B. Augustini male intellectis, initium habuisse dicit̄, vt refert Anto. Ad Honoriū redeo, q anno dñi 399. Theodosio patre defuncto, occidētale imperiū gubernabat. factus sane imperator, mox ludū gladiatorium q Romæ celebrabat̄, remouit. q̄dam em̄ monachus Tilimachus p̄ hac causa venit Romam: & dum nefandū spectaculū ageret̄, & ipse intrauit in stadiū, nitebaturq́; pugnantes gladijs separare. cumq́; spectatores aduersus eū sæuirēt, & effusiōe sanguinis grassarent̄, arbitrū pacis lapidibus occiderūt. Hoc agnoscēs imperator, illū monachū q ab oriēte hac causa venerat, inter martyres numerauit, nefandūq́; spectaculū penitus abstulit. Hæc ex Tripartita historia. Interim Gildo, quē Theodosius Aphricę p̄fecerat, vt supra est dictū, cognita morte Theodosij, parꝝ spei in pueris ponens, cœpit Africam vēdicare, cuius frater Mascezel, cū esset fidelis, germani p̄fidiam detexit. Gildo aūt duos fratris filios interim occidit, cōtra quē iam vt hostē, idē Mascezel cū exercitu missus, eū in fugam vertit, & strangulari captū fecit. sed & ipse Mascezel post fratris necē impietatis ipsius imitator, imperiū affectauit, atq; p̄ eo à militibus interfectus est. Superat Stilico, quē oriēti p̄fecerat Theodosius, q erat de gēte Vandalorꝝ, socerq́; Honorij factus. fuit aūt p̄fidissimus, cōstituens imperiū filio suo Eutherio, sed non priusq̄ imperatores ita calamitatibus inuoluisset, q̄ facile eis vel occisis vel occupatis, id patrare potuisset. itaq; primū Vandalorꝝ, Sueuorꝝ, Burgundorꝝ, Alanorꝝq́; gētes excitauit cōtra Ro. imperiū. Deinde Visigotthos, q̄bus p̄esse debuerat, curauit stipēdijs priuare solitis, dolose suadēs imperatoribus illos minime fore necessarios, sperās illos ad cōtumeliā acceptā, Italiam inuasuros, sicut & factū fuit. Plinius Germaniā ex Agrippę traditionib⁹ describēs, Vandalos & eorꝝ partē Burgūdiones, vnā dicit esse ex q̄nq́; interioris Germanię partibus gentē. Alani aūt, inq̄t, etsi sint Scythę origine, in ipsis tn̄ Vandalorꝝ regionibus habitabant. Cōsentire vident̄ Sueto. Tranquillus & Cor. Tacitus, q oēs volūt Vandalos, Burgūdiones, Sueuos & Alanos, vetustam originē ex Germania habere. Est aūt Vandalia, regio & pars Poloniæ septētrionalis. fuit à Vandalo fluuio, qui regionē interfluit, cognominata. hanc regionē, vt refert Bergomeñ. imperante Cōstantio Magno, Gebrich Gotthorꝝ rex potēter inuadēs, Vandalos cum Visimar eorꝝ rege victos, à p̄prijs sedibus deturbauit, qui Vandalia relicta, noīe retēto, Pannoniam habitandam à Cōstantino impetrarūt, vbi & 40. annis imperatoribus obsequētes manserūt. verꝝ postea cum nec ibi cōfidenter p̄pter Gotthorꝝ metū diutius habitare auderēt, ad Oceanū cōfugientes, piraticam aliquandiu exercuerunt vitam. sed à Gepidis fugati, rursus Vandaliam reuersi, loca prisca incoluerunt, vsque ad Stiliconis tem-

Ioh. cur vocatus Chrysostomus.

Hæresis cataphrygaꝝ & Pelagij.

Hæresis Deum corpus asserens.

Hæresis p̄destinatorꝝ.

Honorius Imp. ludum gladiatoriū Romæ amouit.

Gildo tyrānus.

Stilico tyrānus.

Vādalorꝝ origo.

tempora, qui huiusce gentis dñium accepisse fertur. Burgundiones vero scribit Vinceñ. à Scythicis locis primũ prodijsse e Scandia insula. sed vt supra dicitur, alij partem Vandalorum fuisse memorant, Sueto. teste, & bene, & referunt ꝙ Augusti temporibꝰ ea pars Vandalorum, quibus Burgundionibus post nomen fuit, ad 80. armatorum millia vlteriores Rheni ripas insederat, quos Drusus & Tiberius Cæsares, sicut Cornelius refert, post subactam interiorē Germaniam, in sedes proprias repulerunt, & extra vrbes loca'q; munita dissiparunt. At Bergomensis in supplemento inquit: Hi populi eisdem temporibus supra Rhenum fluuiũ consederunt, sed Valentiniani principis postea temporibus ad Rhodanum fluuium descendentes, ibidem castra ponētes, locũ Burgos appellarũt, & exinde incolæ oēs appellati sunt Burgundiones. Cum'q; 2. annis eo in loco in tentorijs consedissent, nihil præsumentes, tandem à Ro. & Gallis iubentur locum cum vxoribus & liberis inhabitare. nacti itaq; domicilium secus Rhodanum, eum locum postea semper tenuere. Et refert historia Tripartita lib. 12. ꝙ pro maiori parte fuerint fabri lignorum, dum adhuc fuissent in patria. Audientes aũt Deum Ro. suis fideliter succurrere, vexati ab Hunnis, venerunt in Galliam: & à quodam episcopo baptisma petentes, qui eis 7. diebus ex indicto ieiunantibus, fidem exposuit, & baptisma concessit. ea fiducia paulo post Suptarium regem Hunnorum, dum crapulæ nimium indulsisset, habentem 10000. armatorum, cum tribus millibus aggredientes, interfecerunt. Deinde regem sibi more aliarum gentium elegerunt. hos aũt reges constat per multa secula regnasse in Celtica Gallia, vbi fuerũt hæ ciuitates, Senones, Lugdunum, Vienna. hi populi aliquando Hedui, quandoq; Burgundiones, interdum Sequani sunt appellati, hodie ducatus titulum tantummodo retinent. vnde Burgundiones Rhodanus à Gallia Rom. prouincia diuidebat, qui Heluetijs Heduis'q; ac Lingonibus finitimi erant. Rhenum deinde fluuium pro fine habēt, vnde & inter Rhodanum & Rhenum fluuios, Burgundionum ducatus quinq; dierum itineris expediti habere dicitur, in cuius medio Bisuntina ciuitas situatur, vt refert Bergomensis. Anno igitur Honorij septimo, Vandali, Burgundiones & Alani à Stilicone impulsi, Rhenum transierunt, Sueuos'q; in Heduis & circa ea loca repertos, in suam aduersus Rom. coniurationem receperunt. fuisse aũt traduntur trecenta vel (vt alijs placet) quadringenta armatorum millia. Igitur Vandali, Burgundiones, Sueui & Alani, ad diripiendas vastandas'q; Gallias sunt profecti. Burgundiones vero sedes ilico capere constituerunt apud Heduos, Vesontios, Lingones, Cabiloneñ. Matistoneñ. verius tamen videtur, ꝙ prius easdem sedes occupauerint ex supra dictis. Vandali, Sueui & Alani, relictis Burgundionibus in Heduis, in Aquitaniam transiere, oēm'q; Galliarũ partē intra Pyrenæum & Ligerim populationibus fœdarunt, conati'q; in Hispanias irrumpere, difficultate montium retenti sunt. Eodem tempore Gratianus insulam Britanniæ per tyrannidem inuasit, & à Ro. militibus mox occisus est. Constantinum quēpiam ex infima militia, sola spe noīs inducti, imperatorem elegerunt. is transit in Gallias contra barbaros, & apud Cenomanos se cōtinens, pacem cum illis tractauit, sed illusus, misit tñ iudices in Hispanias, q̃s prouinciæ obedienter receperunt, vsq; ad Dindymũ & Seuerianum Palatinos fratres viros nobiles. hi moliti magis sunt tyrāno resistere, ac se & patriam Honorio conseruare. Misit in istos Constantinus Pictos, qui ab Honorio in fœdus recepti, & in militiam Britannicam electi, Honoriaci appellabantur: eis'q; Honoriacis, duce Cōstantio filio, quem ex monacho Cæsarem fecit, in Hispanias missis, Dindymum & Seuerianum occiderunt. vnde ipsis sublatis, Honoriaci proximum Palatinorum agrum, permittente in præmium Constantio tyranno, populati sunt. Interea pagani ꝓxima Pyrenæo incolētes, ipsius mōtis saltus pro sua salute tueri annixi sunt, q̃s Cōstātius & Honoriaci viribus deturbabãt, ac Vãdalos, Sueuos & Alanos intra Hispanias admiserũt, vt eoꝝ freti auxilio, in ꝑda semel degustata possent licētius desæuire. at hi patefacto Pyrenæi claustro, horrēdas & inauditas strages hoīm cōmiserũt, vrbē Asturgã expugnarũt, Toletanũ agrũ vastauerũt. duxere inde, quo furor eos ꝑdæ'q; spes certior attrahebat. Scribit Orosius lib. 7. ꝙ gētes istæ post vastatiōes & varias cædes, q̃rum ipsos q̃q; modo pœnitet, habita sorte & distributa vsq; ad nunc possessione cōsistunt. multa, inquit, mihi de huiusmodi rebus loquēdi facultas foret. Irruptæ sunt Hispaniæ, cædes ac vastationes passę sunt. nihil q̃dem nouũ illud sustinuere à barbaris, q̃d ꝑ 200. q̊ndam annos passæ fuerãt à Ro. q̃d etiam sub imperatore Galieno ꝑ annos prope 12. Germanis euertentibus, exceperunt. Id tñ clementia Dei ꝓcurauit, vt sicut in euangelio cōmonet, Si vos ꝑsecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam: quisq; egrediens q̃ abire vellet, ipsis barbaris mercenarijs ministris ac defensoribus vteretur. hoc ipsi tunc vltro offerebant, & qui auferre omnia, interfectis omnibus, poterant, particulam

Burgundionum origo.

Palatini Dindymꝰ & Seuerianus.

culã stipẽdij ob mercedẽ seruitij sui & trãsuectiõis onus flagitabãt:& hoc qdem à pluribus factũ est. Qui aũt nõ crediderũt euãgelio, nõ dederũt locũ iræ iustæ, ac supueniẽte ira oppressi sunt. quanq̃ & post hoc q̃q; continuo barbari execrati gladios suos, ad aratra cõuersi sunt, residuosq; Ro. vt socios modo & amicos fouẽt, vt inueniant iam inter eos qdam Ro. q malint inter barbaros pauperẽ libertatẽ, q̃ inter Ro. tributariã solicitudinẽ sustinere. Hæc ille. Ex qbus elicio, Orosiũ cõmendasse Alanos, Sueuos ac Vãdalos, q̃d & in sequẽti cap. etiã innuere videt, vbi ponit Vandalorum, Sueuorum & Alanorum scripti tenorẽ ad Honoriũ. Ad Stiliconẽ q hũc accẽdit ignẽ, redeo. Anno itaq; salutis nostræ 407. Visigotthi dolo Stiliconis stipẽdio priuati, in Pãnonia secesserũt, vbi, regẽ q̃ p annos 25. caruerũt, creauerũt ex familia Baltheorum, Alaricũ noĩe, cui Radagasus & ipse Gotthus cũ ducẽtis millibus se iũxit. hi duo Thraciã & Pannoniã & Noricũ, *oẽmq; Illyricũ, ac primã Italiæ partẽ miserãdis stragibus ac direptionibus afflixerũt. Radagasus rex, q nondũ fidẽ Christi susceperat, ex cõposito repẽte totã Italiã puasit. Scytha erat, q oẽm Ro. gñis sanguinẽ dijs suis deuouerat. Hæc igit immanissima belua dũ vrbi Romæ appropinquat, pauor ingẽs Ro. inuasit, discurrũt in vrbe pagani, clamãtes hæc se ideo ppeti, q sacra deorum neglexissent, de repetẽdis colẽdisq; sacris grãdis fit q̃rela blasphemantiũ nomẽ Christi. Trãsgressus Radagasus Apœninũ, inter hæc subito diuina virtute cõterritus, in aspero Fesulani montis iugo se cũ suis recepit copijs:& qbus ante angusta videbat Italia, in vnũ & paruũ mõtis verticẽ trudũt: q cũ fame & siti laborarẽt, Radagasus spem fugæ ponẽs, clã suos deseruit: sed in hostes qui missi fuerãt, incidẽs, capit, moxq; interficit. sed & cęteri à Ro. aut capti, aut occisi sunt. Tãta tum multitudo captiuorum Gotthorum fuisse fert, Paulo teste, vt vilissimarum pecudũ modo singulis aureis vẽderent. Hoc rege occiso, Alaricus superueniẽs, Ro. cœpit vastare puincias. hic tñ Christianus erat, mãdauitq; imperatori Honorio, vt aut secũ bello cõgrederet, aut Gotthis locũ ad habitandũ in suo imperio tribueret. q̃re Honorius cõmunicato cõcilio, Gallias furori Vãdalorum tũc expositas, illis assignauit. cũ itaq; Alaricus hãc cõcessionẽ acceptasset, & Gallias petere constitueret, recreationẽ suorum aliquantisp apud Placentiã facere tẽtauit. Stilico comes reip. intelligẽs Gotthos pacis fiducia militarẽ disciplinã cõtemnere, & castris oĩno immunitis salutẽ suã nimia securitate negligere, sacrũ delegit paschæ diẽ, in q̃ partim religiõe ociosos, partim epulis & vino obrutos, ad vnum oẽs cõfodi posse non dubitat. Immisitq; Saulem ducem suum gente Hebræum, cum paratissimis copijs, qui irruit sacro die in Gotthos, magnãq; cædẽ in principio edidit. tantã tñ multitudinẽ tã celeriter cõficere nequibat, sed dilapsi qsq; hostiũ manibus, ad regis tabernaculũ cõuenerũt. Gotthi cũ nedũ cessare hostẽ, sed magis ac magis instare cõspexerãt, rabidi cõsurgẽtes, recollectis viribus, militibus Saulis mirabili pcella repressis, in fugãq; cõuersis, eos pene ad internecionẽ cæciderũt. cõsternatus aĩo ad eius stragis nunciũ Stilico, exercitũ reparaturus, supplementũ ab imperatore postulauit. Honorius vero pfidiã ipsius, & qd moliret intelligẽs, immisit duces q dignã à scelestissimo sumpserũt vltionẽ. Eoq; modo Stilico ipse, q iuxta Orosii verba, vt vnũ puerum purpurã indueret, totius gñs humani dedit sanguinẽ, cũ Eutherio filio, cui parabat imperiũ, occisus est. Verum parua prudentia in dolore iustissimo vsus est Honorius, q in scelestos patrẽ & filiũ animaduersurus, neminẽ subrogabat exercitui ducẽ. q̃ factũ est, vt Gotthi in magnã ex pfidia irã moti, iã in Gallias pgere nolẽtes, sed furibũdo animo cœptũ iter deserẽtes, in Liguriã quã iã trãsierãt, reuerterent: eãq; spoliãtes, Aemiliã Flaminiãq; deuastãt, & p Tusciã vsq; ad Romã pcurrẽtes, qcqd ex vtroque latere fuit, in pdã diripiũt p totũ annũ. vrbẽ deinde obsederũt, & nullo defensam exercitu, nõ tñ paruo negocio, irruperũt. Quo tpe Hieron. apud Bethleẽ floruit, capta est vrbs, q̃ totũ cepit vrbẽ. sed fame perijt ante, q̃ gladio, & vt Hieron. scribit ad Principiã, vix pauci q caperent, inuẽti sunt. ad nefarios cibos irrupit esurientiũ rabies, & sua inuicẽ mẽbra laniarũt, dũ mater nõ parcit lactãti, sed recepit vtero quẽ paulo ante effuderat, id factũ est caleñ. Aprilis, anno salutis 412. ab vrbe cõdita 1164. Alaricus tũc iussisse fert, vt si qs in loca sctã fugeret, nihil mali pateret: deinde q̃ntũ possent pda inhiãtes, à sanguine tẽperarẽt:& ita q̃d ante inauditũ fuit, immanissimi barbari cõfugientibus ad ecclesias pepcere. de q̃ B. Aug. in principio li. de ciuit. Dei. At Innocẽtius tunc Ro. ecc. psul, tanq̃ iustus Loth subtractus à Sodomis, occulta puidẽtia Dei apud Rauẽnã tũc agẽs, peccãtis populi nõ vidit excidiũ. In tãta vrbis direptiõe duo memoratu digna notat Blõdus. Galla Placidia Theodosii filia, & soror imperatorum Honorij & Arcadij, in captorum sorte abducta, victoris castra barbari secuta, Athaulpho Alarici cognato copulat matrimonio. sed & vasa S. Petri ministerio sacra, põdere, magnitudine & pulchritudine eximia, à Gotthis absportata, regis iussu in basilicę cuius erãt, arcam, magna

Alaric⁹ rex. Radagasus.

Radagasus occiditur.

Saul Hebræus dux.

Stilico interficitur.

Roma capitur à Gotthis duce Alarico.

Innocentius papa.

Galla Placidia capta.

magna cũ Romanorũ Visigotthorũq; admiratione, fuerũt relata. Tertia deinde die qua ingressi fuerant Gotthi vrbẽ, dereliquere. Campaniã mox & Lucaniã & Brutios populati sunt. fretũ postea traiecere, vt Siciliã diriperẽt. conatos tẽpestas prohibuit, q̃ nauibus allisis, aliquot cohortes absumpsit. Moritur tum apud Consentiã Alaricus rex, quẽ gẽs *sepulchri iactura plurimi facere solita, ne vltio aliqua in mortui ossa exerceri posset, amne Bussento proprio ex alueo deriuato, corpus regis locello ditissima supellectili completo sepelierũt: & ne id sepulchrũ ab incolis sciri posset, amne in cursum pristinũ restituto, fossores qui operi interfuerũt, trucidãt in loco. De hoc Alarico fert, cũ pergeret Romã, venit ad quendã monachũ valde venerandũ, qui eũ admonuit, ne talia mala quasi necibus gaudens & sanguine, faceret. Cui Alaricus: Non ego volẽs proficiscor Romã, sed quidã mihi adeo molestus dicit: Perge & Romã destrue. Alarico mortuo, substitutus est ei in regẽ Athaulphus ex Balthcorũ gẽte cognatus, cui Galla Placidia primo captæ vrbis die fuerat desponsata, cũ qua postea apud forũ Iuliũ constat nuptias fuisse celebratas. Gotthi, mortuo Alarico, Romã sunt reuersi, & si quid residuũ fuit, locustarũ more erodũt. Mulier aũt sagax, fratrũ nõ immemor, subtilibus blandimẽtis ad hoc mariti animũ deflexit, vt vltro à Rom. imperatoribus pacẽ peteret. Deliberabat tum Athaulphus, Roma funditus euersa, alterã ædificare vrbẽ, q̃ in locũ demortui nois Rom. nomen Gotthicũ referret: & quẽadmodũ ea ciuitas Gotthia Romæ suffecta esset, sic & ipse nouæ cõditor vrbis, in Augustorũ surrogatus locũ, posteris imperij cognomentũ à se relinqueret. Is tñ etsi barbarus, cõmemorante Placidia prudẽtissima muliere, cõsiderauit Romanã rem creuisse, & ad ea tẽpora stetisse legibus & bonarũ artiũ disciplinis, à quibus Gotthi abhorrebãt. ideo mutauit sententiã, egitq; vt Romanæ dignitatis, cuius esse nequiret immutator, fore optauerit instaurator. hinc Honorij Arcadijq; fœdera quęsiuit, q̃ post factas apud Forũ Iulij nuptias, omnẽ emensus Italiã, cũ abiret, & apud Barcinonẽ citerioris Hispaniæ cõsedisset, in dies magis magisq; petiuit. Arcadius interea defunctus est anno imperij sui xiij. relinquẽs filiũ noie Theodosiũ octo annorũ, quẽ ante mortẽ suã imperatorem appellauit. qui succedẽs patri, regnauit annis 41. cũ patruo Honorio xv. postea 26. mortuus est Arcadius anno dñi 415. Ad Cõstantinũ tyrannũ & Gallias redeo. Interea Cõstantius Cæsar ad Cõstantinũ genitorẽ se cõtulerat, qui erat Arelati, sese in illa regione cõmuniens aduersus Honoriũ imperatorẽ & Visigotthos, qui rege Athaulpho duce, cũ ipso imperatore aduersus tyrãnos cæteráq; barbariẽ se parabãt. Qua adductus suspicione, filiũ Cõstantiũ Viennã misit, vt vẽturas ex Italia copias, ne se Visigotthis, qui iã transierãt, cõiungerent, impediret. Tum Visigotthi apud Barcinonẽ & citerioris Hispaniæ loca quieti sedebãt, vt cõtra Vandalos aut imperij tyrannos pugnarent. Memor inter hæc Honorius, & suis & reipub. malis edoctus, q̃ perniciosum esset, barbaris rempu. cõmittere, Cõstantiũ comitẽ magistrũ militiæ declarauit, atq; bello illi tyrãnico p̃fecit, qui dux impiger ex patricia gẽte Romanus, in Gallias cũ exercitu profectus, Cõstantinũ tyrannũ apud Arelatũ clausit, cepit & occidit: subsecutaq; est fortuna, siquidẽ tyrãni sese lacerãtes, labore illũ ac periculo leuauerũt. Cõstantiũ etenim Cõstantini filiũ, Gerontius comes suus apud Viennã interfecit, & in eius locũ quendã Maximũ substituit, ipseq; Gerontius à suis militibus paulo post occisus est: quo occiso, Ro. milites qui prius rebelles, Constantinũ in Britannia tyrannũ creauerant, cum Honorio reconciliati sunt, & Maximũ purpura exutũ, in Hispaniã vlteriorẽ relegarunt, quos quidẽ milites in Britannijs militare solitos, Honorius in Aphricã traijcere iussit, & inde in Italiã reuocauit. Per idẽ tẽpus Athaulphus gener Honorij, Visigotthorũ rex, petitã iniquis cõditionibus pacẽ, ab Honorio nõ impetrauit: quare intelligens imperatorẽ Italiæ claustra, ne in illã redire posset, cõmunisse, vlteriorẽ Hispaniã capere, & inde in Aphricã trãsmittere adnisus est, & Athalũ quendã Romanũ in imperatoris simulacrũ erexit, qui in Hispaniã vsq; Bæthicam nauigio aduectus, iudices in Aphricã misit. sed missus ab Honorio ad Aphricæ cõseruationẽ Heraclianus, iudices expulit, & classe parata in Athalũ duxit, quẽ maritimo p̃lio superatũ, in terram fugere cõpulit. Hic Athalus Hispanis se credidit imperio Ro. fauẽtibus, qui eũ ad Cõstantiũ comitẽ Arelatũ in vinculis perduxerũt. Deinde missus ad Honoriũ, qui eũ Romæ ante currũ duxit in triũphũ, & postea manu mutilatũ, vitæ ludibrio apud Lipparim insulã relegatus cõsenuit. Heraclian⁹ aũt ob eã rẽ cõsulatus honorẽ adeptus, in perfidiã & ipse prolapsus est. Sabino nanq; domestico suo, callidissimi ingenij viro, in generũ assumpto, periculosissimos oĩm cõciuit motus. armarũt nãq; ambo classem maiorẽ nunq̃ visam. naues habuisse fert quatuor millia septingẽtas, secundũ Orosiũ, qua littori Italico pulsa, Heracliano ductore, occurrit cũ populo Rom. Marinus comes. sed

Alarici mors.

Athaulphus rex.

Tempestiua Placidiæ admonitio.

Constantini tyranni motus.

Cõstantini obitus.

Heraclian⁹ tyrannus.

Marinus comes.

priusq̃ prælium iniret, Heraclianus territus, fœdissimã cõmisit fugã. nã cũ hostes instarent, arrepta onerariæ nauis scapha, solus Carthaginẽ rediit, atq; ibi militari tumultu interfectus est. Sabinus gener eius Cõstantinopolim fugit, vnde post aliquantũ tempus ad Honoriũ reductus, exilio est dãnatus. Tyrãnis tot tantisq; sublatis, adductus est in spem Honorius, posse instaurare occidẽtis partẽ iam collapsam. nã in Aphrica, Britãniis & Italia res erãt quietissimæ. quare statuit Honorius barbaros inuadere, intra fines Romani imperii debacchantes, & Visigotthos prius ea ratione, q̃ citerioris Hispaniæ loca tenerent, vnde in ipsos ex Italia exercitus mitti posset. accedebat q̃ ea gente, multo cæteris barbaris potentiore, deleta, sperabat facilimũ fore, Alanos, Sueuos, Vandalos & Burgundiones remotiora incolentes loca imperii, & inter se vt cõstabat diffidẽtes, cõficere. Iussus itaq; ab Honorio Cõstantinus, apud Arelatũ cõstitutus Galliæ vrbẽ, exercitũ reparauit, & breui magna rerũ gerendarũ industria, Athaulphum regẽ cõmeatu, omni ora Galliarũ & citerioris Hispaniæ maritima, interclusit, Narbonamq; linquere, & in vlteriorẽ fugere Hispaniã coegit. Vnde & in illas adductus difficultates Athaulphus, vires reparare conatus est, sed sui Visigotthi ferebant indigne eũ Gallæ Placidiæ vxoris blanditiis credidisse, & triennio anteacto tẽperasse à bellis, in qbus facile potuerat Honoriũ, tyrannorũ motibus agitatũ, imperio pellere, ac quasi nõq; maluisset prouincias occupasse. Hinc primo vocati, nõ paruerũt dicto, & demũ regẽ ipsum dolo circunuentũ, tertio anno q̃ creatus rex fuerat, obtruncarũt. Sigericus aũt illi fuit surrogatus. sed cum is etiã ad pacem q̃ offerret, promptus erat, dolo suorũ pariter occisus est. Vallia huic successit, qui ad pacẽ & ipse pronus erat: & tñ Visigotthorũ rabiem expleturus, magnã eorũ manũ nauigio armisq; instructissimam, transmittere in Aphricã est molitus. sed hi oẽs Gaditani freti naufragio perierunt. quare eius memor, vltra adduci nõ est passus, vt aliã expeditionẽ in Aphricã mitteret. quin spreto Visigotthorũ iudicio, pacẽ cum Honorio imperatore datis obsidibus cõstituit, & Placidia, quã post Athaulphi mortẽ honorifice apud se honesteq; seruauerat, ex fœdere fratri reddita, suã reipub. operã est pollicitus aduersus cæteras gentes. Ea pace firmata, Honorius Cõstantio Cæsari declarato Gallã Placidiã sororẽ in matrimoniũ dedit, ex qua Valentinianũ suscepit, qui postea Honorio fuit surrogatus, tertius eius nois imperator. Exinde vsus Constantius Valliæ regis auxilio, in Alanos duxit apud Lusitaniã. barbari nanq;, Honoriacis prodentibus, Pyrenæi claustra ingressi, ilico Hispaniæ vlterioris prouincias inter se sortiti sunt, solisq; Vandalis Bæthica, Alanis, Sueuisq; Lusitania sorte obuenit. Primũ aũt Constantii bellũ, Visigotthis adiuuantibus, gestũ fuit aduersus Alanos: q̃s superans apud Emeritã, regẽ eorũ interfecit. Hinc territi cęteri, rem Romanã per virtutẽ Cõstantii ac pacẽ Visigotthorũ breui constituendã videntes, ab Honorio postularunt, vt pacẽ secũ constitueret, in hæc verba: Vandalorũ, Alanorũ, Sueuorũq; reges Honorio principi: Tu cũ omnibus pacẽ habe, obsides recipe omniũ. nos nobiscũ confligimus, nobis perimus, tibi vincimur, immortalis tuæ erit quęstus reipub. si vtriq; pereamus. Hæc Orosius lib. vii. Cõstantius aũt Vandalis & Sueuis petitæ pacis spem maximã faciens, eamq; ob rem ad imperatorẽ proficisci simulans, Rauennã & ipse cũ vxore Placidia accessit, vbi Honorius Constantiũ purpura indutum, occidentalis imperii fecit consortem. Prima dein de Cõstantio cura fuit, stabilito quod cum Vallia Gotthorũ rege fecerat, fœdere, sibi Tolosam cũ aliquot prouinciæ ciuitatibus, q̃ omnis regio barbarorũ vocabulo tunc Vasconia, Latine Gotthia occidẽtalis nuncupabatur, permisit, armareq; in barbaros eum tentauit. Postq̃ vero imperatores satis multa de repub. administranda commenti fuerant, Honorius Romã est profectus, Constantius vero parandis his, q̃ expeditioni Hispanicæ duceret necessaria, substitit Rauennæ, vbi septimo imperii sui mense immatura reipu. morte ereptus est. Anno dñi 400. S. Martinus ad superna migrauit. Anno dñi 401. S. Ambrosius carnis debitũ persoluit. Circa hæc tẽpora cõponit Thalmud Iudæorũ, i. doctrina à duobus Rabinis, s. Rabina & Rabasse. liber maior decem bibliis, in quo sunt inextricabilia mẽdacia cõtra omnẽ legẽ diuinã naturæ ac scripturam. videntes eñ legem suã in dies deficere, & fidem Christianã proficere in toto orbe, hos duos instigarunt Rabinos, prohibentes sub pœna mortis, ne quis aliquid negaret de his q̃ in eo continent. In hac gñatione vastat miserabiliter Gallia, de qua vastatione S. Hieronymus scribit ad Geruntiã de monogamia, vbi inter cætera: Quid agam? inquit, fracta naui, de mercibus disputo. innumerabiles & ferocissimæ gentes, vniuersas Gallias occuparũt. quidqd inter alpes & Pyrenæũ est, q̃d Oceano & Rheno claudit, Quadus, Vandalus, Sarmata, Alani, Gepidæ, Heruli, Saxones, Burgundiones, Alemani, & o lugenda respub. hostes Pannonii vastarunt Moguntiacum: nobilis quon

Athaulphi mors.

Vallia rex.

Placidia restituitur.

Epła Vandalorũ, Alanorũ ac Sueuorum.

Thalmud Iudæorũ.

quondam ciuitas,capta atq; subuersa est,& in ecclesia multa hominũ millia trucidata. Vangiones longa obsidione deleti,Remorum vrbs ꝑpotens,Ambiani,Atrebates, extremiq; hominũ Morini,Tornacũ,Nemetes,Argentoracũ,translatæ in Germaniã &c.nõ possum absq; lachrymis Tolosæ facere mentionẽ. Per hæc tẽpora Franci formidini finitimis esse cœperũt. Est Treuiris cisrhenana potens ciuitas,cui ꝑerat Lu.patricius Romanus,cuius vxorẽ,quia Lucius Galliæ præses prostituerat,consiliũ capit transferendæ ad Francos ciuitatis,remq; felici euentu exequit. potiti vrbe Franci,cũ angustati sedibus,proferre terminos percuperent,pars se alio conferre statuit,triũq; & viginti millium manũ,Ibro duce educentes,in penitiorem Galliam irrumpunt,ad Sequanam vsq; fluuiũ oĩa percurrentes:vbi agroꝝ & fluenti amœnitate delectati,stationẽ habuere. Eo in tempore nemo adhuc in Francis regiũ nomen assumpserat. primus omniũ Marcomirus dominationem in Francos accepit,quẽ à Priamo Troianorum rege prognatũ,in veneratiõe habebãt Franci. hic præterq̃ vallo muroq; munire vrbes nihil illustre fecit,sed erat illi filius Pharamundus,corpore & animi præstantia insignis. hunc sibi primũ regẽ constituunt,regendi permissa potestate,qua modestissime administrata,vndecimo post acceptum regnum anno morte absumptus est, relicto Clodio filio regni hærede. hic Pharamundus autor fertur fuisse legis Salicæ. Nam cum ad Rhenum vsq; peruenissent Franci,ferisq; moribus viuerent,quatuor ex Sicambris spectatos primates selegit,qui populo legẽ ferrent,Vsugastum scilicet,Losogastum,Sologastum & Visogastum,qui cõmuni gentis & procerum autoritate freti,legem conscripsere,quam Pharamundus edidit atq; promulgauit,ad nostram vsq; ætatem nominatissimam. Hic Clodius,à promisso capillo,Capillatus appellatus est,qui augendi regni cupidus,cũ adhuc ium Germania angustis sedibus arctaretur, Thuringos sibi finitimos,suæ ditioni adiecit,occupato Dispargo oppido,vbi regni sede constituta,cum iam per Gallias Romana vis laberetur,soliq; Belgæ imperium non detrectarent,in Galliam Belgicam modicis pręsidijs suffultam traiecit,atq; agris late excursis,Cameracum cepit,prout in sequenti generatione patebit. de hoc etiam dictũ est supra generatione xiij. sub Valentiniano. Anno dñi 419. finit Hormesta Orosij,à mundi vero exordio 5618.

Germaniæ vastatio.

De Treuiris & de Frãcis.

Primates Francorum legẽ Salicã tulere.

Clodius Capillatus.

GENERATIO XV.

INnocentius primus vbi sedit annos quindecim,moritur & sepelitur in cœmiterio ad vrsum pileatum,eiq; subrogatur in papatu Zozimus natione Græcus,sedit annum vnũ sub Honorio & Theodosio iuniore,incepitq; anno dñi 420. ab exordio mundi 5618. quintadecima generatio. Hic Zozimus constituit,vt diaconus læuã tegat. concessit item,vt in parochijs cerei sancto sabbato benedici possent. bibere aũt in publico clericis vetuit,& ne serui in clerum reciperentur,prohibuit. Anno dñi 421. Bonifacius natione Romanus,vrbis creatur episcopus,præsedit annis tribus,mẽsibus quinq;. Contra hunc quidam alius electus est,Eulalius dictus:quod vbi Honorius,qui tunc Mediolani erat,intellexisset,instante Placidia sorore,ambo ab vrbe pelluntur,reuocatur tamen septimo mense Bonifacius,& solus vrbis præsul cõstituitur. Circa hoc scribit Honorius Bonifacio,vt habetur lxxix. dist. Si duo forte contra fas temeritate concertantiũ fuerint ordinati,nullum ex eis fieri sacerdotem decernimus: sed illum solũ in apostolica sede permanere censemus,quem ex numero clericorum noua ordinatione diuinum iudicium & vniuersitatis cõsensus elegerit,vbi notat glo. ꝙ cum ad imperatorem nõ spectet aliquid statuere de electionibus & alijs rebus ecclesiasticis,hoc fecit rogatu ecclesiæ,& ecclesia illud approbauit. Hic Bonifacius statuit, vt nulla mulier aut etiã monacha,pallam sacratam altaris contingeret aut leuaret,aut incensum ad altare daret. Anno domini 423. secundum Hermannum Contractũ xx. S. Hieronymus presbyter moritur pridie Caleñ. Octobris in Bethleem,ætatis suę anno nonagesimoprimo. Quantũ iste iuuerit ecclesiam Dei,nõ attinet dicere,cum & vita eius sanctissima omnibus placeat,& scripta eius ita in precio sint,vt nemo magis ab eruditis legatur. patre aũt Eusebio natus est in oppido Stridonis,quod à Gotthis euersum,Dalmatiæ quondam Pannoniæq; in finibus fuit. Romæ puer baptizatus, Græcæ,Latinæ & Hebraicæ linguæ plenissime eruditus,annoꝝ autem trigintavnius, dum esset Romæ,presbyter Romanæ ecclesiæ Cardinalis factus,dum ibi per triennium sacris literis insudasset,& puritate vitæ abstinẽtiæq; eximia sanctitatis exempla præberet,tantum apud populum fauoris obtinuit,vt omnium iudicio,summo dign⁹ sacerdotio censeretur. Sed dum quorundam clericorum & monachorum lasciuiam increparet,non ferentes illi,insidias ei struxere. vnde vesaniæ eorum locum præbens, ipse ab vrbe recessit,& ad Gregorium Nazianzenum *Constantinopolitanũ episcopum

Zozimus papa.

Bonifacius papa.

Hieronymi vita & obitus.

pum profectus est eruditionis causa. deinde apprime eruditus, ad eremum transijt. ibi quadriennio exacto, ad oppidum Bethleem remeauit. ibi in breui multos discipulos coadunatos in sancto proposito vitæ religiosæ instituit, & translationi scripturarũ, vir omni laude dignissimus, insudauit annis quinquaginta. Anno domini 425. mortuo Bonifacio, clerici quidam Eulalium ad vrbem reuocant, qui vel indignatione vel contemptu rerum humanarum, reuocationem spernens, anno sequenti moritur. Eligitur autem in eius successorem Cœlestinus vir deuotissimus, natione Campanus. sedit annis nouem. Hic constituit vt introitus Missæ diceretur ex psalmis Dauid: sed & Gradualia, Offertoria, orationesq́; cum modulatione ad Missam addidit. Sub hoc Cœlestino papa, vt habetur xv. dist. synodus Ephesina celebratur. Ibidem c. Sancta, dicitur Sancta Ro. &c. & xvi. dist. c. prima. §. tertia, inquit, synodus vniuersalis in Epheso trecentorum episcoporum, contra Nestorium Constantinopolitanum episcopum, dicentem beatam virginem nõ Dei, sed hominis tantũ esse genitricẽ, celebratur sub Cœlestino papa & Theodosio iuniore. dicebat enĩ duas personas in Christo distinctas, sed determinatũ est, vnã tantũ personã esse in Christo, sed in duabus naturis, diuina & humana, & beatã virginem, matrẽ Dei debere dici. Reuertor nũc ad Honoriũ & imperij causas. Vbi enĩ Constantius obijt, vt circa finem p̃cedentis generationis dictũ est, Honorius necessitate reipub. in eius locũ *Etium virũ patricium ex Mœsia oriundũ, subrogauit. Hic Etius Burgundiones nouos motus parantes bello compescuit, Francosq́; iterato Rheni ripæ insedẽtes, Gallias irrupturos, magna superatos cæde, repulit in Germaniã, & Alanos cœpit bello acerrimo agitare. hi nãq; post acceptã à Cõstantio Cæsare cladẽ, apud Olisiponem sub tutela Sueuorũ quieuerunt. Cõstantij aũt morte audita, ad Emeritã reuersi, eam *Galatiæ prouinciã quærebant sibi in patriã retinere. sed Vandali atq; Sueui metu Constãtij liberati, pacis voluntatẽ abiecerũt, & in Ro. imperiũ coniurantes, arma iunxerũt. Etius itaq; tanta barbarorũ mole territus, in citeriorẽ Hispaniã se recepit. Tulit eam rem grauiter Honorius, Etiũ ignauia ductũ, q̃d necessitas facere coegit, existimãs: eamq́; ob rem Castinũ comitem, genere Scythã, magistrũ militũ, & postea consulem declarauit, misitq́; eum Etio successorẽ. is nouus dux, cõtractis vndiq; auxilijs, exercitũ quẽ Etius habuerat, reparauit, & tñ in citeriori Hispania cõtinuit. ipsam nanq; belli molẽ supra modũ expauit, nec mouisset ex Hispania citeriori, nisi fuisset sibi auxilio Bonifacius comes Aphricę. Hic Bonifacius Aphricã curabat, qui fuit paterna origine Thrax, sed morum ingenuitate Romanus. eundem S. Augustinus ep̃us Hipponeñ. summe dilexit, vt infra apparebit. fuit & reipub. amãtissimus. vocauit illum Castinus aduersus Vandalos, Sueuos & Alanos in cõsortem, gesserũtq́; mox hi duo res laude dignissimas, nec fuit dubiũ quin res Rom. eorũ ductu breui erecta fuisset. sed cũ Bonifacius gerendis rebus & cõsilio præcelleret, Castinus ob virtutes eius odium concepit: ingratoq́; vsus cõsilio, illum in vlteriora Hispaniæ missum, tanq̃ prædã hostium ab se ablegauit. quod quidẽ ægrius tulit Bonifacius, & ilico comparatis occulte nauibus, in Aphricam exercitũ transmisit. ita factũ est q̃ Castinus tanto collẽga priuatus, nihil dignum gerere posset. Anno dehinc dñi 426. Honorius Romæ morit̃, anno imperij sui 31. quorũ duos regnauit cũ patre, cum fratre Arcadio xiij. & xv. cum filio fratris Theodosio. Anno dñi 427. Theodosius iunior Arcadij filius, solus tenuit imperiũ. Regnauit aũt postea annis 26. Et cũ nemo Romæ honore subrogatus esset, accepit tyrannidẽ Iohãnes quidam, maxime curãte Castino consule, vt refert Blondus, qui nouũ imperatorẽ laudat, vt de Bonifacio comite à se transfuga sumeret vltionẽ, fauitq́; hmõi consilijs Etius patricius, tum q̃ grauiter tulit reuocationẽ ab Honorio sui factã. Tumq́; Bonifaciũ ob virtutes oderat, vnde nouos imperio cõsciuit motus, & cũ primis ad Italiæ inuasionem Hunnos excitabat gentẽ Scythicam, q̃ auditis Visigotthorũ successibus, eorũ exemplo finibus egressa, apud Pannoniã per id tẽporis cõsedebat. Iohãne apud vrbẽ Romã imperante, Castinus consul, qui dolos vtcunq; posset in Bonifaciũ strueret, vetustas sibi esse cũ eo imperatore simultates præ se tulit, simulq́; vereri simulauit, ne hinc Visigotthi, inde Vandali, Sueui & Alani, sublato Honorij metu, se inuaderent, quem Romanarum copiarũ fauoribus destitutum, certissimũ maneret exitium. quare nauibus contractis exercitum imposuit, & in Aphricam transportauit. ad Bonifaciũ ilico scribẽs, ostendit sese barbarorum gladios fugientem, tam diu in Aphrica futurũ, quoad explorato noui imperatoris animo, aut tuto in Italiam traducere, aut rebus suis aliter posset prouidere. Interea Iohannes imperator doli cõscius, Bonifacium hostẽ publicum declarauit. Castinus per illud tempus apud Hipponẽ cõstitutus, exercitum reparabat: & quoties de Bonifacio incideret sermo, laudibus eum extollebat. Erat vero Boni-

Cœlestinus papa eligit. | Concilium Ephesinum | Etius. | Castinus comes. | Bonifacius comes. | Honorius moritur. | Theodosius iunior Imp. 51. | Iohannes tyrannus.

Bonifacius apud Carthaginem copijs abunde munitus, ad quē S. Augustinus ita scripsit: Aphricæ littus (vt audio) miles transmarinus attigit, sed eius exercitus dux, à catholica fide dissentit. quid aūt secum importet, ignoro. ab Italia es hostis publicus denunciatus. pacē inter vos fieri vellem, si scirem plenius quod ignoro. sed dico q̄d sentio, tui cordis intentio dirigatur ad Deum. non militem timebis Hunnum, non Gotthum. Ad hæc Bonifacius: Scio ꝙ sit tua sanctitas pro mea vita solicita, & q̄ aduersus me ille ordinauerit atq; disponat. obuiamus ad mortē vltro tendentibus, quos nostræ victoriæ, vt credimus, faciet Christus addictos. Breui post Castinus mediterranea Aphricæ accedēs, oēs secum ducebat copias: nec erat obscurū, adniti illū, vt rebellione populi cōcitata, vel captus ad se perduceret Bonifacius, vel adeo debilis redderet, vt illū opprimere vel Aphrica posset expellere. aduersus quē aperto bello Bonifacius resistere tentabat. Augustinus vero tantis motibus cupiens obuiare, Bonifaciū ad pacem tentauit flectere. Cui Bonifacius: Castinus ille priuatus ex cōsule, vitæ meæ & nominis, vt oībus notū est, persecutor, meis se in Aphricā defensionibus tradidit cōmittendū. omitto pater beatissime, olim mihi ab eodē ingestas miserias, ostensa pericula. fugiens eum, nunc viuo. Thrax natus, vix Scythā euasi. iuraui Deo sub consule miles. sed diuina prouidentia, quæ nouit planare sublimia, & eleuare prostrata, fecit de superbo quod voluit, & hostem meū, me quieto, mihi addixit. sufficit mihi tanta deiectio. Timuit senator barbarū caput, timuit militem dux. dolore dicuntur ista, pater venerande, nam honoro illustrissimū consulē. sed ne cōsueta fallacia mali erga me, vt solet, aliquid moliat, putetq; suis fraudibus Ro. ducibus profuturū, q̄d in meū vertat exitium, de suis sensibus det tuæ beatitudini sacramentū, ꝙ nō sit aliquis in eius corde dolus: ego item per oīa q̄ sancta sunt, iuro, qm̄ si apud eū animi reperero puritatē, eū incolumē ac sublimē Italiæ reddam. hostis aūt erit animæ suæ, si aliquid sinistri in eo inuenero. Ad q̄ Augustinus scripsit: Vir illustrissimus Castinus sacramento prodidit, ꝙ sit ab omni culpa & errore alienus, quem tibi (vt dicit) bene fœderatū, ille Sosinius adhuc in palatio positus, falsis suggestionibus concitabat. mittat totū in mediū. nam Daniel inimicis parcendo, regimen obtinuit. Christus pro Iudæis crucifigentibus orauit. crede ei qui mihi iurauit. quærit, me pollicente, tua defensione vitæ subsidiū. Sed paulo post Castinū insidiæ detexere. quare Bonifacius Augustino scribit: Graue nobis est bellum, inimici mucro pectora nostra pulsat. Deo funde preces, vt soles, tua sit nobis comes oratio. tuba terrifica, hostium clamor immanis adest. sed his nō terremur, venerande sacerdos. ergo pete dn̄m, vt iacula in hostes dirigat nostra. Resciuerat interea S. Augustinus Castinū peierasse. quare etsi Arrianæ sectæ hominē non diligeret prius, iam tn̄ in illum exarsit, Bonifacioq; scribit: Graui de pugna cōquereris. vtile tibi tuisq; do consiliū. arripe manibus arma, oratio aures pulset creatoris: quia quādo pugnatur, Deus apertis cœlis spectat: & partem quā inspicit iustā, illi dat palmam. Tandem prælio facto, Bonifacius Augustino scribit: Manus superba, Deo adiuuante, cecidit, quæ audacia parū ante gladiū vibrauit. multi ex aduerso ceciderunt, de nostris aūt, Christo iuuante, nullus. ora igitur venerabilis pater, vt talis de inimicis vltio sæpe procedat. Quāuis aūt S. Augustinus catholici & amici partes superasse gauderet, timere tn̄ non desijt, & Bonifaciū ad pacē & fidē Ro. reipub. seruandā hortatus est. Lecto, inquit, me vacare nobilitatē tuā nō credo latere, vltimūq; mihi diē venire exopto. gaudeo tuæ victoriæ, ciuitatē defende q̄so Romanā, tuos vt bonus comes rege. nil de viribus proprijs p̄sumas, de autore glorieris virtutū, & nullū curabis penitus inimicū. Castinus aūt superatus p̄lio, fragmēta exercitus sui nauibus imposita, in citeriorē transportauit Hispaniā. Hæc cū intellexisset Iohānes tyrānus, copias oēs Honorio militare cōsuetas, nouo delectu auxit, nauigioq; in Aphricā aduersus Bonifacium ducere cœpit. erāt interea in Aphrica multi motus. Bonifacius nullā in Iohāne spem habēs, Aphros gentē durā sempq; rebellē, nullatenus prout cōsueuerat, à vastationib⁹ p̄hibebat. Quo in tpe S. Augu. ad eū scribit: Audi me, inquit, fili, immo Deū nostrū recole, qualis fueris viuēte vxore, quō cupiueris seruitutē Dei, nos nouimus, nos testes sumus. oēs actus publicos relinquere quærebas, & te in ociū sanctum cōferre, viuere vt monachi. id aūt ne faceres, q̄d te reuocauit, nisi quia cōsiderasti nobis ostendentibus, q̄tū prodesset Chr̄i ecclesijs q̄d agebas, vt defensæ ab infestatiōibus barbarorū, quietā & trāquillā vitā agerēt. postea ista q̄ oībus patēt, secuta sunt mala. Christianus es, Deū time. tu quidē dicis te habere causam, cuius ego nō sum iudex, qm̄ partes ambas audire nō possum. sed qualiscūq; sit tua causa, nunqd corā Deo negabis, ꝙ in istā necessitatē nō peruenisses, nisi bona huius seculi dilexisses? quō ergo potes tot hoīm armatorū cōcupiscētiā, nō dico satiare, sed aliqua parte pascere, nisi ea facies q̄ Deus prohibet?

Lr̄æ Augustini ad Bonifacium.

August. rescribit Bonifacio.

Bonifacius August. de victoria.

Augustinus Bonifacio.

quid dicã de vastatiõe Aphricæ,quã faciũt barbari,resistẽte nullo,dũ nõ ordinas vn de ista calamitas auertat? quis hæc crederet,Bonifacio Aphricæ comite,qui cũ paucis ante oĩa pacauerat,nũc patit tãta loca,q̃ plena populis fuerũt,esse deserta? Sed dices: Illis hoc est potius imputandũ,qui tuis officiosis virtutibus nõ paria,sed cõtraria reddunt.quas causas iudicare nõ possum.tuã causam potius adspice,quã cũ Deo te habere cognoscis.si eñ bona tibi sunt p̃stita ab imperio Ro.noli reddere mala pro bonis. si aũt mala tibi irrogata sunt,noli reddere mala pro malis.quid istorũ duorũ sit,nec discutere volo,nec valeo.Ego Christiano loquor.si adhuc te in armis versari opus est,fidẽ teneas,pacẽ quæras.Vale.Hæc & alia literis ac nunciis vicissim egerũt. Interim Iohãnes tyrãnus Aphricę applicuit,cõmissa Castino Italia,qui p Galliã cisalpinã veniẽs,vrbes & oppida cõfirmauit.Varia itaq; Iohãnes p̃lia iniens,à Bonifacio superatus est,vt Guido sacerdos Rauẽnas asserit,& interfectus,Blondo referẽte.In q̃ magis quadrat,q̃d nõnulli & p̃sertim hist.Tripartita affirmat,Iohannẽ misisse legationẽ ad Theodosiũ,deprecatũ,vt eũ in imperio susciperet,qui legatis in carcerẽ retrusis,Ardaburiũ p̃torẽ contra eũ misit,quẽ Iohãnes apud Rauennã circũueniens cepit.quo capto,sperabat Theodosiũ liberatiõe eius flecti posse,vt sibi traderet imperiũ.Imperator aũt mox filiũ Ardaburij Asparẽ designauit,qui vbi cognouit patrẽ à tyrãno teneri,pro liberatiõe eius oĩa tentare statuit.Angelus aũt dñi ad p̃ces Theodosij in habitu pastoris apparẽs,deduxit Asparẽ & qui cũ eo erãt,per paludẽ,q̃ Rauẽnæ adiacet,prius inuia.in ea nãq; ciuitate tyrãnus degebat.trãseuntes nãq; per siccũ paludis aquã ante immeabilẽ,venientesq; Rauennã,portas inuenerũt apertas,& Iohannẽ tyrannũ occiderũt,Ardaburiũ à vinculis absoluerũt.hæc in Trip.hist.lib.xi.in fine.Occiso Iohãne tyranno,vt refert p̃dicta hist.lib.xij.in principio,Theodosius Valentinianũ pene puerũ,Placidiæ amitæ suæ ex Cõstantio filiũ,Cæsarẽ declarauit in occidẽte,regnauit xxx.annis.Placidia igit̃ & Valentinianus filius,Castinũ captũ adduci fecerũt,simulq; Etius in ipsa Roma captus,ad Valentinianũ Rauenã est perductus.Cũq; duorũ hmõi ducũ demerita essent discussa,Castinum placuit in exilium mitti:Etius vero,q Hunnos quos prius prouocauerat cõtra Italiam,retraheret sicut promiserat,est seruatus. deinde purgauit se Etius de iusto dolore,tantũq; effecit,q Placidia Galla hortãte,Valentinianus eũ p̃fecit Galliarũ regionibus,quas nec Visigotthus,nec Burgundio possideret,eoq; profectus,ad Turonios,Andegauos,Cenomanos,Namnetes,*Cyantes, qui & Veneti dicti,sese recepit.Tum Scoti,Picti & Albienses Britanniã inuadũt,Britannosq; parentes imperio,magnis calamitatibus affligũt:quibus cũ Etius nõ succurreret,necessitatis fuit deficere à repub.Sed cũ barbariẽ sufferre non possent,redeunt, quibus tandẽ Valentinianus Gallionẽ cũ legatione misit,ac Britãnos in fide cõtinuit. Cũq; Bonifacius comes Aphricæ gloriose p̃esset,inuidia ductus Etius,vt quidã volunt,accusauit eũ apud Placidiã q rebellionẽ meditaret̃.sed & Bonifacio scripsit,si accersitus fueris,accedere noli.incusatus eñ es,& dolose vocaberis.cui credẽs Bonifacius,arma deponere,& imperatori prouinciã dimittere iussus,recusauit.Tũc imperator aduersus Bonifaciũ duos misit duces,Mauortiũ & Galbionẽ.appulsis eorũ ducũ copijs Africano littori,Bonifacius illis cõgressus,eos p̃fligauit,ducesq; ipsos prius pene q̃ terrã cõtigerãt,interfecit.Clades hęc effecit,vt Frãci denuo Gallias irrũpere sint ausi.Etiũ eñ bello Burgũdionũ implicari vidẽtes,& imperatorẽ amissis in Africa copijs eneruatũ viribus,ex Frãconia sunt transuecti duce Clodio,Anno dñi 430.transmisso Rheno.habitabãt aũt vsq; ad Ligerim fluuiũ Romani,vltra Ligerim dñabant Gotthi,Burgũdiones habitabãt iuxta Rhodanũ,Vandali,Sueui & Alani vlteriorem Hispaniã p̃mebãt.Frãci ergo,Clodio rege Francorũ secũdo duce,Romanos,q Gallis imperabãt,bello adorsi sunt,& à Rheno vsq; in Carbonariã syluã fugãt,fundũtq;.ingressi Tornacũ & Cameracũ ciuitates,vniuersa maritima inter Scalden & Sunã fluuios violẽter obtinẽt.sicq; paulatim progrediẽtes,Remos,Suessonã,Aureliã,Agrippinã & Treuirim subiugarũt,adijcientes Senones Parisiosq;,& ibidẽ vsq; in hodiernũ perseuerãt.de hoc Vincen.in spe.& cõiter oẽs.Etius interea Burgũdiones toties profligauerat,vt breui eos aut Gallijs expulsurus,aut ad internecionẽ cęsurus videret̃:sed tantos vndiq; imperio labores imminere intelligẽs,pacẽ illis dolẽs cõcessit.Aphricã tutari volens Valẽtinianus,misit illo Sisulfum ducẽ,qui aĩo & virtute Bonifacio par, saluo exercitu,Aphricã est ingressus,Carthagine breui potitus est,cuius imperiũ fugiens Bonifacius in Mauritaniã,desperãsq; salutẽ,Genserici tũc regis Vandalorũ auxiliũ implorauit,multa exorans p̃ce,vt siue mallet stipẽdia,siue p̃dam vrbiũ in p̃miũ, opẽ sibi ferret.Gensericus rex Vandalorũ occasionẽ amplexus,mox cum vxoribus & liberis ex Bæthico Gadicensi littore soluit,non magis Bonifacio auxilium laturus,q̃ nouas

Iohannes tyrannus.

Ardaburius prætor.

Valentinianus tertius Imp.52.

Britannia vastatur.

Francorũ in Galliam accessus.

nouas accipere sedes statuens, in Africam nauigaturus. relictis itaq; Hispanijs, nauigauit i Mauritaniā, vbi in ꝓmissas sibi à Bonifacio ciuitates oppidaq́;, copias impedimētaq́; exposuit. fuerūt aūt sibi pactione cōcessa, q̄cunq; à freto Leptę ad Cæsareā vel mari imminēt, vel littori sunt ꝓpinq. sed Vandali gens effera, oīa p vtrasq; Mauritanias Numidiáq; hostiliter populati sunt. nec ea solū q̄ Ro. imperatoris fidē sequerēt, sed & q̄ Bonifacius obtinebat, Carthaginē & Hipponē Sisulpho ꝓ imperatore tutāte. Alani aūt & Sueui manserūt apud captas per sortes Lusitaniæ regiones, in quos Valentinianus comitem Sebastianum misit, qui Alanos profligauit: & oīno delesset, nisi ad Visigotthos in Bęthicā, quā occupauerūt post recessum Gēserici, confugissent. Sueui aūt & ipsi territi, Lusitaniæ vrbibus excessere. Alij ita scribūt de Sueuis: Dum Vandali ex Hispanijs in Africā trāsmisere, Sueui in Galitia soli remp. gubernabant sub eoꝝ rege Emerico, q regnauit annis 33. Eo defuncto, Rixilla filius ei' in regno successit. hic Andeuotū Ro. militiæ principē, ad Sigilliū*Bithyæ ꝓuinciæ fluuiū ꝓstrauit, & thesauris potitus, Emeritā ciuitatē, Hispalim, Carthaginē & Bęthicā ꝓuinciā, armis in suā potestatem redegit: regnās annis 9. obijt. Reges aūt Sueuoꝝ q illis in regno successerūt, reperiunt̄ infra ḡnatione 19. vbi de regibus Hispanoꝝ tractat̄. Valentinianus cum accepisset Vandalos Aphricam occupasse, Hispanias ac Gallias afflictas, cum tanto furori vidit imperij vires impares esse, petenti Genserico pacem dedit, eiq́; apud Mauritaniā petitas sedes largitus est inhabitandas, Carthaginē, Hipponē & reliq́s Africæ ꝓuincias, eo ex fœdere saluas reddere meditatus. sed male imperio ꝓspexit, vt q Vandaloꝝ ꝑfidiam, Romanoꝝ damno famosam esse non ignoraret. nam paci confisus, Sisulphū ducem in Italiam reuocauit, vt illum cum exercitu mitteret Etio in Galliam. Gensericus anno dñi 437. ꝑfidia vsus, intelligens Carthaginem omi p̄sidio destitutam, pacem spreuit, & occupata Carthagine, eam cæde & rapinis reꝝ oīm etiam sacraꝝ vbiq; fœdauit. nihil em̄ humanitatis habens, cunctis infestus, & maxime nobilitati ac religiōi, diuina ac humana exinaniuit, epm̄ & cleꝝ oēm ecclesiæ Carthagineñ. expulit. loca sacra aut suis dedit inhabitanda, aut Arrianis, cuius ipse sectæ erat, attribuit. sicq; Carthago illa pridem & tunc p̄potēs, à Vandalis capit̄ anno 535. postq̄ Ro. cœperat esse subiecta. Licet aūt Gensericus oīa iam cepisset, q̄ à freto Gaditano Carthaginē vsq; sunt sita, Hipponem tñ, sicut*Possidius B. Augustini familiaris scribit, mēses 14. obsidere coactus est, priusq̄ potuerit ad deditionem inducere. Sub hac turbatione B. Augustinus Hipponeñ. epūs, ne suæ ciuitatis ruinā cerneret, 3. mense obsidionis migrauit ad dñm, 76. vitæ suæ anno, 430. à natiuitate Christi anno. Legitur aūt ꝙ conuocatis fratribus dixerit: Ecce rogaui dñm, vt aut nos de illis periculis eruat, aut patientiam tribuat, aut de hac vita suscipiat, ne tot calamitates videre compellar, & tertium quod petiui, obtinui. Intelligensq́; paulo post dissolutionem corporis imminere, septem psalmos pœnitētiales sibi scribi fecit, ipsosq́; lecto decūbēs dicebat, vbertim flēs, & vt Deo vacaret liberius, & eius intētio à nullo impediri posset, ante x. dies obitus sui, nullū ad se ingredi voluit, excepto medico, & eo q refectionē portasset. accessit aūt ad eum tunc q̄dam infirmus, & eius oratiōe sanatus est. Affirmat q̄q;*Possidonius, Bonifaciū comitē eam vrbē tutasse, vnde credit̄, ipsum postq̄ se à Vandalis deceptū videret, ad Augustinū cōfugisse, & eius suasione suis hostibus, q̄ad potuit, restitisse. Interea q̄dam senatoꝝ amici Bonifacij, intimabāt Placidiæ Etij falsam accusationē, ostēdētes ep̄ram ab eodē ad Bonifaciū. Ex q̄ stupefacta, Etium q̄dem non læsit. Bonifacio tñ verbū exhortatoriū, vt securus veniret, misit. q veniēs, oēm suspicionē dissoluit, & magister militū effectus est, ac non multo post morbo extinctus. Et licet alij aliter velint, id tñ satis cōsentaneū esse videt̄, & tanto viro dignū. Inter hæc vero Gēsericus Aphricā oēm vsq;*ad Aethiopiam suo subiecit imperio, vt Blondus scribit. Effecit is terror, scribit Blondus, vt Ro. Britannias tunc amiserint. Britanni em̄ à Scotis, Albiensibus, Pictisq́; agitati, ab Etio postulabant, vt copias sibi mitteret. Etium vero Gallicanæ expeditionis cura occupauerat, & Hunnoꝝ apparatus, q dietim nunciabant̄, deterrebāt, vt precibus Britannorum satisfacere non posset. Ita Ro. ciues q Britanniā inhabitabāt, & ipsi simul Britanni, salutis desperatione aggressos Scotos Pictosq́; prælio superant, ac in vlteriorē insulæ partem recedere compellunt. Sed paulo post cum Britanni se à Scotis Pictisq́; diutius tueri diffiderent, Anglicos Saxones, datis in stipendium pecunijs, ex proximis Germaniæ littoribus conduxerunt præsidio affuturos, qui q̄dem Saxones, cognomine Anglici, duce Vortigerio eoꝝ rege, insulam ingressi, Scotos atq; Pictos represserunt. sed & ipsi postea Saxones ambitione ducti, magis Britonibus, q̄ Picti aut Scoti hostes, nocuerunt. Ro. em̄ ciues & Britannorum primores maiori ex parte vario mortis genere interfecerunt, ex eoq́; tēpore cœperunt Saxones Anglici Britanniæ dñari.

Vandali in Galliam migrant.

Reges Sueuorum in Hispania.

Carthago capitur à Genserico.

B. Augustini obitus.

Bonifacius comes.

Britannorū fortuna.

Saxones Anglici.

cõsentit Põpo.Lætus. De hoc tñ Ganfredus Arcturi Monetensis aliter scribit,& sic: Post Maximũ qui Gratianũ interfecit,vt dictũ est gñatione 13.Britannia lõgo tpe per *Gnaniũ regẽ Hunnorũ & Melgã Pictorũ,inquietata est, donec Gnetelinus archiepũs Londoneñ.Constantinũ fratrẽ regis Aldonei in minori Britãnia, cum*gẽtibus addu xerat.is Britannos à piratis liberauit,& occisus est p quendã Pictũ p dolũ, relictis tribus filijs,Cõstantino monacho,Vterpẽdragone,& Aurelio Ambrosio, ex qbus Cõstãtinus à monasterio reuocatus per Bortigernum consulem Gerseorum,in regẽ sublimatur.sed paulo post Bortigernus, aliàs Vortigernus, hunc per Pictos occidi fecit. anhelabat eñ ad regnũ,& vt scelus dissimularet, pcussores illos pœna capitali affecit, & acclamatione populi rex factus est,fratribus duobus Cõstantini fere infantibus, in Britanniã minorẽ fugientibus.Bortigernus igit cõscius scelerũ suorũ,timebat hæredes regni q aufugerãt,aliqñ redituros.Saxones p id tẽpus sub Horso & Engisto ducibus, casu ad insulam accedẽtes,& nouas sedes qrentes,in societatẽ assumpsit: & cum in dies Saxones multiplicarent, Bortigernus captus amore filiæ Engisti, eam in vxorẽ duxit, ex q̃*Vortunernum gñauit,de q̃ & Saxonibus gñatione sequenti dicet. Per idem tempus Vortigerius,aliàs Bortigernus Britanniæ rex, volebat ædificare turrim munitissimam,q̃ cum firmari nullatenus posset, suasum est ei à diuinis, vt hoĩem sine patre q̃reret,& eius sanguine lapides & cæmentũ adspergi faceret, & sic fundaret. Inuẽtus est tum adolescẽs,dictus Merlinus,cuius mater cõfessa est se à spũ in specie hoĩs concepisse,hoc est,p incubũ.hic Merlinus Ambrosius est dictus,natus ex filia regis *Demetiæ,q̃ monacha erat,referente Ganfredo,spũ prophetico plenus, cuius,pphetiam Anglici hodie in precio habent.sed est scripta sub varia animaliũ differentia,magis ignota q̃ Apocalypsis.Hic Merlinus,ne occideretur,dicebat sub fundamento turris lacum esse,& ibi duos latere dracones,q̃rum vnus rubeus populum Britonũ,alius albus gentem Saxonicã significaret,& q̃ natio in conflictu p̃ualeret.p̃dixit etiam Aurelium Ambrosiũ,deuicto Engisto & cõbusto Vortigerno,regnaturũ,fratremq́; eius Vterpedragonẽ successurũ in regno,& vtrunq; veneno periturũ.Arcturũ vero, quẽ aprũ Cornubiæ vocat,prophetauit,ꝙ ecclesiæ Dei succurreret, & insulas occidẽtales subiugaret, ꝙ Gallicanas,puincias possideret,& Ro.terribilis fieret,& tandem exitum dubiũ haberet.prophetauit etiã,ꝙ sub Normanorũ dñio futura esset Anglia,&de multis alijs q̃ intelligi nõ possunt.Vincen.in Spe.de hoc. Interea Gẽsericus postq̃ Aphricæ p annum dñatus fuerat,ingenti classe traiecit in Siciliã, magnã insulæ partẽ incendijs & rapinis fœdauit.At Valentinianus Sebastianũ comitẽ iussit classem cõtrahere,& milites expedire in Africã.q̃d cum Gensericus pcepisset, relicta Sicilia, in Africã est reuersus. Sebastianus tñ pfidus & tyrannidẽ affectãs,cum Vandalis & Visigotthis fœdera inijt, p q̃ sperauit Lusitaniȩ dñium obtinere,nec Valẽtiniani vires formidasset,si modo fœdera stetissent.sed ab ipsis barbaris deceptus occisusq́;, pfidiæ suæ pœnas soluit. Quo interfecto,Visigotthi,Sueui & Alani,Lusitaniam Taraconensemq́; Hispaniã & Aquitaniã ceperũt,à Ligeri fluuio*ad Pyrenæum,q̃tum maria à sinu Aquitanico ad Britannicum Oceanum,&*Balearicum ad Carthaginem nouam ambiũt,nec erat reliquum p̃ter Astures Cantabrosq́;,q.p sua fidei cõstantia Ro.iudices cõseruauerũt.Valentinianus aũt Augustus ad Theodosium cõsobrinum Cõstantinopolim,pfectus, filiam eius Eudoxiam in matrimonium accepit anno 440.Sequẽti anno terræ motus magnus factus est ibidem p 4.menses.itaq; Byzantij extra ciuitatem in campo cum epõ,pcul pfe uerant,in litanijs ad Deũ vociferarunt.q̃dam aũt die terra fluctuante,& omni populo Kyrieeleison attentius cantãte, circa horam 3.oĩbus videntibus, qdam adolescens in aerẽm subleuatur,audiuitq́; vocem dicentem sibi,vt nunciaret epõ & populo litanias facere,& sic dicere,Sanctus Deus,Sanctus fortis,Sanctus immortalis,miserere nobis, nil aliud apponentes.quod cum fieret,terræ motus cessauit.Porro B.Pulcheria soror Theodosii,cum fratre super hoc valde mirata,sanxit per vniuersum orbem hunc hymnum taliter decantari.ex Tripartita hæc. Anno salutis 435. mortuo Cœlestino,Sixtus natiõe Ro.papa creatur.sedit annis 8.sub quo ex p̃missis multa sunt gesta.Sixtus hic à q̃dam patricio,Basso noĩe,falso crimine accusatus est.q̃d audiens Augustus,autoritate Sixti synodum vocari iussit,in q̃ magna examinatione Sixtus satisfecit oĩbus,licet euadere aliter potuisset.suspicionem tñ tollere curauit,alijs* tñ formam dare*noluit.de hoc 2.q.4.c.Sixtus.Condemnatus tunc est Bassus, ita ꝙ vltima die ei viaticum non negaretur.Valentinianus aũt & mater eius indignati contra Bassum,eum in exilium relegarunt,& oẽs facultates eius ecclesiæ attribuerunt, q iusto Dei iudicio infra 3. menses moritur,cuius corpus S.Sixtus iniuriæ immemor, proprijs manibus in ecclesia S.Petri honorabiliter sepeliuit.Sub hoc Sixto multi volunt synodum Ephesinã celebra-

Vortigern⁹ rex.

Merlin⁹ ab incubo dæmone cõceptus.

Sebastianus comes.

Terræ motus ingens.

Sixtus terti⁹ papa.

lebratam, vti supra de Cœlestino diximus, q̃d q̃dem non q̃drat. Per idem tẽpus Eudoxia vxor Theodosii, Hierosolymã ex voto petijt, & rediẽs Romam, catenã q̃ S. Petrus sub Herode ligatus in carcere tenebat, sed ab angelo solutus fuit, adduxit: & iuncta alteri catenæ, q̃ idem Petrus sub Nerone ligatus fuerat, facta est vna, ad cuius cõtactum postea q̃dam comes à dęmonio liberatus est, & exinde institutũ est festũ S. Petri ad vincula. Hieronymus aliter in ep̃la ad Eustochiũ scribit. In hac g̃natione claruit Iohãnes Cassianus eremita, q nescit q̃ de causa à Ioh. Chrys. de ecclesia Cõstãtinopolitana eiectus fuit, & in Massiliã Galliæ veniẽs, presbyter factus, multa scripsit. Inter cætera collationes patrũ luculẽto sermone, q liber numerat̃ inter apocryphos, 15. di. c. sancta. Et hoc forte ideo, q̃a B. Prosp, cui⁹ doctrina est approbata ab ecclesia, & post eum etiam Cassiodorus, arguũt eum, ꝙ non catholice scripserit de libero arbitrio & gratia in collatione Moysi, & in ea q̃ dicit̃ Chremonis, de ꝓtectione Dei. In q̃ t̃n aliq, vt dicit Ioh. Dñici in lib. q intitulat̃ Amor charitatis, excusant eum, dicẽtes, dicta eius posse saluari, si sane & mature intelligant̃, nõ eo modo q̃ Prosp & alij nimis cursiue & superficialiter intelligũt. Hæc post Vinceñ. in Spe. li. 20. Anto. secũda parte ti. 10. c. 10. §. 2. etiã Cassianũ rogatũ à Leone archidiacono, postea papa eius noĩs primo, scripsisse aduersus Nestoriũ hæreticũ de incarnatione dñi libros 7. Anno dñi 442. post trãsitum Sixti creatus est Leo huius noĩs primus, natione erat Tuscus, sedit annis 21. Quarta synodus Chalcedoneñ. celebrata est, de q̃ in sequenti g̃natione dicet̃. Leo papa varia ꝓ ecclesia statuit. primo, vt q̃cunq; imagines sanctoꝝ inhoneste tractauerit, aut eis irreuerentiã exhibuerit, à cõmuniõe separet̃ fideliũ. Et ꝙ in Missa diceret̃, Orate ꝓ me fratres & sorores, necnon in fine, Deo gratias. In canone apposuit, sc̃tm̃ sacrificiũ, immaculatã hostiã. Hic Leo legit̃ sibi ipsi manũ amputasse, pro eo ꝙ in die S. paschæ vehementer tentatus fuerat, cum mulier in Missa oblationẽ faciẽs, manũ sibi ex deuotione oscularet̃, quã manũ beata virgo sibi restituisse tradit̃. Hic Leo aduersus Eutychiũ & Nestoriũ scribẽs, epistolã supra sepulchrũ S. Petri ap̃li posuit, ieiunijsq; & oratiõibus insistẽs, dixit: Quicq̃d in hac ep̃la vt homo erraui, tu, cui ecclesiaꝝ cura commissa est, emenda atq; corrige. & post dies 40. oranti illi Petrus apparuit, dicẽs: Legi & emendaui. accipiẽs itaq; ep̃lam Leo, inuenit eam manib⁹ ap̃li emendatã & correctã. quam ad Fabianũ ep̃m Constantinopolitanũ dirigere mox curauit. Hic Leo aliq̃n orauit ad sepulchrum S. Petri, & petiuit vt sibi veniam peccatoꝝ suorum dignaretur impetrare, cui apparuisse fertur S. Petrus & dixisse, Deprecatus sum pro te dñm, & oĩa peccata tua tibi dimisit. solummodo de manus impositiõe debes inquirere, id est, si bene vel male manus alicui imposueris, scilicet cõferendo ordines vel beneficia. Quomodo vero vir sanctus Attilam Hunnoꝝ regem exorauerit, ꝙ vrbi pepercit, dicetur in sequenti generatione. Anno dñi 449. vel secundum alios 50. Clodius 20. sui regni anno vita excessit, nullis liberis relictis, vt refert Robertus Gaguinus. Qui aũt illi sanguine ꝓpior attinebat Merouęus, regno præfectus est, à quo vsq; ad Pipinum Caroli Magni patrem series generis regum perseuerat. fuit Merouęus regno commodissimus, quanq̃ ab Hunnis Tungros Metensesq; & reliquam Galliam incursantibus, multa perpessus sit, prout in sequenti generatione partim dicetur, vbi Etio coniunctus in campis Catalaunicis, præliatus est contra Attilam cum gloria. vt mox dicetur.

Eudoxia Hierusalẽ petit

Iohannes Cassianus.

Leo papa primus.

Instituta eiusdem.

Miracula.

Clodij obitus.

GENERATIO XVI.

Anno salutis nostræ 450. sub Leone papa & Theodosio iuniore ac Valẽtiniano imperatoribus, 16. incepit g̃natio. Interea regnãtibus his imperatoribus, Attila rex Hunnoꝝ cũ Bleda fratre regno Pãnonicæ regiõis sunt potiti, & erat titulus Attilæ huiusmodi: Attila fili⁹ Benedekutz, nepos Magni Nẽroth, nutrit⁹ in Engadi, Dei gratia rex Hũnoꝝ, Medoꝝ, Gotthoꝝ, Danoꝝ, metus orbis & flagellũ Dei. Quis aũt fuerit, maxime docet Priscus historicus. is em̃ à Theodosio iuniore, cũ esset ep̃laꝝ magister, orator ad dictos Hunnoꝝ reges in Scythiã fuit missus, q scripsit imperatori ingẽtia se flũina trãseuntẽ ad loca ꝑuenisse, vbi dudũ Indigoia Gotthoꝝ fortissimus, Sarmatũ dolo occubuerit, indeq; nõ lõge ad vicũ, in q̃ rex Attila morabat̃, accessisse: vicũ inquã ad instar ciuitatis amplissimæ. in q̃ lignea mœnia ex tabulis nitẽtibus fabricata vidit, q̃rum tabulaꝝ cõpago ita solidũ mentiebat̃, vt vix ab intento posset iunctura tabulaꝝ cõpręhendi. Erãt triclinia ambitu ꝓlixiore distincta, porticusq; in om̃i decore disposita, area vero* curiæ ingenti ambitu cingebat̃, vt amplitudo ipsa regiã aulam ostẽtaret. Hæc sedes, erat regia Attilæ regi barbariẽ totã tenẽti, hæc captis ciuitatibus habitacula ꝑponebat. is nanq; patre genitus ẽ Mũdizico, vel vt alijs placet, Madlucho, cuius fuere Germani Ottar & *Rohas, qui ante Attilam regnũ tenuisse narrantur. post quorum obitum cum Bleda germano, Hunnorum successit in regno. Erat vero

Attila dux Hunnorum

Priscus historicus.

Vicus mœnia lignea habens.

vero Attila sūpbus incessu, huc illucq; circũferens oculos, vt elata potentia, ipso q̃q; in motu corporis appareret, belloꝝ q̃dem amator, sed ipse manu tẽperans, cõsilio validissimus, supplicãtibus exorabilis, propicius aũt in fide semel susceptis, forma breuis, lato pectore, capite grãdiore, minutis oculis, rarus barba, canis adspsus, simo naso, teter colore, originis suæ signa p̃ se ferens. Qui q̃uis huius esset naturæ, vt semp magna cõsideret, addebat ei tñ cõfidentiã gladius Martis, apud Scythaꝝ reges inuẽtus & semp habitus, quẽ Priscus tali refert occasiõe detectũ: Cum pastor q̃dam gregis vnã buculam claudicantẽ cõspiceret ac vulneratã, solicitus vestigia cruoris sequẽs, venit ad gladium, quẽ latentẽ in herbis bucula impegit. hũc gladiũ pastor ad Attilam detulit, q̃ ille munere gauisus, & vt totius mũdi principẽ constitutũ se, ac p Martis gladiũ potestatem belloꝝ sibi cõcessam esse arbitrabat. hinc multis natiõibus bella inferẽs, Gepidaꝝ regẽ famosissimũ Ardaricũ sibi subiugauit, Ostrogotthos q̃si hæreditario iure subiectos habuit, & multaꝝ gentiũ dñs factus, in Pãnonia sedẽ tandẽ locauit.

Martis gladius.

De eo aũt chronica ad Matthiã regẽ Vngaroꝝ sic referũt, q̃ post annũ 401. Attila, aliàs Ethele dictus, & frater ipsius, fuerint in reges Pãnonicæ regiõis vnanimi voto assumpti, q̃ Attila sedẽ sibi in ciuitate Sicãbria elegit, tandẽq; innata sibi ambitiõe, vicina cõstituit inuadere regna. q̃obrem ne se absente dñium suũ periclitaret, Bledã fratrẽ suũ in cõsortiũ regni suscepit, & illũ à flumine Ticiæ vsq; ad amnẽ Tanain, sup vniuersas barbaras nationes sibi subiectas principẽ cõstituit. Post hæc puincias circũstantes, Mœsiã, Achaiã, Macedoniã, & vtrãq; Thraciã inuasit. q̃bus pdomitis, victor rediit Sicambriã. hac ei⁹ sorte cõterritæ multæ natiões, spõte illæ se eius subiecerũt potestati, inter q̃s erat Valemir orientaliũ rex Gotthoꝝ nobilissimus, Ardaricus rex Gepidaꝝ famosissimus, p̃terea Marcomani, Sueui, Quadi, Eruli, Thuringi, regi Attilæ in seruitutẽ pariter & societatẽ spõte se iũxere. aderãt nõ minus & Dietmarus ac Vuintmarus, reges & fratres Valemiri iam dicti. Rex igit Attila tantaꝝ sūpbus impio nationũ, cõuocata curia in Sicãbriã solẽni, Ro. imperiũ inuadere statuit. aderat Dietricus de Verona princeps Alemanus, pri⁹ hostis, nũc cõfœderatus, psuasitq; vt regiões occidẽtales Ro. impio subiectas inuaderet, vtpote armoꝝ p̃sidio destitutas: q̃ consilio rex Attila ductus, cũ p̃dictis sibi regibus, subiectis ac socijs natiõib⁹, habẽs in exercitu 500. millia armatoꝝ, de Sicãbria est egressus. primo Illyricos inuasit, deinde pene omi Germania puagata ac vastata, veniẽs tandẽ in regnũ Cõstantiæ, vbi rex Sigismũdus terræ princeps circa Basileã cum exercitu obtritus ac fugatus est, & tandẽ illi subiectus. Deinde Argentinã ciuitatẽ obsedit, & vi cepit ac diruit, & p̃da facta, ne muri se viuẽte repararent vetuit, & q̃a puia facta, Strasburg noĩari iussit. deinde exercitũ in Luxoniũ, Bisantiã, Cabilonẽ, Masticones, Lingones, Lugdunẽses ducẽs, ciuitates oẽs & munitissimas diripuit, vastat, & humotenus destruere fecit, & sic sæua tẽpestas igne & gladio oĩa consumpsit, vt historiæ Alemanoꝝ habẽt.

Attila rex Bledã in cõsortem quęsiuit.

Argentina ab Attila destructa.

His malis Theodosi⁹ cũ resistere pararet, pestilẽtia correptus, apud Cõstantinopolim obiit, vir q̃dem multũ sapiẽs, patiẽtia & clemẽtia vniuersos p̃cellẽs. primũ igit*regaliter natus, attñ nutritus nihil habuit tepidũ. sic fuit sapiẽs, vt inter cõfabulãtes experimẽtũ oĩm crederet habere causaꝝ. pdurabat in frigore similiter & in æstu. plerũq; ieiunabat, & maxime q̃rta feria & sexta studio Christianitatis. nec aliter q̃ monasteriũ regalia videbant. ipse nãq; matutino ad suas sorores pgens, diuinas dicebat laudes, sacras literas sine codice recitabat, loquẽtibus epis, velut olim sacerdos, ex diuina lectione rñdebat, cõgregabatq; sacros codices, & plus q̃ Ptolemæus Philadelphus studuerat. Porro non multũ gaudebat syllogismis Aristotelis. philosophiã exercebat operibus, iram, tristitiã, libidinẽq; deuincẽs, & in nullo se vlcisci desiderãs. dum igit à q̃dam familiariũ interrogaret, cur nullũ se lædentiũ morti subijceret, Vtinã esset mihi, inq̃t, possibile ad vitã etiã mortuos reuocare. quẽ dum alter req̃reret, eodẽ modo rñdisse fert: Nõ est, inq̃t, magnũ neq; difficile hoĩem occidere, Deo soli aũt mortuũ ex potẽtia suscitare. Si q̃n bella sibi mouerent, cõfugiebat ad Deũ, sciẽs eum p̃lioꝝ autorẽ, & sic nõnunq̃ inimicos oratiõe superabat. Eius prĩcipis vxor heroico metro multa cõfecit. erat em̃ eloquẽs, filia Leontij sophistæ Athenieñ. quã dum imperator duxisset vxorẽ, Christianã*Athicus fecit epũs: & cum prius vocaret Athenais, Eudoxiæ nomen imposuit, ex q̃ nata fuit Eudoxia Valẽtiniano nupta.

Theodosii virtus & obitus.

Eudoxia artium perita

Quod aũt Eudoxia catenas S. Petri ab Hierosolymis Romã trãsportauerit, in fine p̃cedẽtis gñationis scripsimus. Hic Theodosius codicẽ legũ librũ edidit ex cõstitutionibus antiquoꝝ principũ, scilicet Hermogeniano, Theodosiano & Gregoriano. nec tñ vir iste vitijs caruit. erat em̃ mobilis. vnde & in chartis non plectis se nõnunq̃ subscribebat. mortuus est itaq; anno imperij sui 41. Cuius tpe corpora septẽ dormientiũ, q̃ sub Decio imperatore inclusi in spelũca, martyrio coronati sunt, suscitata aũt à Deo sub Theodosio, ad confutandum

Theodosius codicem cõpilauit.

Septem dormientes suscitati.

tandum errorem apud quosdam exortum, negãtes resurrectionem mortuorum, q̃ui postq̃ Theodosio & pluribus alijs locuti sunt, resurrectionem attestantes, in pace dormierunt. Theodosio mortuo, B. Pulcheria soror eius, nondum morte eius diuulgata, Martianum religiosum & in pudicitia conuersantem senem & idoneum virum, ad se accersiuit, & ei dixit: Q̃m imperator mortuus est, & ego te elegi tanq̃ beneplacentem ex omni senatu, da mihi verbum ꝙ virginitatem meam custodias, quam Deo deuoui, & pronunciabo te imperatorem. q̃d ille cum sacramento pollicetur, accersitoq; Anatholio patriarcha cum omni senatu, pronunciauit Ro. imperatorem. Anno igitur dñi 453. secundũ Bedam imperauit anno dñi 449. ab vrbe cõdita 1204. Martianus orientali aulæ p̃ficitur imperator, patrãte (vt dictum est) Pulcheria sorore Theodosii, regnauit annis 7. cum Valẽtiniano qnq;, & post mortem Valentiniani duos. Hoc in tẽpore cum Valentinianus intellexisset Theodosium vita functum, pacem cum Genserico rege Vandaloꝝ cõstituit, certisq; spatijs Africa imperatori Ro. & Vandalis est diuisa. eam aũt pacem Gẽsericus anxie optabat, q̃a ortam inter suos seditionẽ, factamq; in caput suum conspirationẽ, non prius armis cõprimere audebat, q̃ Ro. imperatoris periculo leuaretur. qui quidem Gensericus, postea castigatis in concione militibus, seditione compressa, perfidus, nihil vltra *suspicatus, militum & ducum ingentem numerum securi pcussit. Pari ratione & Martianus, vt Hunnis, Gepidis & Ostrogotthis integer cæterisq; solutus curis patior resisteret, cum eodem Genserico atq; cum Persis inducias est pactus. in Hunnos vero, Gepidas & Ostrogotthos, misit Arnestidẽ magistrum militum, q̃ apud Martianopolim illis cõgressus, p̃lio superior fuit. Sed postea cum auide nimis & incaute bellum gereret, eum Attila circũuentum superatumq; interfecit. & tñ nulli dubium tunc erat, q̃n Martianus imperator prudentissimus, 4. reges illos Hunnoꝝ, Gepidaꝝ & Ostrogotthoꝝ, tantã barbaroꝝ colluuiem trahentes, aut ad dissidium seductos, aut cõmeatu interclusos, breui fuerit confecturus, si modo in Illyrico & p̃ximis p̃uincijs fuissent diutius cõmorati. In ea nãq; nobilitatis opumq; paritate non satis cõcordes erant, q̃n cœperãt eoꝝ aliq̃ Martiano cedere multa pollicenti, si Attilam reliquissent. Sed callidissimi ingenij Attila, ipsius imperatoris consilium occupauit. nam fratrem suum Bledam, viꝝ mitioris ingenij, cingendę muro vrbis Budaliæ operi intentũ, fraude pemit. Quo interfecto, Andaricum *Gepidaꝝ, Valemirémq; Ostrogotthoꝝ reges, subditos sibi potius q̃ socios habere cœpit: duxitq; postea eos, tanq̃ sui exercitus duces, q̃cunq; effrenis libido illum audaciaq; traxerunt. Hic repetita sunt, q̃ partim supra ex rebus gestis Vngaroꝝ sunt conscripta, vt q̃sq; p̃bet q̃ veritati cõsentanea magis videant. Itaq; Attila p̃clusis Martiani copijs, ad Cõstantinopolim p̃ximasq; ciuitates accessum intelligẽs, statuit emigrare. neq; eñ tantos exercitus in vastatis Pãnonijs & Illyrici p̃uincijs diutius alere potuisset. verebatur etiam ne Ro. & Visigotthi arma coniungerent. Etium itaq; amicissimum primo tentauit, cum q̃ paterna origine de transitu in Italiam fœdera ante inijerat. misit & nuncios ad Valentinianum, nullatenus se aduersus Ro. hostiliter venire, nec reip. amicitias in aliquo se velle violare, sed contra Theodoricum Visigotthoꝝ regem, *fieri certaminis causas existere. Theodorico vero, qui per id tempus Valliæ in Visigotthorum regno successerat, persuasurus, multis varijsq; modis est vsus, maxime tamen acceptas sæpenumero clades, impendensq; à Rom. excidium memorauit. orauitq;, vt partitum potius cum Hunnis, Ostrogotthis & Gepidis consanguineis occidentale imperium securus retinere, q̃ sub perfido & superbo hoste Ro. tremens periclitari mallet. sed effecit Attilæ superbia ac militaris gentium calamitatis recens memoria, eius quod q̃rebat oppositum. Etius nanq; Patricius, qui tunc militiæ Ro. p̃erat, intelligẽs astutias & dolos Attilæ, misit ex p̃sona Valentiniani legatos ad Theodoricum regem, q̃ illo in tempore apud Tolosam regnabat, vt pacẽ firmaret cum illo. Consensit in hoc Theodoricus, pacẽq; cũ Etio firmauit, seq; cũ eo contra Attilã pugnare p̃misit. Etius ictis fœderibꝰ, q̃tumcunq; potuit, auxilia ex subiectis imperio prouincijs Italiaq; cõtraxit, misitq; ad oẽs Ro. quondam prouincias oratores, quorum suasionibus adducti Burgundiones, Meroueus rex Francorum, Saxones, Riparioli, Lambriones, Sarmatæ, Luteciani, cõtra Attilam in eadem fœdera consenserunt. Contra vero pariter & patrijs eduxit sedibus Attila non Scythiæ modo populos, sed ad latissimam quoq; Danubij oram vndiq; expositos, in quibus notissimi erant supradicti, Andaricus Gepidarum, Valemir, Theodamir, Vindemir fratres Ostrogotthorum reges, atq; Marcomanni, Quadi, Heruli, Sueui, Thuringi, Rugi, & aliæ barbaræ gentes, quæ habitabant partes Aquilonis, ad q̃ngenta armatorum millia fuisse dicuntur. Et cum desperasset Attila, q̃sita p̃ simulationes vtriusq; hostis pace, Germaniã est ingressus, & ea incẽdijs, rapinis, cædibusq; mul-

Pulcheria.

Martianus Imp. 55.

Partitio Aphricæ.

Arnestides cõtra Hunnos missus.

Bleda interfectus.

Theodoricus Gotthorum rex.

Cõspiratio multaꝝ gẽtium cõtra Attilam.

Attila Germaniam ingreditur.

multis in locis vastata, transiuit in Gallias. primũ in Remẽses ducẽs, eorũ vrbẽ corona cinxit. tandẽ refractis subita vi mœnibus, irrupit exercitus, tantæq; sæuitiæ & cędibus indulsit, vt nec sexui parcerẽt, nec ætati, eoq; in S. Nicasiũ vrbis epm, virũ ætate prouectũ sæuitũ est, ex cuius ore, postq̃ abscissum caput iacebat, diuini eloquij carmina sunt audita. Post multas hinc inde in minoribus locis cædes, tũ rerũ sacrarũ direptiões, secunda ad Aurelianos Attila fecit castra. sed duxerat interea in Vasconiã Etius, & Ro. legionibus apud Tolosam sedẽtibus, Visigotthorũ copijs cõiunctis, exercitũ summo studio cõtrahebat. q̃d cũ intellexisset Attila, primo qd faceret dubitãs, nã q semp paruifecisset Visigotthos, Alanos, Sarmatas, Saxones, ab Hunnis sæpe supatos, Gallos itẽ & Francos accedẽtes facile spreuisset, nisi summã Etij virtutẽ & rei militaris pitiam sibi cognitã timuisset. Ergo aruspice accito, ritu patrio exta inspici iussit. Aruspice aũt dubiũ p̃lium ac magnorũ suorũ cædẽ, sed p̃potẽtis hostiũ ducis necẽ portendi renũciauit. In p̃lium Attila exarsit, nõ dubitãs qn sublato Etio, si etiã maiorẽ exercitus sui partem amisisset, cũ reliqs copiarũ & supplemẽtis, orbis impio potiret. q̃ adductus spe, omissa Aurelianorũ obsidiõe, in Vasconiã duxit. oppositi tales tantiq; exercitus, q̃les in Europa nũq̃ cõuenisse cõstat, in subiectis Tolosæ cãpis, Catalaunicis dictis. tũc acies in hũc modũ, p̃ut refert Ablabius, struxere. Attila imbellẽ mulierũ puerorũq; turbã, inter carros ad p̃ximos colles primo semouit, & inde structa aptis cãpis acie, sese cũ Hũnis mediũ locauit, Ostrogotthos vero reges sinistro, Ardaricũ Gepidarũ regẽ dextro cornibus p̃fecit. Structuros aũt acies Theodoricũ ac Etiũ, retardauit Singibaris p̃fidia regis Alanorũ, quẽ resciuerẽt ab Attila corruptũ. dubitãtes qd facerẽt, ipsum regẽ cũ Alanis curarũt acie media inter auxilia cõtineri. Theodoricus exinde cũ Thorismũdo filio & Visigotthis sinistrũ, Etius cũ Ro. & Burgũdionibus ac Meroueo Francorũ rege dextrũ cornua tenuere. Forte erat in cãpo tumulus, vtrisq; castris pari spatio p̃ximus. de cuius opportunitate hinc inde certãtes, hũc occupauit Thorismũdus. cõcurrentibus inde cornibus, p̃lium initũ est, pro numero & multitudine atrocissimũ, cædẽ vero inauditã, riuos ac medio in cãpo sanguinis torrentẽ fuisse scribũt. Dum aũt recedẽtes Hũnos & in fugã cõuersos, ardẽtiori aĩo inseqt̃ Theodoricus, suorũ magis pressura allisus, q̃ hostiũ ferro interfectus, occubuit. Attilã sane de morte Etij fefellit sua opinio. nã Theodoricus occubuit. tũc Visigotthi diuidẽtes se ab Alanis, inuadũt Hunnorũ caterua, & pene Attilã trucidarũt, nisi p̃uidẽs arte fugisset, & se suosq; ilico intra septa castrorũ, q̃ carris ac plaustris vallauerãt, reclusisset. Altera vero die intra claustra se cõtinẽs Attila, cũ p̃gredi nõ auderet, nec tñ tubis p̃strepe q̃si incursionẽ minitans cessaret, vt victores suos inclusus saltẽ turbaret, Thorismũd⁹ Theodorici regis filius, de paterna dolẽs occisiõe, statuit Attilã coarctare obsidiõe, eũq; cũ suis ad internecionẽ delere. Tũc Attila de vita desperãs, ex sellis ingentẽ pyrã cõstruxit, vt si forte Gotthi imminerẽt, supposito igne ipse adscẽderet, seseq; cremaret, ne qs de suo vulnere gauderet, aut rex tantarũ gentiũ in hostium potestatẽ veniret. Cęsa aũt fuisse in eo p̃lio ex vtroq; exercitu 100. & 65. millia, alij 100. 80. millia scripserũt. Per idẽ tẽpus Thorismũdus inuentũ genitoris sui cadauer, regij funeris põpa Tolosam ferri, & se à Visigotthis regẽ declarari & salutari fecit, & cõuenietibus ad Etij tẽtoriũ ducibus, Etiũ Thorismũdus cæterosq; duces vt victoria vterent, primus oĩm est hortatus. Sed Etio non minus Visigotthorũ, Alanorũ, Sueuorũq; & Burgũdionũ ac Francorũ, q̃ Attilæ & Hunnorũ suspecta erat potẽtia. metuebat eñ, Attila pempto, Romanos postea impune ab illis deprimi. ideo aliud consilium sibi fuit. Hunnos enim, Gepidas & Ostrogotthos nunc eneruatos, & disciplinæ militaris (vt opinabat) ignaros, voluit cõseruare. Hinc arte laudatũ, in maximãq; spem erectũ Thorismundũ, admonuit, vt fratrũ q domi manserãt, ambitioni occurreret, & ad suscipiendã paterni regni gubernationẽ festinus accederet, ne si à fratribus suis inuaderet, ipse oĩno priuaret. Hoc ille cõsiliũ q̃si p sua salute p̃latũ, libẽter amplectẽs, domũ redijt. q̃ facto, cæteri p̃cipes & populi, q Ro. secuti erãt signa, Etio dimittẽte, in patriã sunt reuersi. Cæterũ Etius talia machinatus, heu nesciẽs q̃tum hac p̃uisione detrimentũ patriæ dũ auertere cupit, ingessit. nã Attila postq̃ tãto tremore ac p̃iculo se vidit liberatũ, mox inde in Tũgros, post hæc in Trecẽses duxit exercitũ, & strages ac maxima edidit incẽdia. Erat aũt hoc in tpe S. Lupus ciuitatis Trecẽsis epũs, q põtificali habitu decoratus, cũ suo clero obuiã Attilæ veniẽti p̃cessit. cũq; corã illo venisset admissus, ait Attilæ: Tu qs es, q terram dissipas atq; cõculcas? Cui Attila: Ego sum Attila rex Hunnorũ. flagellũ Dei. ad quã vocẽ iussit epũs portas ciuitatis aperiri, & ait: B̃nuenerit flagellũ Dei, & induxit illos in ciuitatẽ. sed Dei iudicio statim vt ingressi sunt, oẽs p̃cussi sunt cæcitate, & transeuntes p mediã ciuitatẽ, nulli læsionẽ fecerũt. Posthac, vt in chronicis Vngarorũ legit, Attila p̃fectum sui exercitus Iuliũ. alias

Acre bellũ cum Attila.

Theodoricus obijt.

Cæsi in p̃lio

Etius dolose agit.

Lupus epũs

Gyulam,

Gyulam,ad obfidionẽ Coloniæ deftinauit.q dum expugnare quæreret ciuitatẽ Agrippinã,cœtus ille xi.milliũ virginũ, duce S.Vrfula,fimul cũ illuftri duce Etherio Anglorum regis nato fpõfo fuo,ac Cyriaco papa,multifq; alijs nobiliffimis p Rhenũ defcendentes,Coloniã applicat.Ibiq; à pdicto Hunnorũ duce ,p Chro martyrio funt potiti, de q tñ alij fcribũt,circa annũ dñi 218.trucidatos effe,prout de hoc fupra generatiõe 8. fcribit.Igit Attila cũ Gallias deuaftaret,audiuit Ro.& Vifigotthorũ fimul iterũ contra fe copias aduẽtare,ac bellũ inftaurare: quo cõperto,relictis Gallijs in Pãnonias redijt, ibiq; maximo conflato fupplemento & auxilijs,exercitu nõ vltrà Gallias,fed Italiam ipfam inuadere cõftituit:in quã ducturus,primũ Illyrici finus orã circũuect⁹,plurima oppida quæ in Martiani erãt cura, nullo pfidio firmata diripuit & incẽdit: ad Arfiam vero fluuiũ &Tergeftinũ finũ,Italiæ limites,nõnullas Valẽtiniani copias reperit ad tutandũ prouincias,quas pfectus Liburniæ & Aquileiæ Valẽtiniani dux adduxerat. fed ilico repulfus miles Ro.intra Aquileiã fe recepit,quã ex hoc cõtinuo triennio obfedit. Quo in tpe fatis cõftat Martianũ Cõftãtinopoli imperaffe,Gẽfericũ apud Africã,Merouem apud Frãcos regnaffe,Burgundiones fuis in fedibus,Thorifmundũ,Sueuos & Alanos in Hifpanijs,Aqtania &Vafconia quietos fuiffe.Sed deValẽtiniano qd egerit, nihil íuenim⁹.Cũ aũt ex lõga obfidiõe cũctã regionẽ adiacẽtẽ,exercit⁹ Attilæ expoliaffet, nõ minori fame atq; penuria obfidẽtes q obfeffi laborabãt,ita q capiẽdã vrbẽ qfi defperaffet. fed cũ die qdã rex Attila muros ciuitatis circuiret,cõfiderauit ciconias, q in turribus ciuitatis nidificauerãt,vno ĩpetu ex vrbe migrare,atq; fœtus fuos exportare.Quo vifo,Attila ad fuos:adfpicite,ait,aues futurorũ prǽfcias,ciuitatẽ perituram relinquere.Hoc modo iritatis barbarorũ animis,magno impetu vrbẽ vndiq; aggrediũtur, atq; feffis recẽtes fuccedẽtes,requiẽ negabãt obfeffis. Ad poftremũ effractis violenter muris,ingrediũtur vrbẽ,opes diripiunt,occurrẽtes oẽs fine ætatis aut fexus difcretione trucidãt.folæ mulieres forma pclaræ,ad luxuriã referuãtur. Erat in vrbe mulier pclara noĩe Digna,q fe ex alto in gurgitẽ præcipitẽ dedit,ne fieret pda barbarorũ.Igit deleta Aquileia,circũiacẽtes vrbes aggredit,ac velut fulgur ipfas demoliẽs deftruxit,hoc eft, Concordiã,Patauiũ,quæ hodie Padua vocat,deinde p vniuerfas Venetiarũ vrbes,Veronã,Vincentiã,Brixiã,Pergamũ aggrediẽtes capiũt.Venetiæ,dum Aquileia obfideretur,&tãdem vaftaret,in diœcefi-quæ Caftellũ dicit,ædificari ciuitas cœpit,qdã aũt fcribunt anno falutis 422.effe ædificatã.Nam locupletes viri ,puinciæ Venetiæ, fugientes exercitus Attilæ,direptiões cũ famulis fuis & pciofa fupellectilia portãtes,,pprijs fedibus relictis,nauibus onuftis recedẽtes,in infulis quæ dicebãtur Riuus altus,fecuri à barbarorũ impetu,qbus non erat vfus nauiũ ad vim alijs inferendã,& cũ arenæ habitacula nõ fufficerẽt,nauibus vehẽtes arenas,ex induftria manfiões munierũt,& ex cõi ,puinciæ vocabulo Venetias dixerũt.Poft direptionẽ Aquileiæ &aliarũ ciuitatũ Veneticarũ prouinciæ Aemiliæ vrbes eodẽ modo diripiunt.Rauẽnæ vrbi tñ hoc modo pepcit:Iohannes eius epus,fuo clero comitatus,in albis extra vrbẽ ad Attilã fuburbia obfidẽtem fupplex accelerat,oratq; vt vrbi & ciuibus parcat.Attila,epi audita oratiõe,rñdit:Parcere volo,fed ne ciues tui fuo cõfilio vel virib⁹glorient nrę obftitiffe potẽtiæ,portarũ poftes deponi volo,& q noftri exercit⁹ vngulæ illas cõculcẽt.Quã cõditionẽ vrbis ciues libenter amplectũtur.Trãfiuit ergo Attila p Rauennã cũ fuo exercitu,nõ aliter ciuitatẽ deuaftãs. Inde in Liguriã progreffus Attila, Mediolanũ atq; Ticinũ captiuatis vel occifis ciuibus diripit.nouiffime occifione hoĩm & pda fatiatus,eo loco quo Mintius fluuius in Padũ fluit,caftra pofuit.Ibiq; cõfiftẽs,aĩo reuoluere cœpit,vtrũ Romã adiret.fed Alarici exemplũ pauens,q capta vrbe atq; fpoliata,nõ diu fupuixit,ire differebat. Inter hæc legatio placidiffima de Roma ad eũ venit.Igit Leo fanctiffimus papa filijs fuis timẽs,p fe ipfum ad regẽ venit,hortãte etiã Valẽtiniano imperatore, reperit aũt illum apud Mintiũ ĩ caftris.Ibi accedẽs,cũcta q optauerat,obtinebat,& nõ folũ vrbis Romæ, fed etiã totius Italiæ falutẽ reportauit.Nã rex ille crudeliffimus,Dei nutu territ⁹ fuerat, nec aliud Chri facerdoti loqui valuit,nifi qd fanctus pful optauerat.Recedẽte aũt põtifice,interrogatus Attila à fuis,cur vltra morẽ tantã reuerẽtiam põtifici exhibuiffet,& cur ad oĩa quafi impaffet, obtẽpauerit,rñdiffe fert:Nõ ego eius pfonã q aduenit,honoraui:fed iuxta illũ ftantẽ aliũ virũ facerdotali habitu,forma auguftiorẽ,canicie venerabilẽ,illũ mihi euaginato gladio terribiliter mortẽ minantẽ,nifi cũcta quæ ille petebat, expleffem.Attila itaq; tali modo à fua barbarie repreffus, ex magna parte opibus expoliata Italia,multifq; occifis & captiuatis,Pannoniã repetiuit.Ad quẽ nõ multo poft in Norico iam fuperiori,quã nũc effe partim Auftriã,partim Bauariã dicimus,ftatiua ducentẽ,Honoria Valẽtiniani impatoris foror per eunuchũ fcripfit,vt fefe pcibus ac minis in vxorem à fratre extorqueret. Id aũt magna inftãtia Attila attentauit,mandans

Augurium Attilæ.

Digna, caftitatis exemplum.

Origo vrbis Venetiarũ.

Rauẽnæ Attila pepercit.

Attila Leonis papæ orone pfuafus Italiã reliqt.

Valētiniano, peiora se ꝓxime illatuꝝ, nisi mox sibi germanā suā cū regaliū opū porti one trāsmisisset, sed mox diuino iudicio ex hac vita decessit. Nā reuersus ad Pānonias, inter plures q̄s habebat vxores, puellā q̄ndā pulcherrimā, Hildico noīe, vxorē duxit, ob cuius nuptias mortē hauserat. nā post cōuiuiū ꝓfusius hilariusq́ꝫ celebratū, resupinus alto in sopore cū demersus esset, sanguis e naribus ꝓfluens, vitalibus oppletis meatibus, eū necauit. q̄d q̄dem ea nocte scribūt multi cognouisse ꝑ soporē Martianū apud Cōstantinopolim, cui dn̄s ꝑ visum apparuit, & Attilæ arcū fractū esse ostēdit. Sed qa virtus semꝑ inuidiā parit, Valētinianus inter hæc timens ꝓsperos Etij successus, & forte motus etiā ex eo, ꝙ victoria cōtra Attilā parta vti detrectauit, ipsum ꝓcurauit occidi, q̄ simul occidētis imperiū statusq́ꝫ reip. corruit. sed Valētiniano mors Etij nō impune cessit. nam anno q̄ mortē Attilę est secutus, Valentinianū Trāstyla Etij cōmilito occidit Romæ, vt ducis sui, de se deq́ꝫ rep. optime meriti, iustissimā sumeret vltionem. q̄d tn̄ facinus Trāstyla nunq̄ ausus fuisset, nisi eū impulisset adiuuissetq́ꝫ Maximus patricius, à q̄ Etius pariter fuit interfectus. Valētinianus itaqꝫ occisus est, cū regnasset annos 30. Id Pōponius Lætus. Occiso itaqꝫ Valētiniano, Maximus p̄fatus inuasit imperiū anno dn̄i 456. q̄ vt sibi firmaret imperiū, Eudoxiā Valentiniani relictā, vi in vxorē recepit. quæ nullū auxiliū fore à Cōstantinopoli existimās, Theodosio patre & Pulcheria amita defunctis, missa legatione, Gensericū ex Africa inuitauit, q̄ subito per mare magna multitudine nauiū Italiam intrauit, cū adhuc B. Leo Romanū regeret pōtificatū. Adduxit aūt Gensericus CCC. hoīm millia, ad cuius impulsi potētissimi exercitus aduentātis nunciū territa ciuitas Romana, in mōtes syluasq́ꝫ & munitiora oppida populariter demigrauit. Maxim⁹ vero tyrānus dū fuga & ipse sibi cōsuleret, ab Vrso milite Romano occisus fuit. Leo itaqꝫ sanctus, cuius prece & suasiōibus Attilā ostēdimus Italia excessisse, is pater pius in tāta oīm trepidatiōe sibi securus, paucos adducēs ordinis sui Chr̄i cōseruos, superbū adijt Gensericū, eūq́ꝫ prius q̄ vrbē ingrederet̄, orauit, vt p̄da ciuili cōtentus, sacra dimitteret intacta, & à ruinis incēdioq́ꝫ vrbis, populo *vacuo *facto, abstineret. Minime tn̄ valuit oro sancti viri apud barbaꝝ, q̄ Arriana hęresi inq̄nat⁹, sicut ī Africa, ibi idē tēpla sacrasq́ꝫ ædes simul cū reliq̄s vrbis partibus diripi ꝑmisit. ꝑ 14. itaqꝫ dies Romā oībus suis diuitijs euacuabāt, multosq́ꝫ captiuos inde auferentes, vt narrat Blōdus. alij tn̄, vt Paulus diaconus, scribūt, ꝙ Leo papa Gensericū in tantum Deo adiuuāte deliniuit, vt cū oīa ꝓtāti eius essent tradita, ab igne tn̄, cæde atqꝫ supplicijs abstineret. Eudoxiā q̄q; q̄ Gēsericū ad hoc malū inuitauerat, cū 2. filiabus suis in Africā deportabāt. Hoc modo capta est Roma secūdo, anno dn̄i 456. postq̄ eā Alaricus inuasit, expletis ab eo tēpore annis 43. à cōdita vrbe 1207. aliàs 1209. Egressi vrbe Vādali, Cāpaniā lōge lateq́ꝫ populati sunt. Capua vi expugnata, & ad solū vsqꝫ diruta est, q̄ causa īpulit S. viꝝ Paulinū Nolanę vrbis episcopū, vt ī captiui vni⁹ redēptionē, semetipsū dederit ꝓ seruo ī Africā deferendū, q̄ fact⁹ ex episcopo hortulan⁹, tantā tribuēte Deo est apud barbaros gratiā cōsecutus, vt oēs Nolanę vrbis captiuos sibi donari obtinuerit, in patriā reducēdos. & cū totius regiōis Cāpaniæ oppida barbaroꝝ furor attriuisset, ad Neapolitanā vrbē ventū est, q̄ mœniū firmitate & ciuiū robore munita, ꝓtinaciter resistēte, Gēsericus obsidiōe soluta in Africā redijt. sextus is erat Martiani impatoris annus. Reuersus aūt in Africā Gēsericus, filiam Valentiniani principis Trasimūdo filio suo vxorē dedit, ex q̄ Hildericus natus est, qui q̄rtus post Gensericū regnauit. q̄ matris monita sequēs, catholicus fuit. Quare aūt q̄rtus, cū Gēserici fuerit *filius, dicūt Gensericū successiōis ordinē filijs cōstituisse, vt frater morieti fratri sine controuersia succederet. vnde Gēserico successit Honoricus, q̄ regnauit annis 8. in ecclesiā Dei grauiter efferat⁹, vt dicet̄ sequēti gn̄atione. Post hūc Guntabūdus frater secūdogenitus, annis 9. regnauit. post illū Trasimūdus, de q̄ supra, regnauit annis xx. hic Hildericū ex Eudoxia genuit, vt dicet̄. Martianus impator admodū religiosus, & egētibus multa bn̄ficia p̄stans, regnū q̄d delicati p̄decessores eius ꝑ annos fere 60. vicissim imperantes minuerāt, diuina ꝓuisione inter turbationes p̄missas reparare nō destitit. Quo in tēpore etiā B. Pulcheria dormiuit in Chr̄o, q̄ oīa sua bona paupibus dereliq̄t. Hæc aūt Martianus, cū multa essent, alacriter dispꝓtiuit. Per idem tempus fides catholica a Nestorianis & Eutychianis supbius impugnat̄. Nestorius eñ Mariā virginē non Dei, sed hoīs tantū genitricē dixit, vt aliā carnis, aliā diuinitatis ꝑsonā faceret. de q̄ in p̄cedēti gn̄atione. Eutyches aūt Cōstantinopolitanus abbas, ne sentire cū Nestorio videret̄, diuinā cū hūana natura in idē compositū recidisse affirmabat, vnūq́ꝫ factū, nec vllo modo inter se distingui debere. Hanc hæresim cū Flauianus Cōstantinop. episcopus dānasset, Theodosio annuēte, synodus Ephesina indicit̄, in qua Dioscoro Alexandrino episcopo p̄sidente, Eutyches restituit̄, Flauianus vero dānatur. At Leo, mortuo

Attilæ obitus.

Valētiniani ac Etij obit⁹.

Gēserici in in Italiā accessus.

Roma a Gēserico capta.

Gēserici catalogus.

Pulcheria obit.

Nestori⁹ & Eutyches hæretici.

The

Theodosio, in eiusq; locū Martiano suffecto principe catholico, conciliū Chalcedonēse indicit anno dñi 455. q fuit annus impij Martiani tertius, in q̃ concilio 600. & 30. episcoporum autoritate decernit credendū, duas naturas in Christo fuisse, vtq; vnus idemq; Chrs Deus & homo crederet, ac statim Nestorius & Eutychius nefandus Manichæorū psul dānarent. Cōbusti etiā publice sunt libri Manichæorum, calcata & depressa est Dioscori supbia atq; hæresis. hęc dicit synodus q̃rta Chalcedoneñ. de q̃ habet in c. prima. §. q̃rta, xvi. dist. sub papa Leone. Sub hoc Leōe etiā orta est hæresis Acephalorum, q ideo Acephali vocati sunt, quia sine cerebro & sine autore habebant. hi Chalcedonēse conciliū impbantes, proprietatē duarum substantiarum in Christo negāt, vnā tantū* in eiusdē psonæ naturā pdicantes, quā quidē hæresim epistolis suis elegāter & docte ad Christi fideles scriptis, acerrime cōfutauit Leo. Leo vrbis Romæ episcopus, postq̃ sedit annis vno & xx. morit, & apud S. Petrū in Vaticano sepelit, cui Hilarius natione Sardus substituit anno dñi 458. sedit annis 7. hic cōstituit, vt nullus pōtifex successorē sibi eligeret: itē, ne clericus à laico inuestiturā recipet. Interim sub Martiano successores Attilæ de regno cōtendūt, & dū incōsulte impare cupiūt, oēs simul imperiū pdiderunt. nam filij eius gētes sibi diuidi poscebāt. Vt aūt Gepidarum rex Ardaricus hoc audijt, indignatus, cōtra filios Attilæ primus insurgit: nec solū suas gētes, sed & cæteras q̃ pariter premebant, ab his absoluit. Armant igit, bellūq; cōmittit in Pannonia. post multos aūt cōflictus fauit Gepidis inopinata victoria. nā 30. fere millia tam Hunnorum q̃ aliarum gentiū, q̃ his ferebāt auxiliū, Ardaricus pemit, filiūq; Attilæ maiorem occidit. Quo interfecto, reliq eius germani cū Hunnis fugantur iuxta littus maris Pōtici, vbi prius legūtur fuisse Gotthi. Hæc victoria Ardarici, multarum gentiū animos sub iugo Attilæ pressos, ad hilaritatē erexit. Veniētes ergo multi ex eis ad Martianū principē, gratissime sunt ab eo suscepti, distributasq; sedes q̃s incoluerūt, accepunt. Gepidę nanq; Hunnorum sedes vendicātes, totius Daciæ finibus potiti sunt, nihil aliud à Rom. imperio nisi pacē postulātes. Sarmatæ vero & Scemādri, & quidā ex Hunnorum parte, ad Maternā vrbē Illyrici sedes posuerūt, Scyri & Adageri Scythiā minorē & inferiorem Mœsiā acceperūt, Rhugi aliæq; natiōes nōnullæ Birim & *Archadropolim petiere. Hernach q̃q;, aliàs Hernacus, iunior Attilæ filius, cū suis extremas minoris Scythiæ sedes elegit. Gotthi vero vidētes Gepidas Hunnorum sibi sedes vēdicare, & Hunnorum populos suas sedes vendicare, maluerūt à Rom. regno terras petere, q̃ cū discrimine alienas inuadere, Pannoniāq; acc pe, & sub rege Valemire ac eius fratre Diethmaro morabant locis diuisis, cōsilio tñ vnitis. tertius q̃q; Vuithmar cū vtroq; manebat. Contigit aūt vt Attilæ filij cōtra Gotthos, q̃si desertores dñationis eorum, venirēt: ignarisq; aliis fratribus, sup Valemirē irruerūt, q̃s tñ licet cū paucis ille suscepit, diu fatigatos adeo pstrauit, vt vix aliq pars remaneret. Eo tēpore cū p gesta re ad fratres suos Diethmarum & Vuithmarum direxisset nūcios, veniens nūcius in domū Diethmari, maius inuenit gaudiū. Ipso siqdem die Theodoricus filius eius, q̃uis de cōcubina, bonæ tñ spei puer nat⁹ est. Post tēpus vero nō multū rex Valemir & fratres eius Diethmar⁹ & Vuithmarus, dū cōsueta dona à principe Martiano non recipent. & fœdera pacis tñ custodirent, missi ab eis legati ad impatorē: & quia placita eis nō respōdit, Illyricū totū depdando vastāt. Inter hæc Romani post recessum Genserici Auitū senatorij ordinis Romanū delegerūt in imperatorē, cū q̃ Martianus mitissimi vir ingenij, dānis & periculis occurrere cupiēs, fœdera inijt, secundū q̃ resp. administrari deberet. Annos tunc septē Thorismūdus Visigotthorum rex post Catalaunici cāpi plium sese continuerat intra Vasconiā Tolosamq;. partim nanq; successus Attilæ timuerat, partim expectauerat, quē in locū euaderet res Romana, q Attilā necatū, Etiū Valentinianūq; occisos, & Romā à Vandalis expilatā esse audiens, *oēs postergauit Rom. impij *reuerentiā. Romanorum eñ maxima potestas, à ferrea sua firmitate in testaceā ferme deuenerat fragilitatē, ppter Gotthorum & Francorum incendia, incursiones & inauditas cędes. q̃ Romanę laudatiss. reip. cōtinuis vastatiōibus intulerūt. Thorismūdus itaq; cepit Hispaniā citeriorē, & Galliæ ciuitates extra Burgundionū Francorumq; ditionē, atq; vltra Ligerim cōstitutas: & solū Narboneñ. puinciam cū his q̃ Ligerim inter & Rheni fluenta sunt, tunc tutatus est Geruandus quidā Romanus, pfectus à Valentiniano cōstitutus. Interea Martianus cū orientalē remp. feliciter administraret apud Constantinopolim, facta suorum cōspiratione Ardaburij & Asparis, vij. impij sui anno pemptus est. Anno igit dñi 460. vrbis conditę 1211. Leo Bessica ortus progenie, ex tribuno militū impator est electus, & ab Anatholio patriarcha coronatus, regnū orientale suscepit, & 16. annis tenuit. Hūc vrbs Cōstantinopolitana primū ex Græca pgenie impatorem habuit. Itaq; primo eius anno cū Auitus Romæ mortuus esset, Maioranū quendam exercitus

Heresis acephalorum.

Hilarius papa.

Ardaricus rex.

Attilæ filij vincuntur.

Gotthi. Gepidæ.

Auit⁹ imp.

Thorismūdus Galliā vastat.

Martianus interficit.

Leo I. Grecus imp. 54

apud Rauennam, Leone suadente, imperatorem assumpsit. sed anno post tertio interfecit. Surrogatus vero est illi per Ro. Seuerianus, sub quo Alani duce Biorgo eorum refe per montes Tridẽtinos Italiã sunt ingressi. Missus in eos à Seueriano Richimer gẽte Gotthus, sed in patriciũ senatuscõsulto autoritate Seueriani allectus, Benacũ inter lacum & Bergomũ vrbem sese ille cum exercitu opposuit, cõflixitq́, ac Biorgũ regem occidit. Seueriano interim tertio anno imperij Romæ defuncto, Anthemius, qui fuit Martiani imperatoris gener, à Leone consensu totius militiæ ex patricio Cæsar factus est, ac Romã missus, cuius imperij initio Geruãdus Narboneñ. Gallię prefectus, de quo supra mentio fit, tyrãnidem assumpsit, q ab ipsius Anthemij ducibus prælio superatus, captus, & in exiliũ est actus. deinde post annũ Ro. Patricius imperiũ affectãs, iussu Anthemij occisus est. Gensericus inter tãtos motus tempus esse ratus, ex omi Africa ingẽtem cõtraxit classem, atq; ad littora Italiæ nauigauit. eãdem classem cũ in Africa parari intellexisset Leo imperator, Anthemio principi Ro. opẽ ferre instituit. Basilisco patricij ordinis belli duce declarato, haud cõtemnẽdas illi copias dans, quas nauigio impositas in Italiã perduxit, parauerat q́; alias copias Anthemius, qbus iunctis, Basiliscus Genserico occurrit. Cõmissum aũt est præliũ acerrimũ, à quo Gensericus se subtraxisse legitur. Superatus itaq;, multis nauibus militibusq́; amissis, in Africã se recepit. Meroueo Francorum rege interim defuncto, filius eius Hildericus suscepit regnũ circa annum dñi 462. quẽ luxuriose viuẽtem, & cũ filiabus populi fornicãtem, Frãci interficere nolentes abiecerũt, ac Aegidiũ quẽdam Ro. super se posuerũt, sed post annos 8. pœnitẽtes Hildericũ reuocabãt, factusq́; ẽ rex virtute magnus sup oẽs priores. Agrippinã em̃ ciuitatẽ, occisis à parte Aegidij multis Ro. Franci ceperũt, eamq́; Coloniã noiarunt. Treuerim quoq; incenderũt, & totã illã terrã vastabãt. Mortuo aũt Aegidio, Siagrius filius eius successit in locũ. Sedit in Suessionũ ciuitate, vbi sedes regni erat. Sed Hildericus superueniẽs, oẽm terrã illã pdatus est, & Aurelianẽsem ac Andegaueñ. ciuitates regno suo adiecit. eo in tpe Clodoueum generauit ex Basina regis Thuringorum vxore, quam ei abstulit, vt in fine gene. dicet. Nec tñ interea qetus fuit apud Cõstãtinopolim Leo. siqdem Aspar qdam patricius & Ardabur, cũ illũ insidijs tentatũ interficere neq; uissent, apertã vim parabãt, qbus vt resisteret Leo, classem reuocauit, quã Basilisco duce miserat in Italiã. Aspar interim mora ac fauore ciuiũ auctus, Ardaburẽ filiũ Cæsarẽ appellauit, vnde post reditũ exercitus aliqdiu in vrbe pari certamine est pugnatũ. vicit tandẽ Leo, & captos Asparẽ filiosq́; iugulari iussit. Motibus predictis ab initio intellectis, Ostrogotthi reges Valemir Theodomirq́; fratres, vti sub Martiano, Illyricũ vastauare. sed Leo mox ad pristinã cũ eis amicitiã venit, & tã preterita q̃ psentia munera tribuit, ac pacis obsidẽ Theodoricũ infantulũ Diethmari filiũ accepit, q iam annũ 8. intrauit, quẽ dum pater dare tardaret, patruus Valemiri promittit, vt exinde pax stabilior inter Ro. & Gotthos maneret. Igit Theodoricus obses ĩperialẽ grãm promeruit, qa elegãs puer erat. Postq̃ vero firma pax ĩter Ro. & Gotthos esset, videntes Gotthi sibi nõ sufficere quæ ab ĩperatore susceperãt, more solito cœperũt vicinas depredari gẽtes, & in Hũnos cõuertũt, atq; à finibus suis inglorios expulerũt, vt ex illo tpe q remãserãt Hunni, Gotthorum arma ptimescãt. Quiescẽte iam tandẽ Hunnorum gẽte à Gotthis, Cunimundus rex Sueuorum cũ suis inuadẽs fines Diethmari ac Valemiri fratrũ, eos depredatur. oiaq́; abducẽs iumẽta, in terrã suã reuertit. Diethmarus vero nõ tm̃ iacturã dolens, quãtum metuẽs, ne Sueui si hoc impune lucrifacerẽt, ad maiorẽ licẽtiam psilirẽt, intẽpestiuæ noctis silẽtio, dũ adhuc in itinere essent, eos dormiẽtes inuasit, cõfertoq́; inopinato plio, ita eos oppssit, vt etiã regẽ Sueuorum captũ, Gotthorum seruituti subdiderit. sed dum esset multũ misericors, facta vltione, veniã Sueuis cõdonauit, eũdemq́; Cunimũdum quẽ ceperat, adoptauit in filiũ, ac in Sueuiã remisit, q tñ postea fretus auxilio Sarmatarum & Scyrorum, rursum ĩuasit Visigotthos, vbi multis occisis Diethmarus Gotthorum rex victor euasit. Quod cũ intellexisset Leo, gẽtem ipsam quã ĩpossibile duceret superare, statuit in Ro. ĩperij amicitiã liberalitate beneficioq́; allicere. Theodoricũ itaq; vnicum filiũ Diethmaro tale munus nõ expectãti remisit, regio ĩdumẽto comitatuq́; cõductũ. accepit libẽs Diethmarus tm̃ munus, & qd tacẽtem Leonẽ desiderare ĩtellexit, induciarum fœdera in optimã Ro. reip. pacẽ cõmutauit. Theodoricus tum erat 18. annorum. hic sibi mox ex satellitibus & pplo patris selegit pene 6000. virorum, cum qbus pre inscio, pmẽso Danubio, Sarmatarum regẽ incurrit atq; pemit, ac cũ victoria ad genitorẽ suũ rediit, magnę spei adolescẽs habitus. Anno 462. Hilarius papa morit, & in eius locũ Simplicius patria Tiburtus eligit, q sedit annis xij. hic Simplicius diuisit vrbẽ in qnq; regiões presbyteris, prima erat Petri, secũda Pauli, tertia Laurẽtij, qrta Io. Lateraneñ. qnta S. Marię maioris. Instituit qq; ne clerici ĩuestituras à laicis recognoscerẽt, qd fuit postea

Richimer.

Gensericus in Italiam.

Francorum reges.

Aspar tyrannus.

Theodoricus

Cunimundus Sueuorum rex.

Simplicius papa.

postea p alios magis roboratũ,vt habetur xvi.q.vi.per totũ.dãnauit etiã Petrũ Eutychianistã Cõstantinopolitanũ episcopũ,Ro.q́ꝗ; ecclesiã oĩm primã declarauit. Per idē tēpus Richimer in Italia,nouis studuit rebus.eũ impator Anthemius cisalpinę pfecerat Galliæ,ob rem in ea bene gestã. qnetiam Anthemius iũcta Richimeri in matrimoniũ filia, generꝶ fecit: neqꝫ tñ tam multa potuerũt bñficia barbaro collata,facere, qn viribus cisalpinæ Galliæ,cui pꝛerat,fretus,copias aduersus socerꝶ cõpararet.Sed eũ priusq̃ ad facinus pueniret,cũ impatore in gratiã redire fecit S.Epiphanius Ticineñ. episcopus.rupit tñ pacē barbarus,duxitq́ꝫ in socerꝶ vrbēq́ꝫ Ro.copias, quãtas ex cisalpina Gallia potuit cõtrahere. Diuersa tũc Romanoꝶ erãt studia,multis Anthemio, pluribus Richimeri cupiētibus.& licet Richimer metatus esset castra ad vrbē, Anthemius tñ aliq̃diu mœnia portasq́ꝫ tutatus est.sustētabantq́ꝫ Anthemiũ in vrbe fautores Bilimeris etiã,quē Narbonē.,puincię pfecerat,licet Gotthũ,tñ fidelē.is q̃primũ de Richimeris pfidia certior ē fact⁹,cohortes,q̃rũ pſidio puĩciã regebat,auxiliaq́ꝫ tumultuaria cõtracta ad vrbē duxit.Ea cũ Leoni Cõstãtinopolim essent denũciata,Olymbriũ ducē suũ cum exercitu in Italiã misit,q copiꝭs in Rauennã expositis,Anthemiũ Roma nosq́ꝫ de suo aduētu fecit certiores. Lætatus eo nũcio Anthemius, insignia impꝭ deposuit:& in priuatã cõcedens vitã,vrbis custodiã senatui & Ro.populo cõmendauit. Dum hæc fierēt,Bilimer ad viã Cassiã delatus,in vrbē propabat.tñ illi occurrēs Richimer,certamē iniꝭt,fortiterq́ꝫ institit.fuitq́ꝫ ad ipsam Adriani molē cõmissum pliũ,in q̃ Richimer victor Bilimerē interfecit.ea Richimer potitus victoria,vrbem ingressus est,& ilico socerꝶ Anthemiũ q̃rto q̃ imperare cœpat anno,iussit à carnificibus lacerari.Olymbrius vero apud Rauennã Anthemiũ impio se abdicasse,Bilimerem interemptum,Richimerē vrbe potitũ,vnico ferme die certior est factus.mãsitq́ꝫ Rauennæ.sed quæsito tãta pfidia imperio Richimer paruo tēpore est gauisus. nam tertio q̃ vrbem erat ingressus mense,acerbis morbi cuiuspiam cruciatibus est cõsumptus, & Olymbrius à populo Rom.vocatus,imperatorq́ꝫ appellatus,occidentalis imperꝭ gubernationē accepit,Gundibaro nepote,quē cum exercitu Rauēnæ dimiserat, in patricium declarato.Is vero Olymbrius cum restituēdæ rei Romanæ instaret,post quartũ q̃ aduenerat mensem,Romæ obiꝭt. Admissi sunt tũc Romani simul & Itali, repetita maiorum disciplina,deligere p suffragia imperatorē. sed obstitit vnius Gundibari patriciꝭ audacia. eo eñ instigante, Glycerius quidam senator Rauennæ cõstitutus,primũ petiꝭt,& sic per suffragia declarari imperator tentauit.sed cũ petitio illi nõ succederet, Gũdibarus exercitu Rauenna educto,ita fauores ostendit,vt cõfracti malis, q̃ tot per annos Romani viderant & ipsi Itali,eũ potius impatorem eligere,q̃ tyrãnum (prout eis videbat̃)habere decreuerint.Quē Glyceriũ eodē anno Nepos patrici⁹, Leonis impatoris autoritate & Ro.auxilio fretus,& deiecit impio,& apud Salonã episcopũ constitui curauit.cõciuit vero ea res magnos in Italia motus, qa Gũdibarus eiecti Glyceꝭ iniuriã ulturus,Rauennates & multos Italiæ populos in Nepotē Romanosq́ꝫ armauit.nec tñ inertes tunc & deiectis animis quiescebant Romani,sed & ipsi vim inferre potius q̃ ppulsare,maximo cũ alterius partiũ incõmodo parabant. sed S. Epiphanius Ticineñ.episcopus, hos etiã, sicut Richimerem & Anthemiũ, meliore tñ successu, sua virtute ad pacem pduxit.Interim Leo impator postq̃ orientale imperiũ 16.annis rexerat, Leonem nepotē suũ ex filia Mariagne Zenonis filiũ, ordinãs imperatorem, morbo correptus,diem clausit extremũ.Ipse vero puer Leo cum paucis mensibus imperiũ gubernasset,Zenonem genitorē suũ,vultu & moribus deformem, fecit imperatorem,breuiq́ꝫ post rebus excessit hũanis.ideo nec in catalogo ponit. Zenone Chalcedonem abeũte,Verrina eius socrus Basiliscum fratrem suum, imperatorem in Constantinopoli appellauit,nec defuit quorũdam nobiliũ & plebis assensus. quod cum intellexisset Zeno,Isauriam se cõtulit,malens cũ Mariagne vxore exulare,q̃ vt sui causa respub.bellis agitata ciuilibus,aliquod accipere incommodum cõmitteret.lętatus ea fuga Basiliscus,Marcum filium suum Cæsarem appellauit.Sed cum Basiliscus in hæresim Nestorianam prolapsus,& propter alias vitæ turpitudines populo esset inuisus, cõuertit se ciuitas ad Zenonē,isq́ꝫ Constantinopolim reuersus,fauore populi adiutus, Basiliscum,Marcumq́ꝫ & Verrinam captos,in Cappadociam relegauit. Anno igitur dñi 476.ab vrbe vero cõdita 1227. Zeno gñe Isauricus, gener Leonis II. vt dictũ est,propria manu Leonis coronatus,adipiscit impium orientale.regnauit annis xvi. Occidentale vero imperium Nepos tenuit,q Orestem militiæ suæ magistrum,cõstituerat mittere in Gallias tutandas ab inuasione Visigotthoꝶ.sed Orestes q̃primũ Rauennæ cum exercitu applicuit,Augustulũ filium suũ qui Rauennæ erat, imperatorem creauit,id cum audisset Nepos,nullas sibi adesse ad resistendũ copias vidēs, in Dalmatiam

Ricimer tyrannus.

Bilimer pfectus.

Olymbrius dux.

Romani impatorē p suffragia creare nitunt.

Glycerius Cæsar.

Leo II. imperat.

Zeno 55. imperator.

Basilisc⁹ tyrannus.

Nepos Cæsar.

Augustulus Cæsar.

Odoacer rex Gotthorum Italiam inuadit.

tiam fugit, Augustulus vero imperij insula apud Rauennã ornatus, fœdera cum Vandalorum rege Africã tenente, Genserico s. cõstituit, qbus in fœderibus ipse & pater Orestes firmissima æstimabãt esse pñdia imperij cõstituta. Dũ aũt ab Africa sibi cauit prospicitq; Augustulus, Odoacer genere Rugus, Thuringorum & Scirorum Herulorumq; turbis fretus, ab inferioribus Danubij ostijs ex Pãnonia Italiã cõtendit: q dum adhuc per Noricorum rura duceret exercitũ, cognita fama serui Dei Seuerini, q illis tunc degebat in locis, ad eum benedictionẽ petiturus ingredit: q benedictiõe accepta, egredit à cellula: & dum caput inclinaret ne impingeret, à Dei viro futurorum præscio, audiuit: Vade nunc ad Italiã Odoacer, vade, vilissimis iterim aĩaliũ pellibus indutus, multis cito plura largiturus. Hæc verba exitus vera probauit. nam postmodũ per oẽm Italiã regnauit. Ingressus igit Italiã, Aquileia ad sinistrã relicta, in Taruisinos Vincentinosq;, & inde in Brixianos flexit. Igit Augustulus de aduẽtu eius certior, immisit Orestẽ genitorẽ, cuius ductu legiões Ro. & cõtracta accuratissime ex oĩbus Italiæ populis auxilia, apud Laudã cõuenerũt. Contulit aũt ilico castra, & primus pugnãdi copiã fecit Odoacer: parantẽ vero signa educere, & pariter pugnãdi copiã facere Orestem, auxilia deseruerunt. qbus vndiq; dilabentibus, territæ legiones Ro. & ipsæ præliũ detrectauerunt. In eamq; adductus est difficultatẽ Orestes, vt solutis castris, in vrbẽ Ticinũ se reciperet. Insecutus illũ Odoacer, vrbẽ corona cinctã vallauit, recepitq;, diu & ptinaciter expugnatam. Eo in ardore cædes ciuiũ, Romanarumq; legionũ primo, quãta nusq̃ alibi in Italia ab annis plurimis est facta. Tunc nedũ direpta vrbs Ticinũ, sed & cũ agro igni ferroq; vastata. Orestẽ aũt captũ, Placẽtiamq; pductũ, Odoacer ipse, spectãte exercitu, gladio suffossum interfecit: qbus territi crudelitatibus cæteri Italiæ populi, certatim deditionẽ fecere. Et Augustulus aĩo cõsternatus, Romam qdem ex Rauenna profectus, sed euestigio recedẽs, in Lucullano oppido Cãpaniæ purpurã diademaq; abijciẽs, sese imperio, q̃d annũ vnũ mensesq; duos tenuerat, abdicauit. Ita Ro. imperiũ toto orbe venerandũ, & augustalis dignitas, quæ ab Augusto quondã Octauiano incepit, in hoc Augustulo perijt anno salutis 477. cõsentit Pomp. Lætus. Deiecto itaq; Augustulo, Odoacer vrbem Romã ingressus, totius Italiæ regnũ adeptus est. Illũ eñi primo ingressu regem Romæ & Italiæ appellatũ, Ro. summis honoribus in Capitoliũ deduxerũt, q & si barbarus esset, Romã & Italiã quietissime primo gubernauit. Anno eodẽ, salutis s. 477. Simplicio papa defuncto, ac in basilica B. Petri sepulto, Felix tertius patria Ro. surrogat, sedit annis octo. Felix papa cũ intellexisset Petrũ Eutychianũ ob heresim ante in exiliũ pulsum, ab Achatio Cõstantinopolitano epõ reuocatũ, fraudẽ subesse veritus, autoritate Se. Ap. ac cõsilio bene sentientiũ approbata, Petrũ & Achatiũ damnat. Post annos vero tres cũ Zeno imperator fidẽ faceret, hos hoĩes pœnitere, Felix eo misit epõs duos Messenũ & Vitalem, q re cognita, dãnatos absoluerũt. Hi itaq; Heracleam ciuitatem ingressi, pecunia corrupti, nihil ex sñĩa Felicis egere. Vnde põtifex indignatus, habita de more synodo, hos vt pũaricatores & simoniacos, à cõmunione deiecit. Messeno tñ pœnĩæ tẽpus adscriptũ est, q errorẽ suum cõfitebat. Idem Felix cõstituit, vt ecclesiæ nõ nisi à põtificibus cõsecrarẽtur. statuit etiã vt accusato induciæ darentur, de quo fit mentio in c. Orosius 56. dist. Anno salutis 478. apud Britannos, vt in præcedẽti generatiõe dictũ est, Ambrosius Aurelius regis Britanniæ filius, sese contra Saxones ducẽ obtulit Britonibus, q desiderabãt se Ro. imperio recuperare, Saxonibus vel pulsis, vel cæsis. Hunc scribit Blondus induisse purpurã, & imperator à Britonibus est appellatus. tumultuarie primũ, postea iusta acie cũ Saxonibus Anglicis sæpenumero est cõgressus, superatus vero est ad extremũ & Britones cũ illo, ipseq; Ambrosius in bello est occisus, qua victoria Saxones crudelissime vsi sunt. Postq̃ eñ eos interfecerãt qui arma cõtra se induerant, in omnis ætatis sexusq; multitudinẽ grassari est cœptum, nec solũ id contigit in locis prælio propinquis, calẽtibus adhuc ex victoria animis, sed super multos dies vrbes singulas vicesq; discurrunt, cædem vbiq; similem committentes. Ea impulsi necessitate Britanni, constituerunt insula populariter emigrare. Itaq; perterritis omnibus, naues sibi quisq; aut scapham prout potuit comparauit: tãtamq; fuisse referunt, completisq; vbiq; littoribus, contentionem conscendere volentium, vt multitudine atq; onere nonnulli deprimerentur lembi. Itaq; Britannias tunc pro se ceperunt Anglici Saxones, quos ad ætatem vsq; nostram retinuerunt, tantis aucti opibus, vt de Francia, cui pridem manum iniecerunt, subijcienda, cum rege Francorũ gerant bella, multos retro annos continuata. Britanni vero patria extorres eo anno, qui fuit Zenonis & Augustuli imperij & Odoacris regni initio, cœperunt oceanotenus in *Turonibus, Cenomanis & *Ciantibus, qui & Veneti, ac per ea Galliæ Celticæ maritima loca, in qbus Britannicum nomen idiomaq; ad ætatem vsq; nostram retinuerunt, habi-

Ticinum captum ac dirutum.

Augustulus imperio se abdicat.

Felix iij. papa.

Ambrosius Aurelius occisus.

Britãni terrã reliqrunt propriam.

Britannia moderna.

habitare,prout refert Blondus decadis primę lib.2. & seqtur Aeneas Syluius.Sed Gaufredus Arcturi in Chro. suis lõge ab his discordat,dicens: Postquam vt in præcedẽti gene.dictum est, Saxones à Vortigerno intruso rege inuitati fuissent,& Vortigernus Engisti filiam vxorem duxisset,ciues & habitatoes regni iam Chriani,& per sanctum Germanum Antisiodorẽsem,& Lupum Treceñ. episcopos in fide confirmati essent, Saxones ferre non poterãt.reiecto propterea Vortigerno rege,filium suum Vortunerium in regem accipiunt,qui Saxones quater prelio vincens,eos in Germaniam redire compulit,& postea veneno nouercæ suę extinctus est;quo mortuo,Vortigernus pater regni gubernacula repetijt,& suasu vxoris filiæ Engisti victus,Saxones reuocauit,vt tamen socer cum paucis veniret. Qui cum 30.millibus Saxonum in Britãniam venit,ex quo rex & Britones cõmoti,volentes iugũ à se excutere,à Saxonibus capto rege occiduntur per insidias,& Saxones Londinum,Eboracum,Lindocollium,Gunipteniam, & alia loca ditioni suę submittunt.Cum hæc fierent,Aurelius Ambrosius iam adultus, auxilio Britonum in Armorica, vbi cum fratre nutritus fuit, intrauit Britanniam, & Vortigernum persequens,in regione Cambriæ in oppido Genore,in turri cremauit: quod cum Engisto nunciatum fuisset, sese cum Saxonibus in partes Cambriæ recepit, loca omnia muniens, sub spe, si illic cedendum esset, ad manum haberet Albaniam, vbi Picti,Scoti,Daci,Noruegi habitabant. At Aurelius congregatis suis,Engistũ insequitur:& commisso prelio,Saxones de dijs suis,nam infideles erant,frustra sperantes, manu Dei percussi, & Engistus eorum dux captus, & capite truncatus est. Otho vero filius & Cossa cognatus suus,cum reliquijs Saxonum,Eboracum fugerũt,ibiq; obtenta regis gratia,terram iuxta Scotiam ipsis datam colere cœperunt.Aurelius autem ecclesias Dei p Saxones destructas reformare,& status regni restituere cœpit,& in monte Ambri nobilibus suis sepulturam erexit.tandem per insidias cuiusdam Saxonis,fingentis se medicum,veneno perijt.Eodem tempore Pascentius filius Vortigerni,qui in Germaniam fugerat, congregatis Saxonibus, & iuncto fœdere cum Gilomanio rege Iberniæ, Britones aggreditur, quos Vterpendragon excipiens, ambos duces occidit, victoria potit⁹ est,similiter & Occa filius Engisti,& Cossa cognatus,mortẽ Aurelij audientes, nouos motus excitauerant. Sed ambo capti sunt per Vterpendragonem, & exercitus eorum dissipatus.Post hanc victoriam rex Vther faciens festiuitates cum suis principibus,inter quos Gorloius dux Cornubiæ, cum Igerna coniuge pulcherrima aderat,cuius amore captus rex,ducem persequitur,& tandem Merlini opera eius concubitu potitus, Arcturum Magnum ex ea genuit,Gorloio occiso,vxorem eius coniugio copulauit. Verum successu temporis Occa & Cossa e carcere lapsi,ingentem Germanorum multitudinem ducentes,ingressi sunt Britanniam,à parte aquilonari longe lateq; eam dissipantes. Quibus Vther ægrotus, in pheretro positus, sub Gail consule, qui Annam filiam regis vxorem habuit,obuiauit:& commisso prælio,Occam & Cossam vicit, ac occidit. Reliquiæ Saxonum sese in partes aquilonares trãsferentes,& insidias regi tendentes. Tandem venenato fonte vnde aquam sumebat, ipse cum pluribus alijs perijt. Sepelitur in cœnobio Ambri infra choream gigãtum, iuxta Aurelium fratrem suum,cui successit in regno Arcturus filius ætatis annorum xv. Vincentius in Spe.lib.xxi.c.l.adducit Sigisbertum, referentem q Leo imperare cœpit anno 458. salutis,cuius Leonis anno circiter quinto mortuo Vterpendagrone,successit ei in regno filius,Arcturus dictus,cuius mirabilia gesta decantata sunt,licet plura fabulosa esse videantur,aduersus Saxones,Scotos,Pictos,vario conflictu decertans.tandem conclusit eos in quodam saltu, & datis obsidibus, eos abire dimisit. Sed ipsi postea fidem frangentes,redeunt:quibus congrediẽs Arcturus, impetu facto in hostes,occidit suo gladio * Caliburno dicto 470.viros, cæteros in fugam vertit, principibus eorũ prostratis. Hæc Vincentius lib.xxi.c.lvi.de hoc plura infra dicentur in fine generationis sequentis.Odoacer igitur tyrannus Romæ & in tota Italia 14.regnauit annis. Cogitauit autem de vrbe transferenda,& noua Colonia deducẽda,vt à suo nomine vrbem appellaret Odoacriam,primus externarum nationum quietus,per decem annos possessor,postea infelicẽ regno & vitæ finẽ dedit,vt Pomp.Lætus scribit. De Childerico rege Francorum refert Robertus Gaguinus, q tempore suæ deiectionis venerit ad Byssinum Thuringiæ regem. Interea vnus ex amicis suis Guinomadus, cogitans eum reconciliare,suadet Aegidio, quem Gillonem nominat, Francos terrore regendos,eiq; læsæ maiestatis quendã Childerici osorem defert. mox Gillo delatum necat, & post eum plures alios.qua crudelitate Franci permoti,Guinomadum cõsulunt, qbus ille,mirari se eoꝝ cõstantiam,q electum regem execrent,nisi tolerabilius mulierosum regẽ q̃ sanguinariũ habere velint.Placuit,his auditis,oĩbus reuocare Childericũ.

Ambrosius Aurelius.

Otho filius Engisti.

Pascentius Vortigerni filius.

Vther rex.

Arctur⁹ rex

Caliburnus gladius Arcturi.

Odoacer.

Childeric⁹ rex Francorum.

Byssin⁹ rex.

Recuperato itaq; regno, Aegidiũ pepulit, regniq́; fines ampliare cœpit. Eius prosperitate cognita, Basina Thuringiæ regis vxor, dimisso viro, ad ipsum venit. Interrogata à Childerico, cur deserto viro alium sequeretur: Quia, inqt, cõione tua vsura sum, modestiam & virtutem tuam sum experta: & si meliorem te quẽpiam scirem, illum terra mariq́; indefessa persequerer. Hac libertate sermonis delectatus rex, eã accepit vxorem, Byssini hospitalitatis minime recordatus. ex ea genuit Clodoueum.

GENERATIO XVII.

Gundobaldus Burgundiæ rex.

ANno dñi 480. sub Felice papa tertio, regnãte Zenone ĩperatore, xvij. incepit generatio. Per idẽ tẽpus Gundobaldus (vel, vt alij volũt, Gandebãdus) rex Burgũdionũ, Italiã ingressus, & p̃da onustus, redit in Burgundiã. Fuit aũt Gundobaldus regis Gondebadi filius, habuit tres frẽs, Gundegisilũ, Chilpericũ & Godomarum. Gundobaldus aũt Chilpericũ frẽm interfecit gladio, vxoremq́; Chilperici ad collũ ligato saxo, in aqua suffocat, filias q̃q; duas, senior vocabat̃ Trona, quã exilio cõdemnauit, iuniorẽ Crochtildim, aliàs Gothildim noĩe, secũ retinuit. Eodẽ tp̃e mortuo Childerico Frãcorũ rege, Clodoueus filius eius successit in regno. Hic cũ Siagrio Suessoneñ. bellũ habuit, fugiẽtemq́; ad Alaricũ regẽ Gotthorũ, missa legatiõe, reposcit, & redditũ interfecit, totumq́; regnũ eius subijciẽs, Ro. in tm̃ deleuit, vt nulla eorũ vestigia reperirent. Erat Clodoueus rex adhuc paganus, accepitq́; ꝙ Gundobaldus rex Burgũdionum neptẽ haberet elegãtem atq; sapientẽ, vnde ad eũ legatos mittit, q sibi vxorẽ concilient, ratus vnà cũ puella Burgundia q̃q; potiri posse. Legati secretius explorare satagunt, nunqd puella Clodoueo despõsari vellet. Ad hæc puella, cui regis Clodouei fama & regni potẽtia nota essent, cõsensit, quanq̃ nõ dubitaret patruũ ob cõmissum homicidiũ & patris & matris, si id resciret, prohibiturũ, eaq́; in sponsione id solũ est pacta, vt cum ipsa esset Chr̃iana, Clodoueus, q cum Frãcia idola coleret, fieret Chr̃ianus, qua pactione facta, accepit occulte munuscula matrimonij causa data. Reuerso Gundobaldo, qa forte aberat cũ legati venissent, Clodoueus Gothildim iam vxorẽ cœpit poscere. q̃d, & si nuptiæ nõ satis placerẽt, cõsilio tñ aulicorũ habito, permisit. Regis em̃ potentiã formidabat. Gothildẽ quoq; eo celerius tradidit, ꝙ sine dote aliqua fuit postulata. Conuẽtu igit̃ apud Suessionẽ habito, rex Gothildim regio apparatu suscepit. Chr̃ianus tñ nõ factus est iuxta condictũ, nec multo post bellũ instituit cõtra Gundobaldũ, quo in bello ciuitates & oppida Ligerim inter & Sequanã sita, oẽs suo adiunxit imperio. Eo tñ bello interuẽtu Gothildis sedato, alterũ quod multos durauit annos, aduersus Alemanos suscepit, cũ qua gẽte nõ minus q̃ cũ viris fortibus armis instructissimis p̃lio decertauit. quo in p̃lio suos in fugã versos vidẽs, memor factus est p̃missiõis, quã multoties reqsit⁹, vxori seruare neglexit, & ipsam p̃lij aduersitatẽ ob id solũ sibi accidere suspicat⁹ est. hinc Deo cœli & terræ quẽ Gothildis p̃dicaret, vouit, illius cõsilio p̃cibusq́; acqescere, si sui victoriã obtinerẽt. tãtaq́; mox facta est mutatio, vt q multa cæde afflicti primo fugiebãt, Frãci hostẽ repellerẽt, ac cæde cõmissa in fugã cõuerterent. Alemanis in deditionẽ receptis, regeq́; eorũ occiso, qbus tributa imposuit, & in Franciam reuersus Clodoueus, à S. Remigio Rhemẽsi archiep̃o, cũ omi Francorũ gẽte exorante Gothilde, baptizatus est: & cũ sacrũ oleũ, quo liniri ritu Chr̃iano q abluunt̃, solent, ministrorũ incuria, siue ordinãte Deo, allatũ nõ esset, ecce de superis delapsa colũba, ampullã odoratissimi liquoris oppletam, ad manus põtificis detulit. eo liquore hic Clodoueus primũ, posteri deinceps Francorũ reges hactenus sacrant̃. Fama quoq; vulgatũ est, fuisse regibus Frãcis bufones tres nobilitatis insigne. Clodoueo aũt Chr̃ianis sacris initiato, demissum cœlo esse id, q̃d nũc reges gestãt, aurea lilia, qb⁹ subest cœli sereni color insignis. Traditũ quoq; est, pannũ sericeum rubrũ, instar signi militaris quadratum, fulgorosum diuinitus esse acceptũ, quo in expeditiõibus cõtra fidei hostes pro signo Franci reges vterent̃. Fuitq́; vexillo nomen Auriflãma, hactenus apud S. Dionysium ad hæc seruatum, sed abutẽtibus signo cõtra Chr̃ianos, euanuisset alterum tamen non dissimili forma instauratũ esse, quod inter sacra reseruat̃. Sunt tamen q id signum Carolo Magno collatũ fuisse cõtendãt. Anno dñi 485. mortuo Felice Ro. pon. Gelasius natiõe Apher, illi suffectus est. p̃fuit annis octo, vir sanctus, amator pauperũ, doctissimus, declarauit scripturas noui & vete. testamẽ. & quæ essent authentica, & quæ apocrypha, de quo xv. dist. Sancta Romana. Ipse etiã Anastasiũ imp̃atorẽ execrari posse oñdit, de quo 96. di. duo sunt. Cõposuit canonẽ & nouẽ p̃fatiões, ac de tp̃ibus ordinãdorũ. Inter hæc Gẽsericus Vãdalorũ rex morit̃, cui successit Honoricus primogenitus, & primũ cœpit mitius agere per simulationẽ circa religionem Christianã, & vt se religiosum ostenderet, solicite quærebat hereticos Manicheos, ex qbus incendit multos. similiter & Arrianæ hæreseos presbyteros ac diaconos, dedit etiã licentiã ad instantiã Zeno

Clodoueus rex Franciæ.

Præliũ Alemanorũ cũ Clodoueo.

Insignia Francorũ.

Gelasius papa.

Honoricus Vandalorũ rex.

Zenonis imꝑatoris ac Placidę vxoris,vt Carthaginē.ecclia ſibi quē vellet,epm ordina
ret,q̄ iam per 24.annos fuit deſtituta.Deſtinauit ergo notariũ cum edicto,vt iuxta peti
tionē imperatoris ꝓpriũ eligerēt epm:& licet clerus intelligeret dolũ ſubeſſe, tamē or
dinatus eſt Eugenius eps,vir ſanctus & Deo acceptus, quo immenſo gaudio eccleſiæ
Dei exultauit multitudo.mox vir Dei conuerſationem bonã ita ſedulo habēs, ad Dei
culturã cunctos inuitauit,erat oĩbus gratus & acceptus. Sed cũ fama eius eſſet vbiq; ce
lebris,cœperunt Arrianoꝝ epi inuidia graui torqueri.Suggerunt ergo regi,vt eum ar
ceret,ne Dei verbũ ad populũ faceret: deinde ꝙ mares & fœminas in habitu barbari-
co incedētes,in eccleſiã cõſpicere * prohiberet.Mandat ergo rex.Ad quæ eps:Domus
Dei oĩbus patet,nemo repelli poteſt,& maxime,qa plures Chr̄iani in habitu illo ince-
debãt de domo regia. At vbi accepit tale rñſum,ſtatuit tortores in portis eccleſiæ, q
incedētes in ſpecie ſuæ gentis,ilico caſtigarent:inde multi ſunt vel afflicti vel trucida-
ti.At vbi iſto modo nõ profecit,ordinat ꝙ catholici in eius aula cõſtituti,nec annonas
nec ſtipendia reciperēt,multis inſuper eos laboribus expoſuit.& ne qd perfidiæ omit
teret,vt filijs ſuis regnũ ſtabiliret,Theodoricũ fratrē filiosq; eius perſeqtur.primũ vxo
rem illius,crimine impoſito,interfici iuſſit,poſtea occidit & filius magnæ ſpei vir, de-
inde Theodoricũ fratrē in exiliũ miſit,poſt cuius mortē,filium q ſuperat, duasq; filias
eius adultas,impoſuit aſinis eiecitq;.Sed & multos comites ac nobiles,quos ei Genſeri
cus ſacramento interpoſito cõmendauerat, ille oblitus ſacramenti, diuerſis pœnis ac
incendio eos trucidauit,amputatis itaq; breui oĩbus quos timebat,& ſolidans ſibi re-
gnũ,vt putauit,vniuerſa perſecutiõis tela in eccleſiã conuertit.ante tñ perſecutionem,
multa præibãt ſigna & viſiones futuroꝝ maloꝝ.Cenſuit igit̃ primo tyrãnus, vt nemo
in eius palatio militaret nec ageret,niſi Arrianũ ſe feciſſet:quoꝝ ingens numerus mili
tiam abijciēs,in fide perſtitit,quos poſtea domibus proiectos,omniq; ſubſtãtia ſpolia-
tos,in Sardiniã relegauit.ſtatuit etiã per totã Africã,vt mortuo epo,fiſcus ſibi illi⁹ ſub-
ſtantiã vendicaret,& ꝙ ſucceſſor nõ ante ordinaret̃,q̄ fiſco regali qngētos ſolidos da-
ret.p̄cepit & ſacras virgines cõgregari,varijsq; cruciatibus ꝑſequi,vbi acerbitate pœ-
naꝝ plurimæ extinctæ ſunt.Deinde epos,presbyteros,diaconos,& alia eccleſiæ mem-
bra quatuor millia nongēta 65.in exiliũ deſtinauit,in quoꝝ numero erat Felix Habi-
ritanus epus,habēs in epiſcopatu 44.annos,q paralyſi tactus,nec ſentiebat,neq; loque
batur,de quo rogatus rex,vt eum ꝑmitteret Carthagine ꝓpere morituꝝ,eo ꝙ in exi-
liũ nulla poſſet rõne duci,fertur rñdiſſe tyrãnus:Si iumēto duci nõ põt,iungant̃ boues
indomiti,q funibus colligatũ ducãt,ſicut p̄cepi. quē velut truncũ ſup burdonē poſitũ,
portabãt.Cõgregatis itaq; vniuerſis,Mauri aſſunt vt eos perducãt. venerunt comites
duo,blãdimētis Dei cõfeſſores aggrediũt̃:qd ,inqunt,ita ꝑtinaces eſtis,q poſſetis eē in
cõſpectu regis honorabiles?ſtatim clamãt ingēti vociferatiõe: Chr̄iani ſum⁹,Trinita
tem & vnũ Deũ immobiliter cõfitemur. Ita nullũ blandimēta vicerũt,nec carnalis pie
tas mouit.ſed vbi aduerſitatibus nil profecit, recludunt̃ in anguſta ac deterrima loca, ia-
ctantur vnus ſup aliũ coarctãte anguſtia,vt agmina locuſtaꝝ,in qua conſtipatiõe ſece
dendi ad naturale officiũ nõ dabat̃ locus,ſed ſtercoꝝ & vrinæ neceſſitatē ibidē fecerũt,
vt ille fœtor ac horror vniuerſaꝝ genera pœnaꝝ ſuperaret, iuxta illud Hiere.Qui nu-
triti ſunt in croceis,amplexati ſunt ſtercora.Deinde ad iter cõhortãtur.Exeuntes itaq;
* die dñica,linita habētes ſtercore veſtimēta,& faciē ſimul & capita,à Mauris crudeliter
*tñ eis minæ inferebant̃, cũ exultatiõe hymnũ dño cantãtes, Gloria hæc Deo in oĩbus
ſanctis eius.Aduenerũt tũc aliq,& epus Cyprianus,q ſingulos pio fouens affectu nõ ſi-
ne fluminibus lachrymaꝝ,totũ qd habuit,egētibus expēdit.ōrebat & occaſionē quali-
ter eis ſociaret̃,q poſtea ꝑ multos agones in exiliũ vt deſiderabat,cũ exultatiõe ꝑrexit,
carceris ſqualores ꝑpeſſus.Eo tũc multitudo populoꝝ de diuerſis regiõibus ad viden
dos Dei martyres vndiq; cõcurrunt,innumerabilis ibi turba fideliũ per montes ac val-
les confluentes,cereos in manibus tenentes,ſuosq; ĩfantulos veſtigijs martyrũ proijci-
entes,ita clamabant:Quibus nos miſeros relinqtis,dum pergitis ad coronam,q nobis
pœniæ manus impoſituri ſunt,& vincula peccatoꝝ ſoluturi?vobiſcum & nos libet ꝑ-
gere,ſi liceret,vt tali modo filios à patribus nulla neceſſitas ſepararet. In his vocibus
nullus iam ꝑgere admiſſus eſt cõſolator.ſed arctabat̃ multitudo ad currendũ,quo ve-
nirent ad naues.deficiētes vero aut delicatos,Mauri cuſpidibus ac fuſtibus ad iter tun
debant. Poſt vero imperatum eſt Mauris, vt q ambulare non poſſent,ligatis pedibus
veluti cadauera traherentur mortuorum per deuia & aſpera, vbi primo veſtimenta,
poſtea membra carpebantur, illi caput conterebatur; alteri latera ſcindebantur.& ita
intra trahentium manus ſpm̃ exhalabant.Reliqui ad ſolitudinem perducũtur, in qua
hordeum ad veſcendũ vt iumenta accipiunt,vbi etiã venenatoꝝ aĩalium atq; ſcorpio-
num

Eugenius epus.

Immaniſſima Honorici regis facinora.

Felix epus.

Crudelis Chr̄ianoꝝ perſecutio.

Cyprianus epus.

num multitudo tāta,quę solo flatu procul positis veneni virus infundit vsq; ad lœtum, quorū tñ feritas nulli seruorū Dei nocuisse fertur Chr̄o defendēte. Deinde tyrānus iste Eugenio ep̄o tale dirigit p̄ceptū,q̄d etiā vniuersæ Africæ destinauit,huius tenoris: Rex Honoricus Vandalorū & Alanorū,vniuersis ep̄is: Homousianis nō semel,sed sæpius cōstat esse prohibitū,vt in sortibus Vandalorū, sacerdotes vestri cōuentus nō facerent,ne sua seditione animas subuerterēt Chr̄ianas. Quam rem spernētes plurimi, nūc reperti sunt cōtra interdictū fecisse: & q̄a in prouincijs nobis à Deo cōcessis scandalū esse nolumus,ideo Dei prouidētia cū cōsensu sanctorū ep̄orū nostrorū,hoc nos statuisse cognoscite,vt ad diem kaleñ. Ianuariarū,omissa omni excusatione,oēs Carthaginē veniatis, vt de rōne fidei cum nostris venerabilibus ep̄is possitis inire cōflictum,vidētes si integram fidē teneatis. Huius edicti tenor futuræ p̄secutiōis prę se ferebat indicia, vnde S. Eugenius regē accessit,petens etiā trāsmarinos vocari ep̄os. Hoc aūt agebat Eugeni⁹, non q̄ in Africa deessent q̄ aduersariorū obiecta refellerēt,sed q̄ illi venirent, q̄ alieni à dñatu tyrāni,maiori libertate calumnias oppressionis populis ac terris nunciare vellent,sed exauditus nō fuit,immo eos ex Africa,quos sciret rex p̄cipuos,occasione accepta in exiliū trusit. Eodē tp̄e cæco nato,B. Eugenius circa fontē baptismatis,cruce facta,visum in noīe dñi restituit. q̄d cū regi innotuisset,dicūt ep̄i Arrianorū hoc Eugeniū per maleficia egisse. Appropinquabat iam futurus ille dies ab eo statutus. cōueniunt & Africæ multarū insularū ep̄i, afflictione & mœrore cōfecti. Inter hæc tyrānus Lætum virū doctissimū post diuturnos carceris squalores incendio cōcremauit,æstimās q̄ tali exemplo timorē reliq̄s incuteret. Tandē venit ad locū disputatiōis,collocat sibi Girilla cū suis satellitibus in loco excelso thronū. Cui catholici tū dixerūt, p̄pone q̄d disponis Girilla. Ad quę ille,nescio Latine. nostri dixerūt,semp̄ te Latine locutū manifeste nouimus,modo excusare te nō debes,p̄sertim q̄a tu huius rei incendiū suscitasti. nostrā aūt fidē p̄ponere nō detrectamus, & primo de vnitate substātiæ patris & filij,q̄d Greci ὁμοούσιον dicunt,exponemus. Itaq; patrē & filiū ac sp̄m sanctū ita in vnitate Deitatis p̄fitemur,vt & patrē in sua p̄prietate p̄sonæ subsistere, & filiū nihilominus p̄pria extare p̄sona,atq; sp̄m sanctū suæ p̄sonæ p̄prietatē retinere fideli cōfessione fateamur. non eñ eum asserētes patrē quē filiū,neq; filiū confitentes q̄a pater sit aut sp̄ūs sanctus,neq; sp̄m sanctū accipimus,vt aut pater sit aut filius,sed ingenitū patrē, & de patre genitum filiū, & de p̄re ac filio procedētē sp̄m sanctū,vnius credim⁹ esse substātię vel vnius essentię: q̄a ingeniti p̄ris & geniti filij & p̄cedētis sp̄ūs sancti vna est deitas,tres vero p̄sonarū p̄prietates: & q̄a cōtra hāc catholicā fidē exorta est hæresis, asserēs filiū nō de p̄ris substantia esse genitū,sed ex nullis extātibus. i. ex nihilo eā substitisse,ad hāc impietatē refellendam ὁμοούσιον positū est,q̄d interpretat̄, vnius substātię vel essentię,de quo Ap̄lus: Qui cum sit splendor gloriæ & figura substātiæ eius. Et in euāgelio Chr̄us: Ego in patre, & pater in me est. Et iterū: Ego & pater vnum sumus. quod non tantū ad vnitatem refertur voluntatis,sed ad vnā eādemq; substantiā,q̄a nō dicit,Ego & pater vnum volumus,sed,Vnum sumus. Verum q̄a in filio duas fatemur naturas,id est,Deū verum & hoīem. quod ad humanitatē refertur tantū,secundū id dicit,Pater maior me est: & de sp̄ū sancto,Diuisiones gr̄arum sunt, idem aūt sp̄ūs. Vna itaq; glorificatio Trinitatis,de quo Apostolus: Gr̄a dñi nostri Iesu Chr̄i,charitas Dei,s. patris, & cōicatio sp̄ūs sancti. Hæc cum legerent, Arriani insanientes grauiterq; ferentes,q̄ nostri catholicos se nominabant,statim suggerūt regi de catholicis nostris, q̄ strepitum fecissent audiētiam fugientes. Quibus mox ille tyrannus accensus,iam conscriptū decretū habēs,per prouincias cum decreto dirigēs, ep̄is Carthagine positis vna die vniuersas ecclesias clausit,vniuersamq; substātiam ep̄orum & ecclesiarū suis ep̄is,id est, Arrianis condonauit. Post hæc edicta iubet cunctos ep̄os q̄ Carthagini erant,iam spoliatos,in hospitijs spoliari,ac foras muros propelli,sine seruis,sine iumentis. q̄ aūt miserationis causa eis succurrere tentasset,cū vniuersa domo incēdebat̄. Verū ep̄i sic eiecti, noluerunt abire,ne vel violenter reuocarētur, vel fugisse certamen dicerētur, maxime cum nil eis iam superesset,domibus eorū ac substantia occupatis. dum ergo gementes,in circuitu murorum nudo sub aere iacerent,regi forte ad piscinas eunti vniuersi occurrunt, dicentes: Vt q̄d taliter affligimur? si ad disputationē sumus vocati, quare * spoliati, quare trucidamur, sine ecclesijs ac domibus nostris quare deferimur foras,fame & nuditate laborantes? quos ille toruis oculis adspiciens,iussit super eos sessores equorū irruere,quo multi tunc contriti sunt. & præcipue senes. Deinde iubētur viri Dei ad locum, q̄ dicebatur ædes memoriæ,cōuenire. Eo tum in loco proponit̄ hoc modo: Dñs noster Honoricus,licet doleat q̄ fueritis cōtēptores, vt adhuc ei⁹ voluntati obediatis, & eius efficiamini religionis qualis est ipse, si iuraueritis * vt quod ista charta continet,dimittet vobis

Lætus.

Girilla.

Disputatio catholicorū cū Vandalis

Catholica fides.

Crudelissima Honorici tyrannis.

vobis ecclesias vestras ac domus restituet. Ad quod vniuersi responderunt epi: Semper diximus, dicimus, & dicturi sumus, Chriani sumus, apostolicā fidem tenemus. deinde scripturam chartæ ostendunt, cuius hæc series: Iurate, si post obitum regis filium Hildericum desideratis esse regem, vel ꝙ nullus vestrum ad regiones transmarinas eplas dirigat. ꝙ si hæc iuraueritis, restituemini ecclesijs vestris. Noluerunt tunc sancti viri iuramentum præstare, ne populus se postea diceret ab epis deceptos. Sentientes nihilominus fraudem subesse, dixerunt: In euangelio scriptum est, non iurabis oīno. Alij pia simplicitate ducti, iurare deliberabant, ne in posterum Dei populus diceret, ꝙ vitio sacerdotum q iurare noluerunt, non fuerint ecclesiæ restitutæ. Ad hæc ministri regis: Secedant q iurare volunt. Qui dum secederent, aderant notarij, scribentes quæ qsq; diceret, & ex qua ciuitate esset. Postea vero fraus apparuit. nam iurantibus dictum est, qa contra præceptum euangelij iurare voluistis, iussit rex vt ciuitates & ecclesias vestras nunquā amplius videatis, relegati ad colendos agros, ita tamen, vt neq; psallatis, neq; oretis, nec ad legendum codicem manibus gestetis, non baptizetis, non ordinetis, aut aliquem reconciliare præsumatis. Similiter non iurantibus, qa regnum filij dñi nostri non optatis, idcirco iurare noluistis, ob quam causam in Corsicam insulam relegamini, vt ligna profutura nauibus incidatis. Addiditq; bestia illa, sanguinem sitiens innocentium, epis nondum in exilium directis, per vniuersas Aphricæ prouincias vno tempore tortores, vt nulla remansisset domus Chrianoꝝ, vbi non fuisset vlulatus, vt nulli etiam ætati parceretur, neq; sexui: hos fustibus, alios suspendio, cremabant multos, & præcipue nobiles mulieres nudas, in facie publice trucidabant. Ex qbus vna noīe Dionysia, pulcherrima, quæ cum pateretur, dixit: De Deo sum secura. cruciate vt libet, verecunda tamen membra nolite nudare. Tunc tortores celsiore loco nudatam, spectaculum constituunt atq; excruciant. Hæc quoq; vnicum filium, noīe Maioricum, pauidum cernens, autoritate materna corripiens, confortauit vt matre fortior appareret. Memēto, ait, fili mi, quod in noīe Trinitatis in matre catholica baptizati sumus, non perdamus indumenta nostræ salutis. Ad huius Dionysiæ exhortamēta, multi tormenta cum promptitudine subierunt. In ciuitate Elusana martyrum numerum impossibile est supputare, vbi quædam matrona, noīe Victoria, à marito iam perdito filijs præsentibus rogabatur, ne vel se, vel paruulos despiceret: sed illa nec filioꝝ fletus, nec mariti audiens blandimenta, mundū cum suis desiderijs contemnebat. Victorianus quoq; Adrumeti vrbis ciuis potentissimus, proconsul regis, qbus promissis aut blandimentis, vt regi obtemperaret, fuerit tentatus, audire longum esset. Sed ille vir Dei missis tale dedit responsum: Securus sum de Christo dño & Deo meo, & hæc regi dicatis. Subrigat ignes & adigat bestijs, excruciet omni tormentorum genere, non audiam. & cum excruciaretur, cum tripudio coronam martyrij expleuit. Quid loquar de innumeris alijs matyribus, ex quibus alij sine manibus, alij sine oculis, alij sine pedibus, alij truncati auribus, alij scapulis euulsi, nonnulli in altum suspensi, statim spm̄ emiserunt. In Trachensi ciuitate dum Arrianum epm ciues vidissent sibi præpositū, oēs simul relicta ciuitate, in Hispanias cōfugerūt: relictis paucissimis q naues nō inuenerūt, illos Arrianorum epus primo blandimentis, postea minis compellere cœpit, vt faceret Arrianos. Sed hi non solum suadentis insaniam deriserunt, verum etiam publice diuina mysteria in domo vna celebrare cœperunt. quæ cum regi innotuissent, deferente epo, iracundia motus, comitem quendā misit, q oībus linguas eoꝝ & manus dextras abscindi fecit, q tamen sancto spū præstante, non minus q̄ ante, vsum linguę habebāt. Eugenius quoq; cū clero in exiliū trusus est e Carthagine, vbi erat eps, præmissus ipse cum reliqs epis, vt supra dictum est. vniuersus deinde clerus cæde inediaq; macerati, in exilium fere qngenti mittunt. parātes igit vniuersi dorsa sua verberibus, alacres ad exilium pergunt. qbus adhuc in itinere longioris viæ constitutis, destinantur epi Arrianorum hoīes crudeles, suggerentes, vt illud quod eis forte miseratio Chriana victui contulerat profuturum, crudeliter auferretur. Ita & factum est. Quo facto, cantabant: Nudus exiui de vtero matris, nudū me etiā ad exiliū oportet pergere. De multitudine aūt pergentiū cōfessoꝝ, suasu cuiusdā perditi ex clero, quos ille nouerat aptos modulis & cantibus, duodecim infantulos separari curauit, atq; effecit apud barbaros, eos ab exilio reseruari. mox segregabātur à grege sanctoꝝ, q omnes cum suspirijs lachrymaꝝ, ne diuellerent, constringebant manibus genua socioꝝ. quos violentia tamē Arrianoꝝ gladijs minacibus Carthaginem reuocauit. sed superiores inuēti sunt annis, & lucernam euāgelicā accendētes, hæresim detestabātur propalā. Indignantur ad hoc Arriani & à pueris superatos se erubescebāt. Vnde fustibus subdi iubent, imprimūtur vulneribꝰ vulnera, & rursus instaurata crudescunt. Factū est aūt dño confortāte, vt nec ætas minor defice

Epi in exilium acti.

Calumnia neqssima.

Dionysia mulier.

Maioricus.

Victoria mulier.

Victorianus martyr.

Eugenius in exilium missus cū qngētis alijs.

Duodecī pueri ex relegatis.

deficeret in dolore,& anim⁹ roboratus,magis cresceret in fide. sed & annuēte dño,tandem pmissi fuere suo modo viuere. Cōstituerunt itaq; vt simul vescerētur,pariter psallerent,quos postea Carthago miro affectu colēs,quasi xij. aplo₄ chorū cōspexit. Illo etiā in tpe crudelius Arriano₄ epi,presbyteri & clerici,q̄ rex & Vandali,sæuiebāt. erat quidē grauis ista violētia tyranno₄,nam Vandali vbiq; transeuntes,sacerdotibus suis adduxerūt iugulandos. nō licebat siue priuatis, siue negociatoribus alicubi trāsire, vel emere,aut vēdere,nisi q habere characterē bestiæ in frōte vel in manu sua. nā & psbyteri ac epi illo₄,manu armato₄ nocturnis tpibus vicos circuibāt,domusq; intrantes, * alios forte in lectis sopitos oppresserūt. violentiā itaq; eo₄ plurimi metuentes,alij in speluncis,alij in desertis locis viri vel fœminæ,nullo sibi cōscio, sese claudebant, & ibi nulla succurrēte sustētatiōe, fame vel frigore victi,cōtritū & cōtribulatū spm̄ exhalabant,inter hæc afflictiōis incōmoda,inuiolatæ secū fidei securitatē portātes. Ea tempestate suborta est incredibilis fames:nullus affuit imber in Africa, lurida facta est terra, neq; boues suberāt,nec castra vsquā remanserāt,sed rustico₄ manus alia interierat,& superstites iam sepulturā quærebāt,alij diffusi per cāpos,alij secreta syluæ petebāt,radices arbo₄ vel quisqlias reqrentes. stratæ & semitæ cadaueribus repletæ. fœtor quoq; necabat gradiētes,neq; sufficiebāt ad sepeliēdū viui,fame dñante,accidit vt multitudo Carthaginē intrare pararet. at vbi rex inferenda₄ mortiū vidit strages,pelli vrbe ilico oēs iubet. Tandē vero iste pessimus tyrānus Honoricus,iudicio Dei percussus,scatens vermibus miserabiliter expirauit,dum regnasset 8.annis,post quē regnū suscepit Guntabundus, post illū Trasimūdus frater eius, q regnauit annis 26.de quo infra dicetur.

Fames maxima.

Honoric⁹ à vermib⁹ laceratus perijt.

Supradictis tpibus sub Zenone impatore & Gelasio,Ostrogottho₄ rex Diethmarus, aliâs Theodomirus,ægritudine occupatus, cōuocatis ad se Gotthis, Theodoricū filiū nuper à Leone imperatore remissum,regni hæredē fecit, & ipse mox rebus humanis excessit. Qui Theodoricus Ro. notos sibi ex dulcissima cōsuetudine in Cōstātinopoli, amabat:hincq; à Zenone vocatus, ea se cōtulit facilitate, qua Leo illū remiserat genitori. Constituitq; Theodorico regi Zeno stipēdia, & patriciatus dignitate insignito, equestrē statuā ex ære in palatio locauit, & post aliquātulū in filiū adoptauit. At vero dum huiuscemodi delicijs Theodoricus fluitaret,gens illius s. Ostrogotthi,dū eis prædas agere more solito nō liceret,licet stipēdia acciperēt,& Pānonia Mœsiaq; puinciæ necessaria suppeditarēt, angebātur q audirēt alios ex Scythia pfectos,opibus & gloria florere,Visigotthos,Sueuos,Alanos in Vasconia, Aqtania, Hispania,Vandalos in Africa,Burgundiones in Gallijs,& demū Herulos & Thuringos in Italia. maximis igitur precibus institerūt apud Theodoricū, vt eo₄ īportunitati vltra nequiret reluctari. vnde rupto pudore,ferociā suo₄ primū imperatori accusauit, q oībus abundātes rebus,nescirēt quiescere,petijt q̄d imperatoris & Reip. cōmodo cōducere æque ac suo₄ importunitati satisfacere opinabat. Oñdit em̄, si Italia & vrbs Roma sibi pmitterent, futu₄ vt aut Ostrogotthi sui cū Herulis & Thuringis pugnādo delerētur, & sic imperiū tāto onere stipēdio₄ leuaret:aut victores essent, sicq; Herulis & Thuringis imperio inimicis cæsis, ipsi Ostrogotthi emolumēto honoriq; reip. in posterū sine stipēdio forēt. ea Zeno cū ad senatū retulisset,peruicit snīa,nō æqua solū fore,sed vltro offerenda Theodorici postulata. Itaq; Zeno Theodoricū sacro honestatū velamine, q̄d erat tunc insigne maximū,sibi Italiā pplm̄q; Ro. cōmēdauit. Profectus itaq; Theodoricus cū om̄i multitudine Ostrogottho₄,& cū om̄i supellectile,priusq̄ ad Italiā veniret, Trapestillā aliâs Strapiliā Gepida₄ regē,insidias sibi parātem,bello superās extinxit, Busarim q̄q; Bulgaro₄ regē suis agminibus pstrauit. Deinde per Noricū ingressus Italiā, venit ad Sontiū Aqleiæ dirutæ fluuiū. Eo Odoacer,q oēs motus anno añ habuerat exploratos,paratissimū adducēs exercitū,sese illi tā proxime posuit,vt castra solo amnis alueo fuerint diuisa. Primus tñ pugnādi copiā fecit Theodoricus,& cōmisso plio,post multā cædē superauit Ostrogotthus. Odoacer vero ad Padū,quē classe & p̄sidijs p oppida cōmunierat, delatus,in eo loco,vbi nūc est Ostilia Veronensiū,de fuga substitit. destitit vero inseq Theodoricus,& Veronā ducēs,eā dedentibus ciuibus breui cepit,in qua p̄sidia firmata,pdamq; cōstituit cū impedimētis, vt Odoacrē fugientē expeditius sequeret. sed ecce Odoacer reparatis copijs,in cāpos processit Veronæ subiectos,& copia pugnādi facta,Theodoricū lacessiuit. desertus tñ auxilijs Italo₄ & Padi accolarū, defectus succubuit,atq; etiā fugatus est,inde Romā contendēs,sed Ro. de Theodorici aduētu certiores facti,portas pcluserūt. vicissim ipse suburbio₄ ædificia agrumq; latissimis fœdauit incēdijs. Theodoricus interim oībus Italiæ trāspadanæ ciuitatibus oppidisq; potitus,Mediolani constitit,& Romā in Odoacrē ducere curauit. Odoacer Romā linquēs,Rauennā se cōtulit. nō aberāt etiam q ei ex Italia p̄mio₄ spe adhærerent.

Theodoric⁹ rex Ostrogottho₄.

Theodoric⁹ petit Italiā.

Odoacer rex.

pau-

paucis eñ interiectis diebus,dediticius exercitus Odoacris partibus sese reddidit.q̃ res Theodoricũ in tantũ exterruit,vt se suũq; exercitũ apud Papiã,tunc Ticinensem vrbẽ cõmuniret.demũ tñ,relictis ibidẽ sororibus & matre,vniuersaq; vulgi multitudine,cũ expeditis armatorũ copijs ad obsidendũ Odoacrem Rauennã perduxit.Cepit aũt ilico oẽs prouinciæ ciuitates,p̃ter Ariminũ & Cęsenã.Odoacrẽ vero in Rauenna per trienniũ obsedit.fiebant tñ ab obsessis crebræ eruptiones,nouissime noctu irruens in castra Odoacer,exercitum Theodorici magna cæde prostrauit:sed Gotthis fortiter resistentibus,ad extremũ victus in vrbẽ fugit.nec multo post Odoacer,hortante ep̃o loci,deditionẽ fecit pactis interpositis,vt aliqui scribũt,vt Theodoricus simul & Odoacer socij dñationis essent.verũ hæc regni societas nõ diuturna permansit.cũ eñ occultas inter se suspiciones haberent,speraretq; Odoacer saltẽ aliquã particulã sibi in Italia,suisq; Herulis attribui possidendã,misit Theodoricus qui illũ & filiũ adolescentẽ,primoresq; gentis interficerent,Herulorũ plebẽ cõseruans.breui deinde omni Italia & Roma Theodoricus summo senatus & pop.Ro.applausu est potitus.Is aũt rex omniũ,q̃s Italia & Roma pertulit,barbarorũ mitissimus fuit.q̃d quidẽ statim in initio regni ostẽdit,siquidẽ mittẽs S.Epiphanium Ticineñ.ecclesiæ ep̃m in Burgundiã,ingentẽ illi pecuniarũ vim ex publico fisco dedit, qua redempta sunt multa mortaliũ millia,q̃s Gundobaldus rex Burgundionũ,vt supra dictũ est,in p̃dam abduxerat.ibi Epiphanius q̃q; ab immani Gundobaldo sine p̃cio p̃ce sua obtinuisse liberationẽ sex milliũ captiuorũ fert,p̃ter redẽptos.Theodoricus deinde Romã senatus curæ & gubernatiõi reliquit,sedẽq; regni Rauẽnæ cõstituit.eo in t̃pe post multas agitationes Roma pariter & Italia respirauit.Theodoricus aũt rex licet Rauẽnæ sedẽ habuerit,amauit tñ atq; ornauit vrbẽ Romã, q̃d q intelligere gestit,legat Cassiodorũ,q Theodorici cãcellarius fuit,in cui⁹ scriptis videbit,ipsum regẽ religionis Christianæ, sacrorũ locorũ,cęremoniarũq;,põtificũ Ro.dignitatis curã gessisse.senatui sæpenumero cõmẽdauit loca vrbis sacra,vetera vrbis insignia restaurauit,p̃fecit vigiles, q curã die noctuq; susciperent,ne vrbis ornamenta,statuæ & ingeniorũ monumenta ex ære aut marmore excisa,absportarent.sepulchrũ Augusti in valle Martia instaurauit,leges ac instituta maiorũ mandauit seruari,malos ciuitatis mores corrigi,oĩa deniq;, excepta militari disciplina,ad vetustã ciuitatis formã redigi optauit,spectacula proprijs fisci sui pecunijs ex vetusto more edi,& alia munera publica exhiberi voluit.Prohibuit aũt edicto,ne quis Romanus aut paterna origine Italus,nedũ militaret,sed nec arma domi haberet,Saionibus,vt ipse appellauit,ex Ostrogottha gente per vrbẽ regionesq; Italiæ cõstitutis,qui p̃fectorũ centurionumq; vice fungẽtes,barbaros suos in pace & ocio à ciuiũ prouincialiũq; iniuria prohiberẽt,educerentq; in turmas & phalanges,cũ belli aut tumultus ratio postularet.Simili itẽ pietate vsus est erga vniuersæ Italiæ vrbes,q̃bus alijsq; bonis artibus p̃stans princeps effecit,vt per oẽs sui regni annos,excepto extremo,& Roma ac Italia Octauij Augusti,Traiani aut Adriani,vel melioris cuiuspiã principis t̃pa non desiderauerint.Interim & opibus aucta est Rauenna,quã à Tiberio Claudio Germanico aiunt cinctã esse muro,q nũc extat,vt indicãt l̃ræ,ad portã ipsius ciuitatis,cui aurea est nomen,quẽ murũ Valentinianus ampliauit Gallæ Placidiæ filius,& post translatũ imperiũ à Cõstantino,magistratus sunt primo Rauennæ cõstituti,quorũ munus fuit,mutuas Ro.Cõstantinopolitanisq; cõmoditates alternatim curare.Theodoricus vero Herulis post occisum Odoacrẽ conseruatis, nouũ regẽ cõstituit,q̃s in extremis Italiæ partibus apud Augustã p̃toriã & sub alpibus Apenninoq; habitare permisit,atq; regẽ ipsum in adoptionẽ suscepit.Clodouei regis Francorũ filiã,noĩe Andefledã,Theodoricus in vxorem accepit:sororẽ vero propriã,noĩe Amalafredã,Honorico Vandalorũ,& filiarũ vnã Alarico Visigotthorũ,alterã Gundibaro Burgundionũ,neptẽq; Amelbergã Hermenfredo Thuringorũ regibus in matrimoniũ locauit.tertiã filiã Euchario nobili ex *Baltorũ g̃ne,verius ex Alemanorũ stirpe veniẽti,vt refert Paulus diaconus, tertiã filiã Amalasiunthã vxorẽ tradidit:q̃ genero per aliq̃t quibus vixit annos,tanq̃ filio vsus fuit.nec fuit aliqua vicina gens Italiæ,quę Theodorico aut affinitate aut fœdere non esset sociata.Pauca deinceps bella suscepit,sed cũ Francis,Visigotthis & Burgundionibus,quoad potuit,in pace vixit,missisq; oratoribus exhortabat,ne Rom̃.imperatoribus viã patefacerent ad iura imperij resumenda.Interea cũ hic esset Romæ & Italiæ sub Theodorico status, Zeno Augustus dum p̃fuisset annis xvij.vitæ terminũ accepit,cuius frater Longinus imperium tentans inuadere,ab Ariagne Zenonis relicta repulsus est,& Anastasius Silentiarius per eius suasum ab omni senatu & populo eligitur,indutusq; purpura, eandẽ Ariagnem in coniugio sortitur. Anno dñi 492.vrbis autem conditæ 1243.

Odoacer interimit anno dñi.490.

Theodorici mores.

Instauratio Romæ.

Theodorici edicta.

Rauẽna opibus aucta.

Andefleda vxor Theodorici.

Zenonis mors.

Anastasius Imp.56.

Anastasius imperiũ suscepit,& xxvij.annis regnauit,viuente adhuc Gelasio papa.q̃d ex eo verũ est,quia ipse Gelasius ad Anastasiũ scripsit,vt habet 96.di.duo sunt.Anno vero eodẽ idẽ Gelasius morit,& in eius locũ Anastasius papa ordinat,qui sedit anno vno,mensibus decẽ.Hic Anastasius primo bonus fuit,sed postea seductus est, quo in tẽpore multi ex clero à cõmunione illius se subtraxerũt,eo q̃ cõmunicasset sine cõcilio Photino,qui Achatio hæretico fauebat,sicut & Anastasius imperator.vnde quia voluit occulte reuocare Achatiũ ad dignitatẽ,sed nõ potuit,diuino iudicio percussus credit,de quo 19.di.c.Anastasius,vbi dicit Glossa,q̃ opus naturæ perficiendo,intestina emisit.Et decretalis eius missa Anastasio imperatori,q̃ incipit,secundũ xix.dist.vt dicit Gloss.est reprobata cũ suo autore,quia in ea videt dicere,q̃ ordinati ab hæretico,sicut ordinati fuerãt ab Achatio hæretico,sine aliqua dispẽsatione exequi possent officia ordinũ,q̃d falsum est.Post Anastasium assumptus est ad summũ sacerdotium anno dñi 494.Symmachus natione Sardus,sedit annis xiiij.secundũ alios xvi.In ordinatione aũt illius,magnũ in clero & populo dissidiũ est ortum.Symmachus nanq; in Lateranensi,Laurẽtius vero in ecclesia S.Mariæ,vterq; Romæ in pontifices sunt electi.Post multã cõtrouersiam super hoc Rauennã pergũt,& regis Theodorici,q tunc regnabat in Italia,iudiciũ expetunt.quibus auditis,censuit rex illũ qui prius & à meliori parte fuisset electus,in pontificẽ accipi,obtinuitq; Symmachus,qui Christiana vsus clementia,Laurentiũ competitorẽ in Nuceriam ep̃m dedit.Sed Romani,quos parata nunc pax per Theodoricũ fastidiret,intestinis discordijs cœperũt se lacerare, & Laurentiũ post quatuor annos Romã reducunt.causam iterum Rauennã deferri oportuit,diuisus eñ fuit clerus & populus,& cædes ac homicidia in medio ciuitatis grassabant.insuper Festus & Probinus,subornatis falsis testibus,miserũt ad Theodoricum regẽ,petentes vt rex visitatorẽ daret apost.sedi.Rex vt sedaret negocium,canonum ignarus,Petrum Altini episcopum Romam misit,magis vt vtroq; eiecto,in pontificatum ipse se intruderet.Symmachus vero vir aĩo constans & prudẽs,nil hæsitabat.Interim enim Theodoricus rex,vt habetur dist.xvi §.hinc etiam,ex diuersis prouincijs ad vrbẽ Romã ep̃os p̃cepit conuenire,vt sanctũ conciliũ iudicaret de his q̃ Symmacho impingebant.Ep̃i ibi cõueniẽtes,asserebãt Symmachũ debere synodũ cõuocare:ipsam eñ primã sedem,minorũ non subiacere iudicio.Ad hæc serenissimus rex,Deo adspirante respondit,in arbitrio synodi esse,in tanto negocio sequẽda præscribere,nec aliud ad se p̃ter reuerentiã de ecclesiasticis negocijs pertinere,cõmittens potestati pontificũ,vt siue negociũ audire vellent,siue nollent,q̃d magis vtile videretur,deliberarẽt,dũmodo venerandi prouisione cõcilij pax in ciuitate Romana daret. Verũ Symmachus, habita centũ & viginti ep̃oꝝ synodo,primo se purgauit à criminibus,quæ sibi obiecta erãt.inde clero synodali autoritate reconciliato,omniũ sentẽtijs obtinuit,vt Laurentius & Petrus maloꝝ omnium capita,relegarent.Orta aũt ob hãc rem tanta est seditio Romæ,vt multi tũ ex clero,tũ ex populo trucidarent,nec sacris virginibus parceret:nec finis cædis factus fuisset,ni Faustus excõsul clericos miseratus,in Probinũ tanti mali autorẽ arma sumpsisset.Eo in tẽpore Trasimundus Genserici filius,anno dñi 496.Honorico fratri succedẽs,clausis catholicoꝝ ecclesijs,ducẽtos xx.ep̃os in Sardiniã exilio relegauit,q̃bus B.Symmachus papa q̃tidiana subsidia ministrare nõ destitit.amator eñ fuit pauperum,vnde pauperibus ad basilicã B.Petri & Pauli habitacula extruxit,curauitq; ne quid eis deesset q̃d ad victũ pertineret.redemit & captiuos in diuersis prouincijs multa pecunia.Idem B.Symmachus Manichæos vrbe expulit,eorũq; libros ante fores Cõstantinianæ basilicæ cõcremauit.basilicas multas à fundamẽtis erexit.His ipsis diebus apud Aphricã dum Arrianus,Olympius noĩe,in balneis lauaret,& blasphema verba contra fidẽ S.Trinitatis proferret,subito ignis de cœlo veniens,eũ combussit.Deterius aũt ep̃us Arrianoꝝ,baptizans quendã Byzantij,noĩe Barbã,cũ diceret,Baptizo te Barbas in noĩe patris,p̃ filiũ,in sp̃ũ sancto, subito aqua nusq̃ comparuit q̃d videns baptizandus,cõfestim ad ecclesiam cõfugiẽs, iuxta morem fidei baptisma suscepit.Iisdem temporibus Alamundro Sarracenorum principe baptizato,venerunt ad eum duo episcopi Arriani,suadentes sectam suam, qui dixit:Literas accepi hodie,quia Michael archangelus mortuus est.illis dicentibus hoc impossibile fore,ait princeps:Et quõ Christus secundũ vos viuus crucifixus est,nisi naturarũ esset duarũ,quandoquidem nec angelus mortuus est?& ita cõfusi,recesserunt episcopi.Per Anastasij itaq; imperatoris tẽpora nõ satis valuerũt Theodorici regis cõsilia,quin barbari Romanaꝝ prouinciaꝝ inuasores,postq̃ se à Romanis armis tutos viderunt,inter seipsos bello contenderent.Clodoueus eñ rex Francorum, quem Gothildi vxore hortante,S.Remigius baptizauit,postquam regnum Franciæ longe

Anastasius papa.

Symmach⁹ papa.

Theodorici religio.

Symmachi virtus.

Miracula de Arrianis

Alamũdrus Sarracenorũ princeps

longe lateq; ampliarat,in Visigotthos exarsit,quos propter Arrianā labē iudicauit persequēdos.is itaq; rex procerū consilio apud Parisios habito,cū satis de bello gerēdo cōstitutū esset,vouit pro victoria ecclesiā se structurū.Erat tunc apud Pictauos vrbem Alaricus rex Visigotthorum,qui Valliæ surrogatus regnabat.Duxit itaq; per Turonios Clodoueus,& in ecclesia B.Martini multis pro victoria votis se obligauit,inde ducens in campos Vogaldenses.obuiat Alaricus signis collatis.Aluerni etiā originem suā in Italos referētes,Romanæ reipub.fidē ad ea vsq; tēpora seruauerāt:ideoq; Visigotthorum partes sunt secuti,duce Apollinare.itaq; cōmissum est p̄liū,in quo Visigotthis & Aluernis superatis,rex Alaricus & Apollinaris ceciderūt.Deinde Clodoueus Theodoricū filiū ex ancilla,in Albienses & Ruthenos Visigotthorum subditos,ac in Aluernos misit socios:quibus subactis,& Francorum regno additis,in Tolosam tūc caput regni Visigotthorum,Vasconiamq;,arma Theodoricus cōuertit.Almaricus vero filius Alarici,sese intra Pyrenæū cōmunierat.quare licet Tolosam cū paternis thesauris & Vasconiā amiserat,Hispaniam vlteriorem cū Pyrenæi saltibus defensauit. Cūq; pacem obnixe peteret,procliuis in illam primū Clodoueus fuit:sed audiens Arrianos esse,Engolisinā & Burdegalam eorū ciuitates aggressus,& cæde Visigotthorum ciuiumq;,qui hæresi diutius abrenunciare recusarunt,commissa,episcopos in illis catholicos instituit.Ea cū essent nunciata imperatori Anastasio,gauisus est vltionem de Visigotthis Romanæ reipub.euersoribus,imperij sui tēpore sumptā esse, & ob eā rem bene gestam,Clodoueo tunicam *Blatteam epistolasq; misit,in quibus eū patricium consulēq; appellauit.Erat Turoni Clodoneus tū.quare votis rite solutis,post solennes Christianorum cæremonias eam induit vestē,& sedens in equo,pecuniā in vulgus dispersit.acclamauit vero tunc multitudo non patriciū fore & consulem,sed Augustū etiam Clodoueū.Fertur pro victoria obtinenda Clodoueū B.Martino Turonis equū transmissum,voluisse redimere pecunia,datis pro eo solidis centum:quibus datis,equus ille nullatenus moueri potuit.At ille:Date,ait,alios centum solidos.quos cū dedissent,statim equus solutus abijt.Tunc rex gauisus,ait:Vere beatus Martinus bonus est in auxilio,sed carus in negocio.Deinde grādi rex sociatus pompa,Parisios accedens,eorum vrbē tunc primo regni Francorum sedem fore cōstituit.Hæc Vincentius in Spe.lib.xxij.ca.xiij.ex Gregorio Turoneñ. Hæc cum intellexisset Theodoricus Ostrogotthorum rex,tunc in Italia potentissimus,ægerrime tulit,vel quia soceri Clodouei audaciā damnarit,vel q̄ indigne tulerit tantam cū Romano imperatore amicitiam.Itaq; coactis lectissimis ad quadraginta millia militibus,*& ducem eis p̄fecit, eiq; in Vasconiā ducenti occurrerunt Franci,quos Clodoueus prouinciæ illius p̄sidio deputarat.cōmissum est p̄lium periculosissimū.superiores fuerunt Itali regis copiæ,& Francis qui erant in Vasconia,ad triginta millia hominum profligatis,magnaq; ex parte cæsis,recepta est pro Almarico defuncti Alarici filio Vasconia.Siciliā vero,& adiacentes Italiæ prouincias insulasq; obtinuit,Narbonensem Galliam,& ea loca Galliarū,quæ extra Burgundiam ad Theutones pertinēt,exceptis Aluernis,regno suo adiecit.Arelatis mœnia iussit restaurari.Pannoniam & Noricos obtinuit. quin etiā futura prouidens,claustra Italiæ ab ipso Alpium *maritimorum initio vsq; ad Tridentinos montes,attribuit Gotthorum proceribus inhabitandā,excitauitq; ciuitatē Tridentū,muroq; cinxit,ad fines Italiæ tutandos.Hæc Blondus pri.deca.lib.iij.Clodoueus rex Francorum,fundauit primus ecclesiā nunc cathedralē in Argentina, & eam dotauit,dedicariq; fecit in honore gloriosæ virginis Mariæ,anno dñi D.X.sed nondū erat cathedralis donec sub Dagobertho.Postq̄ aūt Franci Gallias totas occupassent,eā in duas diuiserūt partes:illā regionē quæ versus septentrionē tendit,& intra Mosam ac Rhenū est,Austrasiā vocauerūt:illā vero quā Mosa & Ligeris pertransit, Neustriā,quasi nouā Austrasiam,nuncuparūt:pars vero quam Burgundiones occupabant,Burgundia est dicta.Videas supra plura de Clodoueo. Arcturus Magnus filius Vterpendragonis regis Britanniæ.i.Angliæ,mortuo patre,erat xv.annorum.anno dñi 490.regnare cœpit,& primo deliberauit Saxones oīno à regno detrudere,quos primū iuxta flumen Duglas vicit & fugauit,quorum dux Cognius Eboracū fugit,quē Arcturus cū fratre suo Baldulfo obsedit.& dū obsessi sic fere desperassent,subito venit nuncius,ducē Childericū sexcentas naues Saxonū aduexisse:quo audito,Arcturus obsidionē soluit, & Londonas se recepit.& in auxiliū regē Hoel,quē Henelū vocant, de Britānia minori aduocat,qui cū xv.millibus pugnatorum aduenieus,vnā cū Britannis Saxones p̄lio fugat,ac cū eis datis obsidibus paciscitur,vt relictis opibus oībus,insulā dimittant,ac domū redeant.Qui pacti pœnitētes,dum nauigant per littus Themesiū,insulā inuadūt,& vndiq; populant,quos Arcturus ad vnū vsq; profligauit,pau

Alaric⁹ rex.

Aluerni.

Alarici interitus.

Equum B. Mart. donatū,Clodoueus redemit.

Argētinēsis ecclesia cathedralis fundata.

Arcturi regis Britānīæ res gestæ.

cis seruatis & in seruitutē redactis. Scotos similiter & Pictos, qui tertio cōtra regē & nepotē suū dimicāt, in insulā Nomonden coegit. Hoc aūt stagnū circa *astans, est mirabile: cōtinet lx. insulas aut terras ..., lx. flumina habet, & nisi vnū solū ad mare decurrit, illic nidificant aquilæ. Arcturus ergo videns omnia prospere sibi succedere, Iberniā, Orchadas, &*oēs insulas Oceani, breui tēpore ditioni suæ adiecit, cōuersusq; ad orientalē plagā, Noruegiā subegit, ipsamq; Loth nepoti S. Thelini regis Noruegiæ cōmisit. qua victoria elatus, etiā Gallias impetere cœpit. Arcturus rex Gallias intrat, cui Irollo tribunus sub Leone imperatore cū exercitu occurrit. sed cito fugatus, intra Parisios se recepit, vbi Arcturus & Irollo ad singulare certamē ex cōdicto veniētes, Arcturus victor Parisios obtinuit, & commissa exercitus parte Hoelli de Britānia minori, vt ducē Aquitaniæ vinceret, ipse cū alia parte exercitus totā Galliā potestati suæ subegit. Henelus aūt Aquitaniam, Vasconiā & prouincias illi adiacētes, ferro & igne vastās, tandē illius regionis ducē, Arcturo parere coegit. Arcturus ergo Parisijs triūphādo, curiā tenuit insignē, cui similis à nullo vnq̄ visa est. Tunc largitus est Vueduuero pincernæ suo, Neustriā, q̄ nūc Normania dicit, Caio q̄q; dapifero prouinciā Andegaueñ. & alijs nobilibus alia secundū cuiusq; meritū. Et his peractis, reuersus est in Britanniā. De hoc & alijs in fine seq. gnationis dicet. Vnū tñ in hac historia Arcturi, nō bene quadrat, cū velit sub Leone imperatore Arcturū Parisios obtinuisse, cū sub Leone vix fuerit natus, q Leo anno dñi 475. defunctus fuerit. id tñ parū refert, dūmodo veritas historiæ maneat. Sed mirū mihi videt, cū hoc tēpore Clodoueus rex Francorū longe lateq; in Gallia dñaretur, quō Arcturus credat Parisijs & Gallia bello potitus, cū etiā potētia Clodouei in Gallijs p oēs historias celebret, nulla de Arcturo mētione facta. Hoc me facit cogitare, si forte sub Leone imperatore primo Arcturus regnauerit. illud affirmat Vincen in Spe. lib. 21. c. 56. q̄d quidē relinquo curiosis. satis est mihi nouisse. Idē Ganfred. Peractis supradictis, reuersus in Britanniā Arcturus, in ciuitate Legionū sup fluuiū Ostam cōuocatis oīm prouinciarū circūiacentiū regibus & principibus, ipse per B. Dubritiū coronatus est. Dum hūc ageret triumphū, Leo Ro. imperator eū vocat Romā, vt respondeat q̄ iure Gallias occupet, tributūq; dare de Britannia neget. Iratus Arcturus, Cur Rom. inquit, imperatores mihi tributa nō soluūt, cū Belgius Britonū rex, auxilio fratris sui Brennij ducis Allobrogū, suspēsis in campo Martio xx. nobilibus Romanis, Romā tributariā fecit? Cōstantinus itē & Maximianus mihi cognati, Romā sub ditione sua tenuerūt. Volo ergo vt mihi reddāt tributa. Quæ sentētia cū oībus regibus & principibus placuisset, cōtra Ro. ire disposuit, confidens in multitudine gentiū suarū & gladio Caliburno. Magno igit exercitu cōgregato, vt etiā Ioh. de Columna, in Burgundiæ finibus aduersus Luciū Hispanorū ducem, qui sub Leone principe eas regiones gubernabat, processit ad præliū, vincit, vt refert Ganfredus. Arcturus Lucio perempto, in via ante p̄lium q̄q;. gigantē singulari certamine strauit. Interim dū hæc in Gallijs agerent, Modiedus nepos eius, cui regnū Britanniæ cōmiserat, oblitus honoris & famæ, sibi diadema imposuit. q̄d cū nunciatum esset Arcturo, & iā insulā plenā esse Saxonibus, dimisso Hoelle Britanniæ minoris rege cū exercitu Gallico, cū insulanis duntaxat in Britanniā redijt, & Modiedū aggressus, vsq; in Cornubiā fugauit: quē cū persequeret, atroci p̄llo vicit & occidit, sed non sine damno suorū, suiq; corporis clade. Nā vulnus accepit lœtale, ad q̄d curandū, sese ad loca tutiora recepit, cōmissa regni cura Cōstantino cognato suo, filio Cadoris ducis Cornubiæ, anno dñi 542. qui post triemiū morit. & sic mortuus fuisset gnatione *seq. xix. anno *secūdo, sub Vigilio papa. Aurelianus Cononus ei succedit, & secūdo anno regni sui morit. succedit illi Verteperius, in quē Saxones iterū duxerūt, sed cito fugati, ipse regnū in pace tenebat. Sequit hunc Maelgon, oīm ducū Britāniæ pulcherrimus, sed Sodomitica peste infamatus, morit repentina morte, cuius regnū accepit Creticus, amator ciuiliū bellorū, inuisus Deo & Britonibus, eius inconstantiā Saxones cōperientes, auxilio Aphricanorū freti, insulā rursus ingrediunt, & Britones bello ac armis adeo atterunt, vt illi desperātes, Saxonibus cederēt, illis insula relicta, & partim in minorē Britanniā, partim in Cornubiā & Vuallias secedētes, abirent. Tunc archiēpus Londineñ. & Eboraceñ. cum oēs ecclesias sibi subiectas per Saxones gentē infidelē destructas vidissent, cū ornamentis & reliquijs sanctorū in Gallias defugiūt. Interea S. Gregorius papa Augustinū monachū in Britanniā mittit, vt Saxones ad fidē cōuerteret. cessauit extunc dignitas regia ad multū tempus. Nā Britones suos regulos, Saxones similiter suos habebāt. Hæc Arcturi Ganfredus. Hæc Ganfredi scripta, vt dixi, nō bene quadrāt propter reges Franciæ, eo q ex supputatione annorū Leo imperator Arcturū longe p̄cessisse inuenitur. mirū etiam videt, q Beda venerabilis, qui histo-

Arcturi obitus.

Maelgon.

Duces Britannorum.

historiā regū Britanniæ fideliter cōscripsit vsq; ad sua tēpora, nec tñ Arcturi regis mē minit, sed claro stylo lib.1. de gestis Anglorū, tradit Anglorū siue Saxonū gentē inuitatā fuisse à rege Britannorū Vortigerno, scitu populi anno dñi 449. imperātibus Martiano & Valētiniano. refert etiā, q̄ Saxones perfidia vsi, noluerūt esse stipēdijs suis cōtenti, sed insulam inuaserūt. & quō postea Ambrosio Aureliano duce, Romanæ gentis superstites Britones profligauerint Saxones, nō tamen extinxerint. vnde alternis cōflictibus nunc illi, nūc hi victi sunt, varia fortuna, vsq; ad annū dñi 582. Mauritius imperiū suscepit, huius anno imperij decimo, Gregorius vir sanctus, pontificatū Ro. ecclesiæ adeptus est, qui diuino admonitus instinctu, misit seruū Dei Augustinum & plures cū eo monachos, p̄dicare verbū Dei genti Anglorū. Erat eo tēpore rex Edelbertus in Cantuaria potentissimus, quē ad fidē conuerterūt Christianā, baptizabātq; cū innumera gentiū multitudine, ad quē regem paulopost S. Gregorius missis donis epistolā scripsit, cuius exemplū posuit in historia sua Beda. incipit: Dño gloriosissimo ac p̄cellētissimo filio Edelberto regi Anglorū. deinde Beda li.2.c.5. Anno, inq̄t, ab incarnatiōe dñi 613. Edelbertus rex Cātuariorū, post regnū tēporale q̊d 56. annis tenuit, æternum regnū adeptus. Erat aūt rex filius Irmenrici, cuius pater Occa, Occæ pater Orich, cognomento Oisich, à quo reges Cantuariorū solēt Oiscingas cognominare, cuius pater Hengist, qui cū filio suo Oisich inuitatus à Vortigerno, Britanniā primus intrauit. Fuit aūt Edelbertus tertius in regibus gentis Anglorū cūctis australibus eorū prouincijs. Nā primus rex australiū Saxonū, Elli dictus est, secūdus Calui rex occidētaliū Saxonū, tertius Edelbertus, de quibus per Bedā. successit Edelberto filius Cadhuld, de quo dicet infra gñat. xx. prope finē. Licet aūt historia Arcturi propter ea p̄missa satis videat ambigua, tñ Vincen in Spe. lib.22.c.74. eius meminit, & fere om̄es chronicorū scriptores, de quo Bergomēsis in supplemēto lib.9. Arcturū, inquit, Britānorū regē cantatissimū, virū sane bellicosum aiunt, qui & lorica pulcherrima vtebatur, sed & in capite aurea galea, in qua draco insculptus videbat, clypeū quoq; aureū præ se ferri faciebat, in q̊ Dei genitricis imago depicta erat, vt eā semp aduocatā in memoria haberet. lanceā præterea noīe Ron, arduā, latā, & cladibus aptā: quā, quocunq; ibat, secū deferri faciebat: Caliburnū etiā gladiū habuisse dicit, cū quo quadringentos & sexaginta viros vno p̄lio interfecisse perhibet. Hunc etiā virū optimum & Christianissimū fuisse ferunt, & ecclesiæ collabēti in Gallia & Britannia plurimū subuenisse, necnon & catholicā fidē mirū in modū ampliasse. vnde & regiones multas, Franconiā videlicet & Daciam, Vasconiā & Germaniā cū *orbe suo subiecit imperio. tam multa etiā commisit p̄lia, vt circiter triginta regna sibi vendicauerit. quāobrem & rotundam mensam apud Cornubiam ciuitatē instituit. Tandē cū multas in bellis strages fecisset, vulneratus in insulā deferī, ibiq; cōstitutus, vt Britonū tradūt historiæ, inde sublatus, nunq̄ comparuit, quē & hodie Britones expectare dicunt. Hæc ille. Vnde secundū Merlini vaticiniū, Iohānes de Columna scribens, dubium exitū habuit. Ego, an veritas, an fabulæ sint de Arcturo scripta, relinquo curiosis examinanda. tu tamen de regibus Angliæ tenere potes, vt in gñatione xx. inuenies.

Mauritius.

Edelbertus Cantuariensis rex.

Anglorum reges.

Arcturi insignia.

Ron lancea Arcturi.

Arcturi potestas.

GENERATIO XVIII.

ANno salutis 510. sub Anastasio imperatore & Symmacho Ro. pont. incepit 18. gñatio. paulo post Symmachus morit, & in basilica S. Petri sepelit. vacat tū sedes dies vij. Defuncto Symmacho, Hormisda patria Frusinonius suffectus est. sedit annos ix. & aliq̄t diebus. Hic cū audiret Anastasiū imperatorē in Eutychianā hæresim prolapsum, duasq; in Christo naturas, deitatis scilicet & humanitatis, negare, hortāte etiā Theodorico, prouincialē synodū in vrbe habuit, oīmq; cōsensu Eutychianos iam ante improbatos dānauit. Iohannē q̄q; Constantinopolitanū ep̄m literis & nuncijs adhortatus est, vt ab eadē hæresi desisteret. desijt parere Iohānes, Anastasij viribus fretus, quē nō ita multo post fulmine ictū, dedisse pœnas, creditū est, tum propter hæresim q̄ grauis erat, tū vel maxīe, q̄a legatos ab Hormisda missos, cōtra ius gentiū magna affecerat cōtumelia. Reiectos eñ à se naui quassa & rimosa, ea conditione nauigare iussit, vt recta in Italiam redirēt, nec vllū Græciæ littus attingerēt. Hæc etiā eisdē mandata ad pontificē dedisse ferūt, vt sciret imperatoris propriū esse imperare, & nō imperata pontificis aut cuiusuis accipere. Fuere aūt legati, Enodius Ticineñ. ep̄us, Fortunatus Catineñ. Venantius vrbis Romæ p̄sbyter, & Vitalis diaconus. Mortuo itaq; Anastasio, xxvij. imperij sui anno, Iustinus orthodoxæ fidei amator imperiū accepit, regnauit annis octo, eligit anno dñi 519. Thrax fuit, vt refert Pomp. Lætus, sine imaginibus, sine tribu, vtroq; parēte ignobilis, à teneris annis suum custos, deinde boū, post lignarij cuiusdā minister, natus annos 16. militare cœpit, manu promptus, &

Hormisda papa.

Anastasius obijt.

Iustinus eligit Imp. 57.

doctus hostē ferire,sortē mutauit, princeps ordinis factus,& hinc promotus,comes fit. Mortuo Anastasio,ad eū Amātius spado libertus superioris Aug. ditissim⁹ venit, magnā vim pecuniarū secū ferēs, orauitq; vt in toto exercitu ductoribus & militibus partiret,& ipse acciperet,q̄tū vellet,promitteret donatiuū p singula capita,si Theocritianū imperatorē legissent. Pecunia satis integre soluta est,nō ad vota Amātij,sed Iustini,q pro se suffragia caute emit. Itaq; cū eligeret,& eū diademate ornatū adorarent oēs, Amātius & Theocritianus & Andreas minister à cubiculo,insidias illi parauerūt.ea de causa e medio sublati sunt. Iustin⁹ imperator factus,statim nūcios ad summū pont.mittit,q & sedis apost.autoritatē cōfirmarēt,& pacē ecclesijs darēt.q̄re permotus Hormisda papa,Theodorico annuēte,Germanū Campanū ep̄m,Iohannē & Blondū p̄sbyteros,& Felicē ac Dioscorū diacones ad Iustinū mittit,q eos nullo nō genere honoris adhibito,effusa obuiā honoris gr̄a,monachorū ac magna orthodoxorū & illustriū virorū multitudine,honorifice suscepit. At qui cū Achatio sentiebāt,istorū aduētū veriti,in templū q̄ddā munitissimū se incluserūt,nūciosq; ad imperatorē mittentes,affirmāt se nullo pacto in sententiā apost.sedis venturos,nisi eis reddita fuerit ratio,quāobrē Achatius dānatus esset. hos oēs Iustinus ex tēplo atq; vrbe expulit. Idē fecit Hormisda cōtra Manichæos iterū in vrbe pullulātes,q̄rū codices ante fores basilicæ Cōstātinianæ incēdio cōsumpsit. Eodē tpe mortuo in Aphrica Trasimūdo Vandalorū rege,Hildericus eius filius ex captiua Valētiniani filia ortus,successit,q nō patris hæretici,sed matris catholicæ monita sequēs,rectæ fidei cultor enituit. hūc pater ad mortē veniēs,sacramēto adstrinxit,ne vnq̄ in suo regno catholicis consuleret. Sed ille mox vt decessit,prius etiā q̄ regni iura susciperet,vniuersos ep̄os q̄s Trasimūdus p̄r in exiliū coegerat,regredi fecit,eosq; ecclesias reformare voluit,septuaginta iā & quatuor annis euolutis,ex q̄ à Genserico primitus apud Aphricā ecclesiæ afficerent. Ad Clodoueū Frācorū regē redeo. hic postq̄ synodus eius iussu celebrata est *Aurelianis, in qua de Missa dn̄icis diebus vsq; ad finē audiēda,& Rogatiōes instituunt,cū multis alijs salubribus decretis,cū annis 30. regnū administrasset, quatuor superstitibus liberis,vita decessit,in æde S. Petri Parisijs sepultus est,anno dn̄i 512. Succedentes Clodoueo filij,regnū quadrifariā cōcordibus animis partiti sunt. Theodoricus Mediomatricibus,q & Metenses,Clodomir Genabis & Aurelianis p̄fuit,Clotharius Suessionē, Childebertus vero Parisijs reg. Inter hæc Gothildis filios ad se Parisiū venire mādat, atq; iniurias illis aperit paternæ necis,ad se Burgundiæ regni portionē pertinere,sed Gundobaldi crudelitate vtroq; parēte orbatā,p̄cari vltionē faciāt. Moti maternis p̄cibus,cōtractis copijs,bellū Burgūdis indicūt,q̄s tum mortuo Gundobaldo,Sigismūdus filius moderabat,qui occurrit pugna Francis,sed victoria ad Francos se inclinante, Sigismūdus in fuga capit,Aureliā missus est,quē nō multo post Clodomir pariter cū liberis interemptū,in altissimū puteū deijci iubet,sed inde tandem exemptos,ad diui Mauritij monasteriū,q̄d non longe ab Octodoro vico Sabaudiæ,Simon Sigismundi frater extruxerat,efferri,ibiq; sepeliri permisit. Post hoc cognito ꝙ Gundobaldus Burgundiorū imperiū vindicaret,Clodomir bellū redintegrat:& dum hostē pugna persequit,circūuentus ab hoste percussus interijt. q̄d vidētes Franci,dolore & ira cōmoti,versis in fugā Burgundis,Gundobaldū occidūt,omnē regionē vastant. Clotharius mortuo fratre,vxorē eius(vt refert Vincen.)in cōiugem suscepit. Erāt aūt e Clodomire liberi,fratres tres,q̄s educandos Gothildis suscepit,Theobaldū,Gontherū & Clodoaldū:& cū aliq̄n Childebertus Parisiū veniret, videns ꝙ Gothildis filios fratris defuncti nimis diligeret,dixit Clothario:Mater nostra vult filios fratris nostri eleuare,ne regnū p̄occupent,tondeamus eos aut interficiamus. Miserunt igit Parisios ad reginā Arcadiū quendā,petentes mitti filios. læta nuncio Gothildis,missos nepotes patrueles valde cōmendat,q̄bus in conspectum adductis,maiorē natu Clotharius mox terræ allidit,ense perimit. perterritus alter,ad Childebertū se proripuit,orās vt se protegeret,q misericordia motus,Clothariū placare pergit,in quē indignabūdus rex:Tu,inq̄t,huius autor facinoris es,& nunc pœnitet te cōsilij?eijce eū à te,aut certe pro eo morieris. Ad hæc à Childeberto dimissum puerū Clotharius interfecit. Interim dū fratricidio reges intētos videt Clodoaldus,auxilio procerū elapsus,clericatū assumēs,vitā religiosissimā vixit. Ecce regnū ambiētibus q̄ odiosa miseratio est. tā crudelē nepotū necē,etsi modestissime ferret Gothildis,attrita tñ vehemēter,corpuscula eorū Parisijs sepeliri fecit. horū vnus erat x. annorū,alter xvij. tertius vix euasit. Legit etiā,vt Vincen. refert,ꝙ Theodoricus auxilio fratrū in Hermēfridū Thuringiæ principē bellū mouerit,ppterea ꝙ suasu Amelbergæ vxoris,duos frēs suos q̄si affectassent regnū,peremisset. Thuringus occurrit illis pugna iuxta flumen *Onestent. victoria Theo-

Manichæi expulsi.

Trasimūdo Hildericus successit.

Clodoueus obijt.

Gothildis filios ad bellū incitat.

Clodomir occiditur.

Clotharius fratris filios occidit.

Theodoric⁹ Frācorū rex

Theodorico cessit,tāta strage edita,vt occisorꝫ cadaueribus pōtis loco Frācus vteret. Hermenfridus tñ cum paucis euasit,cui Theodoricus salutē pollicet,ad se vt veniat.ille fidē adhibēs,accessit,& dū vnà ad pinnas castelli ambulabāt,Theodoricus Hermenfridū cubito impellens,ꝑcipitat,q̄ lapsu interijt:deinde liberis eius necatis,regionē in potestatē suā recepit, ibiq́ꝫ ad tēpus moratus, fratrē Clothariū dolo appetēs,ꝑcatur ꝑ nuncios ad se in Thuringiā veniat,habere q̄d ex vtriusqꝫ cōmodo sit.Clotharius nihil metuēs,accessit.occultos post tapetū milites armatos locauerat.Clotharius cœnaculū ingressus,forte armatorꝫ pedes cōspicatus, restitit:admonitisq́ꝫ q̄s secū habebat clientibus,clam armari iubet.Theodoricus animaduertēs dolū cōpertū, ioco suspicionem purgauit.habito deinde cum fratre colloquio,argēteo vase q̄d peluim vocāt,Clothariū donat.hāc tñ breui post,metu belli vitandi, Clotharius illi restituit.parꝫ ꝓbitatis aut fidei apud reges:libidine em̄ habendi,nec amicis nec gñi indulgent.Inter hæc Hormisda papa mortuus est anno I.Iustini impatoris, & Iohānes primus patria Tuscus, ap̄licam cathedrā adscēdit anno dñi 520. sedit annis 2.Iustinus aūt impator princeps catholicus & deuotissimus,non solū eos q̄s Anastasius in exiliū miserat,reuocauit ab exilio,sed etiā ordinauit,ecclesias q̄s tenebāt Arriani in oriēte,eis auferri & catholicis epis dari.Tulit eam rem grauiter Theodoricus rex Italiæ,labe Arrianorꝫ inquinatus,quanq̄ non magis Arrianorꝫ molestā habuisse insectationē, q̄ suspectā boni imperatoris vitā duxisse videt.hinc optimos ciues Ro.Symmachū & Boethiū affectatæ libertatis suspectos habēs,eosq́ꝫ deferentibus Opilione &Gaudentio factiosissimis ciuibus,Papiā relegauit,& ne Ro.ciues ob Symmachi & Boethij relegationē de solita benignitate diffiderēt,rex senatui ꝑmisit,vnū ex gēte patricia mitterēt Theodato ī Narbonēsi successorē.Mox tñ Iohannē pontificē summū, Agapetū & Patriciū cōsules,ac Theodorꝫ & Importunū senatores ꝑstantissimos viros, e Roma tollere cōstituit, idq́ꝫ vt sine nota faceret,ipsos legationis noīe misit Cōstantinopolim ad imperatorē,vtq́ꝫ eam simulationē melius cōcinnaret,epm Rauēnatē eis adiūxit.fuit aūt legatiōis summa,vt agerēt cum Iustino de Arrianorꝫ eporum sacerdotumq́ꝫ restitutiōe,& nisi hoc impetrarēt,cōminatus est oēm Italiā atqꝫ vrbē Romā cædibus ac incendijs vastaturꝫ. Venientibus Cōstantinopolim,Iustinus cum clero & populo obuiam illis ꝓcessit,ad pōtificisq́ꝫ pedes ꝓuolutus,illū ꝑ Dei vicario adorauit.Sūmus itaqꝫ pontifex maximis honoribus introductus,mādata simul cum Ro.cōsulibus ac senatoribus Rauennateq́ꝫ epo exposuit:& cum flectere Iustinum Christianissimū imperatorē non possent,ad lachrymas versi,suppliciter petūt,vt pituræ Italiæ vnà cum catholicis oībus subueniat. hinc magna vtrinqꝫ dicentiū audientiumq́ꝫ cōmiseratio est suborta:hinc fidei causa,si Arriani tolerarent,inde vrbis &Italiæ desolatio.vicit tandem grauissimorꝫ,in quibus sanctus timor erat,virorꝫ sententia, postponendā ꝑ tpe fidei causam, & vrbis Italiæq́ꝫ saluti consulendū.ita pium principē ꝓpulere, vt Arrianos restitueret, atqꝫ eos viuere suis legibus atqꝫ institutis sineret.Verum honores effusius impensi à Iustino pontifici ac legatis Ro.adduxerunt Theodoricum in maiorem suspicionem:& q prius summa dignissimus laude tot ꝑ annos,melioribus q̄s anteacta tulissent secula,principibus Ro. æquari meruit,ad extremum vitæ flagitijs sese inquinauit.nam pontificē in carcerem coniecit,parumq́ꝫ abfuit quin eum statim occidisset:adeo in hoīem exarserat, & fide ac moribus cum Iustino sentientem.perijt tamen sanctissimus homo in carcere,pedore,siti & inedia.pari modo Ro.legatos cruciatos in carcere,fame ꝑemit.Boethiū vero & Symmachū in Papia,vbi ꝑ aliq̄t exulauerāt tpa, pariter iugulari iussit. Quā q̄dē sæuitiā,ꝑter mores suos,ira diuina grauiori mulctauit pœna.cœnāti em̄,vt ait Procopius,cū esset caput piscis allatū,visio horrēda apparuit:eaq́ꝫ cōsternatus ipse, mox nimio pauore grauē ægritudinē incidit,in q̄ crudelitatē suā cōfessus fert, ꝙ s.pōtificem sctm̄ virꝫ,& cū eo alios insignes Ro. Symmachū q̄qꝫ & Boethiū ad pditorꝫ hoīm suggestionē occiderit:cōuocatisq́ꝫ Gotthis &gētis suæ primatibus,Amalasiūtha filia tūc vidua cū Atalarico filio suo,quē ex Euchario Alemano maximæ nobilitatis viro susceperat,8.annū agentē regē cōstituit, exhortās suos vt regē colerent,senatū populūq́ꝫ Ro.amarēt,principē oriētis placatū semꝑ &,ꝓpiciū facerēt.& sic ꝓfluuio,vt q̄dam scribunt,vt alij,apoplexia interijt,99.die postq̄ Iohannes mortuus est, atqꝫ anno 38.postq̄ Italiæ dñio potitus est. cuius animā,vt S.Gregorius scribit in dialogo,solitarius quidam vir magnæ virtutis apud Liparā insulā vidit inter Ioh. papā & Symmachū patriciū discinctū & discalceatū deduci,& ī ollā Vulcani demergi.Quo defuncto, Gotthi(vt ꝑcepit Theodoricus)Atalaricū cum matre sua ꝑficiūt regno, q pene ꝑ 8.annos regnabant.Et q̄a constat oībus,ꝙ Iohannes primus fuit tēpore Iustini,& Iohānes secundus(q & Mercurius)tēpore Iustiniani,cum ad eum scripserit, vt habetur de summa

Iohū. papa primus eligitur.

Theodorici crudelitas.

Iohā. papa Cōstantinopolim veniens, honorifice à Iustino suscept[9]

Auguriū Theodorici regis Italię.

Atalaricus rex.

Olla Vulcani.

Iohannes I. ma Tri.& fi.ca.I.inter claras,& inter Iohannē primū ac scd̄m fuerūt pōtifices 2.Fœlix q̄rtus & Bonifacius. q̄rum duorꝫ tpibus simul ac tpe Iohānis secūdi Atalaricus regnauit in Italia,q tñ 8.dūtaxat annis in regno vixit,necesse est dicere,ꝙ iam dicti pōtifices,aliq paucioribus,aliq pluribus vixerint annis. vnde etsi ad plenū eorꝫ tpa nō scripserim ex industria,vt cum his tpa imperatorꝫ Iustini & Iustiniani cōcordarē,feci sine ꝑiudicio veritatis. Mortuo itaqꝫ Iohāne primo, viuēte adhuc Theodorico ad aliq̄t dies,Felix q̄rtus natiōe Samius,in Ap.Se.extitit surrogatus anno dñi 523.q sedit annis 4.circiter(vt credo)mortuus est,& in ecclesia S.Petri sepultus.Interea Iustin⁹ Augustus cum iam 8.anno augustalē dignitatē tenuisset,mēse Aprili ægrotare cœpit, ꝑuexitqꝫ dum adhuc viueret ad imperiū sororis suæ filiū Iustinianū,q̄ facto,apud Constantinopolim rebus excessit humanis anno 526. Anno igiť dñi 527.scd̄m alios anno 529.ab vrbe cōdita 1278.Iustinianus filius sororis Iustini,imperiū solus obtinuit,& 38.annis regnauit.Hic mox vt imperialia iura ꝑcepit, ad reparandū reip.statū animū cōuertit,ac primū Belisariū patriciū ingentē virꝫ,cōtra Persas q Ro.fines inuaserāt,direxit,q de illis viriliter triūphauit. Inter hæc etiā rex Herulorꝫ veniēs Cōstātinopolim cum populo suo,baptizatus est, similiter rex Hunnorꝫ Gorda dictus. Eodē anno dñi 527.mortuo Felice,Bonifacius secūdus natiōe Ro.in sede B.Petri collocať,non tñ sine cōtentione.nam & Dioscorus,diuiso bifariam clero,in demortui Felicis locum surrogatur,exagitatus aūt clerus hac seditione diebus 28.morte Dioscori à tanta ꝑturbatione liberatur.hic Bonifacius alimonijs multis in famis ꝑiculo clero subuenit.hic congregata synodo in basilica S.Petri, Vigilium subdiaconum sibi successorem ordinauit.Sed postq̄ contra canones hoc esse intellexit,mox reuocauit,instituitqꝫ ne q̄spiam in ep̄atu sibi successorem eligeret,& vt in demortui locum alter pōtifex si fieri posset, tertia die sufficereť,ne dilatio seditionem faceret.Hoc tpe multi ex Ro.nobilitate Benedicti sanctitate moti,in montem Cassinum ꝑuenere religionis gratia. Huic Bonifacio successit Iohānes 2.q & Mercurius,natione Ro.anno dñi 530.sedit annos 2.menses 4.Eo tpe Iustinianus imperator summo Christianæ religionis amore misit fidē suam in scripto ꝑprio chirographo ad Se.Ap.ꝑ epōs Apatium & Demetriū,prout habetur in l.inter claras de summa Tri.& fi.ca. Ex quo colligitur,ꝙ fuit valde catholicus princeps,sicut & luculenter in multis suis,ꝓbatur cōstitutionibus.Eodem q̄qꝫ tpe idem Iustinianus sententiam promulgauit,ne militarent pagani vel hæretici,dans illis 3.menses ad inducias cōuersionis. Hic Iustinianus postq̄ Belisarius patricius Persas deuicit,& ex voluntate sua triūphans Cōstantinopolim intrauit,mox eundē Belisarium cui fortissimos milites dedit,mittit ad Africā Vādalis occupatā.Regnauit tunc in Africa Gilimer annis 5.q successit Hilderico,de q̄ supra dictū est.Fuit aūt Gilimer tantæ crudelitatis homo,ꝙ etiā parētibus non parceret.Belisarius igiť vir prudētissimus in Africā traiecit,& noctu cum plaustris rusticorꝫ Carthaginē introeūtibus ingressus, vrbē cepit,vbi diuitias reperit,Gilimerē regē ex fuga ad deditionē reductū,argētea catena vinctū secū abduxit,ac de eo Cōstantinopoli gloriose triūphauit.nam anteq̄ caperet,cōmisso ꝓlio,magnas copias fudit.sic tandē illa Vādalica rabies cū ipso noīe funditus extincta est circa annū dñi 536.anno 96.postq̄ à Genserico extitit occupata. Nec debet quenq̄ mouere,ꝙ Iustinianus scribit in li.C.de of.ꝑfec.ꝑto. Afri.q̄s gratias aut laudes Deo nostro &c.excedit oīa mirabilia opa,vt Africa ꝑ nos,tam breui tpe reciperet libertatē,ante 105.annos à Vādalis captiuata,q animarꝫ simul fuerūt hostes & corporꝫ.à Kalen.em̄ septēbris vsqꝫ ad Kalen.decēbris,Belisarius eam recuperat,qa dicendum ꝙ Iustinianus non statim codicē cōposuit,sed vt apparet,post 9.annos,& plures ita cōcordari poterūt.Inter hæc & anteq̄ Iustinianus imperaret,sub Iustino Theodoricus rex Gotthorꝫ vita excessit anno 523.Atalaricus regnare cœpit in Italia cum matre Amalasuntha.erat aūt Atalaricus puer annorꝫ 8.vnde adhibuit prudēs regina singularē in subditos humanitatē,laxioreqꝫ cum Ro.q̄ fecerat Theodoricus,gubernatione vsa est,& inter aliq̄ q̄ rescidit Theodorici facta,filijs Symmachi & Boethij patrimonium restituit. Atalaricū q̄qꝫ filiū Ro.moribus ac disciplinis imbui cum diligentia curauit,vt facile in optimū principē euasisset,nisi tres Gotthi illius educatores,rapinis inhiantes,id reginæ consilium euertissent,non placere Gotthis, dicētes,eorum regem sub ꝑceptoribus viuere,formidinem sibi incutientibus,prodesse vitam inter Gotthorꝫ duritiem agere,inter coæqualium arma & eq̄s tractare, q̄bus animi vigor, generositasqꝫ à maioribus accepta in dies augeať.Quę cū mater insidias cauens,libēter audire simulasset.Atalaricū paulo mitioribus ꝑmisit educandū, etsi puerꝫ sodales oībus vitijs statim infecerunt,matri tñ obsequens erat:& cum Gotthi educatores pueri,Iustinum pium principem nouissent, pacem Francis, Vandalis, Visigotthis, Burgundionibus, alijsqꝫ

Marginalia: Felix.4.papa. — Iustinianus Imp.58. — Bonifacius 2.papa. — S.Bn̄dictus. — Ioh.2. papa — Belisarius patricius. — Carthago capitur. — Vandali extinguunť in Aphrica. — Atalaricus rex.

aliisq; barbaris à Theodorico paratã,omni cõsilio cõseruarût. Turbauit aût hãc reginæ ac nati cõcordiã mors Iustini. siquidẽ Atalaricũ sodales metu imperatoris liberati, facile in lasciuiorẽ vitã trãsuersum egerût, adeo vt nedũ matrẽ audire aut alloq dignaretur, qn potius ipsi insidias parari pateret. Quibus artib⁹ cum se regina priuari regno videret, Theodatũ ex gẽte Amula sibi cõsobrinũ, administrantẽ,puuciã p Hetruriam coercuit pecuniis. Inde Atalarico cum sodalibus suis Romæ relicto, Rauennã se cõtulit, & cum nequiret filiũ à pniciosa vita reuocare, q̃d pximũ fuit, tres Gotthorꝝ pceres q puerꝝ seduxerût, interfici curauit. Attñ Atalaricus licet indisciplinatus & secta Arrianus esset, Bonifaciũ tñ papã & Iohannẽ scd̃m, cui Mercurio fuit etiã nomẽ, summos põtifices non solum psecutus est fauoribus & honore, sed à Ro. senatu ac populo honorari curauit. decreta eius extant de epis à Ro. pontifice, & nullo alio ordinandis, rebus sacris à nemine distrahendis, & demũ de ecclesiastica libertate seuerius cõseruanda Ro. & Italię oppidorꝝ vrbes frequentare, ac bonis artibus opam dare edicto iussit, salariis in vrbe Roma liberalium artium p̃ceptoribus, q̃d multos annos fuerat neglectum, cõstitutis, & inchoatã à Theodorico publicorꝝ vrbis ædificiorꝝ instaurationem continuauit. titubauit tñ demũ ob Francorꝝ Burgundionumq; aduentum in Italiam. Quod cum intellexisset Amalasuntha, ad reges Francorꝝ mittens, picula ostẽdit ab imperatore Iustiniano tunc florente imminentia, si Ro. reip. prouinciarꝝ inuasores, p̃sertim Italiæ ppinqui, bellis inuicem dissiderent. fœderaq; inter Atalaricũ filium & Theodeberthum regem Franciæ constitui impetrauit. accessit pueri Atalarici incõmodis Theodati auaritia, sed postq̃ Atalaricus tam suam adolescentiam q̃ matris viduitatem *cõmendauit, octauo q regnum assumpserat anno defunctus est. Tũc Amalasuntha videns se à Gotthis spretam, secum deliberans ipsa, Theodatum sibi cõsobrinũ ad se vocauit, & multis in eam sententiã dictis, prius iniuriũ, recõciliatũ tñ regni cõsortẽ declarauit, eratq; Theodatus Latinis ac Græcis literis eruditus, ac philosophus Platonicus, nulli rei tñ q̃ cumulandæ pecuniæ intẽtus. & tñ in initio regni Theodeberthũ Metẽsium regẽ, Burgũdiones, multaq; armatorꝝ millia in Liguriã atq; Aemiliã ducẽtes, Alemanos vero in Venetiã veniẽtes, Gotthis Italisq; militibus vtrãq; gentẽ non sine cęde illorꝝ Italia expulit. tegebat aût multũ ipsius regis ineptias, virtus reginæ oĩa administrãtis. hũc em̃ regẽ scribit Cassiodorus elephãtes tũc ex ære via sacra ad naturalẽ bestiæ magnitudinẽ extãtes, q ruinã minabant, instaurari iussisse, ea ratione, vt pop. Ro. cõduceret, si pueri bestias intuerent, in q̃s maiores pugnare non horruerint. Sed cum Theodat⁹ rapinis p sui ingenii vitio manũ apposuisset, dissuasisset q; illi primo, & post obstitisset Amalasuntha, mox summa ingratitudine vsus, eam in insulã Vulsinẽsiũ relegauit, occidiq; pmisit. Tulerût eam mortẽ ægerrime Ostrogotthi, sed & Ro. Italiq; oẽs, vt si aliquẽ inuenissent, à rege defecissent. fuerat em̃ mulier, vt Cassiodorus tradit, Græcis Latinisq; literis egregie imbuta, ac bonis artibus intẽta. vnde tantã sibi cõparauerat autoritatẽ, tñ sibi cõciliauerat oim amorẽ, vt necẽ suã cũcti nefariã p̃dicarent. Ita illius morte post factũ cõsiderata anxius Theodatus, existimare cœpit, q̃tum immineret piculum, si Iustinianus sumpta occasiõe necis Amalasunthæ, cuius virtutẽ dilexerat, Italiã inuaderet. itaq; placaturus imperatorẽ, inter multas literas ad ipsum ac Theodorã, vnã eplam accuratius scripsit, in q̃ Romã Italiamq; loquẽtes facit, pacem optimo regi, doctissimo principi, Romæ & Italiæ amãtissimo patri, mitissimoq; dño implorare. Mittit ad hæc senatores Ro. vnà cum Agapeto põtifice, quẽ tñ in cõmeatu non iuuit, vnde haberet viaticũ, sed bonus põtifex vasa aurea argẽteaq; ex B. Petri sacrario fœnori subiecit, vt haberet sumptus. Blõdus hæc. His sane diebus Iohãnes secũdus vita functus erat, & Agapetus natione Ro. surrogatus anno dñi 532. q sedit annis ferme 4. Hic Agapetus cum venisset Cõstantinopolim, summa cum veneratiõe est receptus à Iustiniano. & qa Iustinianus Eutychiana hæresi laborabat, orta est inter eos de rebus fidei maxima altercatio. Iustinianus em̃ ab Anthemio Constantinopolitano epo seductus, petiit eam labẽ à summo Pon. cõfirmari: & cum ab ea re hoiem sanctissimũ abhorrere cerneret. precibus minas addidit: Aut, inqt, cõsenti nobis, aut faciã te in exiliũ deportari. Cui põtifex nihil motus: Ego, inqt, ad Iustinianũ Christianissimũ imperatorẽ venire optaui, sed Diocletianũ inueni. Cuius sanctã constantiã admiratus imperator, mandauit orientaliũ eporum in regia vrbe cõgregari cõcilium. q̃ cõgregato, B. Agapetus in conspectu principis contra Anthemiũ ex euãgelica scriptura clare probauit, in dño Iesu Christo fuisse duas naturas. eo aût conuicto, cum in sua pertinacia maneret, Anthemius damnatus est & depositus. Tũc Iustinianus gaudio repletus, humiliauit se Ap. Se. ac beatissimũ Agapetum adorauit, rogauitq;, vt in Constantinopoli catholicum ordinaret episcopum, qui Mennam virum sanctum instituit loci epm.

Atalarici edicta.

Atalarici mors.

Amalasuntha regina.

Theodatus rex.

Epla Theodati ad Theodorã Augustam.

Agapetus papa.

Altercatio Iustiniani et Agapeti.

Anthemius damnatur.

epm.De pace vero,cum mãdata Theodati põtifex exposuisset,ita adulãter & simulate impator rñdit,vt posthac nimis sibi securus rex Theodatus,multa sit ausus ad ruinam sui status.Iustinianus aũt tps idoneũ ratus Italiæ liberãdæ, mẽtẽ & cogitationẽ ad hoc cõuertit.Inuitabat & eũ psperitas impij,q paulo ante p Belisariũ ducẽ Vãdalis Aphricã abstulerat;nec ferendũ iã sibi videbat, vt cõtra decus imperij Ro. Italiã occupari à barbaris pateret. Agapetus aũt q̃primũ Romã redijt,defunctus est,& ei,Theodato iubẽte,Syluerius ex patre Hormisda epo Ro.ex matrimonio tñ natus,suffectus est,anno dñi 534.sedit annũ I.mẽses 5.dies 12.in insula Põtia morit.Et cũ antea nõ regũ,sed imperatoꝝ autoritas interueniret,Theodatus illata vi cõsensum electoꝝ extorsit,& pecunia p pactionẽ accepta,Syluerium in põtificẽ creauit.Blondus scribit,plus tũc valuere Theodati minę,q̃ decreti ratio,mortẽ eñ clericis intẽtauit,q noia sua nõ subscriberẽt. vnde neq; decretũ cõfirmauerũt ante cõsecrationẽ eius,scdm morẽ antiquũ,sed postmodũ ppter scãdalũ q̃d oriri poterat,subscripserũt.hãc ob rẽ,& vt Amalasunthæ necẽ vlcisceret,simulq; Italiã recuperaret Iustinianus,Belisariũ in Italiã trãsmisit. His rõnibus motus Iustinianus,oratoribus ad Theodatũ missis, mãdauit vt aut Italia & eius insulis decedẽs,Cõstãtinopolim se cõferret,diuitias accepturus maximas, & in ocio q̃d à teneris annis fecerat,philosophiæ operã daturus;aut si id facere recusaret, bello q̃d ex tũc sibi indictũ sciret,necessaria ppararet.Is vero etsi resciscerent Iustinianũ sibi infensissimũ,hoĩm tñ ineptissimus nec oblatis cõsensit pactionibus,nec se cõtra vim magis solito cõmuniuit.At Iustinianus certior factus Theodatũ negligere iussa,mox Belisariũ iubet simulata in Africã nauigatiõe classem soluere,& ea in Siciliã ducta,incũbere,p viribus insulæ receptioni.Cauit tñ,ne forte alias barbaras gentes puocaret. ad Clodomirẽ,Childeberthũq; & Clothariũ reges Frãcoꝝ,vt qescerẽt maxima misit dona,additis literis huiusmodi sentẽtiæ;Graue fuit hactenus,Ostrogotthos reges q Theodorico indigni successerũt,tolerare,cũ ppter illatas nobis singulos p dies iniurias,tũ maxime ppter Arrianæ hæresis labẽ,q̃ vrbẽ Romã & Italiã inficere nõ desinũt.insupã nobis reqsit⁹ rex Theodatus,nedũ resipiscit,sed cõuicia iniuriasq; vir petulãs adiecit. q̃d cũ diutius ferre Christianos principes indignũ ducamus,bellũ illi indiximus,spem maximã victoriæ in vestris alioꝝq; principũ Christianoꝝ viribus non minus q̃ in nr̃is repositã habẽtes.Postq̃ vero reges spem pacis fecissent, Iustinianus Mundũ quẽdam ducẽ suũ cũ copijs Dalmatiã inuadere imperauit.paulo post Mũdus Gotthos,q Salonã psidio tenebãt,superat,Salonã cepit,inuoluitq; tumultu Dalmatas oẽs.cõcurrũt vndiq; Gotthi circa Salonã,& cõmisso plio Gotthoꝝ pstantiores ceciderũt.Hoc in certamine vbi Mũdus filij interitũ cõspexisset, mox homo natura vehemẽs & bellicosus, rabidus in hostes defert.aderãt oẽs copiæ Gotthoꝝ,q̃ tandẽ fractæ,in fugã vertũt.sed Mũdus dũ insatiabiliter Gotthos psequit,ipse sua victoria occidit.vñ refert Leonard⁹ Aretinus,Sibyllę carmina vetustissima inuẽta,qbus significabat,cũ Africa recepta iterũ à Ro.foret.tũc Mundũ cũ prole sua perituꝝ. hoc Sibyllæ vaticiniũ paulo ante inuentũ multos pterruit,solicitos ne terra & cœlũ cum gñe humano piret.Tũc aũt Africa iam virtute Belisarij recepta,huius ducis,Mũdi s.ac filij,interitũ à Sibylla apparuit esse pdictũ:adeo vaticinia ambigua semp inueniunt.Belisarius vero militibus impositis,q̃si i Africã nauigaturus,Siciliã applicuit.Catanã vrbẽ repẽte adortus, occupauit. postea Syracusis,dedentib⁹ ciuibus,ẽ potitus,fecitq; statim Siculoꝝ in Gotthos odiũ, vt q̃primũ copias Belisarius oñdit,propositũq; aperuit, mirabilis victoriæ cursus fuerit,populis vrbes oppidaq; certatim Ro. impatori cuius desiderio iam pridẽ tenebãt, vltro offerẽtib⁹.hortabat aũt ad id maxime Belisarij psentia,& q à Vãdalis Aphricã liberasset,sperabat à Gotthis Italiã liberare posse,adiuuabatq; Theodati ignauia,q nullos p Siciliã fecerat apparatus.attoniti itaq; subita ciuiũ defectione Gotthi, maiorem spem in fuga q̃ in resistẽtia ponebãt.Hæc Theodato cũ essent in Italia nũciata, anxio animo legatos ad Iustinianũ mittit, cum mandatis huiusmodi:Sicilia se spõte secedere,& in Italiæ tributũ recognitiõisq; signũ, coronã aureã libraꝝ 30. ac in oẽm q̃cunq; iusserit impator expeditionẽ,Ro.milites cœpit polliceri,insup in epos virosq; senatorios iurisdictionẽ pmittere,& vt maiestas imperij in vrbẽ &Italiã restituta esse videretur,se curatuꝝ nomẽ impatoris inter sacra cæremoniasq; primũ pferri,statuãq; nullã regi Italico,nisi scdm impatoriã locari debere.Iustinianus ad regis legationẽ benigne rñdit,vt & pollicitationes amplecteret,sed Italiã oĩno reddi postulãs,se Theodati rebus ac amplitudini pmisit cõsultuꝝ.Theodatus interea accepit,Vãdalos in Africa nouos motus suscitasse, ad q̃s cõprimendos Belisarius traiecerit.elatus aĩo, simulq; ex eo q post Mũdi interitũ, Gotthi duce Gripa reparato exercitu in Dalmatia, Theodati rẽ adeo restituerũt,vt Iustiniani exercitus oĩa q̃ Mũdus ceperat, linquere sit coactus: & ne-

Margin notes: Syllueri⁹ papa. — Iustiniani oratores ad Theodatũ. — Epl̃a Iustiniani ad reges Francoꝝ. — Mũdus dux occisus. — Belisarius Siciliã applicat. — Theodati legatio ad Iustinianum. — Gripa dux.

& nedum spreuit ea q̃ cum Iustiniano agere cœperat, sed & illi⁹ oratores in custodia teneri iussit: & vt meliorẽ solito vitam instituisse Ro. ac Italis ostẽderet, vasa aurea ac argẽtea, q̃ Agapetum legationis causa, vt supra est dictum, vsuris subiecisse notũ erat, ex fisci pecunia redimi, & in B. Petri sacrarium referri curauit, annonæq́ꝫ caritate Italiã laborantẽ, maxima liberalitate solatus est. Eodẽ tẽpore Belisarius in Siciliam reuersus est, quam ilico pacatam obtinuit. p̃sidijs itaq; impositis inde soluens, Regiũ est delatus. eam vrbem & circũadiacentia oppida euestigio recepit, sese in deditionem ob ingẽs in Gotthos odiũ offerentibus. Ea cum fieri vidisset Embrimus, aliàs Euermidt, Theodati gener, Brutiorum ꝓuinciam administrans, sese etiam ipse ꝓmisit Belisario: à q̃ cum esset Constantinopolim missus, imperator eum patricium allectum multis muneribus donauit. deinde Belisarius mouit Neapolim, moxq́ꝫ suburbana potitus est. cumq́ꝫ obsidionem pararet, Neapolitani Stephanum magnæ autoritatis virum mittunt cum talibus mandatis: Optare quidem ciues Neapolitanos vrbem dedere imperatori, sed facultatem eis sublatã, ꝙ eoꝝ vxores liberosq́ꝫ Theodatus obsides Rauennæ haberet: esse q̃q; in ciuitate Gotthoꝝ p̃sidium, q̃ deditionem impedirent. Belisarius confutando suasit deditionem, q̃a non inde recederet, nisi vrbe expugnata. sed nihil egit. vnde eam maximis laboribus tandem expugnauit. Tunc ingressi milites diripiunt, incenduntq́ꝫ ædes passim, q̃s tñ Belisarius longa oratiõe vix tandem adduxit, ꝙ ꝑda contenti, Neapolitanis vxores, filios & ciuitatem ꝓmiserunt, nullosq́ꝫ postea ciues vel capere deinceps vel occidere curabãt milites. in Gotthos etiam q̃ in p̃sidio fuerãt, non solum sæuitia non est vsus Belisarius, sed eos humaniter tractauit. Interea Theodato apud vrbem torpescente, Gotthi & Romę & circum ea loca degentes, cum antea Theodati malignitatẽ occulte dãnare cõsueuissent, auditis his gestis lamẽtabantur: & cum scirẽt Belisarium ad vrbem venturum, se ipsos cohortati, 35. ab vrbe milliario ad Tegetem oppidum Vitigim sibi & Italicis regem creauere. is nanq; etsi obscuro gñe ortus erat, magnitudine tñ animi cæteros excellebat. audiens hoc Theodatus, ꝑ deuia fugit Rauennam versus. sed missi post eum à nouo rege Gotthi, eum peremerũt. Exinde Vitigis Romam venit, Syluerium põ. Ro. quem, vt dictũ est, pecunia corruptus ordinauerat Theodatus, & senatum populũq́ꝫ Ro. allocutus, beneficia Theodorici regis memorauit, hortatus vt in fide manerent, tantas esse Gotthoꝝ vires, vt bene se defenderent. cum Gotthis vero de gerendo bello multa disseruit, q̃bus lõga oratione ꝑsuasit, conducere p̃sidio Romæ relicto Rauennam accedere, & Gotthis congregatis, Belisario congredi. Profectus itaq; e Roma, Luderim cum 4000. militum vrbi p̃sidio reliq̃t, accersitos etiam q̃sdam senatorij ordinis viros, obsides secũ abduxit. veniensq́ꝫ Rauennam, Matasuntham Theodorici ex Amalasuntha filia neptem, inuitam duxit vxorem, disposuitq́ꝫ potenter armorum copias. Belisarius vero reparato exercitu, p̃sidioq́ꝫ Neapoli relicto, Romam tendit. quod cum Ro. habuissent exploratum, Syluerio papa suadente, publico consilio statuerunt, non modo illum & copias suas admittere, sed ei accessum properum nunciare. Missus ad eam rem Mediolanensis quidam, Fidelis dictus, Atalarici quondam præfectus, qui Belisarium perduxit ad portam Asinariam. Conterriti ob hoc Gotthi in præsidio, fide publica à Rom. impetrata, abire statuerunt. euenitq́ꝫ vt qua die Belisarius Asinariam portam intraret, eadem Gotthi portam Flamineam sint egressi. Receptus intra vrbem Belisarius, senatũ ac populum Rom. multa dubijs in rebus vt erant accommoda allocutus est. mox vrbis quoq; mœnia instaurauit, multisq́ꝫ excitatis propugnaculis, aggere & fossa circunductis, firmiorem vrbem reddidit. deinde ciuitates & oppida in circuitu plurima cepit, non sine Vitigis pugna ac vtriusq; partis cæde maxima. Vitigis igitur cum propter vrbiũ defectionem videret sibi periculũ imminere, ante oĩa fœdus cum Frãcorum regibus inijt: quo icto, cum toto Gotthorum robore in bellum descẽdere statuit. itaq; Romam ducens, habens secum ducenta millia hoĩm armatoꝝ, nõ aliud verebat̃ q̃ ꝙ Belisarius nõ expectaret. Belisarius aũt cũ tantã molẽ in se conuerti sentiret, Cõstantinum & Bessam cum suis copijs aduocauit. Cumq́ꝫ Gotthi Romã appropinquarent, ad Anienem fluuium constiterũt. nam illic pontem turribus & p̃sidio munitum Belisarius fecerat. ibi Gotthi castra ponunt. variæ cõmittuntur pugnæ. Gotthi postea ad obsidionem se ꝑparant, & profecti circa vrbem aquæ ductus oẽs interruperunt, ex q̃ molẽdi magna incommoditas prouenit Ro. paulo deinde per insidias introgressi, ad molem Adriani inuadendam, quæ nunc dicitur castrum S. Angeli, scalisq́ꝫ admotis primum receperũt ambitum. sed Constantinus ex superiori parte cum militibus repugnans, molẽ ipsam seruauit. Exinde Vitigis ad Prænestinam portam cum multitudine Gotthoꝝ expugnandam accessit. quam tñ Belisarius cum suis, etsi difficulter, defendit. durante itaq; obsidi

Belisarij in Italia successus.

Neapolis capta.

Vitigis rex,

Luderis p̃fectus.

Belisarius Roma potitur.

Vitigis obsidet vrbem.

Accusatur Belisarij temeritas.

obsidione multis cõflictibus habitis,etsi Ro.Belisarij virtutẽ admirarent,tñ q̃rela ipsorũ erat, q̃ cõtra tãtas Gotthorũ vires,exiguis ipse copijs Romã in p̃sentes difficultates misisset.Belisari⁹ etsi aliàs paucitatẽ suorũ Iustiniano significasset, & q̃ vrbẽ exire aduersus Gotthos nõ auderet,tñ nũc vehemẽtius scribit vrbis obsidionẽ,& sibi nõ supra 5.millia militũ esse,Romanos vero horũ piculorũ insuetos,obsidionẽ ægre tolerantes. q̃tũ vero ad se attineret,vitã impatori deuouisse,cæterũ videndũ esse qd ea res vel honoris vel infamiæ sit allatura.His literis acceptis Iustinianus cõmotus ẽ,ac mittere exercitum renũciat.Interea Vitigis mille ciues,q̃s pridẽ Rauennã ex Ro.obsides duxerat, interfici fecit,p̃ter paucos q fugerãt in Galliã.sed &Belisari⁹ famẽ timẽs,effecit vt Ro. vxores & filias ac oẽm imbellẽ turbã,Neapolim mitterẽt.tãta eñ fames tũ,anno s.dñi D.XXXIX.vt refert Datius,p vniuersam Italiã fuit,vt in partibus Ligurũ mulieres fame filios comederẽt,pprios:in vrbe aũt eo valẽtior,q̃ Gotthi oẽm cõmeatũ intercluserũt.Per idẽ tp̃s supuenerũt à Iustiniano primo mille sexcẽti eqtes, Thraces 800,peditũ tria millia.durauit aũt arctissima obsidio, fames ac pestis nõ parua. sæpe inter hæc tẽtat Vitigis hac & illac vrbẽ inuadere.sed p̃stantissimi ducis Belisarij obstitit in re militari pitia.Multis igit̃ hinc inde incõmodis fatigatis obsessis & obsidẽtibus, cũ insup nouas copias aduenisse Belisario Gotthus pciperet,nec Belisarius pugnæ copiã faceret,& multitudo Gotthorũ vel peste vel ferro cõsumpta erat,obsidionẽ Vitigis soluere cogitabat.missaq́ legatione ad Belisariũ Vitigis, multa hinc inde dicta ac respõsa de causæ iustitia dũ fuissent, tandẽ ad Iustinianũ impatorẽ cõtrouersias deferri cõuenit,vt ex eius autoritate res cõponeret̃:legatiq́ ob hoc missi,ac interim 3.mẽsiũ induciæ factæ sunt,obsidesq́ hinc inde traditi, p inducijs ex fide seruãdis. Interea vxor Iustiniani Theodora,hæresi Eutychetis cõtaminata, dolẽs q̃ Anthemius patriarcha p errore suo ab Agapeto papa fuit depositus, misit ep̃lam ad Sylueriũ papã,rogans vt aut ad eã veniret,aut amoto Mẽna,Anthemiũ reuocaret. sed Sylueri⁹ papa rescripsit: Absit à me dña Augusta, vt reuocẽ hoĩem hæreticũ iã dãnatũ. Quo audito, fœmineo furore repleta,rescripsit Belisario,vt sumpta occasione,Sylueriũ papã à põtificali sede amotũ,in exiliũ deportaret. vtebat̃ aũt tũc Augusta cõsilio Vigilij, q eo tpe Ro.ec.in regia vrbe apocrisarius erat.hic eñ ambitiõe ductus,ad papatũ adspirabat.Excogitabãt aũt causam,q̃ Syluerius Gotthis vrbẽ tradere pararet.q̃d audiẽs Belisarius, minime fidẽ adhibuit.nihilominus Syluerij vocauit ad palatiũ, & Iohãnes qdam subdiaconus,falsis acceptis & auditis testibus,subito palliũ de collo Syluerij traxit,põtificalibusq́ exutũ vestibus,monastica veste induit. Quẽ & Vigilius diaconus,suã sedẽ recipiẽs,ad Põtianas insulas in exiliũ misit.alij dicũt occupatũ Belisariũ, Antoniæ vxori suæ cõmisisse negociũ, q̃ subornatis à Vigilio testib⁹,q affirmabãt Syluerij ĩ vrbẽ Ro. Gotthos p insidias introducere parasse,coegit itaq; hoĩem abdicare se pontificatu,& misit in exiliũ,in q̃ non sine opiniõe sanctitatis morit̃,vbi annũ I.mẽses 5.in põtificatu sedisset.de hoc 23.q.4.Belisarius,vbi Syluerius execrauit Belisariũ,pro eo q̃ ipsum relegasset,& postea dãnauit Vigiliũ diaconũ.ex q̃ habes, q̃ in subscriptiõe debet stare, Syluerius,nõ Syluester:& Belisarius,nõ Guilisarius.Syluerio itaq; defuncto anno salutis D.38.Vigilius diaconus creatus est in papã, q erat Romanus, & sedit annis 14. q̃d postq̃ cõperit Theodora Augusta,ad eũ scribit,vt scd̃m pmissa Anthemiũ reuocet.Ad quã Vigilius respõsa dedit,scribẽs:Absit à me dña Augusta,si eñ ego à principio male locutus sum & insipiẽter,doleo.nũc aũt q̃uis indignus Christi & B.Petri vicarius, nullo modo cõsentio,vt hoĩem hæreticũ & p summos põtifices p̃decessores meos damnatũ,in statũ pristinũ restituã.q̃d postq̃ Augusta cõperit,nimis turbata est,sed ad tẽpus furorẽ occultauit,vsq; q̃ vindicaret,vt dicet̃. Cũ aũt post inducias factas,vt supra dictũ est,Belisarius vrbẽ,Gotthi vero castra custodirẽt,q̃relæ & altercatiões ortæ sunt p inducijs cõtra fidẽ violatis.nã desertas à Gotthis vrbes aliq̃s Ro.occupauerũt.q̃re Vitigis missis nũcijs ad Belisariũ,restitutionẽ petebat.Quibus Belisarius:Redite, inq̃t,regi vestro dicite,patere oĩbus,q̃ Gotthi eas vrbes,p derelicto habuere:occupare vero q̃ à nullo possident,nequaq̃,phiberi posse.Ex hoc suspiciões surrexere,q̃rentibus Gotthis paria referre.Nec multo post Gotthi furtim Romã capere tẽtauerũt, primo p aquæductũ quendã noctu,deinde ratibus traiecto amne iuxta Martiũ campũ,sed in vtroq; loco eos fefellit spes.nã & p aquæductũ cõspecta lumina fraudẽ detexerũt,& in cãpo Martio nõ,pcessit,pditio.duo tñ plebeij hoĩes iuxta templũ B.Petri habitãtes. nã nec templũ,nec ædes circa id Gotthi violabãt,sermonẽ cũ Vitige habuerũt de vrbe,pdenda,dãtes modũ,q̃ ratibus amnẽ trãsirẽt:& ne vigiles vrbis in eo loco obstarẽt,corrupti sunt duo Romani,q poculũ somniferũ optimo vino mixtũ,vigilibus ppinarẽt.sed volẽte Deo,alter eorũ pœnitẽtia ductus,rem Belisario patefecit,captoq́; altero,torto

Fames maxima.

Induciæ trium mẽsium

Theodora imperatoris vxor.

Syluerius papa relegatur.

Vigilius papa.

Seditiões,p pter violatas inducias

& cõfesso,

& confesso, nasus & auriculæ amputatæ sunt, ipseq; asino impositus, ad castra Gothorum missus est. Belisarius itaq; his fraudibus dephensis, seruãdas inducias nequaquam existimabat, quare ad Iohannẽ ducẽ suũ scripsit, vt bellũ exequeretur. Ille igitur cũ duobus millibus equitũ agrũ Picenũ peruadẽs, vxores natosq; Gotthorum cepit, prædis ac rapinis regionẽ totã inuoluit. Inde captis multis oppidis, Ariminũ obsidere statuit, ductus ea spe, quod ciues nõ bene cõuenire cũ Gotthis audiuit. & cũ copias admouisset, tm̃ terrorẽ intulit Gotthis, vt diffisi, Rauennã oẽs hinc demigrarẽt. ciues aũt mox portas Iohãni aperuerunt. ita Ariminũ cepit, relictis post se duabus validis vrbibus à Gotthis custoditis, Auximo & Vrbino. Fuit hoc totũ contra Belisarij præceptum, sed ipse Iohannes sperabat Arimino capto, Vitigim Romæ obsidionẽ soluturum. quod & factũ est. simul enim vt intellexerũt Gotthi Ariminũ captũ, obsidionẽ vrbis Romæ dissoluere ac inde abire statuerunt. Itaq; Vitigis paucis post diebus obsidionẽ soluit, ac crematis castris cũ oĩbus copijs abiuit. durauit aũt hæc obsidio anno integro ac diebus nouẽ, nec in tota obsidione Gotthi apostolorum Petri & Pauli tẽpla extra muros vrbis posita, in aliquo violauerũt, sed sacerdotes in illis permanentes, libere rem diuinã exequebantur, vt Leonardus scribit. Vitigis aũt licet Rauennã properaret, vrbes tñ Hetruriæ & aliarũ prouinciarum continere in potestate studebat, præsidijs impositis: ipse cũ reliquo exercitu ad obsidendũ Ariminũ profectus est, in eoq; oppido Iohãnẽ obsedit. Belisarius aũt Martinũ & Ildigerẽ cũ equitibus mille festinare Ariminũ iussit, vt inde Iohannẽ cũ equitatu ante obsidionẽ educerẽt. sed Iohannes ibi mãsit ac suos retinuit, pauloq; post (vt dictũ est) obsessus fuit. Vitigis ante Ariminũ ligneã turrim fabricari fecit, fiunt excursus & pugnæ, & certo die cõmittitur atrox prælium circa turrim, vbi multi Gotthorum cadũt, & post longũ certamẽ turrim Gotthi retraxerunt, sed tanta suorum cæde, vt spem abijcerent vi expugnãdi, sed fame peruincere obsessos cogitabãt. Per idẽ tẽpus Mediolanen. legatis qui Romã venerãt, ciuitatẽ imperatori offerẽtibus, auxiliares copias Belisarius cõcessit. præfecit aũt copijs Mundilam virũ strenuũ, hi oẽs ex vrbe Roma classe Genuã delati, inde pedestri itinere Mediolanũ petiuerunt. obuiant Gotthi, cõflictuq; habito, Fidelis ciuis Mediolanen. occiditur. nõ minus Mũdilas ac sui, fugatis tandẽ Gotthis, Mediolanũ peruenere. quod intelligens Vitigis, Vraiam fratris filiũ cũ exercitu ad ea loca transmisit, qa aliquæ vrbes vicinæ defecerũt, timens ne reliquæ sequerentur. non minus ad Theodobertũ Francorum regẽ scripsit cõfœderatũ sibi, & auxilia petiuit. Belisarius inter hæc Roma egressus, Tudertũ pactiõe recepit cũ nõnullis oppidis. Interim vero Vitigis Anconẽ vrbẽ, quam Belisarij præsidio tenebatur, experiri cõstituit. Conon qui præfectus vrbi erat, timẽs suburbanis, cũ oĩbus copijs obuiã it, impar tñ hosti, nihilominus cõgreditur: & cũ tantã multitudinẽ ferre nõ posset, postremũ in fugã versus à Gotthis, magnã suorum partẽ amisit. sub ipsis enim mœnibus magna strages facta est, & ipse Conon nõ aliter quam per funem de mœnibus dimissum, in vrbẽ receptus est. Inter hæc Narses cũ exercitu in Italiã venit. Erat aũt Narses eunuchus, multũq; gratia & potentia apud Iustinianũ valens. vnus enim aulã imperialẽ gubernabat. Venit & Belisarius in Picentes, & circa *Firmũ duces ipsi simul & exercitus cõuenerũt, vt de cõi bello cõsultarent. Belisarius Auximũ obsidere cõsuluit, Narses Iohannẽ Arimini obsessum, liberandũ dixit. accusabãt alij Iohannẽ, quod cõtra præceptũ Belisarij sese Arimini inclusisset. Narses lõga oratione habita, subueniendũ esse cõclusit obsessis primũ. Adiuuabant Narsetis sententiam literæ Iohãnis ad Belisariũ scriptæ, quibus fame cõfectos milites pepigisse morã vij. dierum significabatur. sententia Narsetis in cõsilio approbata, Belisarius rebus prouidit, & Ildigerẽ classi præfecit. copiæ oẽs Arimino appropinquãt. Gotthi itaq; cũ à duobus exercitibus & à classe terra mariq; circunuentos se vidissent, obsidionẽ ilico dissoluerũt, nullo ordine Rauennã ex fuga repetẽtes. Ildiger cũ classe primus applicuit, ac castra Gotthorum diripuit, post eũ Martinus & Belisarius. cũ vero Iohannẽ & milites qui cũ eo obsessi fuerãt, pallore & inedia cõfectos Belisarius cõspiceret, Iohãnis temeritati illudẽs, permagnas, inquit, gratias Ildigeri debes. Ad hæc Iohãnes superbe, se Ildigeri nullas gratias debere, sed Narseti, dicẽs, nullã Belisario curã fuisse salutis suæ, nisi Narses cõpulisset. Hæc verba Belisariũ turbarunt, & fuerũt dissensiõis initiũ. Iohãnes enim post hæc Belisariũ timẽs, Narseti adhæsit. cæteri quoq; Narsetẽ irritabãt, quod quæstor & secretorum principis particeps, nõ deberet sequi Belisariũ, cũ & exercitũ haberet Belisarij præstantiorẽ, gloriã Italiæ sibi vẽdicare deberet. Hæc verba Narsetẽ ita extulerũt, vt seorsum castra sua faceret. simul tñ ad obsidionẽ Vrbini profecti sunt, sed diuersis studijs & castris: & cũ Belisarius vrbẽ expugnare statuisset machinis, Narses quasi rem vanã derisit, paulo post Ariminũ abijt. at Belisario soli instãti, Vrbini pacto tandẽ deditionem faciunt. postea etiã Vrbeuentanos penuria laborãtes, in suã quoq; potestatẽ redegit. Mundilas per idem tempus

Iohannes dux Belisarij bellũ redintegrat.

Vitigis Ariminum obsidet.

Mundilas dux.

Vraias Gotthorum dux.

Narses nouũ exercitũ adduxit.

Consiliũ ducũ de bello.

tempus in maximas difficultates peruenit. nã Theodobertus Francorũ rex à Vitige vocatus, decẽ millia Burgundionum miserat, qua ille multitudine fretus, nõ procul à Mediolano castra faciebat, & importationẽ frumẽti cõmeatusq́ prohibebat. Mundilas copias suas Comi, Bergomi & Nouariæ habebat. Hæc intelligẽs Belisarius, Martinũ & Vliariũ cũ magnis copijs Mundilæ misit. hi Padũ transire non audebant. Obsessis in dies spes & virtus deficiebat. De hoc certior Belisarius, Martino, Iohãni & Iustino scripsit, vt Mediolanum festinarent, socios liberaturi. illi nihil facturos se absq; Narsetis iussu respondent. Narseti dũ scriberet Belisarius, & Narses exercitũ mittere respõdit, lente tñ & incuriose quasi alienũ negociũ ageret, frustrationẽ res accepit. pmebant interea Mediolanenses. Tandẽ ad extremã necessitatẽ deducti Mundilas & milites, incolumibus sibi abire liceat, paciscuntur. Gotthi vrbẽ ingressi, nulli ætati pepercerunt, trucidati passim ciues etiam senes & impuberes, mulieres in seruitutẽ Burgundionibus traditæ. vrbs ad solum euersa, ita pulcherrima & populosissima vrbs ob discordiam Narsetis & Belisarij, vltimã cladem subijt. Interfecta sunt in illa necessitate Mediolanẽ. ciuiũ supra xxx. millia. q̃ cum audisset Belisarius, in maximo luctu cõstitutus, imperatori scripsit rei seriem. Iustinianus ista ægre tulit, non tñ quenq̃ puniuit, Narsetẽ solũmodo ab Italia reuocauit, autoritatem deniq; totius belli penes Belisariũ esse iussit. Belisarius etsi omnẽ curã in Vitigim & Rauennã cõuerteret, duo tñ prius oppida Gotthis adimenda statuebat, Auximũ & Fesulas, neq; ea post tergum relinquere volebat. Exercitu igit trifariã partito, partẽ ad obsidionem Auximi ordinauit, aliã cũ Cypriano & Iustino pfectis Fesulas misit, tertiã Martino & Iohãni ducendã permisit. Ipse itaq; Belisarius Auximũ cum valida manu circũsedit, Vitigis ibi psidiũ pualidũ locauerat. & cũ situm Belisarius loci adspexisset, spem Auximi expugnãdi deposuit, fame aũt domare statuit. quare obsidione vrbẽ cingens, importationẽ prohibuit. Gotthis nõnunq̃ excurrẽtibus, obsidẽtes occurrũt, multitudineq́ retundũt. hæc eadẽ certamina Fesulis erãt. Cũ hæc esset conditio belli, nouæ res circa Padũ oriunt. Franci eñ Theodoberto duce, superatis Alpibus, in citeriorẽ Galliã ingenti multitudine descenderũt. Vraias p hæc tpa à Vitige vocatus, Padũ transierat, Rauennã petiturus. Iohãnes aũt & Martinus castra nõ procul ab eo fecerãt, trãsitũ prohibere quærentes. Inter hæc Franci circũ ea repẽte loca superuenerũt. hos Vraias & Gotthi propter fœdus nuper ictũ, auxilio sibi venisse arbitrabant. erãt aũt Francorũ 80. millia hominũ, potissima pars peditũ. hi veluti amici circa Papiã pontẽ transgressi, mox vbi castris Vraiæ propinquarũt, ꝑlio cũ Gotthis implicant. Gotthos in fugã facile verterũt, fugiẽtes nõ lõge à castris ducũ Belisarij, q nihil audierunt tñ de aduentu Francorũ. armis igit raptim sumptis, inopinato Frãcis occurrũt, citoq́ frangunt, sola fuga sibi cõsulentes. sic Franci victores, vna eadẽq́ die Gotthorũ & Belisarij copiarũ castra vtraq; ceperunt, cõmeatu in illis abunde inuento. Hic subitus aduentus Vitigim simul & Belisariũ turbauit. Franci aũt cõmorantes circa Padum, cũ neq; vina neq; cætera opportuna reperirent, vtpote in terra bello exhausta, in varios languores breui inciderunt, quibus vexati, per eadẽ vestigia qua venerãt, trans alpes redierunt. Fesulæ interea pactione vrbem Cypriano & Iustino dedidere. hi cũ copijs *omnes Auximum profecti sunt, & cũ auxilia sæpius promissa obsessis, nequaq̃ venirent, & Belisarius fontẽ vrbi tollere satageret, obsessi egressi oppidum, prælium acerrimũ inierunt. perierunt vtrinq; plurimi. tandem Belisarij milites Gotthos intra mœnia refugere cõpulerunt. Deinde cum Belisarius fontem tollere nõ posset, eum inficiendum curauit, & sic penitus inutilem reddidit. Orta demũ mentio est deditionis. composita est res, vt dimidia rerum pars militibus in pdam daretur, reliquam Gotthi retinerent, vtq́ Gotthi qui erãt Auximi, in exercitu Belisarij remanerẽt. Auximo recepto, Belisarius aduersus Vitigim Rauennam duxit cum maximis copijs, importari nihil pmisit: & cũ Rauenna arctissime obsideretur, Francorũ legati ad Vitigim venerunt, offerentes Francorũ quinquaginta millia armatorum auxilio fore. Hæc grandia partim extollebant Vitigim, partim deterrebant. Nam venturos Francos victores non dubitabant, sed regni societatem seruaturos esse, nullo modo credebant. Hanc etiam suspicionem augebat Belisarius. vbi eñ cognouit per Francos Gotthis oblata, suos etiam legatos Rauennam misit, commemorando infidelitatem Francorum, offerens cõcordiam cũ imperatore Roñ. Gotthi Francorum & Belisarij hincinde discussis legionibus, tandem imperatoris cõcordiam ptulerunt, & sic legati Francorũ irrita legatione dimissi sunt. Cõpositiõis aũt hic exitus erat, vt cõtrouersiæ oẽs ad arbitriũ imperatoris delegarent. Legati partiũ huius rei grã missi, & induciæ inter obsessos & obsidẽtes pactæ fuere. Inter hęc accidit, vt horrea publica Rauẽnę cũ oñi frumẽto cremarent, q̃ res in maxias diffi-

Mediolanũ Gotthis deditur.

Belisarius Auximum obsidet.

Noua Francorũ eruptio in Italiam.

Auximũ Belisario dedit

Rauẽna obsessa.

Francorum pollicita.

Horrea regia deflagrant.

difficultates Gotthos induxit, alij aũt opera Belisarij incendiũ patratũ, alij fulmine, regina quoque in suspicionẽ veniebat, quoniam inuita nuptijs Vitigis erat accepta. hoc enim incendiũ Gotthos quasi in desperationẽ adduxit. Multi Gotthorum per hæc tempora Belisario adhærere cœperũt, & cũ hæc esset cõditio rerum, legati ab imperatore venerũt. Summa erat decreti Iustiniani, Vitigis oĩa trans Padũ loca retineat, circa Padũ seu citra oĩa dimittat, mediã pecuniarum regaliũ partẽ imperatori tradat, reliquã retineat. cõcordia Vitigi placuit. Belisarius aũt secũ indignãs, quod cũ plene de Gotthis victoriã habere posset, sibi auferebat, vnde nec subscribere voluit. quod Gotthis displicuit, quasi nihil actũ videretur. legati vero cõtra Belisariũ indignati, quibus ex hoc nata est suspicio, quasi imperiũ affectaret. qua opinione inducti, clã ad eũ Gotthi miserũt, hortãtes vt imperiũ susciperet. si id faceret, Gotthos sibi parituros. sensit hoc Vitigis, ac per suos nũcios eadẽ hortatus est. Ista cõsiderãs Belisarius vtilia fore, per frequentes nũcios hinc inde, inter eos tandẽ cõuenit. Erãt vero promissorum gña duo: vnũ de legitima gubernatione, institutisque Gotthorum cõseruãdis: aliud, quod ipse Italiæ Gotthorũque posthac rex esset. hæc si ille iuret, portas sibi Gotthos aperturos. Belisarius cætera iurauit oĩa, de regno aũt suscipiendo cũ Rauẽnæ foret, corã Vitige Gotthorũque proceribus se præstaturum iusiurãdũ dixit. legati nequaquam suspicãtes quin rex esse velit, cũ magna põpa Belisariũ Rauennã introducũt. Belisarius Rauẽnæ cõstitutus, paulatim dedit licentiã Gotthis domũ remeãdi. Ita multitudine Gotthorum Rauẽnæ attenuata, Belisarij exercitus & lõge põtẽtior mãsit. Sed cũ susceptio regni à Belisario differret, ea res admirationẽ parabat. Interea aũt fama peruenit ad Iustinianũ, Belisariũ affectare Italiæ regnũ, quod metu Iustinianus eum ad se vocauit. Gotthi hoc audiẽtes, psuadẽt quod nullo modo pareret. sed vbi apparatus viderẽt, deceptos sese à Belisario cognouerũt. sed quid agerẽt nõ habebãt, cũ proceres Rauennæ in potestate sua haberet. At Gotthi qui trans Padũ erãt, vbi hæc senserũt, Papiæ conueniẽtes, de fraude Belisarij cõquesti, Vraiã cõstituere sibi regẽ voluerũt, quod ille passus nõ est, cũ fratris filius Vitigis esset. Hac excusatiõe autor fuit, vt Ildouadus rex cõstitueret vir magnæ autoritatis. Is ergo ex Verona vocatus & purpura indutus, rex appellatus est. Ildouadus ergo cõsilio Gotthorum ad Belisariũ misit, cõmemorata illius promissione de regni susceptiõe, defectũ fidei palã arguit, & si rex iuxta promissa fieri velit, Ildouadũ Rauennã vẽturum, & purpurã ad pedes eius positurum: sin aliter, ne grauiter ferat, si Ildouadus & Gotthi de cõi gẽtis salute prouideãt. Belisarius palã ad hæc, Iustiniano viuẽte nunquam se regnũ esse susceptũrum. Cũ hoc respõso legati ad Ildouadũ Papiã redierũt, & Belisarius parata classe cum *Vitigite ac cæteris Gotthorum proceribus, cũque thesauris regijs Byzantiũ nauigauit quinto anno postquam bellũ in Italia gerere inceperat. Cumque Byzantiũ venissent, Belisarius magna lætitia à Iustiniano susceptus est, omnẽ de se suspicionẽ deleuit. Gotthi secũ veniẽtes, suscepti sunt humanissime. Vidẽs aũt Iustinianus Vitigim, valde gauisus est, & nõ multo post fecit eũ patriciũ, multoque prosequebatur honore. Admirabãtur aũt omnes Belisarij virtutẽ, tollentes illũ in cœlũ laudibus, quod nuper Aphricã, nũc Italiam ad imperiũ reuocauit. Per hæc tẽpora Theodoricus rex Metensiũ moritur, cui Theodobertus filius succedit, qui aduersus Clotharium in societatẽ belli, quod iam diu Childebertus Parisiorum rex aĩo agitabat, accinctus. iunctis ergo pari fide exercitibus, in Clothariũ proficisci cõstituunt. Ea re Gothildis cognita, relictis Parisijs, Turonũ abijt, diui Martini ædẽ lachrymans ingreditur, orat religiosa mulier S. Martinũ, impediat regis filios inter se cõflictari, qui tametsi pluribus essent inquinati vitijs, occurrat tamen furentibus. Gothildis oratione creditũ est, in beneuolentiã fratres redijsse. nã cum acies nõ procul cõstitissent, ortis imbribus, tonãte supra modũ cœlo & ventis flantibus, tãta tẽpestate Childeberti Theodobertique copiæ attritæ sunt, vt nihil illis armorum præter clypeum reliquũ fuerit. procumbentes humi milites, laceris vestibus & sagis, illum diẽ vltimũ sibi credebãt. Nec tamen illius tẽpestatis guttã saltẽ, Clotharij exercitum attigit. Hoc terribili prodigio moti, missisque ad Clotharium legatis, pacem vltro pollicentur: qua vtrinque data, discessum est. Hæc in agro Aure*olanensi acta. Hac tempestate Childebertus & Clotharius vniti, Hispaniã intrant, & ea auro spoliata, & secum assumpta stola S. Vincentij martyris, iuxta Parisios ecclesiã præfato martyri, in qua stolã ipsam collocarent, ædificãt, Iustino imperãte. Crothildis, aliàs Gothildis, dignissima vidua, mater dictorum Clotharij & Childeberti, plena dierum suorum moritur, & Parisijs in ecclesia S. Petri sepelitur, Iustiniano imperante.

Cõditiones pacis.

Gotthi nouum regem creant.

Belisarius cũ Vitige Byzãtiũ redit.

Mors Theodorici.

Gothildis moritur.

GENERATIO XIX.

ANno salutis nostræ 540. sub Vigilio papa & Iustiniano imperatore incepit xix. generatio. Quo tempore Theodora imperatrix Vigiliũ in iudiciũ vocauit, & quod eius fraudibus Syluerius in exiliũ fuerit missus, accusat. addidit, quod eo cooperante, adolescens

Theodora imperatrix.

lescens quidā cæsus ad mortē fit, pro eo Anthemiū quendā cū his mādatis Theodora Romā mittit, vt Vigiliū parere recusantē, ad se vi perduceret. Anthemius Romā veniens, in basilica S. Cæciliæ hoīem cōpræhēdit, munera populo ob diē natalē suū distribuentē, captūq̈, quibusdā Rom̄. adiuuātibus, Cōstantinopolim perducit. Vectus est itaq; Vigilius p Tiberim, feruntq̈; eū tam fustibus q̄ saxis cū execratione à populo impetitū, cū hac verbo₰ exprobratiōe, Male meritus es de Ro. mala oīa tecū veniāt. In Siciliā vero perueniens, cōcedentibus his qui eū ducebāt, quosdā ad sacros ordines adsciuit, ex hisq̈; Ampliatū p̄sbyte₰ & Valentinū epm̄, qui clerū & Ro. pop. immo ecclesiā gubernarēt. Ei vero e Sicilia mouēti Cōstantinopolim, Iustinianus cū magno comitatu fit obuiā. ingrediunt̄ vrbē, clero p̄cedēte, vsq; ad tēplū S. Sophiæ, q̄d Iustinianus erexerat, cętera mūdi opera excellēs. Tentabat aūt Theodora Vigiliū, vt q̄d pollicitus erat, p̄staret, & Anthemiū restitueret. Cui ille, malle se q̄duis suppliciū pati, q̄ illū restituere. Tūc quidā dedit ei alapā, dicēs: Nescis qbus loqueris homicida? Ex q̄ fugit in S. Euphemiæ templū, sed inde à crassatoribus trahit̄, & iniecto in collū eius fune, tanq̄ latro p totā vrbē vsq; ad vesperā trahit̄. deinde in carcerē inclusus, pane & aqua aliquādiu duxit vitā, ita patiēter & æquo aīo, vt semp diceret se peiora meritū. clerici aūt q hoīem secuti fuerāt, partim in exiliū, partim ad excidēda metalla deportati sunt, & Vigilius q̄q; in exiliū missus ē. Verū post Belisarij recessum ex Italia cōfestim apparuit, q̄tū inter gubernationē alio₰ & Belisarij interesset. vt em̄ omittamus rei militaris scientiā, qua oēs mortales excessit, erat in illo humanitas summa, p quā pauperi æque vt opulēto par erat. accessus ad eū facilis, liberalitas admirāda, rustico₰ vero tantā habebat curā, vt in ducēdo exercitu neminē eo₰ violari, nemini dāna inferri paterer̄. milites sui ne poma quidē in arboribus pendētia attingere audebāt. Qui vero in gubernatiōe successerūt, neq; humanitate, neq; virtute, neq; abstinētia valuere. nā & ipsi rapinas p̄dasq̈; sectabant̄, & milites in omnē licentiā prolabi permiserūt, superbi quidē in socios, in hostes nō satis feroces. Id cū intelligerent Gotthi, aīos resumpserūt, & Vraia regnū adspernāte, Ildouadū Veronæ dn̄m purpura indutū, regē Gottho₰ Papiæ declarāt, qui summa cū diligētia curā exequi cœpit. Gotthos em̄ oēs & Italos qui cū eis sentiebāt, Papiā cū armis venire iubet. adiuuabāt aūt nō mediocriter Gottho₰ partes auaritia & iniuria successo₰ Belisarij, qui quanq̄ multa p quæstores raperēt, non tn̄ militē, vt par erat, pecunia adiuuabāt. Ildouadus collectis Gotthorū reliquijs, breui oēs trans Padū, oēsq̈; Venetiæ regionis vrbes in potestatē recepit: & cōmisso p̄lio cū Vitali apud Taruisium, illū fugat: cæteri trucidati sunt aut capti, q̄ victoria auctus Ildouadus, Vraiā ad mortē vsq; persecutus est, suspicione prætensa, q̄ cū hostibus sentiret. re aūt vera motus est, qa sibi suspectus erat hoīs gn̄e & virtute cōspicui potētatus. Mortē Vraiæ permulti Gottho₰ improbarūt, cuius causa ipse Ildouadus à Builla, vno ex custodibus sui corporis, in cōuiuio occisus est, suffectus illi Araricus, qui quinto postq̄ rex creatus fuerat mense, & ipse etiā est occisus. Duobus his regibus intra biennium interfectis, ad Totilā, qui & Baduilla, magno Gotthorū consensu regnū peruenit. Erat tum in Taruisio dominans, & cū Iustiniani ducibus fœdera pepigerat, quod Gotthis non displicebat fessis. nunc eo facilius, Ararico de medio sublato, Totilam ipsum regem creauerunt, *vel vt alij volunt, quia nondum fœdera pactus cū Romanis erat Totilas, sed quærebat eorū amicitias, ideo priusq̄ Romanis iungeret̄, regē faciunt & retrahunt. Cognouerat interea Iustinianus ea q̄ in Italia cōtigerāt, & ducū suo₰ imperitiā seuere increpat: quibus permoti duces, Rauennæ oēs cōuenerunt, & Veronā capere statuerunt, quā per insidias cū cepissent, & Gotthi in arcē refugissent, dū de p̄da inter se cōtendunt, illā amiserunt. nā negligētes in campis, ex arce visi sunt à Gotthis, qui subsequi debuissent. vnde Gotthi descendunt, & exercitū qui intrauerat, perimunt. eo duces Iustiniani retrocesserūt, & cū exercitu Totilæ nunc cōgregato, apud Trebiam fluuiū conflixerūt, victiq̈; sunt. oīa militaria signa ad Totilā relata sunt, magna gloria exultantem. vsus est aūt humane hac victoria, captiuosq̈; multos gratuito dimisit, & postea partē exercitus mittens, Florentiā obsidere iubet. sed nō diu ibi morati, habitis hincinde cōflictibus, obsidere dimiserunt. atq; ita finitū est septimi anni bellū. Sequenti anno Totilas in Hetruriā transijt, & deinde Tiberi transmisso, Beneuentum petijt, eamq̈; vrbē mœnibus spoliauit. Neapolim deinde obsedit, in cuius p̄sidio erat Conon cū mille militibus, & durante obsidione, partē exercitus Cumas misit, in qua ciuitate mulieres ex nobilitate Romana quasdā cepit, & liberas parētibus & maritis cū honesto comitatu remisit: cepit Apuliam, Lucaniā atq; Calabriā. Interim Neapolis acrius obsidebat̄. q̄d intelligēs Iustinianus, Maximinū cū nouis copijs misit, quo apud Epirū cunctante, Demetrium cū classe in Siciliam naui-

Templum Sophiæ.

Magna Belisarij virtus.

Ildouadus rex.

Vraia occiditur.

Ildouadus à Builla interfectus.

Totilas rex creatur.

Totilæ exercitus vicit Iustiniani.

Totilas Neapolim obsedit.

nauigare iussit. Demetrius iterũ à Totila victus est, captus & in vinculis habitus. Alloquitur tũc Neapolitanos Totilas, deditionẽq; suadet, quibus inducias xxx. dierũ petẽtibus, ter xxx. dies cõcessit. Tandẽ Neapolis dedit, in qua nulla violẽtia facta est. Conon abire permissus, & nauigia ei cõcessa sunt. His rebus cognitis, Iustinianus iterũ Belisariũ ad Italicũ bellũ elegit, qui medio tpe aduersus Parthos bellũ gesserat, nec plane finierat. Veniẽs in Italiã Belisarius, Hydruntũ oppidũ Calabriæ obsidione liberat, misso Valẽtino, ipse Polã nauigauit & Rauẽnã venit, reperitq; res peius se habere q̃ putarat, ita vt pœniteret eũ in Italiã venisse. Totilas vero Tibur in potestatẽ accepit, deinde ad Auximũ obsidendũ peruenit, Firmũ q̃q; & Asculũ pactione cepit, Spoletũq; & Assisiũ, & Cyprianũ qui Perusiæ p̃erat, prouocatũ à suo milite interfici curauit. milites tñ post mortẽ Cypriani vrbẽ egregie defendebãt, itaq; circa illã cõmorari Totila nolens, soluta Perusiæ obsidione, Romã petere cõtendit. Interea cũ rex Totilas S. virũ Benedictũ spiritũ prophetiæ habere audijsset, ad eius monasteriũ pergẽs, explorare conatus est an sic esset. cuidã ex suis regalibus indutũ ad monasterium ire p̃cepit, in cuius obsequiũ tres comites adiunxit, vt ante seruũ Dei regẽ Totilã simulãtes, salutarent. Rigo vestibus & obsequijs vt rex decoratus incedit. eũ cũ vir Dei eminus cõspexisset, dixit: Fili, depone q̃d portas, nõ est tuũ. Expauescẽs simulator, protinus in terrã cecidit: idẽ fecerũt comitãtes. Vnde abhorrẽtes virũ Dei, surgũt, & ad Totilã redeũt, nunciãtes se dep̃hensos. Tunc p se Totilas ad eũ p̃cessit, & cũ lõge sedentẽ cerneret, nõ ausus est accedere, sed in terrã corruit pronus. Cui vir Dei ter dixit, Surge. ipse aũt surgere nõ audebat. Tũc Benedictus eũ de terra leuauit, ac de actibus suis increpauit, paucisq; sermonib⁹ cũcta q̃ erãt ei euẽtura, p̃dixit, dicẽs: Multa mala facis, multa fecisti, equidẽ Romã ingressurus es, mare trãsiturus, nouẽ annis regnabis, decimo morieris. q̃bus auditis rex territus, oratione petita, recessit: & ex illo iã tpe minus crudelis fuit.

Neapolis capitur.

S. Bñdictus Totilæ vaticinatur.

Eo in tpe Cõstantinopoli ob pestẽ ingentẽ instituit B. Mariæ purificatiõis festũ: q̃ facto, statim cessauit pestis. Anno q̃q; dñi 543. terræmotus factus est p totũ mũdũ.

Festũ purificationis.

Eodẽ anno Italus quidã nõie Andreas, habebat canẽ rufum & cæcũ, mira peragentẽ. quũ eñ hũc secũ in foro circũstãte turba haberet, tegens p̃ciosos annulos in terrã ei delatos, dño p̃cipiẽte, vnicuiq; suũ reddidit. similiter & imperatorũ numismata mixta p nõia porrexit, sicq; fornicarios, adulteros, auaros & magnanimos, ex adstãte turba ostẽdebat. Postq̃ aũt Totilas à S. Bñdicto discessit, Romã perrexit, & opportunis locis circũsedit, nõ tñ agricolis molestus fuit. toto eñ bello rusticos & agricolas offendi à suis militib⁹ nõ ẽ passus. Belisarius aũt Romę Bessam & Cononẽ p̃sidio reliquit duces, q cũ militibus Roma egressi cõtra Gotthos, & primũ in fugã versos, tandẽ circũuenti à Gotthorũ multitudine, maioriq; parte militũ amissa, vix in vrbẽ refugerũt. Ex eo tpe etiã fames secuta est maxima, nec quidq̃ impediẽte Totila, poterat importari. fecit etiã sup Tiberim pontẽ & turrim ligneã, sic q̃ transitus custodiebant. Pelagius quidã diaconus p idẽ tẽpus Romæ erat, q in hac fame maxĩa pietatis opa in plebẽ dederat, pecunias erogãdo. ad hũc igit Ro. cõueniũt, postulãtq; suppliciter, vt pro salute populi Ro. legatus ad Totilã proficiscat, paucorũ dierũ inducias petiturus, quibus dieb⁹ nisi auxiliũ superueniat, deditionẽ vrbis promittat. Pelagius paret, in castra ad Totilã cũ his mãdatis accedit. Totilas ex cõiectura hoc cognoscẽs, simul edoctus de fame Ro. venientẽ ad se Pelagiũ honorifice suscepit. sed anteq̃ Pelagius mandata exponeret, p̃ueniẽs ipse, lõga & acerba orone cõtra Ro. inuectus est, bñficia Theodorici Ro. exprobrãs, ac p̃fidiã Ro. in Gotthos. ad extremũ cõclusit, nullũ esse colloquij vel pactiõis viã, nisi euersis mœnibus, sese & sua in arbitriũ & potestatẽ Gotthorũ permittãt, eos passuri leges quas victor dedisset. Hãc acerbitatẽ orõnis Pelagius audiens, nõ vltra cũ eo insistẽdũ ratus: Q̃m, inq̃t, tu Totila vocẽ legati nõ sustinuisti, sed p̃cidisti oẽm viã colloquij, ad Deũ cõfugimus, q solet superbas ac supra modũ elatas mentes hoĩm, iudicio suo deprimere. Hæc fatus, euestigio in vrbẽ reuertit. Romani aũt Pelagiũ re infecta redijsse cernẽtes, q̃d agerẽt, aut q̃ se verterẽt, ignorabant. hinc eñ fames intolerabilis p̃mebat, illinc Totilæ Gotthorũq; crudelitas, potiusq; inedia mori, q̃ in manus Gotthorũ venire statuebãt. Belisarius aũt cũ de periculo vrbis Romæ plurimũ solicitus eẽt, & de Rauẽna opẽ ferre nõ valebat, statuit alia via opẽ ferre. itaq; Iustino Rauẽnæ relicto, ipse p Dalmatiã Dyrrhachiũ profectus est. ibi cũ Iohãne quẽ Iustinianus cũ exercitu miserat, cõsultãs, Hydruntũ perrexit, & ab obsidione Gotthorũ liberauit. Inde iter mari accipiẽs, ad portũ Ro. peruenit, cui⁹ aduẽtũ Ro. cũ audissent, meliori spe oĩa tolerabãt. Timẽs aũt Belisari⁹ ne Ro. obsessi, desperatiõe sinistri aliq̃d molirent, coactus suorũ paucitate p Tiberim auxiliũ ferre, parauit 200. naues cursorias, mœnia lignea habẽtes, structaq; classe militũ, ipse vnã illarũ nauiũ ingressus princeps

Canis rufi miranda.

Obsidio Romæ.

Pelagius ad Totilã mittitur.

Totilas inuehit in Romanos.

ceps ducebat, cæteræ sequebant. ibat vnà pedestris exercitus iuxta ripam. Miserat q̃q Belisarius Romã ad Bessam, vt eruptiõe facta hostes vexaret, q tñ nil egit. Cũq; prope põtẽ quẽ fecerat Totilas sup Tiberim, lõge tñ ab vrbe, puenisset classis, ibi pugna durissima orta est, conãtibus Gotthis põtẽ defendere, & Belisario põtẽ puincere. Cũ aũt rates in qbus turris erat, Belisarius ad turrim põtis in q̃ erãt Gotthi, appropinquare fecisset, pice & sulfure turrim cũ ducẽtis Gotthis cremauerũt, sicq; Gotthis in fugã versis, põtẽ incidẽtes, cũ tota classe Romam profecti, frumẽta intulerũt. Sed occulto Dei iudicio impedimẽtũ à suis ortũ, oĩa peruertit. Belisarius eñ vxorẽ & res suas in vrbe Portuensi reliq̃rat, cui pfecit Isaacẽ virũ strenuũ & fidelẽ, cũ militũ psidio, obtestãs ne ex oppido discederet. Isaaces, audito q Belisarius põtẽ subuerterat & oĩa proculcarat, ipse q̃si victoriã in manu habẽs egredit, & inuadit subito Gotthos, q primo impetu victi, mox redeũt, & cæsa magna militũ parte, Isaacẽ capiũt. Hac re Belisario cõfestim nunciata, Portũ ratus cũ vxore oĩbusq; bonis ablatis captã esse, magno ardore affectus, q̃si vesanus, classem ac milites cursim reduxit, certissimo proposito vel oppidũ recuperãdi rebus adhuc recẽtibus, vel in plio moriẽdi. p hũc modũ iã parata victoria, deserta est ab eo. Cũ aũt ad Portũ puenisset, salua esse oĩa, & errore se deceptũ fuisse cognouit, magna ægritudine correptus in terram prolabit, febriq; secuta diu ægrotauit. Isaaces aũt tantoꝝ maloꝝ causa, iussu Totilæ in vinculis occidit, & oĩno humanitatẽ illã quã ab initio regni ostenderat, in supbiã crudelitatẽq; cõuertit, siue successu prosperitatis, siue q ficta ab initio virtus, diu simulari non potuit. De populo aũt Ro. sic acerbe loq̃bat, vt vel hic terror causa fuerit pertinacius famẽ tolerãdi: q̃ tanta fuit, vt immũdoꝝ aĩaliũ carnes pro delicijs essent, herbis oĩm geneꝝ, rosis radicibus herbarũ & corticibus arboꝝ vescebant. Sed cũ audirẽt Ro. q̃ Belisario acciderãt, de auxilio desperabãt, in lachrymas cõuersi, alij spõte suã vitã finiebãt, alij latitãtes p noctẽ, stationẽ hostiũ fallere nitebant, multos intra parietes pprios inedia necauit. In his ergo calamitatibus cũ esset Roma, q̃tuor Isauri de pdẽda vrbe cõsiliũ inierũt. hi custodiã agebant ad Cœlimontanã portã, quã Asinariã vocãt, & fune nocte mœnibus demisso, p eũ descendũt, Totilãq; adeũtes prodere vrbẽ pollicent, qui ad hoc hortatus eos est, & multa pollicitus. Missi ergo Gotthi, ab Isauris recepti sunt mœnibus, mox inde ad portã descendẽtes, securibus portas aperuerũt. Totilas p hũc modũ vrbẽ ingressus, exercitũ ad portam cõtinuit, diẽ expectans. clamor subito ab ea parte exortus, hostes intra mœnia esse significat. abibãt fugientiũ agmina p alias portas, multi etiã ex nobilitate & plebe ad ecclesias cõfugiũt. Capta sic vrbe à Gotthis anno dñi 545. Gotthi p vrbẽ discurrũt, & oẽs citra delectũ interficiũt. Totilas vero à Laterano mouens ad ecclesiã B. Petri, q̃si votũ exoluturus, iter faciebat p vrbẽ, stipatus cateruis hoĩm ferociũ, nudis gladijs ac sanguine plenis. Cũ aũt ad B. Petri limina peruenisset, Pelagius diaconus psentiã eius formidãs, solẽni religionis habitu indutus, euangelia Chri tenens in manibus ac genua submittens: Parce, inquit, rex supplicibus tuis. Cui Totilas q̃si dedignatus: Nunc, inquit, Pelagi mihi supplicaturus venis? Ad hęc Pelagius: Nunc, inquit, q̃n Deus te mihi esse dñm voluit, miserere dñe seruoꝝ tuoꝝ. Ex hoc Totilas iam q̃si lenita ira pcepit, vt nemo post hæc feriret, finẽ imponens cædibus. pcepit etiã vt nulla ingenua fœia, virgo seu vidua violaret, idq; seuere custodijt. bona duntaxat ciuiũ in pdã libere cõcessit, corpora libera esse voluit. Volens aũt mentes Gotthoꝝ victoria elatas deprimere, in cõcionẽ postridie vocatos, memorabat eis mutatiões fortunæ, & reꝝ humanaꝝ fragilitatẽ, Romãq; dicebat quondã dñatricẽ orbis, in eoꝝ manus nũc venisse, & pariter Gotthoꝝ ducenta armatoꝝ millia, qui possedissent vniuersam Italiã cũ Sicilia, Corsica, Sardinia & Dalmatia, à septẽ millibus Græcoꝝ duce Belisario fuisse omni prope dñatu pulsos: se paulo post cum quatuor millibus superasse xx. millia Græcoꝝ, qui pter Papiã, Veronã & Taruisiũ oĩa per Italiam obtinerẽt. Hæc igit cõsiderantes ne superbirẽt, sed fortunæ mutabilitatẽ expauescerent, Deũ timẽtes, & imperia ac potentias facile amittere posse, q̃ absq; iustitia, prudẽtia & industria gubernant. Gotthi aũt in his dictis regis potentiã laudauerũt, prudentiãq;. Totilas post hæc Ro. ad se vocatis, eoꝝ ingratitudinẽ erroresq; redarguit, q cũ prius fuissent in manibus Odoacris, opera Theodorici & Gotthoꝝ liberati ab illius tyrannide, tanta suscepissent bñficia, q̃ta vix sciuissent optare, propter q̃ diuites atq; beati multos annos vixissent, demũ vero nulla iniuria accepta cõtra fidem & iusiurandũ fecissent, & ad Græcos suscipiendos cõuertissent hoĩes leuissimos, & sine vlla virtute, qui statim obsessi à Vitige, nunq̃ prodire in aciem ausi fuerint, sed intra mœnia inclusi, & fame macerati, omne dedecus tolerauerũt, qui postq̃ nõ armis, sed proditiõibus & fallacijs facti sunt dñi ciuitatũ, publicanis, exactoribus, delatoribusq; oĩa refarserũt, qui Italiam mirabili acerbitate ad solutionẽ eoꝝ tributoꝝ cõpulerint, q̃ iã multis annis à Theodorico cæ-

Belisarius cũ classe Romã venit.

Isaacis temeritas.

Fames vrbana.

Vrbs Totilæ proditur.

Totilas Romam cepit.

Totilas mitius exercet victoriam.

Orõ Totilæ ad Rom.

terisq́ regibus remissa fuere, vt imperatores sui inexplebili auaritia implerent. dicite, inqt, Ro. si qd vnq̃ mali à Gotthis passi estis & eorũ regibus, dicite rursus, si quid boni vnq̃ à Græculis istis accepistis, q vobis amicis plura mala q̃ hostibus intulere, genus vitiosum ac maleficũ, & in nulla re magis efficax, q̃ in mẽtiendo. atq Gotthi in Italia nati, & vnà vobiscũ educati sunt. vobis aũt magis ignoti & pegrini placuerũt: vos ergo cõtra rectã fidẽ, cõtra vestrã vtilitatẽ hæc parãtes, pœnas merito luitis & luetis. & his dictis, Ro. sine vlla spe melioris status reliqt. Deinde Totilas Pelagiũ diaconũ & Theodorũ Ro. ad Iustinianũ misit, qbus mãdatorũ summa hæc fuit, si imperator ipsum & Gotthos in amicos habere velit, se vrbẽ Ro. seruaturũ, & in cũctis expeditionibus fidelia auxilia pstaturũ: si aũt bellũ cum Gotthis habere malit, Romã ad solũ esse diruturũ, qm̃ neq; tueri illã in bello occupatus possit, nec hostibus eam relinquere. Scripsit etiã in hũc modũ: Quæ facta sunt, ex vrbe Roma te oĩa cognouisse scio. q̃rum vero gratia legatos ad te mittimus, hæc sunt: pacis bona optamus & suscipere & exhibere, vt nup ab imperatore Anastasio cum rege Theodorico fuit, q̃rum cõcordia & pax, illorũ temporum trãquillitatem & pmaxima cõmoda vtrisq; peperit, cuius igit mẽtis simus erga te, legati exponẽt, ad q̃ rñdebis. Missis igit legatis, vsq; ad eorũ reditũ Totilas Romæ mãsit. Belisarius interea apud Portũ febre & dolore cõfectus iacebat. Iohãnes inter hæc multa in Lucanis & Brutijs innouat. ita Totilas illuc mittere & bellũ resumere coactus est. Sed & non multo post certior fit de Iustiniani respõso, q̃d fuit, Belisariũ in Italia esse, in cuius potestate atq; arbitrio res Italiæ cõmisisset. id postq̃ Totilas intellexit, & Iohãnis factũ indignatus, q se ob missos nũcios qescentẽ lacesseret, de euertenda vrbe Roma consiliũ sumpsit. itaq; mœnia Romę pluribus locis ad solũ reduxit. fuit aũt q̃si tertia pars illa q̃ euersa est, totius ambit⁹ murorũ. capitoliũ deinde incẽdit, circa forũ & suburrã & viã sacrã oĩno cõflagrauit. fumabat qrinalis mõs, Auẽtinus flãmas incẽdij euomebat, fragor ruentiũ domorũ vbiq; audiebat, inter incendia multitudo vrbana cum cõiugibus & liberis sedibus patrijs educebat, & pplm qdem ac turbas p oppida Cãpanię dispsit, rex ipse senatores ac patricios loco obsidũ secũ retinuit. Roma post hæc cum toto exercitu egressus, eam desolatã penitus & vacuã dereliquit, vt neq; vir quisq̃ nec fœmina remaneret. Exinde partẽ exercitus cõtra Portũ collocauit in psidio. ipse in Calabriã pfectus est cõtra Iohannẽ, qui hoc sentiens fugit, & Hydruntum se recepit. vbi aũt Totilas accessit, paruo momẽto & Lucanos & Brutios recuperat. Spoletũ etiã tũc recepit, mœnibus subuersis. exinde cũ exercitu Rauennã ire contendit. Belisarius inter hæc lõga febre liberatus, audax cœptũ ac temerariũ aggressus est. cõstituit em̃ vrbẽ Romam desolatã occupare ac munire. celat cõsilium. relictis apud Portũ paucis militibus, cum cæteris copijs pfectus est, nemine vel suorũ vel hostium id suspicãte, Romã occupauit, & incredibili celeritate munire illã cœpit, ac tumultuãti ope muros refecit, fossas pfundas ante muros egit, turres ligneas & ppugnacula ad tutelã muris imposuit. hæc summa militum volũtate in 26. diebus opa pfecit, frumẽta in copia importauit. at Ro. ciues audita restauratiõe vrbis, qui dispsi erãt, desiderio magno in patriã remigrabãt. Totilas cum ista sensit, relictis cæteris curis, Romam festinauit, nondũ portas vrbi Belisarius imponere valuerat. hostes superuenerũt, & positis castris vrbẽ oppugnare cœperũt, Belisarius cum suis resistere. tandẽ Gotthi in fugã vertunt, & signifer Totilæ lãcea trãsfixus est. deinde Totilas Tibur se recepit. Romani cũctos põtes Anienis fluminis euerterũt. Tũc Belisarius portas vrbis quiete fieri fecit, claues Romæ vrbis ad Iustinianũ in Gręciã misit. deinde Totilas Perusiã obsedit, in q̃ occupato, Iohãnes senatores & patricios q̃s secum abduxerat e Roma Totilas, p Campaniam sub custodia militum relictos liberare volens, multum festinans, cum Gotthis acerrima pugna, multis occisis, superior factus, Romanos capiẽs de manibus Gotthorum liberauit. Totilas auditis gestis per Iohannem, commotus, se vindicare statuit. relicta ergo parte exercitus in obsidiõe Perusiæ, ipse cum reliquis in Apuliam & Calabriam properat, repertumq́; Iohannem inuasit, & eum cum toto exercitu profligauit, castra eius cepit. Iustinianus interea crebris Belisarij literis pmotus, nouas copias in Italiam mittit. ductores erant Valerianus ductor Armeniorũ, & Verus Erulorũ. Cum audisset Belisarius illos Hydruntum venisse, confestim Conone Romę relicto, p mare delatus, cum nongentis militibus Calabriam petere contendit, & Tarenti copias adunare, sed aduersante tempestate, transmisso exercitu, ipse cum vxore Crotone remansit. Interim Totilas magna cæde hostes fugat. Ruscianumq́; oppidum pactione cepit. Conon vero p̃fectus qui Romæ à Belisario constitutus fuerat, ab iratis militibus interficitur, maxime q ille mercatura frumentaria clam inita, precium annonæ quotidie augeret. postulant tum milites per legatos à Iustiniano huius delicti aboli-

Legati à Totila Constantinopolim missi.

Mœnia Romę subuersa

Vrbis restauratio p Belisarium.

Nouæ copiæ mittuntur Belisario.

Antonia Belisarij vxor.

abolitionē, asserētes, nisi id cōcedat imperator, ac stipēdia eis debita psoluat, se Romā Totilæ esse tradituros: quo metu oīa sunt illis cōcessa. Antonia vero Belisarij vxor, p hoc tps Byzātiū pfecta, Theodorā Iustiniani vxorē rogat, p Belisarij ex Italia reuocatione. Reuocat itaq; Belisarius & qdē faciliter, psertim cum belli Parthici timor ingēs esset. Romæ vero abiēs, 3. millia militū delectorꝝ psidio dereliqt, sub gubernatiōe Diogenis legati, viri ad bella gnari. demū Perusia à Gotthis, abeunte Belisario, lōgo tpe obsessa, vi & armis capit. Mandauit Totilas ei q pērat exercitui, epo prius à vertice vsq; ad calcaneum corrigiam tollere, & tūc caput eius amputare: oēm vero pplm q illic inuētus est, gladio occidere. Tunc pfectus Herculanum epm sup vrbis murꝝ deductum truncauit, eiusq; cutem iam mortui à vertice vsq; ad calcaneū incidit, moxq; corpus eius extra murꝝ piecit. tunc qdam humanitatis causa corpus collecto capite iuxta murꝝ sepeliuit. ciues postea q dispsi fuerant, reuersi, corpus qrunt, inueniūtq; caput corpori ita vnitum, ac si nequaq̄ fuisset abscissum, sic videlicet, q nulla vestigia pmanerent sectionis. Totilas deinde expeditis Calabriæ rebus, contractis vndiq; copijs, Romam veniēs obsedit. faciebat sibi animū Belisarij recessus ab Italia. cum aūt in longum ptraheretur obsidio, oratores Romani ad Iustinianum pfecti sunt, exorantes vt Belisarium ad Italiam remitteret. Cæterꝝ differendo & pcrastinando nihil efficiebat. Gotthi aūt expugnata Portuensi vrbe & oppido, finitima, ne qd importari posset, in suam redegerunt potestatem. sed Romani oīni diligentia intra vrbem & loca vacua frumentum seri fecerunt, & p hūc modum obsidionem ptulere. deniq; seruassent vrbem, nisi pditio paucorꝝ eos puertisset. ad portam eīn q̄ via Ostiensi ad S. Paulum itur, statio erat militū. hi ad Totilam accesserunt, tradere ei portam polliciti sunt. Totilas duabus nauiculis in Tiberim demissis, tibicines imponit. ipse vero cum silentio exercitus pficiscitur ad portam. tunc Romani terribili sonitu nauigantū pterriti, hostes ab ea parte adesse rati, cōcurrunt. dumq; cōcurrunt & cætera negligūt, proditores soli relicti, porta refracta, Totilam & Gotthos intra vrbem recipiunt. statimq; cædes cœpta est fieri Romanorꝝ, nec iam de resistēdo, sed de fuga cogitatum. Diogenes aūt pfectus qm̄ remedia nō vidit, cū parte militū Roma egressus, Centūcellas petit. Erat in vrbe Paulus qdam ex Sicilia pfectus equitum. is cum vrbe capta plia plura iniisset, tandem ad Adriani molem cum suis militibus se recepit. orta luce, cum cætera capta essent, ad molē dehinc Adriani venit. habebat eīn Paulus 400. equites, q pontē & molē egregie defendebāt, q die tota & nocte insecuta absq; cibo cōmorati, cōsultabāt qd eis agendū esset. Itaq; alloquit milites Paulus: Quocunq;, inqt, nos vertamus cōmilitones, extrema nobis adesse videtis. nā fugæ nulla facultas est, circūfusis hostibus, dedi vero nos Gotthis, supra oēm turpitudinē. barbarorꝝ eīn sæuitia, simplici morte cōtenta esse non solet. durare vero in obsidiōe eorꝝ esset, q sibi auxilia futura sperarēt. ego vero dedi hostib9 & tabescere inedia, eorꝝ puto q sanguinē nō habēt & cor. moriamur itaq;, vt sanguine hostiū madētes, nō inulti cedamus, nec rideat hostis nostro interitu, sed fleat. qd eīn paucorꝝ annorꝝ accessio nobis pdest, cum etsi nūc seruati, tñ paulo post obituri? ite igit mecū ad gloriosam mortē, quē & hostes mirabunt, ac laudib9 in cœlū ferēt. His dictis incēsi milites, sese morti deuouerūt, eratq; consilium in pximam stationem ruere, factaq; ce de interire. qs cum videret Totilas ad extremū casum parari, veritus ne hoīm desperatorum conatus maiorem cladem afferret, mittit ad eos ac electionē dat, mallent relictis equis & armis incolumes abire, an oīa retinentes secum militare. Ea cum audissent milites, lætati sunt, & tandem oēs manere apud Totilam elegerunt, pter Paulum eorꝝ ducem, & Mādum Isaurum, qs Totilas viatico & cæteris adiutos liberaliter Byzantium misit. quotqt etiā ad ędes sacras confugerunt, Totilas inuiolatos pmisit. in vrbem Romam neq; desæuit, nec desolatam fecit vt prius, sed ciues tam ex Campania q̄ alijs locis studiosissime reuocauit, ludos equestres & cætera magnificētiæ opera, quæ tranquillis ciuitatibus fieri consueuerūt, insigni apparatu Romæ edidit, quo ciues bonam spem reciperent, & desiderio vrbis allicerentur. euersa opera complura restaurari iussit, tantumq; frequentandi Romam studium dedit, quantum prius ostenderat desolandi. Cepit postea Syracusas in Sicilia, oppidaq; reliqua, deinde Ariminū Gotthi capiunt, nec procul à Rauenna conserto prælio, Verum Erulorum ducem cum oībus copijs interfecerunt. Iustiniano cum hæc oīa vno tempore nunciata essent, Germanum patruelem suum Italico bello pfecit. hic relictam Vitigis Matasuntham vxorē habuit. verꝝ cum esset in Illyrico, Sclauorꝝ gens transmisso Danubio, Ro. imperij puincias inuadit. hi tm̄ metum Iustiniano addiderunt, vt Germanū reuocaret. paulopost mortuo Germano, filios eius in Italiam misit. sed & Liberꝝ cum classe in Siciliā, qui pauca in tātis facere poterāt bellis. Tandē Iustinianus Narsetē eunuchū Italico bello ducem præfe

Herculani epi supplicium.

Totilas Romā repetit.

Capitur iterum Roma.

Difficilis interclusorū conditio.

Roma restituit à Totila

Totilas Siciliam petit.

præfecit, illicq; pecunias & exercitus large ꝓmisit. Narses itaq; suscepto impigre negocio, magnas vndiq; copias instituit, & in Illyrico adesse ꝓcepit. Totilas iã cognito hostium apparatu, in Italia singula ꝓuiderat. vt vero potentiam ostenderet suam aduersus Græcos, & vice versa eos inuaderet, classem magno cũ armatorũ numero in Græciam misit, iubẽs vt q̃maximo tumultu oĩa popularent. ea classis insulas aliq̃s diripuit, moxq; trãsgressa p Epirũ, cũcta rapinis incẽdijsq; fœdauit, mareq; obseruãs, multa nauigia Græcorũ q̃ in Italiã nauigabãt, excepit. Totilas interea Anconitanã vrbẽ obsedit. sed Valerianus ac Iohãnes duces classis Græcorũ, classi Gotthorũ se iungũt. nauali ꝓlio submersis nauibus, superiores in pugna fuerũt. q̃d cum viderẽt Gotthi, fugã demum arripiũt, & sic soluta obsidione Anconitana, desertis castris, Auximũ se receperũt. Iohãnes igit̃ & Valerianus cum victrici classe, incredibili Anconitarũ gaudio portum sunt ingressi, castra hostiũ inuaserũt, & paucis post diebus Iohãnes Salonas & Valerian⁹ Rauennã reuersi sunt. hęc pugna naualis vehemẽter cõfregit Gotthorũ animũ, & q̃si initiũ fuit ruinæ eorũ. Narses cum hæc conditio reꝝ esset p Italiã, coactis p hyemẽ copijs, ad iter se ꝓparat. habebat aũt exercitũ tm̃, q̃tum vix alij oẽs p Italiã duces, pecunijs abunde cõcessis à Iustiniano, q in erogãdo erat magnificus. Longobardorũ q̃q; 5. millia pugnatissimorũ hoĩm Alboino rege cõcedente susceperat, & Erulorũ ad eum 3. millia venerãt, Hunnorũ multitudo ingẽs cõfluebat, Gepidarũ q̃q; plures. Narses igit̃ has copias habẽs, ex Illyrico mouet p Dalmatiã & Liburniã, primoq; ingressu in Venetis cõstitit, & tãdẽ Rauẽnã cũ copijs ꝑuenit. erãt aũt p Italiã veterani milites ꝑmulti, q̃bus stipendia multis tꝑibus debebant. his oĩbus Narses stipendia ꝑsoluit, animosq; illorũ erexit, demũ Romã petere cõtendit. Isdrilas ꝑ id tẽpus Arimino ꝑerat, vir inter Gotthos bello insignis. is cum in agrũ Ariminensem ꝑuenisset, primo Narsetis agminis transitũ impedire conabat̃. pugna itaq; non lõge à mœnibus vrbis cõmittitur, in q̃ Erulorũ q̃dam eques comminus pugnãs, Isdrilã occidit, milites q; eius, morte ducis conterriti, in oppidũ fugerũt, caput Isdrilæ ad Narsetẽ relatũ est, q q̃si bono augurio lętatus est, ꝙ primo congressu aduersarius à suis interfectus est, & spe plenus iter perfecit. itaq; Ariminum ꝑtergressus, Romam ꝑfectus est. Totilas cognitis his q̃ in Venetis gesta sunt, aduentuq; Narsetis Rauennam intellecto, quanq̃ copiæ suæ apud Teiam erãt, tñ ipse Roma discedens, exercitum contra Narsetem parauit. ac Longobardi statiua apud *Brexillam habentes, multas abegerant ꝑdas, multa incendia cõmiserant. q̃re Totilas copijs oĩbus ex transpadanis raptim contractis, in Longobardos ducere ꝑrexit: adeoq; festinauit, vt accersitus ex Verona Teias, non prius Ticinum amnẽ attigerit, q̃ fuerit debellatum. fuit vero Totilas sciens, se in ferocissimam gentem & suo paratiorem equitatum habentem, venturum. at Longobardi venienti nequaq̃ ꝓlium detrectauerũt. ferunt Totilam, q̃d extremo vitæ tempore multis sæpe ꝓstantissimis euenit ducibus, nunq̃ melius struxisse aciem, nunq̃ attẽtiori oculo, q̃d hostis, quidve suus ageret miles, circunspexisse: nunq̃ deniq; fortius, nunq̃ prudentius dimicasse. sed erat illi certamẽ cũ militũ robore gẽtis, q̃ sub Alboino rege Lõgobardorũ maximis erat enutrita bellis. vnde asperrima inter partes pugna inita, ad extremũ Gotthi superãt cum maxima eorũ strage, ac Totilas interficit̃. secundũ B. Bñdicti ꝓphetiã, anno regni ipsi⁹ decimo. Gotthi vero, interfecto Totila, quicunq; ex ꝓlio aufugerũt, Padũ amnẽ trãsgressi, Papiæ & circa ea loca cõstitere. vbi cũ de nouo gẽtis suæ duce cogitarẽt, Teias oĩm iudicio rex Gotthorũ eligit̃, qui rex factus, thesauros q̃s Totilas Papiæ congesserat, ilico suscepit, ac reparare vires, exercitũ cõgregare, arma tribuere, eq̃s elargiri, & oĩa impigre facere non destitit. ad Frãcos etiã misit, eos ad societatẽ solicitans. Narses Gotthorũ apparatũ audiẽs, Valerianũ cum suis copijs circa Padũ ad custodiã esse iussit. ipse vero cũ oĩmi exercitu Romã petijt, inter eundũ Narniã cepit. Perusiæ erãt discordiæ inter duos ꝑfectos militũ, ita vt vnũ alter occideret. q̃ seditione Narseti Perusia à supstite tradit̃. Narses igit̃ Romã veniens, eam obsedit, q̃ plena ruinis ꝑteritis adhuc erat, & pauci in ea ciues: & cum vrbẽ expugnare statuisset, plurib⁹ simul locis mœnia aggressus est. cõcurrentes Gotthi, de mœnibus repugnabãt. Milites aũt quidẽ Narsetis remotiora loca inuadũt, & scalis mœnia cõscenderũt. inde clamor factus, captam vrbem. Gotthi itaq; omissa defensione, alij Portuensem vrbem fuga petierunt, alij ad arcem Adriani se receperunt. per hunc modum Narses Roma potitus est, arcem vero non multo post pactione recepit. Erant vero in Campania nonnulli Ro. gñis patricij & senatorij ordinis, quos vt suspectos, eo miserant Gotthi. hos oẽs cum filijs & agnatis Gotthi interfecerunt. similiter & trecentos adolescentes Rom. quos Totilas milites elegerat, sed reuera obsides abduxerat, trans Padum Gotthi capta Roma occiderunt. Et quia dum Totilas viueret, pecunias regias partim Papiæ congregauerat, partem

Narseti bellum Italicũ defertur.

Bellicus Narsetis apparatus.

Isdrilas præfectus.

Totilæ interitus.

Teias creatur rex à Gotthis.

Vrbs à Narsete capitur

partē etiā non paruā in Cumarū arcē deposuerat, eiq; arci fratrē suū pfecerat. Narses cum hoc intellexisset, partē exercitus misit ad obsidendū Cumas. ipse aūt Romæ cōsistens, reparare vrbē conabat. ne vero Gotthi q erāt trās Padū, succurrere Cumis possent, misit q conatus eorū reprimerēt. Teias vbi sensit Cumas obsideri, ferre opem cōstituit. & cum Franci auxilia negassent, ipse pfectus ex Papia, p Picentes & Marsos venit in Campaniā. q̄d postq̄ Narses intellexit, Iohannē cum exercitu ex Hetruria reuocauit, & ipse cū suis Campaniā petijt. fertur aūt non pcul à Nuceria esse fluuius qdam, Tracon noīe, non latus, sed adeo pfundus, vt neq; peditibus neq; equitibus sit trāsmeabilis. circa dictū fluuiū ambo exercitus cōstiterūt. classem pterea Gotthi in mari habebāt satis propinq̄, q̄ frumentū & cæterū cōmeatū apportabat. sed postq̄ ea classis pditione amissa est, qa necessaria non poterāt eis importari, necessitas cōpulit Gotthos locum deserere. Exinde in pximū montē, q Lacteus dicit, migrauere, ibiq; atrox pugna & acerrima cōmissa est. Gotthi eñ desperatiōe certabāt, Narses cōscientia multitudinis cedere erubescebat. Teias Gotthorū rex inter primos pugnatores fuit. sinistra scutum, dextra pilum q̄tiebat. aduersus hūc cōgressi plures, ceciderūt. sed dum scuto trāsfixo aliud accipere vellet, vulneratus à volitāte telo, cum multū sanguinis effudisset, nihilominus fortissime pugnās, nunq̄ pedē retraxit: sed in hostes cōuersus, cōtinue dimicans, ad extremū in faciē corruit, & mortuus est. Gotthi ob mortē regis nequaq̄ territi, vsq; ad noctē pugnauerūt, cum magna tandē vtriusq; partis cæde. Gotthi adueniēte die extremo, oratoribus ad Narsetē missis, velle se Italia excedere obtulerūt, si incolumes abire, suaq; absportare pmittant: sin hoc non pmittat Narses, q̄diu viuāt, paratos esse ad pugnandū. Narses cōsilio habito, Gotthis pmittere decreuit liberū recessum cū suis bonis. Inter hæc tñ mille equites aufugerūt Papiā, & ad alia oppida trās Padū: reliq aūt fœdere inito, sua priuatim absportantes Italia excedere, & nunq̄ bellū aduersus Ro. imperiū gerere pmiserāt, libertate tñ retēta, sine vlla Ro. imperij subiectiōe. q̄ facto, Cumas & cæteras ciuitates Narses recepit. Supfuerūt aūt huic plio non cōtemnēdæ Ostrogotthorū reliquiæ in Italia trāspadana, qbus delendis Narses animū adiecit. nā & ante Teiæ mortē, Sisualdus Erulorū seu Brētorū rex in auxiliū Narsetis veniēs, cū Lōgabardis Eporediā vrbē cepit, & Taurinos obsedit. Erāt his in locis tūc etiā Theobaldi, aliàs Theoberti regis Metēsiū duces, in auxiliū missi Gotthorū. violauitq; vtraq; barbaries fœdera. Sisualdus q cum Narsete, Bucelinusq;, Amingus & Lotharius cum Teia rege solēniter cōstituerāt, partitiq; sunt inter se vniuersam trāspadanæ Italiæ regionē, multāq; partē occupauerāt. vnde cum Gotthi trāspadani mortē Teiæ intellexissent, cum Theobaldi Metēsiū regis ducibus accurate egerūt, vt secū resisterēt Narseti, & duas cisalpinæ Galliæ ciuitates Lucā & Forū Cornelij instaurabāt. venit Narses ad Lucā celeriter, & ad fluuiū castra posuit, & dimissis aliqbus, alios ad forū Cornelij ire iussit. Luca 7. mense capta est, &* Forū Cornelij paulopost. expugnata, ad solū subuersa. fugiētes Franci & Burgūdiones, postq̄ Dagisteus Narsetis dux acerrima pugna victoria est potitus, Hunidim quendā Ostrogotthorū ducē assumpsere, Veronaq; se recipere voluerūt. sed Etheus Ostrogotthus, q vrbi perat, illos intromittere noluit. Hunidis deinde Papiā ire statuit, & Lotharius, eo relicto, trans alpes. sed in itinere Hunidis à Dagisteo captus, & ad Narsetē missus est, Amingus aūt interfectus. Francis hoc modo depulsis, Dagisteus cōtra Sisualdū Erulorū regē & rebellē tendēs, captū de alta trabe suspēdit, & cūcta recepit q̄ Metēsiū rex, Sisualdusq; in Italia tenebāt. Tūcq; belli Gotthici verus finis fuit, 18. anno postq̄ fuerat inchoatū. ab Ostrogotthis eñ, vrbiūq; & oppidorū ciuibus Italis in Venetia & cæteris transpadanis, certatim deditiōes sunt factæ, euanuitq; tūc Ostrogotthorū nomē anno 72. postq̄ Theodoricus in Italiā intrauerat. nam q superfuerāt huic plio, oēs in Italia nati erāt, ac Italos se vocabāt. ita Narses vniuersam Italiā cum Ro. ciuitate ad reipub. iura reduxit. hoc pacto, Lōgobardos multis honoratos muneribus ad ppria remisit bene cōmēdatos. Quare Narses oīa cernēs pacatissima, Romā pperat, eiusq; vrbis ad pristinā dignitatē instaurandæ tantam suscepit curā, vt diligentissimi patrisfamilias solicitudinē supauerit. Eius viri bonitatem cum Romanus clerus pspectam haberet, apud illū institit, vt postq̄ Dei munere et summa eius virtute, libera erāt à barbarorū iugo, Romanorū ciuiū corpora, animarū q̄q; saluti puideret. q̄d qdem efficacius fieri non posse cēsebant, q̄ impetrata à Iustiniano imperatore Vigilij pōtificis restitutione. defuncta eñ erat iam pridē Theodora Augusta. Scripsit Narses impatori, q ad Proconissum Gypsumq; insulas mittens, Vigiliū & simul sacerdotes clericosq; Ro. ad se pduci iussit: nec tñ potuit cōtineri imperator, qn eos tētauerit sacerdotes, si Pelagiū potius vellēt q̄ Vigiliū in Ro. pontificē habere. q̄d cum illi cōstanter abnuissent, eos oēs cum Vigilio dimisit Romā. sed appulsa Siciliæ

Pugna atrocissima.

Teias telo ictus interijt.

Gotthorū deditio.

Sisualdus rex Brētorū.

Dagisteus dux Gotthos & Longobardos vicit.

Narses Gotthos Italia pepulit.

...iae naui, Vigilius valetudine correptus, lateris dolore cõsumptus est anno 14. sui pontificatus. Hic Vigilius cõstituisse dicitur, ne canon nisi in altari cõsecrato & vestibus* legatur: quia pastores pane sup lapidẽ posito, protulerunt verba cõsecrationis ridicu lose, repenteq; feruntur vidisse carnẽ humanam, & diuinitus pcussi obierunt. Sub hoc Vigilio, licet diu fuerit in exilio, cõgregata est qnta synodus in Constantinopoli contra Theodorũ Mesechenum, q dicebat aliud esse verbum Dei, & aliud Christum, & S. Mariã virginẽ, negabat Dei genitricẽ, de q tex. 16. di. c. prima. §. qnta sub Iustiniano impatore. Vigilio defuncto, sacerdotes memores Iustiniani voti, anno salutis nostræ D.LI. vel potius secundo, Pelagium creauerunt in pontificem. sedit annis 12. mox accusatur, q maloꝝ Vigilij causa fuisset non parua. q̃obrem congregato clero & populo, apud S. Petrum coram Narsete adscendit in ambonem, tenensq; euangelia ac crucem sup caput, iurauit se nullum malum Vigilio intulisse, & sic populus ac clerus sedati sunt. Huc vsq; Iordanis chronicoꝝ libros pduxit. Postq̃ aũt Gotthi Italia abeunt, Narses eam possedit in pace annis 17. oĩa in meliora reformans. Per id tẽpus Visigotthi in Hispanijs manserunt, & in longa pacis qete ipsis Alani coaluerunt, vt illius gentis nomen sensim confuderint: ac nostra ætate pmanet gens noĩe composito, vt q Gotthi & Alani dicebantur, nunc corrupto noĩe Cathelani, gens profecto q̃ ferociæ illius generiq; suo in oĩbus respondeat. Gotthi igitur Italiam relinquentes, Hispaniam suis sedibus occupauerunt, quam ab Hispano decimo Hispanorum rege, nuncupatã esse tradunt. Hispalus enim Herculis filius, nonus Hispanorum rex, in Hispalim vrbem à se conditam, regni solium posuit, cui filius Hispanus supra dictus succedens, Hispanię nomen indidit. Ante Gotthorum vero ingressum tres nationes Hispaniam occupabant, Sueui, Vãdali atq; Alani. abeuntibus aũt Vandalis in Africam, Sueui Galitiam soli gubernabant sub Emerico eorum rege, qui 33. annis sup eos regnauit. Successit illi Rixilla filius, vt supra generatione 15. memoratum est. Huic Rixiarius filius succedit in regno Sueuorum. hic habuit vxorem filiam regis Gotthorum Theodorici, q in initio regni sui pdatur Vascones, deinde regionem q̃ est vbi Cæsaraugusta, auxiliantib[9] Gotthis, vastat. iste ad vltimum, dum Gotthi Hispaniam cum potentia ingrediuntur, occiditur, dum regnasset annis 9. De hoc tñ Rixiario alibi legitur, q vltro Theodoricum cognatum puocauit, & cum Theodoricus victoriam obtinuisset, absumpto Rixiario, pmisit vt Sueui de gñe suo principem cõstituerent. vnde elegerũt in regulũ Romismundũ. Masdrugo ei succedit, regnauit annis 2. quem Armisuindus subsequitur, post illum regnum suscepit Theodomirus, post hunc Mirus, in illo deletũ est regnum Sueuoꝝ, & translatum in Gotthos. Gotthi de secta Arriana vsq; ad tempora S. Leandri epi Hispalensis fuerunt. is nempe primus eos ad vnitatẽ fidei orthodoxæ reduxit. hi Gotthi post destructam vrbem Romam sub Alarico eorum rege, Athaulphum sibi regem præficiunt, q de Italia recedens, Gallias adit. post relictas Gallias, dum Hispanias peteret, iugulatur. Occiso Athaulpho, Sigericus fit rex anno salutis 450. Sigericum Vallia sequitur, hic cædes magnas in Hispania fecit. Vandalos ac Selingos in Bæthica omnes vicit, dataq; ei ab imperatore ob meritum victoriæ secunda Aquitania, anno salutis 464. Thodoredus succedit, morit anno 480. Thurismundus sequit, qui cum multa nefanda patraret, à Theodorico & Friderico fratribus occiditur. Theodoricus succedit, q à germano suo occiditur anno Christi 509. Henricus succedit, hic multa bella strenue gessit, partes Lusitaniæ & Cæsaraugustã submisit, *Tarrhaconẽ prouinciam subuertit, suo tẽpore Hispani & Gotthi legum instituta acceperunt, cum antea moribus & consuetudine viuerẽt. hic moritur anno Christi 521. Alaricus succedit, & apud Pictauiam p Francoꝝ regem occiditur, dum regnasset annis 22. Grisaloricus bastardus Alarici succedit. Theodoricus iunior subsequitur. hic nedum in Hispania, sed & in Italia mira fecit, muros vrbis Romę redintegrauit. Almaricus succedit, apud Narbonam ꝑlio vincitur, interijt à suis iugulatus, anno salutis 573. Trundus illi successit, & pfossus est in suo palatio anno dñi. 578. hic licet esset hæreticus, annuit tñ vt catholici epi circa Toletum concilium facerent. mortuo Trundo, Narses patricius Totilam Gotthoꝝ regem in Italia superauit & occidit. Tẽdisius, aliàs Theodegosilus in Hispania regnans 4. annis, & plurimaꝝ connubia maculãs, inter epulas iugulatur, anno dñi 582. Agilla succedit, hic à militibus suis occiditur, apud alios Agla. Atanagillus succedit, bonus catholicus. regnauit annis 15. post cuius mortem, qa Gotthi de electione regis discordabant, vacauit regnum annis 6. Erat aũt tum Narbonæ Luiba, in Aqtania à Gotthis ꝑfectus. hic tandem adeptus est principatum in Hispania, quem postea dimisit Leongillo suo germano, cõtentus sua Gallia. hic Leongillus, aliàs Lenogildus, apud Legionẽ vrbem Romanos vicit, vrbem cepit, & Legionẽ à suo noĩe vocauit.

Vigilij papę obitus & instituta.

Theodorus Coriarius hæreticus.

Pelagius papa eligitur.

Cathelani.

Sueuorum reges in Hispania.

Gotthorũ reges.

Legio vrbs

uit. Arrianus fuit, & Christianos viæ rectæ psecutus est. vnde & Hermogillū filiū suū, suis erroribꝰ cōtradicentē, securi pcussit. morit Toleti anno salutis DC. Nigūda Chilperici soror, fuit vxor Hermogilli. Recaredus, aliàs Ricardus, succedit. hic p Leandrū epm Hispaleñ. in fide instructus, errores pdecessorꝶ suorꝶ minime secutus est. nam & nedū in se bonus fuit, sed & totū pplm Gotthicū ab errore Arriana ad veritatē reduxit. obijt Toleti anno Chri 615. *Lunba succedit, regnat vno anno, & iugulat innocēs p Vindericū. Vindericus vsurpat regnū 6. annis & occidit. Gūdemarus succedit, moritur Toleti. Sinsebutus, apud alios Sinsebatus, subsequit. hic voluit cōpellere Iudæos vt fidē Christi assumerēt, & bis de Romanis triūphauit. Sintilla regnauit annis x. hic totius Hispaniæ monarchia primus potitus est. apud alios Suitilla. Sigimandus filius eius regnauit annis 5. aliàs Sisenandus. Cintilianus succedit, regnauit annis 5. aliàs Cintilla. Tluga succedit, morit Toleti, regnauit 2. annis. apud alios Tulgas & Tolga. Sindasmundus, aliàs Videsuindus, regnat annis 4. solus, & post cum filio suo Recesuindo annis 6. q̊ tpe Hispania qeuit ab oīni turbatiōe. Recesuindus post genitoris obitū reg. annis 12. totus fuit religiosus. Bamba similiter religiosus, 27. naues Saracenorꝶ ad Hispaniæ littus applicātes deleuit, tandē religiōi se tradidit. Heringiꝰ cōsanguineus Sindasmūdi regnū obtinuit. Erica post illū gener Heringij, regnū accepit. cū Francis ter pliatus est, nec vicit, nec victus est. Toleti morit. Vitiza, aliàs Victica, regnū patris eo viuēte obtinuit. fuit homo flagitiosus & luxuriosus, despexit ecclesias & ecclesiastica sacra, epis cæterisq; ecclesiæ ministris vxores habere pcepit, & ne obedirēt Ro. pontifici, sub interminatiōe mortis phibuit. fecit q tota Gotthorꝶ nobilitas libidinibꝰ & vitijs Deum puocauit, & ne sibi obesse possent subditi, vrbiū sui regni rex muros iussit deponi. Rodericus filius Tōdofridi, in regno succedit, expulsis filijs Vitizę. hic fuit vir bellorꝶ, sed moribus Vitizæ non dissimilis. huius tpe Saraceni Hispaniā ceperūt hoc modo: Erat in Africa rex, Muca noīe, cuiꝰ auxiliū implorauit Iulianus comes ex Gotthis, eo q Rodericus rex, Iuliani vxorē aliàs filiā, dum ipse esset in legatiōe, stuprauit. Misit rex Muca grandē exercitū in Hispaniā cū Iuliano comite, aduersus quē Rodericus cōgregauit oēm potentiā Gotthorꝶ, q̊rum numerus vltra centū millia se extendebat. sedebat aūt rex in curru eburneo, indutus pānis poderis aurei, & corona aurea coronatus, sicut mos tūc erat regū Gotthorꝶ. cōmissumq; est plium acerrimū, in q̊ Gotthi post multā stragē in Mauros, ipsi terga verterūt. Saracenis victoria cessit. de rege dubitat, an in pugna fuerit occisus. inuenit em̄ in regno Portugaliæ, in ciuitate Vilio, lapis vniꝰ sepulchri, in q̊ talis erat scriptura: Hic iacet rex Rodericus, vltimus rex Gotthorꝶ. perijt in eodē bello oīs nobilitas Gotthorꝶ. Post hoc Saraceni totā Hispaniā ferro, fame, flāma attritā, suo dn̄io māciparūt, q̄d credit à Deo pmissum, propter pctā Roderici & sui pdecessoris Vincizæ, aliàs Vitizę, de q̊ in Fortalitio fidei li. 4. cōsideratione 9. de xi. bello. Cum aūt Saraceni Hispaniā subiugassent, Carolus Martellus eos varijs bellis cōtriuit, de q̊ dicet infra gn̄atione 25. plenius. Licet aūt Deꝰ pmiserit ita Hispanias flagellari, qa tn̄ diuina pietas q̊s pcutit, etiā & sanat: vn̄ sibi Deus reseruauerat cum paucis Chrianis virꝶ cordatū, Pelagiū noīe, q erat filius ducis Sauillæ. hic factus ē rex Christianorꝶ. Et ī 2. anno regni, anno salutis 736. innūeros Saracenos bello pstrauit, cepitq; ciuitatē Legionū. reg. annis 13. cui Fauilla filiꝰ successit. Fauilla rex à q̄dā vrsa interfectꝰ ē, dū 2. regnasset annis. Alphōsus primꝰ, gener regis Pelagij creat, vir p oīa catholicus, q multa cum Saracenis plia feliciter pegit. Eodē tpe Carolus Martellus eosdē Saracenos pcussit, de qbus in Fortalitio fidei. regnauit Alphonsus 19. annis feliciter. Fruela vel Friola filius illi successit, regnauit annis 13. catholice. Aurelius frater eius subsequitur, regnauit 6. annis. Dolos Silo successit, regnauit 7. annis. Alphonsus secūdus illi successit, filius regis Fruelæ. ad Hispaniā venit Carolus adolescēs, cui postea Magno nomē, offenderat em̄ in aliq̄ patrē Pipinū. vnde declinauit ad regē Galastrā, propter filiā Galianā, quā postmodū fecit Christianā, de hoc in Fortalitio. Ea tēpestate & Alphonsus rex, dictus Castus, & Carolus cōtra Saracenos feliciter pliati sunt: & cum regnasset 41. annis Alphonsus vir catholicus, obijt. Ramirus Veremūdi regis filius succedit. tpe istius regis incepit ordo S. Iacobi. hic rex mitis fuit bonis, terribilis malis, cui in bello cōtra Saracenos adiutor erat apls Iacobus, apparuitq; oīni pplo Chriano. Ea tēpestate Normani venerūt in Galliā, & etiā ad portū Galitiæ. ibi rex iste plures supauit, reg. annis 6. Ordoneus illius filius successit, iste rex pius fuit, & vicit in bello Mucā regē multis cæsis. deinde filius Mucæ, factus vasallus Ordonei, & pugnauit cōtra Saracenos. reg. x. annis, & mortuus est in podagra. Alphonsus tertius in regno successit, varia bella cum Saracenis feliciter gessit. & cum regnasset 46. annis, dedit regnū filio suo Garchiæ, pegrinatus est ad S. Iacobū, dictus est Magnus.

Muca rex.

Saraceni Hispania potiunt.

Hispaniarū reges.

Ordo diui Iacobi.

gnus. Garchias, aliàs Garsias, post mortē patris pcurrit terras Saracenorum, cepit regē Aiolā in bello, regnauit 3. annis. Mortuo Garchia, regnauit p eo frater eius Ordoneus secūdus, hic cōtriuit multos Saracenos, obtinuit spolia multa, ædificauitq; mirificū templū in ciuitate Legionum, in q iacet sepultus. Alphōsus qrtus illi successit, regnauit 5. annis, nil magni fecit, hic ingressus est monasteriū, renūcians regnū fratri suo Ramiro, sed post pœnitētia ductus exiuit, & aduersus fratrem rebellionem excitās, à fratre exoculatus est, cū duobus Fruelæ filijs. Ramirus II. cōtra Abdamiramem Cordubensem & Albenihaia reges pugnauit, ceciderūt in plio ex Saracenis 80. millia. postea in secūda pugna iterum de eis triūphauit tempore Henrici I. circa annū dñi *centesimum. Iste morbo grauatus, fecit se deferri in ciuitatem Legionū, vbi expoliauit se regno, qd recepat ab Alphōso, dicens: Nudus egressus sum de vtero matris, nudus reuertar. qbus dictis, spiritū exhalauit. Ordoneus filius eius regnū suscepit, & sub eo *Fernandus comes multas strages in Saracenos edidit. Sanctius I. dictus Crassus, iste fecit pacē cum Saracenis, regnauit 8. annis, & occidit eum venenato pomo comes Gundisaluus. Ramirus III. p eo regnauit filius eius, regnauit annis 25. Successit in regno Donus Heriundo filius regis Sanctij, sub ipso ter vicerunt Saraceni, deinde bis de eis triūphauit, regnauit 27. annis. Alphonsus qntus subsequitur illius filius, vincunt Saraceni, & captus est comes Castellæ, & mortuus est in carcere, sub isto milites Castellani obtinuerūt libertatem, q non cōtribuerent nec irent in exercitū, nisi Donus daret eis stipēdia sua, vincit rex Alphōsus Saracenos, & reparauit muros ciuitatis Legionū. regnauit 27. annis. Donus Heriundo filius eius regnare cœpit, sub ipso Saraceni victi sunt à regibus *Nauariæ, quorum vnus duxit filiā comitis Sanctij Castellæ, inde generauit Fernandū, post mortem Sanctij Donus Fernādus duxit in vxorē sororem regis Legionū. Deinde Donus Heriundo cū regnasset x. annis, mortuus est in qdam bello. q mortuo, *Ferdinandus collecto exercitu obsedit Legionē, & finaliter receptus est in regē Legionis, & sic cōiuncta sunt illa duo regna, & ipse dictus est rex Castellæ & Legionis. Eo tum surrexit vir strenuus Rodericus de Viuar, hic in bello cepit qnq; reges Saracenorum, quos postea libere dimisit, q se ipsius vasallos fecerunt magna cum humilitate. Ferdinandus rex, cui nomē Magnus, qa multos reges Saracenorum humiliauit, cæsis quibusdā, quosdā tributarios fecit, subiugauit Celtiberiā, ac liberauit Hispaniam a subiectiōe impatoris Romani. Huic etiā B. Isidor[9], quem trāstulit in Hispalim, reuelauit diē mortis suę. vnde diuiso regno tribus filijs, post sacramentorum deuotā susceptionē migrat anno regni sui 22. Sanctius filius eius successit in regno Castellæ, Alphonsus in regno Legionis, Garsias in Galetia & Portugalia. Sanctius videns q pater suus acqsiuit puincias Portugaliæ & Lusitaniæ, Celtiberiā & Carpentaniā, ideo cum exercitu obsedit Cæsaraugustā & expugnauit, regem eius tributariū fecit. Iste Sanctius fratrem suū Garsiā inuasit, captūq; carceri mācipauit. vicit etiā Alfonsum fratrem in bello, & in monasteriū detrusit, & sic oīa regna solus obtinuit, q tñ postea à familiari qdam suo, venabulo pfossus est. Alfonsus rex, qa Garsias frater mortuus erat in carcere, regna suscepit. ipse eñ prius q frater occideret, exiuit monasteriū, & ad regem Toleti se recepit. vocatus est Alfonsus 6. Sub eo militabat Roderic[9], aliàs Cid dictus, miles admirādus, expugnauerūt rex & Cid infinitos Saracenos diuersis plijs. Obtinuitq; Cid priuilegia multa a rege nobilibus: primū, q cum aliqs nobilis peteret exire de regno, daret ei spatiū 30. dierum: secundo, q rex nihil faceret cōtra nobilē aut ciuem inauditū: tertio, q nil faceret cōtra bonos vsus villarum: qrto, q nō faceret impositiōes inordinatas: qnto, si cōtra aliqd illorum faceret, q tota terra posset rebellare, donec rex emēdaret. Hac tempestate Vrbanus II. apud Clarum mōtem Aluernæ, concilium celebrauit pro succursu terræ sanctæ seu potius recupatione. Anno salutis M.XCVI. prædictus Cid moriens, ordinauit cadauer suū armatū equo supponi & ligari, atq; cōtra regem Buccar & alios 36. reges Saracenos, q tum plium a Christianis expectabant, ad locum pugnę qsi viueret, deduci. qd factū est, & Christiani victoria sunt potiti. Mortuo Cid, rex qq; catholice e vita emigrauit, cum regnasset annis 43. Alfonsus nepos regis Alfonsi pdicti in ordine septim[9] regnare cœpit. huic oēs reges Saracenorum Hispanię, subiecti sunt, pacificeq; possidēs regna Aragōiæ, Castellæ & Legionis, cōfirmatus est per papā, vt decætero vocaret imperator Hispanorum. erat autē vir iustus, imperauit annis xl. filijs suis Sāctio reliqt regnū Castellæ, regnū Legionis *Fernādo. Sāctius regnauit anno vno feliciter, ideo Desideratus est dictus. Alfonsus filius ipsius successit ætatis qtuor annorum, & vocat viij. Fernando regi Legiōis, successit filius Alfonsus. Alfonsus 8. infeliciter pugnat cū Saracenis. sed postea nō immemor iniuriarum anno 1233. in bello Saracenorum victoriā obtinuit, cæsis ducētis millibus Saracenorum, hic virtuosus rex post

Rodericus Cid[9] vir admirandus.

gloriosas victorias feliciter migrat anno regni 55. Henricus I. filius eius successit illi, regnauit 13. annis, hic cum luderet in ciuitate Palantia, percussus tegula quæ cecidit e tecto, morit. Fernãdus regis Alfonsi Legionis filius, successit in regno. Henricus eñi non dereliquit filiũ. & sub hoc Fernando, mortuo patre suo, cõiuncta sunt regna Castellæ & Legionis. iste rex post multos triũphos contra Saracenos, moritur anno regni 35. Alfonsus filius eius subsequit, dictus IX. iste rex tantæ fuit magnificẽtiæ, q̄ imperatorẽ Cõstantinopolitanũ à Sultano captum, solus sua impensa redemit. fuit etiã tantæ famæ, q̄ fuit electus in imperatorẽ Ro. in discordia. tñ sapiens fuit, & regnauit 32. annis, & abstulit sibi regnũ in vita sua filiꝰ eius Sãctius. Legit q̄ rex iste q̃ndam contra Deum dixerit blasphemiã, s. si ipse fuisset cum Deo dum mundũ creauerat, q̄ multi defectus qui fuerunt facti, non transissent: ꝓpter q̃d verbum cum oraret in oratorio aliq̃ñ, apparuit ei angelus, & reuelauit sibi sententiã mortis, ꝑfixo termino 30. dierum, & factum est, moritur, & cũ patre sepelit. Sanctius filius eius successit, regnauit 9. annis. Fernandus filius subsequitur, regnauit 15. annis. huius mortis causa hæc fuit, quũ eñi ꝑcepisset occidere duos scutiferos de Carnaial inauditos, illi videntes iniustitiã, citauerũt regẽ, vt cõpareret coram Deo XXX. die, ad dandã rationẽ huius iniustitiæ: & sic factum est, qa in ꝑfixo termino moritur. Alfonsus X. rex Castellæ filius eius successit. tunc Acon obsessa est à Saracenis, capit anno dñi 1291. Kalen. Iunij, occisis plus q̃ 30. millibus Christianoꝝ. Anno deinde 1310. hospitalarij S. Iohannis insulam Rhodi capiunt. sequenti anno cassatus fuit ordo Tẽplarioꝝ, qui in sua ꝓphana professione abnegabant Christũ, expuebãt sup crucẽ, & adorabant diabolũ sub specie catti, sicut plures eoꝝ confessi fuerant. Hæc in Fortalitio, de q̃ videas plura infra. Anno dñi 1340. maximam de Saracenis victoriã* obtinuit. transiuit eñi rex Balamarim cum infinitis copijs mare mediterraneum, & obsedit quandã ciuitatem, venit etiam in adiutoriũ ei rex Granatæ. Obsidentibus itaq; Saracenis Carifam, insurrexerũt Alfonsus rex Castellæ & Alfonsus rex Portugalliç cũ copijs cõtra ꝑdictos Saracenos. & aciebꝰ ordinatis, pugna facta, tandẽ Saraceni fugã faciũt. Insequẽtes Chr̃iani tantã stragem edũt, q̄ æstimare nũeꝝ occisoꝝ nemo poterat. ibi Borra vxor regis Balamarim, mortua est, & ipse elapsus in Aliesyrã. expoliãtes nr̃i tẽtoria Saracenoꝝ, inuenerũt tãtum de auro & argẽto, q̄ nemo excogitare valebat. captus etiã fuit Abenamar filius regis Benamaim. In signũ huiꝰ victoriç rex Alfonsus vexillũ suũ dño papç Bñdicto 12. misit, q̃d in hũc diẽ in sacello papæ cõseruat. Sequẽti anno perijt etiã classis magna vltra xx. millia Saracenoꝝ ope regis Alfonsi. postea cepit Aliesyrã. Anno sequẽti 1348. fuit prima pestilẽtia in regno Castellç: & cũ rex iste gloriosus obsideret ciuitatẽ quandã ꝓpe mare, propinatũ fuit sibi venenũ, & mortuꝰ est. ibidẽ nunq̃ postea nata fuit herba, vt narrat historia Hispaniç. sepultꝰ est ĩ ecclesia maiori Cordubeñ. cũ regnasset annis xl. Petrꝰ filiꝰ eiusdẽ successit, vir sanguinũ & amicꝰ Saracenoꝝ. quẽ occidit rex Henricus II. & successit ei ĩ regno. Hẽricus II. rex Castellæ morit, cũ regnasset 14. annis. Iohãnes filiꝰ eius illi successit primus ĩ ordine, hic etiã nihil famosũ fecit cõtra Saracenos. intrauit regnũ Castellç dux de Albencastre cũ vxore filia regis Petri, intrauit & cum eo rex Portugalliç, secuta est pax. qa tradita fuit ĩ vxorẽ dña Catharina filia ꝑdicti ducis, infanti Hẽrico filio regis Iohãnis, q rex cecidit in cãpo de eq̃, & equus sup eum cadens interficit, anno regni sui 12. Hẽricus II. illi successit, cũ esset 9. annoꝝ, sub q̃ Chr̃iani vicerũt Saracenos, cæsis pene 2. millibus. regnauit 17. annis, & mortuus est. Fuit deuotissimus princeps & iustus. Iohãnes 2. illi successit, puer erat, habebat aũt fratrẽ. Eo tẽpore Iohãnes rex Portugalliç* Ceptã ciuitatẽ Mauroꝝ in suã potestatẽ redegit, quã hodie Chr̃iani tenẽt. Iohãnes Hispaniç rex, regi Granatæ multa dãna intulit. regnauit annis 48. sepultus in monasterio Carthusieñ. de Miraflores. reliquit duos filios Hẽricum & Fernãdum. Hẽricus successit, q paruo tẽpore regnãs, obijt. reliqt aũt filiũ Iohãnem puerulũ, cui Fernãdus patruus tutor datus, regni administrationẽ nõ segniter gessit: sed statim cõtra Mauꝝ Granatæ bellũ iniẽs, puero tributariũ fecit. Inter hęc Martinus Siciliæ rex morit, & paulopost pater eius, rex citerioris Hispaniç seu Aragoniç Martinus obijt. vnde factũ est, q̄ Hispani Fernãdum apud Valẽtiam vrbẽ citerioris Hispaniç regẽ declarãt, à tribus ordinib. electũ, proceꝝ s. sacerdotũ, & plebis. Hic Fernãdus Baleariũ insulas & Sardiniã simul acqsiuit, & sic factus est triũ regnoꝝ rex. hic etiã filiã vnicã Iohãni nepoti suo vxorẽ dat, regi s. vlterioris Hispaniç, quẽ & adultum in regnũ stabiliuit. Moriẽs Fernãdus, q̃tuor mares reliquit, Alfonsum regni successorẽ, Iohãnem Lusitaniç regẽ, Hẽricum S. Iacobi magistrũ. & Petrũ natu minimũ. Iohãnes rex Hispaniç habuit filiũ Hẽricum noĩe, & filiã Elizabeth. hic Hẽricꝰ rex vnã cũ vxore sua & filijs, interfectus est ab Eduardo rege Angloꝝ. sola Elizabeth supstes re-

Miraculũ ingens.

Tẽplariorũ ordo deletus.

Prima pestis ĩ regno Castellæ.

remãsit,quã Ferdinãdus Iohãnis Aragõiæ regis filius vxorẽ duxit,adhuc patre Iohã-ne viuẽte,deiñ deficiẽte pr̃e,Ferdinãdus vlterioris Hispaniæ simulq; citerioris,hoc est, Aragõiæ,Nauariæ,Siciliæ,Baleariũ ac Sardiniæ tandẽ regna obtinuit,& cũ Chr̃ianissim⁹ rex censeat,& regnoꝝ potẽtia,cõsilijs,magnanimitate cũctos Chr̃ianoꝝ princi-pes excellat,fidei zelo succẽsus,anno dñi 1480. cõtra Granatæ regẽ bellũ terra mariq; ꝑ 6.annos cõtinuauit,& multa de regno Granatæ suo regno adiecit. Ferdinandus iste rex Chr̃ianiss. vnà cũ regina Elizabeth vxore sua,post multas ingẽtesq; clades Mauris illatas ac munitissima oppida Granatæ vi capta, Granatæ regẽ anno salutis 1492.ad deditionẽ cõpulit,om̃eq; Mauroꝝ impiũ in Hispanijs esse desiit. Nati sunt illis fili⁹ & duæ filię.filius duxit Margaritã Maximiliani Ro.imꝑatoris filiã,q tñ pauco tẽpore vixit,& sic vsq; ad p̃sens dña Margarita vidua remãsit, vnã vero ex filiabus Ferdinãdi regis,duxit in vxorẽ Philippus archidux Austriæ & Burgũdiæ dux &c.imꝑatoris Maximiliani filius,q plures genuerũt liberos. Natio,vt refert Põp. Lætus,Lõgobardoꝝ fuit Germanica,q̃ ex Cimbrica peninsula ad quærẽdas sedes ꝓfecta erat,& nõ statim cepit arma.fere triẽnio post,cũ vxoribus,liberis & om̃i supellectile Italiã petierũt. numerus fuit CC.milliũ sub rege eoꝝ Alboino,q ad inuitationẽ Narsetis,subactã ac domitã Italiã in potentatus diuisere.tenuerũt annis 204.Hæc ille. Quia supra de Lõgobardis mẽtio facta est semel & bis,ac inferi⁹ multa de his veniũt dicẽda*:Septẽtrionalis plaga quãto lõgius est ab ardore solis,tãto sæuiores hoĩes semꝑ habuit,& eo aptior ad multiplicãdas gentes. vnde fit vt tãta multitudo in ea plaga nascat̃,q̃ ibi viuere nõ possit.Ex eisdẽ partibus exierũt Gepidæ,Rhugi,Vandali,*Eruli, Hunni, Turcilingi, *Vuinuli.i.Lombardi. Est insula in septẽtrionalis parte Oceani Scãdia dicta,q̃ apud alios Scãdinaria,Scãzia & Scãdinauia legit̃:q̃ vt quidã dicũt,nõ est in Oceano, sed ꝓpter planitiẽ eius vndæ maris exæstuantes,circũdant eã. in hac cũ dũ mult⁹ populus excreuisset,ita vt ĩ ea habitare nõ posset,cõsilio inito,in tres partes se diuiserũt:q̃sitũq; est ꝑ sortis diuinatiõem,q̃ pars ex illis patriã relinqueret. Igit̃ illa pars quã sors iubebat exire,ordinauit suꝑ se duces fratres duos,Ibor & Aionẽ, corpore valentiores,q̃ꝝ mater Gãbara erat prudentiss. Osculãtes ergo parẽtes & amicos,exiuerũt & in *Stornigã veniẽtes,aliq̃t annis ibi sederũt.Illo tẽpore Ambri & Assi duces Vãdaloꝝ,mandauerũt Vuinulis,q & Lõgobardi, vt aut tributa darent, aut ad pugnã se p̃pararent. tunc duces Vuinuloꝝ diffinierũt,melius esse vel pugnando mori,q̃ tributis subijci.renũciant Vãdalis se ad pugnã paratos.Cõmisso vero ꝓlio,Vuinuli ꝓ libertate pugnantes,victoriam habuerũt.sed postea fame cruciati, de ꝓuincia *Storinga exeũt,& venerunt in Maringã.mortuis tũ ducibus eoꝝ Ibor & Aione,Vuinuli Agelmundũ regem eligũt,q fuit filius Aionis de gẽte Turingoꝝ.His tẽporibus meretrix vno partu 7. filios gñauit,& in piscinã proiecit.quã forte Agelmũdus p̃teriens,vidit infantulos.hastã misit,eos huc illucq; reuoluit,q̃ꝝ vnus app̄hendit hastã regis, & sic eũ rex de aq̃ leuauit,& Lamisso ei nomẽ imposuit,qa eoꝝ lingua aq̃ lama dicebat̃.hic cum creuisset,factus est pugnator fortissim⁹ & sapiẽtissimus,ita ꝙ post Agelmundũ regnauerit. Post hũc successit Lethus vel Tethus,quẽ sequebat̃ Childioch vel Hildooch filius. hoc defuncto,regnauit Godeoch,alij Gludeoch.deiñ Calpho,apud alios Claffo & Daphõ. post hũc Tado vel Tatho vel Tacchon.Eo tunc egressi sunt de Rhugoꝝ patria,habitauerũt in plano cãpo,vulgo Feld,in q̃ loco pugna habita est inter Tadonẽ & Rodolfum regẽ Eruloꝝ.causa fuit,ꝙ frater Rodolfi inuitatus ad Tadonem ꝓ pace, derisus est à filia regis,qa statura pusillus erat.q̃d cũ ille ad iniuriã traheret,insidijs filiæ Tadonis occisus est.illud vbi audiuit Rodolfus,rupit pacẽ,& Tadoni pugnã indixit.venientes ad locũ pugnæ,rex Rodolfus de suis cõfidens,q nudi sola femoralia habentes, pugnabãt,ipse pugna inita ad tabulã lusit.Tandẽ victi sunt Eruli.q̃ audito rex ꝑterritus, nesciuit q̃d faceret.Tũc Lõgobardi supuenientes, regem & oẽs q cũ eo erant,occiderunt.Lõgobardi itaq; victores p̄dam inter se diuiserũt, & Tado vexillũ & galeam Rodolfi regis accepit,quam postea in bello semꝑ portauit. Ex eo tẽpore Eruli humiliati sunt,vt regẽ nõ haberent.Lõgobardi ex hoc diuites facti,cœperũt pugnas vltro quærere,& gloriam ac virtutem suam extendere. postea Tado à filio fratris sui est occisus, Vuacho nomine.Tadonis filius Hildegis,ab eodem victus,fugit ad Gepidas,pro qua causa Lõgobardi cũ Gepidis inimicitias habuere. Vuacho tres habuit vxores, primã Ranigũdam filiam regis Turingoꝝ, deinde Austrigosam filiam regis Gepidaꝝ, de q̃ duas filias habuit,Vuiselgaidam quam Theodorico regi Francorum tradidit,Vualtiadam alteram tradit Cusabaldo Francorũ regi: tertiam vxorem habuit Vuacho Salingam filiam regis Eruloꝝ,de qua gñauit Vualtheꝝ vel Vualtarich, q postea regnauit annis septẽ,Post hunc regnauit nonus rex Andoin,qui primum Longobardos in

Longobardoꝝ origo.

Scandia.

Agelmũd⁹ I.rex Lõgobardoꝝ.

Lamisso vel Lamusius II.rex.

Lethus III.

Erulorum strages.

Mos regũ Lombardorum.

Pannoniā duxit. hic de vxore Rodelinda habuit filiū Alboin fortem & astutū. Gepidis postea cū Lōgobardis rixā habētibus, pugna facta est, in q̄ Alboinus filius Andoin, & Turismūdus filius regis Gepidarū, sibi inuicē obuiabāt. sed Alboinus Turismundum pemit, q̄ mortuo, Gepidæ fugiūt, & in fuga multi obterunt. Victoria potiti Longobardi, rogāt regē, vt filiū suū Alboinū secū ad mensam sedere iuberet, qbus rex Andoin: Vos scitis cōsuetudinē apud nos esse, vt filius regis cū patre suo ante nō prandeat, q̄ ab extraneo rege arma recipiat. Hoc audiens Alboinus, sumpsit secū xl. iuuenes, & prexit ad Turisindū regem Gepidarū, cuius filiū interfecit, & dum illic sederet ad mensam, Turisindus rex alta traxit suspiria, ꝓpter interfectoris filij p̄sentiam. q̄ intellecto, alter filiꝰ regis cœpit iniuriari Lōgobardis, & q̄a fasciolas albas habebāt in cruribus, deridebat eos, dicens: Tibias habetis albas vt iumēta. cui vnus ex Lōgobardis: Perge in campū, & videbis q̄les derides: ibi & inuenies ossa fratris tui dispersa. Gepidæ de tam manifesta iniuria vindicare se parant, cōtra vero Lōgobardi arma sumūt. q̄d videns rex, surgit e mensa: in mediū illorū se misit, & suos ab ira cōpescuit, dixitq̄: Nō est illa victoria adeo placita, cū quis in domū inimicū etiam susceptū occiderit. & sic pace facta, læti cōuiuiū ineūt. q̄ cōpleto, Turisindꝰ rex tollēs arma filij sui Turismūdi, tradidit ea Alboino, & saluū dimisit. q̄ reuersus in patriā, cōuiua patris factus est. & auditis q̄ facta sunt, laudabat̄ Alboinus ꝓ audacia, & Turisindus ꝓ fide maxima. Igit̄ mortuo Andoin, filius eius Alboinus regnū suscepit, qui cū esset noīatissimus & fortis, Lotharius rex Francorū filiā suā noīe Goltsundā, dedit ei in cōiugiū, ex q̄ filiā suscepit Alsuindā. Interea mortuus est rex Turisindus, & regnū accepit Chunimūdus: qui cū vellet vindicare iniurias Gepidarū, rupit pacē cū Lōgobardis. Eo tūc Alboinus fecit firmā pacē cū Auaribus, qui primū Hunni vocabātur, reliquiæ Attilæ à Gepidis victæ, qui tñ rege Zeliorbe, cum xx. Hunnorū millibus, bello q̄d Iustinianus contra Parthos feliciter gessit, Cosdroę Parthorū regi aduersus Rom. auxiliū tulere. sed Cosdroas illos Hunnos tanq̄ suspectos, vt qui ab imꝑatore Ro. munera accepissent, incautos maxima oppressit clade, q̄ clades sup alias acceptas effecit, vt Hunni qui supfuerāt, nomen antea gloriosum exosi, sese ab Auario qui successerat Zeliorbi regi, Auares nūcupauerint: qui quidē tanq̄ à cætera barbarie ꝓfugi, relictis Pannonijs, in Noricū recesserūt. vnde factum est, vt ꝓuincia Noricorū ab Auaribus, addita litera B, Bauaria sit dicta. Ea aūt ꝓuincia habuit ab oriente Pannoniā, ab occidente Sueuiam, à meridie Italiam, à septentrione Danubiū. sed eam Bauariæ partem, quæ ꝑtinebat ad Italiam, Austrasii ante aliq̄t annos occupatā nunc tenent, simul Austriam cum alijs partibus eius prouinciæ appellatam. Strabo tñ à Boijs, qui eam terram coluerūt, Italia relicta, *Boioriam potius appellari velle videtur. Cum aūt Childebertus & Lotharius fratres, ac Theodobertus nepos Francorū reges, vsq; ad Bauarię & Austrię fines ditionē protulissent, Auares adducti illorū precibꝰ, cū Lōgobardis cōtra Gepidas bellū accepe. sed cū Gepidæ cōtra Alboinū pergerent, Auares statim in terras eorū Pannoniam superiorem intrauerūt. hac de causa Chunimūdus cœpit orare suos, vt primū cum Lōgobardis pugnarent, & postea ad expellendos Auares redirent. inito itaq; prælio Alboinus occidit Chunimundū, & ex capite eius postea fecit scyphum, ac filiam eius Rosimundam cum multitudine virorū & mulierū abduxit captiuam, & sic Gepidę deleti sunt, vt ab eo tēpore iam de suis regē nō haberent. deinde mortua Goltsuinda filia Lotharij, Alboinus ad interitū suum duxit vxorē Rosimundā, vt dicetur infra. Tēporibus illis, hoc est, anno dñi 564. Pelagius papa cum sedisset 12. annis, morit̄, & in basilica B. Petri sepelit̄. Circa q̄ tēpora quidā Iudæus cū alijs pueris Christianorū cōmunionem accepit. q̄propter pater eius indignatus, eū in fornacē ardentē ꝓiecit, sed illæsus exiuit, dicēs: Mulier illa q̄ in ecclesia est depicta, puerū tenēs in vlnis, pallio suo ignē excussit. Item Iudęus q̄dam hoc in tēpore imaginē crucifixi telo trāsfixit occulte, & sanguis exiuit, Iudæūq; tinxit. Christiani, hoc cōperto, ipsum lapidibꝰ cōtinuo obruerūt. Mons magnꝰ in Gallia mugitū dedit, & discissus ab alio est mōte, cū hoībusq; & ecclesiis ī Rhodanū cecidisse fert̄ hoc in tp̄e. Anno itaq; eodē, defuncto Pelagio, Iohānes III. eligit̄. sedit annis 12. hic Iohānes restaurauit cœmeteria martyrū, & ecclesiā B. apostolorū Philippi & Iacobi. Eodē anno Iustinianus obijt, qui iustissimꝰ princeps fuit, & Rom. imꝑium reparauit. nam per Belisariū Persas debellauit, Aphricā liberauit de manibus Vandalorū, Italiam de manibus Gotthorū per Narsetem. Belisarius autem iussu Iustiniani duo hospitalia Romæ ex spolijs Maurorum & Africæ erexit, ad hæc multa alia munera S. Petro donauit, inter quę crux aurea gemmis ornata. Anno deīn dñi 565. vrbis autem conditæ 1356. Iustinus iunior, Iustiniani nepos, genere Thrax, monarchiam accepit, & xi. annis regnauit, habens vxorē noīe Sophiā, coronatus est ipse cū Au-

Turisindus rex Gepid.

Alboinꝰ rex Lōgobard.

Bauaria vnde dicta.

Pelagiꝰ moritur.

Miracula de Iudæis.

Iustinus imꝑator 58.

Augusta ab Eutychio patriarcha,& certe Iustiniano in nulla re similis fuit, auarus,improbus, rapax, deorum atque hominum cōtemptor habitus est. Hāc ob rem cū totus auaritiæ & cupiditati inhæreret,libidine habēdi in insaniā vertit,cuius vxor Sophia imperium vsque ad Tiberij secūdi tēpora gubernauit. Per idem tempus misit Iustinus Iulianū magistrum ad Arethā regem Indorum. Enarrabat Iulianus cū redisset,quod Aretha rex quādo eum suscepit,nudus esset,habēs in lumbis cincturā & linea vestimenta auro contexta. Circa vētrem vero portabat vestimēta scissa, margaritis pciosis cōserta, habēs in brachijs quinos circulos,& aureas armillas in manibus,in capite aūt pānum gemmatum, habentem ex vtroque ligamētō fibulas quatuor,& in collo torquem aureū:& stabat super excelsum soliū velatū petalis aureis,stansque desup ferebat scutū paruissimū deauratum,& duas lanceolas aureas:& senatus eius oīs aderat cū armis,canentes modulatiōes musicas. Introductus ergo legatus Ro. cū adorasset, iussus est ab eo erigi,& adduci ad se. Cū aūt accepisset impatoris * sacrū,osculatus est signaculū, susceptis donis gauisus est valde. Porro cum legisset eplam,inuenit vt se armaret cōtra regem Persarum, & eius regnum vastaret,quod protinus fecit,tenensque caput Iuliani,dedit ei pacis osculum, dimisitque eū multis donatū muneribus. Narses aūt patricius erat vir sapiētissimus,in fide Chri catholicus,in pauperes largus,recuperator ecclesiarum,in vigilijs & orōnibus assiduis,in tm vt victoriā magis credat orone obtinuisse,q armis. Hic quū superata gente Gotthorum,Italiā iam per multa tpa securā tenuisset,Ro. per inuidiā accusationē aduersus eum direxerūt Iustino Augusto in sui imperij initio,sed & Sophiæ vxori eius, dicētes:Melius esset nobis seruire Gotthis,q Græcis,vbi Narses castratus imperat,& nos seruitio pmit,& modo sanctissimus princeps hoc nescit. Aut igit libera nos de manu eius,aut certe ciuitatē Romanā & nosmetipsos gētibus tradem. Audiēs hæc Narses, scripsit ad Augustū: Si male feci cū Ro. male inueniā. Sed Augustus ira cōmotus,in Italiā misit Longinū Narseti successorē. Sophia quoque Augusta inter alia verba Ro. scripsit de eo:Ponā illū castratū in gynæcio,vt pensa distribuat ancillis,& cū eis filet. Ad quæ Narses fertur respōdisse: Talē eidē ordiar telam, vt qdiu vixerit ipsa Sophia, non possit ptexere. & qprimū Longinū in Italiam venire intellexit,secessit Neapolim vrbē optime de se meritā. Ea in vrbe cū aliquot fuisset menses,ad Alboinū regē Lōgobardorum sibi amicissimū misit,suadēs vt Pannoniā, quod vsu antea cōpertū erat,semp nouis barbarorum incursibus expositā,linqueret:gētem Longobardā traduceret in Italiā, terrā oīm orbis terrarum primariā,& cuius possessio illos etiā nolentes ad imperiū sublimaret. Intelligēs hæc Iohannes vrbis Romæ epus,q merita Narsetis de Italia vrbeque Roma nouerat,sensit ingratissimū & simul periculosum,talem virū spernere. Accessit Neapolim,& à Narsete viro oīm mitissimo facile qd voluit impetrauit. Venerūt nāque ambo Romā,& pplus Ro. honores Narseti cupiēs meritos exhibere,eū & Basiliū gentis patriciæ Romanū,cōsules declarauit. vnde & tūc conatus est secreto Narses p nuncios & eplas Alboino psuadere,vt sese in Pānonia retineret,sed tarde venit. Per id tēpus S. Medardus & S. Gildaledus gemelli frēs,vna die legunt geniti, vna die ad scholas missi,vna die presbyteri ordinati,vna die epi consecrati,& ambo vna die defuncti.

Iulianus magister.

Arethæ regis ornatus.

Ro. Narsetē accusant.

Narses Alboinū in Italiam allicit.

S. Medardus S. Childaledus.

Anno salutis nostræ 552. cū iam Clodomir,Theodoricus,ac liberi eius decessissent, Childebertus vastatis agris Campaniæ,morit:& qa liberis carebat,oīa ad Clotariū puenerūt. habuit aūt Clotarius inter cæteros filios vnū,Craniū dictū, de vxore Cusenna,q Pictauis grandē cōtra patrē cōiurationē fecit. Id sentiēs pater,eum psequit,quē filius in Britāniā fugit cū vxore & liberis. fit bellū ingens,& pugna cōmissa,cæsis multis Britonibus,Cranius cū vxore & liberis capit:Craniū pater in scāno p lictorē alligatū, cremari cū vxore & liberis duobus iussit. Cranio merita pœna affecto, pater accepti à Deo beneficij memor,in Franciā reuertēs,ad diui Martini sepulchrū se cōtulit,muneribusque tēplo placato,petit pteritæ ætatis sibi offensas dimitti. nec mora, Suessionē repetit,moxque ad feras venādas animū intēdit, vbi dum cursu clamoreque supra q rege dignum est,curiosius oblectat,morbū cōtrahit,quo languore cū annos vnum & qnquaginta imperasset,absumptus est, assistētibus qtuor filijs, Ariperto,Gontranio,Chilperico atque Sigiberto,q funus prosequentes, regio more Suessionum in ciuitate sepeliunt.

Cranius Clotarij filius.

Anno salutis nostræ 563. filij Clotarij regnum diuidunt. *Theoberto, quod prior natu esset,Parisiorum regnum,Gontranio Aurelianorum,Metensium Sigiberto obuenit,Chilpericus Suessionum adeptus est. Theobertus q & Aripertus, nulla re insignior, quàm pro Machoueæ & Merofidis stupro,quos Nigebrida eius vxor seruitio habebat. quarum gratia Nigebridam abiecit,nec pellices deseruit,licet à pontifice Germano admonitus & execratus esset. Verum paucis diebus vtraque vnà cum filio quem altera ediderat, repentino obitu perierunt, sed nec diu superstes Theobertus fuit. Sigibertus vero rex

Diuisio regni Fraciæ.

Aripertus rex.

duxit vxorē Brunechildē filiā regis Hispaniæ,puellā pulchrā & ingeniosam.& q̄a Ar
riana erat,in noīe S.Trinitatis eā baptizari curauit,ex q̄ filiū suscepit Childebertū.Eo
Sigibertus rex. tēpore S.Colūbanus ad Sigibertū venit. Gōtranius aūt quanq̄ benignior natura fue-
rit,petulātia tñ atq; libidine Theoberto nō dissimilis erat.Nā p̄ter virgines p̄stitutas,
Gontranius rex. alienas etiā nuptias,spretis legitimis vxoribus,inquinauit. Ita scribit Robertus, de q̄ tñ
in sequēti gñatione aliud videbis. Chilpicus vero rex duxit Andouerā vxorē, q̄ pepit
ei tres filios. duxit & alias nōnullas. Videns aūt fratrē Sigibertū regali coniugio subli
matū,sororē Brunechildis Galsundā in cōiugium petijt,p̄mittens p legatos, oēs alias
vxores se dimissurū. q̄ despōsata,& cum multis thesauris accepta,cui cum Fredegūdis
quædam forma insigni puella inseruiret,insolēs*tñ mulier in Chilperici se insinuauit
amorē,regēq; ita blanditijs deprauauit,vt odio habitā Galsundā,non fœderis nuptia
Chilperic⁹. rum memor,laqueo per noctis silentiū strangularet. Deinde cū Chilpicus in exercitu
esset cōtra Sueuos fratri auxiliū laturus,& Andouerā vxorē imp̄gnatam domi reliq̄s-
set,illa filiā peperit.erat tum Fredegūdis p̄sens,curauitq; q̄ q̄si necessitas posceret An
douerā p̄priam filiā de baptismo leuare.redeunte aūt rege,ait Fredegūdis: Nō licet te
decætero Andouerā habere vxorē, quia impedimentū cognationis interuenit. filiam
em̄ p̄priam de sacro fonte leuauit.Hæc loquēti Fredegundæ rex sancte iurat, si cōper
tum haberet,se eam vxoris dignitate donaturū.ingredienti palatiū Chilperico Ando
uera occurrit,cōgratulans ob natā filiam.At rex exulceratus animo: Abi,inq̄t,impu-
dens mulier,quæ tua me insipientia à tuis nuptijs exclusisti.nec multo post, pōtificem
q̄ baptizasset,ire in exilium iubet, Andoueram vero vnà cum filia intra ecclesiæ septa
vitā agere cōpulit,designatis quātum ad annuū alimentū satis esset.pellicē mox Frede-
Chilperic⁹ Sigibertum persequit. gundā in suis ambitiosis malis vxorē accepit. Deinde Chilpericus Sigibertū fratrem
p̄secutus est,& irruentibus in eū,Cacāno duce,Hunnis, Chilpericus in Rhemos ad Si
gibertū spectantes incurrit,& in potestatē recepit.verū fugatis Hunnis, Sigibertus vi-
ctor reuertēs,Suessionū agrum cepit,Theobertū filium Chilperici captū abducit. Sed
non multo post intercessione patris & fide data liberatus est, sed fidem frangens rex,
bellū redintegrat,cuius ilico pœnituit.nam inferior factus, conditiones pacis quas Si
gibertus voluisset,accepit.Clodoueus Chilpici filius similiter Sigibertū dānificat,sed
mox repellit̄.bellū postea Chilpericus Sigiberto mouet infestis signis.q̄ pacato,non-
nulli partiū Chilperici ad Sigibertū deficiunt.hac re p nunciū accepta,Chilpericus su
is desperans rebus, Tornacū vnà cū Fredegūda & liberis se recepit. cognita fratris fu
ga,Sigibertus fugientē insequi pergit,ciuitatē milite circundat. eo metu fractum ani
mo regē cum intellexit Fredegunda,vocatos ad se clam duos ad negocium prōptos,
magnis pollicitatiōibus allicit,in castra Sigiberti se cōferant,regemq; interimant.re-
Sigiberti interitus. cepto negocio,securi sui satellites in familiā regis Sigiberti se insinuāt.Sigibertū pau-
lopost cōfodiunt.ad regis necē tumultu p castra exorto,sicarij interficiunt. Hæc Ro-
bertus Gaguinus. Alij scribūt q̄ post multa strenue facta,de q̄bus in gñatione sequen-
ti,p Sigibertū Chilpericus cōtra imperatorē exercitū vsq; ad Rhenum duxit.Sigiber
tus hoc vidēs,assūmptis gētibus q̄ sunt vltra Rhenū,Chilpericū fratrem cū Fredegun
da & filio vsq; Tornacū fugauit,& fecit vt Frāci suæ partis eū regē eligerēt sed cū Pa
risiis cum exercitu cōtra S.Germani monita ad persequendū fratrē exiret,Fredegun-
da solita fraude duos subornauit,q̄ veniētes ad Sigibertū,& cū eo amice loquentes,in
cautū occiderūt,vbi & ipsi occisi sunt.ita morit̄ rex per insidias fœīæ,q̄ multa peregit
strenue,vt in sequēti dicet̄ gñatione,dum regnasset annis 15. At fratris obseq̄js debita
Brunechildis in exiliū acta. religione absolutis,Chilpericus Brunechildem Sigiberti vxorem,quæ filium Childe-
bertum Parisii habebat,*Rotomagum exulare cogit, recepta ingenti pecunia quæ pe
nes eam erat.Causa exilij fuit,q̄ Childebertum filium,ne in Chilperici potestatē per-
ueniret,Gundebaldi ducis ministerio fune per fenestrā misso,ad Metēses deferri man
Merouens. dauerat. Meroueus filius Chilperici Brunechildem duxit vxorem: qua re indignatus
Chilpericus,filium renitentē à Brunechilde Parisium abducit,quem haud multo post
Fredegunda,consentiente patre, occidit. reliqui filij omnes sunt mortui. puta Chil-
perici.Chilpericus multa post in Childebertum machinatus est, sed frustratus. Na-
tus est post hæc Chilperico ex Fredegūda *Clotharius, cuius exortū tāta lætitia Chil
picus excepit,vt recludi ergastula & custodias laxari,emissis inde vinctis, mādauerit.

GENERATIO XX.

Venerunt aūt in Italiam Longobardi,rege eorū Alboino duce,anno dñi 570.ab
vrbe vero cōdita 1321.in q̄ vigesima incepit gñatio. Tūc aūt seu paulo ante p Ita-
liā apparuerūt signa in cœlo, s.igneæ acies,sanguinē humanū,q̄ postmodū effu-
sus

ssus est, significātes, & de vestibus quorundā verus sanguis effluxit, dom⁹ etiā cuiusdā adspsa sanguine apparuit, & signa in vasis quæ nō potuerūt ablui. tantæ etiā pluuiæ inundauerunt, vt humiliora loca plurima submergerēt. Alboinus itaq; in Italiam à Narsete inuitatus, licet pœnā Narses ductus, dehortaretur, non destitit, sed oīno proficisci constituit. magna tamē vsus est prudētia. Nam relinquere volens Pannoniā, ne si aliqua ingrueret necessitas, sibi præcluderet reditus, illam Hunnis nunc amicis cōcessit precario inhabitandā. qui Hunni (vt supra dictū est) Attilæ reliquiæ, multa acceperūt incōmoda, & tandē præter spem vel suā vel eius q concessit, Alboini sedes sunt nacti, in qbus ab eo tpe in nostrā vsq; ætatē floruerūt, nullatenus inferiores vel gloria vel diuitijs alicui gentiū Scytharum. In hoc vero feliciores, q soli ex oībus prouinciæ quā obtinuerunt, suum dedere nomē. Pro Pannonia enī postea Hungariā esse dictā, *vt Blondus vult. Pius vero ait Hungaros adhuc in vlteriori Scythia esse, quorum filij in Pannoniā venere, & Hungariā à se noīauere. Nec vero Alboinus reditui solū prospexit, sed violētiæ cauit; nā vt munitior iret in Italiā, 20. millia Saxonū amicos sibi adiūxit, q oēs vxores filiosq; cū supellectili carris impositos duxere: insup ad fœt⁹ suscipiēdos equarum boumq; armēta, ac innumerā aīaliū multitudinē cibo mortaliū suffecturā. Fuit vero ea migratio, populis alijs etiā accōmoda. Clotarius nāq; & Sigibert⁹ reges Frācorum, Sueuos ad Rhenū sedētes, in deserta à pdictis Saxonibus loca Germaniæ trāstulerūt, q nec illos, nihil mali de se meritos, delere vellēt, neq; in Galliarum partibus sibi vicinis coalescere æquanimiter tolerabāt. Decedētes igit Longobardi Pānonia, p Noricū, quæ prius Bauaria, nūc aūt dicit Austria, puenere Liburniā, dicta prouincia Foriliuij, oppidoq; Foroliuio cū ipsa prouincia p incolarum deditionē potiti, ad Plauē fluuium cōsederunt. Tunc Sisulfum nepotē suū Alboinus Foroliuio præfecit ducē. Præerat tunc ecclesiæ Aquileiēsi Paulus patriarcha. Is muro vrbis diffisus, cū clero sanctorumq; reliquijs & sacra supellectile migrauit in insulā. Præerat etiā Taruisinæ ecclesiæ Felix epus, vir vita integer & doctus. Is ciues suos Alboino regi recōciliauit. Eo tpe Longinus imperatoris legatus apud Rauēnam manēs, Cæsareā muniuit, & Venetis vrbibus præsidia imposuit. Nō erāt tunc in Italia armatorum copiæ, sed vrbes à suis magistratibus regebant. Cœperūt aūt tunc vrbs Roma & Italia nouā habere gubernatiōis formam, ex qua dignitatē, gloriā & apud orbē terrarum timorē magis amiserūt, q oībus ex illis calamitatibus, quæ eos centū & sexaginta annos attriuere, atq; aliqn Romā fecerāt relinqui feris habitandā. Longinus nāq; nouū in Italiā introduxit dignitatis nomē, Exarchatus Italiæ, id est, summus magistratus. & Rauēnæ se continēs, nunq iuit ad vrbē Romā. In administratiōe vero Italiæ & vrbiū hunc primus seruauit morē, vt nō prouinciæ aut regioni pesset pses, sed singulę vrbes à singulis regerent magistratibus, qs appellauit duces. parē itaq; faciēs vrbē Romā alijs vrbibus vel oppidis, hac vna in re illā honorauit, q impositū tūc magistratū, psidē appellauit: sed q successerūt, sunt appellati duces, vt postea p multos annos sic Romanus appellaret ducatus, sicut Narniēsis, Spoletanusq; est dictus. Neq; post Narsetem & Basiliū, vel cōsules Roma habuit, vel senatū legitime coactū, sed duce Græculo hoīe, quē exarchus ex Rauēna mittebat, res Romana p multa tpa administrata est. Profectus inde à Plaue fluuio Alboinus, vrbes Longini psidio firmatas declinauit, & primā Venetæ regionis vrbē adijt Vincentiā, qua, & paulo post Verona, dedētibus se populis, potitus, nullos habuit labores in capiēdis cæteris vel vrbibus vel oppidis Venetæ regionis. Deinde Mediolanū duxit, eamq; vrbem deditam, Honorati epi suasionibus, breui capit. Sperauit enī Honoratus hoc modo sæuitiā barbarorum mitigari, sed contrariū euenit. Deinde Genuam se contulit. Sed ea dimissa, contra Papiā castra posuit, cui vrbi Longinus quicqd habebat egregij militis, psidio imposuerat. Ea tēpestate fames vniuersam fatigauit Italiā, vt populi vltro se dedentes, cibum quærerēt. Relicta igit parte exercitus ad Papiæ oppugnationē, reliqs misit ad Italiā inuadēdā. ducta vero est primū in Hetruriā expeditio, & vrbes oppidaq; capta maiori vastauerūt crudelitate Longobardi, q ante aut postea alias affixerint regiones Italiæ. deinde Ariminū capiūt. Roma tūc sustētata est, misso p Iustinū ex Africa frumēto, & pariter oppida quæ in fide manserūt, adiuta sunt. Alboinus Papiā triēnio obsessam capit. vouerat aūt oēs Chrianos gladio se peremptur ū. licet enī tunc Longobardi baptizati essent, idola tamē colebāt ac simulacra viperæ venerabant vt deū, à quo errore B. Barbarius Beneuentanus epus eos amouit, & dictū viperæ simulacrū in pulcherrimum calicē cōmutauit. Capto igit Ticino, id est, Papia, cū introisset p portā S. Iohānis à parte oriētis, equus sup quē sedebat, fixus stetit in medio portæ, ita vt nec verberibus moueri posset. tūc vnus ex Lōgobardis ait regi, Memēto rex qd vouisti, & frāge tā dirū votū, & ingredieris. vere enī Chrianus populus est in hac ciuitate. renunciauit voto, ac mu

Alboin⁹ Lāgobardorū rex.

Sueui in Saxonia.

Longobardi Italiā ingrediūtur.

Exarchatus origo.

Duces.

Præses.

Alboini successus.

Alboin⁹ Papia potitur.

ac mutauit mentem,& continuo se equus mouit,& sic ciuitatẽ intrauit. Tunc oĩs populus,data pace,ad eum tãdem cucurrit. Alboinus itaq; omi pene Hetruria & Arimino ac cisalpinæ Galliæ partibus à Bononia Papiam vsq; oĩbus,excepto Brixello,potitas,Veronã se cõtulit,in qua vxorem reliqt,disponẽs in ea cõstituere regni sedem. Ibi vero conuiuio exhilaratus,Rosimundã vxorem ea patera bibere cõpellit,quã ex patris ipsius Chunimundi quõdam capite à se occisi, in poculũ redigi fecit, dixitq; vxori, vt læte biberet cum patre suo. Insedit hæc iniuria mulieri, atq; vlcisci statuit. Helmechildus erat Longobardus forma præstãs,& in armis ferox,q puellã in obsequio Rosimũdæ insistẽtem deperibat. q̃d cum nõ ignoraret regina,effecit vt puella se illi in cõcubitum daret. Id cum puella recusasset,regina ancillã monuit,vt adolescẽtem vocaret clanculum:quo veniẽte, mox abiret. Re vt iusserat cõstituta,induit regina ancillæ vestes,& in designatum concedit locum: venit ad horam adolescẽs, ac voluntatẽ adimpleuit. Volentẽ abire interpellat regina,ac detegit se nõ esse ancillã. Causam aũt facinoris expauit. Aut,inquit, regi accusatus peribis,aut eo obtruncato,Longobardorũ regno,& hoc ipso amplexu,perpetuo frueris. Tunc vero victus,licet inuitus,tamẽ aggredit facinus. Alboinũ quiescẽtẽ,& ad primũ vulnus resistere conãtem,occidit. eo ad funus maximis Longobardorũ lachrymis elato,annisa est Rosimunda Helmechildum declarare regem. Necdũ vero assentire voluerũt Longobardi, sed aliquãdiu reginæ cõminati,arma in illam cõstituũt. vnde sibi timẽs regina,fide publica à Longino habita,quicquid pecuniarũ & regiæ supellectilis habuerat Alboinus, imposuit nauibus,& Alsuindam filiã secum ducẽs,adulterumq;, Athesi in Padũ sunt delapsi,& in Adriatico nauigantes,Rauẽnam applicuerũt,vbi à Longino magnis accepti honoribus,aliquot menses quietissimi fuerũt,multa interim machinati,vt Longobardi Italia pellerẽtur. Francorũ aũt reges Longobardorũ,ęgre ferẽtes potẽtiam,Saxonibus persuaserũt,vt relicto Italiæ seruitio,in patriam remearẽt:quod Saxones libẽtissime amplexi,peregerũt anno 574. vt infra dicetur. quod huc referẽdum est. Interea Longinus forma mulieris auriq; cupiditate accensus, illam pertẽtauit, vt Helmechildum maritũ de medio tolleret, atq; sibi iungeret,fore vt regnũ Italiæ obtinerẽt. Sperauit,si eam habuisset vxorẽ, rex fieri Longobardorũ. Præbuit Longino assensum impudicissima incõstansq; muliercula. Factũ est vt quadã die cũ Helmechildus de balneo veniret, illa sibi poculũ veneno infectũ porrexit,dicens:Si hoc biberis, magnã salutẽ inde cõsequeris. q cum biberet,ac venenũ esse sentiret,appræhenso gladio,Rosimundã per capillos tenuit,& venenum quod remãserat,illam bibere coegit,sicq; diuino iudicio,ambo perierũt veneno. Iustinus imperator inter hęc octauo imperij sui anno pedibus cœpit infirmari,qua de re assumẽs comitẽ excubitorũ Tiberiũ,adoptauit in filiũ,& successorẽ declarauit suum:& merito certe,cũ in hoĩe ea ornamẽta essent,quæ in optimo principe requruntur. clemẽtia,iustitia,pietas,religio,sapiẽtia,cõstantia & ppetua fortitudo. Mortuus est deinde Iustinus cũ regnasset annis 11. in amẽtia,& scribũt qdam q in hæresim Pelagianam inciderit,& ideo iusto Dei iudicio sensu perdito,cũ amẽtia vitam finiuerit. Anno igitur dñi 576. vrbis vero cõditæ 1327. Tiberius Cõstantinus genere Thrax,imperiũ accipiens,coronatus est ab Eutychio patriarcha,regnauitq; annis vij. Qui mittens adduxit Anastasiã vxorẽ suam,& coronauit eam. in eius coronatiõe acclamatũ est: Anastasia, tu vincas,salua dñe quos iussisti imperare. Hoc audiẽs Sophia relicta Iustini,animo perculsa est,nesciebat enĩ q haberet vxorem,volebatq; ipsa nubere Tiberio & manere Augusta. Tiberius iste cum præesset palatio,adhuc viuẽte Iustino,& thesaurũ quem male cõgregauerat, paupibus distribueret,Sophia Augusta vehemẽter eũ increpasse fert,dicens:Quod ego multis annis cõgregaui,tu in modico tpe expendis? Cui ille ait:Confido in dño qa pecunia nõ deerit regali fisco. Hic Tiberius cũ primũ imperialẽ coronã accepturus esset,eumq; in circo populus iuxta cõsuetudinẽ expectaret,qdam aduersarij insidias ei parauere,& Iustinianũ nepotẽ Iustini sublimare voluerunt. Ille aũt prius loca sancta pambulauit. Postea vocans ad se põtificem vrbis Eutychiũ cum cõsulibus cæterisq; honoratis,palatiũ intrauit:& induẽs se purpura,coronamq; sibi imponẽs,sedit super sedẽ imperialẽ,& cum magnis laudibus in gloria regni est cõfirmatus. q̃d videntes eius aduersarij,magna cõfusiõe sunt cooperti. Iustinianus vero post paucos dies veniẽs,proiecit se ad pedes eius,& vt grãm eius haberet, xv. cẽtenaria auri dedit ei. Ille vt semp fuit patiẽs,suscepit eum, & iussit in palatio semp manere. Exeunte aũt Tiberio,vt per 30. dies iocundaret cum suis ad vindemiã,Sophia Iustinianũ clam vocauit, eumq; in regnũ sublimare quæsiuit. Hoc audiẽs Tiberius, festinãter Cõstantinopolim rediit, appræhẽsamq; Sophiã oĩbus suis rebus expoliauit,dimittẽs ei tantũ vnde viueret:& tollens omnes pueros eius,de suis fidelibus fecit:præcipiens, vt nullus ex his ad Sophiam

Patera ex cranio Chunimundi facta.

Rosimũdæ machinatio in mortem mariti.

Occidit Alboinus.

Mors Iustini.

Tiberius ij. IMP. 59.

Tiberij pietas.

Sophiam amplius attenderet, Iustinianum vero solum verbis corripiens, in tantũ eũ postea dilexit, vt filiã suã filio illius promitteret, rursumq; filiã eius filio suo expeteret, licet ad effectũ nõ perduceret. Hic qm̃ multas eleemosynas quotidie fecit, multas diuitias à Deo habuit. quadã em̃ die deambulãs per palatiũ, vidit in pauimẽto petrã, in qua sculptũ erat S. Crucis signũ, & ait: Cruce dñi frõtes & pectora nostra signare debem⁹, & ecce sub pedibus nostris eã calcamus, vnde iussit eã auferri. quæ cum leuaret, inuenerunt aliã simili modo signatã. cumq; & hãc subleuari iussisset, apparuit tertia. hãc quoq; cum leuassent, inuenerũt plus q̃ mille centenaria auri, de quo multa largitus est pauperibus Chri, anno eius imperij primo. Anno deinde sequenti, hoc est, 577. postq̃ Armeni fidem Chri receperũt, moritur Iohannes tertius, ac in basilica B. Petri sepelitur. Quo anno Narses quoq; Romæ morit, cuius corpus in locello plumbeo positũ est, & cum multis diuitijs Cõstantinopolim est delatũ, siue vt alij volunt, Neapolim, vir per oĩa catholicus. Ad Chilpericũ redeo. Nigunda (alij Inguldis) Chilperici soror, Hermegildo Gottho nupta, q Hispaniæ cum patre Hengildo vel Lemugildo imperabat, virũ Arriana ĩpietate deceptũ, tũ sua tum Leãdri sanctissimi viri opa, ad rectæ fidei regulã reuocauit. qua re p Gonsalã ad regẽ Lemugildũ delata, Hermigildũ pater dñicæ resurrectiõis die in ergastulo securi trucidauit, pgressusq; ad malitiã, multis psecutionibus affecit Chrianos, cuius vt sæuitiam fugeret Nigunda, Hispania excedere, & ad Frãcos proficisci tentauit. In itinere vero à militibus Santinis, quos aduersus Gotthos Mauricius imperator in armis habebat, cũ filio depræhẽdit. Illa dum ad Mauriciũ ducitur, mœrore cõfecta mulier interijt, filius Cõstantinopolim ad Mauriciũ ductus est. Chilpericus grãdi exercitu coacto in Hengildum mouet, fiunt vtrinq; cædes, sed Gotthorum longe plures, qbus abunde satiatus, & ingenti præda onustus Chilpericus, domũ se cõtulit. Erat aũt Chilpericus homo pfidus, nec in hoĩes tm̃, sed & in Deũ iniqtatem meditatus est. de diuina siqdem Trinitate ita credi voluit, vt nõ tres in illa discretas personas, sed vnã confiteret, quã patris interdum noĩe, interdũ filij, interdum spũs sancti, sacræ literæ designarẽt. De qua perniciosissima hæresi ad põtificem atq; in primis Gregorium Turonensem, lr̃as dedit, vtq; idoneos sui erroris testes adhiberet, Hilarium, Augustinum in hac parte cõfirmat esse. At Gregorius homo sanctitate spectatus, regem admonet, caueat Dei indignationem tanta impietate prouocare, nec religioni conuenire, Augustinum & Hilarium contrarium sentire. ægerrime tulit rex Gregorij responsum. à pontifice igitur, inqt, de hac re consilium capiemus. sed cum reliquos om̃es repugnaturos sentiret, in sententia non perstitit. Tradunt autores Chilpericum cum Græce Latineq; nõ mediocriter eruditus esset, ad lr̃as nr̃as insup tres Græcas addidisse. Et quo magis regis huius efferatissimos mores, inqt Robertus, stupeas, sequentia attende. Cum Dacus quidam accusatus de certo crimine à Sanstrio duce, in carcere iussu regis teneretur, quia s. admisso ad captiuum in carcerem sacerdote confitendi gratia, inconsulto rege, necari protinus iubet eundem. Nec finis erat malorum Chilperici. legem fert, singulos q vineas vel possiderent, vel colerent, pendere quotannis in vsum regis vini amphoram, cui tributo legendo Marcus qdam apud Aquitanos quæstor positus, dum pensionẽ superbe exigit, à Lemonicibus occiditur. Chilpericus quadam die parãs se ad venatiões, in cubiculum Fredegundis ingressus, cũ eam qetis causa decumbẽtem vidit, virgula seu tenui bacillo Fredegundẽ à tergo ludẽs percussit, quo ictu non cõuersa, sed putans Lendaricum (alij Landricum) esse, q palatio præerat, Lendarice, inqt, vt qd me feris? huius vxorem Chilpericus stuprabat. hoc responso perculsus rex, de adulterio Fredegundem accepit, atq; ita leuandi mœroris causa venatum pergit. Fredegundis mox sensit offensum regẽ. quare verita ne sibi stupri suspicio animo sederet, mulier multis homicidijs insignis, Lendaricum vocat, remq; indicat, vt sepulchrũ cogitet. turbatus ille, & p̃sentẽ sibi adesse mortẽ nõ dubitat. vna, inqt Fredegundis, res est, quæ nos à periculo eximat: solet à venatiõibus nocte reuerti rex, age impiger facinorosos quosq; & sanguinarios pecunia solicita, q per insidias Chilpericũ perimãt. hoc pacto mortẽ superabim⁹, & regno potiemur. Secutus Lẽdaricus, sicarios in insidias locat, hi vt cõuenerat, regẽ inter tenebras adoriunt atq; interimũt, atq; noctis beneficio defensi, ppetrato homicidio, clamãt Chilpericũ interfectũ esse, & q̃si homicidij exptes ipsi essent, Childebertũ autorẽ homicidij vociferant. aulici adscensis eqs, huc atq; illuc discurrũt frustra. rex ad diui Germani de pratis ędẽ defertur ac sepelitur. Tam misero vitæ exitu Chilpericus regnum reliqt, homo impudens arrogansq;, q cum amicum neminem obseruaret, nemo illi amicus fuit. Epigramma eius tale extat: Chilperici ingenium & mores execrari debet, Quisqs ad regendã rem publicam optimus accedet. At Iohanne tertio sublato de medio, creatus est papa lx.

Thesaurus inuentus.

Nigũda regina capit.

Chilperic⁹ malitiosus rex.

Chilperic⁹ ad lr̃as nr̃as tres Græcas addidisse fertur.

Fredegũdis adulterium detegitur.

Chilperici interitus.

Bene

Benedictus papa.

Benedictus primus natiõe Ro. anno dñi 577. & sedit annis 4. Hic pontifex B. Gregoriũ Leuitã ordinauit cardinalẽ, atq; Anglicis ꝑdicaturꝫ misit. Erãt tũc Anglici pagani fere oẽs, q prius fuerũt Chrĩani nõnulli, licet plures pagani, vt infra dicet, quorꝫ pueros vt forte vidisset Gregorius adhuc in minoribus Romæ venales, & audisset esse paganos, dictos Anglicos, bene, inqt, qa angelicam faciem habẽt. Accessit papam Benedictum, rogãs vt in Angliam ꝑdicatores mitteret pro cõuersione tam pulchrę gentis, & ad hoc paratum se obtulit. Motus Benedictus, B. Gregorium cum benedictione illuc misit. Postquã aũt Ro. Gregorium missum intellexere, ægre tulerũt, currẽtesq; ad papam, dixerũt: Quid fecisti? S. Petrũ offendisti ꝙ Gregoriũ dimisisti. qbus ꝑmotus pontifex, celeriter eum reuocauit, & cũ iam tres dies peregisset, ac in die quodã in prato legeret, locusta libro insedit, ex quo Gregorius mox cœpit sodalibꝰ interꝑtari, se lõgius ire nõ posse, exponẽs, locusta, id est, in loco sta. & venerunt subito nuncij reuocãtes illum apostolico cum mãdato. Licet aũt per se ire nõ posset, postea tamẽ per Augustinũ eos visitãs cõuertit. Sub Benedicto quoq; Hispani & Frãci de pascha dissentiebãt. nam Hispani xij. kal. Aprilis, Frãci vero xiiij. kal. Maij pascha celebrabãt. Sed Frãcos recte celebrasse per hoc diuinitus claruit, ꝙ fontes sacri Hispanorꝫ in S. sabbato paschæ ad baptizãdum nõ sunt diuinitus repleti, vt in Francorꝫ pascha repleti fuerãt, vt dicetur infra. Eodem tpe Richardus rex Gotthorꝫ cũ esset Arrianus, in cõcilio Toletano 74. patrum cõuersus est, & tota gens Gotthorꝫ monitis B. Leandri epi Hispalensis. Vnde Richardus rex ab Arriana hæresi cõuersus, totam Visigotthorꝫ gentem ad fidem conuertit, ita vt nullum in regno Dei hostem permitteret, de quo habet 24. q. 1. c. fi. Obijt Toleti anno dñi 613. vt apud quosdam inuenio, & sic generatione sequẽti. Interea apud Papiam cõueniẽtes Longobardi, Clephem aliàs Daphon, in suum regem crearunt: q truculẽtissimus fuit, qa nõ solum in hostes, sed etiam in illos q se sponte dedebãt, sæuus fuit. quotquot eñ in suam potestatẽ redegit vel Ro. vel Italos, occidit. Tannetum oppidũ solo æquauit. Ille tamẽ Imolam ædificauit, ex qua Rauẽnates voluit exagitare. mittẽs vero in vrbem Romam duces suos, oẽs ciuitates & oppida quæ Alboino restiterãt, excepto Tibure, cepit, atq; Roma, quã tamẽ obsedit. Eo tunc Benedictus solicitudine & dolore, quæ in calamitatibus vrbis Romæ & prouinciæ Italię conceperat, morit. Et Pelagius secũdus patria Ro. in eius locum est electus, anno dñi 581. sedit annis 10. mẽses 6. Electus fuit aũt absq; decreto principis cõtra cõsuetudinẽ. nihil eñ tũc à clero in eligẽdo põtifice actum erat, nisi impator approbasset. sed Longobardis eo modo Romam ꝑpemodũ obsidẽtibus, facultas mittẽdi Cõstãtinopolim nulla fuit. Nõ aũt erat tũc cuiq̃ dubium, qn Clephis captã Romã atq; Rauẽnam obtinuisset. nisi dolo vnius suorꝫ mature interfectus fuisset: sed qa etiã in suos tyrãnidẽ exercuerat, factũ est vt post eius mortẽ nullum Longobardi regẽ habere voluerint, sed vrbibus inter se distributis, 30. duces fecerũt, q per Ariminũ & Vrbinũ delati sunt in Vmbros, & ea capta regione, Picẽtes, Pelignos, Marsos, Samnitesq; ꝑuasere. Campaniam oẽm, & *quæ vsq; ad Tibur ac Romã, subiecere. Potiti tam multis regiõibus, in vrbem duxere, & quod miraculum fuit, vno anno 30. tyrãni oĩa hæc gesserunt, maiora etiã inferentes damna captis vrbibus, q̃ tot per annos Heruli & Ostrogotthi. Basilicas nãq; & ædes sacras, oẽm deniq; publicũ ornatũ demoliti sunt. Hoc in tpe filij Clotarij regis Franciæ nuper defuncti, ægre tulerũt Longobardorꝫ potẽtiam in Italia, vtq; minuerẽt vires eorum, Saxonibus suaserũt, vt relicta Italia in qua seruirẽt, in patriam se reciperẽt, quod cum Saxones aliquot annos facere distulissent, tãdem ducibus Lõgobardis bello Campaniæ occupatis, alpes trãscendere cõstituerũt. Id cum Longobardi rescissent. nõ vltra differẽdum rati, periculis occurrere statuerũt, quæ eos multa manebãt, si res Galliæ ꝓpreuissent. Hinc petitas à Ro. inducias facile hi cõcesserunt. qbus iureiurando firmatis, duces vnum in vrbe veteri, alterꝫ in Narnia dimiserunt, ipsi in citeriorem Galliam duxerunt. Taurino & Epirodia ac oppidis quæ ad alpes ꝑtinent, breui sunt potiti: deinde alpes transcendentes, facto prælio, multa Burgundionum millia interfecerunt. Longobardi vt sic magna ditati præda, in Italiam sunt reuersi. Interea cõsiderans Pelagius pontifex non paruum sibi periculum ab imperatore imminere, si forte copias mitteret in Italiã, eo ꝙ se passus esset sine principis decreto eligi atq; ordinari, statuit Gregorium diaconem cardinalem suo nomine mittere Constantinopolim, vt & se à necessitate excusaret & expurgaret, ac alia q̃dã ageret eccl'iastica. & Romanæ rei ꝑsidia opemq; imploraret. Gregorius itaq; vir optimus atq; doctissimus veniẽs Cõstantinopolim, vbi ex sentẽtia põtificis oĩa peregisset, libros etiã Moralium in Iob cõposuit, & Eutychiũ epm Constantinopolitanũ, ꝑsente Augusto, disputatione conuicit, vt omnia quæ in libro suo de resurrectiõe cõscripserat, retractare coactus sit: dicebat eñ corpus nostrum

De Pascha cõtrouersia.

Visigotthorũ cõtrouersio ad fidẽ.

Clephis ij. Longobar. rex.

Imola ædificatur.

Pelagius ij. papa.

Triginta duces Longobardorꝫ.

Saxones patriam repetunt.

Error Eutychij de resurrectione.

nostrum in illa resurrectiõis gloria vẽto aereq; subtilius futurũ, ob eã rem tãgi nõ posse, cõtra illud dñicum, Palpate & videte, qa spũs carnẽ & ossa nõ habet, quẽadmodũ me videtis habere. & sic hũc errorẽ explosit. Infirmatus tum Tiberius, dum mortẽ sibi appropinquare sentiret, cũ cõsilio Sophiæ Augustæ, Mauritiũ generũ suũ Cappadocem, ad iperiũ elegit, atq; dixit: In mẽte habe vt rectitudinẽ & iustitiã semp ames. Hoc postq̃ dixit, de hac luce migrauit, quẽ oẽs populi multũ planxerũt. Fuit enĩ summæ bonitatis vir, ad eleemosynas promptus, in iudicio iustus, discretiõe cautissimus, nullũ despiciebat, & qa dilexit oẽs, ab oĩbus est amatus. Hic cum tpibus Benedicti vastantibus oĩa Longobardis, Roma fame laborabat, multa millia modiorũ frumẽti nauibus ab Aegypto dirigẽs, eã misericordię studio releuauit. Legit quoq; q Narses patricius in sua domo cisternã faciẽs, multũ auri & argenti in ea recõdidit, q̃d senex qdã Tiberio indicauit, q misit pueros suos cũ prędicto sene, & cũ aperirẽ cisternã, tãtam pecuniam inueniunt, q per multos dies vix potuissent deportari: quã more suo pene oẽm pauperibus erogauit. Ad hunc Tiberiũ Hilpericus rex Francorũ nuncios suos misit, ac multa dona obtulit. Tiberius vero aureos talos, quorũ vnus solidus librã pensauit, & habebãt ab vna parte figurã imperatoris, ac per gyrũ scriptũ, Tiberij Constãtini ppetuo Augusti: ex altera parte currũ & hoĩem sup eum q regebat illũ, & ibi erat circũscriptũ, Gloria Romanorũ, remisit: & ne qd ad integrã eius felicitatẽ deesset, cõtra regẽ Persarũ duce Mauritio exercitũ misit: rediensq; Mauritius tantã prædã cũ xx. elephãtis auexit, quãtum nullus vnq̃ antea. ob quæ bene gesta dedit filiã suã Cõstantiã Mauritio cõiugem, quẽ post hæc sibi quoq; fecit successorẽ. Per id tẽpus Saxones reuersi iussu regũ Franciæ in Italiã, Longobardos solito magis elatos offendẽtes, iterũ emigrare constituunt, & ad Sigisbertũ Metensiũ regẽ fœdera ineuntes, cũ vxoribus filijsq; & oñi supellectili Italia excessere. Interuenerat vero in fœdere, vt eos ille rex Sigisberthus in patrias restitueret sedes, optaueratq; rex id facere, & Sueuis psuaserat, vt regionẽ partiri paterent, vellẽtq; æq; iure cũ Saxonibus habitare. Saxones vero ecõtra cõtendere, patriã sibi totã, nõ dimidiã, ex fœdere adiudicãdam: & cũ altercatiõibus res diu ptracta esset, institere Saxones, vt si nollet rex aut nequiret Sueuos aliena deturbare terra, æquo ferret aĩo, si armis ipsi conqrerẽt, q̃d tãta iniuria negabat. Passus vero est ille Saxones in Sueuos ducere, neq; interea destitit quærere pacẽ inter eos fœderaq; cõponi. Dedissent eis Sueui duas partes, retẽta sibi tertia dũtaxat, sed nullis pollicitatiõibus Saxones poterãt molliri. & ventum est ad prælium, in quo superatis & magna clade cæsis Saxonibus, mansit regio Sueuis. Idem Aeneas Syluius post Blondum, licet inuenerim q cõtrarium scribat, tamen primũ verius videtur, quam vsq; ad ætatem nostrã (vt scribit Blondus) Sueuiam appellãt. sed hoc minime verum est, quod s. regio olim Saxonum, hodie Sueuia appelletur. Id aũt verum est, q Sueui manserũt in Saxonia, quorũ hodie supersunt reliquiæ nõ contemnẽdæ, Sueuorũ genus ac nomen referentes, prout in Speculo Saxonum cauetur, Sueuiq; appellãtur. Postea rex proditorie occiditur, vt in pcedenti gñar.

Mors Tiberij.

Aurei nummi genus.

Sueui Saxones superãt

Anno deinde à natiuitate Chri 583. ab vrbe condita 1334. Mauritius genere Cappadox, primus ex genere Græcorũ adeptus est imperium. regnauit annis 21. Hic secũdo imperij sui anno consul appellatus est, & multos thesauros vrbi donauit. Eo in tempore Gregorius Gordiani apud Cõstãtinopolim fuit, & præter curatam optime rem ecclesiasticam, rei etiam Romanæ & Italiæ subueniri apud Mauritium imperatorem contẽdit. nam Pelagius pontifex ex vrbe Roma eum per literas & nuncios sæpe fecit certiorem. quo essent loco res Romanæ, quantisq; à Longobardis afficerentur incommodis, indicat epla huius tenoris: Pelagius epus Gregorio salutem: Omnia qdem quæ necessaria fuere, per *Horatium tibi curauimus indicare, qa tantæ calamitates nobis à perfidia Longobardorũ illatæ sunt cõtra suum propriũ iusiurandũ, vt nullus possit referre. Promisit autem nobis Sebastianus eps, necessitatem & pericula totius Italiæ pijssimo imperatori narrare. Tractate igitur pariter, quomodo possitis nostris periculis obuiare, qa ita coangustata est nostra Respub. vt nisi Deus principem inspirauerit, in oñi simus angustia destituti, qa maxime Romanæ partes oñi præsidio sunt vacuæ, & exarchus scribit nullũ nobis posse remediũ facere, q nec ad Rauenę partes possit sufficere. multa alia in hunc modũ scripsit Pelagius. Tandem Gregorins ipse, & quos miserat Pelagius oratores, à Mauritio impetrauerunt copias parari, qbus cũ Smaragdus vir patricius alter exarchus Longino successor missus esset, venit ilico Smaragdus in Italiã, cum quo Gregorius Rauẽnam applicat. Interim Feroaldus vnus ex Longobardis ducibus, Classense oppidum tenẽs ac Rauẽnam, vexauit Longinum exarchũ. Dotrula vero Sueuus, vnus ex 30. ducibus Longobardorũ, ad Longinum defecerat, eo q intellexisset Longobardos ægre ferre Sueuorum victoriam aduersus Saxones, quasi Fran-

Mauritius IMP. 60.



Feroaldus dux.

Dotrula Sueuus.

Francos fortiores faceret victoria Sueuorum. sibi ergo timẽs, accessit Romanis. hũc Dotrulã Smaragdus aduersus Feroaldũ armauit. Inde Feroaldus capt⁹ & occisus est cum copijs suis oĩbus, & multæ ciuitates ad Smaragdum defecere. quo metu cõpulsi Longobardi, x. anno post mortẽ Clephis, regẽ creauere filiũ eius Antharim adolescẽtẽ, cui duces dimidiã pecuniarum suarum partẽ tradiderũt. Hic Antharis mox Brixellũ obsedit, in quo Dotrula erat, q cũ amplius resistere nõ posset, dedito oppido, Rauennã nauigauit, Antharis Brixellũ solo æquit. Antharis deinde cõfirmãdi regni studio, prim⁹ cũ Smaragdo exarcho induciarum cõstituendarum fecit mentionẽ, q libens cõsensit. nõ enim satis confidebat posse nouo potentissimoq́; regi resistere. Fuerũt aũt induciæ vniuersales inter Longobardos & Ro. p totã Italiã. Eo tũc Smaragdus Germanũ Cõstãtinopolitanũ pfectũ Romã misit, cũ quo & Gregorius Leuita domũ redijt. respirauerat enim aliquãtisper Roman⁹ pplus. sed noua mox calamitas exorta est. Tiberis mense Octobri vrbis mœnia aliqbus in locis superauit, Italia fame oppssa est, & pestilẽtia ingẽs maximũ absumpsit pplm. visaq́; sunt elemẽta in Ro. vrbis & Italiæ excidiũ cõiurasse, vbiq; per Italiã aquis latuerũt cãpi. deinde aquis terra destituta, limo nihilominus mãsit obiecta, sataq́; putrefacta sunt. Inde pestis iguinaria secuta, qua vi multa hoĩm millia infra paucos dies interierũt, ex qua peste Pelagius papa defunctus est anno impij Mauritij vij.

Antharis *Flaui⁹ iij. rex Longobardorum.

Pelagio aũt defuncto, acclamãte clero, senatu, populoq́; Ro. vno oĩm cõsensu Gregorius papa noĩatur. Ille honorẽ declinãs, indignũ se tãto sacerdotio ptestabat. at vbi totius populi vidit instantiã, impatori Mauritio, cuius filiũ de sacro fonte leuauerat, scripsit, adiurãs eũ & multa pce deposcens, ne populi decreto cõsensum pberet. sed pfectus vrbis Germanus, Deo volente, cũ electionis decreto direxit, q̃ accepto impator mire gauisus est, moxq́; cõsensum pbuit, ac decretũ firmauit. Interea dũ principis pstolatur assensus, lues ipsa grauissime populũ deuastabat. cõgregata ergo multitudine, populũ ad pœniam inuitauit Gregorius lõgo sermone. Inter alia, Reuocemus, inqt, añ oculos mẽtis qcqd errãdo cõmisimus, & q̃d neqter egimus, flendo puniamus: pueniamus faciẽ dñi in cõfessione, nullus de immanitate iniqtatũ suarum desperet, sciẽtes per pphetam dixisse Deũ, Nolo mortẽ pctõris, sed magis vt cõuertat & viuat. Proinde frẽs charissimi, cõtrito corde & correptis opibus, crastina die primo diluculo ad septiformẽ litaniã deuota cũ lachrymis mente veniamus: nullus vestrũ ad terrena opa in agros exeat, nullus q̃dlibet negociũ agere psumat, sed ad sanctæ Dei genitricis ecclesiã cõueniẽtes, qui simul oẽs peccauimus, oẽs simul mala facta ploremus. Igit dũ maxima multitudo oĩs sexus atq; ætatis iuxta pcepta ipsius cõuenisset, diuino iudicio in tm ipsa lues desæuit infra vni⁹ horæ spatiũ, dũ plebs vocẽ ac supplicationẽ emitteret, vt 80. millia hoĩes ad terrã corruentes, expirarent. Sed nequaq̃ destitit facũdissimus doctor ipse, populũ exhortãs, ne ab orone cessaret, donec miseratiõe diuina pestis ipsa qesceret. Dicebatur aũt septiformis litania vel pcessio, qa Gregorius statuit p ordines septẽ pcedere debere. In primo ordine antecedebãt clerici, in secũdo monachi, in tertio sanctæ moniales, in q̃rto infantes & pueri, in qnto virgines, in sexto viduæ & cõtinẽtes, in septimo oẽs cõiugati & reliq. & dicit tunc pestis adeo ingrauata, vt sternutãdo aut oscitãdo solum hoĩes spm exhalarent. Vñ ortũ habet, q̃d dicit, Deus te adiuuet. vel q signũ crucis fiat. Interea remittit Mauritius impator nũcios q Gregoriũ cõfirmarẽt, cogerẽtq́; hoĩem sanctissimũ põtificatus gubernacula in tãta pturbatiõe rerum suscipe: quo ĩtellecto, egredi vrbẽ voluit, sed nõ poterat palã, clam mutato habitu syluas æqrit, in qbus dum summa solicitudine ab oĩbus q̃reret, indicio colũnæ sup se iugiter e cœlo dependẽtis agnoscitur, capit, trahit, & apud ecclesiã principis aplorum cõsecrat. Suscepit igitur vir sctus gubernacula Reip. Chrianæ licet inuitus, anno dñi 591. seditq́; annis 13. mẽses sex, & qa adhuc pestis Romã vastabat, more solito pcessionẽ cũ litanijs per circuitũ ciuitatis paschali tpe psequi mãdauit, & imaginẽ B. Mariæ virginis ante pcessionẽ portari ordinauit. Hæc imago dicit adhuc esse in ecclesia S. Mariæ Maioris, depicta à Luca euãgelista medico & pictore egregio. Cũ aũt deferret imago, tota aeris infectio & turbulẽtia imagini cedebat, q̃si psentiã illius ferre nõ posset. Tũc iuxta imaginẽ (vt fertur) auditæ sunt voces angelorum canentiũ, Regina cœli lætare alleluia &c. statimq́; Gregorius addit: Ora p nobis Deũ alleluia. viditq́; Gregorius sup castrũ S. Angeli, q̃d tum dicebat Crescẽtij, vel moles Adriani, angelũ, q gladiũ euaginatũ cruore detergẽs, in vaginam reposuit, ex q̃ sanctus vir ĩtellexit finẽ adesse pestis, put experiẽtia postea edocuit. Gregorius itaq; nõ sibi ipsi, sed vtilitati hoĩm ac honori diuino cõsulens, quẽ certe ob religionẽ ac pietatẽ rebus oĩbus semp ante tulerat, spretis opibus, posthabitis voluptatibus, atq; omi ambitiõe & potẽtia, ita vixit, vt vsq; ad tpa nr̃a neminẽ ex successoribus parẽ habuerit, nedũ supiorẽ vel sanctitate vitæ, vel diligẽtia in rebus agẽdis, vel doctrina &

Gregori⁹ põtificatum renuit.

Pestis maxima.

Septiformis litania.

Gregorius prim⁹ papa.

pestis sedat.

na & scriptis.nã & librũ de sacramẽtis cõposuit,& Antiphonariũ tam diurnum q̃ nocturnũ,& cõmentarios in Ezechielẽ,in Iob quoq; allegorias edidit,& libros quatuor dialogorum & Pastoralẽ.Instituit quoq; vt introitus caneret & alleluia.eius quoq; inuẽtum est,vt nouies Kyrie eleison cantaret.Idẽ quoq; in canonẽ redegit,diesq́; nostros in pace disponas.pterea vero supplicationes maiores, quas Græci λιτανίας vocant,instituit. stationũ quoq; magnã partẽ.Ne vero vlla in re vir sanctissimus ecclesiæ deesset,synodum habuit apud S.Petrũ anno 595.quatuor & viginti episcoporum,qua certe multa sustulit q̃ nocitura, multa etiam addidit q̃ profutura fidei nostræ videbant. Misit & anno sequenti viros optimos in Britanniã,hoc est,Angliã,Augustinũ,Melitũ,& Iohannẽ,& cũ his monachos probatissimæ vitæ,quorum monitis & pdicationibus, fidei nostræ dogma tum primũ integre post Lucij fundamẽta ab Eleutherio iacta receperunt.Tum quoq; Gregorius ad Theobertũ regẽ Austrasiæ,& Theodoricũ eius fratrem regẽ Burgundiæ,& Brunechildẽ eorum auiam,dũ Augustinũ ad Anglos fidei Christianæ doctrina imbuendos mittit,scripsisse legimus,vt haberent legatũ apostolicũ commendatũ,secundũ Robertũ Gaguinũ.Rediere etiam Gotthi Gregorij opera ad vnionẽ catholicæ fidei.Sub hoc Gregorio tunica dñi,sup quã milites sortẽ miserunt,apud vrbẽ Zaphath in arca marmorea inuenit. Induciis interim,quas Smaragdus Italię exarchus cũ Anthari rege cõstituerat,expletis,misit ipse Longobardus exercitum in Istriã Liburniæ cõtinentem:tantisq́; cædibus & rapinis eã afflixit,vt multis auri millibus Istri pacẽ redimere sint coacti.Antharis postea expugnata vrbeComo,circa lacum Larij Francilione Romano duce pulso,ingenti thesauro ditatus est.Auctus his opibus Antharis Longobardus,Childebertũ Francorum regẽ per legatos pacẽ orauit, ac sororem illius in vxorẽ sibi dari petijt.spopondit Francus.sed cũ Richardus Hispanorũ rex eandẽ puellã peteret,mutauit sententiã,dicens,Longobardũ idololatrã,Richardũ aũt Visigotthũ catholicũ.Paulo eñ ante filius Lemugildi Visigotthorum regis Helmegildus,ad pdicationẽ Leandri Hispalensis episcopi,ab Arriana hæresi cõuersus est,quẽ propterea pater in carcere iugulauit,Leandrum vero insectaturus,paulo post ægritudine laborans,pœnitentia ductus,Leandrũ vocauit,& impetrata venia peccatorum,rogauit vt talem faceret Richardũ,qualis erat Helmegildus,moriensq́; Richardũ regẽ reliquit,qui hortante Leandro,72.epõrum synodũ apud Toletũ coegit,in qua Richardus cũ gente sua,abdicata Arriana hæresi,catholicã fidem cõplexus est,& filiã Childeberti accepit vxorem.Hoc facto,Antharis Garibaldi Bauarorum regis filiã Teudelindã accepit vxorem.Childebertus aũt nõ contentus sororẽ Longobardo denegasse,in socerum quoq; eius Garibaldũ furere cœpit,illũq́; inopinate aggressus,Bauaria expulit.Is cũ fratre Gundobaldo in Italiã fugit ad generum Antharim,cui tunc filiã nuptui tradidit,suscepit eũ Antharis cũ gaudio in campo Veronensi.Eratq́; ibidẽ inter alios Longobardos Agilulphus dux de ciuitate Taurinensi,futuri ominis causa. Childebertus Bauarorum regno potitus,in Longobardos ducebat exercitũ,eo q̃ Mauritius imperator quinquaginta millia solidorum ei miserat,vt Longobardos de Italia pelleret.venit in Tridentinos agros,pdas egit,ac Longobardos tentare cœpit aduersus regẽ,vt eo oppresso,xxx.duces rursum instituerent,cui aliqui cõsenserũt.sed tandem veritus Francus,ne debilitatis Longobardis,imperator nimis suã potentiã augeret,dimisso Anthari & postergata fide,redijt in Franciã,post cuius recessum & Antharis apud Ticinũ veneno(vt dicit)extinctus est.video tñ ab Francorum historicis longe aliter illa & in Childerici & in Childeberti mentione scribi.Tum Longobardi in futuri regis electione discordes,tandẽ cõuenere,vt ille regno potiret ex Longobardis, quem Teudelinda sibi virũ eligeret.illa Agilulphũ Taurinensem ducem,bellicosum adolescẽtẽ,forma decorum,sibi maritũ,& Lõgobardis declarauit regẽ,de q̊ fatatũ erat. Agilulphus initio regni captiuos,q̃sChildebertus exTridẽtinis abduxerat,redẽptus, missis Agnello epõ & Ennio duce Tridẽtino,pacẽ ab eo obtinuit.Fert tunc Brunechildis Francorum regina mulier pijssima suis pecunijs captiuos redemisse.Peropportune aũt eã pacem nactus est Agilulphus:nisi eã tunc impetrasset,nunq̃ potuisset cõpescere duces suos:at pace hac habita,cõstituit eos qui Anthari fuerant rebelles,duces punire.Minulphũ insulæ S.Iuliani ducẽ,primũ interfici curauit.hoc intelligens Gandulphus Bergomi dux,exemplo territus,Bergomo se clausit,sed prudẽter rex missis ex gente amicissimis,Gandulpho recõciliatus est,vt datis obsidibus obedire promitteret.sed & Vlfarim Taruisinũ ducẽ res nouas molientẽ persequit,capit,atq; in vincula coniecit.Per id vero tẽpus Mauritius Smaragdo Italæ exarcho dederat successorem noĩe Romanũ,moribus & natione Græcũ,attributis sibi copijs cũ quibus Longobardos pelleret.Romanus itaq; Patauiũ,montẽ*silicẽ,Mantuã & Cremonam muniuit

Instituta Gregorij.

Teudelinda Longobardorũ regina

Romanus exarchus.

niuit copijs,& vrbis Romæ quieti cõsulturus,ad illã se cõtulit. Exercitu aũt quẽ secum ex Rauenna duxerat, Romæ adaucto, intendit receptioni vrbium, quas Longobardi post cõstitutas à xxx. ducibus inducias occupauerãt, recepitq́; æstate vnica Sutriũ, Polimartiũ, Hortã, Tudertũ, Ameriã, Perusiã, Luceolũ, & cõplura oppida ac castella. Exarchus Romanus post tantarũ vrbiũ recuperationẽ in oĩa vitia est prolapsus, occulte cũ Longobardis sentiens, nec permisit Ro. cũ hostibus inducias habere, nec eos defendẽs. Mauritius etiã imperator corruptus, legẽ edidit, vt qui militiæ Romanæ esset adscriptus, nisi finita militia, aut debilis effectus, Deo militare non posset. De primo scribit Gregorius ad Firmiensem epm in hæc verba: Quæ aũt de amici nostri dñi Romani persona patimur, loqui minime valemus, quia eius malitia in nos gladios Longobardorũ vicit, ita vt benigniores videant hostes qui nos interimũt, q̃ reipub. iudices, qui nos rapinis & fallacijs cõsumũt. Sed & Mauritio imperatori Gregorius resistit, scribẽs: Ad hoc potestas sup oẽs hoĩes datur, vt cœlorũ via latius pateat, vt terrestre regnũ cœlesti famulet. & ecce lex fert, vt qui semel in terrena militia signatus sit, nisi aut expleta militia, aut pro debilitate corporis repulsus, Chr̃o militare nõ debeat. Ad hæc p me seruũ vltimũ suũ & vestrũ r̃ndit Chr̃s, dicens: Ego de notario comitẽ te feci, de comite Cęsarẽ, de Cæsare imperatorẽ. sacerdotes meos tibi cõmisi, & tu à meo seruitio milites tuos subtrahis? Requirat (rogo) dñs, quis prior imperator hãc legẽ dederit. Tunc q̃q; alius nõ minor emersit Gregorio labor. Cũ eñ Iohãnes Cõstantinopolitanus epus in superbiã elatus, nuper synodũ Græcorũ fecisset, in qua se οἰκουμενικὸν vniuersalẽ ecclesiæ p̃sidẽ appellare conatus est, propter q̃d Pelagij põtificis auxilio B. Gregorius p̃dictũ Iohannẽ sæpe monuit, & acquiescere renuentẽ pari sentẽtia mulctauit, mãdans oĩbus epis, ne vnq̃ Vniuersalis prophanũ nomen aut scriberẽt, aut susciperent. Sed ad hæc Mauritius Gregoriũ monuit p epistolas, vt pacẽ cũ Iohãne haberet. Cui r̃ndens Gregorius, ait: Ecce claues regni cœlestis hauddubie Petrus suscepit, cui cura totius ecclesiæ & principatus cõmittit, & tñ vniuersalis apostolus nõ vocatur, & vir sanctissimus Iohãnes coepus meus, vocari vniuersalis epus conat? O tẽpora, o mores, ecce in Europæ partibus barbarorũ iuri sunt tradita oppida, destructæ vrbes, euersa castra, nullus terrã cultor habitat, sed sæuiũt q̃tidie in necẽ fideliũ cultores idolorũ, & tñ sacerdotes vanitatis sibi noĩa expetũt, & nouis ac prophanis vocabulis gloriant. Nunquid ego in hac re dñe causam propriã defendo, & nõ causam oĩpotentis Dei, causam ecclesiæ vniuersalis? Ecce multos ecclesiæ Cõstantinopolitanæ in hæreseos voraginẽ cecidisse nouimus sacerdotes, etiã hæresiarchas factos. ille nõ minus coercendus est, qui sanctæ ecclesiæ vniuersali iniuriã facit, q corde tumet, q gaudere de noĩe singularitatis appetit, ecce oẽs de hac re scandalũ patimur, ad vitã rectã reuertatur autor scandali, & oĩm sacerdotũ iurgia cessabũt. Interea dũ ea in conflictatione esset Gregorius, morit Rauennæ Romanus exarchus, missusq́; est ei successor à Mauritio ex Cõstantinopoli Gallinicus, quartũ exarchatus gerẽs magistratum. Fuit vero Gallinicus & à rapinis temperãs, & belli cõtra Longobardos cupiẽtissimus: principio tñ à motibus tẽperauit, & vt copias cõpararet, & res Italicas pridẽ desertas repararet, qua rõne Gregorij suasionibus inducias cũ Agilulpho rege cõstituit. Sperauit eñ põtifex rem Ro. Italicãq́; posse restitui. Hinc prudenti fœminæ Teudelindæ scripsit dialogorũ libros, quorũ lectiõe religiosa mulier mentẽ animũq́; religioni addixit. Et Agilulphus rex cũ gente Longobarda ab omni idololatria ac hæreseos spurcitia se abdicauit. insup Agilulphus rex bona ecclesiarũ, q̃ à Lõgobardis vbiq; tenebant, dimitti intacta curauit, donatiões q́; ecclesijs fecit. Sed & Childebertus rex Frãciæ, Brunechildis matris monitis, vitã moresq́; cõposuit. Hinc Bauaria, quã tyrannice tenebat, relicta, regẽ in illa Tassillonẽ instituit, cũ q̃ id solũ egit, vt Sclauos gentẽ Danubio accolã & idolis seruientẽ persequeret, donec fidẽ susciperet Christianã. Tassillo Sclauorũ in trans regionẽ, magnas p̃das abegit. sed Bauari paulo post Cacanni regis Sclauorũ copijs circũuenti, ad internecionẽ quasi sunt cæsi. Interim Cacannus alter, siue illius fortunis siue regni spe excitatus, Frãcos, e Pannonijs egressus, adorit, q Brunechildis vt muliebrẽ animũ, ita vires infirmas putaret. sed barbarũ illa multis p̃lijs ita fatigauit, vt accepta pro p̃da pecunia, in Pannonias redire coactus sit. Vbi Mauritius imperator Hunnos vltra Danubiũ Pannonijs pellere aggressus, multa tũ per filiũ suũ Theodosiũ ac socerũ Germanũ legatos p̃lia feliciter gessit, adeo vt Cacannus rex Hunnorũ, q̃ties cõgressus fuit, inferior recesserit. Pannoniæ tũc pro imperatore sunt receptæ, & nisi felicissima essent tũc vsi ignauia, Hũni ad internecionẽ cæsi fuissent. sed ad Sclauos delati, salutẽ ab illis suppliciter orauere. protexerũt eos Sclaui primũ, sed postq̃ cõsiderauerũt quantã belli molẽ susciperent, ipsi à finitimis, q̃bus etiam Maurítij imperatoris suspe

Mauritij impietas.

Gallinicus 4. exarchus

Teudelindę pietas.

Tassillo Bauarus.

Brunechildis virtus.

suspecta fuit potentia, pſidia imploraure. His illi assensi, & in fœdera pcipites ruunt Franci, Bauari & Longobardi. Sclaui vero tantis aucti socioꝝ regũ fauoribus, vnà cũ Hunnis arma pparant: & videntes clausam Pannoniã armis Mauritij, retro sunt conuersi. Hortatus nãq; est eos Agilulphus, ostẽdens paratã esse in Istris pdã ingentẽ, nã ob inducias inter se & exarchũ cõstitutas, quiescerẽt, nullis muniti pſidijs. Itaq; irrumpentes improuisi in Istrũ Sclaui & Hunni, oĩs eius regionis agros populati sunt. Agilulphus propter eã socioꝝ ac regũ potentiã superbiẽs, in suos quosdã duces, q pridẽ sibi rebellauerãt, animaduertit. Sed & Longobardi, qui Beneuenti erãt, inducias violabãt. Zotho eñ dux Beneuẽtanus monasteriũ Cassinense inuasit, & ad solũ vsq; destruxit. Clades illa fuisse videt, quã Gregorio teste, S. Benedictus futurã pdixit, affirmãs vix potuisse ex eo loco aĩas à Deo impetrari. Sed Zothone paulo post defuncto. Arrigis dux Beneuẽtanis surrogat ab Agilulpho, ad quẽ pro restauratiõe B. Gregorius plura scripsit. Sed nec Romæ tũc pepercerũt Longobardi. nãq; Arnulphus Hetruriæ dux in agrũ Romanũ delatus, illũ vsq; ad vrbis mœnia depopulatus est: & qa coloni pacis fidutia in agris erãt, multi capti, sunt in Frãcia venũdati pro seruis. Gallinicus vero exarchus Longobardoꝝ iniurias iniquo ferẽs aĩo, cladẽ vlcisci statuit, & Parmã inuadẽs, ea breui potitus est, filia Agilulphi regis cũ Godescalo marito in oppido capta. hãc susceperat Agilulphus ex priore vxore filiã. At Agilulphus amissæ vrbis & captoꝝ filiæ tũc pgnantis & generi dolore incẽsus, irã exercuit aduersus trãspadanas vrbes, q̃ in Ro. semp partibus manserãt, Rauẽnatiq; paruerãt magistratui. duxere primũ Longobardi in Patauiũ, q̃ tunc erat sine muris valẽtibus, in qua oĩa tã publica q̃ priuata ædificia ex materia lateritia asseribusq; erãt cõstructa. id cũ cernerẽt Longobardi, ventos nacti, ignita iacula iniecerũt, vnde vrbis pars maxima est cremata, tandem dedita. Habuere hoc cũ Padua cõmune malũ vicini. Quia vero Gallinicus exarchus magnis nunciabat copijs adesse, Agilulphus Cremona & Mantua intactis, Veronã & inde Ticinũ est reuersus, ad oẽs Lõgobardos mittẽs, auxilia postulauit à Sclauis Longobardisq; ducibus, vt ipsi ad prima veris signa adessent Mediolani, imperauit. Interea Gallinicus Rauẽnæ obijt, creatusq; ab imperatore iteꝝ exarchus Smaragdus, ad Italiã nauigauit. Erãt aũt Romæ ante Gallinici obitum ab imperatore missi, Gregorius pfectus & Castorius magister militũ, ambo Græci, habebãt ij milites paucos, sed pstantes, q sub Theodosio cõtra Hunnos cõflixerãt, ad mille veteranos, q̃s à duce suo, Theodosiacos Ro. appellauere. Tanta aũt erat Mauritio in rebus Ro. negligẽtia, tanta auaritia, vt debita militibus stipẽdia nollet psoluere. quidqd vero ab Ro. poterat abradi, id insup Rauennã deferri curabat. q̃re pontifex operæ & pſidij militũ necessitatẽ in vrbis Romæ custodia cõsiderãs, publica ecclesiasticaq; frumẽta illis diuisit. Et paulo post pfecto ac magistro militũ in ptoriũ vocatis, de pace faciẽda interrogauit, audiẽs Arnulphũ Hetruriæ ducẽ id exposcere. pfecto aũt ac magistro militũ, qbus pericula vrbis añ oculos versabant, pacẽ cõstitui laudãtib⁹, scripsit põtifex Smaragdo exarcho atq; Iohãni Rauennati epõ in hæc verba: Destituta in oĩbus est ciuitas, si pacẽ nõ habet, quõ subsistet? miles stipendia nõ accipit, nec ad custodiã sufficit vrbis. Smaragdus vero sine iussu principis forte paci noluit assentiri, aut spem ponẽs in armis, nihil Gregorio respõdit. Quare põtifex vidẽs vrbẽ summo in periculo, pfecto ac magistro militũ hortãtibus, pacẽ cũ Ariulpho cõstituit. Misit vero tunc ad Mauritiũ imperatorẽ Smaragdus Nordulphũ quendã Longobardũ perfugã, q̃ exarchus ipse conatus est oẽm negligẽtiæ culpã in pontificẽ Gregoriũ reijcere, tanq̃ pax inter Ariulphũ ac Romanos facta, vires Longobardoꝝ adauxerit: & tamen paulo diffidens rebus, pacẽ ipse cũ Agilulpho cõstituit, per q̃d fœdus Parmã vrbẽ reddidit, exinde regis filiã generũq; dimisit. Nordulphus interea venit ad imperatorẽ, q̃ audito, Mauritius gratissimũ habuit, eã sibi oblatã causam, cuius obtentu visus est sibi ignauiter tutatæ Italiæ notã abolere. Hinc ira in pontificem exardescẽs, milites qui Romæ erant, Narniæ & Perusiæ pſidijs adiuncti, & ne pontificis autoritas alicuius momẽti foret in posteꝝ, Theodosiacos milites aliosq; pcepit bellũ in Hetruscos Ariulpho subiectos, innouare, nec tñ Ariulphus bellũ in Ro. egit, sciens id põtificis opa nõ fieri, & q Agilulphi potentiã augere nõ curauit. Interea Agilulphus Longobardoꝝ rex, audita Mauritij cũ põtifice & Ro. dissensione, spem cõcepit Roma & Italia potiundi. vnde licet Teudelinda intercederet, nihilominus cũ Sclaui adessent à Cacanno rege eoꝝ missi, Longobardiq; duces vt erãt iussi, Mediolani cõuenirent, rex magnis cõminationib⁹ Ariulphũ ducẽ cõpulit, vt bellũ vndiq; innouaret. Tunc Ariulphus regis imperio victus, perfidia in põtificẽ Romanosq; est vsus. nãq; improuisos aggredit, bello indicto inuasit Balneũ regiũ, ac Vrbẽ veterẽ occupauit. Paulo post Agilulphus traductis Pa-

Hunnorum noua sæuitia

Arrigis dux.

Smaragdus exarchus v.

Mauritij auaritia.

do copijs,Hetruriã est ingressus.q̃ cũ Romæ essent nũciata,ilico pontifex & magister militũ p̃tore in vrbe relicto,Nepesum accesserũt,& cõfirmatis regionis incolis,p̃sidia singulis addidere.Agilulphus cũ equitatu aduolat tanto impetu,vt parũ abfuerit q̃n pontifex magisterq; militũ fuerint intercepti.Obsessa itaq; Roma maximã pertulit calamitatẽ,q̃d ex scriptis B.Gregorij facile habet.Scripserat em̃ Mauritius Gregorio,eũ conuicijs laceräs,q̃ Ariulpho credidisset pacẽ subdole offerenti.Ad q̃ Gregorius:Ego ab Ariulpho deceptus,simplex appellor,sed is toto corde venire ad rẽpub. paratus fuit,dumq; mihi nõ credit,immo magis Nordulpho creditũ est,videor esse mentitus.verũ si terræ meæ captiuitas p momenta nõ excresceret,de mea despectione & irrisione tacerẽ,lætus etiã.sed hoc me vehementer affligit,quia vnde ego crimẽ falsitatis tolero,inde Italia q̃tidie ducit sub Longobardorum iugo captiua:dũq; meis assertionibus nõ credit,vires hostiũ immaniter excrescũt.Et paulo post:Multas em̃ plagas accepi,primo mihi pax sumpta est,quã cũ Longobardis in Tuscia positis,sine vllo reipub.dispendio fecerã.Deinde pace corrupta,de Ro.ciuitate milites ablati sunt,& quidẽ alij ab hostibus occisi,alij Narniæ & Perusiæ positi,& vt Perusia teneret,Roma relicta est.Post hæc grauior plaga fuit aduẽtus Agilulphi,ita vt oculis meis cernerẽ Romanos more canũ colla funibus ligatos,qui ad Franciã ducebant venales:& q̃a nos illã ciuitatẽ fugimus,Deo protegente,manus eius euasimus.Insup de gloriosis viris Gregorio p̃fecto & Castorio magistro militum nõ mediocriter sum affectus,qui oĩa q̃ potuerunt fieri,nullo modo neglexerũt,labores vehementissimos tulerunt:& post hæc oĩa,graui dñorum indignatione affecti sunt,qui pariter mecũ in tribulatione fuerũt,& post laborẽ pariter tribulant.Mauritius vero imperator,ne aliquid omitteret,in q̃ famæ sancti viri detraheret,eũ insimulauit necasse in custodia Malchũ ep̃m, qui in furto dep̃hensus erat.Ad quæ r̃ndens Gregorius,scribit Sabiniano:Vnũ q̃d te oramus,inquit,suggeras imperatori,quia ego seruus suus si in mortẽ Longobardorũ me miscere voluissem,hodie Longobardorum gens nec regẽ,nec duces,nec comitẽ haberet,atq; in summa confusione esset:sed quia Deũ timeo,cæde cuiuslibet hoĩs me miscere formido.Malchus aũt ep̃us neq; in custodia fuit,neq; in aliqua afflictiõe,sed die q̃ causam dixit,subito mortuus inuẽtus est.Igit dñantibus p oẽm Italiã Longobardis,dũ veniret Agilulphus in partes Romanas,B.Gregorius de aduẽtu eius in tm̃ territus est,vt ab expositiõe Ezechielis,vt ipse testat,cessaret,in q̃ lamentabil'r inter cætera scribit:Quid est q̃d iã in hoc mũdo libeat? vbiq; luctus,vndiq; gemitus,destructæ vrbes,euersa castra,depopulati agri,in quibus nullus agricola,nullus in vrbe habitator remansit,alios in captiuitatẽ duci,alios detruncari,alios interfici videmus.ipsa q̃ aliq̃n mũdi dña videbat Roma,q̃lis sit cõspicimus.vbi senatus? vbi iã populus? oĩs deniq; in ea ordo extinctus est. In eodẽ q̃q; tẽpore,q̃ Romã Agilulphus p annũ obsedit,Saraceni Arabes Siciliã ingressi,omnẽ maritimã orã,vt ante quædã orientis loca,p̃dati, incendio q̃q; vastauerũt.Scripsit propterea Gregorius vniuersis Siciliæ episcopis,vt ad redẽptoris Christi remedia se referentes,quibus nequirent virtute resistere,lachrymis obuiarent.Tum & Sclaui Istriæ imminebãt,qua de re scripsit idẽ vir sanctus prouinciæ episcopis in hæc verba:Equidẽ de Sclauorum gente q̃ nobis imminet,& affligor vehementer & turbor:affligor in his q̃ in vobis iam patior:cõturbor,quia per Istriæ aditũ iam in Italiã intrare cœperũt.A Sclauis his Istria Sclauonia est dicta.Venerunt aũt Sclaui ex regionibus trans Danubiũ sitis,nec tñ ea loca reliquerũt,sed manserunt eorum reliquiæ Bohemi & Poloni,Blondo autore,licet historia Bohemica Bohemos ac Polonos dicat ex Dalmatis ortũ habere.Credo ego distribuenda esse tẽpora,& concordabit scriptura. Vandali q̃q; eiusdẽ linguæ cũ Sclauis fuisse tradunt,qui sub Genserico fuere,quorum adhuc reliquiæ in Germania appellant Vindelici,Saxonibus cõtermini.sed ego arbitror in hoc errari.Nã Vindelici sunt Augustenses,à duobus fluminibus ita dicti Vinda & Licho,nec cõtermini sunt Saxonibus.vnde puto Vuendos,q̃ subsunt Marchiæ Brandenburgensi,reliquias Vandalorum superesse. Per hoc q̃q; tẽpus Seuerus patriarcha Aquileiensis in hæresim lapsus est,cui hortante Gregorio ac Iohãne Rauennate ep̃o renunciauit,tñ postea redijt ad vomitũ,p̃sidio(vt fert)imperatoris.Cuius pseudoepiscopi pertinacia est factũ,vt Aquileiensis ecclesia in duas sedes sit diuisa.Seuero nãq; defuncto,Iohãnes à Sisulpho Foroliuiano Longobardorũ rege apud Aquilegiã,& Candianus in Venetis apud Gradũ à pont.Rom.in patriarchas ordinati fuere.Annus interim obsidionis Ro.vrbis exactus est,q̃ in anno Agilulphus rex nunq̃ efficere potuit,vt Arrigis(de q̃ supra)Beneuentanus dux,Longobardorũ aut in castra iret,aut subiectis imperatori & Romã fouẽtibus,bellũ inferret.tenebat vero Arrigis,quidquid vetusto noĩe Campania est appellata,p̃ter Neapolim & Pute

Roma obsidetur.

Gregorij & Mauritij cõuicia.

Malchus episcopus.

Saraceni Siciliã vastãt.

Sclaui vnde

Vuendi.

Aquileieñ. schisma.

Puteolos. Exinde quidquid vrbiũ à Rauenna in Sipontinam vrbẽ,& vltra ad oram maritimã quidquid in Italiæ ambitu ad Neapolim sitũ est,& à Siponto Nuceriã, inde in Lucanos, in Salẽtinos, Calabros, Brutiosq́ꝫ * habet, imperatori tunc parebat: vt nõ sit dubitandũ, quin potuerit vrbi Romæ atqꝫ Italiæ imperator subuenire, nisi mala illi mens fuisset. itaqꝫ Agilulphus postq̃ nullã potiendæ Romæ spem reliquam vidit, quippe diuino magis q̃ humano auxilio seruabat, obsidione soluta, in Hetruriã, deinde Mediolanũ reuersus est. Anno dñi 586. Chilperico rege Francoꝝ per insidias mortuo ope Fredegundæ, vt dictũ est, suis fortunis ipsa timens, se cũ opibus oĩbus ad ædes B. Mariæ Parisiensis tanq̃ ad asylũ transfert. deinde cũ esset ab antistite liberaliter excepta, Gontranũ Aureliæ regem per nuncios orat, sibi filioq́ꝫ tutor assit, nec tardat Gontranus, susceptaq́ꝫ tutela, per vrbẽ ac regnũ Clotariũ ferri iubet, atqꝫ in æde diuæ Mariæ populo vocato: Viri, inquit, Parisieñ. seruate stabilius in me fidẽ, quã in fratrẽ habuistis, vt & meũ nepotẽ in pace educare, & vos iustitia moderari possim. ad hæc lætus populus, principis humanitatẽ fidemq́ꝫ laudauit, salutẽ ei imprecatus. His noui regis motibus Gondoaldus quispiã Clotarij se filiũ dicens, proceꝝ sibi Francorũ animos cõciliauit, quibus fretus, regni, vt paterni, portionẽ repetit. Sed interceptis primũ nuncijs, alios mittebat, qui veluti pacis autores, oliuæ ramos gestantes, regem adeunt, regni partẽ postulãt, armis suis & Childeberti vindicandã. Gontranus vero legatos ludibrio habitos, equoꝝ raptu distendi iussit. immane certe, qui ius legatiõis tam sacrũ violarit. Vastata diu Britannia à Saxonibus, multæ partes, multiq́ꝫ principatus erãt in Anglia, q̃ & de regibus si qui fuerint, pauca scribimus, & q̃ quisqꝫ princeps gesserit in tam vario rerũ oĩm tumultu, obseruari nõ potest. Atqꝫ hoc Gregorij tẽpore pacata parumper insula, rursum amplexa est pietatẽ sub Etelberto, ad quem Gregorius scripsit. ab Augustino baptizatus est ille. Habebat Britannia regulos tum sane multos. sed regni hæres Sycobertus ab Etelberto relictus est, hinc Egebertus, is fratris filios patre extincto necauit pueros. huic successit frater Lotharius, qui in bello cõtra Saxones occubuit. post eũ Edricus Egeberti filius, deinde Egebertus alter, Etelbertus, Egfridus, Cudredus, Vadredus. Quo tẽpore Saxones Britanniã denuo infestarũt, superatoq́ꝫ Vadredo, regnũ tenuere Vuestosaxones, e quibus est Cadualdus rex, qui regno deserto, Romã pietatis causa profectus, Petri nomẽ assumpsit sub Sergio põtifice, id q̃d & Iuo successor huius fecit. Vuestosaxonibus ab Offa Anglo superatis, inde Dani, noua pestis, huius regni partẽ, q̃ Scotiæ cõfinis est, inuaserũt. Verum erat tum e regibus Angloꝝ Cadualdus fidei desertor. E Vuestosaxonibus memoratu dignus Egbrutus, qui suoꝝ regnũ ampliauit, & cũ Danis pugnauit feliciter. horũ tempoꝝ rationẽ in Carolũ Magnũ referas velim lector. Sub Gregorio & Mauritio, in Nilo Aegypti flumine visa sunt aĩalia humana forma vir & mulier vsqꝫ ad lumbos, qui adiurati per Deũ, à mane vsqꝫ ad nonã se vidẽdos dederũt. Vir erat pectorosus, rufa coma canis permixta. mulier mãmillas habebat cæsarie prolixa. nudi erant.

Gontranus Clotarij tutor. *Anglorum principes & reguli.* *Vuestosaxones.* *Monstra visa.*

Per superiores dies cõstitutũ inter Gontranũ atqꝫ Childebertũ erat de cõuentu habendo, ad quẽ Gontranus cũ venisset, accepta lancea, extremũ eius ad Childebertum extendẽs: Hoc, inquit, iudiciũ tibi esto chare nepos, regni te mei hæredẽ fore: & nunc quidẽ totius gẽtis atqꝫ vrbiũ potestatẽ cõmitto: tu eñ & alter meus nepos Clotarius tm̃ superestis, q̃bus hæc optimo iure cõueniãt. Hoc dicto, apphensum dextra seorsum Childebertũ deducit, primo illũ monet, tacitus q̃ dicturus sit seruet, deinde docet, q̃s ad gerẽda regni negocia admittat, q̃s item rejciat, caueat à Brunechilde matre, à Gillone ꝑterea Rhemẽsi ꝑsule. His dictis, redijt. absolutis rebus, cõciliũ dimittit. Gontranus multis in regno fortiter perfectis, anno xxx. regni sui morit̃, & Cabillone Burgũdiæ ciuitate in monasterio Marci, q̃d extructũ magnis prouentibus cumularat, sepultus est. Adepto Gontrani regno Childebertus, Fredegundã necis paternæ cõsciam, persequi statuit, cõtra quã, Landerico reginæ partes tuente, infeliciter pugnauit, nec longe post morit̃ vnà cũ vxore nõ sine veneni suspicione. Fuere ei liberi duo, Theodebertus maior natu, Metense imperiũ cui Austrasiæ appellatio erat, adeptus est, q̃d Cãpaniæ superioris partẽ cõtinens, ad Alemanos vsqꝫ protendebat̃, Austrasia vocata, ꝙ Austracus rex, vel (vt alijs placet) Auster eã incoluisset. Theodorico Burgundia obuenit. Hi sunt reges duo, ad q̃s & ad Brunechildẽ eoꝝ auiã, Gregoriũ papã, dũ Augustinũ ad Anglos mitteret fidei causa, scripsisse legimus. Hos reges Fredegũda cũ filio Clotario bello petijt, sed nõ multo post defuncta est, & in sepulchro Chilperici regis sepulta. Longa postmodũ inter reges Clotariũ, Theodebertũ & Theodoricũ cõcertatio fuit, nunc victor Clotarius, nũc victus. Exortũ q̃qꝫ bellũ est inter fratres. sed & Brunechildis ægre tulit, ꝙ Theodebertus eam ab se relegauerat. Erat inter aulicos

Conuentus Gõtrani & Childeberti. *Childebertus Francorum rex.* *Fredegũdæ mors.*

Theodoricus Prothadius Italus, qui cũ Brunechilde stupri cõsuetudinẽ (vt credebat) habebat. Hoc Prothadio freta, Theodorico persuadet, Theodebertũ thesauros patris abstulisse, quorũ partim hæres ipse esset, simulq; Theodebertũ ait ex alieno cõcubitu fuisse susceptũ, & ex hortulano prognatũ. Talibus frequẽter animatus Theodoricus, requirit partẽ suã à fratre, & frustra: quare mouet bellũ, in quo variæ pugnæ habitæ ancipiti victoria. Tandẽ Theodorico fortuna cessit, fraterq; per Metẽses fugiẽs, Coloniã peruenit. Traditũ est, tam cõfertos milites eo prælio cucurrisse, vt sedẽtes in equis vulneribusq; saucij, dilabi ab equis, turba digladiantiũ impediente, nõ possent. Theodoricus cognita fratris fuga, insequit, oĩa in itinere perdẽs. Regionis vero incolæ illũ cõuenientes, orant pacẽ, se dedẽtes. Respõdit ille, se veniã aliter nulli daturum, ni fratris caput ad se perferant. Igit illi Coloniã pergũt, Theodebertum adeunt, gladioq; caput illius amputat, & per ciuitatis muros ad Theodoricũ proijcit. Ad hæc Theodoricus vrbẽ ingredit, regnũ Austrasiæ cũ thesauris oĩbus accepit. Mox rebus ex sententia cõpositis, duos Theodeberti filios occidit, & formosissimã puellã abduxit, eamq; in coniugium accipere voluit, quod Brunechildis impediuit, dicens nefariũ esse filiã fratris vxorem ducere. Ob id iratus rex: Nonne, inquit, dixisti mihi quod frater meus nõ esset? quare me fratrẽ perimere cõpulisti? Hæc loquens, Brunechildim occidere tentauit, sed ope aulicorum euasit, nec differt crudelis mulier vltionẽ, potionem lœtiferam cõficit, quam Theodorico per ministros idoneos dum e balneo egrediebatur, offert: quo veneno epoto, repente interijt. Alij profluuio alui eum obijsse tamen scribunt.

Theodeberto caput frater amputat

Theodorici interitus.

GENERATIO XXI.

SVb Mauricio imperatore anno imperij illius xix. sub Magno Gregorio anno domini 600. ab vrbe cõdita 1351. incepit vigesimaprima generatio. Anno sequẽti, qui fuerat imperij Mauricij decimusnonus, postquam varijs affecisset B. Gregoriũ iniurijs Mauricius, apparuit ei vir quidã monachico indutus habitu in foro Cõstantinopolitano, spatham manu tenẽs, per forum discurrẽs, imperatorem gladio periturum, oĩbus pronunciauit. Quod Mauricius audiens, à tyrannide Gregorio inferenda sese continuit: & iudiciũ diuinũ tanto magis timuit, quanto Gregoriũ nõ credidit posse mentiri, qui aliquãdo per epistolas similia cõminatus fuerit, cõpositasq; scripto preces eidẽ Gregorio, & ad oẽs patriarcharum sedes, ad oẽs ciuitates & monasteria, cum cereis & pecunijs transmisit, & vt pro peccatis suis intercederẽt, supplicauit, hoc potissimũ deprecans, vt hic & nõ in futuro quod meruit, reciperet. Cũq; hoc vehemẽtius per multa postulasset tẽpora, quadã nocte dormiens, vidit apud æneã palatij portã se coram populo imagini saluatoris assistere, & vocẽ terribilẽ ex eadẽ audire, dicentẽ: Date Mauriciũ, & capientes eũ iudiciorum ministri, statuerunt ante imaginẽ saluatoris. Cui eadẽ vox: Vbi vis reddã tibi mala quæ fecisti, hic ne, an in futuro? At ille respondit: Amator hoĩm dñe & iudex iuste, hic mihi potius quam in futuro tribue. Et iussit diuina vox tradi Mauricium & Cõstantinã vxorẽ eius & filios & omnẽ cognationẽ, Phocæ militi. Euigilaus ergo Mauricius, vocauit ad se generum suũ Philippicũ, quẽ dudũ de affectatiõe regni habebat suspectũ. Philippicus timens, vxori propterea Gordiæ valedicens: sciebat enĩ se imperatori suspectũ, cõmunione insuper sacramẽti suscepta, ad palatium ingredit, & ad pedes imperatoris prouoluit. Cui assurgẽs imperator, ad pedes generi corruit, dicens: Ignosce mihi propter Deũ, quia peccaui in te. nunc enĩ certissime noui quia nihil peccaueris in me. si quẽ vero scis in agminibus nostris Phocã, dicito mihi. Philippicus secũ cogitãs, dixit: Vnũ Phocã cognosco, qui nuper ab exercitu procurator cõstitutus, tuo cõtradicebat imperio. est aũt iuuenis temerarius, attamẽ timidus. Tũc Mauricius ait: Si est timidus, tũc homicida est. & narrauit illi somniũ. Porro imperator pœnitentiã quidẽ tenuit, sed à cupiditatibus vsqueadeo nõ recessit, vt exercitũ in periculosis locis hyemare, & victũ ab extraneis iuberet cũ periculo quærere apud Sclauos, ne alimẽta publica mãducarẽt. Quod cũ exercitus intelligeret, dixisse fert, Imperatori nõ obedire sæuũ est, obedire aũt sæuissimũ. moxq; ad seditionẽ cõuertit, Phocãq; super clypeũ exaltatũ, proclamãt exarchũ. deinde fugato Theodosio filio imperatoris & Germano socero, cõmoto deinde graui tumultu Cõstãtinopoli, Mauricius mutata veste cũ vxore & filijs noctu Dromonẽ cõscendit fugiẽs. Phocas ab exercitu imp. salutatus, Mauriciũ apud Chalcedonẽ capite trũcat. verũ Mauricius patiẽter infelicitatẽ sustinuit, Deum in oĩbus inuocãs, & crebro pronũcians: Iustus es dñe, & rectũ iudiciũ tuũ. Hæc Iohan. diaconus. Anno igit dñi 604. Phocas ad militiã prouectus à populo procurator factus, ad vltimũ vero, viuẽte adhuc Mauricio, ab exercitu ad imperiũ electus est non sine virtutis opiniõe. Romã imperatoris nuper electi & Leontiæ Augustæ imagiẽs missæ, publico cleri, senatus & populi Romani cõsensu, in sacro Cæsarum oratorio locatæ sunt.

Ostentum.

Philippicus Mauricij gener.

Mauricij cædes.

Phocas Imp. 61.

Et pontifex Gregorius Phocæ principi p literas cõgratulatus, voluit vt memor esset, gentium reges dominari seruis, Imperatores Roma. liberis. paulo post Phocas mitti ad se Romanę sedis diaconum cum magna humilitate postulabat à Gregorio. ob hoc Gregorius rescripsit: Considerare cum gaudio & magna gratiarum actione libet, quantas omnipotẽti Deo laudes debemus, ꝙ remoto iugo tristitiæ, ad libertatis tempora sub imperiali benignitatis vestræ pietate ꝑuenimus. Nam ꝙ in palatio iuxta antiquam consuetudinem Ap. Se. diaconum vestra serenitas non inuenit, non hoc meæ negligentiæ, sed grauissimæ necessitatis fuit: quia dum ministri omnes huius ecclesiæ tam contritæ, aspera tempora cum formidine declinarent, nulli eorum poterat imponi, vt ad vrbem regiam in palatio permansurus accederet. sed postq̃ vestram clementiam, omnipotentis Dei gratia disponente, ad culmen imperij peruenisse cognouerũt, ipsi quoq; suadente lætitia ad vestra vestigia venire festinant. lator autem pręsentium, qui primus omnium defensorum fuit, bene mihi & longa assiduitate compertus est, vita, fide, moribus approbatus. hunc aptum pietatis vestræ vestigijs esse iudicaui, vnde eum autore Deo diaconum feci, qui cuncta quæ in his partibus aguntur, inuento opportuno tempore, valeat clementiæ vestræ suggerere. cui rogo clementia vestra pias aures inclinare dignetur, vt tanto celerius nobis valeat misereri, quanto afflictionem nostram verius ex eius relatione cognoueritis. Qualiter enim quotidianis gladijs. & quãtis Longobardorum incursionibus ecce iam per 35. annos premimur, *nullius explere suggestionibus valemus: sed in omnipotenti Deo confidimus, ꝙ qui suscitauit in repub. pios dominos, extinguet crudeles inimicos. Eo in tempore à Longobardis Italia premebatur. Smaragdi nanq; patricij aduentus parũ profuerat. Et Agilulphus q̃primum intellexit imperium ob res nouas vacillare, cõtractis vndiq; copijs Cremonam obsedit, & ad 30. diẽ expugnatam, ad solum redegit. Mantuam quoq; pari dierum numero vi expugnauit, & mœnibus immunitam reliquit. Ea dum agerentur in Italia, Phocas anno imperij sui primo omnes Asiæ, Europæ & Aphricæ prouincias, quæ Mauricio subiectæ fuerant, confirmauerat: tantam'q; spem prouincialibus de se dedit, vt fama probitatis suæ in Italiam perlata, Agilulphum & Longobardos terruerit. Hinc inter Smaragdum & Longobardos in aliquot menses induciæ primum. & post in annum pax cõstituta est, quo in anno Agilulphus vt præsidia sibi aduersus nouum imperatorem pararet, affinitatem cum Theodeberto Francorum rege quęsiuit, filiam illius desponsauit filio suo Adoaldo vix quadrimo. Ea pace constituta, Gregorius anno imperij Phocæ secundo, confirmata omni ratione in ecclesia Dei, anno 13. mense 6. moritur, vir certe omni laude dignissimus, si vitam, si mores, si doctrinam, si solertiam in rebus tum diuinis tum humanis inspicias. Hic multa salubriter in ecclesia constituit, ꝙ introitus reiteretur decreuit. ea ex re cum pro quodã defuncto ante annos 180. die anniuersario constituto in ecclesia S. Petri celebraret Gregorius, & cantaretur introitus, Requiem æternam dona eis domine, audiuit vocem de cœlo, Non faciam: sed vir Deo deuotus, putans illusionem esse, iussit reincipere Requiem: tunc rursus audiuit vocem, Non faciam, quia anima illius damnata est. Prosequitur Gregorius officium, orans causam damnationis reuelari sibi. cui reuelatur ideo damnatus, ꝙ propter inimicitias quas remittere noluit, corpus Christi semel in anno omiserit recipere, & de hoc confessus non fuisset. Instituit vt in die purificationis Mariæ, & in dominica Palmarum solennes fierent processiones: instituit & cinerum benedictionem in capite ieiunij fieri, & ꝙ Christiani ab illo die ieiunare incipiant. instituit in cœna domini pedum lotionem, & in parasceue nudis pedibus crucis adoratiõem. Insuper B. Gregorius Ligures, Venetos, Iberos'q; schisma sub libello confessos Chalcedonen. synodo, compellẽs ad vnitatem sanctæ ecclesiæ reuocauit. Brutianos, Sardos & Campaniæ rusticos, tam verberibus q̃ prædicationibus emendatos, à gentiũ vanitate auertit. Donatistarum hæresim penes Africam, Manichæorum penes Siciliam, Arrianoꝝ penes Hispaniam, Agnoitaꝝ penes Alexandriam, scriptoꝝ suoꝝ validissimis autoritatibus opportunis'q; legationibus à corpore totius ecclesiæ sequestrabat. sola penes Galliã Neophytaꝝ hæresis, q̃t Simoniacis muneribus q̃si tot radicibus pullulans, longe late'q; excreuerat, cõtra quam apud Brunechildim reginam, Theodoricum q̃q; ac Theodebertum Francoꝝ reges, fortiter pugnauit, donec collecta generali synodo, hanc sub anathemate damnandam penitus impetrarat. ipse q̃q; scholam cantoꝝ instituit, quæ hactenus in S. Romana ecclesia seruatur. eius gratia duo habitacula fabricari fecit, vbi vsq; hodie lectus q̃ recumbens modulabatur, & flagellum illius q̃ pueris minabatur, veneratione cõgrua cũ authentico antiphonario reseruat. Sed cum officium Ambrosianum magis seruaret tẽpore Caroli Magni, Adrianus papa in cõcilio gñali

Gregor. ad Phocã epistola.

Cremona solo æquat.

Sacra Gregorij instituta.

Schola cantorum.

statuit officium Gregorianum debere oĩno ab omnibus obseruari, cuius Carolus executor fuit diligentissimus. Sed nec sine diuino miraculo hoc factum dinoscitur. beato eñi Eugenio suadente, de cõmuni cõsilio decretum fuit, vt vtrunq; missale, Ambrosianum & Gregorianum, sup altare B. Petri poneretur: & clausis ianuis, custodibus adhibitis, nocte in oratione psisterent, dñm exorantes, vt p signũ aliqd ostendere dignaretur, qd sibi magis placeret seruandum. mane facto, inuenerunt missale Ambrosianum in loco suo clausum, Gregorianum vero apertum, & p qternos dispersum. ex quo statuerunt Gregorianum per totam ecclesiã seruandum, Ambrosiano vero solum in sua ecclesia vtendum. Qualia vero sustinuerit etiam post mortem sanctus vir opprobria, dicetur mox in vita successoris. defunctus Gregorius, vt supra dictũ est, sepelitur, collachrymantibus oĩbus in basilica S. Petri ante secretarium 4. Idus Martij. Post mortem Gregorij Magni Sabinianus, cuius patria ignoratur, successit anno dñi 606. homo obscuro loco natus, obscurior moribus, rebus gestisq; Gregorij aduersarius. Nam cum fame tunc laboraretur, instarentq; pauperes, vt pietatem Gregorij in eleemosynis imitaretur, respondebat, Gregorium popularem hoĩem famam aucupantem, patrimonium ecclesiæ largitionibus dissipasse. Vnde ob vindictam, ad comburendum libros eius cæterorum animos inclinauerat: quorum dum quosdam combussisset, & reliquos comburere vellet, Petrus diaconus de quo in dialogo loquitur, vehementissime restitit, asserens hoc ad delendam eius memoriam non valere, cum in diuersis mundi partibus exemplaria tenerentur, adiungens immane sacrilegium esse, tanti viri libros comburere, sup cuius caput ipse spm̃sanctum in specie columbæ frequentissime perspexisset. Tandem in hanc eos duxit sententiam, ac iureiurando rem confirmans, Gregorij libros seruauit. Sunt tñ qui scribant, Sabinianum, instigantibus quibusdam Romanis, hoc in Gregorium molitum esse, q; veterum statuas tota vrbe, dum viueret, & obtruncauerit & disiecerit. quod à vero dissonum est, iacent eñi statuæ tum propter vetustatem collapsæ, tum etiam quia basibus sublatis vel æris vel marmoris causa, tantæ moles stare non poterant. quod aũt capitibus careant, mirũ videri non debet, cum ea pars fragilior facilius frangatur. nec est etiam carpendus, q; suo mandato veterum sunt ædificia diruta, ea de causa, vt peregrini tẽpla potius q̃ illa reuisant. Absit hæc calumnia ab eo viro, cui certe patria charior fuit, q̃ vita. multa pfecto ædificia exedit vetustas, multa demoliunt hoĩes ædificandi gratia, aut qrendorum thesauro℞ causa factum id à Ro. dicimus, cum & Epirotæ, Dalmatę, Pannonij, & fæx totius orbis terra℞ huc missa, Romani possunt appellari. At durãte fame, Agilulphus Lõgobardo℞ rex, suggerẽte põtifice, & q; noui imperatoris potentiã formidaret, ad Phocã Cõstantinopolim misit, pacemq; constituit in Italia triennio seruandã. Interim Sabinianus papa Gregorio sibi apparente, ac eum ter & qter corripiente de auaritia, & q; necessitatib⁹ paupe℞ non succurreret, vnde ille non acqescẽs, & vt ante beato viro detrahẽs, dolore capitis pcussus, cum annũ vnũ ac mẽses 5. in põtificatu sedisset, morit, in basilica Petri sepelit. Tanta vero hoc in tẽpore apparuerũt pdigia, qnta nunq̃ antea. nam & cometes visus est plucidus, & Byzantij puer qdrupes nascit, & apud Delon insulã duo marina mõstra humana specie visa sunt. Ad Phocã imperatorẽ redeo. cognita eñi morte Mauricij, grassant p Ro. prouincias hinc Persę, inde Hunni. Causa qre rex Persa℞ insurrexit cõtra Ro. imperiũ, hæc fuit: imperãte Mauricio, Persa℞ ppli seditione facta, regẽ suũ ceperũt, & priuatũ oculis incarcerarũt. huius regis filius Cosroes dictus, populi furorẽ declinãs, ad Mauriciũ cõfugit, q eũ benigne suscepit, filiã deinde Mariam vxorẽ dedit, in recupando regno adiuuit. Quare Persa vxoris monitis baptizatus est, regnauit annos 38. Itaq; postq̃ socer℞ interijsse accepit Phocæ insidijs, Romanã pfidiã detestatus, imperiũ inuasit, Syriã vastauit, Hierosolymã diripit. ijs malis implicitus, vitam prius amisit, q̃ qd ageret cõstituit. Defuncto, vt pdictũ est, Sabiniano papa, Bonifacius 3. patria Romanus, electus est anno dñi 607. sedit annũ 1. mẽses 5. Is insolẽtiam patriarchæ Cõstantinopolitani, οἰκουμενικὸν se appellãtis, cõpescuit. Phocas eñi põtificis suasione publica, ac ad vniuersum orbẽ dimissa sanctione, cõstituit, vt Ro. ec. Romanoq; põtifici oẽs orbis ecclesiæ obedirent, qd retroactis tpibus non ad vnguẽ seruabatur, maxime à Græcis, asserentibus eo loci primã sedẽ esse debere, vbi esset caput imperij: cõtra qs multa militabãt, & q; Græci imperatorẽ suũ non Græco℞, sed Romano℞ vocabãt, & q; Petrus aplorum princeps successoribus suis Romanis regni cœlo℞ claues à Deo sibi concessas reliquit. Idem qq; Bonifacius instituit, habita synodo epo℞ duorum & 70. presbyterorum 30. diaconorum trium, ne quis sub anathemate in locum demortui pontificis subrogetur, nisi transacto tertio die. voluit item electionem episcopi à clero pariter & populo fieri, eamq; ita ratam fore, si à principe ciuitatis appro-

Sabinianus papa.

Infamatur Gregorij põtificatus.

Prodigia.

Cosroes.

Bonifacius 3. papa.

approbata esset.est eñ,ait,simile vero,cleru ac populum & principẽ ciuitatis,si libera suffragia sunt,non alium electuros,q̃ q merito possit & debeat alijs pesse.morit immature,& in ecclesia S.Petri sepelitur.Bonifacius 4.natione Marsus,anno dñi 609.surrogatur.sedit menses 8. & 6.annos,q ab eodẽ Phoca impetrauit,vt templũ Romæ celeberrimũ à Marco Agrippa ædificatũ,& oĩbus dijs pphanatũ, antiq̃ noĩe pantheon, S.Mariæ & oĩm sanctoꝝ ecclesia vocaret.Per id tpis,licet Itali qetem p Lõgobardos nacti essent,tñ hostes Longobardoꝝ non qeuere. Auares nanq; & Hunni,à qbus Noricum Bauaroꝝ nomen accepit,sibi cõfines Venetiaꝝ & Foroiulio puincias inuasere, qbus Sisulph⁹ eius puinciæ dux cum oĩbus cõprouincialibus Lõgobardis,q arma ferre poterãt,occurrit:pliũq; est cõmissum.ibi exercitus Bauaroꝝ multitudine excedẽs, Longobardos corona cinxit.pugnatum est acriter. tandem Sisulphus multis confectus vulneribus cecidit,cum q̃ multa Longobardoꝝ millia sunt cæsa. Deinde Bauari diuisi,prouinciã vbiq; incendijs rapinisq́; vastauere.Erat Bauaris rex, dictus Cacannus ex gentis consuetudine, q audiẽs Sisulphi ducis vxorem cum filijs Roaldo & Grimoaldo ac gaza ingenti sese intra oppidum Fori Iulij cõmuniuisse,illuc duxit:&cum obsidens locũ circũequitat,visus à Romilde e mœnibus flauo crispantiq́; capillo,mox ab ea adamatus est,& oppidum deditum,si se vxorem duceret,spopondit. Cacannus oppido potitus hoc modo,vna tñ nocte fœminam ad se admisit:deinde velut impudicam mulierẽ,Bauaris militibus passim pstituendã tradidit. Emissa plebe, oppidum igne cõsumpsit, ita vt iam vestigia eius non videant, abduxitq; Bauarus captiuos oẽs vtriusq; sexus hoĩes,pollicitus se illos ad Pãnoniȩ loca,vnde exiuerãt maiores eoꝝ,restituere.Interim oẽs Lõgobardi Papiæ ad regiã cõuenerũt,vbi de clade accepta & excidio oppidi certiores facti prius sunt,q̃ potuerint subuenire. Grasulphũ tñ fratrẽ Sisulphi Agilulphus rex ducẽ Iuliensibus pfecit.Bauari interea Italia egressi,cum primũ in patria cõstitere,captiuos pubertatẽ supgressos,in cãpo, cui Sacro post nomẽ ob id facinus fuit,interfecerũt:pueros vero & fœminas,p seruis pellicibusve habuerũt,partim hastæ subiectos vẽdiderũt.Roaldũ aũt & Grimoaldũ fuga plapsos amiserũt,scribit Paulus.Eodẽ ppe tpe Sclaui,q̃s scripsimus in Dalmatiæ & Istriæ ora cõsedisse,q̃cũq; ppinquis regionibus parẽtia impio inuaserũt,&militibus q̃s Phoca in psidio po suerat occisis,*oĩa Dalmatiæ & Illyrici Adriatico adiacẽtis* puinciã subegerũt. quã ob rem Phoca Iohannẽ Lemigiũ Thracẽ Smaragdo in exarchatu dedit successorẽ. Tandẽ Græcoꝝ viroꝝ vxorumq́; & spadonũ copijs aduectis,Rauennatibus imperat, & dum Græci haud secus acsi res imperij integræ essent, importune Rauẽnatibus molesti sunt,exorta est incerto autore cõcitatio,& Iohãne ac magna iudicũ parte occisis, in petulantẽ viroꝝ ac spadonũ turbã petulãtius est grassatũ.Ad Phocã redeo.eo tum Priscus patricius summo apud Phocã loco, cõiurationẽ init cum Heracliano socero, Aphricæ ptore,pro Heraclio fratre vxoris affectante imperiũ.q primum eñ Cosroes Mesopotamiã occupauerat,Heraclius(vt cum genero cõstituerat)imperatori in Africa rebellauit.Tum Priscus cõponendis soceri cum imperatore rebus, sequestrũ se exhibuit.Heraclius Cõstantinopolim tanq̃ paternæ fidei obses venit,& copias Heraclianus q̃tas potuit ex Aphrica cõtrahere,tanq̃ imperatori subsidium allaturus, parauit, qbus copijs nauigio in Thraciam transportatis,Phocam cõiurati obtruncant,Heraclio impatore p vim & arma cõstituto.Heraclianus pater ad tuendas Aphricæ partes est reuersus.ad hæc aũt ob absentiam & ignauiã Phocæ,senatus Heracliũ solicitauit. Siquidem ille ab scelerato exercitu cui dux erat,imperator lectus fuit, auarissime tributa exegit,secreta cũ suis aulicis Persico more disposuit,legatos audiebant,iudicia pendebant,magistratus dabant.Quo in eo qui imperat,miserius & deterius est nihil.paulatim eñ fumi grauiter lædere solent.Gratiores apud eum erant, qui inexplebili rapacitate populos vexabant. Vnum porro sanxit, q̃ laudem meruit, hoc est, vrbem Romam totius salutaris vitæ caput esse,cum antea pter sedem principis,Cõstantinopolis caput haberetur.Desidia & ignauia imperatoris Ro.hostes potentiores facti,in occidentis orbe Germanias cum insulis,Gallias Hispaniasq́;,& bonam partẽ Italiæ, Pannoniasq́; & Mysiam abstulerant,& magnam partem Aphricȩ.In oriente vero Iberos, Armenias,Arabes & hinc Dardanos,& mediterranea Macedoniæ & Græciæ,Cacannus Thrax Hunnoꝝ rex,modo huc,modo illuc vndiq; discurrebat.pene totam Assyriam Persæ occupauerant,Aegyptum Saraceni vastauerant.proh dedecus,nostræ vires adeo defecerant p luxum ac libidinem,vt imperium Ro. solo tñ noĩe cõstaret.res eñ publica vindices non habebat.Magnã spem pbuit Phocas, sed oẽs fefellit opinio. eoq; ventum est,vt aut Ro.imperiũ deleretur,aut Phocas occũberet.Milites primi Heraclium imperatorẽ pnunciant,populus deinde & senatus ingenti acclamatione probauit,

Bonifaci⁹ 4.papa.

Sisulphus Hunnorum armis perit.

Cacannus Bauarus.

Sacer cãpus

Johannes Thrax Exarchus.

Heraclius Imp.62.

Fumi vendítores apud Phocam.

bauit. Et Sergius Cōstantinopolitanus pon. Heraclij caput diademate cinxit. Pendebat eo tempore res imperij ambigua oīs, & miles Ro. tot bellis absumptus erat. q̄re Europæ hostes sedaturus, cum Cacanno fœdere coijt, cum Longobardis erant induciæ, Aphricam p̄sidia tuebantur. Itaq; ad orientē liberandū cōuersus, prius q̄ bellum gereret, legatos bis misit ad Cosroen Persam, vt à vastatione cessaret, vtq; iam satur humano sanguine rediret in Persida. deinde frustra orauit inducias, ille cōtumeliose r̄ndit, se nunq̄ quietur, nisi postposita & abnegata Iesu Nazareni religione. Imperator indignatus, desperata pace, expeditionē acri habito delectu vndiq; parauit, in orientē pergit. Cosroes factus de bello certior, Palæstinam Iudæamq; diripuit, Hierosolymā despoliauit, maxima cæde facta, lignum S. Crucis vnà cum Zacharia ep̄o transportauit. *Ostanē satrapā cum valido exercitu contra Heraclium misit. res primū leuibus p̄lijs tentata, deinde totis viribus pugnatū est, Persæ victi terga dederūt. cæsa sunt hostium supra 30. millia. Ostanes fugit, Saraces & Sarabasses duces cecidere. nec tanta cæde vlti sumus, iamq; iter & tertio victores, deleto & cæso supplemēto lōge maiore, cū duce Saie & Razetene in viscera Persidis, superato Tigride, penetrauimus. sequitumq; est non modo in hoīes, ver in vrbiū direptiōe, nec temperatū est à p̄phanis hostiū tēplis. Secundo & tertio p̄lio cœlesti auxilio vsi, victoriam assecuti sumus. sed tertius ille cōgressus, cæsis multis millibus, finem bello Persico fecit. Cosroes desperatis rebus, Ctesiphontem aufugit, vbi à Syroe filio interfectus est, eo q̄ pater Medarsæ filio alteri, sed natu minori, regnū tradiderat: q̄re & hic cecidit, vxoresq;. negocio p̄fecto, Syroes ablatas opes q̄s reperit, captiuosq; Ro. & lignum vitæ restituit Heraclio, & primus ipse de morte patris ac fratris scripsit ad pricipē, paxq; ei data est his cōditionib⁹, vt limes Persici ac Ro. imperij Tigris esset, vtq; Persæ Mesopotamiā non attentarent. Tertiæ pugnæ dies, fastis Ro. adscriptus. exercitus victor laureatus magna lætitia & ingenti gloria Cōstantinopolim redijt. dux purpuratus aureo inuectus curru, non laureā manu, sed lignum crucis tenens, se lætabundis populis spectaculū p̄buit, gratum & salutifer spectaculū occurrētibus sacerdotibus regio ornatu insignibus, pōpaq; admirabili p̄eunte pōtifice ī sanctissimo tēplo positū ē. Regib⁹ Theodeberto & Theodorico, vt p̄missum est, interēptis, superat Clotarius, ad quē regnū p̄tinebat: sed Brunechildis plurimor cæde audax, Sigibertum Theodorici nothum, Austrasiæ regno p̄ficere conatur, cuius cœptis repugnāt Austrasij p̄ceres, q̄ crudelis fœminæ mores execrarent, tulitq; ægre rem illam Clotarius. Quo intellecto, mulier sanguinis auida, bello rem cōponere statuit. mittit ad Germanos legatos, inter q̄s erat Garnerius: & dum essent in via, Brunechildis suspectum habens Garnerium, mittit ad collegam literas, vt illum occidat. collega lectas literas lacerat ac abijcit, q̄rum fragmenta vnus ex amicis Garnerij cogens, sententiam Garnerio pandit. Dissimulata re, Garnerius suadet clam Germanis, Brunechildis partes ne sequantur. sese Clotario reconciliat. Mox nonnulli à Sigiberto ex Austrasia ad Clotarium deficiunt. fit postea pugna, in q̄ Sigibertus cum duobus fratribus Corbo & Meroueo, in potestatē Clotarij venit. Gildebertus aūt equi p̄nicitate saluus, nullo postea tēpore cōparuit. adducta q̄q; Garnerij op̄a est Brunechildis captiua, vnà cum Eudelina Theodorici sorore. Nec tardat rex, p̄sente Sigiberto, Corbum necare, seruato Meroueo, quem de sacro fonte leuauit. deinde de castiganda Brunechildi consilium capit, acclamantibus cunctis crudelem fœminā vilissima morte afficiendam. decem em̄ regum necis rea esset, p̄ter multor cædes. q̄re eq̄ imposita, p̄ totum exercitum ducta est: deinde indomitor equor pedibus alligata, mēbratim est discerpta. Nec tñ sua laude fraudetur Brunechildis, complura collegia sacerdotum ac monachor apud Burgundos Austrasiosq; extruxit maximis sumptibus, apud Heduos assentiente Clotario est sepulta. Reductis ad vnius regis imperiū 4. regnis, Clotarius palatij p̄fectum Garneriū cōstituit. Lōgobardis q annuū censum 12. auri pondo q̄t annis soluebāt à Gontranio vsq; ad ipsum tributum abrogauit. Clotarius duos filios, vnū ex Bergedruda Dagobertum, alter mortua Bergedruda ex Sichilde Aribertum suscepit. Dagobertus postq̄ sibi p̄ ætatē licuit, feras indagare p̄git. Excitato aūt ceruo p̄pe vicum Catulianum, ille p̄fugit in sacellū, vbi condita erant corpora beator Dionysii & socior ei⁹, & inibi p̄ annos 30. supra 500. religiose obseruabāt: in sacellū se ceruus pripit, soloq; q̄eti se dedit. canes insequētes, sacellū īgredi non ausi, voce frequenti p̄sonant, nec ipsis venatoribus intrādi facultas fuit, suam ædem tuētibus sanctis. ea re p̄ loca vicina p̄lata, loco venerationem fecit, & Dagoberto admirationem simul & pietatem cumulauit. Habebat Dagobertus præceptorem ducatu Aquitaniæ à patre donatum. hic superbe satis regis filium tractabat, propter quod exasperatus iuuenis, præceptorem iubet virgis cædi: qua accepta iniuria, ad Clotariū ille lachrymās p̄currit.

Cosroes crucē dn̄icā aufert.

Heracli⁹ vincit Persas.

Clotarius Francorum rex.

Sigibertus nothus vincit.

Vltimū Brunechildis suppliciū.

Dagobertus & Aribertus filij Clotarij.

rit. Eam rem pater furenti animo excepit, Dagobertum ꝓtinus venire iubet, exaspera tum patrem Dagobertus accipiens, ad sacellum sanctorum, in quo à canibus ceruus fuerat tutus, aufugit. Hoc cognito, Clotarius eum extrahi iubet. abeuntibus seruis, cum ꝓpe sacellum cõstitissent, fixi stupentesq; hæserũt. hoc reuersi patri nunciant. non credidit rex, alios misit, quibus idem accidit. nec retrahi pater potuit, donec experimentũ ipse fecerit. In sacello per quietem Dagobertus vidit tres viros reuerendissimos, dicentes: Dagoberte, martyres sumus, petimus vt cum tibi patrem reddimus placatum, digniore apparatu tumulos nobis extruas: & ne te illudi somnio existimes, terram effodito: suo quenq; noĩe characteribus signatum comperies. cõfidentior factus iuuenis, impleturum se iussa ꝓmittit. interea pater adueniẽs, stupore miraculi ꝑculsus, filio pepercit, eumq; non multo post regni cõsortio donatũ, regno Austrasiæ ꝓfecit. Dagobertus itaq; post obitum Clotarij patris, votis satisfaciens, apud diuum Dionysium ecclesiã solennem cõstituit: cõuocatisq; põtificibus 6. Kal. Martij dedicandæ basilicę gratia, in ipsa nocte pridie Kal. homo lepra ꝑcussus, ab æditiuis impetrat in æde ꝑnoctare. vbi dum vigil in oratione ꝑseuerat, vidit Chrm comitãtibus Petro & Paulo vnà cum S. Dionysio, Rustico & Eleutherio intrare, qui candida veste dedicationis munus absoluit, illumq; à lepra mũdauit, iubẽs dicere põtificibus, ædem à se Chro cõsecratam: in signũ, cõtacta hoĩs facie, auferẽs eam, proximo lapidi adglutinauit, quæ & hodie ꝓ miraculo videt. epi hoc accepto, dedicatiõe abstinuerũt. Repetẽti Austrasiã Dagoberto, Saxones qui vltra Rhenũ incolũt, regi nouo bellũ duce Bertholdo inferũt. in quos & ipse Dagobertus, traiecto Rheno, non impiger copias ducit. pugna facta, Dagobertus gladio diuulsa casside, vulnus accepit, quo humũ delapsus, in hostiũ potestatẽ venisset, nisi à suis ꝓtectus fuisset. mittit ꝓtinus Dagobertus ad patrẽ, is non ꝓcul Arduenna agebat. cognito filij ꝑiculo, magnis itineribus suppetias filio ferre cõtendit. & cum venisset ad castra filij, reciproca militũ salutatiõe clamor sublatus, ad hostiũ castra refert. quod miratus Bertholdus, rogat, quid id lætitiæ quod in castris Frãcorum audiret. neq; enim Clotarium adesse credebat. quẽ ante aliquot annos mortuũ acceperat. cum non ꝓcul castra hostiũ distarẽt, vt sui aduentus fidẽ Clotarius faceret, galea nudauit caput, quo signo agnitũ regẽ, Bertholdus voce infamat. Eo verbo indignatus rex, flumen tranat quod mediũ erat, nec destitit donec Bertholdi caput ad suos defert. Deinde fugiẽtibus Saxonibus, memorabilẽ edidit stragem, nemini masculini sexus parcẽs in Saxonia, qui gladij sui lõgitudinẽ excederet. vastatis simul & vicis ac agris, victor postea in Franciã redijt. Bellis iam plurimis feliciter gestis, Clotarius posteritati suæ cõsules, procerum conciliũ Trecas cõtrahit. mox cõuentũ apud Cypriacũ habuit. vbi de regni cõmoditatibus cõsulit. Anno, vt plures scribũt, regni sui 44. morit, duobus filijs Dagoberto & Ariberto relictis: & sic anno dñi 630. Id quo modo fieri possit admiror. nam liquido cõstat ex literis fundationis monasterij in Vuyssenburg, quod fundauit Dagobertus, Clotarium iam diu fuisse defunctum, quarum literarum tenor talis est: Dagobertus magnus diuina clementia rex Francorum, oĩbus regni sui primatibus, immo cunctis Christi fidelibus ꝓsentibus ac futuris &c. Notũ facimus, quod patre meo Clotario defuncto, paterni regni curam suscepi, sed viuendi ductus leuitate, deceptus regalis officij debitum neglexi &c. Inter alios excessus meos & ecclesiarum Dei destructor & dissipator esse cœperã, nec diuinæ maiestatis oculos nec hoĩm veritus aclamationem. Tandem Dei benignitas obstinatæ mentis superbiam contemnens, virga correctionis iniquitates meas correxit, & castigato mihi veniam non negauit. nam raptus in sublime, diuinęq; maiestati inter choros sanctorum, in habitu iudicantis sedenti, ꝓsentatus, à sanctissimis ecclesiarum patronis ꝓ rebus ecclesiasticis ꝑ rapinam à me distractis & consumptis, grauiter sum accusatus &c. Cumq; conscientia grauatus, non auderem delicta defendere, ex arbitrio præsidẽtis pœnæ sum addictus: deinde cæso & pœnis grauioribus affecto, succurrit mihi tandem specialis meus patronus S. Dionysius martyr, qui precibus suis & instantis pœnæ dilationem, & pœnitentiæ mihi tempus obtinuit. Idem quasi modum pœnitentiæ imponens, in hoc mihi spem plenę posuit indulgentiæ, si ad honorem Dei & beatorum Petri & Pauli apostolorum sanctorum, quos magis offenderam, domũ diuinis aptam seruitijs cõstruerem. qua ꝓmissione lætatus, libens voui, dimissusq; à superis redij. Igitur sub certa spe remissionis peccatorum nostrorum reddẽtes alacri studio votum quod fecimus, ecclesiam in honore S. Trinitatis, & S. Mariæ ꝑpetuæ virginis, & sanctorum aplorum Petri & Pauli, in loco qui dicitur Vuyssenburg, construimus: quam sublimare, & regali munificentia ditare decreuimus. Donamus ergo ei, & perpetuo dari volumus de rebus fisci illic adiacentibus, quicquid ad nos spectat, tam in villis quàm mancipijs &c. Item nullus secularis iurisdictionem ibi habeat &c. illud etiam pari decreuimus autoritate, vt nullus

Ecclesia S. Dionysii ædificat, & argento tegitur.

Saxones à Clotario & Dagob. vincuntur.

Clotarius moritur.

Testimoniũ literarum.

Monasterium in Vuyssenburg.

nullus pontificũ Nemetẽsis ciuitatis vel reliquorũ epõrum,aliquam ibi dñandi vel q̃slibet causas agendi habeat facultatem,sed sub nostræ emunitatis defensione pater monasterij oĩa possideat,hoĩes eiusdem monasterij p fines regni nostri nulli telonium psoluãt *&c.vt hæc incõuulsa pmaneant,chartam hãc adiectione sigilli nostri roboratam signauimus.Dat.in ipso monasterio mense Maio die xi.anno regni nostri 23.anno dñi Dc.xxiij.Et sic ex supputatione annorũ cõuincit error scribentiũ. literis eñ authenticis & taliter munitis magis credendũ est,q̃ historiarũ scriptoribus.Cõstat etiam ex his literis,q Dagobert⁹ regnare cœpit anno dñi DC.q̃d credo in Austrasia, in qua diu regnauit viuente patre, sed post mortem patris in tota Francia regnare cœpit. & cum ex his literis habeat, q Clotarius diu mortuus fuit, sequit q non regnauit vsque ad annum Dc.30. hæc tamen relinquo alijs discutienda. Mortuo Clotario,& apud S.Germanũ de Pratis sepulto,Dagobertus in Austrasia agens,de morte patris nũcio accepto, ne quis oriretur à nouarum rerum studiosis tumultus, in Burgundiam & Franciam exercitum partitur.Ipse cum apud Rhemos agit,veniunt ad eum ex Francia & Burgundia legati,regi nouo debitum honorem ac fidem pstantes. Erat Dagoberto ex patre frater Aribertus,cui cũ regnĩ pars deberet,cõuenit inter eos,vt in Aqtania Tolosam & alias vrbes q̃ infra Pyræneos montes & Ligerim cõtinent,Aribertus reciperet,eo cõtentus esset.igitur Aribertus regni sui primariã sedem Tolosæ instituit.Dagobertus vero impigre q̃ regiæ solicitudini impendebãt,exequebat,ius cuiq; postulanti dicens.templũ q̃d diuo Dionysio extruxerat,argẽto texit solido.in id corpora sanctorũ collocari fecit, *cõdito aureo feretro,additis multis preciosis muneribus, insup annuis redditib⁹ in alimoniã ministrorũ designatis. inopũ pterea curam nõ obmittẽs,reconditoriũ pxime aram maiorẽ templi argenteũ cõposuit,vbi q̃ diuis donaria martyribus offerrent,reposita sacerdotes egenis impartirẽt.Dagobertus Gertrudem vxorẽ, q sterilis esset, reliquisse fertur, & superinduxisse Machthildẽ virginẽ:& cum deessent illi pter sterilitatẽ liberi, cõcubitu virginis Raguetrundę filiũ suscepit, cui Aribertus Dagoberti frater nomẽ dedit.& appellatus est Sigibertus,quẽ S.Amandus baptizauit,de q̃ sancto ita legimus:Cum aliqñ venisset Romam,in ecclesia S.Petri pnoctauit,vbi apparuit sibi S.Petrus,iussit vt pgeret ad Dagobertũ regẽ,ac de peccatis suis eum corriperet.q̃d & fecit.& cum illi verbum salutis pdicat,regno extrudit, sed tandem resipiscenti Dagoberto Amãdus gratus fuit.Ille cum Sigibertũ baptizat, & ad orationẽ nemo rñdebat de more,infans ipse q tñ dies 40.natus esset,cunctis tacentibus,Amen expedito sermone rñdit.q̃d diuinitus factũ esse qs nõ crederet? Idem rex S.Amandũ in Traiecto fecit epm, quem tñ paulo post amore ductus reuocauit,& epm in ecclesia Argentinensi cõstitui fecit,cui cum populus non bene obtemperaret, monasteriũ ingreditur,mundũ posus.Legitur q̃q; in vita S.Arbogasti epi Argẽtinẽ. q Sigibertus adolescẽs filius Dagoberti,in venatione q̃dam ab eq̃ cadẽs,strepa retentus discerpitur,& tertia die est defunctus.quem cum rex & regina inconsolabiliter lugerent,S.Arbogastus deuotis pcibus suis à Deo obtinuit ad vitam reuocari, vnde rex p tanto beneficio oppidũ Rubiacũ cum attinentijs suis,vbi habitare cõsueuit,Argentinẽsi ecclesiæ ac gloriosę virgini Mariæ ppetuo donauit,q̃d & vsq; in hodiernũ diem retinuit. Eo pene tẽpore,Heraclio impante circiter annũ dñi 616.res Romana Persarũ insidijs tẽtata,nõ sine sanguine ẽ seruata, fœdere inter Cosroen & impatorẽ icto. verũ pmebatur Italia non tam externis hostibus,q̃ exarchis suis,e qbus Iohannẽ Thracem pridem Rauennates occiderãt. Accedebat his malis põtificis Bonifacij 4.interitus,cui vix post menses 7.est successor datus,id q̃d discordiæ erat intestinæ. Præterea Neapoli erat Iohãnes Campsinus,ex gente patricia Cõstantinopolitanus, illius vrbis pfectus,qui ratus opportunã inuadendi imperij rõnem,Neapolin & oppida q̃dã Lucanorũ,Apulorũ,Brutiorũ,& Campanorũ in tyrannidẽ accepit.Interim Deusdedit patria Romanus,põtifex lectus est oĩm consensu. Et Eleutherius exarchus ab Heraclio missus,Rauennã applicuit.vbi sine cõtrouersia admissus,postq̃ exercitũ nauigio eduxit,milites qui Rauennæ erant,sacramẽto in Heracliũ adegit.Exinde cõfirmatis reb⁹ habita cædis Iohãnis & iudicũ q̃stione, noxios puniuit.Post accedẽs Romam,à põtifice pploq; Ro.honorifice receptus est,eo ex loco oẽs qui sub Phoca stipendia meruerãt cõuocans,ac ducẽs Neapolim cõtra Iohannẽ tyrannũ, obuiantemq; armis superauit & interfecit.Oĩbus itaq; recuperatis,Rauennã redijt, vbi non solũ debito ære,sed donis etiam animos sibi militũ cõciliauit.Itaq; ad regnũ adspirãs, cõsciusq; sibi q̃tum facinus aggrederetur,cum Lõgobardis nup p Bauaros oppressis,nouã in decennium pacẽ cõstituit.addebat animũ Heraclij ignauia,qui p ea tẽpora res bellicas in suos duces reijciẽs,apud Cõstantinopolim ocio luxuiq; vacans, Martinæ nepti quã duxerat, adhæ-

Dagobert⁹ cum fratre partitur imperium.

Sigibertus Dagoberti filius.

Amandus epũs Argentineñ.

S. Arbogastus epũs Argentiñ.

Ioh. Cãpsinus pfect⁹.

Deusdedit papa.

Eleutherius exarchus 7.

Eleutherij tyrannis.

adhærebat. Et Eleutherius exarchus se regē Italiæ declarat, sed paulo post cū Romam peteret, à suis militibus interficit, & caput Cōstantinopolim mittit, cui mox successorem dedit Heraclius Isaaciū patriciū Cōstantinopolitanū. In aduētu itaq; Isaacij Agilulpho Longobardo℞ regi vita functo, Adoaldus filius puer cū Teudelinda genitrice in Longobardo℞ regno succedit. Ea regina à principio sui aduētus in Italiam sibi cōparauerat Longobardo℞ gratiā, quā adeo conseruauit, in diesq; adauxit, vt duces militesq; Lōgobardos verbo magis regeret q̄ armis. Hinc fœderibus ictis p decē annos cū puero, in regno quietissime vixit: quin etiā multa innumeraq; beneficia in Italicos cumulauit. Nō eñ modo ecclesijs pijsq; locis regis noīe donationes maximas fecit, sed & vrbes nonnullas instaurauit. Interea Persæ omni Asia q̄ ad meridiē vergit, sunt potiti. Quo tēpore Heraclianus imperatoris pater defunctus est, cū magnū exercitū ex Aphrica duceret in Aegyptū. q̄d cū esset Persis renunciatū, ilico in Aphricā duxerūt, ac Carthaginē ceperunt, inde potiti Aphricæ imperio, impositisq; illi p̄sidijs cōpetētibus, in Asiā sunt reuersi. Heraclius imperator tū petijt à Cosroa rege pacē, quā magno cū dedecore Ro. imperij erat accepturus. sed barbarus rex victorijs insolētior, vt cōsentiret paci, nullis p̄cibus p̄mijsve adduci potuit. quā ob rem imperator timore potius q̄ virtute animū in barbaros destinauit. Deusdedit papa inter hæc moritur anno pōtificatus sui tertio, q̄ in tēpore (vt Platina scribit) scabies q̄dā ita in elephantiasin tendēs inualuit, vt deformitate cognosci hoīes nō possent. ipse vero in basilica S. Petri sepelit. Anno dñi 625. Bonifacius v. natione Cāpanus est substitutus. Hic cōstituit, ne cōfugientes ad ecclesias inde extraherent. Deinde anno dñi 624. Heraclius ducere in Persas cōstituens, anno imperij sui xij. primū oīm Cōstantinopolis defensioni prospecturus, Cōstantinū filiū Cæsarē declarat, ac regni cōsortē facit. exin rei diuinæ ex Christiano℞ institutis religiosissime intendēs, accuratissime p sacri ieiunij tpa oībus in tēplis supplicatiōes habuit. profecturus aūt, dextrā armauit tabula gloriosæ virginis imagine depicta, quā fama erat de cœlo cecidisse, & nullo fuisse humano ope fabricatā. Egressus dux in Syriā, audiēs Cosroen se apud Azótū vrbē cōtinere, venit illuc. q̄d cū intellexisset Cosroes, inde profectus est in Persidē, exustis oībus in itinere segetibus q̄ tūc flauescebāt, Sarace & Sarabassa ducibus relictis, q Heraclij impetū retinerēt. q̄d intelligēs Heraclius, flexit iter ad sinistrū, & magnis itinerib⁹ superato Tauro monte, Saracen Cosroæ ducē anteuenisse reperit ad pontē, eumq; inde deturbatū in Persidē repulit. Et vltra procedēs, Saym ducē illi substitutū, cū maioribus copijs obuiū habuit: cū q̄ p̄lio cōmisso, ab ortu solis vsq; ad vesperā magna vtriusq; partis cæde, postremo inclinauerat victoria ad Persas, nisi dñs exercituū subsidium attulisset. exortus est eñ in magnā tempestatē imber grandine mixtus, & in faciē hostiū fulminās, excæcabat Persas, & impetu prouoluebat. Cōfractus est itaq;, & magna occidione prostratus hostiū exercitus, ad cuius cladis nunciū Cosroes oēs effudit regionū vires: copijsq; vndiq; cōtractis, Razatenē opposuit Heraclio ducē. Igit Heraclius cū nouo duce pugnās, idq; p̄liū eo cōtinuatū est die in vesperā, sed ad solis occasum cū multi in vtroq; exercitu cecidissent, Razatenes dux superatus est & interfect⁹, relata sunt ex eo p̄lio 27. Persa℞ signa militaria, maiore exercitus parte vel occisa vel capta. Sunt q scribāt, q̄ exercitibus vtriusq; partis circa *Danubiū cōgregatis, placuerit vtriq; principi, Heraclio s. & Cosroæ filio, siue is ex Persis alius quispiā fuerit, vt ipsi soli in medio pontis cōfligerēt: & cui sors victoriā ferret, is sine dāno vtriusq; exercitus imperaret. qua in pugna pulsatus dñs p̄cibus suo℞, cōcessit Heraclio de hoste triumphū. Vnde tanta mētis exagitatio Cosroæ inuasit exercitū, vt spōte cū omni familia Heraclio se subderet. Persidē ingressus Heraclius, turrim Cosroæ thesauris plenā capit, partē militibus tribuit, partē vero reparandis tēplis q̄ Persæ diripuerūt, designauit. Occiso rege Cosroa, filiū eius alte℞ captū & baptizatū, in regnū restituit. Fertur ab alijs perijsse Cosroā filij Syroæ insidijs, vt supra scripsimus, vbi historiā ceu q̄dā cōpendio breuiter cōplexi sumus, alijs vsi scriptoribus. vtrāq; sententiam perpende.

Anno deinde salutis nostræ 628. Bonifacius quinto pōtificatus sui anno morit, & in eius locū Honorius primus subrogat, sedit annis fere vndecim. Hic vrbis Romæ sacras ædes restaurauit. ope℞ suo℞ hodie p̄ter B. Petri basilicæ tectū, æreis tegulis coopertū, nil visit, quas tegulas ex Romuli tēplo Heraclij imperatoris permissione pontifex auehi curauit. Heraclius post tā celebrē triumphū, post tantā maxima℞ re℞ gloriam, siue superbia, siue temeritate, vt hæc plerūq; vitia res hoīm splendidiss. comitantur, Christianæ pietatis desertor, magicis vanitatibus se dedidit. Cecinerāt vates grāde illi periculū atq; imperij euersionē à circunciso populo imminere. existimabat aūt Iudæos fore, quare p totū imperiū mandauit Iudæos q nollent cōuerti, interfici. Idē

Eleutherij cædes.

Isaacius exarchus viij.

Adoaldus Longobardorum rex.

Carthago & oīs Africa Persis cessit.

Bonifacius v. papa.

Persa℞ grauiss. cædes.

Tempestas.

Honorius i. papa.

per nuncios Dagobertũ regem Francorum & Sisibodũ Hispaniarum regem, ꝑtensa fidei Christianæ causa rogauit, vt oẽs in suis regnis Iudæos fieri Christianos iuberent, nolentes vero neci darent. Obediunt illi, & multi tum Iudæi conuersi sunt ad fidẽ, multi occisi nolentes conuerti. Sed Heraclius in sua astrologia fuit deceptus, quia nõ ad Iudæos, sed ad Arabes & Saracenos, qui ex mandato Mahumeti circuncidunt, ꝑsagium spectabat. Ad hoc Heraclius instinctu Pyrrhi Cõstantinopolitani patriarchæ & Cyri Alexandrini episcopi, incidit in hæresim Monotheletarum, dicentiũ esse in Christo vnicã tantummodo voluntatẽ: quẽ errorem multi sunt secuti. Sed cum Honorius papa Heracliũ per literas & nuncios tanti erroris arguisset, passus est Pyrrhum patriarcham Constantinopolitanum ob id in Aphricam relegari.

GENERATIO XXII.

Mahumeti origo & ingenium.

Anno salutis nostræ 630. anno Heraclij 19. Honorij vero papæ tertio, incepit 22. generatio. Mahumetus, vt aliqui volũt, Arabs, vt alij, Persa, nobili ortus parẽte, deos gentiũ adorãte, sed matrẽ Hebraicæ gentis habuit *Ismaeliten. ex his duabus oĩno sibi aduersantibus sectis originẽ trahens, nulli eorum oĩno adhæsit. Nanque inter Arabes, apud quos magnũ ambierat honoris locũ, publice cõcionatus est, nõ iniuria Cosroen deletũ esse, quod se pro Deo adorari fecisset homo scelestissimus: quin exquisitissime de lege Hebræorum, quã magna ex parte Arabes ea tempestate sectabant, Christianorumque traditionibus disputabat, vt vnã eandemque esse vtranque affirmaret, licet magnis vtraque gens abduceret erroribus: quos quidẽ errores ita ipse moderabat, vt Hebræos reprehẽderet, Iesum Christũ de virgine natũ negãtes, quod sui maiores futurum expectandumque ꝓdixerunt: Christianos vero redarguit leuitatis, quibus persuasum sit, Iesum Dei amicissimũ & ex virgine natũ, opprobria & demũ crucis mortẽ à Iudæis perpeti voluisse: & suã ipse ꝓdicans legem, fore affirmabat, vt si eam acciperent custodirentque Saraceni, & sibi diuino ob id nuncio obsequerent, sese in libertatem recipiãt, principatu regnoque in finitimos potiant. Hæc Blondus. Scribit & Mahumetus mercator fuisse, & à Sergio apostata, qui propter errorẽ Nestorij à suis fuit expulsus, instructus, duxisse ꝑpotentẽ vxorẽ. ꝑterea vsum ferunt ꝑceptore quodã Iacobita, ex his qui circũcisionẽ ꝓdicant, & Christũ hoĩem tantũ fuisse, nõ Deũ, sed iustũ & sanctũ, ac de spũ sancto conceptũ, & de virgine natũ. quæ oĩa Saraceni credũt. Itaque populus tunc vario laborãs errore, facile deceptus est, multique tam ex Iudæis quam Saracenis, ei adhæserunt. Asseruit enim constãter se prophetã à Deo missum, vt legem quam Iudæis, & *eam quę Christianis data esset, quia nimis rigida erat, tẽperaret: & quo fidẽ suã adstrueret instar Moysi, vocata plebe, hæc diuino nũcio ꝓdicari clamabat. Nã cũ morbũ homo scelestus haberet caducũ, ita vt sæpe caderet, de quo vxor eius plurimũ tristabat, affirmabat sibi angelũ Gabrielẽ loqui solere, cuius splẽdorẽ sufferre nõ posset, ideo se in terrã cadere. Deinde vt regno Arabũ potiret, cõsilio Sergij legẽ suã cõposuit. hic vero monachus erat: ideo ordinauit, vt eius legis sectatores cuculla vterent, quod hodie Saraceni seruãt. deinde multas genuflexiões fieri mãdauit, & vt meridiẽ versus adorarẽt, lotiões etiã vsque ad verenda instituit, & vt orãtes vnũ cõfiterent Deũ: vnde trinitatẽ negant. se nõ Deũ, sed Dei prophetam eximium haberi, quod omnes carnes ꝑter porcinas & morticinia ac sanguinem comedere possent: quod quatuor legitimas vxores cuique habere liceret, & de propria cognatione liceat eas accipere. Docuit aũt auditores suos, quod qui occidit inimicum, vel occidit ab inimico, paradisum ingrediat. paradisum vero, carnalis cibi ac potus locum & indulgendis mulieribus, perhibebat: fluuiũ quoque vini & mellis ac lactis ibi esse, & affluentẽ voluptate, multaque alia stultitiæ plena, quæ stultis videbant credibilia, vel eo quod delectabilia. His & alijs prophetã Dei se affirmans, illius regionis obtinuit principatũ, oẽsque Arabas suasione vel tandẽ gladij timore ad ipsum venerandũ & legẽ suã seruandã adegit. Ausus aũt tum fuit Mahumetus, cõparato ingenti Arabũ exercitu, fines Ro. imperij turbare, cuius motus Heraclius cito compescuit, solicitatis eius ad defectionẽ militibus pollicitationibus & ꝓmijs. Verum hi postea minimã ob causam ab Heraclio defecerũt. dũ enim militibus stipendia darent, dispẽsator vni ex Saracenis importunius petenti: Vix, inquit, Romano & Græco militi possumus dare, & hęc canũ turba tantopere stipẽdia efflagitat? ad quã vocẽ commoti qui aderãt Saraceni, suos vndique conuocãt, in Syriamque secedunt, & in magnũ coacti exercitũ, prima ad Damascũ fecerũt castra: qua breui capta, Phœnicẽ quoque occupauere, deinde in Aegyptũ ducẽtes, duce (vt aliqui volũt) Mahumeto, ea facilius sunt potiti, quod à suis Arabibus cõmeatu auxiliaribusque copijs sunt adiuti. Processit aũt latius quam principio est creditũ, huiusmodi incendium, quod Arabes Mahumeti ꝑstigijs seducti, apud Persas, vt eandẽ susciperent legẽ, primum precibus institere: deinde illos assentiri nolentes, bello agitauere.

Sergius monachus. Iacobitæ.

Morbo comitiali laborauit Mahumet.

Arabes Mahumẽto duce imperiũ inuadunt.

Suc-

Successerat Syroæ Persarum regi, qui primo regni anno decessit, Adheser filius: quo item defuncto, Persæ regẽ assumpserãt Hormisdã. Hunc cũ Arabes in prælio superassent interfecissentq́;, subacti sunt à Saracenis Persæ. Ita Mahumeti lege suscepta, illius iussu priscũ nomen deposuere, & pro Persis Saraceni dicti sunt. qui quidẽ facti Saraceni, in Antiochiã vrbẽ Rom. imperio subiectã ducentes, illã ceperũt. Id cũ intellexisset Heraclius, Hierosolymã mittens, curauit dominicã crucẽ Cõstantinopolim importari. Interim Mahumet annos natus pene xl. postq̃ tam tetra peste aĩos hoĩm infecisset, extinctus est. Visit in Persidis vrbe *Meca ferrea illius arca. Et sunt qui putent hoc tpe Hierosolymã captã. id ego fretus bonorum scriptorum opinione, in Agathonis & Cõstãtini q̃rti tẽpora refero, s. sub Homaro, qui rex à Mahumeto tertius est, gestũ. Hic misertus vrbis, populũ seruũ & tributariũ, sua religione frui permisit. Hinc & pontifices vrbis eius in historia nõ negligemus. Cœperat his tẽporib⁹ sub Honorio põtifice Arioaldus Longobardorum regno pęesse, eiecto post Teudelindæ mortẽ fratre Adoaldo. Et Isaacio exarcho viro bono cõstans cũ Longobardo pax erat, qua fretus papa Honorius, vrbis Romæ magnificentiã sacris ædibus & plerisq; rebus aliis iterum instaurauit. Mortuus est hic circiter annũ põtificatus vndecimũ, sepultus in basilica Petri. Seuerinus cũ vacasset sedes annũ vnũ & aliq̃t mẽses, patria Romanus, in demortui Honorij locũ subrogatus est, anno dñi 638. cõfirmat̃ inde ab Isaacio Italiæ exarcho. Vana tũc em̃ habebat̃ cleri electio, nisi imperatores aut exarchi eam cõfirmassent. Isaacius itaq; ob eã causam Romã profecturus, Mauricio Cartulario Græco homini, per quẽ Romã gubernabat, mãdauit, vt thesauros in Lateranẽsi episcopio seruatos, qbus posset modis cõquireret. Mauricius iudicibus Ro. sibi subiectis pecuniaria pactione corruptis, vocatis militibus, multa de Honorij põtificis defuncti auaritia, multa de illius in milites odio dicit, quod pecunias ab imperatore vt illis in stipẽdia darent̃, transmissas, in arculis cõcluserit: hortaturq́; vt armis correptis, sese sequant̃. Resciuit vero põtifex Seuerinus Maurićij cõcionẽ ad milites, quã ob rem sacerdotes cũ valida propinquorum clientũ manu cõuocãs, sacrariũ in quo pciosa seruabant̃, obicibus repagulisq́; firmauit & militibus. Venit Mauricius, quẽ cũ Seuerinus auertere nõ poterat, introduxit, ostendens quo psidio sacrariũ seruaret̃. Mauricius tm̃ videns apparatũ, dolo aggressus est pontificẽ, & primates blanditijs alloquit̃, sese dicens ea solũ aduenisse causa, vt in illa sedis vacatione, furtũ aut rapinam sacræ supellectilis prohiberet. Vnde à Seuerino socijsq́; suis facile impetrauit, vt arculæ sacrarij duplici pontificis & Mauricij signo ad seras munirent̃, cõisq; sacerdotũ & militũ statio episcopion custodiret. His ita paratis, Isaacius exarchus Romã à Mauricio vocatus venit, egitq́; in exiliũ primarios sacerdotũ, qs dixit seditionẽ tumultũq́; in populo suscitasse. paucis deinde diebus electione Seuerini cõfirmata, episcopiũ Lateranũ tanq̃ visendi gratia ingressus, pda cõcupita expletus, exercitũ primo illius particula donauit, reliquũ Rauennã deferri iubet. ipse euestigio subsecutus, Heraclio imperatori eius sacrilegij partẽ trãsmisit. Fuit is annus, quo maxima clade à Saracenis est affectus Heraclius. Romæ interim Seuerinus põtifex anno secũdo vita functus est, successit Iohãnes papa iiij. Dalmata, anno dñi 640. Statuit, vt qui ecclesiæ res temerarius inuaderet, quadruplũ restitueret. sedit annũ vnũ, menses ix. sepultus est moriens in basilica Petri. Successit ei Theodorus primus natiõe Græcus, vir bonus, anno dñi 642. His tẽporibus Mauricius Cartularius post sacrarij expilationẽ maiora cœpit audere, quod vires imperij cõminutas duceret, Isaaciũ exarchum spernebat, cõsilio & auxilio iudicũ Ro. qs pda Lateranẽsi sibi reddidit obligatos, rebellare cœpit: cunctisq́; sibi subiectis locis fido psidio firmatis, cõuocat cõcionẽ, ostẽdens Isaaciũ Italiæ affectare regnũ, hortat̃ vt illi aduersantes, in Ro. imperatoris fide manerent, oẽsq́; nouo aduersus Isaaciũ adstrinxit iuramẽto. Quæ cum Isaacio essent nunciata, exercitũ coegit, Romãq́; misit, maxima oĩbus stipẽdia dari iussit. appropinquans deinde Romæ pfectus, pmisit aliqs qui ducentibus in exercitu ordines & in populo potentioribus renũciarent, dona se ab Isaacio maxima afferre, tantũq́; orare, ne Mauricij hoĩs perditissimi perfidiæ, imperatoriã gratiã & sua quæ afferret dona postponerent. Ea vero effecerũt dona, vt nec iudex nec ciuis Ro. nec miles inuẽtus sit, qui Mauricio fidẽ seruare voluerit. Præfectus ab Isaacio missus, q̃primũ Romæ applicuit, cum exercitu fuit introductus. quod cũ cerneret Mauricius, in ecclesiã B. Mariæ maioris cõfugit. sed eũ pfectus abstractũ, Rauẽnã in vinculis duci curauit, cũ quibus pariter sunt missi cõplices Ro. in illa cõiuratione notiores. Mauricius tũ Isaacij iussu decollatus est, caput hastæ infixũ in circo Rauennæ diu pependit. cõplices vero illius in carcerẽ sunt cõiecti, qbus secũda arrisit fortuna, quod Isaacius per eosdẽ dies repẽtina morte subtractus est, & Rauennates ciues illos ob Ro. noĩs reuerentiã abire incolumes permiserunt. At

Persæ accepta Mahumeti lege; Saraceni dicuntur.

Mahumeti mors.

Arioaldus Longobardorũ rex 6.

Mauricius vrbis Ro. pfect⁹ thesauros inuadit.

Isaacij sacrilegium.

Ioh. papa 4.

Theodorus papa 1.

Mauricij cõtra Isaaciũ cõiuratio.

Heraclius varijs (de qbus supra tactũ est) agitatus malis à Saracenis per Asiã, de Isaacij q̃q; certior morte factus, Theodorũ patriciũ, cognoĩe Caliopã, misit ad regẽdũ Italiæ exarchatũ: & nisi amẽs secorsq́; fuisset, intelligere potuit, Deũ qui pie & ex religione Christiana viuẽti dederat, vt perditũ primo in Asia imperiũ recuperaret, se postea flagitijs deditũ, ipso Asiæ imperio & summa gloria priuasse. Cœpit aũt laborare hydropisi, qua perijt anno imperij sui 31. eã secũ perferens infamiã, ꝙ Ro. principũ primus Asiæ imperiũ amisisse dicat. Anno dñi 642. q̃ Heraclius Cæsar vita functus est, Cõstantinus iunior Heraclij & Eudoxiæ filius, imperiũ accepit, qui nouercæ Martinæ dolis quarto mẽse veneno sublatus est. ausa est hoc facinus mulier Pyrrhi pontificis cõsilio, redierat eñ ille post Heraclij mortẽ ex Aphrica, confestim in vrbẽ Romã orthodoxæ fidei formã ac titulũ postulãs, inde Byzantiũ veniẽs, q̃ erat ingenio, nouum hoc scelus molitus est. Senatus populusq́; Cõstãtinopolitanus inauditũ crimen detestatus, Martinã lingua, Heracleona naso spoliat, vtrũq; in exiliũ mittit, Pyrrhũ antistitẽ à fuga retractũ interimit. Et Cõstans Cõstantini filius à senatu imperator habet, Pyrrho patriarchæ successor dat Paulus, q pari cõtumacia Monotheletarũ hæresim sectatus est, Cõstantis imperatoris fauore fretus. Ad Dagobertũ redeo, q vsus est potissimũ Arnulphi Metẽsis atq; Pipini cõsilio. Arnulpho fato absumpto, Cunibertũ Colonieñ. epm in eius locũ substituit. His cõsultoribus ad regis mores cõgruentibus, iustitiæ illius atq; æquitatis tãta fama etiã apud exteros percrebuit, vt fere ex oñi parte Europæ Dagobertũ iudicẽ exposcerẽt, Pipinus palatio ꝑerat. Interea Aribertus Dagoberti frater, relicto filio Chilperico, vita defungit, quẽ filius nõ multo post secutus est: quã ob rẽ Tholosanũ regnũ Dagobertus recepit. Tũ Sclauonibus in Thuringiã irrũpentibus, selectis copijs ad Rhenũ Dagobertus ꝑuenit, vbi Saxones ad eũ mittũt oratũ, vt tributo, q̃d patri filioq́; hactenus pẽpẽdissent, leuarent. id eñ tñ quingentorũ boũ erat. Si id ab rege imperarẽt, suis se impẽsis Sclauones debellaturos. Spõdet, cõditione admissa: Pensum Saxonibus remissum est. Interim cũ hæc agunt, Dagobertus Sigibertũ filiũ in Austrasiã mittit, diademate illi imposito, attributoq́; Cuniberto Colonieñ. epo. & comite Palatino Adalgiso, q̃rũ moderatiõe regnũ administraretur. Eo tpe natus est Dagoberto ex Mathilde Ludouicus, alio noĩe Clodoueus: quo adulto, dissidij causam fratribus auferre studuit Dagobertus, distributa cuiq; hæreditate. Sigiberto eñ oĩs Austrasia, Ludouico Burgũdia Neustriaq́; cessit. Anno dñi 643. Dagobertus Clypiaci residẽs, mittit nuncios in Britanniã, vt Britones q̃d male admiserant, velociter emendarẽt, & suæ ditioni se traderẽt, alioqui sese bello eos aggressurũ. Quod audiens Nidicahil rex Britonũ, cursu veloci Clypiacũ cũ multis muneribus ad Dagobertũ perrexit: ibiq́; veniã petens, cuncta q̃ sui in Francos illicite perpetrassent, emẽdaturũ se spopõdit, sẽp se & regnũ suũ subiectũ ditioni Dagoberti & Francorũ regibus esse promisit, & ad suos repedauit, muneribus à Dagoberto honoratus. Tũ multis rebus à Dagoberto ꝓclare gestis, prouidus futurorũ, ex regno Francorum põtifices proceresq́; Bigarium ad cõsiliũ vocat: vbi throno insidẽs aureo, duobus sibi assidẽtibus regibus filijs, inter multa q̃ de breui & misera hominũ vita locutus est, filios Clodoueũ & Sigibertũ ad mutuã charitatẽ hortatus, testamentũ cõdidit. Quo in primis q̃ Christi sacerdotibus donasset, rata esse mandat: confectis inde quatuor vno tenore syngraphis, vnũ Lugduni, alterũ Metis, tertiũ Parisij, quartũ apud se in arcis reponi fecit. Sacerdotes vero, id est, põtifices qui regis beneficijs donati essent, adstrictos facit, dũ de ipsius morte nunciũ accepissent, tribus cõtinuis à morte annis rẽ diuinã quisq; in suis locis ter p singulas hebdomadas faciãt: eius testamẽti curatores Sigibertũ Clodoueũq́; instituit. Paucis deinde exactis diebus, rex alui profluuio afflictus, apud Spinogillũ decũbens, ad diui Dionysij ædẽ se transferri iussit. illic spe salutis destitutus, Againũ, cuius probitas fidesq́; spectata sibi esset, accersit: vxorẽ Mathildẽ illi filiũq́; Clodoueũ cõmendat, vt eius prouidẽtia regnũ administraret. Proceres q̃q; palatinos q aderãt, adiurat, reginæ filioq́; obsecundẽt. Morbo tandẽ superãte, obijt. elatũ cadauer eius est, vniuersis collachrymãtibus, in tẽplo martyrũ regio apparatu sepultũ anno salutis nostræ 649. Fert ꝙ Iohãnes anachoreta insulanus, p quietẽ viderit in medio mari turbã dæmonũ, animã regis Dagoberti cymba deuehentiũ ad pœnas, vbi rex aduersus sæuientes in se dæmones, sanctorũ Martini, Maurici & Dionysij opẽ ꝓcatus sit. sancti opitulãdi gratia aduenientes, & supplicijs regis animã tormẽtis eximẽtes, secũ in cœlũ vexerũt, sine intermissione repetẽtes: Beatus quẽ elegisti & assumpsisti dñe in atrijs tuis. hoc Andoenus Rhotomageñ. archiepus literis conscripsit. His tẽporibus imperio ꝑerat Cõstans, tũ cæteris vitijs egregius, tũ hæresi maxime pollutus, quare & Paulũ patriarchã Cõstantinop. qui palã Christianos insectabat, summopere

Theodorus exarchus 9.

Cõstãtinus iunior impe. 63.

Constans imp. 64.

Tholosanũ regnũ Dagober. recipit.

Britones se dedunt.

Dagoberti testamentũ & interitus.

Paulus hæreticus.

pere defendit. Hic à papa Theodoro, vt rectā fidei normā acciperet, ꝑ literas requisitus, obstinate renuit obedire. Quāobrem & ipse, sicut Pyrrho cōtigerat, dignitate priuatus est, quanq̄ alium Pyrrhi priuatio finem habuit. Nedum em̄ Paulum, sicut Heraclius Pyrrhū, priuari passus est imperator Constantius, sed in hæresim & ipse prolapsus est, quo in tempore obijt Theodorus, pontificatus sui anno sexto, & in basilica B. Petri extitit sepultus. Subrogaт in locū Theodori Martinus papa, huius nōis primus, anno dñi 649. sedit annis septē. Hic legatos statim Constantinopolim misit, qui Paulū adhortarent, vt omissis erroribus, aliqñ ad veritatis callem regrederet. Is autem nō modo pontifici nō obtemperat, verū etiā eius legatos Cōstātij autoritate abusus, in diuersas insulas relegat. Quā ob rem indignatus Martinus, synodū centū & quinquaginta episcopoꝝ Romæ habuit, in qua Cyri Alexandrini, Sergij & Pyrrhi dānationē renouauit, Paulū aūt patriarchā omni anathematis vinculo damnatū priuauit. Martinus papa 1.

Interea vero dū hæc agerent, pax Italiæ q̄ inter Rom. & Longobardos annis 30. durauerat, turbari cœpta est. Erat Longobardis Rhotaris rex, Arriana labe infectus, in quā oēs Longobardi ꝑcipites corruerāt. Theodorus & Martinus rem sæpius frustra attentauerūt. Ob has igit causas, instante etiā Theodoro Italiæ exarcho, bellū Lōgobardis indicit. At nō recusant illi, ad Scultennā Mutinæ amnem acriter vtrinq; pugnatū est. Tandē vero Theodorus superatus, fundit & fugat, ex suis septem millibus amissis. Rhotaris tanta victoria elatus, Liguriā omnē breui in potestatē suā redegit: quā regionē ab vrbe Luna in Varū amnē Aniciensis prouinciæ & Galliarū fines, Lōgobardi per duo de nonaginta, quibus tunc Italiam ꝑmebant, annos, nunquā prius capere potuerunt. hic rex multas leges edidit. Per hoc tempus nedū subuenit afflictis Romanis ac Italis rebus aut hæresi Arrianæ inualescēti imperator Cōstātius, sed nouas ipse addidit afflictiones. Olympium em̄ cubiculariū suū misit ad Italiæ exarchatum Theodoro successorē, iubens & pontificem omnesq; Italiæ episcopos sua Monotheletaꝝ hæresi inquinare. quod si suasione, ꝑcibus, aut armis efficere nequiret, appræhensum Martinū papā in vinculis ad se mitteret. At Olympio Romā veniente, synodus habebat: & cū virus conceptū spargere non posset, lictorem suum immisit, qui Martinū in ecclesia S. Mariæ maioris caperet, ad se perduceret, vel saltem parere recusantē interficeret. Facturus mandata lictor, Dei miraculo subita cæcitate corripitur, atq; ita diuinæ maiestatis nutu Martinus ꝓseruat. Hac vero orientalis & occidentalis ecclesię discordia freti Saraceni, Alexandria cū ingenti classe soluentes, Rhodum peruenere: captaq; vrbe, Colossum fama celeberrimū demoliti sunt, ex cuius ære nongentos camelos onustos ferunt. Rhodo vastata, Saraceni in Aegeū delati pelagus, Cycladas afflixere. Vnde in Siciliam nauigantes, multa damna Siculis intulere, q̄s tandē Olympius Italiæ exarchus Martini ꝑcibus motus, insula pepulit, non fine magna nauium, militū ac suppsius iactura: ibi q̄q; morbo correptus morit. Cōstantius vero tot calamitatibus nihilo melior factus, Theodoꝝ Calliopā cum his mādatis iterū in Italiam mittit, vt primo q̄q; tēpore Martinū pontificem ad se vinctū mitteret, eiq; rei socium addidit Paulū Pellariū, qui tantū facinus curaret. Calliopā quidē ob exarchatum primū iuste ac integre administratū, oīs Italia benigne excepit, qui Romæ aliq̄t moratus dies, ad Lateraneñ. basilicā se contulit, tanq̄ pontificē salutaturus. Accedens illū, nihil tale suspicantem capit, & catenis iniectis, Cōstantinopolim mittit. actus est inde in exiliū Martinus pontifex in Cherronesum Ponti ciuitatē, apud quā S. Clemens quondam exulauit. Martinus aūt multis calamitatibus circunuentus, ac inopia rerū omniū pressus, tandē in exilio morit pontificatus sui anno 7. Rhotaris interea Longobardoꝝ rex, postq̄ 16. regnauit annos, mortuus, regnū filio suo Rodoaldo dimisit. ipse iuxta ecclesiā B. Ioh. Baptistæ sepultus est, cuius post aliq̄t tēpus quidā cupiditate ductus, aperuit sepulchrū nocte, & tulit oīa ornamēta corporis. apparuit aūt ei per visionē B. Iohānes, dicēs: Quare ausus es tangere corpus hoīs istius? q̄uis nō recte crediderit, tñ se mihi cōmendauit, nunq̄ ergo hāc ecclesiā intrabis. q̄d factū est. nā volens ingredi, à quodā euaginato gladio fuit semp repulsus. Rodoaldus igit dux duxit vxorē Guntburgam, filiā Agilulphi & Teudelindæ. Ista Guntburga cōstruxit ecclesiam S. Iohānis Baptistæ in Ticino. hæc dū accusata esset apud maritū de adulterio, Carellus seruus eius petiuit à rege, vt ad singulare certamen pugnare sibi liceret cū illo, qui dñam suā infamarat. pugnansq; cū eo corā omni populo, eū prostrauit. sic regina honorē recuperauit. Rex vero Rodoaldus dum adulterasset vxorem cuiusdā Longobardi, ab eo occisus est, cū iam per quinq; annos regnasset. Huic successit Aribertus filius Gundoaldi, qui fuit frater Teudelindæ reginæ. hic fecit ecclesiam S. Saluatoris in Ticino, qui cum Longobardos rexerat per annos nouem, mortuus est.

Rhotaris Longobardoꝝ rex 7.

Olympius exarchus x.

Saraceni Siciliā vastant

Theodorus exarchus xi.

Rodoaldus Longobardorū rex 8.

Aribert⁹ Lōgob. rex 9.

Pestis.

Anno 12. Constantis, qui erat nepos Heraclij, pestilentia grauissima tribus mensibus grassata est, & à multis visi sunt angeli bonus & malus circuire ciuitatẽ: & quoties iussu boni angeli malus angelus venabulo, quod manu ferre videbatur, ostiũ cuiusq; domus percussisset, tot ex eadem domo sequenti die interibant. Anno salutis nostræ 649. Dagoberto Ludouicus aliàs Clodoueus, Againo tutore, Francorũ atq; Burgundionum regna suscipiens, & duce matre, Aureliam profectus est. Nõ multo post Mathildis mater moritur, & in eodem quo Dagobertus humatus sepulchro, condita est. deinde Ludouicus regere rempub. solus cœpit. Cuius quarto regni anno tanta annonæ caritas fuit, vt fame atq; inedia populus absq; modo deperiret, cui malo rex occurreus, tectum quod argenteum erat, à templo martyrũ auferri, & per loci abbatem Agulphum indigentibus & peregrinis distribui iubet. mox à Landerico Parisiorum antistite impetrat, liberos ab eius potestate dimitti ministros, qui monasterio deputati erant, vt omni libertate donati, sine molestia Deo inseruirent. Sigibertus rex Austrasior frater Clodouei, maiorem domus habuit Pipinũ: quo defuncto, filiũ eius Grimoaldum in patris locũ constituit. Habuit autem rex filiũ paruulum nomine Dagobertum, quem Grimoaldo filio Pipini præfecto palatij cõmendauit, vt eius auxilio conseruaretur in regno. Sigiberto defuncto, Grimoaldus maior domus, filium Sigiberti Dagobertum contudit, Dodonemq; Pictauiensis ecclesiæ episcopũ, ad Scotos in exilium mittens, Dagobertũ episcopũ præposuit, & filiũ suũ Hildebertũ Austrasijs regem pfecit: quo indignati Franci, Grimoaldũ captũ Clodoueo deferũt, quẽ ille incarcerauit, & mortuus est in carcere, Hildebertusq; interfectus.

Clodoueus Frãcor rex.

Dagobertus iunior.

GENERATIO XXIII.

Eugenius papa 1.

Martino vt sic defuncto, Romanus clerus populusq; Eugeniũ elegit, eius nois primũ, anno dñi 659. vbi sequẽti mox anno incepit 23. gñatio, anno dñi 660. ab vrbe vero cõdita 1410. hic pontifex sedit annis duobus, menses nouẽ. Eodẽ qq; tempore Petrus in locum Pauli hæretici Cõstantinopoli sufficit. Hic vero etsi melius aliquãto de religione sensit q̃ Paulus, nõ tñ vsqueadeo eandẽ fidei normã tenuit, quã sancta Romana ecclesia pdicat & seruat. Cuius quidẽ literæ Romam missæ, duas operationes & voluntates in Christo negantes, ita sunt explosæ, vt clerus ipse interdicere põtifici ausus sit, quo minus in ecclesia S. Mariæ maioris sacrificaret, nisi prius tã prophanas literas reiecisset. Per idẽ tẽpus Ariberti filij Partharis & Gundebertus, regnũ Longobardor tenebãt, Partharis Ticinũ, Gundebertus Mediolanũ colebat. Et Longobardi pacẽ cũ Rom. Rauennatibus & alijs Italiæ populis imperio subiectis vbiq; seruabãt, sed varijs ipsi inter se fratres motibus agitati sunt, in tantũ vt alter ab altero regnũ tollere decertaret. Pro hac causa Gundebertus direxit Garibaldũ ducẽ Taurinẽsem ad Grimoaldũ ducẽ Beneuentanũ, vt veniret & adiuuaret eum contra fratrẽ, promittẽs sororẽ ei dare in vxorẽ. Garibaldus dux perfidus suasit Grimoaldo, vt quia fratres regnũ dissiparẽt, ipse veniret, & regnũ Longobardor appræhẽderet, q & maturus ætate esset, & potens, & cõsilio valens. Audiens hoc Grimoaldus, animũ mox adiecit, ordinans filiũ suũ Romoaldũ Beneuenti ducẽ, ipse cũ delecta multitudine armator Ticinũ tendit: vnde cũ Partharim expulisset, Gundebertũ Mediolano eiectum trucidat. Quod vbi Clodoueus Frãcor rex filius Dagoberti intellexisset, casum adolescentũ miseratus, magnas copias statim in Italiam misit, vt adolescentes in regnũ paternũ restitueret. In trãspadana ergo regione plium acerrimũ committit, tandẽ vero fortuna se inclinante ad Grimoaldũ, fusi atq; fugati Galli Italia expelluntur. Sũt qui scribũt eos hac rõne deceptos: Lõgobardi eñ simulata fuga, castra rerum oĩm ac vini potissimũ plena relinquẽtes, rati Frãci verã esse hostiũ fugã, in oẽm voluptatẽ inuoluunt epulis & vino replent: quare superueniẽtibus ex insidijs hostibus, cædunt Frãci ad vnũ oẽs, vt vix cladis nũcius superfuerit, qui stragẽ istã ad Clodoueum referret. Hac victoria fretus Grimoaldus, oẽm puinciã statim in ptãtem suã redegit.

Gundebertus & Partharis Lõg. reges.

Grimoald[9] Beneuẽtan[9] Lõg. rex xi.

Post hæc malignus homo Garibaldus Taurinensis dux, cũ paschali die ad orationẽ in ecclesiã B. Ioh. Baptistæ Taurini venisset, quidã homunculus de genere Gundeberti adscendit baptisteriũ, sinistra manu se tenens ad columnã, vbi transire habebat dux, cũ dextra vibrantẽ gladiũ sub veste tenet. cũq; prope Garibaldus venisset, ille gladio tota qua potuit virtute vtens, caput eius amputauit. est & ibi Garibaldi percussor multis plagis similiter interfectus. Grimoaldus firmatus in regno, occidit Cunibertũ Gundeberti filiũ, & sororẽ eius duxit vxorẽ. Beneuentanũ vero exercitũ remisit ad propria, donatũ magnis muneribus, aliquantos etiã secũ retinuit, quibus largissimas possessiones cõcessit. Supererat adhuc Partharis adolescens, qui ad Bauarorum principem Cacannum fugerat, huic mandat Grimoaldus, si pacem Bauaricam cum Longobar

Garibaldus occiditur.

gobar

gobardis firmam velit, adolescentem Partharin regno suo eijciat. Quare Partharis à Bauaro pulsus, ad Grimoaldũ redire statuit. Hoc audiēs Grimoaldus, gauisus est, mandauitq́ ei vt secure veniret. igit Partharis ad Grimoaldũ ingressus, voluit se ad pedes eius iactare, sed Grimoaldus hoc fieri non passus, eum retinuit. Tũc adolescēs ad Grimoaldum, Seruus tuus ego sum, potui qdem viuere inter paganos, sed audiēs te Christianissimũ, ex magna fidutia bonitatis tuæ venio ad te. Tunc rex pmisit ei iureiurādo coram oĩbus, qa ad meam fidem venisti, nullum malum erit tibi. & dedit ei optimam domũ, pcipiens suis ministris, vt oĩa necessaria ex publico abundanter acciperēt. Paulo post Ticinenses oēs cœperunt ad eum concurrere, & quasi dominum salutare. statim nõnulli accedunt Grimoaldũ, dicentes: Nisi Partharim occideris ocyus, regnum non retinebis, oēs enim ad eum recurrunt. Credulus rex dictis, oblitus iurisiurandi, q̃siuit eum occidere. consilioq́ habito, misit illi diuersos cibos & optima vina inebriandi causa, vt mero sepultus, noctu occideretur facilius. Sed vnus ex suis qui potum obtulit, clam in aurem cõsilium Grimoaldi detexit, q statim pincernæ suo iniunxit, vt p simulationem p vino aquam ppinare curaret. Expectātes regij an copiose biberet, & cum vidissent eum hilariter vasa euacuare, credentes vinum, renunciāt regi cõsilia pcedere. Vocauit, cœna facta, Partharis Hunnulfum fidelem suum ac vestiarium, consilia regis retractantur, & Hunnulphi puerꝝ circa Partharis lectũ recubare faciunt, statuuntq́ intra se, ꝙ vestiarius regijs superueniētibus dicat Partharim illic obdormiuisse, quod vestiarius gratāter suscepit. Tulit inter hæc Hunnulphus culcitram & pellem vrsinam, inuoluit Partharim tempore q̃ milites regis in custodia stabāt, & cœpit q̃si seruum rusticanum cum vecte cædere, extra cubiculum trudere. Cumq́ milites regis interrogarēt quid hoc esset, dixit: Seruus iste rusticus inuentus est iuxta lectũ Partharis, quem inde ne turbet eum, expellimus. ita Partharis elapsus est, ac ope Hũnulphi cum qbusdam seruis fune est emissus. deinde fuga noctu facta, peruenũt pedetētim in Franciam, nullo pdente. sicq́ Deus oĩpotēs Partharim saluauit. Nocte illa missi regij ad psequendum Partharim, cœperũt adire cubiculum, obuiat vestiarius ac ait: Rogo, dormire illum pmittite, q̃a de vino lassus est, & nimium obdormiuit. Rursum illi vt intrarent, vestiarius iterꝝ eos eadem rogabat, q irati, dixerunt: Satis iam dormiuit ebrius ille, & calcibus irrumpebant regiam, requirentes eum in lecto: & non inueniētes, interrogabant vestiarium vbi esset. respõdit ille intrepidus, ꝙ fugisset. Tunc illi vestiarium vinctis post tergũ manibus regi psentabant, renunciantes Partharim fugisse, & illum fugæ cõscium esse. Rex vestiarium solui iubet, & p ordinem q̃liter Partharis fugisset, edicere petit, q mox oĩa p ordinem narrauit. dicebant oēs: Mala morte moriatur homo ille. Rex aũt dixit: Homo iste nil mali vnq̃ habebit, q pro suo dño morti se tradidit, multa ei pmittēs, si sibi adeo fidelis foret. Deinde requisiuit rex de Hunnulpho qd factum esset. respondit vestiarius, in ecclesiam S. Michaelis archangeli recipere se dixit. Misit rex, & ita inuenit, ac securitatem veniendi ad se dedit. Hunnulphus fidem habēs regi, accessit, & ad pedes eius se puoluit. Quem cum rex de re gesta interrogasset, p oĩa similia vestiario dixit. ad q̃ rex prudentiam illius ac fidem admiratus, dedit munera multa, & vt in palitio suo viueret optauit. Post aliq̃t dies interrogauit eum rex, vtrum secum, an cum Parthari libentius esse vellet. ille se malle cum Parthari mori, q̃ secum in delicijs viuere. deinde rogauit vestiarium, vtrum in palatio vellet viuere, an cum Parthari pegrinari. ille eadem q̃ Hunnulphus, respondit. Rex his auditis, laudauit fidem illoꝝ, dixitq́ ad Hunnulphum: Quicqd volueris de domo mea, hoĩes & iumenta tolle, & vade ad dñm tuum sine aliq̃ læsione. Similiter & ad vestiarium. illi oĩa sibi necessaria secum ferentes, prexerunt ad dñm suum in regnũ Francoꝝ. Interhęc Eugenius anno 3. nondum exacto, moritur, vir miræ pietatis, religionis & munificentiæ, & Vitalianus patria Signius ex Volscis, in sede Petri collocatur, anno dñi 642. sedit annis 9. menses 6. Sunt q putent hoc tempore Cæsaream Persaꝝ reginam, nesciente marito, cum paucis fidelib⁹ Cõstantinopolim venisse ad imperatorem, q̃ qdem honorifice suscepta, non multo post characterem baptismi suscepit, cuius causa venerat. Hoc vbi intellexisset Persaꝝ rex, legatos statim mittit, q vxorem ab imperatore repetant. respondit imperator, in arbitrio reginæ esse standi vel discedendi, proinde eam sciscitent. interrogata regina, rñdit nunq̃ se rediturā in patriā, nisi rex Christianũ nomen susciperet. q rex statim re cognita, cum 40. millibus hoĩm Cõstantinopolim pacato agmine venit. benigne ab imperatore susceptus, vnà cum militibus suis baptizatus, in regnum suum cum vxore reuertitur. Constantius interea vbi intellexit Vitalianum pontificatum inijsse, nuncios misit, qui ei suo nomine gratularentur. qui euangelia aureis literis scripta ac multis gemmis ornata beato Petro condonarent. sed &

Partharis ad Grimoaldum redijt.

Partharis fuga.

Hunnulphi fides & constantia.

Vitalian⁹ papa.

Persæ ad fidē conuersi

zelo Dei, vt aliqui scribunt, pmotus, hæresim abdicauit. Deinde vero mutata sẽtẽtia, nec diis nec hoĩbus pepercit, diuina humanaq; oĩa confundens, expeditionem in Italiam parauit, non qdem vt iuxta famam tunc à se accurate disseminatã, Longobardos Italia deiiceret, sed vt vrbẽ Romã & subiectas illi vel puincias vel ciuitates, diuinis ornamẽtis spoliaret. Cõstantino itaq; filio cõsorte imperii declarato, apud Cõstantinopolim relicto, classem instructã Cõstantius pmisit Athenas. ibi nauigiũ ingressus, ventos nactus secundos, apud Tarentum substitit, copiis in eam ciuitatẽ expositis. erat exercitus Romano principe dignus. Cõstituit aũt primũ ducere Beneuentũ. veꝝ intellexit vrbẽ valido psidio multisq; cõmeatibus Romoaldi diligẽtia munitam esse. *Luceriam mouens, vrbẽ vi capit, ac direptã solo æquauit. in Acherontiã pfectus, cum vrbẽ capere non posset, Beneuentũ expugnare adortus, sed obsidionẽ mox soluit, q intellexit Grimoaldũ ppediẽ cum magnis copiis affutuꝝ, vt filio Romoaldo opem ferret. Neapolim ergo primũ, mox Romã inde Cõstantius petit, vbi magna incõmoda in itinere passus est. iturus aũt à Neapoli Romã, Suburrũ ciuẽ Neapolitanũ ducẽ sui exercitus declarauit, 20. millibus militũ lectissimoꝝ attributis, vt subiecta tutaret oppida. Eunti Romã via Appia Cõstantio, Vitalianus põtifex clero & populi multitudine sociatus, sexto ab vrbe miliario obuiauit, introductusq; imperator, B. Petri primo, post alias vrbis ecclẽsias accuratissime inuisit, nulla (put effectus docuit) deuotiõe adduct⁹, sed magis vt ornamẽta illoꝝ furacibus oculis plustraret. Interim Romoaldus Suburrum aggredit, cõmisso ꝑlio, patris auxilio fretus superat, ac multos Græcos interficit. Hac desperatione motus Cõstantius, qnta postq̃ vrbẽ ingressus est die ad direptiõem cõuersus, oẽs statuas ex ære & marmore ad ornatum vrbis positas, oĩa ecclesiaꝝ ornamenta paulo decentiora distrahit, & nauibus imponit, plusq; ipse ornamentoꝝ 7. diebus vrbi detraxit, q̃ barbari ante 200. & 58. annis. Duodecima aũt die Roma in malam rem abiens Græculus & Neapolim cõtendẽs, inde, nulla belli Lõgobardoꝝ cura vlterius suscepta, in Siciliam nauigauit sacrilegio plenus. æstimant nonnulli vsq; huc non posse inueniri, q vnq̃ ecclesia Romana habuerit plene post mortem Constantini Magni dñium vrbis, & Vitalianus iste pro magna gratia accepit, q imperator iste pessimus priuilegia ecclesiæ confirmauisset, q̃ tñ mox infregit. His implicitam periculis rempub. Romanam relinquens Cõstantius, grauissima clade affecisset ignauia sua, nisi Grimoaldum nostrorum cædibus exultãtem, domestica seditio reuocasset. Commendauerat Grimoaldus Ticino profecturus, Lupo Foroiulianorum duci gẽtis Longobardæ protectionẽ. habebat is Papiæ statiua, vt Aemiliæ & Hetruriæ ciuitates cum transpadanis commode tutari possent. Sed cum de belli magnitudine & Constantii potentia multa acciperet, periturum Grimoaldum sperans, ad Longobardorum regnum adspirauit. quod Grimoaldus intelligens, vt vires exercitus sui augeret, Bauaros vi fœderum nuper inter eos ictorum aduocauit. quo audito, in Foroiulianos versus, apertam in regem suum rebellionem ostendit Lupus, nisus oĩa in transpadanis tumultu inuoluere. inuasuri Foroiulianos Bauari, ad litora Adriatici sinus descendunt, quibus occurrit Lupus. tantum autem inerat vtriq; genti animorum, vt nulla fuerit mora: & multis in vtroq; exercitu occisis, prima & iterum secũda ac tertia die pugnatum est. cesserunt Bauari, & eorum impedimenta Longobardi diripiunt. Sed interea multitudo Bauoroꝝ superuenit, quare prælio die quarto redintegrato, maximis animis est pugnatum, vicitq; Bauarus, & Lupus inter confertissimas acies pugnans, cadens interfectus est. Bauari Forumiulianum diripiunt. Superueniẽs Grimoaldus, gratias Cacãno Bauarorum regi egit, suasitq; vt copias reuocaret, deinde clam in Forum Popilium duxit, vlturus iniuriam quam à Rauennatibus ibi accepit, dum transiret in auxilium filio. sabbato sancto resurrectionis dominicæ die ex inopinato ciuitatem aggressus est, clerumq; cum omi populo interfecit, & vrbem solo æquatam reliquit. Interim Arnefrites Lupi filius, ad paternum adspirans ducatũ, in Dalmatiæ se contulit regionem, Sclauoꝝq; agrestiũ non cõtemnendã manũ secũ duxit. improuidus fines Foroiuliensiũ irrupit, multis occisis, ipse q̃q; interfectus est. Dalmatæ in vltionẽ sunt armati, sed fugat eos Vectaris nouus dux Foroiulian⁹, quẽ Grimoaldus creauerat. Adeo crudelis victor nimiꝝ oẽs imperii vires fregisset, nisi matura esset morte pũentus. minuerat ille ex cõsuetudine sanguinẽ incisa vena, quam priusq̃ curasset, rupit arcũ intẽdẽs. Tam facili casu tantus vir interiit. fuere in eo multæ corporis & animi dotes. tm̃ eñ prudentia & cõsilio valuit, vt q̃dam capitula Rhotaris regis edictis addiderit. fuit mediocris staturæ, corpore validus, capite caluo, promissa barba, nec animo minus q̃ corpore promptus. sepultus est Papiæ in basilica B. Ambrosii, quam sua fabricauerat impensa. Reliquit autem filium suum Garibaldum, quem de filia regis Ariberti habuit,

Cõstãtius Italiam psiciscitur.

Romoald⁹ Græcos vincit.

Vrbem diripit Cõstan.

Longobardorum discordia.

Populiẽsiũ strages.

Arnifrites.

it,successorem regni adhuc puerꝝ,Romoaldum filium suum iam Beneuēti ducem firmauit. Partharis interim dum esset in Francia ꝑpter timorem Grimoaldi, qa huic cum rege Francoꝝ fœdus intercedebat,voluit fugere in Britanniā, cumq́ nauigasset ꝑ pelagus,subito audiuit vocē,dicentē:si Partharis est in illa naui, redeat in patriā,qa iam 3.dies sunt,ex q̄ rex Grimoaldus mortuus est.Audiēs Partharis, respexit,& nemi nem vidit.vnde incidit sibi,ꝙ angelus bonus hæc renūciasset. statimq́ reuersus, venit Ticinū,& inuenit ibi multitudinē Lōgobardoꝝ,q eum cum gaudio suscipiūt,q̄rū ope expulit Garibaldū puerꝝ Grimoaldi de regno,& post mēsem tertiū volūtate Longobardoꝝ obtinuit regnū.erat iustus,nutritor pauperꝝ, & fide catholicus. Misit deinde Beneuentū,& obtinuit vxorē suā Rodelindā,& Cunibertū filiū suū,q̄s Grimoaldus illuc misit in exiliū.postea fecit ecclesiā in eodem loco,de q̄ olim fugerat, in honore S. Agathæ virginis,& vxor ei⁹ Rodelinda aliā fecit ecclesiā in honore B.Mariæ virginis extra muros Ticini,& dicit,ad Parthicas. Ad Cōstantiū imperatorē redeo,q vt dictum est,in Siciliā cōtendit.voluit aūt,vt aliq ferūt,& imperiū trāsferre Romā,odiosus factus Byzantijs,eo ꝙ Martinū ignominiose tractās,in exiliū miserat, & Maximū sapientissimū virꝝ lingua manuq́ trūcarat,duosq́ Anastasios discipulos eius,tormentis &exilio tradiderat,ac multos orthodoxoꝝ verberibus ac exilio dānauerat.Sed dū in Sicilia aliq̄t iam annos luxui vacans,balneū Syracusis ingrederet,Missessi Armenij studio post annū imperij sui 26.cæsus est.ille fauore q̄rundā militū fretus, tyrānidem occupauit.Ad primā interfecti Cæsaris famā,oēs Italiæ & Aphricæ ppl'i exultarūt,vt Italiæ exarchus Theodorus nullum in publico gaudio ausus sit tristitiæ aut mœroris signū ostēdere.paulo post disseminatū est,milites oriētales non satis voluntarios esse. quā ob rem incēsi sunt militū Italiæ animi,& Theodoro exhortāte, in Siciliā sunt delati,vbi seditione facta,oppressus interfectusq́ est Missessus.& q illius fauoris principes fuerāt,vincti Cōstantinopolim sunt ꝑducti.His ita vertētibus, Saraceni tanta imperij trepidatione ꝑcepta, magna classe Syracusas totamq́ insulā occupāt. vnde tam splendida onusti p̄da Alexandriā redeuntes,vrbis Romæ ornamēta secū tulere,q̄ Cōstātius Syracusas aduexerat. Indicabāt,ꝑfecto tot clades stella crinita,q̄ tribus cōtinuis mensibus apparuit,& pluuiæ magnæ,& frequentia tonitrua,q̄lia nunq̄ antea fuere.

Partharis Longobar. rex.12.

Constantij cædes.

Missessus opprimitur

Anno igitur dn̄i 640.Cōstantinus filius Cōstantis imperiū suscepit cum fratribus suis Heraclio & Tiberio,imperauit annis 17.Hic interfecto patre Constantio,oīa adeo trepide administrauit,vt si aliq̄ fuisset vis illata,visus sit imperium facilime amissurus. Cōfirmatus tn̄ audita morte Missessi,primū oīm maxima vsus est crudelitate: fratres pueros adhuc,ne ad imperiū adspirarēt,naribus mutilauit,vt scribit Blōdus, & sequit eum Pius abbreuiator eius.Anno dn̄i 672.Vitalian⁹ cōposita regula ecclesiastica,cantum ordinauit,adhibitis organis,beneq́ gubernata ecclesia moritur,& in eius locum Adeodatus patria Rom. ex monacho pontifex creatur,sedit annis 4.vir religione & omni comitate ꝑditus,in delinquentes clemens,in pauperes beneficus,in hospites benignus,suplicationes frequentes habuit,leprosum osculo mandauit,petētibus nil negauit.Sub eo quoq́ translatum fuit corpus S. Benedicti, & corpus S. Scholasticæ ad monasterium Floriacense.demum 4. anno moritur, & ab omnibus fletus, in basilica S.Petri sepelitur. Anno deinde 676.Donus patria Ro.eligitur,sedit annum I.menses 5.hic clerum diuersis ordinibus distinxit,monachos quosdam Syros cum Nestorianis sentientes,in monasterio Bœotiano depræhensos & castigatos,in varia monasteria diuisit. deinde benemeritus moritur,ac in basilica S.Petri sepelitur. Agatho vero natione Siculus,ex monacho pōtifex substituitur anno dn̄i 678.sedit annis 4.menses 6.hic instituit, vt distinctus sit habitus virorum & mulierum. Per huius tempora Rauēnas ecclesiæ Ro.à qua desciuerat,est subiecta. Theodorus illi præerat archiepūs, & alter Theodorus exarchus.Archiepūs, cū esset magnus eleemosynarius,qui & famis tempore multis profuerat,clerum præter morem in moribus continere bonis satagebat,vnde maximam in illum inimicitiam exercebat.Contigit dum in Apollinaris æde archiepūs solēnia Missarum celebrare vellet in die natalis Christi ante ortum solis,ꝙ omnis clerus eum destitueret:cum vero sol iam in meridiem secessisset, exarchi opera reductus ad archiepiscopum clerus,illum ad martyris ecclesiam deduxit:q̄ motus indignitate archiepūs, ad Agathonem Ro.Pont. se contulit, Rauennatemq́ ecclesiam Romanæ subdidit,ne quisq̄ vt ante præsumeret parem hanc facere Ro.ecclesiæ,quod multi antea præsumpserant. Anno 10.Constantini,cum multas accepissemus à Saracenis clades, & Hierosolyma rursum esset Homaro duce capta,seruiretq́ iam hostibus,inuenimus illum in Saracenos duxisse,& victoria celebri potitum opa & artificio Galeni cuiusdā,q ab Heliopoli Syriæ ad Ro.cōfugit,is tū ignē marinū inue-

Constantinus 4.Imp. 65.

Adeodatus papa.

Don⁹ papa.

Agatho papa.

Naues Sarac.medio mari exustæ

inuenit, q̃ vsi Ro. exercitus, q cum Saracenis tũc bella gesserũt, Saracenoꝝ naues com busserũt, & ita multis occisis, captis atq; submersis, victoria sunt potiti. Nihilominus prudens princeps in 30. annos cum his pacem firmauit, hoc pacto, vt Saraceni 3. millia libraꝝ auri annuatim soluerẽt. Insup 50. captiuos nobiles redderent, & eq̃s nobiles 25. singulis annis in tributum darent. necessitas aũt componendæ pacis cum illis suberat. Nam Bulgari eo tpe e Scythiæ finibus egressi, noua barbaroꝝ colluuies, oẽm populabantur Thraciam. occurrit eis Constantini exercitus, sed victus, pacem quam hostes offerebãt, cupidus accepit. prouinciam feracẽ illis, icto fœdere, Danubio ꝓximã, princeps Romanus habitandam dedit. Cessit hæc non modo ei genti prius barbarę, veꝝ omi Europæ fausta modestia, q̃ Bulgari tunc sunt vsi, ꝙ habitã eo ex fœdere ꝓuinciam hactenus annis 763. possident, vt Blondus narrat, vbi tanq̃ limitanei milites excubatoresq; Christianoꝝ, aduersus cæteram barbariem ꝑmanent. Bene etiam tunc vsus est pace illa Constantinus, ꝙ eo q secutus est, anno curauit 6. synodum apud Constantinopolim celebrari. Interfuerũt aũt Agathonis papæ legati Iohãnes Portuẽsis epũs, Ioh. Ro. ecclesiæ diaconus, cõuenerũtq; ad imperatoris edictum 289. epi. Acta aũt est causa Monotheletaꝝ, dicentium vnicam tm̃ in Christo esse voluntatẽ. Erãt tum duo primarij causæ aduersarij, Gregorius Constantinopolitanus & Macarius Antiochenus. Gregorius auditis rationibus, facile in sententiam catholicoꝝ adduci est passus. Macarius aũt ꝑtinax, nõ solum est dignitate priuatus, sed simul cum mortuis, Sergio, Pyrrho, Paulo & Petro eiusdem hæresis autoribus, satanæ traditus, ad extremum cum aliq̃t ꝑfidiæ complicibus Romã relegatus. De hac 6. synodo habetur 15. di. de hac Damianus Ticinensis & Mansuetus Mediolañ. inqunt: Hæc est vera Dei & hoĩs fides, vt duæ credantur in Deo voluntates, duæ operationes. Ego, inq̃t, q̃tum ad diuinitatẽ, & pater vnum sumus: q̃tum vero ad humanitatem ꝑtinet, Pater maior me est. ꝑterea vero secundum humanitatẽ, eum in naui dormientẽ cernis: si diuinitatẽ inspicis, ventis & mari imperat. fertur aũt ꝙ eiecto Macario hæretico, statim in medio cõcilij tela araneaꝝ nigerrima in medio populi ceciderit, adeo vt oẽs mirarent̃, & dicerẽt ꝙ sordes hæresium expulsæ essent, & ita auxiliante Deo tum vnitæ sunt Latinoꝝ & Græcorum ecclesiæ. Tunc in regia vrbe Iohannes cardinalis Portueñ. epũs in die S. Paschæ Missam in ecclesia S. Sophiæ, ꝑsentibus principe & patriarchis & toto populo, Latine cantauit. Sub isto Agathone luna eclipsin passa est, quam secuta est in vrbe Roma mortalitas grauissima, ita vt patres cum filijs & sororibus simul efferrent̃, ex q̃ etiã ipse Agathon pius papa defunctus est, atq; apud S. Petrum sepultus. Inter tantos toti⁹ pene orbis tumultus, Francia ocio & pace fruebatur. rex erat illi Clodoueus, miti ingenio ꝓditus, q sacris rebus animũ adijciens, multa pietatis argumẽta suis ostendit. Atq; tandem aperto diui Dionysii feretro, brachij partem inde abstulit, q̃d tametsi reuerenter tractaret, mox tñ mente cõsternatus humi cõcidit. Dionysianũ templũ adeo tenebris inhorruit, vt q illic aderãt, pauidi fugerẽt. Rex & si insano non dissimilis esset, brachij partẽ ablatã auro circundatã & gẽmis ornatã, beato corpori restituit, simulq; monasterio donaria dedit multa, q̃bus meliorẽ sibi mentẽ reciperet: sed annos 2. hac afflictus calamitate, interijt regni sui anno 16. expleto, anno dñi 662. Reliq̃t ex Bathilde Saxonũ gñe illustri, liberos 3. Clotariũ, Childericũ, Theodoricũ. Hæc Bathildis est q̃ Calẽse monasteriũ à Clothilde regina diuo Georgio dicatũ ampliauit. vbi cum virginibus sacris monialis facta, religiose cõuersata est. Cuius item opus est Corbiense cœnobium. Clotario paterna possessio obtigit, q autore matre, dum adolesceret regno ꝑfuit, cõstituto primario palatij, ꝑ more Ebroino. hic ille est Ebroinus, q diuo Leodegario sancto Heduoꝝ antistiti oculos euulsit, & Lambertũ Leodioꝝ ꝑsulem sua ecclesia extrusit. Clotario post q̃rtum imperij annũ defuncto, Franci Theodoricũ minorẽ natu in regẽ assumpserũt, misso in Austrasiã Childerico. Sed ꝑ Theodorici incuriã & secordiã res Francoꝝ deterior est facta, q̃ppe cum resp. cubicularijs regijs & ꝑfecto palatij oĩs crederet, regi mos inoleuit regiam non nisi Kal. Maij ingredi, vbi se ꝑp̃lo vno dũtaxat die ostendebat. In hoc tam inerti ocio Ebroinus occasionẽ nactus, oppressit multos, vexauit plurimos, rem in Theodoricum regem transferens. Quare ꝓceres monasterio Theodoricum includunt, & Ebroinum maloꝝ oĩm principem, ad Luxouium cœnobium mittunt. Inde ex Austrasia Childericũ cum pædagogo Vulphano reuocatum, regem appellant, cuius facti statim eos penituit. nam à primarijs coniuratione ꝑimitur, vnà cum vxore ꝑgnãte. Vulphanus Austrasiam repetit, Theodoricus in regnum reuocatur, q Lendesillum palatio ꝑfecit. Sed Ebroinus magistratum vi repetijt, q̃ mortuo, Franci Garaconem palatio ꝑficiunt, quem non multo post filius Gilemarus à magistratu deijcit, hic post bella aduersus Pipinum, qui in Austrasia erat, ge-

sta,

Bulgari Thraciã ingressi.

Sexta Constant. synodus.

Clodouei mors.

Bathildis.

Clotarius 3. Frãcoꝝ rex

Ebroinus.

Pipinus.

sta,cum repentina morte interijsset,Garacon pfecturā recepit. q̄ defuncto,anceps inter Francos q̄stio fuit,quem in demortui locum subrogarēt. Francorum dissidio cognito,Pipinus arma capere instituit,Theodoricum fugat,atq; isto modo magistratū palatij accepit. Per eadem tempora cum Partharis rex Longobardorum solus regnasset p 7.annos,in 8.anno ordinauit Cunibertū filiū in regno, vt pariter regnaret cum eo.cumq; in omni tranquillitate regnarent,surrexit contra eos Alachis de Tridento, quem tñ Cunibertus diligens,in gratiam patris mox reuocauit.Insup filio roganti,vt Alachi daret ducatum Brixiæ,Partharis,etsi videret inde nonnihil mali regno imminere,concessit.ciuitas eñi Brixiæ semp habuit multitudinē nobiliū.propter hoc timuit rex, q Alachis aliqñ affectaret regnum. postq̄ aūt regnarat annis 18. defunctus est. Post mortem vero eius,Cunibertus filius eius duxit vxorē noīe Ermelindā de gñe Saxonum.Alachis vero oblitus oīm bonorum,q̄ in eum Cunibertus fecit,iunxit se cum Aldone & Gransone de Brixia,& cum multis Longobardis, intransq; in absentia Cuniberti Papiam,occupato palatio,rebellauit ei.Quod audiēs Cunibertus,fugit intra lacum Lariū circa Cumā.facta est aūt magna tribulatio oībus q eum amabāt, maxime clericis & epis,q̄s Alachis odio habebat.Deniq; cum q̄dam die solidos sup mēsam numeraret,vnus tremissis decidit,quem filius Aldonis adhuc puerulus de terra sustulit, eiq; reddidit,q puerum non curans,dixit:Pater tuus multos habet de istis, q̄s mihi breui est daturus.Puer nocte rediēs domū,patri oīa retulit.extimuit pater,moxq; vadit ad domū fratris sui Gransonis,nuncians verba regis: statimq; vocatis amicis, cœperunt tractare de interitu illius.mane aūt cum starent in conspectu regis,venationem ptendunt recreationis causa, cum quibus Alachis exiuit. Interea vadūt ad Cunibertum, puoluentes se ad pedes illius, veniam petunt,ac regem in venatione esse affirmāt.sed quia sol declinauerat,coniurant,diemq; statuunt,q̄ veniat Ticinum Cunibertus. Constituto itaq; die venit Cunibertus,& illi sicut pmiserāt, eum intromittūt, ad q̄s epūs, clerici,iuuenes&senes cum gaudio concurrunt,amplectebanturq; genua eius,gratias agentes Deo p reditu ipsius.Hæc cum intellexisset Alachis,discedens mox,iuit p Placentiam,blanditijs atq; vi congregans exercitum grandem.Cunibertus similiter contractis copijs ad eum exiuit,& dum in campo qui coronatus dicitur, conuenirent,misit Cunibertus ad Alachim,dicens:Vt quid perit tanta hoīm multitudo? pugnemus ego & tu,& qui vicerit,regnum teneat.Cui Tuscus quidam:Fortissimus es Alachis et audax,pugnam idcirco non declina.Et cum recusaret,dixit Tuscus: Nisi cum illo pugnaueris, amplius me non habebis,& statim relicto eo,iuit adCunibertū.Interea deliberauit Alachis certamē inire.q̄d audiēs diaconus quidā noīe Zeno, qui multū amabat Cunibertū,accessit & dixit:Mi rex,oīs nobis in te sita est spes. si mortuus fueris in pugna,oēs nos occidet tyrannus ille p diuersa tormenta.da mihi arma tua,& ego pugnabo p te:si mortuus fuero,salua est causa tua:si vicero,maiorē inde habebis gloriā. renuit primū Cunibertus,sed à suis rogatus,vix tandē cōsensit.armat Zeno.cumq; pugnaret,Alachis vicit,ac diacono caput amputauit. q̄d in hasta leuatū,ad suos reportauit.verum ablata casside,cum clericus appareret, vidit se deceptum,& ab aduersa parte derisum,votumq; vouit,q si victoriam de Cuniberto haberet, puteum vnum de clericorum testiculis impleret. Renunciat Cunibertus Alachi, vt ad pugnā se ppararet.sed Alachis renuit,dicens ad suos:Non possum hoc facere,quia video archangelum Michaelem contra me.haud mora,exercitus vtriusq; ducis pugnam ineunt,in q̄ Cunibertus,occiso Alache,victor euasit.caput Alachis & crura abscissa sunt illi à corpore,vti meruit.rex vero Cunibertus cum gaudio Ticinum est reuersus.regnauit post hæc annis 12. Agathone peste extincto,successit in pōtificatu Leo secundus,natiōe Siculus, anno dñi 683.sedit annum vnum,vir doctissimus Latine & Græce, pterea adeo musices pitus, vt psalmodiam composuerit, hymnos ad meliorem concentum redegerit. Idem q̄q; instituit,vt in celebratione pax populo daretur.Sextam vero synodum,de q̄ dixi supra,Græce scriptam transtulit in Latinum,& eos anathemate expulit ecclesia, q̄s S.synodus psente Constantino damnauerat.Statuit etiam,ne electio cleri Rauennatis valeret,nisi eadē Ro.Pon.autoritate cōfirmata fuisset.antea vero exarchorum potentia freti,diuina ac humana p arbitrio miscebāt, q̄si Ro.pōtifici pares. Leonis erat institutum,ne ad archiepiscopatum assumptus,pro vsu pallij quicq̄ psolueret.In pace Leone hoc quiescente,Benedictus natione Romanus,ad regendam ecclesiam vniuersalem assumptus est,eius noīs secūdus,anno dñi 685.sedit mēsibus 10. vir fuit humilis, pius,misericors & māsuetus,qui in diuersis officijs militauit in ecclesia Ro.vt in eo veræ bñdictionis gratia redundaret.Ad hūc Cōstantinus imperator hoīs sanctitate pmotus,sanctionē misit,vt deinceps quem clerus,populus,exercitusq; Ro.in pōtificem dele-

Cunibertus Longobar. rex 13.

Alachis tyrānus Ticinū occupat

Redit regnū ad Cunibertum.

Leo 2.papa

Benedictus 2.papa.

Constant. sanctio de põtificis electione.

delegisset, eundem statim verum Christi vicarium esse oẽs crederẽt, nulla aut Cõstantinopolitani principis, aut Italiæ exarchi expectata autoritate. ante eñ id ratum erat in creando nouo põtifice, q̃d princeps confirmasset, vel q eius vices in Italia gerebat. Huius põtificis tpe ignis fert cecidisse de cœlo. iris etiã adeo magna apparuit, vt putarent hoĩes cõsummationẽ seculi aduenisse, maximeq aquaʀ inundationes sequebant, & tum pestilentia grauissima cum signo iræ Dei. multis eñ visibiliter apparuit, q̃ angelus bonus & alter malus circũeuntes Romam nocte, q̃t vicibus domus aliq̃ pcutiebatur, tot ex ea sequenti die interibãt. Ex Vesuuo tunc q̃q; mõte Cãpaniæ tantus ignis erupit, vt loca circũquaq; exusta sint. Morit primo anno Benedictus vir sanctus, in cuius locum Iohãnes Syrus, huius noĩs qntus, extitit electus anno dñi 686. sedit annum ferme I. hic fuit vir valde strenuus, ad cuius preces pius princeps Constantinus releuauit ac abstulit censum patrimonij, q de insula Siciliæ dabatur exactoribus imperialibus. põtificatus sui anno I. morit. Eodem anno morit Cõstantinus princeps, quũ 17. ab eo imperatũ esset annis, catholicus & bonus p oĩa, q contra hereticos ecclesias reparauit, & Græciã Ro. ecclesiæ reconciliauit. tandẽ migrauit ad Chrm, Cõstantinopoli sepultus. Annus igitur dñi 687. noui imperatoris Ro. & Armirathi Saracenoʀ creatione insignis, põtificẽ etiam Romanũ habuit nouũ. Iustinianus 2. filius Cõstantini imperiũ accepit, & x. annis imperauit. paulo ante Saraceni ad primã Cõstantini ingrauescentis morbi famã spe adducti, Africã & Libyã inuaserũt, oĩaq; mari exposita occupauerũt. sed sicut Africã & Libyã amittere, defuncto patre, res nouæ fecerũt, ita easdẽ puincias exortæ in Saracenis res nouæ, rursum amittebãt. Siquidem Gyzitæ Armiratho Saraceno hoc tpe vita functo, *Baldalã suffectus est, sunt q posteri orem Abimelech nominẽt, q audiens Iustinianũ imperij iura oĩm principum cõsensu accepisse, paratumq; magno exercitu in Saracenos mouere, pacem illi vltro obtulit, p cuius fœdus Aphrica & Libya in primis fuerũt imperio restitutæ, affirmãtq; nõnulli pactum, vt p annos x. q terminus fuit paci statutus, Saraceni singulis diebus mille aureos soluere, seruũq; vnũ ex gente sua eq̃ insidentẽ Ro. imperatori mittere debuerint. Romano põtifice vita functo, non minima contentio facta est inter cleʀ & exercitũ. nam clerus ad quendã Petrũ inclinabat, exercitus vero Theodoʀ archipresbyteʀ flagitabat, viʀ pecuniosum, cuius muneribus principes militiæ corrupti erãt. At dũ non cõcordari possent, diuino instinctu clerus tertiam psonam noĩabat Cononẽ Thracẽ, institutione Siculum, viʀ angelicũ, q Deo militãs, nunq̃ se negocijs secularibus inquinauerat, q̃d vrbicis valde placebat. Vidẽtes aũt milites & principes vna volũtate cleʀ ac pplm cõuenire, ipsi q̃q; flexi sunt ac deuote subscripserũt. Idẽ fecit Theodorus exarchus Rauẽnas, cui in magistratu nõ multo post mortuo Iohãnes Platina in exarchatu successit. Hic põtifex syncera Iustiniani imperatoris amicitia vsus, ab illo impetrauit Brutios, Lucanosq; & Siculos multis leuari tributoʀ oneribus, quanq̃ alij velint à Cõstantino patre Iustiniani Benedicto esse remissa. Hic etiam recepit Iustiniani literas, in qbus scribebat se acta sextæ synodi reperisse à pio genitore suo firmata, hãc synodum pmittebat inuiolabiliter se seruatuʀ, sed in hac voluntate non pmansit. Post paulũ Conon Ro. Pont. graui languore decubuit, cuius incurabilẽ infirmitatẽ videns Paschalis archidiaconus, scripsit Iohãni exarcho multa pmittẽs, si post mortẽ eius põtifex eligeret. Ingrauescente igit morbo, cũ se mori intelligeret, qcqd auri cumulauerat, clero & singulis vrbis Romæ monasterijs ac sacris ædibus legauit, eius distributiõis curã Paschali archidiacono demandãs. moritur autem pontificatus sui anno primo.

Iohannes 5. papa.

Constantinus morit.

Iustinianus 2. Imp. 66.

Fœdus cum Saracenis ictum.

Conon primus papa.

Ioh. Platina exarchus 12.

GENERATIO XXIIII.

ANno dñi 690. mortuo Conone Ro. Pont. Sergius primus natione Syrus subrogatur, in q̃ inchoata est 24. gñatio, anno imperij Iustiniani 4. Electus aũt fuit hic Sergius non sine altercatione. pplus eñ Ro. bifariã diuisus, hinc Theodoʀ, illinc Paschalẽ petebat. Irruperat iam Theodorus cũ factiõe sua interiorẽ partẽ episcopatus Lateraneñ. Exteriora vero Paschalis obtinebat ab oratorio S. Sylueſtri vsq; ad basilicã domus Iuliæ. Veʀ cum ibi tantus esset tumultus, vt de pugna non ambigeret, principes ciuitatis, clerus, militiaq; Ro. vnũ in locũ secedẽtes, qd maxim fieri deberet ad tollendã seditionẽ, consultãt. Tandẽ re discussa, neutri coʀ q ob ambitionẽ tantos motus cõcitauerãt, demãdandũ põtificatũ cẽsuerũt: & Dei nutu, nemine aduersante, Sergiũ viʀ laude dignũ, põtificẽ deligũt, eundẽq; e media turba humeris tollentes, in palatiũ Lateraneñ. detulere, refractis vi foribus, repulsisq; his q locũ occupauerãt. At vero Theodorus cognito oĩm cõsensu, Sergiũ Pont. salutat. idem fecit Paschalis, licet inuitus. hic tñ clanculũ Iohannẽ exarchũ Rauẽnatẽ literis & pollicitationibus adeo cõcitauit, vt q ante largitiõe corruptus, promissa solueret. in vrbem venit, nullis pmissis nun-

Sergius primus papa.

nuncijs, vt incautos opprimeret. Verũ vbi intellexit Sergium oĩm cõsensu declaratum Pon. donaria quædã ex basilica B. Petri sustulit. Sed & Paschalis tanti mali causa, magiæ accusatus & cõuictus, archidiaconatu suo priuaᷓ, & in monasteriũ ad peragẽdam pœniam detrudiᷓ. Ibi in pertinacia moriᷓ. His ferme tpibus Theodoricus cũ annos in regno Francoꝝ 19. exegisset, fato functus est, relictis ex Clothilde liberis duobus Clodoueo & Childeberto. Clodoueus regnũ accipiẽs anno dñi 697. tertio anno mortuus est. Successit Childebertus princeps, nulla re alia q̃ Pipini p̃fectura clarus. Per ea tpa Cunibertus Longobardoꝝ rex obijt, regnumq́ꝫ Luitperto filio puero, sub Asprãdi ducis tutela reliq̃t. Tunc Ragimbertus Taurinensiũ dux inuidia ductus, arma in regem suũ mouit, cui cũ obuiat Asprandus & Rhotaris dux Bergomensiũ, pugna facta, vicit Ragimbertus, & Asprando ac Rhotari cũ infante rege fuga prolapsis, nullo resistente, Papiã veniẽs, regno est potitus. Hoc intra paucos menses vita functo, Aribertus filius regnũ sibi retinere conatus est, sed ducibus Longobardis cũ rege adhuc puero arma sumẽtibus, fit altera pugna acerrima, quo in p̃lio post maximas cædes vicit adulterini regis exercitus, & Luitpertus puer vnicus venit in hostiũ potestatẽ. Asprãdus ad insulã * Gomaciã, Rhotaris in Laudã ciuitatẽ suã recepit se. Fecit vt à comitibus militibusq́ꝫ rex declararet. Quæ cũ Aribertus accepisset, duxit in Laudã: qua breui capta, fines Bergomensiũ ingressus, obsedit Rhotarim apud Bergomũ, adhibitis machinis oppugnatiõibusq́ꝫ, vrbe munitissima potitus est. captũ in ea Rhotarim, detõsumq́ꝫ, quod erat maximũ Lõgobardis opprobriũ, post paucos dies eũ iussit simul cũ Luitperto vero rege iugulari. Exinde Aribertus duxit in *Comaciã, sed Asprãdus cõfugit ad Bauaros. Aribertus aũt cũ securus nunc regnaret, app̃hendit Sigibrandũ filiũ Asprandi, & excæcauit eum, oẽmq́ꝫ parentelam per diuersa tormẽta afflixit. Luitprandus aũt filius Asprandi puer abire permissus, ad patrẽ venit. Aribertus pacatũ habẽs regnũ, cui præfuit fere annos 12. tunc zelo religionis ductus, fertur B. Petro cõdonasse alpes *cotias & quicq̃d à Taurinis Genuam vsq́ꝫ Ligusticã protendiᷓ. Igiᷓ postq̃ Asprandus per ix. annos mãsisset in Bauaria, adiutorio Theodeberti ducis Bauaroꝝ cũ exercitu venit in Italiã, pugnauitq́ꝫ cũ Ariberto. Cæsi sunt multi vtriusq́ꝫ partis, dicũt tñ Bauaros fugisse, & Aribertũ nocte ad castra sua redijsse, q̃ cũ noluisset manere in castris, sed iret Ticinũ, desperare fecit populũ suũ, audaciamq́ꝫ addidit hostibus, ita ꝙ etiã in ciuitate populum inuenisset male sibi motũ. Quo intellecto, tulit de palatio aurũ immensum, deliberans ire in Franciã: & cũ Ticinũ fluuiũ oneratus auro transmeare pararet, ab aq̃s est suffocatus, cuius corpus die sequẽti est inuentũ, & in ecclesia dñi Saluatoris sepultum. Post cuius mortẽ Asprandus Longobardoꝝ regnũ oĩm cõsensu obtinuit, & solũmodo tres menses supuixit, vir per oĩa bonus ac sapiẽtissimus. eo defuncto, Longobardi statuerũt sibi regẽ filiũ eius Luitprandũ, cuius referas tpa in Cõstantinũ pontificẽ, regnauit annis 32. Interea vero Iustinianus imperator tum in Deũ, tum in hoĩes mira inconstãtia vsus est. fœdera violabat cũ Saracenis icta, eos maximis affecit incõmodis. Illi vero reparatis viribus irruunt, multo plura inferũt damna. redintegrata tñ pax est, fregit insup aliã pacẽ à genitore Cõstantino cũ Bulgaris cõstitutã. ex improuiso eñi p̃fectus in eos, cædibus & incẽdijs p vniuersam Bulgariam est debácchatus. Illi vero animis post tantã consternationẽ resumptis, saltus loca p quæ redire Iustinianus debebat, munitiõibus intercluserũt. Quare rediturus imperator, ad Bulgaros mittere coactus: eaq́ꝫ cõditiõe pacẽ reditumq́ꝫ ĩpetrauit, vt captiuis reb⁹ oĩbus quas diripuerat, dimissis, abiẽs, pacẽ p̃cario cõcessam, iureiurando cõfirmaret. Iustinianus ex Bulgaria reuersus, apud Constãtinopolim cõtemptui fuit, ea p̃sertim causa, ꝙ Stephanũ cui curã vrbis reliquerat, non puniuit, pro eo ꝙ matrẽ verberibus affecerat, & multa sæua alia cõmiserat. Sed nihil hæc aduertẽs, synodũ cõgregauit, vbi aliqua cõclusa sunt nõ consonãtia fidei. subscripserũt vero imprudẽtes oratores Romani põtificis. sed eã subscriptionem Sergius Ro. Pont. vt pro hæretica iudicatã, noluit approbare, de quo lætatus imperator, mittit Zachariã protospathariũ Romã, iussitq́ꝫ Sergiũ Põt. Cõstantinopolim deportari. q̃d cũ in vrbe ac Italia auditũ esset, luctus publicus fuit. sed Rauẽnatis exarchatus milites, cõstituerũt põtificẽ, vrbẽ ac Italiã à tanta iniuria vindicare. armis captis, factoq́ꝫ agmine, ad vrbẽ properãt. Intellexit eoꝝ aduentũ Zacharias, q̃ terrore p̃culsus, pontificẽ orauit, vt se seruaret. nec defuit illi põtificis pietas, q̃ cõuenietibus pp̃lo ac militibus, concione habita, milites deliniuit, & spathariũ fide publica abire p̃misit. Præterea Iustinianus à Gallinico patriarcha exegit, vt orõnẽ ad destruendã ecclesiã Dei genitricis iuxta palatiũ faceret, volẽs ibi ædificare. Recusante p̃riarcha, ĩstitit impator atq́ꝫ coegit. tũc p̃riarcha: Gloria Deo, inq̃t, q̃ iugiter sustinẽs patiᷓ, nũc & semp & in oĩa secula seculoꝝ. q̃ audito, destruxerũt ecclesiã. alia q̃q́ꝫ multa improuide faciẽs, odium

Clodo. & Chil. reges Frãcorum.

Luitpertus Longobar. rex 14.

Ragimbertus Longo. rex 15.

Aribert⁹ 16.

Asprandus Longobar. rex 17.

Luitprandus 18.

Iustiniani perfidia.

populi in se excitauit. Vnde Leontius patricius, quē ipse q̄ndam p̄torem & magistrū militū orientaliū fecerat, sed iam p annos tres in custodia tenuerat, & postea in exiliū miserat, annuēte Gallinico patriarcha, dum impator absens erat, supuenit, & plebe vrbis Cōstantinopolitanę ad arma excitata, refractis oībus custodijs vrbis, carceres aperuit, atq; oībus tam nobilib⁹ q̄ alijs eductis, aīos ciuiū sibi cōciliauit. Inde magno exercitu cōflato, impatorē aggressus cepit, & captū amputatis narib⁹ in exiliū in Pontū misit anno dñi 696. Eos imperij motus exploratos habēs Abimelech Saracenoꝝ armirathus Africā inuasit, ī quē Leōtius Iohannē patriciū magistrū militiæ cū exercitu misit, q cū Saracenis cōgressus, eos fugere cōpulsos, oḿi Africa exterminauit: & qa accreuerat illis ex Arabia, Aegypto & Perside exercitus, supplementa à Leōtio postulabat sibi dari Roman⁹ in Africā transportāda. veꝝ cū mittere negligeret, exercitus tumultuari cœpit. Absimaꝝ, cui Tiberio fuit cognomen, Cōstantinopolitanū ciuē, ducem primo post impatorem acclamauit. is imperiū (vt aliq) quæsitū, vel (vt alij) oblatum accipiēs, mox anteq̄ noua de sua creatiōe ad Leontiū peruenirent, cū exercitu pene oḿi nauigās Cōstantinopolim peruenit. fauebāt illi ciues, affinium agnatoꝝq; factio potētissima. Vnde dū Leontius foꝝ ac palatiū munitū seruare nitit, Tiberius vrbē cepit, & captū paruo negocio Leontiū, naso, sicut & ille Iustinianū, mutilauit, quem cōiectum in carcerē, maiori infortunio reseruauit. Itaq; Tiberius anno dñi 700. impiū inuasit metu q̄ maiestate maiore. nā Philippicū quendā *Nicophori patricij filiū, qui ei in adipiscendo imperio fauerat, in exiliū misit, q̄ socijs narrauerat, se per quietē vidisse aquilam caput suū alis obtegentē, veritus ne impium adolescēti portēderet. Ad Sergiū redeo, q in sacrario S. Petri capsam inuenit argenteā, & in ea crucē diuersis ac preciosis lapidibus exornatā, de qua tractis q̄tuor petalis, qbus gemmæ inclusæ erant, portionē dñicæ crucis mirę magnitudinis cōspexit, q̄ singulis annis in basilica Saluatoris, q̄ dicit Constantiniana, die exaltationis eius ab oḿi populo salutat. Synodus q̄q; Aqleiæ cōgregatur sub eo, vbi ecclesiā Aquileiensem, qntā synodū nō oīno approbantē, ad sanitatem reduxisse fert. Eius institutū etiam est, vt in fractiōe dñici corporis cantet, Agnus Dei q tollis peccata mundi, miserere nobis. Hic S. Vuigbredū ad Frisios misit, q eos ad fidem cōuertit. Suo tēpore claruit venerabilis Beda, doctus Græce & Latine, q dū cæcus p̄dicaret lapidibus, putans se p̄dicare hoībus, lapides dū benedictionē in fine optaret, respōderunt, Amen venerabilis Beda. claruit in Anglia. sunt q fratres eius asserant Strabonē & Haimonē. Circa hæc tēpora rex Phrisioꝝ Radbodus cū baptizari deberet, & pedē vnū lauacro intinxisset, q̄siuit, q̄ maior pars antecessoꝝ suoꝝ puenisset: & audiēs plures ad inferna descēdisse, retraxit pedē de lauacro, dicēs, sanctius esse sequi plures q̄ pauciores, & honestius seq diuites & potētes, q̄ paupes & leprosos. quarto autē die subito obijt. Eo tēpore in Cāpania frumentū, hordeū & legumina instar pluuiæ de nubib⁹ ceciderūt. Hoc in tēpore Romani in Syria se cōtra iniurias Saracenoꝝ colligētes, 200. millia Saracenoꝝ interfecisse narrant, & iuxta supputationē annoꝝ credit Blōdus missos à Tiberio. Defuncto interim Sergio, Iohānes 6. natiōe Græc⁹, pontificatū inijt anno dñi 706. sedit annis 3. ad cuius pōtificis initiū Theophylacius imperij cubicularius p exarcho ab imperatore Tiberio Absimaro missus, nō vt cōsueuerūt alij, Rauennā iuit, sed Siciliā primo accedēs, Romā venire cōstituit. de q̄ certiores facti Ro. & Italici, aliq̄d ab illo incōmodū timuerūt. iā eḿ erat exosum Græciæ & impij Cōstantinopolitani magistratuū in Italia nomē. q̄re cōuenientes oēs reip. *& Rauēnatis exarchat⁹ milites in vrbe, ipsum tanq̄ hostē publicū expectabāt. veꝝ Theophylaci⁹ autoritate Iohānis pon. defensus, q sequestrū se inter ducē ac milites fecerat, cōpositis rebus oībus, Rauennā pficiscit. Exarcho ab vrbe digresso, Sisulph⁹ Beneuenti dux, militū & exarchi discordia fretus, Cāpaniā inuadit, Sorā & Arpinū occupat, villas incēdit, rusticos & pecora abigit. Quibus malis pmotus pōtifex, ad Sisulphū mittit q ei mandent, vt in Samniū reuertat, si Dei euitare velit irā. His monitus perterrit⁹, oppida restituit, captiuos oēs, q̄ ad p ærariū ecclesiæ sibi licuit, Iohānes redemit. At Iustinianus aīo redeūdi ad imperiū, cū in Cherroneso exulās p̄sentiret p ciues Tiberio fideles, sibi insidias strui, clam aufugit ad Bauaros, q̄ꝝ rex, vt ipsi appellabāt, Cacānus illi filiā spopondit vxorē, & tñ post pecunia & muneribus à Tiberio corruptus. hospitē & generū ei pdere instituerat. Hoc vbi Iustinianus intellexisset, ad Trebelliū Bulgaroꝝ regē cōfugit, q susceptā aduenæ curam ex fide gessit. Igitur Iustinianus copijs Bulgaroꝝ Turcaꝝq; fultus, cū instructo exercitu Cōstantinopolim venit. cūq; appropinquaret, plures principes impij, relicto Tiberio, ei coniuncti sunt. vnde absq; negocio ciuitate potit⁹, Tiberiū cepit. adducto q̄q; Leōtio, q eū deiecit, fecit ambos catenis cōstrictos. dū ludi equestres agerent, p plateas trahi, tractos publice, ante pedes suos dū in solio resideret,

Iustinianus īpio deiect⁹ à Leontio.

Leontiū Tiberi⁹ ī carceres conijcit.

Beda.

Iohānes sextus papa.

Theophylacius 13. exarchus.

Sisulph⁹ Italiā infestat.

Iustinianus recupat imperium.

deret,

deret,proijci,vbi calcauit colla eorum,vniuersa plebe clamāte:Sup aspidem & basiliscū ambulasti,leonē draconemq́ꝫ cōculcasti,sicq́ꝫ eos pcepit decollari, cōplices vero eorū diuersis tormentis cruciari.quia eū se,naso detrūcauerant, q̄ties guttā manu detersit defluentē,toties pene aliquē ex illis iugulari pcepit.Gallinicū patriarcham,erutis oculis,Romā exulē misit,& p eo Cyrum abbatē puexit, qui illū alens exulē in Ponto,in imperiū restituendū pdicauerat.Resumpsit aūt imperiū Iustinianus anno dn̄i 707.pr̨sidente Iohāne 6.q̄ anno natus est ei filius Tiberius ex Theodora filia *Caiani,quā accepit in exilio.coronauit puerum cum matre,regnauitq́ꝫ adhuc annis 6.Hoc tēpore Saraceni nuper Aphrica Leontij impio pulsi,imperatoris cōtentionibus auditis, Aphricā omnē & Libyā infinitis gentibus inuadentes occupauerūt. deinde oībus cōfirmatis, ex *Septa vrbe in fretū Atlanticū expositi,omnē Hispaniā quæ intra Pyrenæum mari ambit,in Tarraconēsem & Bæthicā ac Lusitaniā puincias diuisam,ceperunt, Cantabris Asturibusq́ꝫ exceptis,q sicut vltimi fuerūt in Hispania, q̄s Ro.subegit imperium, vltimi q̄qꝫ q ab eo deficerēt,esse volebāt:soli postremo, q Visigotthorum à se discuterēt iugum.nunc demū accepta Chr̄i fide & religione, armis se à perfidia Saracenorum constantissime tutati sunt.Aphrica igit̄ q̄ à Belisario Iustiniani Magni duce recupata,centum & 70.annis Ro.paruit imperio,à Saracenis vnà cū Bæthica Hispanorum, quā nūc Granatā vocant,tum est occupata.Quorum moribus & legibus iam 700.fere & 60.annis obtēperat,cum maxima Christiani noīs ignominia.Sunt q Bedā principibus hāc cladē pdixisse ferant. Saraceni Aphricā recipiunt. Per idē tempus Iustinianus,eiectis tyrannis occisisq́ꝫ,ilico diuino spiritu cōpunctus,legatos ad Iohānem papā misit,adiurans pōtificem exhortat̄, vt cōgregato cōcilio,quicquid circa orthodoxā fidem visum esset ei, stabiliret atqꝫ diligenter pquireret,Tomos à se scriptas prauo cōsilio,pro voluntate sua corrigeret,et male scripta cassaret.Sed interim Iohānes 6.morit̄,& in eius locū Iohānes 7.natione Græcus surrogat̄,qui sedit annis duobus,pficitur anno dn̄i 708.ad hunc scripsisse fert̄ rursus Iustinianus,vt habita synodo,quæ de homousio crederent orientales,eadē etiam occidentales affirmarēt.hoīes autem missos,re infecta ad impatorem remisit pontifex,neqꝫ tn̄ vt par erat,timore forsan,errores male de Deo opinantiū emēdauit. Iohannes 7.papa. moritur aūt Iohannes secūdo pōtificatus sui anno.Et in locū eius Sisinnius est assumptus anno domini 711.sedit dies xx.subita eñ morte correptus est,aliqui illum non ponūt in catalogo pōtificum,eo ꝙ schisma inter eum & Dioscorum efferatur subortū.Deinde eodē anno dn̄i 711.successit in sede Petri Cōstantinus natione Syrus. sedit annis 6. vir mitissimus ab oībus amatus. Sisinni⁹ papa. Cōstantin⁹ papa. Per cuius tēpora Iustinian⁹ in sua crudelitate perseuerās, Mauricium patriciū & Heliam spathariū magna cum classe misit Cherronesum, qui cunctos pubertatē supergressos interfecerunt.Insup fuit tantæ ingratitudinis,vt Trebelliū regem,cuius ope in regnum restitutus erat,cū Thracibus cōtendentem, improuise adortus sit,quē tamen Trebellius viriliter repulisse fertur.vnde pristinā vitam Iustinianus minime mutauerat,excepto ꝙ Ap.Sedis,cōtra q̄ ante cōsueuerat,venerationem deinceps obseruauit,tutatusq́ꝫ est.nam cū Felix archiepiscopus Rauēnas ordines à Ro.pon.accepisset,cogeretq́ꝫ de more formulā obtempandi scripto & pecunia Romā mittere,neqꝫ id præ arrogantia facere vellet,Iustinianus re cognita,Theodorum patricium classis pfectum statim admonet,vt primo q̄ꝙ tēpore ex Sicilia in Rauennates moueat.Is dicto impatoris obtemperans, Rauēnates prælio supatos maximis afficit cladibus,& Felicem catenis vinctū, Cōstantinopolim misit, quem postea Iustinianus in Pontū relegauit,orbatū prius luminibus,æneo vase cōcauo ac quidem cādente diu inspecto.inde eñ pyramis ignea exit,q̄ facile oculorum aciem excæcat.Fuit aūt ea clades Rauennæ vrbi maior,q̄ vnq̄ antea fuerat perpessa,ꝙ Theodorus primarios quosqꝫ partim occidit,partim cū episcopo relegauit,direptis eorum diuitijs. Rauennatū clades. Iustinianus videndi pōtificis Cōstantini admodū studiosus,rogat vt ad se proficiscatur, pmissa classe,q̄ tutius nauigaret. placuit pōtifici.cui appropinquanti vrbi regiæ,Tiberius Iustiniani filius cum regio comitatu,& Cyrus patriarcha cum omni clero honoris causa ad octauum lapidē obuiam prodeunt,eumq́ꝫ pōtificali amictu indutū,solenni pompa vrbem ingressi,in regiā perduxere.Inde vero Nicomediā pficiscens, q̄ venturus & impator erat.Iustinianus aūt nō ita multo post vrbē ingressus,nō solū pontificem amplectitur,verum etiam eius pedes veneratiōis causa osculatur. Iustinianus Cōstantino supplex est. Cū sequentibus diebus multa collocuti fuissent,cōfirmassetq́ꝫ Iustinianus pōtificum decreta atqꝫ priuilegia, Constantinus abiens hoīem adhortat̄,ne in Philippicū in Cherroneso exulātem,grauius aliqd decerneret.ęstuabat impator in Cherronesi & Philippici internecionē. Quare Iustinianus pōtificis monitis nō obtemperās,classem in Pontū mittit, vbi Philippicus deficientibus ad se militibus,eadē classe vsus,duodecimo ab vrbe Cōstantinopoli mi-

 lia

liario cũ Iustiniano ac filio ei⁹ Tiberio dimicãs,eos vincit & iterficit,imperioq́; statim
Philippicus IMP.67. oĩm consensu potit. Itaq; & anno dñi 713. Philippicus imperiũ inuasit,regnauit anno vno,mẽsibus qnq;. Cyrũ patriarchã relegauit primũ,q̄ bene cũ põtifice Ro. sentiret, in eius locũ Iohãnem monachũ hæresiarchã posuit, cuius qdem dogmata statim Romam misit,mãdatq́; vt oĩm cõsensu approbarent. At Cõstantinus habita synodo,nõ modo Philippici & Iohãnis monachi improbat opiniones,verũ etiã decernit,vt sanctorũ patrũ imagines,q sex cõciliis ab oĩbus approbatis interfuerãt,in porticu B.Petri depingerent,cũ intellexisset eas à Philippico à parietibus S.Sophiæ ignominiæ causa abrasas. Præterea idẽ põtifex cõstituit,ne imperatoris hæretici nomẽ publicis scriptis aut priuatis in ære,argẽto,plumbove reciperet. Nec mansit hęc in imperio pestis diu. nam sexto mense post annũ q̃ cœperat imperare,oculis & imperio priuat⁹ est ab Ana
Anastasius IMP.68. stasio quodã qui eũ oppressit: Is circiter annũ dñi 714. imperiũ occupãs,ad Pont.Constantinũ,siue is Stephanus posterior fuit,scripsit,fore se pollicitus acerrimũ orthodoxæ fidei ꝓpugnatorẽ,põtificum & cõciliorũ decreta probauit,classem cõtra Saracenos Alexandriã misit,cuius præfecti Theodosiũ Cõstantinopolitanũ quendã ignobilem hoĩem extulerũt,q Anastasium apud Niceã victũ,coegit relicto impio sacris initiari, ne ad imperiũ redire posset. Fuit hic annus imperii Anastasiani tertius. Illis fere tpibus
Dagobert⁹ 3. Francorũ rex. circiter annũ dñi 715. mortuo Childeberto rege,filius Dagobertus tertius regnũ accepit. Erat adolescens sub Theobaldi præfecti palatini & * Pletrudæ Pipini vxoris tutela. Perierat eñ per hos dies Pipinus bonus princeps, cuius interitu maius malũ Francia nõ habuit. nam post Pipinũ Theobaldus p̃fecturã palatii accepit,quã Ragafredus ambire solebat,quæ res ciuili Frãcorũ bello causa fuit. Tandẽ ad Cosiã syluã maximis vtriusq; principis viribus pugnatũ est, vbi Theobaldo superato, Ragafredus palatio præfectus est. Supstes erat tum Pipino vnicus filius,cui Carolo Martello erat cognomen,e * Calpiade cõcubina nat⁹. Supstes erat & Pletruda vxor Pipini,quã Carolus nõ vt nouercã,sed poti⁹ vt genitricẽ venerabat. nec tñ se cõtinere potuit mulier,qn adolescentis exitio inhiaret. dolo eñ eum interceptũ tenebat in custodia Coloniæ, ita q̄ rebus suis nullũ afferre potuit adiumẽtum. Dagobertus interea Ragafredi impulsu cunctas copias in Pipini quõdã dominia ducẽs,per * Carboniã syluã iuit,& oẽm regionẽ quæ ad Mosam fluuiũ pertinet,rapinis & incẽdiis fœdauit. Sed pauco post tpe Dagobertus morit, & Carolus Martellus e carcere liberatus fugit. Præfectus est regnõ Fran
Daniel Frãcorũ rex. ciæ Daniel qdam ignotæ ꝓsapiæ sacerdos,q barbã & comas nutriens,reges fastu habituq́; æquabat. Hic à nõnullis est Hilpericus appellatus. Verũ erat in Frãcorũ nobilitate Clotarius,quẽ Martellus,adepta libertate,in Dagoberti locum subrogare conat,dum palatii p̃fecturã repetit,armis res agit. Danieli regi auxilia fũt Ragafredi p̃fecti & Rad
Carol⁹ Martellus. bodi Frisonũ ducis,& primo apud Mosam cõflictu Caroli res periisse videbant, nisi fuga copiis suis cõsuluisset. Ita diu vtrinq; varia fortuna pugnatũ est,donec apud Ablauum Daniel victus fugit, cumq́; rursus Eudonis Vasconis auxiliis pugnasset,in agro Cameracensi superatus,in Vasconiã fugit. Vnde mox anno sequẽti eum Carolus recepit,Clotario mortuo,in regnũ restituit, sed in eo regendo diu nõ vixit. Itaq; successor
Theodoricus Frãcorũ rex. datus est ex Martelli cõsilio Theodoricus Dagoberti filius,mansitq́; summa regni totius apud Martellum palatii principẽ. Qui Ragafredi nuper vltus iniuriam, Rhenum traiiciens,Saxones,Alemanos,Sueuos,Bauarosq́; regno suo adiecit. Deinde transmisso Danubio,Pletrudã nouercã ex Bulgaria q̃ fugerat, in Franciam sine molestia reduxit. Tum anno dñi 717. Constantinus papa moritur,& Gregori⁹ secũdus ei substituit. licet Blondus id improbet,& eum sequit Pius,dicens Petrum Guilhermũ Lateraneñ. ecclesiæ bibliothecarium errasse,aliisq́; semina erroris reliquisse,scribitq; Blondus codicem se vetustissimũ in Lateraneñ. ecclesia inuenisse,ponentẽ mox post Constantinũ Stephanum secundũ,deinde Gregorium secundũ,tertio loco Zachariam, post hunc Gregorium tertiũ. Carolum quoq; Martellum scripsisse Stephano secũdo,Saracenorũ suo ductu trecenta lxx. millia fuisse occisa. Hæc quoquo modo misceãtur, ego à trito ordine nõ recedam,ponendo post Constantinũ Gregorium secundũ,deinde Gregorum tertium, post hunc Zachariam, quarto loco Stephanum secũdum. Et q̄ iste verus ordo sit,adduco tex. in c. antecessor 11.q.3. vbi Bonifacius martyr scribit Zachariæ papæ in hunc modum: Antecessor prædecessoris vestri venerandæ memoriæ Gregorius,dum me indignum ordinauit,ad p̃dicãdum Germanicis gentibus &c. Ex quo patet,q̄ Gregorius secũdus,nõ fuit immediatus antecessor Zachariæ, sed antecessor p̃decessoris sui,q secundũ positionẽ Blondi est Stephanus,quẽ textus ille vocat Grego
Gregori⁹ ii. pontifex. riũ. taceo alia quę in sequẽtibus sequerent incõuenietia,quare cõem chronographorũ sniam seqr. Hoc ordine anno dñi 717. Gregorius secũdus magnæ fidei & integritatis vir,

vir, in sede B. Petri collocat, cuius laus peculiaris, q eius opa nonnulli Germani ad fidem cõuersi sunt. sedit annos 16. mẽses octo. Ro. impio Theodosius ꝑerat, Chrianæ pietatis obseruãtissimus, q imagines sanctoꝝ patrũ, q̃s Philippic⁹ demolit⁹ erat, restitui mãdauit, annũ in impio egit vnũ. Hoc tẽpore Felix in Pontũ à Iustiniano relegat⁹, à pristina hæresi discedens, in patriã reuertit. Declaratũ est, Ticinensem episcopatũ sedi tantũ Ap. non Mediolañ. archiepõ subijci debere. Eo tẽpore Lõgobardi Beneuentani Cumã Ro. oppidũ furto occuparũt, q̃d cũ illi sæpe reqsiti reddere noluissent, põtifex ducis Neapolitani Cæsarei vicarij auxilio fretus, furto recuperauit. Quo in tempore Leo, q erat ꝑtor orientaliũ exercituũ cõstitutus ab Anastasio, abiecto Anastasio, ipse venit Nicomediã, ac filiũ Theodosij cum om̃i apparatu regio & primis viris palatij apphendit. deinde cum Theodosiũ insectaretur, à patriarcha Germano rogatus, vitã illius & ecclesiæ integrũ statũ seruauit. Theodosius vnà cum filio suo clericus factus, residuũ vitæ tẽpus transegit in pace. Vnde anno dñi 718. Leo ꝑtor orientaliũ genere Syrus, impare cœpit. regnauit annis 24. hic à Iustiniano cum regnaret, in exiliũ missus in Thraciã, posteriori vero tẽpore cũ secundo regnaret, veniẽs ei obuiã vnà cũ Bulgaris, obtulit munera oues 500. placatusq; Iustinianus, fecit illũ spathariũ. vnde qdam inuidia detraxerũt ei, tanq̃ affectanti imperiũ, sed repti sunt falsi. Iustinianus tamen illũ postea suspectũ habẽs, misit cũ pecunijs in *Aalaniã: vbi cũ multa ei feliciter ꝓuenirent, Iustiniano interfecto & Philippico visu orbato, ab Anastasio factus est ꝑtor oriẽtis. Quo pulso, impij spem cõcepit, Theodosiũ eiecit, insup multa fuit in ecclesiam impietate. In hac gñatione anno dñi 708. Paulus Lucius Eraclianus, primus Venetoꝝ dux, hoc anno a patriarcha populoq; Veneto, videlicet tribunis, ꝓceribus, cũctisq; plebeijs in Veneta ciuitate creatus dux ꝓfuit annis 8. a cõditiõe nãq; vrbis Venetæ vsq; in id tẽpus, resp. in tribunoꝝ & centurionũ potestate fuerat. nũc vero ꝓpter frequẽtes aduersarioꝝ incursus reprimẽdos, de cõmuni oĩm cõsilio Paulũ hunc elegerunt, qui magistratu suscepto, statim cũ Longobardis vbiq; fœdus inijt, & Venetã ciuitatẽ ampliare curauit. vnde & inter cętera, Venetoꝝ fines a Plaui longius ꝓmouit, domesticũ etiam vrbis cultũ integritate & prudentia sua celebriorẽ reddidit.

Theodosi[a] 3. imp. lxix.

Leo 3. imp. lxx.

Venetoꝝ dux prim⁹.

GENERATIO XXV.

LEone tertio impante, & Gregorio 2. in Petri solio sedẽte, anno dñi 720. vrbis vero cõditæ 1471. inchoata est 25. generatio, ĩ qua Caroli Martelli magnanimi principis in primis gesta referentur. is cum nõnullos Alemaniæ populos in fidem recepisset, in Frãciam rediens, accepit Eudonẽ Vasconẽ fidem fregisse. itaq; hostẽ quærit anxius multis magnisq; itineribus. sed ille Caroli ingeniũ & potentiam timens, fuga sibi consuluit, maiores interim cõtra tam pertinacẽ militem vires comparaturus, Saracenoꝝ qui ab annis X. Hispanias occupauerãt, auxilia flagitauit. cuius gentis rex potentissimus Abidiramus, Garumnã amnem nauigio transuectus, Burdegalam vrbẽ vi captam diripuit, & cæde in omnem ætatẽ sexumq; odio Christiani noĩs cõmissa, ecclesias solo ęquauit. Inde in Pictauos est delatus, vbi occisis pluribus, regionem quoq; incendio vastauit. ardebant vero animis Saraceni Turonũ petere. Senserat venientes Saracenos Martellus, & q ꝑter noĩs Christiani dignitatem periclitãtem, sibi quoq; & suis timebat, bellum instruere satagebat. Hinc ad Eudonem mittens, ab eo tandem impetrauit, vt pace secum cõstituta, cõmunibus animis armisq; Saracenos gentem perfidam Christianis, pelli delerĩq; adiuuaret. Carolus itaq; & Eudo iũctis castris, magna celeritate vsi, raptimq; ducto in Turonios exercitu, donec vrbe post tergum relicta, sese illam & inter hostes medios collocarunt. Nec mora, paribus animis viribusq; & ardore partes in prælium concurrunt. Breui itaq; & ad primos clamores concurrentium fractis Saracenis, Abidiramus rex inter mortuos cadauerumq; cumulos est repertus. occisorum eo in prælio numerum, bibliothecarius qui illis fuit pene temporibus, in Stephani II. vita narrat Saracenos cum vxoribus venisse in Aquitaniã, belloq; commisso, ex Saracenis trecenta & septuagintaquinq; millia fuisse occisa, cum ex Francis mille tantum & quingenti fuerint interfecti. Affirmat bibliothecarius scriptam Stephano pontifici a Carolo Martello epistolam, ita factum esse declarasse. Veꝝ res gesta est mea opinione sub Gregorio. Potitum tanta victoria Carolum, libido incessit ꝓuincias conterminas inuadendi, primũq; in Burgundiones arma mouens, eos sibi breui subiecit, quos tamen appellauit pro sua modestia fœderatos. Interim obijt dux Eudo. quod cum audisset Carolus, copias trans Ligerim duxit, cepit Burdegalam ciuitatem, eaq; potitus regione, dux strenuus animum induxit Frisones domare, tunc idololatras. Ea vero gens ex cõtinenti Galliæ, quod ad Rheni ostia vergit, leuibus prælijs pulsa, in insulas se recepit. sed Carolus nauigio Aqtanico sinu ducto, eas insulas vi ca

Ca. Martelli cũ Saracenis pugna.

Ca. Martellus Burgundiões & Frisones domuit.

ptas diripuit,& multa cæde idololatriã, eorũq; phana igni ferroq; dirui curauit. Acta sunt hæc anno 725. Domũ rediens Carolus, reperit Burgũdiones à Gotthis psuasos, nouas res intentare. ęgre em̃ Visigotthi ferebant circa Narbonẽ habitantes, Eudonis principatũ a Carolo captum, inimicissimosq; in illũ animos ostẽdere incipiebant. Inuasit itaq; primũ Carolus ea quæ Burgundi extra fines ,pprios possidebant, & Lugdunum, *Arelatẽ, ac Massiliã in suam redegit potestatẽ. Quæ dum fierent pter omnẽ Caroli suspicionẽ, maior apparuit Visigotthorũ machinatio. Saracenorũ nanq; Hispanorum rex Athinus, ab illis in societatẽ belli & regni omniũ cõmunionem vocatus, ingentem adduxit classem, cũ qua Rhodanũ est ingressus. at extensione facta, Saraceni Auinionẽ adeuntes vi ceperũt, qua vrbe munitissima p arce belli & imperij capta, copias illic collocant. Carolus tum om̃es copias, quę sibi à Francis atq; à cæteris amicitia aut fœdere cõiunctis vbiq; erant, cõtraxit. legatos primũ in proxima Auinioni loca cum copijs mittẽs, ipse postmodũ maiori cũ exercitu illuc ducens, vrbẽ obsidet atq; viriliter expugnat. Saracenorũ multitudine interfecta. Capta vrbe, rex Athinus nauigio fugiens, Narbonem confugit, vbi iterum a Carolo mox obsessus est. Sed Amorreo altero Saracenorũ rege, suppetias obsessis ex Hispanijs afferente, dimissa obsidione, ad fluuiũ Birrã valleq; Carbonã castra muniuit. ibi in planitie copiam pugnãdi Saracenis fecit. cõmissoq; plio, Amorreus rex oĩm primus pemptus est. territi tũ Saraceni, prius in fugam sunt cõuersi, q̃ acies ordine essent structæ: dumq; magna fieret a Caroli exercitu cædes, nec fugiẽtes satis celeritas adiuuaret, sese in pxima stagna paludesq; plurimi pcipites dimittebãt: & licet nõnulli põdere armorũ grauati interirẽt, multi tñ nandi peritia euadẽtes, a Frãcis sequẽtibus post necati sunt. Abijt vero incolume q̃ddam nauigiũ Saracenos ferẽs, q veloci cursu aut dum alij cæderent, se proripere potuerũt. abeuntes eius nauigij beneficio Athinus rex, & q̃s secũ Carolus ante Amorrei aduentũ obsederat in Narbone, vecti sunt ad Tyrrheni maris insulas, q̃s incenderũt. Saraceni eo cõflictu ita territi, vt intra Pyrenęũ arma Caroli formidãtes quieuerint. tum oĩs regio, quã Visigotthi & eis cohabitãtes Alanorũ Sueuorũq; reliquæ in citeriori Hispania & Gallia possidebant, Caroli Martelli & sui exercitus pda fuit. Quare victores periculi memores, in q̃d Visigotthi non magis Franciã, q̃ om̃e Christianũ nomen adduxerãt, crudelissime ea victoria vsi sunt. Et q̃dẽ nisi Carolus illis potitus esset victorijs, Saraceni oẽm Asiã, omnẽ Africã, ac pene omnẽ Hispaniã tunc tenentes, cũcta Europa faciliter potiti fuissent. Debacchatus totus in Visigotthorũ regno Caroli exercitus, postq̃ cęde pdaq; satiatus est, Narbonem, Nemausum & Biteras deuastat. nam eas vrbes Franci incensas dirutasq;, penitus desertarũt. Creuit inde gloria Francorũ in immẽsum. si enim Saracenos a citeriore Hispania, & q̃d fuisset cõsequens, ab Italia pellere ingentis gloriæ facinus fuit, magna *Carolus gloria censebitur, q inchoatam ante ducẽtos annos a Merouco Francorũ Christiano rege primo vindictam consummauit. Visigotthos, qui magnam Hispaniæ & Galliæ partem occupauerãt, pene funditus deleuit, cum trecentis prope annis impij Rom. vires cõtudissent. Sed Carolus cum per tot bella sumptu defecisset, ecclesiarũ decimas militibus, nõ dissentientibus episcopis, distribuit. Sũt qui putent Luitprandũ Lõgobardum regẽ Carolo Martello auxiliares copias misisse, q̃, re bene gesta, magna cũ præda domũ redierunt. Erat per illud tẽpus B. Augustini Hipponeñ. corpus in Sardinia ante annos 250. ex Hispania translatũ, qñ Vandali catholicas ecclesias Arrianis tradiderũt. quare Luitprãdus in Sardiniã mittit, corpusq; beati viri magno redemptũ precio, in Italiã produci, & inde Papiam deferri curauit. Apud Cõstantinopolim tunc oĩa pessimo loco erãt, q Leo impator in Christianã religiõem impius fuit. eo nãq; tẽpore, q̃ Athinus *Amoreusq; Hispaniã inuaserũt, Saraceni Asiam incolentes, in Thraciã traiecerũt: & Armirathus eorũ dux, classem trium milliũ nauiũ adducens, Cõstantinopolim terra mariq; obsidet. Erãt vero apud obsessos prima in hostes arma, seruorũ Dei oratiões & habitę p singulos dies a clero & populo supplicationes, cum interea pubes tota & iuuenũ robur mœnia armis pro viribus tutaret. Passi autẽ sunt Saraceni maiora in ea obsidione incõmoda. siquidem p totum bienniũ quo obsessa est ciuitas, fame, frigoribus & morbis ingens obsidentiũ periit multitudo. Quid q naues tutissimo in portu magna parte tẽpestatibus elisæ perierunt, pars igne nec ab hostibus iniecto, absumptæ sunt. Cogebant obsidionẽ soluere, inermesq; abierũt, ex tãta copia nauiũ vix quinq; saluis abductis. ciuitas vero & si tũ ab hostibus nõ est capta, horrendã tamẽ ppessa est calamitatẽ. pestis sane ad trecẽta millia absumpsit. At Leo imperator diuina protegente ciuitatẽ gratia, nec erga Deũ aut vicariũ eius gratus, nec peste melior factus, nihil postq̃ a timore Saracenorũ liberatus est, accuratius intẽtauit, q̃ Italiã & Romã pecunijs exhaustã, basilicas q̃q; diuitijs spoliare.

Auinio a Saracenis capta.

Amorrei Saraceni cędes.

Athini Saraceni fuga.

Visigotthi deleti.

Augustini tralatio.

Cõstantinopolis obsidet.

Et cum exactionem ꝑdamq́ pōtifex dissuasisset, eum capi & Cōstantinopolim duci, aut si id nō successisset, interfici iussit, Marino & impiali spathario ad hoc missis. Sed Marinus Dei iudicio apoplexia cōcidit, Paulusq́ patricius exarchus Romā missus, cū cōiuratis nihil egit, cōiurati à Ro. capti sunt, pleriq; interfecti. Inde exarchus Rauennam se cōtulit. Leo vero, & si Spoletinus dux, deinde & Luitprādus Lōgobardoꝝ rex subiectos imperij molestarēt, nihilominus his spretis, occidēdi pōtificis curā nō remisit. Mittit alteꝝ spathariū q exarcho assisteret, imperatq́ vt si sibi pōtificis interficiēdi facultas nō daret, saltē ei eiecto alteꝝ subrogēt. quæ cū exequi exarchus cōtenderet, cohortes suas cū spathario Romā misit. Ad eas angustias pōtifici auxiliū Deus insperatum attulit. Longobardi eñ cum Italiā impatori rebellare optarēt, suā Ro. vt pōtificē tutarent, opam & ꝑfidia sunt polliciti: & cū spathariū cū militibus aduētasse ꝓpe vrbem perlatū est, ex Hetruria Spoletoq́ Lōgobardi affuere. Spoletini milites pontē Salarium, Hetrusciq́ pontē Miluiū insidentes, ꝑcludunt spathario in vrbē viā. Intētauit tamē importunius ꝑ pontē Salariū irrumpere, sed à Spoletino milite repulsus, Rauennam coactus est redire. Insuꝑ alio se scelere polluit Leo. nam ꝑ apostotā quēpiā seductus, ꝑcepit in Cōstātinopoli, vt qcunq; haberet imagines dñi Saluatoris, vel S. genitricis eius aut sanctoꝝ, sibi afferrēt, quas ille in medio ciuitatis incēdit: & qa multi de populo huic impietati nō cōsenserūt, decollati sunt. Germanus patriarcha à sede sua eiectus, & Anastasius qdam in locū eius cōstitutus est. Mandatū est, vt q Ro. impio subderent, imagines quasq́ tollerent, abraderēt & exurerēt. Cui impietati tm̄ abfuit, ꝙ pōtifex consentiret, ꝙ econtra per vniuersum orbem scripsit, ne impijs ꝓphanisq́ huius impatoris iussionibus obedirent, tantamq́ autoritatem tunc habuerunt Ro. pōtificis decreta, vt Rauennates primi, exinde Venetiæ populi atq; milites, apertam in impatorem exarchumq́ rebellionē præ se tulerint, impulerintq́ pōtificē & cæteros Italiæ populos, vt abrogata Cōstātinopolitani impij maiestate, alter in Italia Ro. impator deligeret. Ac eo ꝓcessit ipsa rebellio, vt depositis exarchi magistratibus, singulæ ciuitates, singula oppida ꝓprios magistratus, quos duces appellabāt, creare & ꝑficere curarent. Cōpescuit tunc pōtifex eam deligēdi impatoris noui Italoꝝ voluntatē, eo ꝙ sperabat Leonem saniori post hoc cōsilio à flagitijs temperatuꝝ. ꝓcedebat tamē in dies rebellio. Marinus eñ spathari⁹ q Romæ vrbis dux erat, eiusq́ filius Adrianus, dum Campaniā penetrant, à Ro. interfecti sunt. Quoꝝ in locū, ducē ipsi sibi Petrum noīe creauerunt. Rauēnates etiā, cū alij impatori, alij pōtifici obtēperādū dicerēt, facto tumultu, Paulū exarchū cū filio occidūt. quæ dū fieret, Lōgobardi nouis rebus intēdebāt, Bononiā & alia quædā loca occupātes. Tūc Leo impator Eurithiū patriciū misit ad accipiēdum Italiæ exarchatum, q nullā Romæ aut Italiæ curā pre se ferebat. nam pōtificis Romanorumq́ exitiū, sicut à Leone iussus erat, quærēs, Lōgobardos multis donatos muneribus, in amicitiā fœdusq́ recipere est adnisus. Nō minus lr̄is q̄sdā Ro. in caput pontificis primatumq́ Ro. armare quæsiuit. hæ lr̄æ cū ꝑuenissent in manus pōtificis populiq́ Ro. publice lectæ fuere. Moxq́ ad suggestionē populi pōtifex exarchū anathemate ꝑcussit, in eamq́ adducti sunt difficultatē pōtifex & Ro. vt nec impatoris sæuitiam declinare, nec Lōgobardoꝝ iniurias possent arcere. Re itaq; discussa, orat⁹ est Luitprādus Lōgobardoꝝ rex ad pacē sine vlla oblatoꝝ restitutiōe. assensit ille. Deinde rex in Spoletinos Beneuētanosq́ duces impia sua cōtemnētes, exercitū duxit: qbus recōciliatis, B. Petri limina visitare statuit. & cū esset iam ab vrbe nō procul, in Vaticano iussit exercitū cōsistere, vbi regi pōtifex occurrit, populus in vrbe se cōtinuit. Exosculatus est rex pōtificis pedes, & in basilicā est ab eo adductus: deinde nulli molestus, Papiā se cōtulit. Per q̄d tp̄s pōtifex Lōgobardoꝝ ꝑiculo liberatus, Eurithiū exarchū ad ecclesię cōionem recōciliatū, vt Rauēnam accederet, est exhortatus. Inter has turbatiōes tamen Gregorius papa curā Germanoꝝ nō obmittēs*. nam cum accepisset Chr̄ianos gentis huius nonnullos, sub religione Chr̄iana idoloꝝ culturæ deditos adhuc, aliquos etiam nondū catholicos esse, misit illis virū religiosum, doctū & magnanimū, *Vuunifridum postea Bonifaciū dictū, Anglicū, Ap. Se. legatū & in fide bene instructū, quem & consecrari fecit in ep̄m, vnde in ep̄lis dicti Gregorij ita inuenit̄ scriptū: Gregorius ep̄us seruus seruoꝝ Dei vniuersis reuerendiss. & sanctiss. fratribus, coep̄is, religiosis, presbyteris seu diaconis, gloriosis ducibus, magnificis comitibus, & cunctis Christianis Deum timentibus: Solicitudinem modo gerentes ꝑ speculatiōe credita, qa in vmbra mortis aliquas gentes in Germaniæ partibus vel plaga orientali Rheni fluminis, antiquo hoste suadente errare, quasi sub religione Chr̄iana, idoloꝝ culturæ eos seruire cognouimus: aliq́s vero, q necdū cognitionē Dei habētes, nec baptismatis sacri vnda loti, sed cōparatiōe brutoꝝ aīaliū pagani, factorē nō recognoscūt, necessario pro vtrorunq; illumina-

Paulus exarchus iis.

Leo imagines tollit.

Finit exarchoꝝ potestas.

Eurithius.

Bonifacius ep̄us in Germaniā missus.

Gregorij ij. ep̄la ad Germanos.

minatione ad prædicādum rectæ fidei verbū hārū portitorē Bonifaciū, reuerendiss. fratrem nostrū epm, ad easdē partes dirigere studuimus, vt & illis pdicādo verbū salutis, vitam puideat sempiternā: &, si quos forte vel vbicunq; à rectæ fidei tramite destitisse cognouerit, aut astutia diabolica suasos, erroneos repererit, corrigat atq; sui educatione ad portū reducat salutis, eosq; ex aplicæ sedis huius doctrina informet, & in eadem catholica fide pmanere instituat. Cui hortamur ob amorem dñi Iesu Chri & aplorum eius reuerētiam, vt in oībus pareatis nisibus totis, eumq; in noīe Iesu Chri recipiatis, vt scriptū est de suis discipulis: Qui vos recipit, me recipit: prouidētes insuper necessaria itineris eius, comites tribuētes, cibum etiā & potum, vel si qd eguerit largientes, vt vno labore & socia volūtate opus sibi creditū pietatis & negociū salutis, annuēte Deo, perficiat, atq; pmia laboris ppetuo pcipere mereamini. Si qs itaq; huic famulo ad illuminationē gentiū ab hac Ap. Se. destinato, assensum vel cōcursum pbuerit, exorantibus aplorū principibus, cōsortia mereat sanctorū. Si qs vero, qd nō putamus, aduersando eius præpedire conat⁹ fuerit labores, aut cōtrarius extiterit ministerio sibi credito, successorumq; eius eundē laborem intrātium, ex snīa diuina anathematis vinculo percellat, ppetuæ dānationi subiaceat. Bene valete, data Kaleñ. Decembris, imperāte dño piiss. Augusto Leone à Deo coronato magno impatore, anno 7. imperij eius, sed & Constātino Magno imperatore eius filio, anno 4. indictiōe 6. Scripsit & idem pōtifex Thuringis, inter quos erant aliqui Chriani, plures adhuc pagani. sic eñ est in epla ad illos: Ideo fratrem nostrum sanctissimū Bonifacium epm ad vos direximus, vt vos debeat baptizare, & fidē Chri docere. Scripsit etiā Saxonibus, qs hortat vt Bonifacium audiāt, & eius doctrinā sequātur. Cætera de Bonifacio dicētur sub Gregorio tertio.

Anno deinde 725. S. Periminius epus Augiam intrauit, eamq; à serpentibus multifariam vexatam liberauit. His tpibus Leo impator coegit Iudæos & Montanos baptizari, sed Iudæi abluebāt vnctionē chrismatis, & post cibum participabāt sacris, cōtaminabantq; fidem. Montani vero definientes sibi diem, introierūt domos errori suo deputatas, & se incenderūt. Gregorius itaq; Leonē æterni iudicij cōminatiōibus admonens, tādem bene de Deo & de patria meritus morit, ac collacrymātibus cūctis, in basilica Petri sepelitur, pōtificatus sui anno 16. secūdum verā supputationē. Sub Gregorio ij. Bonifacius in Germaniā circiter annū sextū missus fuit, q legatiōe 36. annis functus inuenit, puenitq; de Gregorio ij. ad tertiū, & de tertio ad Zachariā, & de Zacharia ad Stephanū ij. Ideo inter illos pōtifices annos, put mihi possibile visum est, sine piudicio tñ veritatis, assignare curaui. Gregorio itaq; ij. defuncto, Ro. Gregoriū hui⁹ noīs iij. in pōtificē deligūt anno dñi 733. sedit annis 8. Nulla ab initio maior Gregorio cura fuit, q imperatores, fecerat eñ iam Leo Cōstantinū imperij sui cōsortē, ad rectæ fidei cultū, imaginumq; restitutionē, p oratores & scripta adducere. Celebrauit hic pōtifex in B. Petri basilica cōciliū Italiæ prælatorū, in quo decretum est imagines summa veneratiōe cōseruari, vt est in canone perlatum de consecra. dist. 3. Statimq; cleri Ro. consensu Leonem 3. imperatorem Cōstantinopolitanū imperio simul & cōione fidelium priuat, q sanctas imagines demolitus esset, & q etiā de homousio male sentiret. Gregorius hic tertius, vir singularis doctrinæ & humanitatis pcipue, Græca ac Latina lingua erudit⁹, Bonifacio nup ad Germaniā legato misso, scripsit eplam in hæc verba: Gregorius S.S. Dei reuerēdiss. sanctissimo fratri Bonifacio epo, ad illuminationē gētis Germanorū vel circūquaq; in vmbra mortis morātibus, misso: Magna nos habuit gratulatio, lectis fraternitatis tuæ lris, cū in eis repertū fuerit, dñi nostri Iesu Chri gra plurimos de gentilitate & errore ad veræ fidei agnitionē cōuersos esse. Hinc iure tibi sacri pallij direximus munus, qd B. Petri apli autoritate suscipiens induaris, atq; inter archiepos vnus, Deo autore, præcipimus vt censearis, ita vt dum Missarū solennia geris, vel epm consecraris, illo tātummodo tpe vtaris: qa vero turbas dñi gra in eisdem partibus ad rectam fidem asseruisti cōuersas, pcipimus vt iuxta canonum statuta vbi multitudo excreuerit fideliū, ex vigore Ap. Se. debeas ordinare epos, pia tñ cōtemplatione, ne vilescat dignitas episcopatus. de hoc habetur tex. 16. q. 1. pcipimus. Interrogauit etiam Bonifaci⁹ Gregoriū papā de multis sibi occurrētibus, sup qbus rñdit: Caballū aliquos scripsisti comedere agrestē, plerosq; domesticū. Hoc de cætero fieri nō sinas, sed Chro adiuuāte, gentem ab esu tali cōpesce, pœnā iniuncta. Immūdum eñ est & excrabile. Item hoc tene, q quisq; fidelis pro suis mortuis vere Chrianis licite potest offerre, debetq; psbyter eorū facere memoriā. Et in epla q incipit, Desiderabilē, Leprosis, inqt, si fideles Chriani fuerint, dñici corpis & sanguinis participatio tribuatur, cum puris aūt cōuiuia celebrare negetur. Qd si pestifer morbus aut mortalitas in ecclesia vel monasterijs irrepserit, qs necdū tetigit, à loco fugere valde fatuū iudicat. nō eñ valet qsq̄ Dei

Iudæorum scelera.

Gregori⁹ 3. papa.

Gregor. iij. dat Bonifa. vsum pallij.

Dei effugere manus. Idē etiā Gregorius scripsit epis ꝓuinciæ Baioarioꝝ & Alemaniæ, vt Bonifaciū epm cū digno honore susciperet, eumq; autoritate aplica missum audiret gentilitatis ritū & doctrinā falsoꝝ sacerdotū abijceret. Et ad Bonifaciū scribit sic: Reuerendiss. fratri Bonifacio epo Gregorius seruus seruoꝝ Dei: Doctoris oīm gentium apli Pauli vox est, dicentis: Diligētibus Deū oīa cooperant in bonū, agnoscimus itaq; hoc in syllabis fraternitatis tuæ de Germanis gētibus, quas sua pietate Deus noster de potestate paganoꝝ liberauit, & ad cētum millia animas in sinu sanctæ matris ecclesiæ tuo conamine & Caroli principis Francoꝝ *à Gregorio dignatus est. Sed & in Boioaria ꝓuincia, quę acta sunt agnoscētes, datori oīm bonoꝝ, extensis ad cœlū palmis, grās retulimus, q ianuā misericordiæ in illis partibus Hesperijs ac salutis ostiū aperuit. Igitur qa indicasti prexisse te ad gētem Baioaricā, inuenisse eos extra ordinē ecclesiasticū viuētes, dum epos non habeāt in ꝓuincia, nisi vnū noīe Vnulo, quē nos ordinauimus: & qa cū assensu Odilonis ducis eoꝝ seu optimatum ꝓuinciæ illius, tres alios ordinasti epos, & in quatuor partes ꝓuinciā illā diuisisti, & vt quæq; parochia ex quatuor suum habeat epm, bene & prudēter peregisti frater, qm aplicam ꝑceptionē nostra vice adimplesti, ita ꝙ nō desinas hortor. De cōcilio vero iuxta ripā Danubij debeas ne celebrare, valde placet. Nō pigeat te dilectissime frater opari opus bonū &c. In fine, epla data 4. Kalen. Nouēbris, impante dño pijssimo Augusto Leone, imperij eius anno 24. Cōstantini impatoris filij anno 20. indictiōe*. Hęc ideo scribere volui, vt ostenderē quam tunc reuerētiam Ro. Pont. etiam inter turbatiōes plurimas haberent. Multa alia scripsit idem Gregorius Bonifacio pro salute Germanoꝝ, faciens in vna eplarum suaꝝ potestatē illi, vt cōciliū in Augusta celebraret. Interea neglecta fide, Luitprādus rex Longobardoꝝ cupiditate imperandi motus, vrbē Romam obsedit, captis circūquaq; oppidis. Tum Gregorius legatos naui, qm terrestri itinere nō licebat, ad Carolū Martellum Franciæ principem statim mittit, q hoīem rogarent, vt primo quoq; tpe laboranti Romæ & ecclesiæ auxilium ferret. Consueuerunt aūt pōtifices Ro. si qd mali ab externo hoste immineat, auxilia ab impatoribus Cōstantinopolitanis petere: qd facere Gregorius substitit, cum ob easdē causas quas paulo ante cōmemoraui, tum vel maxime ꝙ vrbem regiam ægre Leo à Saracenis tutaret. His itaq; rōnibus accidit, vt tunc primū tutela ecclesię ad alios trāslata sit. Carolus aūt rogatu Gregorij patrociniū ecclesiæ suscipiens, Luitprādū regē amicū & cōpatrē rogat, vrbē ne obsideat, pōtificēve vexet, hac re nil sibi fieri molestius aut grauius posse. Obtemperat Carolo Luitprandus, atq; vrbē obsidione soluit. nā inito iam inter se fœdere, Carolus Pipinū filiū in cisalpinam Galliā ad Luitprādū miserat, vt ei capillū de more sacroꝝ succideret, vnde compatres more Chriano inuicē facti sunt, remiserat pueꝝ ad parētes Luitprandus multis ac maximis donatū muneribus. hæc Platina. Eo tpe Luitprādum ferunt donationem Ariberti regis ecclesiæ factā cōfirmasse, nihilominus Rauēnam vrbē quā ante expugnauerat, retinuisse. Gregorius vero anno salutis 740. bene de Deo ac hoībus meritus, pontificatus sui anno 8. moritur, admirabilis ꝑdicator orthodoxæ fidei & acerrimus defensor, in basilica S. Petri sepelit. Sedes dies octo vacat. Tum succedit Zacharias natione Græcus. Sedit annis xi. & inter optimos pōtifices numerat. cum aūt initio pōtificatus sui ardentem bellis Italiā offendisset, legatos de pace cōponenda statim ad Luitprandum Longobardoꝝ regem misit, ꝓsequētem adhuc bello Trasimundū ducē Spoletinum. veꝝ cū à legatis nihil fieret, ipse comite clero in Sabinos, vbi Lōgobardus erat, ꝓficiscit. Ferunt aūt, octauo miliario à Narnia regē pōtifici honoris causa obuiam factum, ex equo descēdisse, ac pedibus virum sanctissimū in vrbē comitatū fuisse. Qui sequenti die inter Missaꝝ solēnia orōnē publice habuit, qua ostēdit, qd maxime regem Chrianum deceret, siue pacē siue bella gerat. hac orone ita ꝑmotum regē ferūt, vt statim arbitrium oīne cōponendæ pacis ei cōmiserit. Iam vero Trasimūdum ducatu priuauerat, ac in eius locū Hilbrādum nepotē suffecerat. Accipit tñ in grām Trasimūdus rogatu pōtificis, & in clerū ex duce est attonsus. Reddunt item Ro. oppida sua ex Sabinis capta, reddit Narnia & Ancona ex Picentibus, & quicqd à Lōgobardis 30. iam annis in Hetruria occupatum fuerat. reddunt & captiui oēs eo bello capti. Sutrini quoq; agri vallem magnam rex pōtifici dono dedit, & cum Ro. pacē in decē annos firmauit. Mira etiā humanitate pōtifex vsus est. adhibito em rege in cōuiuiū, nullū genus comitatis & grǣ pretermisit. redeuntem aūt Romam pōtificē Hildebrandus dux Clusinus, regis nepos, & Ramingus Tusciæ dux, comitati sunt, atq; oppida donata reddiderūt. Reducebat Luitprandus copias in patriam. Reuersum in vrbem pōtificem populus Ro. oīni honore est prosecutus. Anno dñi 741. Leo tertius vir impius in errore suo moritur, & successit ei filius Cōstātinus qntus, magis impius, nō em solum errore imaginum

Baioaria fidem Chri recepit.

Luitprādus Lōgo. vrbē obsedit.

Zacharias papa.

Luitprandi cum Ro. fœdus.

Cōstātinus 5. IMP. 71

ginum, sed etiã oĩbus vitiis extitit superior. Primo qdem à Deo & intemerata Dei gẽnitrice ac oĩbus sanctis discedẽs, magicis maleficiis, luxuriis ac cruentis sacrificiis, inuocatiõibusq; dæmonũ oblectatus, nõ minus q̃ Diocletianus malus. sedit aũt annos 34. malo suo. vnde de ipso recte dr̃: De medio colubri regulus prodiit, & de patre neqtiæ filius iniqtatis. Habuit aũt vxorẽ * Hyrenẽ, Bauarorũ ducis filiã, quæ cũ catholica esset mulier, male cũ hæretico fuit iuncta. Hoc in anno q̃q; dux Frãcorũ Carolus Martellus, post exactos Saracenos domitosq; Visigotthos, q & oẽm olim Galliã Theodorici Dagoberti filii Francorũ regis ditioni reddidit. Vt aũt mortuus est Theodoricus, Carolus in locum eius post 15. annos qbus regnauit Theodoricus, Childericũ in regno statuit. Hoc peracto, ipse Carolus Mart. princeps clarissimus obiit, duobus filiis Carolomanno & Pipino regna à se armis iure belli occupata, testamento relinquẽs, vir certe (vt gesta docent) gloriosissimus. Morit̃ aũt in villa Carisiaco apud Isarã fluuiũ, præfecturæ suæ anno 35. sepelit̃ Parisiis in basilica Dionysii martyris. Habuit & aliũ filium, quẽ Gryphonẽ appellabãt, cuius cũ noĩe etiã mores cõueniebãt, vt dicet̃. Sunt q Tassilionẽ quendã illis addãt, p̃ter Frãcorũ historias. Statim post Caroli Martelli interitum Sunahildis Odilonis Bauariæ ducis neptis, dolens filiũ suũ Gryphonẽ testamẽto præteritũ, iuuenẽ excitat, hæreditatis portionẽ à fratribus repetat. Nec mora. Laudunum plenus spei Grypho occupat, fratribus bellũ indicit, q celeriter exercitu collectu Laudunũ obsidẽtes, fratrẽ in deditionẽ accipiũt, in castello q̃d est iuxta Arduennã, custodiri iubẽt. Interim Carolomannus & Pipinus regna paterna diuidũt, Carolomãnus Austrasiã, Alemaniã atq; Thuringiã sortit̃, Pipinus vero Burgundiã Neustriamq; p̃uinciam. vtriusq; gesta paulo post describemus. De Austrasia & Neustria ita inuenit: Postq̃ Franci Galliã totã occupassent, eã in duas diuiserũt partes. Illã regionẽ quæ versus septentrionẽ tendit, & intra Mosam fluuiũ ac Rhenũ sita est, Austrasiã vocauerũt: illam vero quã Mosa & Ligeris p̃transit. Neustriã, quasi nouã Austrasiã nuncuparunt. Pars vero quã Burgũdiones occupabãt, Burgũdia est dicta. Hic annus maximorũ principũ fatis insignis, Luitprandũ Longobardũ sustulit. Fuit hic vir sapiẽs & fortis, & orõnibus & vigiliis deditus, in eleemosynis largus, lr̃as nõ nouit, philosopho tñ erat assimilandus. multas ecclesias cõstruxit. monasteriũ quod Cœlũ aureũ dicit̃, extra Ticinum ædificauit. Ecclesiã Saluatoris in palatio suo cõstituit, & ordinauit ibi sacerdotes & clericos. q quotidie diuina celebrarẽt. Obiit regni sui anno 32. Cui successit in regno Hilprandus nepos, à patruo cõsors regni assumptus, sed post menses sex est defunctus. Et sic eodẽ anno Rachis Foroiulianus dux, oĩm suffragiis rex est declaratus, vir certe oĩ laude dignus. redintegratũ quoq; est fœdus cũ hoc rege à põtifice missis legatis, qbus oĩa ex animi sñia rex ipse pius & religiosus cõcessit. Ad res nostras redeo quas e maiorum monumẽtis & lr̃arum testimoniis malo, q̃ reliquorũ scriptorũ opinionibus tractare. Præerat adhuc feruẽtibus Germanicæ pietatis initiis Bonifacius à Gregorio secundo Pont. missus, mirũ quãta cura, quãto studio ferã gẽtem coercuit. Hic Zachariæ nup electo cõgratulatus per lr̃as, magnũ dedit mutuæ charitatis argumẽtum: scripsit insuper q̃d impẽdisset Germanis officii, sic: Per Dei grãm Germaniæ populis aliquantulũ correctis, tres ordinauimus ep̃os, & tres parochias in tribus vrbibus, illas vrbes in qbus cõstituti & ordinati sunt, scriptis autoritatis vestræ confirmari & stabiliri precãtes. vnã esse sedẽ episcopalẽ decreuimus in castello q̃d dr̃ Vuirtzaburg, & alterã in oppido q̃d noĩatur Buraburg, tertiã in loco q dicit̃ Erphesfurd, quæ fuit iam olim vrbs paganorũ rusticorũ. Notũ similiter sit paternitati vestræ, q̃ Carolomannus dux Francorũ me accersitũ ad se rogauit, vt in parte regni Francorũ, quæ in sua est potestate. synodũ inciperẽ cõgregare, & promisit se de ecclesiastica religione, quæ per lx. vel lxx. annos calcata & dissipata fuit, corrigere & emẽdare velle. Franci eñ plus q̃ lxxx. annis synodũ nõ fecerũt, nec archiep̃m habuerũt. modo aũt maxima ex parte per ciuitates episcopales sedes traditæ sunt laicis vel adulteratis clericis seculariter ad p̃fruendum. Est insuper qdam. q viduã quæ fuit vxor cõsobrini sui, & quę votũ vouit Deo castitatis, & velata extitit, abiecto *cũ velamine, vxorẽ duxit, asserẽs se licẽtiam à p̃decessore vestro habere, de q̃ miramur. Tale eñ matrimoniũ ab Ap. Se. affirmat cõfirmatũ, quod nõ æstimamus verum. q̃a synodus & ecclesia in qua natus & nutrit⁹ fui, id est, in transmarina Saxonia * Lunduneñ. synodus talẽ copulã, incestũ & dãnabile piaculum iudicauit. t& q̃a carnales hoĩes, idiotæ Alemani vel Bauari vel Franci, si iuxta Romanam vrbẽ aliqd facere viderint ex his peccatis, quæ nos prohibemus, licitum & concessum esse putant. & nobis improperiũ, & sibi scandalũ concitant, sic vt affirmẽt se vidisse annis singulis in Romana vrbe, & iuxta ecclesiã S. Petri in die vel nocte, q̃n kalendæ Ianuarii intrãt paganorũ cõsuetudine choros ducere p̃ plateas & acclamatiões ritu gen-

Pipinus Carolomãnus & Grypho filii Martelli.

Hilprandus Longobar. rex 19.

Rachis 20.

Ep̃la Bonifacii ad Zachariam.

gentilium & carmina sacrilega celebrare, mensas illa die & nocte dapibus onerare, & nullũ de domo sua vel ignẽ, vel ferramentũ, vel aliqd cõmodi vicino suo prǽstare vellet: dicunt quoq; se vidisse ibi mulieres pagano ritu phylacteria, ligaturas, & in brachijs & cruribus ligata habere, & publice venales offerre, quæ oĩa vident impedimẽtum nobis præstare pdicatiõis & doctrinæ. epi quoq; & presbyteri generis Francorũ, q fuerũt adulteri vel fornicatores acerrimi, quos filij fornicationum arguunt, reuertentes ab Ap. Se. dicunt sibi Ro. Pont. licẽtiam dedisse, vt antea ministrare: verũ nos cõtra contẽdimus, qa apostolicã sedem cõtra decreta canonũ nequaq̃ audiuimus iudicasse. hæc oĩa propterea nota facimus, vt vestræ autoritatis respõsum habere possimus. Incolumem valere & in Chr̃o proficere beatitudinẽ vestram, in longitudine dierũ valde optamus.

His rñdet papa Zacharias in hũc fere modũ: Reuerẽdiss. & sanctissimo fratri Bonifacio coepo Zacharias seru⁹ seruorũ Dei: Susceptis fraternitatis tuæ literis, qa te sospitem vt semp cupimus, esse cognouimus, oĩpotẽti & misericordissimo Deo nostro magnas retulimus*, q tibi in bonis psperari dignat. magnã eñ in cordibus nostris infundis lætitiã, quoties nobis sanctitatis tuæ scripta mittunt, dum quotidie in gremiũ sanctæ matris ecclesiæ noui populi adducunt, vbi & tres epos per loca singula secũdum seriẽ syllabarũ tuarũ te ordinasse cognouimus, q eidẽ populo præesse debeãt: vnde quæ poposcisti, absq; mora cõcedi patimur, & statuimus p apostolicã autoritatẽ episcopales illic sedes, quæ p successiones epos mereant & populis psint. Ita nulli post hæc liceat, ea quę à nobis sancita sunt, aliquo modo violare q̃ autoritate B. Petri apl'i firma esse decreuimus. De eo aũt ꝙ nobis intimasti, ꝙ te Carolomãnus filius noster ad se rogauit accedere, vt in parte regni Francorũ in sua ditione synodũ celebres ex causis descriptis: tu cum eodẽ excellẽtissimo viro cõciliũ celebres, & si quos inueneris epos, presbyteros aut diaconos cõtra canonica statuta excessisse, aut in adulterio, vel si plures vxores habuerint, aut si sanguinẽ fuderint, vel etiã alijs capitulis canonicis repererit, sanctitas tua nulla rõne autoritate aplica pmittat sacerdotio fungi. Quidqd vero aliud, vt dictum est, eos cõtra ecclesiasticã regulã excessisse repereris, canones siue instituta patrũ, præ manibus habeto: & iuxta q̃d habueris, discerne. De illo aũt q viduam auunculi sui habere monstrat, & à beatæ memoriæ pdecessore nostro sibi licẽtiam cõcessam esse diuulgauit, absit hoc vt antecessor noster ista admitteret. nec eñ ab Ap. Se. illa diriguntur, quæ cõtraria esse patrũ institutis, pbant. Eos igit admoneas, vt oĩmodo desistãt, qa scriptũ est: q cõuerti fecerit pctõrem ab errore viæ suæ, saluabit aĩam *suã, & suorũ operiet multitudinẽ pctõrum. De calẽdis vero Ianuarijs, augurijs & incãtatiõibus, quę gentili more obseruari dixisti in vrbe apud B. Petrũ apl'm: qa hæc abscissa esse à patribus sumus edocti, & qa per instigationẽ diaboli iterũ pullulabãt, à die qua nos iussit diuina clemẽtia apl'i vicẽ gerere, ilico oĩa hæc amputauimus. Pari modo volumus pplo tuo hæc prædicari. Nam & sanctæ recordatiõis pdecessoris atq; nutritoris nostri dñi Gregorij papæ cõstitutiõe oĩa hæc pie atq; fideliter amputata sunt. Sed de sacerdotibus, q adulteri & fornicatores pbant, quiq; sibi hoc ab Ap. Se. indultũ esse, & licentiã sibi pdicationis affirmãt largitã esse, hoc nulla rõne credat tua fraternitas, sed similiter in eis exerceas canonicã vindictã. Nõ eñ aliud te agere volumus, q̃ q̃d pcipiũt canones. De tribus epis singulas cõfirmatiões misimus, q̃s p sanctitatis tuæ manus eis largiri volumus, & Carolomanno filio nostro alia scripta direximus, vt quæ tibi promisit, adimplere festinet. Tua vero sancta fraternitas, si qd de cætero euenerit, vt sacri docent canones, studeat emẽdare in plebibus sibi à Deo cõmissis. Si vero & noui aliqd acciderit, q̃d tua S. F. minime per canonũ statuta discernere possit, huc non pigeat nunciare, vt Deo iuuãte, quæq; ad emendationẽ nouæ plebis esse possint, tibi absq; tarditate respondere maturemus. Cõfortare in dño frater charissime. Data kaleñ. Aprilis, imperãte dño pijssimo Augusto Cõstantino à Deo coronato magno imperatore, anno 24. indictiõe xi. Nec puto incõmodum, si cõcilij illius acta perscripsero, atq; id qdẽ ex illorum monumentis. sic eñ legitur: In noĩe dñi nostri Iesu Chr̃i, ego Carolomannus dux & princeps Francorũ, anno ab incarnatiõe 742. vndecimo Kaleñ. Maij cum consilio seruorũ Dei & optimatum meorũ, epos q in regno meo sunt cum presbyteris synodum pro timore Chr̃i congregaui, Bonifacium archiepm & Burcardũ, Ragafredum & Vuincanum, & Vuilibaldum, & Dedanum, & Edanum cũ presbyteris eorũ, vt mihi consilium darent, quomodo lex Dei & religio recuperet, quæ in diebus superiorum principũ disposita corruit, & qualiter populus Chr̃ianus ad salutẽ animę puenire possit, ne p falsos sacerdotes deceptus pereat, p cõsiliũ sacerdotũ & optimatũ meorũ ordinauimus p ciuitates epos, & cõstituimus sup eos archiepm Bonifaciũ, q est missus sancti Petri. Statuimus per annos singulos synodũ congregari, vt nobis psentibus canonum

Zachariæ Pont. respõsum.

Cõciliũ prouinciale sub Bonifacio.

num decreta & ecclesię iura restaurent,& religio Chr̄iana emēdet,& fraudatas pecunias ecclesiarū ecclesijs restituimus,falsos presbyteros & adulteros vel fornicatores diaconos & clericos,desacrauimus,& ad pœnam coegimus,seruos Dei armaturā portare vel pugnare,aut in exercitū & in hostem pergere oīno ꝓhibemus,nisi q propter diuinū ministeriū,Missarū solēnia adimplēda,& sanctorū patrocinia portāda ad hoc electi sunt.vnū vel duos ep̄os cū capellanis princeps secū habeat,& vnusq́sq; ꝑfectus vnū presbyterū,q hoībus pctā confitētibus * iudicare & indicere pœnam possit. Necnon venatiōes cū canibus,oībus seruis Dei interdicimus, similiter vt accipitres & falcones nō habeāt. decernimus quoq; sanctorū canones sequētes,vt vnusq́sq; presbyter in parochia habitās,ep̄o suo subiectus sit, & semp in quadragesima rōnem & ordinē ministerij sui,siue de baptismo, siue de fide catholica, siue de ꝓcibus & ordine Missarū ep̄o reddat & oñdat:& qñcunq; iure canonico ep̄s circūierit parochiā ad cōfirmādos populos,presbyter paratus sit ad suscipiēdum ep̄m cū collectiōe & adiutorio populi. In cœna dñi semp nouū chrisma ab ep̄o quærat,vt ep̄us testis assistat castitatis & vitæ & fidei & doctrinæ illius.Statuimus vt secūdum canonicā cautelā,oēs ignotos ep̄os vel presbyteros ante ꝓbationē synodalē in ecclesiasticū ministeriū nō admittāt.Decreuimus,vt secūdum canones vnusq́sq; ep̄us in sua parochia solicitudinē adhibeat,ne populus Dei paganias faciat:sed vt oēs spurcitias gentilitatis abijciat,siue sacrificia mortuorū,siue sortilegos aut diuinos aut auguria, siue incantatiōes, siue hostias immolatitias, quas stulti hoīes iuxta ecclesias ritu pagano faciūt,sub noīe sanctorū martyrū vel confessorū,Deū & sanctos suos ad iracūdiam & vindictæ grauitatē prouocās. Statuimus,vt post hanc synodū vnusq́sq; seruorū Dei vel ancillarū Chr̄i,si in crimē fornicationis lapsus fuerit,ꝙ in carcere pœnam faciat in pane & aqua:& si ordinatus presbyter fuerit, duos annos in carcere ꝑmaneat, & antea flagellatus & excorticatus videat, & post ep̄us adaugeat.Si aūt clericus vel monachus in hoc pctm̄ ceciderit, post tertiā verberationē in carcerē missus,vertētem annū ibi pœnam agat.Similiter & velatę eidē pœnę subdāt, & radant oēs capilli capitis ei⁹.Decreuimus q̊q;,vt ꝑsbyter vel diaconi nō sagis laicorū more,sed casulis vtant ritu seruorū Dei.nullus in sua domo mulierē habitare ꝑmittat,vt monachi & ancillæ Dei ministeriales, iuxta regulā S.Bñdicti ordinare & viuere,vitamq́; ꝓpriā gubernare studeāt.Itē in alia synodo ep̄i cū clericis subiectis ꝓmiserūt se velle antiquorū patrū canones seruare,siliter & monachi ordinē S. Benedicti.In qua etiā synodo ita cauet:Statuimus q̊q; cū cōsilio seruorū Dei & populi,ꝓpter imminētem belli apparatū & ꝑsecutiōes exterarū gētiū, quæ in circuitu nr̄o sunt, vt sub ꝓcario censu aliquā partē ecclesiasticæ pecuniæ in adiutoriū exercit⁹ nostri cum indulgētia Dei, aliq̄to tpe retineamus ea cōditiōe, vt annis singulis de vnaquaq; * casata solidus,id est,12.denarij ad ecclesiā vel monasteriū reddant eo modo,vt si moriat ille cui pecunia accōmodata fuit,ecclesia cū propria pecunia reuestita sit:& iterū si necessitas cogat vt princeps iubeat, ꝓcariū renouet,& oīno obseruet, vt ecclesiæ vel monasteria penuriā nō patiant,quarū pecunia in ꝓcariū præstita est:sed si pauptas cogat, ecclesiæ & domui Dei reddat integra possessio. Vt mācipia Chr̄iana paganis nō tradant.Decreuimus q̊q;,q̊d & pater me⁹ ante ꝓcipiebat,vt q paganas obseruatiōes in aliqua re fecerit,mulctet xi.solidis. Hæc decreta ideo inserui,vt ꝓbarē Carolomānum in anno 742.ripā Rheni vltra citraq́; tenuisse,& ꝙ Germania pleraq; dudū ante aduērum S. Bonifacij ad fidē Chr̄i cōuersa fuit, cum referat hæc synodus habita,vt religio Chr̄iana repararet. Anno 742.Zacharias papa seruādo priscū morē,binos mittit ex clero Ro.presbyteros ad Cōstantinū in Gręciā nup electū,cū formula catholicę fidei, in cuius obseruatiōe deberet Ro.Pon. impator cōsentire.sed eo tpe mouit Cōstātinus cū classe in Saracenos.Interim Arthaustus qdā ad tyrannidē adspirās,multa largitiōe plebē seduxit,& ad imperiū est assumptus. Id cū intellexisset Cōstantinus, ilico classe reducta Cōstantinopolim obsidet,vi expugnat,& captū Arthaustū excęcat,cumq́; factiōis suæ primoribus dānauit exilio,& sic rebus cōfirmatis impator ꝑsbyteros Ro.audiuit.Hoc tpe circiter annū dñi 744.infinita Hunnorū multitudo finibus suis egressa, bello Pānonias,vbi Hunnorū prima colluuies cōsederat,lacessiuit apud locū cui Herdel est nomē,partita in septē exercitus turba.hi septē ibi castra munierūt,firmū hodie Chr̄ianæ Reipub.ꝑsidiū.septē castra appellant.Sed e barbarorū ducibus erat potētior Harpad,q lōgius ꝓgressus,ad Albā castra metatus est.occurrit ei Zuatapolingus Pannonū dux magna suorū manu,verū imbelli.Itaq; cæso Pannone,Harpad victor regionē obtinuit.Inde post annos sex,vicinos infestare cœpere, Carniā,Stiriā,Carinthiam, nec ꝓfuere his populis externorū auxilia. nā Gregorius Aqleiensis pr̄iarcha cū iuuare illos vellet,sibi vix fuga consuluit,fuitq́; ex illis victorijs iam regia sedes Hunnis seu Hun-

Arthaust⁹ affectat imperium.

Herdel.

Septē castra

Harpad.

Hunnus.

Hungaris Alba.neq; vero mihi quorundā chronographorum sñia probat,qui Harpadi huius gesta in Imp.Cunradi tpa referri putāt.Sunt em̃ alij Hungarorum motus Cunrado primo imperāte,q̄s cōpescuisse Sueuos legimus. Anno dñi 744.cū Carolomannus & Pipinus natu minor regnū à Gryphonis insidijs liberatū,auctūq; Aquitanorum prouincia diuisissent,obuenit Carolomāno Alemanorum natio seruitutis nescia,q̄ cū nuper rerū nouarum studio defectionē esset molita,à Carolomanno nō sine iactura est recepta.vastauit ille agros nostros lōge lateq̄;,loca quædā diruta æquauit solo.Inde cū Francos repeteret,Odilonē Boioariæ ducē bellū aduersus reges meditari accipiens,temerariū principē facile oppressit.Tū & Saxonū tumultibus intercedens,castrū Hochsenburg cepit,duce tributario facto. Anno sequēti,q̄ fuit 746.salutis,indultū est paci,q̄ Carolomānus seculi militiā destituturus,ad sacra se cōponebat, quæ res Pipinū,fratris scilicet studiosum,domi q̄q; cōtinuit.Carolomannus Romā veniens,Zachariæ se papæ obtulit,&ab eo clericus factus,habituq̄; mutato fit monachus, in monte Soracte cōstructo monasterio pro se & fratribus secū venientibus,vbi p̄ aliquot annos quiete manebat.sed cū ex Francia multi nobiliū ex voto Romā cōmearent,& eū ceu dñm salutarēt,ociū q̄ delectabat,crebro interrūpentes,reliquit montē, & in Samniū prouinciā ad monasteriū S.Benedicti in monte Cassino situ se contulit, vbi reliquū vitæ suæ expleuit.Interea Pipinus aui ac patris vitā æmulatus,eos gloria adæquare studuit,fratrēq̄; suū Gryphonē,quē honorifice data libertate fouebat,fugientē in Saxoniā collecto exercitu secutus,ad pacē reduxit.sed Grypho cū copijs q̄ ad eū de Francia cōfluxerāt,Bauariā intrauit,ibiq̄; Tassilonē ducē cū Hilgarde ad deditionē cōpulit,ac in potestatē suā ducatū redegit.Quod cū accepisset Pipinus,exercitū maximū duxit in Bauariā,fratrē Gryphonē cū oībus suis cepit.Tassilonē ducē restituit,atq; Gryphoni fratri xij.comitatus dedit.sed ille tantis beneficijs nō contentus, eodē anno ad Gaifirū Aquitaniæ ducē profugit,vbi nō sane multo tēpore vixit.nunciatur em̃ cū Pipinus regni coronā acciperet,interemptus.Cœptū est & illis tēporibus ædificari Fuldense monasteriū maxima tū impēsa tum opera. Locus est hic,vt Britannorum mentionē faciamus.siquidē supra in 20.gñat.regulos q̄sdā qui probis historijs clarū habēt nomen,in ista fere deduxi tpa.nā Carolo Magno Imp.Egbrutus omnē insulā in suā potestatē redactā Edeuulpho successori reliquit,q̄re hic primus totius insulæ imperiū tenuisse fert,verū restituit regna oīa patris armis subiugata,tm̄ sibi occidentaliū Saxonū regno retento.decimas oīm fructuū Deo & B.Mariæ iussit offerri e tota insula.Romā deinde profectus ad Leonē quartū,tributū duorum denariorum à singulis exactum domibus pensitauit,q̄d hodie quoq; apostolicis quæstoribus pendi solet.Successerunt ei tres ex ordine filij,e quibus vltimus Alfredus,qui cum patre Romæ fuit,studiū literarum Oxoniæ instituit.fauebat em̃ literis maximopere.lectitandi & meditandi studiosus,libros plurimos in linguā suam conuerti fecit.Eduardus Segnior cognomento,Alfredo patre potentia maior,Danos,qui multos annos Angliam tenuerāt,bello expulit.liberos habuit Atelstanū nothum,Edimundū,Edredum & Edimū ex matrimonio.filiam Carolo Crasso vxorem dedit.Venit regnum post aliquot annos in Edimundi manus,qui Danorum reliquias expulit,a latrone q̄dā interfectus.regno successit Edredus frater,is abOdone sancto p̄sule Cātuariēsi regiū diadema accepit,auspicatus Anglici regni honorē,à S.Dunstano tumulatus est apud Vinctonium.Ab eodem sancto regni diadema filius accepit Eduinus,qui Dunstanū in concubinæ suæ gratiā in exilium misit.quamobrem & ipse regno pulsus est,subrogato Egdro,pacis & quietis Britannicæ autore.Huic Eceldredus ignauus princeps p̄ter patris sententiam successit.Instituerat em̃ Egdrus Eduardum in regnum,qui veneni poculo interijt.Regnum accepit inde Cunto Daciæ rex,à proceribus Eceldredi filio Edio prælatus,anno salutis nostræ millesimo.regnauit annos viginti.Hic vniuersam Angliam,Scotiam,Daciam,Noruegiam obtinuit.

Carolomānus q̄ in Germania gesseri.

Carolomānus religionē profitet.

Anglorum regū à Carolo ad Henricū numerus.

Oxoniense studium.

Regium Anglorum diadema.

Cunto rex.

GENERATIO XXVI.

ANno dñi 750.sub Zacharia papa & Constantino quinto,26.incepit gñatio,in qua facta est regū Francorum innouatio,regum Longobardorum exterminatio,& imperij Rom.à Græcis transferēdi dispositio.Has mutationes forte p̄sagibant mira q̄ hoc in tēpore cōtigerūt.In Mesopotamia terra disrupta est ad duo miliaria, & mulus humana voce locutus fert:cinis de cœlo cecidit:fuere terræmotus mirabiles:ciuitates quædā montanæ,diuisis montibus,vnā cū illis transmigrarūt ad loca cāpestria vltra sex miliaria,&nō sunt fractæ:cruces in vestibus hoīm apparuerūt:in mari Pontico glacies fuit spissitudine 30.& nix 20.cubitorum:vnde territi hoīes,æstimabant finē mūdi adesse.In Germania his maximarum rerum initijs pene nihil inuenio,p̄ter

Prodigia.

pacis & quietis studia fuisse, siue ꝙ nuper essent à Carolomāno maxima clade pleriq; Alemaniæ populi affecti, siue ꝙ Bonifacij cura & doctrina gētis feritas mitesceret. Ita ille oēm hūc orbē religiōe & pietatis cultu illustrauit. Erat tū inter Britānorꝝ regulos Edoaldus, qui ꝙ fornicationē matrimonio p̄ferret, cæterꝝ bonus vir, à Bonifacio per lr̄as est admonitus, quarꝝ huc exemplū adscripsi: Bonifacius Edoaldo in Christo salutē: Audiuimus ꝙ eleemosynis intentus, pacē diligis, rapinā prohibes, pauperꝝ & viduarꝝ defensor es, de q̄ Deo gr̄as agimus. ꝙ vero legitimū spernis matrimoniū, & cū sanctimonialibus voluptaris, vituperamus. Quare scias q̄ turpe sit, ꝙ de te alij talia exēpla sumūt, doceat te alienæ gētis institutio. In antiqua Saxonia, vbi nulla est Christi cognitio, si virgo in paterna domo stuprata, vel matrona fuerit adulterata, strangulatā cremāt, & sup fossam sepulturæ corruptorē suspendūt, aut cingulo tenus vestibus succisis flagellāt, castæ matronæ pungūt de villa in villā donec interimāt. Sed eñ gentes Deū ignorātes, tantū castimoniæ zelū habent, quid tibi conuenit charissime, q̄ Christianus es? Obsecramus ergo, parce animæ, parce multitudini populi tui pereuntis exēplo. Audiuimus optimates tuo exemplo legitimas vxores deserere, de quorum animabus redditurus es rationē. Recogita, q̄so, q̄ terribilē vindictā Deus in anteriores reges exercuerit eius culpæ socios. nā Eceldredū p̄decessorē tuū, stupratorē sanctimonialiū & ecclesiasticorꝝ priuilegiorꝝ fractorē, splendide cū militibus suis epulantē, spiritus arripuit malignus, & sine cōfessione & viatico animā extorsit. Ofredū quoq; regem earundē culparꝝ reū, ita effrenē egit, vt regnū cōtemptibili morte amitteret. Inseruit huic epistolæ Bonifacius, Vuendos fœdissimū genus hoīm hūc habere morē, vt marito mortuo, mulier se in rogū cremandā p̄cipitet. Cæterꝝ Bonifacij p̄clara opera enarrabo, q̄to breuius potero. Scripsit eñ post conciliū, de q̄ supra habitū, Zachariæ papæ, q̄ possumus ex responso intelligere. Extat epistola Zachariæ, q̄ incipit: Cū nobis sanctiss. frater, vbi legit: De incursione aūt gentiū, q̄ in tuis plebibus facta est, mirādū nobis est. sed hæc aduersitas nullatenꝰ tuā fraternitatē cōturbet, quia & Ro. ciuitas ex accidētibus facinoribus sæpius est depopulata, tñ potētia sua dñs ex supernis eam dignatus est cōsolari. sic eñ credimus, quia & vos cōsolabit. De synodo aūt cōgregata apud Francorꝝ prouinciā, mediantibus Pipino & Carolomanno excellentiss. filijs nostris, iuxta nostrarꝝ syllabarꝝ cōmonitionē, qualiter egisses cognouimus, gratiasq; agimus, ꝙ tibi adiutores extiterūt, tā de fornicarijs episcopis, *falsisq; & schismaticis sacerdotibus. de eo q̄d suggeris, elegisse vnā ciuitatē Francorꝝ principes, cōtingentē paganorꝝ fines & partes Germanicarꝝ gentiū, *Macontiā, vbi antea p̄dicasti, vt ibi sedem metropoliticā perpetuo tēpore habere debeas, cæteros ep̄os instruas, & post tui successores perpetuo iure possideāt, hoc q̄d decreuerunt, nos læto suscepimus aīo, q̄d ex Dei nutu factū est. Et quia tibi principes Francorꝝ etiā in hoc adiutores extiterūt, retribuat illis oīpotens vicissitudinis p̄miū. De illo aūt falso ep̄o, quē dixisti adulterati clerici & homicidæ filiū, tibi sæpe iā scripsimus, vt nullus homicida, nullus adulter, nullus fornicarius sacrū ministeriū debeat tractare, & hoc pariter suggessisti, ꝙ illi q à te proiecti sunt sacerdotes, à nobis absolutos se apud Francorꝝ prouinciā diuulgent, q̄d tua sancta fraternitas nullo modo credat: qa si hoc fecissemus, p nostras lr̄as indicassemus. Hortamur aūt vt sanctorꝝ instituta sequaris, qa nos nullatenus aliud p̄dicamus, aliud facimus. De censu expetēdo, eo ꝙ impetrare à Frācis ad reddendū ecclesijs vel monasterijs nō potuisti, quā vt in vertēte anno ab vnoq̄q; coniugio seruorꝝ duodecim denarij reddant, gratias Deo ago, ꝙ potuisti hoc impetrare: & dū dñs donauerit quietē, augebunt & luminaria sanctorꝝ. De ciuitate illa, q̄ nuper Agrippina vocabat, nūc vero Colonia, iuxta Francorꝝ petitionē, p nostræ autoritatis p̄ceptū nomini tuo metropolim cōfirmamus, & tuæ sanctitati direximꝰ pro futuris tpibus eiusdē metropolitanę ecclesiæ stabilitatē. Deus te incolumē custodiat. Nec caruit Bonifacij virt' æmulis. Erāt eñ in Gallijs hypocritæ qdā hoīes, pietatis hostes, subita proborꝝ pestis, Aldebertus Gallus & Clemēs Scotus, q plebis & auræ popularis studiosi, ingentē populi turbā ad se pelliciebāt. ita facilius, multitudine freti, Bonifaciū opprimi posse putabant, apostolorꝝ se successores esse, de arcanis cœlestiū mysterijs vana, de hominis vita & moribus ineptissima disputabant. Sed Bonifacius archiepiscopus tanto periculo occurrēs, Romā ad pont. Zachariā perscripsit oīa, qui in episcoporꝝ summorū cōcilio rē exponit, sententiā doctorū hoīm & p̄sidiū aduersus istā barbariē & vesaniam, ceu cōtra cacos aliqs, postulat. Ibi oīm cōsensu Aldebertus & Clemēs sacerdotio priuati execrant. & anathemate à fideliū cōione ejiciunt. Eadē sectatoribus q̄q; pœna statuit. Sentētiæ Zacharias subscripsit primū, deinde noīa sua adnotarūt cardinales episcopi & presbyteri 24. His armis explosa est Aldeberti & Clementis hæresis, & Boni

Ep̄la Bonifacij ad Edoaldum Anglum.

Zacharię ad Bonif. ep̄la.

*q̄ falsis

Census ecclesiarum.

Aldebertus & Clemens hæretici.

Bonifacij honor ac reuerentia maior inde fuit, tũ apud populũ, tũ apud Rom. ꝑsules. Scripsit ad eũ Zacharias de pietatis studio plurima, q̃ partim in historijs, partim in decretis sacris videre licet: quin & Carolomannus singulari obseruantia sanctũ virũ coluit. Extat in veteꝝ monumẽtis eius epistola: Sanctis patribus, epis, ducibus, comitibus, vicarijs, amicis nostris, Carolomannus palatij Francoꝝ ꝑfectus salutẽ: Cognoscatis qualiter apostolicus vir in Christo pater Bonifacius epus, ad nos venit, & nobis suggessit, ꝙ sub nostra defensione eũ recipere debeamus: q̃d ita nos gratuito aĩo fecisse cognoscite, proinde ei manu nr̃a roboratã damus fidẽ, vt vbicũq; ambulare voluerit, nostro amore vel sub nostra defensiõe quietus vel cõseruatus esse debeat,* in ea ratione, vt iustitiã reddat, & similiter iustitiã accipiat. Et si aliqua causatio vel necessitas ei aduenerit, q̃ per legẽ definiri non potuerit, vsq; ad nos quietus vel conseruatus esse debeat, tam ipse q̃ qui per ipsum sperare vident, vt ei nullus vllã contrarietatẽ facere debeat. Ac vt omni tẽpore sub nostra defensione quietus & conseruatus residere debeat: & vt certius credat, manu propria subter firmauimus, & de annulo nr̃o subter sigillauim⁹. Solebãt Franci ex antiqua stirpe reges habere, qui à Meroueo Clodij ij. regis filio Merouingi dicebant, quoꝝ genealogia vsq; ad Hildericũ permanebat, in quo etiã tũc deficiebat. Nã iamdudũ nullius vigoris erat, nec quidq̃ claꝝ in se ꝑter inane nomẽ regis vocabulũ ꝑferebat. Opes & potẽtia regni penes palatij ꝑfectos, q maiores domus dicebant, & ad q̃s summa imperij pertinebat, qui tũ erant Caroli Martelli successores, duces dicti: nec aliud quidq̃ regi permittebat, q̃ vt regis tm̃ noĩe cõtẽtus, crine profuso, barba promissa, solio resideret ac speciẽ dominantis effingeret, legatos vndecũq; venientes audiret, eisq; abeuntibus respõsa q̃ doctus erat aut iussus, velut ex sua potestate redderet: tũ ꝑter ꝑcariũ vitæ stipendiũ, q̃d ei ꝑfectus aulæ, prout videbat exhibebat, nihil aliud possidebat, q̃ vnã & eam paruo redditu villam, qua domũ & famulos paucos haberet. Quocunq; eundũ erat, carpento vehebat, quod iunctis bobus & bubulco more rustico agẽte trahebat. Sic ad palatiũ, sic ad publicũ cõuentũ, q Kalẽ. Maij ob regni vtilitatẽ annuatim celebrabat, ire solebat, & coram tota gente ꝑsidens, oĩbus salutatis, debitisq; obsequijs honoratus, domũ redibat. At regni administrationẽ & oĩa q̃ vel domi vel foris disponẽda erant, ꝑfectus agebat aulæ, quo tũ Pipinus velut hæreditario iure fungebat. Itaq; Pipinus regũ Franciæ inertia perspecta, cũ domi delitescerent, nec reipub. procurationẽ vllã susciperent, Zachariã Romanũ pontificẽ, ꝙ & proceres populiq; eius gentis, Pipini virtutem & regis Hilderici amentiam debitis pensarent meritis, Zachariã pont. cõsuluit, ineptum ne regẽ & inutilem tolerandũ, an Pipinũ meritũ fraudandũ regia dignitate censeret. Cũq; pontifex respondisset eũ qui regia melius obire posset munera, habendũ regẽ, Franci publico totius gentis cõsilio Pipinũ regẽ eligũt, q̃d & per Zachariã probatũ extitit, de quo tex. 15. q. 5. c. alius, vbi dicit, ꝙ Zacharias regẽ Francoꝝ nõ tam pro suis iniquitatibus, q̃ pro eo ꝙ tãtæ potestati erat inutilis, à regno deposuit, & Pipinũ Caroli imperatoris patrẽ, in eius locũ substituit, oẽsq; Francigenas à iuramẽto fidelitatis absoluit. Hunc Bonifacius, qui catalogo sanctoꝝ adscribit, Suessione more regio vixit, ac Hildericus homo vecors, detõso capillo, monasterio deputat. acta sunt hęc anno salutis 750.

Carolomanni literæ de Bonifacio.

Francoꝝ regũ ignauia.

Pipinus eligit Francorum rex.

Per idẽ tẽpus Rachis Longobardoꝝ rex, cũ magnis copijs agros Rauẽnates populat, Perusinã ciuitatẽ circũuallans expugnauit. Quod audiens Zacharias papa, regẽ accessit, & ipsum ꝑcibus cõmonitũ, à ciuitatis vestatiõe reuocauit, cũ q̃ postea aliquibus diebus moratus, illũ suis sanctis exhortationibus ad bona opa inuitauit, ita vt post paucos dies idẽ Rachis regalẽ dignitatẽ relinquẽs, deuote cũ vxore & filijs ad limina apostoloꝝ visitãda, simulq; sanctũ epm videndũ adierit: & peracta orõne, relicto seculo, ꝑ manus põtificis vnà cũ filijs habitũ religionis suscepit, cũ regnasset annos quatuor. Adeo fuere boni principes sub Zacharia multi, bono scilicet & integro põtifice, q tot rebus bene gestis clarus est, siue vrbanũ eius cultũ, siue reipub. studiũ, siue domesticã meditationẽ adspicias. erat pacis studiosus, quã sacris rebus ꝑcipue deberi videbat. Venetis inhibuit sub anathematis pœna, ne Christianos Saracenis venderẽt. bibliothecã B. Petri restituit, libros 4. dialogoꝝ Gregorij transtulit in Græcã linguã. morit xi. sui põtificatus anno, sepeliturq; in basilica Petri. Anno dñi 753. successit Stephanus ij. patria Romanus, vno oĩm voto. Nam Zacharia defuncto, Stephanus quidã lectus erat, qui die tertia apoplexiæ morbo interijt, tum hic Stephanus singulari vir prudentia & religione, humeris omniũ in basilicã Constantinianã deportatus est. sedit annis quinq;. Aistulphus hoc tẽpore fratris Rachis regnum acceperat, Longobardoꝝ 21. princeps, callidissimi vir & superbissimi ingenij, pacis hostis, qui Ro. Imp. ignauia fretus, nouũ pontificem exterrere statuit, Italiam irrupit subito: sed

Rachis religioni se addicit.

Dialogi Gregorij Græci facti.

Stephanus 2. papa.

Aistulphus Lõg. rex 21.

Stephanus papa hoīem muneribus placatū persuasit,vt fœdere pacis secū coiret in annos quadraginta.q̄d ille factū,quarto mense rupit.Rauennā obsedit & cepit.Pontifex datis ad Cōstantinū literis,scripsit quo in statu esset res Rom.& oīs Italia,protestatus,fore vt,nisi subueniat,Roma & oīs Italia in Aistulphi veniat potestatē.Cōstantinus imperator Aistulpho scribit per Iohannē imperialē silentiariū,qui simul cū Paulo germano pontificis legato ad Aistulphū venit.sed nihil p̄ter verba quædā aspera reportarunt.Addidit tūc Longobardus,vnū ex oratoribus suis Romam se & deinde Cōstantinopolim missurū.Pontifex cū eos audisset,& nihil actū cōperisset,Ro.in cōciliū adhibuit,quoꝝ p̄cibus ac suasionibus censuit taliter cū imperatore agendū,vt nisi afflictis Romæ & Italiæ rebus sua p̄sentia & cū Ro.imperij subuenisset viribus,alia via vnde posset haberi salus & defensio,quæreret.Iuerunt Cōstantinopolim Longobardi regis nuncij & Paulus pontificis germanus:vixdū profecti,Aistulphus pontifici & Ro.populo minat̃ fore vt,nisi sese & vrbē Romā dedant,eos postea in potestatē redactos ad vnū iugulet.In quē adductus tremorē pontifex,populo in Lateraneñ.basilicam vocato,homiliā habuit,lachrymis singultibusq̄ imminere dicēs Ro.populo excidiū,nec vllam clemētiæ spem habendā,nisi deditione imp̄ijssimo regi facta,viribus aūt Ro.populū nō posse illi resisti,cū oēm pene Italiā in potestate haberet.In his angustijs ad p̄sidia oīpotentis Dei recurrendū suadet,& in sacco & cinere,vigilijs & ieiunijs diuinū auxiliū esse implorandū.Quid eñ cōtra perfidiā huius hoīs armis cōtendendū,cuius literis(nā eas pontifex ostendebat)nō esset fides?Necdū cessauit pontifex regē pollicitationibus pertentare,si forte Rauennę exarchatū reddere,& pacem seruare vellet.Cū nihil proficeret,legatus quoq; ad imperatorē missus nō rediret,nec spem p̄sidij literis significaret,cū populo Ro.cōstituit opem Pipini regis Franciæ implorandā.veritus tñ,si Lōgobardus id rescisceret interim,q̄ vel opprimeret,vel plus solito sæuiret,epistolā peregrino homini dat,cuius hoc est exemplū:Q̄m Aistulphus rex nec pacē cū Romanis seruaret nec fœdera,nec exarchatū Rauennę & alia de Ro. capta,nec p̄ce nec p̄cio adduci posset vt redderet,opē ipse Christianissimus afferret, cuius opis ratio vt cōmode fieret,scripsit pontifex oportere regē Pipinum tanq̄ proprio inductū motu,ab ipso pontifice postulare,vt in Franciā veniret.Interea Paulus pontificis germanus,& Iohānes silentiarius,& Aistulphi regis nuncius,à Cōstantinopoli Romā sunt reuersi:fuitq̄ imperatoris responsio,pontifici ad Aistulphū pro pace properandū esse.Dumq̄ pontifex ad iter se accingit,Rotingrandus ep̄us & Antharius dux à Pipino Francoꝝ rege venientes,pontificē vt veniret in Franciā,orauerunt. Cum quibus ad Aistulphū pontifex profectus,illis p̄sentibus,eius malefacta narrauit circa violationē pacis,petijtq̄ restitui ablata.quæ cū negaret rex,rogatus est à Francis,vt pontificē in Galliam tuto transire permitteret:q̄d quāuis ille inuitus audiuit,tñ negare ausus nō fuit.iuit itaq; pontifex in Franciā.Carolus tū Pipini filius adolescēs, Magnus postea dictus,regni fines ingressum pontificē,à centesimo lapide perduxit in Carisiacum vsq;.Et Pipinus ibidē ad tertiū lapidē equo descendens,pontificis pedes osculatus,illū terra incedēs duxit,& à freno equi q̄ pōtifex vehebat̃,nunq̄ discessit, donec in vrbē p̄duxisset,& in cubiculo vbi diuersaturus erat,collocaret.Porro cū consedissent,pontifex regē lachrymabiliter deprecatus est,vt ecclesiā Romanā defenderet.sed Carolomannus monachus ab Aistulpho missus,iuxta q̄ ab iniquo rege informatus erat,nitebat̃ oīno & vehementer decertabat sanctæ Ro.ecclesiæ causam subuertere.Putat̃ à quibusdā inuitus hoc fecisse,sed abbatis sui iussa contemnere,n c abbas præceptis regis Longobardorum,quæ hic imperauerat,audebat resistere.Sed non valuit illis germani regis Pipini animum immutare,quin promitteret & suo iuramento firmaret causam ecclesiæ pro posse defendere,fratrem aūt pertinaciter nimis obluctantē,in Viennense monasteriū relegauit,vbi post mœrens interijt.Alij dicunt eum febre correptū,sponte ad monasteriū hoc declinasse,& mortuū,quod credibilius est.Stephanus papa vt ecclesiæ defendendæ spem accepit,Pipinū sacra vnctione in regiæ dignitatis honore cōfirmauit,duos filios Carolū & Carolomannū cū matre eorū Bertruda inunxit.Pipino benedixit & posteritati eius,atq; qui temeritate aliqua aduersus Francos bella moueret,cōmunione Christiana interdixit.Primo insequenti vere Pipinus in Longobardos exercitū duxit,cui ad alpium angustias occurrit Aistulphus,transitu Francos prohibere cōtendit.sed irruentiū in se Francoꝝ impetum nō sustinēs,Papiā se recepit:ibi milite Franco circūuallatus,obsides xl.Pipino dat,iuratq̄ Ro.pontifici quæcūq; abstulisset,restituere,atq; ita attributis Stephano copijs militū,pontificē in sedē restituit Pipinus.Cognito Pipini in Franciam abscessu,Aistulphus fidei negligens,nihil reddidit pontifici,contractis copijs,Romā obsidione cinxit.

Pontificis ad Pipinum epistola.

Stephanus Pipino benedixit.

Aistulphū Pipinus obsidet.

cinxit,suburbana oĩa vastat & incẽdit,maioraq; intulit damna,vt fert,q̃ ante per quadraginta & trecentos annos Visigotthi,Eruli,Ostrogotthi,& ipsi intulerunt Longobardi. In his angustijs pontifex & Romani ad Pipini auxilia rursum cõfugere coacti sunt,duo Romani Vuarnerio,qui à Pipino relictus fuerat,additi,per mare Massiliam,& inde Franciam petierunt. Auditis Aistulphi excessibus,Pipinus exercitum cõparat. Interea Cõstantinus audito Iohãne silentiario de rebus Italicis,& intellecto ꝙ Pipini auxiliũ quærerent,eundẽ silentiariũ & Gregoriũ protosecretariũ Romã misit,qui vrbẽ turbarent. Hi cũ audissent legatos in Franciã missos,Massiliã applicuere, vbi accipientes Pipinũ Italiam ingressum,eum in Papiensi agro conueniunt,datisq; muneribus orauit silentiarius,vt Rauennã ac eius exarchatũ imperio,cuius esset iure, nõ pontifici aut Romanis redderet. Pipinus nõ se cõmodi sui causa iam secũdo Italiã petiuisse respondit,sed propter animæ salutẽ,ne Longobardi ecclesiã lacessant,Rauẽnam aũt & eius exarchatũ & alia de Italia,velle ab illis auferre,& pontifici ac Ro.ecclesiæ tradere. hinc expediti abeunt. Aistulphus graui obsidione pressus,tandẽ ex superioribus pacis fœderibus deditionẽ fecit. Pipinus dimisso abbate Volcado,cũ parte copiaꝝ q̃ pacem exequeret,ad alpes se cõtulit. Abbas Volcadus cũ legatis Aistulphi singulas ingressus ciuitates Pentapoleos & Aemiliæ,obsides eaꝝ & claues recipiens,Romã peruenit. Erat exarchatus in regiões duas distributus,Pentapolim & Aemiliam:habebat vrbes Pentapolis quinq;,Rauennã,Cesenã,Classem,Forum Liuij & Forũ Popilij. fuere in Aemilia,Bononia,Regiũ,Parma,Placentia,& quidqd terræ est à Placentinoꝝ finibus & Ticinensiũ ad Adriã vsq;,& ab Adria Ariminum vsq;. Hæc dũ ex fœdere reddi deberent,Aistulphus in artes suas versus,Fauentiã & Ferrariã restituere differebat,dũ Pipinus alpes transiret. Cõtinebat em̃ adhuc se ad alpiũ radices Francus,ne mali quippiã pro suo ingenio Aistulphus moliret. Verũ diuino sublatus est Longobardus iudicio,apoplexia in venatione cõcidit anno regni sui 8. Quo audito,Pipinus alpes transijt. isto fere tẽpore e Græcia organa Pipino missa sunt,magnũ virtutis Frãcicæ testimoniũ. Mortuo Aistulpho,Desiderius qui dux Hetruriæ fuerat siue p̃fectus,copiaꝝ quibus p̃erat,robore cõfisus,regnũ Longobardoꝝ inuasit. Id aũt adeo moleste tulit Rachisius germanus Aistulphi,vt relicto monasticæ vitæ proposito,arma indueret,oẽsq; Italiæ Longobardi secuti sunt eũ,exceptis Hetruscis. Desiderius sibi timẽs,pontificis fauores multis p̃cibus implorabat,fore pollicitus,vt si põtificis fauore regnũ adipisceret,ea redderet q̃ ex fœdere erãt reliqua:& nõ solũ pacẽ initã seruaret,sed põtificẽ & ecclesiã perpetuo veneraret. Ea cũ audisset põtifex,Volcadi abbatis consilio vsus,statuit Desideriũ exaudire,misitq; ad illũ cũ Volcado Paulũ fratrẽ,qui fœdera constituerent. Desiderius tunc proceresq; sui atq; cõmilitones derisi,in sua ac milioꝝ suoꝝ capita,si fidẽ fallerent,cõceptis execrationibus,iurisiurãdi religione se obstrinxerũt. Tunc misit pontifex ad Rachisiũ,Longobardosq; sua secutos arma,admonens ne Desiderio quẽ appellasset regem,aduersarent. aderat Volcadus abbas,eadẽ persuadens:quibus territi Longobardi,Desiderio cõsenserunt:qui fidem pontifici seruaturus,Fauentiã & Ferrariã postremo reddidit. rex constituit anno salutis 756. Hoc in tẽpore finẽ habuit oĩno magistratus exarchoꝝ,à Cõstantinopoli in Italiã missoꝝ,anno 75. supra cẽtesimũ,postq̃ magno Italiæ malo,Narsete deiecto, ea calamitas incepit. Adhuc in humanis erat Bonifacius Moguntiñ. archieps,ille scripsit Stephano papæ in hũc modũ:Dño excellentiss. Stephano papæ,Bonifacius exiguus epus discipulus Ro.ecclesiæ in Christo charitatis salutẽ:Sanctitatis vestræ clemẽtiam intimis obnixe flagito p̃cibus,vt familiaritatẽ & vnitatẽ sanctæ sedis apost.à vestra clemẽtia habere merear, & in discipulatu pietatis vestræ sedi apost.seruiẽdo seruus vester fidelis ac deuotus permanere possim,eodẽ modo quo ante sub tribus p̃decessoribus vestris apost.sedi seruiebã,Gregorijs duobus & Zachariæ,qui me semper hortatione & autoritate literaꝝ suaꝝ muniebant & adiuuabãt:q̃d apud vos inuenire dep̃cor,vt p̃ceptũ paternitatis vestræ eo melius perficere & implere possim. nã si qd in ista legatione Romana, qua plus q̃ 30. annos functus sum,vtilitatis ecclesiæ p̃fatæ peregi,adhuc implere & augere desidero:si aũt minus perite aliquid aut iniuste à me factũ vel dictũ reperit,iudicio Ro.ecclesiæ,prompta volũtate & humilitate emendaturũ me spõdeo. Interea dep̃cor,vt pietas dñi mei nõ dedignet,quia tã tarde missum meũ & literas ad p̃sentiã vestrã direxi:hoc idcirco cõtigit,quia p̃occupatus fui in restauratione ecclesiaꝝ quas pagani incenderãt,qui per titulos & cellas nostras plus q̃ 30. ecclesias vastarũt:& hæc causa fuit tarditatis meæ,& nõ aliqua negligentiæ incuria. Ex hac epistola clare probat,ꝙ ordo quẽ seruaui de Stephano,fuit ver⁹. Itaq; fuit Bonifacius vir religiosus,prudens & magnanimus, cuius op̃a Germanæ gẽtes multis

Exarchatus

Desiderius Lõg. rex 22. & vltimus.

Exarchorũ finis.

Bonifacij ad Steph. ep̃la.

erroribus implicatæ, quasi sub religione Christiana idoloꝝ culturæ deditæ, ad viā veritatis sunt reductæ: & qui necdū cognitionē Dei habebāt, eius salutaribus monitis à paganismo ad verā fidē fuere cōuersi. Huius etiam celebre ac vulgatū contra Rom. pont. dictū, ab ecclesia est receptū, quo scripsit, papā à fide deuiū, iudicari posse, cū regulariter cunctos ipse iudicaturus sit, à nemine iudicandus, vt habet 40. dist. c. si papa. Mansit aūt in Germania ꝑ tēpora quatuor pontificū, & cū esset senex, petījt à Zacharia, si posset in ecclesia Moguntiñ. aliū idoneū loco sui ordinare epm. Cui Zacharias, alioqui reprēhēsibile, ex gratia singulari cōcessit, ꝙ posset sibi ordinare coadiutorem epm, quē & decedens sibi substituere valeret cōsilio fratrū successorē, de q̄ 7. q. 1. c. petisti. Fert aūt de se prophetizando dixisse, Vado ꝑdicare gentibus Frisonū, & ibi pro Christo occidar. q̄d & factū est. Nā consilio principis ministrū sibi idoneū Lullū ad episcopatus gradū prouexit. Ipse aūt per fluenta Rheni vectus, Frisiā ingredit, verbū Dei instanter ꝑdicat, vbi tñ plures Christiani fuerūt ante per Vuilibrodū conuersi. De hoc extat epistola, quā idē Bonifacius scripsit ad Stephanū papam secundū, vbi salutatione ꝑmissa dicit: Nā tēpore Sergij pontificis venit ad limina sanctoꝝ apostolorū presbyter quidā miræ abstinentiæ & sanctitatis, generis Saxonū, noīe Vuilibrodus, quem ꝑfatus papa epm ordinauit, & ad ꝑdicandū paganæ genti Frisonū trāsmisit in littoribus Oceani *occidui, qui per quinquaginta annos ꝑdicans, ꝑfatam gentē Frisonū maxima ex parte conuertit ad fidē Christi, phana & delubra destruxit, & ecclesias ædificauit, ac sedē episcopalem & ecclesiam in honore sancti Saluatoris constituens in loco & castello q̄d dicitur Traiectū: & finitis longæuæ vitæ diebus, in pace migrauit ad dominū. Princeps autem Francoꝝ Carolomannus commendauit sedem illam ad constituendū & ordinandum episcopum, quod & feci. Nunc autē Colonieñ. epus illam sedem sibi vsurpat, & ad se pertinere dicit propter fundamenta cuiusdam destructæ à paganis ecclesiæ, quā Vuilibrodus dirutam vsq; ad solum in castello Traiecto repperit, & eam proprio labore à fundamento construxit, & in honore sancti Martini consecrauit. Ex quibus scriptis habet, ꝙ sanctus Bonifacius Frisonū gentem non conuertit, sed remanserunt in Frisia reliquiæ aliquæ paganorū & in circumiacentibus. Veniens illo cum multis alijs, pro fide Christi à paganis occisus est. cū autem reduceretur ad Fuldam monasteriū, quod ipse fundauit, sepeliendus, tum omnes campanæ vbiq; diuina virtute sine motu alicuius hominis sonuerunt. vir postea deuotissimus, inter sanctos honorabiliter relatus est. Sed cū tantis fluctuat vrbs atq; Italia periculis, nullā reipub. curā habuit Constantinus. tum anno salutis 755. Turcæ primū inuadētes Asiā, Armenios, Persas, Saracenorūq́; populos deprædationibus incendijsq́; vastabāt. Sunt qui scribūt hos fuisse Scythas, ex his ꝑsertim q̄s Alexāder Macedonū rex inter hyperboreos ceu ferreis repagulis clausit, q̄d Hieronym⁹ probat. Verū cū postea multas vtriusq; gentis illatas iniurias atq; acceptas clades, de pace inter se tractare cœpissent Saraceni atq; Turcæ, cōuenit vt Turcæ qui in Perside habitabant, Saraceni appellarent, darentq́; tributū Persis. Dicti sunt aūt Turci à quodā eorū duce Turco, sub quo post Troianū excidiū ferunt ad Hyperboreas regiones migrasse, vbi armoꝝ relicto vsu, procurādis gregibus atq; armentis operam dabant. certam nō habentes sedē, vagabant, nec vrbē habentes, nec oppida: migrantes aūt, secū trahebant vniuersam substantiā, seruos, ancillas, armenta, greges. nusquā agriculturæ operam dabāt, cōmercia emptionum nesciebāt, sed solis permutationibus vitæ necessaria sibi quærebāt, donec multitudine pressi, aliq̄s e regione miserūt, qui venerūt in Persidē, vt supra dictū est, sub tributo. Et ratio quidē illa viuendi Scythica, vt probāt vetustissimi scriptores, Turcaꝝ aūt appellatio fere in antiquis nusq̄ est, ꝑter Pomponiū Melā, qui Turcas, eo vsus noīe, inter Scythicas gentes retulit. Stephanus pontifex bene de religione & patria meritus, pontificatus sui anno quinto morit. hūc ferūt ad Francos imperiū transtulisse, ꝙ eos ceu imperatores ecclesiæ Rom̄. tutores quæsierit. Itaq; q̄d Stephanus argumentū transferendi imperij ostēdit, Leo pontifex consummauit.

Lullus Bonifacij successor.

Mors Bonifacij.

Turcarum origo.

Paulus frater Stephani huius, bonoꝝ oīm suffragijs pontifex decernit. sedit annis decē, vir fuit ingenij mitissimi, & adeo saluatoris nostri imitator, vt nulli vnq̄ malum pro malo redderet, sed malos in bono vinceret. tantæ pietatis & humanitatis fuit, vt noctu cū duobus aut tribus familiaribus cubicula paupeꝝ ægrotantiū circuiret, vnūquēq; & verbo & eleemosynis iuuaret. carceres frequenter adibat, inde plerosq; ære alieno grauatos, persoluto debito, liberabat. Interea Cōstantinus imperator cum esset sacras imagines vbiq; demolitus, Constantinum regiæ vrbis epm, impietati suæ resistentē, verberibus necauit, in locūq́; demortui, Nicetā spadonē sui sacrilegij cōscium suffecit. Pontifex Rom̄. religioni consulēs, nuncios Cōstantinopolim mittit, qui impera-

Paulus primus papa.

Summa Cōstantini impietas.

peratorẽ adhortarent, vt sacras imagines & statuas restitueret, recusanti anathematis cẽsurã minarent. sed Cõstantinus in sacrilegio ptinax, sacras admonitiões cõtempsit, Sabinũ Bulgarorũ regẽ in demoliendis sacris imaginibus eius impietatẽ imitatum, in gratiã recepit, cum antea bello Bulgaros psequeret. id de rege suo illi adeo moleste tulerũt, vt ipsum interficere sint adnisi, qui fuga plapsus, Cõstantinopolim se recepit. Tãta aũt impietate Cõstãtinus ardebat, vt cũ Abdala Saracenorũ duce nulla alia ratione fœdera iniret, q̃ vt Christianos Saracenis cohabitantes psequeretur. Administrabat Thraciã ppraetor Cõstantini eunuchus, q apud flagitiosum imperatorẽ nutritus, illo truculentior erat, & nedũ imagines deponi cremariq; curabat, sed oĩbus q̃q; ecclesiarũ ornamẽtis ad hastã distractis, preciũ imperatori misit, quẽ Cõstantinus literis secundũ cor suũ à Deo sibi datũ, summis pconijs extulit. Qua qdem tẽpestate Cõstantinus Leonẽ filiũ imperij cõsortẽ fecit, cui Irenen Athenien. mulierẽ oĩm pulcherrimã, in matrimoniũ collocarat. Sed apud Frãcos interea rex Pipinus gloriã in dies potẽtatumq; adaugebat. q̃ eñ tpe ab Italia redijt, Tassillo dux Boioariorũ, cum primoribus gentis suæ fidelitatẽ tam ipsi regi q̃ filijs suis Carolo & Carolomanno sup corpus S. Dionysi pmisit. Sed & cum exercitu Saxoniã ingressus, cõmissoq; plio, plurimã Saxonũ multitudinẽ occidit ac coegit, vt pmitterẽt se oĩe q̃d iuberet, facturos, & annis singulis 300. eqs honoris causa daturos. Maius vero negociũ fuit Pipino in Aquitanos, qbus subigendis octo æstatibus laborauit. verũ huius belli primo anno cum vidisset Gaifirus castra Pipini, bello cõcertare non est ausus. missa legatione ad regẽ, ait se imperata facturũ, & ecclesiarũ iura, q̃rum causa bellũ gerebat, redditurũ. obsidibus acceptis, rex à bello abstinuit, domumq; redijt. Sequẽti vero anno, s. dñi 761. Gaifirus licet obsides dedisset, sacramẽtaq; iurasset, satius tñ sibi ratus, si de illato bello superiori anno vltionẽ exigeret, exercitũ q Francorũ possessiones popularet, vsq; ad Cabillonem ciuitatẽ duxit. Quod cum Pipino gñalem cõuentũ in villa Duria agenti nunciatum esset, coactis copijs, magno belli apparatu Aquitaniã ingressus, oĩa ferro & igni vastat, & q̃dam oppida ac castella manu cepit, q̃dam se vltro dedere. hoc bellũ partim Pipini, partim Caroli filij ductu gestũ est. Sic deinde iterũ & q̃rto Pipinus Aquitaniã intrauit. scribũt aliq septies eũ intrasse. Tandẽ multis castellis & pagis captis, ad Santonicã ciuitatẽ cõtendit. eo in loco mater, soror, ac neptes Gaifiri ducis ad eum adductæ sunt, q̃s cum pie susceptas seruari iussisset, ad Garumnã fluuiũ pficiscit, ubi ei Hereuingus cũ alia pfati ducis sorore occurrit, seq; & illã regi dedit. rebus ergo psperè gestis, rex reuertit, & in castello Sels pascha celebrauit, assumptaq; secũ vxore sua ac familia, ad vrbẽ Santonicã redijt. dimissa ibi vxore ac familia, cum oĩbus copijs ad psequendũ Gaifirũ ducẽ animũ intẽdit: nec prius destitit, donec hostis interfectus est: sic Aquitania regno Franciæ subiecta est. Quo in tpe Pipinus Santonas reuersus est, vbi ęgrotare cœpit, delatus ad Turonios, apud S. Martinũ orauit, deinde Parisiũ veniens, octauo Kal. Octobris obijt. corpus eius in basilica S. Dionysii humatum est, anno dñi 768. pontificatus Pauli decimo, q & eius vitæ vltimus fuit, p cuius põtificis tpa tm̃ valuit Pipini regis Francorum maiestas, vt nullis interea motibus Longobardorũ Italia aut Roma fuerit agitata. Pipini aũt morte audita, Desiderius in Romanam rem machinationibus vti cœpit. Nam cum Paulus in extremis laboraret, Tothonem Nepesinum ducem Desiderius impulit, vt Constantinum fratrem vi etiam, qñ largitione aut ambitione fieri non posset, põtificem deligeret. Is itaq; Romam cum exercitu profectus, Constantinum, fauentibus quibusdam amicis corruptis, pontificem creat. fuere etiam qui Philippicũ quendam huic pponerent, q statim se abdicare magistratu armis cõpulsus est. Cogitur & Gregorius Prenestinus epũs Constantinũ adhuc laicum, sacris statim initiari atq; epm̃ inungere, cuius manus ita ob eam rem exaruisse miraculo dicuntur, vt eas ori admouere non posset. Perstitit aũt p annũ in Petri cathedra Cõstantinus, & epõs presbyterosq; more pontificum ordinauit, quousq; clero populoq; Romano in trib⁹ foris, quæ est S. Adriani ecclesia, per Christophorum primicerium coacto, Cõstantinus est eiectus, & in eius locum oĩm suffragijs Stephanus 3. extitit suffectus, tum in ecclesia Saluatoris Constantinus magistratu se abdicans, in monasterium est detrusus. Pipino* pusillo duo fuere ex Bertha (quam nonnulli Bertrudam nominant) liberi, Carolus & Carolomannus, qui ambo e procerum sententia reges appellati, partito inter se paterno regno, Carolomannus Suessione, Vormatiæ Carolus regium diadema suscepit. At priusq̃ tantorum principum gesta exponam, regiæ Francorum pcipuum ornamentum, Parlamentum describam. Cuius instituendi autor ab historicis non traditur. id eñ cuiusq; anni definito tẽpore ac loco quem rex designasset, habebatur. Seruabatur aũt hoc modo, vt ex maioribus ciuitatibus & puincijs periti

Leo 4. impio adscitus

Pipinus Saxones & Aquitanos deuincit.

Caroli Magni tyrocinium.

Pipini & Pauli põtificis interitus

Factio in põtificis electione.

Carolus & Carolomannus Franc. reges.

riti iudicioꝝ & cõsuetudinis hoĩes,ad id munus delecti,ius cuiq; p ꝓuocationem litiganti dicerent:q̃ institutio cum vaga interdum,incertaq́; mutatis sedibus esset,decreta est Parlamẽto apud Parisios curia & sedes, in q̃ iudices designati, se iugiter sisterẽt, ꝑpetui ꝓuocatiõum definitores,q 80.sunt,annua ex regis fisco stipendia capientes. Et hi qdem p 4.curias cõstituti seorsum cõsidunt,suosq́; p̃sidentes habẽt.In prima quam Franci Cameram vocant,p̃sidentes 4.& cõsiliarij 30. causas & lites audiũt,dilationes & q̃ ad iuris cognitionem attinent,constituunt,leuiora qdem & temporanea finiẽtes: in reliquis singulis duabus cameris,18.*inquisitionibus p̃sunt,q enquæstaꝝ,id est,inquisitionum cõsiliarij dicuntur,qbus p̃sidentes 4.p̃ficiunt. hoꝝ oĩm pars ex clero, parsq́; ex laicis constituitur.Sententias dictant,quam statutis diebus alter p̃sidentium in prima curia palam enunciat,idq́; arrestum,id est, fixum & firmatum vocãt, à q̃ videlicet nemo ꝓuocare possit.Qui vero reus sententiam in se excipit,60.libraꝝ Turoneñ.mulcta afficitur.Si qs tñ in iudicio error admissus reo esse videbit̃, errorẽ ꝓponendi & in iudiciũ curiæ deducendi potestatẽ habet:nec prius audit̃,q̃ duplicatã mulctã deposuerit.Quarta curia est eoꝝ,q̃s requęstaꝝ,id est,supplicationũ palatij magistros vocãt, apud q̃s causa eoꝝ tm̃ agit̃,qui regijs obsequijs deputati, vel priuilegio donati. Et ab his quidẽ iudicibus qui sex sunt,prouocare ad Parlamentũ licet. At cum in decidẽdis iudicijs nodus aliquis & anceps in causa difficultas surgit,oĩm curiaꝝ cõsiliarijs cõuenientibus,sentẽtia fert̃.Solẽt & q̃ de rep.rex statuit,hui' senatus decreto edi:& singulis annis regijs rescriptis ꝓmulgatis, regẽ esse autorẽ huius cõcionis cõstat.Habet & Parlamentũ cõiudices,dum assunt Franciæ pares,& alios supplicationũ magistros familiares regis comites, qui post primæ curiæ p̃sides primi sedent. Illis cum Franciæ paribus centũ appellationũ cognitio,regaliũ & pariũ causæ cõmittunt̃ certa sentẽtia finiendæ.Sunt aũt pares Franciæ ex oĩ nobilitate 12.selecti.Remẽsis archiepũs,Lauduneñ.atq; Lingoneñ.põtifices duces,Bellouacus, Nouionẽsis atq; Catalaunẽsis epi comites appellati:ex seculi principibus Burgũdus,Normãdus & Aquitanus,ducatus dignitatẽ,Flãdrensis aũt,Tholosanus & Cãpanus,comitat' p̃rogatiuã obtinuere:q̃s primũ Carolus,vt refert Robertus,instituit,vt secũ in militiã ꝑduceret, eos pares appellãs,quia s.ęquali inter se dignitate regi cõstantes essent,nec cuiusq̃,nisi Parlamẽti tm̃, senatus iudicio obnoxij tenerent̃,coronãdoq́; regi adessent.De Flãdrensi comite non bene q̃drat.nam Flãdria comitatus dignitatẽ sub Carolo Caluo cõsecuta est. Anno dñi 768.Stephanus 3.natione Siculus,canonice est electus.sedit annis 3.mẽsibus 5.qui octauo electionis die cõsecratus,indixit conciliũ, cui Cõstantini Nepesini acta ꝓponeret.mittit itaq; ad Pipinũ regẽ,de cuius interitu nondũ cõstabat, legatos, ꝙ eius nomen in rep.Christiana magnũ esset,modo destinaret Ro.cõcilio qui e clero ꝓbarent̃. Carolus paternæ pietatis æmulus,12.Galliæ epõs ad hãc rem idoneos mittit.Idem q̃q; cæteris principib' Christiani noĩs scribit.obtẽperauerũt oẽs,in Lateraň.basilica conciliũ habet̃.ibi multa inter se de cõponendis ecclesiæ rebus sunt locuti, Cõstantinũ ad se ꝑduci iubẽt,accusatusq́; est,ꝙ nullis sacris initiatus, Ap.Se.occupasset. Ad hæc ipse oẽe crimẽ in vim ppli & q̃rundam reijcit,ꝙ se etiã inuitũ coegerint põtificatũ obire: cum vero in pauimento pronus & supplex iaceret,veniã petens, miseratiõe moti qui aderant,eum educi iubent.Sequenti vero die Constantinus in cõcilium rediens,mutata sententia,ostendit q̃ egerat,maiorum exemplo facta, ꝙ & Sergius Rauennatum episcopus,&Stephanus Neapolitanorum ex laico episcopus creatus sit.ob hanc vero impudentiam indignati qui in concilio aderant,eum turpiter eijciẽtes,ad componendam rempu.Christianam animum adiecere. abrogatisq́; primo Cõstantini decretis, institutum est,ne quisq̃ laicus,nisi per gradus ecclesiasticos adscendens,pontificatum occupare audeat sub anathematis pœna.promulgatum est item,vt qui episcopatus dignitatem à Constantino consecuti fuerant,magistratu se abdicantes,ad pristinos ordines reciderent.ꝙ si istorum vita & mores mererentur,ad Se. Ap.venientes, denuo consecrari valerent.Idem statuunt de presbyteris & diaconis.constitutum est præterea,vt q̃ Constantinus in re sacra egisset,irrita haberentur,p̃ter baptismũ & chrisma. deniq; abrogata synodo Cõstantiniana, q̃ decretum inter Græcos fuerat de sanctoꝝ imaginibus abolendis:constitutum est,vt statuę reponerentur atq; imagines,vt hoĩes eoꝝ æmulatione factoꝝ q̃s reprę̃sentarent,ad deuotionem incitari valerẽt. His ita ꝑactis,decretum est vt sequẽti die nudis pedibus ꝓcessio fieret.itum est tum à Lateraň. basilica ad S.Petrũ nudis pedibus,& à põtifice simul & ab alijs.Ea cum fierent,Desiderius Longobardoꝝ rex occulte fauens Cõstantini partibus,tractat cum Paulo Affiarta Græco cubiculario impatoris,qui & si ducatũ Romanũ non regeret, q̃rundam tñ Ro.& Desiderij regis fauori innisus,aliq̃d pristinæ autoritatis impij p̃ se ferebat Deside-

Parlamenti institutio.

Duodecim Frãcię pares

Stephanus conciliũ cõuocat.

Desiderij artes.

siderio suspecta erat regum Franciæ in Ro. affectio, vnde multis Ro. põtificẽ blãditijs demulcere conatus est, adeo vt se Romã vocari, & ad limina B. Petri visitanda inuitari curauerit. Venit summã p̃ se ferẽs Christi religionis deuotionẽ, põtifici verba dedit humilima, & talia, ex qbus in spem venit, fore vt nulla inter eos posthac cõtentio oriri posset. q̃ oĩa rex se iureiurando affirmabat seruatur. Deinde multa loquiť de Constãtino & Philippico, cẽsuitq; in suasores impulsoresq;, non in simplices presbyteros, q se passi essent in põtifices pphanari, animaduertẽdũ. Et Affiartã increpãs, ꝙ seditiosis viris non occurreret, impulit vt in Christophor primiceriũ, summæ autoritatis virum, & pontifici amantissimũ, & Francor partibus studiosum, manus inijceret. Euocatiq;, Sergius nup ad reges Francor missus, & Christophorus, oculis sunt priuati. sed & Affiarta post Desiderij recessum, autoritate quę illi aucta erat, fretus, multos ex Ro. in carceres cõiecit, plurimos relegauit. eapropter, & etiã ꝙ interim vacante ecclesia Rauennatum, Desiderius largitione corruptus, Michaelẽ scriniariũ eiusdẽ ecclesię, pulso Leone archidiacono, quẽ populus clerusq; petebat, intrudere conatus est, pontifex ad Carolũ Francor regẽ scribit, rogans, Desiderium admoneat, vt ab iniuria inferenda caueat. fecit id Carolus, & qdem pdiligenter, retinere tñ hoĩem in officio armis non potuit. vrgebãt eñ eum regni sui tumultus. Pastor diligẽtissimus q̃rto põtificatus sui anno moriť, & Adrianus Romanus papa 95. subrogať anno 771. Itaq; cum Carolus q Magnus est appellatus postea, cum fratre Carolomanno regnũ diuisisset, statim bello ab Hunnuldo Aquitaniæ duce lacessitus est. solicitabat ille ad defectionẽ Aquitaniæ vrbes, q̃s Pipinus pater subegerat. Carolus cõtra hostem pfectus, cõtinuo eum auertit, s. vir bellor gloriæ natus. Fugit Hunnuldus ad Lupũ Vasconũ ducẽ, quẽ Carolus insecutus non prius cepit, q̃ à Lupo traditus est. Miserat Francus ad Lupum legatos, q hostem dedi Carolo peterẽt, alioq sensuros Vasconas oẽm belli molem. ille non solum Hunnuldum, ver etiam sese dedidit. Ita Carolus Aquitaniã oẽm Francorum imperio adiecit. Sed habuit ea victoria nonnihil etiam incõmodi, ꝙ cum frater Carolomannus fato functus erat, relictis ex Bertha aliq̃t filijs, cum q̃ annos tres Francorum imperiũ rexerat. Incidit & hic casus in annũ dñi 771. Occupauit imperiũ totũ Carolus cõmuni pcerũ cõsensu, eiq; p̃fuit annos circiter 40. Quo tpe Adrianus q̃primum in papam electus est, in publicum pdijt, carceratos ab Affiarta oẽs liberauit, exulesq; in patriam reuocauit. Desiderius cum magnanimitatem pontificis horreret, tanti viri amicitiam, ne Francis adhæreret, occupare q̃siuit. Itaq; mittit Theodor Spoletinũ, Tumionemq; Hyporegieñ. duces, q pontificem orẽt, vt fœdera secũ iniret. Ad q̃ rñdit põtifex, se, q pacẽ cũ oĩbus & in primis cum Lõgobarda gẽte cupiat habere, nullam posse verbis Desiderij fidem adhibere, ꝙ eum sciuerit pmissam Stephano Pont. fidem, intra fœdera toties violasse q̃ties illi lædendi data esset occasio: & dum instarẽt legati, in aliud tempus põtifex negociũ distulit. Interea vero Bertha Carolomanni relicta, Hildegardæ Caroli vxori ppter mariti amplitudinẽ inuidens, Andoarij cuiusdã consilio vsa, cum filijs ad Desiderium regem in Italiam confugit, qui eam pbenigne suscepit, & ꝙ se tutiorem futur hac ratiõe ab impetu Gallor existimabat, & ꝙ Francos p̃positis Carolomanni filijs, facilius sumpturos arma in Carolum regẽ, si quid moueret, arbitrareť, res suas in tuto collocans, instat apud pontificẽ, vt Carolomanni filios reges inungeret. & cum ab Adriano precibus hoc obtinere non potuisset, sperãs si bello agitareť, animos demissur, p multas itaq; Italiæ partes conciuit motus, in Rauennates mouens ditioni Romanæ tum obtemperantes, Fauentiam, Ferrariam & Comaclũ vi cepit. Siquidem Leo tũc archiepus Rauẽnas, & Iulianus, Petrus ac Vitalinus tribuni plebis, Rauennã exarchatũq; p Ro. Pont. administrabant, qui tres tribuni simul Romam petentes, afflictis rebus p̃sidia implorauere. Tunc pontifex eosdem & Stephanum Sacellarium ac Paulum Ro. ciues ad Desiderium misit, orans, vt à motibus intentatis temperans, occupatas redderet ciuitates. Ad q̃ rex magna vsus insolentia, oportere respondit, vt pontifex secum de rerum summa locuturus, ad suam p̃sentiam veniret. Interim Lõgobardi p̃da facta onusti, alia loca inuadentes, post direptos vstosq; agros, aliq̃s q̃q; ceperunt ciuitates, occupant Vrbinum, Eugubium, Senogaliam, Bleram, Oriculum. Instat vero Adrianus apud Desideriũ literis atq; nuncijs, orãs & obtestans, vt capta redderet: & cum nihil pficeret, abbatem monasterij Sabineñ. & cũ eo 20. monachos celebris sanctimoniæ oratores misit, de B. Petri iustitia, deq; Dei iudicio, nisi B. Petro satisfieret, audẽter locuturos. non aliter Desiderius q̃ prius, epl'as ac nuncios exaudiuit. Suos tñ ad pontificem mittẽs, inuitans vt ad se iret, petiuit. Perstitit in sententia pontifex, dicens vt omnia restitueret in locum, in quo initio sui pontificatus fuerãt: quo facto, venire vellet, addiditq; alios oratores qui similia peterent.

Petitur Carolus cõtra Desideriũ.

Adrianus pontifex.

Hunnuldus Aquitanię dux à Carolo vincitur.

Bertha Carolomãni vxor.

Desiderius Italiã vastat

tm̃ vero abfuit vt poſtulata impleuerit Deſiderius, q̨ ſe ad vrbis Romæ obſidionẽ ductuꝝ eſt cõminatus. Quo triſti nuncio pculſus põtifex, vrbis portas claudi, muros inſtaurari, & cætera pferendæ obſidioni neceſſaria parari curauit. Miſit & ad Carolum regẽ Franciæ oratores, opem imminẽti eccleſię excidio imploratũ. Id cum intellexiſſet Deſiderius, magna aſtutia eſt vſus, vt põtificẽ in ſententiã ſuã duceret. nam cum Adelgiſio filio & magnis copijs pfectꝰ, Carolomãni relictã Berthã & filios Romã verſus ducere prexit: & cum Spoletũ applicuiſſet, Adrianũ Pont. de ſuo & Frãcoꝝ pacifico acceſſu p Andreã Celerẽ fecit certiorẽ. Põtifex futuꝝ intelligẽs, vt Carolomãni filijs vnctis, Carolũ patruũ animo abalienaret, vrbẽ Romã primũ copijs muniuit; inde aploꝝ Petri & Pauli baſilicã, omi ornatu ac ſacra ſupellectile in vrbẽ portata, clauſit, ac repagulis ad intra firmauit, vt pfidus rex nulla aplorum viſitãdi limina, niſi valuis refractis haberet facultatẽ, atq; tres epõs, Albanẽſem, Præneſtinũ, Tiburtinũq; impio regi obuios miſit, q̃ apud Interamnã inuẽtos Deſideriũ, Adelgiſiũ filiũ, Berthã ac filios Francos, ne Ro. ducatus terrã ingrederent, ſub anathematis denunciatione monuerũt: q̃ adeo apud ferocẽ Longobardũ valuit, vt tacitus cõfuſusq; Papiã ſit reuerſus. Per hos dies Gregorius epũs, Volcadus abbas, & Albuinus cubicularius à Carolo Frãcoꝝ rege Romã venientes, pontificẽ ſciſcitati ſunt, nunquid Deſiderius q̃d ſuo regi r̃ndiſſet, capta de Rauennate exarchatu, deq; Ro. ſolo integre reddidiſſet. Cumq; nihil factum intellexiſſent, abeũt, duobus põtificijs legatis comitati, Lõgobardũ rogaturi, vt capta reddat. obſtinato id animo rex recuſat. Quare põtifex Frãcos orat, vt domũ celeriter pficiſcant, q̃ acta ſint, regi referãt & auxiliũ efflagitẽt. At Carolus rex his auditis, q̃ ſui & Ro. oratores attulerãt, eoſdẽ ad Deſideriũ ire iuſſit, illiq; obtulit 24. millia aureoꝝ, ſi modo põtifici reconciliatus, rem in integrũ reſtitueret. Et cum inſup precibus additis, Lõgobardi pectus molliri nequiſſet, iter ad Italiã eſt aggreſſus. Cumq; multas pmiſiſſet cohortes, q̃ alpiũ clauſtra mõtis Iouis occuparẽt, ipſe robur ducẽs totius Fråcorum militiæ, montẽ Ciniſiũ cõſcendere cœpit. occupauerat aũt mõtis Iouis ſaltus clauſtraq; Deſiderius, & Lõgobardis in Taurinẽſibus apud Auguſta ptoria coactis, oẽs alpium aditus, p q̃s Frãcis erat veniẽdũ, ſtationibus ac munitionibus cõfirmabat. Ea cũ eſſent Carolo ĩ vertice Ciniſii mõtis renũciata, tẽtauit iteꝝ p legatos Deſideriũ, ſi vellet auro accepto cõſentire: q̃ magnã fiduciã p̃ ſe ferẽte, iuſſit Carolus cohortes ſumma alpium ſuperare. q̃ primũ vero diſcurrentes vndiq; nuncij Deſiderio attulerunt Frãcos, occupatis ſaltibus, clauſtra oppugnare, alpes etiam antea inuias penetrare, ilico cõſternatus, receſſit, & abiecta ſpe cum Francis iuſta acie pugnandi, coactum magna oſtẽtatione exercitum dimiſit, Adelgiſioq; cum Carolomãni vxore & filijs Veronam miſſo, ipſe Papiam cõmunire, & in ea Caroli impetũ morari, ac tædio obſidionis frangere ſtatuit. Sunt e Francoꝝ hiſtoricis, q̃ putant Deſiderium cognito Caroli aduẽtu, in plana ſe recepiſſe, atq; Carolum, cum ſuperatis iugis Taurinũ peruiſſet, certiorem factũ, hoſtem cum grandi exercitu apud Vercellas eſſe, mox cõuerſo in illum agmine Vercellas petijſſe, Deſiderium ibi pugna ſuperatũ, Ticinum fugiſſe. Mortariæ nomen eſſe loco, vbi ſit pugnatum, incolæ ferũt. viſunt ibi ſacella duo, alteꝝ B. Petro, alteꝝ diuo Euſebio dicatũ, in illo *Amilius, in hoc Amicus eſt ſepultus, viri adeo indiſcreta facie, vt neuter ab altero diſcerni poſſet. Fugientẽ Deſiderium Carolus inſecutus, Ticini obſedit. interim plurimæ Italiæ ciuitates, vt Longobardoꝝ res declinare vident, pontifici ſeſe ſponte dedũt, q̃re Carolus in iſto affinium ſtudio firmas ſatis vires ſuas ratus, obſidionem Bernardo patrueli ſuo cõtinuandã cum copiaꝝ parte tradit, ipſe Veronam* accepturus pficiſcitur, vbi cum Adelgiſio Bertha Carolomanni relicta erat. ſed Adelgiſius mulierem in deditionem pnam videns, aufugit ad imperatorem Conſtantinopolim: q̃ abeunte, nulla de deditione mora interceſſit. Verona in poteſtatem Caroli redacta, oĩs regio tranſpadana illi ſe pmiſit. Inde Romã viſurus Carolus, cum iam vrbi appropinquaret, reſurrectionis feſtum cum põtifice celebraturus, põtifex obuios q̃ eum deducerẽt, & cleꝝ & Ro. iudices ad 3. millia miſit: expectabat vero põtifex cum clero ſuo in gradibus S. Petri, quem q̃dem accedentẽ mira beneuolentia cõplexus eſt, nec retinere eum potuit, q̃ minus pedes ſuos oſcularetur. Inde poſt datam acceptamq; ſalutem baſilicam ingreſſi, cum ad altare apli ſimul veniſſent, iurarũt mutuo Carolus & põtifex Ro. & Franci ppetuam ſe amicitiam ſeruaturos, & cõmunes eoꝝ hoſtes fore, q̃ alteram partẽ laceſſiſſet. vrbem deinde ingreſſus, oẽs baſilicas pie admodũ & religioſe inuiſit, ac muneribus q̃buſdam ornauit. Tum q̃ dono pater Pipinus Gregorio tertio dederat, eadem ipſe amplioribus priuilegijs cõfirmauit fide interpoſita. Sũt aũt hæc: quicquid in Liguria ab vrbe Luna iam pridem euerſa, vſq; ad alpes Italiæ fines ptinet, huic ditioni additur & Corſica inſula, & quicquid Lucam & Parmam interiacet,

Deſiderij vafricies.

Carolus alpes ſuperat

Carolus Ticinum obſidet.

Carolus Romam ingreditur.

cet,additur & Foro Iulij cum Rauennatũ exarchatu,cũ Beneuentano & Spoletino du catu.cum aũt aliquibus diebus Romæ resedisset,Papiã reuersus est.Quo tẽpore Spoletinorum & Reatinorum q se nup põtifici dederãt,exemplũ secuti,Romam detonso capillo veniunt,q̃d maximũ deditionis est indicium,Anconitani, Picentes,Auximates,Firmiani,põtifici se ac sua libere dedunt.tm̃ valuit Caroli in Italiam aduentus.Lõgobardis aũt qbusdam deuotionis causa abire nolentibus,Vaticani sedes ad incolendũ concessa,q̃ postea ex tota Italia multæ suæ gentis cõfluxere:sicut & postea Saxonibus concessum fuit,vnde dicebat Longobardorum Saxonumq́ȝ vicus. Interijt aũt hæc noĩatio, qñ eo in loco hospitale S.spũs fuit ab Innocentio 3.ædificatum. Carolus ad obsidionẽ Papiæ reuersus est,at x.demũ mense cum Franci vrbem vehemẽter vrgerẽt,intus vero fames & pestilẽtia grassarent,ciuitas capitur, & Desiderius cũ vxore & filijs comphenditur,q Caroli ordinatione inGalliam deportatur,Leodium relegatus.Carolus Papia Mediolanoq́ȝ,& si quid erat reliquum in Italia,potitus,Frãcos illis vrbibus pfecit,q earum cæterarumq́ȝ regionum ab Apœnino ad alpium radices vergentiũ, Lõgobardos in pace studerent cõtinere.reliquit etiam Beneuẽtanis & Foroiulianis Lõgobardis ex sua gẽte duces.Romæ synodus,Adriano autore, in patriarchatu Lateraneñ.in ecclesia S.Saluatoris celebrata est inter 153.epõs religiosos & abbates.Adrianus papa & vniuersa synodus tradiderũt Carolo ius & potestatẽ eligendi pontificẽ,& ordinandi Ap.sedem,dignitatẽ q̃q; patriciatus ei cõcesserunt,insup vt archiepi & epi p singulas puincias ab eo inuestituram reciperent diffiniuit:vt,nisi à rege laudetur & inuestiatur epũs,à nemine consecretur.si qs contra hoc decretum egerit,anathematis vinculo teneatur:& nisi resipiscat,bona eius publicari pcepit,vt de hoc 63.di.in c.Adrianus, cauetur. Hoc Franci vsurpãt hodie, q in qbusdam puincijs Galliæ,& psertim tribus, videlicet Cenomañ.Rotomageñ.& Remeñ.sede vacante,rex de singulis put vult disponit,& in his ipse,non capitulum,succedit.Itaq; Longobardi 4.& 200.anno,postq̃ in Italiam venerant,amisere regnum circiter annũ dñi 773. Carolus cum domum redijsset magna onustus pda, vnà cum Bertha & nepotibus suis, bellum Saxonicum q̃si intermissum,nunc repetiuit,q̃ nullum neq; prolixius nec atrocius,Francorumq́ȝ populo laboriosius fuit,qa Saxones,sicut fere oẽs Germaniæ nationes,* & natura feroces sunt.Erant aũt Saxones idolorum cultui dediti, nec inhonestum arbitrabantur,polluere & diuina & humana iura.Susceptum est aduersus eos bellum, q̃d p cõtinuos 30. annos durabat.q̃ties em̃ superati se dederunt,imperata facturi, polliciti obsides spõte q imperabantur,dabant.sed sicut ad hæc facienda proni,sic ad eadem puertẽda semp fuere pcipites.regis vero magnanimitas aut p se,aut p alios pfidiam eorum semp vlciscebatur,donec oĩbus q resistere volebant,profligatis,10.millia hoĩm ex his qui vtrasq; ripas Albis fluminis incolebant,cum vxoribus & cum paruulis sublatos transtulit,& per Germaniam ac Galliam multimoda diuisione distribuit: eaq́ȝ conditione bellum per tot annos tractum, constat esse finitum, vt abiecto dæmonum cultu, Christianæ religionis sacramenta susciperent.reędificauerat in Saxonia castrum Eresburg,quod inuadentes Saxones,mira specie diuinitatis pulsi sunt.inter Saxones sunt &*Vuestuali, cum quibus multa Carolus gessit prælia, eosq́ȝ magnis afflixit cladibus,coegitq́ȝ Christi religionem amplecti relicto idolorum cultu:quam cum sæpius abnegassent, nec iusiurandum aduerterent, vt metu pœnæ rebellionem compesceret,occultos constituit iudices,quibus potestatem dedit,vt q̃primum deierasse aliquem comperissent, aut fregisse fidem,aut aliquod aliud flagitium commisisse, mox illum supplicio afficerent,vbi primum comprę̨hendi posset, nulla citatione præuia aut defensione pmissa. elegit em̃ viros graues & recti amantes,q̃s plectere innocẽtes haud verisimile fuit.terruit ea res Vuestualos,ac demum in fide cõtinuit,cum sæpe in nemoribus & pceres & mediocres viri laqueo suspensi inuenirentur,nulla accusatione prius audita. Quærentibus tñ causam,constabat fregisse fidem,aut magnum aliq̃d scelus cõmisisse qui necati reperiebãtur. Id iudicium ad nostram vsq; durat ętatem, vocaturq́ȝ Vetitum:qui ei psunt,scabini appellantur,q̃rum ea psumptio est,vt p totam Germaniam iurisdictionem extendere velint.secretos habẽt ritus & arcana q̃dam,qbus malefactores* indicant.nondũ quisq̃ repertus,qui vel precio vel metu aut in ebrietate reuelauerit.Ipsorum q̃q; scabinorum magna pars occulta est,qui p puincias discurrẽtes, criminosos notant: & reuertẽtes iudicio accusant,probantq́ȝ vt eis mos est.Damnati describunt in libro,& minoribus scabinis cõmittitur executio. reus ignarus suæ dãnationis,vbicunq; repertus fuerit,supplicio afficitur.Degenerauit hoc iudicium.nam & viles aliq̃ psonæ admittunt,& ciuilia negocia tractare audent,quibus erat solũ de criminalibus pmissa potestas,hæc Pius Aeneas Syluius. Anno vero dñi 775. Constantinus elephantiæ mor-

Carolꝰ Ticino potitur.

Carolo priuilegia concessa.

Lõg. regni finis.

Saxonicum bellum.

Eresburg.

Vuestualorũ iudiciũ.

morbo grauari cœpit, ex q̃ adusti spumantisq́ꝫ sanguinis vitio putrida caro, neruos ossaq́ꝫ destituẽs, illũ vbiqꝫ vlceratũ, ad crudelissimũ & sua oĩ vita dignissimũ ꝑduxit interitũ. Cui successit fili⁹ Leo, hui⁹ noĩs q̃rtus, reg. annis 5. hic primũ videbat pius eẽ, sanctęq́ꝫ Dei genitricis ac monachoꝝ amic⁹. vñ & monachos metropolitanis p̃fecit, multosq́ꝫ ordines in vrbe regia bene ampliauit. q̃propter principes oẽs cum multitudine ppl'i petierũt filiũ eius Cõstantinũ cõsortẽ imperij facere, q cum diceret illũ sibi vnicũ esse & paruulũ, vereri se ne forte illi fidẽ non seruarẽt, iurauerũt ei oẽs, se non admissuros aliũ imperatorẽ p̃ter Leonẽ & Cõstantinũ, & ex semine ipsoꝝ, hocq́ꝫ scripto confirmauerũt. fuit aũt Leo hic, q̃uis dissimularet, moribus patri similis: & si diuturniorẽ habuisset imperio vitã, totũ se flagitijs immersisset. ferũt eum cum iaspidũ cupiditate flagraret, preciosissimã q̃ in S. Sophiæ sacrario erat, coronã capiti imposuisse, gestasseq́ꝫ ꝑ vrbẽ, q̃bus gẽmis ita frequẽter vtebat̃, vt ob frigiditatẽ lapilloꝝ subito morbo correptus, 5. imperij anno excesserit. Anno dñi 778. Saxonibus victis, Carolus bellum in Hispaniã numine, vt aiunt, admonitus trãstulit, ne sæua Saracenoꝝ dñatio, q̃ oppresserat Hispanias, longius forsan ꝓcederet olim. fato vsus Pipini patris, q vires eoꝝ nup cõtuderat, exercitũ tam suoꝝ q̃ Romanoꝝ & Lõgobardoꝝ auxilijs auctũ, in Hispaniã ducit. Pampiloniã statim diuina magis q̃ humana ope cepit. Inde & alijs q̃qꝫ vrbibus dirutis, mox Hispanis potentissima Saracenoꝝ manus ex Africa venit auxilio duce Aigolando, q vrbes illas recepit & muniuit. Carolus quũ ex Hispania ꝓficisceretur, in hostẽ iteꝝ versus, Vasconiã repetijt. vbi cum sæpe esset ceu ex ꝓuocatiõe dimicatũ, iusta acie cõcurrit. cæsa hoĩm 40. millia Christiani noĩs. cecidit ibi Milo Rolandi pater, fortissimus dux totius exercitus. Eratq́ꝫ pene de rebus nostris actum, nisi principe Caroli animo & opportuno auxiliariũ copiaꝝ aduentu, militũ fidutia firmata fuisset. Quod vbi Aigolandus sensit, fuga vires suas instaurare statuit. nam ex Genio vrbe in Santonas pulsus erat, & Carolus in Galliã ꝓfectus, rẽ agendã maiori robore censuit. exercitũ opulẽtissimũ cõtraxit ex oĩ pene Germania & Gallia. Erat inter principes Rolandus palatinus comes ingenti corpore, & Arnoldus Bellanicus, q bonam opam nauauit, Naaman Bauariæ dux, & reliq̃ q̃s numerare haud possum. Carolo Hispaniã ingresso, subitus timor Aigolandũ, etsi Cordubæ & Sibigliæ reges in exercitu haberet, inuasit: q̃re cum Carolo cõstituit, vt ꝑ partes dimicaret, ne tãta hoĩm multitudo mortis obiret ꝑiculũ. euadebãt ibi plerunqꝫ Chr̃iani superiores. Demũ acre p̃lium copijs iustis cõmissum est, in q̃ Aigolandus à Bellanico occisus est, Cordubæ & Sibigliæ reges fuga elapsi. Sed erat in Saracenoꝝ exercitu vir q̃dam maior, q̃ credi posset, aut tam strenui militis Gallici robur ferret. Ferracutus noĩabat̃. hic cũ sępe aliquẽ e Christianis militẽ deposceret, exercitus nostri oẽm fere spem fregit. Tandẽ Rolandus cũ eo cõgressus, animũ Christianis dedit, atqꝫ altero die pedestri pugna Goliathũ arte magis q̃ vi vicit, sub stomacho gladio ictũ. Tũ Corduba & fere oĩs regio recepta est, S. Iacobi apl'i ędes inuisa est & multis munerib⁹ ornata. Inde cũ Vasconib⁹ res acta est, vbi insidijs & proditoris Gaualoni fraude circunuenti duces Christiani, à Marsurio & Belingando, q̃s armirathus ad Hispanias obtinẽdas miserat, clade maxima sunt affecti. Perijt ibi Rolandus intoleranda siti p̃ssus, cum inter p̃clara eius diei gesta Marsuriũ ducẽ interfecisset. Carolus ducũ suoꝝ iustis ꝑsolutis, proditorẽ Gaualonũ rapidis q̃drigis distractũ, crudelissime laniauit, id q̃d scelestũ facinus merebat̃, & Vasconũ regulos paulatim inde ꝑfidię vindex interfecit. Atqꝫ hæc fere q̃ (si fides est scriptorib⁹) Carolus in Hispanijs egit ꝑ multos sane annos: q̃re & oẽm historiã plurimi in posteriora tp̃a digessere. Hispania citerior, tãtis belloꝝ ꝑiculis Francoꝝ regno adiecta est.

Leo 4. Imp. 72.

Hispanicũ Caroli bellum.

Milo Anglerius.

Aigolandus Saracenus.

Ferracutus gigas.

Rolandi cædes.

Proditoris supplicium.

GENERATIO XXVII.

Anno dñi 780. ab vrbe cõdita 1530. in gñationis 27. initio Leo Imp. morit̃. succedit imperio filius Cõstantinus, eius noĩs sextus, vnà cum Irene matre sua. fuitq́ꝫ apud eos simul imperiũ annos 10. Erat Irene mulier rebus gerendis nata, q̃re q̃d imperio cõfirmando maxime fuit necessariũ, primũ sacra & religiõis causas cõposuit, cõciliũ secundũ in vrbe Nicea 300. & 25. epõrum cõgregari curauit, in q̃ cõstitutũ, vt q sacras imagines delendas dicerẽt, ꝑpetuo anathemate notarent̃. quã q̃dem cõstitutionem Cõstantinus adolescẽs patris flagitia secutus, q̃rundã improboꝝ suasu non multo post abrogauit, cum & matri oĩno administrationẽ imperij abstulisset. solus imperãs, habebat in delicijs multos excæcare, plures necare, adeo vt Cõstantinopolitani de imperio alteri demandando cœpissent cogitare. sed cõiuratio detecta est, ex q̃re Nicephorus Cõstantini 5. filius cui parabat̃ imperiũ, in carcerẽ cõiectus, lingua oculisq́ꝫ mutilatus est. Deperibat Cõstãtinus Theodorã Mariæ vxoris cubiculariã, vñ vt in adulterio liberi⁹ insaniret, Mariã detrusit in monasteriũ, & Theodorã imperiali corona insi-

Constantinus 6. Imp. 73.

Irene Constant. mater

insignitã accepit vxorẽ. Anno Cõstantini ac Irenes matris primo, quidã in Cõstantinopoli fodiens, inuenit monumentũ sub terra antiquissimũ, in q̃ corpus mortuũ reperit, sup cuius pectus lamina aurea erat, in qua literis Græcis ita scriptũ erat: Christus nascet de virgine Maria, & in eũ credo, sub Cõstantini & Irenes imperio o sol iterum me videbis. Ad Carolũ redeo, regẽ oĩm & prudentia maximũ, & animi magnitudine pstantissimũ. nihil eñ in his q̃ vel suscipienda erant, vel exequẽda, aut propter laborẽ detrectauit, aut propter periculũ exhorruit. durãte eñ eo in principatu, tanta ex diuersis partibus terrarũ bella exorta, solertia sua administrauit, vt in dubium venire possit, vtrũ laborũ patientiã an potius felicitatẽ eius mirari cõueniat. Itaq; in narrãda virtute bellica adhuc moramur, reliqua principis pconia postea laudaturi. Carolus cũ bello Saxonas primũ, hinc Longobardos, Hispanos, iterũq; Saxonas & quosdã in Italia tumultus oppressisset, nouũ repẽte ingruit Bauaricũ, q̃d non tam Tassillonis ducis temeritas, q̃ vxoris in Carolũ odiũ excitauit. fuit ea regis Longobardi Desiderij filia, patris exiliũ pertæsa, rem bello vindicare conata est. Tassillo inito fœdere cũ Hunnis ab oriente cõterminis, Carolo rebellis factus est, cuius cõtumaciã animositas regis ferre nequiuit. Cõtractis vndiq; copijs, in Baioariã ducit, ad * Lycũ amnẽ peruenit, q Baioarios ab Alemanis diuidit. i. Sueuis, cuius in ripa castris collocatis, prius q̃ prouinciã intraret, animũ ducis statuit p legatos experiri. Sed ille pertinaciter agere nec sibi nec gẽti vtile ratus, regi se supplex permisit, obsides q imperabant dedit, inter q̃s filius suus Teudo, dato sacramẽto, q ad defectionẽ nullius hortatu consentiret. Tassillo tñ post vocatus ad regẽ, nec iuramẽti q̃d q̃ndã Pipino pstitit ac filijs, nec illius q̃d fecit Carolo, memor, obtẽperare recusauit. Quo tpe Carolus Romã ad Adrianũ profectus est, q Pipinũ filiũ baptizauit, & in regẽ Aquitaniæ vnxit. Sed cũ Italiã ingrederetur, Beneuenti dux ad Carolum filium suũ Rumoaldũ misit, rogãs ne agros suos intraret. Verũ rex cũ filio illius Rumoaldo Beneuẽtum, vbi fidẽ suã spopõdit dux, iuit. Carolus, accepto filio Grimoaldi, cũ obsidibus Romã profectus. Adrianus papa de rebus Bauariæ certior factus, misit Formosum & Damasum ẽpos ad Tassillonẽ ducẽ, vt cõmonerẽt eũ de iuramẽtis pstitis, q legati veniẽtes, eũ induxerũt, vt cũ eis Vormatiã veniret ad Carolũ, vbi datis xij. obsidibus, regi rursum iurauit, at nõ diu in fide permansit. Vnde papa cõmotus, Tassillonis legatos quasi fallaces, statuit anathemate feriendos. Deinde Carolus habito cõuentu gñali, legatos misit ad Tassillonẽ, qui experirent an apostolicis iussis obedire, sibiq; fidẽ seruare proponeret. Quo iussa cõtemnẽti, statuit rex tripartito exercitu Baioariã petere, filio suo Pipino cũ Italicis copijs in Tridentinã vallẽ cõfluente, Saxonũ vero atq; orientaliũ Francorũ exercitu, sup Danubiũ in loco q dicit Saringa, cõueniẽte, ipse cũ exercitu quẽ adduxerat, sup Lycũ fluuiũ in ciuitatis Augustæ suburbio cõsidebat. Videns Tassillo vndiq; se circũfusum, ad regẽ supplex venit, veniã de ante gestis petijt. Rex aũt vt semp erat mitis, deprecanti pepercit: & accepto ab eo filio eius Teudone cũ alijs xij. obsidibus, in Franciã redijt. Tu velim lector tẽpora diligẽter in his narrãdis obserues. Interim Cõstantinus imperator siue gloriã Caroli perosus, siue ab Adelgisio rogatus, Italiã tumultib⁹ quibusdã inuasit. venerat eo nõ parua Græcorũ manus, cædis q̃ imperij cupidior. sed occurrunt subitæ Græcorũ iniuriæ Hilprãdus Spoletinus dux & Grimoaldus Beneuẽtanus, fuitq; pugna Græcis funestissima. fertur Adelgisius in ea pugna perijsse. Carolo apud Ingelheim pascha celebrãte, circiter annum dñi 780. Tassillo dux, sicut & cæteri regni primates, aduenit, sed à Bauaris accusat⁹ est, q post datos proxime obsides, fidẽ nõ seruauerit, & suadẽte vxore sua Luitburga, Desiderij regis filia, Auares in dissipationẽ regni vocauerit, multaq; alia & hostiliter dixisse & fecisse. Et cũ hæc negare nequiret, maiestatis reus iudicatus est: & quũ oĩm ore capitali damnaret sententia, rex ob amorẽ Dei, & quia cõsanguineus eius erat, liberare eũ cupiens, interrogauit quidnã agere vellet. Ille aũt rogat licentiã sibi dari pro peccatis pœnitẽdi ideo tonsurat, & in monasterio ipse & filius eius Teudo reponunt, cæteri exilio dãnati sunt. Huic bello successit id q̃d cõtra Sclauos gessit, q̃bus subiugatis, aggressus est Auares seu Hunnos, q̃d bellũ Carolus animosius q̃ cætera, & maiori apparatu administrauit. vnã ipse in Pannoniã, quã prouinciã ea gens incolebat, expeditionẽ fecit. cætera filio suo Pipino ac pfectis prouinciarũ comitibus & legatis perficienda cõmisit, q̃ cũ ab his fuissent strenuissime impleta, octauo tandẽ anno bellũ cõsummatũ est. Quot plia in eo gesta sint, quantũq; sanguinis effusum, testat Pannonia omni pene habitatore vacua, & locus in quo regia Cacanni erat, ita desertus remãsit, vt ne vestigiũ quidẽ humanæ habitatiõis appareat. Tota in hoc bello Hunnorũ nobilitas perijt, tota gloria decidit, oĩs pecunia & cõgesti ex longo tẽpore thesauri direpti sunt. Neq; vllũ bellũ cõtra Frãcos exortũ, huma

Mirum.

Laus Caroli

Bauaricum bellum.

Græca fraus

Tassillo monasterio dat

Hunnicum bellum.

humana potest memoria recordari, quo illi magis ditati & opibus aucti sint, quippe cū vsq; ad id tēpus pene pauperes viderent, tantū auri & argenti in regia repertū, tot spolia pciosa in plījs cōportata, vt merito credi possit hoc Francos iure his abstulisse, qd illi prius alijs iniuria abstulerant. euicti tunc sunt, vt de eis nec minimę reliquiæ remanserint. A Bulgaris aūt Carolus abstinuit, qꝫ Hunnis extinctis, regno Francoꝝ vti plebeij, nihil nocituri videbant. Porro pdā inuentā, per episcopia & monasteria liberalissime distribuit. Cæteꝝ incruentū fere Francis hoc bellū fuit. Cecidit in eo Geroaldus Baioariæ pfectus. Aliud bellū cōtra Nortmādos, qui Dani vocant, primo piraticā exercentes, deinde maiori classe littora Galliæ atq; Germaniæ vastantes: quorum rex Gotfridus adeo vana spe sublatus erat, vt sibi totius Germaniæ promitteret potestatem. Frisiā qq; atq; Saxoniā, haud aliter atq; suas prouincias, æstimabat. Audiēs Carolus Gotfridū regē Danoꝝ in *Abdoritos, qui vetere Francis erāt amicitia iuncti, cum exercitu traiecisse, Carolū filiū suū cum valida Francoꝝ & Saxonū manu misit cōtra eū, si forte Saxoniæ fines aggredi tentaret. Ille aūt expugnatis aliqt Sclauoꝝ castellis, cū magno copiaꝝ suaꝝ detrimēto reuersus est. nā plures amisit, inter qs & filium fratris sui Reginaldū. Carolus aūt adhuc Aquisgrani agens, & cōtra Gotfridū expeditionē meditās, nunciū accepit, classem ducentaꝝ nauiū de Nortmādia Frisiā appulisse, totasq; Frisiaco littori adiacentes insulas vastasse, iamq; exercitū in cōtinenti terra esse, qui congregatis qta celeritate potuit copijs, e regione cōtendit, positisq; iuxta *Vuisarā castris, Gotfridū expectat. Sed cū statuta castra haberet, diuersaꝝ reꝝ nūcij ad eū venerunt, classem pdictā fuisse regressam, Gotfridū regē à quodā satellite suo, siue (vt quidā dicūt) à filio proprio, cuius matrē nuper, alia cōiuge superducta, dimiserat, interfectū. Castellū hodie Butri, Albi flumini appositū, in q Vto legatus Caroli & orientaliū Saxonū erat pses. Gotfrido mortuo, Hemingus fratris sui filius successit in regnū, qui pacē cū Carolo fecit. Scribit Helinandus, & post eū Vincen. si modo fides est autoribus illis, equidē in tanta scriptoꝝ diuersitate nihil affirmo, qꝫ Caroli tpe patriarcha Hierosolymitanus de ciuitate expulsus, venit Cōstantinopolim ad imperatorē, & cū eo Iohānes Neapolitanus sacerdos, & Dauid archipresbyter Hierosolymitanus psidij causa. qs imperator misit ad Carolū. Hic lectis literis Cōstantini, expeditionē in orientē parat, vbi cōmisso postea cū paganis bello, victor euasit. Recuperata itaq; terra sancta, loca sacra deuotissime inuisit, posteaq; Cōstantinopolim venit, quē imperator aliqt dies retinuit, magnaq; donaria in auro, argēto ac gemmis offerens, quę Carolus accipere recusauit, sed postulauit arcā vnā cū reliquijs. Territus Cōstantinus, claudi fecit reliquias pciosissimas in vna vili arca, sed alias in scrinijs aureis & gēmatis, ac electionē Carolo permisit. Carolus pmisso triduano ieiunio, elegit arcā vilē, in qua erat pars coronæ spineæ saluatoris, q ad pces eius eo die cernētibus cūctis floruit, & odorē suauissimū exhalauit. Item erat clauus, quo manus dñi affixa extitit, & satis magna portio crucis. Item sudariū Christi, beatæ virginis Mariæ indusiū, quæ oīa nō sine miraculis Carolus secū ferens, transportauit Aquisgranū, & in basilica ibidē beatæ virginis collocauit. Anno vero dñi 783. Hildegardis regina vxor Caroli obijt, de qua Carolus tres filios habuit, Carolū, Pipinū & Ludouicū, & totidē filias, Rutardam, Bertham & Giselam. Eodē anno etiam defuncta est Bertruda regis genitrix. Anno eodē audiēs rex Anglos & Saxones Britanniā inuasisse, misit cū exercitu Adolphum regiæ mensæ ppositū, qui gentis audaciā repressit, acceptosq; obsides cū pluribus populi primoribus, Vormatiam ad regem duxit. Anno 790. studiū Parisiense principiū habuit, procurante Alcuino Anglo Caroli pceptore. Anno dñi 792. Carolo Ratisponę cōmorante, quibusdā Francis agentibus, conspirauit contra eū filius Pipinus, vt aliqui volunt, propter crudelitatē reginæ Fastradæ, quā nuper duxerat, q cōiuratio p Fardulfum Longobardū detecta est. Autores vero coniurationis partim gladio cæsi, partim patibulo suspensi sunt. Sunt qui ferāt Pipinū istū de cōcubina natū, nō eñ est ille rex Italiæ, eū detonsum pater in cœnobiū detrusum, ex gratia viuere permisit. Anno dñi 793. Blondo teste, Carolus post victoriam de Hunnis, vt supra scripsimus, Franconiā maioꝝ suoꝝ genitale solū prius oīm gentis suæ regnū inuisit, qua in prouincia synodum episcopoꝝ Germanoꝝ Frācorumq; in Franckfurt, missis ad hoc legatis ab Adriano papa, habita est & celebrata, q septima dicit secundū Græcos. Hoc in loco damnata est hæresis Feliciana de tollendis imaginibus, & alia quędā reipub. Christianæ necessaria tractata sunt. Eodē anno regina Fastrada morit. & Moguntiæ sepelit. Anno dñi 796. Adrianus dum religionem Christianam & libertatem ciuiū suoꝝ & vitam paupeꝝ, pupilloꝝ ac viduaꝝ acerrime tutatus esset, moritur pontificatus sui anno 23, mense 10. die 17. in basilica Petri cum gloria sepelitur.

Bellum Danicum.

Dani seu Daci.

Recuperata terra sancta

Parisiense studium.

Synodus in Francofurt.

Anno

Leo 3. papa

Anno eodē Leo 3. pōtifex creať, q à puero ita erat educatus & erudit⁹ in disciplina ecclesiastica, vt dign⁹ esset q cæteris anteferreť. Hermānus dicit eū fuisse comitē de Calu in Sueuia, vnde habuerit, nō scribit. sedit annis 20. Hic Leo mox vt ordinatus est, claues S. Petri & vexillū Ro. vrbis ad regē Carolū cū alijs muneribus misit. Missus est ad hanc rem recompensandā à Carolo Angilbertus abbas monasterij S. Richardi, vt populū Ro. per sacramentū confirmaret pontifici, simulq́ cōmisit, vt thesaurū quem Henricus dux Forijuliensis, spoliata Hunnorꝫ regia, eodē anno sibi p̄sentauerat, parte prius distributa in aulicos, pontifici dono reliquū daret. Anno dñi 797. quia pridē Cōstantinus imperator Cōstantinopolitanus multos nobiliū oculis priuauit, asseuerans illos cū Irene coniurasse, mater filij sui flagitia nō ferens, impellentibus quibusdā ciuibus, Cōstantinū captū oculis in carcerē detrusit: vbi & merito, tanq̄ sacrilegus, minimæq́ pietatis, quippe qui matrē ante relegauerat, vitā finiuit, atq; mater Irene post per quinq; fere annos imperauit. Obscuratus ferť sol eo tp̄e per dies aliq̄t, ita vt aberrarent naues in mari. Anno dñi 798. Romani pacis bono abutētes, eleuati sunt, volueruntq́ ea q̄ imperialis erāt potestatis, sibi vendicare. resistente aūt Leone, quidam Paschalis primicerij & Campuli p̄sbyteri factione freti, populū cōcitarunt. Et cum in letania maiore cū processione de Laterano ad ecclesiā S. Laurētij equo sedens pergeret, insidias à Ro. dispositas incidit. deiectus eni equo, ac pontificali amictu priuatus, multisq́ verberibus cæsus, p̄cipuā in oculis & lingua vim sensit. semiuiuus in monasteriū S. Erasmi in vincula ē missus. Verū Albini cubicularij industria custodes falles, in Vaticanū sese proripuit, ibiq́ tam diu latuit, q̄ ad Vinigisius Spoletinorꝫ dux clanculū accersitus, eū Spoletū perduxit, ne aliqua vi hostiū obrueret. Et bibliothecarius asserit Leonē in ecclesia S. Erasmi diuino nutu visum recuperasse similiter & sermonē, ac seditiosi cū in eū & Albinū sæuire nō valerent, eorꝫ domos à fundamētis diruunt & vastant. Leo papa paucos dies Spoleti moratus, ad Carolū properauit. transgressum alpes pontificē, secuti sunt seditiosorꝫ nuncij, q̄ famā illius calumnijs corā Carolo lacerarent. Sed pius rex q tunc apud Padelbrunnā Saxoniæ oppidū erat, ad Saxonū frequentes tumultus opprimendos, sunt qui scribunt eū in Franciæ oppido Heristel fuisse: hic pontificē summa acceptū reuerētia, reiectaq́ in aliud tempus disceptatione, exhortatus est vt rediret in patriā; ep̄os proceresq́ dedit, qui honesto illū ducerēt comitatu, se breui secuturꝫ pollicitus. Redeunti Romā pōtifici, clerus populusq́ ad Miluiū pontē vsq; solēnissimo apparatu obuius, virꝫ sanctissimū in vrbē introducit. Carolus aūt nō diu moratus, per Moguntiacos in Belgas, Noricumq́ in Forūiulij descendens, vbi Taruisinos graui supplicio affecit, q̄ Henricū p̄fectū occidissent: creatoq́ in huius demortui locū altero, Rauennā primo, mox Romā peruenit: vbi ordinatis p̄ loca congrua turbis, Leo stans in gradibus basilicæ cū episcopis & clero, honorifice suscepit Carolū, illūq́ cunctis psallentibus in basilicā S. Petri introduxit. Octaua exin die Carolus, quidnā voluissent Paschalis & Campuli seditiones in pontificē, discussurus, clerū & populū in basilicā S. Petri cōuocari fecit, patribusq́ & qui ex Francis & Italis aderant cōsedentibus, producti sunt qui obiecta pontifici recenserēt: tum vt se quasi absolutiores redderēt eius calumniatores, mortiferꝫ ei crimen imposuere. Verū ab oībus assessoribus vna voce responsum est, sedē apost. oīm ecclesiarꝫ caput, à nemine iudicari debere. Vnde obmissa ob tam graue responsum à Carolo cōstitutiōe, Leo pontifex qui iudiciū maxime exoptabat, suggestū cōscendens, cū nullus appareret criminis approbator, assumpto euangelio in manibus, coram oībus inuocato Trinitatis noīe, iureiurando affirmauit, se oīm rerꝫ q̄ sibi obijcerēt, insontem esse. Acta sunt hæc Idibus Decembris anno 800. Anno salutis 800. in die natiuitatis dñi, p̄habita matura deliberatione, Leo pontifex Ro. cōsiderans imperatores Constantinopolitanos ægre id nomen tueri, & ob eā rem vrbē Romā atq; Italiā magnis calamitatibus pressam, simulq́ retractans errores Græcorꝫ frequentes & inobedientiā, & occidentale imperiū quasi pro derelicto à Græcis habitū, e regione vero perpendēs Carolū Francorꝫ regē potentissimū, & optime de ecclesia meritū, qui ecclesiā ab oppressione Desiderij regis Longobardorꝫ liberauit, sicut pater eius Pipinus ab Aistulpho, sic & auus Martellus à Gotthis & Saracenis: eapropter inter Missarꝫ solennia eo die in basilica S. Petri pontifex populi Ro. cōsensu, Carolū imperatorē Rom̄. declarat, ac diademate coronat, ter acclamante populo Romano: Carolo Augusto à Deo coronato magno & pacifico imperatori, vita & victoria. Pontifex itē hominē inunxit cū Pipino filio, quē Italiæ regē solenni decreto pronūciauit. Eo die imperiū Ro. à Græcis in persona Caroli Magni translatū est in Germanos. publicā facit fidē tex. in c. venerabilē de elec. & cle. Ro. principes. Sic monarchia mundi q̄ stetit apud Græcos quingentos

Irene repetit imperiū.

Miserandus Leonis papæ casus.

Leo papa se purgat.

Carol⁹ Magnus Impe. Cæs. Augu.

Imperiū ad Germanos tralatum.

fff 2 ferme

ferme annos, residet apud Germanos nõ sine felici auspicio ecclesiæ Ro. Itaq; reliqua principis opt. gesta posthac recensebo. libet rebus nostris hic impendi paulũ operæ. Cur enim hoc in loco de natione inclyta Germanorũ, q̃ apud illustres autores legere memini laude digna, nõ pergam cõpilare, quãdoquidẽ res manet? Et si pro rei dignitate laudari debeat, inuenimus eã esse, q̃ de omni gñe laudis atq; virtutis, cũ quauis nõ modo earũ q̃ hoc tẽpore pclaræ atq; celebres habent, sed etiã cũ omni possit antiquitatis memoria contendere. Quæ eñ est natio alia sub cœlo, vbi tanta & tam syncera nobilitas, vbi tot generosi proceres, vbi tot fortissimi milites, quibus ex innata animi fortitudine cõtra hostes videt quiddã inesse quasi vitæ cõtemptus, dũ malle inueniuntur exuere hoĩem & mortalitatẽ, q̃ salutẽ fuga quærere? Quàm longa vero & lata sit Germania, q̃ religiosa, q̃ veri tenax, q̃ iusta, q̃ populosa, quãtus splẽdor vrbiũ, q̃ cœli facies, q̃ terræ vbertas, magis admirari q̃ recensere valebimus. Hæc cũ ita sint, indignissimũ iudicaui, aliarũ gentiũ gloriosa facinora compilantẽ, Germaniæ, cuius alumnus sum, pconia & laudes pterire, ceu Germanicæ virtutis inuisor: q̃d ne cõmittã, tentabo ex his quas alij sparsim cõmemorauerũt, Germanas res, q̃ad potero, vel rudi narratione in vnũ corpus redigere, nihilq; sine certo autore, q̃d cõsentaneũ rationi nõ videatur, cõscribere. Quãuis aũt iam de hisipsis nõnulla ante, & posterius gñationibus suis breuiter succinctẽq; perstrinxerimus, plenius tñ psentibus singulorũ capita aperire curabimus: & ne res cõfusa, perturbationẽ afferat legẽtibus, dicã primũ de origine noĩs, secũdo de situ Germaniæ, tertio de qualitate glebæ, q̃rto de populis Germaniæ, quinto de dignitate gentis, sexto de illustribus Germanorũ gestis, septimo exhortationem subiungã, vltimo de priscis Germanorũ moribus ponã. Recte nimirũ est à maioribus nostris institutũ, vt qua re gens quæq; maxime celebris esset, ea regioni nomen daret. Hinc & à cõditoribus suis vrbes, & ab hostibus victis sæpe nationes noĩa sunt sortitæ. Germani, ab exteris appellati sunt maiores nostri, deuictis Gallis: etsi ludere videam scriptores in huius noĩs origine perquirenda; vaniore profecto opera, q̃ si Nili caput quærerẽt. Sed est hoc nomen à lingua nostra plane alienũ, qui Tuisconũ nomine prisco appellamur, gentis autorẽ referẽtes Tuiscone Noæ filiũ, quẽ post diluuiũ cum nõnullis alijs generasse scribit. de quo Cor. Tacitus, de situ & moribus Germanorum scribens: Celebrant, inquit, Germani carminibus antiquis, q̃d apud illos memoriæ & annaliũ genus est, Tuiscone deũ terra editũ, & filiũ Mannũ, originẽ gentis conditoresq;. Testis est huius Ioh. Annius Viterbieñ. qui arborẽ facit filiorũ Noæ, nominatq; post Sem, Cham & Iaphet, Tuisconẽ filiũ Noæ, de q̃ Berosus in lib. 1. Anno, inquit, salutis humanæ ab aquis primordio sumpto, nostri maiores tpa scripserũt. nos referemus origines & tpa & reges eorũ dũtaxat, q̃ nunc magna habent. In Asia quidẽ nostrũ oĩm celsissimũ Babylonicũ, in Aphrica Aegyptiũ & Libycũ, q̃ vnum primo fuerunt, postremo in Europa quatuor nostri enumerant, Celtiberũ, *Celtæ, Kythim, q̃d illæ gentes Italicũ appellãt, & Tuisconũ, q̃d à Rheno fluuio per Sarmatas in Pontũ finit. addũt quidã etiã quintũ Ionicũ. Hæc ille. Ex q̃ etiã patet, q̃ tũ Germanorũ & Sarmatarũ vnũ fuit regnũ. addit Ioh. Viterb. in cõmẽtarijs, Notandũ esse q̃ Noa sibi in filios adoptauerit Tuisconis posteritatẽ, & ideo in eius arbore ponunt, & nõ aliorũ nepotes. In quo secundũ ipsum pcellunt Germani & Sarmatæ, qui dicunt Tuisci, Latinos & Gallos. Sarmatæ aũt populi sunt, Poloni, Gotthi, Rusci, Prutheni, Daci, & reliqui affines. Deinde Berosus lib. 4. Anno, inquit, 131. ab aquis, prima oĩm ciuitatũ fundata est Babylon. Et deinde, Babylone cõdita, Ianus pater quẽ & Noam nominãt, misit in Aegyptũ Chem, in Asiã orientalẽ Gangẽ, in Europã regẽ Sarmatię fecit Tuisconem à Tanai ad Rhenũ, iunctiq; sunt illi filij Istri & Mesæ cũ fratribus suis, ab Adula monte vsq; in Mesembriã. Deinde in quinto libro idẽ Berosus: Anno, inquit, 6. Semiramidis, apud Rheni Sarmatas regnauit filius Tuisconis Mannus. Hinc Ioh. Viterbieñ. putat dictos Alemãnos. Deinde Berosus eodẽ libro: Sub Nino filio Semiramidis apud Tuiscones Ingæuon regnat. Deinde eodẽ libro: Sub Aralio rege Assyriorũ septimo, apud Tuiscones regnabat Hermion vir ferox armis. Deinde eodẽ lib. Berosus: Sub Baleo 8. rege Assyriorũ, apud Tuiscones regnat Marsus. Deinde sub x. Assyriorũ rege Belocho, apud Tuiscones regnauit Gãbriuius vir ferocis animi. & aliqui existimãt illũ primũ qui coronã totius Germaniæ cõsensu pertulerit. Gambriuius eñ Latine interpretat coronatus, secundũ Ioh. Viterb. Deinde secundum Berosum: Sub Baleo xi. rege Babyloniæ regnauit apud Tuiscones Sueuus, à quo Sueui dicunt à quibusdã appellati. Deinde Berosus: Sub Altada xij. rege Assyriorũ, apud Tuiscones regnauit Vandalus. Sub Mamito xiij. rege Babyloniæ regnat apud Tuiscos Teutates, & secundũ Ioh. Viterb. Teutates Mercurius Germanorũ extitit, q̃ sacrificijs ritus indi-

Laus Germaniæ.

Origo noĩs & gẽtis Germaniæ.

Tuisco.
Mannus.

Alemannus
Ingæuon.
Hermion.
Marsus.
Gãbriuius rex.
Sueuus.
Vandalus.
Teutates.

indidit, quibus cõsonat illud Lucani in primo: Et quibus immitis placat sanguine diro Teutates, horrensq́ feris altaribus Hesus. ab hoc & Teutones dicti sunt. Sub 14. rege Assyriorum, Mancaleo regnauit apud Tuiscones, Hercules Alemannus, anno regni illi⁹ xij. & ob id forte, teste Cornelio, Germani ituri in prælia, Herculẽ canũt. Et tñ de regibus Germanorum, quorum Berosus meminit. Cõcordat in multis Cor. Tacitus in li. de situ & moribus Germanorum, q nominat Tuiscone, Mannũ, Ingæuones, Hermionas, Istæuones. subiungit, Quidã aũt licentia vetustatis plures *deo ortos, pluresq́ gentis appellationes, Marsos, Gambriuios, Sueuos, Vandalos affirmãt, eaq́ vera noia. Cæterum Germaniæ vocabulũ recens & nuper additũ, qm̃ qui primi Rhenũ transgressi, Gallos expulerũt, nunc Thungri, tunc Germani vocati. Adstipulatur Cornelio Strabo in sua geographia lib. 7. Statim, dicens, trans Rhenũ regionẽ ad ortũ vergentẽ, Germani colunt, nationẽ Gallicã paulisper imitantes forma, moribus & viuẽdi ritibus, quales Gallos dicimus. Ideo Romani hoc illis nomen indidisse iure mihi videntur, perinde ac oẽs fratres* Gallis eloqui voluerint. Hęc ille. Volũt hi scriptores sub Ro. Teutonicos esse dictos Germanos, & sic recẽs nomẽ fuerat. Quando vero eis nomẽ sit inditũ, cõpertũ nõ habeo, cũ Iulius Cæsar transiens in Gallias, tũ inuenisset cis Rhenũ Germanos incolere, inquisitione facta de eorum statu, repererit Rhemis narrãtibus, plerosq́ Belgas ortos à Germanis, Rhenũq́ antiquitus traductos, propter loci fertilitatẽ ibi cõsedisse, Gallosq́ qui ea loca incolebãt, expugnasse, solosq́ esse qui patrũ, vt aiebãt, nostrorum memoria omni Gallia vexata, Teutones Cimbrosq́ intra fines suos ingredi prohibuissent. Hæc ille, ex cuius dictis luculẽter patet, nomẽ Germanorum etiã tpe C. Iulij Cæsaris recẽs nõ fuisse, cũ suo tpe quærẽti respõsum sit, Germanos tũ Gallijs immorantes, antiquitus Rhenũ trãsisse. Sed & Germani tpe q̃ Brennus vrbẽ Romã incẽdit, circa annũ sexagesimũ supra trecentesimũ ab vrbe cõdita, fuerũt in Italia. autor est T. Liuius primę decadis lib. 5. vbi scribẽs de Gallis, qui fere ducẽtis annis ante vrbẽ incẽsam partes Italiæ occupauerãt, à quibus hæc portio cisalpina Gallia dicta est, inquiẽs: Alia subinde manus Germanorum, Elitouio duce, vestigia priorum secuti, cũ transcendissent alpes, vbi nũc Brixia & Verona vrbes sunt, locos tenuere, & ibi cõsidũt. q̃d factũ reor sub Prisco Tarquinio. Cõcordat in hoc Got. Viterb. qui in illorum gestorum ordine ait:

Iã quasi quingentis tẽpus defluxerat annis, Cũ sua Germanis inflixit bella Sicamber,
Amodo Germani cupiũt de more vocari, Moribus & lingua cũ Teutonicis variari,
Progenies Priami Germanica noĩa quærit.

Consentit Carinus in historia de origine Mediolani, & eũ recitat Bergomeñ. in supplemẽto chronicon, ex qbus clare patet, si nomẽ Germaniæ tpe Cor. Taciti recẽs fuerit, aut à Rom. impositũ respectu Gallorum, vt Strabo voluit, cũ antea ex pmissis Germanæ gentis nomen inueniatur fuisse celebre. Non tñ irem inficias, à Tuiscone Tuitschen vulgo dictos, & nois ratio cõuincit, sicut à Teutone rege Germanorum Teutonia, dũmodo verũ sit, Germaniæ tam celebre nomen, esse antiquissimũ nec recenter inuentũ. Habet eñ Germania plura noĩa, vt pleræq́ nationes aliæ, & Italia plurima habet noĩa. Nec quadrat ꝙ aliqui scripserunt sine probato autore, Germanorum appellationẽ apud Gallos sumpsisse exordiũ, narrantes ꝙ post Troianã cladẽ Aeneas & Priamus Magni Priami nepos, peragrantes venerint in Italiã, in qua Aeneas cũ suis regnũ instituit, Priamus vero transiuerit in Galliam. Illos Gallos q supra Rheni littus tũ morabantur, expulit, munitiões ædificans & castra, Troiã videlicet, q̃ nunc Xanthũ dicitur, & Voconiã, q̃ nunc Bonna appellatur, tandẽ regni sedẽ apud Treuiros cõstituens. Exercitus aũt Aeneæ q in Italia remanserat, istis populis Priami, qui eã Galliæ partẽ occupabant, scribens, germanos eos appellabat, eo ꝙ illi & isti de Troianorum germine processissent. Postea vero cũ hi Germani multiplicati essent, miserunt partẽ exercitus trans Rhenũ in Thuringiã, ibi etiã regnũ instituentes: & propterea successu tẽporis, Teutonici tanq̃ à digniori, etiam se Germanos vocabãt. Postremo cũ Ro. regnũ esset dilatatũ, venit Iulius Cæsar cũ Ro. Germaniã quæ proxima est Gallis, subijciens occupauit, antiquã germanitatẽ inter Ro. renouando. Pulchrũ inuentum, sed pace salua, cum examinatur, inuenitur esse fabulosum, nec aliqua veterũ autoritate fultũ. legãt summũ autorẽ C. Iuliũ in cõmentarijs lib. 2. vt supra tetigi, inueniẽt eũ pmissa solerti inquisitione de Germanis, qui tũ in Gallia morabant, cõperisse Rhemis narrãtib⁹, eos Germanos antiquã ex Germanis originẽ duxisse, Rhenũq́ transgressos olim, ibi cõsedisse, & Gallos q ea loca incolebãt, expugnasse. Adde priscos probatæ fidei autores, Strabonẽ, Egesippũ, Cor. Tacitũ, Clau. Ptolemæum, Paulũ Orosiũ. Quid, q̃so, pdicti vetustatis autores aliud volunt, q̃ Rhenũ limitem semp fuisse inter Galliã & Germaniã, & ꝙ Germani oẽs qui Galliã incolũt, à transrhenana Germania originẽ trahãt? Sic Solinus in collectaneis de Germania scribens ad

Hercules Alemãnus.

Germani Gallorum fratres.

Vnde cisalpina Gallia.

Tuitschen.

Augustum: Succinus, inquit, ingens initiũ Germaniæ facit. hunc Ingæuones tenent, à quibus primis post Scythas nomẽ Germanicũ cõsurgit, diues viro℞ terra, frequẽs populis, extendit inter Hercyniũ saltũ & rupes Sarmata℞. vbi incipit, Danubio: vbi desinit, Rheno perfundit. Hæc ille. Et de Ingæuonibus Pliñ. in 4. lib. ca. 13. ait: Incipit inde clarior aperiri fama ab gente Ingæuonum, q̃ est prima * inde * Germaniæ * Seuo, mons ibi immẽsus, nec Riphæis iugis minor, immanẽ ad Cimbro℞ vsq; promontoriũ efficit sinũ, qui Codanus vocat, refertus insulis, qua℞ clarissima est Scandauia, incõpertæ magnitudinis, & plura q̃ gentis nostræ descriptionẽ probant. Germania, Europæ regio est nobilis, & maxima post Scythiã inferiorẽ, à Danubio intra Rhenũ fluuiũ Oceanũq; cõclusa, Clau. Ptolemæus autor est, & Cor. Tacitus in lib. de situ & moribus Germano℞: Germania, inquit, oĩs à Gallijs, Rhetijsq; & Pannonijs, Rheno & Danubio fluminibus, à Sarmatis & Dacis, mutuo metu aut montibus separat. cætera Oceanus ambit, latos sinus & insula℞ immẽsa spatia cõplectens, nuper cognitis q̃busdã gentibus ac regibus, q̃s bellũ aperuit. Hęc ille. Hi fines Germaniæ, vt veteres voluere. Nunc quantũ extra hos terminos vagati sint Germani, & adhuc possideant, ea cõditione, vt se aliud ab his esse genus refutent, nõ obscure intelligere possumus. Rhetios eñ, Vindelicos, Noricos & superiorẽ Pannoniã, hoc est, Austriã, alpes, partẽq; Illyriæ & vsq; ad Tridẽtina claustra Germani obtinẽt, Belgarũ fere tota natio quondã Gallici iuris, oĩsq; Rhenus in nomen Germaniæ linguãq; cõcessit, vt iã se Gallos dici nesciant: si audiant, indignent. Heluetij q̃q; in Germaniæ nomẽ & linguã tp̃e labẽte trãsiere. Itaq; Gallię transalpinæ magnã partẽ Germania sibi vendicauit. Pruthenos gentẽ ferocissimã & idolis deditã, intra trecentesimũ annũ ex manibus infideliũ nobiles illi fratres Teutonici ordinis B. Mariæ virginis, vi & armis detraxerũt, vbi & lingua Teutonica introducta est, & Christi cultus genti imperatus. Vnde habita, vt sic, cõparatione ad primæuã Germaniã, inueniet ꝙ plus fere nacti sunt Germani, q̃ intus habebãt. Germaniã eñ eatenus extenderũt, quatenus sermo Germanicus inuenit extensus. De qualitate terræ Germano℞ scribunt non diuersa modo, sed & aduersa. Anneus Seneca in lib. de gubernatiõe mũdi: Germania, ait, & quidquid circa Istrũ vagarũ gentiũ occupat, perpetua illos hyems, triste cœlũ p̃mit, *maligne solũ sterile sustentat, imbrẽ culmo aut fronde defendunt incolæ, sup durata glacie stagna prosultant, in alimẽtum feras captant, nulla illis domicilia, nullæq; sedes sunt, nisi quas lassitudo in diem posuit. vilis, & hic quærẽdus, est victus, horrẽda iniquitas cœli, intecta corpora. Hæc ille. Nõ multum dissimilia refert Cor. Tacitus. Quis porro, inquit, p̃ter periculũ horrẽdi & ignoti maris, Asia aut Aphrica aut Italia relicta, Germaniã peteret informẽ terris, asperã cœlo, tristẽ cultu adspectũq;, nisi si patria sit? Et paulo post: Terra, inq̃t, etsi aliquãto specie differt, in vniuersum tñ aut syluis horrida, aut paludibus fœda: humidior, qua Gallias: ventosior, qua Noricũ ac Pannoniã adspicit, frugifera℞ arbo℞ impatiens, peco℞ fœcunda, sed plerũq; improcera. argentũ & aurũ propicij an irati dij negauerint, dubito. Eidẽ sentẽtiæ Strabo accedit. Quis, q̃so, ad hęc audita nõ stupeat, aut saltẽ nõ arbitret ea esse cõficta, cũ apud alios autores legat passim, oculisq; cõspiciat, q̃ vero sint cõsentanea? vbi beata amœnitas visitur, cœli clementia, campi fertilitas, sunt & colles aprici, nemora opaca, frumẽtorum abundantia, vitiferi mõtes, clarissimi amnes, Rhenus, Danubius, Albis, & aliàs riui lympidissimi, totã terrã rigãtes: sunt, fontes dulcis aquæ, sunt & thermæ calidæ, sunt mineræ salis plurimę, metallorũ item fertilitate nullis terris cedit, vniuersa & Italia, Gallia, Hispania, argẽtum quasi omne ex Germaniæ negociatoribus habẽt, metallaq; nõ parum multa, nec auro est priuata. Quod si hodie prisco℞ resurgeret aliquis, & oculis intima regionis p̃spiceret, videret quãta esset loco℞ salubritas, cœli humana tẽperies, vbertasq; soli, vini, frumẽti quãta copia, arbo℞ cõsitiones, qui splendor vrbiũ, templorũ sacra & erga Deum religio, vrbanitas ciuium, vestitus hoĩm, rei militaris peritia, apparatus bellicus, cæteraq; ornamẽta Germanorum, nobilitasq; q̃ syncera, profecto (vt reor) nõ diceret terrã informẽ, asperã cœlo, tristẽ cultu. videret sane, q̃ verũ sit tritũ illud, ꝙ sæpe bona materia cessat sine artifice. Qñquidẽ Liuius in 9. Sylua, inquit, erat Ciminia, tũ inuia magis atq; horrẽda, q̃ nuper fuere Germanici saltus, nulli ad eã diẽ ne mercatorũ quidẽ adita. eã intrare haud fere quisq̃ p̃ter ducẽ audebat. ostẽdit pariter circa Mutinã Bononiãq;, & proxima loca totius Italiæ nũc amœnissima, syluas oĩa obtinuisse. Itaq; C. Iulius Cæsar in cõmẽtarijs: Fuit, inquit, tẽpus qñ Germanis vita oĩs in venationibus & studijs rei militaris cõsistebat, maximã partẽ victus in lacte, caseo, carne & pecore habebãt: q̃ res & cibi gñe, & quotidiana exercitatiõe, & libertate vitæ, ꝙ à pueris nullo officio aut disciplina assuefacti, & ꝙ nihil oĩno cõtra voluntatem faciant, & vires

Latitudo Germaniæ.

Germania culta & fertilis.

Metalla.

vires alit,& immanẽ corporis magnitudinẽ efficit.agriculturæ paꝝ studebãt, nec eñ quisq̃ agri modũ certũ aut fines habebat,sed magistratus & principes in annos singulos,gẽti cupiã hoĩm q vnà coierãt,q̃tum ei & q̃ loco videbať, agri tribuebat. Cuiᵘ rei multas afferebãt causas,ne assidua agri colendi cõsuetudine capti,belli gerendi studiũ intermitterẽt,ne latos fines parare studerẽt,potẽtioresq; humiliores expellerẽt,ne accuratius ad frigora atq; æstus vitandos ædificarẽt, atq; orireť pecuniæ cupiditas, q̃ ex re factiones diuisionesq; nascunť,vt animi æquitate plebẽ cõtinerẽt,cũ suas q̃sq; opes cum potẽtissimis æquari videret.Hæc ille in primis de Sueuis cõmemorat.Porro si de industria & solo virtutis amore prisci Germanoꝝ ppľi terrã reliquerũt ociosam,quæ vbi postea cultores nacta est idoneos,locupletissime rñdit cultoribus,protulitq; fructᵘ multiplicatos,non recte iniq̃tas cœli aut glebæ sterilitas insimulari debuerat,nisi forte ex reuolutione cœli mutationes in regionibus fieri arbitremur, vel ꝙ Deus in hoc humanaꝝ reꝝ fragilitatẽ ostendere velit.vt nihil tam conspicuũ,tam florens sit apud mortales,q̃n non aliq̃n deficiat & in nihilũ redigať:rursum & q̃ sunt despecta vel infœcunda,erigat,oĩmq; reꝝ affluẽtia cõdonet. Nam plurimas accepimus regiões & in Asia & Africa iam esse desolatas,vbi q̃ndam florẽtissimus fuit ager.illa eñ magna Babylon,gloriosa in regnis,superba ac inclyta,iuxta Esaiæ vaticiniũ,sine spe reparationis sirenaꝝ facta est delubrũ,domus draconũ & latibulũ serpentũ.Aegyptus q̃q; magna ex parte inhabitabilis narrať & inuia. ager vero Germanicus teter q̃ndã & informis,mitior factus,oĩm reꝝ ad vsum humanũ necessariaꝝ fœcũditate,nulli(vt reor)est secũdus:& q̃nq̃ nõ me latet,id à multis improbatũ iri,cõsiderantibᵘ Asiã,Africã,Italiã & si q̃ sunt alia fortunata loca, At ego cũ Plinio terrã iudico optimã,q̃ suis bonis contẽta,aere salubri fruiť,ea nimiꝝ est Germania. Nã etsi regiõibᵘ alijs mitior est hyems & fructus nobiliores,minus tñ æstus tẽperatus est,vnde & frugũ corruptio, adde animalia venenosa,& alia ad humani gñis pniciem intẽtissima:difficile erit iudicare,q̃ cui puincia sit cõparanda vel anteferenda. De antiquis Germanoꝝ populis Cor.Tacitus lib.de situ Germaniæ,credere se dicit,eos indigenas esse,minimeq; aliaꝝ gentium cõnubijs,aduentibᵘ & hospitijs mixtos.rõnẽ dicit,q̃a nec terra olim,sed classibus aduehebanť,q mutare sedes q̃rebãt,& immẽsus vltra Oceanus ac aduersus, raris nauibᵘ adiť.Tum q̃s porro,inq̃t,p̃ter piculũ horrendi & ignoti maris,Asia & Africa aut Italia relicta,Germaniã peteret,informẽ terris,asperã cœlo, tristẽ cultu & adspectu, nisi patria sit? Et paulo post: Ipse, inquit, eoꝝ opinionibus accedo, qui Germaniæ ppľos nullis aliaꝝ nationũ cõnubijs infectos,propriã & syncerã, & tñ sui similẽ gentẽ extitisse arbitranť,vnde habitus q̃q; corpoꝝ, quanq̃ in tanto hoĩm numero idem oĩbus, truces & cerulei oculi,rutilæ comæ, magna corpora, & tñ ad impetũ valida, laboris atq; operꝝ non eadẽ patientia,minimeq; sitim aut æstũ tolerare, frigora atq; inediam assueuerũt.celebrãt hi carminibus antiquis,quod vnum apud illos memoriẹ atq; annalium genus est,Tuisconem deum terra editum, & filium Mannum, originem gentis conditoresq;.Manno tris filios assignant,e quorum nominibus proximi Oceano Ingæuones,medij Hermiones,cæteri Istæuones vocantur.Et sic Cornelius tria dicit esse genera Germanorum.quid Berosus sentiat,supra scripsimus.Plinius vero in naturali hist.lib.4.Genera,inquit,Germanorum sunt 5.primum Vindelici,q̃rum partes sunt Burgundiones,Varini,Carini,Guttones:secũdum genus Ingæuones,q̃rum pars sunt, Cimbri & Teutoni à Chaucorum gente:proximi aũt Rheno Istæuones,q̃rum pars sunt Cimbri mediterranei:q̃rtum genus Hermiones,q̃rum pars sunt Sueui, Hermunduri,Catti,Cherusci:quinta pars,Peucini,Bastarnæ contermini Dacis.Hæc ille.Orosius vero refert,vniuersam Germaniam 54. gẽtes inhabitare. hinc est forte,ꝙ Strabo ante illos multos memorat populos,& multo plures post eum Cor.Tacitus,nec pauciores Cl. Ptolemæus. Quod si quis Germanorum scriptor testificaretur noĩa talia populis Germaniæ fuisse,qualia hi memorãt, admirarer vehementer, q̃ pacto ea nomina aboleuissent, ꝙ fere nulli nomen suum supersit. Et quod magis mirum est,cum supra 4.& 50.populi memorentur nominibus distincti,ꝙ nemo inuenitur qui dicere potest regionis suæ nomen,vel q̃n aliud nomen vsurpauerit,perpaucis exceptis.Illud etiam non minore admiratione dignum, ꝙ tanti autores ita variant,& paucissimos populos ex his noĩari videmus apud vnum, q̃s noĩauerit alter, cum tñ intra 30.supra 100.annos scripserint,Strabo sub Tiberio, Tacitus sub Traiano, Ptolemæus sub Antonino Pio. Memorat Strabo inter Germanas gentes,Bructeros, Sueuos, Colduos, Marcomannos,Luios,Zumos, Butones, Mugilones, Sibinos, Senones, Sicambros, Cattos , Gambriuios , Cattuarios , Chaubos, Cimbros , Caulcos , Campsianos , Bisurges , Cheruscos , Catiscos , Ampsanos , Chenis cos , Landos , Subattios , *Heumun-

Rudis primũ Germanoꝝ vita.

Germaniæ populi.

munduros,Boios:hæc Strabo.Cornelius item Cattos,Vſipetes,Tecteros, Bructeros, Friſos,Angriuarios,Dulgibinos,Thaſuarios,Chaucos,Cheruſcos, Cimbros,Sueuos, Longobardos,Reudingos,Anglos,Auionos, Varinos, Eudoſos, Suarnos, Nuithomos,Hermūduros,Nariſcos,Marcomānos,Quados,Marſignos,Gotthos,Oſos,Buros,Ligios,Arios,Heluetionas,Mānumos,*Gelyſios,Noharualos, Rhugios,Lemonios,Suiones,Venetos,Fennos,Vādalos:Hæc Corne. Multo his diuerſa Ptolemæus recēſet.Quis,q̄ſo,ad tantā ignotoꝝ noīm congeriē non moueat,ſi ſit Germanus?ſed cum p tpa q̄bus vocabula hæc gentiū in vſu fuiſſe ſcribunt,nemo adhuc ex Germanis inueniat Latinæ linguæ opam nauaſſe,(nam & literaꝝ ſecreta,ſi Cornelio credimus, Germani viri pariter & mulieres ignorauerūt,cum Galli,autore Iulio, priusq̄ Rom. ſubijcerent imperio,nullas ſciuiſſe aut vidiſſe literas ferant,niſi q̄s Græci aduenæ pro miraculo habitas pauculas oſtendiſſent) cōſequēs eſt ergo, populis Germanoꝝ vel à Græcis vel à Latinis indita fuiſſe hæc noīa.q̄s vero ignorat,vt de Gręcis taceā,ꝙ Itali q tum Latinā linguā introducebāt,& q nūc ſunt,linguā Germanicā in multis etiam vbi diu inſudauerint,raro bñ pnunciāt? Vera aūt noīa puinciarum Germaniæ, hodie ſunt hæc:in capite Danubij & Rheni,eſt Sueuia,aliàs dicta Alemania,& cōprehendit ſub ſe Rhetiā.Heluetia,quā Suitēſes & cōfœderati occupāt,Alſatia,Lotharīgia, q̄ eſt ſcd̄m Bar.de pprietatibus q̄ſi vltima Germaniæ puincia.Rhenēſis puincia,Brabantia, Selādia,Hollādia,Friſia, & ſcd̄m aliq̄s Flādria,Dacia,Saxonia,Thuringia.Haſſia,Myſia.Vueſtualia,Franconia,Bohemia,Morauia,Marchia,Pruſſia,Liuonia,Pomerania, Schleſia.Polonia,Bauaria,Auſtria,Styria,Carinthia,Atheſis.Inſup Gregorium 3.miror tam varijs vſum noībus in epiſtolis ad Germaniæ p̄ſulem Bonifaciū, cum ea q̄ pſcripſimus,illo etiam tpe fuerint in vſu.

Imperij ad Germanos tralatio.

Magna admodū & venerāda dignitas Germanoꝝ,apud q̄s reſidet monarchia mūdi Ro. imperiū, de q̄ Innocētius tertius,extra de elec.in c.venerabilē,ſcribēs,aſſerit Ro.impiū à Græcis in pſona magnifici Caroli in Germanos eē trāſlatū.cōcord.Cle.Rōani prīcipes de Iur.iur.pq̄ iura merito ſilentiū imponeret cōtendētibus trāslationē imperij factā fuiſſe primū in Gallos aut Francos.cōtra quos ſufficere debet ſacris canonibus atteſtari impium translatū eſſe in pſona Caroli in Germanos.Nec ſine myſterio hoc factū videt,& ad tollendā oēm ambiguitatē ita fuit exprimendū:q̄d ita claꝝ fiet: Carolus eñ Magnus tēpore trāslationis rex fuit nō ſolum Galliæ,ſed & Germaniæ: & id eſt indubitatū, & licet vtriuſq; regni rex fuerit,a neutro tamen regno appellabat,ſed Carolus rex Francoꝝ dicebat,q̄d idē erat, acſi noīatus fuiſſet rex Germaniæ & Galliæ.nam claꝝ eſt,ꝙ eo tēpore oīs Gallia tranſalpina & etiā Germania à mōtibus Pyrenæis vſq; in Pānonias, Frācia dicebatur. Illa,id eſt,Germanica Frācia, oriētalis:altera,id eſt,Gallicana Frācia,occidētalis:in q̄ veræ hiſtoriæ cōcordāt oēs. Eſt etiā ſciendū,ꝙ Germania tūc eatenus ptendebat,q̄tenus ſermo Germanicus:Gallia vero,q̄tenus Gallicanus, hoc eſt, à Britānico mari vſq; ad Moſam fluuiū.His itaq; tanq̄ veris p̄miſſis,clare patet,ſi in translatione Galli fuiſſent expreſſi,Germani fuiſſent excluſi,q̄d non erat de mēte trāsferētis:ſi vero facta fuiſſet mētio Francoꝝ,tunc qa Francia cōprehēdebat Galliā ſimul & Germaniā,prout dictū eſt,trāslatio facta fuiſſet in duo diſtincta regna & diuerſaꝝ linguaꝝ, q̄d nemo laudare poſſet,qa fuiſſet ſeminariū diſcordiaꝝ.ideo vt tolleret oīs ambiguitas,trāslatio facta eſt in Germanos,vt ſic Gallici occidētales Frāci,ſcirēt ſe excluſos.facit p hoc etiā canon de conſe.diſt.i.q dicit,Teutonicis cōceſſum regnū eccleſiæ.p̄dictis nō obſtat,ſi q̄s diceret Carolū fuiſſe Gallū,& ꝙ in ipſum & poſteros ſuos translatū ſit imperiū,apud q̄s durauerit in ſeptē gn̄ationibus.Nam clare cōſtat ex chronicis,Carolū fuiſſe Germanū,in Germania natū,ſedē habuiſſe, & ſepultū. natus eñ inuenit in Ingelhem haud lōge à Mogūtia,q̄d ſatis colligit ex hiſtoria Francoꝝ & Euſebij.Legit etiā in Spe.hiſto.ꝙ Carolus 12.vētis impoſuit noīa,& 12. mēſibus iuxta ppriam.i.Teutonicam linguā.Sed ſi dicat ꝙ fuerit Gallicus,quia in Belgica Gallia natus, q̄ nūc Germania dr̄,illud tñ veꝝ eſt,ꝙ imperiū non fuit trāslatū in eum,ſed in pſona ſua in Germanos, put hoc dicūt ſacri canones.nec etiā veꝝ eſt,ꝙ oēs poſteri Caroli,impatores fuerint Gallici.nam ſicut Carolus Germanus fuit,ita & filiꝰ eius Ludouicus Pius, ita & Lotharius Ludouici Pij filius,cui in imperio ſucceſſit Ludouicus ſecundus. ille forte vel in Italia aut Gallia fuit natus.Sed eo mortuo, ſucceſſit in imperio Carolꝰ ſecūdus, q natus fuit in Germania ex Ludouico Pio & Iuditha Guelfi Teutonici filia.eo defuncto,puenit ad imperiū Carolus tertius,q fuit Ludouici regis Germaniæ filius,à q̄ Alemaniæ.i.Sueuiæ fuit rex deſignatus.Huic ſucceſſit Arnulfus filius Carolomāni,q Arnulphus fuit rex Germaniæ,ſedē habēs in Ratiſpona,poſt cuiꝰ Arnulphi mortē Ludouicus filius eius Germaniæ rex,imperiū obtinuit,prout in Spe.hiſt.& in Francoꝝ hiſtoria

storia aliisq; canetur. Quo in tempore aliqui inuaserũt imperiũ in Italia, quorum vnus Berengarius tyrannus, à quibusdam ciuibus Veronensibus nocturno tẽpore fuit intro missus sub anno dñi 905. vbi tunc Ludouicus nil tale metuẽs, captus est, oculisq; priuatus. eo breui mortuo, electus est à Germanis Cunradus primus, filius fratris Ludouici tertij, secundũ veriores historias, cum defecisset genus Caroli in Germania, & sic clarum est, quod in Gallos non fuit imperiũ translatũ, sed nec in Frãcos occidẽtales, quanquam historia Francorum dicat imperiũ Ro. translatũ fuisse ad reges Francorum, & quod post hoc fuerit translatũ de regibus Francorum in Germanos in persona Othonis primi, de quo habetur 63. di. c. in synodo, qui cõtradicũt in hoc talia scribẽtes sacris canonibus, nisi intelligant loqui de Frãcis orientalibus, qui veri sunt Germani, in illos & Frãcos Germanos trãslatio facta est. Et secũdũ hoc intelligenda est glo. in c. Ego Ludouicus 63. di. quæ dicit notandũ, imperiũ prius fuisse Francorum, sed postea Teutonici virtutibus suis illud promeruerũt. Carolus enim & imperatores in linea gñis sui fuerunt reges Francorum, quibus deficiẽtibus in Germania, peruenit imperiũ ad Saxones, qui Teutonici fuerũt, hoc est, Germani. Per hoc non sequitur, quod de nouo trãslatũ fuerit in eos, cum prius apud Germanos non solũ tpe Caroli Magni fuit, sed etiã tpe posteritatis eius & sequentiũ in imperio Germanorum: quia vt dixi, nõ in Carolũ, sed in persona Caroli in Germanos trãslatũ fuit. sic etiã finaliter obtinuit tam de iure, quàm de cõsuetudine, vt probant textus in c. venerabilẽ & cle. Romani alle. Et licet Itali receperint Berengarios, Hugonẽ Arelateñ. comitẽ, filium ipsius Lothariũ siue Rodulphũ Burgũdiæ regẽ, tñ oẽs isti, veritate inspecta, tyrãni & inuasores imperij, non imperatores possunt dici, cum Germani principes nõ obmiserint tũc imperatores eligere. Cõstat aũt de iure, quod electus in regẽ seu imperatorẽ Ro. à Germanis, põt statim ex ipsa electione licite nomẽ regis Ro. assumere. & Aquisgrani inungi, iura & bona imperij administrare, de quo glo. & cõmuniter doc. in cle. Romani de iur. iur. & ita etiã seruatur. Elegerũt aũt Germani prĩcipes post mortẽ Ludouici tertij Cunradũ primũ, anno dñi 913. eo mortuo, elegerũt Henricũ primũ, anno dñi 920. quo defuncto, electus est Otho primus, anno salutis 937. qui tyrãnos & imperij inuasores penitus eliminauit. nec mirum cuiquam videri debet, si Ro. põtifices illis tpibus quoscunq; occurrentes admiserint, cum (vt scribit Platina) pontifices illius tpis à vestigijs B. Petri multũ discessissent, & quod resp. Christiana ignaros & desides prĩcipes habuerit. horror enim est audire, quàm multa perperam per 28. ferme pontifices sint admissa. Sed sunt qui scribunt Henricum, qui factionis Italicæ tempore est electus, à pontifice approbatum fuisse. Et videtur mihi ad hoc tex. 63. dist. vbi est cõstitutio primi Henrici & primi Othonis cum Ro. põtificibus sic, vt nullus nostrorum cuiuscunq; impeditionis argumentũ in electione Ro. pontificis cõponere audeat, oĩno prohibemus. Hæc constitutio non potest loqui, nisi de Henrico primo Othonis patre, & ego credo hãc cõstitutionẽ præcessisse canonem 63. di. in synodo, referendo singula singulis. Habito aũt pro constanti quod imperium Ro. à Græcis translatũ fuerit in Germanos, prout etiam sacris canonibus est firmatum, restat adhuc bellum intestinũ inter Germanos, ex eo quod aliqui scribunt translationẽ non fuisse factã in oẽs Germanos, hoc est, cis & vltra Rhenũ, sed solũ in Germanos Francos, per quos volũt intelligere Germanos, Rheno duntaxat adiacentes, quibus in locis (vt ipsi referũt) primi electores, archiepi Coloniensis, Treuereñ. Moguntineñ. & comes Palatinus Rheni, sunt cõstituti, & hoc à Carolo de mãdato Romani pontificis. reliqui enim Germani secundum eos rudes sunt & incompositi, quasi imperio non digni. hoc quàm inuidiosum sit, nemo est qui non intelligat. an Germaniam, quæ post Scythiã inferiorem à Danubio inter Rhenum fluuiũ Oceanumq; cõclusa, immo tẽporibus trãslationis imperij trans Danubiũ vsq; in Italiã pedem extenderat, non habuit hoĩes cõpositos, aut imperio Romano dignos? Ignorãt ne, sacris canoĩbus sine oĩni distinctiõe scriptũ & declaratũ, imperiũ Romanũ in persona magnifici Caroli in Germanos fuisse translatũ? & quod temerariũ sit ita sapere, Deus ostendere voluit cõmentũ hoc non valere, cum videamus contrariũ re ipsa obtinuisse. nec etiam, reor, probari potest, Carolũ, mandãte Leone papa, cõstitutionem aliquam fecisse, quod Moguntiñ. Treuereñ. Colonieñ. archiepi, cum comite Palatino Rheni debeant imperatorẽ eligere. concedamus aũt quod ita sit, imperium tñ Romanum non in illos translatum est, sed sine oĩni distinctione in Germanos: quod & euẽtus docet, & oĩe ius, & ratio simul & cõsuetudo. Quis dubitat inter priscos Germanorum populos fuisse non parum multos, qui suis tẽporibus gloria rerum gestarum insignes & præclari extitere, cum quibus fama simul extincta est propter inopiam scriptorum, qui gesta oratione vel carmine illustrarent? in quo nihil aliud quàm naturam, accusandum censeo, quæ de industria quasi videtur humanæ perfectioni inuidere, quoniã ex Germanis qui egregia facerent, reperti sunt innumeri: qui cõscriberet, nullus.

Berengarij imperij inuasores.

Ad quos Germanos tralatum sit imperium.

Germanis nõ aĩos olĩ, sed scriptores defuisse.

nullus, sed qa abscondi non poterat ciuitas sup montē posita, hoīes externi vel admiratione ꝑmoti, nō passi sunt eaꝝ reꝝ, q̄ digna immortalitate essent, memoriā penitus interire: q̄rum ꝓfecto testimoniū tanto p̄ualet autoritate, q̄to ab om̄i suspicione affectionis fuerūt alieni. Illis ꝓinde haud vulgaris à nobis (vt reor) gratia debet̄, p q̊s cōsequmur, etsi non de integro Germanoꝝ egregia opa, saltē partē teneamus. Inclytæ igitur natiōis Germanicæ opa, q̄ fuerint magnifica & excelsa, haud multa arbitror indigere ꝓbatione, apud eos p̄sertim, q non sunt historiaꝝ penitus ignari. Quis em̄ nescit Cimbros Germanā gentē, Græcoꝝ Latinoꝝq́; literis celebratā, q (vt Strabo post Possidoniū memorat) diu ante vrbem conditam euagati vsq; ad paludes Mæotidas, suæ expeditiōis monumentū Cimmerium Bosphoꝝ reliquere, (nam Græci Cimbros vocant Cimmerios) audacterq́; traiecto Bosphoro, ad Ioniam vsq; terrā discursarūt?

Cimbroꝝ Ger. gloria.

Brennus Germ.

Anno ab vrbe condita 364. Senones potentissima Germanoꝝ manus, Brenno duce, inuaserunt Italiam. fuere ex his p̄cipui Sueui, q̊dam natiōis fœdere cum Brenno copulati. vix em̄ eum e Britannis illis ortus sui ꝓpaginem accepisse crediderim, etsi Anglos tenuerit & Gallos. Senonibus gessatis Sueuisq́; iniuriam à Romanoꝝ legatis acceptam, vindicaturis, Fabius COS. occurrit ad Alliam. cæditur vnà cum om̄i pene Romana iuuentute. Properant ad vrbem Senones, eam vastant, incendunt, diripiunt vndiq;. Capitolium fatis aiunt magis q̄ armis seruatum esse. & perierat tum Romana virtus, nisi Furij Camilli pietas intercessisset, qui abeūtes Gallos insecutus vicit, spolia opima ab hoste retulit, manētis scilicet imperij spem. vide quæso lector, q̄ de hac re supra conscripserimus. Quid de his qui Rhenū transgressi, Gallos expulerunt, referam? quid de Cimbris gēte Germanica, q Illyricū populati, alpes trāsierūt? Fuit illa colluuies & Teutonum & Tigurinoꝝ ac Cimbroꝝ, à q̄bus Papyrius Carbo consul cum exercitu fusus est, deinde Iunius Syllanus consul aduersus Cimbros infeliciter pugnauit. Post illud bellū Cimbri ꝑ legatos à senatu populoq́; Romano sedem & agros postulabāt, q̊rum spretis postulatis, Cimbri cum Tigurinis in Galliam migrauere in fines Allobrogum, ibiq́; cum Lucio Cassio consule manus conserūt, eumq́; cum exercitu trucidāt. milites qui ex clade supererant, datis obsidibus & rerum oīm dimidia parte, vt incolumes dimitterentur, cum Cimbris pacti sunt. M. Aurelius Scaurus consulis legatus, à Cimbris fuso exercitu captus, & in concilium ab his euocatus, cum deterreret eos, ne alpes Italiam petituri transirent, eo ꝙ diceret Romanos vinci non posse, à Bolo Cimbrorum rege occisus est. Tum ab ijsdem hostibus C. Mālius & Q. Seruilius Cæpio, qui ꝓconsulatum in Gallijs agebat, victi prælio, binisq́; castris exuti sunt. 80. millia militum occisa, calonum ac lixarum 40. millia. Cimbri post eam victoriam oībus agris vicisq́; iuxta Rhodanum ac Pyrenen vastatis, in Hispaniam transgressi, ibiq́; multa loca populati, à Celtiberis fugati sunt. Reuertentesq́; in Galliam, bellicosis Teutonis se coniunxerunt, & C. Marij qui iam Iugurtham deuicerat, summa vi castra oppugnata sunt à Teutonis Ambronibusq́;. de hoc Florus, Actum erat, inquit, nisi Marius illi seculo contigisset. Tanta erat eis fidutia capiendæ vrbis, vt Romanis dicerent, si qd ad vxores suas mandarent. nec segnius q̄ minati fuerant, tripartito agmine per alpes, id est, claustra Italiæ ferebantur. mira tum velocitate Marius occupatis compendijs alpium, ꝓuenit hostes, prioresq́; Teutones cum Ambronibus sub ipsis alpium radicibus assecutus, in loco quem aquas Sextias vocāt, p̄lio oppressit. Vallem fluuiumq́; hostes tenebant. Marius colles: & petente aquam exercitu, Viri, inquit Marius, estis? en illic habetis. Itaq; tanto ardore pugnatū est, vt victor Romanus de cruento flumine non plus aquæ biberet, q̄ sanguinis. 200. millia armatoꝝ eo die bello occisa sunt, 80. capta referuntur. dux Teutobocchus, quem aliq Sueuum fuisse volunt, interfectus est. Sublatis Teutonis, in Cimbros conuertitur. hi iam (quis crederet?) per hyemē Tridentinis iugis in Italiam ꝓuoluti descenderant, Athesim flumen non ponte nec nauibus, sed ingesta obrutum sylua trāsiliere, & si statim infesto agmine vrbem petiuissent, grande discrimen fuisset. sed in Venetia, q̊ fere tractu Italia mollissima est, ipsa soli cibiq́; clemētia robur eoꝝ elanguit. Ad hæc panis vsu, carnis coctæ & dulcedine vini mitigatos, Marius in tempore aggressus est. Iam diem pugnæ petierunt, quem in patenti campo Marius quintum consul, & Catulus iunctis exercitibus dedere. Annibalemq́; secuti, in nebula disposuere pugnam, in sole pugnauerunt. prima siquidem ꝑturbatio Cimbrorum fuit, quia hostis inopinatus occurrerat. cumq́; sol cum vento ortus emicuisset, visus eoꝝ puluis oppleuit. Tum acie conuersa in orientem, splendor hebetauit. ita factum est, vt tam terribilis multitudo sine Romanoꝝ clade cæderetur. 140. millia eoꝝ tunc bello cæsa, 60. millia capta dicuntur. mulieres pene grauiorem excitauerunt pugnam, q̄ plaustris in modum castroꝝ circunstātes, desuperq́; pugnantes, diu repulere Ro-

Alliæ clades

Ro. Germanica virtute fracti.

Teutoni.

Teutobocchus Sueu⁹.

Romanos. tandem ferrum q̃d in hostẽ sumpserãt, in se suosq́; verterũt. nanq; aliæ con cursu mutuo iugulatæ, aliæ vario gñe vitã amisere. refert tñ Florus, ꝙ missa antea ad Marium legatione, mulieres cum libertatẽ & sacerdotiũ non impetrassent, manus cõseruere. Ob hanc victoriam pp̃lus Ro. tertium Romę conditorẽ Marium appellauit. Refert q̃q; Orosius, ob castitatis ꝓpositum extollens mulieres. nam cum honestam petitionem non impetrassent, ante oĩa collisis in terram paruulis suis, ne in seruitutẽ traherentur, nocte, ne & ipsę violarentur, exusta om̃i eaꝝ substantia, laqueis oẽs sibi mortem cõsciuere, nec ꝑdæ aliq̃d ex se ꝑter pendẽtia corpora, auidis reliquere Romanis. Crebra deinde C. Iulius Cæsar cum Germanis bella gessit cis Rhenũ. ponte facto, bis Rhenum transiens, proximã Germaniæ partẽ domuit, T. Liuio teste. At Sueuos indomitos reliquit, referente Syluio, q̃ ait: Terraꝝ ille calcator oĩm & orbis domitor Iulius Cæsar, q̃uis subactis Gallijs bis Rhenũ transiuerit, resq́; maximas in Germania gesserit, bellicosam tñ & asperã Sueuoꝝ gentem dimisit indomitam, licet Eutropius aliter sentiat. sed magis credẽdũ est ipsimet Cæsari, q̃ nihil aliud scribit de hoc, q̃ ꝙ Sueuos seq̃ p inuia & nemora noluit. Refert q̃q; Gotfridus, ꝙ Cæsar Germanos tam bello q̃ munerib⁹ oẽs domuit. Germanos dubio ꝓcul affecit cladibus maximis, q̃s tñ vincendo ac vastando ita sibi virtutis admiratiõe deuinxerat, vt vsq; in ꝑsentem diem imperatores non alio, q̃ Cæsaris noĩe, vulgari sermone vocitẽt. Tum etiam Germani eq̃tes Cæsaris virtute & integritate ꝑmoti, ei se coniunxerũt, q̃rum opa reliquis in bellis sępius vsus, eoꝝ etiam fortitudinem in Pharsalo contra Pompeium expertus. ꝑcipuo eñ eoꝝ auxilio Pompeianum ac Romanum equitem, viros belloꝝ gloriæ natos, superauit, de q̃ L. Florus: Quippe, ait, cum Pompeius adeo equitum copia abundaret, vt facile circumuenturus sibi Cæsarem videretur, circumuentus ipse est. Nam cum diu æquo marte cõtenderent, iussuq́; Pompeij fusus à cornu erupisset equitatus, repente hinc signo dato, Germanoꝝ cohortes tm̃ in effusos equites fecere impetum, vt illi esse pedites, hi venire in equis viderent. Ob singularẽ etiam peculiaremq́; Germanicam virtutẽ, manserũt Germani in Octauij fide vsq; ad Varianã superbiã. Sic Florus: Germaniã q̃q; vtinã tanti vincere non putasset Augustus: magis eñ turpiter amissa est, q̃ gloriose acquisita. missus in eam ꝓuinciã Drusus Cæsaris priuignus, primos domuit Vsipetes, Tencatheros & Cattos, Marcomãnos pene ad internecionẽ deleuit. Inde validissimas nationes Cheruscos, Sueuos & Sicambros pariter aggressus est, q̃ 20. centurionibus interemptis, hoc velut sacramẽto sumpserãt bellũ, adeo certa victoriæ spe, vt ꝑdam in antecessum diuiderẽt, Cherusci eq̃s, Sueui auꝝ & argentũ, Sicãbri captiuos elegerint. sed oĩa retrorsum. victor nanq; Drusus, eq̃s, pecora, torques eoꝝ, ipsosq́; ꝑda diuisit ac vendidit. Addit Orosius, ꝙ mulieres eoꝝ intra plaustra cõclusæ, deficiẽtibus telis, paruos filios collisos humi, in hostiũ ora iaciebãt, in singulis filioꝝ necib⁹ bis parricidę. Sed difficilius est ꝓuincias retinere, q̃ facere. viribus parant, iure retinentur. Quippe Germani mores Ro. magis q̃ arma sub Druso suscipiebãt. Postq̃ ille defunct⁹ est, Vari Quintilij libidinẽ atq; superbiã odisse cœperũt. ausus ille agere conuentũ, & in castris se direxerat, q̃si violentiã barbaroꝝ lictoris virgis & ꝑconis voce posset inhibere. At illi vt primum sæuiora armis iura viderũt, duce Arminio, arma corripiũt. nil tale metuẽte illo, cũ ad tribunal citaret, vndiq; castra inuadũt, tres legiões opprimũt, ꝑcipue aũt in causaꝝ patronos sæuiũt, alijs oculos eruũt, alijs manus amputãt, alijs linguam ꝑscindũt. vipera, inqunt, sibilare desiste. cõsulis corpus, q̃d milites humi abdiderant, effossum. signa & aq̃las duas cepere. hãc cladẽ Cæsar adeo grauiter tulit, vt veste capilloq́; deformis, sæpe caput parieti collidẽs clamasse ferat: Quintili Vare, redde legiones. Ad id vero reformandũ, Octauius Cæsar Tiberiũ fratrẽ Drusi cum 15. legionibus misit, qui cõtinuo bello Germanos arripuit, & 40. millia captiuoꝝ victor abduxit. q̃d re vera bellũ maximũ & terribilissimũ, ꝑ trienniũ gestũ est, nec fere vllũ maius bellum post Punicũ fuisse dicit. Accidisse hanc cladẽ Romano militi ferũt in Cheruscis, eiusq́; rei est autor Strabo in 7. veꝝ antiquis monumẽtis cõstat, apud Augustã Vindelicã cæsos esse Ro. cum auxilijs Macedonici exercitus, quem Auar Bogudis filius ducebat. Legitur in Augustæ vrbis antiquitatibus eius hoc epitaphion:

His nomen terris Bogudis dat regia proles,
Græcus Auar pecudis de Sueuis more litatus.

Nam ab eo nomẽ habet pagus Griechsauarn. Strabo in 4. scribit Varronem quẽdam eo missum ab Augusto Cæsare, qui graui affectus sit clade, cum vrbẽ obsedisset. sed mihi ea legenti, & tempora & scriptores conferendi videntur. Summatim de his Cor. Tacitus: Sexcentesimũ & quadragesimum annũ, inquit, vrbs nostra agebat, cum primum Cimbrorum audita sunt arma, Cæcilio Metello ac Papyrio Carbone COSS. ex quo si

Germani Cæsaris virtutem mirati, non timuerunt.

Arminius libertatis vindex.

Quintilij clades.

Clades apud Augustam.

Victoriæ Germanoꝝ

quo si ad alterum imperatoris Traiani cõsulatum cõputemus,200. fere & x.anni colliguntur. tamdiu Germania vincitur, medio tam longi æui spatio: multa inuicẽ dãna, non Samnis,non Pœni,non Hispaniæ Galliæve,ne Parthi qdem sæpius admonuere. Quippe regno Arsacis acrior est Germanorum libertas. quid eñi aliud nobis q̃ cædem Crassi,amisso & ipso,& ipse Pacoro infra Ventidiũ deiectus oriens obiecerit? At Germani Carbone & Cassio,* & Scauro Aurelio & Seruilio Cæpione, Mar.q̃q; Manlio fusis vel captis,qnq; simul cõsulares exercitus ppli Ro.Varum tresq; cum eo legiones etiam Cęsari abstulerũt: nec impune C.Marius in Italia,diuus Iulius in Gallia,Drusus ac Nero ac Germanicus in suis eos ædibus pculerũt. mox ingẽtes Cæsaris minæ in ludibrium versæ.inde ocium, donec occasione discordiæ nostræ & ciuiliũ armorum, expugnatis legionũ hybernis,etiã Gallias affectauere: ac rursus pulsi, in pximis tpibus triũphati magis q̃ victi sunt. Hæc ille. Quę laus maior dici potest,q̃ q homo Romanus linguaq; Romana de Germanis triumphos actos esse ait,vere aũt nunq̃ victos fuisse,nisi q̃tum bñuolentia ac benignitate in fidem Romanæ nobilitatis ducti sunt? Post Traianum qui Germanis regem cõstituit,Helio Spartiano teste, varia fortuna vsi sunt. nũc victi,nunc vincentes.Sub Valeriano Germani,penetratis alpibus,Italiã irrumpentes, Rauennã vsq; pueniunt. Alemani etiam Gallias puagãtes,cũcta cæde, flãma,rapinisq; diripiũt.Aliquãto post Probus Cæsar Gallias à Germanis occupatas liberauit,deditq; literas desup ad senatũ huiusmodi: Ago gratias dijs immortalib⁹ P.C.Subacta est ois late patens Germania,nouem reges gentiũ diuersarum ad meos pedes,immo ad vestros supplices strati iacuerũt,oẽsq; iam barbari vobis arãt,vobis iam seruiũt, 40.millia hominum cæsa sunt,12.millia nobis oblata,70.vrbes nobilissimæ captæ,oẽs penitus Gallię liberatæ sunt. Quid referã,q̃ sub Diocletiano gesta sunt? Transeo Iulianũ,Valentinianum,& nõnullos alios,à qbus Germani aliq sunt pfligati,sed non impune. nam paulo post iniurias sibi à Ro.illatas vlturi,vtranq; Galliã,Britanniamq;,pulsis inde Ro.ducibus,breui in suã potestatẽ ac nomẽ traxerũt. Nẽpe Burgũdiones Germana gens,trãsmisso Rheno, circa annũ dñi 400.sedes in Gallia nacti sunt. Blondus,q Burgundiões sint,scripturus,citat Pliniũ,q Germaniã ex Agrippæ traditionibus describẽs,ait Vandalos,*& eorum partẽ Burgundiones vnam dicit esse ex qnq; interioris Germaniæ partibus. sed & Augusti tpibus ea pars Vandalorum,qbus Burgundionibus postea fuit nomen,ad 80.armatorum millia vlterioris Rheni ripas insederãt,q̃s Drusus & Tiberius Cęsares,sicut Corne.refert,post subactã interiorẽ Germaniã,in sedes pprias repulerunt, & extra vrbes munitaq; loca dissiparũt,à qbus habitãdi vicatim modis,q̃s patrio gentis vocabulo burgos appellabãt, eos Burgũdiones fuisse appellatos asserit Orosius. & paulo post Vandali,Burgũdiones & Alani à Stilicone impulsi,Arcadio sextũ & Probo cõsulibus,Rhenũ pridie Kal.*transmiserũt,Sueuosq; in Heduis & circũ ea loca repertos,in suam aduersus Ro.coniurationẽ faciliter traxerũt. subiungit: Vandali,Alani & Sueui,ad diripiendas vastandasq; Gallias sunt pfecti. Burgundiones aũt sedes capere cõstituerũt,easq; delegerũt apud Heduos,Vesontios,Lingonas, Cabilõn.& Matiscõn.in quibus pximisq; ciuitatibus ad hæc vsq; tpa mãsere,& ipsis in locis pars eius regionis,q̃ prius Gallia Belgica fuit,Burgundia ab illis noĩatur. Anglici Burgundiones secuti anno dñi 440.Britannias subiugarũt,de q̃ idem Blõdus lib.2.decadis primæ: Britanni Scotis, Albiensibus, Pictisq; agitati, ab Etio qui in Gallias ab imperatore missus erat,postulabãt vt copias sibi mitteret. Etium vero Gallicanæ expeditiõis cura occupauerat,& Hunnorum apparatus deterrebat, vt precibus Britannorum satisfacere non posset. Itaq; Ro.ciues qui Britanniã inhabitabãt,& ipsi simul Britanni,salutis desperatione Anglicos Saxones,datis in stipendiũ pecunijs,ex pximis Germaniæ littoribus cõduxerũt p̃sidio affuturos. illi duce Vortigerio eorum rege insulã ingressi,Scotos atq; Pictos represserũt. Sed & ipsi postea Saxones ambitiõe ducti, Ro.ciues & Britannorum primates vario mortis gñe maiori ex parte interfecerũt, ex eoq; tpe cœperũt Saxones Angli Britanniæ dñari,& inde dicta est à posteris Anglia,id q̃d & Põponio videtur. Franci gens Germana,ex ea puincia q̃ nũc etiam Franconia nuncupat.oriundi,venerũt in Gallias. Eos aũt primus Ro.ducum domuit in patria Frãconia Constantinus.Flauij Cõstantini filius, eaq; accepta clades tunc effecit, vt semp postea vsq; ad Honorij & Arcadij tpa fuerint in patria quietissimi. Eorundẽ vero imperatorum anno 7.mutandi melioris soli gratia,patrijs sedibus relictis,Rhenũ transierunt, & apud Treuiros,Mediomatrices,id est,Metenses ac Leucios,qui & Tullenses,Veromanduosq; cõsederãt: q̃s,Sueuis ob vetustas simultates instigantibus,Vãdali,Burgũdionesq; & Alani Rhenũ p vim & arma trãsire,& in Franconiã se recipere cõpulerunt. Deinde Franci Etium videntes bello implicari,& imperatorẽ amissis in Aphrica copijs eneruatum

Traianus Germanis regẽ dedit.

Probus Cæsar Germanos Gallijs expulit.

Burgundiones à burgis

Anglia à Ger.Anglis

Franci Galliæ à Frãconibus.

uatum viribus, Clodio & Meroueo ducibus ex Frãconia sunt profecti: & Rheno trãsmisso, nullis iam q resisterent, reliqs, in Senonũ puincia sedẽ apud Aurelianẽses & Parisios ceperũt. Etius interea Burgundiones toties pfligauerat, vt breui eos aut Gallia pulsur⁹, aut ad iternecionẽ cęsurus videret. sed tãtos vndiq; impio iminere labores intelligẽs, pacẽ Francis dolens mœstusq; cõcessit, q etiã illi postea cõtra Attilam auxilio fuere. Vinceñ. refert, q Franci in Frãconia adhuc manẽtes, elegerunt instar aliaꝝ gentium regẽ Faramundũ, sub anno dñi 420. post hunc regnauit filius eius Clodius, q sub anno dñi 435. tpe Theodosij secundi, Rhenũ transiẽs, incepit sibi Galliam subiugare. habitabãt tum vsq; ad Ligerim fluuiũ Romani, vltra Ligerim dñabantur Gotthi, Burgundiones habitabãt iuxta Rhodanũ, Vandali, Sueui, Alani vlteriorẽ Hispaniã pmebant. Franci ergo Clodio rege, Romanos q Gallis imperabãt, bello adorti sunt, & à Rheno vsq; in Carbonariã syluã fugãt funduntq;: ingressi Tornacũ & Cameracũ, vniuersa maritima inter Scaldã &* Seauã fluuios violẽter obtinent, sicq; paulatim pgredientes, Remos, Suessiones, Agrippinã, Treuerim, Aureliã, Senones, Parisiosq; subiugant, & ibidẽ vsq; in hodiernum pseuerãt. vnde geniti ab eis, Francigenæ pprie sunt dicti, & obliterato noĩe Galliæ, à victoribus Francis se Francos noĩari affectauere, & ita vsu obtentũ esse videmus. autores sunt fere oẽs historiaꝝ scriptores. Lõgobardi post illos gens Germana, autores sunt Cor. Tacitus & Cl. Ptolemæus, & Pomp. Lætus, natio, inqt, fuit Germanica, quæ ex Cimbria peninsula ad quærẽdas sedes pfecta erat. Hi Lõgobardi, rege eoꝝ Albuino duce, anno salutis nostræ 567. (numerus fuit amplius ducetoꝝ milliũ) ingressi sunt Italiã, eamq; domitã in suã potestatẽ redegerũt, Italiæ qq; nomẽ mutãtes, à se victorib⁹ Lõgobardiã noĩauerũt: nec solũ regionis noĩa, sed & leges nouas condẽtes, mores ritusq; Romanoꝝ mutauerunt. Oẽs hæ natiões, siue Galli, Britãni aut Itali sint, in potestatẽ & nomẽ victoꝝ puenere, Germanoꝝ s. pmanentq; vsq; in psentẽ diem, tametsi postea victores ipsos in linguã suam & mores adeo traxerint, vt nulla peregrinæ gẽtis signa pmanserint, excepto noĩe, quo se, vt arbitrari licet, à Germanis aliqñ victos fuisse meminerint. Parua sunt hæc quæ iam dixi. Celebriora maioꝝ nostroꝝ sunt opera, q̃ hactenus ostẽdimus. nam pter iustitiã, fidẽ, cõstantiam, reliquasq; virtutes, quas sibi Germania iure quodã hæreditario semp vendicauit, difficile est recensere, quo nostri amore ac veneratiõe diuinũ cultũ Chrĩanamq; religionẽ prosecuti sint: qd testant nõ solũ templa Chri sumptuosissima, cœnobia vtriusq; sexus splendidissima, aræ innumerabiles cũ dote amplissima, sed etiã illustria maioꝝ nostrorũ facta difficiliaq; bella, pro Chrĩani noĩs cõseruatiõe & incremẽto suscepta. Quod si quis æquus reꝝ æstimator secũ reputet, quoties p fide catholica, p Romana ecclesia, p cõmuni salute nostri certauerint, infideles cõculcauerint, & rebelles cõpresserint, iudicabit pfecto rarã esse ex oĩbus terraꝝ regionibus, quæ cũ nostra de omni laude & meritis in Remp. Chrĩanã vlla ex parte cõtendere possit. Quod plane intelliges, si cogitabis imperiũ Ro. ob sola in ecclesiã Romanã merita, in Germanos fuisse trãslatum, qd ad singulare eius natiõis decus & ornamẽtum accedit. Nã & si Assyrios, Medos, Persas, Græcos olim, aut reliquas gẽtes sibi vendicasse imperiũ constet, sola tñ libidine regnandi ac violentia adepti sunt, & eisdẽ artibus amiserunt, semperq; in vilissimã seruitutẽ sunt postea redacti. Nostri aũt virtute & laboribus p Deo susceptis, digni iudicati sunt vniuerso ecclesiæ senatui ac populo Ro. q imperiũ orbis regerẽt. Nec eos fefellit opinio. nam si cõparemus Ro. ecclesiæ statũ, quẽ sub Cæsaribus post imperij trãslationẽ in Germanos nacta est, fortunæ priori, inueniemus eã ex multis tribulatiõibus & periculis ad tranqllitatẽ & pacem peruenisse, seruitutemq; cũ libertate amplissima pmutasse. qs eñ vel mediocriter doct⁹ ignorat, quãta in pauptate, quãtis in tribulatiõibus, psecutiõib⁹ & miserijs fuerit ecclesia Ro. ab exordio fidei vsq; ad ccc. salutis nr̃æ annũ? Quo in tpe, vt de alijs taceã, ex sũmis põtificib⁹ vix ĩueniunt pauci, q sine martyrio vita functi sint. tãdem tñ miseratus sui gregis dñs, veluti post nimiã tẽpestatẽ depulsis nubibus, dies illuxit. Et ecce Constãtinus, cui postea Magno cognomẽtum fuit, fidẽ veritatis adeptus, & à B. Syluestro Ro. põtifice baptizatus, cõtinuo licentiã dedit per vniuersum orbẽ suo degẽtibus impio, nõ solũ fieri Chrĩanos, sed etiã fabricãdi ecclesias & pdia in sumptus ministroꝝ largiẽdi. voluit etiã Ro. ecclesiã primariã & caput esse oĩm ecclesiaꝝ, trãstulitq; sedẽ impialẽ in Græciã, condẽs nouã Romã Constãtinopolim appellatã, Romanã vrbẽ relinquẽs S. Syluestro papæ, suisq; successoribus vicarijs Chri, & vt liberius cum suo clero diuinis rebus vacare posset, donaria plurima cõtulit. Quibus vt sic pactis, incredibile est q̃ breui religiosi principis studio ecclesia p totũ orbẽ fide ac religiõe cõualuerit. Veꝝ enĩuero cũ sic ecclesia apud Deũ & hoĩes cõtinua susciperet incremẽta, nõ ptulit hoc inimicus gñis humani diabolus. videbat iam paganoꝝ erro-

Lõgobardi Germani.

Nomen victoꝝ, abolitis morib⁹, apud exteros pmãsit.

Germana pietas.

Cõstãtinus Chrĩanæ ecclesiæ præcipuus tutor.

res esse plerūq; pulsos, eapp̄ter viros Chr̄iani noīs inueniens, amore honoris & vanæ gloriæ seductos, per quos errores atq; hæreses seminare nō destitit, mox sub ipso Constantino Arrianā hæresim excitauit: subsecutæ sunt aliæ plurimæ, paulatimq́; Græci rebus abutētes, in eā p̄sumptionem venere, vt negarēt Ro. ecclesiā totius salutaris vitæ caput esse, asserētes primā sedē esse debere, vbi esset caput imp̄ij, & sic in Cōstantinopoli noua Roma, licet illud minime possent firmare. Ex his & innūeris alijs erroribus, Græci crebo visi sunt ab obediētia ecclesiæ Rom. recedere. Quanta vero passa fuerit ecclesia Ro. ab ipsis imp̄atoribus & exarchis eoꝝ, quāta a Gotthis, Hunnis, Vādalis, Saracenis, alijsq́; gentibus, q̄ties vrbs ipsa capta sit atq; direpta, pudet atq; piget dicere. taceo aduersitates & p̄secutiones, q̄s passi sunt Ro. pōtifices a regibus & ducibus Lōgobardoꝝ, & vt paucis multa concludā, in eā adducti fuerāt difficultatē pōtifices & Romani, vt nec imperatoꝝ sæuitiā, nec Lōgobardoꝝ iniurias arcere possent, miserā seruitutem expectātes. At postq̄ felici auspicio imperiū Ro. a Græcis translatū est in Germanos, cōtinuo respirare cœperūt, & ad libertatis ac salutis spem caput erigere. nam exactis Lōgobardoꝝ tyrannis, abrogatoq́; Græcoꝝ impio, mox veluti sedētibus i tenebris Chr̄ianis & vmbra mortis, lux est p̄ Germanicā virtutē orta, pax ecclesiæ Ro. cōparata est, q̄ illi⁹ decus & reuerētia adeo creuit, vt facta sit dn̄a gentiū. Id etsi e diuina bonitate manarit, dicēt tñ ministri imp̄atores nr̄i: Modicū habuisti añq̄ venirē ad te, & nūc diues es, bñdixitq́; tibi Deus ad introitū meū. ¶ Post tam egregia maioꝝ vestroꝝ gesta, o nobilissimi Germani, q̄d aliud vobis faciundū restat, nisi eoꝝ sequi vestigia, quoꝝ felicibus auspicijs tātopere exaltati estis? Vos p̄ oīnibus elegit Deus, vt dominaremini oīni natiōi, vobis data est monarchia mūdi. Itaq; quantū reliq̄s Christianis censeri debeatis feliciores, ex hoc vno iudicari licet, q̄ etsi sint aliæ gentes fortitudine & cultu Christiano nō negligendæ, vobis tñ dedit Deus imperiū, dedit gloriā & nomē excellentissimū. Estote igit̄ memores beneficioꝝ Dei, capessite iter veritatis. vestra virtus est, parcere subiectis & debellare superbos. hoc eñ modo vestri maiores imperiū adepti sunt, q̄ q̄ animi magnitudine fuerint, q̄ amore Chr̄ianum cultū prosecuti, testant̄ variæ gentes ab eis deuictæ, & fidelibus adiūctæ. Vos estis illoꝝ sanguis, estis effigies expressissima. in vobis relucet mirifice illa maiorū nobilitas & animi magnitudo. turpissimū ducite, ab illis degenerare, q̄bus nihil antiquius fuit, q̄ cōmuni oīm bono consulere, q̄ publicæ Chr̄ianorum oīm vtilitati & gloriæ p̄spicere, q̄ ea sequi atq; amplecti, q̄ Ro. imperio & ornamento & splēdori scirent p̄fore. Nolite cōmittere vt florentissimū hoc imperiū, q̄d maiores vestri multo sanguine & rebus gloriosissime gestis, vobis peperunt, vos ipsi p̄ socordiā & negligentiā amittatis. expg̃iscimini igit̄ aliquādo, & surgite citius. æmulamini maiores, q̄ cōsilio & rebus bene gestis p̄egere ea, q̄bus imperiū felicius maiusq́; q̄ accepissent, posterioribus ipsi tradiderūt. Nec sufficit domi inter suos esse p̄stantes: ad omnē virtutis æmulationē este exemplar subditis. vobis vnis inter oīnes Chr̄ianos ciues imperiū mundi à diuina p̄uidentia creditū, nemo dubitare merito potest. vestra res agit̄ q̄cquid mūdus tractat. nullo eñ limite vr̄a potētia p̄scripta est, sed q̄cquid vsquā gentiū est, impio vr̄o debet esse subiectū. q̄ si honestum est, ob cōmunes hoīm vtilitates, nullos labores, nulla p̄icula subterfugere, quāto honestius & p̄clarius his cōuenit id facere, nō propter humana cōmoda solū, sed propter Deū optimū maximū, à q̄ hi soli ex oīni hoīm grege singulari bñficio electi sunt Christiani populi vexilliferi, principes, & patroni? Quam ob rē o nobilissimi Germani, maturate, ferte auxilium rebus Christianis iam & prope lapsis, & in dies ad casum inclinatissimis. succurrite patriæ, succurrite vobis & vestris, imitemini (quæso) bonos medicos, qui, si possunt, præseruāt valetudinem bonā, curantq́; prouidenter, ne quid accidat ægrotationis: vbi vero vel naturæ malignitas, vel viuendi corruptela in morbum incurrit, & diligenter & cito adnitūtur manibus pedibusq́;, aut oīno, aut magna ex parte ægrotationē tollere, aut radicitus extirpare. Quod vos o Germani in re Christiana faciētes, nō solū gloriā huius mundi, q̄ quantacūq; est, breuis est plane atq; inanis, sed multo magis cœlestē illā atq; sempiternā assequemini. Nec vobis difficile est, ea q̄ per sup̄iora tēpora vel socordia principū, vel fatoꝝ iniq̄tate Chr̄ianitas amisit, recuperare, si saltē tanta illa naturæ dona diuinitus vobis infusa, ad id muneris conuertere volueritis, ad q̄d diuina vos p̄uidentia ordinauerit, ad salutē Chr̄ianoꝝ & decus sanctæ matris ecclesiæ. Quod si cōsideremus Romanos, q̄nā res ea esse potuerit potissimū, q̄ vniuersum his orbē terraꝝ subegerit, nū militū multitudo? at Galloꝝ exercitus constat copiosiores multo fuisse. num corpoꝝ vires? at Germanorū corpora lōge robustiora fuere. nū doli, opes, diuitiæ? at hisce rebus facile semper concessere Carthaginensibus, nū deniq; ars vlla, vel eloquentia, vel prudentia? & his Græcos p̄stitisse palā est.

Restauratio ecclesiæ per Germanos impp.

Ad Germanos principes exhortatio.

Scientia rei militaris.

est. Sola igitur armorũ exercitatio, disciplina castrorũ, vsusq; militiæ, & super oĩa animus his reb⁹ intẽtus, Rõanos orbis terrarũ dños fecit. Vobis aũt Germanis, siue noua cõsideranti, siue vetera repetẽti, nulla pitior, nulla ardẽtior inter oẽs nationes, q̃s bello idoneas iudicãt, inueniri poterit, vbi tot clarissimi principes, tot gñosi ꝓceres, tot fortissimi milites, spũs maiores corporibus gerẽtes, feris vehemẽtiores, tot potẽtes ciuitates, vbi tãta populi multitudo, nec est aliq̃ sub cœlo natio, q̃ arma vr̃a nõ norit, nõ miret, nõ reformidet. Itaq; diuina q̃dam ꝓuidentia factũ reor, vt in tãta Chr̃ianæ reip. calamitate, ipsi in lucẽ veneritis ad sõlatiũ miserorũ & oppressorũ salutem. En ardentissimum in hostiũ libidinẽ Maximilianũ imp. opt. max. cui vt gñe & potentia, ita virtute, ꝓbitate par in toto orbe terrarũ reperiri nõ potest. Nota sunt oĩbus eius adolescentiæ p̃clara facinora, peculiares corporis & animi dotes, quãta sit illi rei militaris disciplina, quanta ductandi exercitus pitia, quãta castrensiũ laborũ patientia. Certe ille est, aut *ꝓpterea mortaliũ nullus, cuius virtute & industria, si fideles manus porrexeritis, Chr̃iana plebs à faucibus Turcarũ eripi, & impĳ decus in antiquę dignitatis statũ valeat reuocari. Quid igit̃ o nobiles Germani, munerũ Christi & vestrarũ virtutum obliti, obdormiuistis, & ignauia q̃dam animi torpore elanguistis? dico hanc esse vnã potissimam causã, q̃ dũ qlibet priuatæ studet vtilitati, nemo est q remp. curet. oẽs liberi & ꝓprĳ dñi esse volumus, nec quisquã ad cõmune bonũ animũ intẽdit. plures factionibus & partiũ studĳs gaudẽt: q̃ fit, vt (q̃d tñ De⁹ ꝓhibeat) nisi vigilauerim⁹ diligẽtius, & ad cõmune bonũ cõseruandũ fuerimus feruẽtiores, libertatẽ vnà cũ impio simus amissuri, sicuti plurimis impĳs cõtigisse cõpertũ habemus. Vt eñ Aegyptios, vt Assyrios, vt Medos, vt Persas, aut Carthagineñ. omittamus, Macedonũ impiũ qd aliud ꝑdidit, q̃ intestinæ inimicitiæ & suũ cuiusq; studiũ? at Lacedæmões q̃diu Lycurgi legibus paruerũt, & principatu floruerunt & gloria: cum primũ cõtemptis Lycurgi legibus, cœperunt priuatæ magis q̃ publicæ vtilitati & dignitati consulere, ꝑ oẽs reip. procellas atq; naufragia libertatẽ pulcherrimã cõtinuo amisere. Quid Atheniensiũ ciuitate illustrius? qd p̃clarius? qd deniq; gloriosius? qd splendidius? hæc bonarũ oĩm & laudatissimarum artiũ inuẽtrix atq; parens, hæc belli pacisq; disciplina, domi forisq; insignis, hæc & dignitate & opibus in vniuersum terrarũ orbẽ p̃pollens atq; admirabilis, vbi ad id magnitudinis ac viriũ adscendisset, vt nulla re prorsus ad felicitatẽ egere videret̃, nonne mox postq̃ partiũ studia fouere, factiões complecti, pestiferas æmulationes ambitionesq; ciuiũ alere cœpisset, repente & p̃ceps in obscurã & sordidã seruitutẽ corruit? Nã de Rõanis qs ẽ q nesciat, eos alia nulla causa, q̃ cõtrarĳs ĩter se volũtatib⁹ & studĳs, ꝑĳsse funditus? Vos igit̃ o nobilissimi Germani, pulchrũ ducite, ex aliorũ erratis & ꝑnicie in melius instituere vitã vestrã: & qd faciẽdum fugiẽdumq; sit, ex aliorũ exẽplis cognoscere. Quod si aliorũ exẽplis didiceritis, quantũ semꝑ nocuerit discordia, p̃sertim inter ciues & fratres, quantũ etiã cõcordia & vna volũtas in rep. ꝓfit, sempq; ꝓfuerit, spem fiduciãq; vestram ꝓ singulari & eximia vr̃a prudẽtia atq; grauitate in diuina clemẽtia & bonitate collocate: & breui spero fore, oĩ odio, factione, oĩ deniq; contentiõe inter vos deposita, q̃ felicẽ & gloriosiss. cõtra inimicos Chr̃i imperĳq; vr̃i, triumphũ agatis, & angelicis choris postea sociemini. Germani, inqt C. Iulius Cęsar cõmentariorũ suorũ lib. 6. à paruulis labori ac duritiæ student. q diutissime impuberes ꝑmanserint, maximã inter suos ferũt laudẽ: hoc ali staturã, ali vires neruosq; cõfirmari putãt. de q̃ etiã Cor. Tac. In oĩ domo, inqt, nudi ac sordidi, ĩ hos artus, in hęc corpora q̃ miramur, excrescũt. sua quęq; mater vberibus alit, nec ancillis aut nutricib⁹ delegant̃. dñm ac seruũ nullis educatiõis delicĳs dignoscas. inter eadẽ pecora, in eadem domo degũt, donec ætas separet, ingenuos virtus agnoscat. Sera iuuenũ Ven⁹, eoq; inexhausta pubertas. nec virgines festinãtur. eadem iuuẽta, similis ꝓceritas. pares valideq; miscent̃, ac robora parentũ liberi referũt. Inter annũ eñ vigesimũ, autore Iulio, fœiæ notitiã habuisse, in turpissimis habent rebus, cuius rei nulla est occultatio: & promiscue in fluminibus pluunt̃, & pellibus aut paruis renũ tegumẽtis vtunt̃, magna parte corporis nuda. Seuera matrimonia. nã ꝓpe soli barbarorũ singulis vxoribus cõtenti sunt, exceptis admodũ paucis, q nõ libidine, sed ob nobilitatẽ pluribus nuptĳs ambiunt̃. melius adhuc eæ ciuitates, in qbus tãtum virgines nubũt, & cũ spe votoq; vxoris semel transigit̃. sic vnũ accipiunt maritũ, q̃modo vnũ corpus vnãq; vitã, ne vlla cogitatio vltra, ne longior cupiditas, ne tanq̃ maritũ, sed tanq̃ matrimoniũ ament. Dotẽ nõ vxor marito, sed vxori maritus affert. intersunt parentes & propinqui, ac munera probant, munera nõ ad delicias muliebres quæsita, nec qbus noua nupta comatur, sed boues & frenatũ equũ, & scutũ cum framea gladioq;. in hæc munera vxor accipitur, atq; inuicẽ ipsa armorũ aliquid viro offert. hoc maximũ vinculũ, hæc arcana sacra, hos

Maximiliani Cæs. imꝑatoria p̃conia.

Intestinæ seditiones.

Germanorum veterũ mores.

Educatio.

Mr̃imonia.

Dos.

coniugales deos arbitrãtur, ne se mulier extra virtutum cogitatiões,extraq́ bellorum casus putet. Ipsis incipiẽtibus matrimonij auspicijs admonetur,venire se laborꝝ periculorumq́ sociam,idem in pace,idem in prælio passurã,ausuramq́:hoc iuncti boues, hoc paratus equus,hoc data arma denũciãt,sic viuẽdum,sic pereundũ,accipere se quę liberis inuiolata ac digna reddãt,quæ nurus accipiãt,rursus quę ad nepotes referãt. Er

Adulteria. go septa pudicitia,agunt nullis spectaculorꝝ illecebris, nullis cõuiuiorꝝ irritationibus corruptæ. Paucissima in tam numerosa gente adulteria,quorꝝ pœna præsens & maritis pmissa:crinibus nudatam corã propinquis,expellit domo maritus,ac per oẽm vicum verbere agit. Publicatæ eñi pudicitiæ nulla venia. nõ forma,nõ ætate, nõ opibus maritũ inuenerit. nemo eñi illic vitia ridet,nec corrumpere & corrũpi * seculũ vocat.

Hæredes. Plusq́ ibi boni mores valent,q̃ alibi bonæ leges. Hæredes successoresq́,sui cuiq; liberi, & nullũ testamẽtũ:si liberi nõ sunt,proximus gradus in possessiõe,fratres,patrui,auunculi. quãto plus propinquorꝝ,quo maior affiniũ numerus,tãto gratior senectus,nec vlla orbitatis precia. Sororꝝ filijs idem apud auũculũ, q apud patrẽ honor: qdã sanctiorem arctioremq́ hũc nexũ sanguinis arbitrãtur, & in accipiẽdis obsidibus magis exigunt,tanq̃ & animũ firmius,& domũ latius teneãt. suscipere tam inimicitias seu patris seu ꝑpinqui, q̃ amicitias,necesse: nec implacabiles durãt. Luitur eñi etiã homicidium certo armentorꝝ ac pecorꝝ numero: recipitq́ satisfactionẽ vniuersa domus vtiliter in publicũ,qa piculosiores sunt inimicitiæ iuxta libertatẽ. Ciuitatibꝰ maxĩa laus est, teste Iulio,q̃ latissime circũ se vastatis finibus solitudines habere,hoc propriæ virtutis existimãt,expulsos agris finitimos cedere,nec quenq̃ ꝑpe audere cõsistere,simul hoc se fo-

Aedificia. re tutiores arbitrant̃,repẽtinæ incursiõis timore sublato. Cæterꝝ ædificijs splendor nullus,nec muris firmitas si q sunt. Ait eñi Corne. nullis Germanorꝝ populis vrbes habitari satis notũ est,ne pati qdem inter se iunctas sedes. colunt discreti ac diuersi,vt fons, vt cãpus,vt nemus placuit. vicos longãt nõ in nostrũ morẽ,cõnexis & cohęrẽtibus ędificijs. suam qsq; domũ spatio circũdat,siue aduersus casus,siue ignis remedio,siue inscitia ædificãdi. Ne cęmẽtorũ qdem aut tegularꝝ vsus. materia ad oĩa vtunt̃ informi,& citra spẽm ac delectationẽ. Quædã loca diligẽtius illinunt terra ita pura & splendẽte,vt picturã ac lineamẽta colorꝝ imitent̃. solẽt & subterraneos specus aperire, eosq́ multo insup fimo onerãt,subfugiũ hyemi & receptaculũ frugibus,qa rigorẽ frigorꝝ hmõi locis molliũt. Etsi qñ hostis aduenit,apta populat̃,abdita aũt & defossa aut ignorant̃,aut

Habitus. eo ipso fallunt,φ quærẽda sunt. Tegumẽtum oĩbus sagũ,fibula aut(si desit)spina consertũ,cętera intecti,totos dies iuxta focũ atq; ignẽ agũt. locupletissimi veste distinguũtur nõ fluctuãte,sicut Sarmatæ ac Parthi,sed stricta & singulos artus exprimẽte. gerũt & ferarꝝ pelles proximi ripæ negligẽter,vlteriores exqsitius,vt qbus nullus per cõmercia cultus:eligunt feras, & detracta velamina spargũt maculis pellibusq́ beluarꝝ, quas exterior Oceanus atq; ignotum mare gignit. nec alius fœminis,q̃ viris habitus,nisi φ fœminæ lineis amictibus velãtur,eosq́ purpura variãt,partemq́ vestitus superioris in manicas nõ extendũt,nudæ brachia ac lacertos,sed & ꝑxima pars pectori patet. Quæ religionis apud Germanos cura sit,Iulius scribit:Deorꝝ numero eos solos ducũt, quos cernũt,& quorꝝ apte opibus iuuant̃,Solem,Vulcanũ & Lunã,reliquos ne quidẽ fama acceperunt. Verũ Tacitus posterius & copiosius regionẽ describẽs:Germani,inquit,

Sacra. deorꝝ maxime Mercuriũ colunt,cui certis diebus humanis quoq; hostijs litare fas habent, Herculẽ ac Martẽ concessis aĩalibus placãt. Pars Sueuorꝝ & Isidi sacrificat,vnde tñ origo sit peregrino sacro,parũ cõperi, nisi φ signũ (ait) ipsius in modũ liburnæ figuratũ,docet aduectã religionẽ. Cæterꝝ nec cohibere parietibus deos,neq; in vllã humani oris spẽm assimilare ex magnitudine cœlestiũ arbitrãtur,lucos ac nemora consecrant,deorumq́ noĩbus appellãt. Secretũ illud q̃d sola reuerẽtia videt aliqui Nertũ, id

Nertũ magna mater. est,terrã matrẽ colũt,eamq́ interuenire rebus hoĩm arbitrant̃. Est insula Oceani castũ nemus, dicatumq́ in eo vehiculũ veste cõtectum,attingere vni sacerdoti cõcessum. Is adesse penetrali deã intelligit,vectamq́ bubus fœminis multa veneratiõe ꝓsequit̃. Læti tũc dies,festa loca,quęcũq; aduẽtu hospitioq́ dignant̃. nõ bella ineũt,nõ arma sumũt, clausum oĩe forũ,pax & qes tũc tãtum nota,itẽ tñ amata,donec idẽ sacerdos satiatã conuersatiõe mortaliũ deã templo reddat. Mox vehiculũ & vestes, & si credere velis, numen ipsum secreto lacu abluit̃. serui ministrãt,quos statim idem lacus haurit. Arca-

Sueuorum crudele sacrificium. nus hinc terror,sanctaq́ ignorãtia, quid sit id q̃d tñ perituri vident. Et de Sueuis asserit Tacitus,φ statuto tpe in syluã augurijs patrũ & prisca formidine sacrã,oẽs eiusdem sanguinis populi legatiõibus coeant,cæsoq́ publice hoĩe celebrẽt barbari ritus horrenda primordia. Est & alia luco reuerentia:nemo nisi vinculo ligatus ingreditur, vt minor,& potestatẽ numinis præ se ferẽs. si forte ꝑlapsus,attolli & insurgere haud licitum.

per hu-

per humũ euoluunt. eoq́ȝ oĩs supstitio respicit, tanq̃ inde initia gẽtis, ibi regnator oĩm Deus, cætera subiecta atq; parẽtia. Memorãt & Germani fuisse apud eos Herculẽ, primumq́ȝ oĩm viroꝝ fortiũ, ituri in p̃lia, canãt. cæteꝝ & Vlyssem qdam opinant lõgo illo & fabuloso errore in hunc Oceanũ delatũ, adisse Germaniæ terras, Asciburgiũq́ȝ, quod in ripa Rheni sitũ hodie incolit, ab illo cõstitutum noĩatumq́ȝ, aram quetiam ab Vlysse consecratã, adiecto Laertæ patris noĩe, eodẽ loco reptam, monumentaq́ȝ & tumulos q̃sdam Græcis literis inscriptos, in cõfinio Germaniæ Rhetiæq́ȝ adhuc extare. Auspicia sortesq́ȝ maxime obseruãt Germani, teste Tacito. sortiũ cõsuetudo simplex: virgã frugiferę arbori decisam, in surculos amputant, eosq́ȝ notis quibusdã discretos super candidã veste temere ac fortuito spargunt. mox si publice cõsuletur, sacerdos ciuitatis: sin priuatim, ipse pater familię precatus deos, cœlũq́ȝ suspiciẽs, ter singulos tollit: sublatos, secundũ impressam ante notã, interpretat. si phibuerit, nulla de eadẽ re in eundẽ diẽ cõsultatio: sin p̃missum, auspicioꝝ adhuc fides exigit: & illud quidẽ etiam notũ, auiũ voces volatusq́ȝ interrogare. Propriũ gentis, eq̃rum q̃q; p̃sagia ac monit[9] experiri. publice alunt ĩisdem nemoribus ac lucis cãdidi, & nullo mortali ope contacti, q̃s pressos sacro curru, sacerdos & rex vel princeps ciuitatis comitant, hinnitus ac fremit[9] obseruãt: nec vlli auspicio maior fides, nõ solũ apud plebẽ, sed apud p̃ceres, apud sacerdotes: se eñ ministros deoꝝ, illos cõscios putant. Est & alia obseruatio auspiciorum, q̃ grauiũ belloꝝ euentus explorãt. Eius gentis cũ qua bellũ est, captiuũ quenquã interceptũ, cum electo populariũ suoꝝ, patriis quenq; armis, cõmittunt: victoria hui[9] vel illius, pro p̃iudicio accipit: de minoribus rebus principes consultant, de maioribus oẽs, ita tñ, vt ea quoq;, quoꝝ penes plebẽ arbitriũ est, apud principes ptractentur. De familiari gentis cultu suprà, q̃ Iulius scribit, narrauimus. quis agro cultus, quis oĩni familiæ, Tacitũ audiamus. Agri p numero cultoꝝ, ab vniuersis in vices occupant, quos mox inter se secundũ dignationẽ partiunt: facilitatẽ partiendi campoꝝ spatia p̃stant, arua p annos mutant, & supest ager. Neq; eñ cum vbertate & amplitudine soli, labore cõtendunt, vt pomaria cõserant, & prata separent, & hortos rigẽt. sola terræ seges imperat, vnde annũ q̃q; ipsum non in totidẽ digerũt species. hyems, ver & æstas, intellectũ ac vocabula habẽt: autumni pinde nomẽ ac bona ignorant. Et paulopost: Quoties bella nõ ineũt, nõ multũ venatibus, plus p ociũ transigũt, dediti somno ciboq́ȝ, fortissimus q̃sq; ac bellicosissimus nihil agẽs, delegata domus & penatium & agroꝝ cura fœminis, senibusq́ȝ & infirmissimo cuiq; ex familia, ipsi hebẽt, mira diuersitate naturę, cũ iidem hoĩes sic amẽt inertiã, & oderint quietẽ. De magistratibus Iulius inqt: Magistratus q bello p̃sint, vt vitæ necisq́ȝ habeãt potestatẽ, deligunt. in pace nullus est magistratus, sed principes regionũ ac pagoꝝ inter suos ius dicũt, cõtrouersias minuunt. Tacitus: Germani, inqt, coeũt (nisi qd fortuitũ aut subitũ incidit) certis diebus, cũ aut inchoat luna, aut implet. nam agendis rebus hoc auspicatissimũ initiũ credũt. Nec dierũ numeꝝ, sed noctiũ computant. sic cõstituunt, sic condicũt: nox ducere diem videtur. Illud ex libertate vitium, q͂ non simul nec iussi cõueniunt, sed & alter & tertius dies cunctatione coeuntium absumuntur. vt turbæ placuit, considunt armati. silentium per sacerdotes, q̃bus tum & coercendi ius est, imperatur. Mox rex vel princeps, prout ætas cuiq;, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia est, audiuntur, autoritate suadendi magis, quàm iubendi potestate. Si displicuit sententia, fremitu adspernantur: sin placuit, frameas concutiunt. honoratissimum assensus genus est, armis laudare. licet apud conciliũ accusare quoq;, & discrimen capitis intendere. distinctio pœnarum ex delicto. proditores ac transfugas arboribus suspẽdunt: ignauos & imbelles & corpore infames, cœno ac palude, iniecta insuper crate, mergunt. diuersitas supplicii illuc respicit, tanquam scelera ostendi oportuit dum puniuntur, flagitia abscondi. Sed & leuioribus delictis conuicti, pro modo pœnarum, equorum pecorumq́ȝ numero mulctãtur. pars mulctæ, regi vel ciuitati: pars, ipsi qui vindicat vel propinquis eius, exoluitur. Eliguntur in eisdem conciliis & principes, qui iura per pagos vicosq́ȝ reddant. centeni singulis ex plebe comites, consilium simul & autoritas adsunt. Nihil autem in re publica neq; priuata, nisi armati, agunt. sed arma sumere nõ ante cuiquam moris, q̃ ciuitas suffecturum probauerit. Tum enim in ipso cõcilio vel principum aliquis, vel pater, vel propinqui, scuto frameaq́ȝ iuuenem ornant: hęc apud illos toga, hic primus iuuentæ honos. ante hic domus pars videbatur, iam reipublicæ. Insignis nobilitas aut magna patrum merita, principis dignationem etiam adolescẽtulis assignãt. *cæteris robustioribus ac iampridem probatis aggregantur, nec rubor inter comites adspici. Gradus quidem etiam ipse comitatus habet iudicio eius quem sectantur: magnaq́ȝ comitum ęmulatio, quibus primus apud principem suum locus: & principum,

Auspicia.

Anni partes.

Magistrat[9]

Pœnæ.

Arma sumere.

cui plurimi & acerrimi comites: hæc dignitas, hæ vires, magno semp electorum iuuenum globo circūdari: in pace dec⁹, in bello pſidiū. Nec solū in sua gēte cuiq;, sed apud finiti mas quoq; ciuitates illud nomē, ea gloria est, si numero ac virtute comitatus emineat. expetunt eñi legatiōibus, & muneribus ornanť, & ipsa plerūq; fama bella pfligant. Cōuictibus & hospitijs nō alia gens effusius indulget. Quemcūq; mortaliū arcere tecto nefas. habeť pro fortuna, quem q́q; apparatis epulis excipit. Cū defecere q modo hospes fuerat, monstrator hospitij & comes, pximā domū non inuitati adeunt: nec interest, pari humanitate excipiūtur. Notū ignotumq́;, quātum ad ius hospitis, nemo discernit. abeunti, si qd poposcerit, cōcedere moris: & poscendi inuicē eadem facultas. C. Iulius Cæsar ait, hospitē violare Germani fas nō putant. Qui quaq; de causa ad eos venerint, ab iniuria prohibent, sanctos habēt, hisq́; domus oīm patent, victusq́; cōicať. Qua consuetudine nihil est laudabilius. adeo Germania extremus naturæ terminus, inhospitalitatis vitiū odit, quo fere oēm barbariem Homeri autoritas notauit. eaq́; vna gloria vel Græcos vel Romanos æquare nimirū debet. Est aūt victus inter hospites comis. statim e somno, quē plerūq; in diem extrahūt, lauātur: sæpius calida, vt quos hyems occupat. loti, cibū capiūt. separatæ singulæ sedes, & sua cuiq; mensa. cibi simplices: agrestia poma, recens fera, aut lac cōcretū, sine apparatu, sine blādimentis expellūt famem. Aduersus sitim nō eadē patiētia vel tēperātia. si indulseris ebrietati, suggerēdo quantū cōcupiscūt, haud minus facile vitijs, q̄ armis, vincenť. potus, humor ex hordeo aut frumento in quādam siītudinē vini corruptus. Proximi ripæ, vinū mercātur. De Sueuis tamē singulariter scribit Iulius, ꝙ vinū ad se oīno importari nō pmiserint, ꝙ ea re ad laborem ferendū remollescere hoīes atq; effœminari arbitrarētur. Tum ad negocia, nec minus ad cōuiuia, procedūt armati. Diem noctemq́; cōtinuare potādo, nulli probrum. Crebræ, vt inter temulentos, rixæ, raro cōuicijs, sæpius cæde & vulneribus trāsigunť. De recōciliādis inuicē inimicitijs & iungēdis affinitatib⁹, adsciscēdis principib⁹, de pace deniq; & bello plerūq́; in cōuiuijs cōsultant, tanq̄ nullo magis tpe aut ad simplices cogitatiōes pateat animus, aut ad magnas incalescat. Gens nō astuta nec callida, aperit ad hæc secreta pectoris licētia ioci. Ergo detecta & nuda oīm mens, postera die retractať, & salua vtriusq; tpis ratio est. deliberāt dum fingere nesciūt, cōstituunt dum errare nō possunt. Aleā, q̄d mirere, ait Tacitus, sobrie inter seria exercēt, tāta lucrandi perdēdive temeritate, vt cū oīa defecerint, extremo ac nouissimo iactu de libertate ac de corpe cōtendāt. victus, volūtariā seruitutē adit, q̄uis robustior, alligari se ac vinciri patiť. ea ē in re parua puicacia, ipsi fidē vocāt. seruos cōditiōis hui⁹, p cōmercia tradūt, vt se q̄q; pudore victoriæ exoluāt. Genus spectaculorum vnū, atq; in oñi cœtu idem. Nudi iuuenes, qbus id ludicrū est, inter gladios se atq; infestas frameas saltu iaciūt. exercitatio artē parit, ars decorē, non * in quæstū aut mercedē, q̄uis audacis lasciuiæ pciū est voluptas spectātium. Argētum & aurū propicij an irati dij negauerint, dubito, Tacitus inqt. Nec tñ affirmauerim, nullā Germaniæ venā argētū aurumve gignere. qs eñi scrutatus est? possessiōe & vsu haud pinde afficiunť. Est videre apud illos argētea vasa, legatis & principib⁹ eorum muneri data, nō in alia vtilitate, q̄ quę humo finguntť. quanq̄ proximi Oceano, ad vsum cōmerciorum aurum & argētum in pcio habēt, formasq́; quasdā nostræ pecuniæ agnoscūt atq; eligūt. Interiores, simplicius & antiquus pmutatiōe mercium vtunť. Pecuniā probāt veterē & diu notā, serratos bigatosq́;. Argētum quoq; magis q̄ aurum sequunť, nulla affectiōe animi, sed qa numer⁹ argēteorum facilior vsui est pmiscua & vilia mercātibus. Gaudēt pcipue finitimarum gentiū donis, quæ nō modo à singulis, sed publice mittunť: electi equi, magna arma, phaleræ, torquesq́;. Iam & pecuniā accipere, inqt, docuimus. Mos est ciuitatibus, vltro ac viritim cōferre principibus aliquantum vel armētorum vel frugū, q̄d pro honore acceptū, etiā necessitatibus subuenit. Fœnus agitare & * in vsuras exercere, apud Germanos ignotū, ideoq́; magis seruať, q̄ si vetitū esset. Literarum secreta viri pariter & fœminæ ignorāt. Latrocinia, ait Iulius, nullā apud Germanos habēt infamiam. quæ extra fines cuiusq; ciuitatis fiunt, atq; ea iuuentutis exercēdæ & desidiæ minuēdæ causa fieri pdicāt: atq; vbi qs ex principibus in concilio dixerit se ducem fore, q sequi velint, profiteanť: cōsurgūt hi q & causam & hoīem probant, suumq́; auxiliū pollicenť, atq; ab multitudine collaudanť. qui ex his secuti nō sunt, in desertorum ac pditorum numero ducunť, oīmq́; his rerum postea fides derogať. Reges ex nobilitate, duces ex virtute sumūtur. nec regibus infinita potestas & libera est, & duces exemplo potius q̄ impio, si prōpti, si cōspicui, si ante aciē agunt, admiratione pręsunt. Cæterum neq; aīaduertere, neq; verberare qdem, nisi sacerdotibus, pmissum: nō quasi in pœnā. nec ducis iussu, sed velut Deo impante, quē adesse bellātibus credūt, effigiesq́; & signa quædā detracta lucis in pliū ferūt. Verum Iuli⁹ scribit, magistratus q bello præ-

Margin notes: Hospitalitas. — Cibus. — Conuiuia. — Alea. — Spectaculū. — Vetusta mercium pmutatio. — Latrocinia. — Bellici apparatus.

præſunt,& vitæ & necis poteſtatẽ habere. Centeni ex ſingulis pagis *ſunt, idq́ ipſum inter ſuos vocatur. q̃d primo numerus fuit, iam nomẽ & honor eſt. acies per cuneos cõponit. Quodq́ pcipuum fortitudinis incitamẽtum eſt, nõ caſu nec fortuna cõglobatio turmã aut cuneum facit, ſed familię & propinq̃tates, & in proximo pignora, vnde vlulatus fœminarũ audiri, vnde vagitus infantiũ: hi cuiq́ ſanctiſſimi teſtes, hi maximi laudatores. ad matres, ad cõiuges vulnera ferunt, nec illæ numerare nec exigere plagas pauẽt, ciboſq́ & hortamina pugnãtibus geſtãt. memoriæ pditur, quaſdã acies inclinatas iam & labãtes, à fœminis reſtitutas cõſtantia pcum & obiectu pectorũ, & monſtrata cominus captiuitate, quã longe impatiẽtius fœminarũ ſuarũ noĩe timẽt, adeo vt efficacius obligent animi ciuitatũ, q̃bus inter obſides puellæ quoq; nubiles imperant. Ineſſe q̃netiã ſanctum aliq̃d & puidũ putãt. nec aut cõſilia fœminarũ adſpernant, aut reſpõſa negligũt. Refert Tacitus, vidiſſe ſe ſub diuo Veſpaſiano Velledã, diu apud pleroſq; numinis loco habitã. Sed & olim Auriniã & cõplures alias venerati ſũt, nõ adulatiõe, nec tãq̃ facerẽt deas. Herculẽ primũ oĩm virorũ fortiũ ituri in plia, canũt. ſunt illis hæc q̃q́ carmina, quorũ relatu, quẽ baritũ vocãt, accendũt animos, futuræq́ pugnæ fortunã ipſo cãtu augurant. terrẽt eñ trepidantve, put ſonuit acies. nec tã voces illæ, q̃ virtutis concẽt⁹ vident, affectat pcipue aſperitas ſoni & fractũ murmur, obiectis ad os ſcutis, quo plenior & grauior vox repcuſſu intumeſcat. In bello rari gladijs aut maioribus lãceis vtunt. haſtas, vel ipſorũ vocabulo frameas gerunt anguſto & breui ferro, ſed ita acri & ad vſum habili, vt eodẽ telo, prout rõ poſcit, vel cominus pugnẽt. Et eques quidẽ ſcuto frameaq́ contẽtus eſt. pedites & miſſilia ſpargũt: plura ſinguli in immenſum vibrãt, nudi aut ſagulo leues. nulla cultus iactatio. ſcuta tñ lectiſſimis coloribus diſtinguunt. Paucis loricæ, vix vni alterive caſſis aut galea. Equi nõ forma aut velocitate cõſpicui, ſed nec varietate. gyros in morẽ noſtrũ (inq̃t Cornelius) docent, in rectũ aut vno flexu dextros agũt, ita cõiuncto orbe, vt nemo poſterior ſit. in vniuerſum æſtimãt plus penes peditẽ roboris, eoq́ mixti pliant, & cõgruẽte ad equeſtrẽ pugnã velocitate peditũ, q̃s ex om̃i iuuẽtute delectos ante aciẽ locãt. Sueui aũt, vt Iulius autor eſt, plijs ſæpe ex eq̃s deſiliũt, & pedibus pliant, equoſq́ eodẽ remanere veſtigio aſſuefaciũt, ad q̃s celeriter, ſi vſus eſt, ſe recipiũt. Cũ in aciẽ ventũ eſt, inq̃t Corne. turpe principi, virtute vinci: turpe comitatui, virtutẽ principis nõ æq̃re. Iã vero infame in oẽm vitã ac probroſum, ſupſtite principe ex acie receſſiſſe: illũ defendere, tueri, ſua q̃q́ fortia facta gloriæ eius aſſignare, principũ ſacrũ eſt. Principes p victoria pugnãt, comites p principe. Cedere loco dũ rurſus inſtes, tã cõſilij q̃ formidinis arbitratur. corpa ſuorũ etiã in dubijs plijs referũt. ſcutũ reliq̃ſſe, pcipuũ flagitiũ eſt: nec aut ſacris adeſſe, aut cõciliũ inire, ignominioſo fas. multiq́ ſupſtites, bellorũ infamiã laqueo finierũt. Si ciuitas in qua orti ſunt, lõga pace & ocio torpeat, pleriq́ nobiliũ adoleſcẽtiũ petũt vltro eas natiões, quæ tum bellũ aliq̃d gerũt, quia & ingrata genti quies, & facilius inter ancipitia clareſcunt, magnumq́ comitatũ nõ niſi vi belloq́ tueare. exigũt eñ principis ſui liberalitate illũ bellatorẽ equũ, illã cruentã victricemq́ frameã. Nã epulæ & cõuictus quanq̃ incõpti, largi tñ apparatus p ſtipẽdio cedũt, materia munificẽtiæ p bella & raptus. nec arare terrã, aut expectare annũ tã facile pſuaſeris, q̃ vocare hoſtes & vulnera mereri. pigrũ quinimmo & iners videt, ſudore acquirere q̃d poſſis ſanguine parare. Funerũ apud Germanos nulla ambitio. Id ſolũ obſeruat, vt corpa clarorũ virorũ certis lignis crement. ſtruẽ rogi nec veſtibus nec odoribus cumulant. ſua cuiq; arma, q̃rundã igni & equus adijcit. ſepulchrũ ceſpes erigit. monumẽtorũ arduũ & poperoſum honorẽ, vt graue defũctis, adſpernãtur. lamẽta ac lachrymas cito, dolorẽ & triſtitiã tarde ponũt. fœminis lugere honeſtũ eſt, viris meminiſſe. Hæc fere de Germanorũ veteri virtute apud ſcriptores hiſtoriarũ legũtur, atq; hoc virtutũ monumentũ Carolus princeps lõge optimus expſſit, cuius reliqua geſta cõmemorare libet. Carolus accepta imperij poteſtate. Paſchalem & Campulũ coniurationis in pontificem reos, capite plectendos cenſuit. Sed pius pontifex à Carolo precibus obtinuit, vt vitam his donaret, quos Carolus tamen in Franciam relegauit. Suadebant tum nonnulli Carolo, vt omnes Longobardos Italia pelleret. Sed cum gentem tam multis Italiæ populis affinitate & conſanguinitate iunctam videret, nec excere tutum, nec delere humanum putauit. Itaq; pontifex imperatorq́ conſtituerunt, vt vbi ſedem ducentos & amplius annos ac ſtatus ſui fundamenta habuiſſent, Papiæ, Mediolani, & in quibuſdam locis alijs trans Padum, genti Longobardæ nomẽ & ſolũ patriũ maneret, & vt ppinquior cõiunctiorq́ noĩs k o. memoria fines illis faceret certiores, quicquid exarchatus Rauẽnatis fines cõplectitur Romãdiolam placuit appellari. Græcos autem Carolus Italia pellere ſtatuit pacis tuendæ cauſa, reliquitq́ Pipinũ ad eã rem pagendã, qui mox Beneuentũ obſedit, licet nõ pfecerit.

Mulierum virtus.

Arma.

Principis honor.

Funera.

Carolus Impe. Italiã pacauit.

Romãdiola

Theate se cōferens, oppidum vi captum incendit ac diripuit. Inde Ortonam & Luceriam mouēs, eas ciuitates timore pculsas, in deditionē accepit. Grimoaldū Beneuentanum ducem Luceriæ cepit, q nō multo post dolore animi perijt. Interea Irene Cōstātinopolitana imperatrix, missis legatis, cum Carolo pacem & fœdus init, diuisumq; est imperium his terminis, vt Irene pro Græcis ea parte Italiæ potiret, quę ad dextram Neapoli incipiēs, ad sinistrā Sipōto, quæ vrbs nunc Mãfredonia dicit, infero superoq; mari claudit, vnà cum Sicilia. Reliqua Italiæ pars Carolo ipsi ex fœdere obtigit. Beneuentanus aūt gentis Lōgobardæ dux, & si Gręco magis fauebat, neutri tamē parti subditus erat: & Veneti pariter in Italiæ altera parte & si Græco magis cōsentiebāt, q̄ Romano, nō tñ in illius ptāte erāt. Quæ ecclesiæ Romanæ fuerāt, in has manus nō venerunt. Incidere res illæ trāslati imperij in annum 801. Sunt q vnum adijciant, fuitq; hic annus circiter 468. ab eo quo Byzātion Cōstātinus imperij sedē trāstulit. Cæterũ patricius Nicephorus Irenen impio deiecit ob Caroli fauorē. Carolus p Hetruriā transiēs, in memoriā acceptæ dignitatis, Florentiā vrbē magna ex parte desolatā reparauit, vrbanamq; nobilitatē varie p vicina oppida diffusam reduxit, & maiora insup circūducere mœnia maiore ambitu pcurauit. Hæc Palmerius. Quæ aūt tunc, refert Blondus, māserit Ro. vrbi forma regiminis, à nullo tradi vidimus. Tã multa de gestis Leonis papę bibliothecarius scripsit, vt nō mirari nequeā* vllū illi verbū de vrbis administratiōe excidisse. cōijcimus q Leo diuinis intentus, vrbis administratiōe omnino abstinuerit.

Diuisio imperij.

Florentia.

Circa hæc tpa Iudęus in Syria quadam die in vilipendiū Chrianorũ, imaginē Chri lancea suffodit, & mox sanguis vbertim effluxit: quo pdigio timore correptus, ne sanguis deperiret, vas vulneri apposuit: quo vsi plurimi, sanitati restituti sunt. Iudæi ad fidem Chri cōuersi, miraculū hoc ad epm referūt, à quo baptizati sunt. Sāguis vero longe lateq; missus, puenit Mantuā, vbi pter crebra miracula magno in pcio habitus est. Et Carolus impator his auditis, ad Leonē papā scripsit, vt de hoc eum certiorē redderet. Leo vero cum seditiōibus vexaret crebris, Mantuā pficiscit, à Mantuanis benigne susceptus est, approbatoq; Chri sanguine ob frequētiā miraculorũ, q̄d & alij pōtifices post eum fecerūt, ad Carolū Leo pergit, certū facit de pmissis. deinde in Italia, adiuuāte Pipino rege, mandato patris de qbusdā cōiuratis & seditiosis nō sine clemētia supplicium sumptum est. Nicephorus Cōstantinopolitano impio assumpto anno salutis 803. misit fœderis instaurādi causa legatos ad Carolū in Germaniā, vbi cautum est, q Veneta vrbs maritima vtrunq; impatorem reuerita, proprijs vteret legibus: siue bello, siue pace, neutrius partis censeret. Vnde paulo post dux Venetorũ, necnō Paulus dux Graduum, & epus eiusdem ciuitatis, legati ad Carolum cum donis veniētes Saltzburgam, ordinationem receperūt, quo iure qsq; viueret, eiusq; pacis formulam Carolus Ro. pōtifici insinuauit. Eodē itaq; anno Aaron Admirathus Saracenorũ, trecēta millia pugnatorũ in subiectas Cōstātinopolitanis Asiæ puincias duxit. Territus Nicephorus, pacem ab illo abiectissime petijt, quā iniqssimis conditiōibus obtinuit, solenni fœdere pactus, se quotānis illi trecenta millia aureorũ pro imperij indemnitate in tributa psoluere. Paulo tamē post nequaquā vsus sano cōsilio, Stauraciū filium imperij consortem declarauit, q adolescens à turpi genitoris cum Saracenis pacto discedens, multa diuersis in locis accepit incōmoda. Et Nicephorus interim oībus viribus Bulgarorũ regno incumbebat. Ita neglecto Saraceno, nunq̄ fere antea maius detrimentū Græci impij status accepit. conabat hic & Italiæ res labefactare, opportunā sibi ratus materiem intestinas Venetorũ seditiōes. Erat Gradensis antistes Fortunatus, pōtificis Ro. Caroliq; in primis studiosus, & Venetis ducibus nō abs re maxime infensus. Is cum vitandarũ insidiarũ causa ad Carolū venisset, Venetā in impium fidē inuidiæ argumēto accusauit. Igit Pipinus Caroli filius rex Italicus, patris mādato bello Venetos adorit. Heracliam, quæ hodie noua ciuitas, & Equiliū loca terrestria inuadit. sed ciues munitiōibus diffisi, desertis his locis, Venetias migrarūt, estq; ex illis hodie prima in Venetis nobilitas. Interim difficile erat etiā Carolo īperatoris filio cū Dacis Sclauisq; negociū, quod cū virtute sua iuuenis & paterna indole feliciter gessisset, Carolus Imp. filijs conuocatis, cōdidit testamētum, q̄d infra leget. Eo tpe Nicephorus Venetis auxilio classem misit, cum adhuc Pipini res penderēt ambiguæ: atq; ista classe lacessitus, Venetias terra mariq; petitas, in ptātem suā accepit, ducū Venetorũ Obederij & Beati, vt putant, studio. Rursusq; noua pacis cōditione cessatum est, vt nihil esset eis cū imperatore Græco cōmune. Quod cū mercaturæ suæ causa, q̄ orientē accedebāt, cōmode fieri nō posset, cum Græco in grām rediere. Ibi Pipinus rei vindicādæ ardore classem instruit, Venetos obsidet, ponte ligneo sibi facturus viā. sed hic à Venetis igni & ferro refractus est, fertur in eo ingēs nostrorũ manus perijsse. verũ facit tāta autorũ diuersitas, vt breuior, quæ

Sanguis Chri apud Mātuanos.

Venetos suis legib⁹ vti.

Nicephor⁹ Imp. Cōstā.

Pipini cum Venetis bellum.

Daci & Sclaui subacti.

quæ à fide nõ abhorreant,tñ secter. Isto fere tpe Carolus pro suo religionis studio, Vlmam regiã villã abbati & cõuentui Augiæ maioris dedit, q ecclesiæ iura, decimas, tributa, pensiões, per pfectos suos inde accipiebat. Sed Vlmenses iam ad libertatẽ suã nõ sine maximo (vt legimus) incõmodo redierũt. donationẽ suã Carolus lrīs cõfirmauit, quarũ hic exemplum habes: In noīe sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Carolus diuina fauente grã Imp. Augustus: Si sanctorũ monasteriorũ loca, ne labant, frequẽter sustentamus, sustentãdo ditamus, nõ solũ Deũ per hoc nobis placamus, sed etiã nostri totius regni statũ corroboramus. Quapropter oĩm præsentiũ ac futurorũ cõperiet industria, qualiter Vlmã nostrã regalẽ villã pro animæ nostræ ac parentũ nostrorũ remedio, ad monasteriũ quod cõstructũ est in insula, quę in Alemanię partibus sita, *Sintleohesuna nuncupat, vbi venerabilis psul Hetto spũali turmæ præest, cũ oĩbus appendicijs suis & locis adiacẽtibus tradimus atq; trãsfundimus, vt frẽs ibidẽ regulariter subsistentes, & diuino operi die nocteq; iugiter insudãtes, dum à nostris sumptibus alacriter pcurantur, assiduis eorũ pcibus Deũ nobis ppiciũ facere dignent: vtq; pdictus Hetto cũ fratribus suis, monachis videlicet atq; clericis in præfata insula, exterioribus curis remotis, Deo seruire liberius atq; securius insistere valeat, cũ ipsius abbatis desiderio suorumq; monachorũ rogatu, Adelbertũ cognatũ nostrũ, in supradicta Vlma aduocatũ ac defensorẽ cõstituimus: & eundem, qa quales futuri hoĩes sint, ignoramus, ne statuta nostra vel qsquã suorũ successorũ transgrediat, in præsenti cũ iuramẽto tenaciter obligamus. Hac de causa nostræ placuit puidẽtiæ, eodẽ Adelberto defuncto, in psentia abbatis suorumq; successorũ ac fratrũ, videlicet monachorũ, hoc ppetua ponere ptãte, vt sapientũ vsi cõsilijs, ex his quos inter potentes seculi nouerint & inuenerint meliores & æqtatis *amatores, eligant huic loco, sicut & in cæteris locis suis cõpetẽter aduocatos & defensores, eo tñ tenore, vt quãdocũq; sui cõmissi præuaricator aut in rebus vel hoĩbus, qd vulgo Balmundt dicit, existat, statim sine mora, sine iudicio aduocatiã perdat. Qui aduocatus & oẽs sui successores, quale seruitiũ in pfata villa Vlma, ab Augensi abbate eiusdemq; ministris deinceps pcepturi, vel qualẽ iustitiã ipsi abbatibus sint facturi, breuiter hic determinauimus. Statuimus ergo & pcipimus, si psens Adelbertus aduocatus, vel quisquã suorũ successorũ in pdicta villa placitare voluerit, qñ vel qualiter aut quoties hoc fiat, in abbatis arbitrio pendeat, & ab eo disponat, vt nõ cum pluribus q̃ xxx. equis ad placitandum veniat, & tale seruitiũ quale tunc reperit, & qd pdictæ militum & equorũ multitudini cõgruat & sufficiat, eidẽ aduocato plibato abbas decẽter & honeste exhibeat. Et vt hoc nunc & in futuro cunctis pateat, regali nostro imperio sancimus & cõfirmamus, vt nullus aduocatus in pfata villa maius seruitiũ ab Augẽsi abbate vel à suis ministris quasi ex debito exigat, aut ad libitũ sibi statuat ipse, siue quasi ex iure vltra statutum quicq; vsurpare sibi vel vẽdicare audeat. Insup statuimus atq; iubemus, quicqd placitando ibidem acqrat, tertia parte sibi retenta, duas abbati reddat, & nullum aduocatum vel exactorem præter se sine abbatis pmissione cõstituat. Addimus q nihil priuati muneris vel seruitij in eadem villa, vel à quolibet locorũ illuc ptinentium, siue à cellarijs, quasi ex debito & statuto sibi iure exigat, ac mansiões vel pernoctatiões vspiã frequẽtare audeat. Quod si præsens aduocatus vel qsquã suorũ successorũ hęc nostra statuta trãsgrediat, sine iudicio & absq; spe recuperatiõis iubem⁹ vt aduocatia statim priuetur, & alter fidelior ac iustitiæ amantior, sano consilio in eius locum subrogetur. Et vt hoc scriptum nostrũ atq; decretũ ab oĩbus firmius obseruet & obnixius, annuli nostri signo, sigilliq; impressione firmari iussimus. Datũ anno salutis 813.

De Vlma.

GENERATIO XXVIII.

ANno dñi 810. q est annus imperij Caroli decimus ac Leonis papæ 14. ab origine mundi anno 9. supra 6. millia, ab vrbe cõdita 1560. incepit 28. generatio. Quo anno Pipinus rex Italiæ, filius Caroli impatoris, defunctus est, ac anno hunc sequenti Carolus maior natu imperatoris filius, q nuper Bohemos vastauerat, similiter mortuus est. Anno dñi 812. Nicephorus Imp. Constantinopolitanus pugnans cum Bulgaris, occiditur, & Stauracius filius secũdum aurem vulneratus, Cõstantinopolin reuersus, imperiũ assumpsit, quẽ tertio imperij mense Michael sororius eius deposuit, atq; illi successit, q deinde cum oratoribus Caroli fecit pacem ea cõditiõe, vt Michael oriẽtem cum Cõstantinopoli, & Carolus occidẽtem cum Roma haberet. Hispaniarũ partes, qbus recipiẽdis Carolus tñ insudauerat, impatori Græco redditas ferunt, & Venetias, ea immunitatis conditiõe quã à Carolo acceperãt, Græco cessisse. Deinde Carolus Imp. defunctis filijs Pipino ac Carolo, anno dñi 813. habitu gñali cõuentu Aqsgrani, filiũ suum Ludouicũ regem Aqtaniæ, ad se vocauit, eiq; coronam imponẽs, imperialis noĩs sibi consortem fecit, Bernardum nepotem filium Pipini Italiæ præfecit, & re-

Michael Constant. Imp.

& regem appellari iussit. Concilia quoque iussu eius sup statu ecclesiarum corrigẽdo, p totam Galliã ab epis celebrata sunt, vnũ Moguntiæ, alterum Rhemis, tertiũ Cabillone, quartum Arelati, qntũ in Turonibus. Eo anno pons Rheni apud Moguntiacũ, quẽ imperator per decẽ annos ingẽti labore & ope mirabili de ligno ita cõstruxit, vt perenniter durare posse videret, in mẽse Maio ita tribus horis fortuito incẽdio conflagrauit, vt pter hoc qd aqua tegebat, ne vna qdem hastula maneret. Anno sequẽti, hoc est, 814. Carolus rex atque imperator dum Aquisgrani hyemaret, febre & pleurisi tactus, quinto Kaleñ. Februarij rebus excessit humanis. Anno itaque dñi 814. Carolus Imp. gloriosissimus in palatio suo Aquisgrani, vbi principalẽ regni Francorum sedẽ cõstituit, finẽ vitæ suæ Chrianissime cõclusit, anno regni Frãcorum 46. subactæ vero Italiæ 43. imperij aũt anno 14. ætatis suæ 72. Cuius qdem virtutes atque merita resque gestas tum domi tum foris, præ multitudine atque magnitudine narrare ad plenum nõ sufficimus. nã suo studio atque industria Francorum regnũ, qd à patre Pipino magnũ qdem & forte susceperat, ita notabiliter ampliauit, vt pene duplũ reddiderit. cũ eñ prius nõ amplius q̃ ea pars Galliæ, quæ inter Rhenũ & Ligerim fluuium, Oceanumque & mare Balearicũ iacet, & pars Germaniæ quæ inter Saxoniã & Danubiũ & Salã fluuium, q Thuringos & Sorabos diuidit, postea incolit à Francis q orientales dicunt, & pter hæc Alemani atque Boioarij ad regni Francorum potestatẽ ptinerẽt: ipse iure belli primo Aqtaniam & Vasconiã, totumque Pyrenæi montis iugũ & vsque ad Iberũ amnem, q apud Nauarros ortus, & fertilissimos Hispaniæ agros secans, sub Dertosæ ciuitatis mœnia Balearico mari miscetur. Deinde Italiã totã ab Augustis ptorijs vsque in Calabriã minorẽ, vbi Græcorum ac Beneuentanorum constat esse confinia. Tum Saxoniam citra & trans Albim, quæ Germaniæ qdem magna pars est, & eius quæ à Francis colit, duplũ in loco habere putat, deinde vtrãque Pannoniã, & appositã in altera Danubij ripa Daciã, Istriã quoque & Liburniam atque Dalmatiã, exceptis maritimis ciuitatibus, quas ob amicitiã & iunctũ cum eo fœdus, Constãtinopolitanũ ĩpatorẽ habere pmisit. Deinde oẽs barbaras & feras nationes, quæ intra Rhenũ ac Vistulã fluuios, Oceanumque ac Danubiũ positæ, lingua qdem pene similes, moribus vero atque habitu valde dissiles Germaniã incolũt, ita pdomuit, vt eas tributarias efficeret: auxit etiã gloriã regni sui qbusdam regibus ac gentibus per amicitiã sibi cõiunctis. Adeo nanque Adelfonsum Gallitiæ atque Asturiæ regẽ sibi societate deuinxit, vt is cum ad eũ lr̃as vel legatos mitteret, nõ aliter se apud illum q̃ proprium suũ appellari iuberet. Scotorum quoque reges sic habuit ad suã volũtatẽ inclinatos, vt eum nunq̃ nisi dñm, seque subditos & seruos eius, pnunciarent. Cũ Aaron rege Persarum, q excepta India, totũ pene tenebat oriẽtem, talẽ habebat amicitiã, vt is grãm eius oĩm q in toto erãt orbe, regũ ac principũ amicitiæ pponeret. Misit eñ idem rex legatos anno dñi 807. ad Carolũ, deferẽtes ei munera, papilionẽ, tria tentoria vario colore distincta, miræ magnitudinis & pulchritudinis, oĩa byssina, tam tentoria q̃ funes eorum, pterea pallia serica multa & preciosa, atque vnguẽta ac balsamũ, necnõ & horologiũ ex aurichalco arte mirifice cõpositũ, in quo 12. horarum cursus ad clepsydrã vertebat, cũ totidẽ æreis pilulis quæ ad cõpletionẽ horarum decidebãt, & casu suo subiectũ sibi cymbalũ tinire faciebant, additis eiusdẽ numeri equitibus, q per 12. fenestras cõpletis horis exibant, & impulsu egressiõis suæ totidẽ fenestras, quę prius erãt apertæ, claudebãt. alia quoque multa erãt in ipso horologio, q̃ enumerare longũ est. Impatores alij Cõstãtinopolitani vltro amicitiã & societatẽ eius expetẽtes, cõplures ad eũ miserũt legatos, cum qbus & si suspectus, ppter susceptũ à se impatoris nomẽ, fœdus firmissimũ statuit, vt nulla inter partes scãdali remaneret occasio. Erat eñ oĩno Græcis Romanisque suspecta Francorum potentia. Vnde & illud in ore Græcis semp fuit, τὸν φράγκον φίλον ἔχε, γείτονα δ᾽ οὔ, id est, Francum amicũ habe, vicinũ aũt nõ. Nã ita fere hũani ĩgenij lidìdine cõparatũ est, vt inter se vicini gloria & ĩuidẽtia certẽt. Mãserat hactenus integrũ cũ Carolo Gręcorum fœdus Nicephori ĩperio, sed cũ apud Adrianopolin à Bulgaris biẽnio postq̃ impare cœpat, victus & fugatus impio se abdicasset, Leo Armeniacus impator lectus, amicitiã caste seruauit, q afflicto oriẽti summope necessaria videbat. Bulgaros eñ eorum rege capto, domuit. Carolus insup opa ad regni decorẽ & cõmoditatẽ ptinẽtia diuersis locis ĩchoauit, q̃dã etiã cõsummauit, inter q̃ pcipua est ecclesia S. Dei genitricis Aquisgrani ope mirabili cõstructa, ad cuius structurã à Roma & à Rauẽna colũnas & marmora deuehi fecit. sacrasque ædes vbicunque in toto regno suo collapsas, põtificibus & abbatibus ad q̃s ptinebãt, vt restaurarent, impauit. Fert etiã fundasse scdm ordinẽ lr̃arum numerum monasteriorum, fecisseque oẽs lr̃as alphabeti aureas, & in vnoquoque vnã posuisse. fecit & põtẽ apud Mogũtiã in Rheno qngentorum passuũ. nã tãta est ibi fluminis latitudo, q tñ anno ante mortẽ ipsius, vt dictũ est, cõflagrauit. Itẽ Carolo apud Regẽspurg morãti, ppter Hũnos, psuasum est, fo

Pons Moguntiacus cõflagrauit.

Diui Caroli Cęsaris interitus.

Quas Carolus gentes deuicerit.

Munera ex oriente ad Carolũ missa.

Leo Armeniacus Imp. Constant.

est,fore vt à Rheno in Danubium nauigari posset,si intra Radiătiam & Altimonam fluuios fossa duceret,quæ esset capax nauiū,qa hoꝝ fluuioꝝ alter Danubio,alter Rheno miscet. Cōfestim rex ad locū opportunum accelerat, ac magna hoīm multitudine cōgregata,totū autumni tēpus in hoc cōsumpsit. ducta est itaq; fossa inter pdictos fluuios duum milliū passuū lōgitudine,trecentoꝝ pedū latitudine,sed frustra. nam pptex iuges pluuias & terrā quæ palustris est natura, opus stare nō potuit: sed quantū interdiu egestū fuerat,tātum noctibus humo iteꝝ relabēte,subsidebat. Inchoauit & palatia operis egregij:vnum haud lōge à Mogūtia, iuxta villā Ingelheim, qua in villa fertur natus ex Pipino Francoꝝ rege & Bertha Vngara,vt Gotfredus testat,alteꝝ palatium Nouimagij sup * Vahulam fluuiū cōstruxit. Vxores successiue habuit plures. primam matris hortatu Hirmigardā filiā Desiderij regis Lōgobardoꝝ duxit, quā tñ post annum repudiauit ex causa(vt credit) iusta, deinde duxit nobilissimā e Sueuoꝝ gente puellam noīe Hildegardē, de cognatiōe Gotfredi ducis Alemanoꝝ,hoc est,Sueuoꝝ. Gotfredus dux genuit Hochingū,Hoching⁹ genuit Nebi,Nebi aūt genuit Immā,Imma vero peperit Hildegardē reginam. Carolus ex hac genuit tres filios,Carolū,Pipinum & Ludouicū. In hoc cōsentiūt omēs. Mortua aūt est Hildegardis anno dñi 783. pridie Kaleñ. Maij. Eodē anno venit rex Carolus Vormatiā, & duxit in vxorē filiam Rudolphi comitis de oriētali Francia, noīe Fastradā, ex qua genuit duas filias Theoderatam & Hiltrudem. de Hildegarde pmortua vxore supererāt etiā tres filiæ,Rutrudis,Bertha & Gisela. Anno aūt dñi 794. obijt regina Fastrada,& in S. Albano Mogūtiæ honorifice extitit sepulta. Defuncta Fastrada, Lutgardā Alemanā vxorē duxit,de qua nihil liberoꝝ tulit,vt Enardus aulicus de gestis Caroli tradidit, vbi etiā subiunxit Carolū habuisse post mortē Lutgardæ tres cōcubinas,Gersuindam Saxonici gñis,de qua filia noīe Adeltrad nata est,& reginā q̄ ei Drugonē & Hugonē genuit, & Alindā quæ Theodoricū peperit. multa sunt & varia,quæ passim legunt. quare missa hæc facio. Quod aūt solū habuerit tres legitimos filios,inducit me ad credēdum forma testamenti ipsius Caroli,cuius fuit talis tenor: In noīe patris & filij & spūs sancti. Imp. Cæsar Carolus,rex Francoꝝ inuictissimus,& Ro. rector imperij,pius,felix,victor ac triūphator semp Augustus,oībus fidelibus sanctæ Dei ecclesiæ,q sub nostro impio cōstituti sunt. Sicut oībus vobis notū esse credimus,quō diuina clemētia,cuius nutu ad occasum tendētia secula per successiōes generationū reparatiōes generant,tres nobis dando filios,magno nos miseratiōis ac benedictiōis suæ ditauit munere, qa per eos secundum vota nostra spem nostrā de regno cōfirmauit,& curam obliuioni obnoxiæ posteritatis leuiorē fecit. Ita & hoc vobis notū fieri volumus,q eosdē per Dei grām filios nostros regni à Deo nobis cōcessi,donec in corpore sumus,& post nostrū ab hac mortalitate discessum,huius à Deo cōseruati & cōseruandi regni vel imperij nostri hæredes relinquere,si sic diuina maiestas annuerit,optam⁹,nō vt cōfuse atq; inordinate aut sub totius regni iurgiū vel litis cōtrouersiā eis relinquamus, sed trina partitiōe totum regnum diuidētes,quam qsq; illoꝝ tueri vel regere debeat,describere & designare volumus,eo videlicet modo,vt sua quisq; portiōe cōtentus, iuxta ordinationē nostrā & fines regni sui,q ad alienigenas extenduntur,cum Dei adiutorio nitatur defendere, & pacem atq; charitatem cum fratre custodire. Diuisiones vero à Deo cōseruati & conseruandi imperij vel regni nostri tales facere placuit,vt Aquitaniam totam atq; Vasconiam,excepto pago Turonico,& quicqd inde ad occidentem atq; Hispaniam respicit,& de ciuitate Niuernis quæ est sita super fluuium Ligerim cum ipso pago Niuernensi pagum Analēsem atq; Alsensem,Cabillonēsem,Matisconēsem, Lugdunensem, Sabaudiam,Tarantasiā,mōtem Cinisium,vallem Segusianā vsq; ad Clusas,& inde per terminos Italicoꝝ mōtium vsq; ad mare,hos pagos cum suis ciuitatibus & quicqd ab eis cōtra meridiem & occidētem vsq; ad mare vel vsq; ad Hispanias cōtinetur,hoc est, illam portionem Burgundiæ & Prouinciā & Septimaniā vel Gotthiā,Ludouico dilecto filio nostro cōsignauimus. Italiam vero,quæ & Longobardia dicit,& Boioariam, sicut Tassillo tenuit, exceptis duabus villis, quaꝝ noīa sunt Ingoldestat & Lutrahahof, quas quōdā Tassillo beneficio nostro tenuit, & pertinēt ad pagum Nortgouue, de Alemania partem quæ in australi ripa Danubij fluminis est,& de ipso fonte Danubij currente limite vsq; ad Rhenum fluuium in confinio pagoꝝ Cletgoue & Hegoue, in locum qui dicitur Auge, & inde per Rhenū fluuiū sursum versus vsq; ad alpes quicquid intra hos terminos fuerit & ad meridiem vel oriētem respicit,vnā cū ducatu Curiensi & pago Durgoue,Pipino dilecto filio nostro ordinamus. Quicqd autem de regno nostro extra hos terminos fuerit, id est, Frāciam & Burgūdiā, excepta illa parte quā Ludouico dedimus,atq; Alemaniā excepta portiōe quā Pipino dedim⁹,*Austriā & Neu-

Caroli vxores & nati.

Caroli testamentum.

Triplex regni Francorū diuisio.

Ludouici regnum.

Pipini regnum.

Caroli regnum.

& Neustriam, Thuringiã, Saxoniã, Frisiã, & partem Boioariæ quę dicit Nortgoue, dilecto filio nostro Carolo cõcessimus, ita vt Carolus & Ludouicus viã habere possint in Italiã ad auxilium ferẽdum fratri suo, si ita necessitas extiterit, Carolus per vallem Augustanã, q̃ ad regnũ eius ptinet, & Ludouicus per vallẽ Segusianã, Pipinus vero & exitũ & ingressum per alpes Noricas atq; Curiã. Hæc aũt tali ordine disposuimus, vt si Carolus q maior natu est, prius q̃ cæteri frẽs sui obierit, pars regni quã habebat, diuidatur inter Pipinũ & Ludouicũ, sicut quondã diuisum est regnũ inter nos & frẽm nostrũ Carolomannũ, eo modo, vt Pipinus illã portionẽ habeat, quã frater noster Carolomãnus, Ludouicus vero illam partẽ quã nos suscepimus. Si vero Carolo & Ludouico viuẽtibus, Pipinus debitũ sortis humanæ cõpleuerit, Carolus & Ludouicus diuidãt inter se regnũ q̃d ille habuit, vt ab ingressu Italiæ per Augustã ciuitatẽ accipiat Carolus Vercellas & Papiã, & inde per Padũ & fluuium termino currente vsq; ad fines Regiensiũ, & ipsum Regiũ, & ciuitatẽ nouã atq; Mutinã vsq; ad terminos S. Petri. has ciuitates cum suburbanis territorijs, & qcqd inde Romã pergẽti est ad læuã, vnà cum ducatu Spoletino accipiat Carolus. Quicqd aũt à p̃dictis ciuitatibus Romã eunti ad dextram iacet de p̃dicto regno, id est, portionẽ q̃ remansit de regione trãspadana vnà cũ ducatu Tusco vsq; ad mare australe & vsq; ad illius ꝓuinciã, Ludouico cedat. Q̃d si cęteris sup̃stitib⁹ Ludouic⁹ fuerit defunct⁹, eã partẽ Burgũdiæ, quã regno ei⁹ adiũxim⁹, cũ ꝓuincia & Septimania siue Gotthia vsq; ad Hispaniã Pipinus accipiat, Carolus vero Aqtaniã atq; Vasconiã. ꝙ si filius cuilibet hoꝝ trium fratrũ natus fuerit, quẽ populus eligere velit, vt patri suo succedat in regni hæreditate, volumus vt cõsentiãt patrui ipsius, & regnare permittãt filiũ fratris sui in portiõe regni paterni. Placuit etiã inter p̃dictos statuere atq; p̃cipere ꝓpter pacẽ, quã inter eos ꝑpetuo manere desideramus, vt nullus eoꝝ fratris sui terminos vel regni limites inuadere præsumat, neq; fraudulẽter ingredi ad cõturbãdum regnum eius vel marcas muniendas, sed adiuuet vnusquisq; illoꝝ fratrem suum, & auxilium ei ferat cõtra inimicos eius iuxta rõnem & possibilitatem, siue in patria, siue cõtra cæteras natiões. Neq; aliqs illorum, homines fratris sui pro quibuslibet causis seu culpis ad se cõfugientes suscipiat ad intercessionẽ pro eis faciẽdam: qa volumus vt qlibet homo peccatis & intercessiõe indigens, intra regnum dñi sui vel ad loca sancta, vel ad honoratos hoĩes cõfugiat, & inde iustam intercessionẽ mereatur. Similiter volumus, vt quemlibet liberum hoĩem q dñm suũ cõtra voluntatem eius dimiserit, & de vno regno ad aliud ꝓfectus fuerit, neq; ipse rex suscipiat, neq; hoĩbus suis cõsentiat, vt talem recipiant. hoc nõ solum de liberis, sed etiã de seruis fugitiuis statuimus obseruãdum. Quapropter præcipimus, vt post nostrum discessum vnusquisq; accipiat beneficia in regno dñi sui, & nõ alterius, ne forte per hoc si aliter fiat, scãdalum possit aliquod accidere: hæreditatẽ aũt suã habeat vnusquisq; illoꝝ hoĩm absq; cõtradictione, in quocũq; regno hoc eũ legitime habere cõtigerit. Vt vnusquisq; liber homo licentiã habeat post mortẽ dñi sui se cõmendãdi inter hæc tria regna ad quodcũq; voluerit, similiter & ille q nondum alicui cõmendatus est. De traditiõibus aũt & venditionibus quæ inter partes fieri solent, præcipimus, vt nullus ex his tribus fratribus suscipiat de regno alterius aliquã traditionẽ vel venditionẽ à quolibet hoĩe rerum immobilium, hoc est, terraꝝ, vineaꝝ, syluaꝝ, suorumq; q iam casati sunt, siue cæteroꝝ q̃ hæreditatis noĩe censentur, ex auro & argento & gẽmis, armis ac vestibus, necnõ & mancipijs nõ casatis, & his speciebus quæ proprie ad negociatores ꝑtinere noscunt: cæteris vero liberis hoĩbus hoc minime interdicendũ iudicauimus. Si causa cõtrouersiæ inter partes propter terminos aut cõfinia regnoꝝ orta fuerit, quæ hoĩm testimonio diffiniri nõ potest, volumus ꝙ ad declarationem rei dubiæ iudicio crucis Dei voluntas & rerum veritas inquiratur, nec vnquã pro tali causa cuiuslibet generis pugna vel campus ad examinationem indicat. si vero homo de vno regno, hoĩem de altero de infidelitate cõtra fratrẽ dñi sui apud dñm suum accusauerit, mittat eum dñs eius ad fratrem suum, vt ibi comprobet quod dixit. Super oĩa autem iubemus, vt ipsi tres fratres curã & defensionem ecclesiæ S. Petri simul suscipiant, sicut quondam ab auo nostro Carolo & beatæ memoriæ Pipino rege & à nobis postea suscepta est, vt eam cũ Dei adiutorio ab hostibus defendere nitantur, & iustitiam suam, quantum ad ipsos pertinet, & ratio postulauerit, habere faciant. Similiter & de cæteris ecclesijs, quæ sub illoꝝ fuerint potestate, præcipimus, vt iustitiam suam & honorem habeant, & pastores atq; rectores venerabiliũ locoꝝ, habeãt potestatẽ reꝝ quæ ad ipsa pia loca ꝑtinẽt, in quocũq; de his tribus regnis illaꝝ ecclesiaꝝ possessiões fuerint. De filiabus aũt nostris iubemus, vt post nostrũ decessum licentiã habeat vnaquæq; eligendi, sub cuius fratris tutelam se conferre velit, & quæcunq; ex illis monasticã vitã elegerit, liceat ei honorifice viuere. Quæ

De fratrum concordia.

Principib⁹ tuenda ecclesia.

Quæ aũt iuste & rationabiliter à cõdigno viro ad cõiugiũ quæsita fuerit, eiq; cõiugalis vita placuerit, nõ ei denege᷑ à fratribus suis, si & viri postulãtis, & fœminæ cõsentientis honesta & rõnabilis fuerit volũtas. Postremo statuimus, vt quidquid adhuc de rebus ac cõstitutionibus his nostris decretis addere voluerimus, sic à pdictis dilectis filijs nostris obserue᷑, sicut ea q̃ in his iã statuta sunt atq; scripta. Hæc aũt oĩa ita disposuimus, atq; in ordinẽ firmare decreuimus, vt q̃diu diuinæ maiestati placuerit hãc corporalẽ agere vitã, potestas nr̃a sit sup à Deo cõseruatũ regnũ atq; imperiũ istud, sicut hactenus fuit, & vt obediẽtes habeamus pdictos filios nr̃os, atq; Deo amabilẽ populũ nostrũ, cũ omni subiectione q̃ patri à filijs, & imperatori ac regi à suis populis exhibetur. Amẽ. Quia vero duos filios Pipinũ & Carolũ anteq̃ morere᷑, amisit, q̃x Pipinus vnũ filiũ Bernardũ reliquit, filias aũt quinq;, ipse Carolus postea Ludouicũ qui solus supererat, cõsortẽ sibi regni & imperialis noĩs hæredẽ instituit, Bernardũ vero nepotẽ, regẽ Italiæ fecit, vltimãq; voluntatẽ in alijs cõdidit, anno ab incarnatiõe dñi nostri Iesu Christi 811. regni Franciæ anno 43. & in Italia 39. imperij aũt 11. De thesauris suis atq; pecunia q̃ in camera inuenta fuit, illud pcipue cauere voluit, vt nõ solũ eleemosynarũ largitio perficeret, sed etiã vt hæredes sui omni ambiguitate remota, quid ad se pertinere deberet, liquido cognoscere possent. Hac igi᷑ intentione oẽm substantiam atq; supellectilẽ suã, q̃ in auro, argento, gemmisq; & ornatu regio in illo die adesset, primo quidẽ trina diuisione partitus est, deinde easdẽ partes rursus diuidẽdo, de duabus partibus 20. & vnã fecit, tertiã integrã reseruauit, vt qa in regno illius metropolitanæ ciuitates viginti & vna esse noscun᷑, vnaquæq; metropolis vnã ex xxi. partibus habeat. Et archiepus qui tunc rector illius ecclesiæ extiterit, partem q̃ ad suã ecclesiã data est, suscipiens, cũ suis suffraganeis partia᷑, eo s. modo, vt pars tertia suæ sit ecclesiæ, duæ vero partes inter suffraganeos diuidan᷑. Noĩa metropoleon, ad quas eadẽ eleemosyna siue largitio facienda est, sunt hæc: Rauenna, Mediolanũ, Forumiuliũ, Gradus, Colonia, Mogũtia, *Iuuauia seu Saltzburg, Treuiris, Senones, Vesontiũ, Lugdunũ, Rothomagũ, Rhemi, Arelate, Vienna, Tarẽtasia, Ebrodunũ, Burdegala, Turonũ, Bituriges. Vnius aũt partis, quã integrã reseruari voluit, talis est ratio, vt hæc tertia in vsu quotidiano versare᷑, velut res quã nulla obligatiõe alienatam esse cõstaret, & hoc tã diu, quoadusq; vel ille mansisset in corpore, vel vsum eius sibi necessariũ iudicaret. post obitũ vero ipsius, aut volũtariã seculariũ reꝝ carentiã, eadẽ pars q̃tuor subdiuisionibus secaret, & vna quidẽ eaꝝ supradictis xxi. partib⁹ adderet, altera filijs & filiab⁹ suis, filijsq; ac filiabus filioꝝ suoꝝ iusta & rõnabili inter eos partitiõe diuidere᷑: tertia vero in vsum paupeꝝ erogaret, quarta simili modo in noĩe eleemosynæ, in seruoꝝ & ancillaꝝ vsibus palatij famulantiũ sustentationem distributa veniret. Ad hanc tertiã totius summæ portionẽ, adiungi voluit oĩa ex ære & ferro, alijsq; metallis vasa atque vtensilia, cũ armis & vestibus ac supellectile, vt sunt cortinæ, stragula, tapetia, coria, saginata. Erant in thesauris pciosioribus regis mensæ quatuor, argẽteæ tres, alia aurea. Ex argenteis vnam, q̃ simulacrũ vrbis Cõstãtinopolitanæ continebat, tẽplo diui apostoli Petri Romæ, alterã in qua vrbis Romæ effigies exculpta erat, Rauennati ecclesiæ dicauit. Tertia, q̃ totius orbis imaginẽ pferebat, cũ aurea ad filios peruenit. Paulo ante mortẽ Caroli anno dñi 810. Cacannus princeps Hunnoꝝ, dudũ victus à Carolo, propter necessitatẽ populi sui eũ adijt, postulans sibi locũ dari ad habitandũ prope Carnotũ, quia propter infestationẽ Sclauoꝝ in pristinis sedibus esse non posset. Quẽ imperator benigne suscepit. erat eñ Cacannus Christianus noĩe Theodorus. & pcibus eius annuens, muneribus donatũ abire permisit, q rediens ad populũ suũ, pauco tẽpore transacto obijt. Verũ misit Cacannus successor vnũ de optimatibus suis, petẽs sibi honorẽ antiquũ, quem Hunnoꝝ princeps habere solebat. Cuius pcibus imperator assensum pbuit, & summã totius regni iuxta priscũ eoꝝ ritũ, Cacannũ habere pcepit. Cæteꝝ in instituendis liberis pcipuã adhibuit curã, vt mares bonis disciplinis, fœminæ lanificio erudiren᷑. Amabat peregrinos & in eis suscipiendis magnam habebat curã, adeo vt eoꝝ multitudo nõ solũ palatio, sed etiã regno videre᷑ merito onerosa. ipse tñ præ magnitudine animi pondere hoc minime grauaba᷑, cũ etiã ingentia incõmoda laude liberalitatis ac bonæ famæ mercede cõpensaret. Corpore fuit robusto, statura eminenti. nã septẽ suoꝝ pedũ proceritatẽ eius constat fuisse mensuram, apice capitis rotundo, oculis pgrandibus atq; vegetis, naso paululũ excedenti, canicie pulchra, facie læta & hilari, vnde formæ autoritas & dignitas tam stanti q̃ sedẽti acquireba᷑. incessu erat firmo, totaq; corporis habitudine virili, voce clara quidẽ, sed q̃ minus corporis formæ cõueniret. valetudine prospera, pter q anteq̃ decederet, per quatuor annos crebro febribus corripieba᷑, ad extremũ etiã vno pede claudicabat, erat

Eleemosyna ex Caroli thesauris.

Quatuor pciosæ tabulæ.

Caroli in Hunnũ beneuolentia.

Liberorum cura.

Statura Caroli & habitus.

eloquentia copiosus & exuberās, poteratq́ quidquid vellet aptissime exprimere. nec patrio sermone cōtentus, etiā peregrinis linguis ediscēdis operā dabat, in q̄bus Latinā linguā ita didicit, vt ea ac patria lingua orare sit solitus. Græcā vero melius intelligere, q̄ pronunciare poterat. artes liberales studiosissime coluit, earūq́ doctores plurimū veneratus, magnis extulit honoribus, in discēdis Græcis Petrū Pisanū audiuit, in cæteris disciplinis Alcuinū diaconū de Britannia, p̄ceptorē in rhetorica, dialectica ac astronomia habuit. discebat & artē cōputandi, & intentione sagaci siderū cursum curiosissime rimabat̄. Narrat Iacobus de Columna, q̄ Alcuinus Anglicus à regibus Angliæ pro pace missus ad Carolū, ea fuerit apud eū autoritate, vt in Gallia maneret. Ferunt̄ etiā illo t̄pe duo Scoti ex Bedæ discipulis Claudius & Iohannes, de Hybernia venisse in Galliā, viri in secularibus literis & in sacra scriptura incōparabiliter eruditi, q̄ inter mercatores q̄tidie clamabāt: Si quis sapiæ cupidus est, veniat. res ad Carolū defert̄, q̄ vocatos interrogauit, sapiam ne venalē haberēt, inquiūt se venalē habere. à quibus cū rex inquireret, quid pro ipsa peterent, r̄nderunt, loca t̄m opportuna & aīas ingeniosas ac alimēta. Ingēti gaudio affectus rex, dū aliq̄t dieb⁹ audiuisset eos, ac bellū ingrueret, vnū ex his Claudiū, qui & Clemēs dicit̄, Parisiꝭ residere fecit, cui pueros nobilissimos cōmendauit: alterū vero Ticinū direxit, cui monasteriū S. Augustini delegauit. Hoc initiū habuit Parisieñ. schola, quā Alcuini eruditio p̄cipua illustrauit. nam eius adhuc monumēta nōnulla legunt̄, & sunt qui putēt eius esse glossam in bibliꝭs ordinariā.

Scholæ Parisieñ. initiū Alcuinus.

Carolus exercebat̄ equitando ac venando iugiter, q̄d illi gentilitiū fuit, q̄a vix vlla in terris natio inuenit̄, q̄ in hac re Frācis possit æquari. Delectabat̄ etiā vaporibus aquarū calidarū, corpus exercens frequēti natatu, ob hoc etiā Aquisgrani regiā extruxit, ibiq́ extremā duxit vitā. In cibo & potu erat tēperat⁹, sed in potu tēperatior, ita q̄ raro plus in cœna q̄ ter aut quater biberet. cibo adeo abstinere nō poterat. cōquerebat̄ em̄ sæpe obnoxia sibi ieiunia. conuiuabat̄ rarissime, & hoc p̄cipuis t̄m festiuitatibus. cœna q̄tidiana quaternis t̄m ferculis p̄bebat̄, p̄ter carnē ferinā assam, qua ille libētius vescebatur. Inter cœnandū aut cōfabulatione, aut historiarū quarundā lectiōe delectabatur.

Venatio.

Circa pauperes sustētandos & eleemosynā deuotissimus erat, vt qui nō in patria sua solū id faceret, sed etiā transmarinis locis, in Syriā, Aegyptū & Aphricā, ad Hierosolymos, Alexandriā, Carthaginē, vbi Christianos in paupertate viuere cōpererat, penuriæ eorū cōpatiens, pecuniam mittere solebat, ob hoc maxime transmarinorū regū amicitiā expetens, vt Christianis sub eorū dominatu degētibus refrigeriū ac solatiū proueniret. honorabat p̄ cæteris locis in vrbe Roma B. Petri ecclesiā, in quam maxima donaria cōtulit, neq; ille toto regno suo quidq̄ duxit antiquius, q̄ vt vrbs Roma sua opera suoq́ labore prisca polleret autoritate, & ecclesia S. Petri non solū tuta esset ac defensa, sed & p̄ oībus ornata atq; ditata, quā cū tanti faceret, t̄n intra 46. annos quibus regnauerat, quater t̄m votorū soluendorū ac supplicandi causa profectus illo est. Vltimo t̄n eo venit, vt Leonē papā multis affectū iniuriꝭs, sicut dictū est, restitueret, q̄ tēpore nomen imperatoris suscepit. post susceptū imperiale nomē, cū aduerteret plura legibus populi sui deesse, cogitauit diminuta supplere, & discrepātia vnire, prauaq́ corrigere. oīm aūt nationū q̄ sub eius ditione erant, iura, q̄ scripta nō erāt, scribi ac literis mandari p̄cepit. Item q̄ maiores sui egissent, t̄m barbaris monumentis obseruata, culte scribi iussit.

Liberalitas & beneuolētia in pauperes.

Anno imperiꝭ eius primo, vt refert Sigibertus, p̄ omne imperiū legatos ad faciendā iustitiā direxit, & legū capitula 23. instituit, vnū habetur in decretis dist. 19. sic. In memoriā B. Petri apostoli honoramus S. Romanā ecclesiā, & q̄ nobis sacerdotalis mater est dignitatis, esse debet ecclesiasticæ magistra rationis. quare obseruāda est à nobis cū mansuetudine humilitas, & licet vix ferēdū ab illa sancta sede imponat̄ iugū, t̄n feramus &c. Cū quāta aūt reuerentia ep̄os honorauerit, patet in decretis 11. q. 1. vbi idē. Volumus, inquit, vt oēs nostræ ditionis, tā Romani q̄ Fraci, Alemani, Boioariꝭ, Saxones & Thuringi, Frisones, Galli, Burgundiones, Gotthi, Hispani, Britones, Longobardi, Beneuentani, Vascones, cæteriq́ oēs nobis subiecti, q̄cunq; videātur legis vinculo adstricti, vel consuetudinis cōnexi timore, hāc sententiam, quā ex Theodosiꝭ libro inter nostra capitula posuimus, pro lege ab oībus teneant. Quicūq; litem habens, si iudiciū elegerit sacrosanctæ sedis antistitis, ilico sine aliqua dubitatione ad ep̄orum iudiciū dirigatur, nec vlterius liceat retractari p̄ appellationis negociū, q̄d ep̄orum iudicio deciditur: vbi glo. dicit, q̄ hęc sint abrogata p̄ alia iura cōtraria, t̄n Innocen. papa arguit ex eodē capitulo in c. nouit de iudi.

Generales Caroli constitutiones.

Carolus q̄q; mēsibus in patria, hoc est, in Teutonica lingua noīa imposuit, q̄ antea partim Latinis, partim barbaris noīabant̄ noībus. Itē religionē Christianā, qua ab infantia fuerat imbut⁹, sanctissime excoluit, ecclesiā mane & vespi, itē nocturnis horis & sacrificiꝭ t̄pe, quo-

Sacrorum cura.

quoad valetudo corporis permisit,impigre frequẽtabat,conabaturq́ʒ magnopere,vt oĩa q̃ in ea gerebant,cũ maxima fierẽt honestate,æditυos creberrime cõmonens,ne qd indecẽs aut sordidũ inferri,vel in ecclesia remanere permitterẽt.sacroꝝ vasoꝝ ex auro & argento,vestimentorũq́ʒ sacerdotaliũ tantã cõparauit copiã,vt nemo in ministerio habitũ priuatũ habere permitteret.legendi atqʒ psallendi disciplinã emendauit diligentissime.erat enim in vtroqʒ peritus,quanq̃ ipse nec publice legeret,nec nisi submisse & in cõi cantaret.Vocauit aũt ex vrbe Roma cantores,q cantũ Gregorianũ, cuius ante in Gallia nondũ erat vsus,instituerẽt.at illi vel nõ fideliter,aut ab vero errãtes,paꝝ profecerũt.q̃d perpendẽs Carolus,p cantores rursus ab Adriano papa directos,dissonantiã corrigere curauit.Legi & in q̃dã libello,ꝙ Carolus cuidã nobili adolescenti episcopatũ quendã cõtulit,q mox actis gratijs discedens,ante palatium in sellã equi sibi adducti e terra insilijt.Vidẽs hoc Carolus p cãcellos,eũ reuocauit,dixitq́ʒ: Videmus te agilẽ & ad bella aptissimũ,turbamur aũt ab hostibus in imperio,eapropter ibis mecũ bellator fortis,episcopatui ineptus.Et mox alteri episcopatũ cõtulit. Legi ibidẽ,ꝙ Carolus in q̃dragesima omni die hora 9.Missaꝝ celebratiõe & Vesperis peractis,cœnare solitus fuerit,q̃d ep̃us qdã valde religiosus,pro negocijs qbusdã superueniens,rep̄hendebat,Carolo in faciẽ dicens,horã nõ esse cõgruã ad cœnandũ.Carolus admonitionẽ hoĩs humiliter suscipiens, rogat vt secũ p quadragesimã maneret,nihilq́ʒ gustaret donec extremi officiales comederent.mansit ille.factũ est aũt,vt ex more principes ad mensam imperatori seruirẽt,deinde principibus ministeriales,postea ministerialibus famuli,illis postea alij & iteꝝ,ita vt vltimi p̄ multitudine cõuiuantium, vix ante noctẽ cœnare possent.Ita castigatus ep̃us,recognouit palam errorẽ suũ.Cui Carolus:Probasti o ep̃e,ꝙ nõ intemperantiæ gr̃a horã anticipaui.Erat Carolus doctoꝝ viroꝝ cõquisitor diligentiss.ferturq́ʒ semel dixisse:Vtinã haberẽ duodecim clericos tam doctos,q̃ fuerũt Augustinus & Hieronymus.Ad q̃d Alcuinus respõdisse fertur:Creator cœli & terræ similes illis tunc plures non habebat,& tu vis habere xij?q̃d princeps sapientiss.gratanter audiuit,responsumq́ʒ laudauit.Extremo vero vitæ tp̃e, cũ iam morbo & senio grauaret Carolus,Ludouicũ filiũ Aquitaniæ regem,cõgregatis de toto regno principibus,cunctoꝝ cõsilio regni cõsortem & imperialis noĩs hæredẽ instituit,vt supra scripsimus.Bernardũ vero nepotẽ p̄mortui Pipini filiũ Italiæ p̄fecit,& regẽ appellari iussit.Susceptũ est hoc ipsum consilium ab oĩbus cũ ingenti fauore,auxitq́ʒ maiestatẽ eius hoc factũ,& exteris nationibus nõ minimũ terrorem incussit.Ita pacatã ratus Europã,reliquũ vitæ tempus in ocio & pace egit, venari solitus.sed in hyeme febris eũ inuasit valida,qui mox ciboꝝ abstinentiã,vt vel pelleret,vl' mitigaret,seruauit.sed accedente etiã lateris dolore,septima postq̃ decubuit die,sacra cõmunione deuote suscepta & vnctione extrema,inter manus multoꝝ sacerdotũ & monachoꝝ orans & psallens obdormiuit,anno ætatis suæ 72.5.Kal.Februarij,indictione 7.hora diei 3.Cuius corpus more solenni lotũ & curatũ,maximo totius populi planctu ecclesiæ quã ipse construxit,illatum,ac regali more sepultũ est Aquisgrani,sup cuius tumulo arcus deauratus est cõstitutus cũ titulo hmõi:Sub hoc cõditorio situ est corpus Caroli Magni,qui regnũ Francoꝝ nobiliter ampliauit,& p annos 47. feliciter regaliterq́ʒ gubernauit.Interfuisse scribit̃ funeri Caroli,Leo pontifex cũ magno Romanæ nobilitatis comitatu.Eius excessum p̄cessere q̃dã prodigia:solis defectio:luna ter eodẽ anno ẽ obscurata:pila q̃ in tẽpli fastigio apud Aquisgranũ erat,fulmine deiecta est:ibidẽ & porticus,qua ab ædibus Palatinis ad templũ via erat,corruit:& stupendũ est,pontẽ quem apud Moguntiã construxerat,igni totũ conflagrasse.

In cõferẽdis dignitatib⁹ discretio.

Caroli Magni sepultura.

Fuit hoc tp̃e Paulus diaconus,qui iussu Caroli collegit lectiones cuilibet festo conuenientes ex dictis sanctoꝝ,& Isuardus monachus fert̃ collegisse oẽs actus sanctorũ in vnũ volumen post Hieronymũ & Bedã. In hac g̃natione Oggerus dux de Danomarchia,princeps Christianissimus floruisse fert̃,qui bello fere oẽs partes transmarinas obtinuit à Hierusalẽ vsqʒ ad arbores solis,Deo sibi propicio,& apertis ac magnis miraculis exercitũ eius cõfortante.Hic in superiori India ordinauit imperiũ,cui p̄fecit Iohannẽ filiũ regis Frisonũ,qui Præstan gentis appellatiõe peculiari dicit̃:eũ nos Præster Iohan noĩamus.subiecit ei xiiij.barones cognationis suæ,qui alia dominia circũquaqʒ tenerent,vt sic ibidẽ Christiana religio permaneret.rei huius autor nescio an vllus sit,cui fidẽ oĩno possis habere. Anno salutis nr̃æ 815.Ludouicus Caroli Magni filius,Augustus appellatus,regnare cœpit.imperauit annis 25.princeps religiosus ac clemens,ideo appellatus est Pius.hic audita morte patris,30.postq̃ id acciderat,die Aquisgranũ venit.ad suscepti regni administrationẽ cura cõuersa,primo legationes q̃ ad patrẽ venerãt,auditas absoluit,habitoq́ʒ cõuentu g̃nali,ad iustitias fa-

Paulus diaconus.

Oggerus Dacus Indiam subegit.

Præster Iohan.

Ludouicus Pi⁹ Imp.75.

ciendas legatos in oēs regni partes misit. Leo papa hoc anno de corpore migrauit, circa 22. pontificatus sui annū. Stephanus diaconus in locū eius papa est ordinatus, eius noīs q̄rtus. sedit menses 7. Hic Stephanus, q̄a ægrotante Leone, Romani oīa ædificia q̄ ipse vel cōstruxerat, vł reparauerat, inaudita rabie demoliti sunt, ad vitādas seditiones & pro negocijs ecclesiæ personaliter proficiscit̃ in Galliā ad imperatorem Ludouicū, qui tū erat in Aurelianis, vbi honorificentissime susceptus est vir angelicus, oīa q̄ petijt, à Pio imperatore obtinuit: q vices Christi gerēs, pro suis persecutoribus orauit, oēs exules Romanos, q in causa Leonis papæ deliquerāt, & alios q propter magna scelera in ecclesiā perpetrata, in diuersis ergastulis p Franciā tenebant̃, petijt absolui, secumq; Romā reduci, q̄d ei cōcessit imperator. Celebratis deinde ex more Missa℞ solennibus, pontifex Ludouicū diadematis impositiōe coronauit, Romanorumq; imperatorē pronūciauit. Hic Stephanus de rebus Italicis expeditus abijt, & vacante tūc ecclesia Reatina, noluit ep̄m electū cōsecrare, nisi ab imperatore obtinuisset prius licentiā. habet̃ in decretis 63. dist. c. lectis. Ex q̄ satis patet, tūc imperatores inuestituras epis p̄stitisse, licet Antoninus aliter glosset, dicens ꝙ forte iste electus, curialis fuit, qui nō debet ordinari. primū videt̃ verius. Leo imperator Cōstantinopolitanus hoc in tpe legatos misit ad Ludouicū Christopho℞ spathariū & Gregorium diaconū, aliosq; oratores, qui pacta fœdera inter Carolū patrē Ludouici renouarūt.

Stephanus 4. papa.

Anno dn̄i 817. Stephanus papa tertio mense postq̄ Romā venerat, nōdum exacto obijt. Cuius in locū Paschalis patria Romanus electus est. sedit annis 7. Hic quia nulla imperatoris autoritate pontifex creat̃, statim legatos ad Ludouicum misit, qui eius rei culpā in clerū & populū reijcerēt, & ꝙ ab his coactus esset pontificatū suscipere. accepta hac satisfactiōe, Ludouicus r̄ndit populo & clero, maio℞ instituta & pacta seruanda esse, cauerēt ne deinceps maiestatē læderēt. Deinde Ludouicus ḡnalem Aquisgrani cōuentū habuit sacerdotū & proce℞, in q̄ cū de ritu ecclesiastico multa tractarent̃, liber collectus est quarundā institutionū, quas obseruaret imperiū. Fuerunt in eo cōcilio tres imperatoris filij, q̄s habebat ex Hirmegarde regina, Lotharius quē imperij cōsortē fecit, Pipinus Aquitaniæ rex declaratus, & Ludouicus Boioariæ rex. Erat tū negociū q̄ddā principi cū Danis qui ab imperio desciuerāt, sed hi primo fere aduentu se Ludouici p̄fectis submisere. Quo fretus (opinor) tumultu Bernardus Italiæ rex, bellū aduersus patruū suū Ludouicū Imp. molitus est. accendebāt adolescentē Itali magnates iniuriæ causa, ꝙ Pipinū filiū Ludouicus regē Italiæ noīasset. Iā se bello pararat, copias ad apertā defectionē coegerat, angustias alpiū firmo p̄sidio occupauerat, cū Ludouicus rē resciscit, eaq; in cōuētu proposita, nepos læsæ maiestatis crimine dānatus, hostis reipu. iudicatus est. Imperator copijs Germano℞ & Gallo℞ coactis, Italiā ingredit̃. Quod cū intellexisset adolescēs Bernardus, siue ꝙ pa℞ fidei in partib⁹ suis cerneret, siue ꝙ adolescētiæ temeritati veniā impetrari cōfideret, ad imperatorē properauit, sese dedidit, culpā in magnates reijciens. Is adolescentē & ep̄os tres, Anselmū Mediolanensem, Valfredū Cremonēsem, & Theodulphū Aurelianēsem, principibus quibusdā viris iugulatis in Italia, Aquisgranū perduxit. Vbi cōuentu habito, Bernardus rex gladio cæsus est, ep̄i synodali decreto relegati sunt. Pacata Italia, Saxones adorit̃, qui vt sæpe aliàs ab imperio defecerāt, factionē Viromachus regnū affectans, excitarat, qui bello superatus est & interfectus. at sæua tēpestas, qua tot bono principi mala nascebant̃: Erat Britonū princeps Normādus feroci aīo, qui cū à Franco℞ fide desciuisset, victus ite℞ p fœdera pacē obtinuit, quā paulo post labefactauit suo malo. nā denuo bello petitus, interitu quietē Britonibus dedit. Tūc q̄q; Lindeuintus inferioris Pannoniæ tyrannidē affectās, bello victus, facta deditiōe, veniā ab imperatore obtinuit. Itē cōtra Vascones grauissima bella gessit Pipinus iuuenis, qui eos in suā potestatē redegit. Interea aliud imperatori accidit incōmodū. nā Hirmegardis regina diem obijt extremū. Vnde postea exacto anno inspectis plerisq; nobiliū filiabus, Guelphi comitis filiā Iudithā duxit vxorē, q̄ genuit ei Carolū Caluū. Anno dn̄i 821. significatū est Ludouico Pio de morte Leonis imperatoris Cōstātinopolitani, ꝙ s. anno p̄terito in basilica Dei genitricis intra palatiū interēptus sit cōspiratiōe q̄rundam optimatū suo℞, & p̄cipue Michaelis Trauli (.i. Balbi, nā lingua fuerat balbutiēte) comitis, qui p̄toriano℞ militū studio coronā imperij suscepit, & postea nouē annis regnauit. Per hæc tpa Michael Cōstātinopolitanus Imp. misisse fert̃ imperatori Ludouico inter cætera p̄ciosa munera, libros S. Dionysij de diuinis noībus & de cœlesti hierarchia e Græco in Latinū translatos, q̄℞ cōtactu xvi. infirmi legunt̃ sanati. Anno salutis nostræ 822. imperator Lotharīu filiū in demortui Bernardi locū Italiæ regem dedit, quem Romā à pontifice Paschali populoq; Rom. vocatum, pontifex ipse in basilica

Paschalis papa.

Conuentus Aquisgrani

Bernardus rex Italię ob defectionē cæsus.

Iudith Ludouici vxor

Michael Traul⁹ Imp. Cōstant.

Lotharius Italiæ rex.

silica B.Petri inunctũ coronatũq́;, regẽ Italiæ primũ, & postea Augustũ appellauit. Romanis tñ & nonnullis Italiæ primatibus nõ satis obedientibus, ad Ludouicũ patrẽ auxiliorũ causa profectus est, à quo iustas accepit copias. sed priusq̃ Lotharius e Papia moueret, ab vrbe nuncios accepit, Theodorũ Ro. ecclesiæ primiceriũ & Leonẽ eius generũ, in patriarchatu Lateranẽsi primũ excæcatos, postea capite truncatos fuisse. dicebat aũt triuiatim, nec erat obscurũ, eos qa imperatori fauebant, talia perpessos. attulit etiã imperatoribus fama, & Romæ vulgo creditũ est, Paschalem papã vel facinus iussisse, vel cũ id à cõiuratis factũ resciscet, dissimulasse. Non tñ adduci potuerũt imperatores, vt iniectã pontifici suspicionis culpã, facile admitterẽt: sed mittentes Romam Hunfredũ comitẽ Curiensem & quosdã alios nũcios, veritatẽ inquiri iusserũt. At Paschalis pontifex q̃ primũ oratores imperatorũ Romæ applicuerũt, triginta epõrũ synodo coacta, innocentiã suã iureiurando purgauit, atq; etiã mortuos tanq̃ maiestatis reos, iure cæsos pronunciãs, interfectores q de familia S.Petri erant, absoluit. Ea aũt vt erant gesta, cũ imperatores à nuncijs alijsq́; q̃s papa comites dederat, resciuissent, in bonã partẽ consiliũ pontificis acceperũt. Ludouicus nãq; mitissimi ingenij princeps, semp multũ sedi apost. detulit, adeo vt quatuor Ro. pontifices, q̃s 26. annorũ illius imperij tpa habuerũt, adiumento suo nunq̃ caruerint, q̃ in persecutionibus Romanorũ sæpenumero indiguerũt. Scripsisse tum etiã fert Ludouicus Paschali, vt Bibliothecarius ait, ne deinceps seditio ex re incerta orirer, q̃ ciuitates iuris imperij, & q̃ iuris ecclesiæ censerent, Aretiũ, Volaterras, Clusiũ, Florentiã à patre Carolo restauratam, Pistoriũ, Lucã, veterẽ vrbẽ, Pisas, Perusiã, imperio subiectas in Hetruria declarauit. Cætera vero ecclesiæ Ro. adscribebat, addidit & Tudertũ in Vmbria, & vltra Apœninũ Romandiolã ac Rauennæ vrbis exarchatũ. Idem q̃q; Bibliothecarius scribit, Ludouicũ liberã eligendi Romanũ pontificẽ potestatẽ Paschali dedisse, cũ antea in ea re imperatores cõsulerent, potestate ab Adriano Carolo tradita. de hoc toto tex. est 63. di. Ego Ludouicus, vbi tñ reseruat sibi ac successoribus suis, vt põtifex electus, postq̃ consecratus fuerit, legatos suos ad imperatorẽ seu successores suos Francorũ reges dirigat, qui inter põtificẽ ac imperatorẽ amicitiã & pacẽ cõsocient. Anno dñi 825. cõuentu habito apud Frãcofordiã, venerũt ad imperatorẽ duo fratres, de regno *Vuilzorũ cõtendentes, qui cũ vidisset gentis voluntatẽ proniorẽ ad iuniorẽ fratrẽ, statuit vt is regnũ teneret, ambos tñ muneribus donatos, ac sacramento cõcordatos, ad propria remisit. Imperator Drugonẽ tum fratrẽ suũ, qui e cõcubina natus fert, apud Metensem ecclesiã canonicã vitã degentẽ, clero eiusdẽ ecclesiæ cõsentiente ac eligente rectorẽ ibidẽ cõstituit, eumq́; ad pontificatus gradus promoueri censuit. Ceadrogo *Abdoritorũ princeps, cũ sui populi primorib⁹ ad imperatorẽ venit excusandi se gratia, & licet in q̃busdã culpabilis esset, p merita tñ parentũ suorũ nõ solũ impunitus, verũ etiam muneribus donatus, ad regnũ suũ redire permissus est. Hactenus fere Ludouici ĩperiũ paterna felicitate cõstitit. nã posteriores anni publicæ simul & priuatæ rei perniciosi fuerũt. Nec externis tm̃ hostibus fortunæ sæuitiã experti sumus, sed nostris etiã principibus inuisa fuit Europæ quies. Portenderũt hoc malũ innumera prodigia. nã in Saxonia terræmotus tantus fuit, vt plures pagi cõcussi, igni conflagrarint. plerisq; in locis lapides grãdine mixtos pluisse ferũt, q pecora & hoĩes interemerunt. In Gallia ante solstitiũ æstiuale in horrẽda tẽpestate cœlo decidit glacies xij. pedũ lõgitudine, & acies cõcurrentiũ in se militũ cruore madẽtes, in cœlo apparuisse nũciabatur. Itaq; anno imperij Ludouici x. q est annus dñi 824. nullo religionis, pietatis, hũanitatis exẽplo ꝑtermisso, morit Paschalis, in cuius locũ quũ duo p cõtẽtionẽ populi fuissent electi, Eugenius p̃sbyter tituli S.Sabinæ, vincẽte nobiliũ parte, papa 99. ordinat, seditq́; annis tribus. Cõtulit p id tẽpus imperator Lotharius se Romã, & ab Eugenio põtifice comiter exceptus, statũ vrbis & regni Italici ex illius sentẽtia reformauit, vt nõ minus Italiæ totius q̃ Romæ motus intestini essent sedati. Tũc, vt ait Blondus, primũ Lotharius magistratus in vrbe Roma cõstituit, qui ius populo dicerẽt, ex quo cõstare videt, Romanos sub Carolo & filijs ac nepotibus vera libertate vsos, quã prius petulantissime vsurpabãt sibi pleriq; pacis hostes. Redijt breui ad Ludouicũ patrẽ Lotharius, & oẽs simul, genitor filijq́;, domãdis in Hispania Saracenis, qui nouos nuper tumultus excitauerãt, copias ducũt. gesta res est varijs p̃lijs, quibus tñ ad finem Ludouicus intẽdere nõ poterat, sed Bulgaros e Pannonijs repellere conatus est. quin & alia Normannorũ manus infestare Gallias nunciabat. Ea res etsi fidẽ non habuit, expeditionem tñ detinuit. Sunt Nortmãni potens Gallæ Belgicæ vltra Sequanã factio, qui vt sæpe aliàs oẽs Galliæ vires tumultu experti sunt, nunq̃ quieuere: nã & regionẽ ipsam vi occupasse ferunt, cũ ex Danis essent, qui Cimbricã Chersonesum colunt,

Italiæ diuisio.

Drugo.

Prodigia.

Eugenius 2. papa.

Romñ. magistratus à Lothario constituti.

Nortmanni

lunt. Sed libet hic & qui Dani sint, quoniam eorum frequens in historijs mentio est, describere. Cimbricam Chersonesum, quam olim Cimmerij tenuere, quos Latini Cimbros vocant, nunc fere vna gens coluit. quod factum puto, vt & appellatio prisca interiret. hodie ei regioni Daciæ nomen est, siue Dania. sunt enim qui ita malint. quod nomen esse illi arbitror à Dacis, qui Valachia deuicta, alias sedes quæsiuere. vocabatur enim Valachia Dacia, vt apud vetustos scriptores inuenies. hinc Daci, Dai, & Daui, qui in ea Valachiæ parte sunt, quæ Istri fontibus est contermina. reliqui ad Pontum Getæ dicuntur, vnde serui Getæ & Daui. At in Valachijs mansit Dacorum monumentum. nam cum gens in duas factiones diuisa sit, potentior Danorum nomen habet. Itaque operæprecium est scire, quod qui modo Dani vocantur, plerunque Daci, scilicet hi quos Chersonesum Cimbricam habere diximus. inde in historijs varia lectio est. Moritur interea Eugenius, atque Valentinus patria Romanus, in eius locum sufficitur. Sunt tamen qui scribant Eugenium per Romanos laicos excæcatum fuisse, & martyrio coronatum. Valentinus autem successor eius, demeritis forte hominum exigentibus, cum esset vir sanctus & integer, sedit tantum xl. dies. Eodem tempore anno domini 827. Gregorius 4. patria Romanus, pontifex est electus. sedit annis 16. Hic tantæ modestiæ fuit, vt electus à clero populoque Ro. non prius pontificium munus obiret, quam à legatis Ludouici imperatoris ob eam causam Romam missis, qui diligenter tantam electionem discusserant, confirmatus est. fecerat id Ludouicus non superbia motus, sed ne iura imperij amitteret, quippe qui natura clemens & humanissimus sit habitus, quique iura ecclesiæ & dignitatem semper tutatus sit. Instituit enim, ne serui Christi vlli seruituti humanæ subiecti essent, & vt vnaquæque ecclesia suos prouentus haberet, vnde sacerdotes viuerent, ne ob inopiam rerum cultum diuinum desererent, neve ob necessitatem quæstui se dederent. Propterea 830. domini anno synodum multorum episcoporum habuit Aquisgrani, præsidente Gregorio, in qua regula & modus honestus viuendi canonicorum canonicarumque, de diuersis patrum sententijs compilatus, & multa alia de vita clericorum ac monachorum statuta fuere. Statutum etiam fuit, vt episcopi & clerici nec preciosis nec sericis vestibus, neque baltheis aureis aut gemmatis vterentur. statutum est etiam, vt vnaquæque ecclesia haberet prouentus suos, communiter viuendi sufficientes. Per idem tempus Saraceni Asiam occupantes, ad sancta Palestinæ loca Christianis aditum intercluserunt, & Mauri in Siciliam delati, omnia vastauerunt. vnde Michael imperator Constantinopolitanus Venetis inhibuit, ne mercimonia ad Asiam perferrent: mandauit quoque vt classem in Siciliam mitterent. Ea tempestate corpus B. Marci euangelistæ Venetias translatum est. nam cum Babylonis rex Saracenus loca Palæstinæ fœdari iusserat, & ornamenta ecclesiarum asportari fecerat, ventum est ad ecclesiam S. Marci, vbi corpus euangelistæ conditum erat in ciuitate Alexandria. Tum mercatores quidam Veneti contra edictum imperatoris mercimonia aduexerant, & omnia mœsta ac turbata videntes, muneribus corpus Euangelistæ e manibus desperatorum ecclesiæ custodum impetrarunt atque auexerunt. Redeo ad Siciliam. Miserant Veneti copias in Siciliam, sed nihil proficere potuerunt. quod cum intelligeret Gregorius, à Venetis barbaros pelli non posse, legatos ad Ludouicum & Lotharium misit, qui eos rogarent vt Siculis auxilium ferrent. tergiuersabantur hi, cum dicerent id bellum ad imperatorem Constantinopolitanum pertinere, se tamen paratos esse communi impensa communibusque copijs rem agere. Interea vero cum legati ea de re vltro citroque mitterentur, Bonifacius Corsicæ comes cum fratre Bertario & auxilijs quorundam populorum Hetruriæ, classe in Aphricam delatus, inter Vticam & Carthaginem quater cum hostibus congressus, tantam hominum stragem edidit, vt coacti sint Mauri, vt olim à Scipione vexati, suos e Sicilia reuocare, qui patriæ laboranti auxilium ferrent. Hac ratione Sicilia à barbaris liberata est. Habebat ea tempestate Ludouicus & quartum filium nomine Carolum, quem vocant Caluum, quem sibi genuit secunda vxor Iudith. huic Alemaniam, Rhetiam ac Burgundiam tradidit, cæteris fratribus super hoc indignantibus. & quia ob coniurationem Bernardi nuper defuncti, plures eiusdem factionis præcipuæ potentiæ ac nobilitatis viri interfecti fuere, multorum corda principum contra se prouocauit Ludouicus. Cumque, vt tantorum malorum materia sedaretur, prælati ecclesiarum se interponerent, de illorum consilio imperator vxorem suam Iudith Caroli matrem, quasi omnium malorum originem, à se abdicauit, sed propter hoc filiorum & aliorum principum animos mitigare non potuit. Itaque cum filijs imperatoris conspirauerant pleri que magnates, in quorum manus Ludouicus incidit, captusque à filijs, in præsentia principum coactus est omnem imperialem deponere dignitatem, atque ad agendam pœnitentiam etiam iudicio prælatorum dicitur fuisse reclusus in monasterio. sed Deo ita disponente, sequenti anno qui fuit vigesimus sui imperij, relaxatus, arma & imperium & vxorem recepit, ac filium suum Lotharium, qui ex Italia cum exercitu copioso venerat, redire in Italiam coegit. Insuper & Rhemen. archiepiscopus, qui in depositione Ludouici conspirauerat, ab archiepiscopatu depositus, relegatus est in exilium. Ea tempestate & quod in hac re occupati fuerant

Dani.

Daci. Dai.

Valentinus papa.

Gregorius 4. papa.

Synodus Aquisg. de statu clericorum.

Mauri Siciliam ingressi.

Bonifacij comitis virtus.

Lud. Pium capiunt filij.

rant imperatores Ludouicus & Lotharius,orta est magna tribulatio Christianis.Ingens eñ multitudo Saracenoꝶ p portũ Centũcellensem intrãs, repleuit faciẽ Italiæ, vt locustæ viderent,obsessáq; est Roma,ecclesia S.Petri spoliat,& equoꝶ stabulũ efficit.sed & oĩs Tuscia vastat.tãdẽ ad preces Gregorij Guido marchio Cisalpinæ cum Lõgobardis veniẽs,multa sanguinis Christiani effusione Saracenos de Italia fugauit, postq̃ suburbia Romæ incẽdissent nondũ munita,ecclesiã S.Petri vastassent & diripuissent,B. q̃q; Pauli ecclesiã secũdo milliario ab vrbe, tecto & oĩbus in q̃ ignis iniectus potuit agere,spoliassent,diui Germani oppidum demoliti,ad celebre S.Bñdicti monasterium cõscenderũt:quod igni crematum, ferro q̃q; maiori parte mansit excisum, mox tñ ad portum descendẽtes,nauibus pda ingenti imposita, Siciliam Tarentumq; eodem tempore inuaserunt,Apuliam q̃q; deuastarunt. Anno dñi 830. Michael Imperator Constantinopolitanus moritur,& Theophilus illi succedit,hic est quem Michael cum classe maxima contra Saracenos miserat,sed p multitudine illos aggredi timuit,donec à Petro Venetorum duce*triremem classem obtinuerat,atq; hostib⁹ congressus,vt dicemus, infeliciter pugnauit. Lotharius post restitutionem patris Cabillone expoliauit ecclesias, patris pfectos interfecit, sororem ducis Bernardi Geruicam iussit in vase claudi,& in flumen Ararim proijci,legatos vero à patre missos qui eum obiurgabant,contempsit. Tandem imperator conuocatis filijs Pipino & Ludouico,contra Lotharium pficiscitur,positis vtriusq; ad Tizum fluuium castris. Vbi Lotharius victoriam desperans,supplex ad imperatorem venit,quem vir pijssimus paterne correptum in gratiam recepit,iuratumq; in verba ipsius ad Italiam misit.Moritur paulo post Pipinus Aquitaniæ rex:q̃ defuncto,Aquitani de rege subrogando contendebant,& res ad imperatorem relata est, quæ dum tractaretur, alijs vrgentibus causis neglecta. Nam Ludouicus filius Bauariæ rex,cum ingẽti exercitu Germaniã intrabat,cui pater mox occurrit:sed ægritudine pressus,Moguntiam veniens,tentoria sibi explicari in insula ciuitati proxima iubet.Tanta fuit vis morbi,vt membris,ppe oĩbus defectus, per dies quadraginta nullum neq; cibum neq; potum præter spũale corporis & sanguinis dominici viaticum ad alimentum acceperit.aderat ægrotanti Lotharius nuper ex Italia vocatus,quem pater corona aurea & ense quo in prælijs vtebatur donat, præcipitq; vt Iuditham reginam veneretur, Caroli quem Neustriæ præfecerat,amicitiam seruet,ne relictam Iudithæ Francorum hæreditatem infestet.Ludouico Boioariæ regi offensam remisit pater, fueruntq; eius extrema omnia religionis & fidei plena.mortuus anno imperij sui vigesimosexto sepultus est in Metensi basilica, eius mortem cometa præcessit, & sol generali pene eclipsi laborauit. Fuit hic annus etiam Gregorij papæ interitu lugendus, qui inter cætera egregia facinora, festum omnium sanctorum Kalend.Nouemb.instituit. sunt qui factum hoc putent Rabani consilio,Erat is ex Alcuini discipulis abbas Fuldensis,deinde & archiepiscopus Moguntinus,oratione ligata non miuus quàm soluta insignis.Reliquit ingenij sui monumenta multa,commentarios in reliquias quæ Paralipomena vocamus,& Machabæos,laudem sanctæ crucis & sermones plurimos. Fuit & sub Ludouico illustris Theodulphus Aurelianus episcopus,qui in carcere hymnum composuit,Gloria laus & honor,versu impari. Gregorio Sergius secundus successit,patria Romanus.sedit annos duos & aliquot menses.

Romã à Sarac.obsessa.

Theophil⁹ Imperator, Constant.

Pipinus moritur.

Ludouici Pij mors.

Rabanus.

Theodulphus.

Sergi⁹ pap.

GENERATIO XXIX.

LVdouico Pio defuncto,successit in imperio Lotharius eius primogenitus, anno dñi 841.ab vrbe vero cõdita 1592.in q̃ principiũ habuit 9.& 20. Gñatio.imperauit annis 15.Mox cõtrouersia inter hæredes Ludouici Pij orta est sup diuisiõe regni Francoꝶ.Nam Lotharius de Italia reuersus,& Pipinus filius Pipini fratris de Aquitania,voluerũt Carolũ filiũ Iudith ea parte,quã sibi pater cõcesserat, priuare, & scdm testamentũ q̃d auus eoꝶ Carolus Magnus statuerat,in tres partes regnũ diuidere:cõtra vero Ludouicus atq; Carolus,filij Ludouici Pij,dolẽtes se à fratre Lothario debita parte regni priuari.Qua de re anno eadẽ in agro Altissiodorẽsi apud vicũ,cui Fontaneto nomẽ erat,pugna inopinata cõmittit.tãtaq; cædes inter eos facta est, vt nulla ætas meminerit tantã stragẽ fuisse factã in gẽte Francoꝶ:& ita eoꝶ vires ibi extenuatæ sunt,vt nõ modo de amplificando regno, veꝝ etiam ad ,pprios tuendos terminos vix sufficerent.Ludouicus & Carolus non sine graui dispendio suorum vicerunt. Post hoc autem bellum Lotharius victus, Aquisgranum confugit, atq; inde quoq; deturbatus, instantibus hostibus, Viennam se contulit. insecuti eum cum exercitu fratres, ad quos quidem placandos non solum multi regni ipsius proceres, sed ex Italia quidam iussu Sergij papæ profecti sunt, inter quos erat Georgius archiepiscopus Rauen-

Lotharius Imp.76.

Atrox fratrũ pugna.

uennas,q cū secundo ꝑlio apud Lothariū cōponendæ rei causa esset,ac fortuna ad Ludouicū & Carolū inclinasset,totū comitatū in ꝑlio amittens, eo eīm cum 300.eqtibus venerat,vix sol⁹ e tāta strage fuga ꝑlapsus est,cū pacis legatus,nō belli causa venisset. At vero hi cōem calamitatē totius regni miserati,fœdera pacis in hūc modū inueniūt, vt pars illa occidētalis regni,q̄ à Britānico Oceano vsq; ad Mosam flumē ꝑtinet, Carolo obtēperaret,vocaretq; rex Galliæ, Ludouicus haberet oriētale regnū Frācoꝝ,s. totā Germaniā vsq; ad Rheni fluēta,& nōnullas ciuitates cū adiacētib⁹ pagis trās Rhenū,& vocatus est rex Germaniæ,& intelligo Germaniā,Pānoniā,Bohemiā,Morauiā, regna Sclauoꝝ,Bauariā,orientalē Frāciā,Thuringiā,Frisiā,Saxoniā,Alemaniā,q̄ hodie Sueuia appellat:Lotharius vero primogenitus,impator appellaret,ac cū impij titulo vrbē Romā obtineret,cū Italia & ea parte Galliæ,q̄ olim Narbonēsis, nunc Romana ꝑuincia vocat,& oīa regna Italiæ,atq; Belgicā Galliā à Mosa vsq; ad Rhenū fluuiū,q̄si medius inter istos duos priores incedēs, sortitus est:q̄ pars Galliæ, Lotharingia ex eius noīe solita est appellari,ad Rhodanū vsq; ꝑtēsa.sed Pipino p̄dicto filio fratris ipsoꝝ,Aquitania cessit. Circiter annū dñi 843.cum Sergius pōtifex nuꝑ esset electus,Lotharius filiū Ludouicū primogenitū,regni sociū adsciuit, & in Italiā cum ingenti exercitu mittit.is adolescēs nimia felicitate elatus,q̄cunq; iter facit,cædibus oīa & rapinis vastat ac diripit.Veꝝ cum vrbi appropinquasset, eiq; obuiā honoris causa Ro.ciues ꝑdijssent,mitior esse cœpit. ꝑdeūt ei obuiā ad primū lapidē sacerdotes cum crucibus,cantātes,Bn̄dictus q venit in noīe dn̄i,osanna in excelsis,atq; eum vsq; ad gradus S.Petri comitant.ibi pontificē offendēs,mutuo osculo mutuaq; salute data & accepta,ad argenteas portas simul venere clausas.Tum pontifex:Si pacato magis q̄ hostili animo ad nos venisti,siq; ad reip.statum magis respicis q̄ ad voluptatem sæuiendi,meo iussu ingredere:sin aliter animatus es,fores ne tetigeris. nam supra caput ensem habes sceleꝝ oīm vltorem.cum aūt bono animo esse pontificem iussisset, statim eius iussu fores patuere.Ingressi cum ad altare S.Petri ꝑuenissent,ꝑcidētes simul,Deo & apl'orum principi gratias egerunt,q͏ sine vllo maleficio res ex sententia acta esset. Octauo deinde die q̄ venerat,videntibus oībus,Ludouicum regem oleo sancto inungit,corona donat,Italiæ regem decernit,ad quem Siginolphus dux Beneuentanus salutandi causa statim venit.Qua qdem multitudine & arbores truncatæ,& pecora distracta & segetes,vt fit,in pabulum equoꝝ succisæ sunt. Pōtifex itaq; quicqd petierat, honestum saltem,facile concessit,q̄ citius ab vrbe discederet.Interfuerūt aūt huic coronationi pene oēs epī Italiæ:q̄ facto,postularūt principes ex ꝑsona dicti Ludouici,vt Ro.nobiles Ludouico iurarent fidelitatem,q̄d pontifex denegauit.concessit aūt ipsis petentibus,vt sicut moris est imperatoribus Ro.facere,vt Ro.principes & primi ciuitatis,Lothario tanq̄ Ro.imperatori fidelitatem ꝑmitterent ac iurarent.Interea Saraceni cum Siciliā & Tarentū magno affecissent malo, duce Saba q Mauroꝝ rex erat, Crotoniatē sinum in Italia ceperūt. Occurrerat hostibus Cōstantinopolitanus Imp. Theophilus,cum Venetis nauibus 60.auxiliaribus,qbus se ante cōiunxerat:sed periere naues illæ,& victus Theophilus,fuga suos repetijt.victores elati, Illyricum oīne & Ragusium,vbi Venetas q̄sdam mercium naues acceperūt,vastauere. Postremo incēsa ac direpta Ancona,toto mari sæuientes,remp.Christianam cōtudissent,nisi benignitate diuina fluctibus obruti ꝑijssent. At freti tantis orbis totius ꝑcellis Nortmāni,gēs ingeta & q̄ ab oīni religione aliena erat,Rorito duce, ꝑ Ligeris fluuij ostia Aqtaniam ingressi,vastarunt oēm.Quibus cum nemo occurreret,latius euagati,Hieram insulam & aliq̄ loca sacra diripuerunt.Deinde in Galliæ interiora reuersi,Burdegalam,Santonas,Parisios,Turonium,*Nouiomagum,Aurelianos,Pictauos,& plerasq; alias ciuitates afflixere.hinc rursus Aquitaniam redeuntes,eam regni sui sedem constituunt.obfuerat nonnihil Aquitanis intestina lues,q̄ fratres,Pipini filij,laborabāt.Quare Carolus is,q Caluus est postea dictus,cōfecto Britannico bello,q̄ fuerat annos pene 5.hactenus implicitus,Aquitaniā petere statuit: sed Britonum ꝑfidiam veritus,rem distulit.Quo tempore etiam Sergius papa,is quem ferunt noīs pontificij mutationi occasionem dedisse,cum ante Os porci vocaretur,anno pontificatus sui 3.mortuus est.Subrogatus Leo 4.anno salutis 846.tanta vir probitate,vt suis precibus Saracenā classem, vt dixi,fluctibus immersam pleriq; credant.basiliscum serpentē suis orationibus e fornice S.Luciæ expulit,cuius halitu multi mortalium perierant,& incendium illud diu ꝑ domos Saxonum & Longobardoꝝ vagatū,iuxta Petri basilicā signo crucis extinxit.restituit q̄q; vrbis mœnia & portas vetustate collapsas.sedit annos 8.mēses 5. At vero dum his rebus vacaret,gēs nefanda Saraceni nauibus eue cti circa littora Tusciæ, maxima dāna intulere qbusdā ciuitatibus:deinde Romano portui applicātes,spe potiun-

Diuisio regni ex fœderibus.

Lotharingia vnde.

Ludouicus Lotharij filii⁹ Italiæ rex declaratus.

Saraceni Italiam rursus aggressi.

Nortmanni Aquitaniā subigunt.

Leo 4.pap.

Saraceni vrbē populati

tiundæ vrbis Romam tendebant, sed Romani vrbem muniunt: q̄re fiducia obtinendæ vrbis deposita, cuncta q̄ extra ciuitatē erant, diripiunt: ecclesias spoliant & incendūt, ecclesia S. Petri vastatur, ac altari sacro ꝓphanato, q̄ ad ornatum ecclesiæ erant, abradunt: atq; onusti spolijs, abeunt: Neapolitanos inuadunt, & cæteros illius oræ maritimæ. Leo statim cum Ludouici auxilijs Ostiam ꝓficiscitur, cum hostibus dimicaturus, suos sanctiss. pontifex ad cōmunionem adhortatus, orationē deinde ad Deum his verbis habuit: Deus, cuius dextra B. Petrum ambulantem in fluctibus ne mergeretur erexit, & coapostolum eius Paulum tertio naufragantem, de ꝓfundo pelagi liberauit, exaudi nos ꝓpicius & concede, vt amboꝝ meritis, fidelium tuoꝝ brachia contra inimicos ecclesiæ tuæ sanctæ dimicantia, oīpotenti dextera tua corroborētur, vt de recepto triumpho nomen sanctum tuum in cunctis gentibus gloriosum appareat. His dictis, statim facto signo crucis, pugnandi copiam fecit, q ita alacriter pugnam inierunt, ac si victoriam certam sibi ꝓmissam haberent. tandem post longum & acre certamen hostes superantur fugantur'q;. multi in illo ꝑlio ꝑiere, pleriq; viui capti sunt & Romam ꝑducti. placuit etiam ciuibus Ro. q̄sdam ad terrorem non longe à portu Ro. furca suspendere, aduersante tñ Leone, ob clementiā quam ꝑcipuam habebat. sed & eoꝝ opera, q viui Romam ꝑducti sunt ac seruati, vsus est Leo in restituēdis ecclesiis, quas ipsi Agareni nuꝑ diruerant ac incenderant. Tunc senatus populusq; Ro. Leonem adeūt cum lachrymis obsecrantes, vt illius studio deinceps sacer ille locus basilica S. Petri muniretur, ne tam facili incursione spoliari posset ac incendi, q̄rum voces beatus pontifex solicite audiens, protinus q̄d ꝑdecessor eius Leo 3. inchoauerat circa ecclesiam B. Petri, consummare statuit. hoc suum q̄q; consilium cum Lothario imperatore ac eius fratribus Francoꝝ & Germanoꝝ regibus intimauit, q magno repleti gaudio, ꝑ suos nuncios Lotharius imperator & fratres eius Ludouicus & Carolus magnam pecuniæ summam ad id opus ꝑficiendum destinarunt. Anno igitur 2. pontificatus sui, cum tanta populi lætitia inchoatum est opus, ꝙ non solum Ro. sed & de circūstantibus ciuitatibus populi contulerūt: & 6. anno opus hoc extitit absolutum, q̄ ciuitas appellata est Leonina. Eo tempore Ludouicus Germaniæ rex, 14. duces Bohemoꝝ cum suis baptizari fecit. Sub hoc Leone fuit in Anglia Edeluulphus, q(vt scripsim⁹ in Angloꝝ rebus compendio q̄dam supra) regnum totum acceperat, veꝝ solo occidentalium Saxonum regno sibi retento, cætera restituit alijs, decimas fructuum Deo & B. virgini offerri iussit. Romam deinde ꝓfectus cum filio minore Alfredo ad Leonem 4. tributum duoꝝ denarioꝝ à singulis exactum domibus, B. Petro primus obtulit, id q̄d & hodie q̄storibus ap̄licis eo missis pensitari solet. Anno dñi 854. Lotharius delatione q̄rundam impulsus, Romam venit, ꝙ intellexit Leonem transferēdi imperij ad Constantinopolim cōsilia habuisse, suꝑ q̄ egregie satisfecit Leo, ac de delatoribus in mendacio depræhēsis suppliciū sumitur, atq; amicitia inter vtrunq; integratur. Cum aūt Lotharius fere 15. annis cum filio suo Ludouico imperaret, Leo ad vtrūq; scripsisse inuenitur, aliqñ ad alteꝝ tm̄. de primo habetur 63. dist. vbi in inscriptione ponitur, Leo 4. Lothario & Ludouico Augustis scribēs, rogat vt Reatinam ecclesiam cuidam electo concedere dignētur, & eadem dist. Leo 4. Lothario & Ludouico Augustis scribens, ait: Inter uos & vos pacta serie statutum est, vt electio & consecratio futuri Ro. pōtificis non nisi iuste & canonice fieri debeat. Item idem Leo 4. qñq; scribit soli Ludouico, vt habetur 23. q. 8. c. Igitur & deinde c. scire & c. om̄i timore, vbi contra Saracenos iubet ppl'm congregari & ad littus maris occurrere, eiq; regnum cœleste ꝓmittit, q ꝓ defensiōe Christianoꝝ moritur, q̄bus capitulis constat, Leonem cum adiutorio Ludouici Saracenos, de q̄bus supra dictū est, vicisse. Porro Lotharius imperator anno dñi 855. anno imperij sui 15. filijs suis tribus regna sua partitur. Ludouico nanq; Italiam cum noīe imperatorio reliq̄t, Lothario filio suo Lotharingiam, Carolo vero tertio filio Prouinciā largitus est. ipse ordinatis oībus in*Premēsi monasterio monachus efficitur, memor forte ꝙ patri suo Ludouico Pio ingratus fuit. Cum vero vt sic, Lotharius cingulum deposuisset militiæ anno domini 855. Ludouicus filius ipsi⁹ solus imperij gubernacula suscepit anno domini 856. regnauit annis 21. Anno domini 856. Leo papa migrauit ad dñm, cui secundum Martinum successit Iohā. Anglicus ex Moguntiaco oriundus, sedit annis 2. hic(vt asseritur) fœmina fuit, & in puellari ætate ab amatore virili habitu Athenas ducta, sic in diuersis scientijs ꝓfecit, vt nullus sibi par inueniretur. Deinde Romam veniens, * triuium legit: magnos viros discipulos et auditores habuit: tm̄ q̄q; beneuolentiæ & autoritatis sibi comparauit, vt mortuo Leone, in eius locum oīm consensu pōtifex crearetur. sed in papatu ꝑ familiarem suum impręgnat, & cum de S. Petro in Lateranū tenderet, inter ecclesiā S. Clemētis & Colosseū

Leonis papæ aduersus Sarac. orō & victoria.

Leonina vrbs.

Edeluulfus tributū ex Anglia obtulit.

Ludouici opa in vincēdis Saracenis.

Ludouicus 2. Imp. 77.

Iohā. pap.

losseum peperit in via publica:& in partu mortua, ibidē sepulta dicit. & qa papa eandem viam semp declinat cum Lateranū accedit, credit à plerisq; q ob detestationē facti hoc faciat. Sed nec ponit in catalago pontificū. Sunt etiā q scribāt, q eiusdē vitandi erroris causa, dum primū qs electus in sede Petri collocat, ad eam rem pforata, genitalia ab vltimo diacono attrectari. at Platina putat sedē illā ad id paratā esse, vt q in tāto magistratu cōstituit, sciat se non Deū, sed hoīem esse, & necessitatibus naturæ indigere, inde stercorariā sedem merito appellari. est etiā qddā signū sculpturæ marmoreæ in via vbi parturijt, ob huius rei memoriā, vt vulgo dicit. tacent eñ hæc in certis autoribus. sed & si fuit verū, nulli tñ ex hoc salutis emersit piculum, qa nec ecclesia tūc fuit sine capite qd est Christus, ait Antoninus. Nec eñ vltimi effectus sacramentorū q illa cōferebat, deficiebant eis q deuote accipiebāt, s. gratia, licet mulier non sit susceptibilis characteris alicuius ordinis, nec cōficere eucharistiā etiam de facto ordinata, possit, nec absoluere à peccato: vnde ordinati ab ea, erāt iterū ordinādi, gratiā tñ sacramētorū Christus supplebat in recipientibus digne, ignorātia facti inuincibili eos excusante.

Benedict⁹ 3. papa. Anno dñi 858. Benedictus 3. patria Romanus eligit, sedit anno I. & aliqt mēsib⁹. hic inuitus attrahit, & in sede Petri collocat apud Lateranū. Inde vero equo albo insidēs, ad ecclesiam S. Mariæ ad psepe ductus, ieiunijs triduo & orationi vacauit, Deum rogās, vt sibi liceret sancte & integre ecclesiam gubernare. Superuenerūt paulo post Ludouici imperatoris legati ad confirmandam cleri & populi electionem. Sequenti vero die comitante pplo, ad basilicam S. Petri ductus est. videntibus cunctis, vt antiq dictat traditio, cōsecrat⁹, insignia pōtificis suscepit. sedit annos 2. mēses 5. Anno I. imperij Ludouici 2. in parochia qdam Moguntina malignus spūs euidēs malitiæ suæ dedit indiciū. nam primo lapides iaciendo, & parietes domorū qsi malleis tundendo, inde manifeste loquendo, furta etiā pdendo, discordias inter vicinos seminādo hoīes inquietabat. deniq; animos oīm cōtra vnū hoīem cōmouit, qsi ppter eius peccata cæteri talia paterentur, q ferro feruente, de oībus q ei obijciebantur, se ostendit immunē: fruges eius incendit, & vbicunq; intrasset, statim illa domus accendebat, vt iam nisi in agris manere non posset: ac si qñ presbyteri supplicantes litanijs domos lustrarent, satanas lapides iaciendo vulnerauit multos. tādem cum aliquandiu qeuisset, presbyterū vnum noīatim expressit, accusans eum cum filia pcuratoris cōcubuisse, & p triēnium ita plures vexauit. Sub eodem Ludouico apud Brixiam ciuitatē Longobardiæ tribus diebus ac noctibus sanguis pluit. Eodē tpe in Gallia vbiq; locustæ terrā replebant, sex alas & sex pedes habentes, & duos dentes lapidibus duriores, p 4. milliaria turmatim volantes, q herbas, segetes ac arbores deuastabāt vsq; ad mare Britannicū: vbi flatu ventorū submersæ, & rursum ad littus reiectæ, feruore solis putruerūt. secuta est fames valida cum peste, ita vt pene tertia pars hoīm sit cōsumpta. Anno aūt dñi 860. Benedictus moritur, & pacto de more funere, quum vigilijs, orationib⁹ ac ieiunijs instarent hoīes, vt talem à Deo cōsequerent epm qlem amiserant, post longam cōsultationem Nicolaum pontificē Romanū creant absentē & fugientē in Vaticanum, sed qsitum ac nolentē, in solio aplico collocarūt. Erat tum Romæ Ludouicus 2. imperator, q pontificis electionē cōfirmauit. Cum vero imperator pfectus esset in locū, quē appellant Quintum, haud longe ab vrbe, Nicolaum ferūt cum pceribus vrbis Romæ exeuntem, ita honorifice susceptum, vt imperator ad mille passus pōtifici obuiam factus, ex eq descendēs, freno in castra eum pduxerit. habito aūt simul longo & secreto colloquio post epulas, osculoq; inuicē dato & accepto, ad vrbe pōtifex redijt: quā qdē excrescētia Tiberis ita vexatā reperit, vt non nisi lintribus de vico ad vicū trāsire liceret. Tenuerat Cōstantinopolitanū imperiū hactenus Michael cum matre Theodora annos xi. cū Theophil⁹ animi ægritudine post Saracenā victoriā decessisset, Bñdicti 3. tpe Michael imperiū solus occupauit, tenuitq; annos 13. Legatos Romā ad Nicolaum primū misit, aplorum basilicas cum ingentis pōderis aureo calice salutatū. Paulo post Basiliū Macedonē strenuū virū, cōsortē fecit imperij, à q demū vti solus imperaret, interfect⁹ est. Ex Lotharij filijs adhuc Ludouicus Imp. & Lotharius is, cui Lotharingia obuenerat, supererāt. Carolus q cum parte Burgūdiæ Prouinciā habuerat, ex morbo nup decesserat. Itaq; Lotharius Burgūdiæ partē accipit, Ludouicus Imp. Prouinciam. Hic Lotharius est, qui cōtra leges ecclesiasticas duas pariter vxores habere nitebatur. nam Theoberga sorore abbatis Hugoberti, quē ducatui inter Jurā montē & Iouis montē pfecerat, dimissa, Galdradam duxit. Dedit ea res occasionē inter maximos principes simultati. Nicolaus eñ pōtifex sacras leges cōtemni moleste ferēs, ad Carolum Lotharij patruū, eum qui Caluus est appellatus, scripsit, 2. q. i. c. Quæ Lotharius rex nepos vester fecit, accusatione non indigent, manifesta eñ sunt. Scriptū est & ad archi-

Mali spūs visa.

Prodigia.

Nicola⁹ primus papa.

Michael Cōst. Imp.

Lotharij regis scelus.



archiepōs & epōs Galliæ & Italiæ & Germaniæ,2.q.i.c.Scelus.Et qa repudiationi cōsenserāt Theogaldus Treuereñ.archiepūs Galliæ Belgicæ, & Guntharius Coloñ.excōmunicati sunt à Nicolao & depositi,vt xi.q.3.Theogaldū.Vidēs aūt Lotharius etiam sibi*excōionem intētari,Theobergā vxorē reassumpsit,reiecta Galdrada:sed non multo post repudiata iteꝝ vxore,pellicē reassumpsit: nec vltra vllo correctiōis modo ab ea separari potuit multos ꝑ annos,vt leges infra.Porro Ludouicus Germaniæ rex, patruus Ludouici Imp.ꝑlia cōtra Sclauos magnifice gessit,captūq; principē eoꝝ luminibus priuauit. Huic Ludouico fertur apparuisse in somnijs genitor suus Ludouicus Pius,adiurās eum ꝑ nomē S.Trinitatis,vt eriperet eum à tormētis qb⁹ tenebat.ob hoc Ludouicus rex ad diuersa monasteria magnas eleemosynas distribuit.vnde dabat intelligi,ꝙ licet idem imperator multa Deo & hoībus placita fecisset,plura tñ Deo contraria in regno suo ꝑmisit.Inter q̄ grauiora videbātur,ꝙ hæresi Nicolaitaꝝ non restitit,& monita Gabrielis archangeli 12.capitulis cōpræhēsa,seruare nō studuit. Quieuerat hactenus Carolus Caluus Frāciæ rex,deuictis Britonibus, postq̄ & Lemouicæ vrbis rex inunctus est,capto Hemeuoio Britonum rege cum filio,occasionem sane ꝓbam in Nortmannos expectans.Itaq; cum illi iam Andegauiam vrbem nouo tumultu circunsedissent,expeditionem in eos parat,quam domestica q̄dam filioꝝ lues retinuit.Nam Carolomannus illi filius erat e priore vxore sacris addictus, qui pessimoꝝ hoīm consilio,cædibus & rapinis oīa vastabat,donec à patre captus,in vincula coniectus est:vbi dum resipiscere nollet,diaconis gradu amotū,oculis priuauit, atq; in monasterio Corbiensi custodiendum mandauit.Qui postea duoꝝ pseudomonachoꝝ nisu eductus,ad Ludouicū cōfugit.ferūt alteꝝ quempiā Carolū filiū Calui,dum experiri vult incōsulte militis cuiusdā fortitudinē,ꝑijsse.supfuit adhuc Caluo Ludouicus Balbus filius.Veꝝ Carolus susceptā expeditionē non omisit.Nortmānos,q iam Andegauia ciuitate potiti erāt,circūuallat,adiutore Britonū duce.hostes ꝑssi dura obsidiōe,eas cōditiones pacis,q̄s Carolus dixerat,datis obsidib⁹ acceperūt. Relicta libera ciuitate, petūt Nortmāni,liceret insulā illis ꝓximā ad paucos dies incolere cōmeatus causa.Interim q inter illos Chr̄iani erāt,aut Chr̄i nomē ꝓfiteri vellēt,ad regē reuerterent,cæteriq; sedes suas mox repeterēt.Tū maxima ex illis manus Christianæ disciplinæ se addixit.His diebus Saraceni ex Aphrica ꝓgressi,Beneuentanoꝝ regionem,q̄ olim vocabatur Samnium,deuastabant:contra q̄s imperator Ludouicus copijs repente vndiq; contractis,Lothariū fratrem suum in auxiliū vocat,& eos expugnat. Nō multo post Andalisius dux Beneuētanus fiducia Græcoꝝ,adiunctis sibi Campanis,Lucanis ac Samnitibus,ipsi Ludouico rebellare cœpit.Imperator collatis copijs,Beneuentum inuadit Quem Andalisius datis muneribus e finibus suis excedere ꝑsuasit.Inter Campaniȩ vrbes vltima est Capua capta ab imperatore, vbi epō cum clero portante reliquias, & ante pedes eius gratiam postulante,veniam concessit,totamq; Campaniam & Apuliam à Græcis mundauit.Andalisius fraude imperatorem aggressus,eum necare voluit:sed armis imperatorijs repetitus,in Sardiniam fugit. Nicolaus interea Iohannē archiepm Rauennatem ad Se. Ap.propter obiecta crimina venire recusantem,dignitate priuauit.Is aūt Papiam ad Ludouicum confugiens,impetrauit scribi papæ,vt sibi tuto liceret ad causam dicendam Romam ꝓficisci,q̄d haud grauate papa concessit. dum veniret Romam,fassus est in conspectu papæ ac cleri,maiestatis reū se esse,& veniam petiuit.motus papa precibus nuncioꝝ q venerant, hac conditione veniam dedit,vt tñ se in concilio de hæresi purgaret,multis alijs adiectis,q̄ ipse mox iurauit.Idē Nicolaus Bulgaroꝝ regem cum omī ꝓuincia ad fidem Christi literis & sanis admonitionibus conuertit,eisdemq; Bulgaris epōs & presbyteros dedit,pulso Photino,cuius fraude in errorem Bulgari dilapsi fuerant.rex ipse,dimisso regno,monachus efficitur, filius aūt eius à fide defecit.q̄re repetijt regnum,filium cepit, & oculis effossis incarcerauit,alium substituit,ac tum sacrum habitum resumpsit. Postremo vero Nicolaus,approbante Ludouico imperatore,instituit, ne princeps vllus secularis aut imperator concilijs clericorum interesse auderet,nisi de fide agatur, quæ oīm cōmunis est, quæ non solum ad clericos,verum etiam ad laicos & ad oēs oīno ꝑtinet Christianos, licere tum ac par esse censuit.de hoc tex.96.di.c.vbinam. In eadem dist.scribit etiam Ludouico huic,in c.in scripturis. Nicolaus aūt in omni genere virtutis*,7.pontificatus sui anno moritur, & ante fores basilicæ S. Petri sepelitur. Adrianus 2.patria Romanus,subrogatur anno dñi 867.sedit annis 5.Hic aliqñ dono accepit à Sergio pōtifice denarios 40.q̄s,domum veniens,dispensatori suo mandauit vt ꝑegrinis & pauperibus,qui in vestibulo domus suæ stabant,erogaret.facere ille mādata conatus,cum videret tantis hominibus ex illa pecunia satisfieri non posse,redit,& rem ipsam exponit,

Sclaui victi.

Nortmanni victi, Chr̄i nomē fatēt.

Andalisii Bñuentani rebellio.

Bulgari ad fidē Christi conuersi.

Adrianus 2.papa.

nit. Tum Adrianus accepta pecunia ad pauperes exiens, & ternos denarios singulis p̄stitit, & totidem sibi rei familiari satisfacturus reseruauit, admirante dispēsatore, cui Adrianus: Vides, inquit, q̄ benignus & largus sit dn̄s, his p̄sertim q liberales & munifici in pauperes sunt: Creatur itaq; pōtifex, non habita ratiōe imperatoris. hāc ob rem legati imperatoris Ludouici indignati, ꝙ nusq̄, vt par erat, interesse potuissent. Quibus hac ratione satisfactum est, ꝙ diceret multitudinis voluntatē in tāto tumultu moderari non potuisse, eos tñ recte facturos, si virū optimū à clero & populo electū, pōtificē salutarēt. q̄d & fecerūt. Superuenere à Ludouico imperatore literæ, qbus Ro. laudat, ꝙ pōtificē sancte & integre creassent, non expectato aliorū voto, q forte ob ignorantiā p̄sonarū minus iudicij haberēt, id maxime ad ciues p̄tinere, & ad eos qui cum inquilinis familiariter vixere. Suscepit hoc tp̄e Basilius, cæso Michaele, Cōstantinopolitanum imperiū vir frugi, ex ruris vectigali victitabat, qui initio imperij sui Cōstantinopoli synodū coegit Adriani pōtificis cōsensu, in q̄ & pulsus Photin⁹ vir seditiosus, & restitutus Egnatius iam antea iniuria pulsus. habita etiam in eadē synodo lōga contētio est, Bulgari ne, q̄rum legati tum aderāt, sedi Ro. an Cōstantinopolitanæ subiecti essent. Tandē vero Basilio cōtradicente, Ro. sedi adiudicantur. q̄re Adrianus Bulgaris rogantibus virū vita & doctrina insignē vt mitteret, ipse tres misit, Syluestrū, Leopardum, & Dn̄icum, qui rem oēm ex pōtificis sentētia ad meliorē cultū redigerēt. quanq̄ Bulgari paulo post donis corrupti, pulsis Latinis sacerdotibus, Græcos receperint, q̄ seditio multorū malorū inter Latinos & Græcos incendia suscitauit. Hic Adrianus statuit etiam, vt nullus laicus electioni pontificū se ingerat, vt habetur 63. di. c. Nullus, & scripsit Basilio ac filijs suis Cōstantino ac Leoni Cōstātinopolitanis Augustis, eadem, mittēs ad synodū, de q̄ supra, q̄ octaua dicit̄, nōnullos epōs, vt p̄disposuerat Nicolaus, de q̄ 63. di. Adrianus papa 2. Verū Leo papa 8. cōtrariū illius statuit, vt videbit̄ sub eo. Ad hūc Adrianū Romā (vt tradit Martinus) accessit Lotharius rex frater imperatoris, quē Nicolaus papa adulterij causa excōmunicauerat ob Galdradā pellicē, vt habet̄ xi. q. 3. c. p̄cipue. Et dum p̄ cōprobatione innocētiæ suæ ad receptionē corporis & sanguinis dn̄i tam ipsi q̄ optimates sui fuissent inuitati, oēs q cum eo cōmunionē acceperant, infra annū mortui sunt. Rex etiā Lotharius redeundo in via Placētiæ est mortuus, id q̄d Francorū historiæ testātur, etsi sint q eum in expeditione Saracenica ibi perisse volūt, nec mirū, q̄m ab expeditione illa Romā ijsse putatur. Sub Ludouico rege Germaniæ fuerūt Vuighardus & Rupertus Sueuiæ duces fratres, cōsanguinei regis et nepotes Caroli Magni. Vuighardus fundauit monasteriū S. Bn̄dicti in Lucerna, vbi nūc est p̄positura, fuit primus abbas, pro sancto habitus. S. Dietlandus abbas eremitarū, dux Sueuiæ fuit. Item S. Vdalricus custos ibidē, dux Sueuorū, fundauerūt monasteriū in lacu Thuricēsi. Māsen dux Sueuiæ & rex, fundauit monasteriū in Māsmunster. Anno dn̄i 850. tanta fames Rhenanū pp̄lm oppressit, ꝙ modius frumēti Mogūtiæ vēdebatur x. siclis argēti. Rabanus eo tp̄e archiepūs, 300. q̄tidie pauit pauperes p̄ter suos assiduos. Quidā illis diebus cum vxore sua & filio tenero famis causa in Thuringiā p̄ficiscens, in itinere cōstitutus in q̄dam sylua, deliberauit p̄ inedia filiū mactare. cōtradicēte vxore, rapuit filiū p̄ vim: & quū stricto gladio in ancipiti positus, necem distulisset, vidit duos lupos sup̄ vnā ceruā stātes, & carnes eius laniātes. statim accurrit, & carnes inuentas cū incolumi filio ad vxorē retulit. Deinde anno dn̄i 858. mense Ianuario terræ motus magnus factus est p̄ diuersas regiones, maxime tñ Mogūtiæ. corruit tum ecclesia S. Albani mēse Februario. Accedebat his malis sæuissima hæresis cuiusdā pestis, q̄ in Rheni partibus orta erat, Godescalc q̄dam sacerdote autore. sectabātur hunc mulierculæ q̄dam, q̄ temere publicis cōcionib⁹ fidē adstruebāt. sed ea Moguntiæ Rabano p̄side circiter annum dn̄i 848. in cōcilio damnata est.

Basilius Cōstāt. Imp.

At. Adriani decretum.

Lotharij regis interit⁹.

Sueuiæ duces. Vuighardus. Rupertus. Dietlādus. Mansen.

Hæresis Godescalis apud Rhenum.

GENERATIO XXX.

Anno vero dn̄i 870. ab vrbe cōdita 1621. Adriani papæ 3. & imperij Ludouici secundi 15. incepit 30. gn̄atio. Quo in tp̄e Ludouicus imperator fratrē non habuit neq; filiū, vixit aūt adhuc patruus suus Carolus, Caluus dictus, Ludouici Pij filius, rex Galliæ seu occidētalis Frāciæ. Supererat etiam Caroli istius frater Ludouicus, oriētalis Frāciæ aliàs Germaniæ rex. Habuit aūt Carolus Caluus filiū, q vocabatur Ludouicus Balbus. sed & Ludouicus rex Germaniæ ac Frāciæ, habuit filios 3. Carolomānum primogenitū, Ludouicū & Carolū. is Carolus iunior à dæmonio in p̄sentia patris Ludouici legitur vexatus, & ipsa vexatione cōfessus fuit, hoc ideo sibi cōtigisse, qa cōtra patrē suū cōspirationē molit⁹ sit. Erat in Frācorū fide & amicitia Alfredus Angliæ rex, Edeluulphi, cuius in Leone 4. mētionē fecim⁹, filius, ea vel in primis causa, ꝙ Edeluulphus vrbe Roma discedēs Alfredo hoc comite, Caroli Calui filiā vxorē duxerat.

Alfred⁹ Angliæ rex.

rat. Itaq; patri mortuo Alfredus successit, q̃d in Anglorum rebus etiã diximus supra. regnauit annos circiter 20. pietate, munificentia & literarum amore celebris, qui Oxoniæ scholã instituit, cœnobia plura cõdidit apud Vinctoniũ, & nõnulla alia in Britannijs loca. Horas partiri solebat, vt octo animi meditationi, lectioni & orationi vacaret: regni negocijs, reliquis. Reddituũ magnã partẽ monasterijs, magnã pauperibus impendit, p̃terea filiã ille Balduino Flandreñ. comiti locasse fertur, quẽ Francorum historiæ hanc Calui filiã rapuisse scribũt. Ornarat Alfredus Oxoniensem scholã Iohanne Scoto in primis ceu geniali q̃dã sidere, quẽ e Gallijs, vbi Carolus eũ Caluus fouebat, reuocauit in Angliã. sed religionẽ professus, cũ discipulos aliq̃t (vt fit) erudiret, factũ est vt illi cõtra p̃ceptorẽ conspirarent, graphijsq; assumptis illũ sæuissime interimerẽt. Græcas literas calluit, q̃ illis temporibus magna ex parte amissæ fuerant. Hinc Calui mandato, Dionysij Areopagitæ libros, qui de sacra hierarchia inscribunt, Latinitate donauit, maiorẽ diligentiã, q̃d in sacris fieri maxime debet, q̃ elegantiã in eo opere indicãs. Ioh. Scoti doctrina.

Anno dñi 872. migrauit ad dñm Adrianus papa, & successit ei Iohãnes 8. patria Romanus, qui sedit annis x. Hic Iohãnes scripsit Ludouico regi, q priuilegia Ro. ecclesiæ tolli nõ possint, nisi p̃scriptione centũ annorum, 16. q. 3. c. nemo. Iohannes 8. papa. Anno dñi 876. Imp. Ludouicus morit, & mox audita eius morte, Carolus Caluus rex Galliæ, Richentem vxorẽ Syluanetũ mittit, Ludouicũ filiũ in eã Austrasiæ partẽ, q̃ à Lotharij decessu sibi obuenerat, proficisci mãdat: ipse superatis alpibus, Romã pergit, & à Iohanne papa ac Rom. creat imperator, & imperauit annis duobus. Nã ei statim à fratre suo Ludouico Germanorum rege bellũ parat, q se incõsulto, solus imperiũ fratruelis vsurparet: cõparatoq; exercitu, per filios eum impedire ac vexare satagit, incursionibusq; molestare parat. Sed interim in Gallias oĩm opinione citius redijt, vbi velut Francorum habitũ & simplicitatẽ perosus, inani vir iactantia, Græco more vestiebat Dalmatica veste, baltheo, diademate, adeo gloriæ appetens, vt maximorum imperatorum exemplo Cõpendiũ vrbẽ à se Carolopolin dicere voluerit. Fratrẽ Ludouicũ Germaniæ regem, mox lacessebat, minatus tantas se copias cõducturum, vt exhausto flumine ceu Xerxes, per aridũ alueũ in Germaniã traduceret. Verũ Ludouicus apud Francofordiam moritur, relictis tribus filijs p̃stantissimæ indolis, q tres regnũ paternũ diuiserũt, vt habet etiã in historia Francorum: Carolomãnus sortitus est Bauariã, Pannoniã, Carinthiã, regna Sclauorum Bohemorum & Morauensiũ, & vocatus est rex Bauariæ: Ludouicus orientalẽ Franciã, Thuringiã, Saxoniam, Frisiã, & partẽ regni Lotharij, & vocatus est rex Ostrofranciæ. Sed Carolo cessit Alemania, q̃ hodie Sueuia dicit, & aliquæ ciuitates ex regno Lotharij propter vini copiã, & vocatus est rex Alemanię. Ludouico rege Germanorum sic defuncto, Carolus Caluus mox iniustitiã quã cõtra fratrẽ cõceperat, contra filios fratris perficere conatus est. Cũ quinquaginta millibus Carolus iste regnũ filiorum aggressus, Coloniã peruenit. at Ludouicus iunior fratrib⁹ suis alijs rebus intẽtis, missa legatiõe ad patruũ, rogat ea q̃ pacis sunt. q̃ cũ impetrare nõ posset, ip̃m bello viriliter excipit apd' *Andrenacũ, & victũ cũ dedecore fugere cõpulit, & quã sibi victorię rõnem in angustijs quæsierat, stragi locũ dedit. Nã qui sarcinas regias ferebant, viarũ angustijs intercepti, cæsi sunt. ceciderũt ibi viri illustres pleriq;, reliqui agrestiũ man⁹ incidentes, oĩno spoliati rediere. Eius regis ætate Flandria, q̃ paucis tunc vicis ornata erat, & feris magis q̃ hoĩbus incolebat, eiq; p̃ficiebat à rege custos, qui Frãcorum lingua Forestarius dicebat, comitatus dignitatẽ hac occasione accepit. Erat Forestarius Balduinus à Carolo institutus, hic regis filiã Iudith rapere ausus fuit, cuius rei gratia Caroli iussu coeuntes ep̃i, Balduinũ excõmunicant. at cũ nihilominus facti nõ pœniteret, cõsilio procerum persuasus Carolus, permittit filiã Balduino in matrimonio copulari, & de custode Flandriæ comitẽ fecit, terrã sibi dotis noĩe permisit. Hæc e Francorũ historijs. nã cæteri, vt supra meminimus, paulo aliter. Ex hoc Balduino secũdus Flandriæ comes Arnulphus natus est. Grassabant sub hoc Carolo imperatore Saraceni in Cãpania, quorum aduentu territus papa Iohannes, Carolũ admonet ecclesiæ opẽ ferat. Paret Carolus, Romã secũdo proficiscit, & Bosoni Germano vxoris suæ filiã Ludouici imperatoris defuncti vxorẽ dedit, & data ei prouincia, in regẽ coronauit, vt etiã regibus imperare videret. Tũ duo Caroli, Ludouici regis Germaniæ filij, hostẽ secuturi, cõtractis vndiq; copijs, in Italiã descendũt, patruũ Carolũ imperio simul & vita priuaturi. Carolus Roma egressus, pauore solutus, reditũ parat. ac, vt refert Platina, Tridentinos saltus nepotibus clausurus, cũ exercitu Veronã properans, apud Mãtuã valetudine correptus, venenata potione morit, quã Sedechias Iudæus, q̃ medico vtebat, curãdę valetudinis causa (vt creditũ est) ei dederat. Erat hic Sedechias Iudęus medicę rei peritus, vanissimarum artiũ celebris magister, qui rerum formas mutare visus, miris

Carolus Caluus imp. 78.

Carolus Caluus à Ludo. iuniore vincitur.

Boso prouinciæ rex.

Sedechias Iudæus.

hominum aĩos pstigijs vexauit,nõ minore vanitate,q̃ is olim Marci Antonini Imp. Philosophi tẽporibus,q sese in ciconiã vertere conabat. Dũ corpus Calui exenteratũ & multis aromatibus cõditũ,sui in Franciã ferre cupiũt,cadaueris putredinẽ tolerare nõ valẽtes,Vercellis inhumarũt. Vnde post annũ septimũ exemptũ,in diui Dionysij templũ delatũ est,qa ita in visione cuidã monacho eius loci,simulq́; clerico S. Quintini reuelatũ extitit. Mortuo aũt Carolo Caluo,Iohãnes põtifex oĩbus virib9 adnitebatur,vt Ludouicus Balbus Caroli Calui filius,imperator decerneret. q̃ minus aũt id fieret,obstitere Ro. proceres,Carolũ regẽ Alemaniæ Ludouici regis Germaniæ filiũ, q cũ fratre Carolomãno iã partẽ Italiæ intrauerat,imperatorẽ cupiẽtes. In tanta vero seditiõe,cũ nõ deessent q etiã Ludouico fauerẽt,pontifex capit,& in vincula conijcit. hãc ob rẽ non ita multo post adiuuãtibus qbusdã amicis,põtifex e vinculis lapsus,ad Ludouicũ Balbũ in Franciã cõfugit,vbi p annũ moratus,regẽ imperij diademate coronat,Augustũq́; appellat. cõtrouersias ibi inter ecclesiasticos subortas,rege adiutore,absoluit. Iohãnes deinde abiens,apud Trecas ciuitatẽ cõciliũ habuit,in q̃ & multa ad fidẽ pertinẽtia sunt instituta,& Flandris q tũ primũ ex locis nemorosis ad meliorẽ cultũ venerãt,epũs datus est. Verũ cũ Italia à Saracenis vastaret,ceperãt em̃ & diripuerant iã montis Cassini monasteriũ,Iohãnes Romam accitus,Carolo & principibus Christianis reliquis adiuuãtibus,Agarenoꝝ magnã partẽ ex Italia & Sicilia expulit.

Calui Imp. interitus.

Lud. Balbus rex Franciæ

Anno igit 878. Carolus Alemaniæ rex,imperator factus,à Iohãne põtifice,q̃ ei liberius in vrbe viuere liceret,imperij corona donat,tertiusq́; Carolus appellatus est, regnauit annis x. exufflaturq́; coronatiõ imperialis Ludouico,ꝙ nec in catalogo imperator describit. Interea Ludouicus Balbus cõponendæ discordiæ,q̃ illi erat cũ Ludouico nepote,filio tertio Ludouici quondam regis Germaniæ,cupidus,per legatos egit,vt cõuentu *Furone indicto,pax ad sequentẽ modũ dicta fit: De Austrasiæ regno,sicuti defuncto Lothario inter Carolũ Caluũ & Ludouicũ Germaniæ regẽ conuenerat,ita permaneret: Italiæ vero imperiũ,qñquidẽ tunc cõmode distribui non poterat,quisq; vt partẽ obtinebat,ita illã haberet,donec de partitiõe in alio proximo habendo cõuentu agi stabilius posset: interim si ab Saracenis alter regũ impeteret,alter suppetias ferret. huic formulæ si quis detractũ iret,eũ à neutro regũ recipi aut defendi posse. Rebus ita cõpositis & pacatis Gallijs,Ludouicus Balbus bellico quodã tumultu implicitus,morbo decubuit: quẽ cũ nulla salutis spes leuaret,Cõpendium se deferri iubet,vbi paucis post diebus fato functus est anno dñi 880. Secuta est eius interitum ingẽs totius regni calamitas,quã principũ Frãciæ simultates,odia & libido fouebãt. Reliqrat ex cõcubina Balb9 filios duos,Ludouicũ & Carolomãnũ: qn & grauidã vxorẽ,q̃ occasionẽ expectatiõi dedit. affectabat regni coronã Boso Prouinciæ regulus,reginæ frater,à cuius tyrãnide,vt inuisa erat principib9,declinatũ est,ꝙ regnũ se ad Ludouicũ Germaniæ regẽ traducturos illi dicerẽt. sed paulo post Germanicus mortuus est,cuius regnũ Crassus accepit. nã & superiore anno Carolomãnus etiã Germanicus perierat. Interim Frãciæ regnũ ad nothos deuenit optimatũ studio. regnarũt vnà Ludouicus & Carolomãnus annos pene 5. Eo tpe e regina filius natus est,q Carolus,aui noĩe,dictus est. hũc Simplicẽ posteri cognoĩarunt. Fratribus Frãcoꝝ regibus,in ipsis regni initijs arduũ cũ Nortmãnis fuit negociũ,qui ad Ligerim infestis incursionibus grassantes,pdabant oẽm regionẽ. At fratres coacta magna militũ manu,Nortmãnos subito aggressi vicerũt,fuitq́; Nortmãnis memorabilis ea clades,q̃ circiter nouẽ millia militũ cecidere. Peropportuna fuit ea victoria nõ tã Galliæ q̃ Germaniȩ,quã hactenus nõnihil etiã infestarant. nec Boso Prouinciæ regulus quiescebat,etsi iam toties lacessendo nihil proficeret. Instaurabãt bellũ rursus Nortmanni auxilijs nouæ factiõis, q̃ Astingũ ducẽ habebat,cũ quibus cõgressurus Ludouicus,subito correptus morbo, statim mortuus est,atq; tũ quidẽ ferunt Caroli imperatoris auxilijs hostẽ repulsum. sunt qui facto fœdere rẽ actam dicant,Godefrido Nortmanno duci Frisiã prouinciã datã,Sigefridũ multis muneribus placatũ esse. Cũq́; hi redirẽt in Gallias,tm̃ Carolomannũ Gallicũ maloꝝ passum,vt ingentẽ argẽti vim pro tributo annos xij. pacis causa promitteret,tũ pacatas esse Gallias. Hæc ego in tanta autoꝝ diuersitate ex Germanicis monumẽtis colligo. Anno dñi 882. Iohannes 8. papa moritur,cuius tempore fuit & Anastasius bibliothecarius,vir vtriusq; linguæ peritus,qui e Græco in Latinã & septimã synodon & hierarchian Dionysij transtulit. Caroloq́; imperatori multorum sanctoꝝ vitas Latine dedit. Martinus 2. pontifex,lectus est. Platina malis artibus eũ & fraude scribit adeptum esse pontificatũ. pfuit annũ vnũ & aliqt menses. Quo tẽpore etiam Leo & Alexander Basilij filij,Cõstantinopolitanũ imperium tenebant. Successit Martino Adrianus 3. patria Roman9,tanta vir animi magnitudine,vt initio pontifi

Carol. Crassus Imp. 79.

Lud. & Carolomãnus Balbi filij,reges.

Frisia data Nortmãnis

Anastasius Biblioth.

Mart. 2. pp.

Adria. 3. pp.

pontificatus sui statim ad senatū populūq; Ro.retulerit,ne in creando pōtifice imperatoris autoritas expectaret,vtq; libera essent & cleri & populi suffragia. Illectū arbitror, q̄ Carolo Crasso imperatori cū Normānis negociū esset. obierat mortē superiori anno Carolomānus Balbi nothus, q nuper cū Normānis fœdere coierat, tributum pendēs. Sed Normāni vt huius mortē acceperūt, rursus inuasere Gallias, quas Crassus Imp. tutari volens, in potestatē accepit, hostibus cōciliū indicit, in q̄ Godefridus rex cū suis perimit. Inde diu grauissime certatū cū eis est in Parisiana obsidione, alijsq; locis, donec fœdere facto, regionē q̄ vltra Sequanā est, ab imperatore habitandam accepissent, hodieq; ea Galliæ pars Normannia appellari solet, genti huic id nomen esse volunt à Danis, qui Cimbricā Chersonesum habent, septentrionalibus populis. North em̄ septentrionē genuina lingua, & man virū significat. moremq; fuisse aiunt populo longo tpe, vt ex multis liberis vnū tm̄ apud se hæredē pater haberet, cæteris post legitimā ætatē domo emissis. sed aliquāto de populis his plura supra. Anno salutis 886. mortuo Adriano 3. altero sui pōtificatus anno Stephanus quintus succedit, patria Romanus, sedit annis 6. religionis p̄cipuus cultor, quare & alienos ep̄os obseruantissime amauit, id q̄d in decretis videre licet, vbi ad Hubertū Mogūtinū ep̄m scribit 2.q.3.c. Cōsuluisti. Anno 888. Carolus Crassus aīo deficiens, ab optimatib[9] imperio deiectus est, qui statim sequēte anno mortuus, in Augia maiori sepultus est. Arnulphus quem e Caroli prosapia ferūt vltimū fuisse, imperator salutatus est. fouit hic Crassum necessario familiæ cultu quoad vixit. Et Francia tū nec imperatoris viribus, nec suis regib[9] tutari potuit. Erat regni hæres is, quē Ludouico Balbo mortuo, vxor pepererat, Carolus Simplex, decennis puer. Quare Franci Odonē Roberti Parisiensis comitis filiū, puero Carolo Simplici Balbi filio p̄ficiunt, & regem salutant. Hic puer̄ probe educans, regnoq; regendo æquus, ab archipræsule cōsecratus est. Anno regni sui 9. moriens, Francos obtestatus est, vt Carolū Simplicē bonæ spei iuuenē, in maior̄ suor̄ sedē restituerent. Qui adepto regno, Edinam Eduardi Anglor̄ regis filiam vxorē accepit, regnauit annos 27. Sunt qui scribant, Carolū ante Odonis mortē regē salutatū esse, quā appellationē armis cōtra Odonē tutari conatus sit. Nec Odonis tēpore quieuerant Normanni Parisios obsidentes, Senonas populati, quibus magno aīo bonus princeps restitit. Carolo Simplici cū annos aliq̄t in regno felices egisset, etsi belli negocijs paulo grauiores, nā Normannos pacauit, Rolloni eor̄ principi filiam vxorē dedit, cū Christianum nomen suscepisset, defecere ab eo proceres, Robertus Odonis regis frater Aquitaniæ dux, q̄ de fratris regno portionē nō accepisset, viciniores vrbes capit, cū copijs aduersus regē qui *Suessoni erat, cōtendit: vbi statim cæsus est. Verū rex paulo post ab Hereberto amice exceptus, apud Peronem dolo captus est. Edina vxor cū filiolo Ludouico ad patrē Eduardū in Angliam cōfugit. Richardus Burgundiæ ducis filius, rex delectus est, qui p̄lijs aliq̄t cū Saracenis congressus est nō satis feliciter. infestarant em̄ Saraceni nuper Burgundiam. Quo mortuo, & Carolus Simplex in custodia perierat. quare ex Anglia Edina cū Ludouico filio reuocatur, quē obuij proceres regē salutant. Mansit regno quies annos non sane multos. eæ erant procer̄ insidiæ, quas Guilermi Rollonis filij & Germanici regis studio superauit. Herebertū, qui patrē in custodia necarat, furca suspendit in procer̄ cōcilio. Hactenus fortuna sua bene vsus est rex. cætera narrabunt suo ordine. nā ex his multa, rei seruiens, τὴν ἰσορίαν προλαμβανόμενος, descripsi. Ad res Germanas cū historiæ ordine redeo. Acceperat Arnulphus imperiū, q̄d annos xij. tenuit, multis oppressum calamitatibus. nā primis initijs cū Maharensibus difficulter pugnatū est, quo tēpore Odoni Franciæ regi cū Normannis bellū fuit. Maharenses, vagabunda gens, q̄s ex Morauiæ populis esse ferūt, superioribus annis grauissima clade à Ludouico Germaniæ rege affecti, frequēti rebellione hucusq; se nondū vindicarant, cū tot Europæ seditionibus freti, duce Senebaldo Germaniā inuasere. Arnulphus ferocē barbariem repellere conatus, minus viribus q̄ fœdere egit: dataq; est eis regio apud Bohemos. Inde nō lōgo tpe in Germanias rursum ingressi, cū Arnulpho imperatore tanta pertinacia pugnarunt, vt is ad Hungaror̄ auxilia, q̄ gens immani feritate nihil adhuc probæ religionis acceperat, cōfugeret. ita *domitus est & tributarius factus. Nec cessit ea victoria feliciter oīno. nā Hungari deinde, vt liber̄ exitū e claustris regionis suæ acceperāt, Germaniā ad Belgicā vsq; Galliā vastauerūt. Anno 892. Stephano 5. Formosus papa succedit, sedit annos quinq; & sex menses. Hic, vt refert Ioh. de Colum. cōtra volūtatē quorundā Rom. factus est papa, qui Sergio fauētes, ipsum elegerūt: & cū nō p̄ualerent, ægre quieuerūt. Fuit Formosus ep̄us Portueñ. sed aliq̄n Iohānis papæ 8. seueritatem veritus, episcopatū deserens, in Gallias aufugit. ver̄ cum reuocatus redire abnueret,

Normānia q̄n primum acceperit nomen.

Stephanus 5. papa.

Carol[9] Simplex Ludo. Balbi filius rex.

Rollo Norman. dux.

Richardus rex Franciæ

Lud. Simplicis filius, rex Galliæ.

Arnulphus Imp. 80.

Maharēses domiti.

Formosus papa.

nueret, anathemate notatus, tandē Romā veniens, omni ecclesiastica dignitate priuatur: prophana indumēta, vt aliqui scribūt, assumpsit. Sunt q arbitrant hoc ideo Formoso accidisse, ꝙ eius cōiurationis cōscius fuerit, qua Iohānes in vincula cōiectus est. Hac itaq; cōtumelia motus, ab vrbe discedens, iureiurando affirmasse dicit, se nunquā postea vel Romā vel ad episcopatū rediturꝝ. At vero Martinus pontifex Iohānis successor, hominē postea iuramento absolutū, in patriā & pristinā dignitatem restituit. vnde ad pontificatū non ita multo post sublimatus est, ob hoc in Rom. ecclesia multa secuta sunt incōmoda. Adeo totus fere orbis vbiq; intestinis factionibus laborabat.

Berēgarius Foroiulian⁹ dux.

Dum Arnulphus cū Nortmannis iterū in Gallijs bellū gerit, in Italia Berengarius potētissimas quasq; ciuitates exciuit. erat hic Foroiulianus dux, cuius viribus Guido Spoletanus dux infensus, Italiam nō minori incommodo affecit. Arbitror huic tumultui Hungarorū motus, de quibus diximus, occasionem dedisse, ꝙ illi Italiam ferebant ingressuri, ante horꝝ ingressum conflixisse sæpius Italos principes scribunt. Et Berengarius animi magnitudine & scientia rei militaris maior, cū Guidonē in Vmbriæ fines repulisset, imperiū suū stabilire volens, cū Arnulpho Germanico imperatore fœdus inijt: quo expressum est, vt alter alterius ope iuuaret. Itaq; Arnulphus filiū Senebaldū, quem ex concubina habebat, in Italiam misit cū exercitu, qui integris adhuc illorꝝ rebus inde discessit. Arnulphus demū venit in Italiā Formosi rogatu, quē aduersa factio violarat. Bergomo vi capto, Ambrosiū eius vrbis comitē suspendit. Progressus longius, magno totius Italię terrore Romā venit ad Formosum pontificē. fert aliquot dies vrbē obsedisse. vrbē ingressus, imperator est appellatus. sumpsit de his q pōtificis numen violarant, suppliciū. Egressus, Guidonis opes maxime afflixit. mirū q̄d de Guidonis vxore ferunt, q̄ obsessa in oppido quodā, Arnulpho, vsa perfidia vnius ex imperatorijs familiaribus, potionē lœtalem dedit, vt triduū excitari nō potuerit. Quæ res eū propere redire in Germaniā fecit. Moritur interea Formosus papa, & Bonifacius sextus pontifex creat, pauco tēpore sedit, in basilica S. Petri sepelit. Circiter annū salutis 900. Arnulphus ægrotare cœpit, dissolutus atq; afflictus à minutis vermibus, quos pediculos vocant, ita vt nullo potuerit medicamine curari. breui in Bauaria apud Oetingen vita functus est. Eius sepulchrū demonstrat in cœnobio S. Emerani Ratisponæ. Reliquit duos filios, vnū legitimū Ludouicū, alterū ex concubina, cui Lotharingiā donauit regendā, de quo iterꝝ dicet. Arnulphus itaq; rex potens, qui totam orientalē Franciā, hoc est, Bauariā, Sueuiā, Saxoniā, Thuringiā, Frisiā & Lotharingiā cū imperio tenuit, eiusq; autoritate Francia occidētalis moderabat, pediculari morbo perijt. Cœpit hoc tpe Nortmāniæ ducatus. nā pacatis Nortmānis, vt in Carolo Simplice dictū est, Rolloni eorū duci Simplicis filia vxor data est vnà cū Neustria, quam Nortmanniā hodie ab illis vocamus, accepta spōsione baptismi recipiendi. Suscepit aūt Rollonē de fonte comes Parisiensis Robertus, & similiter Robertum appellabat. Hic Robertus fuit primus dux Nortmannorꝝ, qui genuit Guilhelmū, Guilhelmus autē Richardū, & ille secundū Richardū genuit, eiusq; fratrē Robertū, qui Apuliā, Siciliā & Calabriā acquisiuit. Gelloni vero Rollonis cognato rex Carolus montē Blesensem tradidit, inde Blesenses comites ortū habuere. acta sunt hæc anno dñi 912.

Guido Italiæ rex.

Bonifacius 6. papa.

GENERATIO XXXI.

Anno vero dñi 901. ab vrbe cōdita 1652. incepit trigesimaprima generatio. quo anno Stephanus 6. patria Romanus, Anagninus epus, pontifex est creatus, sedit anno vno, mensibus quatuor. hic tanto odio persecutus est Formosi nomen, vt statim eius decreta abrogauerit, licet à Formoso plurimū fuerit dilectus, & ab eo Anagniæ epus factus. Refert Martinus, Stephanū tanta rabie desæuisse, vt habito cōcilio, corpus Formosi e tumulo tractū, pontificali habitu spoliatū, indutūq; seculari, sepulturæ laicorꝝ mandauerit, abscissis tñ dextræ eius duobus digitis, quibus in cōsecratione sacerdotes vtunt, in Tiberimq; proiectis, ꝙ (vt ipse dicebat) cōtra iuramentum Romam & sacerdotiū repetijsset, quo à Iohāne 8. spoliatus fuerat. Pessimi hoc fuit exempli. nam postea fere semper seruata est hæc cōsuetudo, vt acta priorum pontificum sequentes aut infringerent, aut omnino tollerent, quod ante alienum fuit. Ad huius Stephani pontificis initium, anno scilicet 901. Franci Ludouicum Arnulphi filium eius nominis tertium, in regem Francorꝝ Germanorumq; genitori in titulo imperij subrogarunt. Creatur aūt in primo iuuentæ flore, vt scribit Gotfridus, rex Ludouicus in loco qui dicit Forchem, imperauit annos pene 12. Hoc anno Ludouici primo Hungari Boioariam deuastarunt, sed Ludouicus gentis suæ depopulationem nō ferens, magno exercitu coacto, iuxta Lycum fluuium cū eis pugnauit, & plures ex eis occidit: cumq; pugna vsq; ad horam septimā protraheretur, & victoria speraret, Hungari

Stephanus 6. papa.

Ludouicus 3. Imp. 81.

Hūgari Germanos vincunt.

gari positis insidijs fugã simulãt: quos dũ regales impetu insequerenť, prodeũt omni ex parte insidiæ, & quasi victi ipsi, victores vincunt adeo, vt rex Ludouicus pacẽ obnixius petitam, ingenti data pecuniaꝝ vi, & tributo quotannis promisso, redimere se sit coactus. Reuersi in patriam Hungari, tota hyeme quieuerunt. Rex tum à principibus Lotharingiæ, qui offensi erant à Senebaldo, inuitabať ad regnum totius Belgicæ. regio eñ illa, vt scribit Gotfridus, Gallia Belgica vocatur. Senebaldus cum multa mala commisisset, regnumq́ multa cæde ac incendio vastasset, à comitib9 Stephano, Gerhardo ac Manfredo occiditur. Itaq; Ludouicus regno libere potitur, vxorem duxit filiam Othonis ducis Saxoniæ Lutgardam. Interim Stephanus sextus moritur, & Romanus sibi substituitur, sedit tribus mensibus. Mox vt pontificatũ inijt, Stephani pont. decreta & acta improbat, abrogatq́. Vide quantũ isti degenerauerint à maioribus suis. Illi eñ viri sanctissimi maioꝝ decreta ac sua tuebãtur. Hi posthabito diuino cultu, inimicitias nõ secus ac sæuissimi quidã tyranni inter sese exercebant, suas voluptates postea expleturi, cũ non extarent qui eoꝝ vitia coercerent. Ideo forte Deus illos tanq̃ monstra quædam e medio breui sustulit, vt minus nocere possent. Quis non mireť, regnante Ludouico, octo Romanos pontifices sedẽ B. Petri tenuisse, qui nõ legitur nisi xij. annos regnasse? Ideo vt clarior fiat sermo, in sequentibus de singulis his pontificibus ordine scribã. De Stephano sexto dictũ est atq; de Romano, cuius tñ põtificis cõmemorare nomen libuit, quia de more Petri sedẽ obtinuit. Post Romanũ successit Theodorus 2. patria Romanus. hic vestigia seditiosoꝝ secutus, Formosi acta restituit, & eius sectatores in precio habuit, & tum 20. pontificatus sui die moritur, circiter annũ dñi 903. Theodorũ sequitur Iohannes 9. patria Romanus. sedit annis duobus & aliquot diebus. hic Formosi causam in integrũ statim restituit, aduersante magna populi Ro. parte, qua ex re tanta seditio exorta est, vt paulũ à cæde abfuerit. Rauennã deinde profectus, 74. epoꝝ habito cõuẽtu, & Stephani res gestas improbauit, & Formosi acta restituit, dijudicans perperã à Stephano factũ, qui censuit eos iterum ordinãdos esse, quos Formosus ordinauerat. adempta est autoritas gestis synodi, quã Stephanus in damnationẽ Formosi fecerat. Deinde Benedictus quartus patria Ro. pontifex creatur ob eius humanitatem & clementiã, qui sedit annis tribus, menses 4. Cuius Benedicti laus est, ꝙ in tam corruptis moribus grauiter & cõstanter vitã duxisse feratur. Post Benedictũ Leo quintus pontificatũ adeptus est. Hunc Leonẽ post 30. & aliquot dies Christophorus presbyter & familiaris eius cepit, atq; in carcerẽ misit: ipse ꝑsulatũ inuasit. Quantæ eñ autoritatis tũ pontificatus fuit vitio prioꝝ pontificũ, ex hoc cõpræhendi potest, ꝙ à viro priuato tanta dignitas vi & factione vno fere momento occupata est. Hunc Leonẽ credũt aliqui ꝓ dolore animi paulo post perijsse, ꝙ ab eo spoliatus fuisset, quẽ ipse domo aluerat vt lupũ. sic eñ cũ illo Theocriti cõuenit, θρέψαι καὶ λυκιδῆς, θρέψαι κύνας ὥς τυ φάγωντι, hoc est, Ale & lupoꝝ catulos & canes qui te deuorent. Christophorus, cuius patria ac cognomentũ ignoratur, pontificatũ malis artibus adeptum, male amisit. septimo eñ mense, dignitate & merito quidem eiectus, in monasticam vitã vnicũ calamitosoꝝ refugiũ abire cogitur. Inde creatus est pontifex Sergius tertius natione Ro. is pontificatũ iniens, Christophorũ e monasterio tractũ, in vincula coniecit. Rebus deinde cõfirmatis, in Gallias profectus est. vnde cũ rediret, Christophorũ arctiore custodia vinxit. Formosi aũt acta ita improbauit, vt denuo ab eo ordinatos ordinari statuerit. sed nec hoc contentus, eius cadauer e sepulchro tractũ, capitali supplicio acsi vixisset, affecit, corpusq́; ipsum in Tiberim proiecit. Ferunt, piscatores eius corpus inuentũ inter piscandũ, ad basilicam Petri detulisse, q̃d imagines sanctoꝝ veneratæ sint: & ob eam rem creditũ est, Formosum iniuria affectũ fuisse. Sergius creditur Formosi facta persecutus, ꝙ antea ei impedimento fuerit, quo minus pontificatũ consequereť. Hac ratione vitã ducens, septimo pontificatus sui anno, mense 4. moritur, cũ paulo ante igneæ acies in cœlo & stellæ micantes discurrentesq́; ꝑter cõsuetudinẽ sint visæ. Vnde nõ ita multo post, Hungari Italiã ingredientes, multas intulere clades. Erat per id tẽpus in imperio Cõstantinopolitano Cõstantinus 8. Leonis filius, biennio cũ patruo Alexandro regnauit, solus vero annos 29. Adsciuit sibi imperij cõsortẽ Romanũ, q̃ primũ matris tutelã per ætatem reliquerat. Hic vires imperij sui aucturus, ex Italiæ discordijs occasionẽ cepit, cũ Turcis aliquoties nec infeliciter pugnauit. Redeo nũc ad Ludouicũ & ad ea q̃ gesta sunt sub eo, cuius tẽporibus Albertus comes de Babenberg, filius sororis Henrici Saxonis, in castro de Babenberg Cunradũ Francũ interfecit. Tulit Cunradi cædẽ Ludouicus grauiter, ꝙ & sanguinis & animi vinculis iunctissimi fuerãt. Erat eñ Cunradus, q ante Alberti fratrẽ peremerat, pater Cunradi q post Ludouicũ hũc imperauit. Estq́; Al-

Romanus papa.

Theodorus 2. papa.

Iohannes 9. papa.

Benedictus 4. papa.

Leo 5. papa

Christophorus papa.

Sergius 3. papa.

Cõstantinus Græc9 Imp.

Cũradus comes Lotharingius.

bertus comes, Hattonis Moguntini pſulis opera truncatus. Hoc tẽpore Hungari cõtra pacta Bauariã irruunt, vnde bis pulſi, tertio redeũt, Bauariã ſuperãt, Saxoniam, Thuringiã, & omnẽ fere Alemaniã, Alſatiam, & Lotharingiã vaſtãt, Baſileã totã diripiunt. At poſtq̃ per Germaniã primo & poſtea per Galliã ſatis fuerant debacchati, Italia ſua calamitatis parte nõ caruit. nanq; p Sergij tertij põtificis tẽpora iidẽ Hungari Italiã ſunt ingreſſi, q etſi magnũ ſua fama metũ Italis incuſſiſſent, quippe cũ carnibus humanis veſci dicerent, erant tñ omniũ animi e ſuperiori clade abiecti. paulo eñ ante Symbaticus protoſpatharius à Cõſtantino Græco Imp. miſſus, Beneuentum oppugnarat, id q̃d poſt trienniũ Guido Longobardus, depulſis Græcis, recepit. Crediderim ego tunc Berengariũ Foroiulienſem ducẽ, ab Italis primũ receptũ in imperatorem. ille eñ tum legit Hungaris obuiã iuiſſe ad Italiæ limitẽ cũ xv. millibus armatorũ, ac manu cõſerta, fractũ fugatũq;, pene totũ exercitũ amiſiſſe. Tunc furẽtes Hungari, Taruiſiũ expugnatũ diripuerunt, & in Venetos ducentes, ciuitatẽ nouã incenderunt, Equiliũ, Caput aggeris, Clodiamq; populati ſunt, poſtremo in agrũ Paduanum duxerũt, quo ex loco accepta pecunia & obſidibus à Berẽgario, Italia exceſſerũt. Audiens aũt Ludouicus 3. Berengariũ Italiã inuaſiſſe ac imperare velle, cõtractis vndiq; copijs, intrauit Italiã, fugauitq; Berengariũ. Cum aũt Veronæ eſſet à ſuis proditus, Berengario nocturno tẽpore intromiſſo, captus eſt, oculiſq; priuatus, & ſic Italiæ regnũ obtinuit. Ludouicus forte dolore animi & cruciatu morit anno dñi 912. Quo tẽpore defecit Italia à ſocietate regni Germaniæ, & tyranni inuaſerũt imperiũ. Anno igit dñi 913. cœpit diuidi imperiũ. quidã eñ in Italia, quidã in Germania imperabant. Magna tum erat inter Italos, Germanos & Francos de poſſeſſione imperij concertatio, vnde grauiſſima bella orta ſunt. Dicebant eñ Franci, defeciſſe genus Carolorũ in Germania, durare autẽ in Gallia ſeu occidentali Francia. Hac ex re Ludouicus filius Boſonis regis Prouinciæ, natus ex filia imperatoris Ludouici ſecũdi, à quibuſdã tum Italiæ tum Galliæ primarijs ciuitatibus, ad ſpem imperij allectus eſt. Germani vero Ludouico tertio defuncto, Othonis Saxonis conſilio Cunradũ ducẽ Francorũ elegerũt. hunc ferũt aliqui Lotharingiæ principẽ fuiſſe, nepotem Ludouici tertij ex Cunrado fratre Ludouici. hunc Cunradũ cõſenſu omniũ Francorũ vngunt in regẽ, qui licet coronã imperialẽ ſeu benedictionẽ nõ receperit, nihilominus legitimus Rom. rex fuit. Nã imperiũ fuit tranſlatũ à Græcis, non in Italos neq; in Gallos. i. occidentales Francos, ſed in Germanos, ſ. in perſona Caroli Magni, vt in tex. qui hoc probat in c. Venerabilẽ de elect. & ſimilis tex. in cle. Romani de iureiur. Vnde clare probat, q etiã linea Caroli deficiẽte in Germania, nõ minus imperiũ manere debet apud Germanos, ſicut & finaliter obtinuit tam de iure, q̃ de cõſuetudine. Et licet Rom. aut Itali recepe-rint vel Ludouicũ filiũ Boſonis, alioſve, ſicuti Berengarios, Hugonẽ Arelatẽſem comitẽ ſeu filiũ illius Lothariũ, ſiue Rudolphũ Burgundiæ regẽ, oẽs iſti tyranni & inuaſores imperij, nõ imperatores ſunt cenſendi, cũ Germani principes nõ omiſerint vel ad momẽtũ ſuo iure imperatores eligere. Sed de iure electus in regẽ ſeu imperatorẽ Ro. à principibus regni, poteſt ſtatim ex ipſa electione licite nomẽ regis Ro. aſſumere, & iura ac bona regni & imperij in Italia & in alijs prouincijs eiuſdẽ imperij adminiſtrare. Sed nõ eſt mirũ, ſi Ro. etiã pontifices illis tẽporibus circa annũ dñi nongenteſimũ & aliquãto poſt, quoſcũq; occurrẽtes admiſerint, cũ, vt ſcribit Platina, *reſq; fuerit, q pontifices illius tẽporis à veſtigijs B. Petri diſceſſerãt, & q reſpub. ignauos & deſides principes habebat, quorũ maxime intererat nauiculam Petri fluctibus exagitari, ne ſi gubernator verus reſipiſceret, malos nautas e repub. eijceret. Horror eñ eſt audire, q̃ multa perperã per 28. ferme pontifices ſint admiſſa. Quod aũt de Ludouico Boſonis filio dicit, ille per virilẽ q̃q; Caroli Magni ſexũ nõ deſcendit. Credo inteſtinas Galliarũ ſeditiones in cauſa fuiſſe, ne Carolus Simplex, quẽ e Carolorũ proſapia eſſe cõſtat, filiuſve Ludouicus, imperiũ occuparent: quæ tantæ fuere, vt ne dicant quidẽ principes Germaniæ, quo minus ex ſe imperatores eligerent, impediuiſſe: & recte quidẽ, cũ ſcirent imperiũ non in Gallos tranſlatũ, ſed in Germanos. Nec obſtat pmiſſis, q Ludouicus terti9 & poſt eum Cunradus primus, ac deinde Henricus primus, nõ obtinuerint à papa imperialem benedictionẽ, quia vel alijs arduis impediti fuerũt ſuis tẽporibus, aut propter factionẽ Italorũ Romã accedere tutũ non erat, per hoc tñ iura imperij non amiſerant. Hæc ego qui Germanus ſum, zelo patriæ ductus, probabilia eſſe iudicaui. nollem tñ vero, ſi quoquo modo intelligerẽ, cõtradicere. ſed hæc ſupra copioſius. quare ad inſtitutũ meũ redeo. Anno dñi 913. rege Ludouico defuncto ſine liberis, omnis populus Francorum atq; Saxonum quærebat Othoni duci Saxoniæ diadema imponere regni, ſed ipſe quaſi iam annis grauior, recuſabat onus imperij, eius

Hungari Germaniã vaſtant.

Berẽgarius primus tyrannus.

Ludouicus Boſonis fili9

Ius imperatoris eligẽdi apud Germanos.

eius tñ cõsilio Cunradus dux Francoꝝ, filius illius Cunradi quẽ Albertus occidit, vn-gitur in regẽ. penes Othonẽ tñ summũ semp & vbiq; viguit imperiũ. Anno itaq; dñicæ natiuitatis 913. Cunradus filius Cunradi, ex Francoꝝ gñe oriũdus, vir strenuus, oĩm electione regnũ accepit, & 7. annis regnauit, sub q̃ potẽtissimi erãt principes Arnoldus dux in Boioaria, Burcardus in Sueuia dux, Eberhardus comes in Frãcia, Gisilbertus dux in Lotharingia, Hẽricus Saxonũ dux, potẽtia oĩbus maior. Cum illo Burcardo ducatus Sueuiæ iteꝝ resuscitatus est. Anno eius 2. q fuit Sergij papæ vltimus, cõtra ipsum potẽtiores regni rebellionẽ sunt meditati, q̃s ille tam sapientiæ q̃ fortitudinis robore superauit, suaq́; ad fidelitatẽ pduxit. Solus Arnoldus nimio terrore motus, cũ vxore ac liberis ad Hũgaros cõfugit, ibiq́; vsq; ad Cunradi obitũ pmãsit. Anno eodẽ Hungari ab Alemanis & Boioarijs iuxta fluuiũ Aenũ occidunt, singulis tñ fere annis redeũt, & multa dãna hoĩbus inferũt. Sergio 3. interim defuncto, successit in papatu Anastasius 3. patria Romanus. morit 2. anno põtificatus sui, q qdem modeste in dignitate vixit, nec in se quidquã habuit q̃ repræhendi posset. Lãdus patria Romanus, hunc secutus, 6. sui põtificatus sui mẽse, die 21. morit: nec de illo aliq̃ notatu digna scripta reperiunt. Otho Saxoniæ princeps, circiter annũ dñi 914. moritur, filium relinquens Henricum, magnanimũ principem. hunc Cunradus imperator tm̃ odit ob suspectas sibi Saxonum vires, q̃ est ipse ab Othone illius patre semp humanissime cultus. Et cum videretur iniquum viribus rem agere, insidijs locum dedit. Quare Hattonem Archiepiscopum Moguntinum contra Henricum solicitat. Hatto aũt malis artibus imbutus, fabricari fecit Henrico torquem auream, quam collo ipsius inijceret. fabrefacta est torques, q̃ collo alicuius iniecta, nulla arte potuit aperiri aut dissolui, cogebatq́; hoĩem fame mori. Sed p̃sentiebat hoc aliquis, qui dolum Henrico detexit, & cum inuitaretur ab Hattone conuiuandi gratia, immo latrocinandi causa, dux Henricus p̃monitus: Vade, ait nuncio, dic Hattoni, ꝙ durius collum non habet Henricus, q̃ comes Albertus: illum eñ, vt dictũ est, regi Ludouico pdiderat. Et statim oĩa q̃ iuris hostium erant, in Saxonia vel Thuringia occupauit. Burcardum q̃q; & Bardonẽ, q̃rum alter gener regis erãt, in tm̃ afflixit, vt terra cederent, eoꝝq́; possessiones ipse militibus suis diuideret. Hatto aũt videns suis calliditatibus finem esse, nimia tristitia ac morbo non post multos dies obijt. ferturq́; in Siciliæ montem Aetnam delatus à diabolis, vbi merita artib⁹ suis pœna torqueretur. Rex aũt misit fratrẽ suum Eberhardum ad vastandam Saxoniam, qui appropinquãs vrbi Heresberg, multa superbe locutus est. Sed ecce Saxones ei occurrunt, & vsq; ad internecionem sternunt. Audiens aũt rex male pugnatum à fratre, congregata omni virtute Francoꝝ, prexit contra Henricum, ac tentauit oppidum Gruna expugnare. p̃misit tñ legatos ad Henricum, sponte se vellet dare. Qui dum venirent in conspectum Henrici, Saxo qdam Dietmarus vir bellicosus adest: Ne, inquit, dñe cures, aduenient tibi quas voluisti copiæ triginta legiones. nil vereare. Hæc dolo locutus est, nullas enim copias tum adducere valebat. Legati tamen regis, infecta re, redeunt, narrata referunt. mox mane ante lucem relictis castris, Franci vnusquisq; ad sua redeunt. vicit hoc modo Dietmarus verbo, quos vincere non valuisset Henricus ferro. Anno dñi 917. Iohãnes decimus patria Romanus, papa electus est, præsul Rauennas ante, episcopatu deiectus est populi tumultu. sedit annos tredecim, menses duos. Huius tertio anno rex Cunradus ægrotare cœpit, sentiensq́; sibi finem adesse, vocatis omnibus regni principibus, excepto Henrico, ait illis: Vocationis meæ tempus adest, proinde pacem & concordiam vos sectari etiam ac etiam rogo. nulla vos ambitio inflammet, Henricum Saxoniæ Thuringiæq́; ducem prudentissimum, regem eligite. is enim sapientia pollet, & iustitia abundat. Quibus omnibus assentientibus, fratrem suum alloquitur Eberhardum: Sentio, ait, frater mihi mortem adesse, idcirco tui considerationem habeto, & quod ad te maxime respicit, omni Francorum regno consulito. Sunt nobis exercitus congregandi atq; ducendæ copiæ, sunt vrbes & arma cum regalibus insignibus, & omne quod decus regium deposcit, præter fortunam & mores. fortuna frater cum nobilissimis moribus Henrico fauet, rerum publicarum summa penes Saxones est. Sumptis igitur his insignibus, lancea scilicet & armillis aureis cum chlamyde, & veterum regum gladio ac diademate, ito ad Henricum, pacemq́; facito cum eo. Ipse enim vere rex erit & imperator populoꝝ multoꝝ. his dictis, lachrymans se cõsentire rñdit. Post hæc rex moritur septimo q̃ imperare cœperat anno, vir fortis & potens, domi militięq́; optimus, largitate serenus, & oĩni virtute clarus. sepeliẽq́; in ciuitate sua Vuilmaburg cũ mœrore ac lachrymis oĩm Frãcoꝝ. Vt ergo impauit, Eberhardus Hẽricũ adijt, sese cũ oĩbus thesauris tradens, pacẽ fecit, amicitiamq́; p meruit, quã fideliter vsq; in finem seruauit.

Cunradus I. Imp. 82.

Anastasius papa.

Land⁹ pap.

Hatto epũs.

Saxones Cunradum vincunt.

Ioh. x. papa



Deinde cõgregatis principibus & natu maiorib⁹ Francorum in loco q dicit Fridesslare, rex Hẽricus designatus est. Anno igit dñi 920. Hẽricus filius Othonis Saxoniæ ducis, à cũctis principibus & natu maioribus Francorum, Alemanorum, Saxonũ & Bauarorum, cœpit libera potestate regnare in Germania. regnauit annos 18. Iste Hẽricus, vt qdam volũt, fuit filius sororis vltimi regis de gñe Carolorum in Germania. Ab euẽtu cognominatus est Hẽricus Auceps, eo q in aucupio primũ à principibus sit inuentus. Quod aũt à Ro. põtificibus imperator sit habitus, tex. in 63. dist. indicat, vbi legit, Cõstitutio primi Hẽrici & primi Othonis cum Ro. põtificibus, vt nullus missorum nostrorum cuiuscunq; impeditionis argumentũ in electione Ro. põtificis cõponere audeat, oĩno prohibemus. Quæ cõstitutio nimirum eam pcessit, q̃ Leonis 8. est, vt in c. In synodo 63. dist.

Henricus I. Imp. 83.

Fuit Henricus e Saxonum genere, nobili ortus stẽmate & peruetusta natiõe. Saxonũ eñi pcipua est in Germania nobilitas, de his nonnihil libet hic cõmentari.

Saxonũ origo & mores

Saxonibus ab occidẽte Visera fluuius terminũ facit, eos pleriq; vsq; ad Rhenũ ptendi arbitrati sunt. A septentrione Dani seu Daci, hi q Cimbricã Chersonesum habẽt, ad meridiẽ Frãcones, Boioarij & Bohemi sunt, orientalẽ plagã Schlesii & Prutheni tenẽt. In his termi nis inclusi sunt Thuringi, Pomeranij, Mysnenses, Brandenburgẽses, q̃ noĩa qdem etsi habeãt aliqd q̃d vetustatẽ arguat, apud vetustos tñ scriptores non adeo frequenter legunt. Lucanus in primo ait: Et Biturix lõgisq; leues Saxones in armis. Nam ita integram puto lectionẽ esse. *Tũgrorum appellatio apud Cor. Tacitũ est. Turingos dictos primũ existimãt Valẽtiniani Cæsaris tpibus. Verum Mysnensiũ appellatio, facit vt longissimo tpe habitatã eam regionẽ arbitrer. qs est eñi q non illos à Mysis Cimbrico populo noĩatos credat? ita inter Cimbricos Mysi, Axeni & Tyregetę nũcerant. hinc Mysnẽses, Saxões & Thuringi, posset q; ea sentẽtia Strabonis autoritate firmari. Quę apud alios de Alexãdri exercitu & Thuringorum vetustate ferunt, fabulæ ppinqua sunt. Cæterum Saxones, priusq̃ à Carolo domiti, Chri fidẽ acceperũt, varijs legibus, e qbus vetustissimã gentẽ augurari posses, vixere. Natio tota in nobilitatẽ, liberos & seruos distributa. nõ licebat cuiq;, nisi æqualẽ, velut ex Platonis lege ducere vxorẽ. insup deorum cultus varius fuit, Mercurij sacra cognita, cui certis diebus humanis hostijs litabãt. deos suos neq; tẽplis includere, neq; vlli humanę speciei assimilare p magnitudine & dignitate diuinitatis licitũ arbitrati sunt. lucos & nemora cõsecrãtes, deorumq; noĩbus appellantes, auspicia & sortes maxime obseruabãt: auiũ voces volatusq; interrogare, equorum psagia ac motus experiri, hinnitus ac fremitus obseruare solebãt. lunæ vero initia & exitus quõ venerati sint, & cætera superstitionũ gña ptereo. Hæc aũt ideo memorant, vt prudẽs lector agnoscat, à q̃ntis erroris tenebris p Dei gratiã sint liberati. frondosis arborib⁹ fontibusq; venerationẽ exhibebãt, truncũ q̃q ligni non paruæ magnitudinis in altũ erectũ sub dio colebãt, patria lingua Irminsul appellãtes, Latine vniuersalẽ columnã. Hæc vsq; ad Carolũ Pipini filiũ, q cõtra eos bellũ q̃d pater inchoauit, cõtinuat. pater eñi eos prius superatos, 300. equorum p singulos annos tributo mulctauit. Post renouatum p Carolũ bellũ vix vllus annus trãsiuit, q̃ non ab eis facta sit pacti mutatio. sed magnanimitas regis & ppetua cõstãtia nil impune factũ passa ẽ, pœna semp condigna corrigens, donec oĩbus rebellibus pfligatis, ac in suam potestatem redactis, multa millia ex eis qui ripam Albis incolebant, cum vxoribus & paruulis transtulisset, per Galliam & Germaniam distribuens. Tandem bellum finitum ea lege constat, vt abiecto dæmonum cultu, Christiana sacramenta susciperent.

Saxões sub Carolo fidẽ Christi accipiunt.

Vuitikind quoq; q inter eos & claritate generis & opũ amplitudine eminebat, autor pfidiæ & rebelliõis, ad fidem Caroli sponte veniens, baptizatus & à rege de fonte susceptus est. Huius Vuitikind filius Vuigebertus, deuotus Christianus, filium procreauit Vualbertum, qui Romam deuotionis causa venit, corpusq; S. Alexandri filij S. Felicitatis, à papa tum Leone impetrauit, ac in loco qui dicitur Magalthusen, locauit. Ex eiusdem Saxonicæ gentis stirpe vir pmagnificus egressus est Lutholdus, qui & ipse religionis gratia Romam proficiscens, B. Innocentij reliquias inde abduxit. Hic habuit duos filios Brunonem & Othonem, quorum maior Bruno cum totius Saxoniæ ducatum administrasset, in Danos duxit, ibiq; occisus, fratri Othoni ducatum reliquit. His erat soror noĩe Luitgart, quam Ludouicus rex filius Arnulphi imperatoris, vxorem duxit, sed non diu vixit, q Ludouicus cum sine filijs moreretur, factum est vt oĩs Francorum & Saxonum populus Othoni vellet diadema imponere regni, quod ille recusauit, & Cunrado, de q̃ supra dictum est, duci Francorum id iussit deferri. Otho vero generauit Henricum primum de sorore Ludouici, vt aliqui scribunt, tertij. Hic Henricus duxit Mechtildem filiam Theodorici, sororem Vuitikind Saxonis. sunt qui filiam fuisse comitis Franci putẽt. genuit Hẽrico Mechtilda ante regni susceptionẽ filiam Gerburgam, quam Gisilberto

Vuitikind Saxo.

Vuigebert⁹

Lutholdus.

Otho.

Henricus.

Mechtilda.

to duci Lotharingiæ dederat.q̃ mortuo,ipsa Ludouicum filium Caroli regis Galliæ, coniugẽ nacta est.habuit Henricus ex Mechtilde Othonẽ Magnũ mũdi delicias,post regiã vero dignitatẽ genuit secundũ,quẽ suo noĩe vocauit Henricũ,tertiũ q̃q; filiũ genuit Brunonẽ,q factus est epũs Coloniẽsis.duxit aũt Otho filius,adhuc viuente patre, vxorẽ Edithã filiã regis Anglorũ. hæc peperit ei filiũ quẽ vocauit Luitolphũ, quẽ ille nimiũ dilexit,sed ipse postea patri rebellauit.genuit ei q̃q; regina filiã,vocãt hãc Luitgardã,q̃ postea nupsit Cunrado duci. Deinde mortua regina Editha, eo anno q̃ Ludouicus rex Galliæ ab Hugone est captus, Otho in Italiã ducẽs, Berẽgariũ vicit circiter annũ 951. Adelheidã relictã Lotharij q̃ndam,liberat,ac vxorẽ ducit, q̃ sibi Othonem filiũ gñauit. Et res Saxonũ his fere incremẽtis, postq̃ Christianã disciplinã accepit natio,summã Germanicæ gloriæ tenuere. Hẽricus vt in regni administratione pacem seruare posset,primũ q̃ ex Hũgaris reliquiæ factionũ manserãt, pulsæ sunt.Ferũt primis regni initijs nõnihil esse cum Burcardo Sueuiæ duce,comite de Feringen,q rebellionẽ meditabat,pacis causa,bñuolẽtiæ studio magis q̃ armis actũ. Sub illis Henrici initijs,Arnoldus Bauariæ dux,ex Hũgaria q̃ Cunradũ Imp.fugerat,rediẽs,molitus est rebellionẽ.erat hic magno vir animo,dñandi cupidissimus, q̃re & sacra pturbauit,cæterũ vir frugi, Euripideum hoc volutãs,q̃d in ore Iulius Cæsar habuisse dicitur: Quod si violandũ ius est,regnandi gratia violandũ est,alijs in rebus pietatẽ colas.Imperator mox in Boioariã instructo exercitu contendit:Bauarũ, vt se dederet,cõpulit. Egit hãc rem imperator ꝑpropere S.Vdalrici Augusteñ. epi monitis, q asserebat sibi à Petro dictũ aduersus Arnoldũ imperij affectatorẽ, minus vtilẽ esse regno quẽ non epũs vnxisset,q̃ sine capulo gladius.Cumq; regnũ ex om̃i parte cõfusum ciuilibus bellis & externis colligere pararet,mouit in Lotharingiã seu Galliã Belgicã.ibi rex Galliæ Carolus obuius apud Bonnã oppidũ,Henrico primo cõfœderatus,regnũ Lotharingiæ & quicq̃d inter Mosam fluuiũ ac Rhenũ est,reddidit anno dñi 924.Sic Henricus Lotharingiã cum tota Teutonia,Burgundiæ comitatu & Arelatensiũ regno Ro. vniuit imperio.Qualiter aũt cõtra Hungaros triumphauerit,reseruo,& primũ Hũgarorum facta in Italia dicere volo. Sub Henrico hoc & Iohanne papa x.de q̃ supra dixi,apud Græcos Cõstantino Leonis filio imperiũ tenẽte, q̃dam noĩe & origine Romanus,tutelã pueri nactus, imperium illius inuasit,q̃ res Calabris Apulisq; seditionis causa fuit,vt Cõstantinopolitano principi subiecti parere nollẽt.Tum Romanus maxima vsus impietate,cõtra Italos Saracenorũ & Aphricanorũ regẽ impulit,vt Calabris Apulisq; rebellibus domandis copias traduceret.Ea gens exosa Christianũ nomẽ,Calabros,Apulos,Salentinos & Lucanos non domuit modo,verũ cædibus,rapinis & incendijs pene ad internecionẽ deleuit:adeoq; insolẽs est facta,vt de subigẽda vrbe Roma inter eos ageretur.freti igitur multitudine Saraceni,Italiæ eam oram vsq; ad ipsi' vrbis Romæ ꝓpe mœnia ceperũt. Iohannes x.põtifex tum calamitati ppl'orum Italiæ compatiens,veritus etiã ne Roma inuaderetur,Alberici in Hetruria marchionis auxilia implorauit.habit' est etiã tũc Romæ eorũ q arma ferre possent,delectus,eductusq; ex vtrisq; copijs exercitus q̃ maximus.Albericus marchio cum exercitu in Saracenos gentem pene innumeram delatus,eos Ro.vrbis finibus ilico expulit,& ꝑsecutus retro cedentes apud Lirim fluuium,quem nunc Garlianum appellant, apud Minturnas vicit.Deinde reuersus cum victoria ac exercitu pene integro, ouãs Romã est ingressus. Consternati Saraceni,montis Gargani arcem cõmunientes, apud eum & sub ipso sedem ceperunt,ex q̃ Italiam multis post temporibus vexauerũt. Romæ aũt orta est inter primates dissensio:Albericus marchio ꝑ inuidiã pellitur.Fuit in causa,autore Platina,ꝙ Iohannes pontifex qui vir sacris addictus,Martem quendã spirabat,post eam victoriam cui interfuerat,triumpho vrbem ingressus,oĩa rei gestæ momenta sibi adscripsit. Qua re Alberici odium ita in se concitauit, vt ingens seditio sit orta: q̃ q̃dem marchio pulsus,in Hetruriæ vrbem Ortanum,ꝓficiscens, vicem inuidis ingratisq; rependete statuit,& talem,q̃ Italiam in miseriã calamitatemq; ꝑduxit.ad Hungaros eñi nuncios mittẽs,q operam & opem suam ad Romanæ vrbis oppressionẽ pollicerẽtur, illos impulit,veniunt parati.Sed gens ꝑfida,Romani agri fines,sicut q̃sierat Albericus nequaq̃ attigit.Hetruriã vero & quam saluam fore pactus erat, cõmissis inaudita impietate cædibus,incẽdijs & rapinis,ꝓpe desertam reddidit.oẽs eñ mortales, fœminas atq; mares,q cædibus superfuerant,aut fuga ꝓlabi nequiuerant,in Hungariam abduxit.Quid aũt eo tempore Berengarij imperatoris autoritas aut potẽtia effecerit,Blondus ignorare se scribit.sed Platina tradit, Berengarium q tum Cisalpinam tm̃ modo tuebatur,hostib' iter in Hetruriam dedisse, modo sine vllo suorũ incõmodo transirẽt. q̃d vel hac ex causa facile crediderim, ꝙ esset tũ ei cũ Ludouico Bosonis filio graue negoci-

Henrici gesta.

Arnoldus Boioariæ dux.

Saraceni Apuliam populati.

Albericus.

Hungari vastant Italiã.

gociū,q in Italiā illectus ſpe occupādi imperij,victus eſt à Berēgario,& coactus iureiu rando, in Galliā redijt. Miror à pleriſq; ſcriptoribus Boſonis filiū,Ludouicū Burgundiæ regē aſſeri:qn,q; excæcatū ferunt poſt aliqt annos rebellantē, pter fidē plurimorum eſt,q Arnulphi filio Ludouico id accidiſſe ferūt. Ad rem redeo. Romani hac Hungarorum calamitate,quā Albericus marchio intulerat,pmoti,Ortanū obſidētes oppidū, Albericū illic marchionē cepere atq; obtruncauere. At Hūgari dulcedine pdæ illecti, frequēter deinceps Italiā repetiuere. Saraceni vero Garganū tenētes,Beneuentū capiunt & incendūt,Romanorumq; fines inuaſerūt. Romani à Iohanne inducti, Guidonem quendā comitē pficiunt cohortibus,iſq; in barbaros ducēs,furētes repreſſit.eo aūt puentū erat,vt ppli facile deditionem ſui,dum pmerent,facerēt:& licet multifarie tūc certatū fuerit,ſuperiores tñ euaſerūt Ro.& Saraceni Romanę terrę finibus exceſſerūt. Reductis Guido cohortibus,ad vrbē redijt.tum Iohānes decimus ſeditione militari, maxime vero à militibus Guidonis comitis captus,& in vincula cōiectus,ceruicali in os cōiecto necat,pōtificatus ſui anno 13.mēſe 2. Cuius in locū alter Iohānes ſurrogat. verum qa vi ſedē occupauerat,e loco mox eiectus,inter pontifices non numerandus eſt. Ad Henricū nūc reuertor. Hūgari interea Alemaniā, Alſatiā, Saxoniamq; inuadūt,oīa populātes. Cōtigit aūt quendā ex principibus Hungarorum capi,vinctumq; regi adduci,quem ipſi in tm̄ dilexerāt,vt magna auri pōdera p eo offerrēt. Rex ſpernēs aurum, expoſtulat pacē. tandē ad 9. annos obtinuit firmā pacis cōditionē,in qbus inducijs primum ex agrarijs militibus nonū queq; eligēs,in vrbibus habitari fecit,vt cæteris octo confamiliaribus ſuis habitacula cōſtrueret,frugumq; oīm tertiā partē acciperet ac ſeruaret. cæteri vero 8. ſeminarēt & meterēt,frugeſq; nono colligerēt. cōcilia & oēs cōuentus ac cōuiuia in vrbibus celebrari voluit,qtenus in pace diſcerēt, qd in hoſtiū aduētu facerēt:vilia aūt aut nulla erant extra vrbes mœnia. Tali lege ac diſciplina cum ciues aſſueſceret,regnū tutatus eſt. ad hæc qſcunq; fures aut latrones aut ſicarios manu fortes & bellis aptos eſſe videbat,indulta eis venia, arma dabat,& ad bellandos in barbaros exponebat, edicēs oīno vt ciuibus parcerēt. His captis,repēte irruit ſup Sclauos q dicunt Hunelli: & multis eos plijs fatigās,demū hyeme aſpera caſtris ſup glaciē poſitis,vrbē q dicit Brēnenburg,fame & ferro cepit,& ex ea omi regiōe potitus,ſigna vertit cōtra Dalmatiā,obſidēs vrbē q dicit Grana,20.tandē die cepit eam,pda vrbis militibus tradita,puberes oēs interfecti,pueri & puellæ ſeruati ſunt. Poſt hæc duxit Pragā Bohemorum vrbē,regemq; eorum cepit in deditiōnē,q erat pater Bolizlai,q qdiu vixit,regi fidelis fuit,Bohemia tributaria facta eſt. Igit induciarum tpe trāſacto,legati Hungarorum p ſolitis muneribus regē adierūt:ſed ab eo ſpreti,ad ſuos ſunt reuerſi,eos em̄ non formidauit. Hęc audiētes Auares,nil morati,hoſtiliter graui manu Saxoniā intrare parāt. veniētes p Dalmatiā,opem qſi ab antiqs petūt amicis. illi vero ſciētes nūc Saxones paratos ad pugnā,pinguiſſimū p munere eis pijciunt canē. Et cum non eſſet iniuriam vindicādi locus,ridēt & ad alia pcedūt. repētino em̄ impetu Thuringorum fines irruūt, terrā illā hoſtiliter puagātes. Rex aūt Hēricus grauiſſima valetudine detētus fuit cum hoc ei nunciaret,mox tñ validiſſimū collegit exercitū: & licet inualidus corpore,animo tñ valēs,equū cōſcendit, ac hoſtibus obuiā it. nunciat illi, Hungaros in Merſburg debacchari, eoſq; iam non modicā puerorum & mulierum pdam ducere, virorum vero immēſam ſtragē feciſſe. Rex igit vt erat animo cōſtans, imperterritus ſuos animat ad pugnam p patria: nec mora, bellū incipit, & à Chriſtianis Kyrieeleiſon dicit: ex hoſtium vero parte diabolica vox, Hui Hui Hui audit. cōmiſa pugna, Hūgari cædunt ac fugantur: rex vero & ſui victoria potiunt, atq; vox gemitus in lætitiæ cantū mutat. hūc triumphū omi memoria dignū, rex in ſuperiori cœnaculo caſtri ſui Merſburg fecit depingi. Inuenit aūt q rex anteq pugnā inciperet, vouerit p adipiſcenda victoria Deo, ſe hereſim ſimoniacā de regno ſuo eradicaturum, vnde hoſtes ipſe vſq; ad internecionē hoc die pene deleuit. At victor reuerſus, grarum actiōes in primis Deo pſoluit. tributum aūt qd hoſti dare cōſueuit, diuino cultui & vſibus pauperum dedicauit. Poſt hæc vero pater patriæ, dn̄s impatorq; ab oībus appellatus eſt. famaq; ſui noīs cūctis gētib⁹ celebris eſt habita. vñ & aliorum regnorum pceres paſſim ad eū, vt ad dn̄m, recurrūt. In hoc nouēnio induciarum arbitror Hūgaros Italiā vexaſſe, put ſupra dictū eſt tpe Ioh. papæ x. Hac victoria potitus, mirum q ſancte religionē coluerit. lanceā ferūt mirādi opis*& clauis Ieſu Chriſti, q olim Magni Cōſtantini fuerat, Rudulpho regi Burgundionū donatā, Hēricus rex minis, precibus muneribus additaq; qdam Sueuię parte, à Rudulpho vix extorquet. eamq; ad imperij inſigne poſteris reliqt. Paulū poſt ea tpa circiter annum dn̄i 926. Nortmānos Danoſq; vicit, q nauali latrocinio Friſones infeſtarāt, deinde & Abroditos, qrum principes Chriſtianos fecit. Anno dn̄i 923. Vdalricus epus Augu

Hūgari Germaniam vaſtant.

Hungari Saxoniam ingreſſi.

Lancea. *cum

S.Vdalric⁹.

Augustensis lectus est, primariæ Sueuorum nobilitatis ex Kiburg & Dillingen, sedit annos fere 50. Quo fere tẽpore Ludouicus Caroli Simplicis filius, ex Anglia reuocatus, Francorum regnũ accepit. In hac gñatione Burcardus 2. dux Sueuiæ ex vxore sua genuit Berthã vxorẽ Rudolfi Arelateñ. & Burgũdiæ. Ex illis nata est S. Adelheidis, vxor Magni Othonis, ex q̃ natus est Otho 2. Anno dñi 927. Burcardus dux Alemaniæ in Italia occiditur, Hermanno ducatus cõmittitur. Hic Hermannus fertur duos habuisse filios: vnus ex eis, adolescẽs cum Othone Magno imperatore Romam venit. Hermannus dux Sueuiæ.

GENERATIO XXXII.

ANno dehinc 930. dñici natalis, ab vrbe aũt condita 1601. incepit 32. gñatio, anno regni Henrici primi decimo. Quo anno Leo 6. patria Rom. legitimis suffragijs pontifex creatus est. is nil tyrannicum præ se tulit, rei diuinæ consulẽs, q̃ntum in tam corruptis moribus poterat, reuocare ciues ad concordiam parabat. septimo aũt mense & die 15. põtificatus sui moritur, & in basilica S. Petri sepelit. Stephanus 7. patria Ro. pontificatũ anno dñi 931. est adeptus, sedit annis 2. mense vno, quũ Bohemiæ dux Borsinous esset, qui cum Ludimilla coniuge, quæ pro sancta colitur, à Methodio Morauorum p̃sule baptizatus est: hui⁹ duo filij Spitigneus & Vratislaus postea ex successione regnarunt. Eo tempore in Genuensi vrbe fons sanguinis largissime effluxit, portendẽs forte ciuitatis ruinam, quæ post à Saracenis cum classe illuc ex Africa venientibus capta est, cunctis ciuibus, exceptis paruulis & mulieribus, captis & occisis. At Stephano, cuius vita mansuetudine & religione plena fuit, defuncto, Iohannes xi. patria Ro. patre Sergio pontifice, vt qdam volunt, creatur. sedit annos 4. menses x. Sub eo Saraceni Africani Genuam diripiũt. verum dum onusti præda, Pelignorum fines attigissent, à Marsis qui repente arma ceperant, opprimunt, atq; ita p̃dam oẽm cum vita amisere. Anno aũt supradicto 931. sub Stephano 7. Berengario 2. Italiam p̃curante, ferunt Rudolfum Burgundionum regem, suggerentibus qbusdam, hostili manu in Italiam contra Berengariũ 2. descendisse, & Italiæ magnatum potius viribus q̃ suis fretum, Berengarium regno pepulisse, qui ad Hungaros spe recuperandi regni confugit. Itaq; Hungari 3. anno post pulsum Berengarium, Salardo duce in Italiam venientes, oĩa per quæ incedebant, vastantes, Papiam obsederunt, & vi captam, ferro & igni vt absumerent, sunt adnisi. At vero Itali cum non satis virium in Rudulpho cernerent, cum iam 3. annis regnasset, Hugonem Arelateñ. comitem in Italiam vocant: huic aũt (non sine contentione tamẽ) cedens Rudulphus, cum hostes acriter instarent, in Burgundiam sese recepit. Hoc facto, Hugo non satis his fidens qui se vocauerant, exemplo Rudulphi admonitus, multos in exilium pepulit, qui oẽs ad Arnoldum ducem Bauarorum confugientes, hominem regnãdi cupidum mouere copias in Italiam inducunt. Arnoldus itaq; à factiosis exulibus alijsq; domi potentibus suasus, in Italiam cum paratissimo exercitu venit, quem Veronẽses primi regem Italiæ appellatum, intra mœnia recipiunt. lõge autem aliter q̃ fecerat Rudolphus, regnum Hugo retinere adnisus est, qui iuxta Veronam occurrit Arnoldo, pugnaq; commissa vicit Hugo, Veronamq; statim recipit. Veronenses autem rebellionem in Racherium episcopum suum rejciunt, veniam petunt. Hugo deprecantibus culpam remisit, episcopum in exilium Papiam misit. Berengarius secundus inter hæc apud Hungaros, vel vt alij volũt, apud Sueuos vita functus est. Nec Hugoni diu quietum regnum mansit. nam paucos post annos à Berengario 3. vt scribemus, repetitum est. Anno imperij Henrici primi 17. Russorum princeps cum sciret Constantinopolitano imperatori Romano cum Saracenis negocium esse, exercitum plus q̃ mille classium aduersus Cõstantinopolim ducit. Quod Romanus vt resciuit, q̃nta potuit manu, viribus impar, p̃tinacia pugnandi maior, hostiũ naues exussit, barbarorum ingentẽ multitudinẽ captam decollari iussit. Apparuere anno sequente p̃digia q̃dam: sol sereno cœlo obscurabat, per fenestras domorum radios sanguineos emittebat. Hoĩs cuiusdã sinistra manus ferro amputata, post annũ pene ad integrũ ei dormiẽti restituta est, cui p̃ signo miraculi q̃si sanguinea linea loco cõiunctionis notabat. Eo anno rex Henricus morit pacatis Germanijs. sunt q̃ scribãt eum, cum modo in Italiã cõtenderet, morte p̃uentum esse. Bonus princeps, cuius animo par fortuna rñdit. fundamẽta restaurati imperij magna iecit, non armis magis q̃ bñuolentia externorum fidem confirmauit. Tum primũ Gallia, quid patronis Germanis deberet, experta est. adeo vterq;, Carolus Simplex & Ludouicus filius, Henrici opa probe tutatus est. testant hoc Simplicis fœdera, Hungarorum cædes, sedati aduersus Ludouicũ tumultus. nec eius felicitati defuit aliud, q̃ q̃ in Italia Berengariorum tyrannis mansit, quam filius Otho opt. max. vicit & expulit. Vxor Henrici S. Mechtildis, supra modum humilis & misericors, post obitum viri diu in viduitate

Stephan⁹ 7. papa.

Ioh. 11. pap.

Rudolfus Italiæ rex.

Hugo Ital. rex.

Russi à Græcis victi.

Hẽrici Cæs. I. mors.

p̃man

permansit, monasteria ac hospitalia plura fundauit, in aduersis patientissima, in oratione extitit puigil. Tandem mortem suam pdicēs, migrauit ad Christum, sobolē relinquens in consolationem totius ecclesiæ Othonem. Anno dñi 935. obijt Nothingus Constantieñ. epūs, cui in episcopatu successit S. Cunradus, q sup lacum siccis pedibus ambulauit. hic natione illustris, fuit comes de Altdorff de gñe Guelfor℞. Anno deinde 937. sedit in vrbe Roma Leo 7. natione Romanus. Quo anno mortuo nup Henrico Germaniæ rege ac imperatore, Otho Magnus primogenitus filius illi in regno & imperij titulo est suffectus. Electus aūt fuit ab omni populo Francor℞ & Saxonum Aquisgrani, vbi & mox vnctus est in regem ab archiepo Moguntinæ sedis Hildebertho, qui nutritus in Fuldensi monasterio monachus, vir erat hic miræ sanctitatis, & pter naturalem animi sapientiā literis illustris, qui etiam spm̄ prophetiæ habuisse pdicatur. Rex electus, regnauit annis 36. ac vnctionis benedictione accepta, q̄ sapientem in regni moderamine, q̄ fortem in aduersantium concertatione, q̄ strenuum in religione se exhibuerit, facile enarrare nemo valet. Interim Berēgarius 3. Italiam aduersus Hugonem ingressus, siue ꝙ debilem duxit exercitum, siue ꝙ populus Italiæ suis fauoribus parum inclinatos offenderit, q̄ primū Hugonē regem arma aduersum se parare intellexit, retrocedens, alpes transcendit, & se contulit in Sueuiam, vt refert Blondus. ab eo tempore vsq; ad Agapetum, quiete vixit Hugo in Italia. Ad Othonem, cui Magno cognomen est, redeo, cuius anno I. princeps Bohemiæ Vuenceslaus vir sanctus, à fratre suo Boislao occiditur ambitione principādi. In cuius vltionē rex exercitum aduersus Boislaum misit, qui post varios fortunę casus puicaciam eius vix fregit. cū em̄ Otho Sclauos & Bohemos 14. fere annis afflixisset, Boislaus in regis fidem deuenit. Mortuus est per id tempus Arnoldus dux Bauariæ, relictis aliquibus filijs, & *Berchtoldo fratre. filij Arnoldi in superbiam elati, iussa regis cōtempserunt, ire in comitatum recusantes. quia vero *Bertholdus dux vir strenuus, regi in oībus fideliter adhæsit, ideo ducatum Arnoldi rex sibi concessit. quo defuncto, eundem ducatum fratri suo Henrico cōtradidit, filijs Arnoldi exclusis: & ita Henricus frater Othonis Magni, Bauariæ dux est declaratus, vt paulopost dicetur. Circiter alterum imperij Othonis annum, grauis orta est principum seditio. eius autor erat Eberardus comes Palatinus, qui ꝙ iniuriam cuidam ex optimatibus intulisset, ignominia ab imperatore notatus, vindicare bello principe viro dignam famam statuit. Gisilberti Lotharingiæ ducis, qui Gerbergam sororem imperatoris vxorem habebat, auxilia statim coegit. Henricum imperatoris fratrem, cui Arnoldi Bauari filia Iuditha vxor erat, inuadit, siue ꝙ eo capto nonnihil imperatoris viribus detrahi putaret, siue ꝙ eum aduersus fratrem Imp. factionis socium incitari posse consideret. Henricum obsessum capit, & Germanicæ historiæ plane captiuum abductum ferunt. Imperator illatam sibi suisq; ratus iniuriam, ne serperet longius effrenata tam temerarij hoīs libido, fratrem vi repetit. Eberardum exilio damnat, duces exercituum plerosq; cædi iubet. & Othonis qdem imperium initio varijs tumultibus agitatum, vix tanti principis humanitate & potētia defendi potuit. Recepto fratre, Hungari à Saxonibus cęsi sunt, cum ex Italia eorum pars redijsset. Interim & Eberardus palatij comes, regis bonitate ab exilio reuocatus, quas cœperat insidias, pficere conatus est. Henricum Saxonem aduersum fratrem incitat Gisilberti Lotharingēsis studio, deberi sibi in patris regno nato, non Othoni ante regnum nato, summam imperij. Acceperat in fidem oēm pene Boioariam Otho, pręter eam partem quam Arnoldi Bauari filius tutabatur. sunt qui & hunc Arnoldum nominent. sed lacessunt hostes interim Rheni accolas, ad quos cum rex pficiscitur, nec firma satis manu nec multa, milites pauci tumultu flumen transeūt, incidūtq; in hostium manus repente. Rex in altera Rheni ripa cum multitudine adhuc manens, dolēs ꝙ copiam nauium non haberet, videns trāsmissos expositos hostibus, cum aliud non haberet, protinus de equo descendit, lachrymansq; cum omni populo ante lanceam in qua victoriosi claui qbus manus & pedes Christi pforati sunt, extabant inclusi, sese pstrauit. q̄ntum tunc illius oratio valuerit, euentus pbauit: hostes oēs in fugam versi sunt, nonnullis eorū cur fugerent, ignorantibus. Cum insequerent̄ Saxones, cæsis plurimis, Henricus vulneratur pene lœtaliter, euasit tñ. Interim aūt puenit rumor ad pfectos vrbium Henrici de victoria regis, & ꝙ Henricus cecidisset in bello. ea ex re oēs se tradiderunt regis potestati, exceptis duabus ciuitatibus Mersburg & Schidingen. qui audiens de vrbium suarum defectione, cum nouem tñ armatis festinans vrbem Mersburg ingressus est. Quo rex cōperto, reuersus vrbem obsidet. ille aūt cum vrbem retinere non posset, post 2. menses, ea tradita, egressus est ad regem, cui datæ sunt inducię 30. dierum, mandatumq; accepit, vt cum sibi adhærentibus à Saxonia secederet. Henricus

Leo 7. pap.

Otho Magnus Imp. 84.

Berēgarius tertius.

Boislaus Bohemus.

Eberardus Co. Palatinus rebellis

Henricus reg. frater rebellis.

Rebelles miraculo victi

ricus itaq; secedens à Saxonia, Lotharingos iterum adijt, & cũ duce Gisilberto bellũ instaurat. Est aũt in cõfinio Alsatiæ castellũ noĩe Brisacũ, à quo pagus vocat vulgo Brisacogia, q̃d fertur quondã fuisse eorum qui dicebãtur Harelongi. tunc aũt erat in ditione Eberardi, ex q̃ fideles regis, insidijs hostium & Ludouici regis Francorum Simplicis filij, q se his, vt Belgas recipet, coniũxerat, misere laniabant. Ad quod castrũ obsidendũ rex, pfectus, consilio Friderici Mogũtinæ sedis archiepiscopi, fixit in circuitu tẽtoria. at illa nocte multi ex primatibus Mogũtini põtificis opa à fide regis defecerunt, clam domum redeuntes, Friderico subdole ibi aliquãtisper remanẽte, vt fertur, quod tacite faueret aduersæ parti. Milites autẽ regis cõsiderantes primatum discessionem, suadebãt regi vt ad sua rediret. Quibus rex: Nolite, ait, talia loqui, & si appropinquat tẽpus nostrum, moriamur in virtute, & nõ admittamus labem gloriæ nostræ, satius est enim pro iustitia mori, q̃ fugiendo turpiter viuere. Gisilbertus aũt & Eberardus magnis copijs transeunt Rhenũ apud Andernacũ, regis fideles circunquaq; demolientes. Tum Vto & Cunradus, qui Sapiens est appellatus, Hermanni Sueuorum ducis fratres, quorum integra mansit apud imperatorem Sueuica fides, quas habebant copias hostium viribus impares, instruunt, & pdones insequuntur: Eberardus occidit, Gisilbertus fugiẽdo in flumine summersus est. sunt autem qui Gisilbertum ex alia pugna fugientem cecidisse ferunt. Nam Eberardo cæso, belli scilicet duce, magna regionis pars in Othonis ditionem venit: & recepturus iam Belgas, q̃s Ludouicus Galliæ rex inuaserat, cũ Gallis certamen init. Quibus deuictis, & in interiora sui regni fugatis, pars Belgarum & Lotharingia imperatori se dedit, & in ea pugna Gisilbertũ Lotharingũ cecidisse fama est. Argentinensiũ & comitis de Eberstain memorabilẽ fuisse ferũt cladem, q se hostibus iunxerãt. Gerburgã deinde Gisilberti relictã, Othonis sororẽ, Ludouicus rex Galliæ vxorem duxit. Bertholdus dux Bauariæ, frater ducis Arnoldi, vir strenuus, priori bello fideliter seruierat Othoni, cui rex filiã Gisilberti ex sorore natam, quã penes se habebat, coniugio copulabat. Fridericus vero archiepiscopus, vt perfidia sua cunctis innotesceret, decẽ diebus ante pugnam pfidus recessit à rege, ac Metensem vrbem adijt. disposuerat enim Henricus frater regis, redeuntibus Eberardo & Gisilberto, cum eodẽ Friderico exercitũ congregare, & regi in Alsatia manenti bellũ maximũ mouere. Eunti illo occurrit nũcius de morte Gisilberti. cõsternatus animo, Mogũtiam tendit episcopus. verum metu regis, Moguntinę vrbis ciues perterriti, archiepiscopũ intra vrbis mœnia recipe recusauere. Vnde factũ est, quod non multo post capitur, & à rege custodiæ in Saxoniã tradit. sed paruo tẽpore ibi manẽs, miseratione regis pristinæ dignitati est restitutus. Henricus autẽ timore perculsus, profectus est ad sororẽ Gerburgã, Gisilberti relictã, habitantem in Kiefermont, q̃ eum exclusit: Absit, inqens, vt q pempto marito meo, regi odiosus es, te suscipiã, & regionẽ hanc etiã in piculum ponã. Ille inde abiẽs, in regnũ Ludouici regis Gallię secessit. pfecit aũt rex regioni Lothariorum Othonem filium Richuini, vt Henricũ puerum sororis & Gisilberti, simul ac regnũ prouideret. Henricus aũt frater regis, dũ nesciret qd faceret, despatus, assumptis qbusdã episcopis, supplex ad regẽ peruenit, ac misericordiã implorauit. Cui rex: Indignũ facinus tuum veniam nõ meretur, verum video te humiliatum, nõ inducã super te malũ. consilioq; habito, aliquantis vrbibus illi concessis, pmisit eum in Lothariorum regno habitare. Deinde pcessu tẽporis defuncto Bertholdo Bauarorum duce, intercessiõe matris suæ pfecit eum ducatui eidẽ, faciẽs secũ pacem, in q̃ etiam fidelis pmansit vsq; in finem, qa habebat in vxorẽ Udithã filiã Arnulphi ducis Boioariorum. Dum in Germanijs Otho principum suorum negocia cõponit, Ludouicus Galliæ rex nouis etiã suorum tumultibus agit. Ludouico iam vxor erat Gerburga Othonis soror. q̃ Lothariũ & Carolomannum genuit. Et altera Othonis soror Adelheida. Hugoni Magno nupta erat, e qua Hugo Capeth rex natus est. seditionis ortus ex Guiliermi Nortmannorum ducis, pręcipui inter Galliæ principes viri interitu. Perierat hic Arnulphi Flãdrẽsis comitis astu & insidijs, quod Herloinũ Picardũ à Flandrensi Arnulpho spoliatũ, restituisset. In Gallorum historijs p hũc ferme modũ rem actã legimus: Arnulphus, simulata beneuolentia, colloquendi tempus ad locũ à Guiliermo designatũ impetrat. cõueniunt in insula quadã, in quam cum paucis nauicula Guiliermus ingredit, à satellitibus Arnulphi trucidat, princeps vtiq; iustus & religiosus. huius Guiliermi mors, occasio fuit Ludouico regi audendi pessima. Nam de Guiliermi interitu nũcio accepto, Rothomagũ venit, simulans amici necem velle vlcisci, animo aliud agitans, Richardũ filiũ Guiliermi adhuc infantem, ducatu priuare. promouit facinus non mediocriter Arnulphus, timẽs in se necẽ Guiliermi aliqñ vindicandã, vnde auro cõciliauit sibi Ludouicũ, simulq; prodit, quæ mala gens Nortmannorum in se ac patrẽ suũ fecisset. Suadenti credidit rex, & puerum sub specie tute

Brisacum.

Præstat bñ mori q̃ igloriũ viuere.

Vto et Cunrad⁹ Sueui.

Fridericus archiepiscopus Mog.

Henricus regis frater Bauariæ dux.

Guiliermi Nortmanni cædes.

ſæ ſecū abduxit,ac aſſeruari iuſſit. prouinciā adminiſtrarūt Bernardus comes Syluaneti & Rudolph⁹. Erat Richardo p̄ceptor Oſmūdus, q̄ regis aduerſus pueꝝ animū mente reputans,quodā die cuſtodibus occupatis,faſce Richardū inuolutū, dum conuiuio rex indulget,vrbe Lauduno exportat,& ad Bernardū Syluaneti comitē ducēs, geſtæ rei ordinē exponit. cōperto ꝙ ſublatus ſit Richardus,Lodouicus rex vnà cum Arnulpho comite Hugonē Magnū multis pollicitationibus inducit ad ſumendū arma. vnde copijs cōtractis,in Nortmanniā ducunt. At Bernardus imparē ſe videns,ea quę pacis erāt quæſiuit,regéq; dn̄m Richardi ac Nortmannoꝝ recognoſcit. Nō minus Aigrotū Daciæ regem admonet,militem ex Cōſtantienſi agro collectū ad ſe mittat:ipſe aduerſo Sequanæ flumine claſſe adnauiget,oīa qua iter facturus erat, vaſtās: eo pacto futuꝝ,vt Ludouicus in colloquiū cū eo veniret. Fecit hæc Aigrotus,occurrit rex Rothomagū vſq;,vbi colloq̄o coiere. ſed forte interēpto Herloino, ei⁹ cauſa occiſus fuit Guiliermus.ad arma ventū eſt,adeóq; pugnatū atrociter,vt ſibi fuga rex ſalutē quęreret. ſed dep̄henſus,captiuus Rothomagū deducit. Rege vt ſic in cuſtodia habito,Gerburga regina ab Othone fratre auxilia petit,petenti vero frater reſpōdit,hęc incōmoda Ludouico contigiſſe,qui Guiliermo duci & probatiſſimo viro neq; fidē neq; iuſiurandū ſeruaſſet. atq; ita ſpe deſtituta,ad Hugonē Magnū ſe cōuertit,illū per om̄em fidem rogans,liberare regē ſuū ſtudeat. Hugo ad Nortmannos ſcribit,obtinuit vix tandem,ꝙ Nortmanni Lothario regis filio cū duobus epiſcopis obſidibus receptis,Ludouicū liberant,donec indicto conuentu de concordia pacéq; ad plenum tranſigat. Hugo paulopoſt Richardo filiā deſpōſat. quo fœdere ſuſpicatus Ludouicus facile fore vt ab his deprimeret,Arnulphū Flandriæ comitē ad Othonē Germanię regem mittit,q eū in belli ſocietatē alliciat,acceptuꝝ p̄mij loco Lotharingiā om̄em. hac ꝓpoſita mercede,Otho belli ſociū ſe Ludouico adiūgit,cōtractiſq; copijs in vnū,Rothomagū reges infeſto agmine petūt,vaſtatis agris viciſq; incēſis:tandē poſt aliquas ſtrages cœptis deſiſtētes,exercitū reducunt. Hęc Francoꝝ hiſtoriæ,reliq ſcribunt Ludouicum à Nortmānis captū,datóq; obſide filio Carolomāno,liberatū opera Hugonis. mox tamen ꝓceres nōnulli Frāciæ, quoꝝ primarius ductor fuit Hugo Magnus comes Pariſienſis,ſororius Othonis,Ludouico eoꝝ regi rebellarūt,q eum antea Nortmannis ꝓdiderūt. Tunc Otho imꝑator frater Gerburgæ reginæ Franciæ, Lotharij filij Ludouici precibus cū exercitu magno venit in Franciā,quem ſupra xx. legiones habuiſſe ferunt ex Italis Germaniſq;.facileq; obtinuit, vt Ludouico libertati regniq; adminiſtrationi reſtituto,Nortmanni ſeſe intra ſuos fines cōtinerent. Hugonē vero principē rebellionis maximis affectū cladibus cōpeſcuit. Carolomānus Rothomagi mortuus eſt. Non multo poſt,vt ſcribit Blōdus,Hugo Magnus q ſororē Othonis vxorē duxerat,Ludouico regi Frāciæ iterato inimicari cœpat. quod cū intellexiſſet Otho,nec continendo in fide ſororio ſatis p nuncios literaſq; ꝓficeret,ſecūda expeditione in Franciam delatus,eū in fidē Galli recepit. nam Hugo intelligēs Othonē cum exercitu appropinq̄re, ei iuxta fluuiū*Caꝝ occurrit,& ad imperiū Othonis cū Ludouico pactū inijt,manus fidei argumentū dedit. Hoc fere tēpore venit ad regē ditiſſimus dux Sueuoꝝ Hermannus,& cōgratulatione habita,dicebat regi ſe non habere filiū,ſed vnicā filiam & paruulam,Idam noīe. petitq; vt rex filiū ſuū Luitolphū det in adoptiuū ſibi,iūgendæ matrimonialiter eidē filiæ cauſa. Placuit regi,fiunt ſpōſalia. paulopoſt moritur dux Hermānus,& ſucceſſit illi Luitolphus anno dn̄i 948. Succeſſit Burcardus,amoto Luitolpho propter rebellionē cum patre. Anno dn̄i 941. defuncto Leone,ſuccedit Stephanus octauus, natione Germanus. ſedit annis tribus. Hic ita à Romanis eſt vexatus, vt nil memoria dignum ab eo geri potuerit. Et,vt Martinus refert,in ſeditione quadam mutilatus turpiter,aliquandiu miſerā duxit vitam, cum ob inhoneſta vulnera prodire in publicū non auderet. Stephanum ſecutus eſt Martinus 3 patria Romanus, manſuetudinē Stephani imitatus. ſedit annis circiter duobus. Hinc Agapetus 2. natione Romanus,papa lectus eſt,vir innocēs,& reip. Chr̄ianæ feruēs amator. ſedit annos 9. & aliq̄t menſes. Hactenus Cōſtantinopolitanū imꝑium Cōſtantinus 8. tenuit, q initio principatus ſui,Romanum,cuius ſupra facta eſt mentio, conſortem imperio adſcierat. huius conatibus multū Italia mali paſſa eſt,q̄ demū in exiliū acto,Cōſtantinus à Turcis laceſſitus eſt. quoꝝ principes Buloſiden & Gylan beneuolētia ſua ad pietatē Chriſtianā deduxit,q̄ res magno cōmodo reip. nr̄æ fuiſſet,ſi pari virtute filiū reliquiſſet. Succeſſit Cōſtantino Romanus,quē e Romani prioris filia ſuſcepat, vir oīm ignauiſſimus,q ocio dedit⁹,imꝑij adminiſtrationē*Ioſepo cuidā tradidit. Ipſe interim ſuę ſeruiēs inter voluptarios hoīes tyrannidi,annos circiter x. imꝑauit. Agapeto eccleſiæ Chr̄ianę p̄ſidente,Hugo Arelateñ. tyrannus Italiā regio noīe tenebat,eáq; iam annos aliq̄t,

Frācoꝝ deſidia.

Othōis opa ĩ reſtituēdo Ludouico rege.

Hugo Magnus.

Ida ducis Sueuoꝝ filia.

Stephanus 8. papa.

Martinus 3. papa.

Agapetus 2. papa.

Roman⁹ 2. cōſtātinop. imꝑator.

aliq̄t, posteaq̄ Berengarius 3. Italiā ingressurus, repulsus in Germaniā redierat, quietā regebat. Arbitror q̄etis causam fuisse, diuturnā Italiæ famem. Berengarius tum apud Othonē imperatorem securus agebat, etsi sæpe hostiū insidijs petitus. Hic primis Agapeti pōtificis initijs circiter annū 947. magno externorum exercitu coacto, in Italiā est reuersus, ad primā eius aduētantis famā rebelles animi multorum in Hugonē sunt ostensi. Id cum intellexisset Hugo, q̄d viribus nequit, cōsilio prouidere præxit. missis nanq; ad hostem oratoribus, cum eo fœdere facto pactus est, vt se Italia discedente, Lotharius filius & Berengarius reges Italiæ, æq̄ iure om̄ia administrarent, viguitq; aliquot annis solo noīe cōsortium, quia Berēgarius acri vir ingenio Lothariū spreuit, qui apud Papiā cum vxore sua Adelheida filia Rudolphi regis Burgundię, nobili muliere ac venustissima, cuius dotis iure eam ciuitatē & multa oppida obtinebat, se cōtinens, iniuriam dissimulauit. Italis etiā Berengarius superbe ac auare imperās, eos potius in timore cōtinuit, q̄ sibi beneuolentia deuinciret. Hugo interim post pacem q̄ Arelatum redierat, diē obijt. Quo tēpore Henricus Bauariæ dux, Aquilegia capta, in pximas vrbes ducere cōstituit, quem tñ multos agros populantē Berēgarius redire cōpulit. Vix Berengarius hunc sedauerat tumultū, cū Taxis rex Hūgaros suos, Italia paulo ante pulsos à Bauaro Hērico, quē in Italia regnare opinaret, vlturus, paratissimo exercitu Italiā irrupit: q̄ tantus pauor Italos inuasit, vt exterminiū sibi imminere nō dubitarēt. Berengarius vero siue fortuna, siue prudētia vsus, Albertū mittēs filiū, Taxim multa oratum prece pduxit, vt acceptis decē modijs nummorum argenteorum, discesserit Italia. secundus tunc elapsus erat regni Berengarij annus, q̄ in tēpore Lotharius solo noīe rex, vita est functus. Mortuo Lothario Hugonis filio, Berengarius 3. totius impij spem concepit. Adelheidā à Lothario relictā, ne cuipiā nuberet q dotis noīe regnū inuaderet, apud Papiā publice carceri mancipauit. Italiæ partē, quā tutorio noīe administrare se simulabat, tyrannide pene diripuit, sese Augustū appellari, filiū Albertū Italiæ regē iubet. Inter hæc bellorum fulmina maxime Agapeti pudentia pfuit, q p suo in remp. studio cū Italiæ pceribus Berēgarij supbiam diutius nō ferendā statuit, Othonis Germanici principis lōge optimi, cuius gesta per Germaniā & Galliam celebrabātur, auxiliū implorandū censet. Erat tum Henrico Bauariæ duci graue cū Hungaris negociū. Otho in Italiā vocatus, Lōgobardos cum 50. millibus armatorum aggressus est, trita per Foriiulij regionē via mouens, Berengariū imperio & Albertū regno deturbat. Otho potitus Italia, Adelheidā carcere liberat. Sunt q scribant, Rosuitæ monialis autoritate freti, Adelheidā antea Adelhardi Papiensis episcopi opera liberatā, clam ad imperatorem fugisse. eam vxorē ducit, nuptias Ticini celebratas ferunt. Inde Cunrado Frāco duce genero, habebat em̄ Lingardā filiam Othonis, cum psidijs Papiæ relicto, pficiscit cū noui matrimonij claritate in Germaniā. q̄d videns filius Luitolphus, tristis ab eo discessit, veniēs in Saxoniā. incidere res illæ in annū dñi 951. Interim Berengarius psuasus à Cunrado duce Franco, cui Papia cum psidio militari custodienda relicta erat, regem secutus est in Germaniā, pacē cum eo facturus, & p oīa iussis eius obtēperaturus, q faciē regis per triduū nō potuit videre, q̄d ægre tulit Cunradus, q eum reduxit, pariterq; Luitolphus filius regis aliàs offensus. Post hæc rex Berengariū alloqtur, q in gratiā eius ac reginæ susceptus, deditionis sponsionē dat, fœderibusq; cōponendis locum Augustā designat: vbi cum cōuentus fieret, Berengarius manus filij sui Alberti manibus suis implicans, cū filio se regi subiugauit, ac regnū Italiæ de manu Othonis gubernandū suscepit, excepta marchia Veronensium & Aquileiensium. Nati sunt filij regi Othoni: ex Editha Luitolphus est nat⁹, ex serenissima regina Adelheide secūda vxore Otho, q post patrē regni gubernacula meruit. nata est etiā filia, matris nomē referēs.

Anno dñi 953. Luitolphus filius regis, forte nouercæ odio, & Cunradus gener regis, noua quædam moliuntur cōtra regem: quæ cum eum nō laterēt, duxit exercitum cōtra eos. vrbes eorum aut armis aut deditione facile cepit, quousq; Mogūtiam perueniret, quam filius iam cum exercitu intrauerat, patrē armatus expectās. ibi plus q̄ ciuile bellū inceptum est, machinæ muris admotæ, ab vrbanis destructæ sunt vel incēsæ. crebræ apud portas pugnæ. ciues cūctando variabāt, cū dñatorem regni foris, interi⁹ successorē tenerent. Obsidione p lx. dies cōtinuata, sermo fit de pace, vnde dat obses in vrbem cōsobrinus regis Egbertus. filius cū genero castra ingressi, regalibus vestigijs prosternunt, spōdentes p scelere oīa se passuros, vt auxiliarij tātū amici nil mali paterent. Rex autem nō inueniens, q̄modo meritas filio inferret pœnas, fautores insidiarū expostulat. Illi autē arcte obligati, hoc om̄ino negabāt, sicq; infecta re in vrbē redibāt. Egbert⁹ obses datus, suasu vrbanorum regi fit aduersus, cū & antea rex illi ob corruptelā fuisset iratus. sequēti etiā nocte Boioarij comites Henrici fratris regis, relicto eo, iūcti

Berengari⁹ 3. Italiā ingredit.

Lotharius Italiæ rex.

Taxis Hungarorum rex.

Berēgarius imperator.

Albert⁹ rex.

Otho rex Italiā recipit.

Berēgarij tyranni deditio.

Luitolph⁹ cōtra Othonem patrē.

sunt Luitolpho, qui cum eis pergens, urbē regiā Ratisponam cepit cum cæteris in ea regione munitionibus, omnēq; pecuniam ducis Henrici, militibus suis diuisit, coniugem eius cū filijs & amicis nō solum urbe, sed etiā regiōe excedere coegit. Hæc oīa fiebant cōsilio Arnoldi fratrūq; eius ducum Bauariæ, eo q ipse Henricus paternum eorum haberet ducatum. Rex vero subsequens, Ratisponā obsidione circundedit. ibi satis dure vtrinq; pugnatum est pro muris. vrbani crebris attriti prælijs, fame quoq; laborare cœperunt. Vnde Luitolphus vrbe egressus cum principalibus viris, pacē postulat, sed non impetrat. Reuerso eo in vrbē, portā orientalem oppugnare cœpit rex. à tertia ergo hora vsq; in nonā cum acriter pugnaretur, Arnoldus Bauariæ dux telis perfossus occubuit, cuius morte vrbani satis cōsternati, iam de pace tractabāt. Proinde interuētu principū Luitolphus iterum de vrbe progressus, pacem obtinuit vsq; ad cōdictum diem, locusq; tractādi apud Frideslare notabatur. Rex inde in patriam reuersus, Henricus Ratisponā accipit, quæ pxima nocte pene tota exusta est. Postea dum venationi rex intēderet, filius Luitolphus patri nudatis plantis prosternit, lamētabiliter veniam orans, patris primum, deinde omniū mouebat lachrymas. Amore itaq; paterno susceptus in gratiā, oīa spondet, atq; ita fidelis pmansit. Defunctus est hoc in tēpore Fridericus archiepiscopus Mogūtineñ. quo facto, conuentus Mogūtiæ celebrat. ibi ciuitas cum omni Francia regi traditur, filius eiusq; cōplices factionis Francorum principes, in gratiam recepti sunt. Cunradus gener Francus est alia molitus, vt Hungari Germaniam deuastarēt, nec superfuit his rebus Luitolphus diu. statim enim in Italia, vt aiunt, vita defunctus est. Anno 955. sedatis intestinis malis, noua Hungarorum colluuies Bauariam irrupit. maiori res agebat periculo, q & ante annos aliquot nup cū eis difficulter pugnatum erat, & Sclaui alterum Germaniæ orbē iam infestabant. Sed Otho rex tantis rebus occurrens, maiore fiducia q̄ viribus, angustis copijs, ne deessent q Sclauos repellerent, Augustam cōtendit. In cuius vrbis confinio castris positis, exercitus Francorum & Bauarorum ei occurrit cum Cunradi ducis profugi agnatis. Erat autem idē dux audacis animi ac bonus cōsilio, & tum eques tum pedes hostib[9] intolerabilis, charissimus autē socijs. Igitur appropinquātibus exercitibus vtriusq; partis, ieiunio in castris pdicato, iussum est oēs ad bellum paratos fore in crastinū. Et primo diluculo surgentes, sacramentis datis erectisq; signis, quasi octo legiones procedunt de castris imperatoris. ducitur exercitus p aspera & difficilia loca, ne daretur hosti copia turbandi sagittis agmina. primam, secundam & tertiā legiones ducunt Boioarij, quibus pfuerunt præfecti ducis Henrici. Nam ipse ægrotabat, ac etiam mortuus tum est. Erāt in quarta legioni Franci, ducibus Cunradi profugi agnatis. in quinta, quæ erat maxima, & dicebatur regia, ipse princeps erat, vallatus ex oībus militum millibus, alacriq; iuuentute. coram eo angelus, sic enim vocabatur vexillum. Sextam & septimam legiones constituerunt Sueui, quibus præfuit Burcardus. In octaua erant Bohemi electi milites mille, armis potius instructi quàm forma, in qua & sarcinę omnes ac impedimenta quæque, quasi esset tutissima quia vltima. sed aliter res acta est. Nam Hungari nihil cunctantes, Lycum fluuium transierunt, circumeuntes exercitum, extremā legionē sagittis lacessere cœpunt: & cum ingenti impetu vociferatione facta, alijs cæsis, alijs captis, sarcinis oībus potiti, cæteros legionis illi[9] fugere compulerunt. Rex cum hoc aduertisset, misit illuc quartam legionē: quæ veniens, captiuos eripuit, latrocinātiaq; hostiū agmina perturbauit. Fusis vndiq; latrocinantium hostium agminibus, dux ad regem reuertitur, signis victricibus triūphum legionis agens. Totum ergo pondus prælij iam ex aduerso esse rex conspiciens, exhortationis gratia suos allocutus est, monēs pro maiorū gloria, vt modo in patria nō cederēt, quia in aliena sæpius vicissent. ad vltimū intulit: Plura loquerer, si verba virtutē vobis augere crederē aut audaciam, sed gladijs q̄ linguis potius agēdum censeo. Et his dictis, arrepto clypeo ac sacra lancea, ipse primū equum vertit in hostem, fortissimi militis ac optimi impatoris officio functus. audentes hostiū cunei primum restiterūt, deinde vt socios terga vertere viderūt, obstupefacti, nostrisq; intermixti, extincti sunt, nōnulli villas incurrunt, ibiq; circunfusi. simul cum mœnibus cremant. alij flumen transnatātes, fluminis vi obuoluunt. Cunradus dux Francus, cum iam hostibus male propiciā fortunā vidisset, Othonis se partibus adiunxit. bonamq; nauans operā, petijt vt interiret. Itaq; in partibus nostris fortiter pugnans, animi feruore & solis ardore æstuans, dum auram capere vult, exaduerso sagitta missa, vulnere gutturis cecidit, cuius corpus imperio regis honorifice transportatur Vormatiam, ibiq; sepelitur. Ipsa autem die castra hostium sunt capta. tātaq; multitudo ita consumpta est, vt extrema esset hæc Hungarorū incursio. In hoc aūt bello S. Vdalricus Augusteñ. episcopus hortator fuit solertissimus. adeo aūt tūc eneruata sunt

Arnoldi Bauari interitus.

Hūgari Bauariā irrumpunt.

Henrici Bauari mors.

Cūradi Frāci cædes.

est potentia Hungarorum, vt multis postea tpibus in Pannonia se cõtinuerint. Tres in eo ꝑlio reguli in ptãtem Othonis viui sunt ꝑducti, q̃s Germani, Othone etiã (vt phibent) seruare adnitente, laqueo in Hungarorum dedecus suspẽsos necauerũt. Triũpho celebri rex factus gloriosus, ab exercitu pater patriæ ac impator appellatus est. Decretis postea gratiarum actionibus summæ diuinitati per singulas ecclesias, cum tripudio in Saxoniam reuertitur. Dum in Germania Othoni cum Sclauis res est, Gallijs Lotharius rex lectus est. nam pacato nup per Othonem toto Franciæ regno, nõ superfuit diu rex Ludouicus. Eo circiter Othoniani regni annum 18. salutis vero 952. decedente, Lotharius filius, quem cum Carolomanno ex Gerburga imperatoris sorore habebat, Galliæ rex salutatus est. Frater interim puer apud Bruxellas Brabantiæ oppidum alitus est. regis gesta cum Nortmanno Richardo bella, virtutem ostentant. Anno Othonis 19. lapis miræ magnitudinis tempestate de cœlo iactus, miraculum videntibus præbuit in Italia. Anno sequenti cruces in vestibus hoĩm apparuerunt nõnullorum cruentæ, quorundam vestibus quasi lepra sordentibus. Anno vero dñi 956. moritur Agapetus vir innocens & Reipub. Christianæ feruentissimus, cui successit Iohannes duodecimus patria Romanus, patris Alberici potentia fretus. Sedit autem hoc mõstrum annis nouem, mensibus tribus. Octauianus qdem is primo vocabatur, homo sane ab adolescentia oĩbus probris ac turpitudine cõtaminatus, venatiõibus intentus. Erant tum Romæ duo annui consules ex nobilitate. Præfectus vnus qui ius populo diceret. Ex plebe autem decarchones xij. creabantur, qui vicem senatus gererent. Non carebant aliqua ditione Romani. nã & vicina Hetruriæ oppida intra Vrbeuetanũ Tuderti numq; agrum, & quicqd à Neapoli Beneuentoq;, à Marsis & Reatinis ad vrbem spectat, Romanæ ciuitati obtemperabat. Octauianus itaq; patris potentia fretus in satis libera ciuitate, largitiõe, minis ac precibus pontificatum adeptus est. Vixit his temporibus celeberrimi noĩs Burcardus dux Sueuiæ, tertius hu' noĩs. Habuit duas vxores, prima fuit soror sancti Vdalrici Luitgart dicta, qua defuncta, duxit Heduigem filiam Henrici ducis Saxoniæ & Bauariæ, qui fuit frater Othonis Magni. Hæc Heduig adprime docta legitur fuisse in Latino & Græco, pulchra, & tamen austera, residebat in castro Duello, id est, Tuiel. Fuit monasterij sancti Galli & Augiæ maioris aduocata, & moritur sine prole.

Lotharius Galliæ rex. *Prodigia.* *Iohãnes 12. papa.* *Burcardus Sueuię dux.*

GENERATIO XXXIII.

Anno dñi 960. ab vrbe autem condita 1710. anno regni Othonis 24. sub pontifice Romano Iohanne xij. incepit 23. generatio. Huius põtificis temporibus Romanus iunior, Cõstantinopolitanus imperator e vita secessit, veneno (vt putãt) peremptus, cuius filij cum tanto imperio regendo per ætatem inepti essent, Nicephorus, q aduersus Turcam exercitum ductabat, imperator dictus est, q per factionem eiectus, ab Othone secũdo Magni filio cõstitutus est. Sunt q ei substitutum ab Othone filium Iohãnem dicunt, cum peremptus esset. Regebat hoc tempore Italiam ex cõcessiõe Othonis Berengarius tertius, ac Albertus illius filius, excepta marchia Veronensiũ & Aquileieñ. Verum Berengarius cõtra ecclesiã Romanam & alias ecclesias Italiæ multam tyrãnidẽ exercebat, sed & Albertus Berengarij filius mercatores Venetos infestabat, ob q̃d Veneti Comaclum captum incenderunt. His & alijs moti Romani Italiq;, vt tum Berengarij Albertiq; filij, tum etiam cæterorum Italiæ tyrãnorum malis finem imponi quærerẽt, cum & ante per literas egissent, legatos solennes mittũt ad Othonem Eualbertũ archiepm Mediolanẽsem, & Gualdonem Cumanum epm, cum alijs Italiæ principibus, anxie precãtes, vt ipsos de Berengarij ac filij sui manibus liberaret. Otho tum filio suo Othone septẽni Aquisgrani in regem inuncto, ad preces prædictorum & (vt multi scribũt) Iohãnis papæ duodecimi, contractis copijs in Italiam ducens, per vallem Tridentinam intrauit, ciuitatem Papiam absq; vlla resistẽtia capit. Berengarius vero & filius suus qbus poterãt munitiõibus se includebãt. Indeq; progrediens, Romæ fauorabiliter susceptus, acclamatiõe totius cleri & populi à Prædicto Iohãne papa Augustus vocatur & ordinatur, vnctione imperiali ac bñdictiõe sublimatus. Sunt tamen q coronationem ipsius Leoni octauo attribuãt. primũ credo verius propter plurimorum scriptorum cõsensum. Tum q rex ipse anteq̃ Romam ingrederetur, præstiterit Iohanni duodecimo iuramentum, se Romam venientem, Romanam ecclesiam & rectorem exaltaturum, vitam, membra & honorem põtificis cõseruaturum, & Romæ nullum placitum aut ordinationem facturum, terram S. Petri, si ad eum perueniret, ecclesiæ redditurum, & si alicui Italicum regimen cõmitteret, simile iuramentum illi daturum, vt habetur in c. Tibi dño 63. dist. Suscepta autem corona, aliquãdiu mansit Romæ, vbi pluries cum Iohanne papa collocutus, hortabatur vt à sua immundissima

Nicephor' Constant. IMP. *Otho II. septennis vnctus.*

vita resipisceret. sed cum minime proficeret, mores eius detestatus, ad persequendum Berengariũ abijt. latitabat enim imperatorem fugiens. quem tandem Otho in monte S. Leonis obsidet. Filius autem ipsius iam in Corsicã insulam secesserat. Post Iohãnem Romanũ pontificem adiens, eum ad partes suas inclinauit. Eapropter imperator obsidione castri relicta, per duorum cardinaliũ literas vocatus, Romã duxit, vbi quidã Romani timentes cũ pontifice fugiunt, Albertus Corsicã repetijt, alij datis obsidibus Othoni subdũtur. ante tamẽ q̃ fugeret papa, cõperiens cardinales duos scripsisse imperatori, ipsos capit, & huic nasum, illi vero manũ abscindit. Deinde in Campaniã fugit, & in montibus vt bestia latitat. Erat autem miser iste papa ex nobiliũ Rom. prosapia ortus, vnde imperator de cõmuni omniũ cõsensu missa legatione, Iohanni papæ suasit, vt timore deposito, ad sedẽ suam rediret securus. Quo redire nolente, clerus & populus supplicãt imperatori, vt de digno p̃sule ecclesiæ prouideat. quibus imperator respõdisse fertur: Vos ipsi quirites, ad quos vestri pontificis spectat electio, Deũ præ oculis habẽtes, eligite qui sit dignus, & ego electũ confirmabo. Quo audito, vna voce, vno consensu venerabilẽ virum Leonẽ Ap. Se. scriniariũ, in summum pontificem elegerunt, q solẽniter ad ecclesiam deductus, sacratus est. Vrbis Romę rebus compositis, Otho abijt, & Berengarium in deditionem accepit, atque continuo in Babenberg cum Vuilla vxore exilio relegauit. Albertus, dum e Corsica ad patrem redijsset, captus, Constantinopolin in exilium missus est. Venit postea imperator Spoletum, nec mora, furentes Romani Iohannis consanguinei, seduxerunt populum, vt illum reducere pararent: eijciuntque Leonem, Iohannem reuocare satagunt. Leo abiens, imperatorem, siue Spoleti, siue in ducatu Camerino pascha celebrãs tum fuerit, adijt. Otho exacerbatus odio, bello persequi Romanos cœpit, copiasque omes in vrbem Romam duci iussit. Interim Iohannes vir omniũ qui ante se in pontificatu fuere, perniciosior, pontificatus sui anno 9. mense tertio moritur. Sunt etiam q scribant eum in adulterio depræhensum, cõfossum interisse. Romani vero ad Othonem mittentes, pacem quærentes, Benedictũ diaconon, & non Leonem, pontificem dari sibi orauerunt. Renuit hoc imperator, & Leonem se seruaturum affirmauit. victi oratores, spoponderunt Leonem cleri & populi iussu in patriam reducendum. sed proterui in vrbe non destiterunt, quin oratoribus in vrbem cum pace reuersis, Benedictũ in Petri apostoli sede pro Romano pontifice locauerint. Ea cum intellexisset Otho, non vltra verbis comminationibusque agẽdum ratus, primũ omniũ agri & ditionis Roman. ciuitates & oppida pleraque capi, diripi ac magna ex parte vastari curauit. Romam exinde adeo dura pressit obsidione, vt modium furfuris pro 30. aureis eo tempore venundatũ fuisse scribat Lateraneñ. tantisque coactos malis, scribunt Romanos imperatori Benedictũ dedisse, eumque portis apertis vrbẽ recepisse, Leonem pontificatus sedem autoritatemque accepisse. Acta sunt hęc circiter annum dñi 963. Ferunt quoque quod Othone Romæ manente, Romani cõsilio habito, statuerunt eum occidere. sed cum proditionis consilium peruenisset ad imperatorẽ, ipse multos neci dedit, & nihilominus centum obsides ab eis interpositis sacramentis accepit. postea tamen à Leone papa rogatus, obsides dimisit, in Germaniam rediens. Mortuo Iohanne, Benedictus 5. patria Romanus, vt dictũ est, in seditione põtifex creat. verum cũ imperator hanc electionẽ nequaq̃ probaret, Romanos id maxime expetentes à se repulit, eosque, ferro et flãma oĩa circa vrbẽ posita vastãs, cõpulit, pulso Bñdicto, Leonẽ suscipere, adactos sacramẽto, nil se earum rerum immutaturos. Cõposita vrbe, Otho in Germaniã rediijt, secũ Bñdictũ duxit, q nõ multo post dolore animi apud *Hẽburgũ morit, vbi relegatus erat. vixit in põtificatu mẽsibus 6. diebus 5. Leo 8. à clero populoque Ro. pulso Iohãne 12. vt dictũ est, põtifex creat, licet postea Bñdictũ illi supinducerẽt: q tñ abrogato, vi & armis Othonis reducti, Leonẽ resumpserũt. Leo tñ restitutus, statim Romanorum incõstantiã pręssus, autoritatẽ oẽm eligẽdi põtificis à clero populoque Ro. ad imperatorẽ trãstulit, q̃d fecit in synodo cõgregata Romæ, idque cũ toto clero populoque Ro. cõstituit, vt de hoc tex. est 63. dis. c. In synodo. Mortuus est aũt põtificatus sui anno 1. mense 4.

Anno deinde 968. Iohãnes 13. Narnieñ. eps Leoni successit. Verum Romani inita iam cõsuetudine pellẽdi põtifices, hũc quoque seditiõibus fatigant. Accersito namque Iofredo comite Cãpaniæ, Lateraneñ. ędes irrũpentes, Iohannẽ capiũt, captũque primo in Adrianĩ molẽ, q̃d S. Angeli castrũ vocãt, producunt, mox hoĩem in Cãpaniam exulatum mittũt. Causa horum malorum Petrus p̃fectus vrbis fuit, q Iohannẽ capitali odio psecutus est, q decarchones cõsules in suã aduersus põtificẽ sententiã pduxit. Sed inter hæc Iofredus vnã cũ filio suo à Iohãne Capuano principe est trucidatus. inde põtifex ad mẽsis XI. calamitatis suæ finẽ Romã rediẽs, à clero populoque in põtificẽ est receptus. sedit annos 7. Ea dum sic agerẽtur, Othoni fuerunt nunciata, qui põtificis calamitate cognita, cum Otho-

Otho 1. à Iohãne 12. coronatus.

Leo 8. papa

Berẽgarius exul.

Roma capta.

Benedictus 5. papa.

Eligendus ab imperatore pontifex.

Iohãnes 13. papa.

Othone filio ingētibusq́ꝫ copijs, magnis itineribus Romā peruenit. Ingredięti vrbem dum tota se ciuitas obuiā effudit, primi oīm magistratus, criminū faciente conscia, cæteros in adulatiōe superabāt. Parq́ꝫ reddens pari Otho, cōceptum in eos odium dissimulauit. q̄ primū vero exercitu in statiua distributo, pōtifex primo, post ciues de rebus publicis priuatisq́ꝫ audiri sunt cœpti, Otho rex cōsules, p̄fectū, decarchones in carcerē detrudi iussit. Nobilitati tñ delaturus, cōsules vinctos in Germaniā deportari fecit. Decarchones equuleo suspensi sunt: & præfectus Petrus, qa iniuriæ autor & cōpulsor fuit, ludibrio per vrbis plateas cōpitaq́ꝫ habitus, & interea dum traheret, flagellatus, in tetrum carcerē cōiectus, inde ad cōsules in Germaniā deportatus est. Sunt tamen q scribant, Petrū ipsum excarnificādum pōtifici traditū, abrasa barba, capillis suspensum ad caput equi Cōstātiniani aliquādiu stetisse: inde aūt ablatū, asinoq́ꝫ supimpositū, verso ad clunes vultu, & manibus sub cauda ligatis, atq́ꝫ ita per vrbē ductū, virgis cæsum, postea in Germaniā exulatū missum. Hac etiā seueritate imperator vsus est, ꝙ Iofredi cæsi, eiusq́ꝫ filij cadauera, e loco sacro tracta, in ꝓphanū proijci iusserit, q ante à principe Capuano fuerāt occisi. Interea Sclaui q nuper fidem Chr̄i receperunt, in Italiam traijcientes, Saracenos ingenti clade superatos, e mōte Gargano eiecerūt. Horꝫ autem exemplū & virtutē imitati Hungari, reliquias Saracenorꝫ ita attriuere, recuperata Cōsentia iam ab eis capta, vt nihil viriū haberēt: omnemq́ꝫ eā Italiæ oram à barbaris liberatam, accepta pecunia, Græcis reliquere. Quo tp̄e adhuc in Germanijs erat Otho imperator. nec quieuere diu Saraceni, in Italiā redeuntes, quæq́ꝫ obuia vastātes. Sunt qui putent Consentiā tum iterꝫ captā. Quę dum agerent, Græci Calabriā & Apuliam obtinentes, constituerūt inducias cū Saracenis. Eo eñ in tp̄e cum venisset Romā imperator, secumq́ꝫ duxisset filium Othonē, cui desponsata iam erat Theophania Nicephori Cōstātinopolitani imperatoris filia, Pandulphus princeps Capuæ Othonem accedens, ostendit fore vt si copiarꝫ quas adduxerat, pars Capuam, & inde Calabriam mitteret, Saraceni Italia pellerent. Interuenerat tum aliqd dissidij inter Romanū imperatorem & Nicephorum, ita ꝙ filiam desponsatam Othoni denegabat tradere. Eo magis attentus ad rem Otho Magnus, Othonem filium iam tunc indolis egregiæ, misit Saracenos pellere. Hostes qdem fama Germanorꝫ territi, discędentes, prædam quā poterant nauigio abstulerunt. Maius tum fuerat Othoni & Pandulpho negocium Græcos repellere, q Saracenis per inducias fœderatis, aduersus imperatorem Romanum opem ferre conati sunt: attulissentq́ꝫ, si facultas eis sublata nō fuisset. Otho autem Græcos ita perdomuit grauissimis ꝑlijs, vt eos fere omni Calabria & Apulia eiecerit. Constantinopolitani autem populi amissarꝫ prouinciarꝫ iacturā omnem in Nicephorum referentes, qui sponsam filiā marito tradere noluerit, armis correptis, illum interfecerunt, vt quidā scribūt, ac Iohāni filio eius imperiū demādauerunt. alij scribūt Othonem pulso Nicephoro, Iohānem filium ipsius in imperio cōfirmasse, & Iohānem sororem Theophaniā Othoni dedisse vxorem, quā Iohānes xiij. vnà cum marito apud Lateranensem basilicā corona imperij exornauit, annuente Othone sene, qui filiū consortem imperij creauerat. * Ea tum in Othonis secundi coronatione, Iohānes pontifex maximus Capuanā ecclesiā, ob Pādulphi principis merita, metropolitanā fore cōstituit. Iohānes autem xiij. anno domini 974. moritur, & ei Benedictus sextus, patria Romanus in sede ac calamitatibus successit. Sedit anno vno, menses vi. Hic pōtifex à Cincio Romano ciue & p̄potenti captus, in Adriani arcem, quā S. Angeli vocāt, custodia includitur, & nō multo post strangulat, vel, vt alij referūt, fame morit. De tanta iniuria, nulla sumpta est vindicta vel à ciuibus Romanis aduersæ factiōis, vel ab Othone imp̄atore: & mirum videt: sed vel culpa pōtificis, vel circa alia occupatio imp̄atoris, in causa fuit. His tp̄ibus Basiliꝰ & Cōstātinꝰ Gręci imp̄atores, à Baiano Bulgaro magicę perito, bello vexati sunt. Eodē anno celebrato paschate in Quidilimburg, auditisq́ꝫ ibi plurimarꝫ gentiū legatis, venit imp̄ator in adscensiōe dñi ad Mersburg tertia feria, deinde ante Pentecosten diuertit ad locū q dicit Mimeliebat & proxima nocte trāsacta, lætus ad mensam cōsedit, post vesperis interfuit, mox tñ æstuari & fatigari cœpit: q̄d videntes principes, imposuerūt eum sedili. Inclinātem aūt caput, quasi iam defecisset, refocillarunt. Expetitoq́ꝫ sacramento dñico & accepto, sine gemitu cum magna trāquillitate sp̄m reddidit dño nonis Maij, quarta feria ante Pētecosten. Inde vero trāsportat in cubiculum, ac transitus eius annunciatur populo, cuius corpus à filio iam rege facto, in ciuitatem Magdenburgensem translatum, in ecclesia quam ipse construxit, honorificentissime tumulatum est, anno salutis 974. posteaq̄ annos 36. regnauerat. Hic Germanorum imperium non tam armis quàm beneuolentia restaurauit, optimis quibusq́ꝫ totius pene orbis principibus affinitate & necessitudine iunctus, sæpissime

Otho Italiā ingreditur.

Saraceni Italiam relinquunt.

Iohānes Cōstant IMP.

Benedictus vi. papa.

Othonis I. Cæs. obitus.

muneribus ab orientalibus principibus salutatus. Sæpe maximorum præsentia maiestatem viri illustrem reddidit. nam aliquot annos priusquã fato defungeret, cum Aquisgrani Pentecosten celebraret, ex Frãcia ad eum Gerburga soror, Ludouici vxor: soror Adelheida, Hugonis Magni vxor, & oĩs pene cognatio cõgratulatũ venit. quãtum ea res decoris, quãtum beneuolẽtiæ principi cõciliarit vbiq;, referri nõ potest. Is argẽti & auri venas in Saxonia primus aperuit. Is æquitatis & iuris amãtissimus, peritos viros iuri dicẽdo semp præfecit. Nam fuit Otho hic naturę ac ingenij dotibus vir excellẽs, summa in oẽs humanitate præditus, in re militari nulli secũdus, multa bella nõ solum cum extraneo hoste, sed cum filio Lutolpho, cum fratre Henrico, cũ genero Cunrado, cum sororio Gisilberto feliciter peregit, qbus post multas acceptas iniurias facile indulsit. Cõsueuit aũt nocturnis & matutinis laudibus interesse, atq; vniuersis solẽnitatibus ad Vesperas & ad Missam cum pcessiõe venerabili epõrum cęterorumq; clericorum, cũ crucibus & sanctorum reliquijs ad ecclesiã vsq; deduci solebat, vbi cũ magno Dei timore stabat & sedebat, nil loquẽs nisi diuinũ, vsq; dum oĩa finita essent, indeq; ad cubiculum suum cum multis luminibus, comitatuq; sacerdotũ, ducum ac comitũ remeabat. Insup Magdẽburgeñ. ecclesiam archiepiscopalẽ, Brãdenburgeñ. Mersburgeñ. Cicensem & Mysnensem episcopales cõstruxit ecclesias, ad hęc diuersas ecclesias, monasteria etiam virorum & mulierum in Saxonia & Sclauonia. Item Daniam seu Daciam cismarinã tributo subijciens, eam sub anno dñi 952. in tres episcopatus diuisit, & Hambergensi episcopatui subiecit. Idem in ciuitate Aldebergensi Sclauonica fecit episcopatum Hamelburgeñ. metropolim. Multa deniq; ecclesijs bona cõtulit. Quis est autem, q eius principis superadmirãda gesta nõ admiret, vt q præter intestina bella, quorum nõ parum multa feliciter absoluit, Auares, hoc est, Hungaros Germaniam vastãtes, apud Augustam Vindelicam magna clade superauit, ac regulos eorum furca suspẽdi fecit, Italiam à tyrãnis ac inuasoribus imperij purgauit, Saracenos inde expulit, Græcos perdomuit, abiectis & eliminatis falsis põtificibus Ro. canonice intrãtes fouit, restituit ac potenter cõseruauit? Hic est q Longobardiam Ro. imperio recuperauit, & imperialem puinciam esse curauit. Ad hoc Galliam Belgicam, quõdam Austrasiã dictam, à Mosa fluuio vsq; ad Rhenum, à iugo regum Franciæ absoluit, inde ducatum Lotharingiæ & Burgundionum regnũ imperio in ppetuum vniuit, ita q iuris imperij hactenus pmansit vsq; ad Carolum quartũ, sub quo aliqd nouatũ extitit, nescio si iure subsistat. Taceo q̃ sub ipso ac successoribus suis in impio fides catholica sit dilatata in partibus occidẽtis. ab eo eñ tpe Hungari, Dalmatæ, Sclaui, Poloni, Pomerani, & post eos Daci, Suetij, Noruegi, & subsequẽter Prutheni, & multi alij diuersarum regionum tunc pagani, puenerũt ad fidem Christi. S. Vdalricus Augusteñ. epus obijt anno salutis 973. ordinatiõis suæ anno 50. Anno deinde dñi 975. Otho II. Othonis Magni filius, regnare cœpit, & annis 9 regnauit. Hic viuẽte patre ab aplico coronatus fuit, & mox vt pater defunctus est, ab oĩbus q aderãt, demũ eligit, ac in regni sede collocat. Eodẽ anno Donus secũdus patria Ro. eligit in papã. anno *sedit. tãtæ modestiæ fuit, vt & si nihil dignũ egerit, nõ tamẽ aliqua iniuria affectus aut ignominia notatus est. Hoc tpe Adelbertus Bohemus Pragẽsis epus, tãtæ sanctitatis habitus est, vt diuino spũ impellente in Pannoniam descendẽs, & regem Hungarorum baptizauerit, & oẽs puinciæ epos ad bene de Deo pmerẽdum, exemplo & vita instruxerit. pfectus deinde in Prusiã, dum fidem Chri prędicat. martyrio coronat. Dono defuncto, Bonifacius vij. põtificatũ malis artibus adeptus, anno 976. male amisit. sedit mẽses vij. Nam inito magistratu, cõspirãtibus simul bonis ciuibus, relinquere vrbẽ coactus, pciosissima quæq; e basilica B. Petri subtrahens, Cõstantinopolin cõfugit. Alij referũt eum illuc relegatum. Bonifacio sic recedente, Ro. alium loco eius fecerũt põtificem Benedictũ vij. patria Romanũ. q sedit annis viij. menses sex, erat hic vir optimus. huius tpe Cõstantiensi ecclesiæ præfuit S. Gebardus.

Ad Othonem II. redeo, q primo anno regni sui Henricũ Bauarorum ducẽ, filiũ Henrici q frater fuit primi Othonis, sibi rebellem domuit. Et cum ea occupat expeditiõe, Lotharius rex Frãcorum in Lotharingiã copiosum duxit exercitũ, eã Ro. imperij puinciã occupauit. & Aqsgranum delatus, agros populatus est. In quem Otho cũ ex Bauaria duceret, Lotharius in Parisios est reuersus. Quare is Frãciam ingressus, Laudunẽsium Suessionumq; agris vastatis, Parisiorum quoq; suburbia incendit. Reuersus tamẽ in Germaniam, dum Axonam fluuium traijcit, incõmodum accepit, nõnullis suorum aquæ vorticibus absorptis. pluribus ab insequenti hostiũ multitudine interfectis. Interea Basilius Cõstantinusq; Cõstantinopolitani imperatores, filij Romani posterioris, Syriam populati, Cretam pulsis Saracenis receperunt, & Othonem II. bello Francorum implicitum putantes, cõstituerunt amissas de Italia puincias recuperare. primo tñ Saracenos Creta

Sacrorum Otho cultor.

Othonis triumphi.

Otho II. IMP. 85. Donus II. papa.

Hungari baptizati.

Bonifacius 7. papa. Benedictus 7. papa.

Othonis II. bella.

Creta pulsos, data pecunia, in suum exercitũ receperunt. Itaq; delati Barum, vrbe sunt potiti, ciuibus partim occisis, partim in Græciam relegatis. deinde Apulia primũ, post Calabria deditiõe vltronea sunt receptę. Otho interea postquã iniurias acceptas apud Aquisgranum vltus fuerat, pacem cum Lothario Francorũ rege, recepta Lotharingia firmauerat, veniens in Italiam, & vxorem ducẽs Theophaniã, in via tamẽ Sclauoniam & Dalmatiam circũeundo, magnam in ea regione stragem fecit. Post hæc Romã veniens, repentino tumultuarioq; delectu per omes Italiæ regiones coactas ingentes copias ad diẽ cõuenire iussit. Et cũ Germanorũ, Gallorũ, Lõgobardorũ & aliorũ Italiæ populorũ vniuerso exercitu Roma pfectus, prima ad Beneuentũ cepit statiua: q̃ cũ accitę Romanorũ copiæ puenissent, datas quoq; à Beneuentanis, Neapolitanis, Salernitanis turmas in ordines præmitti curauit. Facto postea agmine, in Apuliam pfectus est, & Græcis apud Basentellum stantibus, decertatum esse dicit. Ibi Romani Beneuentaniq; ex acie pfugi, nõ solum detrectauerunt prælium, sed & signa deseruerũt. Hinc cæteræ Ro. imperatoris copiæ, à Saracenis & Græcis fusæ dissipatæq; sunt. Quo in prælio occisis pene ad internecionem legionibus, & Romanus impator & oĩs Italia neruos oẽs ita amisit, vt facile Græcis ac barbaris fuerit, si victoria vti sciuissent, Roma Italiaq; potiri. Otho inter hæc fugiens, scapham cõscendens, salutem quæsiuit: vel vt alij scribũt, natando nitens euadere, à nautis capitur, ignorantibus, cum illorũ lingua tam facile q̃ sua loqueretur, qs esset: à quodam tamen eorum q erat negociator Sclauus, agnitus est, sed nõ proditus, ac dum B. Petri imploraret auxiliũ, per Sclauũ re delata ad Theophaniam reginam ac Theodoricum Meteñ. epm q in ciuitate *Rosan euentum rei expectabant, dolo per epm & Sclauum liberat. nautis quippe ad pecunias p eo oblatas inhiantibus, impator adscenso equo vix euasit. Eo etiam in tpe omnibus pro infortunio Reipub. cõsternatis animo, sola imperatrix Græca leuitate insultabat Romanis, q ab exercitu suæ natiõis victi essent, per quod à primatibus odiosa cœpit haberi. Otho deinde cõparato exercitu, animaduertere in Ro. & Beneuentanos cõstituit, à qbus initium fugæ factum erat. agere id in Romanos, minus tutum videbat. In Beneuẽtanos cõuersus, vrbem capit & incendit. Inde corpe S. Bartholomæi ablato, Romæq; in insula Lycaonia collocato, se vindicat. Anno dehinc decimo sui imperij, dñicæ autem natiuitatis 983. tædio & angore animi deficiens, Romæ morit, magno vir animo, si secũdam fortunam habuisset, Sanguinarius dictus, nimirũ à Saracenorũ cæde. In vestibulo B. Petri q̃d paradisum vocant, labro porphyretico, q̃d adhuc introeuntibus ad lęuam apparet, honorifice sepelit. Cum autem de creãdo nouo imperatore cõsultatio haberet, & alij Othonẽ filiũ defuncti, alij vero Hẽricum Bauarię ducẽ, primi Othonis ex fratre nepotẽ exposcerẽt, instarentq; Itali qdam, vt Crescẽtio Nomẽtano viro clarissimo res cõmitteret, Germani statim q tum frequẽtes Romæ erãt, Othonem III. delegere, quorũ sentẽtiam Benedictus approbabat. Hẽricus tum Othonẽ puerũ factiose raptũ, custodiæ cõmendauit: sed principes puerũ de manu eius extorquẽtes, in regnum sublimant. Anno interea, vt qdam volunt, à natiuitate dñi 981. Iohãnes 14. creatur papa. Degebat adhuc apud Cõstantinopolin Bonifacius 7. q diuẽditis quæ sacrilegio abstulerat, magnã vim auri cõparauit: qua fretus, vrbem adijt tyrãnidem occupaturus, ciues largitiõe corrupturus, ppugnatoris sui Ferrucij potẽtia Iohãnem cepit, & in Adriani mole interfecit. Postea Bonifacius sedem inuasit, sed nõ multo post subita morte perijt, q adeo oĩbus exosus erat, vt defuncti corpus lãceis pfoderet, à clericis collectũ & sepultum est xi. intrusionis suæ mense. Anno dñi 982. electus est Iohãnes xv. patria Ro. sedit menses octo, hic miro odio in clericos exarsit, vnde vicissim odio habitus, maxime ex eo, q diuina humanaq; oĩa cognatis suis largiebat, quem morem (ait Platina) ad posteros ita traduxit, vt hodie pseueret. cometes apparuit, fame & peste laboratur. Anno 985. defuncto Iohanne xv. Iohannes xvi. etiam Romanus surrogatur, Sedit annos decem, menses sex, vir magnæ doctrinæ. B. Volfgangus episcopus Ratisponensis, eo tempore obijt, natione Sueuus, comes ex Pfullingen natus. Anno 984. Otho tertius, secundi Othonis filius, Ro. imperium suscepit admodum puer, regnauit annis xviij. Tanta fuit rerum gestarum gloria, vt Mirabilia mundi diceretur.

Otho à Græcis victus.

Othonis fuga.

Otho tertius IMP. 86.

Iohãnes 14. papa.

Iohãnes 15. papa.

Iohãnes 16. papa.

Anno sequente Crescentius Nomentanus consulem se præferens, vrbis dominium cepit. vnde Iohannes pontifex in eam desperationem ductus, cupiditati hominis cedens, exul in Hetruriam ierit. eo cum venisset, animis resumptis, Othonẽ tertium per legatos & literas orare cœpit, vt Se. Ap. & oppressæ vrbi opem ferret. Id cum rescisceret Crescẽti⁹, põtificis cognatos & amicos mittit, rogat põtificẽ, vt obmissa accersitiõe Othonis, sine cura ad vrbẽ cũ potestate redeat: pollicereturq; ei in rebus oĩbus se obtemperaturũ. Motus põtifex, veritus etiã, ne si Otho cũ exercitu in Italiam ingrederetur, plus

Crescentius tyrannus.

plus mali q̃ beneficij secum afferret, ad vrbem rediịt, prodeunte obuio Crescẽtio cum oĩbus magistratibus & vrbana multitudine in ædes Lateranẽs. magno comitatu introducit, quarum in vestibulo eius pedes Crescẽtius & om̃es seditiõis autores exosculati sunt, atq; in cõcordiam redacti, vitã quietã duxere. Anno dñi 987. Ludouicus filius Lotharij cœpit regnare, & postquã annũ regnauit, defunctus est. Aliq scribũt eum veneno extinctum, sicut etiã Lotharius pater eius anno p̃cedenti scribitur extinctus fuisse. Ludouicus iste filius Lotharij, habuit vxorẽ Blancã filiã regis Nauarræ, quæ post obitum Lotharij duxit in matrimoniũ Hugonẽ Capeth filium Magni Hugonis. Hic Hugo Capeth se nõ solũ de vxore, sed & de regno Franciæ ipsius Ludouici intromisit. Res hæc translati regni varie à scriptoribus tradit. Ego p̱babiliora sectaturus, quę ad rem faciẽt, referam. dedit Austrasiæ regnũ tumultui occasionẽ. nam Lotharius Austrasiã repetiturus, cõgregato exercitu, Aqsgranũ maiore q̃ credi potest celeritate ingredit. Prandenti vnã cum vxore Othoni II. cũ de Francorum inopinata irruptiõe nuncius affert, mirũ in modũ attonitus, raptis quæ potuit, fuga elapsus est. Præda ex regis palatio, ditissimoq; oppido, atq; ex omni p̱uincia correpta cõtentus Lotharius, retro in Franciã cessit. Quẽ nõ longo interposito tp̃e magnis copijs insecutus Otho, castra in cõspectu Parisiorum ponit. Sed eruptiõe à ciuibus facta, & Othonis nepote cum alijs pluribus fusis ac occisis, ciuitatis suburbia Otho incẽdit ac recedit. Sequit eum Lotharius vsq; ad Isarã & per Suessionũ agros, vbi occisorum cadaueribus alueus oppletus est. At pacatis demũ regibus, Austrasiã, cuius causa bellũ gerebatur, Othoni Lotharius, reclamãtibus regni Francorum p̱ceribus, dedit, repugnãte in primis Hugone Abbate, q hãc sibi materiã inuadẽdi regni sumpsit. Paulo post apd̃ Rhemos mortuo Lothario, successit Ludouic⁹. Hic in æde diui Remigij apud Rhemos sepult⁹ est. Carol⁹ deinceps Lotharij frater, quẽ alij Carolomannũ dicũt, Lotharingiæ princeps, regni gubernacula recipere tentauit. Sed Lauduni cũ vxore agẽtem, Hugo Capetus op̃a atq; proditiõe Anselmi vrbis ep̃i, recepta vrbe, Carolũ intercipit, atq; Aureliã in custodiã mittit. Interea Caroli vxor duos enixa liberos, Ludouicũ atq; Carolum, spem adipiscẽdi regni frustra accepit. Sigibertus Othonem Caroli filiũ, in Lotharingia patri successisse scribit. Hugo ille Capetus animi magnitudine & rebus potẽs, cũ eius conatus nemo reprimeret, vi atq; armis regni se diademate insigniri obtinuit. Atq; p̱ hunc q̃dem modum anno dñi 988. Hugo, Capetus dictus, ꝙ capitia per ludum alijs auferebat, Frãcorum regnum occupauit: q̃d nõ solũ virtutis causa, sed etiã natiõis titulo sibi deberi aiebat. Et suis initijs cũ Carolomãnum Lotharij fratrẽ subegisset, Arnulphum p̃terea Lotharij frẽm nothũ, Rhemorum põtificẽ, synodo ep̃orũ habita, ab vrbe deiectũ, in vincula coniecit, & Rhemis Gilbertũ philosophũ posuit antistitẽ. Romani tñ põtificis Iohãnis edicto Arnulphus p̱ Signinũ Senonum p̃sulẽ, reuocato Gilberto, restitutus est. Hunc Gilbertum postmodũ imp̃ator Otho primũ Rauennæ ep̃m, deinde papã fieri curauit. Hugonis pater, si recte puto, primũ Abbas dictus est, ꝙ ipse & Robertus comes Parisieñ. primi fuerint, q relicta monasterijs p̃dia p̱uentusq; occupauerint, ea sibi suisq; militibus attribuentes, seq; abbates appellãtes, atq; impartientes monachis, prout volebãt, adhibito moderamine victus & vestimentorum. Post Burcardum ducem Sueuiæ, inuenitur Henricus dux Saxoniæ ducatum ad modicum obtinuisse, & vt coniectura est, tutorio nomine, quia *Lutolphus reliquit filium nomine Othonem, qui obtinuit ducatum Sueuiæ. Hic fuit pater Gregorij quinti, quo autore instituti sunt electores imperij Romani.

Regũ Francorum mutatio.

Hugo Capeth⁹ Frãciæ rex.

Gilbert⁹ philosoph⁹ magiæ scius.

Otho Sueuiæ dux.

GENERATIO XXXIIII.

ANno dñi 990. sub Iohanne 16. & Othone tertio, 34. cœpit generatio. Anno 9. Othonis, Rhemis synodus totius Franciæ congregatur, & Arnulphus nothus frater Lotharij quondam, quem ipse Carolus ep̃m Rhemis instituerat. omnium iudicio exordinatus damnatur, & Adelgerus presbyter, q vrbem prodidit, & portas Carolo aperuit, execrat. Gilbertus vero magus, instituitur ep̃us. Sed q̃busdam causam ventilantibus, nõ potuisse degradari Arnulphum sine autoritate Ro. põtificis, Gilbertus depositus est. q ad Othonem tertium se cõtulit, & ab eo Rauẽnæ ep̃us institutus est.

Synodus Rhemeñ.

Anno 996. moritur rex Hugo Capetus, & successit ei in regno filius Robertus, vir admodum doctus. Composuit em̃ multas prosas & hymnos. Sequentiam fecit de sancto spiritu, Sancti sp̃us ass͞t &c. & responsorium, Iudæa & Hierusalem. Fuit Blancæ filius. Hic genuit ex Constantia filia Guilielmi comitis Aurelianeñ. quatuor filios, Hugonem, Henricum, Robertum & Othonem, qui & postea auxilio Richardi ducis Normanniæ acquisiuit Burgundiam, quæ iure veniebat ei per mortem ducis Henrici auunculi sui, & fecit ibidem ducem Robertũ filium suũ. alia de Roberto infra dicẽtur. Anno

Robert⁹ rex Galliæ.

Anno Iohannis nono, Otho tertius venit primũ in Italiam,qui à Crescẽtio cæterisq; Romanis cũ summa obediẽtia in vrbẽ admittitur. Duxit aũt q̃primũ cum exercitu suo in Beneuentanos & Capuanos,illosq; per vim & arma Romanis pacatos reddidit,secũdum Blondum. Anno dñi 994. Iohannes pontifex moritur,nec vlla accidit clero & populo in eligendo põtifice cõtentio,eo q Otho rex Brunonem cõsanguineum suum ex gente Saxonum,iussit obtinuitq; papã declarari,ac mutato noĩe,vocatus est Gregorius v. Sedit aũt annis duobus,mensibus qnq;.filius fuit Othonis ducis Sueuiæ,q fuit filius Lutolphi. Hic Gregorius coronauit Othonẽ III. eiq; benedictionem imperialem impẽdit,qua celebritate finita,impator Roma relicta in Germaniã abijt. Tulerãt iniquo animo Romani Gregorij Pont. creationem,nec dissimulare poterãt. nam vix Italia excessit Otho,cum põtifex minis & maledictis exterritus,ac magis forte q̃ oportuit animo cõsternatus,vrbe clam excessit,& quũ Iohannis exemplo aliq̃diu in Hetruria substitisset, nec illũ populus Ro. reuocaret, Othonẽ adijt in Germaniam. Interim Romani Crescẽtium cũ summa potestate denuo cõsulem decernũt, q statim Iohãnem quẽdam natiõe Græcũ,epm Placẽtinũ,nõ minus pecuniosum q̃ doctũ,pontificẽ creat,cuius certe nomẽ inter põtifices qdam supprimũt. Otho interea cũ magno exercitu aduentabat, cuius aduẽtu cognito, Crescẽtius mœnia vrbis & portas q̃ diligẽtissime firmat,molem Adriani munit positis præsidijs. Hinc est q postea moles Adriani,arx Crescẽtij appellata est. Superueniẽs deinde impator,vrbẽ obsedit. populus Romanus cum nequaq̃ tantis copijs par esse posset,clementia Othonis fretus, Germanis portas aperit. Tum Crescẽtius & Iohãnes cõsilij & auxilij inopes,in arcẽ Adriani cõfugientes,sese acriter cõtra tuebant. Verũ proposita spe veniæ,dum ex arce ad imperatorem se cõferunt,multis vulneribus Crescentius ex fuga retractus capitur,vilíq; iumẽto auerso vultu impositus,circũducitur,& paulatim membris truncatur,ad vltimũ ante vrbis mœnia suspẽditur. Iohãnes vero depositus,excæcatus est. deinde in pristinã sedẽ Gregorius,xi. mẽse postq̃ pulsus est restituit. Hoc in tpe electores imperij primũ instituti legunt,de quo aliq scribũt. q Otho III. cũ hæredes ex se descendentes mares nõ haberet,cõstituit ex cõsilio principũ Germaniæ,vt impatore mortuo,in oppido Frãcofurt ppetuo fieret electio,electoresq; cõstituit tres archiepos,Moguntineñ. Germaniæ,Colonieñ. Italiæ,Treuereñ. Galliæ noĩe,& cũ his alios q̃tuor seculares principes,Palatinũ comitẽ Rheni,vt ex officio etiã esset dapifer, ducẽ Saxõiæ q esset mariscalcus,marchionẽ Brandenburgeñ. q esset camerarius,& regẽ Bohemiæ,q archipincerna imperij esset. Hi septem principes eligendi impatoris ius & ptãtẽ sic acceperunt. Itaq; aiũt Gregorium qntũ,cognita imperij imbecillitate,varietateq; fortunę,quo diutius apud Germanos summa ptãs remaneret,illiq; cæteris p̃esset q virtute & dignitate cæteris p̃staret,retulisse sanctionẽ de impatore deligẽdo, videlicet solis licere Germanis principẽ deligere,q Cęsar & Romanorũ rex appellatus,tum demũ Augustus & imperator haberet,cũ à Ro. põtifice bñdictiõe p̃missa coronaret: & q ordinauerit cũ pceterum Germanię cõsensu electores p̃dictos,q vice oĩm eligere deberẽt. Quod aũt à qbusdã scribit sanctionẽ hãc institutã fuisse anno salutis nostrę M. & II. hoc ita ĩtelligendũ puto,q eo anno virtute istius sanctiõis, prima facta fuerit p principes designatos electio in psona Henrici Bauari. tũc eñ cœpta est moribus vtentiũ approbari, & sic sub Syluestro secũdo,q successit Gregorio,& hoc saluari põt,q̃d ex monumẽtis Aqleieñ. ecclesiæ traditũ inuenitur, sanctionẽ de impatore à Germanis deligẽdo,Syluestri tpibus factã esse. vnde & si Gregorius sanctionẽ instituerit,ille tñ Syluester electionẽ primã iuxta sanctionẽ factã approbauit. Anno vero dñi 997. Gregorius qntus obijt,in cuius tñ vita Iohãnes 17. Placẽtinus epus,potẽtia Crescẽtij Romani tum cõsulis fretus,quem pecunia corrupisse creditũ est,tpe Gregorij v. p sanctionẽ põtificatũ occuparat. tantũ eñ pecuniarũ ex Constãtinopoli ad vrbem secum detulerat,vt constãtes etiam,largitione ad maleficiũ impelli potuissent. Is moritur cum ignominia decimo vsurpati põtificatus mense. Anno dñi 998. Cum nup Gregorius papa Sueuus ab Othone III. opt. max. Cæsare restitutus,fato defunctus esset,ex impatoris sententia alter subrogatus est Syluester II. epus Rauennas. Hic Gilbertus est Gallus,cuius supra mentionem fecimus, vnus q totum orbem fraude rectissime dissimulata coinqnauit,adeo ingenio, adeo multarũ disciplinarũ studio celebris. Adolescẽs Floriacensi cœnobio in Aurelianadiœcesi relicto,vitę liberioris initia diabolo dedit. Hispalim Hispanię ciuitatẽ,bonarum artiũ causa puenit, cupidus literaturæ & doctrinæ. Qua in re tantum profecit,vt breui ex discipulo sit optimus præceptor habitus. Othonem Cæsarem, Robertum regem Franciæ, orbis principes maximos docuit. Interim ipse magica tam studiose sectatus,vt illorum regulis omnem vitę rationem moderaretur, horum opera primum Rhemẽ-

Gregorius quintus.

Crescen. xi. schismatis autor.

Electores Ro. Princ. primum instituti.

Ioh. Placẽtini interitus.

Syluester ij. papa magus.

Rhemēsis epus, deinde Rauēnas creatus est, demū pontifex Romanus: quē ea lege diabolus adiutū deuinxit, vt post mortem suus esset. Sedit annos quatuor & aliquot menses. Et dum dæmonem suum cōsulit, quādiu in humanis futurus esset, ille ambiguo (vt solet) respōso, diu qdem, si Hierusalem non attigeris. Accidit igitur vt anno qnto ineunte, quæ in sacræ crucis ędē venisset sacris operaturus, in eam templi partem descendit, rem diuinā facturus, quæ Hierusalem dicit: ac tum inter agēdum oraculi memor, sensit fatale tempus adesse. Ibi pœnia adductus, frequēti populo suum quod semp̄ ante occultū habuit flagitiū, fassus est. Inde multitudinem hortatus ad cultū verę pietatis, precatus est, vt corpus suū dissectū & laniatū, quādo ita sane esset meritus, bigis imponerent, ibi humarent, vbi equi sua spōte cōstitissent. Itaq; diuino nutu in signum pfectæ contritiōis, cadauer ad ecclesiā Lateraneń. delatū est, eoq; loco sepultū est corpus illius. Scribit Martinus, tam ex collisiōe ossium, q̄ ex sudore ipsius sepulchri vel humectatione potius, deinceps morituri pōtificis signa & qdem manifestissima colligi. Idq; ipsius sepulchri epitaphiū dicit indicare. Hic inter claros sciā lr̄arum sua ætate cōnumeratus esset, si suam sciām arte diabolica nō fœdasset: vnde qdam in numero pōtificum eum nō ponūt. Ad Othonē III. redeo, q degens Romæ, cū remissius ageret, tractans qualiter iura regni & imperij necnon ecclesiæ ad antiquū statū reformaret, Romani cōtra eum conspirāt, & aliquot militū eius peremptis, eū in palatio obsidēt. vnde per industriā Henrici ducis Boioariæ & Hugonis marchionis Italiæ, simulato pacto pacis, vix extractus, Roma discedit cū Syluestro papa. Et qa vxor Crescentij relicta, impatorem spe regnādi ad amorē sui pellexerat, dolens de eius discessu, venenū ei misit: quo ille poculo sumpto, inter remeādum in Italia morit. Milites eius corpus in Germaniā deferūt, eius intestina in Augusta sepeliunt, reliquū Aquisgrani tumulatur. Refert aūt Blondus certū esse, Romanos, q Othonē ob factā eo impellente de impatoris electiōe sanctionē, oderāt, cū ferro neqrent cōfodere eum, veneno interfecisse. non desunt etiā, q affirmāt corp⁹ eius Romæ ad S. Petrū esse sepultū. Mortuus est circiter annū salutis alter̄ supra millesimū. Circiter annū millesimū multa p̄digia visa sunt. terræmotus eñ factus est magnus, cometes apparuit 19. Kaleñ. Ianuarij. Circa horam nonā apto cœlo, quasi facula ardens cū longo tractu fulguris illabit terris, & cū tanto splendore, vt nō modo q in agris erāt, sed in tectis etiā irrupto fulmine ferirent, quum cœli scissura sensim euanescēte, interim visa est figura quasi serpentis. Venerūt in hac generatiōe Tancredi, vt aliqui volunt, ducis Nortmāniæ duodecim filij in Italiā. Ipse eñ Tancredus vir generosi animi, q apud Nortmāniam Galliar̄ p̄uinciā, duodecim ex duabus vxoribus genuit filios: vbi cū eor̄ sumptibus premeret, nouas sedes quęrere cōstituit, fortunamq; meliorem & opes meliores alio in loco viribus & ingenio facere sibi cōfisus. Deserta itaq; Nortmānia, Italiā primū perueniēs, in Romādiola substitit, eoq; in loco cōsistens, filij sui tanta cōtra Salernitanum aliosq; Italiæ principes gessere facinora, vt eos viros fortes p̄stantissimosq; suo malo senserint oēs. Guilielm⁹ Tācredi Magni filius, cui cognomētum erat Ferabach, cū à patre Romādiolam ac Hetruriæ partem accepisset, audiens Siciliam à Saracenis opprimi, Molochi, q pro Constantino Imperatore Calabriam & Apuliam p̄sidio obtinebat, Salernitaniq; & Campani ducis societate contentus, Siciliam intrepide inuadit, cuius impio, statim cæsis fugatisq; Saracenis, potit. Erat fœdus ea conditiōe ictum, vt præda & insula si victoria contigisset, ex æquo inter socios diuideret. Molochus insula intercepta, cæteram prædam large cū socijs partitus est. Dissimulauit iustā iram, quæ ex ea iniuria exarserat, Nortmannus: copijsq; & præda in Italiam reductis, cum suo exercitu Apuliam ingressus, Melphium circūsedit, vrbemq; mox deditam opere & præsidio munit. occurrit eo statim Molochus cū Græco exercitu, quem Guilielmus ex improuiso adortus ita afflixit, vt post eam victoriam, breui præcipuam sit Apuliæ partem consecutus. Atq; per hunc modum Nortmanni rerum in Apulia potiri cœperunt. Decessit Guilielmus sine liberis, venitq; ditio in fratrum potestatem. In hac generatiōe inueniunt fuisse tres duces Sueuiæ, primo Hermannus qui habuit filiam Cunradi regis Burgundiæ & Arelatensis, cui successit filius referens nomen patris. Huic successit Ernestus marchio Austriæ, qui duxit Giselam in vxorem, ex qua genuit duos filios Ernestum & Hermannum, de quibus sub Cunrado secundo, eorū vitrico. hęc partim p̄ anticipationem sunt scripta.

Othonis tertij interitus.

Prodigia.

Tancredus Nortmannus.

Saraceni Sicilia pulsi.

Nortmāni Apulia potiuntur.

Sueuiæ duces.

Cunradus Burgundionum rex moritur anno salutis nostrę M.XCIII. cui in regno successit Rudolphus, de quo in sequenti generatione dicetur.

FINIS PRIMAE PARTIS SECVNDI VOLVMINIS.

INITI-

INITIVM SECVNDAE PARTIS secundi Voluminis.



N hac secunda parte secundi voluminis, Othone tertio defuncto, principes Germaniæ per sanctionẽ à Gregorio quinto & Othone cõstitutã, potestate sibi tradita fungẽtes, sceptra imperij Henrico Bauarorũ duci crediderũt, vt mox dicet. Et quia in pcedentibus sæpe de Bauaris mentio est habita, sed & in sequẽtibus erit habenda, opportune nũc de prouincia Bauarorũ & eius principibus iudicaui dicẽdũ. Bauaria à vetustissimis Noricũ, & deinde Boioaria, postremo Bauaria inuenit esse dicta, quæ ad aquilonẽ Franconiæ proximat, cui ad meridiẽ alpes Italiæ iungunt, Sueui ad occidentẽ eius solẽ *recipiũt, Australes ac Bohemi orientẽ. Danubius fluuius *mediam ferme perlabit inter Austriã & Bauariã. alij Isarã, alij Oenum terminũ posuere. Sueuos à Bauaris *Lycus distermi-nat. Hanc olim regionẽ Norici tenuere, cuius adhuc portio, vulgo Rietz, inter Ratisponã & Norimbergã cis Danubiũ sita, Noricũ appellat. Et trans Danubium, autore Ptolemæo, Noricũ, cuius vna pars Bauariæ & Austriæ interposita, nunc Styria appellatur. Regẽ eius primũ, volunt nõnulli Noricẽ filiũ fuisse Herculis, qui & Germanis & Gallis virorũ fortiũ appellatione cõmunis erat. Erat & ciuitas Noris, hodie Styria dicta, vbi optimi fiebãt enses, inde dicit Noricus ensis. Erant aũt Norici vicinarũ alpiũ incolæ, vt Plinius scribit, Taurisci olim dicti. Et Strabo Noricos populos iuxta Vindelicos montana exteriora tenẽtes ait, & deinde, Cimbris Illyricũ tentantibus, haud lõge à Norico q̃d in alpibus est, cũ eis Papyrius Carbo cõflixit, atq; re infecta abscessit. Haud vero longe post, cũ tres fortissimæ gentes, Cimbri, Teutoni & Ambrones, vno tẽpore in Italiã irrupissent, partim per Noricos descendisse Plutarchus in Mario ait, atq; vterq; exercitus C. Marij auspicijs deletus est, vnus nõ longe à Saltzburga. Deinde Romana arma citro vltroq; per Noricũ visa sunt, cũ interdũ tres legiones initio belli Gallici sustinuere, quas C. Iulius, duab⁹ additis, vt ipse scribit, in Gallias traduxit, vbi excisam rupẽ patefecit, vt ex vetustissimo quidẽ epigrãmate saxi in mõte crucis dicto, datur intelligi: C. Iulius Cæsar: reliqua præ vetustate nequeunt legi. Ferť q̃q; idẽ Iulius in faucibus montiũ arcẽ munitissimã extruxisse contra Germanos pugnaturus, vt milites ad eã refugiũ ad iuuandũ haberẽt, & inde castrũ Iuuauense, vulgo Helffenberg dictũ. fluuius q̃q; adiacens, Iuuarus dictus, à quo ciuitas inde cõdita Iuuauia, nũc Saltzburga dicta inuenit. Tenebant eñ Norici trans Danubiũ magnã partẽ. Iulius in commentarijs ac Cor. Tacitus testes sunt, vt dicet. Noricis aũt Boioarios successisse, oĩbus persuasum est, & q̃ à Boijs Boioarij sint dicti. Cui Strabo vires adhibet: Romani, ait, Boios Gallorũ Insubriũ gentes, finibus eiecerũt. inde migrantes, circũadiacẽtes Istro locos cũ Tauriscis habitarũt. Idem q̃q; Strabo describens Heluetios & Vindelicos, post Vindelicos aũt desertã Boiorũ regionẽ esse affirmat vsq; Pãnonias. Idẽ Strabo Germaniã describẽs, Boios prius Hercyniã syluã habitasse asserit, & Cimbros agmine facto eorũ inuasisse locũ, atq; à Boijs eiectos fuisse. Itaq; satis persuasum est Boioaricũ nomen ex Boijs descendere. ager eñ eorũ trans Danubiũ, Hercyniã syluã non parua ex parte occupat. Locupletior testis est qui visa refert, Iulius in principio cõmentariorum suorũ: Heluetij, inquit, Boios qui trans Rhenum incoluerãt, & in agrũ Noricũ transierãt, Noricãq; oppugnarãt, receptos ad se, socios sibi adsciscunt. Consentit Cor. Tacitus, de situ Germaniæ scribẽs: Igiť, inquit, inter Hercyniã syluã Rhenũq; & Mœni amnes, Heluetij vlteriora ac Boij, Gallica vtraq; gens, tenuere. Et hæc de Noricis atq; Boioarijs dicta. Bauariã vero dictã aliqui scribũt, à Bauaro quodã, qui ex Armenia fuerit oriundus, & eã obtentã à se noĩari voluerit, pcessisseq; hoc nomen Noricos atq; Boioarios, q̃d nõ est vero simile, cũ nec Iulius, nec Cor. Tacitus aut priscorũ aliquis, eius noĩs meminerit, sed recens quidẽ nomen crediť, & circa annũ dñi 550. inuentũ. Erant Auares Hunnorũ sub Attila militantiũ reliquiæ à Gepidis victæ, q̃ cũ rege Zeliorbe duce, cũ 20. Hunnorũ millibus bello q̃d Iustinianus cõtra Parthos feliciter gessit, Cosdroæ Parthorũ regi aduersus Romanos auxiliũ tulere. Sed Cosdroas illos Hunnos tanq̃ suspectos, vt qui ab imperatore Ro. munera accepissent, incautos maxima oppressit clade, q̃ clades sup alias acceptas effecit, vt Hunni qui superfuerãt, nomẽ ante gloriosum exosi, sese ab Auare rege, q succeßit Zeliorbi, Auares nũcupauerint, q quidẽ tanq̃ a cætera barbarie profugi, relictis Pannonijs, in Noricũ recesserũt. Vnde factũ est, vt prouincia Noricorũ ab Auaribus, addita litera. B, Bauaria sit dicta, Blondo teste. alij vero aliter, vt mox dicetur. Quos reges ducesve Bauariã gubernantes inuenire potuerim, hi sunt: Bauarus ex Armenia oriundus, prouinciam obtinuit, & eã à suo noĩe Bauariam appellauit, lõge ante Christi natiuitatẽ. Illud vero nõ bene

Bauariæ descriptio.

Norici.

Iuuauia.

Boij.

Boioarij.

Reges & duces Bauariæ

consonat,cũ prisci scriptores Noricũ aut Boioariã,nõ Bauariã dictã describãt.Sequitur inter primos reges prouinciæ,Norix Herculis siue Terræ filius,à quo Noricia,nã ita Græci appellãt,est appellata. Verũ ꝙ postea Norici habuerint reges,testis est C.Iulius in cõmentarijs,qui refert Ariouistũ regẽ Germanorꝝ,duas habuisse vxores,vnã Sueuã,alterã Noricã,regis Voccionis sororẽ.Tempore natiuitatis Christi scribũt aliqui sine certo autore,Bohemundũ & Ingranum fratres ex Armenia ducatũ Bauariæ tenuisse.hos secutus est Adelgerus,Teudo illi successit,sub q̃ anno salutis nostræ 182. Bauaria à Lucio ad Christianismũ cõuersa dicit.Hunc ego Luciũ regẽ Britanniæ fuisse existimo,qui sub Eleutherio papa cũ quodam populo regni sui baptizat,venitq́ꝫ Vindelicã,hodie Augustã.ibi fidẽ Christi ꝑdicans,lapidat:& in puteũ missus,à Christianis extrahit,ac deinde in Curiensi ciuitate martyrio coronat.potuit tum & Bauaris ꝑfuisse.Post hæc anno salutis nostræ 590.Garibaldus rex Bauarorꝝ,filiã suã Teudelindã desponsasse Anthari regi Lõgobardorꝝ scribit.Eo tempore vsu venit nomẽ Bauarorꝝ.Garibaldũ regẽ inopinate aggressus Childebertus rex Frãcorꝝ,Bauaria expulit,qui Childebertus aliquanto post Bauaria,quã tyrannice tenebat,relicta,regẽ in illa Tassillonẽ instituit,cũ quo id solũ egit,vt Sclauos Danubio accolas ad fidẽ Christi cõpelleret.Deinde anno dñi 612.Teudo à sancto Ruperto baptizat.Rupertus iste ex regia stirpe Francorꝝ ortus, tẽpore Hildeberti regis Francorꝝ,Vormatieñ.rexit episcopatũ.Post cuius obitũ virgis cæsus eijcit,quẽ Teudo dux Bauarorꝝ in vrbe Ratispona suscepit,à quo & baptizatus est.deinde Iuuauiã veniens, nunc Saltzburgam, proprietatẽ à duce recipiens,episcopalẽ erexit ecclesiã.factus epus,vicinas cõuertit gẽtes.Ideo apostolus Boioariæ,Austriæ & Styriæ nuncupat. Defuncto Teudone,Theobertus filius illi successit,huic successit Teudo dux,sub quo Landebertus propter sororẽ suã meretricẽ,S.Emerammũ martyrizauit.Post Teudonẽ ponũt aliqui Vdilonẽ,qui tpe Pipini patris Caroli Magni,dux Bauariæ fuit.sed inter Teudonẽ per centũ annos vsq; ad Vdilonẽ,regnauerunt in Bauaria reges Cacanni,ex gentis consuetudine ita dicti,de quibus Blondus & Platina,alijq́ꝫ nonnulli nõ incelebres mentionem faciunt.Et vt cõiectura est,Vdilo illis successit,cuius filiã aut neptẽ Schuanhildim Carolus Martellus duxit vxorẽ,ex qua genuit Gryphonẽ.Hunc Vdilonẽ ducẽ Carolomannus & Pipinus fratres,priores Caroli Martelli filij,ꝑlio aggressi fuderunt.postea factus est dux Tassillo,qui duxit filiam Desiderij regis Longobardorꝝ. hunc Tassillonẽ Grypho ad deditionẽ ducatus cõpulit.Quod cũ accepisset Pipinus,exercitũ in Bauariã duxit,& fratrẽ Gryphonẽ cepit,Tassillonemq́ꝫ ducem restituit.Fert Tassillo iste fuisse frater Pipini & Gryphonis,q̃d non bene quadrat.erat aũt aliàs eis sanguine iunctus.Tassillo aũt cum primoribus gentis suæ,fidelitatẽ Pipino regi & filijs eius Carolo & Carolomanno,anno dñi 757.fecisse legitur.Idem Tassillo post obitũ Pipini, immemor iuramenti q̃d fecit,hortatu vxoris,q̃ filia Desiderij fuit regis,rebellis Carolo Magno factus est.Deinde datis obsidibus,reconciliatur.Veruntamen paulo post suadente vxore,Auares seu Hunnos in dissipationem regni vocauit, multaq́ꝫ alia hostiliter egit,ob quæ maiestatis læsæ reus iudicatus est.Verũ consanguinitatis cõtemplatione vita cõcessa,vnà cũ filio Theodone tonsurat,& in monasteriũ ad agendum pœnitentiã detrudit anno dñi 788.Ab eo tempore Bauaria in prouinciæ formã redacta,mansit sub regno Caroli & liberorꝝ vsq; ad annũ dñi 876.quo tẽpore morit Ludouicus rex Germaniæ,& reliquit tres filios.Carolomannus factus est rex Bauarorũ, Ludouicus obtinuit orientalẽ Franciã,Thuringiam &c.& vocatus est rex Ostrofranciæ.Carolo vero cessit Alemania,hoc est,Sueuia,& vocatus est rex Alemaniæ.Carolomanno successit Arnulphus rex,qui principabat Boioarijs,Sueuis,Francis orientalibus,Lotharingis & Saxonibus,qui factus imperator,diu moram Ratisponæ duxit. Arnulpho successit Ludouicus rex Bauarorꝝ & imperator,moritur anno dñi 913.Sub hoc Ludouico inuenit Arnoldus dux Bauariæ,qui electo Cunrado primo imperatore,ad Hungaros cõfugit,& vsq; ad Cunradi obitũ ibi permãsit,& scribunt aliqui Arnulphũ.imperatorẽ cõstruxisse Schyren,& reliquisse tres filios ex Agnete regina Grẹciæ,Ludouicũ postea impatorẽ,Arnoldũ ducẽ Bauariæ,& Vuernherꝝ comitẽ in Schyren.Ludouicus obijt sine sobole.Vuernherus genuit Othonẽ Palatinũ de Vuitilispach,& Eckhardũ de Schyren,ducẽ cognominatũ,mit dem bundtschuch,qui Eckhardus genuit Othonẽ de Schyrẽ,à q̃ descẽdit Otho,a Friderico primo dux Bauariæ designat⁹,de q̃ Othone mox dicet.Arnoldus aũt dux genuit Adelheidã vxorẽ Othonis ducis Saxonię,ex q̃bus nat⁹ est Hẽricus postea primus Romanorꝝ rex,& Baba,a q̃ Babenberg fertur dicta.Hẽnricus rex genuit Othonem Magnum,& Henricum ducem Noricorꝝ.Henricus dux genuit Henricũ patrẽ Henrici Claudi & *Gisilã filiam Hen-

Cacanni nomen.

Bauaria a Francis prouincia facta

Henricus iste electus fuit in imperatorem Ro. vt in hac gñatione mox sequit. De hac Arnulphi progenie dubitari pôt, maxime ex eo, ꝙ ab oĩbus historicis gen' Caroli Magni in Germania defecisse scribit in Ludouico Arnulphi filio & Cunrado primo per virilẽ sexũ, itumq́ꝫ sit ad Saxones, qa nemo supererat ex stirpe Caroli apud Germanos, licet in Frãcia occidẽtali, hoc est, in Gallia superessent. Modo si Arnulphus imperator reliquisset nõ solũ Ludouicũ, sed & Arnoldũ ac Vuernheꝝ: sequit ꝙ nõ defecit genus Caroli in Ludouico & Cunrado, qa Vuernherus genuit Othonẽ & Eckardũ, Eckardus aũt genuit Othonẽ. Vnde alij scribũt, Ludouicũ Arnulphi filiũ nullos habuisse fratres, & ꝙ sub Ludouico Arnulphi filio potentissimi erant principes & duces, Arnoldus in Bauaria, Burckardus in Sueuia, Eberardus in Francia, Henricus in Saxonia, Gilbertus dux in Lotharingia. Vnde defuncto Ludouico, & Cunrado primo in imperatorẽ electo, Arnoldus dux Bauariæ terrore coactus, cũ vxore & filijs ad Hũgaros fugit, ibiq́ꝫ vsqꝫ ad Cũradi obitũ ꝑmãsit, ex q̃ clare patet, quõ etiã sub regib' orientalis Franciæ, ꝑ prouincias duces fuerũt constituti, alieni à progenie Caroli Magni. ita potest & de Arnoldo duce ratio haberi. Vtcũqꝫ tñ fit, in eo oẽs concordant, ꝙ Arnoldus ꝑ hæc tẽpora fuerit dux Bauariæ. habuit etiã fratrẽ noĩe Bertholdũ. deinde sub Othone primo Arnoldo vita functo, filij eius rebellare cœperũt regi, ob quã causam Otho rex eos ducatu priuauit, & eundẽ ducatũ Bertholdo duci ac patruo cõcessit, quo postmodũ defuncto, anno dñi 947. rex Henricũ fratrẽ suũ de ducatu Bauariæ inuestiuit, filijs Arnoldi quondã cõtemptis, quoꝝ Arnoldus iunior dictus, apud Ratisponã pugnans, gladio est cõfossus. Tenebat itaqꝫ Henricus Bauariæ ducatum vsqꝫ ad mortem, eumq́ꝫ reliquit Henrico filio, q fuit pater Henrici secũdi inter sanctos relati. Hic fuit in imperatorẽ electus anno dñi 1002. Henricus imperator postea defunctus est sine sobole. Erat in humanis Cuno dux Bauariæ, vt refert Gotfridus Viterbieñ. q interrogatus à principibus, defuncto iã Henrico, quis sibi imperio aptior videret, respondisse fert, Nepos meus dux Cunradus. attamen ironice. quo audito, vniuersi elegerũt Cunradũ secundũ. Cuno dux Bauariæ anno vltimo Henrici tertij relegatus ab imperarore obijt, & imperator ducatũ Agneti imperatrici priuato iure dedit. Scribit tñ monachus Hersueldeñ. monasterij, qui eo tempore in humanis fuit, ꝙ Henricus ex Agnete duos filios habuerit, Cunradũ & Henricũ. Cunradũ Bauariæ p̃fecit ducẽ. quo defuncto, ducatũ imperatrici q̃ad vellet Henricus dedit, hũc ducatũ imperatrix post obitũ imperatoris anno 1061. cõsentiente filio Henrico Imp. Othoni cuidã ex Saxonia viro potẽti dedit, videns eũ industriũ & iuuandis regni negocijs satis opportunũ, q cũ esset clarus & magnæ autoritatis in palatio imperatoris, sicut semꝑ gloriã solet sequi inuidia, subornat quidã *Egeno noĩe ab æmulis, q diceret regi, Othonẽ in necẽ eius cõspirasse. Et postq̃ Otho recusauit se purgare duello, rex eũ ducatu priuauit per sentẽtiã Saxonũ, quẽ ducatũ per interuentũ Rudolphi ducis Sueuorũ, Guelfo Sueuus nobilis & potens, gener ꝑdicti Othonis suscepit, de q̃ dicetur infra generatione *34. & 36. Inde secuta sunt multa mala. Guelfoni successit filius referens nomen patris, qui procreauit Henricũ ducẽ Noricoꝝ, ex cuius filia Iuditha Fridericus dux Sueuoꝝ genuit Fridericũ postea imperatorẽ. Henricus dux habuit duos filios, Henricũ & Guelfonem. Henricus in ducatu successit, & Superbus est dictus, qui *Getrudẽ filiam regis Lotharij ducis Saxonię, in vxorẽ recepit, & mortuo Lothario, ducatũ obtinuit. Guelfo frater illius, dux Sardiniæ & Spoleti, & marchio Tusciæ factus est. Henricum Superbũ post obitũ Lotharij Cunradus secũdus iudicio principũ proscripsit, eiq́ꝫ ducatũ Bauariæ abstulit, & eundẽ Luitpoldo filio marchionis Austriæ cõtulit. Henricus fugatus ad Saxoniã venit, vbi defunctus est, Luitpoldo successit frater suus Henricus, reliquit aũt Henricus Superbus filiũ sui noĩs, inter quẽ & Henricũ Australẽ ducem Bauariæ longa fuit discordia, quos postea Fridericus primus cõcordauit, fecitq́ꝫ ex marchia Austriæ ducatũ circa annũ dñi 1153. hoc acto, ꝙ Henricus Henrici Superbi filius ducatũ Bauariæ reciperet, & Henricus Australis Austriæ ducatũ obtineret. Hic Henricus priusq̃ Bauariæ ducatũ recuperaret, vt referũt chronici qdã autores, duxit vxorẽ filiã Cunradi ducis de Zæringen, genuitq́ꝫ ex ea filiã, q̃ Danoꝝ regi nupsit, & cõsanguinitatis causa ea dimissa, accepit in matrimoniũ filiam Henrici regis Angloꝝ, à quo rege S. Thomas Cantuarieñ. est passus. Henricus itaqꝫ dux Saxonũ & Bauarorum, de Agnete filia regis Angloꝝ quatuor filios suscepit, Henricũ, Othonẽ, Guilielmum, Rutherũ. Otho à Richardo rege Angliæ factus est comes Pictauiæ, qui postea anno dñi 1198. post Henricũ sextũ electus est in imperatorẽ. Guilielmus rexit vltra Albim fluuiũ Sclauos. Rutherus obijt in Apulia. Henricus itaqꝫ genitor horũ, postea læsæ maiestatis reus, à Friderico primo vtroqꝫ ducatu priuatus est, ducatum Bauariæ Othoni Pala-

Otho prim' Henricũ fratrẽ p̃ficit Bauariæ.

Guelfones Bauariam occupant.

tino de Vuitilispach cõtulit, qui Henricũ inde expulit: ducatũ vero Saxoniæ contulit Bernardo comiti de Anhalt, qui Henricũ vsq; ad ciuitatẽ Brunsuigam fugauit. Otho dux Bauariæ genuit filiũ Ludouicũ, qui credit arcem in Landshut ædificasse, in Ingelheim interfectus dicit. huic successit Otho dux Bauariæ, qui duxit in vxorẽ filiam Henrici vltimi comitis Palatini Rheni, de quo inuestitus à Friderico, Palatinatum primus in domũ Bauaroꝝ introduxit. Otho Bauariæ dux & comes Palatinus Rheni, duos habuit filios, Ludouicũ & Henricũ. Ludouicus factus est comes Palatinus Rheni, cui & Bauaria superior cũ Monachio cessit. Henricus vero Bauariam inferiorẽ cum Landshut obtinuit. hic Henricus reliquit tres filios, Othonẽ, Ludouicũ & Stephanũ. Otho iste aliquãtisper fuit rex Hungariæ, expulit eum tñ e regno Carolus regis Siciliæ filius. Otho iste genuit Henricũ iuniorẽ ducẽ Bauariæ, qui decessit sine sobole. Ludouicus similiter obijt sine prole. Stephanus reliquit duos filios, Henricũ & Othonẽ. Henricus reliquit Iohannẽ, qui obijt sine sobole. Hæc fuit progenies Hẽrici filij Othonis, primi comitis Palatini. Ludouicus vero eiusdẽ Othonis filius, habuit (vt quidã volunt) successiue tres vxores. Prima fuit filia ducis Brabantiæ, quam fert interfecisse in Vuerdea. secũda fuit ducissa Polonię, ex qua procreauit Ludouicũ ducẽ, qui à quodã comite de Hohenloe, hasta ludẽdo Norinbergæ est occisus. Tertia fuit filia Rudolphi regis Rom. ex qua procreauit duos filios, Rudolphũ qui postea factus est comes Palatinus Rheni, ex q̃ Rudolpho descenderũt postea comites Palatini. procreauit & Ludouicũ, q factus est postea imperator Rom. à q̃ descenderunt duces in Monachio & Landshut moderni, & sic Ludouicus Othonis filius, est stirps cõis progenitoꝝ Rudolphi comitis Palatini & Ludouici imperatoris, de q̃ ordine dicã. Est tñ verũ, ꝙ aliqui negãt Ludouicũ; à q̃ Rudolphus & Ludouicus imperator postea procreati sunt, habuisse primã vxorẽ de Brabãtia quã interfecerit, sed volũt aliũ quendã Ludouicũ eam habuisse, q̃d ego veritatis indagatoribus relinq̃, & venio primũ ad lineã Rudolphi, q̃ finita, expediã lineã Ludouici. Rudolphus dux & Palatinus Rheni, ex filia regis Adolphi de Nassau tres generauit filios, Rudolphũ qui sine virili prole decessit, Rupertum cognomẽto Rufum, ex q̃ etiã nemo superest. Adolphus tertius filius, comes Palatinꝰ est factus, q propter ignauiam fuit amotus, & Rupertꝰ Rufus vice sua suffectus. Post obitum vero Ruperti, successit in electoratu Rupertus Adolphi filius ex comitissa de Oetingen genitus. hic Rupertus ex filia regis Aragoniæ ac Siciliæ procrauit Rupertũ postea regẽ Romanoꝝ, qui Rupertus rex ex filia Burgrauij de Norinberg genuit filios, Rupertũ, Fridericũ, Ludouicũ, Stephanũ, Othonẽ & Iohannẽ. Rupertus & Fridericus decesserũt sine sobole, Iohãnes procreauit ex filia ducis Pomeraniæ Christophorũ, qui factus est rex Danomarchiæ, & morit sine prole. Ludouicus vero factus est Elector imperij, hic procreauit ex Cyprica regina Ludouicũ, Fridericũ & Rupertũ, & filias, vna Mechtilda dicta est. Ludouicus filius duxit Margaretã Amedei ducis Sabaudiæ filiã, ex qua genuit Philippũ comitẽ Palatinũ modernũ. sed anteq̃ adoleuisset, Fridericus patruus vice eius Electorem gessit. Philippus iste ex Margareta filia Ludouici ducis Bauariæ procreauit ad minus nouẽ filios, & filias q̃tuor. noĩa filioꝝ, Ludouicus, Rupertus, Philippus, Fridericus, Georgius, Hẽricus, Iohãnes, Volfgãgus & Otho Henricus. Fridericus patruus Philippi, reliquit Ludouicũ comitẽ de Leostain. Rupertꝰ factus fuit eps̃ Colonieñ. Mechtildis nupsit Ludouico comiti de Vuirtenberg & Montis Peligardi. Stephanus aũt Ruperti regis filius, procreauit plures filios. ex his Ludouicus Niger dictus & Fridericus reliquerũt liberos. Ludouicus duxit vxorẽ Croiã, ex ea genuit duos filios adhuc superstites, Casparẽ & Alexandrũ. Fridericus reliquit filiũ Iohannẽ, q duxit vnã de Nassau, ex q̃ reliquit filiũ. Otho dux etiam Ruperti regis filius, procreauit ex filia Henrici ducis Bauariæ Othonẽ ducẽ & fratres plures, q̃ꝝ vnus fuit Argentinæ epũs. Nunc redeo ad Ludouicũ imperatorẽ. Hic procreauit ex duabus vxoribus sex filios, Ludouicũ, Stephanũ, Albertũ, Guilielmum, Ludouicũ Romanũ, & Othonẽ. vltimi tres decesserũt sine sobole, Ludouicus vero factus est marchio Brandenburgi, q ex filia comitis de Tyrolis genuit Menhardũ, & is decessit sine prole. Ex Alberto Guilielmus comes Hollãdiæ fuit, ex alijs nemo superest. solus cõseruauit genus Stephanus. Ex ducissa nãq; Selãdiæ procreauit tres filios, Stephanũ, Fridericũ & Iohannẽ. ex his Stephanus dux in Ingoldstat, ex ducissa Mediolani generauit Ludouicũ, & filiã postea reginã Frãciæ. Ludouicus iste procreauit filiũ referentẽ nomen suũ, & erat gibberosus, q obijt sine virili sobole. Fridericus aũt secũdus Stephani filius, ex ducissa Mediolani genuit Henricũ cognomẽto Diuitẽ, qui Henricus ex sorore Alberti regis Romanoꝝ ducis Austriæ, genuit Ludouicũ & duas filias, Ludouicus ex ducissa Saxoniæ genuit Georgiũ ducẽ modernũ, & Margaretam vxo-

Frid. Aenobarbus Bauariæ statũ mutat.

Comites Palatini Rheni.

Rupertꝰ rex Romanoꝝ.

Philippus comes Palatinus.

vxorē Philippi comitis Palatini. Georgius ex regina Poloniæ filias solū genuit. filiarꝫ aūt Henrici pdicti vna nupsit Othoni duci de Mosbach, & generauit Othonē Bauariæ ducē, fratresq́ʒ suos. secūda Elizabeth nupsit Vdalrico comiti de Vuirtēberg, ex q̄ genuit Eberardū ducē de Vuirtēberg secundū, & Henricū comitē, q Henricus ex comitissa de Bitsch genuit Vdalricū modernū ducē, & ex comitissa de Salm secūda vxore Georgiū & filiā duci Brunsuigeñ. matrimonio iunctā, celebratis nuptijs prima die mēsis Ianuarij sine magno strepitu & apparatu in Vrach 1515. Iohānes qq́ʒ tertius filius Stephani ducis, procreauit Guilielmū & Ernestum ex comitissa Goriciæ. Guilielmus obijt sine prole, Ernestus dux de Monachio, ex ducissa Mediolani procreauit Albertū, q ex ducissa Brunsuigeñ. genuit Sigismundū, Volfgangū, Christophorꝫ, Albertū, Guilielmū, Iohannē. solus ex his Albertus ex filia Friderici imperatoris tertij, sorore Cæs. Maximiliani procreauit Guilielmū & Ludouicū, & filias q̄tuor, quarꝫ vna Sabina nupta memorato Vdalrico duci Vuirtēbergeñ. & nuptię anno 1511. secūda die Martij cū sequentibus magno apparatu celebratæ. Altera eodē anno Ludouico Palatino Rheni copulata. Tertia innupta manet adhuc iuuencula cū Sabina sorore ducis Vdalrici Vuirtēbergeñ. vxore. Quarta vero natu maior inter sorores, cū despōsata fuisset Ludouico comiti Palatino, ante celebratas nuptias vita functa est anno 1505. Alij aliter Bauarię gētis principes annotauerunt, referētes ꝙ anno dñi 508. gens Noricorꝫ & Bauarorū duce Teudone, Romanis eiectis, ad proprias sedes reuersi sint, & ꝙ exercitus Ro. apud Oetingē à Teudone *prosternatus fuerit. Obijt aūt Teudo dux primus Bauarorum, & succedit ei filius Vdo anno dñi 537. qui obijt anno dñi 565. illi successit Theodobaldus, q de Italia cēs Gotthos expulit. sed hoc certe nō quadrat. Anno dñi 567. Geribaldus cū suo filio ducatū occupat. Anno 580. Childebertus rex Frācorꝫ Tassillonē Bauariæ pfecit, Geribaldo & filio eius eiectis, q redeūt anno 598. Anno dñi 600. Antharis rex Lōgobardorꝫ Geribaldi regis filiā Teudelindā duxit vxorē. Anno 614. Tassilo secūdo regnat in Bauaria. obijt anno dñi 650. Anno dñi 651. Grimoaldus dux Bauarorꝫ cōstituit à regibus Frācorꝫ. Anno dñi 696. Teudo dux p regē Frācorꝫ Bauaris pficit, obijt anno dñi 718. succedūt Grimoaldus & *Theoaldus filij. Grimoald⁹ obijt ab hinc anno secūdo, cui Hugibertus in ducatu successit. Hugibertus obijt anno dñi 739. cui Odilo successit. Anno 741. Pipinus filius Caroli cū fratre Carolomāno, reges cū Odilone pugnauerūt & vincūt. natus est Tassillo anno 743. iterꝫ pugnauerūt cōtra Odilonē ad Lycū fluuiū. Anno dñi 748. Pipinus fratrē suū Gryphonē expulit de Bauaria quā occupauerat, & Tassilloni proprio sororio ducatū restituit, q Tassillo fidē Pipino dedit. Anno dñi 765. Odilo dux Bauariæ pater Tassilonis obijt, quē Pipinus p̄fecit. Tassillo anno 772. Carinthiā subijcit, & Romæ filius eius Teudo baptizatus est ab Adriano papa. Anno dñi 787. post *hominiū pstitū, detonsum & cæcatū Tassilonē Carolus detrusit in monasteriū cū filio Diotone, retinuitq́ʒ ducatū. Carolus deinde anno 811. Bernardū fecit regē Bauarorꝫ. Anno 815. Clotarius regnat in Bauaria. Anno 818. Bernardus rex post rebellionē à Ludouico excæcat. Anno dñi 839. imperator obijt, cui q̄tuor filij succedūt. Iterꝫ cessat regnū Bauarorꝫ p 67. annos. Ludouicus propter insultū Hungarorꝫ dux Bauariæ efficit. pfuit 7. annis, & successit illi Burckardus, q primo anno occidit. Anno 912. Cūradus rex fit, cui rebellat Arnoldus dux Bauariæ, & propterea in Hūgariā pellit. Anno 917. Burkardus dux Bauarorꝫ & Alemanorꝫ cōstituit. Anno 921. Arnoldus dux Bauariæ pacificat Henrico regi Ro. illi successit frater Bertoldus. Anno 948. Henricus frater Othonis Magni ducatum accepit. Anno 954. Luitoldus dux Othoni regi patri suo rebellat, Henricūq́ʒ ducē de Bauaria pellit. Anno 955. Hungari Bauariā vastāt, ducēte eos Othone Schirēsi comite. sed iuxta Augustā in die S. Laurētij, ab Othone rege victi sunt. Anno 956. Heroldus archiepus à duce Henrico Bauariæ, q expulsus erat, apud Muldorff excæcat. dux eo anno obijt. Henricus filius eius succedit. Anno 995. Hēricus dux Bauariæ, q & Hezilo, obijt, cui alter Hēricus filius eius succedit, & tertio anno morit, cui Hēricus alius filius Hezilonis succedit, & ecclesiā Bambergeñ. fundauit. hic Hēricus, Othone tertio mortuo, in regē Ro. eligit anno 1001. & Hēricus frater S. Kundegūdæ fit dux Bauariæ, cui obeūti Hēricus filius succedit anno 1026. Hērico anno 1049. à suis strāgulato, Otho succedit. Anno eodē Cono fit dux Bauariæ, quē Otho pdictus interfecit. Anno 1070. Otho dux Bauarię regi Henrico rebellis pellit, Guelfo à rege*, qui 50. anno sui ducatus obijt, & Hēricus frater eius successit, qui Henricus obijt anno 1127. & Hēricus filius successit. iste anno 1129. obijt, & Fridericus dux ei succedit, obijt anno 1147. & illi Hēricus Saxo succedit. Anno 1180. Hēricus dux Bauariæ 34. anno sui ducatus ab Imp. Friderico deijcit, Otho Palatinus Schirēsis substituit, q obijt anno 1183. Ludouicus filius succedit, qui 39. anno

Vdalricus Vuirtēbergeñ. dux.

sui ducatus à q̃dã cultro percussus apud Chelheim obijt,cui successit filius dux Otho. cætera vt supra. A mundi exordio quater millesimo DCCCC.LXVI.anno,salutis secũdo super millesimũ,Othone 3.mortuo,Germani electores cõcesso iuri p sanctionẽ Gregorij 5.& Othonis 3.primũ innitẽtes,Henricũ ducẽ Bauariæ,comitẽ Bambergeñ.Claudũ postea dictũ,Cæsarẽ declarãt,qui nõ per successionẽ,sed per electionẽ designatus Cæsar & Augustus,imperauit annis 22.vocatus Henricus secundus.ita ipse se Babenbergæ appellasse inuenit,licet Itali pro maiori parte eũ primũ appellẽt, nec in catalogo ponere velint Henricũ Aucupem,Magni Othonis patrẽ,qui tum à Germanis in Cæsarem fuit canonice sublimatus.& cõtra eos iudicio meo facit textus qui incipit,Constitutio,& est palea 63.dist.Cõstitutio,inquit,primi Henrici & primi Othonis cũ Romanis pontificibus &c.Henricus iste aduentũ suũ in Italiã per annos 12.ferẽ distulisse.Multa eñ cũ Gallis,plurima cũ Metensibus siue Mediomatricibus bella feliciter gessit.in regẽ aũt regni inungit à Vuillegiso Moguntino archiepõ.in bellis fortunatus fuit,Boemiã Bodislaũq; ducẽ cũ omni gente Sclauorũ imperio Ro. subiugauit.Est tñ verũ,vbi Boemiã & Sclauorũ gentẽ,quorũ magna pars adhuc infidelis erat,adire vellet,exercitũ suũ eucharistia sancta pmuniri curauit:in loco deinde certaminis vidisse fert,sanctos Laurentiũ & Georgiũ ac Adrianũ,pcedere exercitum cũ vexillo crucis,& angelũ Dei cæcitate percutientẽ aduersarios,sicq; sine sanguinis effusione deditione facta,de illis triũphauit. Anno dñi 1005.Syluestro papa mortuo,Iohãnes huius noĩs 18.pficit,& quinto mẽse morit. Eodẽ anno Iohãnes 19.patria Romanus pontificiũ iniens,fere ociosus sedit annos q̃tuor, menses quinq;.Henricus rex sexto regni sui anno episcopatũ Babenbergeñ.cõstituit,locũq; ipsum pdiorũ diuitijs & omni ornatus decore copiosissime ditauit,in meridiana q̃q; parte ciuitatis monasterium in honore S.Stephani protomartyris sub ordine canonico cõstruens, ex altera vero parte aquilonari aliud monasteriũ sub monachali regula in honore S. Michaelis & S.Benedicti abbatis cõstituens,sibi suæq; ciuitati supra petrã apostolicæ firmitatis fundatę,muroq; & propugnaculis meritorũ S.Georgij patroni,cæterorũq; sanctorũ munitæ ac exornatæ,cõtra incẽtiuos vitiorũ iactus turrim fortitudinis in Stephano,& cõtra aquilonem,vnde malũ omne pandet,refugiũ certum in angelico præparauit psidio. Regis aũt frater Bruno Augusteñ.epus,felicibus eius actibus inuidens,multas illi aduersitates propterea inferebat,cui rex nõ solum talionem non reddidit,verum etiã oĩa dissimulando,patienter illũ in bono vincere satagebat. Anno deinde salutis nřæ 1021.Eberardus primus ecclesiæ Bambergeñ.eps,ordinationis suæ anno 13.dedicauit ecclesiã S.Michaelis in monte.Henricus rex,cogentibus principibus,*Kunigũdẽ comitis Palatini Rheni Sigifridi filiã duxit vxorem.Chronica noua Norinbergæ impressa,describit genus regis ac reginæ.Regis genus incipit in Luitolpho duce Saxonũ,cuius filius natu maior,belligerãs cũ Danis,in mari*Baltheo perijt, Otho alter filius in ducatu successit,reliquit filiũ Henricũ,Humilẽ dictũ,& Babã filiã matrẽ Alberti comitis Bambergeñ.quẽ ob necẽ fratris sui Cũradi Ludouicus imperator decollauit.à Baba Babenberga dici fert.Henricus Humilis,aliàs Auceps,post Cunradũ regẽ,illius occisi Cunradi filiũ,eligit à principibus Germaniæ in regẽ Romanorũ.is duxit Mechtildã sanctæ conuersationis fœminã,ex qua genuit Othonem Magnũ & Henricũ ducẽ Bauariæ,Henricus dux Bauariæ genuit Henricũ,de quo sub Othone secũdo,qui postea genuit Henricũ hunc,& obijt Ratisponæ anno dñi 995.sepultus in cœnobio S.Emerammi,cum tali epigrammate:Henricus,Romani regis pater,& defensio legis,Bauariæ cultor pius,est hic dux Henricus sepultus.Habuit aũt Hẽricus rex fratrem episcopũ Augusteñ.Brunonem,& sororem dictã Giselam,quæ nupta Stephano regi Hungariæ, regnum ad Christi fidem cõuertit.habebat adhuc aliã sororem,vt refert Hermannus Contractus,etiam Giselam dictã,sed vt scribit Got.Viterbieñ.neptis illa erat Henrici regis,& primo nupta fuit Arnulpho duci Sueuorũ, cui peperit Ernestũ & Hermannũ filios.Mortuo Arnulpho,Gisela contraxit cũ Cunrado duce Francorũ contra voluntatem Henrici,quemadmodũ latius clarebit inferius.Verum quo pacto Henricus frater Magni Othonis,factus sit dux Bauariæ,ita scriptum inuenio.Deniq; Othone Magno regnante,mortuus est Arnoldus dux Bauariæ,& filij eius superbia elati,iussa regis cõtempserunt,recusantes ire in comitatum. Commotus rex,ducatum Arnoldi dedit fratri illius Bertoldo,quo defuncto,postea monitu & intercessione matris suæ,Otho præfecit fratrem *siue Henricum Bauaris. Erat aũt ipse Henricus copulatus matrimonio filiæ ducis Arnoldi fœminæ egregiæ, mirabilisq; prudẽtiæ,& sic Henricus ducatũ obtinuit.q̃d tamẽ Arnoldus filius pdicti Arnoldi ac fratres eius,ratum habere noluerunt,ex quo & Arnoldus paulo post in obsidione Ratisponæ fuit interfectus. De genere S.Kundegundis ita refert chro

Henricus 2. Imp.87.

Boemia sub iugata.

Ioh.18.pap.
Ioh.19.pap.

Bambergẽ. episcopatus fundatur.

Genus regium.

nica Norinbergeñ.Carolus,inquit,Magnus Ludouicum imperij successorem reliqt, Ludouicus aũt cognomento Pius,imperator,inter cæteros filios 3. habuit, Carolum regem Galliæ,alterũ Ludouicum regem Frãciæ, tertium Sigifridum Rheni comitem Palatinum,is Sigifridus ex vxore sua Machtilde 3. filios ac filiam vnicam genuit,tertius filius factus est Palatinus Rheni Henricus noïe, cui pater ꝓuinciam Boioariæ adiunxit.Illi Henrico filia à Deo data fuit Kundegundis, diuo Henrico imperatori ma trimonio iuncta.hæc,vt cum bona venia loquar,nõ bene q̃drant.nam Ludouicus Pi us secundum hanc supputationem fuisset proauus S.Kundegũdis. Sed Ludouicus Pi us mortuus est anno dñi 840. à quo tempore vsq; Henricum regem, coniugem ipsius Kundegundis transierunt 126.anni.Deinde non bene inuenitur Ludouicus Pius plures habuisse filios legitimos moriens,q̃ tres,qui sunt, Lotharius,Ludouicus & Carolus. Notum est autem ꝙ anno domini 1226. Otho Bauariæ dux,Palatinatus Rheni dignitatem primum in domum ducum Bauariæ introduxit. duxit enim Gertrudem filiam Henrici Palatini comitis, qui Henricus erat filius ducis Saxoniæ, & ex Agnete filia Cunradi comitis Palatini & ducis Sueuiæ sibi nupta, Gertrudem prædictam generauit,& Palatinatũ cum eadem obtinuit.hoc vult quod in palatio nouo arcis Heidelbergensis inuenitur scriptum:

Otho der erst Pfaltzgraff by Rhyn/
Hat Pfaltzgraff Heinrich tochterlyn/
Mit manhait er es erfacht/
Des rychs Churfurst beleib syn geschlecht.

Regnum Hungarorum originem habuisse sub Baruch nonnulli testantur, de quo dixi in volumine primo,generatione 17. reges vero quales habuerit, non est clarum, nisi ꝙ post multa secula anno domini 401.tunc Attila rex Hunnorum Pannonia potitus,in regem eligitur,ab Hunnisq; Hungaria dicitur.Attila vero defuncto,Hungariæ interregnum fuit,nec reges certos habuit vsque ad annum domini millesimum circa annos Henrici secundi.Hoc in tempore Stephanus Geichæ filius duxit vxorem Giselam,sororem Henrici ducis Noricorum,per quam gens Hungarorum ad fidem Christi conuersa est.noluit enim Henricus sororem tradere, quoad Stephanus baptisma suscepisset.Vnde Albertus Pragensis episcopus,tantæ sanctitatis tum habitus est,vt diuino spũ impellente, in Pannoniam descendens, regem Hungarorum baptizauerit, & omnes episcopos bene de Deo sentientes exemplo & vita instruxerit.erant enim ali qui Christiani in Hungaria.Stephanus itaq; primus rex Hungarorum intitulatus est, & pro vitæ puritate inter sanctos relatus, qui in adolescentia contra Cupam ducem potentem & fortem gessit bellum, & obtinuit. mortuo enim Geicha patre Stephani, Cupa voluit matrẽ ipsius per incestuosum sibi copulare coniugium,& S.Stephanum parabat occidere.Sed cõmisso prælio,Stephanus victoriã obtinuit,& Cupam interfecit.Post victoriam vero Stephanus votum suum persoluit. nam vniuersum populum in prouincia Cupæ, decimas frugum ac pecorum suorum cœnobio S.Martini dari perpetuo decreuit.coronam vero regalem adeptus, famosum bellũ gessit cõtra auunculum suum Giulam Vltrasyluanum principem,eoq; deuicto,ei⁹ vniuersum regnum monarchiæ Hungariæ adiunxit,ipsum vero cum vxore & filijs captiuum in Hungariam misit. Dicitur aũt regnum Hungariæ Erdelen. post hoc mouit exercitũ sup Kean ducem Bulgarorum & Sclauorum opulentissimum,quem etiam deuincẽs occidit,inæstimabilemq; thesaurum accepit.deinde venit in ciuitatẽ Budam vnà cum filio suo Emerico & regina, ibiq; de thesauro ducis Bulgarorum & Sclauorum ædificare cœpit monasterium in honore apostolorum Petri & Pauli, ad quod regina multa clenodia contulit.illud autem opus sanctus Ladislaus rex,pronepos Stephani,consummauit. Stephanus postea rex statuit Emericum filium suum consortem regni facere,sed ante sublatus est.Erat enim adolescens virtuosus, ita vt post mortem inter sanctos sit relatus.Deniq; cum sponsa vxore sua virgo existens,morte præuentus* ꝓpria, raptus de medio ne malitia mutaret intellectum eius,miraculis clarus,sanctus ab omnibus extimatus est.Stephanus itaq; rex cum morti appropinquaret, nec consanguineos idoneos pro regni gubernatione haberet,ne Hungari à fide declinarent, Budam filium Egeuth misit ad Vazul,quem ꝓ lasciuia incluserat, vt eum de carcere educeret, & regẽ cõstitueret. Sed vt scribit magister Ioh.de Turach,regina hoc intellecto,effodi fecit oculos Vazul filio ipsius Budæ,quem postea rex videns,cum non auderet vindicare,conuocauit filios Ladislai patrui sui,Andream,Belam & Leuentã, cõsuluit eis vt fugerẽt,illi igit̃ fugiũt in Boemiã. Anno dñi 1037.S.Stephan⁹ sanctitate & gratia

Hungariæ regnum.

S. Stephan⁹ Hungariæ rex.

plenus, graui morbo ex morte filij sui Emerici, vt credit, exacerbatus, 37. sui regni anno moritur, & in basilica Albensi B. Marię virginis, quam ipse cõstruxerat, regio more sepelitur. Primus rex Hungarorum fuit S. Stephanus. Secundus rex Petrus filius Guilielmi fratris Sigismundi regis Burgundionum, duxit em̃ in vxorem sororem regis Stephani, de q̃ genuit Petrũ regem, cooperata fuit in hoc Gisila regina. Tertius rex Aba sororius regis Stephani, q cum Petro cõtendebat q̃diu regnauit, sed ꝑlio victus, ab Hungaris iugulatur, & Petrus Henrico imperatore curante, in regnum restituitur. Quartus rex Andreas, q victo Petro & excæcato, coronatus est. Quintus rex Salomon filius Andreæ. Sextus rex Bela Salomonem impediuit. Septimus rex Gaisa filius Belæ. Octauus Ladislaus frater Gaisæ filij Belæ. Nonus rex Colomanus filius Gaisæ. Decimus Stephanus 2. filius Colomani. Vndecimus Bela 2.

Catalogus regum Hungarorum.

Duodecimus Gaisa 2. filius regis Belæ Cæci. Tertiusdecimus Stephanus 3. vsurpauit tunc regnum dux Ladislaus, vsurpat & coronam Stephanus 4. filius Belæ Cæci, nec tñ obtinuit. Quartusdecimus rex Bela 3. frater Stephani 3. Quintusdecimus Emericus filius Belæ 3. Sextusdecimus Ladislaus 3. fili⁹ regis Emerici. Decimusseptimus Andreas 2. pater S. Elizabeth. Decimusoctauus Bela 4. filius Andreæ.

Decimusnonus rex Stephanus 5. Belæ filius. Vigesimus Ladislaus filius Stephani. Vigesimusprimus Andreas 3. nepos Andreæ 2. Vigesimosecundo loco concurrunt cum Andrea Carolus, Vuenceslaus, & Otho dux Bauariæ. Carolus obtinuit regnũ. Vigesimustertius rex Ludouicus Caroli filius. Vigesimusquartus Carolus cognomine Paruus: concurrit cum illo Sigismũdus imperator, qui tãdem regnum obtinuit. Vigesimusquintus rex Albertus, qui duxit Elizabeth filiam Sigismundi.

Vigesimussext⁹ Ladislaus, in cuius ęmulationem q̃a puer erat, Vladislaus regis Poloniæ filius regnum vsurpat, in bello Turcaꝝ perijt. Vigesimusseptimus Matthias Huniadis coronatus est anno dñi 1464. Friderico 3. cõsentiente. Anno 1010. Sergius 4. patria Romanus eligitur, vir sanctissimæ vitæ ante pontificatũ, & post sedit annis 2. Vuillegisus archiepũs Moguntinus, q Henricũ consecrauit, humilem ortum habuit. pater em̃ ipsius currifex fuit, ideo Vuillegisus in thalamo* exarato literis grossis scribi iussit, cuius ipse clauẽ sub diligẽti custodia seruãs, introire solus cõsueuit. ea q̃ scripta erãt, legit, in hũc modũ: Vuillegise, recole vnde veneris. hic appendit & rotas in pariete, vt statũ suæ paupertatis agnosceret. inde & rotæ in vexillo ecclesiæ Moguntinæ sunt depictæ. Anno dñi 1011. Hermãnus dux Sueuiæ, secũdus eius nõis, ex Gerburga filia Cunradi regis Arelateñ. siue Burgundiæ, genuit filiũ Hermannũ, ex q̃ Ernestus, q ex Gisila genuit Ernestũ & Hermannũ. Mortuus est Sergius papa anno 1013. & Bñdictus 8. Tusculano patre natus, successit, seditq; annis xi. mẽse vno. Hẽricus 2. tum primũ Romã venit, & accepta imperij corona, à Bñdicto imperator Augustus est appellatus. q prima expeditiõe sicut pia, ita felici in Capuã ducẽs, Saracenos inde expulit. Subagonũ aũt ducẽ imperatoris Cõstantinopolitani, q̃a fauebat Mauris seu Saracenis, bello acerrimo est ꝓsecutus. Dux ille in Apuliæ finibus ædificauit Troiã vrbẽ, vbi q̃ndã castra Hãnibalis fuerũt. eius aũt cõdẽdæ vrbis ratio fuit, ꝙ habitatorib⁹ Græcis tanq̃ in coloniã ductã eo missis, Apuliæ Calabriæq; in fide cõtinẽdis, & Romanorũ finibus infestandis videret maxime opportuna. Quod cũ Hẽricus intellexisset, nouę vrbi castra admouit, stabat in obsidiõe mẽsibus 4. & machinæ oĩs gñis admotæ. æstatis aũt aduẽtu ob intolerabilia caumata Hẽricus deditionẽ ab oppidanis acceptãs oblatã, cũ datis obsidibus Romã est reuersus. Ferť de Henrico hoc, ꝙ semꝑ primã noctẽ, ingrediẽs vrbẽ, solitus fuerit in ecclesia S. Mariæ Maioris manere. cõtigit aũt semel, ꝙ dũ solitarius oraret, visus sit sibi Chr̃s põtificalib⁹ indutus ꝓcedere Missam celebraturus. quẽ sequebať S. Laurẽtius, & loco subdiaconi Vincẽtius, post hos virgo Dei genitrix cũ multitudine virginũ & angeloꝝ, dehinc Ioh. Bap. cũ patriarchis & ꝓphetis. post hos Petrus & Iohã. cũ cæteris ap̃lis & euãg. S. Stephanus cũ martyribus. S. Martinus cũ cõfessoribus, angeli inceperũt introitũ, Suscepimus Deus misericordiã, & dũ cãtaret, Dextra tua plena est iustitia, oẽs Chr̃m & beatã virginẽ imitãtes, extẽderũt digitos in Henricũ. post euãgeliũ inedicibili iubilo angel⁹ librũ deosculatũ à Chr̃o, ꝓsentauit B. Mariæ, & post eã oĩbus ꝑ ordinẽ deosculandũ. demũ innuit beata virgo angelo, vt porrigeret librũ etiã Hẽrico ad osculandũ, dicẽs: ꝑbe ei pacis osculũ, cuius mihi virginitas placet. & cum p̃ nimio gaudio raptus, nesciret ad plenũ intendere, angelus *spm̃ in neruo tangẽs, dicit: Hoc tibi erit signũ dilectionis Dei ꝓpter tuam castitatem & iustitiã. & exinde vsq; ad mortẽ claudicabat, ex q̃ euẽtu vocatus est Henricus Claudus. Henricus 2. aliq̃n infirmitate calculi laborabat, cui ꝑnoctanti in mõte Cassino ante altare S. Benedicti & multum dolenti, S. Benedictus apparens, calculum ferro excidit,

Sergius 4. papa.

Vuillegisus archiepũs Moguntiñ.

Bñdictus 8. papa.

Henricus 2. Saracenos Capua expulit.

*ipsum

dit, eumq́ꝫ in manu impatoris posuit, & vulnus sanauit. calculus ille adhuc fertur suspensus in q̃dam ecclesia. Imperante Henrico, accidit miranda res in Saxonia & in diœcesi Magdenburgeñ. vbi erat ecclesia S. Magni, q̃dam sacerdos, vt refert Vinceñ. et Ioh. de Colum. dum Missam celebraret in vigilia natiuitatis dñi, 18. viri simul cum 15. mulieribus in cœmiterio ecclesiæ choreas duxerũt, ac sacerdotem cantantẽ impediebant. iussit sacerdos vt qescerent aut abirent, sed ipsi sacerdotem deriserunt. ille amaricatus, imprecando dixit: Placeat Deo & S. Magno, vt ita cantãtes pmaneãt vsq; ad annum. & ita factum est, vt toto anno sine intermissione cantãtes chorizarent. mirabile dictu, toto illo anno nec ros nec pluuia super eos cecidit, sed nec lassitudo nec fames illos affecit, nec vestimenta nec calceamenta sunt attrita. Anno aũt reuoluto, Herebertus epũs Coloñ. ad locum veniẽs, à nodo q̃ sacerdos illos ligauerat, absoluit, atq; ante altare ecclesiæ reconciliauit. Hunc epm̃ Hẽricus iniuste iniurijs affectum à se expulit. sed cum natale dñi apud Coloniam celebraret, humili satisfactione placauit. Inter chorizantes filia sacerdotis cuiusdam cum duabus alijs continuo mortua est, cæteri continuis tribus noctibus, pximis dormierũt. aliq pœnã suam tremore membroꝝ pdidere. hoc scriptum reliquit Hubertus, q fuit vnus ex eis. aliq ita cõpuncti, ꝙ inter sanctos reputati sunt. Saracenis Italia pulsis, nouam pestem oriens sensit. Hierosolyma circiter annum dñi 1012. capta est à Turcis, q̃rum ea fuit non summa impietas, vt à dñici sepulchri & ecclesiaꝝ montis Sion & Bethleem violatione sibi tẽperarẽt. Accidisse ferunt hanc Christianis cladem intestinis Saracenoꝝ, Aegyptioꝝ & Turcarum bellis. Nam Turcæ cum Constantini 5. tẽporibus, seu (vt volunt alij) aliquanto prius e Scythiæ finibus egressi, Persidis partem occupassent nõ inuitis Saracenis, ꝙ tributum eis penderet, & Mahumeti secta cõmuniter iam acciperet, paulatim ita gens barbara animis ferocitateq́ꝫ, quam genuinã habent, & multitudine creuit, vt Saraceni, q̃rum auxilia nup in sua potestate habebant, sese illis paulo post subdere non repugnauerint. Colluuiem eam supra ex Scythis aut Caspijs montibus, p multoꝝ sententia *diximus. nomen nisi apud Pomponiũ Melam & Plinium, apud veteres vix legi. sane in 6. Plinij, cap. 7. Turcæ (sic em̃ verior est lectio) Tanais accolæ scribunt. Habebant hactenus Aegyptij sanctam Hierosolymoꝝ regionẽ, sed occupata à Turcis Perside, acceptisq́ꝫ in fidem Saracenis seu Agarenis, vt à nobis appellant, Aegyptij q̃q; se dedere. Fuit hoc tẽpore Caliphas Aegypti p̃ses, quẽ cum maxima Christianoꝝ strage circiter annum dñi 1018. templũ dñicæ resurrectionis diripuisse scribunt, id q̃d Cõstantini Magni mãdato ædificatum est, q̃d Modestus p̃sul Hierosolymitanus restituit ex Heraclij Cæsaris mandato, & post Caliphæ tempora dirutum, à Christianis (vt dicetur) reparatum est. Atq; his q̃dem incremẽtis Turcaꝝ in Asia res inualuere, q̃rum Sultanus Christianam remp. multos iam annos grauiter p̃ssit. In hac gñatione Vdo archiepũs Magdenburgeñ. fata mala psoluit. is in eadem vrbe aliq̃n scholasticus obtusi ingenij ac indocilis, implorauit auxilium reginæ cœli, vt aliquid discere posset, q̃ ei pollicebatur & sapientiam & episcopatum. Cum itaq; doctus euasisset, in epm̃ eligitur: sed ppriæ salutis & gratiæ factæ immemor, voluptati indulgẽs, bona ecclesiæ neglexit. ita tandẽ oĩbus odio habitus est. Inde in Valle Lilioꝝ abbatissam ad libitũ habuit. nocte q̃dam cum apud eam dormiret, vox intonuit: Vdo, cessa de ludo. sed ille in delicijs pseuerãs, non curauit vitam emendare. Tandem Fridericus eiusdẽ ecclesiæ canonicus, nocte in choro S. Mauricij videbat turbam sanctorum Vdonem capitis pœna damnare, quem vt sic damnatum, pugil decollauit: de latere enim abbatissæ adductus fuit, & à B. Maria virgine coram filio suo accusatus, damnatus & decollatus. ac sic illo vidente, infelici fato pijt. huius horrendi prodigij memoria, cruor Vdonis in marmore candido ad terrorem aliorum ostenditur. Henricus imperator multa bona ecclesijs fecit. aliq̃n venit Argentinam, & cum vidisset ibidem honestam fratrum conuersationem maioris ecclesiæ, petebat regulam ipsorum sibi dari: & quia intellexit se non posse diutius ibidem rebus vacare, q̃d potuit fecit. p̃bendam in eadem ecclesia instituit p sacerdote, q loco regis diuinis interesset, q̃ p̃benda hodie regalis dicit, ecclesiam q̃q; Basileeñ. ipse restaurauit. Per hæc tpa erat in Sueuia, psapia nobilis, Guelfonum dicta, genus ducens (vt ferunt) à Troianis. de his inueniuntur monumẽta in monasterijs ad Vineas, id est, Vuingarten & Altdorff, vbi habẽt sepulturas. venisse eos in hanc puinciam aiũt cum reliquijs Troianoꝝ à Sicambria. Et post multa secula sub Carolo Magno, quendam ex maioribus huius gñis duxisse ferunt vxorẽ, senatoris Romani filiam, ex q̃ genuit filium, quem Catilinam vocabant, ab auo materno eiusdem noĩs, q̃d iuxta linguã Teutonicã Guelf dicitur. inde Guelfo appellatus est. hic Guelfo postq̃ adoleuit, vxorem duxit, ex q̃ genuit filiũ Ethiconẽ & filiã Iudithã noĩe, quã Iudithã duxit Ludoui-

cus

Horrenda choreæ pœna.

Hierosoly. à Turcis capta.

Turcarum auctæ vires.

Caliphas.

Vdo Magdenburg. epũs.

Rex chori Argent.

Guelfonũ Sueuię familia.

Guelfo I.

cus Pius vxorem, q erat Caroli Magni filius, defuncta vxore Irmegarda, & ex eo pcre atus est Carolus cognomento Caluus. Ethico vero filius Guelfonis, genuit filiũ Henricum, q vxorem duxit de Hohenvuart in Boioaria, Beatã noĩe, ex q̃ tres filios pgenuit, Cunradũ & S. Ethiconem & Rudulphũ. Henricus iste Altdorfeñ. monasteriũ fundauit, Cunradus cœlibẽ vitam elegit, frater eius Ethico vxorẽ non duxit, sed Rudolph⁹ accepit vxorem Itam, filiam Cunonis nobilissimi comitis de Oeningẽ, ex q̃ 2. generauit filios, Henricum & Guelfonem 2. Henricus adolescẽs in vetusta valle saxo pcussus, in venatiõe interijt. Guelfo vero, patre defuncto, & in Altdorfensi cœnobio humato, vxorem duxit Imizam, sororem Henrici ducis Noricoꝝ, & Friderici ducis Lotharingiæ, & Adeberonis epi Meteñ. Iste Guelfo cum Brunone epo Augustensi aliqñ rebellabat imperatori. genuit aũt filiam Cunizam dictam, hanc desponsauit Azoni marchioni Estensi, secundum alios Italiæ. hic Azon ex ea Guelfonem totius terræ futuꝝ hæredem genuit. Guelfo filius acquisiuit ducatum Carinthiorum & marchiã Veronensem tempore Henrici 3. hic fertur fundasse monasterium Vuingarten antiquum. correptus aũt infirmitate iuuenis adhuc in castro Potamio, & videns sibi imminere mortem, qa hæredem ex se non habuit, omne patrimonium suum ad cœnobium Altdorfense dari cõmisit. Et cum ex placito hi qbus iniunctũ fuerat, donationẽ pficere vellent, mater eius sciens se hæredem habere ex filia Azonis vxore, hoc fieri phibuit: mittensq; legatos in Italiam, Guelfonem filium Azonis vocauit, & in possessionẽ bonoꝝ misit. & sic ex Azone & vxore sua iam dicta, reliq posteritas Guelfonũ descendit. Circa hæc tempora anno dñi 1061. Agnes imperatrix, mater Hẽrici 4. imperatoris, ducatum Bauariæ, quem aliquandiu tenuerat, nobilissimo viro Othoni de Saxonia concessit, videns eum industriũ & iuuandis regni negocijs satis opportunũ. huius Othonis filiam Guelfo filius Azonis duxit vxorẽ, vt inuenit clare scriptũ apud monasteriũ Hersueldeñ. postea vero Otho dux Boioarioꝝ ab æmulis læsæ maiestatis defertur, & cum iam Henricus 4. multis esset inuisus, incepit (vt aliq scribũt) formidare Othonẽ. eum, qꝛ p duellum se purgare noluit, p sententiã ducatu priuauit anno dñi 1071. Eundemq; ducatum Guelfoni genero ipsius cõcessit. Refert scriptor Hersueldẽsis, q̃diu res tranqllæ erãt, causam soceri Guelfo armis & cõsilijs tuebat, at vbi animaduertit datã in eum sententiã, leges oẽs abrupit. Et primo in tam trepidis rebus petẽti auxiliũ denegauit, dein filiã eius à cõplexibus suis & thori consortio segregauit, postremo ad ipsum eius ducatũ occupandũ oẽm opam impendit, & filiã socero remisit, tãdemq; post multas strages ducatũ obtinuit, & ad filios suos transmisit. duxit eñ, vt in monasterio Vuingartẽ scriptũ inuenit, reginã Angliæ viduã, filiã Balduini comitis Flãdriæ Iudithã, ex q̃ duos filios genuit Guelfonẽ & Henricum. Guelfo duxit Mechtildim ditissimi Italici marchionis Bonifacij filiam in vxorem, quam tñ postea interueniente diuortio repudiauit, & sic sine sobole obijt, ducatusq; Bauariæ vnà cum alijs bonis suis ad Henricũ fratrem suum puenit. Henricus iste adhuc viuente patre, vxorem duxit filiam Maionis, aliàs Magni, ducis Saxoniæ, noĩe Guelfildem, ex eaq; genuit Cunradũ, Henricum & Guelfonem, & 4. filias, Iuditham, Sophiam, Matildim & Guelfildem. Iuditha nupsit Friderico Sueuoꝝ duci, q̃ Fridericum primũ huius noĩs imperatorẽ, cognomento Barbarossam, genuit. Cunradus cœlibem vitam elegit. Hẽricus 4. defuncto patre, ducatum adeptus est, & gñalem conuentũ Ratisponæ oĩbus indixit, ibi multa bene et prudenter ordinauit. duxit aũt vxorem Gertrudem Lotharij imperatoris filiam. Hic Henricus cognomento Superbus dictus, cuius frater Guelfo, duxit vxorem Gotfridi ditissimi palatini de Tubingen & comitis de Calu, V tã noĩe. ita fert scriptor de Vuingarten, sed apud monasteriũ Hirsaugieñ. vbi sepultura comitum de Calu habet, Vta inuenitur fuisse soror Gotfridi. hæc Vta filiam habuit ex q̃dam duce Vtam dictam, q̃ Guelfoni nupsit, & ex eo Guelfonem iuniorem pcreauit. Mortuo Lothario imperatore socero Henrici, ducatus Saxoniæ ei in parte cessit. deinde idem Henricus cum fratre Guelfone se Cunrado Sueuoꝝ duci in imperatorẽ electo opposuit, q tandẽ p rebelliõe p sententiã vtroq; ducatu priuatus est, & cum hoc pscriptus. ad hæc rex ducatum Saxoniæ Alberto marchioni consobrino eiusdem ducis, Noricũ vero Leopoldo marchioni orientali fratri suo ex parte matris, tradidit. Henricus Saxoniam ingressus, sese contra marchionem armauit. Guelfo frater eius Leopoldo marchioni orientali bella mouit, q̃ durauerunt vsq; ad mortem Cunradi. deinde Fridericus primus p concordiam Henrico filio Henrici Superbi iam defuncti, vtrunq; ducatum restituit. Marchiam orientalem in ducatum erexit, & illi ex ducatu Noricoꝝ aliquid adiecit. Ipsi vero Guelfoni marchiam Tusciæ, ducatum Spoleti, principatum Sardiniæ, relicta Matildis in beneficiũ tradidit. Hic Guelfo ex Vta genuit filium referentẽ nomẽ suum, q postea anno

Guelfo 2.
Guelfo 3.
Bauaria Saxoni Othoni cõmẽdat
Guelfo. 4.
Guelfo 5.
Guelfo 6.
Guelfo 7.

anno dñi 1165. octauo Idus Septembris oppidum Tubingen obsedit, habẽs in exercitu secum epõs 3. Augusteñ. Spireñ. & Vormatieñ. Bertoldum ducem de Zeringen, Bertoldum marchionem de *Vohenburg, Hermannum de Baden marchionem, & multos comites. hi oẽs p Hugonẽ Palatinum adiutorio Friderici ducis Sueuorum de Rotẽburg & comitum Zolrensium, ignominiose fugati sunt, multi occisi, 900. capti, reliqui qui poterant euasere. postea tamen Hugo Palatinus iussu imperatoris in deditionẽ Guelfoni se tradidit. Deniq; Guelfone iuniore in peste mortuo, senior bona sua Friderico imperatori cõtradidit. q̃ Guelfone defuncto, cessauit linea gñis & principatus simul expirauit, memoria tñ eorũ in multis ecclesiis ac monasterijs ab ipsis fundatis ac dotatis clara vsq; in hodiernũ diẽ pmãsit, & Deo auxiliãte iugiter pmanebit. Iste vltimus Guelfo anno dñi 1181. tradidit cœnobio Vuingartẽsi duas curias, Berg & Vuilare, cum oĩbus suis attinentijs Idibus Augusti, regnante Friderico imperatore primo. — Obsidio Tübingæ.

GENERATIO XXXV.

Anno dñi 1020. incepit 35. gñatio, erat annus Henrici 20. & Benedicti 7. q Benedictus venit Babenbergam, & ad petitionem S. Kundegundis imperatricis, ecclesiam S. Stephani protomartyris dedicauit. fertur'q; in itinere dedicasse ecclesiam S. Petri iunioris in Argentina. Per hæc tẽpora luna in sanguinem versa, facula ardens instar turris cum fragore de cœlo cecidit: mare littus egressum, plures vrbes submersit. secuta est fames valida toto ferme orbe terrarum, pauloq; post in Italia tanta peste laboratum est, vt plures mortui dicantur, q̃ superstites manserint. quam calamitatem fons in Lotharingia saluberrimæ aquæ, in sanguinem tum versus, indicasse credebatur. Licet Henricus & Kundegundis consors in virginitate voluntaria pmanserint, instigante tñ diabolo grandis interuenit perturbatio. Nam Henricus Kundegundem cum quodam milite suspectã habere cœpit, sed beata virgo se expurgans, sup candentes vomeres nudis pedibus incessit p 15. passus, dicẽs: O Deus, sicut me non solum ab Henrico, sed etiam ab oĩbus viris intactam nouisti, ita me adiuua. ad q̃ audita est vox: Nihil dubita o virgo, te liberabit virgo Maria. & sic illæsa pertransiit. vixit vsq; ad annum 1039. post mortem multis claruit miraculis. Anno vero dñi 1024. videns se morti proximum Henricus, vocatis principibus, eorum consensu Cunradum regali stirpe natum, regni pariter & imperij designauit successorem, libertatis maxime studiosum, quum & Henrico q̃ndam fuerit aduersatus ex eo, q se inuito, Giselã neptem suam, relictam Ernesti q̃ndam ducis Sueuiæ, duxisset vxorem. deinde obijt, magno de se relicto apud suos desiderio, tertio Idus Iulij, & sepultus est in monasterio S. Petri apl̃i Babenbergæ, vbi coruscauit multis miraculis. Benedictus 8. mortuo Henrico, q̃ defensore in rebus oĩbus vtebatur, pellitur loco, alio illi per seditionem pontifice suffecto. sed paulo post inita cum inimicis suis concordia, pulso adulterino pontifice, in vrbem cum dignitate redijt, & xi. sui pontificatus anno obijt, in basilica B. Petri sepelitur. De Benedicto scribitur, q post mortem suam cuidam episcopo apparuerit, equo nigro vectus, dicens: Ego sum Benedictus papa paup & dolens, vade quæso ad successorem meum, & dic ei q in tali theca pecuniam accipiat, quam ego eleemosynarum noĩe congregaui, & q eam pauperibus distribuat. Episcopus territus, hæc oĩa pegisse fertur, & cum pecunia ita vt Bñdictus indicauit, reperta sit, idem epũs statim se epatu abdicãs, monachus factus est. Hæc ille. Anno dñi 1025. scd̃m alios 1027. vacauit eñ imperium biennio, Cunradus 2. origine Sueuus, siue vt cæteri volunt, natione Francus, & ex matre ex primis Francorũ regibus, consilio Henrici Claudi ab electoribus in Germania Cæsar eligitur, q in Henrici imperatoris militia ordines duxerat, à *Pilegrino Coloñ. archiepõ Aquisgrani coronatus, annis regnauit 15. Refert tñ Got. Viterbieñ. q dux qdam Cuno Bauarus inter principes summus, imperiũ ambiebat, q̃ factum est, q dissidentib9 principibus, electio p biennium prorogata fuerit. fertur'q; Cuno Bauarus, interrogatus à principibus quis sibi imperio aptior videretur, respondisse ironice, Nepos meus dux Cunradus: quo audito, vniuersi Cunradum eligunt, inuito postea ac contradicente Cunone. Cunradus iste ab Italicis scriptoribus dicitur fuisse genere Sueuus, vt tradit Blondus, quem sequitur Aeneas Syluius, alij volunt eum Francum fuisse, eius proauum affirmantes Cunradum Vormatieñ. ducem, qui in pugna cum Hungaris sub Othone Magno habita, apud Augustam gloriose succubuit. habuit aũt Cunradus matrem, de genere antiquissimo Clodiorum descendentem, q̃rum superiores de Vuaiblingen orti dicebantur. Cunradus duxit neptem Henrici, Giselam noĩe, de antiquo Carolorum sanguine oriundam. hæc primum Ernesto duci Sueuorum nupta fuit, cui peperit 2. filios Ernestum & Hermannũ. Illo mortuo, Cunradus eam duxit, ac Hẽricum huius noĩs tertium ex ea genuit, de q̃ sunt versus 2.

Marginalia: Kundegũdis virgo. — Hẽrici 2. interitus. — Bñdicti 8. interitus. — Cunradus 2. Imp. 88. — Gisela Cũradi Imp. vxor.

Quan

Quando post decimam numeratur linea quarta,
De Carolo Magno processit Gisela prudens.

vt sit Cunradus,14.à Carolo cum Gisela vxore sua. Versatũ ferunt Cunradum impe-
Limpurg.
torem in castro Limpug, q̃d est medium inter Nemetes & Vangiones,q̃d cõsentien
te vxore sua Gisela in monasterium fecit,nomen hodie referens, licet anno dñi 1504.
comes de Lyningen illud igne à fundamentis extinxerit.Nam idem Cunradus impe
rator vno & eodem die trium ecclesiarũ fundamẽta iecit, hoc est, maioris ecclesiæ,&
S.Guidonis Spiræ,necnon in p̃fato castro suo Limpurg lapides primos ponendo:sed
q̃m morte p̃uentus,q̃d inceperat, cõsummare non potuit, filio suo Henrico pficiendũ
cõmisit.Siquidẽ extant adhuc reliq̃æ siue ruinæ,monasterij nomẽ referentes: sed nup
vt diximus,anno dñi 1504.p Emichonem comitem de Lyningen, cuius aui, proaui,
ataui,parentũq; sepultura inibi solẽnis habebat̃,incineratum.monachi dispersi,locus
desolatus,diuinus cultus extinctus,regularis vita q̃ inibi strenue floruerat,penitus de-
Ioh.20.pa.
leta. Anno 1025.Iohãnes 20.patria Romanus,papa lectus est.sunt q Portuẽsem pu-
tent ep̃m fuisse,cum alij nullis sacris initiatum arbitrent̃,sedit annos circiter xi.vel ali
q̃nto pauciores.In huius tẽpora Michaelem Catalaicum Imp.Constantinopolitanũ
referunt,sed ita incerta tradunt̃ de Imp.Græcis oĩa,vt mihi q̃q; p̃tereundi videant̃,q̃-
rum ignauia totus oriens à fide & pietate Romana desciuit. Sublimatus aũt in re-
gno Cunradus,consilio Brunonis ep̃i Augusteñ.fratris Hẽrici defuncti, Babẽbergeñ.
episcopatũ meditabatur destruere,q̃a idem Bruno p̃misit reginæ Giselæ oĩa p̃dia here
ditario iure ad se p̃tinentia,filio eius Henrico concedere.Nocte aũt q̃ diem p̃cesserat,
in q̃ vẽtilanda hæc in cõuentu ad hoc indicto erant,Eberardus primus ep̃s Bamber-
Brunonis epi August. conatus frustrati miraculo.
geñ.nup defunctus,ad tentoriũ dicti Brunonis accessit:& lecto eius assidẽs,multa sup
hac re monendo obsecrandoq; p̃egit. Qui vbi iam multa nocte trãsacta recesserat,&
ep̃m Brunõem somnus oppresserat,visus est ei frater suus Hẽricus imperator lecto ad
stare,faciemq; suam,barba ex vna parte depilata turbatam,obiectare, cui sup hac re
stupenti & admiranti,ac q̃s tam temerarius in eum fuisset interrogãti,Tu,inquit Hen
ricus,hoc fecisti,q me & sanctos Dei,q̃s rebus à Deo mihi datis dotaui, spoliare dispo
suisti:caue iam vlterius sup hac temeritate,ne dignas luas infelicissime pœnas.Ad hæc
ille expergefactus,exterritus,& tremore ac horrore non mediocriter attactus, mane
ad conuentũ non venit.at regina p̃ filio solicita,interpellari eum fecit: cui ille affirma
uit,se in tm̃ infirmari,vt nec de lecto pedem posset mouere.proclamauit aũt se in De-
um,in sanctos,& fratrem suum peccasse libera voce.hoc intellecto, rex & regina diui
na pietate moti, æq̃ animo desistentes, nil innouare voluerunt. In principio regni
Cunradi,dux Poloniæ Boleslaus,cuius regnum Henricus imperator Ro.imperio tri
butarium fecit,absq; Cunradi req̃sitione nomen sibi regiũ imposuit. erat sane vir stre
Misico Poloniæ dux rebellis.
nuus & potens,morte aũt p̃uentus,Misiconem filium reliquit, q mox defuncto patre,
fratrem suum Othonem acquiescere rebellioni nolentem,à patria expulit,q ad Cun-
radum regem confugit.Iratus Cunradus,p̃misso Othone cum magno Teutonicorũ
exercitu,statim ipse maximo robore militum secutus est,ac oĩa intra Poloniam armis
miscebat.Misico videns se nulla ratiõe posse resistere,relicta Polonia,ad Vualdricum
ducem Bohemiæ hostem imperij confugit.Vualdricus vero credens imperatoris gra
tiam,quam amiserat,recuperare,Polonorũ ducem,quem exulem & supplicem susce-
perat,tradere Cunrado statuit,atq; hoc illi p secretum nuncium intimauit.sed impe-
rator vir magnanimus,illius detestatus p̃fidiam,oblationem p̃ditoriam cõtempsit,&
Misiconem alibi salutem q̃rere,q̃ in Bohemia,admonuit. q imperatoris miratus bo-
nitatem,clam relicta Bohemia,ad p̃pria remeauit,atq; abiectis regni insignibus q̃ pa-
ter assumpserat,modico comitatu cõtentus,ad imperatorẽ Cunradum vltro accessit,
atq; eius voluntati se subijciens,coronã humiliter imperatori resignauit,ac ab eo tem
pore Polonia Ro.imperio,prius ab Henrico tributaria facta,p̃mansit. Cunradus rex
secundo regni sui anno filium suum adolescentem Henricũ,regem designauit:paca-
toq; regno,in Italiam ad suscipiendã coronam ingreditur,magna comitatus poten-
Cunradus coronatus.
tia.veniens Romã,honorifice suscipit̃,& in die paschali inter duos reges,p̃cedẽs,Cun-
tonem Anglorũ,& Rudolphũ Burgundionũ,auunculũ Giselæ reginæ,à Iohãne põti-
fice 20.est coronatus,imperijq; dignitatẽ adeptus.eadem vero hebdomada rixa inter
Romanos & Teutonicos oritur,vbi fugatis Romanis,multisq; cæsis,imperator*triũ-
phatur.Cæterũ Cunradus imperator q̃ fuerit pietate,q̃ magnificentia,q̃ pacis studio,q̃
in p̃fidos reip.hostes indignatiõe,vel eius in primis cõstitutiones declarant, q̃rum ho
die magna pars in publicis decretis visitur. q̃re ego, ne tm̃ pietatis exemplũ p̃eream,
referre volui id,vnde multi sumunt indicium,Henricum 3.generum fuisse,non filium
Cun-

Cunradi. Ferť em̃ q̃ Luitpoldus comes de Calu, violator pacis p̃dictæ, vitæ suæ timẽs, imperatorẽ fugitans, cũ vxore p̃gnante venit in syluã q̃ Nigra dicit, latitãsq; in tugurio cuiusdã pauperis, clam se cũ vxore abscondit. Cõtigit tñ q̃ imperator, dũ feras insequiť, illuc casu fortuito ad tuguriũ diuertisset. aberat aũt comes Luitpoldus, eaq; nocte vxor eius masculũ peperit. q̃ vagiẽte, vox audita est: O imperator, infans iste erit tibi gener & hęres. Territus imperator, mane facto, famulis duobus p̃cepit, vt infantẽ occiderẽt, iam à patre & matre metu derelictũ. Famuli misericordia moti, puerũ subtus arborẽ abscondũt, & cor leporis pro corde pueri adducũt. Dux Sueuię Hermãnus p̃teriens, pueꝝ reperit atq; recollegit, tandẽ in filiũ adoptauit. longo post tẽpore imperator videns adolescentẽ hunc cõpositũ, rogat ducẽ, vt sibi eũ traderet moribus imbuendũ. Quo facto, incidit aliqñ imperatori ex coniecturis varijs, pueꝝ hunc esse quẽ mandauerat occidi, & volens fata illudere, literas adolescenti tradidit reginæ deferendas, hmõi tenoris: In quantũ tibi vita chara est, mox receptis literis, clam facias portitorẽ occidi. Arripuit iter adolescens, nil mali suspicatus, Spirã celerius venit, & ad decanũ maioris ecclesiæ diuertit. dormiente eo, decanus curiositate ductus, literas aperuit, & abhorrẽs à tanto facinore, pro verbo, occidi facias, scripsit, filiã nostrã vxorẽ tradas. q̃d & imperatrix fecisse ferť. Ad hæc audita stupẽs imperator, singulaq; reuoluens, didicit à duce Hermãno, adolescentẽ hunc filiũ esse de Calu, & serie rerũ audita, placatus, geneꝝ post se imperatorẽ designauit. ita Vinceñ. Gallus, Gotfridus Viterbieñ. Martinus, Hermãnus, & nõnulli alij scriptis tradunt, permulcetq; aures narratio ista. sed an verũ sit, elici potest ex rerũ circũstantijs. nã Cunradus iste imperauit solũ annis xv. in q̃bus edictũ Cæsaris comes p̃terijt, fugã inijt, vxor peperit, & puer adolescens factus, filiã imperatoris vxorẽ duxit. Et vt de cæteris taceã, quis vnq̃ tam sæua mãdaret? quis exequereť mãdata? aut q̃s auderet imperiales lr̃as aperire, ne dicã mutare? poteratq; imperator securius alia via iuuenẽ neci dare. & addũt, in loco natiuitatis pueri, monasteriũ tũ esse cõstructũ, Hirsaugia dictũ, q̃d longe ante Cunradũ inueniť fundatũ. sed nec vera de hac re in monasterio habeť historia, vtpote authenticis literis munita. Adde q̃ magis credendũ est Othoni ep̃o Frisingẽsi, q̃ & Gotfridũ, & Vinceñ. & Martinũ, & alios tp̃e p̃cessit, & cõpatriota fuit. Hic scribit Cunradũ ex Gisela relicta Ernesti ducis Sueuiæ, in legitimo matrimonio Hẽricũ tertiũ genuisse. Testanť & epitaphia ad sepulchra regũ illoꝝ in ecclesia Spirẽsi exculpta, vbi post Cunradum legitur filius illius Henricus tertius, Niger dictus. Hunc Henricum secundo anno regni sui Cunradus pater declarauit regem Romanorum. Possent multa alia pro hac veritate adduci, ita q̃ ex supputatione tẽpoꝝ & reꝝ gestaꝝ id clarum esset, maxime ex testamẽto Rudolphi, inferius mox producendi. Imperãte Cunrado, anno imperij sui sexto, Rubertus Magni Hugonis filius, Francoꝝ rex moritur, qui viuẽs adeo clemẽtiæ ac misericordiæ operibus deditus erat, vt diebus festis cũ indueret se, si nõ habebat aliud ad manus, vestes pauperibus distribueret. moriť anno 1030. Regi Ruberto successit Henricus filius, cui Cõstantia mater ita aduersabať, vt Rubertũ Burgũdionẽ, quẽ etiã Roberti filiũ fuisse arbitranť, in regio honore Henrico p̃ferret. Robertus Burgũdiæ quandã partẽ dux regebat, cũ reliquã, videlicet Arelatẽse regnũ, hactenus Rudolphus rexisset superioris Cunradi Burgũdionis regis filius. hic eo tp̃e seditionibus suoꝝ vexatus, Cunradi fidei & patrocinio se cõmisit, atq; deinde moriens, Hẽrico filio imperatoris, nepoti suo, regnũ cum corona testamẽto reliquit. Sed Otho comes Celticus, asserẽs regnũ Burgũdiæ & Galliæ Lugdunẽsis ad se pertinere, cõgregato exercitu illud inuasit. Ad hæc imperator indignatus, contractis copijs regnum intrat, & Othonẽ ad deditionẽ cogit, oẽsq; principes regni in suã fidelitatẽ recepit. quãobrem Burgũdia deinceps imperialis prouincia est habita, q̃ per annos hactenus plus q̃ centũ, suos reges habuerat. Otho vero postea iteꝝ rebellãs, occisus ẽ, de q̃ etiã inferi⁹. De hac re Gaguinus Francoꝝ historicus scribit, q̃ p̃ hæc tẽpora sub Henrico rege Francorũ, Burgundi cũ annis centũ & 30. Francis paruissent, ad Cunradũ imperatorẽ defecerunt. vnde factũ est, vt q̃ vna erat Burgũdia, in duas partita sit: & alterã q̃ Campaniã attingit, Franci, alterã q̃ Vesontinos spectat, Alemani imperatores tenerẽt. Hæc ille.

Attende de Henrico 3.

Henricus Frãciæ rex.

Burgundia imperatori traditur.

Per hæc tp̃a Ernestus Cunradi priuignus, dux Sueuiæ, rebellare cœpit, cum exercituq; fideles imperij deuastare p̃sumpsit, cui imperator cõtractis copijs occurrit, & eundẽ ad abdita syluaꝝ fugere cõpulit, vbi nõ multo post à fidelibus imperij occisus est, & Hermannus frater eius ducatũ nactus. Sub Cunrado quidã Galliaꝝ ep̃s asserebat, quibusdã datas cœlitus epistolas, q̃ terris pacẽ decernebãt renouandã, quã rem cæteris episcopis scripsit, & populis mãdauit arma vt nullus ferret, ablata bona non repeteret, sanguinis humani nullus vltor existeret, sed indulgeret, ieiuniũ in pane &

Ernest⁹ Sueuiæ dux.

Hæresis.

aqua omni feria sexta cuncti seruarēt, sabbato à pinguedine abstinerēt, solo hoc ieiunio cōtenti, in remissionē peccatorum aliā pœnitentiā nō adijcerent, & ad oīa hæc seruanda hoīes se obligarent, alioqui Christianitate priuarent, morientes tanq̄ deuios à fide, nemo visitaret aut sepeliret. Hanc nouitatē multi amplectebant, alij cōtra, & maxime Gerardus Cameraceñ. epūs, qui asserebat ab initio genus humanū trifarie diuisum, in oratores, pugnatores & agricolas, vnū alterius auxilio indigere, & debere arma deferre, rapinas restitui autoritate legis & gratiæ, ieiunium sextæ feriæ uel sabbato nec oībus vnū esse, quia nō est oībus vna possibilitas, nec oēs hoc ieiunio cōtentos esse debere, sufficere aūt sanctorum patrū decreta, & sup neglectis impositū pœnitētiæ modū, & tandē euanuit hoc dogma. Mortuo Iohāne papa 20. circiter pontificatus sui annū xi. cuius vita mirifice laudat, Benedictus 9. eligitur Tusculanus anno dñi 1036. sedit annis decē, mensibus 4. hic postea eiectus, & schisma 14. subortū est. Eodē tpe Cunto rex Anglorum, aliàs Danorum, voti gratia Romā venit: & voti cōpos factus, in patriā rediens, filiā suā Henrico Cunradi filio in matrimoniū locat. Cum esset interim in Germania Cunradus imperator, Itali pro sua leuitate Sueuorum principatum perosi, aduersus Cæsarē cōspiratione coeunt, vindicaturi (opinor) priorē cladē, quam acceperant dū Cunradus Romā proficiscens, Insubricū agrū vastaret. Præterij supra in profectione scribenda rei tantæ seriē, nescio an optimorum scriptorum potius exemplū secutus sim, q̄ integrā narrandæ historiæ ratione. Ferunt Cunrado, dū Italiā ingreditur à pōtifice coronandus, rebelles fuisse Mediolanenses, q̄s obsedit, obsessa suburbia incendit, seq; nō inde motum cōminatus, nisi & vrbē pari affecisset incōmodo. Sed dū in die pentecostes Bruno Colonieñ. archiepus Missarum solennia celebraret, per spiritū vidit, Cunradoq; dixit, B. Ambrosiū Germanis excidiū, nisi abscederēt, cōminari. Quo territus oraculo Cæsar, Mediolanēses reliquit, Romā proficiscēs. vnde cū egressus esset, accepta corona, rursum in Germaniā, Itali bello incōmoda hæc vindicare statuentes, cōiurarunt. Nec latuere Cæsarē eorum insidiæ diu. quare exercitū in Italiam ducturus, instruit. q̄d vt hostes accepere, suis viribus diffidētes, Sclauorum & Hungarorum auxilia implorant. Sed dū sero illi arma expediūt, Cunradus Italiā ingressus, si ne maiore negocio propositū tenuit, p Brixiā ac Mediolanū venit, cuius vrbis epm, q̄ cōiurationis princeps haberet, cepit. qui tandē e custodia elapsus, aufugit. multa interim vastans, Cremonā venit, vbi papā obuiū habuit, quē honorifice exceptū tractatūq; à se dimisit. Inde vbi cōperit externa in se arma cōparari, pacatā prouinciā relinquens, in Sclauos primū, mox in Hungaros duxit exercitū. vtrorūq; sedatis motibus, in Germaniā redijt. Hæc fere à plerisq; scriptorib⁹ tradunt, sed ita incerta, vt nec cui⁹ pōtificis tēporibus acta sint, plane intelligat. monumentis plerisq; cōstat, in Benedictū posteriora in Italia gesta referri. Interea Otho Celticus comes, de q̄ supra, ruptis iuramētis, in Burgundia iterum rebellat. vbi à fidelibus imperij occiditur, & vexillū eius imperatori in signū victoriæ transmittitur, & (vt supra tactum est) regnum illud Burgundiæ, imperialis prouincia facta est. Compositis itaq; rebus imperij, Cunradus causa orōnis Romā perrexit. nūcios pterea misit, qui Græcis & Nortmānis inter se de regno Apuliæ decertātibus, imperarēt vt ab armis discederēt. Romanis q̄q; exitiū interminatus est, si diutius queadmodū cœperant, pontificē seditionibus vexassent. Inde in Apuliā vadens, multis ciuitatibus visis, p mare Adriaticū statuit redire in Alemaniam. sed cū esset ibi, propter aeris intemperiē multos ex suis principibus amisit. Mortuus tū est inter alios Hermannus dux Sueuiæ, reginæ Giselæ filius sine liberis, cui successit Otho de genere suo, vt credit. Reuersus itaq; in Germaniā, ad ciuitatē Traiectū inferiorē peruenit, ibiq; infirmatus obijt, anno dñi 1039. pridie Nonas Iunij, sepultus Spiræ. Verū Spirensem episcopatū prouehere statuēs, basilicā vetustam in honore S. Stephani prius dedicatā, destruēs funditus, à fundamentis cœpit ædificare nouā in honore S. Dei genitricis Mariæ & S. Stephani. statuitq; vt imperatores de cætero in Spira deberent sepeliri, & quia morte pūentus, structuram cōsummare non poterat, filio suo Henrico perficiendā demandat, quā magnifice cœptā, idem Henricus magnificentius perfecit. Mortuo itaq; Cunrado, electores successorē dederūt Henricum filiū, eius noīs tertiū, Cæsarē iam antea declaratū, qui anno 1040. patri successit, & 17. annis regnauit. Is annus, pōtificatus Bñdicti 9. erat quintus. Hic adhuc patre viuēte, filiā regis Anglorum duxit vxorem, vt supra dictū est, q̄ cū aliquanto tpe cū illo mansisset, essetq; puella pulcherrima, de adulterio accusata est: & cū nullus timore regis ausus esset illā defendere, puerū quendā, quē secū de Anglia adduxerat, cōtra delatorē gigāteæ staturæ hoīem, ad singulare certamen expurgādi se causa opposuit. Igitur conserto duello, pugil reginæ diuino adiutorio delatorē vicit, & eū succiso poplite eneruauit,

Benedictus 9. papa.

Cunradus Mediolanū obsidet.

Cūrad⁹ Sclauos & Hūgaros infestat.

Othonis Celtici cædes.

Otho dux Sueuiæ.

Cunradi secūdi mors.

Henricus 3. Imp. 89.

nauit, deinde puella repudiũ regi dedit, nec minis, nec blanditijs induci potuit vt cum illo remaneret, sed religionis habitũ sumẽs, in Dei seruitio breui vita functa est. Hẽricus hic primo anno in ducẽ Bohemorũ hostiles aĩos p̃ se ferentẽ ducens, sed multis militibus suis in p̃structione syluæ occisis vel captis, nihil memoria dignũ facere potuit. sed eo qui secutus est anno, maiorẽ paratiorẽq; exercitũ ducens, p̃lio Bohemos superauit. cũ capto duce & p fœdera liberato egit, vt Bohemi q̃tannis Romano principi tributa persoluerẽt. Anno 1043. Gisela imperatrix, mater Henrici & vxor Cunradi imperatoris, 15. Kalen. Maij obijt, ac Spiræ sepelit. Anno salutis 1044. Henricus in synodo Treuirensi affuit, vbi cũctis in se delinquẽtibus debita dimisit, oĩbusq; inimicitijs destructis, pacẽ inauditã tam in Sueuia, q̃ in alijs regni prouincijs p edictum regiæ censuræ firmauit. Eodẽ anno Agnetẽ Guilielmi Pictauiensis potentissimi ducis filiã, quã sibi vxorẽ desponsauerat, apud Moguntiã reginam vngi fecit, regalibusq; nuptijs eã apud Ingelheim Rinckauiæ munitissimã arcẽ traduxit, vbi infinitã histrionũ & ioculatorũ multitudinẽ nõ solũ muneribus, sed etiã cibo potuq; vacuã & mœstam abire permisit, ac partes eorũ pauperibus elargiri iussit. Eodẽ anno Godefridus dux Lotharingiæ Henrico rebellans, ad deditionẽ coactus, in castello *Sigichenstein custodiæ datur. Per idẽ tẽpus mortuo Calipha principe Aegypti, Dobir filius eius regnũ obtinuit. hic ad petitionẽ imperatoris Cõstantinopolitani, fœdus paternũ resarciens, contraxit amicitiã, & dñicæ resurrectiõis ecclesiã reædificãdi fidelibus dedit potestatẽ. Cognoscens aũt plebs fideliũ in Hierusalẽ, q ad tantã rem perficiendã nõ sufficeret, obtinuit ab imperatore p̃dicto, q de proprio fisco sumptus necessarios ad rẽ ministrari p̃ceperat. p̃erat tũ Hierosolymitanæ ecclesiæ patriarcha Nicephorus, & eã q̃ nũc est, S. resurrectiõis reædificauerũt ecclesiã, q̃ perfecta est anno salutis 1048. Anno Henrici 8. in ecclesia Ro. cõfusio grauis est exorta, tribus inuasoribus sedẽ Petri occupantibus. erant hi Benedictus nonus, Syluester 3. & Gregorius 6. atq; ad maiorem miseriæ cumulũ, vt scribit Got. Viterbieñ. diuisis inter se patriarchijs, eorũq; redditibus, vnus apud S. Petrũ, alter apud S. Mariã, tertius scilicet Benedictus, in palatio Laterano sedebat: oẽs, vt dicebat, vitã turpẽ habentes. Taliter vero res gesta narrat: Romani Benedictũ diu sedẽ tenentẽ, hoĩem ignauũ perosi, eiecerũt, in eiusq; locũ sufficiũt Iohannẽ Sabinũ epm, Syluestrũ appellantes, q̃ post 49. dies pulso, denuo Benedictus restituitur. Is aũt cũ timeret se iterũ subiturũ discrimina, Iohãni archidiacono ad portã Latinã, pontificio cessit, vel (vt quidã volunt) vendidit, & vocatus est Gregorius 6. De hoc facto Otho Frisingeñ. refert, q tribus pontificibus diuisim vrbẽ occupantibus, quidã p̃sbyter Gratianus zelo pietatis p̃fatos viros adijt, eisq; à sede sancta cedere pecunia persuasit. ob hæc ciues Romani p̃fatum p̃sbyterũ in pontificẽ elegerũt, tanq̃ vrbis liberatorẽ. Quod audiẽs rex Hẽricus, procinctus in Italiã mouit. Gratianus regi apud Sutriũ occurrit, & diadema p̃ciosum obtulit, quẽ rex primũ honorifice suscepit. postmodũ collecto epõrũ conuentu, à pontificatu pro nota simoniæ cedere persuasit. hũc Gratianũ alpes transcendentem, secutũ fuisse tradunt Hildebrandũ, qui post papa factus est Gregorius 7. Gratiani amore tentum, & sicut Lucanus ait, Victrix causa dijs placuit, sed victa Catoni. id est, Hildebrãdo. Hæc Otho. Impator eñ Hẽricus veniẽs ad vrbem, turbatã rem adnisus est reparare, ac patribus religiosisq; viris in vnũ cõuocatis, nõ solũ q Romæ erant partiũq; Italiæ, sed exterarũ q̃q; synodũ celebrari fecit, in qua Benedictus nonus, Syluester tertius, & Gregorius sextus fuere cõdemnati. solum tñ Gregoriũ relegatũ fuisse in Germaniã scriptor Lateraneñ. refert. Creatus est autẽ ea in synodo Suigerus Babenbergeñ. epus, cui Clementi secũdo nomen fuit inditum, anno dñi 1047. Ab eo Henricus Cæsar, Augusti imperatorisq; titulis insignitus, ac ipse & coniunx eius Agnes in sancto dñici natalis die benedictione imperiali sublimati sunt. At Henricus accepta imperij corona à Clemente, Romanos iurare coegit, pontificum electioni se nequaq̃ de cætero interfuturos, nisi iussu imperatoris. Alij tradunt, Clementẽ, Romanos, ne in errores similes inciderent, iureiurando adactos, põtificũ electionibus prohibuisse. Acta sunt hæc anno 1047. & quo ad Benedictũ, nõ iniuria. Cõstat eñ, simulacrũ eius monstrosum post mortẽ cuidã apparuisse, interrogatumq; quid illa horrida imago p̃ se ferret, cũ antea pontifex fuisset: Quia, inquit, in vita sine lege & rõne vixi, ideo volẽte Deo & Petro, cuius sedẽ oĩbus probris fœdaui, simulacrũ meũ plus feritatis q̃ humanitatis in se habet. iam eñ postq̃ decẽ annos & q̃tuor mẽses sederat, obierat. Syluester vero 3. nõ diu in pontificatu mãsit. nono eñ & 40. die, factione suorũ Benedictus restituit, eoq; põtificatus peruenerat, vt q plus largitione & ambitione valeret, is dignitatis gradũ, bonis opp̃ssis, obtineret: quẽ morem vtinã nõ retinuissent nr̃a tpa. Gregorius 6. q sedit annos duos, mẽses 7. pontificatũ (vt dixi-

Bohemi victi.

Agnes vxor Imp.

Tẽplũ dñicæ resur. instauratum.

Graue ecclesiæ schisma.

Henricus schismati intercedit.

Clemens 2. papa.

Henricus 2. coronatus.

Gregori⁹ 6.

diximus) à Benedicto 9. accepit. Gilbertus tñ historiaꝶ scriptor, affirmat Gregoriũ bene de ecclesia Dei meritũ esse, cũ sedis apost. dignitatẽ negligentia prioꝶ pontificum labefactatã, sua autoritate & animi magnitudine breui restituerit. nã & ditionẽ ecclesiæ recuperauit, & latrones circa vrbẽ positos (q̃ꝶ sæuitia peregrini ad vrbẽ religionis causa accedẽtes necabant) e medio sustulit, prius execrationibus & interdictis admonitos, deinde vi & armis domitos. hanc ob rem ferunt eũ vulgo homicidã, simoniacũ, & sanguinis humani appetentissimũ habitũ, idq̃ à cardinalibus quibusdã p̃dicari solitũ. Motũ itaq; Gregoriũ, cardinalibus dixisse ferunt: Vt scire possitis, vbi mortuus fuero, recte an perperã fecero, corpus meũ ante fores ecclesiæ sistite vectib⁹ obseratas: si diuino nutu patuerint, censetote me dignũ Christiana sepultura: sin secus, corpus meũ vnà cũ anima damnatũ, quo volueritis eijcite. Fecere mandata cardinales, atq; ita portæ, coorto graui vento, apertæ sunt, & corpus cũ admiratione omniũ & opinione magnæ sanctitatis introlatũ est. Interim imperator, accepta à Clemẽte 2. benedictione, Capuã proficiscit, vrbemq̃ nouo p̃sidio aduersus frequentes Saracenoꝶ manus firmat. & paulo post Germania repetita est. In reditu ferunt vxorem apud Rauennates filiam peperisse, nec quietus ei fuit in Germaniam reditus. statim enim aduersus Frisios exercitũ duxit, vrbes aliq̃t cepit. Anno 1048. mortuo Clementi successit Boppo Bauarus, qui Damasus secũdus dicit. Sunt q̃ vi occupatã existimẽt sedẽ, cũ non ignobiles autores ferant Bopponẽ Brixieñ. ep̃m legatis Ro. designatũ ab imperatore pontificẽ. 23. pontificatus die interijt. Successit Leo 9. nam anno 1049. cum Ro. legatos ad imperatorẽ misissent oratũ, vt optimum pontificẽ sibi daret, is statim Brunonẽ ep̃m Tullensem, virũ bonũ & simplicis ingenij, legatis & ecclesiæ Romanæ obtulit: cui quidẽ Romã pontificio habitu petenti, abbas Cluniacensis & Hildebrandus monachus Soana oriundus, obuiã facti, persuasere, vt deposito põtificali ornatu, Romã priuatus ingredereт, q̃ dicerẽt Henricũ nullã creandi põtificis potestatẽ habere, sed ad clerũ populũq; Rom̃. id pertinere. Motus his Leo, cũ & cœlestẽ vocem audisset, Ego cogito pacis cogitationes. & nõ afflictionis: priuatus in vrbẽ ingredit, se ipsum accusans q̃ maluit imperatori q̃ Deo obtẽperare. Ideo Romanus clerus, suadẽte Hildebrãdo, eundẽ Brunonẽ, papã eligit Romanũ. Fecerant eñ vitia q̃rundã pontificũ, vt scripsimus, vt merito ipsi clero sublata potestas videret Dei iudicio, q̃ in melius eorũ mentes flagitijs contaminatæ aliq̃n corrigerent. Hunc Leonẽ ex comitibus de Egiszhein in *Elisatiæ partibus natũ, atq; *Adalberthi comitis de Calu auunculum fuisse, annales verissimi tradũt. Leo 9. Hildebrandũ ipsum statim sanctæ Ro. ecclesiæ diaconũ cardinalẽ creat, eidẽq; S. Pauli ecclesiã gubernandã cõmittit, vt quasi cõsors pontificij muneris secũ videret. cũ alter Petri, alter Pauli templũ tueret & regeret. Sedit aũt Leo annis quinq;, mensibus duobus. Anno 1049. Hẽricus imperator quasdam Galliæ partes inuasit contra Gotfridũ Lotharingũ & Balduinũ duces, quibus ad deditionẽ coactis, & regno his in partibus pacificato, victor cũ honore reuertit.

Gotf. Frisij rebellio.

Damasus 2. papa.

Leo 9. papa.

In hac generatione anno dñi 1038. mortuus est S. Stephanus Hungaroꝶ rex, & in eius locũ *Gisila eius relicta, Petrũ nepotẽ promoueri curauit, filiũ sororis S. Stephani. Factus aũt rex, p̃sidia Teutonicis & Latinis custodienda tradidit, lasciuus q̃q; cum mulieribus fuit, & Hungaros male tractauit. Ideo anno eius tertio, principes Hungariæ ecclesiastici ac seculares elegerunt sibi quendã comitẽ, noĩe Abam, sororiũ S. Stephani regis, qui cõgregato exercitu, Petrũ, vtpote ab Hungaris derelictũ, facile à regno exturbauit. Quo facto, Budã quendã ita dictũ, incentorẽ omniũ maloꝶ, Hungari in frusta cõciderunt, duosq̃ ipsius filios excæcauerunt. Petrus interim ad regẽ Henricũ Ro. principẽ confugit. & q̃m rex Aba timebat, ne imperator eũ restitueret, scripsit Henrico prout actũ fuit, super q̃ imperator ei displicita respondit. Ex quibus rex Aba motus, cõtractis copijs, inuasit Austriã & Bauariã, vastãdo ac cædendo quidquid obuiã habuit. Tandẽ cum p̃da & innumerabili captiuoꝶ multitudine in Hungariam redijt. Eo tẽpore imperator Coloniæ cõuentũ habens, hanc iniuriã principibus exposuit, qua gratia cõclusum est, vt cõtra Hungaros se vindicet. Vnde breui expeditionem ingentẽ congregãs, ad fines Hungaroꝶ peruenit. Occurrentes legati Hungarorum, promiserunt Cæsari, q̃ Hungari in oĩbus starent ad mandatũ eius, excepto q̃ Petrũ in regem nõ reciperent. Quod etsi nõ placuisset Cæsari, quia tñ cõtra insultus Gotfredi ducis Lotharingiæ exortos ire mox statuit, acceptis muneribus, & promissione de captiuis restituendis contentum se dixit. Sequenti vero anno redijt imperator ad terminos Hungariæ. & q̃a Aba rex insolenter agere cœpit, crudeliterq̃ sæuire in Hungaros. propter q̃d cõspiratũ est à quibusdã in regẽ. Hoc vt innotuit ei, quadragesimã Canadini celebrãs, in q̃ tẽpore circiter quinquaginta viros nobiles consilij causa accitos,

Aba Hungarorum rex.

citos, obtruncari fecit, nec contritos neq; cõfessos. vnde B. Gerardus Canadineñ. eps regẽ corripuit, & sibi periculũ imminere pdixit. paulo post occisorum fautores Cæsarẽ adeunt, ac discordias in regno cõtra regẽ suscitatas exponũt, ad qd imperator conci tato cursu inuadit Hungariã. occurrit aũt ei Aba rex cũ magna pugnatorum multitudi ne, & fert quod cõgressione facta, turbo vehemẽs subortus, puluerẽ obtutibus Hungaro rũ ingesserit, qs iampridẽ, quia Petrum regẽ suũ dehonestauerant, papa anathemate damnauit. vnde pugna facta, Cæsar victor euasit. Aba vero rex elapsus, in villa quadã ab Hungaris qs offenderat, iugulat, vel (vt alij dicũt) captus à Petro decollat. Veniunt quoq; ad Cæsarẽ Hungari veniã implorantes, quibus benigne susceptis, postulata cõcessit, deinde in Alba regali Petrũ in throno regio restituit, eumq; Hungaris reconci liauit anno 1045. Interea Andreas, Bela & Leuenta, qui fugerant in Bohemiã, vt pcedenti generatione dictũ est, transierant in Poloniã, vbi dum Bela pro duce singulare certamen peregit, dux Polonorum ei filiam tradidit, & in dotẽ Pomerianos dedit. reliqui vero duo, Andreas & Leuenta, ad Comanos se transtulerũt. Petro regnãte, quidã proceres Hungariæ Andreã, Belã & Leuentam, qui de progenie S. Stephani erant, ad regnũ inuitabant, inter quos pcipui erant tres, Visca, Bua & Buchna. Hoc intellecto, rex Petrus fecit eos suspendi, & quosdã illis adhærentes exoculari. ad hæc Hungaros multis afflixit angustijs de proditione suspectos. eapropter regni proceres cõueniũt in Canad. cõsilioq; inito, in Rusciam ad Andreã & Leuentã solennes mittũt nuncios, inuitantes eos ad regnũ, promittentes sub sacramẽto iurisiurandi, Hungariam sub do minio corum futurã. Ad hæc promissa Andreas & Leuenta se procingũt, & cũ venissent ad nouũ castrũ, vniuersi Hungari cateruatim ad eos fluunt, petentes in primis ab eisdem Andrea & fratre, quod permitterent vniuersum populũ ritu paganorum viuere, epos & clericos occidere, Christianismũ abijcere & idola colere. qd & factũ est. Vnde pri mus inter Hungaros noĩe Vacha, de castro Belos, dedicauit se dæmonibus, radens ca put & cincinnos dimittens per tres partes ritu paganorum. Eius aũt filius congregauit multos magos & pythonissas, quorum incantationibus valde gratus factus est. Inuenit de hoc scriptũ apud Hungaros, quod ab antiquo prohibitũ erat Christianis vxores ducere de gñe Vacha & Iani, quia sicut Dathan & Abiron seditionẽ fecerũt in veteri le ge, sic & isti in noua. Tunc duce Vacha, populi libauerunt se dæmonijs, fidei zelatores occidentes, plures destruxerũt ecclesias, vniuersos Teutonicos & Latinos qui in officijs fuerant, crudeliter necauerunt. Exiuit em̃ edictum ab Andrea, quod episcopi cũ clero interficerent. Inter hæc Andreas & Leuenta maximis copijs Hungariã transcur runt, & dũ appropinquarent ad portũ, vulgo Pesch dictũ, Gerardus, Bistritus, Buldi & Benetha episcopi, & Zehung comes de ciuitate Alba, obuiã illis egressi: veniuntq; in ecclesiã Giod, in qua Gerardus epus sacerdotalibus indutus, exhortationẽ fecit, dicens: Fratres coepiscopi & oẽs in psentiarum fideles, hodie cũ corona martyrij ad dñm nostrũ Iesum Christũ ibimus. hac em̃ nocte vidi dñm nostrũ Iesum Christũ nos corporis & sanguinis sui sacramento cõmunicantẽ. Confessione igit alterutrũ facta, ac Missa finita, versus portum Pesch procedunt. mox diabolici hoĩes irruentes, Gerardum lancea transfigunt, & super lapidẽ cerebrum eius cõterunt. erat em̃ Canadineñ. epus. Buldi qq; epus lapidatur, Bistritus epus vulnerat, ac die tertio moritur. Andreas superueniens, Benethã epm ægre liberauit. Zehung comes in nauẽ fugiens, gladio est peremptus. Petrus rex bene euasisset, sed in villa Zamir & in eius curia viriliter dimicans, suis interemptis, capit & excæcatur: ductusq; in Albã, breui moritur. Porro dux Andreas à perturbatiõe hostium securus, in Alba regali coronat anno dñi 1047. quo facto, pcepit Hungaris sub pœna capitis paganismũ abrenunciare, & Christianã fidẽ resumere, cœpitq; catholice viuere. At Henricus imperator maxima classe per Da nubiũ descendit in Hungariam, & castrũ Pescha obsedit, vbi quidã de obsessis noctu sub aqua clam veniens, oẽs naues Cæsaris perforauit. mox aqua intrans, vniuersas di mersit, ex quo eneruatus Cæsar, reuersus est in patriam. Hæc Hungaricus scriptor.

Abæ regis crudelitas.

Buæ, Viscæ & Buchnæ conatus.

Vacha dæmoni se dedit.

S. Gerardi martyrium.

Andreas rex Hung.

Henric⁹ Hũga. inuadit.

GENERATIO XXXVI.

Anno dñi 1050, regni Henrici tertij xi. anno vero Leonis papæ primo, incepit 36. gñatio. Et quia Hungarorum rex Petrus anno 1047. à quodã tyrãno Pannoni co captus & cæcatus est, cœperũt Hungari iterum rebellare. Habita fuit tũ synodus Moguntiæ, cui Leo papa fert interfuisse. qua absoluta, Henricus imperator Pannoniã adiẽs, diuisa in duas partes multitudine militũ, vtrinq; regionẽ ipsam occupãs intrauit. Verũ vt solet gens illa, pertinacia magis q̃ vi exercitũ imperatoris vincens, euasit. Milites imperatoris vastata prouincia, cũ imperatore redierunt in Germaniã. Anno sequẽti, qui fuit 1051. imperator cũ Leone põtifice res Hungariæ per oẽm prouinciã

Synodus Mogun.

Imp. cũ Leone Panno-niam adit.

uinciã cõposuit. In reditu Leo Ratisponæ Dionysij martyris reliquias p̃sentibus Parisior̃ legatis ostẽdit, S. Volfgangũ vrbis ep̃m extulit. Inde Bambergã cũ imperatore transiens, priuilegia loci à cancellario suo Friderico perspici mãdans, publice lecta cõfirmauit. Anno 1051. Idibus Nouẽb. Henricus quartus natus est, anno sequẽti puer ab archiep̃o Hermanno Coloniæ baptizatus est. Anno dñi 1052. Leo papa vnà cũ imperatore Hẽrico natale dñi cũ diuino & regio cultu Vormatiæ agebat, vbi Missar̃ solẽnia apostolicus celebrabat. Post hæc apostolicus Romã redit, multis eũ diuersar̃ prouinciar̃ militibus imperiali p̃cepto & amicitiæ causa comitãtibus. Interim vero Drogone Nortmannor̃ comite in Apulia mortuo, Gisulphus frater eius regnũ adeptus, Beneuentũ vrbẽ Ro. pontifici deditã, per vim occupat. hæc vrbs ecclesiæ ante nõ fuerat. nã cũ Henricus secũdus in honorẽ B. Georgij templũ Babẽbergæ cuperet in cathedralẽ erigi, annuente Benedicto 8. quotannis census noĩe daturã ecclesiam ipsam Ro. põtifici centũ argenti marcas cũ equo albo atq; phalerato cõstituit. At Leo dono Beneuentũ ab imperatore accipiẽs, Babenbergeñ. tributũ remisit. Hãc ob rem Leo suo iure & copijs imperatoris fretus, in Gisulphũ duxit. Verũ agmine incõposito nimirũ ab eo superat̃ & capit̃, nec ita multo post incolumis cũ magno comitatu remittit̃. Quanuis aũt Leo pio aĩo hoc bellũ egisset, quia tñ hoc nõ fuit sui officij, vt armata manu personaliter ad bellum procederet, quũ primo pastori Petro dictũ sit, Mitte gladiũ tuũ in vaginã: ideo, vt scribit Ioh. de Colum. dispensante dño, exercitus eius in cõspectu suo cæsus est. Robertus quoq; Guiscardi circa hæc tempora e Gallia in Italiã magno cũ exercitu stipatus intrauit, fugatisq; Græcis & Aphris, Apuliam occupauit, ac statuã circa caput ęneũ circulũ habẽtẽ, his lr̃is notatũ* reperisse, Kaleñ. Maij oriẽte sole aureũ caput habebo. Vnde Saracenus quidã magicæ obseruationis peritus, à Roberto Guiscardi captus, notato termino vmbræ ipsius statuæ Kaleñ. Maij oriẽte sole, effosso loco, thesaurum inuenit, quo se à Roberti manibus liberauit. Hic Leo cũ Henrico imperatore, vt supra dictũ est, & centũ ac 30. ep̃is in Moguntia cõciliũ celebrauit, statuẽs ne clerici canes vel aues in venatiõe sequerent̃, item vt negocia secularia clerici nõ tractent. itẽ vt nullus fiat monachus, nisi cõstitutus in legitima ætate & spontanea volũtate. item dedit vsum pallij ep̃o Babenbergeñ. quo ter in anno vti potest, in die S. paschæ, in festo apostolor̃ Petri & Pauli, in die S. Georgij martyris. Leo iste vir fuit pietate, innocentia, benignitate, gratia, hospitalitate adeo insignis, vt domus eius peregrinis & pauperibus semper pateret. nã cũ semel ante fores suas leprosum inuenisset, eũq; p̄ misericordia collocari in lecto suo mandasset, apertis mane à ianitore foribus, nusq̃ pauper inuentus est. Christũ pauperis noĩe eo loci recubuisse, creditũ. Deinde anno dñi 1054. gloriose vitã finiuit xi. Kalen. Maij, Romæ in ecclesia S. Petri sepultus, miraculis claruit multis. Anno dñi 1055. Victor 2. Gebhardus ante vocatus, Alemanus Eichstetẽsis ep̃us, pontificatũ post Leonẽ est adeptus. sedit annis duobus, mensibus tribus. Hic timore imperatoris papa efficit̃, & ab eo gloriose suscipit̃. Propter negocia eñ ecclesiæ in Alemaniã profectus est. Blondus atque Platina solũ Hildebrãdũ subdiaconũ eo profectũ aiunt, opportuneq; accidisse ferũt, q̃ Hẽricus graui q̃ obijt, morbo tũc implicitus, Henricũ filiũ octennẽ, Hildebrandi autoritate fretus, Romanor̃ regẽ ac Cæsarẽ dixerit. q̃d idẽ Hildebrãdus postea põtifex factus, in epistola ad Rudolphũ Sueuiæ ducẽ, indicat in hæc verba: Vnde nobilitatẽ tuã scire volumus, quia nõ solũ circa regẽ Henricũ, cui debitores sumus ex eo, q̃ ip̃m in regẽ elegimus, & pater eius laudãdæ memorię Henricus imperator, inter oẽs Italicos in curia sua speciali honore me tractauit. Victor magnã synodũ, abnuente imperatore, Florentiæ habuit, in qua quidẽ multos ep̃os tum simoniæ, tum fornicationis causa episcopatu priuauit. cler̃ q̃q; admonuit, q̃d maxie ad se pertineret, proposita pœna his q leges canonicas transgrederent̃. Victor iste aliq̃n celebrãs, calicem leuare nõ potuit: qua gratia rogat populũ, vt pro se orarẽt, & hoc in canone. Tũc subdiaconus à dæmonio vexatus, publice fatebat̃, venenũ se in calicẽ misisse. ideo papa Missam celebrãs, p̄petuo claudit calicẽ in altari, quanq̃ Palmerius aliter, sed minus bene. Eo tp̃e in Anglia regnauit Eduardus, vir mansuetus & lenis, fouebat eius simplicitatem Deus apud hoĩes, vt timeri posset, q nesciret irasci. Hic rex spiritu prophetiæ & miraculis claruit, vt refert Vincen. & Ioh. de Colum. Nã die S. paschæ sedẽs ad mẽsam, & cœlũ intuẽs, effusus est in risum. Interrogãti desup cuidã aulico familiari rñdit: Septẽ dormiẽtes in mõte * Celio requiescũt, & iã p̄ annos plus septingẽtos in dextro latere iacentes, tunc in ipsa hora risus in sinistrum se verterunt, futurumq; ait vt lxxiiij. annis ita iaceant. dirũ nimirũ mortalibus omen. nam in istis lxxiiij. annis oĩa ventura sunt, quæ

Gisulphus Nort. Apuliã occupat.

Leonis papæ clades.

Victor secũdus papa.

S. Eduardus rex Angliæ.

q̃ dn̄s circa finē mūdi p̄dixit, s. gēs cōtra gentē surget, regnū aduersus regnū, pestilētiæ & fames, terroresq́; de cœlo. His auditis, comes Arnoldus q q̃sierat, militē Cōstātinopolim misit ad imperatorē sciscitādæ veritatis causa, quē ille benigne habitū, ad ep̄m Ephesinū destinauit, adiūctis sibi familiarib⁹. ibi inq̄sitiōe facta, vt rex p̄dixerat, inuenerūt. p̄terea paulo post (vt dicet) Agareni, Arabes & Turcæ Syriā, *Siciliā & minorē Asiam & maioris Asiæ vrbes, inter q̄s Ephesum & Hierosolymā, depopulati sunt. Ad Henricū redeo, cuius regni anno vltimo multi diuersa℞ p̄uincia℞ principes obierūt, Guelfo dux Carinthio℞, Guilielmus marchio occidit, Cuno dux Norico℞ in exiliū mitti, Gotfridus dux Lotharingiæ ad deditionē venit, fames multas regiōes afflixit, egestas & penuria vndiq; inualuit, multaq́; mala accidere. pro his rebus im̄pator compunctus, infirmari cœpit, & p̄ductus ad mortē, sapiēti vsus cōsilio, ab oībus q̄bus potuit veniā petijt, q̄busdam p̄dia ablata restituēs, cūctis q cōtra eum & regnū culpas damnabiles fecerūt, relaxans: filiū suū Henricū, Ro. Pōtificis cuncto℞q́; principū regni electione, regē cōstituit. His & alijs, prout vitæ possibilitas admisit, bene dispositis, nonis Octob. hāc vitā in Deo finiuit. Præsentes tum erāt, q̄si ad officiū tanti funeris Ro. pōtifex, Aquilegieñ. patriarcha patruus, ep̄s Ratisponeñ. & innumerabiles alij diuersa℞ dignitatū viri, ius sepulchri ac mortē defuncti imperatoris laudabiliter p̄agentes, atq; regio more Spiræ hūc sepeliētes anno dn̄i 1056. Fuit aūt Henricus iste 3. natura iucūdus, hoībus affabilis, oībus humilis, hostibus terribilis, pauperib⁹ pius & largus. Hic cum semel festū Pētecosten apud Moguntiā celebraret, diabolo suadēte, inter famulos archiep̄i & famulos abbatis Fuldēsis cōtentiōe suborta de locatiōe, post verba deuentū est ad verbera, ex q̃ ecclesiæ pauimentū cruore replet. sed ep̄is & alijs cōuolantibus, pax inter dissidētes reformata est, templū purgatū, atq; cum multa deuotiōe Missa celebrata est, & cum ad illū versum Sequentiæ ventum est, Hunc diem gloriosum fecisti, vox ab aere lapsa est, dicens: Hunc diem bellicosum ego feci. Quo audito, rigentibus oībus, imperator diligenter intendēs lætitiam diaboli: Tu, inquit, oīs malitiæ inuentor & incentor, diem bellicosum & arrogantibus luctuosum fecisti: sed nos p Dei gratiam, q illum gloriosum fecit, pauperibus & indigentibus gratiosum faciemus. & mox reincepta Sequentia, solenni ploratu gratiam Dei inuocabant, completaq́; cum deuotione Missa, oībus pauperibus p p̄conem vocatis, oīa preciosa cibaria q̃ sibi & curialibus p̄parata erant, in vsus illo℞ consumpsit: ipseq́; pius imperator cum cæteris p̄latis ac ministris, proprijs manibus illis seruiuit. Idem imperator cum adhuc esset puer, viuente patre suo Cunrado, à q̄dam clerico fistulam argēteam dono accepit, cum q̃ ludentes solēt alter in alte℞ aquam iaculari. q̃ recepta, ait: cum ero imperator, ep̄atum tibi dabo. Imperator factus, petenti promissum impigre dabat, sed non multo post graui morbo correptus, tribus diebus semianimis iacuit. Quapropter ep̄i indicto triduano ieiunio, pro vita eius supplicant. Postq̄ vero de infirmitate conualuit, vocatū ep̄m cōcilio oīm ep̄orum p sententiā deposuit, cōfessusq́; est, toto illo triduo dęmones sibi infestos vidisse, in se flammā ignis p fistulam iaculantes, superuenisse aūt iuuenem semiustū latere, calicē aūt aureū ferentē immēsi pōderis aq̄ frigidissima plenū, cuius adspersione illatos ardores euaserit. hic erat B. Laurentius, cuius ecclesiam reparauit imperator, & p̄ter alia munera calice aureo honorauerat. Hic Hēricus habebat quendā clericū satis literatum & bonæ vocis, sed vilē meretriculā amantē ardentius, cum q̃ nocte q̄dam solēni voluptatis causa dormiuit. mane ad Missam im̄patoris adstabat. imperator hoc sciens, mādat vt se ad legendū euangeliū p̄pararet. erat em̄ diaconus. Renuit ille, vt male sibi cōscius. vrget imperator, vt probaret eius constantiam. ad extremū parare renuentē, mandat à patria exulare. quā sententiā amplexatus, continuo recessit. mittitur post eum, q iam cōpilatis oībus, sarcinulis q̄q; compositis, iter arripuerat. violenter ergo retractus, coram imperatore sistitur, & subridēs ait: Probe fecisti, & ego gratulor p̄bitati tuæ, q̄ rem Dei pluris pēderis, q̄ patriā: plus iram Dei, q̄ meam: q̄propter habeto ep̄atum q primus in imperio vacauerit. tm̄ indecenti amori renuncies. Hunc etiam Henricū ferunt, q̄ aliq̄n cum hostes fugeret, cerua q̄dam q̄si domesticum animal suis euectum humeris, vltra inuadabilem fluuium transuexerit. Eo tempore corpus Pallantis Euandri filij, Romæ integrum in q̄dam sepulchro repertum est, ad cuius caput lucerna ardens inuenta. Erat epitaphium huiusmodi

Filius Euandri Pallas, quem lancea Turni
Militis occidit, more suo iacet hic.

q̄s versus quis cōdiderit, ignorat. erat cadaueri vulnus in medio pectore, lati⁹ q̄ credi queat. Cæte℞ corpus miræ vastitatis in stillicidia p̄iectū, cōem mortaliū labem sensit.

Henrici 3. Cęs. interit⁹

Henrici mores.

Miraculum horridum.

Cōferenda℞ rū dignitatū exemplū.

Saraceni à Roberto nort. pulsi.

Hoc tẽpore cum Capua à Saracenis obsideret, trepidarentq́; oẽs finitimę ciuitates, Robertus Guiscardi sumptis armis, fugatis Saracenis, & Campanos obsidione & finitimos omni formidine vno impetu liberat. Deinde Græcos magno ꝑlio superatos, e Calabria oĩno expulit, relictis tm̃modo Græcis sacerdotibus, q vsq; ad nostrã ætatẽ linguã seruãt & mores. adeo eñ Cõstantinopolitanũ imperiũ iam erat imminutũ à Saracenis, vt ægre Thraciã, Galatiã, Pontũ, Thessaliã, Macedoniã, Achaiã obtinerẽt, e quibus ꝓuincijs nunc Turcæ, nunc Saraceni q̃tidie aliq̃d subtrahebãt. Eo q̃q; tẽpore Hermannus Cõtractus fuit, nobilissimi comitis de Veringen filius, q cantũ multaq́; vtilia cõpilauit, & chronicã no. test. item sequẽtiã, Aue ꝓclara, antiph. O gloriosum lumẽ, historiam de annũciatione Mariæ virginis, & Mariæ Magdalenæ cõposuit. fertur, cum esset durissimi ingenij, optionẽ orando obtinuisse duoꝝ, sanitatis videlicet & mũdanæ ꝓsperitatis, aut scientiaꝝ plenitudinis & totius corporis, ꝓter linguã, cõtractionis, quem hoc vltimũ elegisse referũt.

Hermãnus Contractus monachus.

Anno dñi 1057. Hẽrico 3. defuncto, fili⁹ eius Henricus admodũ puer succedẽs, regnare cœpit. fuit aũt hic Hẽricus ore facundus, ingenio acer, eleemosynis largus, in re militari fortunatissim⁹. nã sexagesies collatis signis dimicauit, & licet maloꝝ duct⁹ cõsilio, fuerit sanctę Ro. ecclesiæ ꝑsecutor, tñ lõgo tp̃e princeps gloriosus extitit. circa finẽ vero imperij sui, iusto Dei iudicio, vt aliq volũt, ob recompensationẽ ꝑsecutionum q̃s clero intulerat, multas ipse non solũ à principibus imperij, veꝝ etiam à ꝓprio filio calamitates ꝑtulit. regnauit annos circiter 50. Hic Henricus post mortẽ patris sui, consilio genitricis suæ Agnetis dirigebat̃. erat eñ mulier prudentissima & Deum timens. q̃re cum ipse matris obtẽperauit monitis, magna pace imperiũ gubernauit. sed postmodũ consilio prauoꝝ deceptus, à matre est oĩno alienatus, ac p se cœpit imperij negocia tractare: q̃ q̃dẽ filij à matre discessio, maximæ discordiæ seminarium fuit.

Hẽricus 4. Imp. 90.

Eodem anno 1057. Victor 2. moritur, in cuius locũ Fridericus frater ducis Lotharingiæ, abbas Cassineñ. in Stephanũ 9. pontifex est creatus, sedit menses x. p cuius tẽpora Mediolañ. ecclesia, q̃ p 200. fere annos à subiectiõe Ro. ecclesiæ se subtraxerat, redijt, & eam primã recognouit. Is pontifex oẽm fere Italiam atq; Burgundiã labe simoniaca inquinatã intelligẽs, Hildebrandũ archidiaconũ ipsis purgandis atq; reformandis ꝓuincijs legatum misit, q eo munere sicut cæteris diligenter atq; feliciter vsus, Romam veniens, pontificẽ Stephanum graui offendit valetudine laborantẽ, ex q̃ cum pontifex morituꝝ se crederet, cardinales, epõs, & cuiuslibet ordinis clericos ad se cõuocatos, sacramento adegit, ne q̃spiam nisi cõmuni cõsensu patrum ad Ap. sedem adscenderet. conualuit tñ eo ex morbo, Florentiamq́; abijt, & conciliũ cõuocauit, sed 8. deinde mẽse defunctus est.

Stephanus 9. papa.

Anno primo. Hẽrici 4. Agnes mater ipsius ducatum Baioariæ suscepit. inuenio q̃ppe, ꝙ vltimo anno Henrici 3. Cunradus filius ipsius dux Bauariæ obijt, & ducatum eius imperator imperatrici dedit, priuato iure q̃ad vellet possidendũ. Cuno apud Hungaros in exilio obijt. Eodẽ anno Otho de Schuynsfurt, q ducatum Sueuoꝝ post mortem Othonis ducis occupauerat, moritur. ducatum eius Rudolphus de Rynfeldẽ obtinuit, q̃d magnum fuit discordiaꝝ seminarium: nam eundẽ ducatum viuente adhuc Othone, Hẽricus imperator Bertoldo comiti de Zeringẽ, q postea Carinthioꝝ ducatũ suscepit, promiserat, eiq́; annulũ suũ velut huius rei recognitionẽ dedit. quẽ ille diligẽter obseruãs, post amboꝝ obitũ imperatrici imperiũ tũc disponẽti obtulit, ducatumq́; sibi dari petijt. sed ꝓdictus Rudolfus mox post imperatoris obitũ filiam eius vxorẽ duxit, & ducatũ dotis noĩe accepit. Quod animũ q̃dem Bertoldi non paꝝ cõmouit, pro q̃ re ducatus ei Carinthioꝝ committebat̃, quẽ postea impator Hẽricus eius rogatu Bertoldo filio ipsius cõtulit. sed paulo post idẽ impator ducatũ eundẽ Luitpoldo cõsanguineo suo dedit, sic patrẽ & natũ paruipendẽs: vnde q̃si renouata iniuria, Bertoldus q̃rebat quõ se de vtroq;, & rege & Rudolpho, vindicaret. Cõspirant ergo duces Otho in Saxonia, Bertoldus in Sueuia. fiunt motus, q̃bus odia ac inuidiæ aduersus regem suscitant̃, oĩaq́; miscentur in peius.

Bauariam Agnes Imper. mater accipit.

Germaniæ motus.

Stephano itaq; defuncto anno dñi 1058. Ro. potentiores oppida & castella vrbis possidentes, q̃s tunc capitaneos appellabant, pontificem ex factione sua creare cõstituerunt. tum vnus Gregorius de Tusculano ex gente patricia Romanus, Mintium Velitrensem ep̃m, inuitis ac reclamãtibus cardinalibus & clericis, q Romæ tunc erant, in pontificem Romanum haberi obtinuit, quem Benedictum appellabãt. At Hildebrandus archidiaconus, cardinales & ep̃i alij, cum canonicam electionem Romæ nequirẽt facere, Senas accesserunt, vbi Gerardus Florẽtinus epũs in Nicolaum pontificem Ro. electus fuit. Rediens igitur cum hoc Gerardo Romam Hildebrandus, in omnes acerbissime inuectus est, & maxime in eos qui fidem dederãt, se eius aduentum expectaturos, At vero cum de hac re magna contentio esset, probarentq́; nonnulli Benedictum ipsum,

Benedictus x. papa.

ipsum,vt virũ optimũ & sapientissimũ,cõtra aũt eam electionẽ pleriq; magnis clamoribus improbarẽt,vtpote minus canonice factã:tandẽ plurimorũ cõsensu, Hildebrando instante,Gerardus vir tanto magistratu dignus,electo Bñdicto,põtifex creatur seu retinet. erat em̃ Senis elect⁹.sedit igit Bñdictus mẽses 9.sed eijcitur. Anno dñi 1059. Nicolaus 2. natione Allobrogus, Gerardus ante vocatus, epũs Florentinus, pontifex maximus decernitur.sedit annis 3.menses 6.Hic statim inito pontificatu Sutrium concessit,ibiq; anno dñi 1059.cõcilio habito, cui non solum multi epi, sed & Italiæ pceres interfuere,Benedictum abdicare se põtificio munere & habitu coegit,& Velitras exulatum ire.deinde vero Romam pficiscens,secũdo apud Lateranum cõcilio habito,legem tulit de electione pontificũ,vt habetur 23.dist.In noĩe dñi. In eodem q̃q; cõcilio reuocatum ab errore suo Berengarium diaconum Andegaueñ. ecclesiæ ferunt,q arbitrabatur in sacramento eucharistiæ & calicis non esse verũ Christi corpus & integrum sanguinem,nisi vt in signo & figura mysteriove,quem qdem errorẽ,instante et vrgente Nicolao & Alberico diacono viro doctissimo,publice pfessus est,affirmans illud esse verũ corpus Christi integrumq; sanguinem. erat ille error etiam nup à Leone 9.dãnatus,sed non satis emendatus. In illis diebus Agnes Henrici 3.relicta,Henrici 4.regis adolescẽtis mater,regni curam administrationẽq; tenebat,q̃ mulier etsi bonæ mentis erat,imprudentia tñ q̃dam seducta,Gilbertum Parmensem clericum ex nobili psapia oriundũ,regni Italici admistratorẽ cancellariũq; instituerat. Erat tum Gotfredus Mechtildis comitissæ maritus,vir sane potens:mater vero Mechtildis,Beatrix vocata,soror extitit Henrici 3.q̃ Beatrix nupta q̃ndam fuit Bonifacio nobili & ditissimo viro,Luca vrbe Hetrusca oriundo,nunc vidua gloriosissima. Vnde mortuo Bonifacio,oĩs potentia ad Beatricẽ primo puenit,postea ad Mechtildim & Gotfridum virũ. Parebãt em̃ eis Luca & Parma & Regiũ Lepidi,& Mantua,& ea pars Hetruriæ,quã nunc patrimoniũ S.Petri vocamus, & in Italia tum ij florebãt opibus. Quũ Nicolaus Romæ in cõcilio res ecclesiæ ageret,Gotfredus Nortmãnus,q Drugoni fratri in Apuliæ Calabriæq; comitatu successerat,moriẽs,Bagelardũ filium comitatus hæredẽ instituit.Verũ Robertus Nortmannus Guiscardi frater, vt qdam volunt, hoc ægreferens, pulso nepote,Apuliam & Calabriam occupat,adiecta Troia,q̃ põtificibus Ro.parere cõsueuerat.Hanc aũt ob rem indignatus pontifex,Robertum execratus est.at Robertus oratores ad Nicolaum misit,rogans vt ad res Apuliæ ac Calabriæ componendas paterno ductus amore accederet.Pontifex cum capitaneum terræ Romanæ superbia atq; pfidia anxiũ teneret,sese cum oratoribus in Apuliam cõtulit,facileq; cõposita pace,pontifex Robertum ab excõmunicatione absolutum,Calabriæ & Apuliæ ducẽ declarãs,illum p cõscripta & iureiurando cõfirmata fœdera adstrinxit,vt quicqd de terra ecclesiæ teneret,& in primis Beneuentũ,reddere velit.Guiscardus aũt sese Ro.ecclesiæ vasallum Romano pontifici cõstituens,q̃cunq; peterent p̃sidia mittere,ac qñ opus videret,cum oĩbus copijs auxiliũ ferre spopõdit. His fœderibus occulte, ne Romani capitanei id rescirẽt,cõscriptis,vallat⁹ Roberti magno exercitu, redijt Romã põtifex: Prænestinos,Tusculanos & Nomentanos rebelles primũ,& post amne Tiberi trãsmisso,Galerã & comitis Gerardi castella vsq; ad Sutriũ,populari ac vastari iussit:nec prius à vastatione Nortmãni cessauerũt,q̃ capitanei vbiq; edomiti, verã põtifici obedientiam p̃starent,ditionemq; Romanã tutiorẽ redderẽt. Anno dñi 1047. in regẽ Hungarorũ Andreas coronatus est.p̃cepit tunc genti suæ sub pœna capitali,vt relicto paganismo,ad fidẽ catholicã redirent,cœpitq; ipse catholice in oĩbus viuere,& vocauit fratrẽ Belã ex Polonia, diuisit regnũ in tres partes, duas p regno retinuit, tertiã Belæ duci assignauit. Tũc Hẽricus imperator exercitũ in Hungariã duxit,rex aũt cum duce Bela segetes p loca vbi iturus erat imperator,vastauit, ita q penuria affectus & strage suorũ exutus,pacis mentionem fecit,& vix obtinuit. Vnde filiam suam Sophiam,pri⁹ regi Francorum desponsatam,Salomoni filio regis Andreæ p pacificandis Hungaris despondit. breuiq; post eandem in Hungariam misit,vbi nuptijs celebratis rex Andreas Salomonem filium in regem coronari & inungi fecit. ex q̃ in regno maxima turbatio exorta fuit.nam Bela frater regis, cum filijs suis Gaisa & Ladislao regnum affectabant,dicentes sibi debitum ex fœdere & promisso. Bela itaq; dux auxilio soceri sui ducis Poloniæ mouit bellum regi Andreæ,cui imperator copias auxiliares misit:commissaq; pugna inter eos,dux Bela tandem post aliq incõmoda victor euasit,oĩbus fere Teutonicis captis vel occisis. Rex aũt Andreas in sylua Bocken mortuus inuentus,sepelitur in monasterio sancti Aniani confessoris,quod antea construxerat. sed & dux Bohemiæ captus, exoculatus est. Bela dux victoria tanta potitus,in ciuitatem Albam veniens,regali diademate coronatus est. Salomon vero apud imperatorem degebat soce-

Nicolaus 2. papa.

Berẽgarij error.

Italiæ magistratus.

Calabria & Apulia pontifici subijciuntur.

Hungariæ motus.

Bela rex.

socerũ suum q̃si ꝓfugus. Paulopost rex Bela vocauit ad certũ diem de singulis locis regni duos viros electos ordinandi regni gratia. Ad ꝓclamatos in Albam regalẽ die dicta venit non vocata plebis rusticanæ multitudo maxima, dicebãtq; regi: Cõcede nobis ritu patrum nostrorũ in paganismo viuere, epõs & presbyteros exterminare, decimatores suspendere, ecclesias vastare. Stupet rex, & petiuit inducias trium dierũ. veniunt tertia die plebium primores, responsum ꝑstolantes. tum milites armati ex ꝓcepto regis irruunt sup ꝓpositos & capitaneos. primũ illos ab alto ꝓcipitantes, deinde inuadentes plebem, & multis cæsis in tm̃ humiliauerũt, vt libera voce paganismo renunciarent. Anno 3. regni sui Bela, corruente regali solio in deuios cõfractus, ægrotare cœpit, & 3. die à seculo migrauit.

Salomon Hung. rex. Salomon rex audiẽs mortẽ Belæ, auxilio soceri Henrici 4. in Hungariã rediit, & fugatus à Belæ filiis, cum imperatore in Albam regalẽ venit, ibiq; cõcionatus est imperator ad cœtum Hungarorũ vniuersum, pacẽ iurisiurandi interposita religione reformando. at recedẽte imperatore, Gaisa filius Belæ cum exercitu Polonico in Hungariã duxit. sed cõposita est pax, & Gaisa ducatũ quem pater suus prius habuerat, obtinuit, & regẽ Salomonẽ manibus suis coronauit. viguit hæc pax annis circiter 13. Trãsactis annis 13. discordare cœperunt Salomon rex atq; Gaisa dux: & dum ꝑsequeret̃ rex Gaisam, dux Gaisa & frater suus Ladislaus auxilia ab amicis cõtrahunt, regiq; viriliter resistũt. Tandẽ paribus copiis mutuo sibi occurrũt, commissoq; ꝓlio Salomon succubuit, & Gaisa cæsis ac captis multis de parte Salomonis, victor euasit. ipse tñ rex Salomon vix est elapsus.

Gaisa rex. Porro victores Gaisam in Alba regali cõpellentibus Hungaris coronãt regẽ, cõfortatumq; est regnũ in manu eius, & dedit fratri suo Ladislao ducatũ. deinde tractantibus de regno Gaisa & Salomone, moritur Gaisa rex.

Ladislaus. Mortuo Gaisa, Ladislaus frater eius in regẽ coronatus est. erat is vir prudens & iustus, ferturq; voluisse regnũ restituere Salomoni, dolum tñ eius metuẽs, ipsum incarcerauit. Tandẽ relaxat̃ rex Salomon, & fractus tot aduersis abiit, totumq; vitæ spatium in ꝑegrinatione & exilio cõsummauit. visus est aũt semel in Hũgaria tempore regis Colomani, sed statim latebras q̃siuit. Dicit̃ tñ in historia q̃dam Hungarorũ *Pole mortuus, & regnat libere ꝑ totũ tẽpus suũ Ladislaus, queadmodũ plenius dicet̃ infra.

Alexãder 2. papa. Anno deinde 1062. Alexãder 2. Anshelmus ante vocatus, patria Mediolanus, epũs Lucẽsis, mortuo Nicolao, absens põtifex creat̃. sedit annis xi. mẽses 6. Cõtra hũc electus est ab oĩbus Longobardiæ epĩs Cadolus epũs Parmeñ. vt dicit̃, volente Hẽrico rege, asserentibus epĩs papam eligi non debere, nisi de paradiso Italiæ. sunt q dicunt illos ad Agnetem imperatoris matrem venisse conatos suadere, non licere iniussu regis quempiã pontificem designari, inductamq; Agnetem assensisse, sed plus credendũ videtur, vt Blondus ait. Gregorio 7. asserenti non cõsensisse Agnetem, sed Henricũ filiũ adolescentẽ ꝓcipites in scelus Longobardos epõs impulisse, q̃d Guilielmus scriptor affirmat fuisse eam matris cum filio discordiam cuius occasiõe imperatrix regni administratione sit depulsa. elegerunt itaq; Cadolum in antipapam, nec fuere in omni Lombardia aut cætera ad eam ꝑtinẽte Italia, q Cadolo obedire recusarẽt, ꝓter Mechtildin comitissam & Gotfridum, q Alexandro obediuerunt, & cum ecclesia Ro. bene senserũt. Cũ Cadolo nõnulli ciues Ro. cõspirauerũt, q̃rum oĩm instigationibus factũ est, vt Cadolus locupletissimo Lombardorum exercitu in pratis Neronis bis contra Alexandrũ armata manu pugnarit.

Cadolus seditionis autor. venerat aũt Romam Gotfredus Mechtildis vir ꝓsidio põtifici. primo vero cõgressu Cadoli partes superiores ac ꝓpe victrices fuere. sed cum primũ q ꝓlio interrerãt Romani, hoc renunciarũt põtifici, educẽs Gotfredus copias, Lõgobardos repulit, & multi vtrinq; occisi sunt: repulsus tandẽ cũ ignominia Cadolus, Mediolanũ se recepit, vixq; totũ q̃euit annũ, non capitaneos modo, sed & Romanos ciues etiã Alexãdro fauere solitos corrupit, q̃rum cõsilio ductus, paruo comitatu clãdestinis itineribus noctu magis q̃ die cõfectis, Romã se cõtulit. affuerũt vero capitanei & clam cõducti milites, q Leonina ciuitate furto occupata, Cadolũ in B. Petri basilicã deduxerũt. mane cum primũ rumor vrbẽ occupauit, correptis repente armis ppl̃us accurrit. Quod cum ꝓter spem capitanei & mercenarii milites cernerẽt, ilico oẽs q̃quauersum dilapsi, Cadolũ destituerũt ꝓsidio. Sed vnicus fuit oĩm ꝑditissimus, & cui

Cincii audax facinus. maiorẽ pecuniã Cadolus dederat, Cincius ꝓfecti filius, q ꝑ media infestissimorũ agmina ciuiũ euntẽ Cadolũ, in S. Angeli castellũ ꝑduxit: tantaq; erat Cincii audacia, vt iureiurando ꝓmiserit Cadolũ tutari. Perstitit aũt in põtificis fide, Alexandri scilicet Romanus populus, adeo vt repagulis castello S. Angeli oppositis, milites ponerent. Cadolus ꝑ annos ferme 2. obsessus fuit. Tandem fractus animo Cincius, territum coegit Cadolum. q nullam abeundi spem videret, trecentis argenti libris ab his se redimi q arcem obsidebant, conscensoq; strigosissimo eq̃, inde solus aufugit. Atvero in Alemania

mania Anno Colonień. archiepūs apud Hēricum adolescentē Agnetem criminatus, ꝙ contra maiestatem imperij Christiana resp. nutu mulieris gubernaret, accepta potestate, Italiam est ingressus: & Gilberto Parmensi, quem regina cancellarium instituerat, deposito, loco eius Vercellensem epm subrogauit. Deinde Romam veniens, admissus ad pōtificis Alexandri conspectū, cardinalibus & potioribus e clero cōsidentibus, Anno archiepūs huiusmodi orationē fecit: Quo factum est, inquit, modo mi frater Alexander, vt pter seruatos hactenus mores, pter legem olim Romanis pontificibus pscriptam, pontificatū Romanum à rege & dño meo Henrico iniussus acceperis? & incipiens à Carolo, multos noīauit, à qbus pōtifices vel electi fuere, vel confirmati, aut eoꝝ ab his electio affirmata. Paranti plura dicere, Hildebrandus archidiaconus, cœtu cardinalium annuente, respondit: Nullum vnq̄ ius, nullū imperium Anno archiepe, regibus & impatoribus Romanis in pōtificis Ro. electione fuit, & si quid p vim, si quid pperam actum sit, censura patrum postea correctum est. Incipiens itaq; à superioribus, tam diu immoratus est, q̄ad vsq; victus Anno, satis sibi factum esse respondit. instititt tn̄, vt ob calumniatores apud Mantuam conciliū pontifex cōuocaret. cōsensit in hoc pontifex, accessitq; cum cardinalibus, & in concilio oēs epi Lōbardiæ pter Cadolum interfuere. Tandē approbata est Alexandri electio, oēsq; epi, deposito odio, illius amici studiosiq; effecti sunt. imperator etiam ipse non solum in gratiam pōtificis redijt, veꝝ etiam precibus ab eo impetrauit, vt & Cadolo veniam petenti ignosceret, & Guibertum tanti mali autorem, Rauennatis ecclesiæ archiepm crearet. primū haud grauate fecit, secundū inuitus, & non nisi precibus Henrici fatigatus concessit. Occupato in his Alexandro, Robertus Guiscardi Tarentinos subegit, Richardus q̄q; & Guilielmus nōnulla ecclesiasticæ ditionis occupāt. Hildebrādus aūt archidiaconus de Nortmannoꝝ pfidia apud Mantuā certior factus, Gotfredū ducē & vxorē eius Mechtildim aduersus illos suppetias postulauit. ad q̄rū copiosissimū exercitū territi Richardus & Guilielmus, capta de terris & iurisdictione ecclesiæ reliquerūt. Quo facto, archidiaconus, Gotfred⁹ & Mechtildis Romā cum gloria reuersi sunt. Supra in narrandis Angloꝝ rebus, obiter s. & trāscursu q̄dam παρ' ἱστορίαν προλαμβανόμενος, Cuntonē Angliæ regē in Hērici tpa deduxi. Is est qui vniuersam Angliā, Scotiā, Noruegiam, Daciamq; obtinuit, pietate magis q̄ armis tutatus, cœnobia q̄dam cōdidit. Successerat ei Aroldus filius Nothus, quem legitimus filius Andebuntus perimi iussit, & hunc quidē gula perijsse cōstat. Vocatus Eduardus Eceldredi filius à Nortmannis, vbi exul agebat, regnū adijt non sine lætis auspicijs. hic sine liberis decedens, Guilielmo Nortmanno auunculo suo regnum reliquit. Atq; sic anno salutis 1066. regnū Angliæ translatū est in Nortmannos in psona Guilielmi ducis Nortmanni bastardi, qui fuit filius Roberti, nepos Richardi secundi, pronepos Richardi primi ducis Christiani, de q̄ supra mentionē fecimus. Occupauerat regnū mox e Vuestosaxonibus Aroldus, quidam, qui p annū hoc tenuit. dum Guilielmus regnū armis inuadit, Aroldū plio supatum interficit, ꝙ Alfredo cognato suo mortis causa fuisset. Dicit, nocte q̄ pugnā pcessit, Nortmannos vigilijs pcibusq; vacasse: ac cōtrà, inimicos vino ac cātibus. Traditur pterea eum pcera statura, vastisq; viribus fuisse, tum venatorē maximū, temploꝝ euersorē, & plane tyrannū egisse. Et ab eo tēpore Nortmanni in Anglia vsq; in hodiernū diem regnare cœperūt. mortuo Guilielmo postea anno dñi 1098. succedit Guilielmus filius, qui fuit nequā & scelestus, vt dicemus infra. Cometes eodē tēpore diu apparuit insolitæ magnitudinis & vehemēter ignitus. Anno dñi 1092. Guilielmus Bastardus ex duce Nortmanniæ rex Angloꝝ moritur, vt iam dictū est, & regnauit post eum Guilielmus filius suus. qui moritur in venatiōe, & succedit ei iunior frater suus Henricus. nam Robertus tunc erat in expeditione Hierosolymitana occupatus, qui cum redijsset, mouit fratri bellū, & captus est, ac in Angliā ductus p fratrē, qui eum aptis venis fecit mori in carcere. Anno 1135. Henricus I. rex Angliæ moritur, & succedit ei Stephanus de Boligne sororius Henrici, anno 1154. Stephanus moritur, & succedit ei Hēricus filius filiæ Hērici primi. Famuli huius Hērici occiderūt S. Thomā Cātuarień. Anno dñi 1189. moritur Hēricus 2. & succedit Richardus Carolerius vocatus. is iuit ad terram sanctā, & Philippus rex Franciæ anno sequenti. hic Richardus rediens anno dñi 1193. capitur p ducem Austriæ, liberauitq; se grādi pecunia. Anno dñi 1199. Richardus iste in obsidione cuiusdam castri vulnere accepto moritur, cui succedit frater suus Iohannes dictus sine terra. hic amisit Nortmanniā, quam rex Frācię Philippus regno suo vniuit. & quia epōs regni ab ecclesiis expulerat, execrabatur & regnum interdicebatur: vnde amisisset etiam regnum, nisi mox recōciliasset se ecclesiæ. Mortuo Iohanne, succedit Hēricus 3. filius, huic successit filius Eduardus anno 1269. Anno 1306. Eduardus

Anno Coloniēsis archiepūs.

Concilium Mantuanū.

Gotfr. ecclesiæ hostes vicit.

Cunto Anglus.

Guilielmus Nort. Angliæ rex.

Angloꝝ regum genealogia.

ardus dictus lōgis tibijs, morit, & successit eius filius Eduardus, & secundū q̃sdam reg. anno 1318. hic Eduardus p literas fecit homagiū Philippo regi Frāciæ de Valois, anno 1330. sed postea anno 1337. cœptū est maximū bellū, ppter successionē regni Frāciæ, in q̄ qdem bello captus est Iohānes rex Frāciæ & in Angliā ductus, anno dñi 1375. Eduardus cum iam regnasset circiter 52. annos, morit, & successit ei in regno Richard⁹ princeps de Galoes Eduardi filius. Deinde anno 1399. Hēricus comes de Berbick, q ex Anglia erat bānitus ad tēpus, hic rediēs, dux Lācastri ex successiōe factus, fecit tm̄ in populo, q̄ se regē cōtra Richardū cōsanguineū acceptarēt. Richardus vero plures ex factione decapitari fecit, nec multo post & ipse q̄q; captus & capite truncatus perijt, regnauitq; p eo Hēricus p̄dictus potēter, vocatusq; Hēricus 4. Anno 1412. Hēricus 4. moritur, & filius suus Hēricus 5. pro eo coronat. hic duxit copias nō modicas in Franciā, humiliauitq; regē Frāciæ, vbi sex duces ex regno Franciæ cæsi sunt in vno p̄lio, & rex q̄si totū regnū amisit, & veniēs Parisios, vxorē duxit filiā Caroli regis Frāciæ Margaretā, & ex ea genuit Hēricū 6. Anno dñi 1426. puella q̄dam Iohāna, dicēs se missam à Deo cōtra Anglicos, regē Frāciæ ad spem regni reduxit. Anno dñi 1444. treugæ inter reges factæ sunt, & Renatus rex Siciliæ dedit filiā suā Hērico regi Angliæ. Anno dñi 1455. dux Eboraci Eduardus, cepit Hēricū regē Angliç, & regnauit p eo p vim. euasit tūc filius Hērici Eduardus pene puer, cum matre filia regis Renati q eos tenuit. Deinde post aliq̄t annos Varuicus comes Clarētiæ dux, cōgregatis copijs auxiliarib⁹, Eduardū ex regno fugauit, Henricū à carceribus liberauit, ipsumq; vnà cum filio Eduardo & vxore in regnū restituit. Sed paulo post Eduardus auxilio Caroli ducis Burgūdiæ sororij p vim regnū ingressus, Henricū regē cum filio Eduardo & Varuico duce capitibus truncari fecit, & regnū obtinuit. Deinde moriēs, filios reliq̄t impuberes, q̄s qdam nobilis vir educauit. Verū Richardus frater Eduardi, illos (vt fama est) occidi pcurauit, & ipse regnū obtinuit, q tñ post q̄ 2. annis regnauit, p Henricū comitē de Rychemōt, occisus est in bello, q regnū vsq; ad hæc tpa obtinuit. Porro superuenit qdā, q dicit se filiū esse Eduardi, nec occisum fuisse, huic rex Scotiç filiā vxorē dedit: sed postea in bello victus occidit, & Hēricus regnare non desiit, & hodie regnat. Anno 1068. Hēricus rex adolescētiæ vsus licētia, Saxoniā solā ex oñi Ro. impio cœpit incolere, principes despicere, nobiles opprimere, inferiores sustollere, venatui, lusib⁹ cæterisq; huiusmodi exercitijs plus q̄ iustitiæ opib⁹ insistere, filios illustriū qbuslibet obscure natis cōiugare, priuata p̄sidia instruere. his discordiæ seminarijs contigit, regi q̄ plurimos insidiatores tam vitæ q̄ regni crescere. suspectus in his habebat Adelbertus Bremēsis archiepūs, vti instigator regis. Anno 1069. Agnes imperatrix, mater regis Hērici, tædio affecta, vel potius diuinitus cōpuncta, ducatū Boioariæ quē ipsa nup imperio sibi vsurpauerat, deposuit, & regni gubernacula penit⁹ cōtemnēs, p Chr̄o Romā pœnitentiā actura se cōtulit, ibiq; in Deo fructificās, post aliq̄t annos in dño de hac vita migrauit. Dedit aūt eundē ducatū Othoni viro industrio de Saxonia. Anno salutis 1071. Otho dux Saxoniæ, Boioariæ ducatu, quē ab Agnete imperatrice iampridē receperat, priuatus est. nam hic Otho Saxo gñe, amplissimæ nobilitatis vir, prudentia aūt & rebus bellicis incōparabilis, in tñ vt rex, q iam multis suspectus erat & inuisus, ipsum cōtra se regē fieri formidaret, accidit q̄ qdam *Egino mediocri loco nat⁹ irrepsit, vt videbat, subornat⁹, q Othonē ducē de regis nece tractasse cōmētus est, se ipsum vt mos erat, potestati regiæ vadē obtulit, q̄usq; duello cum duce cōfligēs, vera cōprobaret q̄ retulit. Quid multa? placitis & colloquijs Mogūtiæ & Goslariç cōdictis, Otho dux cum Eginone, vtpote dux cum latrone, primas cum ignobili, cōgredi ex reliq̄rū principū cōsilio cōtempsit, sua tñ innocētia & Eginonis improbitas minime latuit. nihilominus ducatū Bauariæ Otho, vt reus maiestatis, amisit, quē Guelfo qdam illustris, acer & bellicosus, filius marchiōis Italiæ, q paulo ante filiā Othonis duxerat vxorem, vir natus Sueuus, accepit à rege. idq; principalis discordiæ semē, ppetuos p̄liorū, seditionū, schismatū, hæresiū, lamētabilesq; fructus germinauit. Eodē anno qdam p̄potēs dum ad mēsam sederet in cōuiuio, repēte à muribus circūuallatus, ab ipsis est pene cōsumptus, reliq̄s mēsæ cōuiuis sine læsione dimissis. Verū vbi à suis in mare pie̅ctus fuisset, insecuti mures, nauē ipsam cōscenderūt, ipsumq; cadauer mortui vsq; ad aq̄ introitū corrodebāt. In terrā igit positus, à muribus est integer comestus & dilaceratus. simile per oīa factum de principe q̄dam Poloniæ, Martinus historiographus recitat.

Anno sequēti rex Othonē vsq;quaq; psequit, munitiones eius destruit, p̄dia vastat, & vt reip. hostē delere parat. ecōtra ille militibus electis instructus, ipse q̄q; manu fortissimus & animo efferus, nūc p̄da, nūc flāma, nūc ferro q̄cunq; se fors obtulit, suas iniurias vlcisci satagebat. ipso q̄q; mediāte, non cessat gēs Saxonū, etsi Saxoniæ principes

Clades Frācorum.

Richardi regis scelus.

Henrici 4. inertia.

Othoni Saxoni Bauariam Agnes tradit.

Guelfoni Bauaria datur.

pes antea male Othoni fauissent, cõiurationem aduersus regem cõfirmare, accusatiões inauditasq; blaphemias ad sedẽ Ap. referre, socijsq; archiepis, episq; pluribus,* Alexandrum * regi odiosum facere: qdam quoq; summæ sanctitatis virũ Annonem archiepm Colonieñ. cõiuratiõis eiusdẽ cõscium fuisse asserũt: quorũ insidijs territus, Saxonia cessit, & in alijs regni partibus rebus agẽdis institit. Quæsiui diligẽter, quę causa discordiarum inter regẽ & Saxones prima fuerit, & inuenio q in principio regni principes Saxoniæ crebris cõuenticulis agitabãt de iniurijs qbus ab Henrico III. affecti fuerãt, arbitrabãturq; pulchre sibi satisfactum fore, si filio eius puero adhuc regnum eriperẽt. Accessit ex insperato turbãdis rebus ingens adiumẽtum, Otho frater Guilielmi marchionis, vir acer ingenio & manu impiger: is apud Bohemos iam à puero exulauerat, q cõperta morte fratris, magna spe obtinẽdæ hæreditatis regressus in Saxoniã, à cunctis illic principibus benigne excipit, exhortatiõibusq; instigatur, vt nõ solum Marchiã, sed ipsum quoq; regnum affectare conaret. fidem ergo ab eis accipit, pollicent opam, regemq; vbicunq; opportunum fieret, interficere cõstituunt, perculsis metu oĩbus, qbus rerũ publicarũ aliq cura erat. Placuitq; regẽ ocyus in Saxoniã vocari, periclitãti Reip. vt succurreret. Rex mature in Mersburg venit, principes ad colloquiũ vocat. dum autem Bruno & Eberardus patrueles regis, ad curiam proficiscerentur regiam, incidunt in multitudinem prædicti Othonis, erantq; aliàs inimici: nec mora, dato signo, ad pugnam cõcurrũt, & in vulnera ruunt. Ibi in acie prima Bruno & Otho ambo pleni irarum, vterq; alterũ primo impetu lœtaliter trãsfodit. amissis ducibus, aliquãdiu certatũ est, ancepsq; pugna erat. sed Eberardus tametsi grauiter saucius, dolore tñ fratris efferatus, rapido cursu in cõfertissimos hostes pcipitem se mittit, Bernardi comitis filium egregiũ adolescẽtem interficit, cæteros in fugã vertit. sic Resp. maximo metu est liberata. & Saxones cõtra regẽ nil amplius moliti sunt. Anno salutis 1073. Colonieñ. archiepus & Hermãnus Babenbergeñ. epus, missi sunt pecuniam quę regi debebat, cõgregãdi causa, q legatiõe pacta reuersi, lras aplicas detulerũt, regẽ vocãtes ad satisfaciendum p Simoniaca hæresi, alijsq; emẽdatiõe dignis, quæ de ipso Romæ fuerãt audita.

S. Anno eius nois II. archieps Colo. 33.

Rebellio Saxonum.

Et qm̃ hoc loco archiepi Colonieñ. q oriundus fuit e Dassela, dictus Anno, inter præsules Agrippineñ. eius nois secundus, alioq trigesimustertius, mentio fit, non alienum fuerit, ex multis tanti viri pclare gestis vnum præ cæteris memorabile facinus referre. Cum post seditionem quãdam Colonieñ. cõtra ipsum, ageret in arce seu monario (ipse em̃ ex castro cœnobiũ fecerat) Sigenbergẽsi, q̃d hodie est in Ducatu Bergẽsi, haud procul à Bonna, cõtigit iudices Alti iudicij Colonieñ. pauperculæ cuidã mulieri iniquã sentẽtiam ferre. Mulier questum archiepo de iniuria sibi à scabinis illata Sibergum venit. Præsul mox illos ad se cum suis iudiciarijs libellis venire iubet. Rogat, cur sic tam iniuste viduam iudicassent. Non habentibus quo se excusarent, mãdat oĩm oculos effodi, vni interim, cuius filium e fonte psul susceperat, sic parcens, q huic vnus tantũ oculus erueretur, vt esset q alios sex reduceret domũ. Vtq; huius rei memoria firmius hæreret, iussit domorũ, in qbus isti iudices excæcati habitabãt, summis fastigijs superimponi lapideum absq; oculis caput, quo sic ab iniqs iudicijs etiam posteri deterrerentur. Horum capitum superant Colonię adhuc, cum hæc scriberemus, reliquiæ, prësertim in antiquo rerum venaliũ foro. Moritur ac sepelit archiepus iste post in Lombardia, illuc cum imperatore profectus: eiusq; inter sanctos relati, ac miraculis per diuinam gratiam coruscantis ossa transferuntur inde in Germaniam sub Friderico primo, preciosis loculis Sibergi in templo sancti Michaelis recondita.

Anno eius nois secundus, iter sanctos relat9.

Eodẽ anno 1073. Rudolphus dux Alemaniæ & Burgũdiæ, & Bertoldus dux Carinthiorũ, id est, de Zæringen, Guelfo dux Bauariæ, à rege discesserũt Henrico, cũ apud regem pficere nõ valerẽt. Eodẽ anno Saxones multa psidia & castella, quę rex dudũ ædificauerat, funditus euertũt, castrũ etiã Hartespurg & claustrũ ibidẽ canonicorũ solotenus deiecerũt: & q̃d dictu nefas est, innocẽtis cuiusdã filij regis ossa sepulta, in cõtumeliam patris de sepulchro ejciũt. Scribũt qdam, q multa rex munitissima castella in Saxonia & Thuringia cõstruxerat, qbus indigenarũ aĩos cõtra se cõcitauerit, tandẽ pacis gra eas munitiões destrui iussit. Alexãder papa interim statuit Alleluia suspendi à septuagesima vsq; ad pascha, & q sacerdos p obliuionẽ nõ baptizatus, p oẽs gradus post baptismũ denuo cõsecret. morit põtificatus sui anno xi. mense sexto. Anno M.lxxiij. Alexãdro defuncto, vix exequijs celebratis, clerus & populus ad funeris põpã cõgregati, Hildebrãdum archidiaconũ acclamãt à B. Petro in põtificẽ esse electũ, ad quorũ clamores importunos cardinales cõclaue ingressi, eundẽ elegerũt, quẽ Gregoriũ vij appellarũt. hic sedit annis xij. mẽsem vnũ. Electiõis aũt decretũ siue forma, Platina referente, hæc fuit: Nos sanctæ Ro. ecclesiæ cardinales, clerici, acolythi, subdiaconi, presbyteri,

Rebellio qrundã principum.

Gregorius vij. papa.

p̄sentibus episcopis, abbatibus, multisq́ꝫ tum ecclesiastici tum laici ordinis reuerēdissimis patribus, eligimus hodie x. Kal. Maij in basilisca S. Petri ad vincula, anno 1073. in verę Chr̄i vicariū, Hildebrandum archidiaconū, viꝛꝫ multę doctrinę, magnæ pietatis, prudētiæ, iustitiæ, cōstantię, religiōis, modestū, sobriū, cōtinentē, domū suā optime gubernantē, paupibus hospitalē, in gremio sanctæ matris ecclesiæ libere à teneris annis vsqꝫ ad hanc ætatē educatū: quem qdem cū ea potestate ecclesię Dei p̄esse volumus, q̄ Petrus Dei mādato quondā p̄fuit. Sub hoc pōtifice ecclesia nouis & inauditis schismatū erroribus piclitari cœpit. sunt etiā q illū nō canonice cōstitutum, sed tyrānice papatū sibimet vsurpasse referunt. Alij & fere om̄es, p̄rsus contrariū referunt. Nos ea q̄ varie scripta de eo inueniunt, fideliter annotabimus. Inuenio apud Saxones eleganti stylo scriptū, q̄ Alexādro mortuo, Romani mox incōsulto rege, elegerūt Hildebrandū viꝛꝫ celeberrimū. Eo electo, episcopi Galliaꝛꝫ grādi scrupulo p̄moti, ne vir vehementis & acris ingenij atqꝫ fidei, districtius eos p̄ negligentijs suis quādoqꝫ discuteret, suggerere conati sunt, asserentes q̄ nisi rex impetū hoīs p̄uenire maturaret, & electionē eius quę iniussu suo facta fuerat, irritā decerneret, grauia eum picula inuenirent. Quod rex animaduertēs, statim legatos Romā misit, q Romanos cōuenientes causam sciscitarent, quare p̄ter cōsuetudinē maioꝛꝫ, rege incōsulto, pōtificem ordinassent, ipsumq́ꝫ, si nō idonee satisfacerent, illicite accepta dignitate abdicare se p̄ciperent. Veniētes aūt Romam legati, benigne sunt suscepti. Expositis deinde mādatis, pōtifex respōdit, se Deo teste honoris huius apicem nunq̄ affectasse, sed electū se à Romanis, & violenter impositā sibi necessitatē, veꝛꝫ cogi nullatenus potuisse, vt ordinari se p̄mitteret, donec in electionē suam tam regē q̄ principes Teutonici regni cōsensisse certa legatione cognosceret. Hæc vbi regi sunt nunciata, libenter suscepit satisfactionem, & lætissimo suffragio vt ordinaretur, mādauit. Consonat aliquantisp̄ Blondus: Gregorius, ingens, commissam sibi ecclesiā quiete cupiens gubernare, pacē cum Henrico habere quæsiuit: q̄d ostendit epistola, priusq̄ coronaret, ad Beatricē & Mechtildin eius filiā, in hęc verba: De rege aūt, vt antea in literis n̄ris accepistis, hæc est voluntas n̄a, vt ad eum religiosos viros mittam⁹, q̄ꝝ admonitiōib⁹, inspirāte Deo, ad amorē sanctę Ro. ecclesiæ reuocare eū, & ad cōdignā formā suscipiendi impij instruere ac expolire valeamus. & ad Anselmū Lucensem episcopū scribit: Hæ nāqꝫ p̄sonæ pacē conantur efficere, charissima filia nostra Agnes impatrix, nécnon gloriosa Beatrix cū filia Mechtilde, Rudolphus quoqꝫ dux Sueuiæ. Epistola etiam Rainaldo Cumano episcopo apud Henricū agenti scripta, pacē insinuauit. Inter hæc vero non minus pōtifex ad Henricū oratores misit, denunciaturos, se, si in pōtificatu confirmaret, nullatenus errores illius toleratuꝛꝫ: proinde aut aliū pontificem fieri curaret, aut se ad satisfaciendū condigne pararet. *Subiungunt illi. rex tū facti modo & veritate cognitis, electioni eius assensum p̄buit, mittens ad vrbē Gregoriū Vercellensem episcopū, regni Italici cancellariū, dictā electionē (vt mos erat) sua autoritate cōfirmatuꝛꝫ: q̄d Platina quoqꝫ affirmare videtur. Cōfirmatus Gregorius, Henricū regem ab episcopatuū & ecclesiaꝛꝫ venditione deterrere statuēs, legatos q hæc eadem p̄ferrent, misit. accesserunt ad id impetrandum pontificis oratores, Agnes s. regis genitrix, G. Ostiēsis, V. Prænestinus, & R. Cumanus episcopi. Eam ad legationē Henricus in Bauaria agēs, benigne respōdit, nec tn̄ episcopos q̄s Alexander ob simoniā execratus est, à sua cōione voluit remouere. Cūqꝫ legati pōtificis instarent. respōdit p̄ Bremen̄. ep̄m, Mogūtino archiep̄o vices Romani pont. in Germania ab Alexādro Gregorij antecessore, olim fuisse concessas. Replicant ad hæc oratores, concessionem Mogūtino factam, concedentis morte expirasse. nihilominus tn̄ p̄stitit in sententia Hēricus. quā ob rem oratores, Bremēsi ep̄o. q regis impulsor adiutorq́ꝫ fuerat, execrato, Romā sunt reuersi. Paulopost Bambergen̄. & Constantien̄. ep̄os Romæ agentes, & de simonia conuictos, papa dignitate priuauit. Subinde quadragesima sequenti Gregorius pōtifex cōcilium Laterani cū celebraret, interfuerūt Guibertus Rauennas archiep̄s, & maxima Lōbardiæ episcopoꝛꝫ pars, adstiterūtq́ꝫ pōtifici Mechtildis comitissa & Sisulphus princeps Salernitanus. quo in concilio Robertus Guiscardus ob nouam terrarū ecclesiæ de marchia Anconitana occupationē, & cæteri Nortmanni fuerunt execrati. Soluto aūt concilio, cæteris abeuntibus, māsit Romæ Guibertus, dolū rege cōsentiente machinaturus. Celebrat Missam pōtifex in natiuitate domini apud Mariā maiorē, q̄ basilica vocat ad p̄sepe. tum subito irrūpens stipatus cohorte Cincius p̄fecti filius, papam tunc hostiam frangentē in sacrificio, atqꝫ raptū altario deturbat: attractumq́ꝫ ad domū, quæ sibi eo loci erat, in turri clausit. populus id nō ferens, postridie Cincij domū furibundus vndiqꝫ aduolans pontificē liberat, ædes ac turrim scelerati hoīs à fundamētis euertit, familiā eius nares mutilatā ab vrbe pellit. ipse vero

Hēric⁹ pontificis electionē confirmat.

Dissidium Henrici & papæ.

Cinci⁹ pontificem capit.

vero Cincius tanti mali autor,fuga salutẽ quærens,in Germaniã varijs tramitibus ad impatorem puenit. Verũ Guibertus tanti doli machinator,vt Blondus & Platina scribunt,cum insidiæ ad vota nõ successissent, simulata beneuolentia, à põtifice dimissus, Rauennã peiora molitur⁹ peruenit,Theobaldũ Mediolaneñ. archiepiscopũ & plures Cisalpinæ antistites,cõiurare in Gregoriũ pollicitationibus ppulit. His addidit Hugonem Candidũ cardinalẽ,q etsi ante idẽ fecerat,in gratiamq́;,animo licet simulato,redierat,Guiberti tñ dolo fraudeq́; circũuentus ac psuasus,quam p̃ se tulit malã mentẽ, aptius declarabat. Nã viribus oĩbus q̃ad poterat,annisus imperatorẽ & Nortmannos inter se de impio dissidẽtes cõponere,pacisq́; fœdera pponere,inq́; pontificẽ eos cõcitare cogitabat. Sperauit tñ Gregorius Henricũ qescere,sicut & Guibertũ. sed cũ nouã coniurationẽ percepisset põtifex,synodũ Laterani coegit,in q̃ Guibertus Hugoq́; execrati,dignitatibusq́; priuati,anathematis vinculo sunt innodati. Dum hęc agunt̃ Romæ,Hẽricus cũ Saxonibus non infeliciter pugnat,& elatus aliq̃t successibus,pontifici peruicacius restitit. peruenit interim ad eũ papæ mandatũ, vt de obiectis se criminib⁹ purgaret. q̃re cõuentus Vormatię indicit̃ Sigefridi archiepiscopi Mogũtini opera. in conuentũ eũ & Hugo cardinalis,cuius iam mentionẽ fecimus,venit,tragœdiã quandam apud principes de scelesta papæ vita cõmentus,falso ptulit. Itaq; imperator oĩbus,ne q̃ re papæ obtẽperarent interdixit,papã ex episcopoꝝ decreto abrogauit. restiterũt principio huic sentẽtiæ boni q̃dam viri,tum e Saxoniæ episcopis,tum alijs Germaniæ primatibus,episcopus Herbipoleñ. & Meteñ. q tumultu superati sunt. Ad pontificẽ,vt se magistratu abdicet,scribit̃ his fere verbis:Quia & introit⁹ tuus tãtis periurijs est initiatus,& ecclesia Dei tam graui tẽpestate per abusionẽ nouitatũ tuaꝝ periclitat̃,& vitã cõuersationẽq́; tuã tam multipliciter infamia dehonestat,obedientiã,quam tibi nullã pmisimus,nec de cætero vllã seruaturos esse renũciamus: & q̃a nemo nr̃m, vt tu publice declamas,tibi hactenus fuit episcopus,tu q̃q; nulli nr̃m eris aplicus. Veniẽs aũt Romã ex eo cõciliabulo Rolãdus Parmeñ. clericus,ab imperatore ac reliquis episcopis missus, atq; perductus ad cõspectũ põtificis cardinaliũq́;, Gregorio publice interdixit,ne q̃d ageret deinceps,q̃d ad magistratũ põtificis pertineret, & cardinalib⁹ ipsis mãdauit,vt relicto Gregorio,aliũ habituri põtificẽ,ad se pficiscerent̃. Et hęc quidem pariformiter apud pontificẽ & cardinales verbis Hẽrici regis referunt̃. at nõ minus eregione multoꝝ Germaniæ episcopoꝝ literæ,põtifici suã opam & fidei cõstantiã pollicentiũ sunt allatæ:q̃ impulsus causa põtifex,ea ĩ synodo *Sigifredũ & eius impietati assentiẽtes episcopos & abbates cõmissis priuauit ecclesiis,Hẽrico aũt gubernationẽ,titulũ & dignitatẽ regni interdixit,oĩbus principibus & populis vtriusq; regni Teutonici & Italici,q̃ illi obstringebant̃ iuramẽto,autoritate Aplica solutis, ipsumq́; anathemate notauit. Eodẽ anno dñi 1076. principes & populi pars maxima,animis ab Hẽrico se alienare cœpunt,primiq́; Saxones,post illos Meteñ. episcopus Hẽricum censuit in vim anathematis deponendũ. Vnde Germani principes circa Kaleñ. Octobris colloquiũ maximũ apud Oppenheim faciũt,vbi pene totius Germanię principes & maxime Saxonũ & Alemanoꝝ,subiectiõi regis renunciabant,causam p̃tendentes, q̃ à duobus iam aplicis vocatus ad satisfactionẽ,nõ venisset,& p hoc cõtemptu sentẽtiã execrationis in Romana synodo a papa accepisset, licet ipse inauditus & absens fuisset. Vnde cũ fatisceret iam & plane ortũ videret̃ in regno dissidiũ,Rudolphus Guelfo & Theodoricus,primores Alemanoꝝ duces,cum cęteris in regno p̃stantibus in id cõsilij conuenerũt,vt vocaret̃ in Alemaniã põtifex,& q̃ Henricus ab illo supplex veniam peteret:alioqn si petere nollet,successorẽ illi daturos se cõcordi cõuentus sentẽtia testati sunt. id autẽ factuꝝ se rex ipse,interposito sacramento,pollicitus est. ea de causa,regis & cõuentus noĩe accessit pontificẽ orator archieps Treuereñ. Henricus, q̃ instante,põtifex Augustãptoriã venire statuẽs,venit cũ cardinalibus vsq́; Vercellas,vbi ab episcopo loci clam rescijt,Hẽricũ regẽ hostili in se animo cũ exercitu venire. Tum põtifex obmisso instituto, Canossum oppidũ agri Rhegieñ. q̃d erat ditioni Matildis comitissę subiectũ,declinat. morã põtificis suspectã habẽs rex, prope cũ oĩbus copijs eo mouit. Quanta tñ difficultate venerit in Italiam hyeme asperrima, scribit Hersueldensis monachus,quod miseꝝ satis est audire. inuenio etiã in eiusdẽ scriptis,q̃ Diedericus episcopus Verduneñ. fautor regis,dum pficiscentem paulo post inseq vellet, captus est ab Adelberto comite de castello quod dicit̃ Calu,& spoliatus oĩbus, q̃s studiosissime cõuexerat,tam longi itineris impensis,à quo diu tẽtus in custodia,tandẽ dato quodcũq; exigebat̃ redemptionis suæ precio,addito etiã iureiurando, q̃ iniurię huius nec spũalem nec corporalem vindictam aliquando expeteret,liber abire dimissus est.

Ea tempestate Robertus Bambergensis episcopus in Italiã pgens p Boioariam,ca

Guiberti archiepi Rauẽnatis ast⁹

Hẽricus papę mandat, vt se magistratu abdicet.

Conuentus principum apud Oppenhaim.

ptus est à Guelfone duce Bauaro℞, q eum diutissime in vinculis tenens, oīa tñ quæ secum habebat, ecclesiæ Bambergensi restituit. At rex veniens Canossum, statim deposito regali ornamento, nudis pedibus supplex petebat se in oppidū intromitti. denegatum aūt ingressum æquo anīo tulit, q̄uis aspera esset hyems, in suburbio tñ oppidi triduo demoratus, cōtinuo veniā petens. Tandē rogatu Matildis & Adelai Sabaudieñ. comitis, abbatisq̄ Cluniaceñ. introduct⁹ absoluitur, & ecclesiæ recōciliat, pace iuramēto firmata, & obediētia promissa sub hac forma: Rex Henricus, cōposita pace iureiurādo confirmata ex sñia dñi nostri Gregorij vij. affirmo me pacta & fœdera cōseruaturum, curaturumq̄ vt quoquo voluerit idem pōtifex, sine vllo discrimine sui ipsius & comitatus proficisci possit, maxime aūt per loca imperio nostro subiecta, neq; per me statu℞, quo minus libere pōtificio munere vbiq; loco℞ vti possit, & hæc seruaturū me iureiurādo addico. actū Canossi v. kaleñ. Februarij. indict. xv. Accepit aūt rex vt absolueretur, conditiones has, vt die & loco quēcunq; papa designasset, euocatis ad generale conciliū Teutonicis principibus, præsto esset, & accusatiōibus quæ intēderent, respōderet, & ad eius sñiam vel retineret regnū, si obiecta purgasset: vel ęquo aīo amitteret, nullam siue retēto, siue amisso regno, huius iniuriæ vindictam à quoq̄ hoīe exacturus. Vsq; ad eam aūt diem, qua causa eius legitima discussa terminaret, nulla regij cultus ornamēta aut dignitatis insignia sibi adhiberet, complices suos, quorū cōsilijs se remq̄ pub. perdidisset, à sua in perpetuū familiaritate amoueret: ad vltimū, si qd ho℞ præuaricaret, irritā fore absolutionē, qn iam pro cōuicto cōfessoq̄ habendū esse. Ita absoluto rege ab execratiōe, vt scribit Hersueldensis historicus, papa Missa℞ solēnia celebrauit, confectaq̄ sacra oblatiōe, regē cū cætera quæ frequēs aderat, multitudine, ad altare vocauit: præferēsq̄ manu corpus dñicum, Ego, inqt pōtifex, iampridē à te tuisq̄ fautoribus lrās accepi, qbus me insimulabas sedē Ap. per Simoniacā hęresim occupasse, & alijs qbusdā tam ante episcopatū q̄ post acceptū criminibus vitā maculasse, quæ mihi secūdum scita canonū oēm ad sacros ordines accessum obstruxerint. Et licet multo℞ idoneo℞ testium adstipulatiōe crimē refellere queā, eo℞ s. q oēm vitæ meæ ab ineunte ætate institutionē integerrime nouerūt, ego tñ ne humano potius q̄ diuino niti videar testimonio, vt oñe scādalū de medio auferā, ecce corpus dñicum, q̄d sumpturus sum, in experimētum mihi hodie fiat īnocētię meæ, vt oīpotēs Deus suo me hodie iudicio, vel absoluat obiecti criminis suspiciōe, si innocēs sum: vel subitanea interimat morte, si reus. Hæc & alia vt solēne est præfatus, partē dñici corporis accepit & comedit: qua liberrime absumpta, cū populus in laudes Dei aliquādiu clamasset, tandem *impetrato silentio, cōuersus ad regē: Fac ergo, inqt, fili si placet, quod me facere vidisti. Principes Teutonici regni suis in dies accusatiōibus aures nostras obtundūt, magnā tibi molem capitalium criminum impingētes, & nosti optime humana plerūq; vacillare iudicia, & in publicis disceptatiōibus nōnunq̄ falsa pro veris persuaderi, dum pro disertorum hoīm ingenijs & dicēdi copia & suauitate, falsitas verbo℞ phaleris adornata libenter auditur, & veritas nullis eloquentiæ nixa adminiculis cōtemnitur. cum ergo tibi bene consultum cupiā pro eo, q̄ in calamitatibus tuis supplex Ap. Se. patrociniū expetisti, fac quod moneo, si te innocētem nosti, & existimationē tuā ab æmulis tuis per calūniam falsis criminatiōibus impetitā libera, & ecclesiā de scādalo, & te ipsum longæ concertationis ambiguitate, sume hāc residuam partē dñici corporis, vt cōprobata Deo teste innocētia tua, obstruatur omne os aduersum te iniqua garriētium, & me deinceps causæ tuæ aduocato, & innocētiæ tuæ vehemētissimo assertore, principes tibi recōcilientur, regnū restituatur, oīs qbus iam diu Respub. vexat, bello℞ ciuiliū tēpestas in perpetuum sopiatur. Ad hæc ille, inopinata re attonitus, æstuare: & resumpto deinde spū, causari apud papā cœpit de absentia principum, q sibi in aduersis fidē adhuc integrā seruassent, qbus inconsultis, & potissimū absentibus accusatoribus, irritā fore, nec qcq̄ viriū apud incredulos habiturā esse criminū in se obiectionē dicebat: proinde sedulo papā orare, vt rem integrā generali cōcilio differret, vt ibi secundū leges discussis tam accusatiōib⁹ q̄ accusato℞ psonis, obiecta refelleret. Haud grauate papa petēti acqeuit, regē ad prādium vocauit, & postea cū pace ad suos, q longius extra castellū remanserant, remisit. Qui abiēs, cum causam Italis exposuisset, vehemēs in eum ira & indignatio coorta est, fremere oēs & sæuire verbis ac manibus cœperūt, legatos aplicos irridere, se execrationē papæ nihili æstimare, quē oēs Italiæ epi iustis ex causis iampridem excōicassent, q Se. Ap. per Simoniacā hæresim fœdasset, homicidijs cruentasset, adulterijs alijsq; capitalib⁹ polluisset, regē sec⁹ ac deceat egisse, crimē glorię suæ intulisse nunq̄ abolendam, q̄ homini hæretico & probris oībus infamato maiestatem regiam submisisset, se in vltionē, abdicato patre, qui vltro regni fascibus indignū se effecisset, filium eius,

Hēric⁹ rex à pōtifice absoluitur.

Magno fidei testimonio Gregorius vtitur.

Hērici ficta humilitas.

Epōrum in papam indignatio.

eius,licet impuberē adhuc,regē facturos,& cū eo Romā ꝓficiscentes,papā aliū electuros,ꝑ quē impator ꝓtinus cōsecraret,& oīa papę huius apostatici gesta cassarent.hęc vna oīm volūtas,vna sentētia erat.Ad hæc impator rogat,ne moleste accipent, aut in cōtumeliā suā factū reputarēt,q̄d extrema necessitate cōpulsus,cōmunis cōmodi ratione fecisset:nec Teutonicis principibus, q sibi ꝑ calūniam regnū eripe machinarent, nec Ro.pōtifici aliter satisfieri potuisse:nunc se oībus angustijs,qbus vias eius conclusissent inimici,liberatū:oēm deinceps curā industriāq́ʒ ad vindicandas suas & illoꝝ iniurias translaturꝫ.sæuit nihilominus furor,& cū Italiā pagraret, vt iustitiā regio more administraret,nec in ciuitates eū recipiebāt,nec obuiā ibant vt moris erat, sed foris in suburbanis locis cōmorari arctabatur, apposito singulis locis p̄sidio, vt p̄das forte de agris vel villis agere volētes,armata manu coercerent.Territus rex insolita reꝝ facie, seroq́ʒ pœnitens ꝙ incognitæ genti se credidisset, & Teutonicis finibus excedēdo hostem mutasset,non euasisset,ratus huius rei vnicū hoc esse p̄sidium,vt initū cū Ro.pontifice fœdus abrūperet,& inde reparādæ cōcordiæ initiū faceret,vnde fuerat orta discordia:execratos,quos à cōtubernio suo amouerat,in pristinū gratię & familiaritatis gradū reuocauit. Tum assidue in cōuentu principū detrahebat Ro.pontifici, ꝙ autor oīm maloꝝ ac incentor extitisset,hortabat́q́ʒ simul oēs,vt suo ductu suisq́ʒ auspicijs tantaꝝ iniuriaꝝ vindictā ab eo expeterent.Paulatim Italos fere oēs,ꝙ in pontificē non essent ꝓba fide,in suā ita simulato fauore sententiam traxit,vt eius vires augerēt, sumptibus exercitū alerent,planeq́ʒ oēm opam pollicerētur.Interim primates Germaniæ viri,probā rati materiē iuuandæ reip.absentiā Henrici,cōuentum indicunt in oppido Forchem,Rom.pontifici rem ꝑ literas denunciant,ne p̄ter boni pontificis autoritatē quicquā in impio gereret.Is q̄primum principū erga remp.animos & Henrici nouos tumultus accepit,Henricū hortat vt in fide maneat,conuentū adeat.Sed hic commēto q̄dam pōtificis mandata illudēs,Italia non cōmode exire posse respondet, fuisse eam totius Italiæ populis expectationē aduentus sui,si mox digrediatur,existimationē impatorij noīs nullā fore apud illos. Quod papa principibus Germanis rescribit,legatos ad cōuentum mittēs Bernardū abbatē Massiliæ, & diaconū cardinalē S.Ro.ecclesiæ Bernardū,suāq́ʒ simul excusans absentiā,ꝙ impatoria fraude oēs sibi aditus & in Germaniā & in vrbē Romā occlusi essent. Circiter 5.Idus Martij,cum pōtificijs legatis Mogūtinus,Metensis,Vuirceburgēsis episcopi, Rudolphus Sueuus, Bertoldus Carinthius,Guelfo Bauarus duces,& alij pleriq́ʒ summi viri,in Forchē conueniūt,Rudolphū Sueuiæ ducē,bonū principē,regem eligunt.Incidit hæc res tantoꝝ maloꝝ ceu lernęū semen in annū dñi 1078.Henricus impator audiens Rudolphū regē factū,cōsternatus animo,missis legatis,petijt à pōtifice, vt Rudolphū execratiōibus ab occupatiōe regni depelleret, Alemanis in illum tanq̄ tyrannū arma sumere imparet. Gregorio respōdente,non decere pōtificem,inauditū quempiā dānare,excandescens iracūdia Henricus,sumptis armis,contra Rudolphū contēdit.vbi grauiter & incerta victoria vtrinq́ʒ inter reges dimicatū est. Gregorius hæc audiens, ex vtriusq́ʒ legatis synodo habita,tres legatos elegit,q̄s de latere sedis apost.trāsmisit ad cōponendas res inter Hēricum & Rudolphū,inter q̄s erat Otho Treuereñ.archieps.tradidit autē illis literas in hanc formā:Cognita imbecillitate, cupiditate, & ambitione humani generis,mandamus,ne quispiam vel rex vel archieps vel eps,dux,comes,marchio,siue miles,aliq̄ colore quæsito,legatis nr̄is resistere audeat.Quicunq́ʒ aūt impedimēto illis fuerit quo minus pacē componāt,eū anathematis vinculo alligamus spiritu ac corpore ac oībus fortunis ap̄lica potestate colligamꝰ &c.Mandatū p̄terea legatis est, vt in Alemania conuentu habito,mature decernāt, vtri duoꝝ regum ex æquo & bono ius competat,eidemq́ʒ consensu bonorum regnum decernant. His mandatis (ex Blondi sententia)videtur Rudolphus annuisse,subiungit eñ,Henricum oratū à legatis,vt quod Rudolphus toleraturꝫ se obtulerit consiliū, ipse etiam cōsensu oīum cōstituendum in Alemania toleraret.Respōdisse autem Hēricum, nisi Rudolphus pōtificis autoritate execraret,se nullatenus cōgregationi cōcilij assensurꝫ.Oratoribus auditis, pontifex oēm pacis cū Hērico habēdæ spem abiecit.vnde execrationē in Hēricum his verbis denuo cōfirmauit:Hēricus,q cornua & calcē cōtra ecclesiā Dei supbe nimiū erexit,facta cōiuratione cum multis episcopis Italici,Gallici,Germanici noīs,q fractus potius q̄ ad sanitatē reductus,ad me in Cisalpinā pueniens,absolutionē anathematis suppliciter q̄siuit,hunc ego quē ad pœnitentiā venisse credideram,in grām recepi,hucq́ʒ tantūmodo coīonem reddidi,nō tamē in regnū,ex quo eū in Rom.synodo merito depuleram,restitui,nec vectigalibus regni,vt ad fidem redirent,concessi.Hoc ideo feci,vt si redire in gratiā cū finitimis suis,q̄s semp vexauerat,differret,redderéq́ʒ res cum eccle

Hērici simulatio ꝓdit.

Rudolphus Sueuię dux, rex electus.

Gregorius Rudolfo & Henrico pacē mandat.

Attē. solutū Hēricū,nō ī regnum restitutum.

siasticas,tum psonas ex fœdere abnueret,cogi ad officiũ execratióibus & armis posset. Hac opportunitate adiuti qdam Germaniæ epi & principes,ab hac fera bestia diu vexati,in locum Henrici suis flagitijs e regno cadentis,ducẽ Rudolphum deligunt, q regia modestia & integritate vsus,statim nũcios ad me misit, à qbus intelligerẽ se coactum regni gubernacula suscipere,nõ esse tñ adeo regnãdi cupidũ,vt nõ malit nobis q̃ regnũ pollicẽtibus obtẽperare,futurũ se in Dei ptãte semp ac nostra,idq; vt arbitraremur nos, futuros filios obsides pollicitus est. Stomachari tum Hẽricus cœpit, & nos primo qdem p̃cari,vt Rudolphũ ab occupatiõe regni execratiõibus ,ppellerenius.Dixi me velle videre,cui ius cõpeteret,& eo missurũ nũcios q rẽ oẽm reiciscerẽt. Vetuit Hẽricus q̃ minus res à legatis nostris decerneret,multosq; tũ seculares,tũ ecclesiasticos interfecit,ecclesias diripuit & ,pphanauit.hãc ob rem fidẽs in Dei iudicio & misericordia,fultus etiam autoritate nostra,ipsum Henricũ eiusq; fautores vinculo anathematis colligo,atq; iterũ regiã ei potestatẽ adimo,ĩterdicoq; Chr̃ianis oĩbus illo iuramẽto absolutis,quo fides regibus dari solet,ne Henrico vlla in re obtẽperent,Rudolphũ quem Germaniæ proceres delegerũt,suscipiant. Hæc scribẽs principibus Germaniæ, subiungit: Agite igitur apostolorũ sanctissimi principes,& q̃d dixi, vestra auoritate interposita cõfirmate. Et post pauca: Hoc aũt iudiciũ cito in Henricũ exercete, vt intelligant omnes iniqtatis filij,nõ fortuitu,sed vestra opa eum regno cedere. Velim insuper vt à dño grãm consequatur,vestris monitis ad pœnitẽdum inductus. Actum Romæ Nonis Mart.indictiõe tertia. Quin Guibertum discordiæ autorem dignitate priuat. Rauennam mittit,q fidelium animos à Guiberti erroribus cõstanter reuocẽt: Erat & alia inter pontificẽ & Henricũ cõcertatio: inoleuerat eñ,p̃cipue in imperio,q defunctis ecclesiarũ p̃latis annulus & baculus pastoralis ad imperatorẽ dirigebañ,vnde postmodum vnũ de familiaribus & capellanis suis ad ecclesiã vacantẽ dirigebat, nõ expectata electione cleri: q̃d dñs papa cõtra honestatẽ fieri cõsiderans & cõtra iura,semel, secundo & tertio imperatorẽ monuit,vt à tam detestabili p̃sumptiõe desisteret,& cũ illum reuocare nõ posset,Romæ cõcilium cõgregãs cẽtum & decẽ eporum,in quo primũ ipsum Henricũ execratus est,tanq̃ periurũ & ecclesiæ Dei subuersorẽ & psecutorẽ: anathematizauit & oẽs ecclesiasticas psonas,quæ de manu alicuius secularis psonæ reciperẽt inuestituram,de quo 16.q.7.c. Si qs deinceps,vbi etiã subiungit: Si qs imperatorũ,regũ, ducum,marchionũ,comitũ,vel quælibet seculariũ psonarũ,inuestiturã episcopatuum vel alicuiꝰ ecc̃iasticę dignitatis dare p̃sumpserit,eiusdẽ sñiæ vinculo se esse obstrictũ sciat. Insup in eodẽ concilio oẽs Simoniacos anathematizauit, & fornicarios sacerdotes à diuinis officijs remouit,& laicis Missas illorũ audire ,phibuit,notorie in fornicatiõe iacentium. Et Gregorius Rudolpho & Bertoldo ducibus(quos puto Alemanię,hoc est, Sueuiæ duces fuisse,& hunc esse Rudolphum regẽ postea,vt supra tactum est,factum) hæc quæ p̃ceperat,exequi curauit. argumẽto est inter cætera,ep̃la plebi Constañ. diœcesis scripta in hæc verba: Gregorius epũs seruus seruorũ Dei, clericis & laicis maioribus atq; minoribus in Constañ. diœcesi cõstitutis,salutẽ & benedictionẽ. Misimus fratri nostro epo vestro Othoni lr̃as exhortatorias,per quas pro nostri necessitate officij apostolica autoritate iniunximus illi,vt Simoniacã hæresim de ecclesia sua penitus excluderet,& castitatẽ clericorũ studiose prædicãdam susciperet. Sed epus vester neq; B. Petri reuerentia p̃cepti,neq; officij sui solicitudine attractus, vt nobis relatũ est,quæ paterne suaseramus,pficere curauit: & vt non solum inobediẽtiæ,verum etiã rebellionis offensam contraheret, quemadmodũ accepimus, palam clericis suis iussioni nostræ, immo verius B.Petri,oĩno contraria pmisit,ita vt q mulierculas habuerãt, retinerent: & q non habebant,illicita temeritate subintroducerent. Quod vt audiuimus, moleste ferentes,alterã ei scripsimus ep̃am, indignationis nostræ motus ostendentes: qn etiam ipsum ad synodum Romanam aduocauimus,vt rõnes reddat,& inobedientiæ causas, si rationabiles fuerint,in audientia totius conuentus exponat. Hæc ideo filij charissimi vobis nota facimus,vt saluti vestræ consulamus. si eñ fronte aperta epus vester repugnans & contumax esse studuerit,indignum est vt præsit &c. Quapropter oĩbus,sicut prædiximus,Deo & B.Petro obedientibus apostolica autoritate præcipimus.si in obduratione sua persistere voluerit,nullã ei obedientiæ reuerentiã exhibeatis,neq; id animæ vestræ perniciem esse putetis.nam si præceptis apostolicis voluerit esse contrarius, ab omi illius subiectionis iugo B.Petri autoritate vos absoluimus,ita vt si etiam sacramenti obligatione qlibet ei fuerit obstrictus,q̃diu Deo ac Se.Ap.rebellis extiterit, nulla illi fidelitatis exhibitione fiat obnoxius. Quin obseruatione digna videntur, quę de Hildebrandi cõstitutionibus *Hersfeldensis narrat: Hildebrandus cum epis Italiæ conueniens frequentibus synodis decreuerat, vt secundum instituta antiquorũ canonum, presby-

Rursus excom. Henr. & Rud. confirmatur.

Const. de inuestituris.

Grego. ep̃la ad Constantienses.

presbyteri vxores non habeant, habentes autem dimittāt, aut deponātur: nec qsquam oīno ad sacerdotiū admittatur, q non in perpetuū cœlibē vitā profiteat. Hoc decreto per totā Italiā promulgato, crebras lrās ad ēpos Galliaꝝ trāsmittebat, pcipiens vt ipsi in suis ecclesijs à cōtubernio sacerdotū oēs oīno fœminas ppetuo anathemate resecarēt. Aduersus hoc decretū protinus infremuit tota factio clericoꝝ, hoīem plane hæreticū & vesani dogmatis esse clamitās, q oblitus sermonis dñi, q ait: Non oēs capiunt hoc verbum, q potest capere, capiat: & Apostolus, q se non continet, nubat, melius est enī nubere q̄ vri: qp violenta exactiōe hoīes viuere cogeret ritu angeloꝝ, & dum cōsuetum cursum naturæ negaret, fornicationi & immunditiæ frena laxaret. Quod si pgeret snīam cōfirmare, malle se sacerdotium q̄ cōiugiū deserere: & tūc visuꝝ eū cui hoīes sorderēt, vnde gubernādis per ecclesiā Dei plebibus angelos cōparaturus esset. nihilominus ille instabat, & assiduis legatiōibus ēpos oēs socordiæ & desidiæ arguebat. Archiepūs Moguntinus sentiens nō parua cōstare opera, vt tanto tēpore inolitam consuetudinem reuelleret, atq; ad rudimenta nascentis ecclesiæ senescentē iam mundum reformaret, moderatius agebat cum eis: & primo eis dimidiū annum inducias deliberandi dedit, hortans eos, vt q̄d necessario faciendum sit, sponte faciāt, & tam sibi q̄ Ro. pontifici necessitatem adimant aliqd seuerius agendi. Ad vltimū cōgregata synodo in Erdesfurt mense Octobri, imminebat vt relegata omni tergiuersatione, in præsentiaꝝ aut coniugium abiurarent, aut sacri altaris ministerio se abdicarent. multas contra illi rationes afferebant, qbus instantis perurgētisq; improbitatē eludere niterētur. Cumq; aduersus Ap. Se. autoritatem, qua se ille ad hanc exactionem præter voluntatem propriam compulsum obtendebat, qp nihil argumēta, nihil supplicatiōes precesq; proficerent, egressi sacerdotes tanq̄ ad consultandum, cōsilium ineunt, vt in synodum non redeant. Nōnulli etiam clamitabant, melius sibi videri, vt in synodum regressi, ipsum ēpm priusquā execrabilē in eos snīam promulgaret, cathedra episcopali deturbarēt: quo merita morte mulctato, insigne monimentum ad posteros transmitterent, ne qs successorum eius, talem sacerdotali nomini calumniam struere tentaret. Cum ad ēpm relatum esset, hoc eos machinari, cōmonitus à suis, vt tumultum mature præuerteret, misit ad eos foras: rogauit vt sedato pectore in synodū regrederentur: se, cum primū opportunitas arrisisset, dn̄m apostolicū, si qua posset rōne, ab hac snīæ austeritate deducturum. acta sunt hæc anno dñi 1074. Sequenti vero anno idem archiepūs mense Octobri synodum Moguntiæ congregauit, vbi inter alios ēpos q conuenerant, aderat Curieñ. epūs Ap. Se. legatus, literas & mādata deferens, qbus ei sub interminatiōe gradus & ordinis sui præcipiebat, sicut antea multis legationibus præceperat, vt presbyteros omnes q intra suam diœcesim essent, cogeret aut in pręsentiarum coniugibus renunciare, aut se in perpetuum sacri altaris ministerio abdicare. Quod dum facere vellet, exurgentes q vndiq; assidebant clerici, ita eum verbis confutabant, ita manibus & totius corporis gestu in eum debacchabantur, vt se vita comite, synodo excessurum desperaret. sic tandem rei difficultate superatus, statuit sibi deinceps soli quęstiōe oīnino supersedendum, eamq; Ro. pontifici relinquendam, vt causam quam ipse toties inutiliter proposuisset, ille per semetipsum quando vellet & quomodo vellet peroraret. Hanc disceptationem horrenda ecclesiæ occidentalis pestis secuta est, adeo vt & laici in hoc sacerdotum dissidio sacra tractarent, baptizarent, inungerent sordibus pro vero pietatis oleo, tātisper donec diuina prouidentia rebus illis consultum est. Circa hęc tempora mulier quædam in Constantia peperit hominem, duo capita habentem & omnia membra duplicia. In Sicilia hoc in tempore ciuitas Syracusana tanto terræmotu concussa est, vt ecclesia ibidem infra Missarum solennia hominibus plena corrueret, & omnes vtriusq; sexus homines opprimeret, præter sacerdotem celebrantem & duos illius ministros. In hac generatione anno dñi 1060. moritur rex Franciæ Henricus filius Roberti, q Henricus vxorem habuit Annam filiam Georgij regis Syriæ, ex qua genuit Philippum. Habuit & alteram coniugem filiam Matildis comitis de Vermandais, ex qua genuit Rudolphum comitē, genuit & Robertum ex Anna regem Syriæ, & Hugonem regem in Hierusalem, sed ante moritur, & Gotfridus de Bolion rex creatur. Philippus igitur filius Henrici in regno succedit Franciæ anno quo supra. hic habuit Bertā filiā comitis Balduini de Flandria vxorē. Iste Balduinus fuit rex Frisiæ & comes Hollandiæ, genuit ex Berta Constantiam & Ludouicum Grossum. Habuit & concubinam comitissam Andegauiæ, propter quam fuit execratus ab Vrbano. Circa hæc tempora cometes apparuit, de hoc quidam monachus Elmerus Malmoberiæ: Venisti, inquit, venisti, multis matribus lugendum malum, dudum te vidi, sed nunc multo terribilius te intueor patriæ huius excidium, scilicet Angliæ.

De sacerdotum vxoribus & cōcubinis.

Att. sacerdotum duritiem.

Prodigia.

Philippus Frāciæ rex.

GENERATIO XXXVII.

Anno dñi 1080. sub Gregorio vij. & Henrico IIII. incepit 37. generatio. Henricus accipiens Rudolphũ cõfirmatũ, se vero publice anathematizatũ, censurus iratus magis q̃ admonit⁹, nihil statuit omittendũ, q̃d põtificis excidio accõmodũ intelligeret. Cõuocatis itaq; apud Noricã Brixiã Alemaniæ vrbẽ oĩbus sibi ex Germania & Italia parẽtibus epĩs & abbatibus, cõciliũ aduersus Gregoriũ celebrauit, quẽ pseudo monachũ, totius vesaniæ (vt asserebãt q aderãt) pestiferũ principẽ, & p̃cipue sanctæ Romanæ sedis inuasorẽ affirmãtes, aplica sede depellendũ, q̃uis absentem, iudicabant. Et Guibertũ Rauennatẽ archiepm ipsi subrogandũ eligebãt. Erat aũt hæc decreti conclusio: Quia, inquit, Hildebrandũ cõstat nõ à Deo electũ, sed à seipso in fraude & pecunia impudentissime erectũ, q ecclesiasticũ subuertit ordinẽ, q Chrĩani imperij p̃turbat regnũ, q regi catholico ac pacifico corporis & animi intẽtat mortẽ, q periuꝝ defendit regẽ, q inter cõcordes seminat discordiã, inter pacificos lites, inter frẽs scandala, inter coniuges diuortia, & quicq̃d quiete intra pie viuẽtes stare videbaẽ, cõcussit: Nos autore Deo cõgregati in vnũ, legatis ac literis freti epõrum decem & nouẽ, die sancto Pentecostes Brixiæ cõgregatoꝝ, cõtra eũdẽ Hildebrandũ p̃cacissimũ, sacrilegia ac incendia p̃dicãtẽ, piuria & homicidia defendentẽ, catholicã & aplicã fidẽ de corpore & sanguine dñi in quæstionẽ ponentẽ, hæretici Berengarij antiquũ discipulũ, diuinationũ ac somnioꝝ cultorem manifestũ, necromanticũ, pythonico spũ laborãtem, & idcirco à vera fide exorbitãtẽ, iudicauimus canonice deponendũ & expellendũ: & nisi ab ipsa sede his auditis descẽderit, in p̃petuũ cõdẽnandũ. acta aũt sunt hęc vij kaleñ. Iulij indictione tertia. Guibertus aũt Clemẽs est vocatus. Hoc diaboli suggestiõe in cõciliabulo editũ per ecclesię aduersarios decretũ, Gregorio & cardinalibus p legatos oblatũ, nõ nihil timoris incussit, q̃d hãc pessimoꝝ cõgregationẽ, oĩa quæ in Ro. sedis detrimentum vergere possent, tentaturã p̃spiciebãt, q̃d etiã factũ sequentia declarabũt. Nã Henricus copijs summo conatu coactis, Rudolphũ in Saxonia agentem, inuadendũ duxit, cui Rudolphus aduenienti trinis castris obuiã venit. Cõgressi itaq; iam q̃rto p̃lio, obstinatis pari ardore in mortem aut victoriã animis, certabãt diutius, & cũ victor p̃pe Rudolphus esset, casu (vt Blondus refert) à suis vulneratus, longiuscule retrocessit, & vulnerati plures eũ secuti sunt. Inter quos pariter mortuus reptus est, vel vt alij scribũt, Rudolphus à suis Mersburgã viu⁹ delat⁹ est, & in breui defunct⁹. Ferturq; in extremis positus, abscissam dextrã intuitus, ad epõs q forte aderãt, grauiter suspirãdo dixisse: Ecce hæc est manus qua dño meo Henrico fidẽ sacramẽto firmaui, ecce ego iã eius regnũ & vitã derelinq̃ p̃sentem, videte q me soliũ ei⁹ cõscẽdere fecistis, vtinã recta via me vestra monita sequentẽ duxissetis. Refert tñ Blondus, Henricũ in hac pugna fuga p̃lapsum latitasse, & q̃ à suis diligentissime p̃quisitus, septimo tãdem die p̃ter oĩm spem sit inuẽtus. alij vero aliter sentiunt. Fertur Henrico, cũ ad ecclesiã Mersburgeñ. venisset, ybi Rudolphus regio cultu sepultus fuit, cuidã dicẽti, cur eum q rex nõ fuerat, eo honore sepultũ pateretur, respõdit: Vtinã oẽs inimici mei tam honorifice iacerent. Tanta vero victoria potitus rex Hẽricus, pacifice iam videbatur imperium possidere, atq; mox Saxones primo, q caput rebellionis fuerant, afflixit. Deinde Sueuiam ingrediens, ciuitates & castra demoliens, ad se redire cõpulit, eoq; tum Tubingen (vt q̃dam volũt) obsedit, aliosq; per totum imperium, q ab illo rerum desperatione defecerãt, tum minis tum muneribus ad se reduxit. Perueniunt noua de morte Rudolphi ad Gregorium, simulq; haud mitiora. Nã eisdem ferme diebus Henricus iunior regis filius, audita Rudolphi cõfirmatiõe, de qua supra dictũ est, tutãdis Italię rebus à patre cũ copijs missus, Mechtildi apud Parmã vrbem p̃lio cõgressus, illam supauit, eaq; mulier, quã Gregorius semp gloriosam appellat, altero tunc infortunio agitabaẽ. Cum eñ Gotfredus vir eius anno iam elapso obijsset, alteꝝ illa accepit virum Azonẽ marchionem Estensem. veꝝ cõsummato matrimonio per carnis copulã, resciṫ ipsa, hũc Azonem q̃rto affinitatis gradu sibi esse coniunctũ. Re itaq; cognita, consuluit Gregorium. Ille mulieri imperauit, ut à consortio viri abstineret, ac de commissis pœniam ageret, & ad diuortium induxit. Deinde post tantas victorias anno dñi 1081. rex Henricus per Boioarios Italiam est ingressus, sub cuius aduentũ Mechtildis comitissa subditoꝝ sibi populoꝝ fide non diffisa, quicquid habuit copiaꝝ, Romam præsidio pontifici misit. Peruenit Romam Henricus in vigilia Pẽtecostes, pugnatum est aliquãdiu apud vrbem Leoninam, & vicina ædificia demolita, desperataq; victoria, Henricus cũ suo antipapa Rauẽnam rediit & anno sequenti rursus ad obsidendam vrbem trãsiuit, cepitq; ciuitatem Leoninam, & basilicam Petri cum suo antipapa prophanauit. Idẽ fecit de basilica B. Pauli, porticus destruẽs, vastatus est oĩs ager circa Romã, & ciues maxĩa fame coarctati sunt: quibus

Henr. conciliabulo Guibertum papam eligit.

Rudolphũ Henricus vicit.

Sueuia vastata.

Henrici filij tyrociniũ.

quibus effectum est malis, vt multi migrãtes, nunq̃ sint reuersi. At Henricus cũ vrbem Romã introire nõ posset, Tibur cõcedẽs, inde tanq̃ ex arce belli in Romanos quotidie incursiones faciẽs, eo inopiæ eos redegit, vt pacẽ quauis conditiõe expeterẽt. Interponebãt q̃dam se, vt ipse cum summo põtifice pacificaret. Et post multos tractatus cum nullo modo cõcordia fieri posset, multi Italiæ epi atq; barones, q̃ primo papæ fauerãt, illo relicto, se ad imperatorem conuerterũt, quorũ fauore imperator Romam mouens, ipsam obsedit. Militabat aũt hoc in tpe sub impatore Gotfredus inclytus ille dux Lotharingiæ, q̃ postea primus ex Latinis Hierosolymis regnauit. Hic in ea obsidione effracta muri parte, quæ sibi contigerat expugnanda, in vrbem primus irrupit, q̃ ea die nimio labore fatigatus, grauẽ incurrit infirmitatẽ: & cum morti se proximũ cerneret, vouit q̃ si Deus eum ad sanitatẽ reduceret, terrã sanctam ꝓmissionis ꝑsonaliter visitaret, ex quo voto statim conualuit. Romani igitur postq̃ senserunt impatoris exercitum intra mœnia versari, q̃ ante Henrico clam fauerãt, iam palam relicto papa ad imperatorẽ transeunt, atq; ei introeunti cateruatim occurrentes, imperiales laudes acclamarunt. Sũmus aũt põtifex vidẽs se à populo Ro. deseri, in quo summe sperabat, cum ad fugã via minime pateret, cum suis cardinalibus ad castrũ Crescẽtij, aliàs S. Angeli, se recepit. Quod postq̃ sensere Romani, se tẽpus inuenisse rati, quo recuperarẽt grãm regis, castrum vndiq; obsidẽt, adeo vt nulli ingressus vel egressus pateret. quæ cum Robertus Guiscardi à põtifice intellexisset, cũ exercitu in Italiã se contulit. Interim Henricus Cluniaceñ. abbatẽ virum celebrẽ & Gregorio deditissimũ, misit, dicens ad pontificem, si Laterani Hẽricũ coronaret, fore vt in Alemaniã cũ oĩbus copijs abiret: rogabat põtificẽ oĩs populus, nec ipse aduersabat, si modo errata corrigeret Hẽricus. plures eñi is corrupisse fert, ita vt in faciẽ põtifici diceret, nõ esse Henrico regi, & si prius ecclesiæ nõ satisfaceret, coronã & declarationẽ imperij denegãdã. ad q̃d põtifex verbũ, se in castro cõtinuit. Post hæc gesta & de recessu Henrici pleriq; scribentes, variãt. Sunt ex nostris q̃ scribũt, q̃ Henricus rex natalẽ dñi Romæ apud S. Petrũ celebrarit (erat aũt annus dñi tũc 1084.) q̃ circa kaleñ. Februarij in Campaniã trãsiens, ipsam & magnã partem Apuliæ ceperit. Post hæc per legatos Romanorũ rogatus, Romã redijt, ac ad portam Lateraneñ. castra ponens, oẽs dediticios accepit, ipsisq; petentibus, vt, q̃a Hildebrandus ab ipsis abdicatus, iam fugerat in vrbem Salernitana, * Vuigbertum Rauennatem, apostolicũ eis ꝑficeret, ergo xi. kaleñ. Aprilis feria sexta ante diem Palmarum, multis stipatus, cum magna gloria intrauit, ducẽs secum ꝑdictum epm, q̃ sequẽti dñica per multos epos aplico noĩe *dicatus, nomẽ Clemẽtis accipiẽs, reuerẽter est inthronizatus, à quo etiã rex cum regina Berta in S. dñica Paschæ imperiali benedictiõe sublimatus est. Post hæc impator de Italia digrediẽs, Augustam ciuitatẽ ab Alemanis inuasam, obsedit & cepit. Hæc illi. Alij vero scribunt, Henricũ capta vrbe, & pontifice in castro S. Angeli clauso, nunciũ accepisse asserẽtem, Robertũ Guiscardi cũ infinita multitudine in papæ succursum venire, eoq; audito territũ, vnde Ro. populũ cõgregauerit, tacuerit tñ de aduẽtu Roberti. ꝓposuerit aũt vrgeri se negocijs imperij, celeriter abire oportere, sicut & fecit. quo recedente, non post multos dies dux Robertus ad liberandum papam venit. Romani aũt aduentu eius audito, sese adhortantes, cum multitudine armorũ illi obuiam ꝑgunt, commissoq; ꝑlio, ab ipso sunt victi atq; fugati. tunc per portam Flaminiam ingressus, eam partem ciuitatis quæ circa S. Laurẽtium in Lucina & S. Syluestrum respicit, hostiliter inuadẽs, ꝑdæ & incẽdio exposuit. Deinde ꝓfligatis Romanis, ad castrũ S. Angeli accessit, atq; inde papam multa gloria cum cardinalibus atq; nobilibus educẽs, aliquãdiu ibi mansit. Postremo papa deliberato suorũ consilio, cum se tutum esse Romæ nõ crederet, & ducẽ domestica negocia reuocarẽt in Apuliã, relicta vrbe, paucis eum sequentibus, cum duce ꝓfectus est ad vrbẽ Salernũ. Hæc & illi. Vtrum aũt verius sit, iudicio legentiũ relinquo: & forte vtrũq; ita actum est, & q̃ post recessum Henrici dux Robertus dñm papam liberauerit, & post recessum eiusdẽ aplici redierit rex, Guibertum inthronizauerit, à quo postea coronatus cum regina fuerit.

Anno vero dñi 1085. synodus Moguntiæ habita est, cui interfuit impator, vbi ꝑsentibus legatis Romanorũ, oẽs epi rebelles impatori, deponendi iudicãtur, ibi etiam communi consilio atq; consensu cõstituta est pax, non multo post substitutis ab impatore per parochiarũ ecclesias ꝑsulibus in locũ abdicatorũ, recepto iam à Saxonibus pacifice impatore Henrico, licet ipsi Saxones & Alemani post mortem Rudolphi, Hermãnum Carinthiorũ ducem ꝑpotentem ac nobilẽ virum, in regẽ cõstituissent, q̃ tñ paulo post falso regis noĩe deposito, ꝓmissione impatoris ad ꝓpria reuersus, mortem obijt. Hoc anno Hildebrandus, q̃ Gregorius vij. fuit apud Salernitanos exul, moritur. quæ eius vitæ tpe in Repub. Chriana sunt acta, hmõi fere sunt, vt scriptores dubitent, an honestatis ar-

Henr. Imp. vrbẽ Romã inuadit.

Gotfr. dux Lotharing.

Henri. vrbẽ intrat.

Guibertũs Clemẽs papa dict9 Hẽricum coronat.

Hermã. rex.

Greg. mors & ei9 gesta.

tis argumento & fidei zelo ab Hildebrando sint gesta. Sigibertus eã sñiam adstruit. veȝ faciũt tot pietatis monimẽta quæ is reliqt,& studiũ quo in Henricũ III. fuit olim, vt nõ adhibeam illis fidem. vir fuit certe Gregorius religiosus, timẽs Deum, iustitiæ ac æqtatis amator, in aduersis constans, q præter Deũ in his quæ ad iustitiam ptinebãt, nil timuisset pficere. Ad cõfirmationẽ illius, scribũt aliq Hugonem abbatẽ Cluniaceñ. affirmasse, Gregoriũ spũ pphetico floruisse, & eũ sibi sua cogitata insinuasse. Vincẽtius: Cũ esset in minoribus, ait, constitutus, in Francia legatus, insectabat Simoniacos cõuictos hoc vitio, atq; ab officio deposuit. & cum inter cæteros qdam epus ea labe infectus, fuisset sibi denunciatus, nec tñ cõuinci posset, mandauit epus Hildebrandus, vt p sui purgatiõe, Gloria patri & filio & spiritui sctõ, diceret. q existimãs se euasisse, expedite ptulit, Gloria patri & filio: vlterius aũt, & spiritui sancto, exprimere nõ potuit: & iterũ atq; iteȝ exprimere conatus, defecit, nõ valens sanctum noiare spm: & merito qdem, quia per Simoniam offenditur maxime spũs sanctus. ex eo igit cõuictus, deponebatur. Ferf quoq; idem Gregorius in extremis dixisse: Dilexi iustitiã & odi iniqtatẽ, ppterea morior in exilio. nisi qs forte eũ arguat ob censuræ grauitatẽ, quã tanta (vti diximus) in occidentali ecclesia scandala sunt secuta. Potuisset hic Augustini sententiã volutare, qñ ait: Cum cõtagio peccãdi multitudinẽ inuaserit, cõsilia separatiõis & inania sunt, & pniciosa atq; sacrilega, qa impia: & plus pturbant infirmos bonos, q̃ corrigãt animosos malos. Constat aũt ex veridicis scripturis, q tum in schismate Romanũ imperiũ septẽnio & amplius laborauit, alijs aplico adhærentibus, q Simoniacos & fornicarios psequebat in tm, vt eoȝ Missas audire oĩbus vetaret. Damnabat etiã & censuris ecclesiasticis notabat reges ac principes, q ad episcopatus inuestirẽt, & clericos q inuestituras ab his reciperẽt. Alijs aũt Henrico fauentibus imperatori, q dicebat sibi competere ius ordinandi sedẽ Ap. & inuestiẽdi epos atq; abbates in imperio, put more pdecessoȝ suoȝ ac priuilegijs aplicis ad eũ peruenisset, quæ oĩa Romanus põtifex sibi interdiceret, pinde ac iniuriam faceret. ob hoc aũt adnitente vtroq;, totũ imperiũ præda, ferro & igni vastabat. Paucissimi etiã epi in Germania cũ aplico manserũt, q tum expulsi de suis sedibus exularũt. Inter has angustias nõnulli principes, comites, barones, & multitudo nobilium viroȝ, depositis armis, sed & cõplures clerici in monasterijs latibula quære fiere, euangelicam pfectionẽ sub regulari disciplina exequentes. Qua etiã tẽpestate nõnulla monasteria fundata noscunt, vt monasteriũ S. Georgij in Nigra sylua, monasterium Zuifalten, Latine ad Duplicẽ Aquã, sicut & monasteriũ in Sindelfingẽ fundatũ extitit anno dñi 1083. ad instãtiã Alberti comitis & vxoris suæ * Vuilkæ ducissæ ex Polonis, q primũ instituerũt ibi monachos Benedictinos. mox vero translati fuerunt monachi ad monasteriũ Hirsaugieñ. Spireñ. diœcesis, & canonici loco illoȝ in Sindelfingen instituti. Deinde vero post multa annoȝ curricula, anno salutis 1477. ad instãtiã Eberardi inclyti comitis in Vuirtenberg & montis Peligardi senioris, necnõ nobilissimæ dñæ Mechtildis genitricis suæ, ex Palatinis Rheni archiducis Austriæ, patronoȝ ecclesiæ pdictæ, ppositura in Sindelfingen cũ octo canonicatibus & totidẽ præbẽdis, autoritate aplica trãslata est ad ecclesiã S. Georgij in Tubingẽ eiusdẽ Constañ. diœcesis, Moguntinæ puinciæ, quẽadmodũ suo loco latius dicet. Illud tñ hic nõ omittam, q nõnulli volunt Adelbertum istum ecclesiæ in Sindelfingen fundatorẽ, fuisse ex comitibus Palatinis de Tubingen, qd tñ in nulla reperit authentica scriptura. sed mihi videt satis pbabile, eum comitẽ ex Calu fuisse, vel saltẽ filiũ. habuit eñ Adelbertus de Calu filios, Brunonem, Adelbertũ, Gotfridũ palatinũ: filias, Vtam & Hirmegardem, prout in Hirsaugia reperitur. Hunc ego Adelbertũ existimo eundem esse, q prædictũ in Sindelfingen fundauit monasteriũ. Consentit eñ nomen, qa vterq; comes Adelbertus est dictus: cõsentit tempus in vtroq;, prout ex pmissis colligi potest. Deinde q monachos in Sindelfingen institutos, legimus eodem tpe ad monasteriũ Hirsaugiẽse translatos, indicat q vtrunq; monasteriũ sub eius fuerit protectiõe. Cõsentit etiam, q vterq; vxorem habuit Vuilgam appellatam. in nostris etiã libris legimus, Albertum fundatorẽ monasterij in Sindelfingen, vnã cum vxore sua Vuilga apud Hirsaugiam fuisse sepultos: quod mihi non videret verisile, si non fuisset aduocatus vtriusq; loci. Demũ fateor, q longe postea comites Palatini de Tubingẽ, facti sunt loci Sindelfingeñ. dñi, & id forte ex successione, licet arma habuerint ab armis comitum de Calu diuersa. Isti eñ leonem, illi vexillum gestauere. Tandem vero vterq; comitatus puenit ad excelsos comites in Vuirtenberg. Hos comitatus ego opto, q iuxta Dei voluntatem gubernent & diu conseruent ijdem illustres dñi mihi obseruandissimi, & eo felicius, quo maiore gloria in illustrissimorum ducum principumq; ordinem sunt sublimati. Equidem in probis monumẽtis reperio monasterium nouum Hirsaugiense circiter annum dñi M. XC. ædificatum esse,

Monasterium ad Duplices Aqs & Sindelfingen.

Adelbertus comes de Calu.

esse,vbi Guilielmi abbatis vita,eruditio, probitas & singulare in Rempub. studiũ describitur. eo fuit hic ingenio, vt in quadriuij ope nemini ex antiqſsimis cedere debuerit. Scribens circa hęc tpa vir disertissimus Otho Frisingeñ. epus,nō panegyricon,sed satyrã magis,ꝙ Ro.imperiũ,inqt,ferro à Daniele cõparatũ,pedes ferreos ex parte fictiles habuit,donec à lapide pciso de monte sine manibus pcussum subrueret. Quid aliud lapidē sine manibus præcisum,ꝙ̃ ecclesiã,capitis sui corpus sine carnali cõmixtione ex spũ sancto conceptum,& ex virgine natũ,ipsam quoq; sine humana operatione ex spũ & aqua regeneratam dixerim, quæ virgo speciosa sine macula, in nouum hoīem tanquã iuuencula regenerata,ideóq; sine ruga sic quotidie virgo manēs,nouum ac speciosum populum pariens, sicut mater capitis eius virgo manens,cõtra legē naturæ speciosum edidit partum,virginitate gaudens,vt tamen sterilis nō maneat? Hic nimirũ regnũ Ro.circa finem suũ, quem pedes significãt,ferreum ꝓpter Martem, fictile ꝓpter conditionem,in ea parte quæ infirmior fuit, pcussit lapis excisus de monte sine manibus,dum regem vrbis nō tanquã orbis dñm vereri,sed tanꝙ̃ de limo per humanã conditionē factum fictilem,gladio anathematis ferire decreuit.Ipsa vero,quæ antea parua fuit & humilis,in quantum montem excreuerit,ab oībus iam videri potest:quanta tum mala,quot bella,bellorumq; discrimina inde subsecuta sint,quoties Roma misere obsessa,capta,vastata,ꝙ papa sup papam,sicut rex sup regem positus fuerit,tædet memorare.deniq; tot mala,tot schismata,tot tam aīarum ꝙ̃ corpoꝝ pericula huius tempestatis turbo inuoluit, vt solus ex persecutiõis immanitate ac tpis diuturnitate ,ad humanæ miseriæ infelicitatē sufficeret cõprobandã.Vnde bene densissimis Aegypti tenebris cõparat.& pręmittēs:Lego,inqt,& relego Romanoꝝ regum siue imperatoꝝ gesta, & nusquã inuenio quenꝙ̃ eoꝝ ante hunc Henricũ à Ro.Pont. execratũ,vel regno priuatum,nisi forte qs pro anathemate habēdum ducat,ꝙ Philippus ad breue tēpus à Ro. epo inter pœnitētes collocatus,& Theodosius à B.Ambrosio ꝓpter cruētam cædem à liminibus ecclesiæ sequestratus esset. Prædictus aũt pontifex Gregorius, à rege vrbe pellitur,Guibertus Rauēnas archiepus in locũ eius subtruditur.Porro Gregorius Salerni manens,appropinquãte vacatiõis suæ tpe,dixisse fertur:Dilexi iustitiã,& odiui iniqtatem,ꝓpterea morior in exilio.Non desunt hic q dicant,Deum ad hoc regnum Romanũ imminui voluisse,vt ecclesiã exaltaret:regni qppe viribus ac beneficentia regum exaltatã & ditatã nemo ambigit ecclesiã,cõstatq; nō prius eam tm̃ regnum humiliare potuisse,ꝙ̃ ipso ob amorem sacerdotij eius creato ac viribus exhausto,nō eius tantum,id est,spiritali,sed suo ꝓprio,materiali s.pcussum,destrueret. Quod iudicare vel discutere supra nostras vires est. Videnť tamē per oĩa culpandi sacerdotes, q regnum suo gladio,quem ipsi ex regum habēt gr̃a,ferire conãtur.nisi forte Dauid regem imitari cogitent,q Philistæum primo virtute Dei pcussum,postmodũ proprio gladio iugulauit.verum qa regno decrescēte,ecclesia brauium æternæ patriæ ac post vitæ p̄sentis laborē requiē adeptura, in p̄senti quoq; in magnũ montē crescēs, in magna autoritate stare cœpit.Nemo aũt ꝓpter hæc verba nos Chr̃ianũ ꝑīnũ ab ecclesia separare putet,cũ duæ in ecclesia Dei ꝑsonę.sacerdotalis & regalis,esse dignoscanť.Sed grauis hic oriť quæstio,quã idem Otho in p̄cedētibus tangit,magnaq; de regni & sacerdotij iustitia dissensio.quidã em̃ religionis obtentu,alij vero secularis dignitatis,qua regni autoritas imminuta cerniť,intuitu,hanc gloriam, honoremq; temporalem sacerdotibus Chr̃i,quibus cœlestis regni gloria ꝓmittiť, nō licere autumant: Duæ,inquiunt.ꝑsonæ à Deo in ecclesia sunt constitutæ, sacerdotalis & regalis: quaꝝ vna Chr̃i tractare debet sacramēta ac ecclesiastica spiritali gladio exercere iudicia,altera gladium materialem cõtra hostes ecclesiæ,pauperes ecclesiasq; Dei ab incursione maloꝝ defendendo, sceleratos puniendo,ad secularia iudicia exercenda portat gladium.Hi sunt duo gladij,qui in passione dñi leguntur,sed vno tantum Petrus vsus inuenit.Sicut ergo ad spiritalem gladiũ spiritales quoq; possessiones.i. decimæ,primitiæ,oblatiões & alia hm̃õi pertinent,sic materiali oẽs terrenæ dignitates,ducatus,ac eiusmodi subiacent.hoc em̃ Deum nō in vna ꝑsona,sed separatim in duabus in ecclesia esse voluit.Proinde sicut illi personæ,quæ gladiũ materialē portat, nō licet cõtingere ea quæ spũalia sunt:sic & isti ea vsurpare quæ huius sunt, nō cõuenit.Vnde & in euãgelio scribiť: Reddite quæ sunt Cæsaris,Cæsari:& quæ sunt Dei,Deo.Idq; dñs sicut prædicauit verbis,ita factis declarauit,qñ tributũ pro se & Petro iussit dari.Paulus etiã oẽm potestatē à Deo esse cõsiderans,in causa positus,nō Petrum,qui tunc Ro.cathedræ præfuit,sed hoīem flagitiosissimum,ex Dei voluntate sup terrã regē cõstitutum,Neronē appellauit.& ꝙ oĩs possessio regũ gr̃a fit,ex Augustino ꝓbant qui ait:Quo iure possides villas? diuino, an humano? diuino,dñi est terra & plenitudo eius:humano,hæc à regibus. Hinc dicemus,hæc terra

Guilielmus abbas Hirsaugieñ.

Seculi hui9 mala.

Duo gladij.

terra mea, hic fundus meus est. Item si dicis, qd mihi & regi⁹ dic, qd tibi & possessionibus? Quibus tn̄ hoc modo respondet, ꝙ mūdiali dignitate Deus ecclesiā suā honorare voluit. ex Dei eñ ordinatiōe factū hoc fieri potuit. nec credēdū est, Chr̄m ecclesiā suā spōsam spū erroris decipi ꝑmisisse, cui veritatis spm̄ dederat. Præterea ꝓbatæ sanctitatis viri inueniunt, q & hæc habuisse, & cū his regnū Dei acqsiuisse credunt. His ergo alijsq; modis, quos longū est exequi, probatur, & Cōstantinū ecclesiæ iuste regalia contulisse, & ecclesiam licite suscepisse. dum enim quærimus, quo iure reges id habeant, respōdere solemus, ex ordinatiōe Dei & electiōe populi. si ergo Deus ordinādo ꝙ regibus prędictus honor impenderet, iniuste nō fecit: quāto magis & id ordinādo, vt ab illa ꝑsona ad ecclesiasticā traduceret, iniustus dicendus nō est? Deniq;, si ad hoc q̄d ipse ordinauerat, tam hic q̄ ibi, voluntati suæ electionē populi, & insuꝑ hic traditionē principis cōcordare voluit: nec ipsum iniuste disposuisse, nec principē male tradidisse, nec ecclesiā illicite suscepisse, credēdum est. Sed dicis, priori ꝑsonæ licuisse, q̄d istam ex sanctitate officij habere nec decet, nec expedit. Ad hoc, fateor, aliud refugiū nescio, nisi ꝙ sanctos apl'icæ fidei ac meriti viros, Syluestrū, Gregoriū, aliosq; cōplures, ea cognoscimus habuisse. ego eñ, inqt, vt de meo sensu loquar, vtrū Deo magis placeat hæc ecclesiæ suæ quæ nunc cernit, exaltatio, q̄ prior humiliatio, prorsus ignorare me profiteor. Videtur qdē status ille fuisse melior, iste felicior. assentior tn̄ sanctę Ro. ecclesię, quā supra firmā petrā ædificatā nō dubito, credēdaq; quæ credit, liciteq; possidēda quæ possidet. Credo eñ ꝙ nullo errore decipi possit: q̄d ex hoc probari potest, Et portæ inferi nō præualebūt aduersus eam. & iteꝝ, Ego pro te rogaui Petre, vt nō deficiat fides tua. Ad hæc, si qs donationē Cōstātini videre desiderat, aliqd supra in generatiōe xi. quærat. In hac quoq; materia Iohānes de Gersona, tractatu de ecclesiastica ꝑtāte cōsideratione xij. duplicē designat pestem: nomē vnius, detractio liuida: nomē alterius, adulatio subdola. prima potestatē ecclesiasticā deprimens, subijcit tēporali: altera eleuans in vniuersum, velut ad si'itudinē altissimi. Tolle tolle, clamat detractio, tēporalitatis omne ius & dominiū ab ecclesiasticis, qa sic instituit Chr̄us, dicens: Nisi qs renūciauerit &c. neq; capaces sunt iurisdictiōis secularis. Nemo eñ militans Deo, implicat se negocijs secularibus. victu & vestitu debent esse cōtenti, reliquū est paupeꝝ. Consurgit ex aduerso blandiens adulatio, susurrās: O quāta est sublimitas ecclesiasticæ potestatis. nā sicut Chr̄o collata est oīs potestas in cœlo & in terra, ita Chr̄us oēm potestatē suā dedit successoribus suis. Vnde nec Cōstantinus qcq̄ dedit Syluestro papæ, q̄d nō esset prius suum, sed reddidit iniuste detētum. Porro sicut nō est potestas nisi à Deo, sic nec aliqua potestas imperialis aut regalis haberi pōt, nisi à Dei vicario, in cuius femore scriptum est, Rex regū & dn̄s dn̄antium. Ipse est monarcha suꝑmus, nedū in sp̄ūalibus, sed & in tpalibus, à quo alij reges & principes immediate suā accipiūt dn̄ationē, & solū mediate à Deo. Tandē miserāte Deo, moderatrix discretio regiā viam tenēs, ponit cōsiderationē xij. ex qua post vtriusq; vitij cōfutationē, idem doctor: Vnde dicimus, inqt, ecclesiasticos & capaces esse bonoꝝ tpalium, & multa eis ex debito cōpetere. Possunt ipsi deniq; cum diuitijs aliter q̄ apl'i viuere, pro circūstantiaꝝ varietate, ꝓut sapiēs iudicabit. Vitemus ex aduerso, ait, stultas & falsas adulatiōis insanias, ac suos terminos ita potestas ecclesiastica coerceat, vt meminerit potestatē secularē etiā apud infideles sua habere iura ꝓpria, dignitates ac dominia. Hæc ille. Multos iam annos in imperio Constantinopolitano nihil memoria dignū, aut reipub. Chr̄ianæ causa actū est, ꝑter vnam Romani Diogenis filij pugnā, qua Turcas vicerat circiter annū dn̄i M.lx. quū illi auctis viribus Antiochiā & Cęsareā, multaq; impij loca vastassent. Romano in imꝑio Michael Cōstātini filius successit, q regēdi imperitus, eunuchis duobus imperij regēdi curam dedit, Iohāni & Nicephoro, q Nicephorus memorabili aduersus Turcas victoria clarus est. Tandē Michaelem, q ꝙ podagra vexabat, & studijs tm̄ vacabat, inutilis reip. visus est, Nicephorus Botoniates imperio, vt scribūt, armis ac vi deiecit circiter annum dn̄i M.lxxx. huius generatiōis initia. Quibus seditiōibus Robertus Guiscardus fretus, Græcos Italia expellere statuit, Salernitanū ducē ad deditionē cōpulit, Hydruntios cepit. Iam & Tarentū arcta ꝑmebat obsidione, quū Michael exul ad eum in castra venit, opē petēs contra Nicephorū, Robertus eū ad Gregoriū vij. misit, cuius opa factū est, vt apud Ceperanū papa & Robertus cōuenirēt, & Robertus homoligius ecclesiæ factus est, & vexillo B. Petri donatus: qn etiā pōtifex, vt Robertus restitutur⁹ Michaelē, maiorem haberet autoritatē, inuasorē imperij Nicephoꝝ Botoniaten execratus est. Nec mora, Robertus Hydruntū petēs, iussis eo copijs cōuenire, Rogerio natu maiori filio ex Silegarda filia ducis Salernitani nato, res Italiæ cōmendauit: alteri filio Boemundo ex Alberada secūda vxore, præfecturā nauigaturæ militię demādauit, atq; ad Aulonā cum Michae-

Imp. ecclesiæ tutores.

Turcæ Antiochiā occupātes, pulsi.

Græciæ motus.

Michaele nauigans, ad Dyrrachiũ castra posuit. Sed Dñicus Syluius dux Venetus, cũ Nicephoro sentiens, eos ab obsidione repulit, mare Dyrrachinis patefecit, in terra tñ Boemundus obsidionẽ cõtinuauit. quo facto, Guiscardus pater cũ Michaele ad reparandã classem in Italiã se cõtulit. Nicephorus vero imperator his cognitis, Alexiũ Megan in Thraciam misit, qui militẽ cõgregaret. is perfidia vsus, ꝙ imperiũ affectaret, attributa sibi ingenti vi pecuniarũ, Turcas, Saracenos ex Asia & Aegypto conducit. oẽs aũt q̃s cõduxit, sibi obstrinxit militiæ sacramẽto, veteranos vero fraudabat stipendio, tanq̃ imperatoris culpa esset, deinde se suũ argentũ eis largiri cõtra voluntatẽ imperatoris iactabat. sicq; animis militũ sibi conciliatis, ex Adrianopoli ad imperatorẽ accessit, suasitq; vt milites in expeditionẽ mitteret. Deinde reuersus ad exercitũ, tanq̃ nihil de pecunia impetrasset pro qua missus erat, tum indignari oẽs ac fremere, apertéq; dicere, Nisi desit qui ducat, nõ defore exercitũ qui in vrbis Cõstantinopolitanæ portas, in auari crudelisq; Nicephori perniciẽ sequat. Quibus auditis, corrupti ante milites, Alexiũ nõ militẽ, sed imperatorẽ acclamãtes, euulsisq; ilico signis, fures exercitus facto agmine in Cõstãtinopolim ferri cœpit. spopõdit Alexius, se captã vrbẽ triduo ꝓmissurũ ad libitũ spoliandã. Perculsus tã infelici nũcio Nicephorus, raptim armis captis insurgẽs, portis mœnibusq; nouos dedit defensores. Armo aũt Alemanus imperatoris stipendiarius, vir nobilis & ob rei militaris experientiã Nicephoro valde charus, ab Alexio corruptus pecunia, portã ei Bulgarorũ aperuit noctu in cœna dñi. ꝑ triduũ multa mala in ciuitate faciẽtes, oĩa depdarũt. Nã p̃ter singulorũ iniurias, stupra, cædes, vulnera, vincula, p̃ter auri, argẽti, supellectilis rapinas, spoliata inquinatáq; sunt tẽpla: nec vllus fuit tã sacer locus, quin barbarum inueniret direptorem. At Nicephorus ad primos captæ vrbis clamores, S. Sophiæ ædẽ petit: vbi id humanitatis ab Alexio obtinuit, vt tonsus & in monachũ ordinatus, vita donaret. Alexius aũt ꝑ solẽnem dñicæ resurrectiõis diẽ in palatio coronatus, exercitũ à ꝑda arceri curauit. is factũ honestaturus, tanq̃ à Nicephori auaritia furor ille processisset, Michaelẽ Nicephori filiũ ꝑdictũ, imperij cõsortẽ accepit, & eũ mox cũ exercitu in Dalmatiã cõtra Robertum Guiscardi transmisit, & ipse cũ eo perrexit cum 70. millibus armatorũ. Robertus interea & Boemundus Dyrrachiũ vrgebant, in q̃s delati sunt Græci imperatores. ꝑlio cõmisso, Michael occidit. Alexius vero in fugã cõuersus, lacerũ reduxit exercitũ. Referunt aũt Alexiũ eo in ꝑlio ex Græcis habuisse 60. millia militũ armatorũ, & decẽ Turcarũ millia cũ arcubus & sagittis, quũ in exercitu ducis Roberti plus minus septingẽti milites fuissent. Dyrrachini Roberto se dediderũt, & pariter multa Dalmatiæ oppida, q̃ ipse Robertus cũ adiacente regione in suã potestatẽ redegit. Robertus tum à Gregorio vocatus, vtpote ab imperatore Henrico apud molẽ Adriani obsessus, abijt Romã, eũ (vt ꝑdictũ est) liberaturus. Ad imperiũ vero Cõstantinopolitanũ aĩo adspirans Robertus, propter intrusi & proditoriã imperatoris Alexij sublimationẽ, classem ingentẽ parauit, cũ filius Boemundus terrestrẽ exercitũ haberet in Dalmatia. Verum Alexius in auxiliũ Venetos aduocãs, qui, ne Guiscardus potẽtior fieret, Dñicũ Syluiũ ducẽ suũ mittũt: & congressis hincinde partibus, superant Græci. Iterũ Guiscardus cũ Alexio & Venetis apud Saxiũ conflixit, eosq; superatos fudit. Deinde in Cassiepã insulam cũ exercitu, quẽ terra mariq; reparauerat, delatus, mẽse Iulio obijt, anno 1086. ætatis suæ 62. cui Rogerius natu maior, in ducatu Apuliæ successit, & p̃ter Siculos, oẽs illi solitã subiectionis fidelitatẽ ꝑstiterũt. Hoc audiens Boemundus in Dalmatia constitutus, in fratrẽ duxit. cõmissa vtrinq; pugna, nõ longe à Beneuento, Boemundus à fratre in campo fugat. plurimi capti, sed nullus mortuus. Tandẽ pacta sunt inita, vt permisso Tarẽtino principatu Boemundo, Rogerius reliquã prouinciã possideret. Accepit aũt Rogerius Roberti Frisonis Flandrensiũ comitis filiã vxorẽ, ex qua genuit duos filios, Ludouicũ & Guiscardũ, q in ætate tenera mortui sunt: deinde Guilielmũ, qui patri successit in ducatu, inq; superbiã eleuatus, coronã sibi imposuit. Fuitq; hic orbis pene totius status hoc tẽpore, cũ Henricus quartus à Guiberto, quẽ Clemẽtis nomine papã designarat pro Gregorio 7. benedictionẽ & imperij coronã accepisset. Et Germaniæ quidẽ eius reditus nõnihil attulerat turbinis. nã Sueuiam peruagatus, Augustã vrbẽ magna clade affecit. Qua re gentibus Germaniæ reliquis tantum incussit metũ, vt se q̃q; plane oẽs dederent, & Saxones quidẽ, quẽ salutarant regẽ, Rudolpho cæso, Hermannũ Carinthiũ reliquere. Hinc anno 1085. Moguntiæ in cõuentu principum regnũ pacatũ est, & illi, Saxonesq; cũ Henrico in gratiã rediere. Nec p̃tereundũ mihi videt, q̃d de duobus episcopis, Moguntino & Salsaburgensi, tradidere pleriq;, q causam imperatoriæ excõmunicatiõis in Turingiæ quodã loco discussere, vbi cum multis Germaniæ proceribus Henricus versabat. Vesilo Moguntinus archieps, imperatorẽ

Alexij fraus.

Alexius Cõstãtinop. capit & diripit

Alexij clades apud Dyrrachiũ.

Hen. cũ Germanis ĩ gratiam redit.

Vesilo Mogũ. archieps

ratorē affectū à papa iniuria,cōtra Gebardū Salsaburgeñ.p̄sulē tuebať. Eā disceptationem posteris multi longā reliquere,& sunt qui dicāt,Vesilonē Moguntinū eius fere rei causa ab abbate q̄dā in eo cōuentu hæresis insimulatū esse,ꝙ vanæ gloriæ cupidus, in schisma incūberet. Hoc seculū tam multis maximaꝝ rerū casibus memorabile,altera Sueuoꝝ principū propagine,vt nō alienigena,ita maxime nobili,clarū est.Nam Rudolphus Sueuiæ dux,cū esset à primatibus rex appellatus,Bertoldo duci de Zæringen,ducatū dedit.At in Sueuia barones quidā erant de Staufa,belli pacisq́ꝫ artibus illustres.ex his Fridericus erat,cuius fides virtusq́ꝫ apud Henricū imperatorē tāta fuit, vt ei filiā Hagnē vxorē daret.Ambibat hic,Rudolpho rege cæso,ducatū,ampliorem gloriæ materiā sperans,si maiores suæ vires essent.Henricus tanto viro q̄d petebat, cōcessurus,à Bertoldo qui ditionē tenebat,ducatū recipit,eū dat Friderico baroni de Staufa. Turegū oppidū nescio quam ob causam aiunt in Bertoldi fide mansisse.Itaq́ꝫ deinde duces de Zæringen etsi viribus multū pollerent,ducatū tñ nō tenuere.Fridericus is,*qui religione,armis,fide & cōstantia,Sueuia dignus est.adeo semꝑ hæc natio bonis principibus illustris fuit,peculiari nimirū felicitate,qua in tantis viribus tyranni nomē ignotū est.Monasteriū Laureacēse,q̄d Lorch appellant,cōdidit.Habuit ex Hagne vxore filios duos,Fridericū &Cunradū,q̄ postea imperiū tenuit. Post mortē Friderici Hagne vidua facta,duxit patrante fratre Henrico 5.Luipoldū orientalē marchionē.i.Austriū,eiq́ꝫ quatuor filios & tres filias peperit,Luipoldū scilicet ducē Bauariæ,Henricū ducē Austriæ,Cunradū Salsaburgeñ.archiep̄m,Gertrudē ducissam Bohemiæ,Bertā ducissam Poloniæ.Deinde Fridericus iunior frater Cunradi regis, duxit filiā Henrici ducis Noricoꝝ noīe Iudithā,genuitq́ꝫ ex ea Fridericū postea imperatorem.Henricus iste Noricoꝝ dux,erat natione Alemanus.i.Sueuus ex familia Guelfonū,atq́ꝫ ideo multas possessiones à Pyrenæis montibus iure hæreditario habuit.Hic Henricus habuit duos filios,Henricū & Guelfonē:Henricus in ducatu Noricorū successit,qui Gertrudē filiā Lotharij regis vxorē accepit cū ducatu Saxoniæ.alter filius Guelfo,fuit princeps Sardiniæ,dux Spoleti,& marchio Tusciæ,cui(vt arbitror)Adelberti comitis,qui fundauit monasteriū in Sindelfingen,neptis est nupta.

Barones de Staufa ducatū Sueuiæ accipiunt.

Anno 1086.mortuo Salerni Hildebrando.i.Gregorio 7.& ibidē in ecclesia sepulto,Desiderius cardinalis & abbas Cassineñ.verus Christi famulus,licet multum renitens,substituiť,& Victor tertius appellať.sedit annū vnū,menses quatuor.Hic statim Gregorij partes suscepit,atq́ꝫ hāc ob rem arbitranť aliqui eū q̄q́ꝫ Henricū hostem habuisse,cuius fraude(vt Martinus scribit)veneno in calicē misso,dū sacrificat,necať.sed Vincen.scribit eū dysenteria perijsse,& illud securius credo tenendū,etsi à suspicione dati veneni nequaq̄ alienū sit,hoīem dysenteria laborare,quum veneno petiti,corruptis & labefactis intestinis dysenteriā patianť,quanq̄ ex sola suspiciōe principē veneficij reū iudicare,temerariū sit,immo scribunt aliqui eū precibus obtinuisse,vt ex hac vita tolleref. Sunt qui scribunt,eodem tp̄e multa prodigia apparuisse,videlicet ꝙ aues domesticæ vt gallinæ,anseres,columbæ,pauones,ad loca montana confugerint, syluestresq́ꝫ sint factæ,& pisces tū fluuiales tum marini,maxima ex parte perierint.inundatio nimia aquaꝝ cū damno immenso.pestilentiæ maximæ,& plures sacro igne cōsumpti sunt.terræmotus maximi,ita vt vrbes quædā cōcussæ sint,& Syracusis maior basilica corruens,dū diuina celebrabanť,oēs qui tū in tēplo aderāt,cōtriuerit,duobus tantū diuinitus diacono & subdiacono superstitibus.& furor ventoꝝ,fames,& ictus fulguꝝ vltra modū,& fons sanguinis xv.diebus emanasse ferť,& diabolus palā locutus est hoībus,in pago quodā visibiliter apparens. Deinde anno 1088.Vrbanus 2.post transitū Victoris,cardinalibus in vnū cōuenientibus,pōtifex est electus,anno Henrici quarti 32.sedit annis 12.& menses 4.diebus 19.Hinc inter ecclesiā & imperiū augenť scandala,crescuntq́ꝫ discordiæ,dum alter alteꝝ execrat pontificē,Vrbanus s.verus Clementē falsum,quē intruserat imperator.Guibertus eñ in Albā Marsorum ciuitatē se transtulit,& ibi vsq́ꝫ ad Paschalis tempora māsit, qui octauo anno Paschalis subito mortuus diciť.Vrbanus doctrina & sanctitate vitæ magistratu dignus, paꝝ Romanis pridē rebus nouis studentibus fidens,Melphim se contulit,synodū ibi habiturus,Rogeriū & Boemundū de Apuliæ ducatu certantes quiescere iussit.Dein de Placentiā in Galliā profecturus venit,atq́ꝫ ibi synodū habuit,in qua execrationē in Henricū & Guibertum antipapā à Gregorio factā cōfirmauit,ꝙ & Henrici ꝑ Italiā arma grassarenť aduersus pontificis fautores,petulantiā q̄q́ꝫ q̄rundā ecclesiasticoꝝ ea in synodo,teste Gratiano,cōpescuit.statuit nanq́ꝫ,vt ordinatio ep̄i sine titulo facta, statim irrita fieret,c.Sanctorum 70.dist. Interea Berta imperatrix obijt, & Spiræ sepulta est,Augusta vrbs insidijs Sueuorum capitur anno M.lxxxviij.Deinde impera-

Victor 3. papa.

Prodigia.

Vrbanus 2. papa.

Henrici vxores.

perator anno 1089.nuptias Coloniæ celebrauit,Vtonis marchionis viduā,Rutenoꝝ regis filiā,ducens vxorē. Post hæc Vrbanus pontifex,cōfectis synodi Placentinæ negocijs,imperatoris indignationē fugiens,relicta Italia, regnū Francoꝝ ingressus est.gñale conciliū apud Clarū montē *Aruerniæ fecit cōgregari.ibi de ꝑlatoꝝ cōsilio multas cōstitutiones fecit.Et inter cætera statuit,vt horæ B.Mariæ virginis dicant:ac etiā ordinauit,vt in sabbatis officiū de eadē solenniter celebret.Et nota contra Anto. qui dicit horas B.Mariæ dicendas fore sub ꝓcepto,cū nusq̄ id legatur,sed nec papa voluit,nec ita sub ꝓcepto seruari mandauit vel instituit.In eodem concilio papa execrauit Philippū regē Francoꝝ,& Henricū imperatorē,& Clementē antipapā.Causa aūt excōmunicatiōis Philippi, hæc fuit:Fulco comes Andegauoꝝ vxorē habuit,q̄ eo relicto,Philippo regi Francoꝝ nupsit,qui amore eius ita captus est,vt illa sibi in oībus imperaret.fit fabula oībus,& execrat̄ vnà cū ipsa pellice. Fuit annus 1094.quo in synodo Galliæ maxima nobilitatis occidentalis pars cōuenerat,vbi pont.Vrbanus de armis aduersus Turcā expediendis,luculentā atq; vtilē reipu.orationē habuit.Eius rei occasionē dedisse fert̄ Petrus Eremita,qui tū incōparabili sanctitate mortaliū vitā illustrabat.ex Solymis eñi reuersus,Vrbano narrat,vidisse se Simona Hierosolymoꝝ patriarchā,in seruitute à Calipha rege miserabiliter teneri,& ludibrio Saracenis haberi.q̄ cum à Petro Vrbanus,& lachrymis hoīs ꝓcibusq́; & reipu.casu motus,accepisset,occidentis cōcilio liberandā à Turcis Saracenisq́; Hierosolymoꝝ ecclesiā,fidei parentē,& salutis monumētū,suadet,oratiōe(vt erat viri doctrina)vsus fere hmōi: Existimatis forte qui huc loci ad nos acciti cōuenistis,viri Christiani,solā fuisse rei ecclesiasticæ,ad normā fidei & religionis cōponēdæ,causam,q̄ me ab vrbe venire cōpulerit.Fuit equidē in eo aliquid causæ,sed alia vrgentior,& qua maior vlla dici nō possit nec excogitari,nos traxit.Paucos añ annos gens e Perside Agarena,quā corrupte Saracenā dicitis,S.ciuitatē Hierl'm,sanctāq́; terrā inuadēs,cepit,diripuit,incēdit,sacrosanctū dñi sepulchrū(q̄d sine lachrymis dicere neqm⁹)prophanatū,fœdata etiā ecclesiæ sacella,tēplaq́; ritus nři aut solo æquata sunt,aut in prophanos vsus cōmutata.Abacti inde Christiani,pars fragilis & cruciatuū impatiens,saluti abrenūcians,circūciso ꝓputio,facta est Saracena:pars in fide cōstans,ꝑ varios mortis modos lacerati laniatiq́;,vt felix fuerit,quē carnifex appetitū gladio obtruncauit.mulieres Christianæ in vrbibus oppidisq́; frequentissimæ,quas ex vestris q̄rundā qui adstatis,vrbibus & oppidis,deuotio ad sancta inspicienda & adorāda loca,ꝑ tot maria,tot terras traxerat, oīa passæ sunt,q̄ dictu obscœna crudelis Christi hostis,nō ad suā magis explendā libidinē,q̄ ad Christianoꝝ dedecus excogitare potuit.ea si Christiani,immo si estis viri, nec æquo audire aīo potestis,nec patienter tolerare:in q̄ oīa,vt illis pro dignitate nominis Christiani prouidere velitis,maioꝝ exempla,maximū q̄d imminet negligentibus periculum,& ꝓmioꝝ spes,vos nō ducere magis q̄ trahere debebūt.etenim subiectas Romano q̄ndā imperio ciuitates,& terrā sanctā,& post Ro.*pōtifici à Turcis Saracenisq́; nřis hostibus possideri,neminē esse vestrū qui ignoret,certū habemus.quas vero Europæ prouincias,quas vrbes ijdē ꝓmant,occupent,lacerentq́; infideles,si oēs simul ignoratis,vnusquisq; in sua prouincia nouit:nisi forte vos Galli remotiores,hęc nō sentitis, qui Hispanoꝝ,Aquitanorūq́; ab ea gente oppressoꝝ,dū in seruitutē rapiuntur,in Aphricā abducunt̄,clamores eiulatusq́; singulos ꝑ dies audire debetis.Sed nunquid vos Germani,Saxones,Poloni,Bohemi,Hungari,etsi Turcas & Saracenos intra viscera sæuire vestra nondum sentitis,q̄ à vobis distent vel fretis vel fluminibus, ignoratis?Italiā nunc nō alloq̄r,quā multos ante annos Saraceni dimidiā pene occuparunt,in eāq́; adeo penetrarūt,vt Christianoꝝ caput Petri sedē Romā,martyꝝ sanguine adhuc madentē,inuasam obsederint,captasq́; apostoloꝝ Petri & Pauli basilicas inquinauerint.Venetos hic video,Dalmatas,& alios sinus Adriatici accolas,qui dū perpetua cū Saracenis ꝓlia, vt se tueant̄,exercent,q̄d est Italiæ reliquū,intactū defensant.Quid multis?Fuit hactenus in extremis ad septētriones partibus Europæ,Cōstantinopolitanū imperiū obex & tanq̄ murus,qui Turcas atq; Saracenos continuit, & prohibuit ne Hungaros, Polonos,Bohemos,ipsosq́; Alemanos primo,deinde cæteros obruerēt Christianos.Pulsus vero ante paucos annos Asia imperator,de retinendis Cōstantinopolitanis Europæ regionibus laborat.si nūc ea inspicitis cōsiderātisq́; sola,q̄ ante oculos sunt,si irruituro breui Turcæ & Saraceno obsistere nō pergitis,qui sacrū dñi sepulchrū,sacrā Iesu Christi terrā pedibus cōculcatā,à spurcissima gente tot annos inquinari neglexistis,eandē in vestrū ruere caput breui sentietis,matronas à cōplexu vestro,vestras virgines ab eaꝝ sinu,pueros & adolescētes vestros in seruitutē vobiscū rapi,dolētes mœstiq́; videbitis.Melius & maiori cum gloria nostri

Galliæ concilium.

De Hierosoly.expeditione Vrbani oratio.

Quas clades acceperit à Sarac.Christiana respublica.

progenitores inchoatã Romæ & in Italia & per Europã dignitatem, ad totius orbis monarchiã extulerunt, per cuius oẽs prouincias & regiones nomen floruit Christianum, q̃d nostris tẽporibus ad paruũ orbis angulũ coangustari, & quotidie de excidio periclitari videmus. Sed propinquiora attingamus. Carolus ille cognomento Magnus, vester Germani pene auita origine, vester Franci rex, vestrũ ingens decus, Hispaniis, Aquitania & ipsis Franciæ finibus incũbentes Saracenos, infinita mortaliũ examina, deturbauit: Carolus Saracenos Italia, & vt fama vos vulgatis, terra sancta Hierosolymisq́; expulit. Et q̃ audebitis pacto posthac dicere, solã esse vel primariã gentem Frãcicã, quã vere Christianã liceat appellare, si in ea q̃ vobis adest opulentia, Saracenos & Turcas, post captũ inquinatũq́; dñi sacrũ sepulchrũ, populi etiã Christiani reliquias capi opprimiq́; p ignauiã permiseritis? Expergiscimini, obtestamur, & p viscera misericordiæ Dei nr̃i oramus viri fortes, orbi Christiano exemplũ, incitamentũq́; futuri, arma capite, turmas, cohortes, legiones educite, tã multos habituri sequaces, q̃ id ardẽti aĩo facere ostẽdetis. aderit vobis oĩpotens Deus, angelos suos ante faciem vestrã, qui dirigãt gressus vestros, cœlo demittet. Capite igit̃ & arripite arma Christiani, dñicũ sepulchrũ liberaturi, in q̃ oẽs æternã vobis cõparabitis gloriã, tũ etiã rerũ seculi incõparabiles diuitias parabitis. Nos deniq; de misericordia Dei & beatorũ Petri & Pauli autoritate cõfisi, fidelibus Christianis, q contra paganos venerabilia loca hmõi detinẽtes arma susceperint, cunctas sibi pro delictis suis pœnitẽtias relaxamus. Interim vero eos q ardore fidei laborẽ istũ assumpserint, sub ecclesiæ Ro. protectiõe, tanq̃ veræ obediẽtiæ filios, suscipimus, & ab vniuersis inquietationibus tã in psonis q̃ in rebus, statuimus manere securos. Plura dicere parantem, vox oĩm, dictu mirabile, vnico (vt apparuit) ore prolata, excepit, Deus vult, Deus vult. Nec solũ p̃sentes, verum longe lateq́; progrediens hic sermo, absentes etiã pari voto accendebat, nec erat qui vel ætatis aut sexus vel cõditiõis aut status vellet esse memor, vt ab incepto desisteret. Videbat̃ iam tunc impletũ, q̃d longe ante Esaias vaticinãdo p̃dixerat, Q̃m ingredief gens iusta custodiens ciuitatẽ. De p̃sentibus qui p̃sentes cõcilio intererãt, argumẽto futuræ peregrinationis, crucẽ suis humeris affixerũt, ep̃us Podiensis Adamarus inter primos, qui postea legatus apostolicus multitudini pugnatorũ p̃erat. Hugo regis Frãcorũ Philippi frater. Gotfredus de Bilion Lotharingiæ dux, & cũ eo duo fratres Balduinus & Eustathius. Robertus Flandriæ comes. Robertus Nortmãniæ dux, Guilielmi senioris Anglorũ regis filius. Stephanus Carnoteñ. & Bleseñ. comes. Raimũdus Tolosanus comes & S. Aegidij. Isuardus comes Diensis, Guilielmus comes de Fores. Stephanus comes de Albimaria. Rotoldus comes Parthicę. Hugo comes S. Pauli, & multi alij principes ac barones. Transalpini vero Boemundus Tarentinorũ princeps, Roberti Guiscardi ducis q̃ndã filius. Tancredus eius ex sorore nepos, & ex Italiæ ciuitatibus cõplures ex nobilioribus. hi oẽs tẽpus opportunum expectãtes, alij marino, alij terreno itinere hãc peregrinationis aggressi sunt viã. Nõ eñ poterat tantus populus in vna regione habere victus necessaria. Vnde studiose prouisum est, vt singuli maiorũ principes, seorsum legiones ducerẽt. facta est aũt p̃paratio ferme per tres annos. Hoc etiã in tpe Alexius imperiũ tenẽs Cõstantinopolitanũ, sup eisdẽ barbaris crucis Christi hostibus, p maiorẽ iam regni sui partẽ diffusis, non paucas epistolas Vrbano papæ fert̃ direxisse, qbus in defensionẽ orientaliũ ecclesiarũ se nõ sufficere deflet, occidentis vires, q ille pietati addictus oĩno censeret, implorat. q̃ res magnopere pontificem ad accelerandã eã rem cõmouit. At hos motus etiã prodigia q̃dã & multa cœli signa feruntur indicasse, quorũ fides apud reliq̃s scriptores sit. Cometes in oriente circiter annũ dñi 1096. tota prima Octobris hebdomada apparuit. Instante aũt profectiõis tpe, Vrbanus papa venerãdæ sanctitatis virũ Adamarum ep̃m Podieñ. de q̃ supra fecimus mentionẽ, p̃fecit itinerantibus, cui ligãdi & soluẽdi potestatẽ vice sua cõcessit, insignitũq́; cœlestis militiæ stigmate exercitũ, apostolica benedictione cõsignãs, cõdicto ab vniuersis tpe, ipse cũ non modica expeditionis turba in Italiã redijt. Interea cruce signati, sicut diuersis agminibus, ita diuersis ducibus ad institutũ properabant. Primi nanq; Gualterũ ducẽ Alemaniæ, virũ prudentẽ & armis strenuũ sequentes, cũ ingenti multitudine pedestriũ turmarũ pertranseunt Germaniæ regnũ, in Hungariã descendentes: eaq́; trãscursa, in Bulgariã veniũt: emensisq́; illius regionis syluis, Starliciã Daciæ mediterraneæ metropolim appplicãt: vbi acceptis à duce p̃dictæ ciuitatis conductoribus, post aliq̃t dies Cõstãtinopolim peruenere. tũ impetrat Gualter⁹ dux ab Alexio imperatore, vt vsq; ad Petri Eremitæ, quẽ supra memorauimus, aduentũ, de cuius mãdato iter arripuerat, in locis ciuitati finitimis stare permitteret. At Petrus Eremita post hũc nõ multo tẽporis interuallo cũ innumerabili exercitu, quẽ ex multis collegerat

Caroli Magni honorifica mentio.

Peccatorũ venia militibus datur.

Duces exercitus Christiani.

Cometes.

Germanicæ copiæ ĩ Græciam proficiscunt.

Petrus Eremita.

gerat nationibus,quorũ numerus vsq; ad xl.millia armatorũ esse dicebat,aduenit:qui propter inobedientiã populi multa incõmoda eo in itinere passus est.nã in Bulgaria cũ propter rapinas & pdas ac alia enormia cõmissa,is populus incolis factus est intolerabilis, fere decẽ millia cædunt.amisit ꝑterea Petrus omnẽ pecuniã,quã de fidelium principũ largitione in opus pauperũ collegerat.vnde reperto Cõstantinopoli Gualtero,exercitus cõiungentes,vbi p dies aliqt refocillati quieuissent,de mãdato imperatoris Cõstantinopolitani paratis nauibus,trãsito Hellesponto,in Bithyniã,q̃ est prima Asiæ prouincia,transierũt,vbi nõ longe à mari castrametati sunt in loco,q Cynetũ dicebat,in hostiũ cõfinio.q̃ in loco ex multa opulẽtia rerũ,quasi duobus mensibus cõsederũt.rerũ copia ex Cõstantinopoli apportabat.ea rerũ vbertate simul & ocio resolutus exercitus,cœpit inuitis magistratibus seorsum turmas agere,& ad decẽ vel amplius miliaria lustrare regionẽ,greges & armẽta secũ trahens.Cũq; sæpius prospere reuersi fuissent,ad extremũ ad tria millia Teutonicorũ & duo millia equitũ egrediunt: hi oẽs à Solimano,q in eadẽ regione Turcis dñabat,circũuenti,ad vnũ oẽs occisi sunt. Tumultũ,q ex ea re in castris ortus erat,magistratus sedare nõ potuerũt.Ordinatis ergo aciebus,quasi ad 25.millia peditũ,equites aũt quingẽti,versus hostes cõtendũt.occurrit eis Solimanus cũ innumerabili Turcarũ multitudine.pugna cõmissa,nr̃i postremo multitudine ꝑssi,dissolutis agminibus,in fugã cõuersi sunt,q̃s Turcæ insequẽtes, pene oẽs occiderũt:inter q̃s Gualterus dux occisus est.aliȷ dicũt eũ,abnegata fide,deditionẽ sui fecisse.Sic ergo ceruicosus populus,dũ monitis nequit acquiescere,impetu lapsus descẽdit in interitũ.Post hæc Godescalus ꝑsbyter Teutonicus cũ xv.millibus armatorũ iter aggressus,p orientalẽ Franciã ducẽs,Iudæos per ciuitates aut oĩno delebat,aut Christianos fieri cõpellebat,quorũ tñ plurimi,sicut canes,ad vomitũ postea reuersi sunt.Illi aũt viatores bonis eorũ onusti,Hungariã perueniũt:vbi cũ de mãdato regis victualia eis abunde venderent,opulẽtia abutentes & ebrietati vacãtes,indigenis iniuriari cœperũt.q̃d postq̃ regi innotuit,ira succensus,in vltionẽ tantarũ iniuriarũ,cõuocatis copiȷs,sup illos irruens,stragẽ immanissimã exercuit,nõ distinguens iustũ ab impio.euaserũt tñ aliqui,& ad propria sunt reuersi.credit q̃q; Godescalus ꝑsbyter fuisse hypocrita falsus. Per idẽ tẽpus modico interuallo cõuenerãt eodẽ studio turbæ innumerabiles absq; duce.surrexit inter eos vir militaris,comes partium illarũ q̃ circa Rhenũ sunt,Emicho de Lyningen,dudũ tyrannica cõuersatione famosus,fere xiȷ.millia signatorũ sibi vsurpans.vnde factũ est,vt cũ in timore dñi iter debuissent inceptũ peragere,cõuerterunt se ad insaniã,& Iudæorũ populũ in ciuitatibus nil tale metuentẽ,crudeliter obtruncabant.hi oẽs transcursa Alemania,ad fines peruenerũt Hungarorũ.Et cũ ad locũ qui dicit*Zaborth,peruenissent,clausum reperiẽtes aditũ, circa pontes castrametati sunt.Erat eñ is locus Istri fluminibus & profundis septus paludibus.Mãdauerat rex trãseuntibus iter prohiberi,ne iniuriarũ,quas nuper Godescali legionibus intulerat,memores,intromissi intra regnũ,armari cõtra eũ conarent. Igit cũ se exclusos viderẽt,de sua multitudine ꝑsumẽtes,correptis armis,ac sup fluuiũ ponte facto,ꝑsidiũ vndiq; aggrediunt,in cuius expugnatione dũ sudarẽt attentius,ruptis iã muris,iã fugientibus oppidanis,inter q̃,quis illorũ sub noĩe regis potiret terris, ciuili discordia quatiunt:repente eorum exigentibus demeritis,terrore diuinitus immisso,relicto assultu,in fugã versi sunt,fugæ causam penitus ignorãtes.fugit eñ impius,iuxta sapientis verbũ,nemine persequẽte,Hungari vero vidẽtes hostes terga dedisse,illos insecuti, magnam stragẽ fecerũt.Reliqui de itinere desperãtes,ad propria sunt reuersi:exceptis his,qui p Italiã declinãtes,in Græciã nauigio peruenerãt.sic nimirũ nostræ gẽtis hoĩes,qui in militia pro Christianis liberãdis Christianos persequi cœperãt,miseratiõe diuina repressi sunt.& hæc fuit causa,cur quidã simpliciores scãdalizati,totũ huius expeditiõis conatũ,vanũ atq; friuolũ ignorãtes sunt interpretati.

Cædes Christianorum.

Godescalus presbyter.

Emicho de Lyningen.

Clades Germanorũ in Hungaria.

Paleis aũt ex area dñi discussis, visa sunt grana naturalis soliditatis grauitate perdurãtia,Gotfred⁹ scilicet,cæteriq; ꝑnoĩati,verę dñicæ militiæ duces,cũ suis speciosissimis castris,ab vniuersis principibus pacẽ & fauorem,vt veri Chr̃i milites,cõsequẽtes. Fuerũt aũt qui castris Gotfredi se cõiunxerũt,Balduinus eius frater,Iecerinus comes *Annoniæ,comes S.Pauli,comes de Grees,comes Tullẽsis,Balduinus de Burgo.multi ꝑterea aliȷ barones atq; nobiles.hi oẽs vno & indiuiduo comitatu ad fines Hungariæ,cuius cũ difficultate impetrabãt introitũ,sicut erãt viri prudẽtes & Deũ habẽtes p oculis,cũ omni quiete ipsa trãscursa,p Bulgariã habuerũt trãsitũ,ac claustris S.Basiliȷ superatis,Philippopolim ꝑuenerũt.Vbi cognito q̃ Hugo regis Frãcorũ frater,q cũ multis militib⁹ ꝑcesserat,ab imperatore Cõstãtinopolitano p insidias captus tenebat in vinculis,cũ omni celeritate missis nũciȷs,obsecrãt imperatorẽ,vt q̃s absq; culpa tenebat

Gotfredi copiæ.

Hugo Francorum regis frater.

nebat in vinculis,abire pmitteret.Id cum eis ab imperatore negaret,indignati,de cõi oĩm cõsilio vniuersam illã regionẽ exercitibus suis exponũt ad pdã. Audiẽs hoc imperator,timuit ne exercitus ad imperij intima penetraret,Hugonem cũ suis liberꝝ abire pmisit. Venientibus Cõstãtinopolim cũ Gotfredo Frãcis, Alexius forũ rerũ victualiũ interdixit.quare milites nr̃i pleraq; vastãtes,alimenta in castra deferunt.Fecit ea res, vt post varia certamina cæsis Græcis,Alexius cũ peregrinis in gratiã redierit. Vnde q̃ pacis erãt suscipientes,in plenã cũ imperatore cõcordiã redierũt,firmatũq; est sacramentis,vt vrbes quasq; suo imperio detractas,pristinæ ditioni,si deuincerent,nostri redderẽt:ipsi Græci vicissim tã armis q̃ stipẽdijs regis,infra metã eandẽ se foueri non dubitarẽt. Quo facto,imperator apertis thesauris,tã duci*Godefredo,q̃ cæteris principibus dona ingẽtia largitus est,ita vt imperatoris admirarent munificentiã.sed reuera nec liberalitatis erat,nec gratiæ,sed timoris & fraudulẽtæ versutiæ. Audiẽs vero dux cæteroꝝ principũ aduentũ,suggerẽte imperatore,parato nauigio,cũ suo exercitu transito Hellesponto in Bithyniã transfretauit,atq; in pago Chalcedonẽsi castrametatus est.erat is locus Cõstantinopoli proximus,qui sola Hellesponti,q̃d nos brachiũ S.Georgij dicimus,interpositione distabat,vnde ter vel quater ire ad vrbẽ regiã in die sine difficultate poterãt. Quod aũt imperator exercitũ peregrinoꝝ transfretare persuaserat,nõ de fidei synceritate processit,sed solita fraude vsus,ducẽ circũuenit, ne alijs aduenientibus copiæ miscerent,nam & reliquos qui secuti sunt,eadem arte trãsire cõpulit. Postq̃ aũt oẽs peregrinoꝝ exercitus,Hellesponto transmisso,in Bithyniã peruenerũt,& in vnũ cõuenientes,factus est vnus Dei viuentis exercitus,recensito legionũ numero,inuenta sunt peditũ sexcenta millia,equitũ vero loricatoꝝ centum millia.hi oẽs vno aĩo Niceã vrbẽ populosissimã obsidentes expugnauerũt, cuius vrbis, sicut & regionis,dñs erat Turcaꝝ princeps, Solimanus noĩe,homo valens & strenuus,hic à Tarso Ciliciæ vsq; ad Hellespontum,vniuersas prouincias possidebat, & audito nostroꝝ aduentu,ex aduerso orientalium tractu magnas Turcaꝝ collegerat copias,sed ante vrbis Niceæ expugnationẽ pugna cõmissa,victus atq; fugatus est. Capta est aũt Nicea vrbs anno dñi 1097.mensis Iunij die xx.vrbẽ hanc p̃sidijs imperatoris tradunt,sicut erat constitutũ.Inde p regnum Cõstantinopolitanũ terrã opulentissimã progredientes,mare contingunt Rusciæ,eo loci aries nummo,bos aũt siclo venit.In quo itinere Boemundus & Nortmannoꝝ comes Robertus, Stephanus comes Blesensiũ,vnà cũ dño Tancredo & comite S.Pauli,cæteras copias p̃cesserunt,duobus vix miliaribus.Tum ecce Solimanus,q memor iniuriaꝝ,quõ vrbem egregiam,vxorem & filios amisisset,ad vicẽ rependendã totis viribus anhelabat,subito super eos irruens,multis interfectis,fugat.Quod p nuncios intelligens Gotfredus,accelerat cum suis instructis copijs,irruensq; in hostes fidei,eos acerrima strage vertit in fugã.Cecidisse ferunt ex hostibus viri potentes ad tria millia,de nostris ex plebe promiscui sexus ad quatuor millia,die Kalendaꝝ Nouembrium. Recedentes inde,transcursa vniuersa Bithynia,*Pisidas ingressi sunt,vbi in quadã ipsius regione descendẽtes,magnã aquaꝝ penuriam passi sunt,ita vt præ ariditate sitis multi perierint. Tandẽ vero opitulante Deo in regionẽ copiosam & vberẽ peruenerunt,iuxta Antiochiam minorẽ, metropolim Pisidiæ.Sũt Pisidæ populi,teste Pli.li.5.in Asia minori,quondã Solymi appellati.hinc Pisa oppidũ Arcadiæ prope Alpheũ amnẽ.hic primũ quidã de principibus studiose ab exercitu separati sunt,seorsum trahentes agmina,quoꝝ primus dñs Balduinus frater Gotfredi cũ 7.millibus loricatis,secundus dñs Tancredus cum equitibus quinq; millibus & peditibus nõ multis,qui in Ciliciam descendẽs,Tarsum eiusdẽ prouinciæ metropolim obsedit. Cumq; iam ciues ad deditionẽ cõpulisset, adueniens Balduinus cũ maioribus copijs,expulso Tancredo,vrbẽ sibi vendicauit, expulsis inde Turcis qui in ea dñabantur. ciues aũt qui eam incolebant,fideles erãt,sed vsu armoꝝ relicto,solũ agriculturæ & mercantijs operã dabant,Turcis tributarij. At vero Tancredus à Tarso recedens,adiacentẽ prouinciam sibi subiecit. Interea maior exercitus,oĩbus in via expugnatis ciuitatibus,Turcisq; fugatis,Antiochiam peruenerat.est aũt Antiochia ciuitas gloriosa ac nobilis,oĩm ciuitatũ quas tractus orientalis cõtinet,princeps & moderatrix.hæc priscis temporibus dicta est Reblata,vbi Sedechias rex Iuda,ductus est iussu Nabuchodonosor.hãc Antiochus rex turrib' CCCC & LX.ac muris muniens,de noĩe suo vocari p̃cepit Antiochiam,regni caput constituens.postremo Iustiniani principis tẽpore Theopolis est dicta.in hac apostolus Petrus cathedrã primo tenuit sacerdotalẽ,in ea primus fideliũ habitus est cõuentus,in q̃ Christiani primũ appellati sunt Claudij Cæs.tẽporib',Nazareni & Galilæi dicti prius.id testant Græcoꝝ optimi autores,sunt & q discipulos dictos affirment. Eiusdem vero

Imp. Græc' q̃ ducib' occidẽtalibus dederit munera.

Niceæ vrbis oppugnatio

Gotfr. Boemundo auxilio venit.

Pisidæ.

Tarsus obsidetur.

Antiochia.

vero ciuitatis patriarcha,20.prouincias in sua iurisdictione habere dicit,sita in Cœlesyria,puincia,amœnissima fontibus & riuis irrigua,claudunt etiã intra ciuitatis ambitum mõtes duo miræ celsitudinis,in q̃rum alterius vertice,q videt eminentior, situ est psidiũ munitissimũ.Verũ hi duo mõtes valle pfundissima,sed angusta nimiũ,separantur.lõgitudinẽ ciuitatis plus minus duorũ miliariũ dicũt. à mari distat 12. miliaribus. hui⁹ ciuitatis dñs erat Cassianus Turca,de familia Sultani Persæ, q vniuersas has puincias violẽter suo subiugauerat imperio.volẽs tñ ire ad ppria,vniuersas regiões suis distribuit nepotibus & amicis. huic Cassiano Antiochiã cum suis cõcessit finibus.nã vsq; Laodiceã Syriæ,Calipha Aegyptius possidebat regiones.Veniẽtes igitur nostri,ciuitatem hanc cõtinuis 8.mẽsibus obsederũt:& qa magnũ habebat in circuitu ambitum, vndiq; illam vallare nequiuerũt,licet ipsorũ q gladium educere poterant,*ad 300.millium numerus esse diceretur.Referre aũt casus singulos q̃s in obsidiõe ptulerunt,longum esset.nam fere fame periclitatus est noster exercitus.insup & ciues frequenti eruptione facta,multa nostris damna intulerunt. sed nihilominus cum oẽs vno animo ciuitatẽ expugnare satagunt,rumor pcrebuit,principem potentissimũ Antiochenis venire in subsidiũ,copijs innumerabilib⁹ septũ.Cõueniũt principes deliberaturi.alijs videbatur,vt maior pars obuiã illis egrederetur, reliq obsidionẽ cõtinuarẽt.Boemũdus Tarentinorũ princeps,vir in agendis rebus bellicis expertus & strenuus,vtrãq;,suas allegãs rationes,reprobat viam,dicẽs:Siue oẽs egrediamur, vt aliq volũt, siue in castris pars aliq̃ remaneat,videmur opam & impẽsas tam lõgę obsidiõis pdidisse. Nam egredientibus vniuersis,soluetur obsidio:& ciues q intra mœnia sunt,pro volũtate hostib⁹ adiungẽtur,aut aduenientes intra mœnia introducent.Si vero pars exercitus in castris mãserit,quõ poterit ciues intra vrbẽ coercere, cum oẽs simul vix illos cohibere possimus?Vnde mihi videtur patres,ꝙ illuc oĩs nostra debeat festinare intẽtio ante tãtorũ exercituũ aduentũ,vt ciuitas in nostrã prius veniat potestatẽ.ꝙ si modũ q̃ritis,in pmptu est:habeo amicum in ciuitate fidelem,hic habet turrim in sua potestate munitissimam,quã sub certis cõditionibus paratus est mihi tradere, pro q̃ negocio multã sum illi pactus dare pecuniã:& si vestrę placet amplitudini,vt nostro studio capta ciuitas, meã trãseat in potestatẽ,iure hæreditario possidendã, paratus sum cum dicto hoĩe pacta firmare.Sin aũt habet vestrũ quisq̃ q̃ vrbẽ potest obtinere,q̃tũ mea interest,illi cõcedo.His auditis,principes gauisi sunt gaudio magno,& petitiõi eius annuũt oẽs,excepto Tolosano comite:q̃ non obstãte,petita pmittũt. Erãt tũc inter cæteros fideles in eadem vrbe,duo vterini fratres:maior Emirferius,vir potẽs plurimũ,& dño ciuitatis valde familiaris.hic audiẽs ꝙ Boemundus princeps clarissimus esset,p fideles sibi nuncios eius sibi gratiã cõciliauit,ita vt dieb⁹ pene singulis de statu ciuitatis redderet eum certiorẽ.hũc amicũ suũ Boemundus soluto cõcilio p nũcios cõuenit,de pmisso illũ solicitãs,vt q̃d cõdixerãt adimpleret.q̃ audito,lætus Emirferius,fratrẽ quẽ habebat vnicum,sine q̃ negociũ non potuit pficere,tentare cœpit, si in eo negocio cõcurrere vellet.Quod cum velatis verbis primũ induxisset, reperit eum ab hoc negocio abhorrentem,immo nostrorũ opa execrantẽ.Sic ergo declinãs fratrẽ, laudat tñ eius cõstantiã, & ne Christi obsequiũ impediret,de eius morte tractare cœpit,charitati fraternæ publicam fideliũ pponens salutẽ.Ea aũt noctis tẽpestate, cum ciuitas sopori se dedisset, vidẽs horã rebus opportunã,Boemũdo nũciat,vt cum suis festinus adueniat.Quo audito,Boemũdus cõuocatis clam alijs principibus,cum suo domestico comitatu subito ante turrim adierũt:interea Emirferius turrim ingressus, fratrẽ suo pposito aduersantem,dormientẽ occidit. Quo facto,fune demisso,principes in Dei noĩe adscẽdere cœperũt,primusq; Boemũdus,post comes Flandreñ.& Tancredus.post q̃s cæteri,q virtute induti ex alto,duce Emirferio,decẽ turres,occisis earũ custodibus, occupauerũt. descendẽtes ppere ad portã ppinquã,eam effregerũt, admittẽtes eos q foras expectabãt.Aurora itaq; surgẽte,buccina signo dato,ad vrbis ingressum cæteros q in castris remanserãt,admittũt,q p vrbẽ discurrẽtes,& domos effringẽtes, stragẽ maximã ediderũt.ciues aũt audito tumultu,ex stratis surgũt.vidẽtes captã vrbẽ, relictis domibus, fugere tẽtabant. sed inter cuneos armatorũ obtruncabant. multi tñ p portas egressi, aut p murũ demissi,ad mõtana cõscendentes,vitæ cõsuluerunt,inter q̃s & Cassianus ciuitatis princeps,dum fugeret,à qbusdam Armenijs occisus est. nostri aũt potiti ciuitate,nihil prsus alimentorũ repererũt:nec mirũ,cum iam pene 9. mẽsibus ciuitas fuisset obsessa.attñ in auro,argento & lapidibus preciosis tot & tantæ diuitiæ repertæ sunt, vt q prius mendicabat,nũc locuples factus,oĩbus abũdaret. Capta est igit Antiochia anno 1097.tertia die Iun.mensis.Verũ de his aliter Blondus,cui alludere videtur Platina.Cum eñ in ancipiti esset,inquit,vt vrbs caperet, forte p inducias Pyrrhus qdam

At.vbi prima Chrĩanorum appellatio.

Antiochia obsidetur.

Antiochia proditur.

Antiochenus ciuis admodũ potẽs, gestarũ à Boemundo rerũ oĩm in Syria clarissimarũ fama allectus, illũ videre & p interpretẽ alloq curauit: adeoq; illius morib⁹ delectatus, vt vrbẽ Antiochiã eius dñio subijcere sit pollicitus, si reliq modo Christiani eidẽ cum imperio pẽsse Boemundũ paterenť. Sed Boemũdus q publicã deditionem vrbis breui sperauit, ad hoc induci non potuit. Deinde Pyrrhus filiũ suũ quẽ habebat vnicũ, obsidem misit, id maxime orãs, vt Boemũdus ꝓpriam tenendã acciperet dñio ciuitatẽ. Retulit ad principes Boemundus oĩa, & vicit cõcors sentẽtia, Boemundo ꝑmittendã, si parta esset, ciuitatẽ. igiť cõstituta ad facinus nocte, Boemundus oẽs Christianorũ copias, q̃ castra non custodiebãt, p simulationẽ ꝑdæ mõtanæ faciendæ, educit, & vallẽ ꝓximam circũactus est, q̃usq; ad noctẽ cõcubiã ꝑmissi audaciores qq;, & scalis q̃s Pyrrhus in summo sustẽtabat, muros cõscenderũt, & ꝓpugnaculis Christiano munitis ꝑsidio, porta vrbis Pyrrhi custodiæ cõmissa, nostro equitatui est aperta. Ingressis itaq; Antiochiã Christianis, in Saracenos Turcasq; sęuitũ est: & cum publico vocis edicto vbiq; publicareť, parcendũ esse ciuibus, oĩs sexus atq; ætas, nullo lædẽte, partim in mõtana, partim in Christianorũ migrauit castra. Profuisse maxime nostris affirmat ille Armeniorũ & Surianorũ fidẽ, q q̃q; hostiũ cõsilia linguæ & vitæ cõsuetudine explorãtes, ad nostros referebãt. Acceperãt Armenij sub Magno Cõstantino & citeriores Indi, Iberesq; Christi fidẽ, q̃rum gentiũ reliquiæ Christianæ, incertis sedibus vagãtes, à Calipha Aegypti ꝑside in Syria acceptę sunt.

Armenij. Suriani.

Capta vrbe, Turcæ & Saraceni cõplures in arce saluati sunt. vnde arcis expugnatio intentata est. erat arx in excelso mõte munitissima, in cuius expugnatione multi vulnerati sunt, inter q̃s dum acerrime pugnat, femur sagitta traijciť Boemũdus, atq; saucius factus, p aliq̃t dies ægrotare cœpit. Inter hæc magna multitudo equitũ visa est à lõge. credebãt nostri Alexiũ impatorẽ esse, q sæpe venturũ se ꝑmiserat. sed paulo post Armenij retulerũt, Corbanã eẽ Persarũ regis militiæ principẽ, q Antiochiæ opem ferre venerat cũ Sẽsadolo Cassiani filio. Hic eñ tpe induciarũ, viuẽte adhuc patre, ad id missus fuerat. vnde factũ est, vt tãta multitudine Turcarũ ac Saracenorũ vndiq; ciuitas mox obsidereť. Corbana ad pontẽ ferreum fecit castra, & iubẽte Sẽsadolo, p suos arcẽ accepit, atq; ꝑsidio firmiore muniuit. p quã eruptiõe facta, vrbẽ cape adnisus est. pugnatũ est in vrbe, & magna cæde vtrinq; facta, hostes repressi sunt. atq; ob hãc rem placuit nostris, arcẽ munitionibus includere. interim Armenij & Suriani ꝓhibiti sunt frumẽta ad Antiochiã inferre, vnde exorta est in ciuitate fames solito vehemẽtior. ꝑmiserat aũt Alexi⁹ annonã mittere, & iam naues eius cum frumẽto appropinquabãt. Tum Stephanus Carnoti comes, desertor signorũ, obui⁹ Christianorũ exercitũ ꝑijsse nũciauit. hic eñ, aduenięte Corbana, cum pluribus aufugit, ante eum Guilielmus regis Frãciæ cõsanguineus, primus oĩm desertor factus est. mercatores, his auditis q̃ à Stephano dicebanť, retrocessere. erat tanta fames, vt camelos, mulas, equos, asinos & immunda q̃q; ederẽt, ac q̃libet & q̃ties dabantur, pro summis reputabãt delicijs. At vero Corbana his pceptis, q̃si de victoria securus, nostros intra vrbẽ animosius cõprimebat. vnde in tanto desperationis barathro cõstituti sunt, vt nec salutis spes vlla superesse videretur. Quare dicitur, ꝙ etiã principes de salute desperantes, habito consilio inter se occulte decreuerant, vt relicto populo, ipsi clam aufugerent. q̃d postq̃ duci Gotfredo innotuit, & legato dño Podiensi, vocatos illos ad se, iustis increpationibus corripuerunt, & ne populum desererẽt orabãt. Dum aũt sic affligeretur Dei populus, respexit eum dñs, cõsolationemq; mittebat. apparuit eñ cuidam clerico B. Andreas, cui plurimũ erat deuotus, cõmonẽs q̃tinus principibus nunciaret, vt lanceam q̃ dñi nostri latus fuerat perforatum, in ecclesia B. Petri repositam ꝑquirerent, eiq; locum certis ostendebat indicijs. Quod cum fecisset, & ipsi ad eius suggestionem in loco effossa aliquantulũ terra, lanceam, sicut clerico illi ostensum fuerat, inuenerunt. Hoc audiens populus, tanq̃ de immissa ei cœlitus consolatione, cœperunt à suis anxietatibus releuari, iterumq; voto se & iuramentis obligarunt, ꝙ ab inuicem non discederent, quousq; autore dño vrbem suæ restituerẽt libertati. Igitur præmisso ieiunio, & indicta die pugnæ, cum 26. diebus afflictione mirabili plurimum laborassent, præcedenti nocte dum arma equosq; præparant, somno locus non datur. mane facto, circa crepusculum sacerdotes & ministri dñi per ecclesias diuina celebrantes, populum anteq̃ ad prælium egrederetur, de peccatis suis prius humiliter confessum, corpore & sanguine dñi munierunt: quo facto, tanta eis diuinitus infusa est gratia, vt qui pridie lumina vix attollere poterant, nunc prodeuntes, victoriam sibi promittere ausi sint. episcopi vero & sacerdotes sacris induti, populum benedicebant. Itaq; summo diluculo 4. Kaleñ. Iulij 12. acies instruxerunt, quarum vltimam, quę erat cæteris amplior, tenebat illustris princeps Boemundus. Accidit autem, vt egressis ros

Chr. iani in Antiochia obsidentur.

Mira de lancea phantasia.

Rore Chri- ani recreati

ros qdam suauissimus, modicus tñ, sed gratissimus descenderit, q̃si in eo bñdictiõem & gratiã suã videret infudisse dñs. mirabile dictu, quicunq; eo imbre cõspersus est, tm̃ cõcepit animũ, vt nihil laboris, nihil molestiæ in tota illa expeditiõe esse videret. idem in equis fertur apparuisse. Interea hostes accepto nostrorũ ab vrbe egressu, acies instruũt. ventũ est ad pugnã, primæ tres acies nostrorũ viriliter in hostes irruũt, sequẽtes aliæ non minus, p̃cedente lãcea dñi cum sacerdotibus. Pugnatũ est illo die acerrime. tãdẽ hostes, dissolutis cuneis, vertebant in fugã. Corbana aũt vidẽs suas dissolutas acies, & ipse fuga elapsus, saluti suæ cõsuluit. cædẽ in hostibus factã, oẽs scriptores in centum millia referũt. Cõsummato itaq; p̃lio, nostri ad castra hostiũ redeũt: vbi tãtã rerũ reperiũt opulentiã, tãtas orientaliũ diuitiarũ copias, vt iam auri, argẽti, gẽmarũ neq; numerus esset, neq; mẽsura: equorũ etiã & armentorũ, annonæ q̃q; & victualiũ repta est tãta abundantia, vt iam nescirẽt qd eligerẽt. hac potiti sunt victoria anno dñi 1098. 28. Iunij. Reuersi in vrbẽ læti ouãtesq; duces, altero haud minori affecti sunt gaudio, q̃ Ammuratus arci p̃fectus, Christianus est factus, deditione arcis facta. idq; solũ in faciendа deditione est pactus, vt q ex cohorte sua fidẽ Christi nollẽt suscipere, cum rebus suis abire p̃mitterent. Re itaq; p̃fecta, Boemũdus in p̃cerũ cõcilio atq; multitudine Antiochiã sibi p̃missam postulauit p̃mitti, cæterisq; oĩbus facile cõsentientibus, S. Aegidij comes restitit, eo maxime p̃tenso colore, q̃ ea ciuitas in vim iuramenti, quo Boemũdus Alexio imperatori oẽm obligauerat expeditionẽ, illi vel inimico deberetur: q̃ in cõtrouersia cum diu altercaret, ep̃is ac sacerdotibus causa cõmissa est, ex eorũ arbitrio terminanda. interim etiã Hugo Magnus ea de re missus ad Alexiũ, q sibi cõscius p̃missa male seruasse, & in tantæ vrbis traditiõe dolũ subesse veritus, nequaq̃ sibi seruandã esse dicebat, q̃ etiã in legatione Hugo Magnus defunctus est. Concesserũt ex cõdicto ep̃i ac sacerdotes in basilicæ S. Petri sacellũ, his eñ diebus Podieñ. ep̃s, Ap. Se. legatus, viam vniuersæ carnis erat ingressus, censuerũtq; vt Boemũdus princeps Antiochiæ declararet. castra tñ, quẽadmodũ antea, cum copijs suis vsq; ad consummatã victoriã sequeret. Inter hæc, & dum nostri nondũ Antiochiã cepissent, Aegyptij regis, quem Babylonicũ dicunt, legati fœderũ & pacis noĩe adueniunt, pollicẽtes auxilium aduersus Turcas, q Palæstinã totam cum Hierosolymis ante aliq̃t annos occuparant, vt supra in Henrico 2. scripsimus, occiso apud Hierosolymos Calipha à Syracino, ea se ratione sperantes Aegyptij, oppressis Turcis, ad imperiũ suum redituros. Hac de causa securitate accepta, non pauci lectissimorũ militum Babyloniã dirigunt, q̃rum fortitudine, proceritate, habitu & incessu, omniq; elegantia attoniti barbari, Frãcos (sic eñ occidentales pp̃los noĩant) plusq̃ hoĩes fatebant, affirmãtes oĩno nõ esse mirũ, q̃ huiusmodi bellatores totũ affectarẽt sibi subijcere mundũ. Inito deniq; cõsilio, rex Babyloniæ Hierusalẽ obsidet, ostensisq; legatis, Francis se fœderatũ affirmat, q̃rum gladijs, si sibi ciuitatẽ non traderẽt, ipsos tradendos minat. His itaq; dolis rex *Babarus nõ sui, sed Francorũ timore, ciuitatẽ recepit: eamq; Saracenis copijs machinisq; cõtra Christianorũ aduentũ p̃muniuit, & ita nostri decepti sunt. Rebus interim in vrbe Antiochena cõpositis, mãsit ibidẽ pp̃ls Christianus, vbi suscitata est magna clades in pp̃lo, vt vix aliq̃ p̃teriret dies, in q̃ saltẽ 30. vel 40. nõ essent funera. sexus q̃q; fœmineus ibi pene totus perijt, ita vt intra paucos dies 40. millia deficerẽt. dispersi nostri principes, multas circa Antiochiã vrbes ceperũt, & tributarias nõnullas sibi fecerũt. In Kaleñ. vero Septẽbrib⁹ sicut inter eos erat cõstitutũ, in vnũ reuersi, iter versus Hierusalẽ aggrediunt: trãscursisq; multis regionibus, multisq; ciuitatibus expugnatis, Tortosam applicant, quã oppugnare adorti, quã tribus ex obsidione mẽsibus frustra laboratũ extitisset, inde soluentes, ad vrbẽ Tripolim p̃uenerũt. erat eñ vrbs populosa, qui nostris pugna occurrũt, sed facile victi atq; fugati sunt. Vrbẽ obsidẽtes, murmure pp̃li relicta obsidiõe versus Hierosolymã iter arripiũt. sequentes maritimã oram, die tertia ante vrbẽ Berytum descenderũt, deinde Sidonẽ & Tyrum: trãseuntes in Galilæã, à læua p̃currẽtes Cæsaream Palæstinæ, post diem tertiũ in planitie, q̃ non longe est ab Ioppe, castrametati sunt. Interea Hierosolymitæ sciẽtes certo p̃egrinorũ oĩm speciale p̃positũ obtinendæ ciuitatis, vrbẽ cõmuniũt, victui necessaria & arma cõportantes. Sed & princeps Aegyptius q̃nto potuit studio, mœnia reparari ciuitatis p̃ceperat. p̃terea conuenientes, decreuerunt, interfectis vniuersis fidelibus qui Hierusalem habitabant, ecclesiam dñicæ resurrectionis deijcere funditus, & sepulchrum radicitus euellere, ne illorũ occasione aut oratiõis gratia populus fidelium deinceps accedere, & vrbem frequentare p̃poneret. sed cognito, q̃ p̃ hoc maiora nostrorũ populorũ cõflarent odia, destiterũt. Verum spoliatis fidelibus qui in vrbe habitabant, oẽs cum dño patriarcha ab vrbe expulerũt, qui vsq; ad peregrinorum aduentum in viculis suburbanis latuerunt, in dies mortem expe-

Cẽtũ millia hostiũ cæsa.

Antiochiæ arx dedit.

Boemundo Antiochia traditur.

Babylonius rex dolo Ierusalem occupat.

Patriarcha Hierosoly. pulsus.

expectantes. interea exercitus fideliũ intelligẽs loca venerabilia, pro q̄bus tot labores susceperãt, appropinquare, suspiciẽtes crebro, mox e vicino vrbẽ sanctã cõspexerũt: q̄ p gaudio fusis lachrymis, Deũ glorificabãt, q̄ eos exaudire dignat⁹ esset, vt iuxta eorũ desideria ad loca optata meruerint puenire. Anno igit̃ dñi 1099. septimo die mẽsis Iunij, Christianus exercitus ante vrbẽ castrametatus est Hierosolymã, arduo mõte sitam, ac pluribus vallibus distinctã, adeo vt non nisi à maximis exercitib⁹ obsideri posset. aquis etiã fluuialibus ac fontanis caret, q̄ exercitibus pmaxime sunt necessariæ. solus em̃ Siloe amnis, & is q̄dem æstate ptenuis, interdũ nullus, p montẽ Sion in conuallem Iosaphat plabitur. sunt tñ pmultę in vrbe & agris cisternæ, q̄ solis ciuibus aquam p̄stare solẽt ad vsum, nõ etiã magnis exercitibus & iumẽtis militaribus. Quinta aũt die postq̄ ad vrbẽ puenit exercitus, cõparato sibi cõmeatu, q̄tuor locis oppugnare vrbem magnis viribus adortus, eam Hierosolymitanis acriter defendẽtibus, in dies magis magisq̄ cõtendẽtibus, cum iam totũ mẽsem circa mœnia vniuersus desudaret exercitus, die xi. mẽsis Iulij vno animo assultũ faciũt, & cum vsq; ad horã diei 7. sine certa victoria anceps certamẽ esset, subito virtus diuina affuit, q̄ fideliũ rebus iam desperatis consolationẽ attulit. nam de mõte oliueti miles q̄dam armis accinctus fulgẽtibus, q̄ postmodũ non cõparuit, signũ dabat nostris legionib⁹, vt assultũ iterarẽt: quo signo viso exhilarat̃ exercitus, & maiori animo ad expugnationẽ vrbis redijt, tanto feruore, vt q̄ fessi aut vulnerati ante opam subtraxerãt, nũc resumptis animis, vltro se ingerãt animosius. tanta siquidẽ erat in castris lætitia, vt iam q̄si certi de victoria, in vnius horę spatio vallo dirupto & effracto antemurali, q̄ddã castellũ q̄d ex lignis cõtexuerãt, muro applicarẽt. ciues aũt immensæ pceritatis atq; soliditatis arbores à muro suspenderũt, vt machinarũ ictus eliderẽt: q̄rum duas nostri, q̄ erant in castello fabrefacto, p̄cisis funibus deiecerũt. Quo facto, dux Gotfredus q̄ in ea parte vrbẽ oppugnabat, sursum in castello dictas trabes ferri p̄cepit, q̄bus ex vna parte in machina, altera sup murũ locatis, vicẽ põtis p̄buit. põte igit̃ sic ordinato, primus oĩm dux illustris Gotfredus cum fratre Eustathio inscẽdit vrbẽ, post q̄s multi alij secuti sunt. hostes aũt mœnia à nostris teneri vidẽtes, & turres & stationes deserũt. mox nostri ad portã septentrionalẽ, q̄ porta S. Stephani dicit̃, cõuolantes, atq; illa refracta, Christianos expectãtes introducũt, q̄ p vicos ciuitatis discurrẽtes, strictis gladijs nec ætati nec sexui parcentes, in ore gladij psternebãt oĩa. cõfugerat in atriũ tẽpli maxima paganorũ multitudo, ad q̄s pperãs dñs Tancredus, oẽs ibidẽ reptos obtruncat, ppe ad x millia. Cæsis itaq; vniuersis hostibus, populus fideliũ depositis armis, in spũ humilitatis cum gemitu & lachrymis, venerabilia loca singula pquirere inceperũt. die captiõis vero ciuitatis, dñs Adimarus Podieñ. epũs q̄ndam legatus, q̄ apud Antiochiã vita decesserat, à multis in sancta visus est ciuitate, ita vt multi fide digni asseruerint, sup muros ciuitatis primũ oĩm adscẽdisse, & cæteros ad ingressum vrbis animasse. multi q̄q; alij, q̄ in via diuersis casibus occubuerũt, in dicta ciuitate apparuerũt cum alijs loca venerabilia visitantes, in q̄ manifeste dabatur intelligi, q̄a etsi vita discesserant corporali, ad æternam tñ vocati beatitudinẽ, non sunt fraudati desiderio suo: sed q̄d pio expetiuerũt studio, pleno sunt cõsecuti affectu. Capta est aũt ciuitas sancta bis vno anno: primo à Saracenis, vt dictũ est: deinde à nostris, eo s. die, q̄ primitiua ecclesia inde abiecta fuit, ex q̄ festum de ap̄lorum dispersiõe celebramus hoc die, s. 15. mensis Iulij, anno dñi 1099. & anno 490. postq̄ imperante Heraclio, à Saracenis extitit occupata, q̄ post annos 88. quibus eam tenuerunt fideles sub septem regibus, rursum à Turcis capta est, & à Saracenis nũc vsq; possessa. Deinde die octauo conuenerũt principes, vt aliquem de suo collegio eligerent regem, inuocataq; spũssancti gratia, pari consensu oĩm Gotfredum Lotharingiæ ducem, aliàs de *Bolion dictũ, regno p̄fecerunt. Hic princeps fuit oriũdus de ciuitate *Boliona in puincia Rhenensi sita, patre Eustathio comite illius regionis, matre vero Ida sorore ducis Lotharingiæ, qui illum adoptauit in filium. vnde dux erat religiosus, clemens, pius, contemptor vanitatis seculi, in orationibus iugis, pulcher atq; robustus, cuius opa semp fuerunt magnifica. Gotfredus igitur regni titulum non abnuit, coronam vero aureã reiecit, indignum arbitratus, illic aureo diademate hoĩem vti, vbi rex regum Christus spineam coronam pro redemptione humani generis tulisset. Præterea Arnulphus presbyter, patriarcha creatus est ab epĩs, qui tum aderãt, secundũ aliq̄s. Alij tñ scribũt, non ita multo post electum fuisse Daibertum Pisanum archiepm, prout paulo post dicet̃.

Anno igitur dñi 1099. septimo die Iunij obsidebatur ciuitas sancta, & 15. die Iulij euicta est. electus deinde in regem Gotfredus, vir Deo deuotus, statim regni sui primitias cœpit Deo offerre. nam ptinus in ecclesia dñici sepulchri instituit canonicos regulares, put de hoc ordine & reliquis cruciferis dicet̃ in fine gñationis. Illis etiã diebus

Expugnatio Hierosolymorum. — *Gotfredus prim⁹ vrbẽ ingreditur.* — *Anni captiuitatis Hierosolymitanæ.* — *Gotfredus Lothar. Hierosol. rex eligitur* — *Patriarcha lectus.*

bus inuenta est in ecclesia resurrectionis portio vna dñicæ crucis, quam ob metũ gentilium fideles occupauerãt. Interea cum hæc in oriente fierent, in occidente Henricus impator rediens ab Italia, Ratisponã venit, ibiq; aliquãdiu moratus, fertur Iudæis q antea baptizari fuerũt coacti, iudaizandi ritum pmisisse, anno s. dñi 1097. Sequenti vero anno, inquisitiõe facta Moguntiæ de facultatibus Iudæoꝝ despoliatoꝝ, inter cæteros qdam archiepi cõsanguineus incusatus est, quẽ tñ archiepũs defendebat. non deerãt q dicerẽt, archiepm de rapina participasse. Erat em̃ homo pecuniaꝝ cupidissim⁹ supra q̃ dici poterit, Henrici partes ob auaritiæ malũ, in animæ suæ detrimentũ vbiq; defendẽdo. Anno vero 1099. Hẽricus natale dñi Coloniæ celebrauit, postea in Epiphania Aquisgrani filium suum Henricũ 5. regem fecit, reprobato maiore filio Cunrado, quem prius coronauerat. Cunradus Henrici 4. filius rebellasse patri infamabat. vnde hoc anno causam rebellionis paucis in regno detegens, p q̃sdam Italiæ partes ingrediẽs, nomẽ & dignitatẽ regis fere 9. annis obtinuit. erat hic vir p oĩa catholicus, & aplicæ sedi subiectissimus, plus religioni q̃ fascibus aut armis deditus, fortitudine tñ satis & sup instructus, lectioni q̃ lusibus vacabat, miseris & pcipue militibus inopia pssis largus, oĩbus affabilis, neminẽ contemnẽs, indeq; non immerito Deo & hoĩbus extitit charus. cœlibatum ppetuo seruasset, sed coactus à suis, filiam Rogerij ducis Siciliæ duxit vxorem. honorabat nihilominus patrem, ita vt murmur qd p totum imperium mores laniabat patris, qdq; causam suæ rebellioni dedit, auribus pprijs nunq̃ patiebatur inferri, semp illum dñm suũ & imperatorẽ noĩans, vniuersos etiam à palatio patris aduentantes, sub appellatione conseruoꝝ, licet infimos, sociali beneuolentia tractabat, ac pter aĩæ virtutes moꝝq; cõpositionem, corpore fuit adprime decorus & statura pcerus. Deinde anno dñi 1101. manẽs in Italia, Mechtildi nobilissimæ fœminæ suę cõsanguineæ ita cõtubernio cõiunctus, vt & in rebus p Italiã disponẽdis, tam illius q̃ dñi aplici cæteroꝝq; Deum timentium consilio semp vsus sit, cuius etiam opa Henricus pater à multis insolentijs fuerat repressus. plena tandẽ fide & cõfessione, à regno transitorio ad æternum creditur regnum migrasse. sunt & q veneno dicũt eum interijsse. testari solẽt q aderãt, in brachio corporis exanimi crucis signaculũ subito exortum se vidisse, ipsasq; eius exequias qbusdam miraculis honoratas fuisse. Anno dñi 1100. Vrbanus põtifex tanq̃ re bene à se inchoata, dñici sepulchri liberatione feliciter absoluta, carnis debitũ psoluit. Inussit aũt eius mors nõ leuem Romanis notam, q ex Petri Leonis domo funus efferebatur. nam biennio ante obitum ipsius odio Ro. cedens, q partes Guiberti antipapæ videbant tueri, in domũ eiusdẽ Petri Leonis recept⁹ est. cõstituit em̃ sibi, amicis cõsulentibus, à cõsueta p id tẽpus Laterani habitatione, q̃diu aduersarius viueret, abstinendũ, vt tutior esset. Quod cum intellexisset Guibertus Rauennas antipapa, Richardi principis Capuani, q & Beneuentũ tenebat, instigationibus & ope Albam se cõtulit Marsoꝝ oppidũ, vt ppinquior vrbi esset. Sunt qui Guibertum Crescẽtij castro eiectũ ab Vrbano, dum e Claremõtensi cõcilio rediret, affirmant. Ita factũ est, vt post 2. annos Vrbanus carnis debitũ psoluerit, vir plane sanctissimus, qui paulo ante Henricũ Suessioneñ. ecclesiæ epm recõciliauit. is em̃ spõte venit ad Vrbanum, epatuq; quem à rege acceperat, libere se abdicat sine vlla restitutiõis spe. quam ob rem põtifex clementissimus, cum necessitas puinciæ ita exigeret, nolẽti & recusanti epatum restituit, accepto iureiurando sub hac forma: Ego Henricus excõmunicatis ab hac sede, deinceps sciens & volens non cõmunicabo: similiter cõsecrationibus eoꝝ, qui epatus vel cœnobia à laicis cõtra ius fasq; acceperint, nunq̃ intererο: & ita me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei euangelia. Mortuus est aũt Vrbanus põtificatus sui anno 12. mense 4. in ædibus Petri Leonis, corpus vero p Tiberinam regionẽ ad vitandas inimicoꝝ insidias, qui etiam mortuũ lædere conabant, ad S. Petrum in Vaticano delatum est, ibiq; honorifice sepultum. At sub manu inclyti principis Gotfredi regnum Hierosolymitanũ mox vt regnare cœpit, conualuit. cumq; p idem tempus principes expeditionis nondũ ab inuicẽ essent diuisi, princeps Aegyptius qui Calipha dicitur, inter orientales potentissimus, innumerabilem collegit exercitum, mandans principi militiæ suæ, vt cum vniuersis regni viribus in Syriam descenderet, ac populum nostrũ deleret. Venit igit, vt cõstituerat rex, in Syriã copijs maximis. q̃ audito, nostri qq; congregati sunt, & hostibus occurrũt. habebãt equites duntaxat mille 200. pedites vero 9. millia. igitur aciebus instructis, Dei inuocato auxilio, hostes primo impetu in fugam vertunt, & insequentes acrius, magnũ numeꝝ occidũt. Veꝝ alij aliter narrãt. scribũt enĩ, q cum ordinatũ esset q ciuitatẽ retinere deberent, & inter illos pia disceptatio suborta fuisset, maxime q nõnulli amore patriæ & pietate parentũ redire ad natale solũ suosq; statuissent, tum nunciatũ illis, q rex Babyloniorum Ascalonem

Hen. F. Henricum coronat.

Cunradi facinus.

Vrbani 2. interitus.

Babylonij Caliphę insidiæ.

venis-

venisset cum innumerabili multitudine paganorum, expugnaturus Hierosolymā Antiochiamq́;. Cū in veritate nostri q Hierosolymis erant, barbaros venire cōperissent, contenderūt obuiam illis, relictis infirmis & Petro Eremita ad custodiā vrbis, armata manu venire. Cumq́; hostiū exercitū vidissent innumerabilē, genibus flexis, Deum inuocauerūt, vt q in alijs necessitatibus sibi semp affuerat, in p̄senti q̄q; bello cōfractisq́; viribus paganorum, ipsos adiuuaret. nec mora, Deus affuit. nam cōmissa pugna, nostri victoriæ cōpotes, ad 30. millia hoīm interfecerūt. Clemens aūt, regis Babyloniorum militiæ princeps & hostiū dux, naui fugiens, salutem sibi q̄siuit. Referūt qdam eo in p̄lio in exercitu Christianorum non plus q̄ 5. millia equitū, peditū aūt 15. millia fuisse, cum in exercitu hostium 100. millia equitū, & 400. millia peditum fuissent. Tunc aūt, vt aiūt, mirabilis in seruis suis Deus apparuit, q p solo impetu nostrorum, hāc multitudinē conuertit in fugam, & oīa eorum arma corripuit, ita vt si deinceps nostris repugnare vellēt, arma non haberēt. De spolijs vero non est q̄rendum, vbi thesaurus regis Babyloniorum occupatus est, ceciderūt secundū illos plus q̄ 100. millia Maurorum gladio. de his vero q in mari interierūt, non est numerus. pugnabat certe orbis terrarum p Christianis. pridie aūt q̄ bellum fieret, multa millia camelorum, boum & ouiū noster cepit exercitus, cumq́; iussu principū pplius hæc dimisisset, in pugnam pgrediens, mirabile dictu, multas turmas fecerūt cameli, similiter aūt boues & oues, q̄ oīa lento pede comitabant exercitum, vt cum stātibus starent, cum pcedentibus pcederent, cum currētibus currerēt. nubes etiam ab æstu solis Christianos defendisse fertur. Ascalonitæ vero tāto incōmodo accepto, vrbem Gotfredo statim tradiderūt, in q̄ tm̄ auri atq; argēti depr̄ehēsum est, q̄tum alio vnq̄ in loco. Celebrata itaq; victoria, exercitus Hierosolymā est reuersus: & relicto ibi Gotfredo, magna multitudo ad patriam redire cōtendit, inter q̄s Raimundus S. Aegidij comes, Rupertus Nortmāniæ, & Rupertus Flandriæ comites sunt habiti. Quibus recedētibus, Gotfredus vnā cū suis mira felicitate vsus, Ioppen maritimam & Ramulam expugnauit vrbem, q̄ impedimēto Christianis erat, q̄ minus tuto ab Ascalone Hierosolymā pficiscerent. obsedit & Caipham ad radicē Carmeli sitam. Verum durante adhuc obsidione, Tiberias Galilææ se obtulit, Caipha non ita multo post ex fœdere recepta. sic dux magnanimus parua licet manu fultus, magna quæq; cœpit in dn̄o attentare, reliquias gentiū q̄scunq; remanētes psequi, p̄sidia locis opportunis instituere, ecclesias clerumq́; q̄tum potuit reparare, cœnobitas alibi congregare, donaria multa tam monasterijs q̄ hospitali, q̄d nunq̄ defecerat in Ierusalē, deuotissime cōferre. Et cum vsq; ad hos dies Hierosolymitana vacasset ecclesia, de cōmuni oīm volūtate, dn̄m Daibertum virum venerabilē Pisanum archiepm̄, qui post captionē ciuitatis in terram sanctā cum multis de Italia nauigio venerat, in sedem patriarchæ collocauit. forte Arnulfus presbyter, de q̄ supra facta est mentio, vita erat functus. Anno igit̄ 1010. sub Gotfredo duce cōuentus ingens factus est in Ierusalē ab oībus qui fuerūt in oriente Christicolis, maximeq́; qui in Antiochia vel in Syria vel Palæstina cōsederant pegrinis, in tm̄, vt in ipso natiuitatis dn̄icæ festo plerisq; regionibus consecrarent epi. Quo quidē anno rex Gotfredus infirmatus est, qui sentiens sibi mortē imminere, assumpto salutis viatico, tanq̄ verus Christi cōfessor, viam vniuersæ carnis ingressus est, q̄ anno etiam Boemūdus Antiochenus princeps, capere volēs vrbem q̄ndam, à Turcis captus est. Gotfredus itaq; ante montem Caluariæ in vestibulo Golgatanæ ecclesiæ, vbi eius mausoleū lapide Pario constructū cernit, gloriose tumulat. Hoc in tēpore Balduinus frater Gotfredi Edessenus comes, principatū iam gentis illius consecutus, audito fratris obitu, Balduino cognato ditionē suam dedit, ipse vero Hierosolymā cōtendit, ibiq́; electus ab oībus princeps cōsensit, nec multo post inclinans caput sup dn̄ici sepulchri tumbā, ipsius se seruituti ppetuo subiugauit. post hæc q̄ magis paganis Christianorum timor incuteret, die pentecostes p legatum ap̄licæ sedis accepta regali bn̄dictiōe coronat. deinde Assur & Cæsareā ciuitates maritimas expugnauit, cæsisq́; q inibi erāt Saracenis, regnū suū dilatauit. Erat eñ Balduinus vir strenuus, in armis agilis, in rebus bellicis fortunatus, animo in hostes audax, prōptus & impiger, quippe qui in ipsam Turcarum gentē ac cæteras infidelium nationes, p̄lia multa gesserit, & gloriose triūphauerit, q̄re ab oībus imperio dignus pclamatur. Anno dn̄i 1010. Vrbano 2. ab hoc seculo euocato, Reinerius e Bleda Tusciæ ciuitate oriundus, tituli S. Clementis presbyter cardinalis, in Paschalē secundū assumptus est: q̄d ita futurum Albertus Alatrinus eps, teste Platina, aliqn̄ diuinauit. nam cum ab amico interrogaret, quē Vrbano successurum putaret, Reineriū, inquit, propter fidē & constantiā Deus eliget. sedit aūt annis 18. mēses 6. Postq̄ Paschalis solēniter fuit coronatus, arbitratus est turpe fore, si Guiberti antipapæ temeritati non intercederet, erat aūt pecuniarum egens qbus copias cōpararet,

Clementis principis fuga.

Aegyptiorum cædes.

Ascalonitæ se Gotf. dedunt.

Gotfredi successus.

Gotfredi mors.

Balduin⁹ 2. Hierosl. rex.

Paschalis 2. papa.

ret, vt Guibertũ ab Alba pelleret, amicos tñ orare vt opẽ ferrent, cœperat. Tũ Rogerius Siciliæ nouꝰ comes, grãm põtificis & ecclesiæ sibi cõciliaturus, oratores ad illum misit, qui debitis obediẽtiæ sponsionibus factis, mille auri vncias dono cũ aliqt peditũ ac equitũ turmis misit. Ea igif adiutus pecunia Paschalis, exercitũ tumultuarie cõtractũ duxit in Albã Marsoꝶ oppidũ: & auxilijs fretus q̃ Rogerius misit, hostẽ obsidere cõstituerat. Sed Guibertus Richardi Capuani comitis ope diffisus, in proxima Aquilanoꝶ montana se recepit: dũq; pontifex in expugnanda Alba aliqt detineret diebꝰ, Guibertus febre ex fugæ labore correptus, homo iam decrepitus, breui est mortuus. Erat aũt vir, vt quidã scribit, satis ingenio, facundia, nobilitate, psonæq; reuerẽtia clarus, nec Roma tũc, nec Rauenna bene vsus: & qui super vnũ papã viuentẽ, q̃uis coactus, vt aiunt, adscendit, ipse tres sibimet alternatim succedentes superuixit, extorris vtraq; sede, Romæ videlicet ac Rauennæ, malens, vt ab ipsius ore didicimus, ait iste, apostolici se nomẽ nunq̃ suscepisse. A malis tñ, Guiberto sublato, ecclesia non statim quieuit. Richardus eñ Cãpanus comes, q copijs & opibus Guiberto auxiliatus est, in locũ demortui Albertũ quendã substituit Atellanũ ciuẽ, q̃ vrbs Auersa nũc dicif, inter Neapolim & Capuã posita, q statim a bñ sentientibus abdicare se magistratu coactus est, & relegaf. Cauẽses aũt agri Prænestini incolæ, Richardi stultitiã imitati, Theodoricũ quendã pontificẽ creauere. veꝶ hi q̃q; pœnitẽtia ducti, quinto & centesimo die e põtificatu deiectũ, anachoretæ habitũ induere cogunt, & vitã ducere priuatã. Tertius p̃terea Maginulphus Romanus ciuis, apud Rauennã põtificatus titulũ vsurpare ausus est, quẽ quidẽ & Romani exilio mulctarũt, & Rauẽnates omni hũana ope destitutũ, vrbe sua pepulere. vacabat eñ hic artibus necromãticis. Sic his impijs deficientibus, verus pastor Paschalis cõualuit, qui à dño cõfortatus, oĩa castra, oppida, ciuitates & municipia, q̃ à tyrannis tẽpore Henrici imperatoris occupata fuerãt, ad ius B. Petri reduxit, pacẽ reformãs in vrbe. & quia Richardus comes Caueas occuparat oppidũ B. Petri, pontifex in eũ ducens, Caueas recepit, & Zagarolũ ac Columnã paternæ hæreditatis castella illi abstulit. Fuit familia Corsoꝶ Romæ potẽtissima, & Gregorio 7. adeo fidelis, vt eoꝶ domus sub Capitolio positæ, ab Henrico 4. sint exustæ & solo æquatæ. veꝶ mutato aĩo, Stephanus eiusdẽ familiæ princeps, absente papa, ecclesiã B. Pauli cũ castello ibi ædificato, furto occupauit, magnaq; inde Romanis intulit dãna, quẽ reuersus põtifex inde deiecit. tandẽ inter illos pax est cõstituta. Anno dñi 1101. audientes occidentales principes mirabilia q̃ per seruos suos dñs in oriente operatus fuerat aduersus infideles, firmiter statuũt expeditionẽ renouare, atq; suis in oriẽte succurrere: & q̃s prius timor, diffidẽtia vel inopia retraxerat, nunc Chri timor armabat. Inter primos aũt epi Mediolaneñ. & Papieñ. cũ Longobardis ad quinquaginta millia crucẽ assumunt. Deinde Teutonici diuersaꝶ prouinciaꝶ, postremo Aquitani, quibus Guilielmus Pictauieñ. comes & Aquitaniæ dux p̃erat. Dñs q̃q; Stephanus Carnoteñ. & Bleseñ. comes, qui ante capta Antiochia, futuꝶ p̃liũ reformidans fugerat: hic quærens ignominiã fugæ redimere, rursus iter arripuit. dñs q̃q; Stephanus Burgũdiæ comes, cũ multis nobilibus iter arripiens, Cõstantinopolim primum, deinde Niceam transito Hellesponto peruenit. Longobardoꝶ itaq; plebes, Carinthia permeata, dum post Hungaros à tergo relictos, in Bulgaria hyemarẽt, tandẽ Cõstantinopolim perueniunt, in alteraq; ripa Alexio faciente transpositæ sunt, immo paganoꝶ sagittis expositæ. Turcæ eñ explorata Longobardorũ inertia, stipularum more eos atterebant, in tm̃ vt exercitus Teutonicus, qui eadẽ via subsecutus ad eandẽ metropolim peruenit, pene cõtritus sit. ab ingressu quippe Bulgariæ vsq; ad sedem Alexij, semp Teutonicis nunq̃ pacifici occurrebant, qui fauillarũ more mox disparebãt: milites etiam Alexij nũc eis à tergo, nũc à latere, nunc à fronte dãna quærebãt inferre ac castra irrumpere, donec copijs Guelfonis ducis & exercitu Guilielmi, diuersisq; q̊tidie cõfluentibus copijs p dies xv. aucti ad centũ millia, securius abire possent. Deniq; oẽs illos, vt refert Teutonicus scriptor qui aderat, Alexius imperator filios appellãs, securitatis sacramenta dãdo atq; recipiendo, humaniter prosequi videbaf. igif totus ille tantusq; populus p Romaniã iter dirigere dispones, brachiũ illud maris q̃d dicif S. Georgij, tam cõpulsi q̃ voluntarij transmittũt: tũ ecce subito murmur subortũ, Alexiũ imperatorẽ, Turcarũ potius q̃ Christianorũ parti fauere: Hic est, inquiunt, perfidus ille, qui dño suo vero imperatore depulso, imperiũ eius vsurpauit, ipsosq; sui sceleris cooperatores exilio dãnatos necari fecit. nunc se dicit tãti facere Frãcos, ita eñ appellabãt nostros cũ Turcis pugnãtes, quãti canes se inuicẽ mordẽtes. Cũ aũt quisq; nauigia cõducere tentaret, audiũt Alexiũ insidias peregrinis etiã in mari posuisse, multasq; dudũ naues peregrinorũ submersisse: q̃ iniq̊ scelere cõperto, oẽs eũ traditorẽ maledicebãt. incredibile

Guibertus antipapa moritur.

Paschalis gesta.

Altera in Hieroso. expeditio.

Alexij perfida fraus.

dibile tñ,quãta in nostro Germanico collegio fuerit titubatio,dũ videres patrẽ à filio, fratrẽ à germano,sociũ ab amico separari.multo siquidẽ morte amarius fuerat,cũ vita separari alterꝝ ab altero vidisses,vbi alius se terræ,alius mari cõmittere vrgebatur. Nos q̃q;,ait,vexati,tandẽ inter eos q se salo credere p̃sumpserãt,Ioppæ portũ post sex hebdomadas attigimus.Verꝫ enimuero qd nr̃i passi sint,longũ esset enarrare.nõ eñ multo plus q̃ quatuor millia erãt Turcarꝫ,qui tñ electi & equis velocissimis,armis,telis & sagittãdi peritia instructi,nr̃os latrocinãtiũ more vexabãt,nũc vulgus extremũ diripere,post hæc capere vel cædere,aliqñ etiã p vineta vel carecta exercitũ gradientẽ,tota die flãmis vel fumo turbare,nõnunq̃ fontes obturare,p noctes nũc hac,nunc illac castrorꝫ partẽ irrũpere,cũctis inferre inquietudinẽ,nunq̃ acie directa,nunquã à fronte certare,sed resistentibus cedebãt,insequẽtes fugiebãt,redeuntes insequebant. Quis tantas talesq; miserias narrare posset,vbi turpiter tot nobiles p inopiã,tot diuites sine ferro occubuere,dũ dño seruus p̃sens,minime nequiuit subuenire? Loca siquidẽ erãt inhabitabilia,hostibus cognita,nostris ignota.sic p dies 30.quasi signũ ad sagittã positi,certã sibi accelerare mortẽ satagunt.nã de tã innumero populo vix mille viros,inquit,credimus remãsisse,q̃s postea vix ossib⁹ cohærẽtes Rhodi,raros etiã Ioppæ vidimus,e quibus Bernardus & Henricus *comes Ratisponeñ.Hierosolymis obierunt,Guiliclmũ vero Pictauieñ.Raimundũ Stephanũq; nõnullas suppetiarꝫ reliquias superstites remãsisse aiũt. Thiemo Salsaburgẽsis ep̃us,eius expeditiõis comes,à Memphitico rege captus,gentiũ sacra adorare coactus,in ea vehemẽter est inuectus,martyrio Chr̃i fidẽ cõfessus interijt.Fert tum & Guelfo Noricorꝫ dux,q Othoni Saxoni subrogatus erat,perijsse,ossa eius ad Altdorfense monasterium tralata.Inter hæc nec his qui in Iudæa sunt,parcit.Insonuit eñ rumor,ꝙ Calipha Aegyptius copias infinitas cõtra Syriã direxisset.q̃d postq̃ Balduinus rex cõperit,cũ equitibus circiter trecẽtis,peditũ xiij.millibus,inuocato diuino auxilio,viriliter illis occurrit:cõmissoq; p̃lio, hostes in fugã vertit,q̃s nostri insequẽtes,de eis stragẽ mirabilẽ fecerũt,eorꝫ principe interfecto.

Margin: Occidentaliũ frequentes clades. — Thiemo Salsaburg. ep̃s.

Anno dñi 1102.cũ hi essent in oriente nostrorꝫ successus,Hẽricus 4 Cæsar,partim salutãdi põtificis Paschalis causa,partim Italiæ cõponendæ gr̃a,Romã ire statuit.Sed interim cũ in se Paschalis animũ cõperisset,rẽ distulit.papa cõcilio Florẽtiæ cõuocato,Gallicæ & Italicæ ecclesiæ statũ cõposuit,antistitẽ Florentinũ,qui Antichristũ esse natũ p̃dicauerat,admonuit,vt temerario incepto desisteret.Henrici 4.Cæsaris ob schisma desecrati excõmunicationẽ cõfirmauit hac fere formula:Anathematizo omnẽ hæresim,& p̃cipue eã q̃ statũ p̃sentis ecclesiæ cõturbat,q̃ docet & adstruit anathema cõtemnendũ,& ecclesiæ ligamẽta spernenda esse.Promitto aũt,inquiunt singuli,obedientiã apost.sedi ep̃o dño Paschali,eiusq; successoribus sub testimonio Christi & ecclesiæ,affirmãs q̃d affirmat,& condemnans q̃d dãnat.Hanc sententiã in imperatorẽ Henricũ idẽ apostolicus pronũciauit:Nos q̃q;,ait,inter innumeras diuersarũ gentiũ cateruas,proxima cœna dñi in Lateraň.ecclesia promulgamus,quia tunicã Chr̃i scindere.i.ecclesiã rapinis & incẽdijs deuastare,luxurijs,periurijs atq; homicidijs cõmaculare nõ cessat,primo à B.Gregorio papa,deinde à sanctissimo viro Vrbano p̃decessore meo,propter suã inobedientiã execratus est atq; cõdẽnatus,nos q̃q; in pxima synodo nr̃a iudicio totius ecclesiæ,perpetuo eũ anathemati tradidim⁹:id notũ volumus oĩbus & maxime vltramontanis esse,q̃tenus ab ipsius se cõtineãt iniquitate.

Margin: Paschalis in Floreñ.conuentu Henricũ execrat.

Hoc in tp̃e Hartingus Magdeburgeñ.ep̃s obijt,& Rupertus ep̃s Bambergeñ.cui p imperatorẽ Henricũ Otho cãcellarius eius substituit. Per idẽ tẽpus territi Babylonij,missis epistolis Damasco,Tripoli,Gibeleth,cæterisq; barbaris ciuitatibus,aduersus nomen Christianitatis se inuicẽ cohortabant.egressus itaq; xl.milliũ exercitus de Babylonia,primũ ad Ioppen tendens,cũ Ascalonitis qui in fide nõ manserant*.Balduinus hostiũ tantã multitudinẽ non ignorans,suos ab Hierusalẽ,Neapoli,q̃ se nuper dedidit,e monte Thabor,Hebron,Cæsarea & Assur,in Ioppen,vbi tũ nõ parua manebat turba,cõuocauit.erat tanta tunc mortalitas,vt quotidie trecenta cadauera Hierosolyma exportarent.Ioppæ vero ingens cãpus occupat,ac q̃dã die hora tertia,p̃cedẽte rege,lignũ S.Crucis,q̃d anno priori terra absconditũ diutissime,Gotfredo ostẽsum erat,effert.Extra ciuitatẽ vero Ioppen totius populi cõuentus est factus,iussuq; regis oratio ad populum habita exhortatoria,ad quam quasi vox vna totius populi: Breue,inquiunt,consiliũ nostrũ erit,pro Christo Christiq; legibus mori fortiter & viuere æternaliter.protinusq; ante crucẽ cõfessiõe pctõꝝ humiliter facta,ac post indulgentiã à legato apostolico bñdictionẽq; datã castris redditi,& inde summo mane ad 7.millia peditũ & mille equites recẽsiti,periculo sunt ingẽti cũ gaudio p̃sentati.Itaq; visa statione hostium,feruescere cœperũt ea fide,vt quisq; solus tot legiones sternere posse

Margin: Saracenorũ noui motus

posse nō dubitaret, indeq; cōtigit, vt cū minus caute se hostibus infundunt, prima cohors à latere inuasa, ilico tota rueret: qua de re Balduin⁹ efferatus aīo, tanto equitum impetu aduolat, vt quis idolorꝝ responsis de victoria certificati acrius insisterēt, tamē sicut cera à facie ignis liquescit, ita peribant. Referebat venerabilis abbas Gerardus, q tunc crucē dñicam iuxta latus regis pferebat, nunq̄ se tantam niuis vel pluuiæ, quanta tunc telorꝝ contra regē volabat, densitatē vidisse: ac post ligni pciosi intuitū, nullū ex hostibus telis se, sed magis fugæ psidio cōmisisse. Itaq; post victoriā à Deo hàbitā, dū nostri castra pdāq; diripiunt hostiū, nuncius adest missus à Ioppitis, qui ciuitatē terra mariq; diceret obsessam. Mox onusti spoliȷs, reliquis vero incendio traditis, redire statuerunt. Sequēti vero die multā abundantiā frumenti nostris cunctorūq; victualiū cū peregrinis fratribus ad xȷ̄. millia, naues xxx. deferebāt: quas dū hostiū classes inuadere niterent, mira Dei clemētia per virtutē S. Crucis hostiū molitionē adeo repressit, vt nullo conatu vel arte remigandi de loco moueri, vel vnā de tot nauibus capere possent. Paulo post cōmissum est plium à Balduino cōtra infinitā Saracenorꝝ multitudinē, vbi dū incōsiderate res agit, nostri circūuenti sagittariorꝝ numerositate, intra muros ciuitatis Rama, q̄ vicina erat, cōpellunt. Rex vero cum tribus (vt aiunt) equitibus euasit. Barbari aūt breui vniuersa mœnia demoliunt, cū plures lapidibus obrui viderent, captisq; ac cæsis vniuersis q̄s inuenerāt, ipsos captiuos cū nuncȷs victoriæ Babylonē pmittunt. Tanta tum nobiliū virorꝝ strages vsq; ad illū diē in regno Hierosolymitano fuisse nō legitur, inter q̄s cecidit Stephanus Burgundiæ comes, & Stephanus comes Carnoteñ. Hostes hac victoria elati, quasi terrā gladȷs acquisitā possessuri, in cāpestribus illis ponūt castra. At tertia die Balduinus supueniēs cū exercitu copioso, quē prius expectasse debuerat, irruit, ac tanta illos proterit internecione, vt parū profuerit vicisse. aderant nostris Raimundus à Tripoli, Tancredus ab Antiochia, vterq; cū copȷs nō paruis. Anno dehinc 1103. Henricus imperator natiuitatē dñi Mogūtiæ celebrans, filio suo Henrico regi rerū summā dimissurꝝ, seq; sepulchrū dñi visitaturū, per Enhardū epm publice pdicari fecit, indeq; fauorē maximū tam vulgi, q̄ principū & clericorꝝ regni totius acquisiuit, multosq; e diuersis regni partibus ad eiusdem itineris comitatū se pparare voto ipso succendit. Hoc anno in pago Vuirtzeburgeñ. inter grandinū lapides circa solstitiū æstiuale, tātæ magnitudinis glacies cecidit, q̄ in quatuor diuisa, totidē hoībus importabilis videret. in episcopio Spirēsi sanguis ex panibus fluere visus est, necnō in lēticularꝝ edulio prodigiose repertus, bellū ciuile significās. Anno vero hūc sequēti 1104. Tancredus, q Boemūdo capto, iā triennio egregie tuebat Antiochiā, Laodiceā vrbē imperio Cōstantinopolitano subiectā, vi cepit, ꝙ intellexerat Alexiū imperatorē clade Christianorꝝ delectatū, militibusq; nostris impedimēto fuisse, quo minus supplementū ex Europa in Asiā traȷcerent. Hac felicitate Balduinus intellecta, cōparato propere exercitu, in Acam ducere statuit. Ptolemaida nominât vrbē eā, Claudȷ Cæsaris coloniā, q̄ ante Ace dicta est, ἀπὸ τοῦ ἀκέσθαι, mederi, ꝙ in his locis Hercules lernææ hydræ virus inuento cuiusdam herbæ remedio depulerit. autores Stephanus & Plinius. Venere ei auxilio, rogati Genuenses & Veneti cū octoginta rostratis nauibus ac triremibus plerisq;. Vrbs Aca seu Ptolemais, terra & mari acriter oppugnata, vigesima die capit: & Saraceni qui eo venerant tuendę vrbis causa, fusi fugatiq; sunt. Hinc primū p mare terrā sanctam visitantibus, patuit secura tranquillitas. Tancredus aūt tantæ fuit pietatis in patruū Boemundū ab hostibus triennio in vinculis detentū, vt eū magna vi auri redemerit, Antiochiæq; principatū restituerit. At postea Boemundus Antiochiā ipsam Tancredo cōmittens, in Italiam primo, mox in Galliā profectus, Cōstantiā Philippi regis Francorꝝ filiā vxorem accepit. Verū cognito Alexȷ imperatoris Cōstantinopolitani conatu, qui maritimas Antiochię vrbes infestabat, in Italiā rediens, parata classe in Dalmatiam nauigat, Dyrrachiūq; obsidet, vt ea rōne Alexiū ab Asiatico bello reuocaret. q̊d etiā breui factū est. pacem eñ petenti Boemundus hac lege dedit, vt bello Antiocheno omisso, militibus Francis nullo maleficio p sua loca transeuntibus, iter in Asiā tuto facere liceret. cōposita aūt pace, cū ea classe in Asiā Boemundus cōtendens, adeo Christianorꝝ aīos recreauit, vt Balduinus rex Berytū vrbē maritimā, ac Tyro metropoli obtemperantē, obsessam duobus mensibus, vi tandē ceperit, nō sine magno suorū incōmodo: & sæuitū est in illos, ac vrbs ipsa tanq̄ colonia, Christianis oībus cōcessa est. Eodē q̄q; tēpore capta est Sidon. Anno vero dñi 1105. dū imperator natale dñi Moguntiæ celebrat, nec votū superiori anno cōceptū & pdicatū exequit, Henricus filius eius nois quintus rex, rebellionē aduersus patrē in Bauaria parat, machinātibus Diepoldo marchione, Berengario comite, & Othone quodam nobili viro, quorꝝ consilio à patre recessit. Primo

Balduini victoria.

Balduini varia fortuna.

Prodigia.

Tancredus Laodiceam accipit.

Boemūdus liberatus.

Berytus.

Sidon.

Hēric⁹ 5. patri rebellis.

mo patris hæresi detestata, fore se ecclesiæ obedientē profitet̃. inde fœderatis sibi Noricis principibus, atq; ab Alemania & Francia orientali nōnullis nobilibus, ad Saxones cōuertit: à quibus honorifice susceptus, in Quintelingburg pascha celebrās, breui vniuersis Saxoniæ ciuitatibus potitus est. cōsilio tñ Rukardi Moguntini atq; *Gebhardi Cōstantieñ. epi, responsaliū scilicet dñi Paschalis papæ, totā Saxoniā Romanæ ecclesiæ recōciliauit. Episcopis vero & clericis Henricus rex conuentū gñalem in villa regia Northusen indicit 4. Kaleñ. Iunij, vbi cū super ecclesiasticæ institutionis deprauata doctrina tractaret̃, quædā sup sententijs instātibus corrigebant̃: quædā quæ grauiora videbant̃, ad apostolicā audientiā differebant̃. Simoniaca quippe hæresis patrū decreto cōdemnata est, Nicolaitaꝝ q̃q; fornicaria cōmixtio ab oībus est abdicata. his vero qui à pseudoepiscopis fuerāt cōsecrati, ꝑ catholicā manus impositionē recōciliatio proximo ieiunio danda promittebat̃. In eodē cōcilio rex Henricus quintus, nō nisi vocatus interesse voluit, qui tandē deductus, loco stetit editiori oībus iuxta principū decreta, suas leges atq; iura rationabiliter innouauit. si qua vero irrationabilia rogabant̃, mira ac vltra suos annos prudenti responsione cōfutauit, in oībus his & sibimet seruans verecundiā, & sacerdotibus dignā exhibens reuerentiā. Inter hæc obortis lachrymis, regē cœli testabat̃, se nulla regnandi cupiditate patris solium appetere, neq; dñm & patrē suū imperio deponi exoptare, sed si S. Petro suisq; successoribus lege Christiana subijci velit, se regno cessuꝝ promisit. Eadē hora nonnulli epi vestigijs metropolitani prostrati, testimonio regis apostolicæ dedēt se obedientiæ. Deinde Henricus 5. expeditionē cōtra Moguntiā mouit, expulsum eius loci episcopū restituturus, patre intra muros rem expectāte, cū non parua militū manu. multa tū consilia cōmunes regni proceres inter se tractabāt, patre regni diuisionē & hæreditariæ successionis cōfirmationē pollicēte: filio vero nil, nisi apostolicæ sedis subiectionē & ecclesiasticæ vnitatis efficientiā, expostulante. sic infecta re, abscessit, superiorē Germaniæ partē adijt. Vuirtzburgēsem epm Erlongū, substituto Ruberto, deposuit. Saxonibus ibi dimissis, cū Boioarijs ad Noricos cōtendit. Norinberga intra duos mēses capta, exercitu misso, Ratisponā venit, quē pater insequēs, ope Ratisponēsium inde fugauit. progressusq; vltra, Marchiā Diepoldi ꝑ Bohemicæ gentis crudelitatē deuastauit. Henricus filius cōtractis copijs cōgressum expetit. iā castris in cōtrariū positis, spectaculo horribili ꝑ triduū ex vna ripa Regini fluminis imperatoris, ex altera regis volitabāt signa: iam frequētia grassabant̃ in alueo fluminis duella, inter q̃ Hartingus ex parte imperatoris comes occubuit, nec paucos ex vtraq; parte Mars anceps absumpsit. at die q̃ gñalem ꝓcessit cōgressionē, principes vtrinq; pensitantes, quantū posset sanguinis effundi, colloquio habito, suis parcendū populis rati, de pace tractare cœperūt, q̃d quidē regi acceptū atq; gratissimū fuit. Imperator vero dū in crastinum de cōflictu disponit, sed nec pugnā nec pugnādi votū principibus esse, ꝑ Bohemiæ ducē marchionēq; Luipoldū contra spem audiuisset, mox aīo consternatus, supplex illorū adiutoriū petit, nec impetrat. latenter igit̃ e castris cū paucis admodū sese subtrahēs, multis causa extitit salutis. auxit filij maiestatem atq; vires ea patris fuga. quare mox Vuirceburgū tendēs, epm restituit. Deinde Spirā veniens, thesauris patris potitus est. virū ibi sapientē & nobilē, ac pro sanctæ cōuersationis fama morūq; dignitate Gebhardū Hirsaugiensem abbatē Spirensibus ꝓfecit epm. Iste Gebhardus natione Sueuus, nobili de prosapia ortū duxit, vir admodū eloquēs & facūdus, atq; in dicēdo multū promptus. hic post adolescētiæ expletos annos, Argētoraci canonicus factus, vim Hirsaugieñ. vtpote Ro. ecclesiæ adhærentibus intulit. sed bonoꝝ inductus consilio viroꝝ, læsis dāna restituere cupiens, cū monasteriū ipsum turgidus & inflatus ingrederet̃, nutu Dei percussus, ad pedes B. Guilielmi abbatis prostratus, veniā supplex petendo ab eodē impetrauit. Verū vt de restitutione dāni sermonē fecisset, inspiratus diuinitus, abbatē, vt sese pro dato damno reciperet, humiliter rogauit: sicq; cū moribus vitā exuens, Deo laudabiliter sub norma regularis disciplinæ vixit. Tandē prior claustralis factus, in abbatē monasterij ꝓficit̃, & post annos xiiij. quibus monasterio ꝓfuit, in epm Nemeteñ. ecclesiæ ordinatur. Datū est vtriusq; principis votis, vt apud Bingam Rheni oppidū cōuenirent pacis publicæ causa. ibi patrē filius tanta constātia ad purgandā hæresim inuitat, vt senex causa epis proposita, peteret Moguntiæ cōuocari primates Germaniæ. Atq; interim dū parum in epis spei locaret, in castellū quoddā laliturus secessit. hinc vulgo fertur à filio captus esse, cū aliter sentire videā scriptores.

Norinbergæ oppugnatio.

Gebhardus abbas Hirsaugieñ.

Proceꝝ Germa. in Hen. filiū studiū.

Interim Boemundus Antiochiæ princeps, Tancredus, & Balduinus de Burgo, q in comitatu Edesseno successerat, conuenientes cū maximis copijs, vrbem Carras obsident ciuitati Edessenæ vicinā: & cū pugnandi vi vix tandem ciues ad deditionē compulis-

Carræ.

pulissent,inuidia stimulante,effusa est contentio inter principes,cuius vexillum prius introducatur in vrbem.Cúq; contenderent,subito affuit infinita Turcarum multitudo,quæ ad soluendã obsidionẽ de vniuerso oriente properauerant,qui nostros diuino tũc auxilio destitutos aggressi,in fugã vertũt,quibus pro magna parte occisis,comes Edessenus & Iocelinus eius cõsanguineus capti sunt,Boemundus & Tancredus Edessam fugerunt.Porro nec prius,nec postmodũ in vniuerso oriente tẽpore Latinorum vspiã legitur tam periculosum fuisse prælium,tantaq; strages virorũ fortium nostræ gentis.

Circa hæc & paulo ante Balduinus rex Hierusalem,Ascalonẽ à mari copiosissima classium multitudine,à terra vero nõ paruo cingens exercitu,tributariam sibi fieri longa obsidione coegit.Post menses vero aliquot quinquaginta millia Saracenorũ improuiso nostros inuadere cupientiũ,virtute diuina rex ipse(quatuor duntaxat millia pugnantiũ habens)strauit,quodã Admurato,qui secundus à rege Babyloniæ habebatur,capto,altero inter cæteros occiso. Christi itaq; clementia dum nostrorum augerentur opes per Asiam,Syriam & Palæstinã,inuidus & occultus eatenus ecclesiæ inimicus Alexius,diu tectã suæ perfidiæ rabiem euomuit.Turcis,quibus iã nulla vel parua in oriente regnandi spes remanserat, se conciliat:Niceam,quam olim fidei nostræ turrim,dudũq; multo sanguine cõparatã præscripsimus,Solimani tyrãni filijs reddidit, custodias ad prohibendũ transitũ peregrinis terra mariq; cõstituit, Babylonicũ regẽ contra nostros frequẽtibus nuncijs animauit,cuius classes contra Antiochenos directas,ipsi bello ceperũt,& in confusionem Alexij, nasis atq; poplitibus oĩbus abscissis, vnã de scaphis inde onerantes regi transmiserunt. Anno dñi 1106.cũ superiore anno Henricus quartus Cæsar,à filio schismatis abolendi causa admonitus,primates Germaniæ Moguntiam conuocari petijsset,oẽs vndequaq; regni proceres ad natalẽ dñi Moguntiã veniunt.pater in castello quo diuerterat,mansit.In cõuentu primũ apostolicæ sedis legati epũs Albanus cũ epõ Constantiensi*Gebehardo,sententiã anathematis in Henricũ seniorẽ dictũ imperatorẽ,à tot pontificibus promulgatã scriptis & dictis testificantes,vniuersam multitudinẽ,immo totã orbe diffusam ecclesiam,ab eius cõmunione sequestratã confirmabãt:qua de causa dum ipse se de castello,in quo manebat,Moguntiã exhibere tentaret,principes propter tumultũ vulgi partis suæ,ipsi in Ingelheim occurrerũt,tandẽq; generali illũ cõsilio vsq; ad reatus cõfessionẽ satisfactionisq; professionẽ perducunt:cui cũ legati apostolici cõmunionẽ seu pœnitentiæ modũ absq; gñalis synodi & apostolicæ discussionis censura reddere ad præsens nõ possent,ipse partis vtriusq; cõsilijs annuens,regalia vel imperialia insignia,crucẽ scilicet & lanceã,sceptrũ,globum atq; coronã,filij potestati tradidit,prospera illi imprecans,illũ primatibus multo fletu cõmendans:tũ se iuxta summi sacerdotis totiusq; ecclesiæ decreta,suæ cõsulturũ animæ promisit.Hoc ordine Henricus illius noĩs quintus,primũ à patre,deinde ab vniuersis Germaniæ principibus in regẽ iam secũdo electus,ab apostolicis quoq; legatis per manus impositionẽ catholice confirmatus,acceptis tam ab episcopis quàm laicis iuxta morem patriæ sacramẽtis, quinquagesimo Imp. paterni sui anno,sedit annis xx. Sunt tñ nõnulli scribẽtes,qui asserũt hunc quintũ Hẽricũ ante à patre regem factũ,immemorẽq; beneficiorum,postea sub occasione meliorandæ reipu.& ecclesiæ restaurandæ,patrẽ custodiæ mancipasse,itaq; coactũ seu dolo circunuentũ,cõspirantibus regni principibus,imperialia insignia filio resignasse, deinde pœnitentia ductũ,Leodij mortẽ obijsse. hæc partim sine dubio vera sunt,quod s. anathematizatus,& postea à principibus,vt resignaret in fauorem filij imperiũ,inductus fuit:sed quod à filio carceri sit mancipatus aut circunuentus,non ita clarũ est,immo magis credere ei qui negocio præsens fuit,& singula vt gesta sunt,ordine præscripto literis mãdauit.Nec est vero simile,tantã iniuriã patri imperatori à filio illatã,legatos sedis apost.vniuersosq; principes laudare,aut cõfirmare potuisse,licet tamen literæ patris inferius insertæ,expresse cõtradicant. Relatis aũt coram rege & cunctis Germaniæ optimatibus,legationibus Romanæ sedis,placuit tam regi quàm primoribus,ad sanctam Romanã ecclesiam tantos ac tales à partibus Germanicis legatos transmitti,qui & de obiectis rite rationẽ reddere,& de incertis sagaciter inuestigare sint idonei.separantur in hoc opus viri spiritu sapientiæ pleni,à Lotharingia Bruno Treuirensis,à Saxonia Henricus Magdenburgensis,à Francia Otho Babenbergensis,à Boioaria Eberardus Eichstetensis,ab Alemania *Gebehardus Cõstantiensis,a Burgundia Curiensis epi,nonnulli etiam nobiles de latere regis:idq; inter cætera suscipiunt in mandatis, vt si posset fieri,dñi apostolici præsentiam impetrẽt exhiberi,hoc eñi pacto cõsultum fore negocijs. Porro proceres iam dicti ad iter dum se accingunt,Henricus senior imperio destitutus,pœnitẽtia ductus,clam primum,deinde palam querulis epistolis

Niceam Alexius Turcis restituit.

Henricus 4. filio regni insignia tradit.

Henricus 5. Imp.91.

& nuncijs,quascunq; poterat regni ciuitates & prouincias impleuerat,quibus se vim à principibus passum,immo à filio depulsum imperio deplorabat,regnũ confusum, cũctis vsquequaq; patribus eiusdem fortunæ timendũ fore præmonebat exemplum. Hinc legati nationis apud Tridentum,dum exirent,ab Adelberto illarũ partium insigni viro,inermes ipsi & peregrini nil tale metuentes,spoliati sunt,capti,& custodiæ mancipati,ex mãdato(vt approbabat) eximperatoris Hẽrici.qua de causa nullus per Italiam iam patuit liber transitus.Gebehardus tantũ Constantiensis epus cum suis per occultiores alpium semitas ingressus,Mechtildis comitissæ psidijs apostolicis psentatur vestigijs.reliqui tractantur ab Adelberto indigne.at Iesus,qui semper prope est se inuocantibus,super eosdem latrones Guelfonẽ ducem Noricũ duxit,qui tertia superueniẽs die,manu valida Clusas obstructas cõfregit,ipsum Adelbertũ suosq; cõplices adeo perterruit,vt educẽtes q̃s clauserãt principes,nudi pedes,veniã ab his q̃s ceperant,postularẽt.Interim etiã Henricus eximperator nõ modica auxilia contra filiũ attraxit,epm s.Leodieñ.Henricũ ducẽ Lotharieñ.Coloniã,Iuliacũ,Bonnã,cæteraq; partis illius oppida.Cæterũ filius rex inimicas partes humiliaturus,Leodiũ,paschalẽ ibi habiturus curiã,cõuertit:sed audita patris machinatiõe, qui maxime Lotharior ducis opa vtebat,q eum in armis esse cõperisset,pmisit trecentos viros, qui põtem super Mosam fluuiũ loco q Vegesar dicit,cõstructũ,obseruarẽt:& dum rex in palatio Aquisgrani cœnã dñi celebrat,dux Lotharingiæ cum exercitu Cæsariano regios ad pontẽ inuadit,opprimit,sternit & capit.Quare rex paschalia festa Bonnæ celebrans, Henricũ ducẽ iudicio optimatũ maiestatis reũ,& hostẽ reipu.ducatu priuat,ac gñalẽ expeditionẽ contra Lotharingiã,accepto à principibus sacramẽto,per totũ regnum indicit & pparat. Interea Henricus eximperator,Colonia firmata, Leodiũ sese recepit,indeq; Henrico filio ac principibus literas hmõi tenoris mittit:Henricus Dei gratia Ro.imperator Augustus,episcopis,ducibus,marchionibus,comitibus,cęterisq; regni principibus gratiã & dilectionẽ,dignantibus eã recipere:Cõqueror Deo oipotenti & dñæ S.Mariæ,& B.Petro principi apostolor patrono nostro,& vobis principibus oĩbus,q iniuste,inhumane & crudeliter tractati sumus,& tã honore regni q̃ pdijs & oĩbus q̃ habebamus,cõtra diuinũ & humanũ ius ad infamiã & vituperium regni expoliati sumus,ita vt nihil penitus pter solã vitam nobis relictũ sit:vbi cum ferme oẽs essetis magna ex parte cõtristati,prohdolor nihil nobis vestra cõtulit tristitia, quin de vobis sibi satisfaceret voluntas inimicor nostror odiosa.Et quia cũ consilio & rogatu filij nostri,fide & securitate vitæ & honoris ab eo primum accepta,fiducialiter & desideranter Moguntiã in psentia legati Romani & principũ tenderemus,vt eor dispositione ageremus tam de statu ecclesiæ & honore regni,q̃ de salute animæ vestræ,ipse nõ est veritus in hac voluntate & obedientia nos contra datã fidem capere,& vsq; ad piculũ mortis fere pducere.Nõ ausi sumus ita nos illi credere,vt iniurijs & cõtumelijs nos pro voluntate sua,sicut prius,valeat tractare:quapropter multũ rogamus vos & obnixe pcamur,vt pro amore Dei,& honore regni,ac honestate vestra dignemini studere,quõ de iniuria in manibus vestris nobis illata,per vos possimus recuperare iustitiã.Nos q̃q; pro consilio vestro & aliorũ qui nos odio non habent religiosorum virorũ,parati sumus tam filio nostro,si in aliquo eũ offenderimus,q̃ alicui in regno libenter emendare.Præterea sicut dño papæ in psentia legati sui & vestra, obedire parati fuimus,ita & nunc parati sumus,ei omnẽ debitã reuerentiã & obedientiam syncero corde & deuotione exhibere,& tam consilio vestro q̃ spiritalis patris nostri Hugonis Cluniaceñ. abbatis, aliorq; religiosor viror,de statu ecclesiæ & statu regni,quantũ in nobis est,disponere.Cũ igitur ad hæc oĩa parati simus,rogamus vos & obnixe pcamur,vt pro Deo & honore regni & vestro,instanter moneatis filiũ nostrũ,cũ secundũ pfatã sententiã nulla ei aduersum nos residua sit occasio:amodo desistat nos & fideles nr̃os persequi,& quiete ac pacifice viuere permittat,vt supradicta cũ tranquillitate perficiant.Quod si noluerit,rogamus vos p autoritatẽ Ro. ecclesiæ,cui nos cõmittimus,& honorẽ regni,ne sup nos & sup fideles nostros veniatis,quia manifestũ est eũ non diuinæ legis zelo,vel Ro.ecclesiæ dilectione,sed cupidine regni hoc incepisse.Apud quẽ si interpellatio vestra aliave interuentio ad psens nõ prodesse poterit,appellamus Ro.pontificẽ & sanctã vniuersalẽ Romanã sedẽ & ecclesiam. Post lectas corã multitudine tã has q̃ alias literas,parũ verbis,nihil aũt sensu vel intentione priorib⁹ dissonãtes,filio tamẽ specialiter directas*.Quo fere tpe is Coloniã Agrippinã,q̃ in patris erat fide,armis circũdedit,fretus opinor Coloniẽsis archiepiscopi consilijs & ope.Vnde ad patrem ex optimatum consilio legationem vicariam destinauit, quam tamen prius publice prædicari per Magdenburgensem archi-

Noui patris cõtra filium motus.

Dux Loth. priuatus ducatu.

Hẽrici senis querula epistola.

Attẽde pr̃is in filiũ graue odium.

archiepm fecit.erat aūt huiusmodi tenor:Post inueteratā p annos circiter 40.dissensionem imperij Ro.q̄ tam diuinas q̄ humanas pene leges aboleuit, & exceptis mortibus oīmodis,sacrilegijs,piurijs, rapinis & incendijs, ipsum regnum nostrum non tm̄ in solitudinem,sed etiam ad apostasian catholicæ fidei siue in ipsum paganismū prope redegit,respiciente tandem suam ecclesiam diuina clementia, nos eiusdem Christi sponsæ filij,p spm̄sanctum in vnitate fidei æquanimes,eam pestem respuimus,ipsumq́; incorrigibile schismatum caput Henricum dictum imperatorē,zelo Dei & aplicæ fidei obedientia abdicauimus:catholicum nobis,licet ipsius de semine natum,regē elegimus:cuius regni principium,sui finem esse conspiciens, etiam ipse tanq̄ voluntarius,sed vt iam eius fatētur literæ,nimis inuitus collaudauit:regalia reddidit, filij curam cum regno nostræ fidei lachrymando cōmisit:de reliquo nullam se regni pompam, sed animæ suæ potius medelam vlterius affectaturū spopondit. at nūc ecce pristinis se reddens tergiuersationibus,præiudicium se passum per orbem terrarum cōqueritur: Gallorum,Anglorum,Danorum,cæterarumq́; finitimarum gentium gladios cordibus nostris infigere meditatur: sup illatis etiam iniurijs recuperare sibi iustitiā precatur,consilijs quoq; nostris amodo promptum obedire se pollicetur,re aūt vera,solitis argumētis castra hæc dñi dispergere, Christi exercitum exarmare conatur,& vt in ꝓpatulo est,vineam dñi quæ iam sero florescere cœpit,tam per se, singularem vtiq; feram,denuo depascere,q̄ per lupos,illos nimirum qui sibi adhærent pestilentes hoīes, demoliri,ac p sacrilegia sacerdotum Belial anathemati recidiuo reddere,quasi quod dictu nefas est,Christum iam iterum in ecclesia sua resurgētem, in oīm cordibus crucifigere meditatur.Quapropter placet tam regi q̄ vniuersis regni principibus, vt senior idem,ne vlla sibi pateat aduersus nos iusta querela,quacūq; velit securitate,q̄cunq; malueritstatiōe,coram præsente senatu simul & populo causam suam agat, iustitiam suscipiat & reddat,vt ab ortu schismatis omnibus seditionum causis,acsi nil inde fuerit diffinitum,vndiq; discussis,tam filio q̄ patri sua iustitia respondeat,ecclesiæ vero regniq́; status,non vt ipse more suo proponit,post lōgas inducias, sed in præsentiarum his controuersiis sublatis,vacillare desinat. Quam legationem cum probatę singularisq́; prudentię religiosi viri secularesq́;, tam à rege q̄ vniuersis principibꝰ missi, imperatori retulissent:horribile memoratu est, q̄ ingenti vitæ suæ periculo per dies sex, eo q͂ nullo modo conuentui malignantium communicare volebant,indigne tractarentur:tandemq́; ab irruente vulgo custodia liberati sunt,& absq; omni ducatus præsidio in castra regis apud Coloniam reuersi sunt. Id tamen præcipuum inter senioris responsa referentes, quatenus ad præsens ab armis discederetur, & in futurum generale colloquium haberetur. Auditur præterea,quia Henricus eximperator & Henricus dux,exercitum vndecunq; conflant,& adhuc tentare fortunam parant: quapropter vniuersa militia regis,immo Christi,saltem ferro rebus finem facere deliberans, obsidionem soluunt:& contra Lotharingiam à Colonia moti, munitiones ac cætera quæ rebellium erant,interim diripiunt, præmittentes ad Henricum seniorem alteros nuncios,qui sibi deliberationem proponerent, vt vel causa pacis pacto ꝓscripto componendæ,filio ad Aquisgranum prope diem occurrat,vel cum inimicis sibi bellum fore non dubitet.sed legati custodiæ traduntur à seniore, & nihilominus ad resistēdum omni modo,occulte tamē properare molitur. sed dimissos post aliquot dies legatos, eosdem inopinata fama mortis ipsius mox subsequitur. quo diuulgato,oēs qui quæstus gratia eidem adhærendo, suas animas venales exposuerant,deditioni regis simul & communioni catholicæ sine mora subijciuntur.Leodienses autem hac recipiuntur conditione in cōmunionem, quo cadauer ipsius execrati per se pridie in monasterio tumulatum effoderēt, & absq; vllo sepulturæ vel exequiarum cōmunione in loco non consecrato deponerent.Comprobantibus his,qui aderant,archiepiscopis & episcopis,quia q̄bus viuis ecclesia non communicat,illis etiam nec mortuis cōmunicandum est.Quo facto,paulo post corpus ipsius Spiram ductum,& in sarcophago lapideo,regis consensu positum,extra ecclesiam per quinquennium māsit inhumatum, in capella sanctæ Afræ martyris collocatum,eo q͂ in excōmunicatione mortuus fuit.Pari modo etiam grauius sæuitum est in Guibertum antipapam mortuum, cuius ossa mandato papæ de sepulchro suo,vbi per 6.annos sepulta erant in ecclesia Rauēnate,exhumata sunt & inde ꝓiecta.hic finis,hic interitus Hērici atq; Guiberti antipapę.q ambo censuras ecclesiæ,p nullo ducentes,maledicti & inter hæreticos sunt habiti. Pluribus aūt testibus probare poterimus,inquit scriptor Teutonicus,q͂ nemo illis temporibus natu,ingenio,fortitudine,audacia & statura,totaq́; elegātia corporis videret fascibꝰ im

Henrici filij questus.

Henr.senex q̄ ecclesię incōmoda attulerit.

Lotharingiam Hen. F. vastat.

Henrici 4. Imp.interitus.

Guiberti antipapæ ossa sacro loco eiecta.

perialibus aptior, si tñ in cõflictu vitiorum homo non degenerasset vel succubuisset interior. Mortuus est aũt anno dñi 1106. septimo Idus Augusti, q̃ s. die primo matrẽ inuasit, eademq́; die Martis, q̃ etiã cũcta sua ꝑlia paganico auspicio ꝑpetrare consueuit.

Eo anno pridie Idus Februarias apud Barum Italiæ vrbem, stellæ visæ sunt in cœlo ꝑ diem, modo q̃si cõcurrentes inter se, modo veluti cadentes in terram, & mẽse Februario toto cometa apparuit, cladium ꝑsagia, q̃s e principum dissidio vniuersa pene Europa accepit. Istis initijs imperio successit Henricus 5. filius. spem dedisset sui Romano ꝑsuli magnã, ꝙ ecclesiæ iura tueri se diceret, nisi temerario nimis ausu patrem bello lacessisset. Mortuo patre, nõnihil erat adhuc negocij Henrico cum aliq̃t primatibus imperij ciuitatibus, q̃ patrem Henricum tutatæ fuerant. Colonienses primũ, q̃rum obsidione soluta, ad Lotharingos vastandos ierat, in fidem recepit ꝑsulis ope. vltro se mox quicq̃d ex hostibus reliquiarum supererat, cõmuni voto & ardore dedit.

Initia imperij Hen. 5.

Post hæc in mense Octobri anno eodem, habitum est conciliũ gñale in Longobardia sup ripam Padi, loco q *Guardacastellũ nuncupat̃, vbi ꝑsidẽte Paschali 2. aplico coram multitudine clericorum ac laicorum, ꝑsentibus etiã legatis Henrici regis, multa sunt vt canonica dictabat æquitas, de inimici zizanijs euulsa. enarrare longũ esset, q̃ indefesse prudens & fidelis dispẽsator, pseudoepos deponeret, catholicos institueret, archiepis pallia, monasterijs priuilegia concesserit, ꝑsentes colloquijs, absentes paternis literis instruxerit. decreuit, ne vrbes Aemiliȩ, Placẽtia, Parma, Rhegiũ, Mutina, Bononia, Rauẽnati ecclesiæ q̃ toties Romanæ repugnarit, parerent. De ordinationib⁹ vero tempore schismatis factis, decretum hoc modo ꝓmulgauit: Per multos annos iam regni Teutonici latitudo ab Ap. Se. vnitate diuisa est, in q̃ nimirum schismate tm̃ piculũ factũ est, vt q̃d cum dolore dicimus, vix pauci sacerdotes aut clerici catholici in tãta terrarum latitudine inueniant̃. Tot igitur filijs in hac strage iacentibus, Christianæ pacis necessitas exigit, vt sup hos materna ecclesiæ viscera aperiant̃. patrum itaq; nostrorum exẽplis & scriptis instructi, q diuersis tẽporibus Nouatianos, Donatistas & alios hæreticos in suis ordinibus susceperũt, ꝑfati regni epõs in schismate ordinatos, nisi aut inuasores, aut Simoniaci, aut criminosi sint ꝓbati, in officio epali suscipimus, idipsum de clericis cuiuscunq; ordinis cõstituimus, q̃s vita scientiaq́ꝫ cõmendat. His ita actis, cõuentus solutus est, in q̃ tñ pontifex Paschalis constituerat se Moguntiã venturum, & eo loco natalem dñi celebraturum, ꝑsente rege ac vniuersis regni principibus. Anno dñi 1107. rex Henricus natalem dñi Ratisponæ celebrauit, ꝑsentibus legatis dñi Paschalis Ro. pontificis, cuius aduentum aliquandiu apud Augustam ꝑstolabatur. Sed papa suorum consilijs q̃si proteruiã Teutonicorum declinans, nondum sibi ostium Germanicis in partibus apertũ esse cum gemitu pronunciãs, profectionẽ ꝑ Burgundiã ad Gallias conuertit, natalem dñi apud Cluniacum celebrauit, multaq́ꝫ inde tanq̃ verus pastor ac vicarius Christi composuit, & tandẽ circa adscensionẽ dñicam conciliũ apud Trecas habuit, vbi inter multa sententiã de libera pastorum electione, & de coercenda laicorum in ecclesiasticas dignitates ꝑsumptione, iuxta ꝑdecessorum suorum decreta ꝓmulgauit. At rex pascale festum Moguntiæ agens, eidem se concilio vicinũ, non tñ ꝑsentem, cum nõnullis epis & optimatibus exhibuit: initoq́ꝫ cõsilio, legatos honorabiles ad aplicum trãsmisit, ꝑ q̃s tam ipsi q̃ vniuersis successoribus priuilegijs aplicis Carolo imperatori concessis, cõstituendorum eporum potestatẽ notificarẽt esse datam, sup q̃ q̃stiõe induciæ veniendi ad Se. Ap. Henrico datæ sunt à Ro. pontifice, q̃si in alieno regno nil esset definiendum. Anno deinde 1109. rex Henricus natalem dñi Moguntiæ celebrat, & paulo post Francofurt cõuentu procerum habito, Sigefridum Palatinum comitem apud epm Vuirtzburgeñ. custodiæ deputauit, eo ꝙ prodẽte Henrico Lotharingiæ duce, iam in gratiam recepto, in necem & regnum eius consiliatus sit. ibi etiam deposito Gotfredo Fuldensi abbate, Volelmũ Fuldæ ꝑfecit, ex eadem cõgregatione. Post hæc ad Poloniam mouit exercitum, multoq́ꝫ ibi desudans labore, diu negatum à terra illa exegit tributum debitũ. Non multo post Sigefridum Palatinum comitẽ diutina satis afflictum custodia, iuxta principũ consiliũ atq; petitionẽ sibi reconciliatũ dimittẽs, benigne tractare cœpit, adeo vt eius filium de baptismo susciperet. Circa annũ dñi 1080. tẽpore Gregorij 7. & Henrici 4. cœpit reflorere in ecclesia B. Quintini Beluacẽsis ordo canonicorum regularium à S. Augustino institutus, sub magistro Iuone eiusdem ecclesiæ ꝑposito, postea Carnotensi epo, & canonum doctore clarissimo. Anno dehinc 6. q fuit 1086. à Christi natiuitate, habuit initiũ ordo Carthusieñ. Brunõe autore. Fuit Bruno Teutonicus ex Colonia natus, philosophiæ atq; sacræ paginæ doctor clarissimus, Rhemeñ. ecclesiæ canonicus, & scholasticorum Parisii magister disertissimus. causam aũt dedit mors viri istius vniuersitatis doctissimi, probitate & morum honestate famosi,

Concilium Guardecastellẽ.

Paschalis in Galliam accessus.

Henricus 5. Poloniã tributariam fecit.

Beluaceñ. ordo.

Carthusia.

si,cuius cum cadauer delatũ esset in ecclesiã,& officiũ ꝑ anima illius defuncti celebraretur,pſentibus magistris & scholaribus,cæterisq́; ꝓmiscue q̃plurimis,surrexit q iacebat mortuus,in loculoq́; residens,voce magna clamauit: Iusto Dei iudicio accusatus sum.q̃ dicto,vt prius,iacuit.territi q aderãt,decreuerũt q cadauer illo die non traderetur sepulturæ.Sed sequẽti die iterũ in ecclesia circa fun' cõuenit innumerabilis multitudo ppłi,& dum officiũ pageret ex more,iterũ defunctus resedit in feretro,clamãs: Iusto Dei iudicio iudicatus sum.Ex q̃ plus territi q aderãt,differre statuũt sepulturam vsq; in tertiũ diẽ.Vbi cum pene tota ciuitas cõflueret,& in ꝓsecutiõe officij ꝓ anima illius ꝓcessum fuisset,surrexit tertio doctor ille defunctus,& clamauit: Iusto Dei iudicio dãnatus sum.sicq́; admiratiõe capti oẽs,deliberãt cadauer illud ecclesiasticæ non tradere sepulturæ.Surrexit tum Bruno Coloñ. & ait ad socios ac discipulos: Ecce charissimi,iste tãtus vir doctor & sanctus ab oĩbus reputatus,quõ pijt,' nunqd & nos pire volumus,& non potius saluari? fugiamus mundũ cito.Vnde relicto seculo, cum septẽ viris doctissimis in eremũ Carthusiæ secessit,ibiq́; monasterio cõstructo,propositũ monasticũ nimis arduũ instituit,cuius sancti ꝓpositi Hugo Gratianopolitanus epũs,q ab eodẽ Brunone habitũ monasticũ accepit,autor fuit.inter cæteros aũt Brunonis discipulos,Vrbanũ papã fuisse nõnulli memorãt. Ordo Cisterciensiũ sub regula S.Bñdicti militantiũ,initiũ habuit anno dñi 1098.sub q̃dam Stephano abbate.nam qdã deuoti viri,consilio freti Hugonis Lugduneñ. ecclesiæ archiepi Ap.Se. legati, simulq́; Vualtheri Cabiloneñ.epi,necnon & clarissimi principis Othonis Burgundiæ ducis, inuentã eremũ,abbatiã cõstruere cœperũt,cui Robertus à Cabiloñ. epo abbas pficit. Et cum idem Robertus esset monachus monasterij Molisineñ.ordinis S.Bñdicti,repetitur ab illius loci monachis,iussuq́; Vrbani 2.restituit.nihilominus postea dum Molisinense monasteriũ multis ditaret possessionibus,pfatus Robertus & nõnulli alij elegerunt potius studijs cœlestib' occupari,q̃ terrenis inhiare negocijs.Viginti mox & vn' monachi,vnà cum patre ipsius monasterij Roberto egressi,cõmuni cõsilio Cistercium veniũt,in locũ vastæ tũc solitudinis.Ac deinde anno 1107.facta est charta q̃dam charitatis à Stephano abbate & 20.alijs abbatibus atq; autoritate apłica cõfirmata, ab illo tpe reiecerũt floccos & pellicea,stamina & capitia,femoralia,coopertoria & stramẽta lectorũ,ac diuersa ciborũ in refectorio fercula, sanguinẽ q̃q; ac oĩa q̃ puritati regulæ videbant cõtraria,abdicauerũt etiam ecclesias,altaria,oblationes,decimas & sepulturas,furnos,molẽdina,rusticos & villas, qa nec in vita S.Bñdicti,nec in eius regula legebant eundẽ similia possedisse,nec fœminas monasteriũ intrasse, excepta sorore sua sancta Scholastica.decimas q̃q; dicebãt à sanctis patribus in q̃tuor portiones distributas,vnã s.epo,alterã presbytero vel clerico debitã,tertiã hospitali,seu viduis,infirmis, pauperibus, q̃rtam restaurationi ecclesiarũ. Et qa in hoc cõputo monachũ qui terras suas possidet,non reperiebãt,idcirco hæc q̃si iniusta vsurpare recusabãt.Hunc ordinẽ S.Bernardus postea anno dñi 1112.annos natus circiter 22.cum socijs amplius q̃ 30.ingressus est.Deinde abbas loci,fratres ad ædificandũ domũ Claræ vallis misit,& eisdem Bernardum abbatem pfecit. Hic Bernardus in vita fundauit 100.& 60.monasteria ordinis sui,illustrauitq́; ecclesiã sanctitate vitæ,suauitate doctrinæ,& gloria miraculorũ. obijt anno 1153.anno ætatis suæ 63.sic q̃ passim hac in gñatione facta sunt,memorant.

Bruno.

Cisterciẽses

Bernardus.

Anno 1105.stella insolita visa est circa vesperã, post hoc in cœna dñi visæ sunt duæ lunæ parum ante diem,vno in oriente, altera in occidente. Arnulphus in hac gñatione siue Rufus Lugduneñ.eps, in Gallijs pdicatione & sanctitate clarus, canonicorũ regularium post Augustinum ordinem instituit,vbi & multis fundatis monasterijs,in Italiam venit,Christi paupertatẽ integerrimamq́; vitam ad ipsius imitatiouem oĩbus cum ingenti ardore ꝓposuit,& ꝓpterea multos ex nobilitate Romana ad se traxit,qui eum tanq̃ verũ Christi discipulum & prophetã sequebant. vnde & in Hetruria multa regularium monasteria erexit.veruntñ Romæ dum acerbe nimium in clericorũ lasciuias inuehitur,& eorũ pompã improbat,secreto occisus est,nec vnq̃ tanti sceleris autores sunt inuenti.Fuit his q̃q; tẽporibus Rasis medicus magna ingenij fama. In hac gñatione,vt refert Martinus,rex Vngariæ p literas suas dño Paschali scribens,renunciauit inuestituris epõrũ & aliorũ plãtorum,q̃s vsq; ad illa tẽpora reges Vngariæ facere consueuerãt.sed illud hodie non seruant,immo inuestiunt,vel saltem ad libitum epos faciunt. At cum sanctorũ patrum instituta cõmemoro, minime negligenda videtur Cruciferorũ pietas,& antiquitate & viuendi ratione venerabilis.Ex Hierosolymitana ecclesia originem ducere illi dicuntur,cuius qm̃ sæpe status est mutatus,breuiter psides recensebo in hæc fere tẽpora,posteaq̃ a Godefredo,vti diximus,ecclesiæ canonici instituti sunt. Post Christi passionẽ Hierosolymis Iacob',quẽ fratrẽ dñi appellant,

At.de Vngarorum inuestituris.

Episcopi Hierosolymitani.

lant, p̄fuit, Simeon deinde iustus, Zachæus, Thobias, Beniamin, Iohannes, Matthias, Philippus, Seneca, Iustus, Leui, Ephres, Ioseph, Iudas. Hi ex circūcisione in Adriani imp. tp̄a magistratū tenuerūt, cum Adrianus Hierosolymorꝝ sacra misere cōtaminas set. Eusebius primū e gētibus ep̄atum tenuisse Marcū quendā scribit. hūc ego autorē seq, q̄ nescio q̄rum fragmēta, malo. successit Marco Cassianus, inde Publi⁹, Maximus, Iulianus, Caius, Iulianus, Capito, Valēs, Dolitianus, Narcissus, cui in eremū secedenti subrogarunt patres Dium, excepit hūc Germanius, deinde Gordius, cuius tp̄e diuina bonitate restitutus est Hierosolymis Narcissus ex eremo rediēs. Alexander martyrio Christi fidē testatus, Mazabānes, Irenæus, Chabda, Hermon, Macarius, huius tp̄e crucem Helena Cōstantini mater inuenit. Hic primū aiūt patriarchæ dignitatē ep̄o Hierosolymitano accessisse. patriarcha prim⁹ Cyrillus, secuti hūc Arriani, q aliquāto tp̄e ecclesiā infestarūt. Deinde recuperata ecclesia, successit Iohānes, Philippus, Iuuenalis, Iohānes, Zacharias, tp̄e cuius Cosdroa rex Persarꝝ Hierosolymā venit, ecclesias destruxit, atq; 36. millia Christianorꝝ occidit. dein Heraclius victor Cosdroæ, eo occiso, dn̄icum referēs lignū, in Ierusalē Modestū patriarchā reliquit, cui Sophronius successit, sub q̄ Saraceni Christianos de Ierusalē eiecerūt, excepto patriarcha. successit Theodorus, Ilia, Gregorius, Thomas, Basilius, Sergius, Salomon, Theodosius, Ilia, Sergius, Leontius, Athanasius, Christidolus, Thomas, Ioseph, Agatho, Iohannes, Orestes, tp̄e cuius archisultan⁹ Calipha nepos eiusdē destruxit ecclesias, mille s. & 4. patriarcham auunculū suū duxit Babylonē & occidit. affuit tum reb⁹ afflictis diuina clemētia. nam mortuo Calipha, filius eius dedit potestatē fidelibus reædificandi ecclesiā resurrectionis dn̄icæ, ad q̄d Cōstantinopolitanus imperator expensas administrauit: q̄ adiutore ecclesia q̄ nunc est, reædificabatur. p̄erat tum ecclesiæ Hierosolymitanæ Nicephorus, cui successit Sophronius. Reædificata est aūt ad plenū ecclesia anno dn̄i 1148. Sub Sophronio Turcæ Hierosolymā expugnantes, Saracenos occiderūt, sed Christianos p̄miserunt habitare sub tributo. Sophronio successit Ennius, Ennio Simon, sub q̄ Latini venerūt cum Gotfredo de Bilion, & ciuitatē sanctā obtinuerūt. successerūt postea patriarchæ Latini. primus fuit Dagobertus Pisanus archiep̄s, post illū Arnulphus archidiaconus, deinde Vuaramūdus, cui successit Stephanus, & illi Guilielmus, cui Vuilturus archiep̄s Turoñ. cui successit Amertinus, post illum non inuenio alium patriarcham. ex eo em̄ tēpore Christiani terram sanctam p̄rsus amiserunt. Ex Hierosolymis 4. ordines cruciferorꝝ originem duxerunt: ordo canonicorꝝ sepulchri dn̄ici, qui sub patriarcha primū erant, ordo militiæ S. Iohannis, nunc Rhodiorꝝ, ordo Templariorum, ordo Teutonicorꝝ. primi à B. Iacobo Alphæi fratre dn̄i, se gloriant̄ originem ducere, de q̄rum successoribus iam dictum est. hi deferunt in veste clericali rubram de serico crucem duplicem, & viuunt sub regula B. Augustini. Cum aūt ciuitas sancta sub potestate principum Aegyptiorꝝ erat, venerūt illuc plurimi Christiani, q dato Saracenis tributo loca sancta visitabāt. ex his q̄dam impetrauerunt à principe Aegypti, vt in honorem B. Mariæ virginis p̄pe ecclesiam resurrectionis dn̄icæ, ecclesiam Latinorꝝ ædificarēt, q̄ vocata est ecclesia S. Mariæ de Latina. ibidem ipsi Latinum abbatem & monachos instituerūt. Tēpore p̄cedenti extra septa monasterij, ordinauerunt Latini*ad monasteriū in honore B. Mariæ Magdalenæ, & in eodem sorores instituerunt, vt & viri & mulieres diuersoria inuenirēt. Paulo post abbas & monachi S. Mariæ ad opus infirmorꝝ & p̄egrinorꝝ, hospitale & capellā S. Iohānis Eleemosynarij cōstruxerūt. hoc hospitale de reliquijs mēsæ abbatis & monachorꝝ viuebat. vbi vero ciuitas sancta p̄uenit in manus Christianorꝝ, q̄dam vir religiosus Garoldus, q lōgo tp̄e pauperibus in eodē hospitali ministrauit, habitū regularē suscepit, & vestibus suis albā crucē affigēs, se ipsum obediētiæ obligauit, fratresq; cōgregauit, vnà cum eis pauperibus & infirmis ministrabat, in agroq; Acheldemach mortuos sepeliebat. militabant aūt sub abbate p̄dicto, dn̄o etiā patriarchæ de bonis suis fideliter decimas dātes, & q̄m Deus erat cum eis, in oēm terrā exiuit sonus eorꝝ, largitioneq; princip ū ac eleemosynis fideliū breui ditati sunt tp̄e, ita q̄ ab vniuersis occidentaliū p̄uincijs copiosos redditus colligētes, castella & oppida terræ, plurima dn̄ia ditioni suæ subijcerēt. Hi postea ab Honorio 2. cōfirmati, degūt sub regula B. Augustini, habētes habitū nigrū cum cruce alba in pectore, q deputati sunt ad pugnandū corporaliter cōtra infideles. pauci eorꝝ sunt clerici. priuilegio tn̄ clericorꝝ gaudēt, horasq; suas ex oratione dn̄ica p̄ficiūt, & vocat̄ ordo hospitalis S. Ioh. Hierosolymitani, de his de sen. ex. c. Canonica. verꝝ de illorꝝ institutione latius infra decemus vbi Rhodij appellabunt̄. Procedēte aūt tp̄e, quia p̄egrini & alij loca sancta visitātes, à latronibus sæpe spoliabant̄, & aliq̄n occidebant̄, quidam Deo amabiles milites ex charitate ad tutandas stratas publicas se deuo-

Marginalia: Adri. Hierosо. turbauit — Patriarchatus. — Restitutio sub Godefredo. — Ordo Sepulchri dn̄ici. — *aliud — Ioh. Eleemosynarius — Iohannitæ. — Templarij.

deuouerunt, patriarchæ Hierosolymitano ꝓfessionem facientes, de q̄rum numero fuerunt Hugo de Paganis, & Ganfredus de S. Adelmaro, q 9. annis seruierūt in habitu seculari. Rex aūt Ierusalē eo tēpore p̄dictis nobilibus, q oīa ꝑ Christo reliquerūt, cōpatiens, illos vnà cum dn̄o patriarcha de rebus ꝓprijs sustentabat, rex q̄q; in q̄dam parte palatij sui iuxta templū dn̄i, eisdem ad tēpus habitaculū concessit. Abbas aūt & canonici templi, plateam quam habebāt iuxta regis palatium, ad opus officinaꝝ eis tradiderūt. deinde anno dn̄i 1127. de mandato Honorij 2. & dn̄i Stephani patriarchæ, data est eis regula & albus habitus, postea vero sub Eugenio papa rubeas cruces affixerūt. hi oēs patriarchæ obedientiā fecerūt, & decimas fideliter p̄stiterunt. Et in modico tp̄e citra & vltra mare amplissimas possessiones acquisierūt, q̄bus B. Bernardus abbas cōposuit regulam. hi 200. ferme anno sub Clemente 5. exterminati sunt, vt inferius generatiōe 44. dicetur. Hi etem̄ ꝓcessu tp̄is vrbes, castra, munitiones acq̄rentes, ꝑ defensione terræ sanctæ vtiliter militarūt. habuerūt aūt Magistrū summū, cuius sedes principalis erat in Ierusalem, & q̄m funiculus triplex difficile rumpit, placuit diuinæ ꝓuidentiæ p̄missis addere & aliam religionem. nam ipsi Templarij, vt dicetur, e numero abiere, & sub Clemente 5. exterminati sunt. Cum em̄ ciuitas sancta post p̄dictam liberationem habitaret à Christianis, & multi ex Teutonicis causa ꝑegrinationis ꝑgētes illuc, linguam ciuitatis ignorarēt, q̄dam honestus vir Teutonic⁹ habitās in Ierusalem cum vxore sua, q̄ddam xenodochium de bonis suis ad opus paupeꝝ & ꝑegrinoꝝ Teutonicoꝝ construxit, & de voluntate dn̄i Patriarchæ oratoriū illi adiecit B. Mariæ virgini sacrum. postea vero nonnulli Teutonici renunciabāt seculo, seq́; suaq́; Deo & hospitali libere tradentes. Et ꝓcedente tēpore, cum etiam de equestri ordine Alemaniæ viri Deo deuoti, hospitali p̄dicto sese alligantes, multiplicarent, voluntariā paupertatem in domo dn̄i eligentes, dignum duxerūt, regulam & instituta fratrum militiæ tēpli assumere, quam & ita susceperūt, vt tn̄ hospitalitatem non obmitterēt. Veꝝ postea anno dn̄i 1191. apud Acam q̄dā Bremenses & Lubicenses ciues, hospitale in honore B. Mariæ virginis ad opus infirmoꝝ tēpore obsidionis ex velis nauium fecerūt, eleemosynas cōferentes atq; colligentes, obtinuerūt auxilio Friderici ducis Sueuiæ à Cœlestino papa, cooperante ad hoc Henrico rege Ro. ordinem istum sub titulo hospitalis B. Mariæ virginis domus Teutonicoꝝ in Ierusalem confirmari, priuilegijsq́; opportunis donari anno supradicto. Ex eo tēpore incepit habere Magistrum ordinis gn̄alem, ꝓsapia nobilem, & rei militaris ꝑitum. Erat aūt primus magister frater Henricus, dictus Vualpota, sub q̄ hospitale inceptum fuit in ciuitate Aca iam recuperata, & illi successit frater Otho magister 2. q̄ mortuo, electus est F. Hermannus Bart, successit illi defuncto F. Hermannus de Saltza, sub q̄ religio cœpit habere maxima incremēta. Itaq; consecuta est magnifica dona in Apulia, Romania, Armenia, Alemania, Vngaria, Liuonia, Prussia. In q̄, post amissionem Ptolemaidæ, anno deinde 1309. sedes principalis ipsius ordinis in loco dicto Mariæburgum, translata extitit, q̄ aliquāto tēpore etiā in Venetijs fuit. nobile itaq; oppidū Mariæburgū, arx nobilis atq; amplissima, vbi sedes magni Magistri est totius religionis. Sunt & alij duo in eadē religione magistri, alter Liuoniā regit, alter cōuentus Alemaniæ gubernat. & q̄a Teutones huius religiōis inuentores fuere, ex q̄bus postmodū ꝓdierunt viri nobiles & rei militaris ꝑitissimi, & tales q ꝑ testamento Dei sua corpora tradiderūt, & in sanguine suo, auxiliāte Deo, vniuersam Prussiam gentem paganam & idolis deditam, Polonis ac circunuicinis Christianis oībus molestam & inimicam, iusto bello tandē & ꝑ multos agones in suam potestatē redegerūt, ex q̄ tēpore lingua Teutonica ad eos introducta est, & cultus Christi genti imperatus: propterea nemo ad eum ordinem recipit, nisi Teutonicus, nobilibus ortus parentibus, & cui ꝓpositum sit ꝑ tuendo Christi euangelio aduersus salutiferæ crucis inimicos armis depugnare. Ob eam rem vestimētis albis vtunt, nigra cruce insuta, barbam oēs nutriūt, exceptis q in sacris altaribus seruiunt, pro canonicis horis orationē dn̄icam vsurpāt. Magnæ his opes, nec minor potentia q̄ regibus. Refert dn̄s Fran. de S. Gem. in c. Nullus, de elec. lib. 6. ꝙ licet ꝓfessores ordinis Teutonicoꝝ siue milites B. Mariæ virginis non promittant castitatem, c. tn̄ allega. pro ipsis militare, & locum in eis habere. Cum aūt ordo iste B. Mariæ sacer, peculiare decus sit, & gloria vniuersæ nationi Teutonicæ, eaꝓpter in sequentibus gesta religionis apud Pruthenos scribere statui, de q̄ in gn̄atione 41. videbimus circa finem. In hac q̄q; gn̄atione anno 1095. obijt rex Ladislaus, quem Vngari sanctum esse volunt. reliquit aūt fratres duos, Almū & Colomannū, Almū regem destinat, prognosticatus ꝙ Colomānus sanguinarius esset, nihilominus tn̄ Almus Colomannum iure primogenituræ præferens, ducatum ipse accepit. Colomannus em̄ erat habitu corporis contemptibilis, sed astu-

Teutonici B. Mariæ dicati.

Arx Mariæburg.

Colomannus Vngariæ rex.

astutus,mouitq́; bellum Ruthenis.vnde ducissa Ruthenoꝝ obuiam ei facta,ad pedes suos se ꝓstrauit,quam rex pedibus amouit. Inde auxilio Cunoꝝ Rutheni cõsurgẽtes, ꝑcusserunt castra regis vsq; ad internecionẽ.rex fugam iniẽs,thesauꝝ reliquit,quem Cuni inter se diuisere. Idem rex pluries Almũ ꝑseq tẽtauit,sed illos semꝑ principes reconciliauere. Tandẽ tñ cõfirmata ꝑ imperatorẽ inter eos pace, rex cepit ducẽ Almũ & filium eius Belam infantulũ,& excæcauit eos.sed & Belam infantulũ ꝓcepit castrari.satelles aũt timens Deum, catellum castrauit, & testiculos eius regi ꝓsentauit. Idem rex plures nobiles excæcauit,postea cœpit ægrotare vsq; ad mortem,& consilio habito fecit appræhendi ducem,ne forte sibi succederet etiam cæcus.ꝑsensit Almus,profugit in monasteriũ,& manu altare cõprehendit. Bñdictus aũt qdam à rege missus,sacrilegas manus in eum iniecit:& dum conaret̃ eum extrahere, diuulsa est manus ducis,& infectũ altare sanguine.territus sacrilegus, equũ cõscendit, exiẽs & in via cadẽs de eq̃,ceruice fracta,expirauit, ac à canibus voratus est. Morit̃ deinde Colomanus,& succedit ei filius Stephanus anno dñi 1114. Bela vero fili⁹ Almi,occulte nutriebat̃ in regno. pater pueri Almus fugit in Græciã ad imperatorẽ,vbi tandẽ vita functus est. In hac ĝnatione circa annũ dñi 1100.inueniunt̃ apud monasteriũ Hirsaugiẽse scripta de duobus comitibus de Vuirtẽberg, q fuerũt fratres.maior natu,vocatus est Cunradus vir potens inter Sueuigenas,alter vocabat̃ Bruno,eratq́; Spireñ.ecclesiæ canonicus,& postmodũ fact⁹ in Hirsaugia monachus. Anno vero dñi 1105. Hẽricus 5. Gebhardum Hirsaugieñ.abbatẽ,viꝝ sapientẽ & nobilẽ,& sanctitate famosum,ꝓfecit Spireñ.epm, in cuius locũ Hirsaugiæ in abbatẽ electus est iste Bruno 2. Kaleñ.decẽb.& à Richardo Ostiẽsi epo 7. Kaleñ. Ian. ordinatus. hic q̃uis natura generosus esset,nil tñ in habitu arrogãtiæ ostendebat,ꝓfuit annis 14. decimo Kal. Apri. corpore solutus est. Bruno hic Spireñ. canonicus ac maioris ecclesiæ custos & armarius,postmodũ monachus,& deinde abbas Hirsaugiæ factus,dedisse scribit̃ in eodẽ monasterio ꝑ manũ ac assensum fratris sui Cunradi comitis de Beutelspach,aliàs de Vuirtẽberg,ꝓdium in Pfrundorff cum om̃i iure ad Vualcheim 12. iugera vineaꝝ, cum bñficijs sex hoĩm ad easdẽ vineas ꝑtinentiũ,ad Saldingẽ qnq; hubas,ad Barckhusen duas cum vineto. Cũradus vero comes de Vuirtẽberg,& vxor eius Vuerndrut,ad Durenchẽ 16. hubas cum molẽdino,& in ꝓxima villa eiusdẽ noĩs vinetũ ad Sarevuesheim vnã salicã terrã, ad Salzaha 18. hubas,item in Schafhusen molendinũ vnũ. In ꝓdicta aũt donatiõe datæ sunt 20. marcæ, q̃s Bernardus de Schura comes ꝓ cellula Bauariceñ.dederat,& duæ armillæ aureæ appendẽtes 15. vncias auri,q̃s Luitgart soror dñi Brunonis & Cunradi comitis de Vuirtẽberg,ad faciendũ calicẽ tradiderat. Adalhait vidua Bertoldi de Eberstain, cum filijs suis Bertoldo, Eberardo & Hugone, q̃rtam partẽ villæ Eltingẽ cum om̃i iure Deo & S. Petro tradidit. Anno dñi 1109. morit̃ Philippus rex Franciæ,& illi succedit Ludouicus Crassus,eo tꝑe imperator Henricus duxit vxorẽ Machtildẽ filiã Henrici regis Angliæ,huius noĩs primi. iste Hẽricus Angliæ rex ꝓpter terras Nortmãniæ ꝓliatus est, & vicerunt Anglici,paꝝq́; abfuit qn rex Ludouicus caperet̃, ab oĩbus suis derelictus. Hic Ludouic⁹ cum paralysi laboraret, Philippũ filiũ suũ regẽ coronari fecit Rhemis, q̃d alij negãt. Nam Philippus iste dum Parisiis equitaret,porcus currẽs ad pedes equi casum dedit. inde Philippus deturbatus,lapsu mortuus est. Vnde paulo post Ludouicus alteꝝ filiũ Ludouicũ in cõsortiũ administrandi regni assumpsit,Rhemisq́; deductum,regia vnctiõe atq; corona insigniri fecit. Licet aũt ab Hẽrico Anglo regẽ Ludouicum fuisse victũ inuenerim,Robertus tñ Gaguinus videt̃ sentire contrariũ,& ꝙ Ludouicus ꝑ totã vitã ꝓspera vsus fortuna cõtra Henricũ Anglũ Nortmanniæ ducẽ fuerit,multaq́; de eo narrat ꝓclara facinora. Deinde narrat,ꝙ Gelasius papa Hẽrici imꝑatoris furorẽ declinãs,ad Ludouicũ venerit: & quõ Hẽricus imꝑator ægro aĩo hoc ferẽs,infestis venerit copijs in Frãciã,quẽ tum põtifex execrauerit,& Hẽricus infecta re retrocesserit,q̃dq́; põtifex Cluniaci mortuus fuerit,cui suffectus sit Callistus. Refert ꝙ & Innocentiũ papã lõge post,aduersante sibi Petro Leone ab altera parte cardinaliũ electo,ad se venientẽ Ludouicus honorifice susceperit,opesq́; & fortunas suas pollicitus sit,de quibus aliquid in sequẽtibus dicemus. Tandẽ rex Ludouicus, pactis q̃ ex ritu Christiano solẽt fieri,defunctus est,regni sui anno 30. elatus ad S. Dionysium,ibiq́; sepelitur. vocatus autem est Crassus propter corporis molem.

Cunradus & Bruno comites Vuirtemberg.

Ludouicus Crassus rex Franciæ.

GENERATIO XXXVIII.

Exordium 38. generationis facientes, cum iamiam non plene quibusdam Henrici quinti regis Germanorum,imperatoris aũt Romanorum gestis 37. ĝnatio, propter varia bellorum & rerum diuersarum facinora intendere potuisset,quæ supsunt,rerum à se gestarum ordinem contingemus. verum eius generationis principia, quin-

quintum Henrici quinti annum suscepti regiminis,necnõ Paschalis papæ secũdi decimum vendicãt,decimo supra millesimũ centesimum Christi natiuitatis anno. Quo quidem Henricus V. Ratisponæ in dominicæ apparitiõis festo,quod Epiphaniam Græci noĩant,colloquium cum regni principibus faciẽs,animi sui propositum eis aperuit,s. ꝙ trans alpes ire atq; Romam tẽdere,benedictionẽ impialem à Ro.pontifice recipere,& insup ad oĩa quę defensio posceret ecclesiastica,offerre velit. Itaq; assensu oĩm expeditionẽ parat,licet nõnihil terreret cometes,q tum per sex menses apparuit,nihilominus p Germaniã exercitũ circa Augustum mensem imperat,datis vbiq; inæstimabilis pecuniæ stipendijs. Igiť mense Augusto superata mõtium asperitate, rex cum suis lætus & incolumis Eporediam puenerat.alter vero exercitus Nouariã ducens, ibi regem expectat. Paucis ibidem diebus moratus rex, Padũ transit:vbi milite recensito,inuenit pter Italicos 30.millia eqtum. Placentię castrametatus,fidelitatem à ciuibus accepit,& p tres septimanas in his partibus cõmoratus,Parmãq; perueniẽs, Mechtildim comitissam p internuncios sibi subiectam,gr͞a sua proprijs iustitijs donauit. Post hæc hyeme mõtem Pardonis cum maximo dispẽdio regꝝ & equoꝝ transcendit,tandẽ Florentiã peruenit,instante festo natiuitatis dñi,vbi festũ cum ingenti cunctoꝝ tripudio pcelebrauit. Inde apud Aretiũ à clericis beneuole,à ciuibus subdole recipiť,quoꝝ etiam insolentiã satis abundeq; pdomuit,ciuitate eoꝝ cum*curribus cõtra regem instructis,funditus euersa,ecclesiæ sua iustitia,quã ijdem ciues violenter abstulerãt,iuxta clericoꝝ petitionẽ reddita. Inde ad Aquam pendẽtem ,pgressus,legatos suos dudum ab Aretio missos,ab Apostolico boni nũcij baiulos reperit:remissisq; alijs nuncijs cũ Romanis,q sibi occurrerãt supplices,paulatim Sutriũ ,pcessit,ibiq; substitit. Anno itaq; IIII. Hẽricus V. cum maximo exercitu ad sedanda scãdala,q̃ inter imperiũ & sacerdotium erant,tum in Italiã venit. hæc discordia à Gregorio 7. cœpta,agitata est à successoribus eius Victore,Vrbano,& multo magis Paschali, ob quã causam scandalũ erat in toto orbe terraꝝ. Impator eñ vti volens consuetudine & autoritate prædecessorũ suorum,petebat sibi seruari ea q̃ priuilegijs Carolo Magno & successoribus in impio iam per CCC. annos & amplius concessa & obseruata fuerant sub summis pontificibus,ex qbus priuilegijs licite p inuestituram annuli & virgæ, episcopatus & abbatias cõferebant,& hoc suum ius allegabant. Sed cõtra hoc,synodali decreto censebãt summi pontifices prænominati,nec posse nec debere dari per virgam vel annulum episcopatum,aut aliam dignitatem ecclesiasticam à laica persona, ac sub execratione fieri ,phibebant,prout supra est dictum. Veniens itaq; Sutrium rex,legatos à sede apostolica expectabat,& vt referunt fere Italici scriptores,aduentum regis Paschali parum gratum fuisse,quũ ecclesias multas in bellis euerterat,& episcopatus contra ius & fas pro libidine animi,cui placuisset,demandauerat:addunt & ꝙ rex ipse pręmiserit oratores duodecim,regni Teutonicorum proceres,in quibus duo nepotes regis erant,pollicebaturq; iureiurando se om̃em inuestituram ecclesiarum obmissurum,curaturumq; ꝙ om̃es ecclesiæ suo occupatæ iussu,liberę dimitterentur,absoluturum quoq; populum à iuramẽto,in ecclesiaꝝ præiudiciũ pstito: ea spõsione solenni stipulatione firmata,miserit põtifex Sutrium legatos, ibiq; om̃ia solidata. Verũ alij scriptores aliter referunt, ꝙ s. legati apostolici cum missis regijs Sutrium venerint, asserẽtes promptum esse papam ad consecrationem & om̃em regis honorem,si tamen rex ipse pontifici annueret libertatem ecclesiarum,laicam prohibens inuestituram,recipiendo ab ecclesiis ducatus,marchias,comitatus,aduocatias,monetas,telonia,cęteroꝝq; regalium quę possident,summam.præbuit rex assensum,s. ꝙ inuestituras epõrum dimitteret, papa autẽ econtra om̃ia regalia imperatori relaxaret. Et hæc pactio,vt refert Gotfredus, sacramento & obsidibus inter papam & impatorem asseritur fuisse firmata. Igitur cõuentiõe facta,rex hilariter ad vrbem ,pperat,& dñs apostolicus cum om̃i clero & populo se in eius occursum adornat:vnde postea populo & clero ,pdeunte obuiam, vrbẽ Leoninã primo ingrediť,procedentibus sacerdotibus cũ infulis & reliqis sanctoꝝ,à mole Adriani vsq; ad basilicã S. Petri, cuius in gradibus rex pedes pontificis,eo vsq; cum cardinalibus prodeuntis,exosculatus est. Positis deinde militibus in stationibus suis, vnà cum pontifice ad dextram tẽplum ingrediť:deinde dño papa Missam solenniter celebrãte,cum imperator ad altare, vt sacram cõmunionem de manu eius susciperet, accessisset,dixit illi summus põtifex:Dñe imperator,hodie corpus dñi natum ex Maria virgine,passum pro nobis in cruce,sicut tenet ecclesia, damus tibi in cõfirmationẽ veræ pacis inter me & te. Verum pontifex summus resistentibus episcopis & contradicentibus,sicut ,pmiserat,regalia imperatori seruare non poterat,prout etiam Antoninus scribit,eapter tumultuatũ est. Et scribunt qdam Italici, regẽ põtificem orasse, vt

Hẽrici q̃nti accessus in Italiam.

Henr. à Paschali ius inuestiẽdi petit.

Paschalis Henricũ excipit.

Tumultus e papæ dissidio ortus.

vt illos cõfirmaret qbus episcopat⁹ dederat, licet iusiurandũ (secundũ eos) ante interposuisset, se nunq̃ id à pontifice petiturum, Paschalẽ vero id facere recusantẽ, intromissis militibus, dato signo, vnà cum cardinalibus captũ, & cleri partẽ magnã spoliatã. Sed alij aliter scribũt, ꝙ post variã disceptationẽ, postremo aplicus ab epis & alijs fidelibus regis sit custoditus. Permotus inde Ro. populus, sumptis armis, Teutõicos ex vrbe Leonina pellit, portasq; omes claudit, vt Italici scribunt, sed alij narrant impetũ in populo subortũ, in exercitumq; regis taliter grassatum, vt cõmissa aliquãdiu pugna, regem ipsum necesse fuerit exercitui subuenire: q̃d & impigre fecit, & vsq; ad inclinatã iam diem, fortissimi militis & optimi ducis opus agens, victoria post multam stragem fuerit potitus. Romani q e tumultu fugientes superant, magna pars Tiberi absumpta est. Post triduũ Roma secedẽs rex, dñm apostolicũ secũ duxit, & eo q̃ potuit honore tenuit, donec cõpositis p regiones negocijs, instans pascha haud lõge ab vrbe celebrauit. Ibi sedato inter ipsum & apostolicũ, inter regnum & sacerdotiũ dissidio, post octauas Paschæ cum totius populi Ro. *inæstimabilisq; exercitus tripudio ante basilicã S. Petri, Augusti nomen & impium, chrismate rite perunctus & sacratus, & sub augustissima pompa coronatus suscepit, dato sibi in p̃senti per manũ apostolici sub testimonio adstãtis ecclesiæ priuilegio inuestituræ ecclesiasticæ iuxta cõsuetudinem ante seruatã, cuius stabilitatẽ papa mox sub anathemate cõfirmabat. sic deniq; ea die Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hoĩbus bonæ voluntatis, est reparata. Tenor aũt inuestiturarum talis erat: Paschalis eps seruus seruorum Dei, charissimo in Christo filio Hẽrico glorioso Teutonicorum regi, & per Dei oĩpotentis gratiam Ro. impatori Augusto, salutem & aplicam benedictionẽ: Regnum vestrum S. Ro. ecclesiæ singulariter cohærere dispositio diuina cõstituit. Prædecessores siqdem vr̃i ꝓbitatis & ꝓuidentiæ amplioris gratia, Ro. vrbis coronã & impium cõsecuti sunt, ad cuius videlicet coronę & imperij dignitatẽ, tuam q̃q; ꝑsonam fili charissime Hẽrice, p nr̃i sacerdotij ministeriũ maiestas diuina ꝓuexit. Illã ergo dignitatis p̃rogatiuam, quã p̃decessores nostri vr̃is p̃decessoribus catholicis imperatoribus cõcessere, & priuilegiorum paginis cõfirmauere, nos quoq; dilectioni tuæ concedimus, & p̃sentis priuilegij pagina cõfirmamus, vt videlicet regni tui epis & abbatibus libere præter violẽtiam & simoniam electis, inuestituram virga & annulo conferas, & post inuestituram canonice consecrationẽ accipiant ab epo ad quem pertinuerint. Si qs a clero vel a populo præter assensum tuum electus fuerit, nisi a te inuestiatur, a nemine cõsecretur, exceptis illis q vel in archiep̃orum vel in Romani pontificis solent inuestitura consistere. Sane archiep̃i vel ep̃i libertatem habeant a te inuestitos abbates & ep̃os canonice consecrare. prædecessores enim vestri, ecclesias regni sui tantis regalium suorum beneficijs ampliauere, vt regnum ipsum ep̃orum maxime & abbatum præsidijs oporteat communiri, & populares dissensiones quæ in electionibus sæpe contingunt, regali oporteat maiestate compesci. Si quis vero inflato spiritu ad periculum animæ suæ cõtra huiusmodi autoritatis nostræ decretũ agere p̃sumpserit, sciat se vinculo apostolicæ maledictionis & anathematis in hoc seculo & in futuro, nisi resipiscat, esse alligatũ atq; submersum. Sacramentũ autẽ quod fecerũt ciuitates Italiæ regi Henrico quinto, tale fuit: Ab hac die in antea fidelis ero dño regi Henrico, non ero in consilio vel in facto, quo ipse ꝑdat vitam vel membrũ, vel q̃ capiatur, vel assiliat contra suũ velle, adiutorio ero ei retinere ciuitatẽ nostram & burgas & suburbia, ep̃atum, comitatum, oĩem vsum & honorẽ regni & impij, quem prædecessores sui reges & impatores habuerũt, in p̃dictis locis cõtra oẽs hoĩes q voluerint auferre vel minuere, nulli mortaliũ in p̃dicta ciuitate vel locis obediã ꝓ ep̃o, immo p possem eũ persequr, nisi illi soli, quẽ p̃dictus dñs rex eidẽ ciuitati cõcesserit epm, dono & inuestitura sua: hæc oĩa obseruabo, ita me Deus adiuuet. Nec multo post Henricus imperatoria liberalitate tam spiritali patri suo papæ, q̃ singulis episcopis, cardinalibus, clericisq; dona tot, tanta & talia dispartiuit, vt memoratu incredibile sit: sicq; tam ab aplico q̃ ab oĩbus eum aliq̃diu honorifice deducentibus, p Longobardiã ad alpes, indeq; ad terras Germanicas feliciter est reuersus. Post reditũ q̃q; suum nõnulla tam ab ipso q̃ ab epis se comitantibus, quæ corrigenda videbantur, fuere reformata. Mẽse aũt deinde Augusto. q̃plurimos ep̃os atq; abbates, nonnullos etiã principes Spirã vocat, quorum assensu & cooperatione, patris sui funera curat. nam toto qnquennio suspensa cõmunio sepulturæ & orationũ, aplica autoritate ab eisdẽ sacerdotibus, q & Romę coram papa pœnitẽtiæ illius testimoniũ reddiderãt, tũc testificantibus concedit, & augustissimis exequijs habitis, iuxta maiores suos in ecclesia Henricus 4. sepelitur. Hoc autẽ tempore Mechtildis comitissa admodũ senio confecta moriens, Ro. ecclesię ex testamento reliqt, qcqd à Pisia amne & S. Quirico agri Senensis vsq; ad Ceperanum in

Hẽricus V. coronatur.

Inuestiturę tenor.

Ciuitatum Italiæ iuramentum.

Hẽrici 4. sepultura.

Mechtildis mors.

ter Apœninũ & mare ptinet, addita Ferraria, q̃ adhuc Ro. ecclesiæ vectigalis est. Sunt q scribũt hanc mulierẽ Florẽtię mortuã esse eo incẽdio, q̃ & magna pars vrbis cõsumpta est, & ad duo millia hoĩm cõbusta tradũtur, eiusq́ corpus postea in cisalpinã trãslatũ esse, & in monasterio S. Bñdicti, q̃d ab vrbe Mantua 12. millibus passuũ distat, sepultum. Volunt aliq mulierem ipsam Mantuæ diem extremũ obijsse, suoq́ iussu ad S. Benedictũ per Anselmũ Lucensem epm sua impensa ædificatũ, translatam. Interea directi ab Italia nũcij, obitum illius inclytæ Mechtildis nunciant impatori, ad eius prædiorũ terras amplissimas hæreditario iure possidendas, Cæsarẽ inuitãt: nec est qui quidquam afferat ad impatorem peruenisse, inuenio tñ q terra Mechtildis ad Guelfonẽ Noricũ ducẽ puenit. Henricus paulo post cũ non haberet vxorẽ, statim sibi Mechtildim filiam regis Angliæ spõsam accepit, & Moguntiæ nuptias magnifice celebrauit. Vbi dux Saxõiæ Lotharius, q semp rebellis extiterat, tunica lanea indutus atq; discinct⁹, ad pedes impatoris venit, veniã petiturus. Anno 1112. pontifex multas à Ro. passus est iniurias, dicẽtibus qbusdam, q cõtra instituta ecclesiæ regẽ Henricũ tyrannũ & ecclesiaꝝ destructorẽ, impiali benedictione sublimasset, insup priuilegio sacrilegũ condonasset. Inde coactus in cõcilio xi. kalen. Aprilis habito Laterani, facta corã oĩbus professiõe catholicę fidei, dixit: Amplector oẽm diuinã scripturã veteris ac noui testamenti, amplector q̃tuor euãgelia, Nicenũ, Ephesinũ, Cõstantinopolitanũ, Chalcedonẽse, & Antiochenũ conciliũ, decreta sanctoꝝ patrũ Ro. pontificũ, & pcipue Gregorij vij. & beatæ memoriæ papæ Vrbani: q̃ ipsi laudauerunt, laudo: q̃ tenuerunt, teneo: q̃ confirmauerunt, cõfirmo: q̃ damnauerũt, damno: q̃ interdixerunt, interdico: atq; in omnibus & per oĩa & in his semper pseuerabo. Quibus expletis, surrexit Gerard⁹ *Egelisinensis eps, legatus Aqtaniæ, & de cõsensu dñi papæ ac totius cõcilij legit hanc scripturam, dicens: Priuilegiũ illud, q̃d p liberatione captiuoꝝ, à dño Paschali papa per violentiã regis Henrici extortũ est, nos oẽs canonica censura & autoritate ecclesiastica iudicio S. Spiritus damnam⁹ & irritũ iudicamus. Et hoc ideo, quia in eo priuilegio continet, q electus canonice, à nemine cõsecretur, nisi prius à rege inuestiat, q̃d est contra spiritũ sanctũ & canonicã sanctionẽ. Perlecta charta, acclamabant oẽs, Amen Amẽ. Huic chartæ subscripserunt se archiepiscopi, Iohannes patriarcha Venetus, & alij fere centũ epi. hac occasione nouum schisma seminat, nonnulliq́ (inter q̃s erat Adelbertus quondã regis cãcellarius, & nunc archieps Mogũtinus à rege designatus) aduersus impatorem, q̃d vix quisquã credidisset, cõspirare cũ qbusdam principibus infamantur: req́ cognita, idẽ Adelbertus iussu regis custodiæ tradit. His non obstãtibus, in dies rex multo plures sensit rebelles, legati quoq; sedis aplicę, impatoris excõmunicationẽ publicant, ac priuilegiũ inuestiendi epos vbiq́ reuocatũ denunciãt. Post hęc imperator amicoꝝ consilijs, immo totius regni cõpulsus querimonijs, gñalem curiam Moguntiæ instituit, vbi liberã oĩbus audientiã, de sibi obiectis satisfactionem, de suis iuueniliter male gestis correctionem, ad senatusconsultũ repromisit. statuto itaq; tẽpore, dum eo veniret, pter paucos epos nemo cõparebat, psertim ex principibus. Tum Moguntini tẽpus adesse rati, subito palatiũ armati vallãt furiose irruẽtes, oĩa strepitu, cuncta clamoribus implẽt, aulicis terribile spectaculũ demonstrãtes. Quid multa? dubiũ non est, nisi datis ad psens obsidibus, impator ea quæ sibi imponebãtur, facturꝝ se confirmasset, ipsum fortasse palatiũ cũ vniuersis ibidẽ degentibus, crudelissima nece corruisset, ita sedato vix tandem furore, Cæsar ab vrbe discessit, & post paucos dies Adelbertũ, quẽ iam p tres annos in custodia maceratũ, coactus vt pmiserat, liberꝝ cathedrę suæ remisit. hic Adelbertus antea baculo & annulo ab Hẽrico fuit inuestitus. Paschalis interim in vrbe Roma rogat à ciuibus qbusdã, vt in locũ Petri pfecti vrbis demortui, filiũ subrogaret. Quod cũ facere põtifex negaret ppter ætatẽ pueri, q vix decenniũ attigerat, tãta repẽte seditio exorta est, vt ei abire ex ciuitate necesse fuerit. Hinc ab Aricia Ptolemæũ ppere accitũ, cũ manu satis valida in vrbẽ misit, q pulsos in trãstiberinã regionẽ aduersarios partim interfecit, partim cepit, ac p municipia custodiendos diuisit, q tñ Ptolemæus paulo post aduersarius papæ factus est. Tunc Præneste Paschalis agẽs, Caloioãnis impatoris Cõstantinop. q patri Alexio successerat, oratores audiuit, eisdẽq́ in mãdatis dedit, vt Caloioannẽ in Saracenos aĩarent: q̃d adeo hi diligẽter curarũt, vt barbaros Græcus maximis affecerit cladibus. Anno 1116. impator natalẽ Spiræ cũ paucis epis ac principibus celebrat, ea q̃ interim Coloniæ gerebant, grauiter ferens. audiuit enĩ q̃plurimos ibi cõuenisse regni optimates, execrationis in se latæ publicationẽ audituros. miserat illuc impator psulem Vuirceburgeñ. q audientiã. nõ nisi reconciliatus, habere potuit. reuersus vero, postea ei q se miserat, regi denuo cõmunicare renuit: sed vitę pciculo coactus, Missam coram imperatore celebrans, indeq́ vsq; ad

Henrici q̃rti vxor.

Paschalis pfessio.

Priuilegiũ inuestituræ abrogatur.

Moguntini capiũt Henricũ q̃ntũ.

Caloioãnes Græc⁹ ĩpat.

mortẽ contristatus, latenter discessit, & rursus coïoni pristinæ recõciliatus cum lachrymis, vltra Cæsaris adspectu simul & grã caruit. Quare succensus imperator, ducatum orientalis Franciæ, q Vuirceburgeñ. epo antiqua regum successione cõpetebat, Cunrado duci Sueuię, sororis suæ filio cõmisit. hunc ego Cunradũ puto fundasse monasteriũ S. Aegidij in Norinberg, sub titulo Cunradi ducis Sueuiæ atq; Francorꝝ. Eodẽ anno Henricus scãdala principũ declinans, in Italiã se vnà cũ regina totaq; domo sua contulit. at circa Padũ negocijs regni insistens, legatos ad Se. Ap. pro componendis causis inter impium & sacerdotium destinauit, cuius legationis præcipuus erat abbas Cluniaceñ. papę cõsanguineus. Tum vero secundo Nonas Martij, Romæ Laterani in ecclesia S. Saluatoris, quæ appellat Constantiniana, celebrata est synodus vniuersalis concilij. Prima itaq; die, secunda & tertia, qdam epi de priuatis negocijs tractare cœperũt, q̃d alijs displicuit: & vt de negocijs, ꝑpter q̃ principaliter p oĩa piculorꝝ gña terra mariq; cõuenerant, tractaretur, admonet apostolicus. Tunc surrexit Paschalis, cõcilijq; causam his verbis exponens: Postq̃, inqt, dñs de seruo suo fecit quod voluit, & me populumq; Ro. in manibus regis constituit, videbam q̃tidie passim fieri rapinas, incẽdia, cædes, adulteria: hæc & huiusmodi mala cupiebam auertere ab ecclesia & populo Dei: & quod feci, ꝓ liberatione populi Dei feci. Feci aũt vt homo, qa puluis sum & cinis. fateor me male egisse. sed rogo vos oẽs, orate ꝓ me Deũ, vt indulgeat mihi. illud autem malum scriptũ quod in tẽtorijs feci, q̃d priuilegium dicitur, cõdemno sub ꝑpetuo anathemate, vt nullius vnquã bonæ memoriæ sit, & rogo vos oẽs vt idem faciatis. Tunc ab vniuersis cõclamatum est, Fiat Fiat. Bruno autẽ Signinus eps altius exorsus, ait: Gratias agimus oĩpotenti Deo, q dñm Paschalem q præsenti cõcilio præsidet, audiuimus ꝓprio ore damnantẽ illud priuilegiũ, q̃d prauitatem & hæresim continet. Ad hæc qdam: Si priuilegiũ illud hæresim cõtinebat, q illud fecit, hæreticus fuit. Iohãnes autẽ Caietanus ad hæc cõmotus, r̃espondit: Tu ne hic in concilio nobis audientibus, Ro. pontificem appellas hæreticũ? scriptũ quod fecit, malũ qdem, sed hæresis nõ fuit. Et alter qdam adiecit: Immo nec malũ dici debet, qa si liberare populum Dei, bonum est, quod dñs papa fecit, bonũ fuit. sed liberare populũ Dei bonũ est, testimonio euangelij, quo p̃cipimur aĩas quoq; ꝓ fratribus ponere. ergo q̃d fecit dñs papa bonũ, malũ esse nõ potuit. Ad hæc Paschalis manu silentiũ indicẽs: Fratres, inqt, ecclesia ista nunq̃ habuit hæresim, immo hac oẽs hæreses, Arriana, Eutychiana, Sabelliana, sunt contritæ. pro hac ecclesia filius Dei orauit cũ dixit, Ego ꝓ te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua. Et multa id genus, p̃sentibus legatis impatoris. Sexta deinde die altercationes quorundã ita cõpescuit, dicẽs: Ecclesia primitiua martyrꝝ tẽpore floruit, deinde cũ accepisset orbis terrarꝝ Christianã pietatẽ sub Ro. principibus, q matrem suã ecclesiã sicut boni filij honestauerunt, cõferentes ecclesiæ Dei p̃dia, seculares honores & dignitates, regalia quoq; insignia, quemadmodũ Cõstantinus cæteriq; fideles, cœpit ecclesia florere tam apud Deũ q̃ hoĩes: habeat ergo mater ecclesia sibi à regibus & principibus collata, dispenset & distribuat ea filijs suis, sicut fecit & sicut vult. sic priuilegium inuestituræ, q̃d in tẽtorijs concessisse videbat, sub anathemate iterꝝ condemnauit. Cardinalis vero D. Cuno Prenestinus, q publicauerat has cẽsuras, à dño apostolico petijt, vt oĩa quę legationis tẽpore fecerat, cõfirmaret. Quod qdem fecisse papam vnà cũ cõcilio cõstat. idem D. Prænestinus subiunxit, q̃liter ꝓ sedis illius legatiõe Hierosolymis audierit, regẽ Henricũ post sacramẽta, obsides & oscula in ipsa B. Petri ecclesia dñm papã tenuisse captũ, indigne tractatũ, *potiora ecclesiæ mẽbra, cardinales videlicet exutos, tractos, nobiles q̃q; Romanos occisos, captiuos, & populi stragẽ factã. Audiẽs hæc ingemuerit, & ꝓ huiusmodi facinoribus zelo Dei aĩatus, excoĩcationis sententiã, ecclesiæ Hierosolymitanæ cõsilio, in regem dictauerit. Et eandem in Græcia, Hungaria, Saxonia, Lotharingia, Francia consilio ecclesiarꝝ renouandã cõfirmauerit: orare se demum, vt sicut papa legationẽ suam cõfirmasset, ita præsentis concilij patres & epi concorditer annuerent. Ea cũ legato & literis Viennenses postulabãt. dũ tali ratione & ordine tam variæ & dissonæ multitudinis assensus exqritur, à saniore parte nil contradictũ est, à paucis submurmuratũ, ab epis & abbatibus nullo modo reclamatũ.

Scindebatur inter hæc & huiusmodi regnũ Teutonicũ, quod iam fere decennio q̃ euerat. rex em̃ aberat: vnusqsq; quod sibi placitũ videbat, hoc faciebat in regno. pars agros alterius vastare, colonos spoliare, maxime in epatu Vuirceburgeñ. per Cunradum Sueuiæ ducẽ. Longũ est archiepi Moguntini contra regis fideles machinamenta, & eorꝝ aduersus illũ, enarrare. nã neq; pax Dei cæteraq; sacris firmata pacta custodiebant. hinc vndiq; vastatis villis, populatis oppidis ac regionibus, nõnullis in solitudinẽ pene redactis, cessabãt ĩ qbusdã ecclesiis clericorꝝ officia, & illud famosissimũ monaste

Cunrado Sueuiæ duci Frãcia dat.

Henricus 5. iterꝝ Italiã ingreditur.

Altera priuilegij abrogatio.

Germaniæ intestina lues.

nasterium Fuldense vsq; ad vltimā redactum est inopiam. Tanta notatus censura imperator, cū apud pōtificē legatis intercedentibus, agi nihil posset cōmode, in armis spem pacis posuit. Romā aiunt pfectum voluisse vt cuius coronatio hac ignominia fœdata fuisset, rursum coronaret. Inde in Italia moratū aliquātisper, grauissime regionē afflixisse scribunt. Inter ipsa dñicæ natiuitatis festa tertio nonas Ianuarij anno 1112. tantus terræ motus suborit, ante inauditus, nā multæ ecclesiæ & ciuitates inde submersæ sunt. Leodiū inclyta ciuitas, aquarū vi immensa cladē passa est. Visæ sunt sanguineæ nubes, maximū incutientes hoībus terrorē. Eodem anno tertio nonas Ianuarij in octaua S. Iohānis Euāgelistæ, terræmotu oppidū Rotēburg supra Neccharū in Sueuia totaliter destructum est. Et eapropter post longa tpa per Albertū comitem de Hohenberg, in locum pristinū reædificatū, anno f. salutis 1271. Asserūt tamē aliqui, q prior ciuitas vocata fuerit Landsort. Anno deinde 1276. comes dedit locum Carmelitis ad ædificandum monasteriū sui ordinis, prout de hoc apud eosdē frēs reperit adnotatum. Deinde peruenit dominiū per successiōes vsq; ad Rudolphū comitem eiusdem gentilitatis, q anno dñi 1371. dominiū de Hohenberg vendidit ducibus Austriæ, ppter tres causas, vt quidā referūt. Prima, q nō erat ei filius: secunda, ppter vxorem suā ac filiā eius, à qbus magnā iniuriam passus est: tertia, eo q cōsanguinei sui, s. comes Rudolphus & Henricus de Hohenberg fratres patris sui, fraudulenter absq; notabili causa alienigenis eorū patrimoniū vendiderāt. Credo emptores fuisse comites Vuirtenbergeñ. Anno 1113. infinita Turcarū multitudo de Perside veniens, se in regnum Hierosolymitanum effudit, cui rex, non expectatis principe Antiocheno & comite Tripolitano, licet in via essent, eū suis copijs occurrit: & à multitudine pressus, magnā suorū partem amisit. ceciderunt illa die Chrīanis eqtes 30. pedites mille ducenti. Anno vero 1115. Bursoquinus Turcarū potentissimus, cum infinita copia gentis regionem Antiochię hostiliter inuasit, oīa igni & ferro deuastās: quod vt principi Antiocheno innotuit, assumpto secum dño Balduino comite Edesseno, obuiam prexit. Cumq; iam vterq; exercitus spem suam in dño ponentes, quasi certi de victoria, visis hostibus & spreta eorū multitudine, in eos animosius irruentes, dissoluta eorū agmina in fugam vertunt, eos per duo milliaria insequentes, stragem horribilem ediderunt. Post hæc ad castra hostium accedentes, cum infinitis spolijs ac diuitiarū thesauris ad ppria sunt reuersi. Pisani his tpibus nauali potentia & gloriosa ppotentes, Paschalis pōtificis hortatu ex insulis Balearibus quas ante occupauerant, in Saracenos mouent, eo q Chrīanorū littora infestarent: q mox cupiditate gloriæ capti, classe cōparata, impositaq; maiore iuuentutis suæ parte, in Saracenos irruunt, illosq; aut interfecerunt, aut turpiter fugarunt. Interim Lucenses Pisanorū vrbem defensoribus vacuam inuadunt, quod Florentini tunc audientes, Pisanorū pcib9 pmoti, pulsis Lucēsib9, illā tutati sunt. Ob qd Pisani de Saracenis redeūtes, Florentinos duabus porphyreticis columnis donāt, quæ adhuc ad portam sacelli S. Iohannis Baptistæ visunt. Circa annū dñi 1117. Balduinus rex Hierusalem, videns sanctam ciuitatem habitatoribus vacuam, cogitabat quō fidelibus populis eam posset instaurare. Tandem didicit q trans Iordanem & in Arabia multi fideles in villis habitarent, q sub grauibus conditiōibus infidelibus seruiebant sub tributo. hos euocās sub melioribus conditiōibus cum vxoribus & liberis in Hierusalem recepit. Anno dein 1118. rex vt Aegyptios cladis causa, quā superioribus annis acceperat, vlcisceret, contractis ingentibus copijs, mouit in Aegyptum, vrbem quandam expugnauit, prædamq; militibus diuisit, in qua ciuitate cœpit ægrotare, & cum mortem adesse sentiret, alterū Balduinum de Robas seu de Burgo, consanguineum suum, Edessenum comitem designauit: ipse autem fide plenus, in dñica Palmarū iuxta frēm suum Gotfredum cum maximo oīm plāctu sepultus est: deinde mane dñicæ resurrectiōis die cœlum à parte meridiana apertum, tantā lucis effudit abundantiā, vt lunæ, quæ tunc clarissima videbat, lumē inæstimabili fulgore detegeret, & p vnā vel amplius horā omni solis luce clarior permaneret, ipso tñ spatio crux nō modica p idem foramē dependēs apparuit, cuius tam auri q̄ gemmarū varietas euidēter discerni potuit: & scriptor q hoc refert, his cum ita fierent, psens fuit, queadmodū ipse scribit. Anno igit 1118. prout supra dictū est, Paschalis papa, & Balduinus rex Hierusalē secūdus, migrauerūt ad dñm. Paschali aūt Gelasius secūdus, Balduino vero Balduinus de Burgo dictus, subrogat, & de vtroq; erit dicendū. Mortuo sane Paschali, cū de creādo nouo pōtifice ratio haberet, ob eā rem cardinales oēs in monasterio ad Palladiū, paulūlum infra ædes Leonis & Cincij Fregepanis cōgregati, vno oīm cōsensu Iohānem Caietanū, quē Gelasiū secundū appellarunt, pōtificē eligūt. sedit aūt anno vno. Verū Cinci9 ira ob hāc electionē pcitus, qa vnū ex suis cardinalibus collegio pposuerat eligendū, in monasteriū Palladij cū armatis irrūpens,

Henri. scdō vastat Italiam.

Rotenburg Necchari oppidum.

Turcæ Hierosolymam inuadunt.

Pisani contra Saracenos.

Balduin9 de Burgo rex Hieroso.

Gelasius II. papa.

Cincius Gelasiū capit.

pens,refractis foribus,obuiū quenq; obterit,pontificē obtorto collo in terrā deiectū, calcibus cōterit,ī vinculaq; cōijcit.Cardinales aūt fugā parātes,ex mulis & eqs deijcit, & nullū genus cōtumeliæ ꝑtermittit,q̄ affici tātus senat⁹ posset.Nō tulit aūt tantā iniuriā populus Rom.ad ædes eī Cincij armatus cōcurrit,eiq; & familiæ interitū minat, nisi mox Gelasiū incolumem reddat.Itaq; dum*sero mandata faciūt Fregipanes,Leo princeps pontificis pedes exosculatur,veniam suppliciter petens:qua concessa, pontifex albo vectus equo,in Lateranū deducitur:comitante clero populoq;, coronatur.

Hēricus tertio Romā petit.

Cum aūt Gelasius rebus ecclesiæ bene ordinandis intenderet, ecce nuncius adest,q̄ dicit imperatorem Henricū ecclesiæ hostem, cū magno exercitu aduentare. Gelasius itaq; furorem Henrici timēs,ad ædes Vulcamini potentissimi ciuis primo cōfugit.Verum cū ibi quoq; nequaq̄ tutus videbat,nauem triremem cū suis cōscendens, Ostiā Tiberi delabit,insequentibus Germanis militibus,& pōtificem telis ac sagittis petentibus,Cū Ostiā vero ꝑuenisset terrestri itinere,qm̄ ꝑpter instātes maris ꝑcellas nauigio sese tuto cōmittere nō licebat,Ardeā ꝑficiscit,Hugone xij. aploꝝ cardinali, viro amplissimo,semꝑ eū comitāte.Cadētibus aūt fluctibus Ostiā reuersus, Tarracinā primo retrocedēs,tandē Caietā adnauigat,vbi ꝑbenigne à ciuibus suis suscipit.Cōuenere eo statim & Guilielmus Apuliæ dux,& Robertus Cāpanus princeps,& Richardus Aqlanus,pollicētes se in eius potestate semꝑ futuros,vt veros ecclesiæ decet vectigales.Henricus itaq; cū exercitū cōtra se parari intellexisset,Mauriciū Brachareñ.archiepm̄,papam creat,quē Gelasio obijceret,eūq; Fregipanicæ familiæ cōmendauit. Gregorius is appellatus est.Nō contētus aūt tam ꝑnicioso exēplo Henricus,in Anagninū agrū copias mouēs,oīa hostilē in modū diripit & capit, Turriculūq; munitissimū locum iam oppugnabat.Audiens aūt Gelasiū cum ꝑceribus Apuliæ magno cum exercitu aduentare,motis castris,Italia cedēs,cuncta cædibus & rapinis cōpleuit. Gelasius de hoc certior factus,remissis in Apuliā ꝑceribus,Romā venit,arbitratus oīa deinceps pacata fore.Veꝝ lōge aliter accidit q̄ putarat.nā cū inuenisset antipapā Fregipanū auxilio fretum,Romę māsisse,veritus potentiā familię,apud amicos q̄sdam prius delituit.At vero instātibus hostibus,cū postea in ecclesia S.Praxedis mysteria celebraret, cū factiōe sua vix sese eoꝝ manibus fuga subtraxit.Relicto itaq;Petro Portuēsi epo,q vices eius reꝝ sacraꝝ Romæ gereret,Pisas primo adnauigat:inde soluens in Galliam,ad portū S.Aegidij ꝑuenit.hinc ꝑtransiens,certa loca dedicādo,ac tandē ad Cluniacense monasteriū ꝑueniēs,pleuresi corrept⁹,morit vir sanctissim⁹,Caietanus ex mōte Cassino religiosus.sepelit aūt eius corpus intra limina Cluniaceñ.monasterij. Anno dñi 1119. 15.kaleñ.Decēb.Trutuinus abbas ex Hirsaugia cū 12. fratribus ad Breitnou mittit,dño Vuernhero comite de Grieningen id maxīe efficiente,q cū impatore Henrico 5. tunc imperāte,de Sucuia ad partes Hassiæ nouiter venerat,q amœnitate loci motus,ab impatore petijt sibi locū,q tunc solitudo erat,ꝓprietatis iure conferri.q voti compos factus,eum abbati p̄dicto tradidit,atq; ecclesiam in honore sanctoꝝ Petri & Pauli construxit,& eam abbas laudabiliter rexit.Successit huic abbati Hēricus vir sanctus, q miraculis claruit,etiā ex Hirsaugia postulatus,q cum p̄dicto comite fundamēta maioris ecclesiæ in honore B.Mariæ virginis iecit,q̄ partim cōpleta,summum altare quadringentis mansis dotauit.Comite aūt in eodē loco defuncto,pōdus ædificij & regiminis dicto sancto abbati reliqt.Hæc libro in eodē monasterio reꝑiuntur diligenter cōscripta.Fuit aūt hic comes Vuernherus de Grieningen,ex comitū ꝓsapia de Vuirtēberg. Siqdem ipse comitatus in tres partes diuisus,tres habuit differētes inter se nominibus & castris dños.Nam primus in Vrach domiciliū habuit,secundus in Beutelspach,tertius in Grieningen.Veꝝ successu tēporis conflatus in duas partes,ita vt vnus Stutgarten,alius Vrach obtineret:nouissimis aūt tēporib⁹ in vnū redact⁹ dñium, tandē in ducatū adscēdit. Eodē anno,s.1119.Cluniaci creatus est papa Callistus 2.Guido ante vocatus,natione Burgūdus,Vienneñ.archieps,originē à regibus Francię ducens. Eligit autē ab his cardinalibus,q mortuo Gelasio Cluniaci aderant.Veꝝ is, vt scribit Platina,nō prius pontificiū habitū sibi desumpsit, q̄ intellexit se ab his quoq; cardinalibus confirmari,qui Romæ & in Italia permanserant.Legūtur Guidonis ad Adelbertum Moguntinum archiepm̄ scripta hoc modo:Dominus noster felicis memoriæ Gelasius à Vienna discedēs,iniūxit mihi vt ad eius p̄sentiā festinarē,postq̄ ipse Cluniacū ꝑuenisset.quod cum post dies aliquot implere satagerē, in itinere de eius mihi obitu nunciatū est.Ego vt fratribus q cum dño eodē venerāt,solatiū exhiberē, Cluniacū cū graui dolore ꝑrexi.dum aūt suꝑ eoꝝ cōsolatione attentius cogitarē,ipsi grauissimū mihi onus & vires meas oīno trāscendens imposuerunt. Cōgregati nēpe in vnū epi cardinales,clerici & laici Romanoꝝ,inuitum me & penitus renitētem,in Romanę ecclesiæ pon-

Comitatus Vuirtēbergensis.

Callistus ij. papa.

pontificem Callistũ vnanimiter assumpserunt, sedit annos sex. His quoq; diebus Cuno Prænestinus adhuc legatiõe Gelasij functus, Coloniæ Teutonicorum cõuentum faciens, Henrici excõmunicationẽ publicat, postea in Frideslare idem cõfirmat. Henricus vero postea totius regni sacerdotum atq; procerum nuncijs compulsis, generalem fieri apud Triburiũ cõuentũ assensit, vbi de oĩbus quæ sibi imponerent, iuxta senatuscõsultum se satisfacturum spopondit. Aderãt tum legati, confirmãtes electionẽ Callisti papæ. Eidem cõcilio papa Callistus, vallatus quadringẽtis 26. patribus, corã innũera multitudine præsedit. erat in propinquo imperator, petẽs inducias propter generale colloquiũ cum principibus pro inuestituris. Anno 1121. Henricus consilio fidelium suorum, rebelles sibi Moguntinos affligere cõstituit, ac primo nauium commeatum interclusit, deinde nundinas seu mercatus fieri, siue quidquã victualium in ciuitatem deferri inhibuit, ad extremum vero in obsidionem eiusdem vrbis exercitũ indixit. Cõtra vero Adelbertus præsul Mogũtinus legatus apostolicus totã Saxoniã commouet, cõflantur exercitus, alter in Alsatia pro imperatore ad destructionem Mogũtiæ, alter in Saxonia ad defensionem eiusdem vrbis. fiunt ieiunia, supplicatiões, appropinquãt inuicem exercitus, sed prouidentia diuina, dum colloquia inter principes fiũt, obsecratiõe regis indignatio in tantum mitigatur, vt ipse præsens negocium arbitrio optimatum vtriusq; partis terminandum decreuerit, pro conficiendo negocio actis prius gratijs, curia deinde in Vuirceburg indicit, ibiq; Michaelis festo cõueniẽtes, præsentibus legatis apostolicis vniuersalis pax sub vitæ periculo instituit, regalia vel fiscalia regno, ecclesiastica ecclesijs, prædia deprædatis, hæreditates hæredibus, omniq; personæ iustitia promittit, prædones, fures edictis imperialibus persequendos, siue legibus coercendos cõfirmatum: & quicquid scãdali aut perturbatiõis per regnũ Germaniæ succreuerat, oĩmodis eradicari decretũ est. De verbo aũt excoĩcatiõis, vñ scãdala fere oĩa pullulauerãt, ad apl'icũ est delatũ, designatis in præsentia legatis, qui Romã oĩa deferrent. Anno dñi 1122. eps Spireñ. & abbas Fuldeñ. legatiõe totius regni apud Se. Ap. pacta redierũt, ducentes secum Ostieñ. epm Lampertum, vicem apostolici per oĩa tenẽtem, cũ duobus alijs, Georgio S. Angeli, & Saxone S. Stephani in Cælio monte cardinalibus ob similem causam missis, pro recõciliatiõe s. sacerdotij & regni. Facto igit generali cõuentu apud vrbem Vangionũ, quæ nũc Vormatia dicit, ibi cõuenientes, incredibile memoratu est, quã instanter, quã solicite oĩm procerum cõsilio pro pace & cõcordia certatũ est, donec ipse in cuius manu cor regis est, oẽm animositatẽ augusti sub apl'icæ reuerẽtiæ obediẽtiam & matris ecclesiæ, etiã vltra spem plurimorum, inflexit. Mox ab apostolicę Se. legatis in coĩonem receptus, tã ipse impator quã vniuersus sibi subiectus exercitus, imo generali absolutiõe cũctis hoc schismate pollutis per autoritatem apostolicã facta. Qualiter aũt ecclesiasticas inuestituras cæteraq; spũalia negocia, quæ tãto tpe reges Teutonici administrauerãt, quæq; ipse ne regni diminueret honor, nũquam vita comite dimissurum proposuerat, humiliatus pro Chr̃o. coram multitudine in manus dñi Ostieñ. in ppetuũ dimiserit, rursumq; qualia sibi ob honorem regni conseruãdum autoritas apostolica cõcesserit, melius edocebunt super his scripta subnotata. Siquidẽ subiectæ lr̃æ, inuestiturarum resignationem ab Hẽrico factã plenius indicãt, quæ talis est: Ego Henricus Dei gr̃a Ro. imperator Augustus, pro amore Dei & sanctæ Ro. ecclesiæ & dñi papæ Callisti, & pro remedio animæ meæ, dimitto Deo & sanctis eius apostolis Petro & Paulo sanctæq; catholicæ ecclesiæ, oẽm inuestituram per annulum & baculum, & concedo in oĩbus ecclesijs fieri electionem & liberam consecrationẽ, possessiões & regalia B. Petri, quæ à principio huius discordiæ vsq; ad hodiernũ diem siue tpe patris mei siue etiã meo ablata sunt, quę habeo, eidem sanctę Ro. ecclesiæ restituo: quæ aũt nõ habeo, vt restituãtur fideliter iuuabo: possessiões etiã oĩm aliarum ecclesiarum & principum, & aliorum tam clericorum quã laicorum, cõsilio principum, quæ habeo reddã: quæ nõ habeo, vt reddant fideliter iuuabo. Et do verã pacẽ Callisto, sanctæ Ro. ecclesiæ. & oĩbus qui in parte ipsius sunt vel fuerũt, & in quibus sancta Ro. ecclesia auxilium postulauerit, fideliter iuuabo. Verum hanc Callistus ex senatus consilio resignationem in manus legatorum ab Henrico factam approbans, in hanc formã impatori se obligauit, vt sequitur: Ego Callistus seruus seruorum Dei. dilecto filio Henrico Dei gr̃a Ro. impatori Augusto: Concedo electionem eporum & abbatum Teutonici regni quæ ad regnũ ptinent, in præsentia tua fieri absq; simonia & aliq; violentia, vt si qua inter partes discordia emerserit, metropolitani & comprouincialum cõcilio vel iudicio, saniori parti assensum & auxilium præbeas, electus aũt, regalia per sceptrũ à te recipiat, exceptis oĩbus quæ ad Ro. ecclesiã ptinere noscunt. & quæ ex ijs iure tibi debet, faciat: ex alijs vero partibus impij cõsecratus, infra vi. mẽses regalia per sceptrũ à te rẽcipiat, de quibus vero nisi querimoniã feceris, scdm officij mei debitũ, auxiliũ præstabo, doq; tibi verã pacẽ &

Moguntini afflicti.

Restituta sub Callisto papa pax.

Inuestiturarum resignatio.

Callisti ad Henr. ep̃la.

omnibus q in parte tua sunt, vel fuerūt tpe huius discordiæ. data anno 1122. nono kal. Octob. Hmōi scripta ac rescripta ꝓpter infinitæ multitudinis cōuentum, loco campestri iuxta Rhenū lecta sunt, data & accepta. Vnde actis Deo gratijs, ingenti salutis publicæ spe discessum est. Alterū quoq; nō multo post, in festo S. Martini colloquiū īperator cum principibus, q priori nō aderāt, Babenbergæ habuit, vbi cunctorū votis quæ ex regni & sacerdotij honore erāt, cōpositis oībus, legatos suos cū ijs q ex vrbe aderant, Romam misit, ingētibus donatos muneribus in pontificis Callisti grām. Ad vrbem redeūtes legati aplici, tabellas pacis ad Lateraneñ. basilicam suspendere: qua qdem plecta, tanta repente lætitia publica exorta est, vt passim cōgratulantiū cœtus audirent. Verū ne diuturnior hęc lętitia videret, effecit Rogerius Siciliæ comes, q Calabriam & Apuliā absente Guilielmo comite occupat. Guilielmus em̄ Apuliæ dux cōfirmatus à Callisto, animis auctus, Alexij impatoris Cōstantinopolitani pridem vita functi filiā, vxorem accipere cōstituit, parum cōsiderās Alexium oībus Chrīanis hostem. Is quum Rogerij consobrini sui Siciliæ comitis ambitionem duceret suspectam, abiens, Callisto Apuliæ ducatum & cætera in Italia habita, in suam & Ro. ecclesiæ tutelam cōmisit. vix autem medium iter Guilielmus enauigauerat, quum Rogerius Calabriam inuasit, & prius dimidiā cepit, q̄ pōtifex de ope afferenda posset cogitare. hanc ob rem Callistus ab vrbe discedens, Beneuentū peruenit, indeq; Hugonem cardinalem ad eū misit, q tum arcem Nicephorim in Calabria obsidebat. Monitus à pōtifice Rogerius, vt ab armis discederet, nequaq̄ obtemperat, immo acrius instabat, ne Guilielmus cōsobrinus rediens, ei impedimento foret, quo minus Apulia & Calabria potiretur. parabat iam arma pōtifex, cum subito multos sibi ex senatu charissimos, febribus correptos amisit: & ipse mala pariter vsus valetudine, lectica in vrbem æger mœstusq; delatus est, hanc ob rem Rogerius, nemine aduersante, Apulia & Calabria potit, atq; hoc modo Guilielmus vxore frustratus, ac principatu deiectus, apud Salernitanū principem degens, sine hæredibus breui moritur. Ex eo tpe Rogerius tantarū rerū successu elatus, nō se vltra Calabrię & Apuliæ ducem & Siciliæ comitem, sed Italiæ regem appellare cœpit. Callistus autem recuperata valetudine, apud Lateranū nōgentorū patrū cōciliū habuit, in quo deliberatū est, vt primo quoq; tpe supplementa deficienti militiæ in Asia subministrarentur. Qua spe, vt Platina scribit, erectus Balduinus Hierosolymitanus rex, Gazin regem Turcarū minorē Asiā incolentiū, cū magno exercitu in se mouentē superat, & captum in carcerem cōijcit. eadem quoq; fortuna vsus, Damasci regem Hierosolymos cum exercitu hostili aīo petētē, fundit fugatq;, duobus millibus hostiū cęsis, milleq; captis. Verū supueniēte cū magnis copijs Balaach Parthorū rege, cui statim nullis expectatis auxilijs cōgredi ausus est, tāta clade supatur Balduinus, vt etiā ipse vnà cū proceribus captus, & vincula cōiectus sit. Rem gestā esse hoc modo scribit Antoninus: Rex Balduinus contra Balaach agens, die quodā ex præsidijs egressus cū paucis, incaute dissoluto agmine, ex insidijs Balaach regis capit, atq; vltra Euphratē alligatus in quodā castro vinculis custodiæ mācipatur. quare Callistus pōtifex maturandū ratus, ne reliq Chrīani amisso rege opprimerent, instāte Veramūdo p̄riarcho Hierosolymitano, Venetos spe gloriæ & præmij cōcitos, in hostē magna classe cōmouit, sicuti antea etiā cū Balduino cōuenerāt. Dñicus itaq; Michael dux Venetorū nauigauit in Asiā, naues ducentas habens, Iacobusq; theologus Genuensis 70. onerarias naues, mare secant. Interea Varamūdus patriarcha certior de his factus, vniuersas copias ad Ioppen duxerat, ad quā simul delati Veneti, qa Saraceni Babylonici cū septingentarū nauiū classe eā premebāt, disiectis fugatisq; barbaris, multis eorū captis, obsidionē soluerūt. Deinde coīter in Tyrū ductū est, quā prius sæpe tentatā, nunq̄ Chrīani obtinere poterāt. sed nūc multo Venetorū sanguine capta, & Hierosolymis addita est, tertiaq; pars Tyri & Ascalonis, Venetis ex pacto, si caperet, relicta. Venetis tum cōcessum à Varamūdo p̄riarcha, & postea à rege Balduino cōfirmatū est, maximū priuilegiū. nāq;, Blond' ait, Balduin' II. ea primo cōfirmat, quæ primus Balduinus in Aca cōcessit, vt haberent Veneti oīb' in vrbib' regni Hierosolymitani & principatu Antiochiæ iurisdictionem ꝓpriā, vicumq; & plateā particularē, vbi furnū, staterā, cauponas, mēsuras ꝓprias & mercimonia, nullis grauati vectigalibus, exercerēt: si qs Venetus naufragiū fecisset, si decessisset intestatus, bona cederent Venetorū magistratui, cui in beatorū Petri & Pauli festo regius minister ex ærario Hierosolymæ trecētos Byzantios ex auro * Saracenos redderet. His secundus adiecit Balduinus, vt Tyri Ascalonisq; vrbium, quādocunq; in Chrīanorum fierent potestate, Venetus tertiā partem dominio possideret. Interea Constantinopolitanus impator (dubium, recte ne Emanuelem fuisse ferant) tantam Chrīanis Latinis victoriam inuidens, aperte in Venetos dolos machinari cœpit, quos à ferēda Lati-

Rogerius Sicilię comes.

Balduin' II. Turcas superat.

Venetorū in Tyro capienda opera.

Veneti Grecorū insidias superāt.

Latinis ope cupiebat auertere. Eius itaq; motibus territi Venetę Reipub. magistratus, ducem suū reuocare coacti sunt. Qui in reditu Rhodū, & post Chium Græci imparatoris insulas spoliauit, & in Chio B. Theodori martyris corpus rapiens, Venetias transportauit, Samū deinde, Mitylenen, Andronq́; diripuit, Methonen spoliatā incolis muniuit, Spalatrū & Tragurīū ab Vngaris eripiēs, Venetorū dominio subiecit: domumq́; rediens, lapidem secum attulit, sup quo Chr̄us apud Tyrum sedisse fertur. Ad Balduinum rediens, apud Euphratē custodiæ mācipatū refert Antoninus, q́ in eodem loco Iocelinus cū Galerano captiui tenebant. tum q̄dam Armeni de terra comitis Edesseni, numero q̄nquaginta, iuramentis inter se ligati, deliberāt dictos viros magnificos liberare. Sub habitu igit monachali armati oppidū ingressi, strictis gladijs obuios perimunt: obtēto castro, regem cum socijs suis à vinculis soluunt, quod sentiētes Turcæ q̄ in suburbanis habitabant, anteq̄ rex egredi posset, armis correptis castrū obsident. Comes autem Iocelinus de regis mandato assumptis secum duobus socijs, clam castrum egressus, adminiculo duorū vtriculorū Euphrate transito, Antiochiam pꝫuenit, atq; vniuersa quæ contigerāt patefecit. Itaq; tum ex regno, tum ex principatu congregata militia, in adiutoriū regis iter arripiūt. Interim vero rex Balaach castrum expugnans, regem Balduinum multis interpositis cōditionibus, cum sua societate in potestatē redegerat: ac obtento castro, regi & cuidā nepoti suo ac dn̄o Galerano vitā cōcessit, & in Caietam ciuitatem captiuos destinauit: p̄dictos autē Alemanos viros strenuos, varijs cruciatibus interfecit. Varijs dein cōflictibus habitis, semp nostri victoria potiuntur, tandemq́; dn̄s Balduinus rex Hierusalem cum quasi 18. mensibus ab infidelibus tentus fuisset, pacta pecunia & datis obsidibus, autore dn̄o, Antiochiā est reuersus: inde cum domestico suo comitatu redijt in regnum, q̊d alij scribūt sub Honorio factum. Callistus inter hæc aliquid quietis à rebus externis nactus, 12. cardinales creat, multaq́; in Rempub. cōducentia reparat. Verū ne tanta felicitas sine aliquo incōmodo diutius in terris esset, alio turbat disturbio. nam Gregorius antipapa, per derisionem Burdinus vocatus, quē Henricus Gelasio pōtifici viuo in idolū erexerat, Sutrij se cōtinebat: & cū Callistus rebus ecclesiasticis intenderet, ille auxilio quorundā tyrannorū Romanos incursionibus vexabat, & pegrinos negocij ac religionis causa ad vrbem accedentes spoliabat. Quare Callistus cōparatis repente copijs, p̄missoq́; cardinali Iohāne Cremensi S. Chrysogoni presbytero cum exercitu, hostem vincūt, Sutrium capiūt. At Burdinus versa facie camelo impositus, Romā perductus, nō minus in vrbe, q̄ toto in itinere ridiculo plebi fuit. Abstinēs tn̄ Callistus iniq hoīs sanguine, illum Cauensi monasterio inclusit. Cum multa interim in Rogeriū comitē regem se Italiæ appellātem aīo magno molitur, circiter annū pōtificatus sui q̄ntum moritur ac mense 10. In Germania vero Henricus imperator anno 1124. natiuitatem dn̄i Aq̄sgrani celebrauit, deinde Babenbergæ nonis Maij cōuentum indixit. Aduenerant ꝑuinciarū duces plurimi ac principes, quibus singulis necessarios sumptus vel ex toto, vel ex parte ministrabat venerandus ep̄us Otho, p̄ter publicum ac cōstitutum antiq̄tus imperatoriæ maiestati, q̊d ab aulicis etiā importunius exigebat seruitium. Ita recitat scriptor Bambergeñ. à quo plura superiorū scriptorū sumpsimus. Hic quoq; refert ꝑuisorem ecclesiæ Bambergeñ. dn̄m suum Othonem ep̄m, à duce Poloniæ vocatū, insuper dn̄i Callisti benedictione directū ad gentem Pomeranorū, quā nuper idem dux finitimā subegerat, & ad Chr̄ianitatis confugiū impulerat, quos idem venerādus pater plene cōuertit, atq; in fide catholica firmauit. Noīa aūt ciuitatum sunt, Piriz, Stetin, Vulin, Gamen, Colberch, Belgrado, Lubin, Gresch. His tpibus per latitudinem imperij ꝓdigia nōnulla cladesq́; diuersæ frequentabātur, ꝓut in fine generatiōis dicet. Otho Frisingeñ. narrat, q́ Vangiones defecerint ab imperatore, & palatiū eius extra muros positū destruxerint. ideo vrbem obsedit, & dum ciues quadam die incaute erupissent à muris callide prouocati, plurimis occisis, ac paucis elapsis, cæteri capiunt, q ad refrenādam aliorū insolentiam, alij naribus mutilati, alij luminibus orbati dimittunt, & sic demū infinitæ pecuniæ pactione in grām imperatoris redierūt. Subiungit quoq;, oībus bene dispositis consilio generi sui regis Anglorū, totū regnum vectigale facere volens, multum in se optimatum odia cōtraxit. hæc ille q ea videre potuit. Sic Henricus imperator q̄ntus, dum pacandis Rheni insulis inferiorem Germaniā vastat, apud Traiectum ciuitatem Pentecosten celebraturus, ægritudine quā iam diu celauerat, superatus, ad extrema cœpit propinquare: vocatisq́; q secum erant, id est, regina Mechtilde cōiuge sua, cæterisq́; primatibus, prout potuit, de regni statu cōsilium dedit, coronam cæteraq́; regalia vsq; ad conuentum principū cōseruāda, in castello firmissimo Hamerstain reponi disposuit, sicq́; viatico Chr̄i sacramentorū cōmunicās, diē clausit extremū, postq̄ annos regnasset

Balduinus Hierosoly. rex liberat.

Antipapa Burdinus captus.

Pomerani Christi fidē accipiunt.

Henr. V. mors.

pene 20. imperasset 14. fato defunctus circiter annum dñi 1125. corpus eius p Agrippinam Coloniã ad maiorum suorum monumenta Spirã delatũ est, vbi regia pompa ei maxima nobilitatis Germanicæ pars iusta psoluit. Sine liberis itaq; defunctus, reliqt nepotes ex sorore Hagna duos, Fridericum videlicet & Cunradũ, quorum Fridericus dux Sueuiæ ducatum tenuit, ducatum vero Frãconiæ Cunradus. Anno dñi 1124. Callisto defuncto, Honorius II. q & Lampertus, ex agro Imolensi oriundus, Ostieñ. epus, pontifex creatus est, q & si obscuro loco natus erat, tamẽ lrãtura & moribus tãto magistratu dignus videbatur. Verum, vt refert Platina, nõ adeo eius ingressus laudatur, cum ambitione qrundã potius, q̃ oĩm bonorum cõsensu põtificatũ inierit. Mortuo em̃ Callisto, cũ de legẽdo nouo põtifice ratio haberet, Leo Fregepanis oĩbus cardinalibus interdixit, ne vsq; ad diem tertium põtificem crearẽt, quo & canones & deligendi põtificis regula curiosius inspiceret. Interim omnium suffragia quærebat vafer, qbus Lampertus crearet. nã populus ipse Saxonẽ S. Stephani cardinalẽ, põtificẽ fieri optabat. Id q̃q; cupere Leo Fregepanis se ostendebat, quo & populum & patres, negligentes & incautos, suam in sentẽtiam quauis arte pelliceret. Verum cum id velle Leonem cardinales qdam cernerent, ne ex eius sententia põtificem legerent, omisso Saxone, Theobaldum S. Anastasiæ presbyterum cardinalem, deligunt, quem Cœlestinum appellarunt. Tunc autẽ Leo nõ amplius immorandũ ratus, q iam offensum hac electiõe populum cernebat, Lampertũ põtificẽ magna voce pponit, acclamante populo, cleroq; eam electionẽ approbãte. At Leo, ne sñiæ hoĩm immutarent, Simijs, quod loci nomẽ est, non longe ab ecclesia S. Syluestri, hoĩem pontificali habitu exornat, q & si primo artibus quibusdã tantum magistratũ adeptus est, tamẽ postea oĩm cõsensu pontifex maximus consalutat. Sedit annis qnq;, mensibus duobus. Sed q Martinus Polonus scribit, Honorium hunc insecutum Rogeriũ exercitu, doloq; suorum intellecto, pacem illi dedisse, ac ducem cõfirmasse, refert Blondus nõ esse verum, adducitq; Pandulphum Laterañ. ecclesiæ ostiarium, qui scribit Honorium toto suo tpe in vrbe quieuisse, ac cõponendis rebus ecclesiasticis animũ intendisse. Ad hunc proficiscens Nortbertus institutor primus ordinis Præmõstrateñ. ab eo honorifice susceptus est, & quæ flagitabat, digne consecutus. Honorio põtifice facto, anno postea dñi 1125. defuncto absq; hærede Henrico, principes Moguntię cõueniũt, ibiq; habito de successore cõsilio, quatuor regni optimates ad regnum designant, vt refert Got. Viterbieñ. Lotharius dux Saxonum, Fridericus (vel secundũ alios Cunradus) dux Sueuorum, Luitpoldus marchio orientalis, id est, Austrius, Carolus comes Flandriæ. Remansit tamẽ Lotharius quasi tractus, regnauit annis fere 12. Hic Lotharius princeps fuit catholicus & fidelis ecclesiæ aduocatus, filiam suam dedit in vxorem Hẽrico Bauarorum duci, cui Supbo cognomẽ erat, & fratrem habuit Guelfonem appellatũ. Verum q Lothario regnum & nõ Henrici qnti hęredibus cesserit, hæc fuit causa. nam impatore viuẽte, imperiũ scindit, quæ scissura tam grauis fuit, vt pter Fridericũ ducem Sueuiæ, frẽmq; suum Cunradum, & Gotfredũ comitem Palatinum Rheni, vix aliq ex principibus fuerint, q principi nõ rebellauerint. Quot & quanta ergo dux Sueuorum vel impatore p̃sente, vel in Italia morante, stylo tunc digna gesserit, tota puincia à Basilea vsq; Moguntiam, vbi maxima vis regni esse noscit, adhuc in memoria habet. Henricus vero qntus apud Traiectũ obijt, & impatrix Mechtildis regis Anglorum filia, regalia in potestate sua habebat, quã archiepus Moguntinus Albertus multis pmissionibus ad sibi tradenda regalia induxit. Igitur Albertus principes regni in ciuitate Moguntina cõuocat, malorumq; à duce Friderico illatorum haud immemor, cum p̃dictus dux ad regnum à multis posceretur, Albertus archiepus Lothariũ Saxonem virum multæ pbitatis, in regẽ eligi obtinuit, quæ res seminariũ discordiarum fuit. nam p̃dictus Lotharius odio in hæredes impatoris nõ satiatus, Fridericum ducem frẽmq; eius psequitur, quæ qdem dissensio fere per decenniũ durauit. Tandem Fridericus dux, mortua vxore sua Iuditha, Friderici comitis de Sarburg, fratris Alberti Moguntini episcopi, filiam Hagnen vxorem duxit, ex qua Cunradum postea Palatinum comitẽ Rheni, & Clementiã Ludouici puincialis comitis Thuringię vxorẽ suscepit. Et qa Lotharius p oĩa humiliare studuit familiã Henrici impatoris, cõtra quem dux Fridericus & frater suus Cunradus Sueuiæ duces diu rebellarunt, pp̃ter q̃d papa Honorius eos execrauit. Veruntñ Cunradus à fratre & quibusdã alijs factus rex, cum magno exercitu intrauit Italiã, & Mediolani apud Modoicũ more impatoris corona ferrea se fecit coronari. ob quã causam Modoici epm papa deposuit. Ille cum vsq; Romam pgredi vellet, rebus exhaustis, in Alemaniã redijt, cum Lothario se cõponens, dimissoq; regno quieuit: Lotharius enim iam Sueuiam vastauit, & Vlmam obsedit.

Anno salutis 1128. cũ discordia esset inter Lotharium & Cunradum, Lotharius p se papam

Honorius II. papa.

Nortbertus ordinis Prę mõstrateñ. autor.

Lotharius Imp. 92.

Cunradi Sueui rebellio.

papam & maiorem partē principum habēs, Vlmam diuertit, cui Vlmēses portas clauserunt, dicētes, hoc oppidum nō Saxonibus nec Italicis, sed Sueuorum ducibus & Ro. regi parere debere. Obsedit ergo Lotharius Vlmā. & primo suburbia incēdit, deinde machinis muros cōcutiēs, ciuitatē destruxit, & multis interfectis, plures ex ciuibus cepit, alijs fugatis. Verum defuncto postea Lothario, & Cunrado electo, ipse ciuitatē reædificari pcepit suam, ciuibusq́ multa priuilegia contulit, quæ hodie habēt. Vlmenses vero nō solum reparauerūt ciuitatē, sed & multo ampliorē fecerūt, proximiores villas illuc incorporātes. Habuerūt aūt nō solum abbas & conuētus Augiæ maioris, ecclesiam, decimas, & multa alia iura in Vlma, prout supra sub Carolo Magno dictū est in gnatione 24. sed & abbas & cōuent⁹ in Bebenhusen postea acquisierunt sibi & ordini Cistercieñ. in eodē loco multa bona, & (vt dicit) paruum monasterium in ciuitate cōstruxerunt ecclesiam S. Georgij, cui domicilia adiunxerunt pro monachorum mansionibus, & ibi habebāt grande spatiū, qa necdū ecclesia B. Mariæ in ciuitate erat cōstructa. In illo monasterio habebant grande cellare, in quod reponebāt multa vina, quæ libere importare & vendere poterāt, nec emebat vinū ab aliquo ciue, nisi de illo cellari. Introitus erat ad istud cellare, vbi hodie est capella S. Valentini in cœmiterio ecclesiæ parochialis. Verum posteaq̄ Vlmenses destinabāt ibi ędificare ecclesiam in honore B. Mariæ virginis pro parochiali, industria vsi, paulatim emerunt oīa iura monasterij in Bebenhusen, habitationes eorum & cellare, oīa destruētes præter capellam S. Georgij: & vbi cellare prius fuerat, ibi caput ecclesiæ constituebāt. Huius capellæ S. Georgij ius patronatus spectat ad comites de Vuirtenberg, de quo scribit frater qdam ordinis Prædicatorum, q̄ emerint à monasterio: sed credo eum errare in duobus, qa cellare illud spectabat ad comites, & illi vina ibi vendebant: à comitibus deinde ad Vlmenses venerat. Inchoata est aūt ecclesia B. Mariæ virginis anno salutis 1377. Inuenit tamē quędā permutatio facta inter comites de Vuirtēberg & monasteriū Bebenhusen, q̄d ego magis credo verum, cum hæc supradicta emptio videat nonnihil Simoniacæ prauitatis sapere. Quadrant ad hæc scripta puetusta in monasterio Hirsaugieñ. reposita, quemadmodum latius de his fit ad vnguem narratio. Balduinus Hierosolymorum III. rex inter hęc primo Honorij anno liberatus, Boemundo vita functo, principatum Antiochiæ Hierosolymitano regno cōiunxisse fertur, & paulo post tenēdum cōcessisse Raimundo Guilielmi ducis Austriæ filio, cui superioris Boemundi filia erat vxor. Tum rex Ascalonitarum fretus copijs auxiliaribus Aegyptiorum, in Hierusalem duxit, q vnico repulsus p̄lio, aufugit potius q̄ recessit. Sed paulo post Baldesquinus Damasci regulus, maiores ilico adducens copias, Hierosolymorum infestauit agrum, q à Balduino tribus repressus prælijs, copiarum partem maximā partim cæsam, partim captā amisit. Anno vero dñi 1129. circa veris initiū, vir illustris Fulco Andegauensis comes, pro quo dñs rex de communi oīm principū cōsilio miserat, vt illi Milisendā filiā suā primogenitā daret vxorem, apud Acam applicuit cum honesto nobilium comitatu, cui statim sine dilatione rex filiam maritali lege tradidit. Anno 1130. reuersus rex Hierosolymam, in grauem incidit infirmitatem: & videns sibi mortis imminere diem, de pprio palatio egressus supplex & humilis, regio fastu deposito, in cōspectu dñi in palatio patriarchæ, q in loco dñicæ resurrectiōis erat vicinior, se transferri disposuit, ibiq́ vocatis filia & genero pueroq́ Balduino iam bimulo posito corā regni principibus, regni curā eis tradidit. Ipse aūt verus Chri confessor, habitum religionis assumens, spm̄ reddidit: sub monte Caluariæ sepelitur. Quo fere tpe pontificis Honorij tranqllitatē Italia experta, summa cum pietate sectata est, delectabaturq́ is præcipuo doctorum hominum familiaritate. eius tpa clariora fecit Hugo de S. Victore, si cognomentū inspicis: si patriam, Pariensis doctor insignis. hic em̄ tum dicendo, tum scribendo, ingenij sui pręclara monimenta reliqt. Extat eius liber de sacramentis, liber sentētiarum, dialogus q didascalus appellat, liber de cura animę, liber de artibus & doctrinis. Et in hæc tpa Arnulphum eum referunt, cuius supra mētionem fecimus, q cum in Gallijs canonicā regularium vitam instituisset, & deinde Romæ cleri vitam doctrina & exemplo emendasset, misere cæsus est, cuius criminis autores reperti non fuere. Anno dñi 1114. Stephanus, de quo in fine pcedentis generatiōis, coronat in regem Vngariæ, q cum multa bella infeliciter egisset, multaq́ mala fecisset, nec vxorem haberet aut liberos, de regni successore solicit⁹ fuit. Vidētes hoc Hūgari pceres, inito cōsilio, regi manifestauerūt supesse Belā, sed cæcū: quo rex exhilaratus, misit nuncios in Sirniam pro Bela, q reductus, accepit vxorem de qua procreauit Geicham. Diligebat autem rex Stephanus Cunos, quorum dux noīe Thatar, cum rege morabat. Rex aūt incidit in infirmitatē, & cum videretur in articulo mortis, Hūgari Cunos interfecerūt, & eorum bona diripiebāt. Tandē rex intelligens

Vlmam Lotharius obsidet.

Aedes beatę Mariæ Vlmæ.

Antiochia Hierosoly. regno addita.

Balduini II. interitus.

Hugo de S. Victore.

Stephanus Hungariæ rex.

telligens sibi horam mortis appropinquare, relicto regno, monachalem habitum induit, & paulo post migrauit ab humanis, anno videlicet 1131. Anno dñi 1131. regnare cœpit Bela Hũgaris, q fuit filius ducis Almi, bonus & iustus, genuit aũt filios quatuor, Geisam, Ladislaum, Stephanum & Almũ. Paulo post regina Helena, habita congregatione regni, venit cũ filijs suis, & sedit circa regem, dixitq; ad populum: Audite fideles, cõstat q natura dedit visum regi. volo scire q conscij sint eius obcæcatiõis. Iustum est eñi vt vindicta fiat in illos. ecce dedit Deus regi pro duobus oculis quatuor filios. facta igit hac voce, irruit oĩs populus sup illos barones, quorũ cõsilio rex fuerat excæcatus. Erant eñi noti, occisiq; sunt 68. viri, & oẽs successores eorũ tam viri q̃ mulieres eadem die sunt puniti, & possessiões illorũ ecclesijs cathedralibus sunt assignatæ. ex quo tpe oẽs villæ cõdictionales de Hungaria, donatiões regũ noĩantur. Inter hæc Belæ maxima obuenit aduersitas, habebat eñi Colomãn⁹ rex ex adulterio filiũ dictũ Borich, ex muliere Ruthena. Hic Borich auxilio Ruthenorũ Polonorumq; venit in cõfiniũ Hungariæ, repetens regnũ: & licet regnicolæ scirent eum adulterinũ, nõnulli tñ ei adhæserunt. Inde factæ sunt multæ strages, plures ex eo rex pro regni pditoribus occidi fecit. armant se vtrinq; in plium, rex & Borich. At vbi post multa ambo exercitus præliandi causa cõuenissent, pceres regni mittentes ad duces Ruthenorũ & Polonorũ: Non decet vos, inquiunt, cõtra iustitiã quærere regnũ homini adulterino, Bela verus rex noster est. qbus auditis, duces cum suis substiterunt. Borich aũt cum multitudine populi contra regem plium incepit, sed rex diuino fretus auxilio, cõtriuit omne robur exercitus ipsorũ, Borichq; in fugã vertit, ac victoriã obtinuit. Ex quo tpe confirmatũ est regnum in manu Belę. hic Bela vino multum indulsit, ideo in ebrietate multa mala cõmisit. Boch & Saul viros religiosos in ebrietate inimicis tradidit, à quibus & sunt occisi. Mortuus est anno 1141. & corpus eius in Alba regali sepultũ est, Idib. Februarij, successit ei Geisa filius in regno, de quo dicetur hic per anticipationem. Anno dñi 1141. rex Hungarorũ Geisa huius noĩs secundus, substituitur in regno, Henricus tunc dux Austriæ, exercitũ de Austria & Saxonia auctũ duxit in Hungariã. Rex Geisa contractis copijs occurrit illi, religiosis ac clero regni Deum suppliciter depcantibus. Pugna facta, ex Teutonicis occisa sunt supra septem millia virorũ. Anno dñi 1161. Stephanus regnare cœpit, regnauit annis xi. mẽsibus 9. in cuius imperio Ladislaus filius regis Belæ cæci vsurpauit sibi coronã dimidio anno. Obijt autẽ Stephanus anno 1173. post quem frater eius vsurpauit regnum mensibus qnq;, & expulsus est. Anno dñi 1185. Bela frater Stephani regnũ suscepit, q fures & latrones psecutus est, reg. annis 23. Successit illi Emericus filius eius, regnauit annis octo. Huius vxor Cõstantia regis Aragoniæ filia migrauit anno 1200. salutis nostræ, cui Ladislaus filius successit. regnauit mẽsibus sex, cui successit Andreas, vt dicet infra generatiõe 41. circa finem. Hæc per anticipationẽ dicta, lectoris animũ haudquaq̃ mouere debebunt. Satius eñi existimauimus accelerare gesta quæ memoriæ hærent, q̃ tardiuscule, habitis interuallis, ea vel penitus intermittere, vel oĩno non rememorare. Anno dñi 1130. Honorio in pontificatu successit Innocentius, sedit annis 14. Quo primis pontificatus initijs absente, Romæ ordinatus est Petrus Leonis Anacletus vocatus, q spoliatis Romæ templis, irrumpensq; in basilicam B. Petri, crucifixum aureum, & coronas pendentes sustulit, tantumq; pecuniarũ conflauit, vt facile largitiõibus seditiosum queq; in sñiam suã alliceret. Innocẽtius aũt vbi seditiõibus plena oĩa cerneret, spõte cedẽs, primo qdem Pisas adnauigauit. Postremo in Frãciam puenit. Cõuocato aũt apud Clarum montem inter hęc cõcilio, Petrus Leonis ab oĩbus Galliæ Germaniæq; epĩs anathematizat. Deinde Innocentius res Galliæ totius cõpositurus, ad Rhemos pfectus, epos cõgregauit. Ibi Ludou. cũ Crassi filium, regẽ Frãciæ coronauit. Nup eñi Philippus primogenitus Crassi filius, equo deturbat⁹, casu vitã finierat. Quare pater filiũ posteriorẽ Ludouicũ in illius locũ regno adscitum, coronari Innocẽtij autoritate apud Rhemos voluit. Fecimus rei hui⁹ supra in Ludouico Crasso mentionẽ. Mortuoq; circiter annũ dñi 1137 patre Ludouicus iunior regnum accipit. Fuit ei vxor Helionora Guilielmi Pictauieñ. comitis filia, quã cũ ducatu Aqtaniæ accepit. Romæ interim Anacletus sæuissima peste largitiõibus quæq; occupat, Rogeriũ vt suis partib⁹ faueret, regẽ Siciliæ coronauit. At Innocẽtius nĩ orũ principum pace fretus, Gallicã & Germanicã ecclesiã diligẽter cõponit. In Belgicam profectus, Henricum Anglorũ regem obuium, multis rõnibus ad expeditionẽ in Saracenos adhortat⁹ est. Inde Leodiũ veniẽs, Lothariũ regẽ reperit, à quo honorifice exceptus, restitutiõis spem accepit. Promittit rex Lotharius se ecclesiæ adiumento fore. simulq; inuestiendi priuilegiũ nup Henrico qnto ademptum repetit. sed à diuo Bernardo confutatur. Itaq; rex Lotharius circiter annum domini 1133. restituendi pontificis causa in Ita-

Bela rex Hũgariæ.

Borich Coloman. Hũgar. filius.

Hen. Austrius cũ Geisa II. ifeliciter pugnat.

Andreas rex.

Innocẽtius II. papa.

Ludo. iunior Frãcorũ rex.

Italiam cõtendit, Innocentiũ Romã perducit. Tum pontifex & rex ꝑ Ianiculũ regio
nem transtiberinã ingressi sunt. pontifice aũt in Lateranũ, & rege in Auentinũ montẽ
deductis à populo, quies parta est maxima ciuitati. Petrũ antipapã in vrbe *quidẽ la-
tentẽ, B. Petri ecclesiã tenuisse aiunt. Tanto itaq; beneficio deuinctus pontifex, Lotha
riũ imperij corona exornat, qui in Germaniã redire curauit cõtra Leuticos. Lothari- Lotharius
us in Germaniã veniẽs, curiam in Babenberg celebrat, vt refert Otho Frisingeñ. ibiq; coronatur.
Fridericũ & Cunradũ duces Sueuiæ, interuẽtu B. Bernardi Claræuallẽsis, in grãm re-
cepit. Deinde in Poloniã diuertens, ducẽ cũ multis muneribus obuiũ habuit in Saxo
nia, quẽ tñ nõ ante suo cõspectui passus est ꝑsentari, q̃ tributũ xij. annoꝝ, hoc est, quin
gẽtas libras de q̃q; anno persolueret, & ꝙ de Pomeranis ac Rhugis hominiũ sibi fa
ceret, subiectionẽq; perpetuã sacramẽto firmaret, q̃ oĩa dux perfecit. Regẽ q̃q; Da-
ciæ in signũ subiectionis, ad decorẽ imperialis reuerẽtiæ, imperator gladium sibi sub
corona deferre fecit. Ab Hungaris, rege eoꝝ terrore perculso, magnifica munera suſ
cepit. Innocentius interea cõciliũ Pisas cõuocat, in q̃ priuatis Petri fautoribus epis
quasdã cõstitutiones dedit. sed ilico Romæ rursum antipapa factiosis quibusdã & Ro
gerio adiuuante, caput extollere cœpit. ob hanc rẽ vocauit pontifex imperatorẽ, qui
exercitũ nõ vt prius paruũ, sed copiosum, ꝑ vallẽ Tridentinã secũdo in Italiã duxit, ha Loh. secun-
bens secũ (vt refert Otho) Cunradũ Sueuiæ ducẽ. captisq; in arctis locis castellis, vsq; da in Italiã
ad Padũ progrediens, Guardecastellũ cepit, ibiq; Mediolaneñ. & Cremoñ. diuturnũ profectio.
inter se bellum habentes, obuios habuit: discussaq; eoꝝ causa, Cremoneñ. à principe
hostes iudicant, pro scriptiq; discedunt, q̃s imperator insecutus, territoria eoꝝ ac ca-
stella destruxit. Inde Papiã veniens, ciues illos pactione pecuniæ in gratiã suscepit. Bo
nonieñ. q̃q; atq; Aemilieñ. qui eũ priore expeditione despexerãt, supplices occurrũt.
postea vsq; ad Taurinũ progrediẽs, totã citeriorẽ Italiã in prouinciam redegit. Inde
Apœninũ transiens, Anconã, Spoletũ, cũ vrbibus alijs in deditionẽ accepit. Dehinc
cõtra Rogeriũ aciẽ dirigens, Cãpaniã & Apuliã peragrauit. Porro Henricus Norico
rũ dux, regis gener, ꝑ Tusciã exercitũ ducens, summo pontifici vsq; ad imperatorem
cõductũ ꝑbuit. Augustus vero tã fortia in Apulia atq; Cãpania gessit, vt nullus ex Frã
corũ regibus à Carolo Magno vsq; ad id tẽporis, tanta ibi fecisse inueniat̃. deniq; nõ
solũ ciuitates, vtpote Capuã, Troiã, Salernũ, Barletũ, Barrã cepit, verũ etiã munitissi-
ma castra & arces inaccessibiles expugnauit. Henricus vero Bauariæ dux Beneuentũ Henri. dux
capit, ac papæ restituit. Morante in Apulia imperatore, Rogerius quũ auri atq; ar Bauariæ.
genti multo pondere attentatũ eũ flectere nõ posset, exercitũ longe copiosiorẽ cõgre
gat, seq; publico bello cõflictuꝝ denunciat. Imperator ergo vt erat strenuissimus, mi
litẽ instaurat, aciẽ ordinat, eosq; respectu genuinæ fortitudinis ac innatæ hostiũ igna
uiæ, nulla inimicoꝝ multitudine frangẽdos denunciat, ꝑsertim cũ in extera remotaq;
regione positi, ad patriã fugere nequeant, ac cõtra tyrannũ non solũ regni, sed eccle-
siæ hostẽ & execratũ iuste arma sumpserit, ad bellũ cõfortat. Cumq; in occursum eis
procederet, fractus aĩo Rogerius, fugit, & ad montana se cõtulit. imperator vero oc-
currente sibi summo põtifice, Barrã vsq; progredit̃. itaq; à ciuibus cũ magno gaudio Rogerij fu-
susceptus, castrũ quoddã Rogerij, vbi ꝑsidiũ habebat, expugnat. milites ibi repertos, ga.
& ꝑcipue Saracenos, patibulo suspendit. Itaq; Augustus eiecto de Cãpania & Apulia
Rogerio, dũ eũ in Calabria & Sicilia persequi intentat, à suis qui iam longo tpe extra
patriã morati erant, reuocatus ẽ. Rogerio itaq; hoste iudicato, Rainaldo viro forti &
nobili ducatus Apuliæ, relicta sibi parte militũ, tradit̃, & sic victor princeps de reditu
disposuit. Verũ refert Otho Frising. qui tũ in humanis erat, ꝙ in dando ducatu inter Attende de
imperatorẽ & Ro. pontificẽ, pene controuersia suborta fuisset, vtroq; ducatũ Apuliæ ducatu Apu
sui fore iuris affirmante, q̃ lis cõsilio tandẽ hoc modo decisa dicit̃, vt in dando duci ve liæ.
xillo vterq; manũ adhiberet. Fugato itaq; Rogerio, Iohãnes Cõstãtinop. imperator,
qui Rogerio aduersabat̃, legatos statim ad Lothariũ mittit, de superato hoste cõgra-
tulans. Inter legatos erat, qui ostẽdere conabat̃ Latinã ecclesiã errare, ꝙ addidissent
S. Spiritũ procedere à filio cõtra sentẽtiã Niceni cõcilij. Tum Petrus diaconus homo Attẽde dia-
doctus, qui in corona aderat, disputandi gratia: Si, inquit, Latini dãnandi sunt ꝙ ad- legomenon
diderũt spiritũ sanctũ à filio q̃q; procedere, damnãdi multo magis Græci vident̃, qui de sctõ spũ.
id fieri a solo patre addiderũt. Delusus igit̃ homo audax tam acuto responso, substitit
hac de re amplius disputare. Petrus Leonis interim impœnitens moritur, & cada-
uer eius in latebris sepelitur, & vsq; hodie souea illa ignorat̃. Lotharius salutato pon
tifice abijt, & apud Tridentũ in via morbo correptus, in ipsis mõtibus & in vilissima
casa moritur, vt Italici scribunt, xij. anno regni sui, imperij aũt vij. Anno dñi 1138. Cunradus 3.
Lothario rebus humanis exempto, Cũradus supra memoratus dux Sueuiæ, apud Cõ- Imp. 93

fluentiā in regē eligit suffragijs legitimis,regnauitq; annis xv. In huius tñ electione Saxones & Henricus dux Bauariæ,cognoīatus Superbus,nō cōsenserūt,insignia etiam imperialia apud Henricū ducē remanserāt,erat eñ gener defuncti Lotharij,& vt alij qui scribunt,ad imperiū anhelabat. Verū rex Cunradus curiā apud Babenberg indixit gñalem,ad quā cū imperatrice vidua,adhærētes ei Saxones venerūt,& in gratiam ac pacē regis recepti sunt. Henricus Bauarus,qui Ratisponæ tandē regalia,scilicet crucem,lanceā & coronā coactus reddidit,regis gratiā nō impetrauit. Hoc in tēpore Rogerius Siculus,rursus coactis vndiq; militibus,in Apuliā est reuersus,atq; cū Rainaldo Apuliæ duce cōstituto cōgredit,à quo superatus,iterū ex Apulia pellit,sed post modicū Rainaldus morit,vt refert Got. Viterbieñ. Quod cū innotuisset Rogerio,iterū in Apuliam reuersus cū filio Guilielmo,prouinciā duce orbatā,absq; bello in suam ditionē recepit,& exterminatis inde nobilibus,Siciliæ regē se noīauit. Princeps Capuæ Robertus & hi q̄s Rogerius expulerat,in Alemaniā ad Cunradū imperatorē se cōferentes,illū ad auxilium ferendū hortant:sed negocijs arduis impeditus,transire nō potuit. At Innocentius papa tumultnario collecto exercitu,in Apuliam cōtra Rogeriū profectus est,qui cū ad quendā locū venisset,ac duces exercitus minus cautos haberet,à Rogerio interceptus est cū his cardinalibus qui secū erant,hos aūt oēs non multo post Rogerius vnà cū pontifice liberos fecit,quā ob rem q̄d voluit facile impetrauit,etiā titulū regni,vt Gotf. Anto.& plures alij scribūt,& sic recognouit regnū ab ecclesia,& ab eo tēpore regnū Siciliæ patrimoniū S. Petri scriptū est,q̄d Cunradus & successores sui ratū habere noluerūt,secutaq; inde multa sunt mala. Blondus vero & Platina scribūt,ꝙ Rogerius tunc titulū regni nō obtinuerit,vtcunq; sit,ab eo tēpore regē se scripsit,& ecclesia meliorē suā cōditionē fecit. Rogerius iam Siciliæ rex declaratus,vt refert Anto. post Gotf. Viterbieñ. cū nullū p̄ter Cunradū haberet obstaculum,Guelfonē Bauariæ ducē,Henrici Superbi fratrē,aliàs iritatū contra Cunradum,pecunia cōcitauit,qui magnis hincinde cōparatis Siculorū exercitibus,rebellare Cunrado cœpit. Motus etiā ex eo ꝙ sciebat fratrē Henricū regis gratiā perdidisse,sed & rex Hungariæ eundē Cunradū metuens,Guelfonē data pecunia ad rebellandū instigauit:nec desunt qui volūt,etiā Innocentiū pontificē cū Rogerio sensisse,impediuisseq; Cunradū ꝙ ad imperium nō veniret. Refert Hermannus hoc ideo factum,ne regnū Apuliæ & Siciliæ recuperaret. vtcunq; sit,ex Italia stipendio auctus fuit Guelfo cōtra Cunradum,eumq; impediuit,ꝙ ad Italiā tunc venire nō potuit,vt princeps Capuanus Robertus,cæteriq; ex regno pulsi,venientes ad regē Cunradum,postularant. Placuit Henrico Superbo,vt negociū Cunrado fieret,Guelfonēq; adiuuabat. ipse eñ iam senectute cōfectus,bellare nō poterat. cōtra hos Cunradus rex copias ducit,occurritq; Guelfoni prope cœnobiū Nereshein,vel vt alij volūt,prope castrum Flochberg in minori Rhetia:& cōmissa pugna,victoria regi cessit,multis ex parte Guelfonis profligatis ac fugatis. Ipse vero Guelfo cū paucis euasit. Hunc cōflictū aliqui scribunt vltimū habitū Guelfoni ignominiosum,neminē tñ fuisse occisum,plures aūt captos. Altera vice,vt refert Got. Viterb. Henricus filius Cunradi,q̄ si vixisset,post eū futurus erat regnaturus,eundē Guelfonē prope Vuinsperg & ante villā Elnhofen bello vicit. Nā rex Cunradus oppidū Vuinsperg obsedit,& in deditionē accepit,ex gratiaq; matronis cōcessit,vt q̄cunq; humeris portare possent,liceret efferri:q̄ neglecta supellectili,maritos suos quotq̄t potuerūt,vidētibus cūctis & industriā mirātibus,exportauerunt. Et Fridericus frater regis contradicens:De viris,inquit,nō est cogitatum. Cui rex:Nō decet,inquit,verbū regium immutari.& mulieres laudauit. Hæc abbas Spanheimeñ. Verū cōmisso bello,cū ex more inter p̄liandū qui Guelfoni adhærebant,clamarent,Hie Guelff,vicissim vero regales,Hie Gibelin,quia Henricus in villa eius nominis ablactatus fuit,significare volētes,ꝙ potētia lactis pugnaret,Italici,Longobardi & Siculi cū Guelfone pugnantes,interrogāt quid esset dictū,Hie Gibelin:q̄bus declaratum fuit,vt ait Hermannus,ꝙ papales eo die significati fuerint p̄ Guelfonem propugnatorē,& imperiales p̄ Gibelinos. vnde ab illo euentu,ait,vsq; in p̄sens papæ adhærētes in Italia significant p̄ Guelphū:& q̄ imperio adhærēt,p̄ Gibelinos. Et licet alij de his factionibus aliter scribāt,tñ historia hæc rebus satis cōsonat,ex q̄ videt non errasse Anto. qui scripsit multos extimare ab isto Guelphone Guelphos appellatos esse,q̄d satis facit pro Hermanno,qui scribit Innocentiū vnà cū Rogerio fuisse cōtra Cunradū. Idē abbas Span. Cunradus rex postea Herbipolim venit,ibi iudicio q̄rundā principū dux Henricus proscribit,& ducatibꝰ suis in palatio Gofzlareñ priuat,ducatum aūt Saxoniæ Alberto marchioni cōsobrino eius ducis,Noricum vero post in Bauariam veniens Leopoldo filio Leopoldi marchionis orientalis fratri suo ex parte

Rogerius Apuliam recepit.

Sicilia vnde regni titulū habeat.

Guelfo Bauarus à Cūrado vincit.

Vuinsperg.

Guelfi vnde & Gibelini.

parte matris tradidit. Hēricus ergo dux Saxoniā ingressus, cū casum & miserias suas amicis proponeret, adiutorio eorundem & suorū, qui de Bauaria & Sueuia sub specie peregrinationis terrā intrauerant, eundē Albertū ita humiliauit, vt ad regē auxilij gratia recurreret. Præterea Luipoldus marchio oībus pene baronibus ad ducatū Bauariæ pertinētibus, amore ac terrore ad se cōfluentibus, primo Ratisponam ditioni suæ subdidit. nō multo post Hēricus morbo correptus morit̄: q̄ mortuo, Saxones amore filij sui Henrici se regi opponunt. idē facit Guelfo, inter quē & marchionē variæ cædes factæ fuere. Et scribunt aliqui post priuationē Henrici Guelfonē adiutorio Rogerij cū Cunrado belligerasse, & nō ante. quēadmodū vero ducatus Bauariæ redierit ad duces Bauariæ, dicet sub Friderico primo. Redeo ad terræ sanctæ monumēta. Mortuo Balduino rege tertio Hierosolymorū, successit in regno Fulco gener eius Andegauen. & Turonen. comes, anno dñi 1130. Per idē tempus Iocelinus Edessenus comes senior ægrotus, audiuit magnā multitudinē Turcarū eius castrū obsedisse. ideo mandauit filio, vt cū copijs hosti occurreret, ille aūt timidus recusauit, asserens periculosum cū tam paucis tantæ multitudini occurrere. quare pater iratus, lecticā sibi parari iussit, cui impositus, cū copijs suis ad soluendā obsidionē hosti occurrit, cuius aduentu cognito, Turcæ eius animositatē reformidātes, obsidione soluta, ad propria remearunt. comes eodē loco lecticā qua portabat̄, ad terrā deponi iussit, & erectis in cœlum oculis, cū gemitu & suspirio gratias egit, q̄ in nouissimis suis eū dn̄s tanta gratia visitasset, ac hostē auertisset. & his dictis, spiritū exhalauit, relicto filio Iocelino, à paterna gloria plurimū degenere. Anno regni sui primo Fulco quartus Hierosolymorum rex Antiochiā adijt, sed principissa nequā mulier ad dominiū ciuitatis adspirans, regi se opposuit, adeo vt & comitem Tripolitanū blanditijs & muneribus corruptum, in hoc facto æmulū suscitaret, ita vt bello sibi inuicē occurrentes, magnum inde regno Chr̄i dissidiū ortū fuerit. sed rex bello factus superior, comitē fugauit, & p̄ Dei gratiā interponētibus se pacis amatoribus, recōciliati sunt. Rex vero in Antiochia aliquādiu moratus, collocatis illorū in pace negocijs, curam ciuitatis & principatus nobili viro Rainaldo Masser cōmisit, indeq; in regnū suū reuersus, bella in hostes Chr̄i fortiter gessit. Verū nō multo post de Perside infinita multitudo Turcarū duxit in Antiochenos. rex vero assumpta regni militia, properat eis in auxiliū: & cū esset in itinere, cōperit Sagninū Turcarū potentissimū cū multitudine graui comitē Tripolitanū obsedisse. ideo illuc dirigit acies, cuius aduentu audito, Sagninus obsidione soluta ad propria remeauit. Rex aūt Fulco hostibus obuiā processit, à quibus nō longe positis castris, aliquādiu māsit quietus. Sed vidēs q̄ hostis nil moliret̄, q̄n potius maiora expectaret subsidia, repente sup̄ eū irruit, & stragē immēsam fecit, adeo vt pauci euaderēt. Adepta tā insigni victoria rex abire statuit, sed ante eius recessum nobiles & primates Antiocheni principatus, de cōsensu ipsius regis Raimundū Guilielmi Pictauien. filiū, missis solennibus nuncijs ad se vocauerūt, vt illi Boemundi iunioris filiā matrimonio copularēt. q̄d & factū est. fuit aūt hic Raimundus nobilitate insignis, corpore cōpositus, verbo affabilis, vsu & rei militaris experientia oībus qui eū p̄cesserūt, p̄ponendus. erat tñ aīo p̄ceps, in ira modi nescius, rationis expers, parumq; felix. Reuerso aūt rege ab Antiochenis, variæ cōiurationes & graues cōtra eū in regno exortæ sunt, principaliter ab Hugone comite in Ioppe, qui propter cōtumaciā à rege damnatus, ad hostes fidei Ascalonē se cōtulit. rex aūt Ioppen obsedit, sed ciues attendētes q̄ illorū dn̄s patrocinium hostiū crucis quæsierat, ad regē se cōtulerunt. Interea tñ rex Damascenorū Paneatas vrbē expugnauit, vniuersis ciuibus atq; stipendiatis captis. Eo etiā tēpore comes Tripolitanus Damascenis terrā suā hostiliter ingressis viriliter occurrit, sed peccatis nostris exigentibus, agminibus suis dissolutis, in fugā versus occidit̄, prodentibus eū Surianis, qui in monte Libano habitabāt. Interea Iohānes Cōstantinop. imperator iratus, q̄ absq; eius cōscientia Antiocheni principes filiā Raimūdo nuptui dare p̄sumpserant, cōgregatis equitū atq; peditū copijs, in Syriā descendit, veniensq; in Ciliciā, pene cunctas ciuitates eiusdē prouinciæ, eiectis inde principibus fidelibus, occupauit. inde Antiochiā veniens, eā obsidione vallauit. Dum hæc circa Antiochiā gerunt̄, Sagninus Turca comitatū Tripolitanum ingressus, oīa igne & ferro vastat, cui cū occurreret rex Hierosolymorū, grandis pugna est facta. & nostri vincunt̄. Rex aūt vix cū paucis in q̄dā vicino oppido se defendit. nam eo p̄lio pene oēs pedestres copiæ perierāt, captus est ipse princeps Tripolitanus. Sagninus aūt statim castrū in q̄ rex erat, obsedit. sed audiēs q̄ princeps Antiochen⁹ & comes Edessenus in subsidiū dn̄i regis properabāt, missis de pace ad regē nūcijs, pollicēs vniuersos q̄s ceperat restitutorū, & tā regi q̄ suis liberū exitū daturū, dūmodo id oppidū ei resignaret, rex

Hen. Superbus Bauariā pulsus.

Fulco 4. Hierosoly. rex.

Fulconis successus.

Ioh. Grecus Imp. Antiochenos inuadit.

Sagnini Turcæ victoria.

nesciens tã prope fore subsidiũ, cõditionẽ suscepit. oĩbus itaq; liberatis, abijt. sed cum esset in loco qui Archis dicit, de principũ aduentu primũ cognouit, mutare tñ nihil potuit. Inter hæc imperator Cõstantinop. suis frequẽtibus aggressionibus Antiochiã vexabat, ciues vero versa vice assiduis eruptionibus imperatoris exercitũ pro viribus cõterebãt. Tandẽ sub certis pactionibus pacificant, ita ꝙ princeps debitã fidelitatẽ imperatori pstaret, & imperatori introitũ vrbis nõ negaret, ei proprietatẽ illius recognosceret: imperator vero in recõpẽsationẽ exhibitæ fidelitatis, principi vrbẽ Antiochenã cõcedat, Alopecã, Cæsareã Cappadociæ, Emisam vrbes restituat. pace ita facta, imperator abijt in Ciliciã, & ibi hyemauit. Dũ hæc Antiochiæ gerunt, Theodoricus Flandreñ. comes regis gener, cũ honesto comitatu Hierosolymã applicuit, cuius aduentu lætus populus Christianus, q̃ddã psidiũ q̃d trans Iordanẽ situ erat, obsessum expugnauit. Sagninus vero successibus prosperis elatus, regnũ Damascenoꝝ occupare cõstituit. q̃d intelligẽs Ainardus regis Damascenoꝝ socer, inita cũ dño rege societate, ipsum in subsidiũ vocauit: qua re cognita, Sagninus in propria reuertit. rex autẽ cũ exercitu Damascenoꝝ sicut pactũ erat, ciuitatẽ *Peneatẽ obsedit, obsessamq; ad deditionẽ cõpulit. Deinde Iohãnes Cõstantinopolitanus rursus potiundæ Antiochiæ cupiditate ductus, denuo coactis copijs ingentibus, in Syriã descẽdit: veniensq; Antiochiã, à Latinis habitatoribus minime est admissus: qui ex hoc magnã indignationem accipiẽs, in Cilicia hyemãdo reuocauit exercitũ, sperãs hyeme transcursa etiã inuitis ciuibus circa Antiochiã aliquid obtinere, seq; de illis vindicare cõstituit. Cum aũt ad initiũ veris venãdi causa egrederet, in aprũ sagittã mittens, seipsum ea manu qua arcũ tenebat, grauiter sagitta vulnerauit. erat em̃ sagitta illa venenata. mox itaq; ex tã leui causa mortis responso accepto, redijt ad castra. inualuit tñ veneni vis adeo, vt medici spem curæ nullam fore dicerẽt: sed si vitam seruare cuperet, manũ truncaret. hoc vir magnanimus audiens, cõstanter spreuit, indignũ asserẽs, vt vna manu tm̃ & tã nobile regeret imperiũ. Videns ergo mortis sibi imminere discrimen, Emanuelẽ minorẽ ex filijs declarauit imperij hæredẽ. ita vita functus, imperiũ filio reliquit gubernandum. Ea tẽpestate accidit res toti Christianitati valde dãnosa. nã cum dñs rex Hierosolymitanus Fulco apud Acã morã traheret, ac extra vrbẽ causa solatij perrexisset, casu lepusculus à canibus excitatus fugit: sequunt fugientẽ vniuersi. rex aũt equo incõsulte festinãs corruit, ita vt equus sella caput regis cõquassaret, ꝙ cerebrũ tã per nares q̃ per aures exiret. Igit cũ gemitu vniuersoꝝ ad ciuitatẽ relatus, triduo sine sensu adhuc palpitans vitã protraxit, q̃rta die spiritũ exhalauit, anno dñi 1142. Reliquit aũt duos filios, Balduinũ primogenitũ annoꝝ circiter xiij. & Almaricũ annoꝝ septẽ. In hac gñatione circa annũ dñi 1120. ordo Præmonstrateñ. originẽ habuit, cuius loci & ordinis fundator *Norbert⁹ extitit. Refert Vincen. ꝙ hic fuit Lotharingus genere, diuitijs atq; facundia clarus, qui diuino amore succensus, postposita seculi pompa, psbyter est ordinatus, verbo pdicationis institit, nudus nudũ sequit Christũ, q̃rundam etiã religiosoꝝ moribus exploratis, vitã inauditæ austeritatis assumpsit, per aliq̃d tempus nudis incessit pedibus, etiã brumali rigore, nõ destitit verbũ Dei spargere, & animas Christo lucrifacere. Deniq; Gelasius papa cũ in Gallias venisset, ad hũc vir Dei Norbertus nudis incedens pedibus accessit, animiq; sui propositũ pandens, licentiam seminandi verbũ Dei accepit. tandẽ à papa Callisto commendatus est Bartholomæo Laudensi epo: q̃ protectore, in loco Præmonstrati diuinitus inspiratus resedit, ibiq; solitariã & religiosam vitã agere cœpit, multosq; fratres colligens, regulã S. Augustini suscepit. Ordo Templarioꝝ & ordo S. Iohãnis in hac gñatione confirmantur, de quibus supra gñatione 37. est dictum. Anno dñi 1120. in Saxonia duæ munitiones fuere nõ longe ab inuicẽ, vbi media nocte videbat vigilibus vir ab vna progredi ad alterã in modũ faculæ ardentis. hæc visio non semel, sed pluries visa est. Anno dñi 1123. in pago Vormatieñ. videbat per aliq̃t noctes armata multitudo equitũ euntium & redeuntiũ, & quasi ad placiti colloquia nũc hic, nũc illic turmas facere: circa nonã vero horã cuidã monti, à quo & exisse videbant, se reddere. Tandẽ quidã regionis illius huic prodigiosæ cõcioni, signo crucis se muniens, appropinquauit, & moxquendã ex illis per nomen oĩpotentis adiurat, manifestare causam populi q sic appareret. Cui ille: Nõ sumus, inquit, vt putatis phantasmata, nec militũ vt videmur turbæ, sed aĩæ militũ non longe antehac interfectoꝝ. arma vero, habitus & equi, qa nobis prius fuerunt instrumenta pccandi, nũc nobis sunt materia tormenti, & totũ ignitũ est q̃d in nobis cernitis, quãuis id corporalibus oculis comprahendere nõ possitis. In hmõi comitatu etiam Emicho comes de Lyningen ante paucos annos occisus apparuit, & ab hac pœna orationibus & eleemosynis fertur se redimi posse docuisse. De his

Theodoric⁹ Flãd. comes

Emanuel Græc⁹ Imp.

Premonstrateñ. ordo.

Mira phantasmata apd' Vormatiã.

his nocturnis exercitibus scribit & Guil. Parisien. in tract. de dæmonibus. Anno salutis nostræ 1124. puero cuidã in pago Tullifeld nato crus dextrũ liuore tumefactũ, tandẽ crepuit, & pro sanie grana nõ pauca tritici, siliginis, farris, hordei ac auenæ euidenter effudit. Anno dñi 1120. venisse dicit Iohannes patriarcha Indorum, narrans Callisto papæ & cardinalibus p̃latisq́ alijs in cõsistorio publice, qualiter S. Thomas apostolus omni anno cõmunicet populũ manu sua, dignis eucharistiæ sacramentum porrigẽs, quã & retrahat ab indignis. Anno dñi 1139. Iohãnes de tẽporibus morit in Gallia, cũ vixisset trecẽtos sexagintavnũ annos, fuerat eñ armiger Caroli Magni. De B. Thõma Indorũ patrono.

In hac g̃natione Cunradus rex cõcessit Genuen̄. priuilegiũ signandi pecuniam argenteã & auream cũ ipsius nota, quod & nũc vsq; apud eos in fidẽ p̃missorum seruatum est. Cunradus rex Norinbergã vrbẽ instaurasse inuenit, in qua & insigne monasterium ordinis diui Benedicti ad S. Aegidiũ nuncupatũ, in celebriori vrbis loco fundauit. ab hoc Cunrado Norinberga incrementũ plurimũ suscepisse legit. Anno dñi 1126. quarta feria hebdomadæ pentecostes, pruinæ frigus plagã magnã tam nouellis vbiq; frugibus, q̃ vineis abundantissimã iam fœtuũ suorum spem turgendo promittentibus intulit, nec multo post, id est, 16. Kalen̄. Iulij frigora secuta est tempestas immensa, quæ diluuiũ minari videret, crudeliter aliqua deuastans. Item quædã ex locis palustribus vltra solitũ erumpentia, segetes contiguas & maxime triticeas vredine deprauarunt, apiumq́ fœtus ex toto pene periere. Sæpe fecimus hactenus ducũ de Zæringen mẽtionẽ, cũ pluribus locis, tum in Henrico 4. quare quæ in veterum monumentis de illis obseruauimus, annotabo, atqui varia tradunt oĩa. Inuenio chronicã Teutonicam quæ refert, ꝙ anno salutis nostræ 225. dux Bertoldus de Zæringẽ, fuerit dux Sueuiæ, Brisgaudiæ & Vchtlandiæ. Et ꝙ idem fuerit cõditor vrbium Bernæ & Friburgi in minori Burgundia Lausanen̄. diœcesis, & ꝙ vnicũ filiũ disciplinæ militaris gratia commiserit duci Burgundiæ, à quo cõtumeliose tractatus sit. qua de re Bertoldus dux, reuocato filio, duci Burgundiæ mouerit bellũ, in quo à Friburgen̄. Bernensibus & nõnullis alijs suis fuerit desertus, & à Burgundionibus maxima damna passus. Vnde vt duci Burgundiæ resistere & vicissitudinẽ reddere posset, ferunt eum extruxisse p̃claram istam arcem, quæ adhuc cernit in oppido Brisach. Inde Burgundiam longo tempore afflixit, in quorum memoriam hi versus turri sunt insculpti: Hanc dux Bertoldus portam struxisse notatur, *Ex qua propria fraude Burgundia depopulat. Quod dux Bertoldus arcem in Brisacho cõstruxerit, & Burgundiam inde vastauerit, nõ est mirum: sed ꝙ aliqui duces de Burgundia aut Zæringen anno dñi 225. fuerint, non bene quadrat, cũ Burgundiones per hæc tempora nondũ quidquã in Gallia occupauerint. Nam vt veræ docent historiæ, longe post sub Valentiniano primũ permissi sunt Gallias inhabitare, sed necdũ sub ducibus, sed sub regibus militauere. Vnde existimo vitio scriptorum historiã fuisse corruptam. Nec redolet quod à quibusdã scribitur, nobilem virum Bertoldũ de Zæringen à Friderico primo ducem factũ esse. ferunt hi quodam tempore Fridericũ imperatorem de cõuentu principũ Moguntiæ congregatorum, ex indignatione clam abijsse Sueuiam versus, vix tribus comitatum nobilibus, venisseq́ eũ noctu ad villam Bertoldi de Zæringen, & cũ eo in loco hospes publicus nõ esset, receptus asseritur ab eodem Bertoldo, cũ quo splendide supra omnẽ spem victitans imperator, vt gratias illi pro sua vrbanitate dignas ageret, eum in ducem & principem sublimare curauit. Hoc q̃ verũ sit, ex eo intelligi potest, ꝙ ante Fridericum primum duces de Zæringen inueniunt fuisse, puta sub Henrico quarto. Sed & Fridericus primus ab Ertolpho duce de Zæringen extorsisse legitur regnũ Burgundiæ cum archisolio Arelatensi, quod duces de Zæringen ab imperio, licet sine fructu, recognouerũt atq; tenuerunt, pro quo eidẽ duci imperator dedit inuestiturã regaliũ ecclesiarum, Lausanæ scilicet Geben̄. & Seduneñ. patet igitur p̃missa esse conficta. Quare cũ hi duces multũ potentes fuerint, vt qui multas ciuitates & castra ædificauerunt, monasteria plurima fundauerunt, Ruthardus eñ de Zæringen & Lantgrauius Alsatiæ, cuius vxor Iemenfrid & eorum filius fundauerunt monasteria Gengenbach & Suartzaschach: alij ita scribunt, ꝙ anno dñi 1056. Bertoldus filius *Betzelini comitis, ducatũ Carinthiæ vulgo Zæringen, ab imperatore obtinuit. *Bezelinus iste & Gebiso frater eius, fundauerunt monasteriũ monialium in Sultzberg, vbi sunt sepulti. Betzelinus iste decessit sine hærede, sed Gebiso frater suus reliquit filium noĩe Bertoldũ, qui successit in ducatu. ille cum Gebhardo fratre episcopo Constantiensi fundauit monasterium sancti Petri Constantiæ, quod hodie dicit monasterium S. Petri. ibi est sepultus. Fuit & Bertoldus dux de Zæringen, cui circiter annum 1178. Rudolphus Sueuiæ dux, comes Rhinfeld, imperator electus contra Henricum quartũ, Sueuiæ ducatum

Norinberga.

Duces de Zæringen.

Brisachum.

Ertolph9 de Zæringen.

tum dedit. hunc cũ teneret, cæso Rudolpho, Fridericus de Staufa ambiens, ab Henrico q̃rto accepit. Anno dñi 1112. Bertoldus dux de Zæringen Sueuus, cõdere cœpit ciuitatem Friburgeñ. in Brisgaudia ex villa. Hic Bertoldus postea anno 30. prope oppidum Molsheim occisus legitur, & ad S. Petrũ sepelitur. Hic Bertoldus decessit sine liberis, cui in ducatu Zæringen successit frater Cunradus, qui vxorem duxit Clementiam de nobili prosapia ducum Francorum. Hic Cunradus obijt anno 1152. & ad sanctũ Petrum sepultus est cum duobus fratribus Bertoldo & Rudolpho. Reliquit autem plures filios, Cunradũ, Bertoldum, Rudolphum, Albertum & Hugonem. Cunradus puer moritur, & ad S. Petrũ sepelitur, Rudolph⁹ epus Lausannæ obijt anno 1190. & ad S. Petrum sepelitur. Albertus factus est dñs in Drachenfels in Vuasgou, Hugo habuit dominium in Brisgaudia, & obierunt sine liberis, Bertoldus in bonis paternis successit oĩbus. Hoc etiã in tẽpore fuit Ertolphus dux, quẽ supra memoraui. Bertoldus iste anno 1178. Friburgũ in minori Burgundia cõdidit, vulgo Vchtland, & fertur regio ideo minor Burgundia dicta, ꝙ Treuiri cõtra Romanos, vt essent in p̃sidio, miserunt quodã tempore maximã nobilitatẽ, qui per burgos habitantes, Burgundi vocati sunt. Fertur enĩ ꝙ in eadem regione 36. generationes comitũ & baronum habitauerint. Bertoldus iste moritur anno 1185. & ad S. Petrũ sepelitur. Reliquit filiũ paternum nomen referentem, hic ex vxore filia comitis de Kiburg duos procreauit filios, & quia onerosus videbat̃ nobilitati, p̃potens enĩ erat & princeps nobilis, libertatis (vt aliqui coniectant) conseruãdæ causa veneno extincti sunt duo ducis filij. Nam paulo ante, anno scilicet dñi 1190. idem dux ædificauit Bernam, vt ipsi æstimabant, odio & æmulatione, & vocata est Berna ab euentu, ꝙ in nemore vbi nunc oppidũ est situm, vrsus captus fuit. Filijs hoc modo tanquam hæredibus e medio sublatis, dux ipse Bertoldus vehementer indoluit, exasperatusq; dixisse fertur: Ecce progeniem extinxerunt meam veneno, & ego eos hac ciuitate inficiam vsq; ad exterminium. Ita & effectus inde secutus. Videmus enĩ ꝙ fere omnis nobilitas eius regionis est eliminata. Dedit enĩ idem dux Bernam cũ pagis suis & cũ Burgundia minori, imperio. Super quo Fridericus secũdus multa Berneñ. dedit priuilegia, pollicitus ꝙ ab imperio nec per se, nec per suos successores alienari valerent vllo vnquã tempore. Idẽ imperator dedit eis quoq; primũ aduocatũ. Obijt hic Bertoldus anno 1218. sine prole. de hoc versus: Dum bis sexcentis ter senus iungit̃ annus, In Friburg morit̃ Bertoldus dux Alemanus. Hic est ille Bertoldus, de q̃ subscriptio c. venerabilem de elect. Bertoldus dux iste sororem habuit Agnetẽ, quã duxit Egon de Furstenberg, generauit ex ea filiũ, referentem nomen paternũ. Egon iste secundus duxit Adelheidam filiã comitis de Nyffen, & procreauit ex ea Cunradũ. Egon p̃dictus sepultus est in Tennebach. Cunradus duxit vxorẽ Sophiam de Zollern. Cunradus iste ædificasse fertur castrũ Friburgi in monte anno 1270. hunc Cunradum obsedit in Friburgo Rudolphus dux Austriæ anno 1279. Cunradus in Friburgo sepelitur. Egon filius Cunradi duxit Catharinam de Liechtenberg. sepultus est Friburgi ad S. Claram, reliquit aũt filium Cunradũ secundum, qui primo duxit filiam ducis Lotharingiæ, postea duxit Annam de Signau baronissam, ex qua suscepit filios Fridericum & Egonem tertiũ. Fridericus duxit Annam comitissam de Susenberg, deinde illa mortua, duxit Montifagam de Montfai. sepelitur in Friburg ad beatã virginẽ. ex Anna genuit Clarã vxorẽ Gotfredi de Tubingen. Egon frater Friderici duxit vxorem Verenã de Vuelschen Neuenburg. Iste Egon grauissimas lites habuit cum Friburgeñ. Concordia intercessit, & Friburgeñ. comemerunt libertatem à comite pro summa viginti millium marcarũ argenti, & comparauerũt sibi dominium in Badvuyler, vbi postea sepelitur. Hic Egon habuit filium Iohãnem, qui duxit filiam comitis de S. Georgio in Burgundia. morit̃ sine sobole, & in Vuelschen Neuenburg sepelit̃. Anna relicta Egonis tertij, duxit maritum secundũ Hermannum ducem de Tegk.

Friburgum

Drachẽfels.

Burgundia minor.

Berna.

Comites de Furstẽberg.

Hermannus dux de Tegk

GENERATIO XXXIX.

Anno dñi 1140. anno Innocentij pontificis 2. decimo, Cunradi 3. secundo, generatio 39. cœpit. Quo anno Edessa Mesopotamiæ ciuitas, ab Hebræis Arach dicta, ab Alaph Turcarũ principe capitur: vbi occisis oĩbus fidem Christi negare recusantibus, etiã in dedecus Christiani noĩs, nobiles matronas super altare S. Iohannis Baptistæ, q̃d sciebat à nostris veneratũ, stuprari fecit. ea aũt vrbs Rages Medorũ fuit dicta, ad quã Tobias pro accõmodata Gabelo pecunia filiũ suũ misit, & quam postea Thadæus apostolus ad Christi fidẽ conuertit, quæq; B. Thomæ ossibus exornata sacris refertur, quã etiam Abagarus rex obtinuit, qui datis ad Iesum literis, scripta manu Dei responsa accipere meruit, & quæ iam diu Christianis paruerat.

Edessa.

His

His temporibus Ro.q̃sdam senatores creauere, q remp. Romanam ditionemq; ad se ptinentem gubernarēt. Causam scribit Otho Frisingeñ. nam cum Innocētius auxilio eorũ ad deditionẽ Tiburtinos coegerit, volebāt illos vt muris ruptis, puincia excederēt, cōpelli. Quod cum recusaret facere, in Capitolio cōuenientes, antiquā vrbis dignitatē renouare parabāt. hoc pōtifex precibus ac minis soluere conatus, non potuit.

Anno dñi 1142. defuncto Fulcone rege Ierusalem, successit ei Balduinus filius in regno, quintus Hierosolymorũ rex, regnauitq; annis 24. fuit aũt adolescēs optimus, corpore pcerus, affabilis & misericors, ac Deũ timēs, mediocriterq; doctus. Eodē tēpore Innocētius papa, ne Christiani terrā sanctā oīno amitterēt, S. Bernardũ abbatē Claræuallis p reformanda pace inter sedē apostolicā & Cunradũ regē, in Alemaniā misisse fert, & recōciliatio Spiræ facta, in Franckfurt sigillis principũ roborata est. alij aliter, sed in hoc tñ cōcordant, q Bernardus Spirā venerit, vbi tum erat tātus ppl'i concursus ad eũ venerandũ, vt impator, ne ppl'us eum cōculcaret, manibus suis illum exportare sit dignatus. extāt circuli in pauimento ecclesiæ maioris tres, vbi pstratus in terrā vir Dei, ter fert salutasse virginē Mariā. Ad quē virgo Maria: Salue, inqt, Bernarde. Tũc rex Cunradus à S. Bernardo apud Frācofurt cum multis principibus crucem assumpsit, ac se ad terrā sanctā accinxit. Interea pōtifex Innocentius, habito apud Lateranũ cōcilio, multa instituit, moritq; anno salutis nr̃æ 1144. in cuius locũ Cœlestinus 2. Guido ante vocatus, S. Marci presbyter cardinalis assumit, natione Tuscus, sedit tm̃ 5. mēses. Sub Innocētio cōdemnat Petrus Abelardus, vt refert in speculo Vincentius, de q̃ ad Innocentiũ S. Bernardus: Habemus, inqt, in Frācia nouũ de veteri magistrũ theologũ, qui ab ineunte ætate in dialectica lusit, & nũc in scripturis sacris insanit, deinde capitula erroris explicat. huius Petri aliqñ discipulus fuit Ganfr. Antisiodoreñ. qui ait, Ego aliqñ mihi magistrũ recordor fuisse. & post pauca: Hic siquidē pciũ redēptionis euacuans, nil aliud nobis in sacrificio passiōis dñicæ cōmendabat, nisi virtutis eius exēplũ, & amoris eius incentiuũ. & subiũgit: Tria nãq; specialia Chr̃s nobis in sua passiōe exhibuit, exēplũ virtutis, incētiuũ amoris, & redēptionis sacramētũ. tertiũ euacuāte hæretico, cætera nihil pdesse poterũt. Cœlestino defuncto, Lucius 2. Bononieñ. pōtificatũ inijt cācellarius, Gerardus dictus, ac infra annũ morit. Hic grauiter à ciuibus Ro. psecutionē passus, humiles ad Cunradũ regē misit literas, suā ac totius Italiæ oppressionē continentes, ipsumq; ad patrociniũ Ro. ecclesiæ inuitauit. sed alijs occupatus, venire non potuit. ppl'us itaq; Ro. senatoribus q̃s ante instituerat, adiecit patriciũ Iordanē Petri Leonis filiũ, pōtificē adit, & oīa regalia eius tam in vrbe q̃ extra vrbē, ad ius sui patricij reposcit: eum more antiquorũ sacerdotũ, primitijs, oblationibus & decimis sustētari debere dicit. At cũ Lucius cōtra Ro. ppl'm senatũ remouere disposuisset, ingēti militia curiā vnde senatores expelleret, seu Capitoliũ inuasit. Tũc ppl's ad arma cōcurrēs, papā cũ suis expulit, vbi papa (vt fert) lapidibus attritus, postmodũ officiũ pastorale exercere non potuit, & breui morit, videlicet mēse xi. die 4. & in basilica Lateraneñ. sepelit. Nihil aũt p̃termittebat q̃d ad expeditionē p retinēda terra sancta ptineret. Nam mirũ in modum amore retinendæ Hierusalē excitabatur, q tituli sanctæ crucis in Hierusalem presbyter cardinalis, pontifex creatus fuerat, quam quidē basilicā totam ferme restituit. Eugenius 3. Pisanus, monachus Claræuallis, abbas monasterij S. Anastasii in vrbe, Lucio successit, anno dñi 1145. sedit annis 8. menses 4. Siquidē cum non satis inter cardinales cōstaret, quem potissimũ de numero suo deligerent, diuino nutu pciti, virũ hunc sanctissimũ Eugenium deligũt, qui vbi Romanos instare nimis etiā cognouit, q̃ sui cōfirmarentur senatores, ad Faruense monasterium se cōtulit, ibiq; vocatis cardinalibus, munus cōsecrationis accepit. Deinde Viterbiũ prexit. at Romani cum patricio suo Iordane p̃fecturæ dignitatē abolentes, oēs principes & nobiles ex ciuibus ad subiectionē patricij cōpellũt, & cardinaliũ, clericorũ & q̃rundam illustriũ laicorũ subruentes domos, p̃dam immensam diripiũt, ecclesiā B. Petri incastellare sacrilege & pphanissime non metuũt, pegrinos causa orationis aduenientes, ad oblationem q̃stus gratia plagis & verberibus afficiũt, ac q̃sdam ex ipsis offerre nolentes, in templi porticu occiderũt. Quos venerabilis pontifex cum Iordane & fautoribus excōmunicauit, adiunctis Tiburtinis Romanorum antiquis hostibus, militia coercuit, tandemq; petere pacem coegit: quam pacem eo tenore dedit, vt principatus dignitatem abolerent, & præfectum in pristinam dignitatem reciperent, senatores vero ex eius autoritate retinerent. sicq; in vrbem rediens, natiuitatem domini celebrauit. Verum postea cum resciisset dolos in vrbe machinari, fugam inijt, nauibus Tiberi delatus, insidias veritus: quē Romani haud secus, q̃ Gelasium olim, ar-

Balduinus 5. Herosi. rex

Bernardus apud Cunradũ Spiræ.

Cœlestinus 2. papa.

Lucius 2. papa.

Eugenius 3. papa.

Eugenij fuga.

mis telisq́ꝫ iniectis psecuti sunt. appulsus aût Pisas, in Frãciã inde migrauit. Hæc Otho Frising. Erat tum in Gallia Bernardus Claræuallensis abbas, à q̃ Eugenius superueniẽs didicit, pessimo loco rem Christianã in Asia esse: q̃re ambo Ludouicum regem Francorum orant, vt cruce signatus expeditionẽ pararet. Cunradus q̃q; Ro. rex cruce iam signatus, paratis ad iter necessarijs, anno dñi 1146. mense Maio exiuit, transcursis Bauaria, Austria & Hungaroꝝ finibus, & emensa vtraq; Pannonia, Thraciam attigit, ad vrbemq́ꝫ demũ Cõstantinopolim puenit, q ab Emanuele imperatore Græcoꝝ magnifice susceptus, data exercitui aliquali qete, transito Hellesponto, cum suis legionibus in Syriam venit, ducens in suo comitatu loricatoꝝ 70. millia absq; peditibus. Applicuit igitur rex Lycaoniam, cuius metropolis est Iconium. tradiderat aũt Emanuel imperator Cõstantinop. Ro. regi viæ duces, q innata vsi malitia, siue de mandato dñi sui, siue infidelium corrupti pecunia, studiose ceperũt p deuia Alemanoꝝ trahere legiones. cumq́ꝫ deduxissent exercitum, p̃ lassitudine nostris dormientibus, nocte clam relictis castris diffugerũt, populo sine duce relicto: luce facta, nõ sunt inuenti: q̃ cõperto, Imp. cõgregatis principibus cõsulebat qd facto opus esset, alijs redeundũ, alijs pcedendum cõsulentibus. Dumq́ꝫ sic locoꝝ ignari & p alimentoꝝ defectu soliciti fluctuarent, nunciat̃ in vicino aduentare infidelium acies. erat eñ in solitudine sterili constitutus exercitus, sicut studiose à p̃dictis seductoribus fuerat introductus, dicebat̃q; publice, nec à vero aberat multum, ꝙ cõscientia imperatoris Græci inuidentis Latinis, fuerint hæc molimina cõstructa. Sic igit̃ dum fame, labore & locoꝝ ignorantia laboraret exercitus fidelium, subito Turcaꝝ acies imperatoris castra irruunt. Nostri aũt q̃uis in principio stupefacti trepidassent, attñ vtcunq; recollectis animis, prout locus pmittebat & tẽpus, viriliter resistebãt, postremũ fame attriti iam deficere incipiebant. Sic ergo in gyrum ab infidelibus fidelium vallatus exercitus, teloꝝ & sagittaꝝ immissionibus anxie nimis & vsq; ad mortẽ p̃mebat̃, nec dabat̃ nostris referiendi, & cum hostibus cõflictandi copia. q̃ties eñ in hostes fidelium acies impetum facere nitebantur, illi dissolutis agminibus nostrorum eludentes conatus, ad diuersa ferebantur: iterum nostris in castra se recipientibus, illi agmina sua reuocãtes, nostroꝝ cingebãt exercitum, & instantes acrius q̃si obsessis, requiẽ negabãt. factũ est ergo occulto Dei iudicio, ꝙ oĩs illa principũ virtus, q̃ armis, viribus & nũero videbat̃ incõparabilis, subito contrita corrueret, ita vt vix illi⁹ vestigia gloriæ supessent. Sed de 70. millib⁹ equitũ, & de tãta pedestriũ manu vix decima pars euaserat, alijs aut occisis, aut captis. euasit aũt imperator cum paucis principibus, q licet cum difficultate in partes Niceæ venerũt, hostes tñ victoria potiti, onusti spolijs, locupletes armis & eq̃s ditati sunt, regis Francoꝝ aduentũ, quem ad easdem ppe partes aduenisse rumor deferebat, auide expectantes. huic tñ tãto negocio Sultanus Iconij non interfuit, sed qdam primicerius militiæ suæ. Traditũ est, Emanuelis dolo gypsum farinæ admixtũ, vnde panis q̃ vesceret̃ Germanicus exercitus, cõfectus est. Acta sunt hæc anno salutis nr̃æ 1147. mẽse Nouẽb. Hi aũt filij Belial, q duces dati à Græculo fuerãt, vt peccatis pctã cumularẽt, ad regis Francorum pperant exercitũ, mẽtientes imperatorẽ eoꝝ fretum ducatu, oĩa pspere egisse, & Iconio violẽter expugnato, de hostibus triumphasse. Interea rex Franciæ Ludouicus pene eisdem subsecutus vestigijs, cum suo exercitu venit Cõstantinopolim, vbi modicam moram trahens, transito Hellesponto, in Bithyniam descẽdit, deq́ꝫ Cunrado imperatore diligentius inq̃siuit, cui cum veraciter significatũ fuerat, ipsum amisisse exercitum suum, & cum paucis principibus euasisse, fractus animo, qd sibi faciendũ esset, anxie nimis cogitabat. Igit̃ pcessu tẽporis certior de strage impatoris factus, modico interuallo Fridericus dux Sueuoꝝ, impatoris ex fratre nepos, secundũ aliq̃s filius Cunradi, q ex illa strage euaserat, ad exercitũ regis Francoꝝ pperauit, à q̃ q̃ sinistra euenerant, certius didicit. Igit̃ motis castris rex Ludouicus ad locum in q̃ imperator castrametatus fuerat, puenit: vbi familiaribus vsi colloquijs, ordinant simul iunctis copijs pficisci. Sed cum Ephesum Asiæ minoris metropolim peruenissent, imperator seu de paucitate suoꝝ verecundiam non sustinens, seu Francoꝝ fastum non ferẽs, suis p terram remissis, ipse nauigio Cõstantinopolim reuersus est, vbi cum suis principibus vsq; ad veris initium hyemabat. Interea rex Francoꝝ p aliq̃t dies Ephesi cõmoratus, puenit ad vada *Venandri fluminis. hic Francis primũ hostes iuxta eoꝝ desideriũ intueri datum est. continuo rex in eos flumine transmisso cum suis viriliter irruit, multisq́ꝫ occisis & captis, reliq̃s in fugam vertit, q̃s cum castris in q̃ fugerãt, cepit. Habita igitur victoria, ac præda lætiores facti, rursum mane ad iter se accingunt, viam continuantes. at vexillifer regis exercitum p̃cedens, ad montem quendã puenit, deinde consilio maiorũ psuasus, ne illic subsisterent, ad vlteriora illo die cõtendit, factumq́ꝫ est vt seq̃ntes lente

Cunradus 3. in Syriam proficiscit̃.

Cunradi exercit⁹ Emanuelis fraude concidit

Ludou. rex Franciæ Syriam adit.

Error signiferi.

lente incederent, putantes in monte signato castra mansura, & ita qbusdam trāsgressis montē, exercitus diuisus est. Quod vidētes infideles q ex latere exercitū sequebant, sumpta occasione tum ex locorū angustijs, tum qa militū robustior portio pterierat, subito aciebus instructis irruūt in nostros, & anteq̄ arma corripere possent, acies Frācorū dissoluūt. Christiani tn̄ viriliter resistūt, pugnaturq́; diu marte ancipiti, tandē infideliū pualuit manus, & Christianorū exercitus valde est diminutus. Rex aūt Francorū casu ex tāto erutus piculo, pdicti mōtis verticē adscendēs, intempestæ noctis silētio ad locum in q̄ pcedentes castrametati fuerāt, puenit. Cœpit aūt ea die cibus illis deficere, & q̄d deterius erat, sine duce vagabant errabundi, tādemq́; cum multa difficultate ad vrbem Satiliam puenerunt, q̄ tum erat sub ditione impatoris Græcorū, q̄ in loco ipse cum reliquis pedestribus copijs, & suis principibus nauigio ad portum S. Simeonis puenit, vbi mansit donec sui oēs venissent. Princeps aūt Antiochenus Raimundus, ante regis aduentū totius regionis cōuocatis nobilibus, illi occurrēs, eum cum comitatu Antiochiā magnificētissime pduxit, sperans regis auxiliū ad ampliandū principatum. Igit post aliq̄t dies id q̄d mēte cōceperat, regē adijt, eius petēs auxiliū, vrbes finitimas subiugare statuēs. sed vbi vidit se non pficere, cum rex Hierosolymā irreuocabiliter pficisci destinasset, mutato studio, regis vias abominari cœpit, & in læsionem eius armari. Quod cum regi cōpertum est, molimina principis pueniens, de suorū cōsilio vrbe Antiochena clam egressus est. Fuerūt q regi imputarēt, q̄ tāti viri de se bene meriti preces non admiserit, cum facile vnam aut plures vrbes obtinere potuisset. Interea imperator Cunrad⁹ acta hyeme apud Emanuelē Imp. classe vectus, cum suis portum attigit Aconensem, deinde Hierosolymā applicans, à rege & vniuerso clero ac populo introductus est in sanctā ciuitatē. Applicuit q̄q; isdē diebus Alphonsus comes Tolosanus, q anteq̄ Ierusalē pueniret, apud Cæsareā perijt, vt fertur, veneno. Nunciat interea regē Francorū appropinquare, q̄re rex de cōmuni oīm cōsilio misit illi obuiā patriarcham. Præueniēs ergo illū patriarcha, & vniuerso populo occurrente, in sanctam ciuitatē introductus est, atq; ad loca venerabilia honorifice deduct⁹. vnde in vnū conuenientes tres reges, q̄d facto opus sit, secū tractabāt. Igit post dies aliq̄t apud vrbem Aconensem curia indicit gn̄alis, vt de fructu tantæ pegrinationis, & de regni cōseruatione tractaret. interfuerūt tres reges, Romanus, Francus, & Hierosolymitanus, cum multis principibus viris: & cum de multis consultassent, ad postremū de cōmuni oīm cōsilio visum est expeditius, Damascenorū vrbē obsidere. Vnde firmato cōsilio pcipitur, vt die statuto oēs sint parati copias suas eo deducere. Anno salutis 1147. 25 die mensis Maij, cōgregati pdicti Deo amabiles reges, pūia dn̄ica cruce, copias p montem Libanum, q medius inter Cæsaream Philippi & Damascū interiacet, ordinato agmine ad q̄rtum à Damasco lapidē castrametant, ex q̄ loco vrbs pspici potuit. quā vrbem seruum Abrahæ fundasse cōstat loco campestri naturáq; arido, sed arte vbere atq; fœcundo. paruus siquidē amnis in regione vnicus, non multū à mœnibus pterlabēs, lingulam q̄ndam facit, in q̄ nostri castra ponūt. erant & horti macerijs muniti, vbi post macerias latebant Turcæ, sagittis nostros iaculantes. Balduinus cum primū duceret exercitum, tm̄ ex illis passus est molestiæ, vt in eas munitiones conuersus, Turcas depulerit, hortosq́; occuparit. At ex opposito Turcæ nostros sagittis frequentibus e flumine phibent. sed postq̄ totis copijs nostri digladiare cœpissent, hostem fugere in ciuitatem cōpellunt. Cōmissum est ab imperatore egregiū facinus, cum pedes interesset plio, exertoq́; gladio pugnaret, Turcus qdam ingenti corpore eum arctissime à collo depræhendit. At Cunradus tam valido ictu Turcam inter collum armūq́; sinistrū percussit, vt eam partem ad dextram vsq; adacto gladio secuerit. re ad ciues relata, desperare cœperunt, ac pleriq; iam se fugæ parabant. Erāt tum Syri qdam pceres, qbus Balduinus oīno credebat. hi corrupti muneribus à Damascenis, regem induxere, vt transportaret exercitum ad alteram vrbis partem, vbi dixerunt eam esse infirmiorem. credulus ille mouit castra. q̄ facto, Damasceni repente statiua nostrorum occupāt ac muniunt, nostrosq́; ab aquatione & cōmeatu phibent. q̄re siti & fame laborantes, tādem non sine contumelia obsidionem soluunt. redeunt igitur Hierosolymam, fraudes eorum q eos seduxerant, detestantes, & vt refert Anto. postmodum tota illa pecunia proditoribus à Damascenis data, inutilis repta est & penitus falsa. Audiēs itaq; fraudes rex Cunradus, parato nauigio ad imperium est reuersus. Ludouicus rex Francorum non multo post eum secutus est. ab eo aūt die cœpit Latinorum conditio manifeste deterior fieri. nam quorum solum noīa prius hostibus fidei erant formidini, illis nunc despectui fiunt. Interea Rogerius rex Siciliæ & Apuliæ Rom. classem, vt scribit Blondus, duxit ingentē, ac tātis Saracenos incōmodis cladibusq́; afflixit, vt rex Tunesii tributo

Ludo. ab Antiochenis excipit.

Cunrad. Hierosl. intrat.

Damascus obsidetur.

Cunradi 3. Imp. egregium facinus.

buto q̃tannis ꝓmisso ingẽti,pacẽ impetrare coactus sit, q̃d certe ad 30.annos cõtinuè exegit. Deinde reuersus, Emanueli imperatori Constantinop. cuius dolos fraudesq́ꝫ & inimicũ in nostros animũ melius,q̃ Gallici aut Germanici reges,nouerat,infensus, eum bello domare cõstituit. Cum classe itaqꝫ tunc de Aphrica reducta,Corcyram & eius vrbem Corphũ aliquãdiu oppugnatã,Corinthũ q̃qꝫ & Thebas & Euboeam,q̃ & Nigropõtus,de impio Cõstãtinopolitano cepit,spoliauitq́ꝫ.flexit postea obmissa Cõstãtinopoli ad Asiæ littora,Chr̃ianis opẽ,aut barbaris incõmodũ allaturus,idq́ꝫ Chr̃iano nomini feliciter cessit. Ludouicũ eñ Frãcoꝝ regẽ, quẽ in itinere Saracena classis forte interceperat,Rogerius casu obuius,parta de Saracenis victoria,Christianũ regẽ gaudẽs venerabũdusq́ꝫ ab interitu liberat. Sed ferũt alij,regẽ Francoꝝ,cum ex Syria in Galliã nauigio rediret,casu à Græcis captũ esse. Tum Rogerius classe veniẽs,illos aggredit͛,regẽ liberat. vtcunqꝫ sit,rex liberatus est. Interim vero classis Veneta q̃ Emanueli fauebat,ea loca recipit,q̃ Rogerius paulo ante occupauerat. Quod cum intellexisset Rogerius,rege Francoꝝ dimisso,Cõstantinopolim delatus,suburbia Emanuele p̃sente incendit,& palatiũ aliquãdiu oppugnatũ cum capere nequisset, eo vsqꝫ tñ ꝓgressus est,vt poma impialis pomerij manu ꝓpria legeret. Veꝝ satiatus dãnis, cũ postea in Siciliã incõposita classe trãsiret,in Venetos incidẽs instructos,& ad dimicandũ paratos,ex suis triremibus 20.amisit,ægreq́ꝫ fuga sibi salutẽ q̃siuit. hæc alij acta scribũt anteq̃ reges Damascũ obsedissent. Rediẽs in Franciã Ludouicus,Helionorã vxorẽ Guilielmi Pictauieñ.filiã,petulantẽ q̃dem fœminã,repudiauit, plerisq́ꝫ asseuerantibus eam Ludouico cognatiõis gradu attinere,ex q̃ etiã filias duas susceperat. Hæc res initiũ fecit multis postea bellis. nam Henricus dux Nortmannoꝝ eam duxit,cui Andegauia, Cenomania & Turonẽsis comitatus obuenit, q̃s terras defuncto eius patre, vnà cum regno Angliæ suscepit,& ex hac causa ducatũ Aquitaniæ rex Frãcoꝝ amisit. Post dictoꝝ regũ recessum Noradinus Sagnini filius,cum infinita suoꝝ manu in Antiochenos sæuire cœpit. Quod cum principi Raimũdo innotuit, sicuti impetuosus & p̃ceps erat,non expectãs socioꝝ auxiliũ,cum paucis obuiã ibat:& cum ad hostẽ venisset,incert⁹ ob tantã multitudinẽ sero acies instruxit:& pugna cõmissa,q cum eo erãt,hostiũ vires non ferentes,in fugã versi sunt: princeps vero strenuus in media hostiũ strage viriliter decertãs,gladijs confossus interijt. Noradinus potitus victoria, caput principis cum dextro brachio p̃cepit in signũ victorię ad Caliphã Baldacẽsem & alios Turcaꝝ satrapas orientis deferri. comes etiam Edessenus,q ex eo bello euaserat,in via insidiantibus hostibus captus est. atqꝫ Alapiam deductus, squalorem carceris non ferẽs, miserabiliter vitam finiuit. Post cuius mortẽ vxor eius prudentissima, regiõis p̃sidia q̃tum potuit munire satagebat. Interea imperator Constantinop. audiẽs illaꝝ partiũ q̃ suæ ditiõis erãt,desolationẽ,principẽ quendã cum ingenti pecunia ad comitissam mittit, offerens eam,si p̃sidia q̃ penes se remãserant,eius imperio cõcederet. cõseruare eñ ea, ac amissa recuperare ꝓmittebat. In quam sententiã & rex Ierusalẽ q tunc aderat,condescendebat,ꝙ speraret Græcoꝝ viribus in eo statu ꝓuinciam cõseruari posse. Perfectis igitur oĩbus,secundũ q̃d in pactis cautum erat,atqꝫ oppidis oĩbus Græcis resignatis,rex Hierosolymitanus assumpta secum comitissa cum liberis & oĩbus alijs Latinis exire volẽtibus,Antiochiã egreditur. Noradinus aũt Turcaꝝ potẽtissimus,vidẽs terram Latinoꝝ auxilio destitutã,de Græcoꝝ mollitie p̃sumens, missis exercitibus, infra annum vniuersam occupauit regionẽ. sic ergo ꝓuincia opulentissima in manus venit Turcaꝝ. Anno 1152.& sunt q adcũt vnum,Cunradus 3.Imperator Sueuus,posteaq̃ annos pene 15.regnasset,fato defunctus est,in monasterio Lorch apud Sueuos tumulatus. Cæsarei sepulchri honorem & antiquitatem versiculi ꝓbi magis q̃ elegantes testantur. magnus erat hic princeps pacis & belli studio, si æquam habuisset in externis cõponendis fortunam,q̃ Germaniæ statum pacauerat. Nec multo post eius interitum Eugenius 3.pontifex anno 1153.mortem obijt. memoratu digna gessit & hic p Bernardum. is eñ in concilio Rhemensi circiter annum dñi 1148. Guibertum Pictauorum ep̃m absurda q̃dam de Trinitate differentem, confutauit. Est & ibi Britannus q̃dam hæreticus damnatus. Sub isto etiam Eugenio translatus est liber Iohannis Damasceni presbyteri de Græco in Latinum, in quo continetur orthodoxæ fidei traditio,in quatuor diuisa libros. hic tñ de processiõe S.Sp̃us à filio,cum Gręcis non fideliter sentit. potuit tñ excusari ab hæresis vitio, q̃a tempore suo nondum erat ab ecclesia determinata materia illa,vt dicit Thomas in Summa. Defuncto igitur Eugenio pontifice,Anastasius 4.patre Bñdicto,patria Romanus,abbas antea S.Rufi,ex cardinali pontifex creatur anno dñi 1153.sedit annũ vnum,menses 4.dies 24. Anno dñi 1153. addunt vnum nõnulli, Fridericus huius nominis primus,q postea Barbarossa est dictus, Sueuiæ

Rogerij cũ Emanuele bellum.

Helionorã Ludouicus Francus repudiat.

Raimundi cædes.

Turcæ Antiochenos occupant.

Cunradi 3. interitus.

Ioh. Damasceni liber.

Anastasius 4.papa.

Frideric⁹ I. Imp.94.

Sueuiæ dux, Cunradi 3. Imp. ex fratre Friderico nepos, oim principū suffragijs apud Frācofordiā imperator designatus est. Deinde accepta principū fide, apud Aquisgranum regia pietate coronatur, q̊ confluxerat oīs pene Germanica cum Italis qbusdam & Gallica nobilitas, testatura quam de tanto iuuene spem concepisset Europa. Sunt q mox ad Eugenium Pont. q adhuc ecclesiæ p̄erat, legatos, electionis huius nuncios, missos scribūt. Fuit ille statura iusta, faciem corporisq; habitū cum animo cōponens, genuinam q̄ndam primis etiam annis constantiā, seueritatem'q; p̄ se ferebat, barba capilloq; rufo. sed q̄s optimorum scriptorum fide animi & fortunę dotes habuerit, e Gunthero Ligurino poeta cognoscere licet. ait enim iste de Friderico Sueuo: Nobilitatē viget, claro'q; hinc sanguine reges, Inde duces contingit auos. facundia dulcis, Forma nitens, animusq; sagax, manus impigra, solers Cōsilijs, belloq; ferox, & pace modestus, Mente senex, ætate puer, prudentia rerum, Certus amor, robusta fides, cōstantia mētis, Nec frangēda malis, nec sustollenda secundis. Laudis amans, largitor opū, crudelibus atrox, Tranquillus placidis, ferus indomitus'q; superbis, Supplicibus facilis, iustis pius, asper iniquis, Fortis ad instantes casus, prudens'q; futuri, Præteriti'q; memor, socijs bonus, impius hosti. Hūc resp. Germanica tutorem, hunc patrem patria nacta est, in q̊ certa scriptorum memoria, largam dñi manum, quendā bonorum cumulum posteritas admirari solet. Fridericus post acceptam apud Aquas coronam, gñalem curiam in Mersburg celebrauit, vbi rex Danorum Petrus regiam coronam de manu Cæsaris accipiēs, homagiū & fidelitatē iurauit. Deinde pacem in Gallia & Germania reformauit, conuentū principū multis in locis ꝓpterea habēdo. Erat tum magna cōtrouersia inter Henricū ducē Saxoniæ & Guelfonē fratrē ex vna parte, & Henricū Luipoldi marchionis Austriæ fratrē ex altera, pro ducatu Norico. Vnde regi magna anxietas succreuerat. fuerūt eñ ambo cōsanguinei ꝓximi. Priuauerat Cunradus rex Henricū, Superbū dictū, ducatu Bauariæ, patrē Hērici & Guelfonis, & eundē ducatū Luipoldo marchiōis Austriæ filio cōtulit, sed hic immatura morte obijt, fratri suo Hērico ducatū relinquēs. Ob eam rem inter p̄dictos variæ cædes factæ sunt, vnde cōsilio principum Fridericus rex litē hoc modo sedauit, vt Hēricus de Saxonia ducatū Bauariæ reciperet, quem & pater & auus suus habuerant, Henricus vero de Austria, cum ante tm̄modo fuisset marchio, in ducū numero referretur, q̄s dignitates Fridericus mox cōcessit vtrisq;. factus'q; est Hēricus ex marchione dux primus Austriæ, & sic sedata est discordia. Guelfoni q̄q; auunculo suo rex cōtulit in beneficium marchiam Tusciæ, ducatum Spoleti, principatū Sardiniæ, & totam terram Mechtildis comitissę. Habebat aūt rex fratrem Cunradū ex parte patris. nam pater ipsius mortua Iuditha matre regis, duxit aliam vxorē de gñe comitū de Zueinbruck & Sarburg, ex q̄ genuit præfatum Cunradū. Hoc tempore mortuo Hermanno Palatino comite Rheni sine legitimo hærede, Fridericus rex Cunrado fratri cōtulit Palatinatū, q Cunradus vsq; ad extremū vitæ Heidelbergæ sedem habuit, vbi etiā anno dñi 1185. p̄positurā cœnobij in Neuenburg ꝓpe Heidelbergā, in monasteriū monialium cōmutari fecit, de cōsensu tñ abbatis Laurissensis, ad quem pleno iure spectabat. eodem tēpore diuortium latum est inter Fridericum & vxorem suam, filiam marchionis de Vogsperg in synodo Constañ. propter impedimentū consanguinitatis, vt refert abbas Vrspergeñ. At paulo post duxit filiam Rainaldi Burgundiæ comitis excellentissimi principis, noīe Beatricem, alij Hagnem dicūt, ex q̄ genuit Henricū, Fridericum, Cunradū, Philippum & Othonem. deinde socero defuncto, Fridericus regnum Burgundiæ cum archisolio Arelatensi in potestatem suam redegit, vt infra dicetur.

Inter hæc Anastasius papa pontificatus sui anno I. mense 4. moritur, cui Adrianus genere Anglicus episcopus cardinalis successit, anno 1154. sedit annis 5. mēses 6. vt refert abbas Vrsperg. Adrianus primo coronationis anno tum precibus tum minis sollicitatur, vt consulibus liberam vrbis administrationem relinqueret. renuit is constantissime. Instabant Ro. clerici, vt in Lateranum ꝓficisceretur faciendæ consecrationis causa, q̊d etiam facere recusauit, nisi Brixianus Arnoldus hæreticus, ab Eugenio antea damnatus, ex vrbe pelleretur. Hoc aūt ægreferens populus, cardinalem S. Pudentianę ad pontificē sacra via ꝓficiscentē, vno atq; altero vulnere afficit. hāc ob rem iratus pontifex, eos execratione ꝓsecutus est, q̊ad mutata sententia & Arnoldum ab vrbe pepulere, & populus abdicare se magistratu coactus est, relicta pontifici vrbis libera administratione. Anno 1153. S. Bernardus abbas obijt, anno ætatis suæ 63. fertur aūt in testamento fratribus tria documenta reliquisse: Nemini scilicet in primis in vita mea scandalum dare volui, & si aliqñ incidi, sedaui vt potui. Secundum, minus semp sensui meo credidi q̄ alterius. Tertiū, læsus nunq̄ vindictā expetiui. Ecce hoīs charitatē, humi

Sūma laudū Friderici.

Frid. pacis Germanicæ autor.

Dux Austriæ I.

Friderici vxores.

Adrianus 4. papa.

S. Bernardi interitus.

humilitatem & patientiã. Anno dñi 1155. dispositis in regno rebus, Fridericus contracto exercitu validissimo mouit in Italiam hac de causa, qa ꝑpter longã absentiã imperatoris, ad insolentiã declinauerat, & suis confisa viribus, aliquantulũ rebellare cceperat. Mediolanẽses primi post ingressum eius petebãt, vt ipsis rex cõcederet sup Cumam & Laudam dñium, multã pecuniã ꝑmittentes. sed cum nec prece nec precio id impetrare potuerũt, tres dies maiestatẽ regiã in solitudine circũduxerũt, quis tãdem cõtra voluntatẽ eoꝝ iuxta Mediolanũ cum exercitu pueniens, castra locauit milliari teutonico ab vrbe, ibiq; cum exercitui mercatum negarẽt, nobilissimũ castrum Rosatum, qp videlicet 500. milites armatos in ꝓsidio habebat, capi & incẽdio destrui rex fecit. milites etiã sui vsq; ad portam Mediolanensiũ discurrũt, multos vulnerantes, & capientes. ortis hinc inde discordijs, exercitus regis fluuiũ Ticinum versus Nouariã veniẽs, duos põtes, qs ipsi incastellauerãt, violenter occupat, qs post transitũ totius exercitus destruxit. Inde tria castra eoꝝ, Minimã, Gailardã & Trecã vastant, & natali dñi celebrato, p Vercellas & Taurinũ euntes, Padũ transeũt. Inde Cairam maximã & munitissimã villam destruũt, ciuitatem Astam incendio conflagrãt, deinde Dertonam ciuitatẽ munitissimã natura & arte obsidẽtes, & post tres dies Burgo capto, postq; multos assultus multasq; cædes hincinde editas, arcẽ p deditionẽ accipiũt. destructa Dertona, Papienses vt gloriosum regi triumphũ facerẽt, maiestatẽ suam ad ciuitatẽ inuitauerũt, ibiq; coronatus, in maxima lætitia & ingenti ciuitatis seruitio incedẽs, tres dies cõmoratur. Deinde directo tramite p Longobardiã, Romaniam, Tusciã & Sutrium vsq; puenit. ibi dñs aplicus cum tota ecclesia Ro. regi hilariter occurrens, consecrationem paterne obtulit, suaq; grauamina q̃ à Ro. populo passus erat, non sine q̃rela indicat. sic q̃tidie simul euntes & simul hospitantes, dulciaq; miscẽtes colloqa, Romam pueniunt. Altera die q̃ fuit 6. Kal. Iulij, pontifex in basilica S. Petri Fridericum imperiali corona donat. tum populus Ro. p Adriani portam vi erumpit, Teutonicos contra volũtatẽ põtificis cędit. vicissim vero impiales ex Romanis ad mille viros occidũt, nõnullos capiũt, qs tñ ad ꝓces põtificis impator incolumes dimisit. mane facto, põtifex & impator ad Lateranũ venere. Deinde oib⁹ munitionib⁹ ĩ potestatẽ suã redactis, impator apud Albam papæ valedicẽs, & omissa id tpis Sicilia, in Germaniam ꝓperat, & in itinere Spoletum diruit, rebellantẽ incendit, funditusq; euertit, dehinc p totam Italiam & Longobardiã multis rebellibus edomitis. Cum aũt venisset Veronam imperator, p Athesim nauib⁹ compactis trãsportauit exercitum. Albericus vero dux ex ciuitate cum qbusdam latronibus voluntate ciuiũ clausuras Falerni, vbi ex vtraq; parte itineris mons ꝓruptus est, occupauit: & parte exercitus iam ꝓtergressa, imperatorem cum reliquis offendit, ac nisi pecunia se redimat, viam sibi ꝓcludi belloq; cõgredi minatur. imperator ingentis animi vir, tale pactum cum latronibus imperatorẽ facere dedecorosum existimans, cum exercitus parte substitit, ac se ad confligendũ ꝓparauit. Interim Otho Palatinus de Vuitilispach senior, pater Ludouici q postea dux effectus est Bauariæ, lectis de exercitu strenuis viris, valle gyrata, q̃dam locoꝝ gnaro ductore, hostibus inscijs montana reptando cõscendit, moxq; signo dato, eosdem inuasit cum clamore, & in ꝓcipitium cõpulit, sicq; fere oĩbus morti datis, captos ex eis 12. ꝓcipuos, imperatori tradidit, ex qbus xi. suspensis, vno dimisso q reliqs illaqueauerat, ipse imperator p vallem Tridentinam repatriat, maximaq; potitus victoria, cum mille & 800. militibus hostes ꝓfligauit. Reuersus in Germaniã imperator, ducem Bohemoꝝ regia decorauit dignitate atq; coronat: conta Polonoꝝ q̃q; ducem mouẽs, ipsum ad deditionem coegit, ac cẽsum iam p aliq̃t annos neglectum reddere cõpulit. Refert hic Otho Frising. Fridericum voluisse, dum esset in vrbe, progredi contra Guilielmũ q Rogerio successerat, & q Apuliã occupabat, sed à qbusdam principibus ꝑsuasus hoc differre statuit. postea tñ q̃ ex vrbe discesserat, Guilielmus Beneuentana suburbia, Ceperanum, Baucumq; in Hernicis de ecclesia occupat. ob quam rem indignatus pontifex, regem Guilielmũ anathemate notat, eiusq; ditioni subiectos omi sacramento liberat, quo facilius ab ipso deficerent, nullo iureiurando adstricti. Hæc Blondus & Platina ante coronationem Friderici asserunt facta. In hoc tñ concordãt oẽs, qp post recessum imperatoris põtifex proribus Apuliæ obsecutus, Beneuentum se contulit, maioremq; regni partem sua tñ ꝓsentia Guilielmo abstulit. Interea Palæologus vir qdã nobilitate insignis, Emanuelis impatoris Constantinop. nũcius & orator, Beneuentum petijt, pontificiq; Imp. Græci noĩe sponte obtulit auri libras 5. millia, fugaturumq; se ex Italia Guilielmũ, si tres maritimæ in Apulia vrbes ei ex fœdere rebus benę gestis darentur. Quod vbi Guilielmus resciuisset, pontificem ad misericordiam cohortatus, pollicetur non modo se restituturum quæ de ecclesia abstulerat, verum vltra

quædam

Friderici prima ĩ Italiã ꝓfectio.

Papiæ Fri. coronatur.

Veronensiũ perfidia.

Primus Boemię rex.

quædã alia condonatur, Romanosq́ ecclesiæ rebelles in officio retentur, si vtriusq; regni titulis tam citra q̃ vltra Pharũ positi insignior fieret. id pontifex, aduersantibus quibusdã cardinalibus, recusauit. Venerãt & hi legati ad Fridericũ Cęsarẽ, muneribus eum aduersus Guilielmi vires allecturi, qui Adriano plane & Roberto Capuano reliquisq́ exulibus, nõ Græcæ leuitati obsequens, rem suisset aggressus, ni tam multis affectus incõmodis exercitus, repetita patria sibi consuli voluisset. Itaq; cum imperator discedit, qua diximus fortuna, Guilielmus instructo exercitu, Apuliam hostili aĩo ingressus, quũ ferro flãmaq́ consumpsisset oĩa, in Græcos & Apulos mouens, qui apud Brũdusiũ castra posuerãt, eos facile superat. vnde Salẽtini Apuliq́ oẽs statim se dediderunt. Pontifex cardinalibus infensus, qui obstiterãt ne pax cõponeret, Guilielmum in gratiã recepit, eidẽq́ vtriusq; regni titulos adscripsit, adhibito prius sacramento, se nil deinceps moliturũ q̃d ecclesiã Romanã offenderet. sic cõpositis rebus, pontifex p Cassinates, Marsos, Reatinos, Narnienses, Tudertinos iter faciẽs, ad Oruetũ tandem peruenit, vbi Romanorũ insidias veritus, aliquantisper moratus est. His cœpit initijs, hoc casu Adriani pontificis in Fridericũ exitiale odiũ. Querebat se papa inter Romanorũ & Guilielmi nuper gladios versantẽ, destitutũ esse p̃ter magnifica illius promissa, & ita se modo illius causa agitari, vt nec tuto Romæ esse liceat. Contra imperator multa ac in primis coronationẽ Guilielmi Siculi p̃tendit. iamq́ ad id vsq; processum est, vt imperator nullũ Ro. ecclesiæ legatũ, nisi à se vocatũ vel cõductũ, in regno Teutonico admitteret, neq; sub forma appellationis quenq̃ ire ad curiã Romanã pateret. De hoc satis cõsonant, q̃ reperi in cœnobio Hirsaugieñ. Spireñ. diœcesis, prout sequũtur cõscripta. Nã ad imperatorẽ pontifex inter hæc plurimũ excandescens, talẽ fert epistolã scripsisse: Adrianus ep̃us seruus seruorũ Dei, Friderico Rom̃. imperatori salutem & apostolicã benedictionẽ: Lex diuina sicut parentes honorantibus longæuitatẽ promittit, ita maledicentibus patri & matri sententiã mortis intendit. Veritatis autẽ voce docemur, qa oĩs qui se exaltat, humiliabit. quapropter dilecte in dño fili, super prudẽtia tua nõ mediocriter admiramur, q̃ B. Petro & sanctæ Ro. ecclesiæ nõ quantã deberes reuerentiã, exhibere videris. In literis eñ ad nos missis, nomẽ tuũ nostro p̃ponis, in q̃ insolentiæ, ne dicã arrogãtiæ notã incurris. quid dicã de fidelitate B. Petro & nobis à te promissa & iurata, quõ eam obserues, cum ab his qui Dei sunt & filij excelsi oẽs, episcopis videlicet, homagiũ requiris, fidelitatẽ exigis, & manus eorũ sacratas manibus tuis innectis, & manifeste nobis factus cõtrarius, cardinalibus à latere nostro directis, non solũ ecclesias, sed & ciuitates regni tui claudis? resipisce ergo, resipisce, tibi cõsulimus, qa dum à nobis cõsecrationẽ & coronã merueris, dũ inconcessa captas, ne cõcessa perdas, nobilitati tuæ timemus. Ad quã imperator ita respondisse fert: Fridericus Dei gratia Rom̃. imperator semper Augustus, Adriano ecclesiæ catholicæ pontifici oĩbus illis adhærere, q̃ cœpit Iesus facere & docere: Lex iustitiæ vnicuiq; q̃d suũ est restituit. Nõ eñ parẽtibus nostris derogamus, qbus in hoc regno nostro debitũ exhibemus honorẽ, à quibus videlicet progenitoribus nostris & regni dignitatem suscepimus & coronã. Nunqd tẽpore Cõstantini Syluester regalis aliqd habuisse dinoscitur? sed eius pietatis concessione libertas concessa est ecclesiæ, pax restituta: & quidqd regalis papatus vester habere dinoscit, largitione principũ obtinet. Vnde cũ Ro. põtifici scribimus, iure & ex antiq̃ nomẽ p̃ponimus, & ad iustitiæ normã eidẽ nobis scribẽti cõcedimus. Reuoluite annales, & si lectũ neglexistis, q̃d asserimus, illic inuenit. Ab his aũt qui Dei sunt per adoptionẽ, & regalia nostra tenẽt, cur homagiũ & regalia sacramenta nõ exigamus, cũ ille noster & vester institutor ab hoĩe rege nihil accipiens, sed oĩa bona oĩbus cõferens, qui pro se & Petro censum Cæsari persoluit, & exemplũ vobis dedit vt ita faciatis, docet vos, dicẽs: Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Aut igit regalia nobis dimittãt, aut si hæc vtilia iudicauerint, quæ Dei, Deo: q̃ Cæsaris, Cæsari persoluãt. Cardinalibus vtiq; vestris clausæ sunt ecclesiæ, & nõ patẽt ciuitates: qa nõ videmus eos p̃dicatores, sed p̃datores: nõ pacis corroboratores, sed pecuniæ raptores: nõ orbis reparatores, sed auri insatiabiles corrosores. Cũ aũt viderimus eos quales requirit ecclesia, portãtes pacẽ, illuminãtes patriã, assistẽtes causæ humiliũ in æquitate, necessarijs eos stipẽdijs & cõmeatu sustentare nõ differemus. Humilitatis aũt, q̃ est custos virtutũ, & mansuetudinis vestræ nõ minimã notã incurritis, cũ hmõi quæstiones religioni nõ multũ cõferentes, secularibus personis proponitis. Prouideat itaq; paternitas vestra, ne dũ talia mouet q̃ indigna ducimus, offendiculũ ponat illis, q velut ad imbrẽ serotinũ ori vestro aures suas arrigere festinãt. non eñ nõ possumus respondere auditis, cũ superbiæ detestabilẽ bestiã vsq; ad sedẽ Petri reptasse videmus. Paci ecclesiæ bene semp prouidentes, bene semper valete. Anno deinde 1156.

Palæologus papã & Fride. salutat.

Papæ in Cæsarẽ odium.

Adriani põtif. epistola ad Imp.

Friderici imperat. epistola respõsoria

Laudeñ.epi spoliatio.

1156.epus Laudensis Romã sub appellatione tendẽs,ab hoĩbus imperatoris spoliatur, & verberatus,affectusq́ʒ opprobrijs,in custodia tenebat,ad cuius ereptionẽ papa Vesontiũ,vbi tunc curiã imperator celebrabat,Rolandũ cancellariũ suũ & Bernardum cardinalem pr̃sbyterũ misit,cũ imperatore noĩe apostolici opportuna quæqʒ locuturos,qui venientes,primo literas papæ asperas grauesq́ʒ dederunt,in quibus scriptum erat,quia quãuis nobis nõ ex æquo responderis,non tñ nos pœniteret,si maiora q̃ acceperis,de manibus nostris beneficia suscepisses.Quod verbũ ita vel imperatorẽ vel oẽs exasperauit principes,vt vix manibus abstinerent.Vnus aũt legatorum quasi pro apostolico loquens,stolidissime ita respondit:Si ergo imperator ab apostolico nõ habet imperiũ,à quo habet?quasi sub hominio Cæsar imperiũ suscepisset.Quibus verbis commotus Otho Palatinus de Vuitilispach,qui gladiũ imperiali maiestati tenebat,gladio euaginato impetum in cardinalẽ fecit,vixq́ʒ ab imperatore retractus est, quin cardinalẽ exitio dederit.Tandẽ multis iniurijs impetiti,à cõspectu Cæsaris eliminant,viaq́ʒ regia reuerti Romã iubent,ne quæstũ faciant monent.Qui reuersi,iniuriam sibi factũ querunt,seq́ʒ vix mortẽ euasisse apud pontificem protestati sunt.Contra imperator Germaniæ principibus irrogatam eã imperio à papa & à Romanis calumniã conquestus,vlcisci dedecus parabat.principes aũt verentes,ne cõtrouersia inter regnũ & sacerdotiũ rempub.inuolueret,dñm Adrianũ per epm Babenbergeñ.& alios cõueniunt,imperatorẽ literis mitioribus & alijs nuncijs de notabili priorꝶ arrogantia excusaturi.Pontifex aũt audiens nũcios imperatoris,cancellariũ & Othonem Palatinũ Italiã intrasse,imperijq́ʒ negocia potenter disponere,nã conuentus cũ quibusdã Italiæ epis & principibus celebrabãt,timensq́ʒ superuenturꝶ imperatorẽ,salutifero eorꝶ cõsilio cõsentit,& supplicibus literis cũ salutatione cõdigna p idoneos legatos de obiectis se excusans,mediãtibus principibus,Cæsarẽ placauit.Inuenio recõciliationẽ Augustæ fuisse factã,vbi grãm suã pontifex imperatori apicibus directis restituit.

Temeritas Othonis Palatini.

Friderici secunda in Italiã profectio

Anno salutis nostræ 1158.Fridericus redire parat in Italiã,q̃ maximis discordijs efferbuerat.nã Mediolanẽses rebellare cœperãt,in auxiliũ multas ciuitates Lombardiæ inuitãtes,Dertonã euersam eximijs reædificauerãt muris,Cumas & Laudam ad cõtemptũ imperij,aliasq́ʒ munitiones destruxerãt.Eo tpe imperator p̃misit Cremonã fidelẽ imperio Rainaldũ cancellariũ suũ,& Othonẽ comitẽ Palatinũ de Vuitilispach,qui à Cremonẽsibus magnifice sunt suscepti,qua de re Cremoneñ.ab alijs Lõgobardis indigna sustinuere,& q̃d deterius est,in ipsum imperatorẽ indigna euomebant cõuicia,portionẽq́ʒ regni Longobardorꝶ paulatim subijcere satagebant,autore Gualphago Mediolaneñ.tyrãno.Quã ob rem imperator ingentẽ exercitũ duxit in Italiã.aderat tũ Bohemorꝶ rex nuper regia dignitate sublimatus.iste Brixieñ.oppũit, quẽ subsecutus est Fridericus Sueuorꝶ dux,Cunradi regis filius,post hos imperator appropinquabat.Territi itaqʒ Brixieñ.imperatoris iussa se facere iurabãt,postmodũ imperator iuxta flumen Abduã tentoria fixit,vbi quidã Mediolaneñ.ex altera parte fluminis in imperatorẽ cõuicia iactarũt,propter q̃d imperator milites arma capere iussit.ipse vero sicut erat acer aĩo,nõ nauẽ neqʒ vadũ fluminis quæsiuit,sed quadã trabe lignea hastarꝶ auxilio fluuiũ transiuit,& cũ paucis in hostes prosilijt.Qui territi,in cõspectu ipsius fugã ineunt.vbi imperator vix decẽ se comitãtibus,hastã in qua vexillũ erat,fixit ante portas castri,in q̃d hostes profugerãt.subsecutus est exercitus.sic trepidantes ciues,se ad grãm dederũt.at ipse mansuetus,regia benignitate mulieres & paruulos cõseruari censuit.p̃dã castri militibus distribuit,& in p̃sidijs milites suos collocauit.deinde ciuibus Laudeñ.in monte dicto Guezionũ,super Abduã fluuiũ vexillo regio vrbẽ designauit decorã ædificandã.Post hæc cũ exercitu Melegantiũ se contulit,vbi Mediolanensiũ diu satisfactionẽ expectauit.at vbi satisfacere cõtemnũt,aduocauit copias ex Longobardia imperator paratissimas,Cremoneñ.cũ xxx.millibus armatorꝶ & epo suo Oberto,Papieñ.q̃qʒ & Nouarieñ.cũ copioso & splendido exercitu iungunt.Iunctis itaqʒ copijs,imperator contra Mediolaneñ.duxit,qui quidẽ cũ magno exercitu vrbẽ exeunt ad pugnã.Cõmittit pugna,in qua Mediolañ.fugiũt ad mœnia vrbis.insequunt Cremoneñ.cũ Lõgobardis,& dũ appropinquarẽt vrbi,Mediolaneñ.equos reflectũt,& rursum pugnã ineunt,ad q̃d regius exercitus substitit.Imperator hoc videns,cõtinuo irruit in hostes,& eosdem moribundos in vrbem redire coegit.post tantũ conflictũ suburbia ciuitatis fecit incendi,relicta sola turri quã Ro. construxisse ferunt.erat aũt sublimis,quatuor subnixa columnis,à vallo distans parũ plus q̃ sit iactus lapidis,quæ vsqʒ ad ostium erat solida & saxis compaginata quadris. hæc ad vrbis tutelam repleta erat armatis.postea imperator vrbẽ cingit obsidione. & ante portã Romanã sua fecit figi tentoria.paucis diebus iam hostibus intra mœnia clausis,

Transitus Abduæ.

ObsidioMediolanẽsiũ.

clausis,ad p̄dictā turrim expugnandā misit.Cūq; hi qui in turri erant,columnas eius cernerēt infringi martellis & alijs machinamētis,formidare cœperūt,& se in deditione obtulerūt.Quibus imperator vitā cōcessit,& vrbis mœnia incolumes intrare permisit.mox ex edicto Teutonici cū tubis turrim cōscendunt,exoriturq; vndiq; clamor viroꝝ & clangor tubaꝝ:ex q̄ ciues inclusi sunt territi,& quid cōsilij caperēt,aut quo se verterēt,titubare cœpere.Cōsilio itaq; habito pacē petūt,atq; ad cōciliū principes imperatoris flagitāt,regē videlicet Bohemoꝝ, Lupoldū Austriæ ducē,ac Einardum Bābergeñ.epm,aderat q̄q; cancellarius Rainaldus & Otho comes Palatinus.Isti mediatores,cōmunicatis cōsilijs,& imperatori Mediolanensiū iustā subiectionē,& Mediolanēsibus dignas imperatoris p̄ceptiones vicissim referebāt.Postremo ciues se & sua imperatoris tradiderūt volūtati,gladios itaq; denudatos sup colla ponētes,cruces q̄q; & alia insignia p̄ferentes,nudis pedibus ad pedes imperatoris se prostrauerūt,quibus imperator p̄cibus principū flexus,vitā donauit.Post tātos triūphos in die natiuitatis Mariæ diademate imperiali processit insignitus,& cū eo rex Bohemoꝝ corona regia decoratus,alij q̄q; principes ordine quisq; suo.acceptis igit obsidibus,spes resistēdi ablata est oībus Longobardis. Deinde Roncaliæ,vbi mos Longobardoꝝ est, iustitiā requirere & ab imperatoribus recipere,curiā publicā indixit.edictūq; est ab eo,vt de singulis Italiæ vrbibus viri idonei cōuenirēt.Cōuenientibus itaq; eo loci,assumptis prudentibus & nobilibus viris,causas singuloꝝ determinare studuit,primo paupeꝝ,deinde baronū,& postremo ciuitatū. exhinc pactū pacis instituit,q̄d principes Alemaniæ facere cōsueuerūt,& ne quis cōtra illud attentaret, bannū(id est,pœnā pecuniariā)cōstituit,ita vt si qua vrbs pacis violaret iura,centū marcas auri persolueret,marchio vero quinquaginta,comes q̄draginta,capitaneus seu alius maior,xx.alij vero decē,& vsq; ad tres marcas soluēdas cōstituit.Quod si quis nō posset exoluere, verberibus diris in patria afflictus,p quinquenniū exul fieret.Alias q̄q; leges rationales instituit,inter quas vna,ne feudoꝝ iniuste fierēt distractiones,iudices q̄q; p̄fecit singulis ciuitatibus Longobardiæ.Tum cōtra nouas imperatoris cōstitutiones murmurare cœperunt Longobardi.non est em̄ eoꝝ consuetudo banna soluere,sed vt secundum leges Rom̄.iniuriā passis satisfaciant,prout iurauerūt læsi,de quibus iudex tantū vicesimā vel minorē recipit portionē, prout de iure. Scribit Frisingeñ.qui tunc p̄sens esse potuit,q͏̄ imperator à principibus & iurisperitis diligenter inquisiuerit,quo iure ciuitates Italiæ subiacerent imperio,& adiudicabant oīm ḡnali sententia regalia oīa,vtpote monetæ,telonia,nauigia,dignitatū, iudicū & cōsulū confirmationes,vectigalia,p̄toria ab antiquo cōstituta,exactiones pro necessitate imperij.Ad q̄ oīa pro mulgāda,nuncij per Italiā destinant:inter q̄s fuere p̄cipui,cancellarius Rainaldus & Otho Palatinus de Vuitilispach,& nōnulli comites,qui etiā Mediolanū venerūt,cōuocatisq; ciuibus decreta imperialia promulgarūt.ciues,vtpote talium insueti,edicta spernūt,expulsisq; cū dedecore legatis,rebellionem toto nisu cōtinuo moliunt,vnde sunt secuta mala plurima. Scribit & Ligurinus,multis nō fuisse ambiguū,si credere fas sit,Adrianū pontificē rebellionē eoꝝ fouisse.nam postq̄ sua iura recōdita fisco imperator accepit,vrbes & castella publicata,veterē iram ille extinctā prauis autoribus refricare cœpit,iniustū regē,sæuū,superbū,ingratūq; sibi,qui culmen vsurparet, asseuerās,nō etiā licere Augusto,nisi conniuente pontifice,mittere ad vrbē legatos:& q͏̄ nō liceat fisco,castella vel oppida papæ vrgere collectis,nisi qn̄ primum Romæ gestare coronā imperij incipit:deinde à patrimonio Petri se abstinere,q̄d nisi fecerit,nō vt imperator,sed ecclesiæ dep̄dator iuste noīari.subiunxitq; satis argutis rōnibus,hæc oīa in lucē posse deducere.Imperator obiecta extenuare satagēs,opposuit querelas de rupta pace inita,ne pontifex cū Rom̄.Siculo,Græcove principe ipsius iniussu fœdera iniret:deniq; paratū esse stare iuri vl' arbitrio sapientiū.Hæc papa cū recusasset,frustra imperator plura offerre destitit. Hinc Cumas adijt,cuius ciues proprijs pulsi sedibus per Mediolanēses,sentētia imperiali ad suā reuocauit ciuitatē:nec prius recessit,q̄ Cumaꝝ & insulanoꝝ sedaret discordias.Supra ciuitatē aūt Cumaꝝ castrum cōstruxit munitū,q̄d Paterellū Teutonici vocāt,& p̄sidio illic milites Teutonicos imposuit.Tunc Mediolaneñ.periuri & rebelles facti,cū magno apparatu p̄nominatū castrū inuaserūt,ad portas q̄q; arietes ducētes cōfregerūt castrū,ceperūt milites in p̄sidio locatos,custodiæq; mancipauerūt.Hoc audito,tota pene Longobardia rebellare cœpit.qua de re imperator copijs cōtractis,Mediolanēses inuadit,eorūq; segetes in mense Iunio partim succidit,partim pedibus equoꝝ cōtriuit, arbores decorticauit,vites succidit,& sic maxima damna illis intulit.postea ad Laudā veniens,ibi Cremoneñ.eū adeunt,iniuriasq; exponūt,quas ipsis ciues Cremæ villæ contra instituta

Mediolani deditio.

Quo iure Italia Imp. subiaceat.

Noui Mediolañ.motus.

 impe-

imperatoris facerẽt. nam cũ apud Roncaliã decreuisset imperator, quatenus Cremenses cuiusdã castri muros, q̃s in ꝑiudiciũ Cremonensiũ Laudeñ. erexerant, deijcerẽt, & decursus aquarũ q̃s eodẽ modo cõstruxerãt, ad proprios riuos redire permitterent, Cremẽses id Mediolanensiũ & Brixensium cõsilio freti, facere recusant. Erat autẽ Crema oppidũ firmissimũ, cõtinens vnius miliaris Longobardici spatium, fossatis & aquarũ decursionibus, locis paludinosis, & muris vndiq; bene munitũ. vnde sperabãt Mediolanenses, id imperatoris resistere posse decretis ac ꝑlijs. Igit imperator audita Cremonensiũ querela, permisit eis exercitũ, insup tres nobiles principes addidit, Cũradũ fratrem suũ Palatinũ Rheni, & Bertoldũ ducem de Zæringen, Rupertũ quoq; comitẽ Basileæ. hi pariter properant ad obsidionẽ Cremæ. Cremenses illis occurrunt, committit pugna, sternunt hincinde multi. Tandẽ Cremenses compulsi sunt ad vrbis suæ mœnia confugere, cœperuntq; obsideri arctius. Interea aduenit imperatori magnus exercitus de Alemania. Beatrix vxor ipsius, & consanguineus Henricus dux Saxonũ & Boioariorũ, adduxerũt supra duo millia armatorũ. hi oppidũ Gardam rebelle expugnãt, spolia eius diripiunt, & incendio cõflagrant. adscendit exercitus ad centum millia pugnatorũ. Vbi innotuit imperatori, q Papieñ. vellent cũ exercitu ire contra Mediolaneñ. qui terras eorũ depopulati fuerãt, imperator noctu consurgens, nemore medio ad insidias se collocat, denuncians Papiensibus, vt vrbi Mediolaneñ. appropinquarẽt, & spolia auferrent. Quod cũ fecissent, Mediolaneñ. erumpũt: pugnaq; cõmissa, varia sorte certatũ est, & cũ Papieñ. iam fugam meditarent, ex latibulis adest imperator. vexillo cõmisso duci de Zæringen, ex improuiso irruit in hostes, & eos in fugã vertit. capti sunt ex Mediolaneñ. plusq̃ trecenti, sexcentis fere occisis, quorũ corpora aliquãdiu iacuerunt in campo insepulta, donec imperatore longius abscedente, cũ plãctu totius vrbis sepelirent. Imperator ad obsidionẽ Cremæ reuersus, Cunradũ fratrẽ suũ ducens, & Guelfonẽ auunculũ suũ, qui ꝑter alias opulentias ex possessione comitissæ Mechtildis habebat militũ duo millia, Bohemorũ q̃q; regẽ nepotem suũ, & ducẽ de Austria, adduxit q̃q; Henricũ Bauariæ ducẽ cũ militibus vxoris suæ. verum vt Cremas obsidet, primũ legalibus innitens statutis, pactionẽ supradictã à Cremeñ. fecit exposci. at illi confidentes in sui castri firmitate, eo q olim Lotharius imperator viribus deficiens, nõ ausus fuerit idem castrũ obsidere, de auxilio q̃q; Mediolaneñ. & Brixieñ. cõfidẽtes, ꝑceptis imperatoris superbe cõtradixerũt, ac mulieres choros ducẽtes, ꝑ plateas cantant: Sicut olim Lotharius, sic & Fridericus recedere coget inglorius. Ideo imperator ferocius aggrediẽs, machinas ex omni parte in muros cõstrui iussit. in ea q̃q; parte q̃ fabris aptior videbat, turrim ligneã erexit, catos & alia instrumenta adhibuit, repletis fossatis terra, lignis ac stipulis: quibus perfectis, vades q̃s ante dederãt, filios ac nepotes de castro, ad crates ligneas q̃ turri erant appensæ, fecit alligari, & sic turrim ad castrũ propelli. Tunc illi iustitiæ ac fœderis naturalis obliti, de castro lapides iacientes, mangonibus ac alijs instrumẽtis suos crudeliter peremerunt. Deinde imperator quosdã captiuos ex Crema, in loco eminenti ante oculos eorũ fecit suspendi. verũ Cremeñ. exasperati, vicissim quosdã captiuos supra muros erectis patibulis suspenderũt. Interea dux Henricus decẽ ciues Mediolañ. capiẽs, qui ꝑsentati, mox sunt suspẽsi. tandẽ quassatis muris, miseri ciues desperare cœperũt, deditionẽ vrbis offerũt, tñ vt ꝑsonæ saluarent. Quibus imperator, vt erat misericors, ꝑmisit vt de castro & de terra cũ mulieribus & paruulis exirẽt, nec de rebus quidq̃ absportarent, nisi quãtũ quis in humeris suis vna vice deportare posset, Mediolaneñ. quoq; & Brixieñ. abire ꝑmisit, q ꝑsidio affuerãt, vt tñ equos & arma relinquerẽt. o quãta miseria, castrũ & ꝑda hostibus relinquit, q̃ militibus distribuit, & castrũ funditus destruit, prout ꝑfidi meruerũt. Hæc ꝑ anticipationẽ dicta sunt. Inter hæc, vt refert Iohãnes scriptor Cremoneñ. cõspiratio facta fuit cõtra imperatorẽ, in q̃ cõspiratiõe se adstrinxerũt maxima pars cardinaliũ sedis apost. Guilielmus q̃q; rex Siciliæ, & pene vniuersæ ciuitates Italiæ cũ multis potentibus, data pecunia immensa dño Adriano papæ, vt imperatorẽ excõmunicaret. Et refert dictus Cremonensis, q à fide dignis viris Mediolanensibus & Brixieñ. qui cõspirationi interfuerãt, didicerit, q illa cõspiratio cum apostolico Adriano, iuramentis adeo firmata fuerit, vt nullus ab altero recedere posset, vel imperatoris gratiã nisi oĩbus consentientibus requirere, & q si moreret papa, de numero conspiratorũ alium eligerent cardinalem. Sane Deus, qui per os Dauid locutus: Maledicent, inquit, illi, & tu benedices, in contrariũ hoc vertit. Factũ est eñ, vt cum ꝑfatus Adrianus apud Anagniam denunciaret excommunicationem contra imperatorẽ, paucis diebus euolutis, refrigerandi gratia processit cum suis. Cumq; venisset ad quendam fontem, hausit & bibit, ac continuo (vt fertur) musca os eius intrauit,

Beatricis reginæ auxilia

Cremæ obsidio.

Crema diruta.

Cõspiratio cõtra Fridericũ Imp.

uit,gutturi eius hæsit in tantũ,vt nullo artificio medicorũ auelli potuerit,quoad spiritum exhalaret. Hæc ille abbas Vrspringensis sic. Verũ cũ Itali quos legere potui,nullam de hoc faciant mentionẽ,& Iohãnes Flasborienſis aliiq; multã de Adriano referant honestatẽ, & pſertim hic Iohannes asserat se audiuisse Adrianũ dixisse,ꝙ Rom. pontifice nemo sit miserabilior,& ꝙ cõfessus sit se in illa sede tantas miserias inuenisse,vt facta collatione pſentium,tota pteritæ vitæ amaritudo, iucunditas & felicitas ei fuerit,intellexisseq; ꝙ ambire summũ pontificatũ,& nõ sine fraterno sanguine ad illũ adscendere,est Romulo succedere in parricidiis,nõ Petro in ouibus pascendis:hęc & alia ambiguũ me reddũt,quid potius eligendũ,quidve credendũ sit. Scribimus em̃ res gestas affectu nonnunq̃ plus,q̃ veritatis amore ducti. verũ vnũ hoc adiicimus,Adrianum virũ fuisse integrũ,ecclesiæ res & patrimoniũ ampliasse,& multa bona fecisse,insuper iussu Eugenii Noruegiam pdicando & bene monẽdo ad Christi fidẽ redegisse. Hæc Platina. Moritur aũt,relicta in magno pcio ecclesiæ ditione. Eo inter mortuos relato,pars fere tota cardinalium in Friderici principis & Teutonicæ nationis ignominiam,Rolandũ cancellarium,euidẽtem imperii hostem,elegit in papam. sed Guido Cremeñ. Ioh. S. Martini, Imarus Tusculanus episcopus,cardinales, Octauianum cardinalem legunt,adnitente vrbis pfecto & populo,omniq; militia pter Othonem Cincium:& præsente apocrisario palatii,Decanus cum choro ecclesiæ S.Petri subscribunt electioni domini Victoris tunc appellati,hoc est,Octauiani. Facta tñ dicitur pactio inter electores,vt neutra pars suum inthronizaret,donec discordia sopiretur. Interim vero pars Rolandi,vtpote maior,suam electionem promulgauit, vnde schisma ortum est. Hoc facto,Octauianus seu Victor obedientiam recepit eorum qui ad se venire volebant. Rolandus vero,qui & Alexander tum est dictus,secessit ab vrbe. post cuius recessum Victor xi. diebus resedit in vrbe. Rolandus aũt cum suis vix impetrato commeatu,ad suũ Siculum se transtulit,& duodecimo postmodũ die inthronizatus est. Alexander itaq; anno domini 1159. inthronizat. sedit annis xxi. Is imperatorem adhuc Cremam obsidentem per legatos rogat,vt imperiali autoritate interposita seditionẽ tollat. Respõdit Fridericus,vtrunq; pontificẽ Papiam ire oportere,quo & ipse proficisceret,cognoscendæ disceptationis causa. Hoc ideo fecisse fertur secundũ quosdã scribentes,non vt illos iudicaret,sed vt à prudentibus & religiosis viris,quos vocaret,addisceret,cui electo potius obedire deberet. Qua re cognita, Alexander Anagniam se contulit. Fridericus vero indignatus,ꝙ dicto suo papa non obtemperasset,misit nõnullos episcopos ad Alexandrum,eum nõ pontificem,sed cardinalem appellans,vtq; ad conciliũ Papiense accederet monuit. Verum ab Alexandro reiecti & cõfutati,ad Octauianũ se conferunt. dixerat em̃ Alexander,Romanũ pontificẽ à nemine iudicari debere. Igitur abeuntes re infecta episcopi & oratores,expectantem Signiæ Octauianũ,cui pontifici nomen Victori inditũ erat,vt pontificẽ venerati sunt,eumq; Papiam deduxerũt,quem imperator in concilio papam declaratum adorauit,& equũ eius de more per vrbem deduxit. hunc etiã imperator postea misit in Alemaniã,vbi cuncti ei obedientiã fecerunt. Qua iniuria Alexander permotus, pmissa admonitiõe canonica,Octauianũ & Fridericũ anathematis vinculo colligat,destinatis literis & nũciis p orbẽ,qui suã iustitiã ostenderẽt. ipse Romã secũdo sui pontificatus anno rediit,multosq; in vrbe aduersarios inuenit,maxime cũ Friderici exercitus,pter vrbẽ veterẽ & Anagniã,omnẽ ecclesiæ ditionẽ iam occupasset. quare põtifex,hortãte etiã Philippo rege Francorũ,Tarracinã profectus,cõscenso nauigio, ad eã rẽ mandato Guilielmi regis Siciliæ parato,in Franciam contendit,cõuentuq; in Claro monte habito,anathema in imperatorẽ & Octauianũ fulminatum promulgauit. Fridericus cõtinuo post,segetes Mediolaneñ. vastat,pontẽ inter Mediolaneñ. & Brixieñ. quendã destruxit. Interea Mediolaneñ. cõtractis copiis,Coraciũ vicũ cũ ingenti multitudine Brixieñ. & Placentinorũ capere parãt. Ad q̃d imperator cũ satis iusto exercitu occurrit,iuxta eos tentoria fixit,vbi Mediolañ. ab imperatore p nuncios petũt,q̃tenus sine pugna ad vrbẽ suã eos redire pmitteret. Habita repulsa, Mediolañ. tanq̃ in periculo mortis positi,sumpto viatico cõflictũ ineũt,pedites multos amittũt, q̃bus & imperator vexillũ abstulit,protracta tñ pugna & lassato exercitu imperatoris,irruũt denuo subintroducti milites Brixianorũ,Placẽtinorũ,aliarũq; ciuitatũ,multos de exercitu imperatoris occidũt & capiũt,ipse q̃q; imperator cũ paucis in gyro se defendit. Superuenit eo in cõflictu tẽpestas & pluuia dẽsissima,ita vt nullus proximũ discernere valeret. sicq; factũ,vt imperator supplicatiõe suorũ flexus,à cãpo certaminis cederet:hostes vero cũ captiuis tanq̃ victores abiere. Superuenerũt tñ imperatori auxilio Fridericus Cũradi regis filius,& dux Bohemiæ regis filius,Daniel q̃q; Pragẽñ.

De Adriani interitu.

Alexander 3. papa. Victor antipapa.

Victorẽ Fridericus papã salutat.

Fridericũ & Octauianũ Alexãder execratur.

epus, Rainaldus Colonieñ. archiepus, imperialis aulæ cācellarius. Cū his & alijs copijs imperator ciuitatē Mediolanū obsidione vallauit. Verū obsidēdæ vrbis Mediolaneñ. hæc fuerat causa, qm̄, vt refert Volat. Alexāder ad Gualfagū Angleriæ comitē ac Mediolañ. principē sese receperat. quā ob rē ira percitus imperator, in Italiā veniēs, post factā & latā in se execratiōis sententiā Mediolanū obsedit, ac terras q̄ cū ea cōspirauerāt, desolauit. defecerat eñ oīs pene transpadana regio ad Alexādrū, atq; in eius nōis honorē Alexādriā ciuitatē à fundamētis cōstruxerūt. Gualfagus igit̃ Mediolañ. princeps imperio rebellis, multa in vrbe cōtra imperatorē molitus est. Sed cū imperator ciuitatē assiduis infestaret cōflictibus, cōtigit circa vesperas vnius diei inter partes commisceri p̄liū ante muros vrbis, in q̄ Fridericus Sueuoꝝ dux vexillifer iuxta portas vrbis induxit exercitū. pugna facta, imperator sup ponte, equo multis vulneribus interempto, pedester remansit. inualescente aūt p̄lio, tandē Mediolaneñ. cedūt, vbi in fuga multi cæsi, & plus q̄ mille viri capti sunt, q̄s imperator ad Laudā misit, vbi hyeme in cōpedibus nudi & ærumnose fuere seruati. Multæ sæpe strages habitæ, anno tandē septimo postq̄ obsideri cœperat, vrbs capta est. Ferūt quidā, Mediolaneñ. multis attritos terroribus damnisq;, fame quoq; & inedia perculsos, sine omni conditione se & sua in manus imperatoris tradidisse. egressi ferunt̃ seorsum nobiles, seorsum populares, qui processerūt vsq; ad vrbē Laudā, vbi manebat imperator, plebeij vero vexillū S. Ambrosij sup Carotiū suū affixerunt: itaq; iurata & tradita est ei potestas sup vrbē. Alij tñ scribūt, Iudæos prodidisse ciuitatē, nōnulli scribūt vi captā. vtcūq; sit, vtiq; cōstat in potestatē imperatoris vrbē venisse, p̄daq; facta innumerabiles viros & mulieres cū paruulis in Germaniā transmissos. Tunc q̄q; Gualfagus cū Iohanne epo & multis ex vicecomitū familia captis, in Germaniā relegati sunt. hunc etiā Gualfagū, vt quidā scribunt, Fridericus triduo sub mensa ad modū canis tenuit, & multis flagellis cædi fecit, qui & in Germania multis annis in cōpedibus mansit. tandē cōpedibus ruptis, euasit, vt dicet̃. At imperator mœnia cuncta ciuitatis euertit, vrbeq; solo adæquata, aratrū per circuitū duci & sal in perpetuā damnationem seminari iussit. reliqui aūt ciues in quatuor vicis ab vrbe remotis collocati sunt, vbi in tugurijs & mapalibus multo permanserunt tempore. Nobili potitus triumpho imperator, oliuaꝝ festo in basilica S. Ambrosij cū oliua triumphalē gestabat victoriæ palmā: vbi expletis singulis, Ticinensi in vrbe in paschate cū Beatrice consorte curiā celebrauit. Placentinis q̄q; & Brixieñ. ne à fide desciscerent, secundū iuramēta p̄stita p̄cepit muros suos & fossata deijcere, turres euertere, sicq; disposuit ciuitates rebelliū reliquas. Mediolano subuerso, imperator reliquias ibi inuentas inter p̄latos & principes diuisit, triū quoq; Magorū corpora apud S. Eustoriū, vbi nunc est habitatio fratrū Prædicatoꝝ, recōdita, dedit Rainaldo Colonieñ. archiepiscopo, qui ea ad Coloniā honorifice transportauit, & in maiori ecclesia decentissime collocauit. Eo q̄q; tēpore Guelpho, cui Fridericus omnē subiecerat Tusciā, cū reliquis ad eandē pertinentibus in Tusciā mouēs, exercitū suū illo perduxerat, atq; maximū apud S. Genesiū conuentū habuit, in quo septem baronibus septē comitatus cum tot vexillis in feudum concessit. Deinde soluto cōuentu, à Pisanis & Lucensibus alijsq; ciuitatibus honorifice susceptus, Tuscia omni cū Spoleto & reliquis plena potestate ac iure potitus est. Inde suos illic cū filio Guelphone cōstituens, eandē illi regendā commisit, fortissimos quosq; milites ibidē relinquens. ipse vero per vallem Tridentinā cum reliquis exercitus suppetijs ad sua reuersus, strenuissime cuncta gubernabat. Anno dñi 1165. Hugo comes Palatinus de Tubingen, Brigantiæ & Rhetiæ Curiensis comes, quosdā milites ducis Guelphonis pro suis excessibus captiuos suspendit, & castrum eoꝝ Moringen destruxit, pro quo dux Guelpho conquerens, filiū Guelphonem quem Tusciæ & Spoleto præfecerat, de Italia reuocauit, ipse eo iturus, filio vero omne patrimonium & possessiones, quas ex matre habiturus esset, ex integro tradidit. Vnde hoc anno Guelpho iunior cum multis principibus ac baronibus exercitum duxit ad castrum Tubingen, habuitq; in exercitu militum duo millia & amplius. hi omnes octauo Idus Septembris sabbato circa Tubingen castra posuerunt, & diem dominicum in quiete ducere statuerunt. Cumq; die dominico multi de nobilibus & principibus facere concordiam attentarent, quidam proterui viri de castris Guelphonis eruperunt, quibus alij ex castro Tubingen occurrunt. Conflictus oritur circa castra. Comes de Veringen vexillifer fuit Guelphonis. Affuerunt & tres episcopi in castris, Augustensis, Spirensis, & Vormatiensis, Bertoldus quoque dux de Zæringen. Superuenerat autem nocte præcedenti in castrum Tubingen ex Rhetijs dux FRIDERICVS, Cunradi regis filius, de Rotenburg dictus, cum mille quingentis equitibus. Aderat & comes Zolorensis. hi
ōnea

Mediolanū diripitur.

Gualfagus.

Triū magorū corpora Coloniā translata.

Guelpho Tusciam occupat.

Hugo Pala. comes de Tubingen.

om̃es erumpentes ex oppido,& pugna facta,in fugam vertunt obsessores, q qdē dispsi atq; cōfusi,fuga facta,900.ex eis sunt capti, alij vero ægre sylua salutem q̃rentes euasere,ipse aũt dux Guelpho ad castrum *Acheln duobus vel tribus comitatus,se proripuit. Excitus Guelfo senior tali infortunio filij,de Italia cum imperatore Friderico in Alemaniam redijt,egitq; vt eius mandato captiui oēs relaxarent. ac reformata est inter p̃dictas partes pax, q̃ p anni spatium tm̃ durauit. Nam Guelpho iniuriaꝝ memor, terram Palatini rursum depopulatur,& duo castra ipsius Kelmintz & Vuilar destruxit,in quibus 60. viros cepit. Tunc Palatinus fractus animo, Fridericum ducem de Rotenburg,qui Guelphoni plerũq; aduersabatur,interpellauit,qui etiam eius causa filium regis Boemorum cum gente sæuissima aduocauit. Hi totam fere Germaniam à nemore Boemiæ per Bauariam & Sueuiam immaniter vastauere,& suis spurcitijs fœdauere. tandem prouidẽtia imperatoris, dictus Palatinus in potestatem se Guelphonis tradidit apud Vlmam coram imperatore & principibus,& Guelpho eum in exilium misit ad castrum Nuenburg in Rhetia Curiensi,vt scribit Otho de S.Blasio.

Achela castrum.

Reditus Imp.& Guelfonis in Germ.

Guelphi successus.

Interea imperator schismatis tollendi causa,legatos ad Philippum Franciȩ regem oratores summos de imperio misit,q̃rum legationis summa fuit,debere ambos Christiani orbis summos principes,vtrunq; pontificem quenq; ad suum conuentum pducere. in quo solidiori innixus iustitiæ alter confirmaretur: hortaturq; regem,vt Alexandrum adducat Diuionem, qui locus indictus est ad cōuentum,& ipse se vnà cum Victore pollicetur affuturum. Et scribunt aliqui,ꝙ comes de Bloys dederit fidem imperatori,regem Franciæ ad conuentum venturum. Sane imperator venit,& iuxta fluuium Sauum,qui Gallos à Germanis diuidit,prope Diuionem cum papa Victore tentoria erexit. Aderant tum reges Scotiæ & Boemiæ, magnis armatorum copijs stipati. verum Alexander ad id se concilium profecturum recusauit,quod ipse non indixisset. Vnde rex Franciæ anteq̃ Fridericus venisset,accessisse locum fertur fraudulenter,& in redemptionem fideiussoris comitis de Bloys,de aqua fluminis in medio pontis manus lauisse dicitur,& requisito sub voce præconia imperatore, Innocẽs,inquit, ego sum. Quo sine mora abeunte, superuenit imperator die dicta, & regem Francorum iam abijsse intellexit. ipse ira plenus in Germaniam rediens, Octauianum quem paulo post consecuturus erat,in Italiam remisit. Varia scriptores de concilio Diuionensi sentiunt. Nam Blondus scribit, Fridericum dolose voluisse agere cum Alexandro vt deponeretur. Alijs non videtur hoc vero simile, vt rege Francorum præsente, potuisset imperator fraudem aliquam perficere. Quoniam autem sub dubio res latet, facultas cuiq; datur eligendi quod voluerit. Verum hoc patet,ꝙ paulo post Octauianus moritur in Luca ciuitate, & in ecclesia matrice ante Nicodemi sepultus est imaginem,vbi,vt aliqui scribunt, plurimæ virtutes eius meritis à domino factæ sunt, licet Itali aliter sentiant. Pro Victore Guido Cremensis in summum pontificem surrogatur,Paschalis dictus,anno domini 1165. cui obedientiam fecit imperator Goslariæ, & post eum Henricus dux Bauariæ & Saxoniæ, Cunradus Palatinus Rheni, Lantgrauius Turingiȩ,Magdeburgensis,Bremensis,Treuerensis,Coloniensis,*Babenbergensis archiepiscopi,& omnes fere Teutonici,& pleriq; Italici episcopi. Anno eodem salutis nostræ 1165. in Italia socij populi ĩpatorem veriti cum exercitu reuersurum,vires suas adaugere adnixi, vicinos orauerunt populos, vt & consenserint suis fœderibus. Cremenses igitur,Brixiani, Bergomenses, Mediolanensesq; dispersi & Placentini, Veronensibus societate iuncti sunt,ac ictis fœderibus,suasu Venetorum,præter tributa imperatoribus dari solita,nihil potestatis in eorum vrbibus Friderico permisere.

Paschalis pontifex.

Eodem tempore Iulio Prænestino episcopo vicario vrbis Romæ defuncto,Iohannes tituli sanctorum Iohannis & Pauli cardinalis,suffectus est,qui prudentia & largitione maximam populi Romani partem Alexandro conciliauit,Cremensi Guidone spreto,& vsq; adeo tum autoritas Alexandri pontificis in Romanorum animis reuocata est,vt eum publice censuerint aduocandum, qui e Parisijs ad mare Gallicum delatus,in Siciliam peruenit: inde Guilielmo Siculo procurante,Romam perrexit. Quo tẽpore Veronensiũ factionibꝰ excitati Lōgobardi,Friderici ditionē,si q̃ in fide mãserat,multis incōmodis affecere, & Veronenses castella q̃dam imperatorio munita p̃sidio diripuerũt. id q̃d Italia iam moliebatur,Friderici armis resistere,ꝙ redituri pontificis expectaret auxilia. Alexãdri aũt aduẽtu Cisalpinæ Galliæ populi mox ad spem libertatis erecti,in Fridericum (vt ipsi dicebant) seuere imperantem arma sumunt. ea de re Fridericus cum solito Germanorum maiore exercitu in Italiam reuertitur,qui tum coniurationem contra se factã dissimulans,in agro Brixiano nulli molestus subsedit,oēs Veroneñ. atq; Cremenses se adeuntes,benigne allocutus est. Bononiam adiens,

Alex. in vrbē reuocat.

Tertia Friderici in Italiam profectio.

ens,mitissimũ se exhibuit. At cum Guidonem Cremeñ. Paschalẽ dictum, ab Hetruscis sperni, & Alexãdrũ Romæ summo haberi ĩ honore intelligeret, partẽ copiarũ in Hetruriã misit, à qbus vrbis Romæ terra hostiliter inuasa est, & pars q̃ in Hetruscos vergit, ad partes imperatoris est reuersa: nec deerant in vrbe ciues, q partes secuti imperatoris, Guidonem fouerẽt, & Germani pceres largitione plurimos seducebãt, ita vt Alexander papa pecunijs ecclesiæ in vrbis defensionẽ expositis, & cõcionibus homilijsq; p singulos dies habitis parũ pficeret. ipse vero imperator Anconã interim obsidẽs, in suam potestatẽ paulo post redegit. Dum aũt imperator Anconã rebellẽ obsidione cingeret, Rainald⁹ Coloñ. archieps, antea p negocijs imperij ingressus in oppidũ Tusculanũ, iuxta Romã aliq̃ tractaturus venit. Romani vero antea Tusculanis Albanisq; male moti, nõ magis qa Germanis fauissent, q̃ q imperata immoderatius tributa pendere noluissent, audito etiam q Coloñ. archieps ibi moram faceret, accensus ira populus Ro. tota vrbe diffundit, & ad 30. millia armatorũ archiepm in castro in ignominiam Cæsaris obsidione concludũt. Quod imperatori continuo Anconæ nunciatum est, q consilio principum, maxime laicorũ, retrahitur, ne obsidionem solueret. Erat in exercitu archieps Moguntinus, q cum intellexisset ecclesiasticos principes in suis necessitatib⁹ negligi, cõuocatis q̃s prece vel precio potuit, 500. milites & Sariandos 800. ad bellum instructissimos congregauit, ac cum venia imperatoris abiens, ad liberandum archiepm pperauit. eo pueniens, locatis ex opposito ad castra Romanorũ militibus, illos p nuncios interpellat, virtutemq; priscorũ Romanorũ ad memoriam reuocans, petit vt antistitem obsessum libere abire sinerent, nam in eorũ damnũ non aduenisset. sed in cassum verba fudit. Rñderunt eñ, epm eiusq; exercitum volucribus cœli escam se daturos, & vt se ad pugnam p̃parent, edicũt. archieps vero non territus, suos hortatur ne spem in fuga ponãt, vtpote & à patria & ab exercitu imperatoris remotissimi, sed hostium ignauiæ memores, pro vita totis viribus decertẽt. Innotuit aduẽtus sociorũ Coloniẽsi, & his q erãt in oppido. vnde milites Teutonica aĩositate alacres, acies ordinãt, qui primi irruãt, qui à latere, & qui pondere p̃lij laborantib⁹ p̃sidia p̃stent, & sic signis erectis, Deo causam suam cõmittentes, cõtra Ro. pcedunt. archieps aũt Coloniensis cum castellano & suis 300. militibus, ad subueniendũ se p̃parabant. nouerãt eñ signa amicorũ. Pugna igitur cõmissa, fractis lanceis, res gladijs agitur & sagittis. Et ecce Coloniẽsis cum expeditis, licet paucis, militibus castello erumpẽs, Romanos à tergo inuadit. sic bello ante & retro circundati, dum acriter pugnat, Christianus archieps Mogũtinus cum subsidiarijs aciem Ro. à latere inuasit, eosq; diuisos trib⁹ in locis cecidit. Itaq; multis occisis, pluribus captis, Romani superati, fugã ineunt, in q̃ multi piere. p̃sules itaq; militibus à cæde reuocatis, cum maxima lætitia triũphantes, noctem illã duxerũt. mane facto, Romani ad tollẽda cadauera occisorũ veniẽtes, fugant. Tandẽ missis nuncijs, vt amore S. Petri & respectu Christianitatis eis mortuos suos sepelire pmittant, suppliciter obsecrãt: qd à p̃sulib⁹ hac cõditiõe est cõcessum, s. q occisorũ captiuorũq; sub iuramẽto numerũ p̃sentẽt, & sic pace data, mortuos ad sepulturã tollũt: q̃ cõputatiõe facta, inuenerũt occisorũ ac captiuorũ de suis numerũ pene 15. millium. Hæc Otho de S. Blasio in cõtinuatione chronicæ Othonis Frising. Itali pene scriptores rem ita gestam describũt: p̃fuisse Tusculanis Rainonẽ comitẽ, q̃ autore Romani tantã ferunt accepisse cladẽ. Raino is est, qui à Lothario Imp. Apuliæ ducatu donatus, à Rogerio inde deiectus est, eum mortuũ sub Innocẽtio pleriq; asserũt. Sed Itali aiũt p̃fuisse adhuc cum tali trãquillitate, vt cum Germanus esset, ab Alexãdro tñ non esset alienus. verũ adeo fuit Romanorũ ptinax in Tusculanos odium, vt neq; venturi mali metu, neq; Alexandri monitis, Tusculanis pacem darẽt. Raino obsessus, accersitis qui apud Nepesum & Sutrium cõsederant Germanis, Romanorũ furori occurrit, hostem repressit, adeo vt Cãnensem cladem ęquasse scribat ea Romanorũ strages. Hostes elati victoria, ditionem Romanã populant, q̃ res vt Alexandri animũ oĩno fregerat, ita Friderico q̃q; nõnihil attulit curæ, cum põtificis vires externis iam augeri intelligeret. Nam Emanuel Græcus impator legatos ad pontificẽ misit, qui ei pollicerent, & magnas copias in Fridericũ, & vnã mentẽ oĩm Græcorũ cum ecclesia Ro. cõuenientem, vt oriẽtalis cum occidẽtali eadẽ fieret, si pateret impiũ Ro. antea diuisum, in vnũ corp⁹ redire. Põtifex vero tãta re in fratrũ suorũ cardinaliũ cõcilio discussa, duos ex eo collegio oratori addidit, qui Cõstantinopolin accedẽtes, oĩa exploratius intelligerẽt. Tum & Barbarossa Anconã ilico dimittens, ad vrbẽ pperauit, nec prius substitit, q̃ de monte Malo mœnia inspexit. ad diem sequentẽ copiæ in prata Neronis subductæ, & Vaticani irruptio pertentata. irrupissetq;, nisi à familiaribus pontificis fuisset defensa. quare circunductis ad B. Petri basilicam copijs, parietem illius perfringere est nisus.

Archieps Colonieñ. obsessus.

Romanorũ strages.

Raino comes.

Emanuelis apud Pont. legati.

Frid. Vaticanũ intrat

sus. & cum id tardiuscule succederet, ignē tecto valuisq; supponi iussit, sed æditui incendiū auertere cupiētes, valuis reseratis, illū furentē ingredi pmiserūt. His intellectis, pōtifex iam irrupturos Germanos cernēs, in ædes Fregepanū ad Palladium cōfugit. Tum vero Guiliermus Siciliæ rex, audito pōtificis discrimine, magnā vim pecuniæ & triremes duas paratissimas ei misit. At impator interea archiepos eposq; Germanos in vrbē misit oratores, id cum pplo Ro. curaturos, vt pontificis vtriusq; Alexandri & Cremeñ. causa, vel à pplo æqs auribus audita discussaq;, dignior in vnū ecclesiæ caput cōstitueret. Quod si fieret, pollicebat sese pacē vrbi, & oia q̄ occupasset, ecclesiæ redditurū. q̄ res certe cum tota ad Friderici nutum spectare videret, pontifex noctu abiens nauigatione, salutem sibi fuga q̄siuit, Caietam primo, mox Beneuentū delatus. expulit nihilominus Fridericum ab ipsa vrbe pestis, qa passim veluti pecora & ciues & milites interimebat. mortui sunt eps Coloñ. totius incētor schismatis, Spireñ. Ratispoñ. Prageñ. Verdeñ. Leodieñ. Fridericus dux Sueuiæ filius Cunradi regis, Guelfo dux iunior, Berengarius comes de Sultzbach, Henricus comes de Tubingē cū pluribus aliis. Alexandri fuga.

Anno dñi 1168. & sequentibus annis, prout opportunitas tempoꝝ concessit, cœpit imperator in Tuscia & terris Romanoꝝ castra ad se spectantia, suæ potestati vendicare & q̄dam noua cōstruere, in q̄rum psidiis Teutonicos pcipue collocauit. in monte siqdem Radicophano eminentissimū castrum ipse primus construxit, ex qbus Romanos adeo pdomuit, vt Alexander papa coactus secederet ab vrbe. milites q̄q; Teutonicos imperator p Italiam dignitatibus pfecit. Sed & p hoc etiam tēpus Emanuel Constantinop. imperator apocrisarium suum ad Alexandrum 2. mittens, magnam legationi vim pecuniaꝝ addidit, quam orator in primis obtulit, deinde longa oratione cōclusit, pollicens Græcoꝝ subiectionem occidentali ecclesiæ faciendā, si coronam occidentalis imperii, q̄ Fridericus iuste & debite priuatus videretur, pontifex Constantinopolitano reddere vellet, qbus, habito cōsilio cardinalium, ita respōdit Alexander, Se nolle id in vnum cōiungere, q̄d olim de industria maiores sui disiūxissent. Insup super hac re tam difficili tamq; matura, inter patres colloquendū, idq; tum fieri, cum ex eporum suoꝝ cōuenientia concilium ppediem congregaret. res em̄ hæc, ait, non vnius est hois, sed plurimoꝝ: q̄re non ab vno, sed à pluribus agenda. Moritur interim Guido Paschalis dictus, in basilica S. Petri, quam magno Friderici psidio adhuc obtinebat, cuius in locū à seditiosis qbusdam sufficitur Iohannes Sarmieñ. abbas cardinalis ex Pannonia, vir pridē furto infamis, quem Callistū vocitabāt, quem imperator fouit ac manu tenuit in aplica dignitate. Per idem tēpus Fridericus imperator Bambergensem epm beñe & catholice de Alexandro pōtifice sentientē, ad eum misit oratorem. obtulit aūt Fridericus Alexandro & ecclesiæ pacē q̄tumuis amplissimā, voluit tñ Lōgobardos ab hac pace excludere. hoc Blondus eum scribit fecisse, vt disiunctos postea vtrosq; facilius posset cōficere. Veꝝ sit vel ne, Deus nouit. sed pōtifex dolos putans, simplicē viꝝ re infecta ad imperatorē remisit. Alexander pontifex diu cum Ro. inter hæc colluctatus, ad vrbē pscriptis sibi cōditionib⁹ posse accedere postulauit. consulibus em̄ & populo pollicebat, nihil agere aut intētare, pter illa q̄ diuinā rem in ecclesiis cernerēt: & cum non admitteret in suā & ecclesię terrā, in Campaniā se cōtulit.

Radicofanum castrū

Callistus Antipapa.

Nunc ab occidente ad orientales stylum flectēdo, bella terrę sanctæ narrare pgam. em̄uero Friderici imperatoris primo anno inclyt⁹ rex Balduinus Hierosolymoꝝ q̄ntus, cōgregata regni militia, ad deuastandā Ascalonam ducit. est aūt Ascalona, vna ex qnq; ciuitatib⁹ Philistinoꝝ, in littore maris sita, formā habēs semicirculi, cuius circūferentia arcus sup terrā ad orientē respicit. Hāc igit vrbē p annos 50. postq̄ Ierusalem à Christianis occupata est & obtenta atq; possessa, adhuc resistentē nostri tunc primo obsidere ausi sunt. itaq; mari terraq; vbiq; vallata infestabatur, ciues vero viriliter resistunt aliquandiu, & cum per quinq; menses obsessa esset, & nostris spes potiundæ vrbis amplior data, classis Aegyptiorum, nostris videntibus nec prohibere valentibus, ad portum vrbis applicuit. Eo tempore dum Christianus popul⁹ circa Ascalonis expugnationem desudaret, Noradinus videns Christianos occupatos, ingenti militia regnum Damascenorum inuasit. vbi cooperantibus p magna parte Damascenis, regem eorum dissolutum & inutilem regno priuat, & fugere ex oriente compulit. Capta itaq; Damasco, & om̄i circum regione subacta, æstimans exercitū nostrū ab Ascalone remoueri, Peneatas obsedit, sed in vtroq; frustratur. nam Noradinus ipse circa obsessam ciuitatem nihil pfecit, & nostri Ascalonem ad deditionem cōpulerunt, q̄nq̄ & id sine damno nostrorum minime factum sit, ciuibus oīmodis requiē negantibus, & nostris stragem q̄tidie non paruam hostium facientibus. vno em̄ die circa 40. ex fratribus templi violenter in muri q̄dam foramine ingressi sunt ciuitatem, q oēs occisi sunt.

Balduini regis successus.

ſunt.verũ die q̃dam poſt hæc ciuibus vltro ad pugnam exeuntibus, adeo graui ſtrage à noſtris pſtrati ſunt,vt non eſſet in ciuitate familia,quam luctus domeſticus non premeret.q̃re cõſumpto militiæ robore,oĩs reſiſtendi virtus eorum emarcuit: de cõmuni oĩm cõſilio interpoſitis cõditionibus, vt cum vxoribus & liberis & omni ſupellectile eis egredi liceret.Capta aũt eſt Aſcalon anno 1154. Anno eodem Rainaldus de Caſtilione,Conſtantiã Raimundi principis Antiocheni relictam vxorem duxit, non ſine admiratione multorũ.nam multi inclyti viri, eius matrimoniũ appetebãt,ſed oĩbus ſpretis,ſtipendiarium militem Rainaldum occulte ſibi maritũ elegit,q videns ꝙ non multum patriarchæ placeret,motus indignatione patriarchã cepit,& eum ignominioſe tractauit.nam virũ ſenem nudo capite ac melle delibutũ p diem æſtiuũ in ſole feruentiſſimo ſtare cõpulit,deinde oĩbus bonis ſpoliatum dimiſit.Idem Rainaldus Antiochenus princeps puerſorũ oĩm,q̃rum plerunq; arbitrio vtebatur, Cyprum inſulam regno Hieroſolymitano vicinam,q̃ tunc tẽporis ſub imperatore Cõſtantinopolitano tenebat̃,pplis fidelibus refertã,violenter occupauit,vrbes cõtriuit,oppida deiecit,monaſteria tã virorũ q̃ fœminarũ impudẽter cõfregit:auri & argẽti q̃d inde abſtulit, non erat numerus.Deinde tñ conſcientiæ ſtimulis agitatus,cogitabat q̃ pacto poſſet ſe de tanta offenſa imperatori recõciliare.de cõſilio igit̃ ſuorũ venit ad imperatorẽ in Ciliciam,vbi cum ſumma ignominia ppl̃i Latinorũ recõciliatus eſt.nudus eñ pedibus,indutus laneis manicis vſq; ad cubitũ decurtatis, ac circa collũ fune ligato, gladiũ habẽs in manu nudũ,cuius capulũ impatori porrigeret p̃ſentatus,ibiq́; ante pedes eius in terra iacuit tam diu pſtratus,q̃uſq; cũctis verteret̃ in nauſeam, & gloria Latinorũ in opprobrium & fabulã.Hic Rainaldus poſtea anno dñi 1160. cognito ꝙ terra q̃ fuit principis Edeſſeni,abſq; militaribus copijs armẽtis referta eſſet, collecta ingẽti militia, pfectus eſt ad locũ:& nemine reſiſtente,infinita p̃da inde reportata eſt. Quo audito,hoſtes fidei ſeſe cohortati,magnis copijs inſecuti,cum noſtris p̃lium cõmittũt. diuq; concertantes noſtri,tandẽ cõſternati,p̃da dimiſſa,terga dederũt,multis occiſis & nonnullis captis,inter q̃s & ipſe Rainaldꝰ captus eſt,atq; Alapiã cum alijs captiuis multa cum ignominia ductus.Balduinus aũt rex inter hæc,dum q̃ndam ciuitatẽ, quam Turcæ p̃ter p̃ſidium occupauerãt violenter,occupatamq́; ſuccenderãt,reædificaſſet:inde rediens Hieroſolymã,ſubito Saraceni in via poſitis inſidijs,ipſum vndiq; aggrediunt̃,atq; ſuis oĩbus in fugã cõuerſis,ipſe pene captꝰ eſt, verũ velocitate cui inſederat eq ſaluatꝰ, illorũ euaſit manus.Capta eſt illa die de Chriſtianis maxima multitudo,cæſi aũt pauci,inter q̃s & magiſter templi captus eſt.Acta ſunt hæc anno dñi 1158.13.Kal̃.Iulij. Sequenti anno Noradinus Chriſtianis infeſtiſſimus,cõgregatis copijs,caſtrũ q̃ddam q̃d ſpelunca dicebat̃,obſedit. Quod cum Balduino innotuit, aſſumpta militia regni,vnà cum Theoderico Flandrenſi comite ad ſoluendã obſidionẽ,pperat:q̃d Noradinus audiens,obſidionẽ ſoluit,ac regi occurrit. pugna facta,hoſtes fidei non ſine multa ſtrage in fugã ſunt verſi. Poſt caſum vero Rainaldi rex Ieruſalẽ ab Antiochenis vocatus,Antiochiã pfectus eſt,cõpoſitisq́; rebus principatus,ad ppria eſt reuerſus.non aũt multo poſt iterũ Antiochiã prexit,vbi graue infirmitatẽ incidit, q mortis ſibi ſentiẽs imminere piculũ,Berytum ſe exportari fecit,cõuocatis ad ſe p̃latis & principibus ſuis,corã oĩbus ibidẽ fidẽ ſuã pie ac religioſe articulatim aperiẽs,põtificibus pc̃tã cũ multa pœnitẽtia cõfitens,carnis ſolutus ergaſtulo,animã exhalauit.dicit̃ in q̃dam medicina venenũ ſibi ppinatũ fuiſſe,nec id q̃dem à veritate multũ diſcordat, quũ reliq̃ pars ab catello cui porrigebat̃,abſumpta,eundẽ vita extinxerit.Tantã aũt mœſtitiã in nullo regno,p morte alicuius principis extitiſſe nulla tradit hiſtoria. fertur nihilominus & hoſtes fidei doluiſſe,ita vt q̃buſdam ſuggerentibꝰ Noradino Damaſcenorũ regi,vt cũ Chriſtiani duces in multis eſſent occupati,fines noſtros ingrederet̃, dicatur reſpondiſſe:Cõpatiendum eſt & indulgendũ iuſto eorũ dolori,eo ꝙ principẽ amiſerũt q̃lem hodie non habet orbis.obijt aũt anno 1162.die 21. menſis Februarij, & inter ſuos p̃deceſſores in eccleſia ſepulchri dñici eſt ſepultus. Viuente adhuc Balduino,Raimundus magiſter domus hoſpitalis Hieroſolymitani,vnà cum fratribus ſuis tam dño patriarchæ q̃ eccleſiarũ p̃latis, multas ſup patriarchali iure inferre cœperunt moleſtias. nam ſiue à dño patriarcha,ſiue ab alijs ob ſcelera ſua execratos, & ab eccleſia ſeparatos,ad celebrationem diuinorum paſſim recipiebant, ægrotis viaticum & extremam vnctionem non negabãt,multaq́; alia contra emunitatem eccleſiarũ faciebant.cumq́; ſup his dñs patriarcha ſæpe conquereretur,ciues ad eam temeritatem venerunt, vt armis correptis contra patriarcham in eccleſiã ſepulchri irruerent. huius aũt tãti mali eccleſia Romana videtur p̃buiſſe materiam.nam locum p̃dictorum, à dñi patriarchæ iuriſdictione exemit. Anno aũt dñi 1163. dño Balduino q̃nto rege Ieruſalem defuncto,

Patriarcha captus.

Rainaldum Turcæ capiunt.

Balduini mors.

Motus hoſpitalium.

cto,successit ei in eadem sancta ciuitate Latinorum rex sextus Almaricus filius eius vnicus,vir experientia seculari pditus,prudēs,& in agendis circūspectus.fuit etiam pecuniæ cupidus,sed in regni necessitatibus nec expensis parcebat,nec fatigationi corporis indulgebat. Anno igitur primo regni eius Aegyptijs negātibus tributum annuum soluere,qd cum patre suo pepigerāt,cōtractis copijs descendit in Aegyptum,occurritq; illi maxima multitudine,pcurator Aegypti,q plio victus,multis amissis aufugit. Timētibus ergo Aegyptijs,ne exercitus Christianorum ad intima regni penetraret, ruptis aggeribus q flumen Nili cohibere solet,exuberantē aquam p regionem inducunt:qre his repagulis rex Almaricus vltra pgredi non potuit, sed victoria potitus,in regnum reuersus est. Non aūt multo post Noradinus sperās regnum Aegypti sibi vendicare,Syracinum militiæ suæ principem cum infinita Turcarum manu in Aegyptum ducere constituit. Quod audiēs Sultanus Aegypti,proprijs viribus diffidens,legatos ad Almaricum regem misit, orans auxilium:tributum aūt non solum qle patri suo fuerat constitutū,verum p suo arbitrio multo maius pollicebatur, subiectionem ppetuam,fœdus penne, p obsides firmare paratus erat. Dum hæc legati cum rege tractarent,peneq; esset conclusum,Syracinus ingreditur Aegyptum,& occurrentē sibi Sultanum vicit ac fugit,quiq; à suis in fuga occisus est. post cuius mortem Suar Sultanus factus est.Syracinus aūt post victoriam Balbeis ciuitatem expugnauit, timore cuius Suar Sultanus cum rege Almarico priores cōuentiones renouauit,vnde rex cum vniuerso exercitu descēdit in Aegyptum anno 2. regni sui,atq; vnà cum Sultano dictum Syracinum apud Balbeis obsessum,ad deditionem cōpulit, ea cōditione, vt cum suis oībus liberum haberet exitū. ita Damascū abijt. Quibus diebus Noradinus à pegrinis Christianis circa partes Tripolitanas debellatus est. aduenerāt eīm orations causa qdam nobiles Aqtaniæ,scilicet Hugo senior de Signiaco,& Ganfredus comitis*Angelisinen.frater. hi subito cum eorum militia sup exercitū Noradini irruentes, eum pene vsq; ad internecionē delēt.Noradinus aūt cōsternatus,damnū abolere cupiēs,nō post multos dies cōgregatis suorum copijs,castrū Christianorum circa Antiochiam obsedit,q audito,Boemundus 3.princeps Antiochenus,comes Tripolitanus, Colomānus Ciliciæ pses,imperatoris cōsanguineus,Thorus qq; Armeniorum princeps,ad obsidionem soluendā pficiscunt.eis itaq; aduenientib9 plium cōmittit,tādemq; post ancipitis martis pugnā Christiani in fugā versi vincunt.sed & principes fere oēs capti sunt.Noradinus hac potitus victoria,castrum cepit anno 1169.Sed & rege Almarico in Aegypto cōstituto,Noradinus vrbem Christianorum vulgari appellatione Bellianas dictam,obsedit,atq; intra paucos dies ad deditionem compulit. Rediēs aūt ab Aegypto cum suis exercitibus Almaricus rex,vocat ab Antiochenis,atq; illuc vnà cum comite Flandrensi,q eo tum in anno ad regnum applicuerat,properauit:adueniēsq; tāta diligentia regionis negocia,qnta ppria, tractare cœpit: & prudenter administrās oīa, effecit vt eadē æstate interueniēte multo precio,princeps libertati & honori fuerit restitut9.

Almaricus Hierosol.5. rex.

Noradini victoria.

Gratianus S.Proculi monachus,patria Hetruscus,apud Bononiā inter cætera opa decretorum librū accuratissime collegit,qd opus Eugenius pontifex approbās,legendū publice cōcessit. Petrus Lōgobardus Parisien. eps ex Nauaria cisalpinæ oriūdus,p id qq; tēpus,Vincen.testāte,bonitate vitæ & acumine ingenij clarissimus,qtuor libros sententiarum composuit. Petrum Comestorē pdictis non carne,sed virtute fratrem in Gallijs floruisse tum constat,q vtriusq; testamēti historiam diligentissime compilauit,alia etiam nonnulla edidit. Auicenna Hispalensis medicus,cum in omi doctrina excelleret,librum composuit,in quo oēm logicam oēmq; naturalē philosophiam complecti voluit,metaphysicam accuratissime enucleauit post alios medicos in lingua Arabica medicinam oēm descripsit in qnq; libris,in qbus se Galeni interpretem appellat. Auerrois medicus,cognomento Cōmentator,apud Cordubam Hispaniæ floruit.cōmentarios in Aristotelis libros scripsit, librum qq; de medicina composuit, Auicennæ inimicissimus fuit. Hæresis Vualdensium seu pauperum de Lugduno,per hoc tempus initium sumpsit,cuius autor qdam noīe Vualdo Lugdunen.ciuis extitit.is cum diues esset,opibus relictis & pauperibus erogatis,euangelicam paupertatem omnimodā obseruare statuit.Vnde cum idiota esset,qsdam vulgares libros cum quibusdā sanctorum dictis sibi cōscribi fecit:qs non sane intelligens,suo inflatus spū,pdicando aplorum sibi officium vsurpauit. Congregatis itaq; innumerabilibus discipulis,multos & quidē pessimos errores disseminare cœpit,plātos scilicet ac clerum penitus adspernando.monitus aūt,respondit:Oportet Deo obedire magis q hoībus.& cum in suo sensu obstinatus psisteret, tandē veluti hæreticus patria pellitur.q res facta est in laqueū magnū & scandalū simplicioribus. in multis aūt locis adhuc hæc ipsa

Viri illustres disciplinis.

Vualdo.

fatuitas

fatuitas viget. In hac etiã generatiõe erat admirabilis quædã virgo in Rheni partibus
Adelheidis. in oppido Bingen sanctimonialis. Rapta eñ freqûeter in somnis, didicit nõ solum q̃d
verbis effunderet, sed etiã q̃d scribêdo Latine dictaret. Multa ferẽ p̃dixisse de futuris,
ad quã etiã S. Bernardus scripsit. hæc ad Colonieñ. scribẽs de futura clericorũ tribulatione, dicebat q̃ clerici gloriã absq; merito habere volebãt. In hac generatiõe anno
Armenij se Pont. Ro. offerunt. dñi 1145. legati Armeniorũ epõrũ, eorumq́ catholicus, id est, vniuersalis metropolitanus, q plus q̃ mille epos sub se habet, ad summũ Pont. Eugeniũ Viterbij tum manẽtem venerũt, itinere p annum & sex menses pgentes, subiectionem sedi Ap. offerunt. Causa viæ talis erat: Inter Armenios & Græcos aliqua discrepãtia erat. Ponunt eñ Armenij fermentatũ, sicut & illi, panem: aquã vero admiscent, sicut nos: p̃terea natiuitatem dñi Epiphaniç continuãtes, duas illas festiuitates vnam faciũt, antiquo more orientalium. Pro ijs alijsq́ ecclesiã Ro. iudicem elegerũt, formamq́ sacrificij iuxta consuetudinem eius sibi dari deposcũt, quos Romanus Pont. gratãter recipiens, Missarũ solẽnibus ac sacrificijs secretius adhibuit. Quod dum intente facerẽt, vnus ex eis põtifex in B. Martini octaua, quãdo dedicatio ecclesiæ B. Petri celebrat̃, summo Pont. diuina mysteria agente, splendido fulgore radium solis sup caput eius coruscare, & in ipso radio duas columbas adscẽdẽtes vidit. Cumq́ diligentius hac illacq́ oculos circũferret, nullumq́ aditum p quẽ lux illa inferret̃, videret, deificũ esse cognoscẽs, ac ad obedientiã Ro. Se. magis accensus, cũctis quæ viderat aperuit. At venerabilis pr̃ Eugenius nõ suis hoc meritis attribuens, ipsius potius fide cœlitus sibi mõstratum affirmabat, vt videlicet ecclesia, à qua missus ipse erat, sacramentorũ virtutem cognosceret, ac deinceps quali ea reuerentia tractare deberet, addisceret. In hac generatiõe Otho Austrius Frisingeñ.
Otho Frisingensis. epus morit̃, in qua etiam chronica sua elegantissime conscripta terminatur. In fine huius generatiõis Fridericus impator reuersus in Germaniã, totã terrã & vniuersam substãtiam Friderici ducis de Rotenburg, aliàs Sueuorũ, fratruelis sui, hæreditaria successiõe possedit, ac pariter multorũ baronum. Guelfo aũt dux orbatus hærede, amisso
Fridericus Imp. Sueuiã occupat. nuper in Italia p pestem filio, Henricũ ducem Saxoniæ atq; Bauariæ fratruelem, hæredem adsciuit, quãtitatem tñ pecuniæ pactus, dum cõsequi putat, frustratus est. dux eñ Henricus Guelfonem iam grãdæuum cito moriturũ p̃sagiens, argẽtum cõstitutũ dare distulit, p quo Guelfo cõmotus, impatori cognato suo, recepta ab eo pecunia, primo beneficijs, s. ducatu Spoleti, marchia Tusciæ, principatu Sardiniæ, ipsi resignatis, oĩa p̃dia sua ipsi cõtradidit. Simili modo Rudolphus comes de Pfullendorf, oĩa p̃dia sua hęredis loco impatori dedit. Pro his impator Alberto comiti de Hapspurg, q filiam comitis Rudolphi vxorem habuit, concessit Turiceñ. comitatum, & adiacentia Seckingensis ecclesiæ cum p̃dijs conq̃sitis. Præter hæc multorũ nobilium, q hæredibus carebant, prædia donatiõe vel p̃cio acq̃siuit. Deinde Burgundiam ĩgressus, terrã soceri sui Rainaldi comitis, q iam obierat, in ditionem suã redegit, ac regnum Burgundiæ cum
Burgũdiam Fridericus occupat. archisolio Arelatensi, q̃d duces de Zæringen, licet sine fructu, tñ honoris causa in beneficium ab impio iam diu tenuerãt, à Bertoldo duce extorsit, p̃stitis sibi triũ episcopatuum aduocatia cũ inuestitura regalium, s. Lausanneñ. Gebenneñ. & Seduneñ. hęc oĩa liberis suis acq̃siuit. In hac generatiõe *Vladislaus 25. Boemorũ dux, à Friderico primo sibi & posteris regiã dignitatem acq̃siuit: & cũ in expugnatiõe egregiã opam na-
Boemiæ reges. uasset, impator ei leonem rubeum bifurcatæ caudæ in clypeo albi coloris insigne regium cõcessit: candelabrũ quoq; Salomonis ex Mediolano absportatum, in ecclesia S. Viti Pragæ collocauit. Nec obstat p̃missis, q̃ anno dñi 1086. apud Moguntiam in conuentu principum ab impatore Hẽrico *Vratislaus rex dr̃ declaratus, Morauorũ regno ad Boemos translato, & Polonia, Slesia & Lusatia adiectæ, vbi etiam Gilbertus Treuerensis epus Pragæ regem inunxit, & regijs decorauit insignibus. nam in histor(ijs) Boemorũ inuenitur, q̃ post Vratislaum regem pluribus annis interregnum fuit, tanquam regni decus homini Vratislao, non puinciæ, datum fuisset. Zechius Croatinus, haud
Zechius Boemorũ princeps. obscuris parentibus ortus, propter homicidiũ vltionem fugiens, in eã regionem venit, quæ nũc Boemia, terrã incultã. Zechio frater fuit Leches, hic vt vidit frẽm ditatum, in terrã planã iuxta pfectus, Poloniã vocauit. nam Pole Sclauonica lingua, planũ dicit. Coaluerũtq́ ambo breui in magnã multitudinẽ, Rusaubiã, Pomeraniã, Cassubiam, sui generis hoĩbus impleuerũt. Zechij quoq; familiã Boemos appellãt, Morauiã, Lusatiamq́, pulsis veteribus colonis, occuparũt. defuncto Zechio, Cracus apud Boemos magnæ autoritatis vir, eligit̃ in principem, q populum optime rexit. moriens, tres filias reliq̃t, *Prelam, Terbam, quæ erat sortilega, & Libussam. Libussa sapiẽs pluribus annis rexit Boemiam, tandem recte iudicando impium amisit. victus eñ clamauit p terram, indignum esse viros à fœmina gubernari. Sequitur multitudo, principem postulant.
Libus-

Libussa,concione vocata,Ego vobis,inqt,vsq; huc placide molliterq; impaui,sed vobis meũ regimen ingratũ,sternite equũ meũ,finite in campũ currere:vbi subsistet ante virũ ad mensam ferream sedentem,ille mihi cõiunx, & vobis princeps erit. Placuit,& ita factũ est. Equus aliquãtisper currens,stetit ante aratorem,Primislaum dictũ,inuerso vomere comedentem. Accedũt q spectaculo aderãt,& illũ principem salutãt,accepit vir grato aĩo, mox boues in altũ euanuisse ferũt. fixit idem stimulũ in terrã, quem fronduisse aiunt. Duxit Libussam vxorem,& primus Pragam aggere & muro cinxit. Mortua Libussa, Valasca vna ex puellis suis, virgo ingentis spũs gentis Amazonicę, accersitis mulierib⁹ & virginibus:Heram,ait,pdidimus,quæ nõ passa est nos seruire viris:assistite mihi, & ego vobis imperiũ polliceor. Cõiurant in viros singulæ. mandat ipsa oibus,vt viros,parentes,mares omes quoquo pacto occidãt. Illæ iussa pficiunt.armatæ postea,plia multa cum viris agentes,semp victoriam obtinent,& more Amazonum viuere statuunt. Post multa Primislaus vir industrius scribit Valascæ, iniussu suo optimates arma in eas mouisse,se illã filiæ loco amare,senium suũ regno ineptũ, velle tradere sibi arcem *Vissegradeñ. vnde Boemiã totã obtinere valeat,modo partem sibi quã velit,tantũ relinquat,ac potestatem quã sibi fœmina reliqsset, iure se fœminæ restituere debere. Capit Valasca suis artibus,& arcem volens accipere,cum armatis copijs occidit:deinde in cæteras cædes fiunt,quæ sine duce facile supprimunt. Seqtur iam nũc catalogus ducũ Boemię. Prim⁹ dux Boemoꝝ,dictus ẽ Zechius,secũdus Cracus, III. Primislaus,IIII. Ninuslaus,V. Mnatan,VI. eius frater Sphorcio,VII. Vuinislaus, VIII. Vratislaus,IX. Hostiricus,X. Borsinous primus Chrianus sub Arnulpho impatore,XI. Ziptimeus,sub Henrico Aucupe ad fidẽ cõuersus,Boleslaus & Venceslaus filij eius. Boleslaus occidit fratrẽ primo anno Othonis primi. XII. Vindislaus,XIII. Vuenceslaus, XIIII. Bodeslaus. Vuenceslaus fuit martyr. XV. Boleslaus, XVI. Boleslaus eius filius,XVII. Valricus,XVIII. Brisetislaus,XIX. Spitigneus,XX. Vratislaus. Hic creat in regem ab Henrico quarto. XXI. Cunradus,q nõ est vsus regio noĩe,sed ducis. XXII. Bisetislaus,XXIII. Boleslaus,XXIIII. Borsunslaus,post quẽ duces ipsi deficientes,reges esse cœperũt. Exin catalogus regũ Boemiæ succedentiũ. Primus Boemoꝝ rex Vratislaus,ab Henrico IIII. creatus. Secũdus Vladislaus,à Friderico primo coronatus. Post illũ Sobislaus tertius,successit illi Fridericus rex quartus, Cunradus qntus, Bisetislaus sextus,Vuenceslaus VII. veꝝ sex vltimos abstinuisse regio noĩe cõstat,qa forte coronam more maioꝝ obtinere nõ valebãt. Primislaus deinde Vladislai filius,à Philippo Ro. impatore coronatus est,quem Philippũ Ro. ecclesia non accepit. Vuenceslaus Primislai filius rex IIII. Othocarus frater eius rex V. Vuenceslaus Othocari filius VI. Vuenceslaus eius filius rex VII. Rudolphus filius Alberti regis Ro. VIII. q duxit vxorẽ Elizabeth,relictã Vuẽceslai regis,& ope patris regnũ obtinuit. Henric⁹ dux Carinthiæ in regẽ eligit,Rudolpho defuncto rex IX. Iohãnes filius Hẽrici vij. rex X. hic Henricũ fugauit. Carolus rex XI. Iohãnes impator factus. Venceslaus rex XII. & impator Sigismũdus XIII. impator & rex Hungariæ simul,Albert⁹ XIIII. eius gener & Ro. rex. Ladislaus filius Alberti rex XV. Georgius Pogebracius XVI. Vladislaus XVII. regis Poloniæ filius,q hodie regnat. In hac generatiõe anno salutis 1155. postq̃ Ludouicus rex Frãciæ Helionorã Guilielmi Pictauieñ. filiã vxorẽ reliqsset,vt supra dictũ est,quã Henricus Andegauensis comitis filius vxorẽ despõsat, quæ res initiũ fecit multis postea bellis. ob eas etem nuptias Aqtania,Andegauia,Cenomania & Turonũ comitatus,Henrico accessere,q̃s principatus defuncto pr̃e vnà cũ Angliæ regno suscepit,potens aduersus Frãcos effectus. Genuit aũt Helionora Hẽrico quatuor filios,Henricũ,Richardũ & Iohãnem,q successiue reges Angliæ fuerũt, & Groffroium, q vxoris suæ suppetijs fuit dux Britãniæ cõstitutus,& quatuor filias. At rex Ludouicus ne sine liberis masculis vita defungeret, Constantiã Alphonsi regis Castellæ filiã ducit,quæ in partu secũdo dum filiã edit,morit, huic superinduxit Alizã Theobaldi Blesẽn. filiã,ex qua genuit Philippum,q dictus est Augustus,cognoĩatus est etiã Adeodatus, quasi ad preces Dei munere donatus. veꝝ priusquam nasceret,vt refert Robertus,patri hoc insomniũ apparuit:videre visus est filiũ calicẽ manu tenere,humani cruoris plenũ,eumq; suis pceribus ppinare,ex quo ipsi biberẽt imperterriti. Quod visum pater vni tm̃ Henrico Albano legato aplico detexit,sed defuncto Ludouico,legatus postea rem ppalat. deinde anno supiore anteq̃ Ludouicus morit,curauit Philippũ regni cõsortẽ assumere. quare Rhemis pductũ magna pompa adolescentẽ sacrare iubet,annũ vix 14. agentem,cui dum coronat,Guilielmus Rhemoꝝ primas,nouelli regis auunculus & S. Sabinæ cardinalis,Romanus legatus affuit. Philippus itaq; rex cum annos tantũ 15. natus esset,quo tpe Ludouicus eius pater quorundã aulicoꝝ suasu adductus, Philippum in

Boemiæ duces.

Boemiæ reges.

Ludouicus Franc. rex.

Philippus Augustus Franc. rex.

Dionysiano templo itez coronari iussit, vbi Isabellã Balduini Hannoniæ comitis filiã Philippus vxorẽ accepit, cui in ꝑpetuam dotem comes Arthesiũ vsq; ad Lisam amnẽ dedit. paucis post diebus Ludouicus paralysi, vt refert Robertus, interijt, elatus ĩ monasterium de Barbello, quod viuus ipse cõstruxerat, cuius sepulchrum Alisa regina auro argentoq; superadditis gemmis ornauit. mortuus est anno domini 1180. Fridericus impator sub titulo ducis Sueuiæ fundauit monasterium S. Fidis in Sletstat, habeturq; ibi aliquid de Othone epo Argentineñ. & Cunrado comite, fratribus suis. Similiter monasteriũ S. Vualpurgis prope Hagnau in foresta fundatum est à duce Sueuię. Alij dicunt, & forte verius, ꝙ Fridericus auus istius, gener Henrici quarti, monasteriũ S. Fidis in Sletstat fundauerit. Eo ferme tempore, hoc est, anno 1168. Cunradus comes Palatinus Rheni, frater Friderici imperatoris moritur, & Henricus dux Saxoniæ & Bauariæ, Clementia filia ducis de Zæringen repudiata, duxit filiam Cunradi Palatini, & ob hoc post Cunradi mortem factus est comes Palatinus Rheni, quem Fridericus primus de Palatinatu inuestiuit. Mortua vero vxore, Hẽricus duxit filiam regis Angliæ, genuitq; Othonem, Henricum & Guilielmum.

Hẽricus comes Palat.

GENERATIO XL.

Anno dñi 1170, imperãte gloriosissimo imperatore Friderico primo, anno regni sui 18. præsidente in vrbe Roma Alexandro III. pontifice maximo, anno eius 12. incepit XL. gñatio. Circa cuius initium Gualfagus Angleriæ comes, nup Mediolano vastato captus & in Germaniã ductus, cõpedibus fractis, in Italiã cũ rustico habitu venit. vbi Mediolanẽsium ciuibus conuocatis, adiuuãtibus socijs ciuitatibus ac Græcoꝝ imperatore, ab integro ciuitatem reposuit, ac mœnibus muniuit. Mediolanenses igit̃ pristinam renouantes ꝑfidiam, vt scribit abbas Vrspringeñ. conspirationẽ inierũt cum alijs ciuitatibus Longobardiæ, quæ oẽs vno die iudices impatoris cum suis fautoribus expulerunt, quosdã suspendẽtes, q̃sdam nudos relinquẽtes: q̃d factũ esse ꝑpter multiplices insolẽtias, q̃s Teutonici exercuerãt, Italici scriptores cõmemorant. Accepta igit̃ occasione à schismate Ro. ecclesiæ & ab excoĩcatione imperatoris, & vt suspicabat̃, de autoritate Alexandri papæ, spretis iuramẽtis, cœpunt rebellare. Et ideo ipsi etiã reędificauerũt quandã ciuitatẽ, ab impatore prius destructã, & ob honorẽ Alexãdri papæ, vocauerũt eã Alexandriã, ĩ dedecus & iniuriã impatoris. De industria aũt eam vrbẽ instaurant, vnde Papieñ. Dertonensesq; ac Montisferrateñ. q̃s solos imperator amicos habebat, infestare possent. Ego tñ inuenio Cremoneñ. impatori tum q̃ꝙ amicos fuisse, & plures alios ĩ Italia, vnde Papieñ. Cremoneñ. & alij fautores imperatoris, in derisionẽ Mediolaneñ. eã ciuitatẽ Paleã appellabãt. erat tñ circũdata fossatis ac muris firmiss. creuit vero statim populus, siqdem constat 15. millia viros primo eius cõditæ anno eã incoluisse. Prouocatus itaq; Fridericus, cũ exercitu in Italiã ducit per montẽ Cinisiũ, fret⁹ fauore marchiõis Mõtisferrati, & primo ad Secusam substitit oppidũ fœderatũ Lõbardis. id dolo, vt fert̃, captũ diruit. Astenses deinde timore percussos, in deditionẽ accipit. deinde Alexandriã delere instituit, quã quatuor menses obsedit, quũ pluuia Octobri cõtinuata, Tanarus amnis effusus, magno obsessis ꝑsidio fuit. ad prima aũt veris signa sociæ bello ciuitates opẽ obsessis, atq; annonã nauibus aduerso Pado Tanaroq;, simul terra apportarũt. Tẽpore succedente, cuniculis q̃busdam impiales singuli q̃dam in vrbẽ subrepunt. exciti tñ nocturni vigiles, vrbẽ clamoribus implent. ad eas voces Alexãdrini raptis armis irruũt, eos q intrarũt trucidant, & cuniculos repagulis firmãt. ac eruptiõe facta, armatas Friderici cohortes ad portã expectantes, ingẽti cæde cõmissa, ad impatoris vsq; tẽtoria repulerũt. ꝑtæsus itaq; longitudine laborum, in die Paschatis obsidionem soluens, Papiã venit. In hac obsidione imperator non profecit. nã dux Henricus de Saxonia, quod tacent vel ignorant Blondus ac Platina, nepos imperatoris, perfide ab eo recessit, sumpta occasiõe de execratione, & forte accepta pecunia. Quem, vt referunt, secutus imperator vsq; ad lacũ Cumanũ, cũ magna hũilitate postulauit, vt se nõ desereret, volẽs ad pedes se ducis demittere, q̃d tñ dux recusauit, Quidam aũt ducis officialis, Iordanus noĩe, fert̃ dixisse: Sinite dñe, vt corona impialis veniat ad pedes vestros, q̃a veniet & ad caput. Tunc imperator plus nõ potens, pro tẽpore exercitũ dimisit, & maximo labore auxilioq; Taurinensiũ ac Nouarieñ. egressus per mõtem Iouis, tendens in Burgũdiam, ĩ q̃busdam locis adeo angustiatus, vt accepta pecunia, seruientis seruũ se esse simularet, & eq̃s curaret. Tandẽ veniens in Alemaniam, præfatũ ducem de ꝑditione crimine lęsæ maiestatis impetiuit. dux vero ꝑuenit eũ, ac in Sueuia fecerat cõspirationem cõtra imperatorẽ, cũ Zolorensibus ꝑcipue & Veringeñ. comitibus. Ast imperator ducem frequenter citat ad curiã, vt veniat ad obiecta responsurus, vbi quidam principes ac fautores ducis, more Teutonicoꝝ

Mediolanũ instauratur.

Alexandria

Quarta Friderici I Italiam expeditio.

Henrici ducis Saxonię rebellio.

corū voluntatē suā ꝑ lege statuētes, dicebāt ꝙ impator ducē cōdemnare nō posset, vel terras suas abiudicare, nisi intra ducis terras placitū statueret. Porro qdam nobilis vir exurgens, ꝓposuit ꝙ lege duellionū obtinere vellet aduersus quēlibet, posse impatorē euocare principē pro iustitia ad locū quēcunqꝫ vellet, intra terminos sui impij existen tem. Cūqꝫ nemo isti se offerret ad pugnā, edicto imperiali ꝑfata sententia ꝑ iure perpe tuo statuta est, ratione & autoritate firmata est. Deinde impator ꝑdicto duci abiudica uit ducatus suos & alia bona singula. sic factū est vt ducatū Noricū concederet Othoni Palatino de Vuitilispach, qui fretus auxilio fratrū suorum, Cūradi videlicet Saltzburgensis epi, qui postea fuit etiam Moguntiñ. archieps, & Othonis fratris, quem fecit Palatinū in Vuitilispach, cuius filius postea Philippū regē interfecit. Horū auxilio Otho ducatū viriliter obtinuit, & ducē inde expulit. ducatū vero Saxoniæ cōtulit Bernardo de Anhalt. huic auxiliū ꝑbebat Coloniẽ. archieps, Philippus Moguntinus, & Lantgrauius de Thuringia, q ipsum ducē intra vnū mensem de castris sexdecim firmissimis expugnauerūt, & de terra vsqꝫ Brunsuig expulerūt, de q̄ ciuitate nec ipse, nec eius ꝓgenies adhuc potuit expelli. Imperator vero alia ipsius bona multis distribuit, ꝑter ea quæ Guelphoni patruo illius & suo auūculo dereliqt. Hæc à qbusdam gesta fuisse anno dñi 1180. narrant. Circa annū dñi 1174. erant in imperio nobiles qdam pacis studiosi, tam pōtificis q̄ Friderici rebus pariter affecti, qbus intercessoribus induciarū fœdera sunt cōscripta. Longobardiæ populi inducias laudauerūt, sed paci cū imperatore cōstituendę nō prius vacandū esse dixerunt, q̄ Alexandri pont. Ro. ratio esset habita, quin etiā Veneti admoniti essent, quorū suasione arma primū in Fridericū Veronenses Paduaniqꝫ mouerāt. Deinde Friderico petēte, cōuentus Papiæ est habitus. illuc tres cardinales cum Se. Ap. legationis titulo accesserunt, cui Lōgobardæ societatis oratores interfuere, petieruntqꝫ à Friderico cardinales pacē, ꝑ quam pōtifex Ro. sua & ecclesię iura reciperet, retineretqꝫ intacta. & Lombardi subiectiōis modum postulabant, cōferendorūqꝫ tributorū cōsuetudinem obseruari, quam Carolus Magnus, Ludouicus & Lotharius cōcessissent, volebantqꝫ & pōtifex & Lombardi Emanuelē Græcorū impatorem ac Guilielmum regē Siciliæ includere. Friderico autē iniqua, vt Blondus vult, postulāte, cōuentus est dissolutus. Paulo *deinde rescitū est, Fridericum copias ex Germania nouas cōtraxisse, ac in Italiam aduētare: quas cū exploratores breui affuturas renunciarēt, Papiēsem Comensemqꝫ agros populati sunt Mediolanenses, Alexāderqꝫ pōtifex Alexandriā vrbē dato epo exornauit, & Papieñ. ecclesiam crucis ac pallij dignitate priuauit. Anno 1175. Friderici impatoris copiæ Comū peruenere, sociæ aūt ciuitates per Lōbardiam Mediolanēsibus ꝑsidio accesserunt, ductūqꝫ est maximo apparatu Mediolaneñ. populi Coraciū in rus Barilianū, & impatiētes moræ Mediolaneñ. DCC. eqtes, Comensi agro qua hostis venturus nunciabatur, progressi sunt: in quos à longe visos, Fridericus trecētos primum eqtes, inde alias post alias turmas immisit. repulsiqꝫ Mediolaneñ. multis vulneribus acceptis, ad Coraciū vnde resistendi necessitate acies opposita est, cōcedunt. Et Fridericus iam ternis copijs in præliū paratus aduolauit. Primus itaqꝫ in tanto ardore Friderici signifer, cum aquilam inter cōfertos hostes intulisset, cōfossus, aqlaqꝫ in hostiū potestate facta est. Quo in loco cum pugna esset atrox, & multæ hincinde fierēt cædes, Fridericus impetū in hostes inconsultius fecit, dūqꝫ multos manu ipse etiā sua vulnerat, interficitqꝫ, eq suffosso prolapsus occubuisse creditus est. ad quā famā ardentiores Italici, impressionē fecerunt, & Germani pedē referre, post fugā sensim cōmittere cœperūt, quorum multos Ticinus amnis absorpsit, & plurimi eorū ad hostiū castella ignari itinerū delati, partim cęsi, partim sunt capti. Facta de impedimētis ac cæsorū spolijs ꝑda, militi est cōcessa. Erat Comi vxor Friderici, quæ mutata veste funere regio ꝓseq virū satagebat. verum die qnta à cōmisso ꝑlio Fridericus Papiæ habitu comitatuqꝫ impatorio vrbem ꝑambulare prius est cōspectus, q̄ eū vel viuere Papiēsis populus rescisset. Postq̄ & vxor & viri ecclesiastici ingens multitudo, quos iturus in ꝑlium imperator Comi dimiserat, Papiā ad eū cōuenerunt, multi eorū ea fuerunt audacia, vt in faciem illi dicerēt, ꝑsecutionem ecclesiæ, qua tam diu debaccharetur, Germanos & *suos imperio subditos luere. Ad q̄ verba ardentiores facti episcopi & archiepiscopi multi, sunt protestati, sese, nisi Ro. pontifici & ecclesiæ pacem breui dederit, eum derelicturos, & successorē ab electorib⁹ postulaturos: qbus deterritus minis, quærere statuit, opportune tamen, q̄nam modo pax inter papam & impatorem cōponeretur. Anno igitur dñi 1177. reformata est pax inter Alexādrum papam & imperatorem apud Venetias. de medijs autem quibus ad pacē ventū sit, Italici quoqꝫ scriptores sunt partim discordes. Blondus eñ scribit, quē seqtur Aeneas Syluius, Fridericum post præmissa Magdeburgēsem Moguntinumqꝫ

Brunsuig.

Agit de pace Italiæ.

Quinta Friderici I Italiam expeditio.

Improspa Friderici pugna.

archiepos, oratores ad pacem cũ Alexandro cõstituendã, destinasse Anagniã. Conuentum est ibidem, vt põtifex Bononiã, imperator Mutinã se cõferret, ꝙ eo modo facile posset ad colloquiũ perueniri. pro qua re cõplenda, põtifex ad Garganum montem se contulit, vbi triremes à Guilielmo Siculo tredecim missas reperit, hisq́ꝫ Venetias delatus, magno honore exceptus est, & in itinere terrestri sex cardinales Bononiã misit, Fridericus aũt Mutinã venit. Dum hæc geruntꝰ, oratores Friderici Bononiã suspectã dicunt, & Ferraria pro cõuentu eligitꝰ. erat quadragesimale tempus, & põtifex ducẽ Venetorum aurea rosa donauit, petijtq́ꝫ Ferrariã: vbi rursus mutatis cõditiõibus, Venetijs conuenire placuit, ea lege, ne prius imperator Venetias admitteretur, q̃ pacem iureiurando firmaret. Concessit igitur Fridericus pacẽ Alexandro in ea formula, qua semper optauerat, & Guilielmo regi Siciliæ, ac qndecim socijs ciuitatibus in sex annos pacem dedit. Hæc Blondus. Alij vero asserunt, Fridericũ cum magno exercitu venisse in Ausoniam, mouisseq́ꝫ in Romanam vrbem, pro quo põtifex (vt aiunt) eius vires phorrescẽs, 17. põtificatus sui anno coq sui vestibꝰ sumptis, eo in habitu Venetias ꝓfugit, ad diuæ virginis de charitate monasteriũ ꝓfectus, hic ab incolis recipitꝰ, & hortulo ꝑficitꝰ. Post aliquot vero menses, cum qdam noĩe Commodus, eum agnouisset, confestim ad Sebastianum ducem accessit, põtificem adesse Romanum retulit. q re cognita, mox senatum congregans, cum omni apparatu ad põtificis diuersorium accessit, agnitumq́ꝫ in tali despecto habitu pontificem, cũ crucibus alijsq́ꝫ solennitatibus ad diui Marci tẽplum cũ omni gaudio perduxit. Cumq́ꝫ ibidem põtifex ante altare ex more consedisset, principem senatũ & omnem populum benedixit. Imperator audiens summũ pontificem Venetijs esse, Othonem filiũ suum cum armata classe ad reposcendũ summum pontificem Venetias misit, q & Venetis ob id bellũ mouit, cui statim Sebastianus dux Venetoꝶ occurrens, facto congressu ipsum superauit, & Venetias vinctum perduxit. Otho autẽ ad pontificem ductus, procurauit ꝙ pax inter maximũ pontificem & patrem Augustũ cõponitur. Altera igitur quæ secuta est die, Fridericus Venetias venit, pacem à filio confectam hoc modo approbat, vt Romã & quæ ditionis erant ecclesiasticæ, summo pontifici redderet, & quicqd ille pro perpetrata culpa iniungeret, patienter perferret. Isto igitur fœdere Alexãder pontifex inito, confestim ad ianuas templi diui Marci accessit, & ibidem vniuerso adstante populo, imperatori iussit vt se humi prosterneret, & veniam denuo postularet. At summus pontifex Cæsaris imperatoris collũ pede cõprimens, ait: Scriptũ est, Super aspidem & basiliscũ ambulabis, & conculcabis leonẽ & draconẽ. At Fridericus: Nõ tibi, inqt, sed Petro, cui successor es, pareo. Et pontifex respondit: Et mihi & Petro. ac sic inter imperatorem & summũ pontificem pace composita, ipse imperator cum bona venia abijt. Vel vt Blondus scribit, postquam pontificis pedes imperator exosculatus est, deinde ad altare maius ambo principes se amplexati & exosculati sunt. Abscedente igitur imperatore, pontifex ob beneficium à Venetis susceptum, Sebastiano duci & eius successoribus ac senatui Veneto priuilegia concessit: primo quidem funale candidum, quod solis pontificibus Romanis portandum consuetudo concedit. Item ꝙ plumbo possent ep̃las sigillare deinceps. Tertio eidem principi vmbellum concessit, ornamentũ galero persimile. Quarto Venetoꝶ principi tertiã sedem in theatro Ro. fieri fecit, cũ prius duæ tantum in papæ theatro sedes essent, quoꝶ dextram pontifex, sinistram vero Cæsar tenet. Demum in adscensione dñi Venetis in templo S. Marci Euangelistę indulgentiam plenariam perpetuo duraturam concessit, quæ hodie perdurat. Quinto ipsi duci octo vexilla serica diuersoꝶ coloꝶ obtulit. Sexto deniq; cereum albũ eidem condonauit, quę oĩa in palatio S. Marci perpulchre depicta habentꝰ. Abiens deniq; Venetijs pontifex cum triremibus Guilielmi Siculi & quatuor Venetorum ornatus, Anagniam se cõtulit: vbi non diu immoratus, Tusculũ petens, de abrogãdis consulibus agere cũ Romanis cœpit anteq̃ pax cõponeretꝰ. Verum qa difficile erat consules tolli, quos ad qnquaginta annos habuerãt, pacti sunt vt nõ prius electi à pp̃lo cõsules magistratũ inirent, q̃ põtifici iurarent se ecclesiæ Romanæ fore fideles, nihilq́ꝫ vnq̃ molituros, qd dignitati põtificiæ obesset. Hoc itaq; modo rebus cõpositis põtifex Romã ꝓfectus est. Vnde postmodum v. kal᷑. Augusti, Iohãnes Sarmiẽsis q dicebatꝰ Callistus, renũciauit schismati, & venit ad pedes Alexãdri, & hic erat tertius antipapa. Eo ablato, fere oẽs scribũt, schismaticos elegisse quendã cui nomẽ * Laudo, & vocabãt eũ Innocentiũ. sed quo ille puenerit, & qd de eo actũ sit, nullus ex his q̃s legere potui, scribit. Cũ Friderico eñ pax inita durauit. Sic itaq; durissimũ schisma quieuit, & bella diutina cœperũt tepescere in occidente. Imperator quippe iam veniens in senium, quieti cœpit opam dare, & vtilitatibus filiorum suoꝶ intendere. Quinq; eñ genuerat filios, Henricum quem postea designauit

Restituta Pont. Alexandro pax.

De Othone Frider. filio.

Nõ tibi, sed Petro.

Venetis quę priuilegia dederit Alexander.

Friderici filij.

gnauit imperatorē, Fridericū quem fecit ducem Sueuoꝝ, Othonem q poſtea habuit terrā matris ſuæ Burgundiā, Cunradū qui mortuo p̄dicto Friderico, fuit dux Sueuorum: ſed & minimū Philippū, q mortuo Henrico ſucceſſit in regnū. In oriente vero, incipiētes quæ ſupiore gn̄atione dimiſimus, Almaricus Ieruſalē rex, anno dn̄i 1170. vel circiter, audiens ꝙ Noradin⁹ regnū Aegypti nitebať occupare, cōtractis militaribus copijs, deſcendit p ſolitudinē in Aegyptū. quo audito, Suar Sultanus nr̄æ fidei admirās ſynceritatem, gauiſus eſt valde. cōſiderabat em̄ vir prudens, nullatenus niſi per Chriſtianū exercitū hoſtem ſe expellere poſſe. Quare cōſentiente Calipha, regi Almarico 400. aureoꝝ millia dedit ea conditione, ꝙ rex nō egrederet́ de Aegypto, niſi Syracino aut extincto, aut Aegypti finibus expulſo. Quibus pactis, Almaric⁹ in prælium egreditur, q̄uis impar nimis accinctoꝝ ad p̄lium diſtributio fuerit. habebat enim Syracinus loricatoꝝ xij. millia, Chriſtianoꝝ vero eqtum quatuor millia, p̄ter Aegyptios viles & effœminatos. Itaq; cōmiſſa pugna, rex aciem hoſtiū viriliter ſternit ac in fugam vertit. ceciderūt die illa hoſtes mille qngenti, de Chriſtianis centū. Syracinus autem fugiens, tradentibus ciuibus, Alexandriā occupauit. eo audito, rex celeriter ſequutus, ciuitatem obſidione cinxit, victum'q; om̄em mari & terra abſtulit. Eſt aūt Alexandria totius Aegypti metropolis, Magni Alexādri opus, vbi turris eſt Pharos, à Soſtrato Cnidio cōdita, Philadelpho rege, inter orbis ſpectacula numerata. Obſeſſa ciuitate q̄tidiani conflictus edunť. tandē pax eſt facta, ſ. ꝙ rex reciperet ſuos quos Syracinus tenebat in vinculis, & captiuis Turcis Syracino reſtitutis, regnum Aegypti ipſe egrederetur cum ſuis legionibus. & ſic obſidio Alexādriæ ſoluitur, ac ciuitas per deditionē in regis tranſiuit poteſtatē. Egrediūtur ergo conceſſa pace obſeſſi, q diutina fuerant obſidione macerati, vnum præ om̄ibus admirātes, ꝙ tantā multitudinē ciuium, tantā aduenaꝝ numeroſitatē, tam modicus exercit⁹ intra vrbis mœnia coercuerit, & ad ignominioſam deditionē compulerit. vix em̄ Chriſtianis erant equites qngenti, peditum quinq; millia: obſeſſorum q arma portabant, qnquaginta millia. itaq; quiſq; redijt ad ſua. Sequenti aūt anno ad regem legatio ſolennis ab impatore Cōſtantinopolitano p̄uenit. ſumma legationis erat: Sentiens impator ꝙ regnum Aegyptiū adeo potens & opulentū, p̄uenit in manus imbellium & effœminatoꝝ, timebat ne perueniret ad gentes alienas: ſperabat autē ꝙ auxilio dn̄i regis Ieruſalem, facile poſſet in ſuam poteſtatē redigi. Hac igitur gratia legati regē adeuntes, firmatis cōuentionibus ꝙ impator gentes mitteret, ac ſimul vniti regnum aggrederenť. Fama ad hæc, vt dicitur, perſonuit, ꝙ Suar Sultanus Aegyptius occulte dirigeret ad Noradinū legationes, ab eo implorans ſubſidiū, aſſerens ſe inuitum pacis fœdere cum inimico populo Chriſtiano iunctum, & ſi de eius amicitia certior eſſet, pacta noſtris frangeret. Vnde rex iuſta indignatiōe motus, contractis copijs, in Aegyptū feſtinat deſcendere. Sunt q oīa p̄dicta dicunt ficta fuiſſe, ſed vt factū haberet aliquam excuſationē, talia vulgata eſſe in populo. Incētiuum aūt huius mali, vt qdam volunt, miniſtrabat Guilbertus magiſter domus hoſpitalis. fratres aūt militiæ templi, eidē ſe facto ſubducentes, quia eis cōtra conſcientiā bellum indicere p̄ter pacta videbať, regem ſeq noluerunt. Rex ergo Aegyptū aggreſſus, Peluſiū oppugnat. Sultanus vero Suar his auditis, & munere & amicorum auxilijs Almaricū regem adoriri ſtatuit. Miſſa ergo ad Noradinum legatiōe, auxilium implorat communis rei tuendæ cauſa. obſequitur Noradinus, ratus graſſaturam hanc hoſtium vim in ſua, niſi mox occurratur. Syracinū expeditiſſimis armis q amicum ſtrenue iuuaret, in Aegyptum mittit vicinam. Rex aūt euerſo Peluſio, Cairꝝ obſidet, vnde Sultanus regem cupidum promiſſis eneruat, infinitam pecuniam offerens. nam vt aliqui dicunt, aureoꝝ vigeſies cētena millia, quod vix Aegypti regnum perſoluere poſſet, promittit. hoc autem nō vt ſolueret fecit, ſed vt regem protraheret, quoad Turcarum auxilia venirent. Datis interea p̄ſenti centū millibus aureoꝝ, rex obſidionem ſoluit: & retrocedens, circa ortū balſami caſtra conſtituit, vbi per exploratores recognouit, ꝙ Syracinus aduenienſ, innumerā multitudinē Turcaꝝ ſecum traheret, quare ire ſibi obuiam parat. Sed cum audiſſet Syracinū Nilum tranſiſſe, quoniam nouo conſilio viderat opus eſſe, duplicatis hoſtiū viribus, iam nō tutum ſibi vltra morari in Aegypto ꝓſpiciens, ordinatis agminibus in regnū ſuū redijt. Porro Syracinus vidēs temporis opportunitatē votis ſuis conſociatā, & iam nō eſſe quempiam q ſuis deſiderijs poſſet reſiſtere, q̄d ante mente cōceperat, exeqtur. nam Sultanū nil de Turcaꝝ fide dubitātem iuſſit occidi, poſt cuius mortē ingreſſus ad Calipham, & ei debitam exhibens reuerentiā, ab eo *Sultanus officio inſignitur. O nefanda cupidæ mentis rabies. ecce à quo quieto & tranqllo ſtatu, & in quē turbulentū in partibus orientis Chriſtianos deiecit inordinatus amor habendi. Aegypti copiæ & opulentiarū immēſitas noſtris vſibus famu

Almarici Hieroſol. in Aegypto geſta.

Almaricus fœdus cum Aegyptijs negligit.

Syracini p̄fidia.

labantur,ex ea parte Hierosolymitanum regnum tuta habebat latera,nec erat ab Austro quē formidaret.at nūc quoquo te vertas,suspectas inuenis regiones,qm̄ oīs p circuitū regio hostibus patuit. Ve℞ Syracinus hoc tā magno facinore nō diu est lætatus. nam vix anno supuixit. Quo mortuo,successit ei Saladinus vir acris ingenij ac strenuus,in militares viros liberalissimus. Fuit pterea clemēs in deuictos,in verbo valde stabilis. Hic primis sui principatus auspicijs ad Caliphā dn̄m suū ingressus,vt solitā ei exhiberet reuerentiā,claua quā secū portabat, ipsum occidit:quo occiso,oēm eius pgeniem gladio trāsuerberauit,vt ipse simul esset Sultanus & Calipha,deinde oēm eius thesau℞ suis liberaliter erogauit militibus. Vidētes aūt principes oriētales,ꝙ occupata à Turcis Aegypto,multo deterior facta esset conditio Chr̄iano℞, opus esse deliberāt,vt de plātis regni ad occidētis principes dirigerent, q diligēter insinuēt regni Hierosolymitani importabiles necessitates,& Chr̄iano℞ inibi afflictionē, asperosq; casus imminentes. Missi sunt ergo de cōi oīm cōsilio Fridericus Tyrensis archieps, & Ioh. Peneates epus,q velociter ad partes occidentis peruenīētes,nihil pfecerūt. Deinde anno 1171. memor Cōstantinop. Impator pacto℞ quæ cum Hierosolymo℞ rege firmauerat,s.vt suis copijs adiutus Aegyptio℞ regnū occuparet,classem in Syriā misit, in cuius nauali erāt galeæ centū qnquaginta:naues aūt onerariæ ad equos,arma & bellica instrumēta portāda,septuaginta duæ.pterea e principibus erāt ibi Malducas cōsanguineus Imp. Alexāder nobilis vir de Apulia. Rex aūt Almaric⁹ cōpositis regni negocijs, apud Ascalonā tā Græco℞ q̄ Latino℞ cōgregauit exercitū.īde terra mariq; añ Damiatā,quā principio obsidere disposuerat,castrametati sunt,vrbē obsidiōe vallātes,vbi dū p triduū assult⁹ differūt,expimēto didicerūt,ve℞ esse q̄d poeta ait: Semp nocuit differre paratis. Nā hoc in triduo supuenerūt ex supiori Aegypto Turca℞ copiæ, & nr̄is vidētib⁹,nec phibere valētib⁹,vrbē prius pene vacuā īpleuerūt. Chr̄iani tn̄ nihilomin⁹ erectis in gyrum machinis,ciuitatē aggrediunt̄,sed ciues viriliter resistebāt. Accessit p idem tēpus tanta imbriū abūdantia,vt nulla arte stillicidia in tugurijs arceri possent. fiebāt interea interpolatis diebus in vrbē assultus.nūc nostri,nūc hostes deterius habebant. Ipsi vero raro Latinos,nisi lacessiti,ad cōgressum puocabant. In Græcos vero nōnunq̄ per quandam adulterinā portā irruptiōes faciebāt. Augebant̄ in dies ciuibus copiæ militares,ita ꝙ iam nostris essent formidini. Murmur ergo serpebat in pplo,& erat pene oīm vna sniā,Chr̄ianos inutiliter operā cōsumere irata diuinitate. Coaluerat em̄ fames valida in castris,& potissimū Græco℞. Mediātibus ergo nostris & Turca℞ satrapis nonnullis,cōsentiētibus in idipsum Græcis,occultis qbusdā cōditiōibus fœdus init̄,& mox voce pconia pax indicit̄. Depositis machinis & igne succēsis, Almaricus terrestri itinere reuersus est in regnū suū. Græci vero oēs q nauigio venerāt,vt ad ppria remearēt,sinistro omine naues cōscenderūt.nam sæuissima tēpestate suborta,cōfractis ad littora nauibus, naufragiū passi sunt, adeo vt de tāta classe vix paucæ naues cōseruarent̄ incolumes. Anno sequēti Saladinus vt Chr̄ianis vicē repēderet,ad inuadendos eo℞ fines totis se viribus pparat.vnde contractis copijs vsq; ad 40. millia eqtum,regnū Hierosolymitanū ingredit̄. Hoc audito,rex cum vniuerso exercitu q vix ducenti & qnquaginta esse poterāt milites,celeriter Ascalonā pperat. Deinde hostibus ad bellū pparatis parat occurrere. Sed illi ad aliū declnātes locū,effracto Gazæ suburbio,cū ingenti pda in Aegyptū sunt regressi. Vidēs aūt rex Almaricus q̄tis molestijs regnū molestaret̄,& ꝙ hostiū incessanter augebat̄ numerus,statim cōsilio principū occidētem solennes misit nuncios. Ipse vero ad impatorē Cōstantinopolitanū pspero flatu nauigat. Audiens aūt impator primū vehemēter admirās,quæ esset causa tanti laboris,deinde ad gloriā suam reputās,ꝙ rex Hierosolymo℞ loco℞ venerabiliū dn̄icæ pass. resurrectionisq; defensor & aduocatus ad se venerit,q̄d nulli pdecesso℞ suo℞ legit̄ accidisse,plurimū exhilaratus est. Ingredīēti regi cū cœtu pcerū suo℞,impator familiariter assurrexisse fert̄, ac pacis osculū dedisse.deinde rex impatori viæ suæ causam aperit,regni sui necessitates explicat. Famā immortalē,quā impator in subiugādo Aegypti regno sibi cōparare posset,diligētius exponit,facilitatē quoq; obtinendi ppositi euidentibus adstruit argumentis,qbus psuasiōib⁹ aures benignas imperator accōmodauit,& desiderijs plenum ac optatū pollicet̄ effectū. Hoc cōpleto negocio,bona spe ad reditū se parat,ac secūdis flatibus actus,Sidonē peruenit,quo anno & sequenti Saladinus irruptiōes facit in regnū Hierosolymitanū,sed Deo ppicio pa℞ nocere potuit. Anno dn̄i 1175. Noradinus Alapiæ dn̄s,maximus Chr̄ianæ fidei psecutor, princeps tn̄ iustus ac prouidus, est defunctus,nec multo post Almaricus rex febre correptus, est mortuus, & inter pdecessores suos sepultus. Noradinus aūt reliq̄t filium impuberē apud Alapiam commorantem, qua de re Damasceni vocabant Saladinum ob tutelam pueri,qui statim regnum Damasce

Saladinus Sultanus & Calipha.

Damiatam Latini cum Græcis obsident.

Incōmoda Hierosoly. regni.

mascenorum occupauit: quo facto, cum multitudine suorum versus Cœlesyriã properat, oẽsq; illas vrbes, quæ hacten⁹ Noradini fuerãt, facile occupat atq; subigit: Chrĩanos vero apud Hierusalẽ & alibi in Asia agentes, breui fuerat cõfecturus, nisi eodem tpe quo ipse à Turcis, à Chrĩanis Balduinus in regẽ fuisset assumptus, filius Almarici, q vix 15. annum attigerat, elephãtiæ morbo suspectus. Vnde de cõi oĩm cõsilio principũ, Raimundo comiti Tripolitano regni cura & administratio cõmissa est. Audiens aũt rex, quõ Saladinus cũ Noradini filio egisset, suspectũ merito oẽs q erãt de cõsilio regis, Saladini incrementũ habebãt, ne geminatis possessiõibus, acri⁹ in Chrĩanos ĩsurgeret, tutiusq; videbat, filio Noradini ministrari subsidium. Ergo comitẽ Tripolitanũ administratorẽ regni cũ vniuersa militia dirigit, vt conatibus Saladini se opponat. Audiẽs Saladinus comitis cõtra se aduentũ, p nũcios eũ rogauit, ne suis se conatibus opponat, sed vt pmittat se cum Noradini filio fortunã experiri, & ne hoc cõtemnat, obsides suos & Rainaldi quondã Antiocheni principis, q in Emisa ciuitate quã ipse occupauerat, captiui tenebant, gratis offert restituẽdos. Placuit hoc verbũ comiti, & receptis obsidib⁹, put pactũ est, ad ppria cũ Chrĩanorum exercitu remeauit. Verum breui post Saladinus immemor initi fœderis, regnũ Hierosolymorum infestare pluribus tentat incursiõibus: qd cum Balduinus resciisset, cõuocatis suorum tumultuarijs copijs, fines Damascenorum ingreditur. Serusidolus aũt frater Saladini, audiens regis aduentũ, perat enĩ ille Damasco, congregata suorum militia, Chrĩanis occurrit. Verum Deo puidente simul & p suis pugnãte victus, multis suorum amissis, fuga salutẽ Serusidolus quæsiuit, Chrĩani aũt victoria potiti, multaq; pda onusti, Hierosolymã sunt reuersi. Anno Balduini 5. Saladinus occupata omĩ terra Noradini, in Aegyptũ reuersus, infinita suorum cõgregata multitudĩe, hostiliter Chrĩanos aggressus est. Quo audito, rex vocatis celeriter suis, inuocato Dei auxilio, vrbẽ Ascalonã pugnaturus cũ suis egressus est, in cuius exercitu vix erãt 375. eqtes loricati. nam reliquã militiã rex Antiochiã miserat, hi omẽs puio dñicæ crucis ligno, contempta multitudine, hostes inuadũt. primo dubio marte cõflictũ est, cũ essent vires longe impares. Nam dicebant in exercitu Saladini fuisse eqtum 26. millia armatorum. Sed Deo auxiliante, confractis legionibus, strage facta, hostes in fugam vertunt, quos nostri vsq; ad noctem insecuti, pene per xij. milliaria ad internecionẽ tantã multitudinem deleuere, adeo vt Saladinus vix cum centum eqtibus fuga euaderet, cæteris occisis aut vinculatis. Hac potitus victoria rex, multa onustus præda, Hierosolymã est reuersus. Anno sequenti Saladinus iterum regnum Hierosolymitanũ hostiliter est ingressus, quod postquã regi innotuit, suis vndiq; conuocatis, contra hostes fidei progreditur: q Saracenorum excursores habens obuiam, cum eis iniuit præliũ. Nostri fiunt superiores, multisq; interfectis, cæteri in fugam versi, ad castra Saladini peruenere. Saladinus cognito quod acciderat, ordinatis aciebus nostris obuiam pergit, pro multitudine suorum cõfidens: & cum diu ancipiti bello pugnatum fuisset, & nostri de victoria nimis securi, confuso agmine & ordine hostibus occurrissent, Chrĩanos tandem in fugam vertit. Capti sunt ibi ex nostris Otho de S. Amando, magister militiæ templi, q squalore carceris eodem anno mortuus est. multi quoq; de nostris occisi sunt. Hac elatus victoria Saladinus, infinita damna eo anno regno intulit. Nec Hierosolymos præter inducias res vlla tuebat, quæ pactæ inter vtrunq; principem, vix durauere biennio. Hinc Saladinus cum infinita infidelium multitudine, rupto fœdere quod cum Chrĩanis pepigerat, fines regni ingressus, agros & suburbana depopulari cœpit. Erat autem hostium numerus 20. millia. Præparant se in occursum nostri, vix septingenti eqtes, q præuia dñi misericordia, ordinatis agminibus in hostium cuneos irruentes, dissolutis eorum agminibus, omnes in fugam vertunt, de qbus illa die ceciderunt mille. Saladinus ergo victus, redijt ad propria, atq; vt erat vir animo vigilantissimus, volens Chrĩanorum vires explorare, multo his maiora cœpit attentare. Nam suorum vndiq; contractis copijs, transito flumine Euphrate, in Mesopotamiam applicuit. Vnde vrbes splendidissimas, Edessam videlicet ac Carras, cum reliqs & omni pene prouincia, quæ sub ditione & dominio fratris Noradini fuerant, sibi vendicauit. Verum vt rex Saladinum ad exteras sese terras recepisse cum suis copijs intellexisset, ratus regionẽ ipsam viribus hostium destitutam, coadunatis sibi militibus, terras Damascenorum ingreditur, locumq; celebrem satis & insignem Zoram, multis refertam habitatoribus, non longe à Damasco violenter confregit. Quo facto, præsidium quodam qd à Chrĩanis paulo ante abstulerat Saladinus, obsidentes nostri, ad deditionem obsessos compulerunt: qd rex cũ intrasset, pdam inde absportauit. Post in regnũ feliciter redijt. Verum Saladinus vt aduersus nr̃os liberius cõtẽderet, minori Asiæ, Armeniæ & Lyciæ, quam maiorẽ Turciã nunc appellant, Sultanum pfecit gẽte Turcã, paucis admodũ copijs attribu-

Balduinus Hierosoly. rex vij.

Baldu. Saladinum vincit.

Saladinus fœdus rupit.

Emanuel II. Græcorum Imp.

tributis. Itaq; Saladino tantis implicito bellis, Emanuel secũdus Græcorum imperator, subijciẽdæ sibi Turciæ animũ adiecit, & copijs quidem ingẽtibus ac paratissimis raptim ductis, Ciliciã primũ spoliãdo vrẽdoq; subegit, Asiã deinde minorẽ ingressus, ad Cuneũ vrbem prouinciæ primariã peruenit. Sultanus interim copijs armatorum decẽ milliũ cõtractis, haud longe à Cuneo desedit. tactus vero erat Sultanus regni ambitiõe, & si forte de Saladino aliquid durius accidisset, illi succedere expectabat: quare multũ Emanuelem orauit, vt parte earum ciuitatũ quas ceperat, retenta, quod erat reliquũ, sibi relinqueret, fœdera secũ quæcũq; præscriberet inituro. Et cũ Emanuel Cuneũ obstinatius petens, in illũ ducere pararet, ingenio barbarus, astu rebus suis cõsulere prexit. Fuga nãq; simulata, fauces montiũ arctissimas est ingressus, quẽ Emanuel euestigio est insecutus, futurum ratus, vt eo exercitu oppresso, Turcia oĩs in suam cederet potestatẽ. Sed aditibus vbiq; repagula præsidiaq; barbarus ita opposuerat, vt quàm primũ ingressus fuerat Emanuel, sese cũ exercitu interceptũ, oĩ destitutus spe salutis intellexerit: actumq; erat de eo, nisi Sultanus perfidia ĩ Saladinũ vsus, regno quod ambiebat, imperatoris Græcorum præsidia voluisset magno beneficio comparare. Nihil enim vltra captis imperatori & Græcis præscribẽs, quàm vt his quæ de Turcis ceperant redditis, pacem secũ posthac cõstanter seruarent, eos abire permisit.

Alexius filius Emanuelis.

Hic Emanuel Constãtinopo. imperator paulo post anno dñi 1180. moriens, Alexiũ filium hæredẽ imperij reliquit annorum 15. Andronico Græco regia progenie tutore dato, cuius consensu Philippus Franciæ rex Hagnen filiã adolescenti in matrimoniũ locat. Præfuit Andronicus tutorio noĩe Cõstãtinopolitano impio, donec aulæ studio principatum (nam & ipse ex imperatoria familia erat) ambiret, sed conatibus suis præcipui videbant aduersari Latini, quorum in puerum ob patris Emanuelis merita fides erat spectata. Quare pellectis in suam sñiam aulicis, Latinos edicto publico cõsensu imperatoris curia expulit. Latini mente cõsternati, Græcorum molimina præuenientes, in galeas quadragintaquatuor, quæ erãt in portu, aliasq; naues se recipientes, vix mortis euaserũt discrimina. qui aũt infirmi erant, aut ad fugam minus idonei, rabiem sunt experti. Inuaserunt enim abeuntes Græci, nec sexui, nec ætati parcentes. Reliqui vero qui se eorum fidei cõmiserãt, Turcis & alijs populis infidelibus in perpetuam venditi sunt seruitutẽ, qui promiscui sexus vltra quatuor millia fuisse dicunt. Verum nec à seculo inauditũ scelus impune cõmiserũt. nam qui in galeis & nauibus (vt prædiximus) erant, postquàm cognouerunt Græcos vxores & eorum liberos, totamq; familiã quæ in vrbe remanserat, partim gladio, partim incendio consumpsisse, iusta indignatiõe circũierunt vtrunq; Hellesponti littus vsq; ad ostium mediterranei maris, mancipia vi comprehendentes, vniuersos habitatores gladio peremerunt: sed & monasteria peruadentes, pseudomonachos & sacrilegos eorum sacerdotes ferro cædũt, monasteria succẽdentes, ex quibus locis infinitã auri & argenti copiã corraserunt. Deinde mare mediterraneũ ingressi, Thessaliæ & aliarum circũadiacentiũ prouinciarum vrbes perlustrantes, cuncta incẽdio & rapinæ tradidere. qui vero stragem aut rapinã abominabant, in regnũ Hierosolymitanũ descenderũt. Andronicus vero, pulsis Latinis qui puero fauebant, breui post nauigãtem laxãdi animi gratia imperatorem Alexium, in mare præcipitatũ necauit, isq; sumpta euestigio purpura, imperator à cõplicibus est declaratus. præterea ne facinore partam tyrãnidem amitteret, facinus haud paruũ edidit. nam proceres oẽs quorum virtutẽ suspectã habebat, interfecit. Verum Guilielmus Siciliæ rex, iniurias Latinas ab Andronico illatas vlturus, cũ armato exercitu in Græciã traijciens, Thessalonicã Macedoniæ vrbẽ vi cepit, & multas Græciæ Thraciæq; ciuitates varijs calamitatibus affectas partim cepit, partim diripuit, nusquã occurrente Andronico, dijs nũc & ciuibus suis infesto, propterea quod multos occiderat, plerosq; exilio dãnauerat. Hac necessitate impulsi Cõstantinopolitani ciues, Isaac quendã regia progenie ortũ, ex Peloponneso vocatũ, imperatorem tumultu cõcitato acclamauerũt: isq; populi multitudine stipatus, Andronicũ prœlio superat, captumq; singulis mutilatũ membris, vitã in acerbis cruciatibus finire coegit. Hæc ad tempora Lucij papæ sunt protracta. Nec prætereunda mihi vident in hac serie Philippi regis Franciæ initia. Hic enim principio regni sui in aleatores quos abhorrebat, edicta proposuit, illorumq; executionẽ fecit. Anno aũt primo regni sui bella pro ecclesiarum defensione, cleri libertate duo gessit: vnum cõtra Bebonẽ in territorio Bituricensi, secũdum cõtra comitem Cabillonensem, quorum tyrannidem viriliter perdomuit. Paulo post quia Iudæorum maxima multitudo Parisijs habitabat, qui ibidẽ adeo diuites facti erãt, vt fere medietatẽ vrbis sibi vendicarẽt, hi cõtra decreta ecclesiæ in domibus suis seruos Chrianos & ancillas habebant, quos etiam in quibusdam iudaizare cogebant. Insuper & sacra vasa pro instante ecclesiarum necessitate pignoris noĩe retinentes, tam viliter tractabant, quod eorum infantes in calicibus offas faciebant, & ex his bibebant. Sed & multa alia enormia contra fidem nostram committebant. dicebat etiam, quod sin

Andronicus Latinos Græcia expulit.

Andronicus Alexium necat.

Isaac Græcus Imperator.

Philippus Frãc. rex Iudæos pellit.

ꝙ singulis annis in opprobriũ ac cõtemptũ Chr̄ianæ religionis, quasi pro sacrificio in q̄buſdam locis subterraneis in die cœnæ dñi Chr̄ianum vnũ patibulo crucis affigẽtes occidebãt. Quæ cũ audiſſet rex Philippus, mortuo patre, eius p̄cepto p̄ totum regnum Iudæi capti sunt, & primo oĩbus bonis spoliati, deinde mãdauit vt oẽs q̄ fidem Chr̄ianam & baptiſma suscipere nollent, de regno eius exirent. Multi ergo baptiſma susceperunt, q̄bus rex oẽs poſſeſſiões suas integre restituit, synagogas aũt ecclesias dedicari mandauit. Cum aũt his t̄pibus in curijs regum & principũ multi histriones concurrerent, q̄ p̄ adulatione ac procacitate equos, vestes, aurũ & argentũ extorquebant, adeoq̄ hæc pestes inualuit, vt miseri & auari reputarentur, q̄ taliũ societate carerent. Philippus rex Franciæ cõsiderãs hoc eſſe vanũ & saluti contrariũ, p̄misit Deo, ꝙ dum viueret, vestes suas Dei intuitu pauperibus erogaret. Ad res ecclesiæ nũc reuertentes, vnde digressi sumus, quæ post initum pacis fœdus inter Alexandrũ papã & Fridericũ facta sunt, narrabimus. Itaq; cõfecta inter ecclesiæ capita pace, Fridericus cũ bona põtificis venia Rauennã, deinde Bertonoꝝ se cõtulit. Alexander aũt triremibus 13. Guilielmi Siculi & 4. Venetorũ ornatus, Sypontũ primo ventis delatus, deinde Troiam & Beneuentũ, per Caſſineñ. saltũ Anagniã se recepit, vbi nõ diu se cõtinẽs, Tusculũ petẽs, de abrogandis cõsulibus cũ Ro. agere curauit. Verũ q̄a res in q̄nquagesimũ se annum protraxerat, difficulter tolli videbat̃. Pacti tñ, vt nõ prius electi à populo consules magistratũ inirent, q̃ in verba põtificis iurarẽt se ecclesiæ Ro. fideliſſimos fore, nihilq̄ vnq̃ molituros q̄d dignitati põtificiæ obeſſet. cõpositis rebus, põtifex tertio Romã p̄fectus est, obuiã sibi p̄cedente gratulatiõis causa populo. Deinde statim in Laterano cõciliũ celebrat, in quo mores curiæ iam nimia licentia labefactatos, corrigit: & ne q̄s arma, ligna, ferrũ infidelibus apportaret, sub anathematis pœna decernit. De decimis q̄q; ante hoc cõciliũ à laicis in feudũ cõceſſis, decretalẽ instituit. Interim vero Alexander post longos & aſſiduos labores, cũ iam q̄eturus à tyrannicis p̄turbatiõibus videretur, pontificatus sui anno 21. die 19. moritur. sublatis prius e medio quatuor schismaticis pontificibus, quoꝝ seditiõibus ecclesia Ro. pene subuersa est. Reliq̄t aũt Petri sedẽ Lucio eius noĩs secũdo, natiõe Tusco, q̄ Luca gente nobili oriũdus, oĩm cõsensu põtificatum init anno dñi 1181. sedit annos quatuor, menses duos, dies 18. Hic Lucius ab initio consules, Romanis q̄busdã fauẽtibus, deponere curauit, multoꝝ ex nobilitate ac pp̄lo Ro. ope ac cõsilio fretus. Fastidiebant eñ tyrãnidem cõsulũ. sed adeo consularis factio p̄ua luit, vt Lucio vrbe deturbato, in fautores suos multũ sit sæuitũ. Nouo eñ exemplo studiosos põtificis q̄ fuga sibi non consuluerant, effoſſis oculis cæcarunt. At pontifex fugæ suæ neceſſitate ad bonũ consilium conuersa, Veronã conciliũ conuocat, rebus Hierosolymitanis cõsulturus, qua gr̄a patriarcha Hierosolymitanus, & magni Hospitalis magister Veronã ad Luciũ pontificẽ, & inde eo suadente ad Philippũ Francoꝝ regem se contulerũt, opem rebus afflictis postulantes. Anno dñi 1181. Imp. Fridericus apud Moguntiã maximũ festũ celebrauit, conuocatis principibus regni, sed & de alijs regnis cõpluribus, in quo cõuentu ex filijs ipsius Henricus, rex est designatus, & Fridericus, dux Sueuoꝝ: ambo gladios accinxerũt. Anno deinde 1183. Fridericus iam bellis fatigatus, Longobardis oĩbus condixit curiam apud Constantiam, vbi principes & potestates eoꝝ se repræsentarunt: & pacta quædam de faciendo seruitio imperatori de singulis ciuitatibus Longobardiæ, ibidem statuta sunt, vocaturq̄ pax Constantiæ, quam hodie tenent in scriptis, quam & Baldus cõmentatus est. Ea sic legitur: Imperialis clementiæ mansueta serenitas &c. vbi etiam noĩa ciuitatũ inferuntur quæ pacem iurauerunt, tenorq̄ iuramenti est talis: In noĩe dñi iuro ego N. ꝙ amodo ero fidelis dño imp̄atori Friderico, & eius filio regi Henrico, non ero in consilio vel facto, ꝙ ipsi perdant vitã vel membrũ, aut mentem, seu coronã imperij vel regni sui, seu capiantur: vel si sciuero aliquem fecisse vel facere volentẽ, p̄ me vel p̄ alium dño imp̄atori, vel regi, vel nuncio eius, sine fraude manifestabo, & eum adiuuabo. Insup pacem dñi imp̄atoris Friderici, & filij eius regis Henrici & suæ partis, factã cũ societate Lõbardiæ, sicut scriptũ est, & inde sine fraude infra xv. dies post & iurata bono intellectu & sigillo dñi imp̄atoris sigillata, obseruabo bona fide & fraude. Et hoc iurare faciã oẽs masculos mecũ habitantes, à 16. annis & supra vsq; ad 70. infra 15. dies postq̃ iuratũ habuero, exceptis seruis: & q̄ per me iurare noluerint, infra tertium diem imp̄atori vel regi vel suis nuncijs per breue manifestabo. Acta sunt hæc anno dominicæ incarnationis 1183. regnante Friderico Impe. Ro. glorioſiſſimo, anno regni eius tricesimosecundo, imperij vero xxix. datum apud Constantiam. Quo tempore Lucius pontifex seditionem principum in Asia, Guidonis de Lisigniaco, & comitis Tripolitani intelligẽs, cum ad arma ciuilia res spectare videret̃, nõ destitit nuncijs & literis eos hortari, vt in gratiam mutu

Lucius II. papa.

Iuramẽtum Italicarum ciuitatum.

mutuam redirent. Guilielmū quoq; Siciliæ regem, pace cū Isaac Græcorū imperatore cōposita, impellere pollicitatiōibus curabat, vt in Asiam traijceret. Verū dum ob hanc rem nuncij vltro citroq; mitterent, Lucius vir optimus pōtificatus sui anno q̃rto, mense 2. die 18. Veronæ moritur, sepeliturq; magna pompa ante altare cathedralis basilicæ, sup cuius tumulo hi versus notati referunt: Luci Luca tibi dedit ortum, pontificatum Ostia, papatū Roma, Verona mori. Fuerat eñ epus Ostieñ. antea, de quo refert Hermannus, eum cōstituisse vt Missa cōcubinarij possit audiri, & ab eodem sacramenta ecclesiastica recipi, q̃diu à suo epo toleraret: grauissime aūt vterq; peccat & sacerdos celebrans vel sacramēta porrigens, & epus eū tolerans. Anno dñi 1183. in puincia Bituriceñ. septē millia Cotarellorū interfecti sunt ab illius terræ incolis. Isti eñ terram regis Francorū vastando pdas ducebāt, hoīes captos cū vxoribus vilissime tractabant. Cū vxoribus eñ illis videntibus dormiebāt, ecclesias incēdebant. Sacerdotes aūt & viros religiosos torquentes, irridebāt aut virgis cædebant, ex qbus qdam inter flagella spm̄ exhalabāt, alij vero carceri mancipati, data pecunia ad ppria redierūt, ecclesias spoliabant, & corpus dñi de vasis aureis & argenteis extrahentes, in terrā deijciūt, ac viliter pedibus cōculcant: de corporalibus cōcubinæ eorū pepla capitibus cōponebant, calices exportabant, malleis aut lapidibus confringentes. Hæc videntes incolæ illius puinciæ, dño regi Philippo significabant, & accepto ab eo exercitu, in latrones illos irruunt, & oībus interfectis, de pda illorū ditati sunt. Circa hæc tpa misit rex Philippus Stephanum Nouioneñ. epm ad Cainū regem Danorū, vt ei vnam de sororibus suis daret vxorem. Quod æquus ille accipiens, Engebergā ei tradidit, puellā sanctā & bonis moribus ornatā. hanc rex Atrebati legitimā vxorē duxit, ac coronari fecit. Sed mox instigante diabolo, rex vxorē exosam habere cœpit: nec multo post cōsanguinitatis linea p Carolū Flandreñ. comitē ab epis cōputata, matrimoniū separi fecit. Regina ad Danos ire nolens, in locis Galliæ apud religiosos manere decreuit. sed qm̄ istud coniugiū dicebat iniuste separatū, papa (sunt q fuisse Cœlestinū putent) postea ad querelam Danorū misit duos legatos in Franciā, q Parisijs cōuocato cōcilio de reformando coniugio tractauerunt. Sed pelli suæ timentes, nihil ad pfectum duxerunt. Verum postea anno 1202. papa Innocentius III. Octauianū Ostieñ. & Iohā. Voltreñ. epos in Frāciā misit, quorū admonitiōe rex vxorem suā Engebergā in qualemcūq; grām recepit. Et superinductā à se ad tempus separauit. tum sup matrimonio multæ habitæ sunt à iurisperitis disputatiōes. Attamē anteq̃ legati Romā redirent, Maria ducis Boemiæ filia, à rege Philippo superinducta, defuncta est, de qua idem rex filium noīe Philippum & filiam vnam susceperat. Erat aūt Maria filia ducis Morauiæ & Boemiæ, marchionisq; Istriæ, quam qnq; annis cōtra Dei decretū & legem rex tenuit. Illa vero mortua, Innocentius papa III. ad petitionem Philippi regis, pdictos pueros legitimauit, quod factū eo tpe multis displicuit. De hac dispēsatiōe est tex. in ti. qui. fi. sint le. in c. p venerabilem. De hoc Philippo, q & Augustus dictus est, reperimus q habuerit tres vxores. primo habuit Isabellā filiā comitis Balduini de Hannonia, p quod matrimonium conqsiuit comitatū de Artoys & Atrebatū ciuitatem. habuit aliā vxorē noīe Mariam filiā ducis de Morauia: ex hac genuit Philippū comitē Clari montis de Bolognie, & filiā vnam: tertiā habuit vxorem Engebergā filiā regis Danorū, quæ magis dicenda fuisset secunda, qa ex pmissis patet, q ille supinduxit Mariā: qua defuncta, forte reassumpsit Engebergā, & sic potest dici secunda & tertia. Philippus iste regnauit annis 43. qa defunctus est anno dñi 1223. Philippus iste anno 1184. contra Flandriam comitem Philippū, ppter comitatū * Veromandensiū, quē iniuste detinebat, apud vrbē Ambianes cōgregauit exercitū: cui cum comes desperaret se illi posse resistere, dictū comitatum libere restituit. Castrū tamē S. Quintini & Peronā tantū in vita sua retineri obtinuit. Quo tpe Philippus duo insignia opa in regno suo fecit: nemus q̄d ppe Parisios & Vicenarū dicit, fecit muro optimo cingi. q̄d audiens rex Anglorū Henricus, syluestres feras, apros, ceruos, damulas, capreolas p totā Normanniā & Aquitaniā captas, in naui p Sequanā fluuium pdicto Philippo transmisit. Insup & ciuitatem Parisieñ. vt illi nomen antiquū auferret, à luto eñ Lutetia dicebat, vicos & plateas oēs duris lapidibus sterni fecit. Anno dñi 1186. septimo die mensis Ianuarij, Fridericus impator filio Hērico regi Germanorū, regales nuptias cum Cōstantia Rogerij Siculi filia, nuper sibi despōsata, Mediolani solenniter celebrauit, anno Henrici 21. regni aūt 14. quē pater toti Lombardiæ pfecit. Eodē anno castrū Brisach à rege Henrico initiat, & hyems satis calida fuit, ita q in Decembri & Ianuario multæ arbores florerent, in qbus circa Februariū pira quātitate auelanæ conspiciebant: corui quoq; & aues reliquæ in Ianuario fœtus pduxerunt, sed sequenti anno lxxxvij. in Martio magna aeris inclementia & aspe-

Lucij de cōcub. constitutio.

Cotarelli à Frācis cæsi.

Engeberga Philippi vxor.

Flādreñ. comitatū Philippus occupat.

Henr. regis nuptiæ.

& asperitas algoris,& fere vsq; ad kaleñ. Iunij durauit,ita q Pentecost.in medio Maio nix magna cecidit,& fere oĩa vina perierunt. Anno salutis nostræ 1186. Vrbanus in papã eligit,sedit annũ vnũ,mẽses 10. His diebus,vt refert * Vrspergeñ. Fridericus Imp. Henricũ filium & regem ꝓuincijs Italiæ ad se spectãtibus ꝑfecit, illicq; nuptias Mediolani habuit,vt supra diximus. Nunc ad res & bella terræ sanctæ ꝓperandũ erit. siquidem Saladinus,vt erat vir impiger & ꝑ oĩa strenuus,postq̃ totam Mesopotamiam suę subiecerat ditioni,transmisso Euphrate,n Cœlesyriã est reuersus,& nobilem ac potentem vrbẽ Alapiam qbusdam cõditiõibus recepit. Hic primũ Chrĩanos oriẽtales timor nõ modicus cõtriuit.nam q̃d maxime verebant̃, accidit. Subiugata eñ Alapia, oĩs illa regio ꝑ circuitũ Saladini potentia vallata est. Quare Chrĩani vrbes & oppida quæ in circuitu erant,munire cœperunt. Eo tpe Balduinus rex apud Nazareth febre laborabat,sed elephãtiasi ingrauescente,de se quasi desperans,regni vniuersalẽ administrationẽ dño Guidoni de Lisigniaco,viro sororis suæ tribuit. Nã Almaricus rex de vxore sibi consanguinea genuit Balduinũ & Sibyllam,à qua vxore cum fuisset iudicio ecclesiæ separatus,accepit Almaricus neptem imparoris Emanuelis Politiam, ex qua habuit filiã Isabelem,quæ postea nupta fuit Herfrãdo adolescenti,vt inferius dicet̃. Fuerat Sibylla Guilielmi Montisferratensis vxor,quo apud Ascalonã vita functo,Guido de Lisigniaco eam vxorem accepit,atq; hac rõne ad regnũ tuendũ postulatus est. Saladinus aũt in his regiõibus cõpositis rebus, Damascũ redijt. Deinde cũ vniuerso exercitu fines Chrĩanoꝝ ingressus est, quo cognito, Chrĩani correptis armis ad locum vbi castra locauerat,ꝓcesserunt. Hic sane,vt aiunt,si nostri Deũ habuissent ꝓpiciũ,poterãt facile hostem supprimere,erant eñ in Chrĩano exercitu magni & mirabiles viri,videlicet Boemũdus tertius princeps Antiochenus,Raimũdus comes Tripolitanus,Henricus dux * Louaniæ,Rudolphus de Milione ex Aquitania. Sed peccatis nostris exigẽtibus,cõtentio orta est inter nostros. Nam qdam odio Guidonis, cui rex administrationem cõmiserat,pugnare dissuadebant. Mirabant̃ milites qd esset q tanta opportunitate data nõ fieret cũ hostibus cõgressus,vnde per 18. dies hostium castra vix miliare distantia,q̃d nunq̃ aliàs visum fuit,manserunt intacta. Saladinus aũt post multa dãna regioni illata,ad ꝓpria integris copijs reuersus est. Vix aũt euoluto mense, Saladinus reuocatis viribus vrbem,cui antiquitus nomen erat Petra Deserti,nunc aũt Caath dicit̃,obsidione vallauit. Rex Balduinus cõsiderans sup̃biam Guidonis, & q in supradicta belli administratiõe minus strenue se gesserat,ad se regni curam reuocauit. Atq; de cõmuni cõsilio principũ,nepotem suũ Balduinũ,quẽ Sibylla soror ex Guilielmo marchione Montisferrati primo viro genuerat,in regem fecit coronari,Raimũdo comiti Tripolitano pueri tutelã & totius regni administrationẽ solenniter dando: quo facto,ad subueniẽdũ his qui obsidebant̃ à Saladino,cũ suoꝝ copijs ꝓperauit. Quod cum Saladinus ꝑ exploratores cognouisset,soluta obsidiõe,ad ꝓpria est reuersus. Acta sunt hæc anno 1185. Saladin⁹ deĩde regni Hierosolymitani terrã cũ magno exercitu aggressus,ingentẽ pecoris hoĩmq; ꝑdã abegit magna ibi pars Templarioꝝ militũ cæsa est. Ea futuræ desolationis regni Chrĩanoꝝ indicia cum cognoscerent Heraclius patriarcha Hierosolymitanus,& hospitalis Hierosolymoꝝ magister, Veronam ad Lucium pontificem,& inde eo suadente ad Philippũ Francoꝝ regem se cõtulerũt,opem postulantes. Philippus quoq; cum ire nõ posset, tamẽ multos milites Hierosolymam ituros in Italiã ad põtificẽ misit. Hęc acta sunt sub Lucio anno 1184. Inter hęc obijt Hierosolymæ Balduinus quartus,lepra magis q̃ senio confectus. Cui Balduins nepos eius & ipse rex,de quo supra,successit in regno,regni curã Tripolitanus comes gerere nequiuit,eo q Sibylla mater pueri,vnã cum Guidone marito resisteret, dumq; res ipsa magnis Christianorum simultatibus tractatur,Balduinus puer & rex, ad octauum auunculi obitus mensem defunctus est. Eam pueri mortem Sibylla mater texit, verita ne Tripolitanum comitem populus & militia regem assumerent,multisq; nõ magis pollicitationibus blanditijsq; quàm largitionibus à patriarcha,episcopis,proceribus Guidonem maritum,Hierosolymorum regem creari obtinuit. Guidone rege designato, comes Tripolitanus pro sua in illum inuidia, non tam Hierosolymorum dominatum, quàm omnem Latinum populum infestauit. Inducias cum Saladino constituit, quæ Tripolitanum comitatum à fauore Christianorum penitus separauerunt. Quin etiam mulierem nobilissimam, principatum Tiberiadis & Galilææ hæreditario iure tenentem, vxorem duxit, quæ omnia per nuptias regno Hierosolymorum abstulit. Quin etiam tum erant cum Saladino Christianis generales induciæ, quas vir astutus comes Tripolitanus abrumpere satagebat, & fortuna eius consilijs fomenta addidit. Montis siqdem regalis Chrĩanus princeps Rainoldus de Moreal, multa trans Iordanem

Vrbanus III. papa.

Baldu. Guidoni regnũ Hierosoly. tradit.

Caath.

Initia vastãde Hierosõ.

Guido vltimus rex Hierosoly.

nem tenebat, qbus ex locis annonã abundãtem Hierosolymi trahebant. Is princeps incõsulto & penitus inscio rege, inducias temere violauit. Saladinus venisse tempus ratus, q̃d maxime expetebat, cõparato exercitu ingenti, Turcis Saracenisq; oĩbus p nuncios & lr̃as suasit vtendũ occasione data: nã Chr̃iani ipsi maxime discordes essent, & facile possent exterminari, cõtraxit copias eqtum qnquaginta millia, peditũ innumera erat multitudo. Primũ ergo p Tripolitanũ Tiberiadisq; securi delati agrũ, ad Acam quam dicũt Ptolemaida, castra metati sunt. Inerãt vero vrbi Chr̃ianæ militiæ principes templi & hospitalis magistri, qbus ea vrbs à regibus cõcessa erat. Hi ad primũ impetũ hostis, q kalen. Maij factus est, intrepide p̃lio sunt cõgressi, pugnatumq; est dispari copiarum numero, vnde magister hospitalis vir fortissimus, & meliores quiq; de suis, ceciderũt: nihilominus tamẽ nostri tandẽ supiores facti, cruentã victoriã obtinuerunt.

Saladini aduersus Christ. expeditio.

At Raimundus interim Tripolitanus, ne Chr̃iani delerent, parum etiã fidens barbaro, Tiberiadem muniuit, atq; vxore ibi relicta, Tripolim est reuersus. Guidoniq; regi reconciliatus, à barbarorum recessit inducijs. Hoc intelligens Saladinus, Aca dimissa, Tiberiadem obsedit. magister templi Hierosolymã cõfugerat, quo cõpulsore, Tripolitano comite instãte, Guido rex copias eduxit, eqtum 30. millia, peditum 40. milliaq; facto itinere, cum loco aquarum irriguo castra ponere statuissent, p̃ręuẽti sunt à Saladini copijs, & in loco arido pnoctare sunt coacti. Saladinus id intelligens, relicta obsidione Tiberiados, in castra venit quæ pręmiserat, Chr̃ianis opposita. Et in aurora cõmisso p̃lio, in Chr̃ianos siti laborãtes & prorsus deficientes, cædem magnã edidit, & in fugam eos vertit. In eo nanq; bello 30. millia hoĩm occisa sunt, & q antea ternos quaternosq; singuli fugare prosternereq; soliti fuerãt, vice nunc versa, seni septeniq; singulis hostium fugabant. De hac tñ fuga paucissimi sunt prolapsi. Tripolitanũ comitem ab amico ferũt barbaro Tyrum fuisse deductũ. Guido cũ templi magistro ac notioribus militibus captus seruatusq;, reliquos etiã religiosos Saladinus securi fecit percuti. Ea in miserabili clade, magna salutiferæ crucis pars amissa est. Raro aũt à primo introitu Latinorum in Syriã, vllo prælio tãtus effusus est sanguis, nam tunc totius Chr̃ianitatis concidere vires apud orientem. Quos em̃ Saladinus Templarios aut Hospitalarios ceperat, sine aliquo humanitatis respectu occidi fecit. Insuper & Rainaldum de Castillione Antiochenũ principẽ, virũ manu & cõsilio pmptũ, eo bello captũ, Saladinus manu ppria capite trũcauit. Deinde apud põtem Tiberiadis manubias Chr̃ianorum & spolia inter suos liberaliter diuidit Saladinus. Rex aũt & templi magister in signum victoriæ reseruant. Incidit hic tam miserabilis casus in annũ 1187. Tanta potitus victoria Saladinus, mox ad Acam duxit, quã Chr̃iani cum singulis vestimentis exire pmissi, euestigio dediderũt. Berytũ deinde, post Byblon, & cõtinuato victoriæ cursu, qcqd ab Aca ad Ascalonã maritima regio habet, Saladin' pari deditiõis facilitate recepit. Ascalonitæ munitiõe cõfisi, rñderũt se nõ nisi post captã Hierosolymã deditionẽ facturos.

Saladinus Guidonem regẽ capit.

Multũ certe Saladini humanitas & fides Chr̃ianis pfuit, siqdem nullum q tributa sibi pendere vellet populũ, vrbe aut oppido eiecit, nulli datã fidem violauit, vir pmissi tenacissimus, & in misericordiã liberalitatemq; pcliuus. Per hoc tempus Cunradus marchio Montisferrati Tyrum applicuit, nauigio vectus imperatoris Isaac, cuius sororem in matrimoniũ acceperat, pter opem illi datã aduersus Græcum nobilem ad imperium adspirãtem. Et eodem die comes Tripolitanus de fuga ab infausto p̃lio emergens, eo se cõtulit, q vir pfidus, Cunradi suspectã ducens virtutem, relicta Tyro, Tripolim accessit, vbi morte subitanea defunctus est, & cadauer eius circũcisum est repertũ. Saracenus em̃ fuerat effectus, vnde à nonnullis pditor exercitus Chr̃iani habitus est. Per id etiã tp̃s classis Guilielmi Siciliæ regis 40. triremiũ, apud Tyrũ apparuit, quã Margaritus Siculus ducebat. Saladinus aũt Ascalonã obsidẽs, 10. diebus oppugnatã vrbem ea cõditiõe recepit, vt Guidonẽ regẽ & tẽpli magistrũ liberatos, Tyrũ deduceret. q̃d & factũ est. Hierosolymitæ aũt ciues, & q de vicinis locis vndiq; hostiũ metu illuc cõfluxerant, audita strage suorum, & viuificæ crucis amissiõe, oĩ se humiliabãt gñe supplicãdi. agebant ab oĩbus Chr̃ianis ibidem solẽnes litaniæ, cõfessiões & ieiunia. sed & paruula ætas his exercitijs insistebat. at ira Dei in patulo vehemens erat. nec mirum: nam & clerus & populus in luxus varios se effuderat. Totaq; terra facinoribus & flagitijs sordescebat. Insuper q religionis præ se ferebant habitum, regularis temperantiæ turpiter fines excesserant. Pauci erant, quos vel auaritiæ vel luxuriæ morbus non infecerat. Quare dñs ad iracundiam concitatus, terram quam tulerat de manibus impiorum, rursum permisit barbarorum dominio occupari. Veniens igitur Saladinus Hierusalem, vrbem ab occidentali parte vallauit, atq; continuis aggressionibus obsessos grauare nititur. Sed ciuibus pro viribus resistentibus, ab aqlonis parte die noctuq; ciuitatem impu-

Saladini successus.

Ascalon deditur.

impugnat. Cumq; muros machinis debilitasset, timentes ciues cum ex nullo loco p̄stolarent auxilium, ne hostes violenta irruptione vrbem occuparent, placuit ineuitabili periculo cedere, & sub certis cōditionibus deditionē facere. nā pridie paganis irruentibus, vna turris plerisq; occisis, capta fuit, & vexillū Saladini impositū. q̄d miles quidā Teutonicus irruptione cū suis facta, deiecit, occisis in ea paganis oībus, qui fiduciam Christianis dans, eos ad defensionē muroꝝ reduxit. Tandē vero vbi oīa desperata vident, nec auxiliū sperare possunt, ciuitatē certis pactis tradiderunt. Secūdo igit Octobris die, anno dñi 1187. resignata est sancta ciuitas in manib⁹ paganoꝝ, lxxxviij. anno q̄ à Gotfredo capta fuerat. tantū aūt cuiq; abeūti ferre licuit, quātū suis humeris portauit. Intrantibus aūt Saracenis, in opprobriū Christianoꝝ inter reliqua sacris illata mala, iumenta sua stabulauere in ecclesijs. At ecclesiā sanctæ resurrectionis multo auro redemerūt Suriani, ne pateret gentibus & sordibus subiaceret. templo vero domini mirā venerationē fecerūt Turcæ. cōsueuerūt eñ antiquitus secundū suā superstitionē multipliciter locū illū venerari. sed & Saladinus anteq̄ illud ingrederet, parietes illius fecit aqua rosacea lauari, & multis odoribus perfundi; q̄ facto, oēs ecclesiaꝝ cāpanas malleis fecit perfringi, atq; in prophanos vsus diffundi. Profugit patriarcha Heraclius mox vrbe capta cū Latino populo. manserūtq; ex Christianis apud Hierosolymā Suriani, Armeni, Græci plurimi, q tributo dato, vitā suā ægre tutabant. Audita etiā deditione sanctæ ciuitatis, multa loca q̄ vix ab hoīe capi potuissent, se tradiderūt Saracenis, recedētibusq; Christianis de Hierusalē, versus Tripolim iter ceperunt: & cū iam ciuitati appropinquarēt, credentes se manus Saracenoꝝ euasisse, in sacrilegos & Saracenis deteriores, Tripolitano comiti subiectos, inciderūt, q ex Tripoli exeuntes, q̄ Christianis Saraceni humanitatis gratia reliquerāt, despoliauerūt. Saladinus aūt relicto Hierosolymis firmissimo p̄sidio, exercitū propere Tyrū ducit, quam Cunradus marchio publico auxilio defendendā acceperat, Margarito Siculo duce cooperāte. Itaq; Siculæ classis auxilio fretus, Saladinum repulit. Digressi sumus in orientis historiā à Friderici Barbarossæ memoria, cū circiter annū 1186: Henrico filio Cōstantiā Siculi regis filiā vxorē datā scripsimus. Siciliā regebat eo tpe Cōstantiæ frater Guilielmus, qui cū hæredē legitimū nō haberet, dotis noīe Siciliæ regnū & Apuliæ ducatū Henrico dedit. Quæ ditio post mortē Lotharij quondā imperatoris à Rogerio, capto papa Innocentio, regioq; noīe ab eo extorto, imperio ablata fuerat. Igit tū sexto imperator cū frequentia principū Italiā ingressus, rogātibus Mediolanensibus, vt in signū adeptæ imperialis gratiæ, nuptias filij apud Mediolanū dignaret celebrare. Imperator vero, qa iam antea insignia ciuitatis cū clauibus aureis in argumentum subiectiōis eoꝝ oblata receperat, paceq; oībus donauerat, in hoc q̄q; cōsensit, oībusq; Italicis primoribus gn̄alem curiā apud Mediolanū indixit. ad quā de Cisalpinis regionibus, ac de omni Italia, Tuscia, Cāpania, Apulia, Sicilia, coadunati principes, sororē Guilielmi spōsam Henrici regis cū maximo & regali apparatu pōpaq;, cū imperatore & spōso obuiā procedētes, suscipiūt, ac cū maximo regni fastigio nuptias peregerūt. In hac curia plenarie Italicis grām imperatoris adipiscentibus, pax est ad integrū reformata stabilitaq;: qua fretus, plerasq; Italiæ vrbes lustrat. Tū & Florentiā veniens, honorifice recipit, licet cū ecclesia sentirēt. Motus tū imperator querelis nobiliū de ciuitate, ꝙ castra eis sua ablata fuerāt, propter insolētias eoꝝ abstulit Fridericus eis omnē comitatū eoꝝ, vsq; ad muros ciuitatis, sicut etiā fecit alijs ciuitatibus Tusciæ, & reddidit castra nobilibus tanq̄ imperio subdita. sed post quatuor annos oīa *recuperat. Hæc Antoninus. Cōpositis Italiæ rebus, cū suis in Germaniam redijt. Anno dñi 1187. Fridericus Imp. 3. Kalen. Ianuarij cōuentū principū apud Norinbergam habuit, vbi de pace disposuit, sub hac forma: Fridericus Dei grā imperator &c. Et p̄cipit pacē seruari, & incendia fieri prohibet, statuens vt quicūq; in ducatu alicuius incēdiū cōmiserit, proscriptus denunciet: quē postea, si emendare noluerit, ep̄us excōmunicet, ꝙ si infra annū à proscriptione & execratione absolutus nō fuerit, vniuerso iure honoreq; priuatus habeat, omniq; p̄bendali iure carebit perpetuo. Itē si in *Raisa alicuius dñi aliquis incendiū fecerit, dn̄s cuius est Raisa, iurabit sup reliquias, ꝙ nō faciat cū scientia, mādato vel volūtate sua: reū aūt abijciet à se, & nunq̄ resumet, alioqui damnū resarciet. Si talis incendiarius in castrū dñi, dū agitat, fugerit, nō tenet eū tradere persequētibus: sed iuuabit vt vel in syluā aut aliū locū abeat, dūmodo tñ dn̄s suus cōsanguineus vel vasallus fuerit: aliàs cū persequētibus rep̄sentet, vel in eadē culpa sit. Statuit q̄q;, vt quicūq; alicui damnū facere aut eū lædere intendit, tribus ad minus ante diebus p certū nunciū suū diffidutiet. Sancimus, inq̄t, q̄q;, vt quicūq; treugas alicui dederit, nisi aliud actū sit, cōtradicere eis ante terminū statutū nequaq̄ possit: q̄d si fecerit,

Saladinus Hierosolymam capit.

Patriarchæ fuga.

Attēde de Sicilia Henrico legata.

Conuentus principum apud Norinbergam.

cerit, violator fidei censendus erit. Item qui nunciũ aliquẽ pro eo ꝙ contradicturus mittitur, læserit: fidẽ suã violauit, & de cætero omni honore carebit. De filijs quoq; sacerdotũ rusticoꝝ statuimus, inquit, ne cingulũ militare aliquatenus assumant. Statuit etiã, si quis vineas aut pomeria exciderit, proscriptioni & execrationi incendiariorũ subijciat. multa alia decreuit, q̃ breuitatis causa obmitto, & in fine scribit, Actũ Norinbergæ anno incarnationis dñi 1187. Anno dñi 1188. Vrbano pontifice calamitate Christianoꝝ, vt credit, ac dolore animi Ferrariæ mortuo, adscendit cathedrã S. Petri Gregorius 8. vir literatus, qui mox ad subueniendũ Hierosolymis toto accenditur desiderio, literas ac nuncios ad principes Christianos mittit, eosq́; cohortatus est ad Hierosolymã recuperandã, cuius rei gratia Pisas ipse proficiscit. Verũ dum hæc vir sanctissimus agit, Pisis moritur pontificatus sui die 57. Anno eodem Clemens tertius pontificatũ inijt. sedit annos tres, menses quinq;, vel secundũ alios, annos duos, dies xvi. Hic statim de bello in Saracenos gerendo edictũ proponit. nam Saladinus secundã fortunam secutus, iam ciuitates xxv. de principatu Antiocheno ceperat, ipsam Antiochiã corrupto largitione patriarcha, iã occupauerat. Saladinus igit cæteriq́; Saraceni anno 1188. totum regnũ Hierosolymitanũ vsq; ad internecionẽ contriuerunt, q rumor vniuersa occidentis regna concusserat. vnde reges & principes bene admonẽte pontifice, ad vindicandũ Christianoꝝ sanguinem se accingunt, quoꝝ de numero pcipui fuerunt Fridericus imperator cũ filio suo Friderico, Philippus quoq; rex Frãciæ, Richardus rex Angliæ, Otho Burgundiæ dux, subsequẽtibus multis archiepiscopis & episcopis, Veneti quoq; & Pisani paratissimas eduxere classes, Guilielmus Siciliæ rex, pacato à piratis mari, annonã omnifariam ex Sicilia & Apulia proficiscentibus administrabat. Frisones pterea, Dani & Flandrenses, cũ quinquaginta triremiũ classe inter nauigandũ ad Aphricæ littora flectentes, Saracenos magnis incõmodis affixere, capta ac diruta Sylua vrbe. Bela aũt rex Poloniæ, Hungaris, saluti Christianorum cõsulens, pacẽ fecit. Expeditionis huius gratia hortante archiepiscopo Tyrensi, rex Franciæ Philippus & rex Angliæ colloquia habuerũt: & sedato inuicẽ ad tempus dissidio, cõtra oĩm opinionẽ ambo crucem suscipiunt. In huius aũt facti memoriam hi duo reges in eodẽ loco crucẽ ligneã erexerunt, ibiq́; fundãtes ecclesiã, fœdus perpetuũ inierunt, vocabant locũ illũ, agrũ sanctũ, qui locus est in Normannia. Veꝝ instigante diabolo, dũ se ad iter pparant, grauis inter eos exorta est cõtentio, & fecerũt sibi mutua damna maxima. Interea Henricus rex Angliæ morit, cui successit filius eius Richardus comes Pictauieñ. hic post adeptũ regnũ, pacẽ cũ rege Franciæ renouauit. vnde Philippus rex pro bono pacis, vrbes Cenomaneñ. & Turoneñ. ei restituit, quas patri suo abstulit. Eodẽ igit anno conciliũ gñale Parisijs celebratũ est, in quo mirabilis & incredibilis multitudo militũ crucẽ assumpsit, & in eodẽ cõcilio ordinatũ est à Philippo rege, vt oẽs qui crucẽ nõ acceperãt, ad minus de oĩbus mobilibus & redditibus suis decimas darent: & istæ sunt vocatæ decimæ Saladini. Tempore eodẽ Guido rex Hierosolymitanus dũ apud Tripolim maneret, de consilio Emerici fratris sui viri strenuissimi, ac dñi patriarchæ, magistri templi, & alioꝝ peregrinoꝝ qui iam applicuerãt marino itinere, Tyrũ ire disposuit, vt ibidẽ cũ illis coniunctis copijs, contra Saladinũ procederet ad pliũ. Pertentare tñ ante disposuit marchionẽ Montisferrati, qui ciuitatis dominiũ occupauerat, si vrbẽ sibi vellet aliquo modo resignare. sed quia Cunradus marchio Tyrũ, rogãtibus ciuibus ac iurantibus, in ditionẽ suã receperat, facile recusauit. Idcirco rex & qui eius sequebant castra, profectus est aduersus Saladinũ. q̃d postq̃ Tyri vulgatũ est, exierunt de ciuitate exercitus regis Siculoꝝ, & ex Alemania comes Bertoldus de Zæringen, & comes Albertus cũ multitudine Teutonicorũ. Cũ aũt extra ciuitatẽ diebus pluribus in tabernaculis habitassent, pars exercitus Saladini qui tũc castrũ De bello forti obsidebat, subito in exercitum regis irruit. sed pia dñi misericordia, cũ hostiũ damno multis occisis & captis, repulsi sunt. Hæc Antoni.

Gregorius 8. papa.

Clemens 3. papa.

Qui principes cruce signati.

Decimæ Saladini.

Anno dñi 1189. videns rex Guido ꝙ populus qui secũ erat, tædio afficeret, cõmunicato cũ maioribus consilio, Acã ciuitatẽ obsidione vallauit. quod audiens Saladinus, soluta obsidione à castro De bello forti, ad pstãdũ auxiliũ suis qui in Aca obsidebant, acies suas direxit. Fert aũt deo suo gratias egisse, ꝙ hostiũ suoꝝ reliquias simul cũ rege in sua retia perduxisset. Igit e uestigio nostros inuasisset, nisi germanũ suum pdæ ac gaudij participẽ, quem expectabat, fieri voluisset: nec dubitabant nostri, si tum eos inuasisset, oĩno imparatissimos dissipasset. Sed ecce ex insperato classis appulsa est, quã Iacobo Auerniæ duce, Brabantini, Frisones, Flandrenses & Daci, militibus, armis, cõmeatibusq́; instructissimã transmiserũt. multitudo pterea nobilium & alioꝝ hoim ex Campania, Burgundia, necnon Italia aduenerat, quibus copijs auctus Guido rex, Acã

Acam Guido obsidet.

Acam bina fossa vallo cõmunita & stadio inuicẽ distãte cinxit, ea ratione, vt Christianus exercitus in eo vallatus, hinc obsessorum eruptione, inde à Saladini insultu tutior esset. Insup ex Gallia, Germania & Italia milites sæpe veniebãt, qui imperatorẽ Fridericũ & Frãciæ & Angliæ reges breui affore dicerẽt. Saladinus aũt copijs vndiq; cõtractis, castra sua Christianorum castris cõtulit, opponens nostris, q̃ fossa & vallo simul cõmunierat. ita assidue & ab eo & ab oppidanis Christiani sagittarum iactibus vexabant. Pugnatũ est vna die totis viribus, & cũ Christiani prope victores essent, Saraceni nostrorum impetũ ferre nequeuntes, in fugã sunt cõuersi, nec tunc repetebãt castra. Quid aũt ageret Saladinus, nec ipse sciebat. Casu etem̃ venit, q̃ equus Christiani militis de q̃ descẽderat, rapide fugã iniret, quẽ aliqui persecuti capere volẽtes, alius aliũ inclamãdo ita vociferati sunt, vt q postremi in aciebus sequebant, fugere nr̃os putarẽt, vnde in fugã p̃cipites sunt versi. Quod cũ Saladinus videret, retrahere suos conat: & Christianos fugientes insecutus, magnã edidit stragẽ. vidẽtes hoc obsessi, erumpẽtes, ingẽtẽ cædẽ cõmittere cœperũt, fuissentq́; nostri ad internecionẽ cæsi, nisi Ganfredus regis frater, ad custodiã castrorum relictus, eruptione facta hostes rep̃ssisset. duo millia ex Christianis cæsa sunt, inter q̃s tẽpli magister, & Andreas*Premensis comes vulnerati in castra delati, periere. Quãta deinde pericula, q̃t damna Christianorum exercitus ibi perpessus est, longũ esset narrare. nã sæpe Saraceni erumpentes, multis nostrorum occisis, machinas incenderũt, & aliq̃n cõbusserũt. Durauerat iã multo t̃pe obsidio, & fames castra inuaserat Christianorum. vnde tabes multos, simul & inedia cõfecit. multos hæc ad accipiendã p̃cariã ab hoste mortẽ in ipsas hostiũ munitiones egit p̃cipites. cũ ad eã rerum desperationẽ esset ventũ, tumultus in castris cõcitatus, & regẽ, & cæteros terruit duces. euestigio cõcessum est, inuadenda esse hostium castra, annonamq́; inde vi rapiendã. Iuerũt aũt triginta millia, qq; ex omni ordine meliores. cũ eos irruere sine ordine cerneret Saladinus, simulata fuga, deseruit castra, in q̃ nostri irruentes, ditissimæ supellectili nõ minus q̃ annonę manus milites apponunt, fasce rerũ sese onerantes. Saladinus interea castra circundans, ad eas se contulit partes, qua Christianis redeundũ erat, & singuli onerati, absq; vllo hostiũ respectu reuertebant, q̃s oneratos strauit, nec fuit Christianorum quisq̃, qui p̃da abiecta, spem in armorum defensiõe ostẽderit, sed fuga sibi salutẽ q̃rere singuli adnitebant. Multi tñ ad mare delati sunt, q̃rum partẽ hostilis cecidit gladius, partẽ natãdo conatã euadere absorpserũt fluctus. Afflictus clade Guido rex, alterum qq; accepit incommodũ, qa Sibylla eius vxor & filij quatuor dysenteria in castris interierunt. Vnde labores noui exorti sunt. Isabelis em̃ Sibyllæ soror, Herfrando nobili adolescenti desponsata erat, cui Hierosolymorum regnũ sublata Sibylla iure debebat, atq; in eã spem Herfrãdus à Christianis proceribus attolli cœperat. sed em̃ Cunradus marchio Montisferrati ad regni Hierosolymitani sceptra adspirans, Isabelẽ Tyri agentẽ rapuit, & vxorẽ duxit, occasione sibi data tali modo: Herfrãdus, qui secũdo genitã Almarici habebat vxorẽ Isabelẽ, asserebat vxori suæ regnũ deberi, tũ ex p̃cepto patris, tũ etiã ex testamento Balduini fratris Isabelis. Sed Henricus comes Campaniæ, regis Francorum nepos, his diebus Tyrum aduenerat cũ magna multitudine armatorũ. huius fauore ac potentia Herfrandus sperabat se regnũ facile obtinere posse. Cõtra rex Guido, se iuste & solenniter vnctũ & coronatũ asserebat, quare deponi à regno nõ deberet, cũ nihil depositione dignũ admisisset, tandẽ quoq; promittebat se regis Francorum, cum venisset, stare iudicio. hoc nõ obstante, factũ est Henrico comite volente, cui tum nullus de exercitu audebat cõtradicere, vt portus, vectigalia & cõmissa delinquentiũ apud Herfrandũ remanerent. ita solo noĩe rex Guido, omni spoliatus iurisdictione, remansit. quare merito conquerebat, q̃ contra omnẽ iustitiã regni honore spoliaret, & ob hãc causam cõuocatis his de exercitu qui à principio eũ secuti fuerant, cũ Saracenis audacius solito confligere statuit. Verũ maiores, timentes ne ex desperatione rex exercitũ duceret in discrimen maximũ, egerunt vt ad oĩa rex Guido restitueret. His contentionibus marchio adductus spe regni consequendi, matre Isabelis Calomaria adhuc viuente & consentiente, Isabelem rapuit, ac iudicio ecclesiastico eã ab Herfrando separari procurauit, ipsamq́; vxorem accepit. Quod enorme ac detestabile factũ licet oĩbus peregrinis displiceret, effecit tñ necessitas atq; indigentia annonæ, quã sola Tyrus Christianorum castris p̃bebat, vt siue iniquis siue contumacibus animis, Cunrado duxerint adulandũ: & Cunradus ingenij dexteritate p̃ditus, primores sibi largitione ac munificentia studuit obligare. Eo qq; tẽpore, hoc est, anno dñi 1189. Fridericus Ro. imperator inclytus, terrestri itinere versus Constantinopolim acies suas direxit. de hoc sunt versus isti: Annis vndenis demptis de mille ducẽtis, It pater & natus, dux & rector Fridericus. Fuerũt in exercitu impera

Anceps christianorum & Sala. pugna

Sibylla Guidonis vxor moritur.

Intestinæ Christ. seditiones.

Friderici in orientẽ expeditio.

peratoris isti principes, dux Sueuiæ Fridericus imperatoris filius, Bertoldus Morauiæ dux, epus Herbipolen. archiepus Tarantasianus, epus Monasterien. epus Patauien. epus Olisburgen. epus Mysnen. Hermãnus marchio Baden. Fridericus de Bergilen, Cunradus de Dorndoch, multi quoq; alij barones ac nobiles. Imperator itaq; ducẽs per Hungariã, Bulgariã & Thraciã, continuato itinere apud Constantinopolim primũ consedit. Quo perueniens, cũ imperatore Constantinopolitano pace composita, transito Hellesponto, in Asiam venit, in qua prouincia multa perpessus est incõmoda. Sultanus em, qui Iconio dominabat, aduentu eius territus, promisit iusto pcio de victualibus exercitui prouidere. sed vir infidelis non solũ in promisso defecit, sed & cõgregata Turcarũ multitudine, eius vbiq; vexabat exercitũ. Iratus imperator, Sultanũ persequens vsq; Iconiũ, circũquaq; omni regione vastata. Cũq; versus Ciliciã tenderet, & ad quasdã locorũ peruenisset angustias, Saracenorũ inauditã reperit multitudinẽ, qui locorũ auxilio freti, facile putabãt transitũ eius impedire. Imperator postq̃ id percepit per exploratores, instructis aciebus, properat viriliter cũ suis legionibus irruens, auxilioq; diuino leuiter ab illo loco infideles repulit. Cũq; illos persequẽs, ad patentes cãpos duxisset exercitũ, inauditã stragẽ in eos exercuit. Fridericus tũ Philomeliũ vrbẽ cepit, & agrũ Iconio adiacentẽ populat. Armeniã deinde minorẽ ingressus, oĩa in suã compulit potestatẽ, adeo vt nec prius, nec post suo vnq̃ exterminio magis timuerit Saladinus: & quũ incolumi exercitu in Ciliciã peruenisset, ab Armeniorũ principe cum multa hilaritate est susceptus. Verũ cum ad refocillandũ exercitũ parum remanere decreuisset, hortãte pfato Armeniorum dño, ad recreandũ animũ venationibus insistebat. Quadam aũt die calore æstuans, cum lauandi gratia ad quendã descendisset fluuiũ, rapidũ amnem inexploratũ ingredit, tantorũq; exercituũ imperator in vndis perijt, in totius Christianitatis irreparabile detrimentũ. nam Saladinus adeo formidabat eum, vt relicta Syria, cum suis Turcis in Aegyptũ ire cogitaret, desperãs ea loca per q̃ imperator trãsiturus erat, posse cõtra eũ tenere. vnde oĩa mãdauit dirui. diruti sunt tum muri Laodicei, Byblij, Berytij & Sidonij. ita mortuus est Barbarossa Imp. anno dñi 1190. imperij sui xxviij. vir certe magnificus atq; præclarus, qui adeo suo tempore dilatauit imperium, vt post Carolum Magnum gestorum magnificentia parem non haberet. aliquando persecutus est ecclesiam, in quo nõ est laudandus.

Fridericus Barbarossa Imp. in vndis perit.

Post Friderici Imp. lamentabilem mortem, Fridericus eius filius per solennes nuncios regi Guidoni significat de morte patris, addens vt viri mitterentur ad eum, quorum fide & consilio cum exercitu procederet. Volebat em prius q̃ ad obsidionem accederet, eas ibi recuperare ciuitates, quas Saladinus Christianis ademerat. Vitabat autem consilia Antiocheni principis, propter patris defuncti comitis Tripolitani nequitiam omnibus notam. Diriguntur igitur à latere regis Balduinus Petracen. castellanus, & quidã Pictauiensis miles. hi duo cum honesto comitatu ad eum peruenientes, ipsorum consilio ad refocillandum legiones Antiochiam diuerterunt. vbi Alemani reperientes victualium & omnium rerum abundantiam, dum corpora quærũt reficere, in epulis se diffundunt. quare modico tempore, & forte ex intemperie aeris, tanta mortalitas secuta est, vt de tanto exercitu vix pauci remanerent. vnde ipse à proposito impugnandarum vrbium destitit, & mutato consilio, Tyrum nauigio peruenit, vbi patris corpus imperiali magnificentia sepeliuit. Saladinus autem audiens q̃ exercitus filij imperatoris terrestri itinere ad obsidionem veniebat, exercitum sibi obuium præmisit, quem Todesquino cuidam ex principibus suis assignabat. quã ob causam qa magna ex parte exercitus Friderici erat diminutus, deliberant principes quid sit faciendum. nihilominus tamen cernentes hostium copias exiguas, ad pugnam se accingunt. sed & Sultanus hoc idem metuens, in tutiora loca suos reuocauit. Ipse aũt dux Sueuiæ cum paucis ad obsidionem Acæ venit, vbi diu expectatis auxilijs, infeliciter moratus est.

Friderici Sueuiæ ducis copiæ.

Interea dum hæc in Asia agerentur, Guilielmus Siciliæ rex morit Panormi, cuius regnum ad ecclesiam redire debebat, nullo legitimo hærede relicto. Certior igitur Clemens factus, Siciliam rege carentem pro Romana ecclesia recipere est adnixus: sed magnates Siculi, ne in Romani pontificis potestatem cederent, vel potius vt tyrannidem exercere possent, adulterinum regem instituerũt Tancredum ex Rogerio rege de pellice genitum, quem virum socordem Guilielmus nunquã vel spurij fratris nomine dignum duxerat. Cumq; in Calabriam & Apuliam Clemens copias mitteret, Tancredus papæ fortiter resistẽs, regnũ cædibus repleuit. at Clemẽs obmisso tantisper Tãcredo, dũ Christianos cõtra Saracenos solicitat, morit, & in Laterano sepelit.

Tancredus nothus Siciliã infestat.

Anno dñi 1190. Cœlestinus 3. pontificatũ adeptus est, quũ Henricus filius Friderici imperatoris defuncti regia corona in vita patris Aquisgrani cõsensu prin-

Cœlestinus 3. papa.

principũ insignitus, in Italiã ingreditur, indeq́ ad vrbẽ tendens, à Cœlestino gloriose susceptus, ab eoq́ omniũ Romanorũ fauore vnà cũ coniuge Cõstantia coronatus, imperatoris & Augusti nomen sortitus, Henricus sextus est vocatus. De regno Siciliæ hic variant scribentes, nã Gotfredus Viterb. scribit, quod anno dñi 1186. rex Henricus cũ regina Constantia filia Rogerij Siciliæ regis, nuptias gloriosas celebrauit Mediolani apud S. Ambrosiũ. Idem scribit Otho de sancto Blasio in supplemento chronicæ Othonis Frisingensis. Idẽ sentit abbas Vrspringeñ. Refert ad hæc Gotfredus, quod Constantia nõ fuerit ætate nisi xxx. annorũ, sic versificans: Sponsa fuit speciosa nimis, Cõstantia dicta, Iamq́ tricennalis tempore virgo fuit. Contra vero Blondus & Platina alijq́ nõnulli scribunt, quod pontifex Cœlestinus ægre tulerit rebellionẽ Siculorũ, eosq́ compescere constituit. Iam eñ Tancredus pro rege habitus, Calabriam Apuliamq́ tenebat. Quare Cœlestinus postridie coronationis suæ, Henricũ sextũ à Germanis electoribus iam regẽ factũ, imperatorẽ constituit, ea conditione adiecta, vt Henricus regnũ Siculũ citra vltraq́ fretũ proprijs recuperaret sumptibus, & censum solueret annuũ iure feudi. idq́ quo rex facilius cõsequeretur, Constantiã Guilielmi regis Siciliæ sororẽ, Rogerij filiã, virginẽ in monasterio Panormi agentẽ, educi curauit, eamq́ natu grandiorẽ pene sexaginta annos natã, dispensatione apostolica illi in matrimoniũ copulauit. Vides hic quod scriptores famosi nõ solũ diuersa, sed etiã aduersa scripserunt. nam illi volunt Cõstantiam ante papatũ Cœlestini quatuor annis Henrico fuisse copulatã, & virginẽ triginta annorũ: posteriores vero, Cœlestinũ Henrico per dispensationẽ desponsasse Cõstantiam fere sexagenariã. Vtrũ verius sit, Deus nouit. ego priores sequerer, quia negocijs omnes fuerũt contemporanei. Henricus igit imperator, vt refert Platina ac alij, motus beneficentia pontificis, post coronationẽ, Tusculũ quod ipse firmo p̃sidio munierat, Cœlestino reddidit, quod statim Romani à pontifice acceptũ, qui (vt Blondus ait) illis inconsulte id tradidit, adeo diripuere euerterèq́, vt saxa demolitæ vrbis in Capitolio vsq; ad multã ætatem in memoriam tantæ cladis seruata sint. Peremerunt tunc Romani veteris odij causa multos de ciuibus Tusculi, multos membris mutilarunt. Superstites autem quidã inter se coeuntes, nouas in ea regione sedes constituerunt, videlicet castrũ Molariæ, Rocham papæ, Rocham periuram, & castrũ sancti Cæsarij. Verũ Henricus per hæc tempora coniugẽ secũ ducens, cũ exercitu mouebat in Campaniam, rebellantemq́ sibi totã terram inuenit. Tancredus eñ tyrannidẽ in Sicilia arripiens, sub regio noĩe cum consensu quorundã baronũ regni imperatori restitit, ipsumq́ de hæreditate coniugis, quoad vixit, constantissime propulsare curauit. Imperator vero Neapolim Campaniæ ciuitatẽ obsidione vallauit, cunctis in circuitu ferro igneq́ vastatis. Cũq́ eã vrbẽ per tres mẽses obsedisset, pestilentia exercitũ inuadẽte, de reditu disposuit atq; obsidionẽ soluit. Inter hæc à quibusdã baronibus Apuliæ imperatrix capit, & in captiuitate retinet. Facta aũt apostolico de captiuitate imperatricis querimonia, põtifex commotus, p̃sumptores huius rei, terra eorũ supposita interdicto, anathemate cõstrinxit, imperatricẽq́ laxari à captiuitate coegit, quam postmodũ imperator recepit, ac vlcisci de iniuria se promisit.

Henricus 6. Imp. 95.

Sicilia Henrico cedit.

Tusculum. misere dirutum.

Cõstantia regina capta.

Reuersus ad Cisalpinã Henricus Imp. Cunrado fratri suo ducatũ Sueuiæ cõcessit. Erat aũt Cũrad⁹ ferocis agrestisq́ naturæ hõ, sed liberalis animi, de q̃ etiã dicet infra. Tũ etiã archieps Coloñ. cũ quibusdã alijs principib⁹ rebellib⁹ in eius grãm redijt. Tancredus interea filiũ suũ primogenitũ, noĩe Rogeriũ, fecerat in regẽ solẽniter coronari, illiq́ imperatoris Cõstãtinopolitani filiã dederat vxorẽ. Anno dñi 1190. Philippus rex Frãcorũ, dimissa regni custodia Adilæ matri suę & archiepõ Rhemẽsi Guilielmo auũculo suo, prohibuit vniuersis p̃latis & hoĩbus suis, q̃diu esset in seruitio Dei, ne exactionẽ aliquã facerẽt. p̃cepit p̃terea, quod oẽs redditus suos & obuentiones p tria tpa Parisios afferrent, & si eũ in via illa mori cõtingeret, regina & archieps Rhemẽsis & eps Parisieñ. cũ tribus alijs thesaurũ suũ in duas ordinarẽt partes: quarũ vnã partẽ, reparãdis ecclesijs arbitrio eorũ p eius guerras destructis, distribuerẽt: & residuũ inter illos diuiderẽt, q propter exactiões quas ipse in suos hoĩes exercuerat, nimiũ fuerãt depauperati, de q̃ parte, media s. etiã portionẽ pro aĩa sua & p̃decessorũ suorũ darẽt: aliã mediã partẽ, totã ad opus, quẽ vnicũ habuerat, filij sui Ludouici, q tũc erat triũ annorũ, custodirẽt. Sic ergo ordinato regno, pera & baculo peregrinatiõis ĩ ecclesia S. Dionysij acceptis, terrestri itinere Ianuã p̃uenit. in eo aũt loco naues & victualia p̃parari fecit. Intrãs aũt mare, prospero itinere Messanã Siciliæ ciuitatẽ p̃uenit, vbi à Tãcredo rege intruso honorifice susceptus est. Et dicit historia Frãcorũ, quod in Messana ambo reges, Frãciæ s. & Angliæ, se inuenerint, qbus abbas Ioachim dixerit, iter eorũ esse inutile, iã nõ esse tẽpus recuperãdæ Hierosolymæ, nihilominus iter prosequunt. Rex Frãciæ ad Ptolemaidã directo itinere, Angliæ aũt rex p mare cũ suis venit in insulam Cypron.

Philippi Franc. regis expeditio in Syriam.

pron.Cũ aũt ibidẽ esset,& Christianus exercitus qui eũ secutus fuerat,minus bene à dño insulæ tractaret,ipsum hostiliter aggredi statuit.audiuerat eñ dñm insulæ imperatori Cõstãtinopolitano rebellasse,& tyrãnice insulã possidere.Itaq; rex Angliæ insulã vi cepit,tyrannũ ac filiã eius cũ oĩbus thesauris suis vnà cũ insula occupauit,& relicto ibi p̃sidio firmo,ad Acã processit.Pręterea rex Philippus interim ad portũ Acensem feliciter venerat in vigilia paschæ,vbi à Christianis hoĩbus q̃si angelus dñi est susceptus.paratior eñ opinione fuerat exercitus illius,maior machinarũ vis,& cõmeatus potẽtissimo rege dignus.Fixis igit̃ tentorijs,ciuitatẽ aggredi noluit,absente rege Angliæ.cõdixerãt eñ,vt nõ nisi pariter vrbẽ assilirẽt.Angliæ vero rex occupãdæ Cypri insulæ causa parũ demoratus,& ab ea profectus cũ classe sua,habuit obuiã inauditæ magnitudinis nauẽ,hoĩbus & armis valde munitã,serpẽtes in ea seruatos aiunt Annibalis exẽplo.hãc Saladinus in auxiliũ obsessorũ in Acã mittebat,qua naue capta & incẽsa,oẽs qui in ea erãt,occisi sunt ab Anglicis.Deinde veniens Acã Angliæ rex,castra ante vrbis mœnia cõstituit. Guido itaq; auctus tã multis Francorũ Anglorũq; copijs,tã multis oĩs gñis machinis,tormẽtisq; varijs,p̃ singulos dies insultibus atq; impugnationibus obsessos agitauit.Quo tpe cũ totis viribus nostri ad expugnationẽ vrbis intenderẽt,nobiles multi & de principibus nõnulli ibi in dño quieuerunt,inter q̃s Fridericus dux Sueuiæ,comes Clari montis,comes Theobaldus Franciæ senescallus. Ingens vero multitudo hostiũ in vrbe muros non solum tutati sunt,sed & facta q̃nq; eruptione,cominus sunt congressi,adeo vt tormenta & machinas sæpe cremarẽt. At Philippus rex Franciæ,Richardusq; Angliæ rex,q̃nq; simul,q̃nq; copijs separatis,expugnanda vrbe alijs atq; alijs consilijs sunt vsi.saxis eñ mirabilibus & q̃nq; molaribus domos in vrbe & muros munitionesq; machinis perfregerunt:minoribus aũt frequẽtius saxis coniectis,& milites de aggeribus repugnaturos,& omnẽ in vrbe ætatem sexumq; partim opprimebãt,partim terrore perpetuo fecerunt cõtabescere. Erat autẽ eodẽ anno regibus in obsidione existentibus eclipsis solis in vij. gradu cancri,& durauit per quatuor horas.Sed secũdo obsidionis anno Acæ,ciues,siue auxiliorũ defectu seu tædio diuturni laboris,de vrbe dedenda mentionẽ fecere.Tandẽ his conditionibus deditio facta est,vt pars dominicæ crucis,quam in bello ceperat Saladinus, restitueretur:insuper ducenta millia Byzantiorũ aureorum obsessi soluerẽt,nec aliud barbaris promissum est,q̃ vt salui cum vestimentis in tuta perducerent̃,in quo & Francorũ regi dimidia deducendorũ barbarorũ pars,altera Anglico attributa est.Fuit hic annus quo vrbs Aca recepta est,1191.Deinde cum promissa peterent̃,crux nusq̃ est inuenta . quam ob rem Richardus rex, quotquot deducendos acceperat,omnes trucidauit.Philippus vero prudentia ac humanitate vsus,partem sibi traditam cum Christianis tam carceratis q̃ apud barbaros seruientibus,permutauit.Attamen ea cædes à Richardo cõmissa,vel eo maxime Saladini animũ consternauit,quia meliorem copiarum suarũ partem in Ptolemaide,hoc etiam nouo accedente occisorũ militum incommodo,amiserat:qua de re quoniam resistere se posse quasi desperabat,quid facto opus foret,suorum habito consilio,fuga salutem quærere maluit.Itaq; his dãnis affectus Saladinus,multas ciuitates aperuit,quas diffisus est tueri posse,Porphyriam, Cęsaream,Ascalonam,Gazam &Damiatam,euersis muris,destruxit.Eo potissimum tempore Richardus Ioppen instauratam militib⁹ repleuit:quod ne fieret, Saladinus impetu irruens,prohibere conatus est:sed immissa principio classis Richardi magna, post addita maior,Saracenos ab impediendo auertit. Debilitari iam Saladini virtus,nostrorũ vero vbiq; augeri inceperat.quod cõsiderans animo Saladinus,de reddenda Christianis Hierosolyma cogitauit,q̃d certe ne faceret,discordia inter Philippum & Richardũ reges orta de principatu,effecit.Hi nãq; reges impulsu diaboli tũc primũ in Asia memores simultatũ & inimicitiarũ,quas ipsi inter se,sicut & progenitores sui,soliti fuerãt exercere,vt quidquid vnus aggrederet̃,alius impedire conaret̃ pro viribus.Primus itaq; Philippus rex manifesto errore ac infamia morbo,vt credebat̃,simulato in purgationẽ p̃tenso,&(vt quidã scribũt)cupiditate comitatus Flãdriæ ductus,ad reditũ festinabat,exercitũ suũ Othoni duci Burgũdiæ cõmendãs,atq; contra volũtatẽ oĩm qui castra sua fuerãt secuti,cũ multa desolatione relicto Dei viuentis exercitu,à terra sancta recessit.Affirmat Iacobus Genuensis Saladinũ post captam Ptolemaidẽ & Ioppen à Richardo rege instauratã,rescitũ esse,nisi tũc Philippus discessisset,reddẽdæ Christianis terræ sanctæ æquissimis cõditionib⁹ animũ adiecisse:sed eo discessu audacior redditus Saladinus,nostros sicut prius spernere cœpit.Richardus tñ eo maiora aggressus est,quo p̃teriti tẽporis æque vt futuri,laudẽ ad se solũ sperabat trahere.Per q̃d tẽpus Cunradũ Montisferrati marchionẽ,Tyri duo sicarn,q̃s Arsa-

Frid.Sueuię ducis interitus.

Acam vrbẽ Christiani recipiunt.

Philippus Francorũ ex oriente discedit.

Arsacidas vocant Saraceni, gladijs confoderunt. id enim genus hoim supstitione sua deuoti, æternam promereri beatitudinem autumāt & publice prædicant, si hoste eorum publico interempto, morte ipsi vel crudelissima afficiāt. & hi duo de fuga retracti, infelicem aiam inter cruciatus effuderūt. q̄ vero fuerit causa occisionis, varie scribūt. alij dicūt q̄ Herfrandus fecerit eum occidi, ppter hoc, q̄ sibi vxorem suam Isabelam abstulerat. Alij dicunt, quia quosdam mercatores apud Tyrum interfici fecerat, interfectus est ab illis. mortuo vero Cunrado, Henricus comes Campaniæ accepit Isabelam vxorē, simulq̄ dñium Tyri accepit. sed oblati regni Hierosolymitani titulos ideo habere noluit, Blondo referente, qa regem Franciæ, sicut & cæteri Gallijs oriundi, celerius subseq intendebat. Videns aūt rex Angliæ Guidonem Lysignianum Tyri et Ptolemaidæ æque ambire dñium, prudenti consilio occurrit motibus discordiarum, Guidonemq̄ blande appellatū, in sententiā suam facile traxit, vt pecunia haud grandi accepta, regnum Cypri accipiens, sibi Hierosolymitani regni curam relinqueret. Guido itaq; Ptolemaida ac omni Asia cum copijs & supellectile migrans, regnum Cypri ab Anglicis traditū libēs accepit, cuius cognationis successores vsq; ad nostra tempora, sicut scribit Blondus, tenuerūt. Platina quoq; vult, Richardum à Guidone regni Hierosolymitani titulos accepisse, eumq̄ titulū Anglicos reges adhuc vsurpare. Itaq; mouentes Ptolemaida Richardus rex, Othoq; Burgundus, vt Hierosolymam obsiderent, euntes, primo ac secundo itineris die Saladinum à lateribus nonnunq̄ extremam aciem lacessere conspiciūt, qbus vt poterāt, magno suoꝝ incōmodo resistūt. Ventum est ad Assur oppidum, vbi Richardus sagitta vulneratus, nihilominus processit. Saladinus vero oblatam occasionem rei bene gerendæ amplexus, totis in illos viribus incubuit. Richardus igitur & Otho acie instructa, globatim in hostes pperūt, pugnatumq̄ est à meridie ad noctem, ac multi vtrinq; ceciderūt: & relinquēs Saladinus nostros, tandē de fuga Hierosolymam se contulit. Nostri vero in loco olij nocte illa morati, deinde tertijs castris in Bethleem venerūt. Postridie cum castra fuerāt ibi cōmunita, p exploratores acceperūt, ingentē ex Aegypto cameloꝝ & muloꝝ vim Hierosolymam apportare cōmeatum. Richardus cum toto iuuentutis robore nocte concubia profectus, felici vsus audacia, interceptam pdam oēm in castra pduxit. fuit in exercitu Christianorum diuersis nationib⁹ maxima expectatio ad Hierosolymæ obsidionem. Cōstituisse ferebatur Saladinus, tāti exercitus vires in vrbe nunq̄ expectare, nec minor erat apud hostes Hierosolymæ defendēdę desperatio, q̄ apud nostros potiūdi cōfidētia. nihilominus vertit id Richardus, q cōcionatus est, vereri se ne p hyemē breui affuturam cōmeatus sibi deficeret: q̄re differendā esse in ver pximū obsidionē cēsuit. motis itaq; castris, Ascalonā perijt, quā simul cum Gaza vrbe instaurauit. Otho aūt cum Gallicis Tyri apud Henricū Campanū hyberna egit. Veneta & Pisana classis iam 3. anno defessa, domū repetere statuit: sed odijs inter se cōcertantes, magnū discrimē in patriā tulere. Iam ver aduenerat, Richardusq̄ rex & Otho dux, hic ex Ascalone cum Anglicis, ille ex Tyro cum Gallicis & cætera Christianoꝝ colluuie, ad solita castra puenerūt. tum repēte Richardus rex palā asseruit, migrandū sibi esse in Europā, accepisse se nunciū, q̄ rex Frāciæ Nortmanniā vexaret: fratremq̄ suū Iohannē intelligeret ad regnū Angliæ adspirare. Quod qdem oīm Chrianoꝝ animos cōsternauit. ipsius enī rei fama barbari ad spem victoriæ sunt euecti. Ergo damnatū est hoc pceps cōsiliū, cum constaret q̄ Saladinus Hierosolymam eiusq̄ regni vrbes æqs cōditionib⁹ redditurus fuerat. sed nunc fœdera q̄cunq; hostis dare voluit, Richardus recipere est coactus, pacemq̄; cum Saladino cōponit his cōditionibus, vt sibi oīa p̄ter Tyrum ac Ptolemaidā haberet. reliq aūt q̄ in potestate Christianoꝝ erāt, nequaq̄ vexaret. vrbes itaq; solum Tyrus ac Ptolemaida cum agro & castellis paucis & oppidis remiserūt nostris. Bergomensis hic scribit, Richardum cum Saladino pacem composuisse, maximamq̄ pecuniarum vim ab eo ob id accepisse. si verum est, iustas paulo post, vt sequitur, luit pœnas. Richardus qnquennalibus cum Saracenis pactis treugis, cum multis in Europam traiecit, anno dñi 1193. venitq̄ p Hungariā in fines ducis Lupoldi Austriæ, paucis comitatus. Igitur memor iniuriarum duci exhibitarum, dimisso regali obsequio, priuatus in qdam diuersorio iuxta Viennam Pannoniæ ciuitatem, necessitate prandij consedit: ibiq̄ ne agnosceretur, in coctione pulmentoꝝ laborans, propria manu carnes assabat, annulum regalem digito gestans. Quod aduertēs qdam de familia ducis q eum agnouit, cum duce enī apud Acam fuerat, vnde festinans ducem eius rei certiorem facit. dux frequētia militū stipat⁹, occurrēs, regē frixā carnē gyrantē cepit, arctissimæq̄ custodię mācipat, digna factis cōpensans. Nam capta Aca, rex Angliæ signa sua vbiq; affigi pcepit, titulum victoriæ sibi prorsus adscribens: & cum p vrbem transiret, ac vexillum

Richardo regnum Hierosl. cedit.

Richar. successus varij.

Richardū Anglū Lupoldus Austrius capit.

xillum ducis Lupoldi terræ quã ipse obtinuit, affixum videret, pcunctat̃ cuiusnã hæc insignia forent. Quod cũ intelligeret esse ducis Austriæ vexillũ, indignatus cõculcari fecit, præter hæc pdam oẽm inter suos distribuit. erat eñ tum potentior, attñ militia Teutonica cũ Italica regi in faciẽ restitisset, nisi autoritate militũ templi repssa fuisset. ex hac pfidia dux sine mora repatriauit. hæc ignorantes, improperabant duci q regẽ cruce signatũ caperet, Romanus quoq; põtifex hac causa ducẽ execrauit. Imperator vero Henricus regem captiuũ sibi psentari iussit. vinctus adducit̃ Vormatiã, vbi tandem datis in redemptionẽ suã imperatori multis millibus centenarioꝝ auri, necnõ & duci Lupoldo, reconciliationeq́; impetrata, rex à captiuitate liberatus est, q̃d aurũ ab ecclesijs Anglicanis distractis calicibus, crucibus, vasisq́; pro magna parte, corrasum extitit, vt refert Otho de S. Blasio. In Asia tñ Otho dux Burgundiæ cum cæteris Chr̃ianis Ptolemaidã Tyrumq́; instaurãtes, Henricum Campanũ comitem enixe rogabãt, vt regni Hierosolymæ titulũ reciperet: q̃d nulla alia rõne renuit, q̃ ꝙ labores bellicos homo delicatus declinãs, in patriã redire statuerat. sed Deo aliter visum est. nã cũ supmam aulæ suæ partẽ Ptolemaide incautior circũiret, delapsus fracta ceruice interijt.

Saladini interitus.

Guido de Lysigniaco rex Cypri p hos dies morit̃, regnumq́; Emericus frater recepit, q Isabele Hẽrici Cãpani relicta sibi copulata, regni Hierosolymitani titulos ad illã hereditario iure spectãtes, & simul Tyri ac Ptolemaidę prĩcipatũ accepit. Nec tñ satis firma aut diuturnior futura videbat̃ in Asia res Chr̃iana, nisi p id tp̃is q̃q; Saladin⁹ interijsset, vir om̃i ei⁹ seculi virtute, gestaꝝ reꝝ gloria & potentia facile princeps, qui vnico q̃d in funere circũferri iussit elogio, moderationẽ & magnitudinẽ animi sui ostẽdit. eius eñ interior tunica lanea, suspẽsa ante funus deferebat̃, pcone clamãte, Saladinũ Asiæ dñatorẽ, ex tãto regno tãtisq́; opib⁹ nil aliud secũ ferre. Restituit aũt ea mors nostroꝝ aĩos, vt saltẽ retinendæ terræ quã possidebãt, addita cõfidentia videret̃. Saladini eñ frater filijq́; pniciosissimis odijs decertãtes, Turcas, Saracenosq́; & Arabes in sua dissidia lacteros diuidebãt. & Christiani Byblon pecunia redẽptã à Saracenis, contra fœdera recipere non sunt veriti. filioꝝ aũt Saladini natu maior Saphadinus, successit in dñio sup Syriã: secundus vero Merlinus, sup Aegyptũ. Reuertor nunc ad Henricũ imperatorẽ, q dispositis interim rebus Germanicis, acceptã etiã grandẽ pecuniã à Richardo rege Angliæ liberaliter erogans militibus, exercitũ egregie stipendiatũ, pfectis sibi ducibus Marcouardo dapifero de Annevuyler, & Bertoldo de Kungsperg, misit in Apuliã, q̃ꝝ industria multa castella ciuitatesq́; in deditionẽ accepit. Tancredo interim mortuo, optimates terræ ipsius cõtra imperatorẽ vnanimiter conspirauerũt, aduenas Teutonicos oẽs eijcientes. Anno igit̃ dñi 1193. Hẽricus imperator cõtracto exercitu alpes transcendit, transitaq́; Italia & Tuscia, in Campaniã arma cõuertit, in q̃ itinere Richardũ de Sterre comitẽ ditissimũ, captũ apud Capuã patibulo suspẽdit, capite deorsum verso, pro capta imperatrice in eum efferatus. Deinde oẽs ciuitates Cãpaniæ Apuliæq́; aut expugnatas destruxit, aut in deditionẽ accepit. nec fuit ciuitas q̃ eius impetũ sustinere valeret. Militia pegrinoꝝ, q̃ in auxiliũ trãsmarinæ pegrinationis exierat, interim confluebat, opemq́; tulit. Itaq; tota Apulia cum Cãpania in puinciam redacta, in Calabriã Siciliamq́; copias transportauit: pfligataq́; regione, Henricũ de* Kalend. marscalcũ cũ instructo exercitu versus ciuitatem Catanẽsem direxit, vbi oẽs ipsius terræ optimates cum innumerabili exercitu ordinata acie offendit. eis cõgressus, victoriã multis occisis adeptus, fugientesq́; insecutus, ciuitatem cum eis irrupit: captoq́; ep̃o q pcipue rebellauerat, cum multis nobilibus, ciuitatem succendit: nec ecclesiis parcens, ecclesiam S. Agathæ cum multitudine vtriusq; sexus, non habito delectu ætatis, q̃ in eam cõfugerat, miserabiliter incendio consumpsit. sicq́; ad imperatorem nobiles triumpho trahens captiuos redijt. Statuerant aũt optimates dolo imperatorem pimere, quod ipse psentiens, cum se detectos minime putarent, ab imperatore vocati, cõuenerunt ad eum: quos oẽs captiuos in vincula coniecit, exquisitisq́; supplicijs enecauit. Nam Margaritum archipiratam potentissimũ baronem, cum q̃dam comite oculis priuauit, & quendã læsę maiestatis victum, pelle exutũ decoriauit, quendã vero ad regnum adspirantem coronari, coronam p tp̃a clauis trãsfigi pcepit, q̃sdam stipite alligatos incendio extinxit, quosdam vecte pforatos humo agglutinauit, ac p hoc oĩbus maximũ terrorem incussit. Erat tum grauida Cõstantia: & cum tempus partus aduenisset, edicto publico diuulgari cœpit, vt qcũq; vellet interesse partui, Panormũ veniret: multisq́; superuenientibus & adstantibus, imperator Panormi in pratis tentoria expendi fecit: & cũctis videntibus, imperatrix peperit infantulum, quem vocabãt Fridericũ. Anno dñi 1194. impator contra Falernũ ciuitatẽ, q̃ Siciliæ archisoliũ, necnõ ærariũ thesauri regij extitit, aciẽ direxit: castrisq́; ante faciẽ locatis, hortũ

Henr. Imp. 6. in Siciliã expeditio.

Catana Siciliæ vrbs.

hortum regalem muro cinctum,omniq; bestiarum gñe refertum,irrumpi iussit. Itaq; ciues aiositatem Cæsaris metuentes,sine pugna deditionē offerūt:qbus consentiēs,ciuitate tradita,eos recepit in gratiam,signis imperialibus turribus vndiq; insignitis:statutaq; die pcessionis,q̄ à ciuibus imperiali fastu susciperet,exercitū omni affluentia deliciarum resolutū,gazisq; spoliorum egregie ditatū,securum reddidit. Tandē tota coronat ciuitas tapetibus sericisq; diuersi gñis & precij,thure,myrrha,alijsq; speciebus odoriferis intus & extra vrbē redolētibus.ciues p turmas secundū dignitatis, cōditionis,ætatisq; differentiā egressi,nobiles in sua cohorte, seniores in suo ordine, exin iuuētus & adolescentia vtriusq; sexus ordine,obuiā cum musicis instrumētis plausum exhibentibus imperatori pcedūt.Cæsar non minori industria cōposito exercitu militari disciplina,omniq; psumptione Teutonica interdicta,armorum splēdore rutilante,binis & binis lōgo tractu ciuitatē versus pedetentim incedētibus,ipse aūt cum principib⁹ imperiali gloria & ornatu subsecutus ciuitatē ingredit, cūctis laudes affatim acclamātibus, vulgo pno vultu in terrā corruēte: sicq; in regiā receptus domū,qeti dedit opam.itaq; multis muneribus à ciuibus est honoratus,eqs pstantissimis,sellis auratis,frenis faleratis,& diuersis speciebus,q̄ oīa exercitui liberaliter largitus, primo principibus regalia dona cōtulit,dein militibus p meritis erat munificus, inæstimabili pecunia in thesauris regijs auri argētiq; repta,ærariū publicū apud Trifels cōfertissimū reddidit.igitur redacta in puinciam tota Sicilia cum Sardinia,Hēricus imperator exercitū pegrinorum multis munerib⁹ donatū,à se dimisit:& cū ipsis e suo latere publici ærarij stipendiarios 500.milites in adiutoriū trāsmarini negocij misit. Anno dñi 1195.imperator Hēricus apud Tarentū cōstitutus,repatriare cōstituit.nobilesq; captiuos in Germaniam pmisit.nam filium Tācredi regis adhuc puerum,in Rhetiā Curiēsem pductum,oculis priuari,& in castro Amiso ppetuæ captiuitati addictū,custodiri pcepit:spōsam vero Irenen,filiā imperatoris Cōstantinopolitani,Philippo fratri suo despōsauit.reginam Apuliæ Tācredi vxorē Sibyllā,filiamq; eius,apud monasteriū virginū in Hohenburg Alsatiæ mācipauit.hæc Otho de S.Blasio. Scribit abbas Vrspring.q Hēricus pro securitate Siciliæ & Apuliæ vades receperit rebellionē timēs, inter q̄s erat eps Salernitanus & duo comites.hoc non attēto,anno dñi 1195.qdam in Apulia rebellant Cæsari, propter q̄d iussit vades q̄s duxerat in Alemaniā,oculis priuari,pter epm & ecclesiasticos,rebelles q̄q; captos,diuersis supplicijs fecit interimi. Per id tēpus Cunradus frater imperatoris,dux Sueuorum,mouit cōtra Bertoldū ducē de Zæringē, cumq; esset in oppido Durlach, obijt,sepultus in monasterio Loriceñ.multi asserebāt eum fuisse interfectum à q̄dam,cuius vxori vim fecerat:erat eñ vir stupris,luxurijs &immunditijs deditus. Imperator ducatum Sueuiæ contulit Philippo fratri suo,cuius opa pcipua in Sicilia vtebatur. is relicta Italia,transiuit in Alemaniam cum vxore Irena Constantinopolitani imperatoris filia,ponens eam in castro Suainhusen, tum de mandato imperatoris regium diadema imposuit Othocaro regi Boemorum,& paulo post Philipp⁹ nuptias celebrauit cum multis principibus ac baronibus apud Augustā in campo magno,q dicitur Concio legis. His etiam tēporibus procurante imperatore, factū est vt principes Alemaniæ pene oēs, filiū paruulū Fridericū assumerēt in regē,& ei fidelitatem iurarēt,sup q̄ literas sigillatas miserūt imperatori. erat tum circiter triū annorum puer. Hēricus imperator,vt scribit Anto.ex q̄ totā Siciliā obtinuit,propter graues & frequētes collectas & importabiles exactiones,id regnū auro & argēto expoliauit. Sed,vt refert q̄q; Bergomeñ.in supplemēto,Hēricus obtento regno plures e turribus pcipitari iussit,plerosq; alijs mortibus interfecit,& in ecclesiasticos q̄q; sæuijt.propter q̄ indignatus Cœlestinus pōtifex,eum execrauit.sed venia de errore postulata,in gratiam eum pōtifex recepit. Et qa Saladino mortuo Cœlestinus in magnam recuperandæ Hierosolymæ spem venerat,Henricum imperatorem, q mortuo Tancredo regnum Siciliæ occupauerat,ad bellum Asiaticum adhortatur.sed cum ipse Hierosolymam petere non posset,archiepm Moguntinum & Saxoniæ ducem cum multis alijs & magnis copijs eo destinauit.fuerūt aūt cum pmissis ducibus in expeditione Cunradus cancellarius imperatoris,Lupoldus dux Austriæ,dux Brabātiæ,Hermānus Lantgrauius de Turingia,Patauieñ.eps,Ratisponeñ.eps,Halberstadieñ. eps,marchio Cunradus,comites quoq; alij & q̄plures nobiles. Hi omnes venerunt in terram promissionis viri bellicosi,expensarum prodigi,rationis expertes,voluntatem pro iure habentes,ensibus inuicti,in nullis nisi hominibus suæ gentis confidentes, ducibus suis fidelissimi,& quib⁹ vitam potius q̄ fidem possis auferre.Hi cum venissent in terram promissionis,vt scribit abbas Vrspringeñ.treugas fregerunt, quas rex Richardus Angliæ recedēs statuerat. vrbē Berytum recuperauerūt, similiter & Ioppen,vt Platina vult & Blon-

Falerni Henric.recipiūt

Hēr.6.Cæs. magnificentia.

Captiui Siculi.

Philippus Sueuorum dux.

Fride.2.rex designatus.

Teutonū ad Hierosol. expeditio.

Blondus. Cœlestinus tum Romæ moritur anno dñi 1198.& paulo post Innocentius 3. patria Anagninus, familia comitum, oĩm cõsensu põtifex sufficitur, vir certe doctrina & moribus insignis. sedit annos 18. menses 7. Deinde & eodẽ anno Hẽricus Messanæ ęgrotare cœpit, cognitoq́ mortem sibi adesse, vxorem & Fridericũ paruulũ ad Innocentiũ papam factũ misit, eosdẽ illi obnixe cõmendãs. Philippo vero germano, Hetruriæ & Sueuiæ duci, q̃tum in se fuit, Ro. imperij & regni Siciliæ q̃usq; filius adoleuisset, gubernationẽ cõmendauit: cõfectoq́ testamẽto, diem Panormi obijt, vbi in ecclesia magnifice est sepultus. Erat aũt Henricus prudẽs, facundus, facie satis decora, plus tñ macilenta, statura mediocris, corpore tenuis, animo acer, vanitatibus deditus, maxime venationũ & aucupiorũ. multi asserebãt eum veneno extinctũ, vxore ꝓcurante, ꝓpter nepotes ipsius occisos: q̃d tñ q de familia eius fuerãt, cõstãter inficiabant, nec erat verisimile. Igitur Henrico defuncto, Innocẽtius statim Germanos q in Asia erant, retinere in officio literis & pollicitationibꝰ conatus est. verũ id q̃dem frustra. Germani em̃ audita morte imperatoris, relicta Asia, in Europam cum maximo Christianorũ detrimento transeũt, potissimũ Ioppensiũ, in q̃s om̃i ope destitutos delati Turci Saraceniq́, etiam deditionẽ facturos, vi captos ad vnũ oẽs interfecere, euersa statim à fundamentis vrbe. Fuit hic oriẽtis status intranquillus, cum Philippus Francus & Richardus Anglus cõtinuis bellis occidentẽ vexarẽt, & Pont. Innocentius ex Hẽrici Cæsaris interitu dubiarũ rerũ materiã accepisset, vir bonus q põtificatus sui initijs cũ exosam haberet iustitiæ venalitatẽ, statim fecit edictũ, vt nullus officialiũ curiæ suæ quicq̃ ab aliq̃ exigeret, ꝑter scriptores & bullatores, q̃bus etiã certũ modũ ꝑfixit. Eius opa & impẽsa hospitale Sanctispũs conditũ aiũt, auctumq́; ab eo magnis ꝓuentibus, q̃bus & ꝑegrini & ægroti ac vulgo cõcepti orphani alerent. Ordinauit etiã famis tꝑe, vt pauperes verecundi, q publice mendicare erubescebãt, pecuniã occulte ad sustentationẽ reciperẽt, & alia cõplura. Præterea statim post electionẽ cœpit intendere ad recuperandũ patrimoniũ Ro. ecclesiæ, vt scribit Anto. q̃d Imp. Hẽricus in vita occuparat, & post mortẽ familiares sui inter se vsurparant. Porro duos cardinales misit in Romandiolã cõtra Marcouardũ, qui eam tyrannice detinebat. erat ille senescalcus gñalis imperij, dux Rauennæ & marchio Romandiolæ: qui vidẽs se nec muneribus flectere posse pontificẽ, nec minis, relicta marchia, in regnum Apuliæ se recepit, sicq́; reducta est marchia ad dñium ecclesiæ. postea patrimoniũ B. Petri, totũ exarchatũ Rauennæ, terrã comitissæ Mechtildis ad Ro. ecclesiã reduxit, item ea oĩa q̃ Cunradus tenebat. Cõstantia vero imperatrix his visis, statim ad põtificẽ solẽnes nũcios mittebat, postulãs vt regnũ Siciliæ, ducatũ Apuliæ, Capuę principatũ cõcedere dignaret sibi & filio suo, secundũ formã quam ꝑdecessores eius cõcesserãt ꝑdecessoribus regni ipsius. sed ipse attendẽs ꝙ priuilegiũ cõcessionis indultũ primo ab Adriano, & postea à Clemente renouatũ sup̱ 4. capitulis, videlicet de electionibus, legationibus, appellationibus, cõcilijs, derogabat non solũ ap̃licæ dignitati, sed etiam ecclesiasticæ autoritati, remandauit imperatrici, vt illis capitulis renunciaret oĩno, cumq́; illa non esset aliqualiter concessurus, tentauit hæc eius ꝓpositum muneribus immutare, q̃d cum efficere nequiuisset. contenta fuit illis renunciare. hæc Anto. Verũ ego vereor hãc mutationem, causam fuisse multorũ malorũ, cum Hẽricus non gratis, sed suis sumptibꝰ hoc regnũ, pacto interueniente cum Cœlestino, acquisiuisse videatur. Idem vero Innocentius considerãs ꝙ p̱ detẽtionẽ Salernitani archiep̃i, q adhuc p̱ Philippũ imperatoris Henrici germanum fratrem, in Alemania detinebat captiuus, detraheret ap̃licæ dignitati, statim Sutrinum ep̃m natione Teutonicum, & abbatem S. Anastasii in Alemaniã destinauit, scribẽs ꝑlatis ecclesiarũ, vt detentores Salernitani ac aliorũ ꝑlatorũ monerẽt, & si necesse esset, p̱ execrationem compellerẽt, vt illos dimitterẽt, cõminãdo principibus, vt nisi ad hoc darent opam, totam Alemaniam se suppositurος interdicto. Illi vero in Teutoniam venientes, inuenerũt Philippum à quibusdã principibus electũ in regem, qui accedẽs legatos, de facto se fecit absolui, & hoc non manifeste. execrauerat enim Cœlestinus Philippum, quia dum esset dux Tusciæ, occupauerat relicta Mechtildis, q̃ ipsa moriens ecclesiæ legauerat, & patrimonium S. Petri vocabat. Postmodum Philippus fecit se coronari & inungi Moguntiæ à Tarentasiensi ep̃o, quia nullus ep̃orum Teutoniæ id facere attentauit. sed nec ep̃i qui ꝑsentes erant, pontificalibus induti fuere, ꝑter solum Sutrinũ ep̃m, qui ad aliud fuerat destinatus. Quam ob causam rediens, extra ep̃atum suum ad finem vitæ suæ autoritate ap̃lica mansit. Coloniensis vero archiep̃s & quidã alij principes tam ecclesiastici q̃ seculares, videntes se in electione Philippi fuisse cõtemptos, apud Aquisgranũ congregati, Othonem filium Henrici ducis Saxoniæ, in imꝑatorẽ elegerũt, quem archiep̃s Colon̄. solenniter coronauit. & sic

Innocẽtius 3. papa.

Ioppe diruta.

Hospitale S. Spũs in Saxia.

Innoc. Romandiolam repetit.

Siciliam repetit papa.

Philippus Sueuus Imperat. 96.

sic facta est diuisio in imperio. Othoni adhæserũt Coloñ. oẽs suffraganei & multi alij, dux q̃q; Liuoniæ & Limpurgæ, comes Palatinus Rheni, & Lantgrauius Turingiæ. Philippo vero reliq̃ terra cum principibus, similiter & rex Franciæ, maxime ex eo, ꝙ audisset Richardum regem Angliæ Othoni fauere, cui etiam comes Flandriæ adhærebat. Innocentius papa Othonis partes tuebatur, siue bñficiorum, q̃ in ecclesiam contulisset Magnus Otho, memor, siue efferam Sueuoꝝ vim veritus, q multo iam tẽpore sedem aplicam afflixerãt, id q̃d in Barbarossæ historia patuit, & Henrici 4. ac filij eius, quem q̃ntum diximus, gesta ꝓbant, in quibus se ꝑcipua Sueuoꝝ potentia extulit. Demum ꝙ & Henricus 6. Philippi frater, inclemẽti fuisset in clerum animo, multa conferendoꝝ epatuum causa conatus. Leodiensem eñ epm, ꝙ ꝑter decretum suum cõfirmatus fuerat, occidi fecit. Vnde ipse Innocẽtius reprobata electione Philippi, vtpote nup à Cœlestino execrati, Othoni adhæsit, ac ꝓlatis Alemaniæ mãdauit, vt ei obedirent, & Philippo tanq̃ execrato & ecclesiæ ꝑsecutori se opponerẽt, q̃d idem Lõbardis ꝑsuasit. Rebus sic habentibus se, cum Philippus in Alemania maiorem sequelam haberet, post multas cædes victor euasit, atq; iam se ad Italiam ꝑparauit. dolo tñ occisus est, vt de hoc plura scribit Anto. Sed quia inuenio q̃sdam longe aliter rem gestam narrare, & ꝑsertim abbatẽ Vrspringẽ. in sua chronica, qui eo tẽpore viuens, plerisq; negocijs ꝑsens fuit, vt nihil eorum q̃ circa hoc scribunt obmittã, facio eum p se loquentẽ in re non parum odiosa, cuius hæc sunt verba: Philippus frater imperatoris, eo tẽpore exierat de Alemania, vt veniret ad Imp. in Siciliã, ꝓcesseratq; vsq; ad montem Falconis castrum apud Viterbium. vbi de morte imperatoris nunciatũ est ei. orta deniq; est seditio ibidem, maxime contra Teutonicos, q tunc in Italia morabant. vnde in castro eodẽ quidã de familia ducis occidebat. Philippus inde cũ maximo discrimine discessit ex Italia, & in Alemaniã ꝑuenit, vbi iam principes iuramẽta postponentes, de electione noui imperatoris cœperũt tractare. ideo ad partes Rheni se cõtulit, et natiuitatẽ dñi in Hagnau celebrauit, vbi ad eum venerũt officiales & ministeriales & quidã principes ac barones, vbi etiã aderat Cunradus Argentineñ. eps, cum his habuit consiliũ, volẽs tenere imperiũ, cum in sua potestate haberet insignia imperialia, coronam, crucẽ, & alia attinentia. non eñ esset cautũ, vt ad aliũ trãsiret imperiũ, ne tam ipse q̃ fratruelis suus puer priuaret. Sed intercessit his rebus Innocẽtius 3. omni studio aduersatus eidẽ, hoc agẽs, vt ipsum impediret, improperãs ei q̃ frater suus ac parentes crudeliter pegerant. Extat adhuc de elec. c. venerabilẽ epl'a ꝑfati Innocẽtij ad Bertoldum ducẽ de Zæringẽ, in q̃ cõtra Philippũ multa, narrãte abbate Vrspringeñ. cõscribunt. Tũc cœpit papa, inquit idem, friuolis insistere obiectionib⁹ & exceptionib⁹, q̃tenus ipsum impediret, sententiã ei obijciẽs execrationis. nam cum in Tuscia adhuc gereret principatũ, dicebat ꝙ Cœlestinus eum execrasset. sane vt plus indeuotũ eum posset cõprobare, si non eius monitis acquiesceret, misit epm Sutrinũ ad repetendũ à Philippo vades de Apulia, q̃s olim Henricus iusserat exoculari. At ipse Philippus, vt erat mãsuetus, cum audisset de sentẽtia execrationis, petiuit humiliter ab eodẽ legato absolui, insup vades papæ remisit. q̃circa papa, vt plus odiosum redderet Philippũ, comites illos cæcos & viros nobiles fecit demõstrari multis in curia Ro. existẽtibus. Ego q̃q;, inquit idem abbas, in minori ætate cõstitutus, Romæ vidi eosdẽ. epm q̃q; ꝑdictum Sutrinũ, p eo ꝙ illicite absoluit Philippũ, excedẽs fines mãdati, sicut in ꝑfata epl'a sua expressit papa, priuatũ epatu relegauit. audiui etiã, inquit, eo tpe, q̃d tñ difficile est relatu, & vix credendũ, dixisse Innocentiũ, ꝙ ablaturus esset Philippo diadema, aut ipse sibi insigne aplicum. Deus aũt ex alto ꝓspiciens, non ꝑmisit vt p totã Alemaniã ꝑiret cultus diuinus, ac ecclesiasticæ dignitatis officiũ, q̃ duo honestius ibi cõsistũt, q̃ in alijs gẽtibus, licet vbiq; p incentiua vitiorum, & maxime luxuriæ, deprauata sint. Hæc abbas. Philippus cum videret imminere sibi aduersitates, q̃rens fauorem principum, cõciliauit sibi Bernardum marchionem Mysniæ, Magdeburgeñ. ꝑsulem & Bremeñ. ac suffraganeos eorundem. Sed genitrix inuidia, q̃ suis honoribus insidiantur Alemani, immo se occidunt ac vulnerant, ad hoc mouit principes q̃sdam, vt in ꝑiudicium illius gñationis, curiam apud Andernach oppidũ Rheni, p eligendo imperatore constituerent. Quo audito, Philippus transmissis illuc legatis, effecit vt nulla ibidem celebraretur electio, tum ꝓpter sui & q̃rundam principum absentiam, tum ꝓpter regiæ gñationis non destituendã ꝓsapiam, tum ꝓpter iuramenta principum eidem gñationi exhibita. His non obstañ. Coloniam indicunt diem, q̃ rursus Philippus nuncios misit, impediens ne in ꝑiudicium suum fieret electio. asserunt etiam q̃dam, ꝙ ꝓpter hoc ꝓmissa fuerint archiepo Treuereñ. duo millia marcaꝝ. attñ Bertoldus dux de Zæringen, tũc noiatus fuit in regem, non ꝙ iustus videretur aut diligeret veritatem, sed ꝙ pecuniosus

Othonis Saxonis 4. electio.

Innocentij papę in Philippũ odiũ.

De Bertoldi Zæringẽ. electiõe.



ſus erat homo auariſſimus. Vidēs aūt Philippus q̄ à tali inſolentia nollēt ceſſare Alemani, ipſe cum principibus ſuæ partis conuentū habuit in Mulhuſen, vbi à Sueuis, Saxonibus, Bauaris, Bohemis & principibus q̄pluribus Rheni eligit in regē. tunc cœperunt multiplicari mala in terris, rapinę, deprędationes, depopulationes terrarum, incendia, bella, latrocinia, & cætera huiuſmodi. principes aūt q Philippo aſſiſtere debuerāt, verba p̄ſenti bona dederūt. Cum'q; p̄fatus dux de Zæringē diffideret de expēſis ad obtinendū imperiū, rediit ad gratiā regis Philippi, accepit'q; ab eo bñficia q̄ ſibi conferre curauit, q & homagiū ſibi fecit, ac fidelitatē & vades, nepotes ſuos Cunonē & Bertoldum filios Egonis comitis de Vrach, q̄s apud Coloniā p expēſis obligauerat, q cōpulſi cum non ſoluerent, ſe redemerūt. Ex his Cuno poſtea factus eſt monachus & abbas Ciſtercieñ. inde Romæ factus eſt cardinalis Portueñ. alter Bertoldus factus eſt abbas in Lutzirach. nam in piculo captiuitatis conſtituti, ambo pmiſerunt, ſi liberarent, ad monachicā vitam ſe ituros. Iam inter hæc Coloñ. & Moguntiñ. archiepi cum ſuffraganeis, & alii qdam iniq̄ cogitauerūt, miſerūt'q; nuncios Albertū de Tagisburg, & comitē de Lyningē in Angliā, vocaturos inde Othonē, p̄ſumētes'q; in auxilio Richardi regis Angliæ, q fuit auunculus eiuſdē. hūc igitur apud Coloniā elegerūt in regem. Facta eſt hæc abuſio, vt fieret portentū. vix eñ remāſit aliqs epātus, ſiue dignitas eccleſiaſtica, vel etiam parochialis eccleſia, q̄ non fieret litigioſa, & Romā deduceret cauſa, ſed non manu vacua. gaude nunc noſtra Roma, qm̄ aperiunt cataractæ theſaurorum in terra, vt ad te cōfluāt riui in magna copia nummorum. hæc abbas Vrſpringeñ. Properant electi reges, vterq; vt occupet ſedem Aquiſgrani. ſane Philippus prior oppidum obtinuit, & ibidem viros ſtrenuos in p̄ſidio collocauit, inter q̄s fuerunt Vualtranus filius ducis de Lympurg, & Hēricus dapifer de Vualpurg. Superuenit aūt Otho cum Coloñ. & aliis fautoribus ſuis, & obſidet ciuitatē. cum'q; hi q erant in p̄ſidio, reſiſtere non poſſent, accepta ſecuritate pſonarum, dederūt ciuitatem. Tunc dñs Adolſus epſ Coloñ. in ſede regni coronauit Othonē regem. tota vero curia imperialis & officiales imperii, adhæſerūt Philippo cum principibus cōpluribus, Cunrado q̄q; Herbipoleñ. epo & cancellario, quemadmodum latius de his in gñatione ſequenti ſcribemus.

Otho 4. Imp. 97.

Anno dñi 1174. Thomas Cantuarieñ. archiepſ, vir qdem optimus & ſanctiſſimus, martyrizat: q̄d qdem ſcelus ex coniuratione regis Anglorum Henrici factitatū dicebat, cuius rei cauſa Henricus rex, oratores ſuos purgandi ſe cauſa ad Alexandrum 3. deſtinauit: & cum facile pontifex oratoribus regis non crederet, in Angliam duos cardinales mittit, q rem diligēter inſpicerēt. qbus rex, omiſſo Hybernico bello, q̄ erat implicitus, honoris cauſa apud Nortmanniā occurrit, re'q; diſcuſſa, ad hoc ventū eſt, vt Hēricus iuramento adhibito, cum non ſatis de facto cōſtaret, ſeſe purgauerit, promiſerit'q; ſe pœnitentiā p nece ſanctiſſimi viri acturum, cuius etſi fuiſſet inſons atq; inſcius, occaſionem tñ p̄ſtitiſſe ſit viſus, q̄ viuentē ſimultate & odio pſecutus ſit. additum p̄terea, vt 200. milites Hieroſolymam mitteret, q ſua impenſa p annū contra Saracenos dimicarent, vt'q; ipſe triennio cum q̄nto poſſet exercitu contra barbaros bellū gereret, libertatem eccleſiaſticam in ſuo regno tutaretur, appellationibus ad curiam Ro. factis non aduerſaretur. his aūt iureiurando confirmatis, regni Anglici titulum in ſe atq; in hæredes ſuos transferri meruit, ſponte, vt Blondus ſcribit, regnum Angliæ à pōtifice obtinuit, vt nemo poſthac rex Angliæ declararet, q à Ro. pontifice non eſſet appellatus. hinc obſeruatum aiunt, vt oēs Anglici reges a Ro. pontifice regni iura recognoſcāt.

Thomas Cantuarieñ

Anglorum regnū à Ro. Pont. peti.

In hac gñatione ordo Humiliatorum ſumpſit exordium. cum eñ Fridericus primus totam Ciſalpinam, vt Bergomeñ. ſcribit, variis incōmodis & vexationibus laceraret, infinitos, ppe viros cum mulieribus & pueris in Germaniam ppetuo exilio damnauit. vbi cum multis annis ſtetiſſent, faſtiditi exilii tam viri q̄ mulieres, cōmuni conſenſu veſtibus albis induti, ad imperatorē humiliter aliqñ acceſſere, & in terram ſe pſternentes, miſericordiam deprecati ſunt, q̄rum humilitatem vt vidit Cæſar, pmotus pietate, eorum precibus annuit, & eos in patriam redire conceſſit. Reuerſi igitur exules in Ciſalpinam, plurimi vnà cum vxoribus & veſtitu dealbato caſtitatē vouentes, in vnum conuenerunt, & Deo gratias agentes, deinceps nil aliud cogitare decreuerūt, niſi puro & integro corde Deo & B. Mariæ virgini deſeruire, facultates ſuas oēs in lanificio ponentes, atq; in illo artificio poſt crebras orationes & cōtemplationes ſummopere inſiſtere cœperunt. procedente inde tempore, ob religionem & vitæ ſanctitatē a ſummis pōtificibus priuilegiati, regulam B. Benedicti tam viri q̄ mulieres, pfeſſi ſunt. hæc ille. Et ſunt q huius ordinis initia in alia q̄dam tēpora, ſed incerta ratione, referūt, q cum multis duraſſet annis, ab Innocentio 3. cōfirmatus fertur. In hac q̄q; gñatione abbas Ioachim in Calabriæ partibus, maxime tempore Henrici 6. multa conſcripſit. de

Humiliatorum ordo.

eo

eo fertur, q cum prius non multũ ab hoĩe doctore didicisset, donũ intelligentiæ diuinitus accepit, adeo vt facunde ac diserte quaslibet scripturarũ difficultates enodaret.

Fuit his fere temporibus Almaricus Carnoteñ. epũs magna ingenij fama, qui cum apud Parisios nõ parua opinione doctrinæ vigeret, docuit, quosq; Christianos membra Chr̃i corporis esse, affectioni subiectos fuisse cũ Christus pateret. Sed error pontificis Innocentij studio dãnatus est, e qua ignominia Almaricus paulo post decessit. Huius accensi stimulis quidã, nouos & inauditos errores cõfinxerunt, qui inter cætera asserere conabant, q patris potestas durauit q̃diu viguit lex Mosaica, & quia scriptũ est, Nouis superuenientibus abijcietis vetera, postq̃ Christus venit, absoluta dicebant oĩa veteris testamenti sacramẽta, & viguisse illã legẽ vsq; ad illud tẽpus quo p̃dicabant talia. Illo ergo tẽpore dicebant noua sacramenta finẽ habere, & sp̃us sancti tẽpus aduenisse, ideoq; confessionẽ, baptismũ, eucharistiã & alia sacramẽta, sine quibus nõ est salus, locũ de cætero nõ habere, sed vnũquenq; per grãm sancti sp̃us tantũ interius, sine aliquo exteriori actu posse saluari. Charitatis q̃q; virtutẽ sic ampliabãt, vt id q̃d aliàs peccatũ esset, si fieret in charitate, iam illud nõ esset peccatũ. vnde & stupra, & adulteria, & cæteras corporis voluptates noĩe charitatis perpetrabant, mulieribusq; cũ quibus peccabant, & simplicibus q̃s decipiebant, impunitatẽ promittebant, Deũ tantummodo bonũ & iustũ p̃dicantes. Huius fama cũ ad Petrũ Parisieñ. epm & Guarinũ regis Philippi cõsiliariũ peruenisset, occulte miserũt magistrũ Rudolphũ de Naumurtio clericũ, qui secretius rem vestigaret. Hic ad singulos astute accedebat, & de illorũ secta se esse fingebat, & sic facta eorũ discebat. Itaq; plures sectæ huius sacerdotes, clerici & laici vtriusq; sexus, detecti & capti, Parisios sunt adducti. ibi cõgregato concilio, publice conuicti sunt & cõdemnati. clerici degradati, traditi curiæ seculari, iussu regis sunt incinerati. mulieribus aũt & simplicibus deceptis pepercerũt. hæresiarcha vero Almaricus, licet iam fuisset (vt putabat) in pace ecclesiæ sepultus, quia tñ constitit sectã illam originẽ ab ipso habuisse, cõdemnatus est à concilio, ac de sacro cœmeterio eiectus, eiusq; cinis & ossa dispersa. Ordo Guilielmitarum à S. Guilielmo eremita olim duce Aquileiensi, nomen & originem traxit. eius discipulus fuit S. Albertus eremita. Circa annũ dñi 1190. Philippus rex Francorũ cum esset apud S. Germanũ in Laia, audita Christiani cuiusdã morte à Iudæis perpetrata, Christianæ religioni compatiens, familiaribus suis ignorantibus, iter arripuit, prope Parisios venit, positis in portis castri custodibus, & comp̃hensis Iudæis plus q̃ octoginta, comburi fecit. Anno dñi 1193. rex Philippus cũ exercitu intrauit Nortmanniam, obseditq; castrum Vernolium, sed audiens q Nortmanni Ebroicam ciuitatẽ obsedissent, obsidionẽ soluit, atq; fugatis Nortmannis, ipsam vrbem funditus euertit. Anno dñi 1195. cũ rex Philippus in archiepiscopatu Bituricensi contra regem Angliæ duxisset exercitum maximum, rex Angliæ ei occurrit, & iuxta regem Philippũ castra sua locauit. Præparantibus aũt se hincinde ad conflictum, p̃ter opinionẽ omniũ, rex Angliæ depositis armis, ad regẽ Francorũ accessit, ibiq; publice corã oĩbus pro ducatu Normanniæ & comitatu Pictauiensi & Andegauensi homagium illi fecit. Attamen pax non diu durauit, quin potius contra se venientes ipsi reges, plurima vtrinq; incommoda inferunt. Anno dñi 1197. Balduinus comes Flandreñ. qui Philippo regi apud Compendium homagium fecerat, à fide recedens, Richardo regi Angliæ confœderatus, ipsum regem Francorum grauiter persecutus est. Eodẽ anno contra omniũ opinionẽ ipsiusq; regis edictũ, Philippus rex Iudæos Parisios reduxit, pecuniæ forte inter tot belli impensas egens, & ecclesias Dei grauiter persecutus est. Nec multo post rex Angliæ Richardus, cũ mille & quingentis militibus ac peditibus innumeris Gisortiũ mouens, omnẽ regionem populatur, Corcellas ad solum complanauit, necnon villas plures destructas p̃datus est. Rex igit̃ Philippus cũ ad Gisortiũ transire cuperet, cũ quingẽtis tantũ militibus medias acies hostiũ pertransiuit, viriliter pugnans, multis tamẽ ex militibus suis captis atq; fugatis. captus est Alanus de Rusiaco, Matthæus de Marliaco, Guilielmus de Mileto, Philippus de Nantalio, & plures alij. sicq; rex Angliæ cũ triumpho recessit, p̃das diuisit, & paulo post iterũ Francos fudit. Anno 1198. Richardus rex Angliæ audiens quendã militem Lemouicensis diœcesis in suo castro thesaurũ magnũ reperisse, cupiens thesaurum habere, dictum militem à vicecomite Lemouicensi, ad quem confugerat pro securitate, repetebat. sed dum ille renueret, in p̃dicto castro illũ obsedit. Cumq; die noctuq; castrũ illud fortiter impugnaret, sagitta percussus, post paucos dies moritur, atq; apud fontem Ebrodi sepelitur. & quia liberos non habebat, frater suus Iohannes, dictus Sine terra, successit ei in regno. & paulo post factæ sunt treugæ inter illum & regem Franciæ, secuta pace.

Almaricus hæreticus.

Almarici ossa dispersa.

Guilielmitæ

Iudæi cremati.

Philippi cũ Richar. Anglo gesta.

Rich. Angli interitus.

GENERATIO XLI.

Anno dñi 1200. Innocentij 3. pont. Rom. anno tertio, & Philippi Sueui Germanorum regis tertio, cœpit prima & quadragesima gñatio. Eius initium habent res Asiaticæ. siquidẽ i Asia rebus vndiquaq; tumultuarie gestis, ad importunã Alemanorum profectionẽ in propria, cũ infideles barbari Ioppen maritimã ciuitatem solo æquassent, petiere tũ qui Tyro & Ptolemaide inclusi obsidebant, inducias Christiani, quas quidẽ barbari faciliter cõcessere, ꝙ & ipsi dissidijs inter se confictantes, intestinis quibusdã bellis agitarent. Eapropter Simon de Monteforti, homo ad res bellicas e plurimis selectus, & cui Philippus Gallorum rex, quẽ in Asia reliquerat exercitũ, nõ sine magna rerũ gerendarum opinione cõmendauerat, cũ rem Christianã in Asia tu tam vidisset, in Europã sese cũ suis recepit. Verũ is vt in Galliam, vnde multo stipatus milite excesserat, post multa à se gloriose in transmarinis rebus bellicis gesta diuertisset, inuenit inter se cruentis admodũ bellis vtrosq; reges, Angliæ scilicet & Galliæ, cõcertare: q̃d quidẽ grauiter aĩo ferens, quonã pacto reges in vnũ concordaret, cœpit penitus cogitare. Itaq; defuncto Richardo, succedit Iohannes, cui Sine terra co-

Ioh. Sine terra rex Anglorum.

gnomen fuit. Et cũ res inter Richardũ & Philippũ hactenus tumultuarie agerent, Iohannes Anglis melius prouidere cupiens, inducias à Philippo petijt, quibus Philippus annuens, sacramẽto firmare statuit. Igit extremo induciarum tẽpore reges inter Vernonem & insulã Andelinã de firmanda pace cõueniunt, ibiq; partitis de quibus contendebat terris, Iohãnes Anglus oĩa q̃ Richardo Philippus abstulisset, Ludouico regis filio, cui Blanca regis Castellæ filia nupserat, & Iohãnis neptis erat, libera permittit: insup Ludouicũ hæredẽ oĩm earum possessionũ, q̃ cis Oceanũ Gallicũ erãt, pro suæ libertatis dono instituit. Verum paucis exinde mẽsibus exactis, Philippus, denuo in vnũ cõuenientibus nõ lõge à Vernone regibus, Iohãni Anglo & reliquis Nortmanniæ magnatibus diẽ Parisijs indicit, q̃ de comitatu Pictauieñ. & Andegaueñ. necnon ducatu Aquitaniæ ageret. qui cũ ad statutũ diẽ non cõparuissent, cõsilio fretus procerum suorũ Philippus, Nortmanniã coacto milite ingredit, cunctã terrã deuastans. Tornacũ deinde mouens cepit, totãq; terrã quã Hugo de Tornaco habuit, sibi subiugauit, *Arturũ in ea militẽ instituẽdo, cui etiã comitatũ Britonũ, qui hæreditario iure illi competebat, tradidit, adijciens ei comitatũ Pictauieñ. Andegauensemq;, hoĩem *ligiũ illum faciens. Sed postq̃ ab eodẽ rex Philippus discessisset, rex Angliæ Iohãnes supuenit, atq; Arturũ vnà cũ Hugone & Ganfredo cepit, sicq; q̃d amiserat recuperauit. Eodem

Philip. Sueuus vastat Alsatiam.

etiã anno 1200. Philippus Germanorum rex, aduersus Othonẽ vbiq; ducẽs, Alsatiã vastauit, atq; ad castrũ cui nomen Haldenburg, prope Argentoracũ in terra plana situm, applicuit, expugnauit, ac funditus euertit: deinde castra in Rubiaco & Aphich obsidendo, cõfregit & solo æquauit. Anno aũt dñi 1201. Philippus ad obsidionẽ Argẽtoraci mouens exercitũ ducit, ac suburbia ciuitatis igne succendẽs, ciuiũ terras vastauit. Quod ciues ipsi secũ ꝑpendentes, se nõ posse resistere, Philippũ in ciuitatẽ pacifice recipiunt, ac fidelitatis illi iuramentũ p̃stant. ipse quoq; epus in grãm Philippi receptus, illi adhæsit. Qm̃ aũt frequentes inter Philippũ & Othonẽ pugnæ sunt cõmissæ, factũ est vt inter se principes & barones variarent, nunc vni, nunc alteri contra p̃stitã iuramentorũ fidẽ adhærentes. videbant eñ in ancipiti bellũ fore positũ, & fortunam nunc illi, nunc vero alteri fauere, frequentius tamen Othoni aduersari. Anno de-

Andreas Hung. rex.

in 1201. Andreas filius Belæ tertij, regnare cœpit apud Hungaros, qui duxit vxorẽ ducis Morauiæ filiam, noĩe Gertrudem, de qua genuit Belam, Colomanũ, Andream, & B. Elisabeth, coronã regni eodẽ anno adeptus. Verum Gertrudis p̃dicta Banckbani cuiusdã magnifici viri vxorẽ, cuidã suo fratri ad deludẽdã hospiti tradidit: quã ob rẽ Banckbanus ensem suũ in reginæ sanguine cruentũ exercuit, deinde in omne genus Banckbani execrabilis effusio sanguinis est subsecuta. Post hæc Andreas rex terrã sanctã petijt ad mandatũ papæ, q̃d acceperat dum adhuc dux Hungariæ p̃fuisset, quẽadmodũ patet in c. de vo. & vo. redemp. Licet. Siquidẽ patris sui votũ redimere volens, cõtra Sultanũ ad terras trãsmarinas proficiscit, vbi corporis virib' cõtra infideles pugnando, fortiter res belli egit, atq; in capitaneũ exercitus Christianorum electus, victor euasit: ac tandẽ post multas de hostibus partas victorias, allatis secũ plurimorum sanctorũ reliquijs, in Hungariã est reuersus. At nouẽ effluxis deinde annis, filiã suã Elisabeth Ludouico Turingiorum Lantgrauio desponsauit vxorem, qui post nõnullos annos & ipse cruce signatus, Hierosolymã cõtra infideles pugnaturus petijt, ibiq; gloriose de

S. Elisabeth Lantgra.

Chr̃i hostibus triũphans, obijt. Elisabeth vero sancta mulier in cœlibatu vitã degẽs, cum in spũ matrem suam sibi apparuisse atq; opem postulasse vidisset, à pœnis, quibus pro peccatis suis erat inuoluta, precibus liberauit. Ad res imperij redeuntes, cũ

Phi-

Philippus victoria potitus cõtra Othonẽ, Alsatiæ prouinciã ac Argẽtoracos sibi subiugasset, multa cũ prosperitate ad superioris regni Germanici partes reuertit, de die in die & barones & nobiles in suã partẽ sibi cõciliando, suosq́ꝫ aduersarios valida manu expugnãdo. Verũ ad Argentoracos nõ diu post reuersus Otho, adscito sibi suæ partis magno exercitu, Philippũ insequutus, ad imperiale oppidũ Albicastrũ peruenit. Audiens aũt imperterrito sibi Philippũ aĩo valida manu suoꝝ stipatũ velle occurrere, vlterius ad pugnã egredi timuit. quare hinc pedẽ retrahens, in Saxoniã est reuersus. Deniqꝫ Innocẽtius papa tertius, audita hmõi controuersia inter Othonẽ & Philippũ, ꝙq́ꝫ Othoni Anglus, Philippo aũt Franciæ rex fauebat, ne tumultu oĩa cõplerent, Othonẽ imperatorẽ cõfirmat, legitime ab his ad q̃s pertinebat, electũ. Sed nõ sine causa id põtifex faciebat. nã Philippus rex de ducatu Hetruriæ sese intromiserat, ꝙ illũ Henricus imperator moriens filij tutorẽ instituisset. Vnde permotus pontifex, circa tertiũ Kalend. Iulias Guidonẽ Prænestinũ cardinalẽ, sedis apostolicæ legatũ, Coloniã mittit, vt suo mandato Philippũ indebite ad regnũ adspirantẽ, atqꝫ bona ecclesiæ friuole detinentẽ, excõmunicaret, oẽsq́ꝫ illi adhærentes, qui hoc idẽ cũ suis cõplicibus sentirẽt. nã oĩbus ad q̃s vel ꝑsens peruenire, vel eius epistolæ deferri poterãt, autoritate apostolica & sub excõmunicationis pœna mãdauit, quatenus Othonẽ pro indubitato rege susciperẽt, & Philippũ vt rebellẽ ecclesiæ & hostẽ publicũ, refutarẽt. vniuersos etiã, & in primis Colonieñ. vt ad Othonẽ deficerẽt, & à fidelitate, subiectiõe & iuramẽtis, quibus Philippo tenebant obnoxij, cõfestim absoluit. Philippus interim nouarũ rerũ causa, Hetruriã in Italia, & in Germania Sueuiã ꝑsidio munit, & Siculas res Constantia Friderici pueri mater firmat, sed ea inter medios illos tumultus mortua, põtifex Siciliã cõtra Marcouardũ inuadit, sui (vt supra scripserat) iuris tuendi causa. Quæ res & Philippũ regẽ solicitũ magis adeo commouit, vt regni negocijs ac sibijpsi studiosius prouidere cupiens, magnũ suæ partis principũ & epoꝝ & nobiliũ sibi adhærentiũ Bambergæ cõuentũ habuerit, ad cuius quidẽ imperiũ plurimi põtifices, abbates, duces, marchiones, comites & nobiles cõuenere, causas regni seriosius tractantes. Sub ea tẽpestate ossa sanctoꝝ Henrici & Kundegũdis, imperatoris & imperatricis, de terra leuata sunt, atqꝫ ab vtriusqꝫ sexus hoĩbus, qui deuotionis causa illo cõfluxerant, venerata. Igit Otho iam à sedis apostolicæ legato declaratus & cõfirmatus Germanoꝝ rex, quo rebus suis cõsuleret, anno dñi 1202. suoꝝ principũ atqꝫ nobilium in Traiecto superiori apud sanctũ Seruatiũ supra Mosam, colloquium habuit, vbi multi atqꝫ varij contra Philippũ & sibi adhærẽtes tractatus habiti sunt, atqꝫ pro suæ partis cõfirmatione pacẽ inter ducẽ Brabantiæ & comitẽ Gelriæ, Otho suas interponẽdo vices reformauit. Siquidẽ cõtractis vndequaqꝫ copijs, nõ sine vtriusqꝫ partis damno & incõmodo, ad bellũ se mutuo cohortati sunt. Et ne quid turbationis Germanico regno deesset, Innocẽtius papa tertius Henricũ comitẽ de Veringen, in demortui Argentinensis epi Cunradi locũ electũ, vsqꝫ in quartũ pene annũ confirmare distulit. Nã idem Henricus epus sequi partes Philippi etiam inuitus cogebat, nisi ecclesiã suam & totã Alsatiæ prouinciam periculo & desolationi voluisset exponere. Ira pontifex Romanus in eũ succensus, cõfirmationis & cõsecrationis munus dare noluit. Verũ periculi causam apud se pertractans, tandẽ cõsensit, vt à Senonensi archiepo Henricus cõsecrationis munus susciperet. Consentiens eñ Othoni pontifex, Philippũ totis nisibus ac sibi adhærẽtes, tam per se q̃ per alios, quãtũ potuit, persecutus est. Anno dñi 1203. Philippus Germanoꝝ rex, manu suoꝝ valida Turingiã cõtra Hermannũ Lantgrauiũ intrauit, eius imperio inobedientẽ atqꝫ rebellem, in eo vel maxime, ꝙ Sifrido Moguntino archiepo contra Philippi decretum electo adhæreret, ac simul Romano pontifici Innocentio cõsentiret, ꝙ prouentus ac redditus memoratæ Moguntinæ ecclesiæ in Turingia Sifrido cedentes, in vsus suoꝝ hostiũ & regis Othonis cõuertisset. Quod Turingiæ Lantgrauius intelligens, Othocarũ Bohemiæ regẽ & comitẽ Palatinũ in auxiliũ vocat, qui suoꝝ contractis tumultuarie copijs, cũ magna multitudine armatoꝝ Hermanno succurrũt. Animaduertens hoc Philippus, cõgredi eis timuit, ferroq́ꝫ ac igne quæ in circuitu fuerãt cõsumẽs, sese cũ suis in Erphefurt reclusit. Quo comes cõperto, exercitũ tã suoꝝ q̃ auxiliarioꝝ ad oppidũ mouit, fortiterq́ꝫ obsedit. Igitur clausus in oppido Philippus, fuga salutẽ meditat, atqꝫ noctis intempestæ silentio paucis suoꝝ vocatis satellitibus, ad marchionẽ Misnensem se cõtulit, eiusq́ꝫ pro liberandis de obsidione militibus implorãs auxiliũ, hostes cum paucis aggressus, nihil fortiter gessit: quin potius in obsidione hostes perdurãtes, eos qui in oppido claudebant, vexabãt. Audiẽtes vero Philippũ noctu cũ paucis aufugisse, soluta q̃ per nouem dies perdurarat, obsidione, ad propria sunt reuersi. Superuenit ea tẽpestate Otho

Cõfer superiori Vrspri geñ. sñiæ de Philippi excõicatione.

Constantiæ interitus.

Turingiæ motus cõtra Philippum.

rex cũ suo exercitu,& cõuocatis suæ factionis principibus, conuentum in vrbe Mersburg in mense Augusto celebrauit. Nã in eo principũ cõuentu Hermãnus Lantgrauius supradictus & Othocarus Bohemorum rex à Philippo deficientes, propter excommunicationẽ & mandatũ Innocentij summi pontificis, Othoni regi sunt cõfœderati. Aderat tum etiã Prænestinus ẽpus apostolicæ sedis legatus, Othonẽ noĩe Innocentij in festo S. Bartholomæi iã secundo coronans. Moritur tũ Hollandiæ comes Theodoricus, hęredẽ filiũ qui succederet, non habens, sed filiã duntaxat vnicã reliquit, quã patre mortuo, comes qdã de Lohe sibi vxorẽ rapuit, & comitatũ Hollãdiæ suæ ditiõi subegit. Quod moleste nimiũ ferẽs Guilielmus, defuncti comitis frater, amicorum suorum exercitũ cõgregãs, cõsertis cũ comite Lohẽsi manibus, eũ de Hollãdia potẽter expulit, ac fratris sui filiã in hæreditatẽ paternã reduxit. Anno dñi 1204. mẽse Iulio, Philippus rex magno suorum congregato exercitu, Turingiã denuo cõtra Hermannũ Lantgrauium ingreditur, & in primis oppidũ Vuyzense obsidione cinxit, & in deditionẽ accepit. Deinde regẽ Bohemiæ Othocarũ cum magna multitudine in auxilium Hermanno cũ comite Palatino properantẽ, primo cõgressu fugauit, ac omnia per circuitum oppida & p̃sidia cepit, spoliauit, incendit, ac funditus destruens subuertit. Cernens aũt Turingiæ comes sui principatus desolationẽ ac regis Philippi magnanimitatẽ, q̃ impetũ belli diutius ferre nõ posset, maxime q̃ Bohemi quos in auxiliũ vocauerat, relictis castris noctu aufugissent, aĩo fractus, Philippi se pedibus pronus prosternit, grãm petit, & inuenit, seq; suaq; oĩa illius imperio humili voto subijciens. Adolphũ deinde Coloniæ Agrippinæ archiẽpm ad se cõuocans, Andernaco ad Rheni fluenta oppido eius oppertus est aduentũ: qui illo perueniẽs, vbi ad regis cõspectũ peruenisset, paruo inter se colloquio habito, regi reconciliatus est. Deinde qm̃ Brabantiæ dux & Lotharienſis adhuc à rege Philippo dissenserant, Adolphus persuasus est, quatenus receptis decẽ millibus marcarum argenti, illos sibi reconciliaret. Nã *Salfelteñ. dudũ ab ecclesia Coloniensi alienatũ restituit, ac plurima se daturum illi promisit. Illectus igitur promissionibus & muneribus archiẽpus, sacramentũ quod Othoni p̃stiterat, paruipendens, nec periuriũ, nec excõmunicationis sententiam magniduxit: sed cũ duce Brabantiæ & Lotharienſibus ad quartũ Nonas Octobres in oppido Confluentino cõueniens, Philippo tũ ibidem p̃sente, in eius arma coniurat, ac socij in fidem coeunt. Quibus ad vota peractis, rex Philippus cũ toto suorum ac sibi de nouo cõfœderatorum exercitu Aquisgranũ descendit, ibiq; à supradicto Coloniensi archip̃sule in ecclesia beatæ Mariæ virginis magna cũ solennitate denuo rex Germanorum in frequentia populi coronat. Philippus tamen rex suorum consilio suffectus principum, audiens Cunradũ Moguntiuæ ciuitatis archiẽpm iampridẽ e viuis excessisse, illo profectus, vt ẽpm ecclesiæ dignũ p̃ficerent, intendit. Factũ est proinde, vt omniũ fere suffragio Diepoldus Vangionũ antistes, tribus tantũ contrauenientibus, ẽpus eligeret. Nam p̃tendebant propter regis p̃sentiã electioni libere haudquaq; intendere posse, sicq; appellatione interposita, quod papã regi sciebant cõtrariũ, ad oppidũ Bingen ad littus Rheni se transferũt, atq; Sifridũ quendam archiẽpm eligunt, quem dño papæ offerentes, cassata electione priori, cõfirmari hunc sibi petunt. Quod Romanus pontifex libenter annuens, Sifridũ repudiato Diepoldo siue Lupoldo cõfirmauit, quemadmodũ claret in decretali, quæ incipit, Bonæ memoriæ, vbi Romanus pontifex exprimit q̃ pro huiuscemodi negocio Prænestinum ẽpm sedis apostolicæ legatum Coloniam miserit, vbi tamen nõ iudiciũ, sed iniuriam fecisse electioni videtur. Præterea Colonienses ciues, qm̃ adhuc adhærebant Othoni, rogabant legatũ, vt in iniuriam Philippi, Adolphum archiẽpm suũ deponeret, eo q̃ Philippũ coronauerat. Quibus assentiens Prænestinus, Adolphũ deposuit, & in eius locũ Brunonẽ Bonnæ p̃positũ substituit. sed nec Bruno, nec Sifridus Moguntinus, temporaliũ administrationẽ obtinere potuerunt in humanis, viuente Philippo. Nam Diepoldus regi Philippo adhærens, cõtra Sifridũ æmulum fortiter dimicans, auxilio fretus Philippi, monasteria, ecclesias, & pleraq; loca sacra spolians, pauperes oppressit, & multa Sifridi familiaribus mala intulit, & bellis personaliter interfuit. Depositus tandẽ & excõmunicatus ab Innocentio papa, nihil curauit, sed in sua pertinacia permansit. Verũ mortuo rege Philippo, in displicentiam Othonis ad ẽpatũ est restitutus. Anno dñi 1205. rege Philippo Aquisgrani coronato, rex Otho apud Saxoniã graui detinebat infirmitate: q̃dq; morbo intolerabilius videbat, principũ pene oĩm auxilio destituit. Guido aũt Prænestinus, q̃d factũ fuerat Aquisgrani per Philippum, q̃ Adolphus Coloniensis illum coronauerat, literas super omnibus ad Innocentium scripsit, qui Prænestino rescribens, Adolphum ab archiepiscopatu iussit deponi, quemadmodum superius attigimus. Denunciatus iã

per

Scd'a Otho. coronatio.

Hollandiæ comes.

Comes de Lohe.

Secũda Philippi coronatio.

Germanorũ ẽporũ schismata.

per sententiam Adolphus excommunicationi subiacere, congregati in vnum commissarij Romani pontificis, Brunonem (vt diximus) archiepiscopū elegerunt, atq; Adolphum memoratum per sententiam diffinitiuam autoritate Innocentij ab omni officio & dignitate pontificali deponentes, canonicis vt Brunonem susciperent mandāt: qui mandatis apostolicis obtemperantes, eundem suscipiunt, illiq; vt canonice electo obediunt. Percitus ira Philippus, ne vnquā Bruno ad archiepiscopatus plenam administrationem adscenderet, sedulo curauit. Nam captus ab eodē, & duræ custodiæ mancipatus, multā passus est iniuriam, vt dicet infra. Igitur Adolphi iniuriam Philippus, qui tū Spiris manebat, vlcisci cupiens, cōmuni principū decreto, qui tum psentes aderant, magnū congregauit exercitū, atq; *Mosellæ fluenta sextodecimo Kalendas Octobris transiens, Coloniam pridie Kaleñ. eiusdem mensis arctissima obsidione vallauit. Videns aūt q eam capere non posset, obsidionē post dies aliquot soluit: & circunducens per regionē exercitum, non sine contritione paupez, Nussiæ oppidum, quod in descensu Rheni fluminis sex ferme à Colonia distat miliaribus, obsedit, cepit, & Adolpho resignauit. Quibus peractis, omnem prouinciam incendio, ferro & pda vastauit, multasq; munitiōes in circuitu vel cepit vel destruxit. Interim Otho Saxo, siue quod vetustissimis cōstare video monumentis, dux de Brunsuig, pari ardore inferiorē Germaniam munit, suos vt in fide maneant hortatur, deberi titulos imperij sibi non tam suæ, q̄ auitæ virtutis causa & autoritatis pontificiæ mandato: qua re inferiores ciuitates pcipue motæ, Othonē secutæ sunt. Anno dñi 1206. Philippus rex denuo Colonieñ. fines ingressus, occurrēte sibi Adolpho nuper deposito, nihilominus tñ se pro archiepo gerēte, cū magno suoz exercitu episcopatū peruagādo, ciuitatem obsedit. Nā Bruno Colonieñ. archieps Adolpho suffectus, & Otho rex, atq; p Sifridū Moguntinū duobus sibi p Angliæ regē de Britannia missis adstātibus epis cōsecratus, cū id nemo Teutonicoz metu regis Philippi psumeret, intra muros sese cōtinebant. Itaq; ciuitate p Philippū obsessa, tandē accepto cōsilio qui intus erāt, rex Otho cū reliquis accersitis quadringentis equitibus & duobus peditū millibus, de ciuitate palā eruperūt. Cōgredientes igif duo reges, Otho & Philippus, cū suis copijs apud Vuasserburg, rex Otho terga dedit, sibi cū suis fuga salutē quærēs. Philippus pugnæ certamen obtinuit, atq; multis occisis & plerisq; captis de Othonis exercitu, Brunonē q̄q; archiepm cepit, atq; manicis ferreis duriter cōstrictū, captiuum abduxit, inq; arcta custodia plus minus anno detinuit, donec tandē principū interuentu absolueret. Colonienses vero nimiū sibi metuentes, cū omni sua spe frustrati fuissent, ac sibi totū pene Teutoniæ regnū aduersari vidissent, accepto ducis Brabātiæ cōsilio, Philippū regem tū Boppardiæ agentē accedūt, commissoz in illū veniam humiliter postulātes, qui vt erat aio lenis, cū gratia illos suscipiens, quā optauerant grām, cū indulgentia cōsecuti sunt. Huius igif rei gratia rex Philippus Cunradū Nemetensium psulē ad Coloniēses misit, vt regis noie iuramētū fidelitatis à ciuibus ipsis cū alijs quibusdā necessarijs cautionibus & capitulis acciperet, qui Coloniā veniēs, à ciuibus pacifice & honorifice susceptus, vt pacis cōditiones & capitula illis proposuisset, gratis admodum votis pacta susceperūt, atq; pstito iuramēto fidelitatis, ad Philippū defecerūt. Otho aūt fuga e bello lapsus, in Saxoniā diuertit, atq; rebus suis vtcūq; poterat ordinatis, in Brunonis vicū se recepit. Inde mouēs nauigio in Angliā secessit, vbi ab auunculo suo rege Albionis honorifice susceptus, aliquātisper apud eundem substitit. Videbat em̄ à se defecisse principes, æmulūq; suū prosperari in oibus, ac se pter solū nomē in regno nihil habere. vnde prudēti vsus cōsilio, latere ad tēpus in Anglia voluit, ne simul & corpus & imperiū tot expositus periculis & discriminibus, tandē aliqñ amitteret. Verū Philippus rex vt sibi regnū cognatiōe amicoz firmaret, filiā suā natu maiorē regi Bohemiæ dedit vxorē: aliā vero ætate minorē, filio ducis Brabantiæ matrimoniali fœdere copulauit. Siquidē ex Irena vxore sua quatuor filias susceperat. Hinc viribus non parū auctus, fortior in regno factus est, atq; in tantum auxilio fretus amicoz, vt etiam Romano pōtifici Innocentio iam esset suspectus. Solis defectū, quē Græci eclipsin vocāt, tum accidisse vltima die mensis Februarij referūt circa horā diei ferme tertiā, & multi quidē humanū se caput in sole vidisse testabanf. Anno 1207. diuturnis Alemaniæ principes regni aduersitatibus ac regū discordia fatigati, cōmuni inter se habito cōsilio, Philippo annuente, legatos ad Romanū pontificē mittere decreuerunt, vt pro duoz inter se digladiantium regū pace & cōcordia laboraret. Missi aūt fuere legati Vuolfgerus Aquileiensis patriarcha, & Gebhardus Magdeburgēsis burggrauius, & ministeriales nonnulli de curia regis Philippi. Assumptis autem secum de Cremona viris quibusdam iureconsultis, Romam venere, vtq; Philippo regni iura permitteret

Nussia capta.

Othonem Philippus fugat.

Solis defectio.

administranda multis rationibus inducere tentauerũt. Verum papa cõditionem admodum peregrinam interponens negocio, voluit vt filia regis Philippi, vxor nepoti Richardo comiti desponsaretur, futurum indubitanter existimans, Tusciam, Spoletum atq; marchiam Anconitanã propter huiusmodi nuptias ad eum oportere deuenire, nec statuit huiusmodi terras, multoties à Romanis pontificibus repetitas, quo minus nepoti cederent, velle repetere. Sed legati principũ huius se negocij nullam prorsus commissionẽ recepisse dicentes, pontifici vt de suis in Germaniã legatos ad regẽ destinaret, cõsuluere: se aũt daturos operam pro viribus, vt res cupitũ sortiretur effectum. Eapropter papa cõsilijs legatorum facilem p̃bens assensum, legatos legatis associat, seq; matrimoniũ quod quærebat, nepotem consequi posse plurimum cõfidebat. Mittuntur autem ad Germaniam legati apostolici Hugolinus ep̃us Ostiensis, ep̃us quoq; *Veltrensis, & Leo tit. sanctæ Crucis in Hierusalem cardinalis. Præuenere autem principum regni quos miserant Romã, legati, Romani pontificis ambasiatores, atq; Philippum regem qui tum Augustæ Vindelicorum ad Kalen̄. Decembres colloquium principũ celebrabat, accedentes, ipsum super propositis à papa conditionibus certiorem reddidere: necnon legatorum de propinquo aduentum, quos ipsi p̃uenerant, denunciauere. Verum rex & principes audita Romani pontificis petulantia, in risum permoti, admirabantur, q̃ homo Christi vicarius, legem dñi sui temerare p̃sumeret. Venientibus igitur ad se legatis apostolicæ sedis Augustam, rem tacitus rex & principes animo contegentes, honorifice vt quidem decebat suscepti, Spiram pariter descenderunt, atq; publico per literas edicto curiam & comitia in Northausen Saxoniæ oppido, ad natalem domini proxime celebrandum, indicunt. Intermedijs tñ currentibus diebus, multa pacis conciliandæ in mediũ capitula proponuntur, sed nihil ad rem quadrare videbantur, quæ tum ibidem proponebantur. Philippus autem dominicæ natiuitatis festum vnà cum apostolicæ sedis legatis iuxta condictum regni principibus factum in Northausen celebraturus adijt, atq; solenne cũ eis colloquium habuit. Multa dehinc pro communi pace inter reges reformanda ratio habita est, multa legatorum & principum consilio attentata. Post plurima simul oẽs in vnam conuenere sententiam, vt scilicet Philippi filia Othoni desponsaretur, ipseq; Otho, q̃diu superuiueret Philippus, regno cedens, post mortem soceri, modo superstes haberetur, licite regnaret. Quoniã autẽ quartus matrimonium contrahi consanguinitatis gradus impediebat, decernunt legati, Romani põtificis dispensationem interuenire, ne, si minus pacis & concordiæ oblata capitula & media*, turbatiõis & dissidij materiam subministrarent. In hac etiam solenni principum conuocatione sæpe dicti apostolicæ sedis legati, ad instantiam regis Philippi, Adolphum depositum Coloniensis ecclesiæ archiepiscopum, à vinculo excommunicationis quo tenebatur ligatus, absoluerunt: quem tamẽ pro satisfactione commissorum, ad apostolicæ sedis examen remiserũt. Proh principũ & curialiũ hæc est spes mercedis potiundæ, hoc merentur qui principũ malefactis dulciter blandientes, quidquid audẽt laudãt, atq; malum bonũ, & bonũ malum dicunt, non verentes animã stygijs in aquis p̃focari, dummodo temporales cũ auri, argenti ac reliquis muneribus honores assequunt, etsi respub. in perditionem & nihilum redigatur. Deinde ad instantiam principũ & legatorum, rex Philippus Brunonem archiep̃m Coloniensem, carceris squalore fœtidum, e custodia liberũ dimisit, atq; cum legatis apostolicis Romã proficiscens, palliũ & gratiam apostolici obtinuit. Dum hæc interim de Germaniæ pace à pontificijs legatis aguntur inter Othonẽ Saxonẽ & Sueuũ Philippũ, horrẽda Saraceni nominis factio Christianæ reipub. bellum indixit. Nam ex Aphrica copiæ Saracenorũ ingẽtes in Europam traiecerant, Hispaniã inuaserant, & Innocentius quidẽ pontifex vbiq; crucẽ p̃dicari iubet: sed priusquã reliquorũ populorũ auxilia confluxissent, magnam hostes partem Hispaniæ adeo vastarunt, vt iam Gallias meditarentur. Tum oẽs vnà vires Hispaniæ, hostẽ fugere coegerunt rursum, qui in Granata etiam multo postea tempore desedit. Anno domini 1208. Philippus rex dimissa Saxonia, suorũ stipatus militum exercitu, in Sueuiam ire maturauit. diuertens autẽ ad ciuitatẽ Bamberg ocij gratia, morã ibidem aliquãdiu agere statuit. Die vero quadam hilarior factus, sanguinẽ de vena per incisionem emisit, ob idq; inter nobiles & curiæ suæ principes iucundior apparẽs, peracto prandio pausaturus intra cubiculũ, paucis eũ comitãtibus, quieti locũ dedit. aduenerat tũ illo comes Palatin⁹ Otho de Vuitilspach, odiũ in corde habẽs cõtra Philippũ regẽ, tũ q̃ illi filiã suã, quã rex Othoni vxorẽ desponsauerat, propter homicidij perpetrati scelus in familiarem quendam ducis Bauariæ, tradere noluit, tum quoq; q̃ sanguinis propinquitate illam ducere nõ potuit. Igitur q̃d intus aduersus

De Germaniæ pace agitur.

Saraceni Hispaniam vastant.

sus regē odium in corde cōceperat,ope implere cupiēs,opportunitatē tpis & loci nactus,accersitis ad se Bābergensis epi Egberti, & marchionis de Andersehe militibus, ostium vbi rex qescebat,propius accedēs pulsauit:q mox,rege nil tale suspicāte,intromissus,gladiū q̄ erat accinctus,educēs,in regis collū vibrauit, atq; vulnus illi dedit,organicam regi venam abscindēs. Perterritus eñ clamore Hērici de Vualpurg dapiferi,q tum solus cum Cunrado Spirēsi epo regis Philippi cācellario,intra cubiculi secreta manebāt,ictum semiplenū ducēs,manu titubabat:sicq; vulnus licet mortiferū,paruum tñ,infligebat. Nec fuit e cubiculariis custodibus vllus,q tm̄ principē, tam amantem reip. hac eriperet cæde,vt ne dicā oīno remp. qñ hoc vno Philippo pempto,Germania summis insidiis pontificis Romani agitata, vires pene suas oēs in sese experta est truculenter. Dapifer ergo crudele nimis facinus vidēs,clamore simul & pauore iriguit,atq; fores cubiculi ne truculentus homo clanculū aufugeret,repagulis firmare festinabat. Quod latro ppendēs,retrorsum cōuersus,vibrato in maxillā obstantis gladio ictum dedit,illoq; in pceps ruēte,ruptis cameræ repagulis,psiliit,& anteaq̄ res ipsa curialibus innotesceret,cōscensis equis,qs prius parauerat,extra ciuitatē cum suis celerius aufugit. Quo extra palatium psiliente,suboritur clamor extemplo,fitq; concursus ad cubile regis,vbi regem sanguine suo volutatum in pauimēto,mortuū iacentem vidēt. o miserabile spectaculum,periit rex Philippus intra cubiculi sui secreta,q vitam cōseruauit illæsam inter p̄lia:occiditur à latrone truculenter, q ab hoste non potuit occidi violenter. corpus igitur occisi principis primū Bambergæ in ecclesia maiori,non sine multorū lachrymis sepultum fuit,cuius tñ ossa post annos aliqt p Fridericū 2. imperatorem,Philippi nepotem,exhumata, Spiram sunt translata, & in maiori ecclesia cum funerali solēnitate inter alios reges tumulata. In qrum qdem illatiōe Fridericus memoratus Siciliæ Apuliæq; rex, Sueuorū dux, & regni Hierosolymitani hæres,ecclesiam parochialem in oppido Sueuiæ imperiali Esselingen,cum oībus iustitiis,ptinentiis,prouētibus ac iure patronatus,Spireñ. ecclesiæ cōtradidit. Quam donationē postea factus imperator,secundū innatam sibi clementiā,banno imperiali confirmauit. occisus est aūt Philippus Kal. Iunii anno 8. supra millesimū ducentesimū,eodem anno q̄ & pax inter reges reformata & treugæ fuere factæ. Verū Otho nefarius pacto scelere, aufugit,vt tetigimus,ad Egbertum Bambergeñ. epm,eiusq; fratrem Henricū marchionem Andersehe,cōspirationis in necem regis & conscios & socios, q postmodū ab Hērico de Kalydin Philippi regis marescallo,ppter tanti sceleris ppetrati nefas apud Ratisponam vrbem in qdam casa occisus est,pœnā quam meruit criminis cōdignam recipiendo. Erat aūt Philippus rex aīo plane lenis,eloquio dulcis & affabilis,benignus ad oēs,sed corpore qdem debilis, virilis admodū tñ & ingentis animi ad res qscunq; gerendas, facie venusta, capillo flauo, statura mediocri, magis tenui q̄ grossa. hic ob æris penuriam,pdia q̄ pater suus late in Alemania acquisiuit,distrahere cœpit, villasq; & agros rusticanos & ecclesias illis contiguas,ære alieno obligare. Siquidem ea tēpestate ecclesiā Vrspringē. dedit titulo pignoris nobili viro Bertoldo de Nyfen, quam postea pp̄ositus & fratres de potestate tyrannorū & manu liberarunt,200. auri marcas soluentes. Hic deniq; obligationis vsus & modus ecclesiarū ordini q̄ maxime Cisterceñ. & Præmonstrateñ. admodū insuetus fuit, quum cōstet nullum sibi tale ius imperatores antea vendicasse. Causam vero huius impignorationis referūt nōnulli,s. q regnante Cunrado rege 3. & eius successore primo Friderico Barbarossa,dñium ecclesiarū sua sub ptectiōe & defensione suscipiebāt,atq; priuilegiis munitas fideliter q̄ntum licuit defensabāt. Mortuo igitur pposito Vrspringeñ. fratres sibi ad regimen ecclesiæ inutilem elegerūt,qd cum Friderico innotuisset,nobili viro Degēhardo de Helenstetten,regalium pdiorum p Sueuiam pcuratori demandauit, qtenus ad pposituram Vrspringeñ. qntocyus accederet,& annuū ab eodem pposito censum, videlicet de singulis rusticorū mansis & pdiis,vnum auenæ maldrum reciperet q̄tannis reddendum. Hinc nactus occasionem Bertoldus de Nyfen supradictus,annuū censum ab ecclesia Vrspringeñ. recepit. Post mortē Philippi satis miserabilem comitia fieri Francofordiæ ad Mogum principes imperii constituere,vbi in vnum conuenientes,Othonem qui p imperio tm̄ certauerat,Saxoniæ ducē in regem Germanorū eligūt,qui annis admodū paucis regno potitus,p Ro. pontificē est depositus, & in eius locum Fridericus Sueuorū dux, Hērici 6. qndam imperatoris filius, Apuliæ & Siciliæ rex,in eius locum surrogatus,& ab regni principibus electus,quemadmodum patebit suo loco.

Palatinus de Vuitils. Philippū interimit.

Att. de ecclesia Esseling.

De ecclesiarū impignorationibus.

Otho 4. Philippo succedit.

Sifridus etiam Moguntinæ ciuitatis archieps,propter Philippi crudelitatē iam biennio exul ab*epo factus,Romæ in ecclesia S. Sabinæ cardinalatus titulo insignitus,iubente papa Innocentio,ad ppriam sedē reuertit,Diepoldo siue Lupoldo Vagionum

antistite, q Sifridi locũ occupauerat, vel potius vi & armis inuaserat & obtinuerat, eiecto, atq; à clero & omi pplo magno cum tripudio honorifice susceptus. nam Lupoldus Philippi regis potẽtia fretus, Moguntinã ecclesiã, expulso & pscripto Sifrido, violenter occupãs, nec summi põtificis obtemperare mandatis, nec sententiã excõmunicationis aduertere voluit. Bruno qq; Coloñ. archieps, quẽ Romã petiuisse cum legatis aplicis cõstat, audita morte Philippi regis, vnà cum memorato Sifrido Moguntiñ. in Germaniã reuertit, ac Coloniã in die sanctorũ martyrũ Proti & Hyacinthi reuersus, summo cum honore totius cleri & tripudio ppli suscipit. Estq; terris & ciuitati suo aduẽtu reddita pax, latronumq; ac pdonum insatiabilis multitudo pcul puincia pulsa. Deniq; comites, vasalli & terræ nobiles obedientiã illi oẽs cum subiectionis solito homagio pstitere. Adolfus aũt Coloñ. Epis. olim Philippi partes secutus, Ro. Põt. mandato p legatos depositus, Romæ, vt pmiserat papæ, ad eundẽ veniens, obedientiã & subiectionẽ iurando, vitã in exilio finiuit. Cunradus item Spireñ. eps & Philippi regis qndam cancellarius, durante apud Francofordiã cõuentu principũ, ad castrũ Trifels munitissimũ se recepit, metuẽs à facie regis Othonis denuo p principes electi. noluit illius sese cõspectui psentare, nisi hac cõditione, vt rex Otho sibi de salute sacramẽtum faceret, atq; suũ cancellariũ, cum ipse regalia insignia haberet, institueret. Otho libenter annuẽs, cãcellariatus officiũ cum vitæ salute homini admodũ supbo & ambitioso cõtulit. Cum eñ & Mediomatricũ & Nemeteñ. ecclesiã haberet, nequaq̃ homo cupidus & auarus cõtentus fuit, nisi & cãcellariatus officiũ assecutus fuisset. Anno dñi 1209. Innocẽtius papa 3. cum regni principes vnanimi cõsensu Othonẽ sublimasse in regẽ intellexisset, factũ laudauit, atq; Hugonẽ Ostieñ. & Leonẽ S. Crucis in Hierusalem cardinales ad Germaniã legatos, q Othonẽ ad imperij coronam Romæ à põtifice suscipiendã amicabiliter inuitarẽt, misit. Veniẽtes aũt in Alemaniæ partes legati, matrimoniũ nup inter Othonem & Philippi regis filiam cõmunis intuitu pacis contractum, aplica sanctione confirmarũt, atq; sup cõsanguinitatis impedimento dispensarũt, ac per regni & imperij ciuitates transeuntes, iustitiam postulantibus ministrarũt.

Ea tẽpestate Otho rex apud Herbipolim Franciæ oriẽtalis metropolim solennem principum conuentũ celebrauit, vbi ad se venientes aplicæ Se. legatos, summa (vt decuit) reuerentia suscepit. Deinde Hugo Ostieñ. rationem eorũ q̃ à Ro. pontifice in mandatis acceperat, reddẽs, iniunctũ legationis officiũ exposuit, atq; contractũ regis cum nepte matrimoniũ, autoritate summi pontificis ratificando confirmauit. pactis aũt p pace regni necessarijs, ad vrbem cum pace reuertunt. Rex aũt Otho dimissa Francia, in partes Sueuiæ secessit, pagratis prius Rheni partibus, cuius qdem in Sueuiã aduentus magnum pdonibus ac sceleratis ibidem demorantibus timorem incussit. Promulgauerat eñ rex in conuentu principum sententiã in eos iustitiæ, sine cuiuscunq; psonæ delectu, quam demeruerant. siquidẽ in oẽs qs publicas stratas insidijs obsidentes inuenire potuit latrones & pdones, nobiles & ignobiles, digna pœna anima duerti iussit, nemini parcendo. Sunt q hæc fecisse Othonem scribũt odij potius liuore q̃ iustitiæ amore ductũ, quum & contra morem gentis, principes, comites, barones & nobiles ad se venientes, rebus & verbis dehonestaret, ac cõtumelijs affectos eminus propulsaret. Feuda etiam q̃ Philippus ab ecclesiasticis principibus habuerat, cõtra illorũ voluntatẽ vsurpauit: & tam ipsos q̃ ecclesias, zelum iustitię simulãs, opprimere cœpit. Vnde à plerisq; religiosis & clericis veluti defensor iustitiæ collaudabatur, quum aliud in ore, aliud in corde ptendisset. Nam oĩa bñficia tam ecclesiastica q̃ secularia, familiaribus suis qs secum ex Saxonia & Anglia duxerat, contulit: & Alemaniæ pceres, nobiles & plebeios cõtemnens, vel in exilium extra patriam, vel duræ seruitutis iugo subiecit. odium eñ inueteratũ, qd ille in Sueuigenã gentẽ corde cõceperat, qm prius euomere in tumultu non potuit, nactus opportunitatẽ pacis, pleniter effudit. Epiphaniam dñi Otho deinde in Augusta Vindelicorũ ciuitate pagens, cõuentũ principum illo conuocat, vbi regis Philippi crudelem interfectorem, Othonem videlicet comitem Palatinũ de* Vuitelspach, & Henricũ marchionẽ de Anderscħe, fratrem germanum Egberti Bambergeñ. epi, cum eorũ complicibus & coniurationũ socijs, iuxta legem Boioariorũ de patria pscripsit, eosq; omi beneficio, dignitate & bonis cunctis per imperiale decretum priuauit, & in alios transfudit. Dein mense Martio gñale colloquium cum certis regni principib9 in oppido Hagenau habuit, vbi futuram in Italos expeditionem intimauit. Inde progressus, in Saxoniam reuertitur, vbi filiam regis Philippi sibi matrimonialiter desponsatam, in oppido Brunschuick, donec ab Italia reuerteretur, mansuram collocauit. Interea principes tam ecclesiastici q̃ seculares, ad regis imperiũ sese ad iter disponũt. Igit in principio mẽsis Iulij rex Otho & principes regni

Schismata Ep. Germ. abolita.

Sup Othonis matrimonio dispensatur.

Att. decretum contra prædones.

Palat. de Vuitel. pscribitur.

regni conuenerũt apud Augustã Sueuiæ ciuitatẽ,& cum valido exercitu in Italiã tendũt,pmissis tñ legatis,qs aplicus in Germaniã destinauerat. Cõsilio aũt habito,p vallẽ Tridentinã exercitũ ducẽs,Veronã puenit,ibiq; à ciuibus ponte nauibus cõpacto per Athesim toto cum exercitu traduct⁹,honorifice excipit, dispositisq; inibi negocijs imperij,Gardã castellũ ab Hẽrico 6.Veronensibus qndam traditũ,ab ipsis recepit,atq; in eo psidia imperij antiquoꝝ more collocauit.Exin Bononiã trajiciens,gñalem in ea curiam cum Italiæ principibus celebrauit, validumq; ex oñi Italia cõtrahẽs exercitum, Romã pficiscitur. Siquidẽ oẽs totius Lõbardiæ comites, nobiles & ciuitates,cum ingenti apparatu illũ suscipiẽtes,sua illi oppida,ciuitates,suburbia & munitiones subdidere,portaꝝ claues in signũ meri dñij offerẽtes.Deniq; infinitã vectigaliũ & tributoꝝ pecuniã penes illos à tpe Hẽrici imperatoris repositã,regi ad manus volũtarie tradiderunt.nam durãte in regno dissidio,p Italiã cẽsus & tributa vbiq; reponebant. Itaq; vltra pgrediens rex cum exercitu, Romã tandẽ puenit, vbi occurrẽte sibi papa Innocẽtio 3.cum vniuerso clero & pplo ciuitatis,magno honore ad ecclesiã S.Petri deductus,ab eodẽ imperij corona cõdonatus est.Nam vehementer nimis Othonẽ põtifex videre cupiebat,cuius partes cõtra Philippũ tanto tpe tamq; studiose libens psecutus fuerat,licet magnus hic amor in maius odiũ sit immutatus. Coronat aũt ab Innocentio Pont.maximo die mẽsis Octob.4.Romæ in basilica S.Petri Otho rex 4.licet multi ex parte regis Galloꝝ Philippi hoc impedire molirent ppter odiũ Othonis,qd cõceperat.siquidẽ demortui regis Philippi partes,dum viueret,semp defendebat,sperans exinde comitatũ Flandriæ suo imperio fore subiugandũ.Coronato aũt Othone, exegit Innocẽtius ab eo corã oñi multitudine iuramentũ de patrimonio B.Petri custodiendo,& cõtra qslibet defendendo.Romani qq; suoꝝ vestigijs pdecessoꝝ inhærentes,q̃ ex debito illis imperator die coronationis dare teneret, petierũt, sicq; inter Teutones & Romanos obortus tumultus.Veꝝ ad arma vtrinq; cõcurrentibus,fit pliũ atrox,in q̃ multi nobiles & ministeriales regis fuere occisi, plures ad mortem vsq; vulnerati.Permotus indignitate facti imperator,altera die de resarciẽdis damnis Romanos cõuenit.nam mille ac centũ viri cecidisse ferebant,qs qa furore adhuc succensos viderat,insolentiæ locũ tribuendo ex vrbe discessit Eo anno æstas fuit tonitruis & fulminibus ac imbribus nimiũ impetuosa,hyems qq; nimis dura & asperrima,q̃ diutius solito pdurauit.vnde in multis Germaniæ locis alimẽta defecerũt iumẽtis,& inopia diu psiit mortales. Anno dñi 1210. Otho imperator offensus nup Romanoꝝ insolentia,suspectũ habẽs Ro.pontificẽ,ne qd in eo tumultu occasionis ciuibus pstitisset,cupiens irrogatam sibi contumeliã vindicare,tum maxime q̃ ciues Ro.de resarciundis damnis ex seditiõe datis cõuenisset,terras ecclesiæ Ro.hostili pagrabat incursu. Siquidẽ e Roma pfectus,militũ suoꝝ stipatus suppetijs,aliquandiu Mediolani substitit,ibiq; insignia imperialia demittẽs,ciuiũ haud paruũ sibi fauorẽ cõciliauit. Deinde cõtracto sibi tumultuarie militũ haudquaq̃ paruo exercitu,p Tusciã & marchiã Anconitanã ecclesiæ terrã circũduxit exercitũ, atq; in primis Romandiolã pene totã occupãs,Neapolitani regni prouincias armata manu hostiliter inuasit, easq; suo subiugauit imperio,Friderico 2.adhuc puero,nil tale suspicanti.Hinc ira simul & odio pcitus papa,Othonẽ quem pri⁹ adprime dilexerat,odire cœpit,iniq̃ qdem ferẽs aĩo factum, atq; ad Othonẽ mittẽs hortat admonendo,vt capta de ecclesię terra redderet,incastellata libera dimitteret.Veꝝ is nihil taliũ aĩaduertẽs,peiora in dies moliebat. nam hostili manu Apuliã intrãs,multas ad regẽ Siciliæ ciuitates ptinentes, in suam potestatẽ redegit,principatumq; Capuæ cum palatio ciuitatis accepit,& in eodẽ pmanere statuit. Primũ dissidio causam dedit Romandiolæ ditio, quam tãtopere cupiebat Otho,qppe quam Philippus etiam nup tenuerat.Et nactus erat ille iam ex Cõstantiæ mulieris interitu,maioribus rebus aptã materiã,occupandæ s.Apuliæ ac Siciliæ.reliquerat Henricus 6.vxorẽ Cõstantiã cum paruulo filio Friderico 2.moriẽs Innocẽtij nup electi curæ, q vt mox post principis obitũ iura Siciliæ repetijt,ita post Cõstãtiæ interitũ postea non tam tutelæ noĩe, q̃ sui iuris tuendi causa, Siciliã ac Apuliã administrabat.Hoc regnũ,cuius olim initia Rogerius Põtificis Ro. fidei cõmendarat, oĩbus viribus petebat Otho,qd ægre papa & ecclesiæ armis& exteroꝝ auxilijs tutatus est. Atqui metuens imperator,ne quid nocumenti dissimulatio pareret imperio,papæ cõstanter restitit admonitus,Capuã& alias plurimas imperio suo subactas munitiones fortiter manu tenẽs.Quod cum aĩaduertisset papa,monitũ prius imperatorẽ põtifex Ro.p literas & nũcios,deinde vt rebellẽ aplicæ sedi & inobedientẽ anathemate primũ, deinde in ptinacia perseuerantẽ,in cõcilio psulum,quod Romæ tum Innocẽtius celebrabat, ab imperio depositũ pcussit & pronũciauit.Nẽpe latrocinijs vias oẽs Romanas Otho infe-

Othonis in Italiam expeditio.

Att. dissidij temp. repositã ab Italia pecuniam.

Othonẽ Innocẽtius coronat.

Discessus Othonis ex vrbe.

Papæ & Othonis dissidium.

infestans, cædes exercuit & ꝑdas. Verū Innocentius papa ne qd duceret neglectui, qd ad res ecclesiæ tuendas spectare videret, ꝑlatos & ꝓceres, ac oēs alios regni & imperij vasallos & subiectos ppłos, sacramenti religiōe q̄ tenebant Othoni obnoxij, absoluēs, liberos restituit, mādās oībus ne qs eum vel imperatorē Ro. noīaret, vel illi obediret.

Otho 4. excōmunicat. Anno dñi 1212. Otho Imp. papæ cōtra se cōmotum intelligēs animū, vt oīa tumultu agerent, in additamentū turbatæ Italię ꝓsperis vtēs successibus, integro (vt aiūt) aīo totā sibi Apuliā & Calabriā subijcere, oppida q̄q₃, ciuitates, munitiones, castella in deditionē accipere, ac suis militibus assignanda cōmittere, haud quaq̄ trepidabat: qn potiꝰ & Fridericū Apuliæ Siciliæq₃ regē, Hērici Imp. 6. filiū, exterminare ac ꝓscribere penitus cogitauit. Quod ne oīmodis fieret, hoīs ferocitatē atq₃ animi ꝑtinaciam cōsiderans papa, ꝑ literas Moguntinensiū archiepō Sifrido mādauit, q̄tenus Othonē iāiam in cōcilio Romæ habito ꝑ sententiā depositū ab imperio & excōmunicatū, ꝑ totū regnum Teutonicū publicaret, ac oībus ciuitatibus denunciaret, ne q de ignorantia se excusarēt. qd Sifridus dicto citius ꝑficiēs, Othonē & excōicatum à papa, & in cōcilio Romæ ꝑ sententiā ab imperio depositū, vbiubi publicauit. Henricus igitur comes Palatinus Rheni, dux Brabantiæ, & alij principes, comites, nobiles & barones, his auditis, cum ciuitatibus q̄ Othonis partes fouebāt, de Sifridi Mogūtini archiepi publicatione edicti pontificij, male grati, magno suoꝝ adunato exercitu, ad Kal. octob. cōtra Sifridum ꝓcedentes, hostiliter eius epatum inuadūt, totamq₃ Moguntinæ ditionem ecclesiæ rapinis & incendio deuastāt, nihil ꝑter ciuitates & castella munita intactum relinquentes. nam villas, agros, vicos & monasteria cum ecclesiis & locis episcopio subiectis igne conflagrāt, cædes moliunt & rapinas, nemini parcentes. Verum Sifridus q̄ hæc oīa sibi mala ꝓpter obedientiā Ro. pontificis euenire sciebat, vidēs qm̄ ex æq̄ resistere non valebat, nec suoꝝ cuiq̄ bene confidere audebat, qd nusq̄ tuta fides foret, in partes Thuringiæ se recepit, & apud Hermānū ꝓuinciæ comitem cum Ro. ecclesia fideliter sentientē, aliquandiu mansit. Itaq₃ Imp. Otho Ro. pontificis sententiā tam excōmunicationis q̄ ab imperio depositionis, per totam fere Germaniam intelligēs esse publicatam, veritus ne quid in imperio noui contra se oriretur tumultus, maxime sua id causante absentia, mox relicta Italia, in Germaniam redire maturauit. Quo cum ꝑuenisset, ꝑturbationibus plenum regnum inuenit, propter ꝑdictæ sententiæ inuulgationem. sentiebāt em̄ non recte fieri oīa circa eum & regni principes tam seculares q̄ ec-

Excedit Otho Italia. clesiastici: eapropter non vsq₃quaq₃ illis confidēs, nuncios qui secrete res disquirerēt, ante se in Germaniam ꝑmisit, qui citius ad eum reuersi, oīa tumultu plena referūt. quibus auditis, mœrorem animi studio celare voluit, ne ab his qui eum comitabant, veluti ꝑplexus insimularet. Anno dñi 1212. Otho licet abrogatus à papa, nihilominus tn̄ ꝓ imperatore se gerens, cum ad partes Germaniæ dimissa Italia declinasset, circa festum Pentecostes conuentū Norinbergæ principum suæ partis celebrauit. in q̄ multiplices Ro. pontificis contra se ostensas calliditates exponēs, q̄ iniuste ab illo insectaret, declarauit: Adeste, inquiēs, animis principes, quibus cura sit de regno, deq₃ in eodem rebꝰ gubernandis. nempe ad vos respicit Teutonici regni q̄uis dispositio, vestra intereris eminus cuncta ꝓspicere. Vestri etem̄ iuris esse fatemur, non Ro. pontificis, imperatorem creare simul & destituere: vestrum, si quid in imperio tumultus insurrexerit, q̄ viritim extirpetur, curare. Igitur o principes & regni cordati ꝓceres, ius vestrū defendite, pro patrijs & imperij legibus vires exercete, ne si minus, & imperium & patrimonium dimittatis. Vt aūt id fieri possit, ꝑsuasum credimꝰ Ro. potificem, q̄ sese suis à ꝑsumptionibus reuocet, si monere blandiloquio tentaueritis. Nam si ꝑ libito suo Ro. pontifici nimium q̄ expedit dissimulando, depositionē imperatoris ꝓmiseritis, actum breui vestra de potestate in deligēdo imperatore om̄i dubio ꝓcul intelligetis. His itaq₃ ac similibus dum in cōcione ad principes Otho imperator perorasset, animos nonnulloꝝ sibi conciliauit, atq₃ suoꝝ cōgregato exercitu, expeditionē in Thuringos mouit, contra ꝓuinciæ comitē Hermannū, tum ꝙ cum Ro. ecclesia in malū imperatoris bene sen-

Otho vastat Thuringiā. tiret, tum ꝙ Sifridum Moguntiñ. archiepm ab hostibus Othonis partem defendentibus, ad se confugientē suscepisset: tum etiam, ꝙ ab eius se fide nuꝑ subtraxisset. Igitur copijs coadunatis, duas Hermāni munitiones fortissimas, Rodenburg & Saltzingen, cepit ac funditus destruxit. Inde ꝓgrediens, oppidum Vuizense obsidiōe vallauit, qd etiam ꝑter arcem capiēs, pari furore subuertit. Asserūt, tum primū cœpisse vsum instrumenti bellici, prius incogniti, qd vulgariter Trybock noīatur, qm̄ bombardaꝝ vsus necdum erat inuentus. Deuastauit ergo Thuringiam imperator supra q̄ dici poterit crudeliter nimis, & multa contra Deum & hoīes in propriam suæ vitæ & animæ ꝑniciem mala commisit. Deinde profectus in Saxoniam in Northusen oppidum imperiale,

ale,augustales cum vxore sibi desponsata Philippi q̄ndam regis Germanoꝝ filia,nuptias celebrauit:q̄ qdem q̄rta dehinc die infirmata,vsq; ad mortē rebus subito excessit hūanis,variā interitus sui opinionē,ne suspicionē dixerim, posteris relinquēs:tum q̄ in ecclesiam Dei crudeliter inueheretur imperator,tum q̄ neptem suā,licet dispensatiōe ap'lica interueniēte,vxorē duceret, Dei optimi maximi vindictā in se expertus, discere debuerat ponere superciliū:sed nihil minus veritus,q̄ cœperat, aīo ptinaci pseuerauit. Animaduertētes igit̄ nōnulli principes imperij,cū primis aūt Sifridus Moguntiñ.archieps,rex q̄q; Boemiæ,Treuireñ.archieps,& Hermānus Lantgrauius,cum alijs nōnullis,Othonis contumaciā & rebellionē,atq; in vnū cōuenientes,ad memoriā iuramētū q̄d olim fecerūt Friderico Henrici imperatoris filio adhuc infantulo,reuocarūt,atq; illum in regem loco abrogati Othonis assumere decreuerūt. Consultatiōe igitur habita,Fridericū Othone abiurato in regē Germanoꝝ vnanimiter eligūt, solennes ad illum cum electionis decreto nuncios mittētes, videlicet Henricū de Nysen & Anshelmū de Iustingē viros nobiles & strenuos,cum q̄busdā alijs,q̄rum nuncio informatus & instātia psuasus Fridericus ad capessenda imperij iura, q̄ntocyus in Germaniam venire maturaret.Quibus Fridericus blanditer rn̄dens, rem differre aliquantisp̄ voluit,ne si q̄d incōsultius ageret,pœnitētia ductus,ludo se oībus exponeret.Dux q̄q; Brabantiæ, q̄ Othonis partes plurimū psequebatur, propter desponsatā sibi vxorem Philippi q̄ndam regis filiā, Leodiū cepit, Huardo epo p fugā elapso, in q̄ qdem ciuitate maxima p̄da & inæstimabiles diuitiaꝝ thesauri à militib⁹ cum dāno plurimorum diripiunt.nulli em̄ raptores pepercere loco,non monasterio, nō ecclesiis,sed oīa q̄ inuenire poterāt, sine misericordia rapiētes auferebāt. Per hos etiā dies in Narboneñ.prouincia,quam vulgo Linguā Occitanā appellitāt,Christianę puritatis pmulti cōtemptores,ex Albigesio primā suæ doctrinæ & iniq̄tatis instructionē recipientes apparuerūt,quoꝝ tñ dogma nemo ad hūc diē not⁹ scriptor reliq̄t. Et cum hæreticos eos vocēt,atq; ob eā culpā exterminatos esse autores tradāt,genus tñ hæreseos p̄tereunt.puto eos,quoad cōiectura assequi possum,arcanā pestē secutos,fœdis quoq; amoribus & masculinis cōcubitibus indulsisse,ideoq; legitimas nuptias & carnis esum damnasse.Diffusum id virus cum totam ferme regionē inquinasset, Romanus pontifex Innocentius 3.misso Gallone cardinali ad Philippū Frāciæ regē legato,monet in hæreticos arma sumere,peccatoꝝ remissionē his q̄ insigne crucis ad bellū susciperēt, pmittēs.Legati oratione admodū ardenti pmotus rex, pmittit suos arma capere,& in Albigenses pficisci.fuisse in exercitu epos multos & pceres multos referūt,atq; in primis Eudonē Burgundiæ ducē,Henricū Niuernēsem, Petrū Senonū archipręsulē,Reginaldū Rothomageñ.Robertū Baioceñ. Iordanū Lexonieñ. & Reginaldū Carnoteñ. Igitur mouentes Franci, Biteres primū obsidēt expugnātq;, occisis qui in ea erāt multis hæreticoꝝ millibus.Quo piculo territi reliq̄ regionis incolæ,ad Carcassonem munitissimā vrbem confugerūt,in q̄ à nostris circūsepti, inde abire nudi oīno cōpelluntur,vt qui pudendis mēbris p summū nefas abusi fuerāt, ea ad ignominiā vidēda exhiberēt.Eliminata fœdissimæ gētis turpitudine, Frāci cupidi sua quoq; loca reuisere, reliq̄ exercitui Simonem de Mōteforti,hoīem nobilē ac strenuū nec min⁹ religiosum p̄ficiūt,quum ad hoc quoq; negocium subeundū & Innocētius pontifex summus eundem vnà cum Lupoldo Austriæ duce subordinasset.Is igitur belli cura mox suscepta, non segniter supstites psecutus est,comitante eum Dn̄ico viro Hispano,q̄ autore Prędicatoꝝ ordo initium suscepit.Itaq; arces p eam terram expugnauit,hæreticis interemptis.habuit aūt obscœna Albigesioꝝ turpitudo defensores Petrum Aragonū regem,sancti quoq;*Eligij comitem, & Fuxi principem, qui eductis ingentibus copijs, Simonem apud Murellum arcem obsederūt, qui tametsi raros armatos secum in p̄sidio haberet,nihil tñ desperans,re diuina à sacerdote facta,postq̄ se in primis atq; suos sacramento confessionis purgasset, eruptionem subito facit, regem Aragonum & 18. millia hostium interemit,cum ipse octo tantum ex suo p̄sidio amisisset. credi merito potest,Deum pro sua religione comitem recte pugnantem, adiuuisse. In partibus etiam Alsatiæ tum hæresis & error tam nobilium q̄ plebeiorum multum increuit,volentiū & asserentiū licitum & nequaq̄ esse peccatum, in quadragesimæ diebus & reliquis sextis ferijs anni comedere carnes:quicquid etiam peccarēt hoīes cum his membris,q̄ sub vmbilico forent,licite fieri posse,dicentes hæc fieri secundum naturam. Vnde q̄tannis huius erroris & hæresis autoribus Mediolanum certum censum miserūt, tandem vero ab epo Argentineñ.ac ciuibus capti vtriusq; sexus & conditionis homines fere 80.vna die oēs igni traditi sunt & combusti. Anno dn̄i 1213. facta electione noui regis Germanoꝝ Friderici 2. videlicet qui tū Siciliæ regnū tenebat, p Mogūtiñ.

Frid̃e.2. vocat̃ in Ger.

Albigesii.

Hæresis Alsateñ.

Treuirensemq́ꝫ archiepos, regem Boemiæ, ducem Austriæ, ducem Bauariæ & Lātgrauium Thuringię, missis etiam ad eundē honestissimis legatis, q eum in Germaniā secu re ducerēt, Otho auditis huiuscemodi rumorib⁹ infrenduit aīo, seq́ꝫ in arma parās, q̄cunqꝫ vel Ro. pōtificis & ecclesiæ fuissent, aut etiā Friderici electi regis, in suā redigere potestatē cōtēdebat. Verꝫ Fridericus tandē à legatis Germanicis ꝑsuasus, quanq̄ vxor & pleriqꝫ Siciliæ optimates animū eius in aliud mutare cōtendissent, relicta cum filio paruulo Hērico vxore in Sicilia, ad iter sese honesto comitatus apparatu in Germaniā ꝑparauit. Romā primū ad Innocētiū veniēs, honorifice suscipit, à q̄ bn̄dictiōis pariter & coronationis munus humiliter petijt. Sed pōtifex illi blāde rn̄dens, q̄d petebat, ingeniose denegauit, dicēs se legatū cardinalē in Germaniā cū eo destinaturꝫ, q regni Teutonici principib⁹ mādaret, vt ab Othone excōmunicato simul & deposito recederēt, & sibi tanq̄ ab eisdē electo in oībus fideliter obedirēt & assisterēt. Itaqꝫ Fridericus pontificis animū ambiguū haudquaq̄ intelligēs, cū legato & suis, q̄m directo itinere ꝑpter Othonis insidias in Germaniā venire non potuit, ꝑ vallē Tridentinā atqꝫ loca alpiū inuia, in Rhetiā Curiēsem, deinde à nobilibus & epo susceptus honorifice, ad Cōstantiā vsqꝫ ꝑducit, vbi ꝑ dies aliq̄t demoratus, ꝑ copias principū regni, maxime aūt Sueuicæ nationis ꝓceres, q̄rsum volebat deducit. Cōperiēs aūt Otho q̄m Fridericus dimissa Sicilia venisset in Germaniā, atqꝫ in ciuitate Cōstantien̄. multo stipat⁹ milite subsisteret, animū rebus adijciēs, illi occurrere statuit, regniq́ꝫ introitū prohibere, si possit, tētauit. Coadunato igit̄ suorꝫ exercitu, in Sueuiā venit. in Friderici occursum ꝑpropere nimis iter accelerās, exercitū suū à se defluere vidit, atqꝫ in dies infirmiorē fieri. vnde cōsistēs in oppido Vberlingē, non audebat iam palā cōtra Fridericū exire, ꝙ optimā nobilitatis suæ partē à se ad Fridericū deficere videret. Verꝫ adhuc spe ductus in ducē Bertoldum de Zeringē, necnō Henricū comitē de Veringē, Argentinen̄. q̄qꝫ epm, q̄rum suppetijs adiutus, in oppidū Brisach imperiale descendit, rei euentū expectaturus. q̄rens aūt si copiā habere posset militū auxiliatorꝫ, vnde Friderico resisteret, in oppido cōstitutus, hinc inde q̄s poterat lācearios mercede cōduxit. at ij ex oppido gregatim excursus faciētes, vinū ac pabula & q̄cquid ad victū q̄tidianum requirebat, diripiētes, oppidanos etiā rapinis & iniurijs multis afficiētes, tādē ab incolis extra oppidū electi sunt. vnde vidēs se ab oībus desolatum Otho, cum paucis admodum stipendiarijs militibus in Saxoniam rubore suffusus redijt. Fridericus aūt intelligens Othonem à ciuibus oppidi Brisach cum suis expulsum, auxilio principū fretus plurimorꝫ, de Cōstantia mouens, ciuitates & oppida imperij circa Rheni fluenta superioris ꝑlustrādo, in suā subegit potestatem. Itaqꝫ cum ad oppidum imperiale Hagenau ꝑuenisset, q̄m partiū erāt Othonis, portas clauserūt, Fridericum intromittere recusantes, q mox vicum obsidione vallauit, tamq́ꝫ diu impugnauit, donec tandē expugnaret, oppidanosq́ꝫ rebelles in deditionem compelleret. Inde ꝓgrediens de ciuitate in ciuitatem, de oppido in oppidum, ab oībus vt rex honorifice suscipitur, atqꝫ vt Germanorꝫ rex salutatur. Quo factum est, vt breui totum pene regnum, paucis cum Othone manentibus, obtinuisset. Per Rheni aūt fluenta Fridericus descendēs, Moguntiā venit: vbi aliquandiu considēs, magnum principum conuentū habuit, Sifrido Mogūtino archiepo in odium Othonis adiuuante simul & ꝓcurante. Nam illo conuenerāt idem Sifridus archiepūs Moguntinus, Treuirorꝫ quoqꝫ & Argentinen̄. q Friderico reconciliatus, ab Othone cui adhæsit, recesserat. Basileen̄. Spiren̄. Constantien̄. Herbipolen̄. epi, rex etiam Boemiæ, Lantgrauius Turingiæ, comesq́ꝫ Palatinus Rheni, qui oēs regi Friderico fidelitatis iuramentum ꝑstiterunt, atqꝫ à Moguntia ꝑ Rhenum in Coloniam, deinde ad imperiale palatium Aquisgranum profectus, cum eisdem per Brunonem, vt nonnulli asserunt, siue per Sifridum Moguntinum, vt reliquis placet, inunctus & in regem Germanorꝫ coronatus est. Videns aūt Fridericus ꝙ fauor regis Galliæ plurimū sibi prodesset, auxilio fretus epi Meten̄. amicitias cum eo statuere decreuit. conuentui locus dictus est apud Vallicolorem, vbi reges fœderis causa coirent. Cui cum Philippus Gallorꝫ rex propter corporis aduersam fortunam interesse non posset, Ludouicū filium primogenitum misit. reges simul cōuenientes, amicitiæ fœdus q̄diu viuerent in humanis, ꝑcusserunt. Igitur Otho videns se imperio priuatum, & ꝙ Fridericus Aquisgrani coronatus regno potiretur, constitutus apud Saxoniam, societatem cum Iohanne Anglorum rege, cumq́ꝫ Rainaldo Boloniæ comite statuere cogitauit. Quod Philippus Galliæ rex cum rescisset, Boloniæ comitē ex comitatu suo exturbauit. Verum rex Angliæ Iohannes inita cum Flandren̄. comite Ferdinando societate, ad Boloniam cum ingenti classe recipiendam se contulit. mutato tn̄ proposito, ad Granantingos Flandriæ oppidum duxit. Philippus aūt in Ferdinandum primo ducens, Brugas primum, deinde

Friderici 2. in Germa. aduentus.

Otho in Saxoniā fugit

Hagenau oppugnat.

Frider. 2. Aquisgrani coronatur.

Frideric. & Philip. Frāci fœdus.

deinde Gandauũ inuasit,cuius classem Boloniæ comes apud Dam̃ oppidũ relictũ deturbauit. Verũ rex Franciæ factũ intelligens,Gãdaui obsidione soluta,in hostes subito ruens,captis & occisis plurimis,ad vsq; naues eorundem ꝑcurrit. Deinde rediens ad Brugeñ.& Gandauis obsidibus receptis,in Franciã reuertit,non multo post tempore Brugeñ.& Gandeñ.datis xxx.millibus marcarũ auri,obsides suos redemerunt. Et primis illis motibus Iohãnes Anglus occursurus,vt sociorũ Othonis & Flandriæ comitis fidẽ tutaret, ex Anglia mouit.Andegauiã restituit, murisq; claudit, & deficiẽtibus ad eum Britonibus ac Pictauis,Ligerim trãsiit,monachi castellũ obsidione cinxit.vbi cũ esset laboratũ aliquãto tẽpore,Ludouicus Philippi filius hostẽ repulit.At interim occupato aduersus Flandrenses Philippo,Otho coadunatis sibi auxiliarijs vndecũq; poterat copijs,in terras comitis Geldrensis hostili aĩo ingressus,igne simul & ferro multa pauperibus damna intulit.vnde mouens vnà cũ rege Angliæ,duce q̃q; Brabantinorum Hẽrico,Ferdinando comite Flandrensi,ac alijs plerisq;,contra Philippũ regem Gallorũ apud Tornacũ processit in bellũ. Occurrit Gallus hostibus ad pontem Bouinum,vbi tanto aĩo exercitũ instruit,vt certã habere spe victoriã videret,statimq; cum hostibus cõgressus,primũ comitem Flandriæ cepit:deinde Othonẽ inuadens,vt maiore audacia,ita maiori labore(nam Philippus ipse ab eq̃ vi peditũ Othonianorũ deiectus,periculo vix est liberatus)Saxonem ad fugã cõpulit,qua ægre Gallorũ manum euasit.Sic Otho ĩ Saxoniã reuersus,pauco post tẽpore ex ea ignominia fato est defunctus.incidit hæc Othonis strages in annũ dñi 1214. Philippus animũ ad vlciscendum Anglum adiecit.Verũ is regis Philippi Gallorũ veritus potentiã,& ꝙ iam altera vice bello supatus,multos ex suis amisisset,ad Ro.pontificis gratiã cõfugit, atq; libere Deo & sanctis Petro & Paulo apl'is,sanctæq; Ro.ecclesiæ ac Petri successoribus Angliæ regnum pariter & Hyberniæ obtulit & concessit cũ om̃i suo iure, proq; dictis regnis Innocentio III.homagiũ fecit,vt s.illa in feudum ab ecclesia reges Angliæ de cætero tenerent:illud adijciens, vt pro om̃i seruitio dictorũ regnorũ quotãnis centum auri marcas soluerent,q̃d postea aliquandiu seruatum est.Nec id q̃dem nouum, quũ longe ante hoc Adulphus primus monarcha Anglorũ rex,idem regnũ Leoni IIII.Romanæq; ecclesiæ vectigale fecit,post quẽ Hẽricus rex ob necem S. Thomæ Cantuarieñ. idem regnum pro se & suis successoribus à Se.Ap.in feudum recognouit. Fridericus interim,vt ad regni fastigia cõscenderet,conuocato principum regni Germanici cõuentu Moguntiæ, illo peruenit.vbi cum principes in vnum conuenissent, Mogũtinus archiepiscopus denuo Fridericum regni Germanici corona insigniuit. qua obtẽta,rex Fridericus ĩ Sueuiam suæ gentilitatis regionem,multo stipatus milite ꝑficiscitur.vbi cum resedisset,audita clade q̃ Otho apud Bouinũ pontẽ afflictus fuerat, Aq̃sgranum imꝑatoriam nuꝑ vrbẽ obsidione pressam recepit,vbi Innocẽtij papæ autoritate regiã denuo de more coronã accepit.atq; vt aliquam Deo, vnde oĩs potestas principaliter datur,animi gratitudinem demonstraret,crucesignatus, voto se tum publice obligauit subsidij Chr̃ianis in Asia degentibus offerendi causa,sed & pontifici Ro.comitatũ de regno Siciliæ Fundanũ perpetuo donationis iure à Ro.ecclesia possidendũ. De Sueuia aũt Fridericus valido suorũ exercitu ad Mosellanos descẽdit, & in primis Treuireñ.deinde nobiles prouinciæ om̃es,q̃ in circuitu resederãt,in deditionem recepit. Deinde Lotharingia in deditiõem similiter coacta, Meteñ.& Leodieñ. cum reliquis pene ciuitatibus & oppidis in sua verba iurare potenter coegit.Mosam post hæc fluuiũ transiens,cõtra Henricũ partiũ Othonis Brabantiæ ducem copias duxit. Verum inopinatũ dux Friderici aduẽtum intelligens, territus ꝙ tantæ multitudini occurrere haudquaq̃ sufficeret,consilio suorũ ꝑhabito,in pace obuiam venire Friderico statuit, veniã postulaturus:quam cũ à rege supplici voto postulasset, absq; mora impetrauit. Itaq; fidelitate regi vt moris est iurata, filiũ suum & q̊sdam alios terræ nobiles, obsides dedit:atq; Othonis partes deserẽs,Friderico regi adhæsit. Anno dñi 1215.Innocentius papa Romæ in ecclesia Lateraneñ.cõcilium siue synodum celebrauit,cui interfuere Hierosolymitanus & Cõstantinopolitanus patriarchæ,metropolitani lxx.episcopi cccc.xij.abbates,priores conuentuales octingenti,Græci & Romani legati,regũ vero Hierusalem,Hispaniæ,Angliæ,Franciæ & Cypri oratores. Venere multa tum q̃dem in cõsultationẽ,nec decerni tñ q̃cq̃uã apte potuit,ꝙ & Pisani & Genuenses maritimo Cisalpinæ terrestri bello inter se certabãt.Editæ tñ nõnullæ cõstitutiones referũtur,e quibus vna existit,vt quoties orbis principes alter in alterũ deliquerit, correctionẽ ad pontificẽ Romanum spectare. Multa deniq; pro recuperatione terræ sanctæ tractata fuere.Vnde idẽ Innocentius missis in om̃es Christianorũ fines literis & nuncijs, viros videlicet doctos & idoneos crucẽ ꝑdicare cõtra Christianæ fidei hostes iussit.Tenores

Otho IIII. à Phil.Franco ꝓfligat⁹.

Angliæ regnũ à Ro. pontifice accipi.

Friderici 2. altera coronatio.

Hẽric⁹ Brabãtiæ dux.

Innocentij tertij constitutiones ex synodo.

autẽ literarum inter alia hæc quidem cõtinebant, scilicet q singulis mensibus fieret generalis processio, seorsum viris & seorsum mulieribus cõstitutis, cum orationum deuota instantia pro terræ sanctæ liberatione, orationi aũt ieiuniũ & eleemosynã adiunxit, vt his quasi alis quibusdã, facilius ad aures Dei volet oratio. Singulis quoq; diebus sub Missarum solennibus, publicã tam virorum q̃ mulierum in terram prostrationem fieri voluit, cũ psalmo, Deus venerunt gentes, versu & oratione ad hoc dispositis & institutis. truncũ etiam fieri in ecclesiis sub tribus distinctis clauibus ordinauit, in q̃ reponeret eleemosyna in subsidiũ terræ sanctæ, atq; vt hoĩes ad sumendã crucem exhortent, strictius mãdat. Audiẽtes aũt hæc parui pueri de regno Francorum, vsq; ad XX. millia crucem acceperunt, quasi per eos vellet Deus terram sanctã liberare. Nam turmatim diuisi, per diuersos portus accesserũt, alij Massiliam, Brundusiũ alij, reliq Genuã venientes, quidam tandẽ ad propria redierunt. Siquidem ad mare veniẽtes, plerique à piratis dolose manibus ducti, quasi ad Hierusalẽ ducerent, aut in mari submersi sunt, aut Saracenis venditi. Innocẽtius aũt pontifex, discordiæ inter Genuenses & Pisanos componendæ causa Perusiũ profectus, ibidem moritur põtificatus sui anno 18. mense 7. die 16. Cuius vita adeo probata fuit, vt post mortẽ nil eorum quæ laudauerit, quæq; improbauerit, immutatũ dicatur. Quin vt religiõis apprime studiosus, multis viuendi regulã dedit & disciplinã, ita veterum quorundam ordinum instituta reparauit. In Laterana synodo Cruciferorum ordo reparatus est, & à pontifice Innocentio vltimo hoc põtificatus anno cõfirmatus. sunt q cœpisse putent ordinem hunc Cõstantini & Helenæ tẽporibus, repta primũ cruce, autore Cyriaco Hierosolymorum præsule & martyre, q̃ etiã fere tẽpore sacræ virgines ab Helena Cõstantini matre lectæ sunt, q̃ publico stipendio alerent, Dei laudem vitę puritate & frequẽtibus precibus prædicaturæ. Atq; hoc quidem tẽpore Cruciferi per Innocentiũ restituti sunt, quo fere tẽpore Albertus Hierosolymitanus patriarcha, labantẽ in Syria religionẽ restituere conatus, Carmeli mõtis incolas fratres disciplina & regula coercuit, habitũ exteriorem *virgulatũ Heliæ more dedit. Quæ regula tum Romę probata est, & nomen Carmelitarum q̃ cœperat modo veneratione apud Ro. ecclesiam multos annos magnæ autoritati fuit, datæ ordinis eius benefactoribus indulgentiæ &c. Et Syriæ principibus gentilibus adeo grata religio, vt magnis Sultani eleemosynis alerent. Honorius quartus restituto albo habitu, eos in Europa excepit B. Mariæ sacros, q̃ titulo post Honorij quarti reformationẽ Carmelitæ vsi sunt, id quod infra latius scribet. Dominicus Hispanus vir sanctitate & doctrina plurimũ decoratus, Prædicatorum fratrũ ordinem primus instituit, is in Calagura pago Exonien. diœcesis natus, patrem habuit Felicem noĩe, matrem vero Iohannã, & fratres duos vterinos, cuius mater in somnis præuidit se gestare catulum accensam faculã ore baiulantem, q mox ex vtero matris in mundũ natus, totũ mundũ incendere videbat verbo suæ prædicationis. Nam fuit vitiorum mirabilis obiurgator, hæresiũ oppugnator, Albigensiũ potissime, fideliumq; diligẽtissimus exhortator, ex canonico regulari à Deo vocatus, cum socijs sibi cõiunctis Prædicatorum ordinẽ incredibili feruore fundauit, atq; à beata virgine diuinitus inspiratus, habitũ religionis assumpsit. Verum Albigensiũ hæresis cum pullulare in ciuitate Tolosana & Galliarum regione cœpisset. B. Dñicus ab Innocentio põtifice datus, à Francorum aũt rege Simon de Monteforti ad huiusmodi hæresim extirpandã, idem sanctus vir cum additis sibi militum copijs aduersantiũ arma conatusq; retrudit, quemadmodũ supra retigimus. Pater aũt religionis existens, cũ apud Tolosam Honorius hęresim & schismaticos domẽtos intellexisset, ordinẽ confirmauit: quo cõfirmato, plura sunt monasteria ædificata. Tandẽ vero 23. salutis anno supra duodecies centesimũ, apud Bononiã Italiæ ciuitatẽ Nonis Augusti migrauit ad dñm, quem postea Gregorius 9. auditis eius miraculis & clara vita, in sanctorum catalogum adscripsit. Circa hæc quoq; tẽpora Franciscus Seraphicus natione Italus, ex Assisio Vmbrorum ciuitate oriundus, vir diuinus, ac primus fratrũ Minorum ordinis institutor & fundator, circa annum dñi 1208. primo negociator humanus & affabilis ac prodigus vsq; ad annum xxv, inde terrena cuncta despiciens, Christũ in omi vita secutus est. cũ eñ aliquãdiu pedibus calceatus incessisset, sententiæ dñicæ memor, Qui venit ad me, & nõ renũciat oĩbus q̃ possidet, nõ potest meus esse discipulus: abiectis oĩbus, tunicã protritã fune præcinctã induit, atq; mox nouũ ordinẽ instituit, cum quo velut sol in orbe radiãs, Christianam religionẽ plurimũ illuminauit. Nẽpe in seipso tantũ austeritatis rigorẽ exercuit, vt in tentatiõe quadã carnis, pruinali tẽpore niue vel glacie operiret. paupertatẽ vero dñam suã semp vocabat. malebat potius de se vituperia q̃ laudes audire, omniq; studio præcauebat, ne paupertatis metas transiliẽs, ad superflua difflueret. sexto cõuersionis suę anno in Syriam trãsiens, martyrij desiderio Sultanũ accessit, à q̃ honorifice est susceptus. Duobus aũt annis ante obitũ suũ vidit in visi

Mirum quid de pueris.

Turba imbellis cruce signata.

Innocentij 3. interitus.

Crucifero-rum ordo.

Moniales primæ.

Carmelitę.

Dñicus ordinis Prędicatorum institutor.

Frãcisc' Assisien. ordinis Minorum autor.

visione seraphin vnũ in aere, sex alas habentẽ, cruci manibus extẽsis, pedibusq́ꝫ cõiunctis affixũ, alas vero duas sup caput erectas, & duas ad volandũ extẽsas habebat, porro duabus totũ corpus tegebat. Cũq́ꝫ diutius cogitaret, apparebãt in manibus eius q̃si fixuræ clauorũ, latusq́ꝫ ipsius dextrũ veluti lancea pforatũ. deinde fratribus ab eo institutis nouam regulã dedit, quem ordinẽ & Honorius 3. cõfirmauit. Tandẽ vero plenꝰ bonis opibus, apud Assisiũ vrbem suã anno salutis nr̃æ 1227. Nonis Octobris in domino feliciter obdormiuit. Gregorius nonus, auditis eius crebris miraculis, post biennium, magno prius ob eã rem habito cõuentu, in numerũ sanctorũ retulit. Nicolaus autem tertius anno 1280. literas de stigmatibus eius Christi fidelibus misit. Ordo q̊qꝫ Eremitarũ à quodã Guilielmo eremita viro sancto, & Aqtaniæ duce ac comite Pictauiensi, nup anno dñi 1157. licet institutus, sub Innocentio tñ & Honorio, sub titulo fratrum Eremitarũ S. Augustini & appellari & noĩari iussus est & cõfirmatus. nã pdictus Guilielmus, prius à B. Bernardo sufficiẽter edoctus, ordinis sui calamitatẽ religiõisq́ꝫ feruorem pene extinctũ cõsiderans, animũ ad instaurandũ eum adiecit, in breuiq́ꝫ conualescẽs ex multitudine religiosorũ & monasteriorũ, meliorem faciem ordini diui Augustini per Gallias dedit. Quare hunc ordinis cõditorem appellãt, ac Guilielmitæ vulgo p Gallias nominant. Itaqꝫ cõcessione Anastasii pontificis ac Adriani eius successoris, relicta eremo, tum ciuitates primum incolere cœpit, ac primũ Parisiis monasterium sub mendicationis titulo extruxit. Deinde Albertus Gallus, doctrina & vitæ sanctitate mirabiliter ordinem adaugens, plurimũ ordini laudis & religionis cõtulit. Verum cum Guilielmitarũ titulus in Galliis vsqꝫ ad Innocentii tempora pdurasset, mandante eo, posthabita eius denominatiõe, & oĩbus S. Augustini eremitis ad ciuitates vbiqꝫ accersitis, Innocentius & eius successores, oẽs sub vno titulo Eremitarũ, vt dictũ est, appellari voluit & pcepit. Ad Innocentii aũt publicatas literas per vniuersum orbem ꝓ liberatione terræ sanctæ, innumerabilis multitudo ꝓ Christi amore ac terrę sanctæ recupatione cruce signabatur. inter quos fuere posteritati cõmendandi principes isti subnotati: Fridericus rex Germanorũ II. Henricus Brabantiæ dux, dux Morauiæ, dux de *Lẽburg, dux de Ancei, comes Iuliaceñ. Palatinꝰ comes de Tubingen, marchio de Baden, comes Loheñ. comes Mõtensis, comes Spanhemeñ. comes de Nassau, comes Feldeñ. comes Hirsutꝰ, comes Syluestris, comes Synẽsis, Sifridus archieps Moguntiñ. episcopi, Leodieñ. Herbipoleñ. Bãbergeñ. Argentineñ. Patauieñ. Eichstateñ. & cõplures alii, q oẽs, crucem pdicante magistro scholastico Xanteñ. ecclesiæ, mandato Innocentii papæ, sese ad Christi militiam deuouerũt. Eodem anno Theodericus Treuirorũ archieps ad Coloniam veniens, Henrico duce Brabantinorũ cooperante, iuxta mãdatum apostolicũ sibi transmissum, ciues ad subiectionem Friderici regis induxit, eosq́ꝫ pace reformata, ab excõmunicatiõe & interdicto, qbus per annũ & menses qnqꝫ fuerãt innodati, ꝓpter rebellionem & Othonis epi Monasterieñ. detentionem absoluit. Siqdem aplico mandato Sifridus Moguntiñ. archieps, cum Theodericum Coloniensem archiepm creberrimis nũciis & literis, vt Othonem abrogatũ & excõmunicatũ desereret, monuisset, & Friderico regi electo & coronato adhæreret, alioqn se pœnas & censuras ecclesiæ grauissimas incursurũ, cum monita illius contempsisset, ab eodẽ archiepo autoritate apostolica primo qdem excoĩcatus, deinde cũ anathematis in se sententiã paruipendisset, ab archiepali dignitate depositus fuerat. Itaqꝫ vt tetigimus, cõcordia reformata, Treuirorũ archieps quarta die mẽsis Augusti Missam in principali ecclesia S. Petri in psentia tam cleri q̃ populi decantauit, in q̃ quidẽ die Fridericus rex ciuitatẽ Colonieñ. ingressus, à ciuibus honorifice susceptus est, homagium subiectionis & fidelitatis iuxta cõsuetudinẽ illi iurãtibus, diebus plus minus septẽ illic moras agendo. Anno 1216. Innocentio mortuo, successit illi Honorius eius noĩs III. patria Romanus, vir doctus & morũ integritate sanctissimus, q regem Fridericũ II. coronauit imp. sed postea excoĩcatum deposuit, duosq́ꝫ ordines, pdicatorũ s. & Minorũ, cõfirmauit, ac sub tutela ꝓtectionis apostolicę sedis ppetue suscepit. Deniqꝫ ad hunc Honoriũ Petrus Antisiodoreñ. impator Cõstantinop. cum Iola vxore veniens, ĩ basilica S. Laurentii extra muros coronat, deligitq́ꝫ statim Iohãnes Columna cardinalis Ro. q legatus ad res Asiæ cõponendas cũ his copiis ꝓficisceretur, q̃s Innocentius ad eã rem collegerat. Quo Christianos ad terrę sanctæ atqꝫ ciuitatis Hierosolymitanæ recupationem adhortante, magnus tam in Italia q̃ Gallia & Alemania bellantium apparatus fiebat. Nam principes regis Franciæ cõsilio, Bonifacium marchionem Mõtisferrati, & Balduinũ Flandriæ, & Henricũ S. Pauli, Ludouicũ Sabaudiæ comites, in Saracenos hortant. hi cõiunctis copiis Venetias delati sunt. vbi cõuenientes in vnũ, factus est bellantiũ tam fortis exercitus, tãq́ꝫ validus, vt nõ solũ p eos credi posset re-

Eremitæ.

Guilielmitę

Germanici prĩcipes cru cesignati.

Coloniẽses in Friderici II. fidẽ accepti.

Honorius III. papa.

regnũ Ierusalem, verũ etiam Aegypti regnũ recupari posse. Itaq; cum Venetis reliquarum q̃ illo aduenerant, nationũ copiæ cõuenientes, inter se pacti sunt, vt Veneti transportarent exercitũ, ipsæ aũt sociæ itineris essent. Vnde cõstitutum est vnanimi cõsilio, vt pars validior in Syriã nauigarẽt, reliq; tenderent in Aegyptũ, atq; Alexandriã expugnarent, aut Sultanũ, ne in Syriã descẽderet, ꝓhiberent. Describenda est in hac generatione Cõstantinopolitani impĳ variatio, qua res Græcorũ ad Gallos deuenit. Imperauerat Græcis hactenus Isaacius Angelus, æq; seruantiss. princeps, cuius paulo superius fecim⁹ mentionẽ. hunc cũ frater Alexius impio deiectũ cepisset, ac oculis priuasset, Alexius alter Isaacĳ filius, in Latinorũ castra ꝓfugit, opem ꝓ patre contra tyrannum petens, q̃ hac conditione ei cõcessa est, vt & Græcã ecclesiã Romanæ subĳceret, & auri marcas xxx. millia ꝓsolueret, ob damna q̃ olim Emanuel imp. Venetis Francisq; intulerat. Venerat aũt Alexius puer Romã, Innocẽtio crudelitatẽ in patrem cõmissam exponens. Inde ad Philippũ Ro. imp. q sororẽ suam Irenen habebat vxorẽ, in Alemaniam ꝓperauit, atq; cõditionibus qbus cũ Ro. pont. & principibus de ferẽda ope conuenisset, ꝓpositis, impator Philippus p nuncios & literas effecit, vt exercitus Christianorũ cõgregat⁹, ad recuperandã Cõstantinopolim Alexio suppetias ministraret. Ictis ꝓinde fœderibus, assumpto secũ Alexius Bonifacio, Mõtisferrati, sibi cognatione coniuncto, Cõstantinopolim ꝓfectus, terra mariq; vrbẽ oppugnatur⁹, sed nõ improuisus eorũ fuerat tyranno aduentus. nam p̃ter pedites, lx. millia eqtum ĩ vrbe eo tẽpore sunt repta. Siqdem armauerat cõtra Latinos ciuiũ mẽtes tyrãnus, vt nõ aliter resisterent, q̃ si contra populos infideles, q loca sancta pollueront, pugnare debuissent. Verũ Latini fortiter faciẽtes, Theodorũ Lascarẽ, Alexĳ tyrãni generũ, erũpere conantẽ, intra mœnia retrudũt, ac vrbẽ biduo cõtinuata oppugnatione vi capiunt. Aufugerat noctu Alexius, relicto magno auri põdere apud Irenen virginẽ Deo dicatã. Re aũt à Græcis cognita, cõuenere in vnũ ꝓceres, atq; habito inter se cõsilio, Alexiũ quem Frãci exulẽ reduxerãt, impatorem eligũt. Igit̃ mane facto, Græcorũ copiosa multitudo ad castra Latinorũ venit, atq; in vrbẽ electũ sibi impatorem Alexiũ cum immẽso gaudio introducunt, ac in templũ S. Sophiæ introducẽtes, coronãt. Introductus ergo in vrbẽ cum patre Isaac imp. Alexius, nõ diu supuixere. nam ex innato odio in Latinos, imp. Alexius immemor beneficiorũ q̃ à Latinis accepat, machinari contra eos cœpit. Quare pater morbo correptus morit̃, filius veneno (vt aiũt) petitus interĳt, q̃uis aliter alĳ scribant. Siqdem turbatis Græcis de ꝓmissis ab impatore illis factis, tumultũ suscitant. Quod cum impatorem haudquaq̃ lateret, habito cõsilio marchionis Bonifacĳ cõsanguinei, quẽ ob hoc ad se vocauerat, clam aufugere tẽtabat. Sed qdam Murziphlus, quẽ pater impatoris ex infima plebe patriciũ creauerat, intelligens consilium, populũ allocutus, quãtis in piculis versaret̃, ostendit, atq; remp. viro, non puero, indigere p̃dicabat. Quibus auditis, pars populi hũc gubernatorẽ, pars ducẽ, ac pars maior impatorem eũ acclamauit. Igit̃ magna stipatus caterua, in palatiũ se ꝓripuit, atq; puerũ impatorem interemit. Vsurpato aũt sibi impio, pfidus multa Chr̃ianis damna inferre tentauit, atq; illorũ castra inuadere: sed à Latinis repulsus, nihil dignũ memoria fecit. Cũ aũt se nihil ꝓficere cerneret, fictæ pacis causa legatos ad Latinorũ castra mittit, q vt cum Venetorum duce in colloqum venirent, obtinuerũt. Verũ cũ dux illi obiecisset, ꝙ nulla posset cum eo esse pacis societas, q dñm suum veneno semel atq; iterũ petitũ interfecisset, atq; imperiũ iniuste sibi vsurpasset: q̃re imperiũ quod per nefas occuparet, veniã precaturus dimitteret, ac obediẽtiam Romanæ ecclesiæ faceret: percit⁹ furore subdolus homo, neq; obedientiam se Rom. ecclesiæ facere velle asserebat, qn potius vitã amittere, Græciã subuerti, q̃ vt oriẽtalis ecclesia Romanæ submitteret̃. Quare cõmoti Latinorum exercitus, ciuitatẽ terra mariq; obsidẽt, ac post multa fortiter gesta capiũt, terga Græcis vertẽtibus, munitissimis palatĳs relictis. Victoria vero Latini potiti, tyrãnum quærũt diu frustra. aufugerat eñi pridie, q̃ ciuitas in Latinorũ manus deuenisset. Dein ꝓceres animũ rebus adĳciẽtes, ex oĩ exercitu 15. viros sapiẽtia & industria p̃cellentes selegerũt, q vrbi impatorem, ac sacris patriarcham assumerẽt, eo tñ pacto, vt si imperator Venetus nõ esset, ipsi Veneti patriarcham eligerent à Ro. põtifice confirmandum. Itaq; Flandrẽsium comes Balduinus summa cõcordia imperator eligit̃ atq; declarat̃. & Thomas Mauricenus in sacris agens, patriarcha p̃ficitur atq; declarat̃, q nouum electũ imperatorẽ inunctũ coronauit. Proceres igit̃ ad occupandum imperium egressi, intra annum omnia recepere quæ fuerũt imperatoris Isaac, Adrianopoli excepta, in quam plures Græci odio Latini nominis sese receperant. Quarta pars oppidanorũ Venetis assignata est, quæ insulas quidem cõtinuit Aegæi maris, Cretã, Eubœã, quæ nunc Nigropontus, aliasq; minores. Sed quoniam Creta Bonifacio cedebat, indi

Gesta ĩ oriẽte tẽpore Innocẽtĳ III.

Greci impĳ tumultus.

Isaac, Alexius fr̃, Alexi⁹ filius, impatores greci.

Murziphl⁹ imp. Constantinop.

Balduinus Flãdr⁹ imp. cõstãtinop.

digens pecunia, Balduino suadente, Venetis Cretam accepto ingenti pondere cõtradidit, ipse Thessaliæ regno potitus. Fretus aũt his pecunijs Bonifacius, Adrianopolim à tyranno p̃ssam oppugnauit, & Valachos, olim* Romanos ac Bulgaros, vlteriorem Danubij ripã incolentes, vicinos in se exciuit. Eius gentis suprà nomenclaturã exposuimus, cum egressum eorũ in Triballorũ regionem, & varias Constantinopolitanorũ strages describeremus. & sunt ex autoribus probis, q ex Auaribus Bulgaros subfuisse putent. Bonifacius itaq; multitudinem hostiũ timens, Cõstantinopolim petijt, Sultano Iconij iturus obuiam, q Satala vrbe Græca capta, maximis calamitatibus ac supplicijs Chr̃ianos quotidie vexabat. Balduino aũt coronato, ea dies celebris toti pene Græciæ, nõ magis Latinorũ q̃ Græcorũ cõuentu lætissima fuit. Incidere res illæ occupatæ Constantinopolis in Innocentij III. tp̃a. Perturbauit tñ tantos Latinorũ successus Balduini mors immatura, quũ vix qnq; potitus imperio annis obijsset, cui successor summa concordia frater Balduini Henricus imp̃ator declaratus est. Dum hęc in Græcia agerẽtur, Cinisij rex Memellinus, vel (vt Platina scribit) Hilminolinus Saracenus, in Hispaniã maxima classe traiecit, Toletumq́; oppugnare cõstituit. Quod vbi accepit Innocentius papa, publico edicto oẽs q ferre arma possent, ad extinguendũ tantũ incendiũ concitauit. Cõuenerãt eo multi Galli cũ Saracenis pugnaturi, q qm̃ Hispanis nõ vsq; quaq; grati extiterãt, in ꝓpria rediere. Quã ob rem Hilminolinus vtrãq; Hispaniã incredibili celeritate hostilem in modũ ꝑuagatus, Arelatũ vsq; & Auinionem ꝑueniẽs, oĩa cædibus & populatiõibus cõpleuit. Hac aũt calamitate perciti quatuor Hispaniæ reges, Castellæ, Aragoniæ, Portugalliæ & Nauarræ, copijs simul iũctis, cũ Saraceno congressi, maxima victoria potiti sunt, nihil p̃ter Bæthicã, hoc est, Granatam Hilminolino reliquere. Sed hãc rex Hispaniæ Ferdinãdus anno dñi 92. supra 1400. in suã denuo potestatem subegit. Veneti quoq; rebellãtem Cretã, quam nuꝑ à Bonifacio multis nũmum millibus aureorũ emerãt, in fide armis cõtinentes, in coloniæ formã redegere, missis eo ciuibus, q Cretenses in officio cõtinerent. Deinde defuncto Cõstantinopolitano imperatore Henrico, q Balduino fratri successerat, cum vndecim iam annis regnasset, Petrus Antissiodoreñ. Henrici p̃dicti filius, eo in regno imp̃ator electus est, quanq̃ Henricum sine liberis mortuum pler.q; scriptorũ tradiderint. Acta sunt hæc anno dñi 1217. sub Honorio papa III. Is em̃ Petrum apud S. Laurentiũ Romæ imp̃atorem Cõstantinopolitanũ coronauit in p̃sentia Iolæ vxoris atq; filiarũ eius. Tum adiuncto sibi cardinale Iohanne de Columna, vnà cum Iola vxore & filiabus cum circiter centũ & sexaginta militibus Cõstantinopolim redire statuit ad res Asiæ reformandas. Promiserat aũt Venetis Dyrrachiũ vrbem se daturũ, si Cõstantinopolim illũ reducerent. Itaq; imp̃ator Iolam vxorem ac filias cũ cardinale legato p̃misit, quæ Brũdusiũ, deinde Constantinopolim venerunt. Ipse aũt cum Venetis Dyrrachiũ fortiter obsedit. Quã cum plurimis diebus oppugnasset, nec capere potuisset, soluta obsidione, sub fide Theodori Epirotarũ ducis Cõstantinopolim versus ꝑ terrã iter aggressus, cum ad teterrimos mõtes ꝑuenisset, dolo Theodori circũuentus capit, atq; in carcerem biẽnio retruditur, per q̃d qdem tempus Iola vxor imperiũ prudentissime administrabat. Sed non multo post, mortem obijt, & Latini ꝓceres Cõstantinopoli & in Romania tum agentes, Robertum Petri filium ex Gallijs accersitum, imp̃atorem Latinorũ quartum deligunt.

*Auares.

Bulgari. Auares.

Hilminolinus Sarac.

Honorij 3. tp̃e gesta in oriente.

Eo ferme tp̃e Iohãnes de Bregna, ex duce Viennensi in Francia rex Hierusalẽ creatus, regnabat. Nam cum Americus rex Cypri, regni quoq; Hierosolymitani titulũ vxoris rõne tenens, rem Chr̃ianam frigide administrasset, alium regem q in Asia degebãt ꝓceres, surrogandũ constituunt, atq; Iohannem p̃dictũ in regem Hierusalem cõsensu oĩm declarant. Hic per solennes oratores accersitus, cum multis copijs Cõstantinopolim venit, atq; Latini regis Henrici, q tunc imp̃ator fuerat, nauigio fretus, Ptolemaidam ꝑuenit. Accepit ilico sibi vxorem Cunradi olim Montisferrati marchionis & Hierosolymæ regis filiam, cui id regnũ iure hæreditario debebat. Tertio autem kaleñ. Octobris regium vtriq; diadema Tyri est impositum, atq; pompa regia nuptiæ celebratæ. Eodem autem anno treugæ inter Chr̃ianos & Saracenos factæ, expirauerãt. Vnde Chr̃ianorũ exercitus post Lateranense cõcilium ab Innocentio cõportatus, assumptis armis, contra Chr̃i hostes se parat. Erant autem in eodem exercitu reges Vngariæ, Hierusalem & Cypri, cum multitudine copiosa principum & baronum, inter quos erant Austriæ & Bauariæ cum multa militia Teutonicorũ, comes q̃q; Henricus Niuernensis, & Vualtherus regis Franciæ camerarius. Hi omnes transacta hyeme, arma contra hostes fidei tentantes, inter se diuisi sunt, q Andreas Vngariæ rex, cum fretus nauigio Venetorum, ipsis quicquid in Dalmatia dux Austriæ habuerat, ob impensum sibi beneficium concessisset, ab Austrio dissidebat, ergo Vngarus, tractis secũ ma-

Iohan. rex Hierosoly.

Dalmatia Venetis data.

gnis peregrinorum copiis, ad propria reuertitur. Vnde permotus apostolicæ sedis legatus, hunc, nisi reuerteretur, cum omnibus sequentibus excommunicauit. Peruenerant vero hi Acam, vnde peregrinorum nonnulli, siue timore siue deliciis tracti, egredi nolebant. Rex Iohannes cum duce Austriæ quoddam castrum in Cæsarea Palestinę cum militia S. Iohannis firmare statuerunt, Templarii quoque vnà cum domino Vualtero & militia hospitalis Teutonicorum, adiunctis sibi paucis ex peregrinis, castrum filii Dei, quod olim destructum fuerat, reparare contendunt. Cum autem fundamenta murorum foderent, murus antiquus apparuit: quem effodientes, monetam auream in magna copia inuenerunt, cuius inscriptio & figura modernis erat incognita. Mense autem Martio applicare cœperunt naues peregrinorum, maxime autem Teutonicorum ad portum Aconensem. excitata enim fuerat Colonien. & Treuiren. prouincia in obsequium saluatoris, per signa quæ apparuerunt in cœlo, quibus moniti, nihil morandum existimauere. Anno domini 1218. Iohannes rex Hierusalem, preparatis galeis & nauibus in mense Maio, cum patriarcha, peregrinis & duce Austriæ, prospero vento ad portum Damiatę peruenit, vbi antequam in terram descenderet, per triduum sunt morati. Obsessa est igitur vrbs Aegypti Damiata. sunt qui olim dictam velint Aeliopolim ab Aelio principe, qui eam triplici muro circundedit, deducta Nili particula, quæ vrbem in insulæ formam redegerat. suburbia habebat circunquaque posita, plena mercimoniis, quæ primo miles diripuit. Verum flatibus postea zephyris, Nilus in immensum creuit, atque Christianis magnum damnum intulit. nam corrupta annona, laborare inopia rerum Christiani tum cœpere, præcipue autem obsidente aditus Sultano, ne quid importaretur, qui non longe à nostris castra posuerat. Hac itaque difficultate rerum moti Christiani, in Sultanum copias mouent, qui terrore perculsus, relictis castris, rerum omnium copia refertis, nostris obsidendi vrbem, quam liberaturus venerat, facultatem præstitit. Cordirius autem magni Sultani filius, Hierosolymæ spem retinendæ abiiciens, si Damiata Christiani potirentur, dirupto vrbis muro, turrim Dauid & templum domini tantummodo integrum reliquit, nec sepulchrum Christi violauit, motus (vt aiunt) illorum Christianorum precibus, qui ea loca incolebant. Vel, vt Blondus scribit, prohibentibus id Surianis, Aethiopibus, Armeniis, Georgianis, ac aliis Christianis Asiaticis Hierosolymam incolentibus, atque Asiæ & Africæ magnis principibus subiectis, qui ne huiusmodi loca diruerent aut comminuerentur, hostes prohibebant. Dum nostri autem Damiatam acriter oppugnant, Sultanus cum maioribus copiis rediens, inter Cairum & Babylonem & Damiatam castra posuit. nec tamen vnquam, vt pugnandi copiam faceret, induci poterat, siue id maledicto fieret, siue conuicio. Hac vero indignitate moti Galli, sine ordine in eos ruentes, magnum incommodum ab erumpentibus recepere. nam Vualtherus regis Franciæ camerarius & alii quidam interempti sunt, & Iohannes Hierusalem rex igne (vt appellant) Græco afflictus, *ad id quod Saraceni immiserant, manus faciemque combustus est. non tamen obsidio Damiatæ relicta, quin potius longa obsidione, ferro ac pestilentia affecta. Quare murmurantes contra Sultanum in vrbe qui obsidebantur, Damiatam hostibus in deditionem dare tentabant, quos tamen variis promissionibus Sultanus, cum inundationem Nili eo anno haudquaquam adscendere atque Aegypti planitiem irrigare perspexisset, timens ne fames futura malum augeret, pacem Christianis, annuente Corradino fratre rege Aegypti, obtulit, his videlicet pactis, vt ipse crucem quæ olim in victoria Saladini cum ciuitate Hierusalem capta fuerat, cum omnibus captiuis ac sumptibus pro reparandis muris ciuitatis redderet, totumque regnum Hierosolymitanum, acceptis quod antea Christiani tenuerant, restitueret. Quæ quidem pacta Iohannes rex Hierusalem acceptanda fore, quod vtilia Christianis essent, iudicabat. Cui etiam Galli & nobiles ex Teutonia & Anglia adstipulabantur. legatus vero apostolicus, Templarii, & alii rectores exercitus, parum hæc arbitrantes, plurimum autem profore, vbi Damiatam in deditionem accipere possent. Igitur Sultanus pace desperata, ciues cohortatur vt fortiter res agant, *missis noctu peditum haud parua copia. Verum nostri terra marique fortiter pugnantes, cum plurimi vtrinque cecidissent, tum vnus ex nostris occulte scalam muro vnde conscendere poterat, admouit. Vbi autem plurimi conscensis muris ciuitatem intrassent, apertis portis succlamare cœpunt, atque occurrentes Saracenos trucidare: ad quorum tumultum reliqui *partiti ciues & qui præsidio erant positi, correptis armis, alter in alterum ruunt, cecideruntque Saracenorum tam virorum quam mulierum ac paruulorum maxima multitudo. sicque absque damno in oculis Sultani Damiata est capta nonis Nouemb. anni 1219. Est hic Aegypti Syriæque status, cum in reliqua Asiæ parte, non minore periculo & Turcæ, Persæ, Armenii & Georgiani, noua gentis cuiusdam barbaræ alluuie pene obruti, decertant. Tartaros vocant, nomine apud scriptores veteres ignobili. gens est Scythica, quæ circiter annum domini 1202. finès suos egressa, multos annos per Asiam & Europam ingenita sæuitia, duce Cangusta, debacchata est. Et in Asia res Turcarum tantisper vexata est, dum sedes accepissent

Damiata siue Aeliopolis.

Damiata recepta.

Tartarorum origo.

Tar

Tartari,& fœdere barbaries coijsset.Ex Tartaris q ad aliam mundi partem spectarat, illis q in Asia recepti sunt,se cóiunxere. Qui * Pãnonas aggressi fuerãt successu parum ꝓspero,rege amisso,cum vsq; ad annum 1243.laboratum esset,eas repetũt terras,quas olim bello suas fecerãt,in qbus gẽtibus postea Tartaroꝝ ditio mansit,atq; hi fere sunt eius barbariei successus. Anno dñi 1220.Fridericus Imp.secũdus,Sueuiæ dux, ab Honorio summo põtifice Romano tertio, imperator coronatus est, prius ab Innocentio tertio cõfirmatus.Is in Honorij Pont.grãm ecclesiæ Romanæ multa Italiæ bona contulit,ibiq; se voto ad expeditionem Hierosolymitanã addixit. Anno dñi 1221.Fridericus res imperij in Lombardia & Tuscia cupiens disponere,à Bononieñ.& qbusdam alijs ciuitatibus inhoneste tractatur.Vnde insignia imperij remisit in Alemaniã, faciens ea custodiri sub potestate Eberardi de Tham ministerialis sui & dapiferi in castro Vualpurg, filium quoq; suũ Henricum iam fere octo annoꝝ, gubernãdum commisit Cunrado de Tham in castro Vuinterstete n.Deinde Romam veniens, mores mutauit, spreta iurisiurãdi religiõe,multa & qdẽ enormia aggressus, ditionẽ vexabat põtificiã, põtifices & archiepos ponẽs in ecclesijs modo suo,& institutos à papa expellens,collectas ab ecclesijs exigẽs.Dicebat em̃ ius regibꝰ Sicilię in electiõibus ꝑlatoꝝ ex antiq̃ debitum,minorari à papa,ꝙ eoꝝ priuilegium Innocẽtius III.sustulisset Cõstãtiæ,Friderico puero existente,vt supra dictum est,& forte fuit priuilegium de quo in glo.summæ 16.q.7. quod Apuliæ reges habeãt inuestire. admonitus autem suꝑ his,sibi nõ obtemperabat. admonẽtem magis magisq; in dies spreuit. Vnde eum ꝑcussit pontifex anathemate,nisi resipisceret & ablata redderet.& cũ sperneret primã execrationem, iterato põtifex priuationem imperij regnorumq; addidit: tertio per cõtumacem exasperatus põtifex,om̃es imperij & regnoꝝ olim suoꝝ subditos,à sacramẽto fidelitatis absoluit. hæc fuerũt seminaria maloꝝ plurimoꝝ. Anno eodem inter legatum Ap. Pelagium & regem Hierusalem grauis cõtrouersia orta est. Nam legatus sibi vniuersoꝝ exercituum vsurpabat dominium,& om̃es ab illo dependere videbant̃,insuper & Damiatæ vrbis captionem sibi attribuere moliebat̃.quam ob causam credit̃,Iohãnem Hierusalem regem castra reliq̃sse fidelium,Redijt em̃ in Syriam.Quibus diebus multæ naues victualibus plenæ,ex diuersis regionibus Damiatã applicuerũt.Venerũt & Trevereñ.& Mediolaneñ.archiepi, Fauentinus & Reginus epi, & nuncij imperatoris Friderici,deferentes eius lr̃as cum aureis bullis, in breui nunciãtes eius aduentum, venit postea Brixieñ. epus,& cum eo de Italia militia copiosa,& apud Damiatam res ꝑ singulos dies magis florere cœpit. Legatus autem papæ attendens tantum populum ad Dei cõgregatum obsequium, vocatis maioribus suadebat contra Sultanum ꝓgressum,q castra sua posuerat suꝑ Nilũ itinere vnius diei à Damiata. Militares autem huic ꝓposito contradicebãt,dicentes,debere regem q in proximo venturus erat, expectari,cum nõ esset in exercitu aliquis cui vellent obedire.Sed Pelagius legatus nõ obstãte contradictiõe,oĩno iudicabat ꝓcedendũ.mouebat̃ ad hoc zelo dilatãdi Chr̃iani nois. Præterea epus quidã publice ꝑ̃dicabat, ꝙ Dauid rex vtriusq; Indiæ ad Chr̃ianoꝝ auxilium festinabat,Saracenos impugnaturus,adducẽs secum ferocissimas natiões,Sed absq; rege militaris manus educi non potuit. vnde legatus videns ꝙ sine ꝑ̃sentia regis nil ageret,solennes ad eũ mittit legatos, orãs vt compatiendo Chr̃iano exercitui veniret.Rex vero vt erat homo sapiens,quãuis reputaret indignum,vt in eius pręsentia militares res per sacerdotes administrarent̃, attamen eius volens satisfacere voluntati, & ecclesiæ Ro. obedire mandatis, collectis his Chr̃ianis q in Syria remanserant, profectus est Damiatam. Adueniens autem dissuadebat oĩno,dicens,ꝙ si eo tempore populus Chr̃ianus ꝓcederet, illi nec ꝑ terrã,nec ꝑ aquã à Damiata subueniri posse,maxime cum tempus instaret,quo Nilus inundaret̃. legatus autem moleste nimis ferẽs ea,quæ à rege prudẽter dicebãtur,excõmunicabat om̃es generaliter illius negocij turbatores. Videns autem rex animum legati à proposito reuocari nõ posse,licet inuitus, obtulit se cum his q eius castra sequebãtur,ꝑfectuꝝ.Hæc Anto. Igit rex totius Chr̃iani exercitus ductor,vt capitaneꝰ fecit ꝑ vrbem ꝓclamari,vt in festo ap̃loꝝ Petri & Pauli oẽs qui ferre arma poterãt,vexillũ ecclesiæ Ro.ac suũ cõtra hostes sequerent̃,secum ꝓ duobus mensibus victualia portãtes.Die igitur assignata,populus Chr̃ianus quasi vir vnus egressus est.Erãt autem 70. millia armatoꝝ,ad bella ꝓmptissimi. At Sultanus quãuis innumerã secum tã eqtum q̃ peditũ multitudinẽ haberet, cõsiderãs Latinoꝝ fortitudinem,timuit illis occurrere: sed suoꝝ diuisis copijs, viaꝝ aditus ꝑ quos nostri trãsierant, occupauit: adeoq; vias obstruxit, vt ad Chr̃ianoꝝ exercitũ nec victualia ex Damiata deferri possent,nec ei succurri aut subueniri.Stetit aliqbus diebus quasi immotus exercitꝰ,vnde & victualia cœperũt deficere,tẽtatus sępe hostis,sæpe ad ꝓdeundum in

Frider.II. IMP. 98

Honoriꝰ Fridericũ Impe.execrat̃.

Dissensio regis Hierosolymæ & legati Apost.

Latini circunuenti.

in aciem ꝓuocatus, q metu & pauore simulato, ꝑ dies singulos maiorẽ pniciem in nostros machinabat. Nilũ amnem, cũ Babylonem Cairumq́ ꝑterlapsus est, vndiq; coercet, ripæ elatiores alicubi ꝓ soli necessitate, alicubi depssiores, cataractæq́ certa spatiorum ꝓportiõe in regionibus sunt dispositæ, de qbus agri cõstituto tpe inundant. Postq̃ igitur Chr̃iani duos in castris desederãt menses, occasio diu expectata hosti obuenit, Nilus in summas ripas est solito citius tumefactus, qua fretus occasione Sultanus, cataractas vbiq; nõ magis amoueri, q̃ ripas ad amnis fundum defodi curauit: cooperueruntq́ ilico regionem aquæ, vt Chr̃ianoꝝ castris, vbi solum natura aut congesta terra eleuatius erat, cubiti altitudinem superarent: iumentis vero sublata in primis pascendi facultas, & q̃d in castris paratũ erat, destructũ est stramentũ, nec aliqd fuit saluum, quo mortales potuerint vel triduo sustentari. Sunt Chr̃iani in eã adducti difficultatem, vt nec remanere nec redire (hoste oĩbus in locis vias occupante) possent. Sed nec resistere aggredientibus valebant. Mirabile dictu, cum nostri iam ab infidelibus quasi capti tenerent, Sultanus ad regẽ & legatũ missis nũcijs, de pace mentionẽ fecit. Et post multas pro tpe vtriusq; partis allegationes, in hunc modũ descendunt, vt Chr̃iani vrbem Damiatã Saracenis restituãt, & Sultanus partem crucis dñicæ, quam ab Hierosolymis absportauerat, Chr̃ianis redderet, & captiuis vicissim liberatis, Chr̃iani Acã Tyrumq́ redirent, qbus vrbibus & eoꝝ opibus pax octo annis esset cũ Turca Saracenoq́ seruanda. Præterea Sultanus Chr̃ianoꝝ calamitatibus cõpatiens, cũ audisset illos fame miserabili affici, quadã naturali cõpassione, victualia necessaria quo vsq; redirent Damiatã, gratis fecit exhiberi. Inter illos vero q in vrbe remanserant Damiata, audita cõpositione, grauis discordia est suborta. Nã Veneti, Genuenses, Pisani, Siculi, ac alij emporijs nobiles, cõsiderãtes quãta vtilitas, maxime Italiæ, ex illa vrbe accesserat, ipsam reddere infidelibus denegabãt, & se ad illam defendendã ꝑparabãt. Sed orientales Chr̃iani cum militia Templi & Hospitalis, & alij nobiles Francoꝝ, ipsam restituere iuxta ꝓmissa volebant. Creuit inter eos cõtentio in tm̃, vt q vrbem reddere nolebant, arreptis armis, oĩa palatia q̃ ab alijs tenebãt, expugnauerint, ac vrbem totã in suã redegerint potestatem. Quod postq̃ nostri q quasi captiui tenebant, audierunt, missis ad vrbem solennibus nuncijs, denunciarũt his q ciuitatem occupauerũt, vt nisi citius secundũ pacta cum Saracenis inita Damiatã redderent, ipsi Acã vrbem traderent Saracenis. Hoc audito, timuerũt valde. nã pleriq; ex eis domos, vxores & familias habebãt in Aca. Quare habito cõsilio, deliberauerũt vrbem reddere ac exercitũ liberare. Præconizatũ est igitur ꝑ vrbem, vt oẽs Chr̃iani in vigilia natiuitatis B. Mariæ virginis ex vrbe migrarent. ad quã vocem tantus clamor plangentiũ exortus est, vt vsq; ad aliqua miliaria audiret. Attamen die statuta cũ vniuersa supellectili exeuntes vrbem, iuxta fluuiũ sua locauerunt tentoria. Cum aũt naues quæ erant in portu, ad portandũ tantã multitudinem cũ supellectili nõ sufficerent, rogauerunt Sultanũ, vt hos q remanserãt, cũ securo cõductu faceret reduci in Palæstinã. Qui libenter annuit, filiũ suũ pro obside dans, 70. milia ꝓmiscui sexus vsq; ad Acã per desertũ arenosum deduci curauit. Insup his q res suas nec per mare, nec ꝑ terrã tunc deferre poterãt, ad illas auchendas vnius anni spatium cõcesserat. sicq́ Damiatã in die natiuitatis B. Mariæ virginis, anno salutis 1221. Saracenoꝝ populus quã amiserat, recuperauit. Damiata itaq; reddita Sultano Babyloniæ, legatus apostolicus, rexq́ Vngariæ Andreas, dux Austriæ, ac cæteri ferme omnes Chr̃iani illius expeditiõis, in Europã vnde venerant, sunt reuersi. Anno dñi 1222. Fridericus secundus Ro. Imp. habito cõuentu principũ Herbipoli, filiũ suum Henricũ, regem Germanoꝝ cũ esset annoꝝ ferme 12. fieri postulauit, q per Engelbertũ archiepm Colonieñ. apud Aqsgranũ solenni pompa inunctus coronat. Eodem anno Iohãnes rex Hierosolymoꝝ, ex amissione Damiatæ & Chr̃ianoꝝ in oriente tribulatiõe dolẽs, cõpositis (vt poterat) rebus in Syria, cũ satis modica comitiua transfretauit ad partes occidẽtales. Petiturus auxiliũ Romã venit, & ꝑbenigne magnis donatus muneribus, ab Honorio suscipit, & vt posset habere adiutoriũ, ad ꝑces eius pontifex reconciliauit Fridericũ, ꝓmittentẽ restituere terras ecclesię & crucem assumere, ac ad terrã sanctam recuperandã cũ copijs accedere. Insup Iohãnes rex Hierusalem, Friderico filiã vnicam ex Iole vxore susceptã, in matrimoniũ locauit, eiq́ ius illud cõdonat dotis nomine, Honorio consentiente, q̃d sibi ꝓ filiæ noĩe hæreditario iure ĩ regno Hierosolymitano competebat. Hinc venit, ꝙ oẽs Siciliæ reges titulũ Hierosolymitani regni verbis, nõ etiã armis vendicãt. Fecit tum rex Iohãnes filiã de longinqs partibus Romã adduci. Nuptijs igit Romæ celebratis, impator cũ vxore sibi desp̃õsata in Apuliã tendit, vbi moras aliquãdiu traxit. Anno dñi 1225. circa mediũ mẽsis Maij, Henricus rex cõuentũ principum Francofordiæ celebrauit, in quo missi ab impatore Friderico nuncij cũ literis, ꝓnun

Damiata Sultano reddita.

Henric⁹ Fride. fili⁹ Germano. rex.

Iole.

pronunciabant ipsum de Apulia in Germaniã esse venturũ, atq; pro recuperatiõe ciuitatis Hierosolymæ ac totius terræ sanctæ conciliũ habiturũ. Præmiserat enim Honorius papa legatũ in Germaniã Cunradũ Portueñ. epm cardinalem pro cruciatis, q Coloniæ regni Germanici principibus diem quo cõuenirent, indixit. Per Sueuiæ autem partes descensurus legatus, Hirsaugiã venit. Illic ab abbate loci & fratribus honorifice susceptus, post biduum, comitante illum abbate, Spirã est ingressus. Eodem anno rex Henricus filius Imp. Friderici secundi, duxit vxorem Margaretã filiam ducis Austriæ, nuptiasq; magna cũ pompa & solennitate Norinbergæ in pñsentia multorũ principum celebrauit. Deniq; tantus illic hoĩm concursus fuerat, vt in plateis ac domibus hoĩm multitudo supra numerũ visa sit, nam in palatio vbi celebratæ sunt nuptiæ, tantus erat numerus hoĩm, vt pre multitudine gradus ipsi qbus ad palatium adscendebãt, fracti, plus minus 70. hoĩm opprimerent. Eodem anno hyems fuit admodum dura atq; longissima, quã etiam fames biennio subsecuta, multos misere oppressit. Circa festum autem Epiphaniæ rex Henricus videns turbatũ regnũ plurimas ob causas, principes in vnum Francofordiæ conuocat, cum qbus varios ac multos de pace cõmuni cõponenda tractatus habuit. Sed qm̃ pleraq; fuere impedimenta, quod voluit quodq; sitienti cõcupiuit animo, à principibus cõsequi nõ potuit. Quare ab inuicem diuisi rex & principes, cõturbatum inter se regnũ reliquere. Anno 1226. Lõgobardi (vt creditur) pro suggestionẽ Honorij papę cõtra Fridericũ Imp. II. cõponẽtes ligã ĩter se ac vicinas sibi ciuitates aduersus imperium Romanũ statuerũt, quæ per multos annos sub noĩe cõfœderatiõis Lõgobardorũ appellata perseuerauit, graue admodũ Ro. imperij dispendium, ac Hierosolymitanæ expeditiõis manifestum impedimẽtum, qm̃ iter qd ipse Fridericus in Syriã facere pmiserat, occasio hæc, ne fieret, diutius suspendit. Eodem anno Vangionum antistes Henricus, pro defensiõe libertatis ecclesiasticæ dissensionem haud paruam cum suis ciuibus habuit, q cum admoniti eius obedire mandato contempsissent, ciuitatem interdicto supposuit, ac diuina ibidem celebrari vetuit. Verum cum nec sic pficeret, oẽm clerum de ciuitate exire pcepit, pter pauculos admodum parochialium ecclesiarũ curatores, quos in ea dimittẽdos pcurauit: nõ tamẽ illi vel pœnitẽtes absoluere, vel infirmos coĩcare poterãt, nisi prius se mandatis parere pontificis pmisissent. Præterea nullus ecclesiasticæ tradebãt sepulturæ, nullus ad cõmunionem ecclesiastico permittebãt ritu intrare. Cumq; ad vnius anni spatium hæc mala durassent, tãdem interueniẽtibus ex vtraq; parte bonis ac integris viris, res in cõcordiam venit. Eodem anno Honorius III. moritur, postquã decretales eplas compilauit, ordinem B. Francisci cõprobauit, quem biẽnio post Gregorius in catalogo sanctorũ retulit. Antea etiã ordinẽ Prędicatorũ cõfirmauit, similiter & ordinẽ B. Marię domus Teutonicorũ. Sepelitũ aũt in basilica S. Mariæ Maioris ad psepe. Post cuius mortem tãti terræ motus repẽte exorti sunt, vt in mõtibus Saluijs ad qnq; millia hominum perijsse constet, cadentibus domibus, saxisq; ex cacuminibus mõtium in habitatas conualles passim hincinde ruentibus. In cuius demortui locum, cardinales in vnum conuenientes, Gregorium nonum natiõe Hernicum, patria Anagninum, e familia comitum, Innocentij III. nepotem, põtificem eligũt, sedit annos 14. menses tres, ante Hugolinus dictus. Anno 1227. Henricus filius Friderici II. Impe. Germanorũ rex, cõuentum principum ad dñicam passiõis in quadragesima apud Aqsgranum cõuocat patris iussu, in quo de expeditione Hierosolymitana concilium habitum fuit. Comparuere in eo cõuentu pene totius regni principes, Sifridus Moguntinus, Theodericus Treuireñ. Henricus Colonieñ. archiepi, Salzburgeñ. quoq; & Magdeburgeñ. cum Bremeñ. archiepi cum eorum suffraganeis, dux etiam Austriæ, q ante biennium redierat de terra sancta, dux Bauariæ, dux Carinthiæ, dux Brabantiæ, dux Lotharingiæ, Henricus comes Palatinus Rheni, Ludouicus Lãtgrauius Thuringiæ, & * dux Flãdriæ, q duodecim annis Parisijs in vinculis retentus à rege Gallorum, tandem saluus euaserat. Eo etiam in cõuentu Henrici regis vxor, filia Lupoldi ducis Austriæ, per ministerium Henrici archiepiscopi Coloniensis in reginam vncta & coronata fuit, atque in sede regali iuxta maritum honorifice collocata. Gregorius postquam põtificatum inijt, monuit Fridericum sub anathematis pœna, vt primo quoq; tpe in Asiã cum exercitu pficisceretũ, recuperãdæ Hierosolymæ causa, pmisit autem Fridericus se id facturũ, indictumq; est veris tempus ad conueniẽdum Brundusij, quo ex portu tũc soluere est pollicitus, pontifexq; cruce signatos q in orbe Chriano multi erãt, vt ad diem cõuenirent, missis quaquauersum tabularijs, admonuit. Conuenit ingens militum multitudo, præcipue ex Germania. Ver aũt iam pene exactũ erat, expectatus est reqsitusq; Fridericus. Interpellabat enim necessitas, iuramentũ, ac pñxus terminus ad iter. Ipse vero dictos crucesignatos Brundusij ex pectan-

Lõgob. ciuitates contra Fridericũ.

Gregorius IX. papa.

pectantes deseruit, infirmitate (vt asseruit) detentus. Interim sub ignoti aeris intemperie plures cruce signati diuersis mortis casibus periere, vbi & claræ memoriæ Thuringorum Lantgrauius diem clausit extremũ. Superuenientia enim æstatis caumata occidentales milites, præsertim Germanos sub cœlo frigidiori nutritos, grauissimis afflixerũt morbis. Ad eum aũt Lantgrauij necis nũcium, Fridericus ex insperato Brundusiũ aduolauit, vbi tãdem ad põtificis nũcios & epl'as, ad tertiũ Idus Augusti cum omni classe Brundusio soluit, *in animo sibi esse in Asiam traijcere, paratisq; oĩbus q tum aderãt, subsequi iussit, licet nõ multo post redierit. Eodem tpe Iohãnes Hierosolymæ rex cum Berengaria vxore, põtifici rem gratã facturus, Bononiã venit, Venetorum nauigio in Asiam traiecturus. Quem põtifex Gregorius Romãdiolæ & exarchatus Rauennæ gubernatorem ducemq; instituit. Nõ minus, q̃ primũ idem põtifex intellexit, Fridericũ obmissa nauigatiõe in Italiam reuertisse, ipsum latæ in eum autoritate Honorij papæ prædecessoris sui excoĩcationis sñiæ subiacere denũciauit, offerens q impartiretur sibi iuxta formam ecclesiæ absolutiõis beneficium, quàm cito in terræ sanctę succursum iuisset. Dein anno 1228. Fridericus amicorum præcibus & minis põtificis fessus, trãsiuit in Syriã, & peruenit Acam in mense Augusto, habuitq; tractatum per internũcios de pace cũ Sultano. His ita gerentibus, Rainaldus filius quondã ducis Spoleti, quem Fridericus in Sicilia præfectum dimiserat, terras inuasit ecclesiæ. Vicissim põtifex Iohãnem Hierosolymæ regem ex Romãdiola accersiuit, aliasq; ecclesię copias cõtra Rainaldũ prædictũ & alios Friderici partiũ destinauit. Interim idem Fridericus oratores Romã mittẽs, absolutionem à põtifice recõciliationemq;, qa votis satisfecerit, implorauit: sed põtifex petitionibus eorum repulsam dedit, & Hospitalarijs Templarijsq; in Asia militãtibus, vt Friderico tanq̃ hosti publico fauores detraherẽt, iniũxit. Anno dñi 1229. fit cõpositio inter imperatorem & Sultanũ hoc modo: Quod Sultanus restituat quiete ciuitatẽ Hierusalem imperatori, excepto templo dñi, tradidit etiã totũ regnũ Hierosolymitanũ, exceptis quibusdã castris, treugæ quoq; decennales inter Chrĩanos & Saracenos sunt pactæ. Compositione itaq; facta, prexit Fridericus cum baronibus suis & magistro Mansionis domus Teutonicorum ad capiendã possessionẽ Hierusalẽ, & fecit se coronari in regẽ in medio quadragesimæ, mittens postmodũ oratores ad significandũ papæ, regibus & principibus Chrĩanitatis, quõ suscepisset coronã regni Hierusalem, treugasq; ad decẽnium inter Chrĩanos & Saracenos fieri curasset. Papa vero Gregorius audita hac pace cum Sultano (cũ admoniti execratiq; Rainaldus marchiam Anconitanã, & Cunradus vallem Spoletanam infestantes, vt captas de terra ecclesiæ vrbes & oppida redderent, adduci non potuissent) Iohannem Hierosolymæ regem cum exercitu ecclesiæ in regnum Apuliæ misit, & vt homines regni illius Friderico rebellarent, operam daret. Quod & factũ est. ex hoc enim plures ciuitates & castra à subiectiõe imperatoris se subtraxerũt. Quæ cũ Fridericus accepisset, celeriter recessit e Syria, relinquẽs ibi senescallum suum cum multis copijs. Redijt itaq; Fridericus cũ duabus galeis in regnũ Apuliæ, cœpitq; recuperare ciuitates sibi rebelles. aduocauit etiã exercitũ de Alemania, regnumq; Apuliæ, q̃d pro magna parte sibi rebellauerat, recuperauit. quin etiam & patrimonium B. Petri ac ducatum Spoletanũ, marchiam Anconitanã, ciuitatem Beneuentanam, quæ oĩa sunt de iure ecclesiæ, inuasit. Venerat autẽ ex Syria magister militiæ Teutonicorum cum Friderico. Hunc magistrũ vnà cum Messanensi epõ Fridericus ad Gregoriũ misit, & veniam supplex orauit. Ad quod pontifex prius assensum præstare noluit, q̃ vncias auri centum & 20. millia ecclesiæ Ro. ob illata damna persoluisset. Ipseq; pro ea re ad pontificem Anagniam venit. Quo facto, benedictiõe apostolica restitutus imperator, & rex vtriusq; Siciliæ appellatur, ac ita benigne accipitur, vt ad pontificis mensam discumberet, paxq; inter eos plena fieret anno dñi 1230. hæc est, vt puto, series rerum gestarum inter Gregorium Pont. & Fridericum Imp. Ex qbus autem causis vterq; ad præmissa motus fuerit, scribentes non concordant. Scribit enim Antoninus, cum in principio sui põtificatus *anni Gregorius imperatorẽ exhortatus fuisset, vt iurisdictionem ecclesiæ, s. inuestituras pontificum & collationes beneficiorum, non vsurparet, terras plurimas ecclesiæ restitueret, clericos tallijs non grauaret, censum debitum de feudis redderet, ille superbia plenus nihil emendauit: propter quod Gregorius eum execrauit iterum & de nouo, quod & fecerat Honorius. Sed certe ex epl'a Gregorij, quã scribit ad regem Frãciæ, quæ incipit, Adscendit de mari bestia: cõuincitur, Gregorium hoc in tpe ob has causas Fridericũ nõ excõmunicasse, sed pro eo q ad terminum præfixũ ipse Fridericus cum crucesignatis non transiuit in succursum terræ sanctæ, prout iurauerat, & sub pœna execrationis sibi præceptum fuerat. Dicebat aũt imperator iniuste se excoĩcatũ, cũ etiã in tercomino iter arripuisset, & mortuo Lantgrauio in itinere grauis eũ infirmitas redire compu

Altera Friderici excõmunicatio.

Fride. cum Sultano induciæ.

Restituta Frid. Hierusal. cum regno.

Fridericus reconciliatus papæ.

Causa dissidij inter papam & Fridericum.

pulisset, & sic ꝑ euidentē infirmitatē deberet esse excusatus. Refert idem in ep̄la quę incipit, In admirationē: quāta stipendia ꝓmiserit ad subsidiū terræ sanctæ, videlicet ꝙ iugiter aleret milites vltramontanos septingentos, & de suis fere trecentos. Ad quę pontifex in ꝑdicta ep̄la, Adscendit de mari, respōdet, Fridericū infirmitatem simulasse, de eius ficta ægritudine ꝑ lr̄as ꝑlatorꝝ ibi consistentiū constitisse, ideo ꝙ obmisso passagio non iuerit, denunciatū execrationi ab Honorio latæ subiacere, cū oblatiōe, ꝙ imparti-retur sibi iuxta formam ecclesiæ absolutionis beneficium, q̄ cito in terræ sanctæ succursum iuisset. Subiungit, sed ipse Fridericus claues ecclesiæ paruipendens, non absolutus in Syriā trāsijt, vbi cū Sultano solis sibi mœnibus restitutis, relicto Saracenis tēplo dn̄ico, ex defensore mutatus fit in hostem. Fridericus vero nunciabat, ciuitatem Hierosolymā cum toto regno, exceptis paucis castris & templo, sibi restitutā. Cōquerebat aūt de pōtifice ꝙ eū in recupatiōe regni Hierosolymitani ꝑ legatos suos studuerit īpedire. id vero negabat pontifex. Cōquerebat nō minus impator, ꝙ dum ita peregrinaret in seruitio Iesu Chr̄i, pōtifex regnum suum hostiliter vsurpauerit. Ad q̄d pōtifex respondit, ꝙ q̄a Rainaldus Friderici ꝓfectus inuasit regnum Siciliæ speciale patrimoniū ecclesiæ, ne inde impugnaret sedes ap̄lica, legati sui intrauerint regnum, multosq́ꝫ obedientes inuenerint, q ob id periuriū non incurrerint, cū à iuramento fidelitatis, q̄d eidē Friderico ꝓstiterunt, ex lata in eum execratiōe absoluti fuissent. Subiūgitq́ꝫ dicens, dictoq́ꝫ Friderico redeunti, & ad sinū matris ecclesiæ reuertenti, absolutiōis beneficium curauimus impertiri. Ex his colligit, ꝙ ob alias causas tunc nō fuit execratus, ipse etiam regnum Hierosolymitanum retinuit, & ꝙ pōtifex ei postea cōtra quosdam in eodem regno secum litigantes iustitiam administrari mandauerit, prout de hoc in eadem ep̄la patuit. De recōciliatiōe ista Platina scribit, ꝙ Fridericus Brundusiū rediens, pacis admodum cupidus, vltro pōtificem rogarit vt in grām recipiatur, impatorq́ꝫ appelletur, ac pro regno Siciliæ verus ecclesiæ feudatarius habeat: quod q̄dem non prius impetrauit, q̄ vncias auri centum & 20. millia ecclesiæ Ro. ob illata damna persoluisset.

Anno salutis nostræ 1220. sub Hermanno de Salza Magistro generali ordinis Teutonicorꝝ, erat dux super Polonos & Moscouiam vir catholicus Cunradus noīe, cuius (vt creditur) opa Ro. pōtifex legatum misit ep̄m noīe Chr̄ianum, vt Prutenis tunc paganis fidem ꝑdicaret catholicam. Licet aūt parum ꝓfecerit, ipsi tamen pacem tenebāt cum Chr̄ianis, donec satore malorꝝ instigante, inter eos & Polonos de finibus contentio esset exorta. Hinc factum est, ꝙ Pruteni terram Polonorꝝ ꝑuaserunt, cæde ac incendio oīa vastantes, ꝑdasq́ꝫ agentes, regionem Colmensem & Luboniam quasi redegerunt in solitudinem. Et q̄a dux Cunradus nō satis ab initio restitit ꝑdictis malis, nō contenti, incursiones crebras fecerunt in terras Chr̄ianorꝝ, hoīes vtriusq; sexus perimunt, quasdam mulieres & pueros occisis viris abducūt, & si q sequi nō poterant occidunt, nōnullos pueros sudibus infigūt. Et ꝑualētes tandē in tota Polonia, monachos & ꝑsbyteros ab altaribus trahunt & interficiunt. Insup in breui spatio tp̄is plus q̄ ducentas & quinquaginta ecclesias parochiales, multaq́ꝫ monasteria spolio prius facto funditus incinerant, sacramentum corporis Chr̄i pedibus conculcātes, & virgines sacras aliasq́ꝫ passim ad stupra trahentes. Horrendum dictu, ita ducem ipsum oppresserunt, vt eis nec resistere, nec quicquam negare posset. Inter has angustias constitutus dux, accepit fratres domus Teutonicorum, homines esse bellicosos & inuictos, gratiā & fauorem Ro. pontificis necnon imperatoris habentes. Consilio igitur habito cum proceribus terræ in præsentia dn̄i Chr̄iani legati Apost. deliberauit inuitare fratres prædicti ordinis pro tutela sui ac regni contra Prutenos. Et cum oībus placuisset consilium, idem dux legatos misit solennes ad dn̄m Hermānum generalem Magistrum, q voluntatem ducis Cunradi ac subiectorꝝ eiusdem exposuerunt, cum oblatiōe remuneratiōis condignæ. Verum cum dictus Hermannus intellexisset negocium istud supra vires sui ordinis esse, valde difficilem se reddidit. Tandem tamen à Ro pontifice & imperatore nonnullisq́ꝫ principibus persuasus, non sine multa pollicitatione, habita deliberatione cum fratribus ordinis, munus id agnouit. Et primum duos fratres, quorum vnus erat Cunradus de Lansperg pro tractando negocio in Poloniam misit, q dum primum ingrederentur Poloniam, inuenerunt Prutenos vastare terram, & ducem absentem esse. Vnde rogatu ducissæ cōtractis tumultuarie copijs Polonicis, occurrunt Prutenis, & post difficilem pugnam lœtaliter vulnerati sunt. quo viso, Poloni terga dederunt: itaq; victoria potiti, cum spolijs Pruteni abierunt. Post quorum recessum hi duo fratres inter cadauera occisorum adhuc viuentes, ad ducissam reducti sunt, & tandem curati. Interea dux adueniens, tractare cœpit cum fratribus, tandemq́ꝫ communi placito suorꝝ, solenni stipulatiōe atq; perpetuo iure possidendā cōcessit atq; tradidit religioni

Ordo Teutonicorum quando primum Prutenos aggressus.

*M. do-

*M. domus Teutonicorum terram Colmēsem ac Luboniæ, vnà cum oībus terris, quas à Prutenis valerent obtinere. Quę oĩa firmata fuerunt lr̄is ac sigillis ex more sufficientibus. Cōfirmauit hoc postea Gregorius nonus, q etiam mādauit fratribus, vt pro remissione oīm peccatorum vindicare deberent iniuriam Chr̄ianis ab ipsis paganis illatā & inferēdam. hæc secūdū chronicā ordinis. Aeneas vero Syluius de tpibus Friderici III. & Europa, Barbara, inqt, gēs Prutenorum & idolorum cultrix vsq; ad Fridericū Imp. eius noīs secūdum fuit, sub eius vero impio cum amisissent Chr̄iani Ptolemaidā Syriæ ciuitatem, frēs Teutones S. Mariæ inde fugati, in Germaniā rediere viri nobiles & rei militaris periti, q ne p ocium marcerēt, Fridericū accedentes, Prussiā Germaniæ cōterminam Chr̄i cultū spernere dixerūt, sæpe illius gētis hoīes in Saxones cæterosq; vicinos excurrere, ingētem vim pecorum atq; hoīm abigere, esseq; in aīo sibi cōpescere gentem barbarā: annuat tantū impator, puinciamq; fratribus ppetuo iure possidendā tradat, si eam armis acqrant: iam em̄ Moscouitę duces, q se eius terræ dn̄os affirmabāt, ius suū fratrib⁹ dederāt. grata oblatio Friderico fuit, q collaudato pposito, q̄s voluere frēs sub aurea bulla lr̄as cōcessit. Hæc ille, quē post Ptolemaida captā Fridericū hęc dedisse scribere miror, cū aliter historijs probis cōstet. At donatiōe hac firmata, Magister generalis ordinis Hermānus de Salza, supradictis fratribus duobus in auxiliū trāsmisit frēm Hermānum de Balck, frēm Theodericū de Berchtē, frēm Cunradū de Nicol, q quondam S. Elizabeth cubicularius fuit, & alios duos frēs, adiuncto illis satis notabili comitatu. hi oēs venerūt ad castrū vulgo dictū Vogelgsang, q̄d iam ad instātiam fratris de Lansperg, religioni ædificauerat in quodā monte dux Polonus. Mox elegerunt prædicti frēs in caput suū, frēm Hermānum de Balck, quem vocauerūt puinciæ Magistrum, qui cōsilio inito, munitionē vnā nouā ædificauit sup fluuium Vistulā, quā vocabant Nessouiā. Et cum rumores hi peruenissent ad Prutenos, euestigio incursiones ij faciunt in Poloniā, hoīes terræ cæde ac incendio molestātes. & cū vidissent frēs in habitu crucesignato, q̄rebāt q essent à q̄dam captiuo. ad q̄d ille: Hi, inqt, missi sunt ab ecclesia catholica cū mādato, vt vos iugiter armis īsectent, nec desināt donec vos ad Chr̄ianam fidē recolligāt. Quo responso audito, plausum fecerūt, & p̄dam nactā abducunt. Deinde cū auxilio ducis Cunradi ædificauit Magister Hermānus ab altera parte fluuij Vistulæ, castrū dictū Thoren anno dn̄i 1233. q̄d hoc modo factū extitit: Quercus ampla atq; patula nata erat in edito loco, quā in castelli modū erectis ppugnaculis iuxta ripā munierūt Vistulæ, vbi collocato p̄sidio vlteriores Prutenos vexare cœperūt. Pugnatū est sæpe p quercu, & inde ingentes paganorum copiæ sæpe fugatæ. habebāt aūt in flumine nauiculā ad hoc instructā, vt necessitatis causa nauigio possent ad Nessouiam pfugere. In eodē loco trās Vistulā fluuiū fundarūt ciuitatē Thoren, quæ tn̄ inde trāslata est postea, vt suo loco sequenti generatiōe scribet. In hac generatiōe Frisia fere tota submergit fluctibus marinis, perierūt hoīm plus q̄ centū millia ppter irreuerētiam factā sacramento, à quodā pugile, sicut postmodū reuelauit B. Maria virgo, & cōstructa est ecclesia in eodē loco, vt fertur. Mons qdam in Burgundia p idem tēpus diuiditur, & qnq; millia hoīm suffocant, tandē ad alios montes accessit mirabiliter. Itē lapis grādis cecidit ī monasterio S. Gabrielis apd̄ Cremonā, hn̄s signū crucis & imaginē Chr̄i exp̄ssam, desup aureis lr̄is scripum fuit: Iesus Nazarenus rex Iudæorum. & cæcū illuminauit, secūdū Vincen̄. erat aūt glacialis lapis. eo liqfacto, vnxerūt oculos monachi cæcutientis, & visum recepit. In hac generatiōe circiter 1223. annum Philippus Augustus Francorum rex, fato defunctus est. Eius mortē cometa p̄cessit cum pdigijs qbusdam alijs. Successit ei filius Ludouicus, q primū inito regno Pictauos rebelles, nam ad Anglum defecerant, armis recepit. Anno 1225. Clara virgo sanctissima, diui Francisci disciplinis & exemplis in diuino opere plurimū erudita, ijs temporibus apud Assisium in precio habita est, cuius fama Honorius & Gregorius pmoti, eam honoribus & gratijs adiuuare pro viribus cœperunt, & cum sanctissime vsq; ad vitæ exitum vixerit, Alexander quartus postea eam in sanctorum catalogum aggregari curauit. Circa finem huius generationis Fridericus secundus ducatum Austriæ erexit in regnum, de quo extat ep̄la inter ep̄las Petri de Vineis, subsequētis tenoris: Fridericus Dei gr̄a Ro. Imperator &c. Friderico duci Austriæ & Stiriæ suo dilecto principi & comiti Carniolæ, gr̄am suam & omne bonum: De fulgore throni Cæsarei velut de sole radij, certæ procedunt dignitates, vt primæ lucis integritas, minoris luminis non sentiat detrimentat tantoq; magis imperiale sceptrū extollitur, tāto cura regiminis à solicitudinibus releuatur, quanto tribunal ipsius digniores in circuitu circūspicit regiones. Hac igitur consideratione commoniti, tuis deuotissime princeps noster supplicationibus inclinati, nec minus ad honoris sacri impij exaltationē respectum habentes, de infra scriptorum prin-

Castrū Vogelgsang.

Frisiæ inundatio.

Ludo. Francorum rex.

S. Clara.

Austria regio honore aucta.

principũ nostrorũ cõsilio, videlicet S. Ratisponeñ. epi, L. Vormatieñ. epi, H. Bambergeñ. electi, C. Brixieñ. epi, S. abbatis Cãpidoneñ. C. abbatis Cluniaceñ. C. ducis Morauiæ, & B. ducis Bauariæ, ducatus Austriæ ac Stiriæ cũ pertinentijs suis & terris, quas hactenus habuerũt, ad nomen & omen regiũ transferẽtes. Te hactenus pdictorũ ducatuũ ducẽ, de potestatis nostræ plenitudine & magnificentia principali, promouem⁹ in regẽ, eundẽ libertatibus, emunitatibus & iuribus, pdictũq; regnũ tuũ psentis epigrãmatis autoritate dotantes etiã ad regiã dignitatẽ, vt ex honore quẽ tibi libẽter adijcimus, nihil honoris & iuris nostro diademati aut imperio subtrahat: quinimmo sicut hactenus tanq̃ dux princeps & fidelis noster extiteris, sic in posterũ persistatis, nihilq; propterea iuri & honori imperij in prædictis regno & terris suis oĩno depereat: hoc specialiter expsso, q successores tui nõ per electionẽ eligant, sed semper maiores natu ex gñatione tua ex te & successoribus tuis legitime descendentes, & ipsi regno succedãt: nullus ex eis coronã vel cõsecrationẽ in pdicto regno de manu cuiusq̃ suscipiat, nisi à nobis & successoribus nr̃is tantũ in curia, aut alibi ex cõmissiõe à nobis facta. Alij vero hæredes minores natu, non habeant aliud nisi q̃d ex regis gratia poterunt obtinere. illud etiã iuri regio cõiungimus, vt si aliquis comes aut inferior de regno tuo, cõtra te aut successores tuos forsitan excesserint, ipsum per sententiam curiæ iudicare poteris &c. etiam banno, vt moris est, imperij Romani.

GENERATIO XLII.

Anno salutis nostræ 1230. sub Gregorio 9. regnante Friderico 2. Hierusalẽ & Siciliæ rege, Sueuiæq; duce, imperatore Cõstantinopolitano Roberto, Francorũ rege Ludouico, incepit 42. gñatio. quo in anno Fridericus 2. benedictione apostolica recõciliatus, imperator & rex Siciliæ ac Hierusalem declaratus est. Venit inde pontifex Perusium, profugos reduxit, duosq; & 20. menses in ea vrbe permansit. Romæ interim magna seditio orta est, cœperãt paulo ante Romani exploso cõsulum magistratu, senatores quãdoq; vnũ, quandoq; binos creare annuos, quibus pene eadẽ q̃ prius fuerat cõsulibus, custodia vrbis iurisq; dicendi potestas attributa, vt ad plenariam rei administrationẽ, pter vrbiũ arciũq; & prouinciæ vrbi adiacentiũ subiectionẽ, nihil deesse Romanis videret: Annibalq; ex Annibala gente Romana nobilis senator factioni cõsentiebat, in quã multi inciderũt sacerdotes. Hi pontificẽ formidãtes, cum senatore populũ ad rebellionẽ concitarunt. Eo tempore Tiberis excrescẽs, multa damna intulit, & tanta peste laboratum est, vt vix decimus quisq; superfuerit. Venit tum pontifex Romam, & publice omnes priuatimq; distributa pecunia consolatus est, pter Annibalẽ, qui execratus & depositus, Iohãnẽ de Poli habuit successorẽ, pterq; sacerdotes & clericos de hæresi cõuictos, q dignitatib⁹ & bñficijs sunt priuati. Cessante peste, senator in Viterbieñ. duxit, illis plurima dãna intulit. sed à põtifice missis quatuor cardinalibus, reducit. accessitq; postea ad vrbẽ Reatinã põtifex, deinde Messanã, Spoletũ postea, ac demũ Anagniã profectus est. Romæ interea ad apertã rebellionẽ ventũ est. Senator em̃ more priscorũ legẽ rogauit, populusq; sanciuerat, vt oĩa prouinciæ Ro. oppida reipu. vectigal penderet. Nõ est tñ veritus põtifex, dissuadẽtibus cardinalibus, Romã proficisci, vt hoĩes ad sanitatẽ reduceret. verũ cũ nihil proficeret, Reate se contulit. Quo cũ & Fridericus simul venisset, collocuti de rebus agendis, in hanc sententiã venere, vt Romanos, coniunctis copijs, adorirent. Quod adeo pollicebatur Fridericus, vt filiũ suũ Henricũ susceptũ, quẽ Sardiniæ regẽ declarauerat, nisi recusasset pontifex, voluerit vadẽ dare, vt scribit Blondus. Iussus itaq; imperator legatũ pontificis adijt Monteflasconi cũ ecclesiæ copijs agentẽ, quo & ipse suas ex curia accersiuerat, primusq; in Romanos Viterbieñ. vastantes imperator protulit signa. Et cum esset decertandum, imperatorij milites se subtraxerunt. Fridericus vero recto itinere Pisas, & inde in Alemaniã se cõtulit. De hoc facto ita continet in epistola Gregorij ad regem Franciæ missa, q̃ incipit, Adscendit de mari. in qua repetit idem Gregorius, Fridericũ sibi improperare, q ad instantiã pontificis Romanos tunc Viterbiũ oppugnantes diffidauerit, & in Viterbieñ. subsidiũ strenuã militiam miserit, & q papa scripserit Romanis, id pter suã conscientiã fieri, & q cũ ipsis eo irrequisito firmauerit cõcordiam. Ad q̃d ibidẽ respondet pontifex, venisse Fridericũ non rogatũ, promisisseq; q terrã ecclesiæ perditã in pristinũ statũ reduceret, & ipsam pro viribus defensaret in Tuscia, ad quã vires suas contulerit, sed recuperationẽ castri, quod modico labore reduci poterat, impediuerit: immo cũ hostibus ecclesiæ, vt ex consequentia facti & literis demonstrari possit, fœdus pepigerit, vt ipso certo die exinde recedente, illi ad arma consurgerẽt, & B. Petri patrimonium occuparent. Prosequor historiã. Hac itaq; perfidia, inquit Platina, pontifex motus, Germanis militibus ad castra sua cõfugientibus

Senatorius Romæ magistratus.

Romanorũ rebellio.

Frideri. 2. in Germaniam redijt.

tibus magnũ proposuit p̄miũ:quare tanta multiudo cõfluxit,vt postea Romani aperto Marte cũ ecclesiæ copijs congredi nusq̃ sint ausi. Recuperato itaq; & patrimonio S.Petri,& agro Sabino,pontifex Perusij agebat. Ea tẽpestate scelus Cõstantinopoli emersit,cuius causa Latini inde breui sunt expulsi. Robertus nanq; Antisiodoreñ. Constantinop.imperator,quãuis senex,virginẽ insignis formæ Græcã nobilẽ despõdit vxorẽ, non ignorans eã Burgundioni cuidam prius fuisse desponsatam. Burgundio furore accensus,noctu cũ militibus palatiũ puellæ ingressus,refractis foribus,eam naso detruncato deformauit,matrẽq; illius q̃ sibi eam desponsauerat,mari demersit. Id cũ mane resciſſet imperator,vlcisci non est ausus,Latinis oĩbus iniustitiam eius,&

Balduin' 2. Cõstã.Imp.

Burgundionis audaciã damnãtibus. Sed opportune Robertus post morit,& Balduinus adolescens frater eius(sunt qui filiũ dicunt)sufficit. Cui imperator Exagonarũ, procurãtibus Venetis,filiã in matrimoniũ obtulit,pollicitus fore,vt Romaniæ imperiũ,terrã oẽm,insulasq; pulso Bataza,in generi ipsius redigeret potestatẽ. Sed Latini hoc matrimoniũ impediuere,veriti ne Balduin' soceri virib' auctus,vlcisceret iniuriã fratri illatã,dicentesq; Balduinũ imperio gubernando nimis iuuenẽ,Iohannẽ Brennum Hierosolymorũ solo titulo regẽ,de quo supra,ex Italia Romandiolaq; euocauerunt,cuius filia noĩe Martha,Balduino desponsata est,suadẽte Gregorio põtifice,cõ-

Iohã.Brennus Cõstantinop.Imp.

stituiturq; q̃ post soceri mortẽ Balduino permitteret imperiũ. Iohannes q̃ primum inijt imperiũ,nihil duxit antiquius,q̃ Balduinũ generũ in Gallias mittere auxilia imploratum. Tulit ægre Exagonarũ imperator,q̃ à Balduino cõtemptus esset neglecta filia,quã modo Theodoro Batazæ filio despondit vxorẽ. Qua iuncti affinitate Græci imperatores,pellendis Latinis nõ minus arma q̃ aĩos iunxerunt,p̃ssumq; est ilico terra & mari imperiũ Romaniæ,& tũ aliqua Veneti,tũ maxime plura imperator Latiniq; amisere. Deinde anno dñi 1237. Iohannes imperator obijt,& Balduinus ex decreto imperiũ resumpsit. Alij scribunt dictũ Iohannẽ obijsse anno 1240.& eodem anno Balduinũ resumpsisse imperium,& imperauit annis xx. Iohannes vero Bataza apud

Attende studiũ Græcorũ in expellẽdis Latinis.

Adrianopolim orientalis imperator appellatus,& alter Exagonarũ imperator,partim diuisis,partim coniunctis copijs,Latinos vt Græcia eijcerent adnitebant.& Bataza quidẽ Smyrnam & Satalam maritimas vrbes obtinebat,Marcus Sannutus Aegei maris insularũ possessor,& Leoguala Rhodũ tenens,ei suberant. Inuasit tum Bataza Cretam Venetorũ ditionẽ,qui Sannuto mercede cõducto,classem hostilem repulere,& insula ex integro recuperata ẽ. Per q̃d tẽpus cũ rebellassent Ragusæi,à Venetis in amicitiam recepti sunt. Interea Balduinus multo bellorũ onere grauatus,cũ aliter pecuniã à mercatoribus habere nequiret,filiũ suũ Philippũ infantẽ illis loco pignoris tradidit Venetijs custodiendũ,detraxitq; culminibus sacrarũ ædiũ plumbũ,& id vendidit. Cũq; nec sic satis prouisum esset,lanceã spongiãq; quibus dñs & saluator noster hinc potatus,inde vulneratus fuit,& crucis ligni sacri partẽ Venetis tradidit,opẽ ab eis petens,& q̃ illa pignori tenerent. Nam & Græci Cõstantinopolim terra & mari cinxerãt arctissima obsidione. Veneti illo classe xxv. triremiũ missa,Græcũ in obsidione superant maxima clade,atq; Cõstantinopolim liberãt. quin etiã Leogualla,q̃ Græcorũ classi p̃fuerat,Rhodũ insulam & seipsum Venetis subiecit per fœdera. Anno dñi 1232. prædicata crux est contra Prutenos mandato Gregorij papæ per totam Ale-

Fratrũ Teutonicorũ successus.

maniam,gratia cuius superuenerunt fratribus Teutonici ordinis plurimi bellatores, quorũ ope M.Hermannus ædificauit ciuitatem,dictam hodie,Das alt husz. Anno deinde 1239. venit in auxilium fratribus Otho dux de Brunschvuig,ducens secum magnam militiam. hic subornauit quendã neophytũ ex Prutenis,q̃ venit in Prussiam, simulans se odio Christianorũ aufugisse,& q̃ castrum Balge,q̃d fratres vi ante ceperant,facile capere possent penuria p̃sidij,asseruit. Persuasi itaq; Pruteni,cõtractis magnis copijs,obsidione castrũ cingunt. Verũ dux Otho vbi opportunũ visum est,vnà cũ his quos habere poterat,excurrit in hostes,eosq; vsq; ad vnũ occidit. mansit aliq̃diu idem dux apud Balge.& frequẽtibus excursionibus Prutenos adeo humiliauit,q̃ veniã petentes,baptisma susciperẽt,subiectionemq; religioni promitterẽt. inter hæc multas munitiones & oppida M.Hermannus in Prussia extruxit. Erant p̃ id tempus in Liuonia fratres religiosi,vulgo dicti,De gladio. hi p̃ter crucem habebãt in ve-

Fratres gladio & cruce insigniti.

stibus gladios affixos,militabãtq; pro defensione fidei cõtra paganos.& q̃a videbãt negociũ ordinis B.Mariæ in dies prosperari,habitis hincinde tractatibus,per Ro.põtificẽ voluntarie se passi sunt Teutonicorũ religioni vniri,& hodie ordo iste Teutonicorũ Liuoniã in sua habet potestate. Anno dñi 1241. M.Hermãnus de Balk morit, & in magistratu Popo de Osterna in prouincialem substituitur. Erat per idẽ tempus in Pomerania dux Suandepoldus Christianam fidem professus. hic per plures annos

nos cōtracta societate seu fœdere cū Prutenis, adnitebaẗ nō modo fratres, sed & Christianos oēs ex Prussia pellere, in q̃ bello fratres ordinis multa passi sunt, ita ꝙ sæpe desperarēt se posse resistere. Qua de re Innocētius 4. epm Mutineñ. legatū illo misit, dās in mandatis, vt Prussiā in quatuor episcopatus diuideret, & ꝙ crucē cōtra ꝑdictū ducem ꝑdicaret: ex q̃ maxima suborta sunt bella, amiserūtq; fratres ordinis fere oēs munitiones, & occisi sunt multi. Attamen in vigilia S. Barbaræ virginis noctu capiūt castrū vnū, dictū Schartuiza, in q̃ inuenerunt scriniū, & in eo caput B. Barbaræ virginis depositū, prout scriptura indicabat, ex quo lætiores facti, reliquias sacras absportauerūt, & in ecclesiā ciuitatis Colmensis venerabiliter collocarūt, vbi & hodie in ꝑcio habeẗ. Esset vero longū narrare, q̃ mala, quas pugnas dux Suandepoldus contra religionē patrauerit. nā etsi baptizatus esset, peiora tn̄ infidelibus cōmisit. tandē post multos annos superuenerūt in auxiliū fratribus marchio de Brandenburg, eps Merspurgeñ. Henricus comes de Suartzenburg maximis copijs, qui coadunati copijs fratrū, circa annū dn̄i 1250. terrā Prutenoꝝ percurrunt, ꝑdas agunt, captiuos abducunt, igne & ferro oīa proterunt, in eamq; necessitatē ducē redigunt, vt pacē petere compelleret. Quo facto, legatus sedis apost. missus, pacē perpetuā inter milites ordinis ac ducem multa stipulatione interueniente, conclusit atq; firmauit, quā pacem idem dux postea vel inuitus, quoad vixerat, seruauit. Et in ea septentrionis parte varijs successib⁹ vtrinq; tumultuatū est, cū Fridericus in Germania q̃q; superiori, q̃ nuper redierat, nōnullis principū factionibus agitaẗ. intercesserat eñ inter ipsum & Henricū filiū Germaniæ regē simultas quædā, quare & filiū in Siciliā deportari iusserat. Ea res magno principū studio in conuentibus plerisq; est acta. Tū vxorē tertiā, regis Anglici sororē duxit, nuptijs Vormatiæ celebratis. Deinde circiter annū dn̄i 1235. Italiam repetit, q̃ cū diuturna pace vires recuperasset, rebellionē meditari dicebaẗ. Durauerat eñ hacten⁹ integra Longobarboꝝ societas, quæ sub primo Friderico Barbarossa cœperat, vrbes complexa potentissimas, Mediolanū, Brixiam, Mantuam, ac maiorem Romandiolæ partē, & in transpadanis Veronā, Vincentiam, Paduā & Taruisium, quibus Veneta vrbs tum penitus dominio maritimo consentiebat. In Friderici vero partibus erant Cremonenses, Bergomenses, Parmenses, Regienses, Mutinenses, & in alpibus Tridentum. cæteræ vrbes & oppida Longobardiæ, Romandiolæ & marchiæ Taruisinę, pro fortunæ varietate alternis fauebant. Erat tum Ecelinus in marchia Taruisina nobilis & potens, cuius auus eiusdē nois, Teutonicus miles sub Othone (vt scribūt pleriq;) tertio venerat in Italiā. Hic vero sub Friderico 2. auctus est opibus adeo magnis, vt tyrannidē sibi constituerit maiorē cæteris oībus, quas absq; imperij aut regni titulo Italia raro aliàs pertulerit. Friderico itaq; Italiā ingredienti, prima vrbs Verona in illius partes Ecelini opera est reducta. inde Fridericus Mantuanū ingressus est agrū, Mercariam, Clarūq; oppidū vi capta direptaq; incendit. & Cremonā accedēs, nouē mensibus apud eā moratus est, ex qua cū esset moturus, obsidendā Mantuā comminatus, flexit de itinere in Vincentinos, qui ex improuiso copijs circundati, cœperūt deditionis facere mentionē: ea fretus occasione Fridericus, dū vltra citraq; cōmeant oratores, vrbē dolo captā diripuit atq; incendit, ad eāq; tantisper moratus, quoad exercitus populaẗ deuastatq; agrū Paduanū propinquū, in Taruisinos duxit: circūsessamq; cepisset vrbē, ni Patauinus immisso milite subuenisset. Dū Italiā Fridericus eo ardore infestat, filius Henricus principū (vt putant) Germanoꝝ studio cū Longobardis fœdere coit. Quod cū pater Fridericus cōperit, veritus ne ducēti aduersus filiū proceres Alemaniæ aduersarenẗ, pontificē ꝑ nuncios orauit, vt cōtra rebellē filiū literas daret. Pontifex fœderis ignarus, cōcessit literas apostolicas, quaꝝ vi Alemani patri aduersus filiū parerēt. Vnde Fridericus filiū cepit, de regno deposuit, ac captiuū in Apuliā relegauit, vbi postea moriẗ. Et scribūt aliqui, ꝙ iubēte patre necaẗ. Anno dn̄i 1236. Fridericus in Alemania multa castra per Austriā nociua reipub. destruxit, cū superiore anno mandato imperatoris rex Bohemiæ & dux Bauariæ Austriā inuasissent. Tū imperator iustitiā tā minoribus q̃ maioribus administrauit: iniustos aūt morte mulctatos, ac etiā interminatos, extra prouinciā profligauit. ducē q̃q; Austriæ Fridericū multoties propter varios excessus nuncijs & literis vocauit, q velut superbus venire cōtempsit. tandē sententiā proscriptionis tū propter cōtemptū, tū ob multoꝝ querimoniā ꝑlatoꝝ ac principū, in eū fulminauit. nā idē dux fecit oīa claustra in ducatu Austriæ irrumpi, pecunias ac deposita diripuit. ita & in ecclesias sæuijt. exegit insuper de vnoq;q; * mēse 60. denarios. Vnde imperator intrauit Austriā, & in Vienna, quā multis flagitijs dux Fridericus polluerat, honorifice susceptus est. descēdit etiā filius eius Cunradus ꝑ Danubiū, comitatus multis principibus, deditq; se vrbs Vienna imperatori,

Frid. in Germa. gesta.

Italiæ status

Ecelinus.

Austriā Fride. vastat.

Vienna Austriæ in imperij ptãte.

tori, quã pro imperio suscepit, cauẽs literis, ne ab imperio aliqñ abalienaret, his verbis: Volumus, inquit, vt nunq̃ per cõcessionẽ alicuius beneficij vrbs Vienna de nostra & imperij transeat potestate. quarum quidẽ tenor literarum, in chronicis Australibus ad integrũ descriptus habet. Eodẽ anno mortuo Henrico filio Friderici imperatoris in carcere, idẽ Fridericus in Italia constitutus, Manfredũ filiũ suũ ex libera natum, ad principes Germaniæ cũ oratoribus misit, mandãs vt in locũ demortui Cunradi filiũ legitimũ in regẽ Germanorum eligerẽt. qui mãdatis imperatorijs obedientes, Cunradũ in regẽ elegerunt, quẽ ipse imperator Fridericus, dispositis rebus in Austria, secũ Ratisponã, vbi conuentũ principũ habuit, ducens, denuo in regem eligi procurauit, atq; Nemetũ proficiscens, hoc idẽ fieri tertio voluit. Deinde Fridericus ac Cunradus filius eius in regẽ Germanorum electus, scripserũt Gregorio papæ per archiepm̃ Rauennatẽ, quõ iura sua ipsis in regno Hierosolymitano nõnulla subtracta essent, petentes ea sibi restitui mandari. Cõmisit ergo pontifex p̃fato archiepõ, vt legatus id exequeret. Hæc ideo collegi, vt appareat à tempore recõciliationis anno 1230. factæ, vsq; ad 1238. apertam inter pontificẽ & imperatorẽ controuersiam nõ fuisse. Anno dñi 1238. Henricus vltimus Alsatiæ Lantgrauius sine hæredibus obijt, cuius quidẽ titulus cũ feudis, beneficijs & ministerialibus ad epm̃ Argentineñ. deuoluit, atq; hodie manet. Nam in idipsum vnde prodijt, tandẽ redijt. Eodem anno cœperunt omnia inter pontificẽ & imperatorẽ tumultu agitari, propter res bellicas in Italia per imperatorem contra Longobardos paratas. Composita siquidẽ re Alemaniæ, Fridericus in Italiam reuersus est, proposito socias bello vrbes edomandi; & primi oĩm Patauini ab Ecelino blãditijs inducti, partes imperatoris sunt secuti, quibus ilico Ecelinus iugũ imposuit seruitutis. Pontifex vero de Friderici in Italiam reditu apparatuq; certior factus, sedis apost. protonotariũ ad eum misit, orans vt si pacẽ ecclesiæ, si suã ipsius beneuolentiã, quã proximis diebus in fauorẽ suũ aduersus Henricũ & vxoria dispensatione perceperat, tanti faceret, quanti Christianus princeps facere deberet, cõstituta cũ Lombardis à Friderico auo suo fœdera, quæ Henricus pater seruauit, etiã ipse cõseruaret. Misit deinde Gregorius tres cardinales, qui re infecta, Viterbiũ sunt reuersi. Pontificem namq;, vt Blondus scribit, magis q̃ Lombardos deprimere anhelabat. Prius aũt q̃ recederent à Lombardia cardinales, Fridericus in montem Clarũ duxit, Brixianorum oppidum expugnatũ direptumq; incendit. Et cũ Brixianos non posset trahere in suas partes, in Mediolaneñ. duxit. De hoc Anton. Audiẽs, inquit, Fridericus q̧ ciuitates Lombardiæ Mediolanũ, Bononia, & aliæ plures Romandiolæ, rebellassent ab eo, & ad deuotionẽ ecclesiæ redijssent, magnis copijs contra eas profectus est. Demũ Mediolañ. cum omni conatu & legati papæ & tota colligatio Lombardiæ, quæ ecclesiæ adhærebat, bellũ inierunt cũ imperatore in loco dicto, Curia noua, & post magnũ conflictum, Mediolañ. cum socijs victi sunt, multis interfectis & plurimis captis cũ Carrocio suo, vbi etiam captus est magistratus Mediolañ. filius ducis Venetorum, ac multi alij nobiles Lombardiæ. quibus oĩbus ductis in Apuliam, filium ducis Veneti fecit imperator suspendi super turrim, q̃ erat in littore maris, alios diuersis cruciatibus fecit trucidari. Ex hac victoria recuperauit dominiũ Lombardiæ. exinde cũ sex millibus armatorum Brixiam obsidens, quã postremo pactis in deditionẽ accepit, & similiter oẽs alias ciuitates Lombardiæ, exceptis Bononia & Parma. Auditã cladẽ Mediolani pontifex molestissime tulit, omissaq; deinceps spe bene gerendæ rei ob illatum socijs incommodũ, redire ad vrbẽ instituit. Sed Iohãnes Cincius tunc senator, sordido loco natus, pecunia à Friderico corruptus, vt Blondus & Platina scribũt, obstitit, custodiã portarum cõplicibus attribuens. forte de illa corruptione loquunt, de qua narrat abbas Vrspringeñ. q̧ imperator quodã tẽpore cõuocauerit ad se de ciuibus Ro. potentissimos & nobilissimos de familia eorum qui dicunt Fregepanes, ac nõnullos alios, habueritq; cũ illis tractatũ qualiter eos faceret vasallos imperij. Iussit itaq; eosdem sub certa æstimatiõe p̃cij cõputare, q̃tũ valerent bona immobilia eorum: quo facto, oẽs res illas dato eis p̃cio cõparauit ab eisdẽ, & easdẽ res illis in feudum concessit ratione fidelitatis, quã deberent sibi & imperio. nihilominus ecclesiæ studiosi, occupato Capitolio, Iohannẽ deijcientes, per legatos pontificẽ reducunt, qui Romã veniens, dispersit per vicos pecuniã, & annonã paulo post plebi distribuit, fueruntq; nõnulli seditiosi tum relegati. Licet aũt pontifex moleste ferret cladem Mediolaneñ. tamen in meliorem spem erectus, ducẽ Venetorum existimans ob illatã filij necem Fridericũ persecuturum, & quia Veneti & Genuenses discordabant, vehementer eos pontifex plane cõposuit, veritus ne propter simultates in bellũ laberent. Constituit pontifex accipientibus pacem annis nouẽ his cõditionibus duraturã: bella vterq; populus susciperet gereretq; com-

Cunradus Frid. 2. filius rex designatus.

Frider. Mediolaneñ. superat.

Io. Cincius contra Gregoriũ papã.

communia,nec pacē,amicitiā,bellūve alter sine altero cū Vataza Græco imperatore habere aut inire posset,& vtriusq; populi nauigia amborū simul deferrent insignia, vt pars q̄ huiuscemodi cōstitutæ paci cōtraria primū faceret,excōmunicaret,interdictū à sacrificijs incursura,cuius sentētia tū lata est. Secundū hāc pacē magna oīm lætitia cōstitutā,arma pontifex spūalia in Fridericū exercuit,excōmunicatione in illū ad diē cœnæ dn̄i promulgata,& oībus iurisiurādi religione solutis,qua imperij regnive rōne illi tenerent adstricti.& quidē ea pax laudabilis,vel ea rōne maxime fuit necessaria,vt hi p̄potentes Italiæ populi hinc Friderico,inde Græcorū imperatori Latinos opprimēti,possent resistere. Anno 1239.pōtifex imperatoris animositatē intelligēs, cū Venetis aduersus eundē inijt fœdera,p q̄ classis triremiū 15.est armata cōmuni impensa,quā adhiberi voluit pōtifex Friderico Siciliæ viribus expellēdo,q interea post Mediolan̄.cladē Cremonæ aliq̄diu fuit,vbi exercitū & reparatū & auctū maiorē solito coegerat.quia tū dn̄icæ resurrectionis solēnia imminebāt,ea apud Paduā tūc sibi primū oīno per Ecelinū subditam, celebrare cōstituit. Vnde factū est,vt tertio ipsius paschatis die adeunte Friderico ecclesiæ Paduanæ dn̄icam domū,accelerās tabellarius,cōstitutæ apud vrbē pacis & promulgatæ execrationis imperatorē fecerit certiorē. Is itaq; facie ad simulatā animi quietē cōposita,de sua iustitia,de'q; rei ipsius indignitate multa disseruit,Petrū'q; Vineñ.suarū magistrū epistolarū,magna facundia virū,sermonem habere iussit,suis laudibus suis'q; de Rom.ecclesia,de'q; Ro.pōtifice meritis redundantē. Duxit'q; deinde in palustrē Venetorū terrā,p̄dam'q; abegit,& in Venetos conuicia iactauit,& cū vltra ire nō posset,aqua impediente & sagittis,reuersus est Paduā,obsides ab eis recipiens. Deinde Veronā pergens,iterū Mantuā velle obsidere simulauit,eductis'q; copijs Parmā petit,atq; inde Lucā,& postremo Pisas, Ecelino interim Taruisinā marchiā occupante. Anno dein 1240. Gregorius Montelongus legatus apostolicus Bononiæ agens,&classis Veneta,& Mantuanus populus, Ferrariā inuaserūt,quā Salinguerra honesto loco natus Ferrarien̄.qui Ecelini sororē duxerat,pro imperatore gubernabat. Oppugnata est aliquādiu vrbs,fuisset'q; diutius defensa,nisi egressum ad colloquiū Salinguerram legatus intercepisset,qui à duce Venetorū,vrbe capta,Venetias est ductus,vbi in pace obijt. Ferraria vero à legato Azoni marchioni Estensi attribuit pro Ro.ecclesia gubernāda. Veneti postea cū pontificis copijs nonnulla damna Friderico fecerunt classe sua. Interea miserabiliter se scriptis per orbē missis lacerāt pontifex atq; imperator. Cōquerit per mundū Fridericus de pontifice,ꝙ pacē cū eo initam nō seruauerit,tum peregrinationis suæ tēpore Siciliam inuaserit,ꝙ Castellæ ciuitas cōtra pacis formā detenta sit. Item conquerebat,ꝙ dum in Italiā intraret pro recuperandis imperij iuribus cū multorū bellatorū millibꝰ, miserit pontifex Gregorius obuiam ep̄m Prænestinū,qui à deuotione sua tentauerit Mutinā auertere,& Placentiā deinde quantū potuit auerterit,& cōtra eum ne transire posset,exercitū Longobardorū cōgregauerit. Et quomodo ipse Gregoriꝰ sibi Friderico scripto apostolico mandauerit,vt de negocijs Longobardorū in se cōpromitteret,q̄ id suspendere perpetuo,vel ius imperij libere suffocare posset. Subiungit,ꝙ cū Longobardi post victoriā contra Mediolan̄.obtentam,de resistentia desperassent,ad summū pontificē confugerint,asserētes,nisi ipse eos cōtra Fridericū publica vi defenderet,ad ipsius & imperij dominiū cogerent redire. Et ꝙ Gregorius Lombardis contra eū & imperiū corporale p̄stiterit iuramentū,& ꝙ totius orbis decimas terræ sanctæ vtilitati reseruatas promiserit eisdē,si suo arbitrio negociū exequerent. Et ꝙ per nuncios Panormitanū archiep̄m & alios ad apost.sedē missos,Fridericus deuotionē omnimodā sup ecclesiastica libertate & reformādis ecclesiæ & imperij iuribus obtulerit,& ꝙ satisfactionē omnimodā pollicitus fuerit. Et nihilominus Gregorius,contradicente saniore parte fratrū suorū,cōtra decreta sanctorū patrū,ipsum excōmunicauerit iniuste. Et ꝙ nisi B.Petri vicariū,iudicē non habeat. Hæc & alia plurima scripsit Fridericus cardinalibus,regibus & principibus,q̄ de verbo ad verbū narrat Gregorius in epistola,quā scripsit ad regē Franciæ,& incipit: Adscendit de mari bestia. in qua ad hæc & alia cōuicia pōtifex r̄ndit,oīa esse falsa. De ciuitate Castellæ dicit,ꝙ ciues se Friderico sacramēto fidei ecclesia ignorāte prodiderint,vnde p hoc nullum ius acquisiuerit imperator. nō em̄ erat in potestate ciuiū Castellæ, spoliare ecclesiā & dare se alteri. Ad hoc Fridericus etiā p̄stiterit sæpius iuramentū de reddēdis possessionibus ecclesiæ Ro.ad eum peruenientibus. infert, Quō ergo ausus est petere,q̄d absq; periurio nō potest retinere? Quod aūt scribit Fridericus,à papa se impeditū in cōsecutiōe iuriū ecclesiæ,r̄ndit pōtifex,monuisse se p literas Fridericū,ne crucis negociū q̄d ad vtilitatē ecclesiæ,imperij,& totius populi Christiani fuerat ordinatū,impedire

Tertio Frid. excōicatur.

Ferraria Estensi marchioni data

Causa dissidij inter Grego.& Frid.

De ciuitate Castellæ.

valeret, vt in eũ compromitteret pro sedãda imperij & Lombardorum discordia, miseritq; Prænestinũ epm officio sibi legatiõis cõmisso, sicut hoc sibi incũberet ex officio, q si Placentinorum cõcordia, eo protestãte, saluo honore & iuribus imperatoris & imperij & quorumlibet aliorum, nõ placuerit, id legato nõ debeat imputari. Sed nihilominus postea miserit Ostieñ. epm & cardinalẽ pro pace, iuxta formã acceptã ab eisdẽ nũcijs inter Lõbardos & imperatorẽ reformãda, illis ampliora adimplere paratus, ipse aũt Fridericus reformationẽ pacis noluerit acceptare. Falsum q̃q;, q cõtra eũ & imperiũ põtifex corporale pstiterit iuramentũ, seu q totius orbis decimas terræ sanctæ vtilitati reseruatas, cõuertere in subsidiũ Lombardorum cõtra imperatorẽ promiserit. Quod aũt scribit imperator, misisse se Panormitanũ archiepm cũ multis oblationibus, rñdit pontifex, oblationes fuisse verbales, cũ ante & post, terrã Sardiniæ & Lunẽsis diœcesis ad Ro. pertinentẽ ecclesiã, nõ omiserit occupare, *in Lombardiã etiam Ferrariã & quasdã alias ecclesiæ terras cõtra iuramentũ temere veniẽs occupauerit. Et in eadem epistola idẽ Gregorius exprobrat multa bñficia Friderico ab ecclesia & à se papa collata, & q ipse ingratus, impiorum baculis nõ desinat vniuersam turbare terram, regna subuertere, libertatẽ ecclesiasticã extinguere, q eã in Sicilia in seruitutis extremæ opprobriũ deducẽs, ecclesias oẽs exossauerit, psonas ecclesiasticas spoliãs, baronibus, militibus & alijs hoĩbus regni Siciliæ, ad formã & cõditionẽ seruorum inaudita crudelitate reductis. Et quõ id tẽporibus Honorij deploratũ fuerit, quõ ipse paterne vt desisteret admonuerit, pluries nũcijs & literis ac longa patiẽtia expectauerit, si forsitan oculos suos ad cœlos leuare vellet. Quõ deniq; Saracenos in odiũ & malũ Christianæ fidei foueat, recuperationẽ terræ sanctæ & negociũ crucis impediat, cũ crucẽ publice pdicari in regno prohibeat, & cõferri ad hoc, suis interdicat. & post pauca noĩat Fridericũ pambulũ Antichristi. proponit, inquiẽs, suis literis, q p nos tanq̃ Chri vicarium, vinculo excommunicatiõis adstringi nõ potuit, hæresim affirmãs. Cæterum ferunt à plerisq; plurima in Fridericũ cõficta crimina, qbus pietatẽ & religionẽ læsisse dicit: q̃ qm̃ inania bonis videri solẽt, cõsulto pterimus. Quantũ em̃ & illud q̃d descripsimus, dissidiũ duorum principũ attulerit orbi Christiano detrimẽtũ, hodie etiã spectare licet.

Criminatur Fridericus.

Atq; interim Fridericus 2. Cæsar, cũ pro tantarum rerum auspicijs vires reparasset, aliq̃t mẽses Pisis agebat, e qua primũ vrbe discordijs & contentionibus oĩs Hetruria est infecta. singulas em̃ ciuitates, singula oppida pertentãs, q suas, qui Ro. põtificis partes essent secuturi, voluit intelligere, Et diuisæ sunt factiões etiã noĩbus. nã qui põtifici & ecclesiæ fauebãt, Guelfi dicti sunt: qui Cæsaris arma sequebant, Guibelini. nomẽ hoc apud Pistorieñses aiũt primo auditum. Sed vtriusq; sane appellatiõis antiquior origo, sub Cunrado 3. q circiter annũ dñi 1138. imperiũ inierat, in pugna quadã cœpit, quum Guelfi auxiliares copiæ symbolũ quasi hoc sibi haberẽt, Hie Guelph: qui vero sub Cũradi Cæsaris signis erãt, Hie Guaibelin, clamarent. Cunradus em̃ Sueuus in eo pago vetustæ nobilitatis Vuaiblingen ferebat nutritus. hinc Cæsariani Guibelini, pontificis socijs Guelforum nomen mansit, q olim Guelfus Italica auxilia cõtra Cæsarẽ Cunradum duxerat. Eius rei supra in gñatione 38. meminimus, bonorum scriptorum autoritate freti. Sed vt ad institutũ redeamus, serpsit hoc factionũ studiũ adeo late, vt nulla ciuitas, nullũ oppidũ, nullus populus ea labe perniciosissima mãserit intactus. Vrbs em̃ in vrbẽ, prouincia ĩ prouinciã, populi pars in alterã, nulla impellẽte alia q̃ harum partiũ causa, gessere ab inde vsq; ad nr̃a tpa bella. Nec mõ diuisa sunt insignia in p̃lijs deferenda, sed colores, terræ fructus, vestium habitus, ipse hoĩs incessus, digitorum concrepitus & oris hiatus, suarum habent partium significationem. Fridericus autem vbi suos vbiq; notos habuit, eorum qui aut diuersarum censerent partium, aut qui neutris consentire vellent, expugnata oppida locaq; populatus est, & diuersarum partium patria pulsos, qui in suam facti sunt potestatem, nonnullos euestigio interfici, quosdam oculis effossis in Apuliam relegari aut lacerari cruciatibus iussit. Pisani interea fauore imperatoris tumefacti, classem armauere in Genuenses, qui adiuti à Venetis, Pisanos maximis affecere incommodis. Fridericus non minus plenus spe & furore, Entium filium Sardiniæ regem, attributa copiarum parte, præmisit Fulginatibus, qui vnà cũ Viterbieñ. Friderico non magis suorum populorum, q̃ prouincialium rebellionem sunt polliciti. Secuti sunt nonnulli alij. Fridericus tunc Viterbij fuit, secuti in perfidia Ortani, Tusculanenses, Cornetani ac Monteflascones, eadem quoq; impietas etiam vrbem Romam peruaserat. Pontifex itaq; in eam omnium periculosissimam perductus difficultatem, cum non haberet aliud, à Deo solo protectionem inuenit. Cardinalibus em̃, clero, omniq; populo conuocatis, capita ipse apostolorum gestanda accepit, & cruce, cui portio viuificæ crucis inest, præmissa, à Lateranensi episcopio apo-

Guelfi põtifici, & Gibelini Cæsari adhærent.

Vuaiblingẽ

Entius Fride. filius.

apostolorum principis basilicā petijt: vbi ambone cōscenso, orationē habuit cōmiserationibus plenā, porrectoq́ꝫ brachio capita apostolorum ostendēs, flēs atq; suspirās, lachrymantibus multis, nihil moratus, decretū promulgauit sacrosctm̄, gloriæ salutisq́ꝫ æternę pmia illis pollicitus, q aduersus sceleſtissimū Dei & ecclesiæ sanctæ hostē Fridericum pugnaturi, crucis charactere insignirent. mirūq́ꝫ, pplm Ro. à q̄ toties dissenserat, in suam defensionē armare in ea hostis potētissimi ppinquitate, cuius largitiōe corruptos atq; etiam cōiuratos esse potētiores q̄sq; cōstabat, vt nulli dubiū esse debeat, sicut Blondus inqt, diuina ope datā tunc ecclesiæ pōtificiq́ꝫ salutē. Veniēti eñ Friderico tum, vt portas murosq́ꝫ prumperet, amplissimo exercitu, cruce iam signata cohors, cominus est congressa. ad cuius conspectū adeo territus, adeo in insaniā versus est, vt cruce signatos captos, ad se viuos pduci, in prima ipse pugnās acie, clamauerit, pductisq́ꝫ, caput partim illis in crucis modum q̄drifariam scindi iusserit, partim in frōte crucem ferro candēti reddiderit, clericis aūt ferro coronam cæsam in crucis formam vulnerari mandarit. Et cum ppl̄i Ro. vidisset constantiā p̄ter spem, tertia q̄ aduenerat die, oīa vrens, deuastās in itinere obuia, transiit in Campaniā. Vnde breui post Beneuentū duxit, quam cepit ac diripuit. in Picentes delatus, Asculum obsedit, ab Entio q̄q; filio direptiones incendiaq́ꝫ plurima vastitatesq́ꝫ sunt cōmissæ. miræ vero & rarę sunt calamitates, q̄s p id tēpus per legatos in regno Siciliæ exercuit Fridericus. multos archiep̄os ep̄osq́ꝫ partim dicit occidisse, aliq̄s incarcerasse, nōnullos relegasse, in qbus Catanēsis fuit ep̄s, à q̄ ab infantia fuit educatus. Eo tpe pōtifex decreuit, vt illa p̄cellens & dulcis Hermanni Cōtracti monachi antiphona, Salue regina, certis diuinæ rei horis adderet, cāpanasq́ꝫ ad Christi corporis & sanguinis confectionē pulsari, & laudes virginis speciali oratione in matutinalibus celebrari, ad hæc crucē fecit contra Fridericum vbiq; p̄dicari, dans plenarias indulgētias crucē assumentib⁹. At Fridericus iterum ad vrbē redijt via Latina hostili aīo, Cassinense q̄q; monasteriū legati ipsius spoliāt, aurea et argentea vasa frangūt, q̄ Fridericus cōflata redegit in nūmos, ac monachos inde eiecit. Soram ferro flāmaq́ꝫ vastauit, Templariorum bona vbiq; diripuit. Rauennā etiā repētino incursu in potestatē suam redegit. Sunt q his in bellis p̄cipua eum vsum esse dicāt Saracenorum opa, qbus multa loca etiam in Sicilia colenda cum magistratibus dederit. Inter hæc pontifex Gregorius apud Lateranum conciliū indixit, in q̄ de abrogando Friderico haberetur ratio, suadentibus Franciæ & Angliæ regibus, ad q̄s miserat cardinales auxilij gratia. cōuocauit itaq; oēs orbis Christiani p̄latos ad cōcilium p reformatione ecclesiæ, & ad p̄sidia q̄renda terræ sanctæ. Intelligens tum Fridericus conciliū esse indictū, terra mariq́ꝫ vias aduētantibus claudere curat. q̄obrem Entium regē filiū suū Pisas mittit. alto nanq; nauigātes mari cardinales nauigio Genuensium, 40. habētes galeas, properāt. Entius aūt & Pisani hoc pcipientes, progressi sunt cōtra eos inter portū Pisanū & Corsicæ insulā. Cardinales vero audientes Entiū ex aduerso veniētem, rogāt conductorē vt declinaret ab eo, nec p̄lium cum illo iniret. Sed ductor Guilielm⁹ parui sensus supbia ductus, ne videret Pisanos timere, bellū suscipit, vbi succumbūt naues Genuensiū, occisi sunt multi, multi capti. Et inter cæteros cardinales legati duo & cōplures alij p̄lati, ducti sunt in Apuliā ad imperatorē, q in diuersis carceribus eos collocauit, vbi plures mortui sunt. Vesontinus archiep̄s in mari submersus est, cū multis alijs, abbates Cluniaceñ. Cistercieñ. & Clareualleñ. archiep̄s Rothomageñ. capti, ad instantiā regis Frāciæ, de cuius regno erāt, liberati sunt. ppter hoc factū Pisani mox execrati denunciant. Igit anno 1241. Gregorius tātis malis afflictus, in ægritudinē incidit, ex q̄ decessit Romę, cum paulo ante solis eclipsis apparuisset tanta, q̄nta nunq̄ antea. morit aūt anno pōtificatus sui 14. Hic Gregorius decretales, Raimūdo q fuit de ordine p̄dicatorum, adiutore cōpilauit, q̄rum promulgatio facta est anno dñi 1228. Anno dñi 1241. Ganfredus ex Castellionia gēte de Mediolano, ep̄us Sabineñ. Cœlestinus 4. pōtifex est creatus. Blōdus scribit Cœlestinū misisse ad Fridericū legatos obsidionē Fauentiæ cōtinuantē, & multis illū de futura pace pollicitationib⁹ delinire conatū. Sed priusq̄ Fridericus rñdere potuerit, Cœlestinus ipse 18. pōtificatus die defunctus est. Dederat hic pōtifex magnā instaurandæ pacis spem, & apud imperatorem pfecisset, ni subito vita decessisset. erat ei frequēs in ore, difficilius in secundis rebus q̄ in aduersis esse moderatū. Vacat tum sedes mēsibus 19. causam tantæ vacationis varie tradūt. sunt q Friderici partim psecutiones, partim subdolas pacis pmissiones, partim factas cōminationes afferant. Blondus secutus Parmensem ordinis Minorum, qui vidisse se omnia scribit, Cardinales ait Melphitano carcere per Fridericum detentos, ne ipsis absentibus electio fieret, protestatos. Interim Fridericus Fauentiam fame oppressam cepit, inde in Bononiam ducēs, studio eam vniuersali priuauit, quod sunc

Frid. vrbem Romam aggreditur.

Secūdo Frider. Romā inuadit.

Conciliū de Friderici abrogatiōe interceptum.

Cœlestinus papa 4.

Paduanum studium.

tunc primũ Paduam est trãslatũ. Et cum Bononia potiri non posset, vastato agro, duxit in Mutineñ. atq; Reginos, agris vastatis, properat in Parmẽses. Ingressus Romandiolam, oẽs ciuitates tenentes partes ecclesiæ, & q̃ erant iuris ecclesiæ, cepit. Deficiẽte aũt pecunia post pignoratione iocaliũ & vasoꝝ argenti & auri, vt haberẽt milites stipendia, fecit monetã de corio, insignitã sua imagine & subscriptione, q̃ aureũ valeret, edictum ponẽs in exercitu, vt q cunq; p̃sentaret talẽ monetã thesaurario suo, acciperet p ea monetã aureã q̃ dicit Augustanus, sicut nũc ducatus, cuius sculptura erat ex vno latere facies impatoris, ex altero aquila, & in obsidione Fauentina de illa moneta puidebatur stipendiatis, pro q̃ postea receperunt aureã, sicut erat constitutũ. hæc Anton.

Priscus mos monetę ex corio.

Incidit in iitam Romani imperij cladem nobilis illa Pannonioꝝ Vngaroꝝ strages, quam sæuitia Tartaroꝝ Bela 4. rex Vngariæ est exptus. fuit barbaris dux Batho, cuius expeditiõis paulo superius obiter, & q̃d illi dicũt, ἐπὶ πολαιότερον meminimus, q late regnũ oẽ vastãs igni & ferro, Vaciã, postea Varadinũ, demũ Strigoniã diripuit. Atq; hac vsi crudelitate Tartari p trienniũ, quũ fame deficerẽt, rege amisso, terras* repetiuere q̃s illis in finib⁹ bello acceperãt. Anno dñi 1242. cũ iam sedes p 22. mẽses vacasset, Balduinus Imp. Cõstantinop. & cæteri Latini in Romania habitãtes, meliora q̃q; modo ditionis suæ amiserãt, adeo vt de retinenda Cõstantinopoli desperarẽt, quã sæpe apparuit in potestatem Græcoꝝ redituram, nisi Veneti obstetissent. nec erat apud eos obscuꝝ, auxilia à Christianis frustra expectari aut peti posse, cum Romani Pont. deesset opa & autoritas. dedit itaq; Balduino ingeniũ necessitas, q Raimundo comiti Tolosano sociatus, in Italiã est delatus, primumq; sicut debuerũt, principes ipsi adierunt Fridericũ. Impetrarũt vero imperator Cõstantinop. & Raimundus à Friderico, cardinales p̃latosq; Melphitano carcere liberari, fore polliciti, vt illis cardinalibus ad collegiũ adductis, ad optatissimam pontificis electionẽ veniretur. ergo Friderici nuncio Melphim misso, subito rumor vrbem puasit, liberatos cardinales Anagniam puenisse. Balduinus Romam petẽs, cum magno honore susceptus est, deinde Anagniam petijt. vbi redeuntibus ex carcere cardinalibus, Simbaldus gente Flisca comitum Lauaniæ Genuensis, in pontificẽ electus est, 4. Innocentius appellatus anno salutis nostrę secundũ veriorem computationẽ, 1242. sedit annis xi. mensibus 6. Placuisse fertur Friderici nuncijs apud Balduinum Imp. agentibus illius viri electio, Friderico amicissimi, certatimq; Parmam, quam in potestatem suam is redegerat, venientes, electũ nunciant, putantes placere tanti viri electionem. Is aũt ex composito fertur respondisse, bonum se amicum cardinalem, in acerrimũ hostem Ro. põtificẽ pmutasse. Hæc Blondus. Sequunt̃ fere oẽs, ita q; mirꝝ mihi videatur, quõ potuerint scribere cardinales e carcere fuisse liberatos, Anagniãq; eligendi pontificis causa venisse, q̃s tñ Fridericus tempore suæ depositionis tenuisse carceratos legitur, cum postea Innocẽtius scripserit efficiendæ concordiæ causam p̃stitisse, si p̃latos q̃s ceperat, venientes ad conciliũ & in carceribus impie detinebat, relaxasset, vt de hoc in c. ad Ap. de re iudi. lib. 6. Nisi velimus dicere, q; cardinales relaxauerit, sed alios p̃latos ac clericos in carcere retinebat, q̃ꝝ restitutionem Innocentius petebat, q̃d est contra Blondũ. Innocentius aũt pontificiũ habitum indutus, Romam veniẽs, prodeũte obuiam S.P.Q.Ro. oĩm applausu ingenti suscipit, q statim pactis q̃ de more in cõsecrãdis & coronãdis põtificib⁹ fieri cõsueuerũt, de pace cũ Friderico ineunda mentionẽ facit, Balduino ad rem cõficiendã autoritatem suam interponente. in longũ vero ptracta res, q̃tuor mensiũ tẽpus sumpsit, conuentumq; inter eos tandẽ, vt pontifex ciuitatem Castellanam petẽs, eo loci imperatorem opperiretur, secum de cõponẽdis rebus sermonem habiturus. Rescijt interea (vt refert Blondus) pontifex, Fridericum in eius caput cum Ro. ciuibus machinari, vt accedens ciuitatem Castellanam, in itinere caperetur. q̃re veritus ne si petitas denegasset conditiones, coniurati ad facinus in ipsa vrbe psilirent, petitæ pacis conditioni verbo est assensus. At Genuensiũ nauigio fretus, q̃d apud Centumcellas in portu cõsederat, in Franciã pfectus est, quem rex Franciæ Ludouicus summa veneratione excipi curauit, deduciq; Lugdunum fecit, vbi ab oĩbus benigne & comiter est susceptus. Vbi cum rem Christianam summo studio reparare conaretur, non tam Fridericum lenire, q̃ exteros etiam pplos, q totis viribus imminere iam Christianis videbant̃, p̃dicare pietatem, detestari vitia*. Quam ob causam missis ad Tartaros nũcijs, q; ex Pannonis in Italiam sperarẽt aditum, eos magna ex parte fratrum Minoꝝ & Prędicatoꝝ opa eo pduxit, vt non solum Christianis pacem dare, sed fouere q̃q; magnopere solerent. Deinde conciliũ Christianoꝝ principum vocauit Lugdunum anno dñi 1246. missis per orbem nuncijs, vt omnes epi, abbates, & alij prælati ad concilium venirent, ad q̃d concilium etiam deuotissimus rex Franciæ Ludouicus venit, offerẽs se & suũ regnum ad

Bela 4. Vngar. rex.

Innocenti⁹ 4. papa.

Att. p̃ter aliorũ opinionẽ q̃ñ Card. liberati.

ad defensionem sanctæ ecclesiæ & ipsius papæ:& quia conualuit breui de graui infir-
mitate,voto trāsmarinā crucē accepit,ideo ad eius suggestionē in ꝑdicto cōsilio crux Lugdun.
trāsmarina ꝑdicata est.Fecit aūt Innocentius papa in cōcilio citari imperatorē,vt ꝑ- concilium.
sonaliter se ꝑsentaret,& de obiectis criminibus rñderet,q cōparere noluit,sed misit su
os oratores & ꝓcuratores,videlicet epm Argentineñ.de Alemania, & fratrē Hugonē
magistrū māsionis S.Mariæ Teutonicoꝝ,& M.Petrū de Vineis, viꝝ literatū & elo-
quentissimū.Hi in cōsilio existentes excusarūt imperatorē,ꝙ infirmitate detentus ꝑ-
sonaliter non accessisset,supplicantes papæ,vt dignaret ei parcere,parato & offerenti
se ad restituendū bona & iura vsurpata ecclesiæ. Et ꝙ infra annū operaret cum Sulta-
no,vt restitueret terrā sanctā Christicolis. Sed papa cum cōcilio, attēto ꝙ pluries ec-
clesiā deceperat in suis ꝓmissis,cum etiā non appareret argumēta veræ pœnitētiæ & Friderico
satisfactiōis, non dimittendo ꝑlatos q̄s captiuos tenebat,non credidit ꝓcuratoribus, imperium
etsi mandatū ońderent ꝑ bullā aureā ꝑdictoꝝ obligatoriū.hæc Anto. Aliȷ,vt Blōdus abrogatur.
& Platina,scribūt datū fuisse tēpus,q̄ id fieri deberet.veꝝ cum Fridericus fallendi arte
callidus,dilationē petere videret,vt cum papa alios q̄q; interea opprimeret,Innocēti⁹
in ipso cōcilio solēniter ꝓtulit sententiā cōtra eum cōdemnationis & priuationis im-
perȷ ac regnoꝝ eius, prout causæ depositionis & forma sententiæ in c.ad ap. de sen.
& re iudi. lib.6. sunt descriptæ. Fridericus vbi intellexit depositionis sententiā in
se latā,scribit regi Franciæ epl̄am q̄ incipit,Etsi causæ nostræ,in q̄ cōtendit ꝓbare,sen-
tentiā de iure esse nullā,primo ex eo,qa etsi Ro. pōtifex plenariā habeat in spūalibus
potestatē,vt peccatores q̄slibet possit absoluere & ligare,nusq̄ tñ legi dicit,vt papa di-
uina vel hūana lege cōcedente,possit trāsferre ꝓ libito imperiū,aut de regibus & prin
cipibus in regnoꝝ priuatione tꝑaliter iudicare. Deinde dicit,papā ꝓcessisse contra se
non ꝑ accusationis ordinē,cum nec accusator apparuerit, nec inscriptio ꝑcesserit,nec Frid.epl̄a se
ꝑ denunciationē legitimo denunciatore cessante,nec inquisitionis modum, qm̄ cla- expurgat.
mosa insinuatio non ꝑcessit: negat etiam crimina inserta fuisse notoria,vt papa scri-
bit,testes cōtra se ꝓductos,asserit iniquos.Capuensem em̄ epm reprobat,cui⁹ fratrem
ex proditionis crimine cōdemnauerit ad suspendiū:reliquos testes Hispanos,de nego
cijs Italiæ minime instructos.Et dato ꝙ testes fuissent legitimi, tñ ipse nec ꝑsens fuit,
nec contumaciter absens:cum(vt audiat)in ꝑdicatiōe citatus fuerit, vt ꝑ se vel respon
sales idoneos compareret,contumaciā suam magister etiam Thadæus de Suessa,cum
mādato sufficienti cōparēs excusauerit.Subiungit,& dato ꝙ fuerit contumax,tñ non
est legitima contumaciæ pœna,ꝙ delatus aut accusatus,contumax iudicio nullo dis-
cusso ꝑ diffinitiuam sententiā debeat declarari depositus.causas vero in sententia ex-
pressas,dicit tales,à qbus oībus incorruptibilis veritas & publica monimēta eum de-
fendāt:censum vero neglectū fuisse ꝑ suos officiales,quem etiam crediderit probe so-
lutum.Nec fuerit requisitus à papa.Post discordiam vero censum eundē cōsignatum
ꝑlatorum & publicaꝝ ꝑsonarum sigillis,apud sacras ędes depositum.Refert etiā epm
ꝑdictū,magistrū q̄q; domus S.Mariæ Teutonicoꝝ.& magistrū Petrū de Vineis,vlti-
mo pro oīmoda pacis cōsummatione tractare missos, q̄s saltem ꝑ triduū ad multoꝝ
nobilium ac ꝑlatoꝝ instantiā ꝑstolari noluerit pontifex summus.In fine dicit,liquere
q̄ iuste duxerit papa eum de catholica fide suspectū,quam,teste summo iudice,in oīb⁹
& singulis articulis secundū vniuersalis ecclesiæ disciplinam credat firmiter,ac simpli
citer confiteat:hortatur postremo regem,vt sibi contra pontificē assistat,prout in ea-
dem epl̄a inuenitur.Innocentius aūt lata sententia,scripsit electoribus imperȷ,vt sine
mora procederēt ad electionem noui imperatoris.Et quia multi principes Alemaniæ
opposuerūt se Friderico & filio eius Cunrado propter execrationem,in q̄ iam diu Fri
dericus durauerat, elegerūt Henricū Lantgrauiū Turingiæ in regem Ro.q in die S.
Osualdi apud Francofurt Cunradū Friderici filium cum suo exercitu ignominiose fu Hen. Lātg.
gauit. Iste Henricus obsedit Reutlingen anno dñi 1247.q̄propter ciues votum fece Germ. rex.
runt B.virgini pro liberatione,qa adstricti erant Friderico iureiurando. ipse em̄ op-
pidum muris cinxerat,moxq; soluta est obsidio,ad q̄ ciues vt vouerāt,capellam B.Ma Reutlingen
riæ sacram,vt hodie cernitur,ædificauere.Idem Henricus Vlmam q̄q; obsedit, vbi sa
gitta in incertum missa vulneratus, dysenteria postea moritur. Mortuo Henrico, Guilielm⁹
Guilielmus comes Hollandiæ eligitur. hic Guilielmus apud Franckfurt exercitū ha- Holland⁹
bens,cōcessit Vdalrico comiti in Vuirtenberg aduocatiā monasterȷ Denckendorff, eligitur.
de q̄ habent literæ sigillatę apud eosdem principes.Iste Guilielmus paulo post à Friso
nibus,quibus mouit bellum,occisus est. Et quia vterq; illoꝝ benedictione caruit, non
numerant in Cæsarum catalogo. Innocentius vero anteq̄ deponeret Fridericum, Dencken-
ꝑmonuit cōsanguineos suos,vt Parma dimissa,Placentiam migrarēt.q̄d & fecerūt.ve dorff.

rum Fridericus vt intellexit se depositũ sentẽtia põtificis, mox domos cõsanguineoꝝ Pont. Parmæ & villas in rure funditus euertit. ac paulo post, duce Burgundiæ, vt creditum est, in põtificis oppressionẽ pollicente, suasus, Lugdunũ accedere ꝓposuit, mouitq; à Parma comitatũ non armatoꝝ magis q̃ togatoꝝ, q̃lem nullus duxerat imperator. Lõbardiæ aũt & Italiæ administrationẽ Entio filio regi Sardiniæ cõmisit, iniungẽs vt Parmã non exiret. Iam aũt Taurinũ venerat Fridericus, accepitq; q̇ Entius filius suasione Cremonensiũ in Brixianos duxerat, & q̇ p eius absentiã Parmẽses exules, ope Placentinoꝝ superatis ꝓlio cõciuibus suis apud Tarum fluuiũ, vrbẽ inuaserãt, occisis multis Friderici studiosis, in patriã sunt reducti. Fridericus his aduersis ꝑmot⁹, simul timẽs ne forte alij Italiæ ppl̃i exẽplo simili rebellarẽt, mox redijt. vocatoq; Ecelino ex marchia Taruisina, copijs ex Apulia Siciliaq; accersitis, cum 60. millibus armatoꝝ Parmã obsedit, in q̃ magna ciuitatũ cum legato apl̃ico auxilia conuenerãt. Statuit tum Fridericus vrbẽ delere, & aliã in loco castroꝝ cõdere. iamq; castra vallo fossaq; munita, in modũ ciuitatis ordinauit, Victoriamq; vocauit, & nũmos q̃s ibi ꝑcussit, Victorinos à Victore martyre, cuius noĩe ecclesia cathedralis ædificari deberet, noĩauit. Continuatũ est fere biennio bellũ atrox variumq;, q̃ partes Guelfę & Gibelinæ totius Italiæ se lacerabãt. fuit aũt vrbs Victoria vario gentiũ & reꝝ cõmercio frequẽtata, q̇ p singulos pene dies ex Aphrica, Mauritania, Asia, Aegypto noui hoĩes, noua veste, nouis moribus sunt visi, animalia etiam vidit vrbs Victoria, q̃ post theatrales Romæ ludos Italia non viderat, elephantes, dromedarios, pãtheres, leones, pardos, lynces, & vrsos albos, canes magnitudine horribiles, aues q̃q; rapaces, ac cicures. Fridericus q̃q; curauit p̃ter vsitatas aues adduci falcones, chiluones, astures, gryphes albos, & q̃d eam decuit maiestatẽ, immẽsæ magnitudinis barbaros, bubones ꝑspicuos, contraxitq; illo speciosissimas mulieres, fecitq; ibi hortos & viridaria, vineas, cõsitiones cũ villis. Continuans sic obsidionẽ Parmæ Fridericus, plures ex hostibus captos, maioribus balistis in vrbẽ ꝓiecit, crudelitate non solũ in viros, sed etiã in fœminas vsus, multos ante portas laniari truncariq; iussit. Tandẽ anno 2. obsidionis ꝓpe exacto, legatus apl̃icus Gregorius Mõtelongus dictus, & Philippus vicedñs Lombardoꝝ p̃sidio p̃fectus, oblata, quã diu expectauerãt, occasiõe sunt vsi. Sagittarij nãq; Germani & Saraceni in magnũ coacti numeꝝ, ad Parmæ portas fossasq; conglobati, id sunt adnixi, vt congredientes aut vulnerarẽt se mutuo, aut occiderẽt. Tum legatus p̃fectusq; structis in vrbe acieb⁹, maxima celeritate erumpũt, vt vrbem Victoriam ex improuiso aggrederent. p̃ securitate em̃ obsidentiũ & debilitate obsessoꝝ, milites ociose deambulabãt, Friderici exemplo, q tum ꝑ nemora lasciuiebat. fit incursus, clamor ortus atq; trepidatio. inermes se inculcantes, hostem aduentare furentẽ sanguinolẽtumq; conspicati, dum arma arripere ꝓperant, portam reliquere hostibus indefensam. Nec mora, p oẽs vias & vicos pugnari cœptum est truculentissime, & crudelissima occisiõe facta, hostes vrbe Victoria cum oĩbus opibus potiti sunt. nam & corona regia maximi precij, multaq; vasa intercepta sunt aurea. Hoc audito Fridericus fugiẽs, in agrũ Cremonensiũ se contulit, neq; est ausus intrare vrbem, cui⁹ ciues magno numero apud Victoriam occisi fuere. ditatus tanta p̃da ecclesiasticoꝝ exercitus, Victoriam vrbem gloriose deuictam, solo æquauit. Reparauit breui exercitum Fridericus, & in Placentinos duxit. domito oppido & monasterio S. Columbæ destructo, relinquẽs filium Entium in Lombardia, transiit in Hetruriam. Forliuienses em̃, Ariminenses & Vrbinates cum tota marchia sibi fauebãt. Perusini, Assisii, Tudertini, pontificẽ sequebant̃. p̃ter Florentinos tota Hetruria Friderico parebat, q accedẽs Florentiam, non est intromissus, sed postulãti concessum est, vt Guelphis eiectis, reꝝ Gibelini in Florentia potirent̃. abierũt in exilium Guelphi, pars manus incidit Friderici, e q̃bus aliq capti & in Apuliam relegati, aliqui necati aut excæcati sunt. Entius interim vicarius g̃nalis patris in Lombardia, p̃rexit cum copijs Bononiam, vbi erat legatus cum gẽtibus ecclesiæ. Bononieñ. contra eum manu armata exierũt, & viriliter decertantes, Entium ac suos debellarũt, multis occisis ac pluribus captis, inter q̃s ceperũt Entium, quem miserũt in caueam ferream, vbi post aliq̃t annos vitam finiuit. Hæc fere fuerunt initia interituris Friderici rebus, posteaq̃ eius oĩs virtus inter muliebres delicias luxu elanguit, velut Annibalis vim fregit Cãpanum ocium. Nam post Victoriæ vrbis excidium cum experiretur Fridericus multa frustra, in Apuliam cõtendit, vbi breui siue morbo, siue veneno extinctus est. parum em̃ cõstat in tanta scriptoꝝ diuersitate, q̃d vero ꝓpinquius. Necatum pleriq; nothi Manfredi, quem Tarentinum principem instituerat, insidijs asserũt. Mortuus vero est anno dñi 1250. quum p̃fuisset imperio annos vltra 30. aliq̃t. nam varie computari solent. Spem dedit bonam ecclesiæ à qua educatus est, nec fefellisset fortasse, si p intestina

Victoriã vrbem Fride. condidit.

Victorię vrbis excidiũ.

Enti⁹ capt⁹

Friderici 2. interitus.

ſtina incõmoda licuiſſet. Germaniæ regno ꝑfectus Innocẽtij 3. autoritate, coronatus impator ab Honorio 3. à q̃ rurſus deſecratus, deinde receptus in gratiã, neq; cum Gregorio 9. integrũ ſtatum ſeruauit, demũ ab Innocẽtio 4. imperij iure priuatus. Quo in loco finierit vitam, non ſane cõſtat. q mores fuerint hoïs, e geſtis coniecturã capere licet. Vxores habuit, primã Aragonũ regis filiã Mariã, e q̃ Henricũ, cuius ſupra meminimus, ſuſcepit. ex illa q̃q; genitũ aiunt Cunradũ regẽ Germaniæ, q̃uis velint multi ex Iole Hieroſolymitani regis filia natũ, q̃ Iordanũ filiũ peperit, tertiã Mechtildẽ Anglicam, nec ſine ſobole. Cæterꝝ qd teſtamenti ſtatuerit, quõ remp. vel rem domeſticam cõponi voluerit, non ſane liquet. oppida Reutlingẽ & Eſſelingen muris cinxit. Ante hoc anno dñi 1247. Innocentius legatos p Franciã & alias puincias miſit, qui pplis ſuaderẽt militiã Chriſti ſuſcipere, Ludouicumq; regem Franciæ ſeq, in Aſiam trãſire pperantẽ. impedire tñ hãc expeditionem nonnihil viſi ſunt Tartari, q agmine bipartito Europam tum & Aſiam inuaſerãt, prout ſupra dictum eſt. Eodem q̃q; tempore Groſſonij, aliàs Coraſmini, gens Arabica, eorꝝ deuota ſuperſtitione, Sultano Babylonis impellẽte, Templarios aggreſſi, eos fundũt, ac Hieroſolymã facile capiũt mœnibus carentẽ. Chriſtianos q tũc in ea erant, trucidãt; ſepulchrum Chriſti ad ea intactum tẽpora reſeruatum, maxima ignominia fœdatum eſt. hanc ob rem motus Innocentius, Ludouicũ regem accelerare iter in Aſiam hortatur. Præerat tum Franciæ regno diuus Ludouicus, Auguſti Philippi nepos, q ex voto & Innocentij Pont. monitis Syriæ bellum cogitãs, circiter annum dñi 1248. claſſem parat, in Aegyptum pſpera nauigatione defert. vbi cum in Damiatæ vrbis conſpectũ claſſis aduenisſet, Aegyptij p ripas diſpoſiti, noſtros à cõtinenti facile repellebãt. ſed deſilientes e nauibus Franci, hoſtem Damiatam repetere coegerũt. Poſitis non lõge ab vrbe caſtris, primores Damiatani igne p muri circuitũ impoſito, noctu aufugere. At noſtri accepta illorꝝ fuga, loco potiũt atq; ignẽ reſtinguũt. Damiata ſecũdo à Chrĩanis capta circiter annũ dñi 1249. à Saracenica lue purgata eſt p legatũ q in expeditione aderat. Mãſitq; ibi rex Ludouicus cum toto exercitu p æſtatẽ. non eñ audebat vltra pcedere ppter fluuium Nilum, q illo tpe inundari conſueuerat. Quo anno & Alfonſus Pictauieñ. comes, frater Ludouici, cum alijs qbuſdam in Aegyptũ auxilia Francorꝝ duxit. Tranſcurſa æſtate rex de cõſilio, ꝑparato tam nauali q̃ terreſtri exercitu, 20. die Noueb. cõtra hoſtes crucis Damiata egreſſus eſt, atq; non lõge à villa Maſſera cõtra Agarenorꝝ caſtrũ ſe locauit, de belloq; ibidẽ tractauit. fiebãt interim leuia ꝑlia q̃ſi q̃tidie inter noſtros & hoſtes. Quibus diebus Sultanus morit, ſed ante reuocauit filiũ ab oriẽte, vt om̃i mora poſthabita rediret in Aegyptũ. moriẽs aũt, curam totius exercitus cõmiſit Faradino fideli ac ſtrenuo viro. Rex igit cum oĩno cõfligere cum hoſte deliberaſſet, nõ patebat acceſſus ppter brachiũ fluminis inuadabile. Cumq; multis modis tranſitũ tẽtaſſet exercitus, p quendã captiuũ noſtris capitaneis notificatũ eſt, ꝙ non lõge erat fluuius vadabilis certo in loco. Igit in die carniſpriuij ſequentes conductorẽ, inſtructi flumẽ trãſire cœperunt, & ſine dãno totus exercitus tranſiit. vbi noſtri nunc cum hoſte manus conferre poterant, verſus caſtra eorum erumpunt, oïa igne & ferro conſumẽtes, nec ætati nec ſexui pepercerũt. Progredientes vltra, cum Saracenis occurrentibus conflictum ineunt, qbus in fugam verſis, multi ſunt occiſi, & inter illos eorum capitaneus. Et cum de hoſtibus iam plenam ſe victoriam habere crederent, acies noſtrorum ſe inconſulte diuidentes, vniuerſam illam regionem luſtrare cœperũt. q̃d Saraceni ppendentes, reſumptis viribus, irruunt in noſtros tanta inſtantia, vt pene in fugam verterent. Reſiſtebant tñ vt poterant, cum vndiq; ab hoſte ꝑmerentur, & fieret ſtrages horribilis, maxime nobilium & baronum, inter q̃s Artheſii comes regis frater ibidem (vt creditur) occiſus eſt, durauit vſq; ad horam 9. conflictus. Circa veſperam noſtri vt poterant coeuntes, ac receptui ſignum dantes, ſe ad quendam locum renitentibus hoſtibus reducentes, caſtra locauerũt. Inuenerũt itaq; ſe maxima recepiſſe dãna, nihilominus cum ſe ad reſiſtendũ hoſtibꝰ pararẽt, ſubito hoſtes fidei ex victoria animoſiores effecti, tanto impetu noſtrorꝝ caſtra aggreſſi ſunt, vt pene expugnarent. tandẽ tñ noſtri eruptione facta, eos repulerũt multis interfectis. Cum aũt noſtrorꝝ ita extenuatus eſſet exercitus, & baliſtarꝝ ſubſidium defeciſſet, erat q̃rundam conſilium, ꝙ anteq̃ Sultani filius rediret, qui cum infinita multitudine aduentare ferebatur, Damiatam noſtrorꝝ reliquiæ remearẽt. ſed Gallicana militia indignum ducẽs dare hoſtibus terga, vltra pcedendũ cenſebat. cumq; ſup hoc diſceptaretur, ſubito cum illa multitudine Sultani filius adeſt, qui audiẽs noſtros ſuperiore bello attenuatos, cõſilio ſuorꝝ noſtros aggredi ſtatuit. noſtrorꝝ in dies deterior fiebat cõditio, peſtis multos abſumpſit, accedebat ad miſeriarꝝ cumulum tanta fames, ꝙ hoïes inferiores manus non poſſent ſuſtentare. his incom-

Vxores Friderici.

Reutlingen Eſſelingen.

Diuus Lud. Franc. rex Damiatã recipit.

Ludouici in Aegypto ſucceſſus.

incōmodis coacti sunt Damiatam repetere. Quinta aūt die Aprilis cum essent in itinere redeundi, Sultanus immensis copijs nostros aggreditur, q infirmitate, fame, lassitudine extenuati, minime valentes resistere, oēs pmittente Deo in manus hostiū inciderūt, vt vix pauci euaderēt q non occiderent, aut vinculis alligarent. Sed & pius ille & illustris rex Francorꝫ Ludouicus, cum duobus fratribus Carolo & Alfonso captus, in manus hostiū deuenit.

Ludo. rex capitur.

Postera die cum rex in carcere teneret, & ab infidelibus satis humane tractaret, Sultanus illū de treugis requiri fecit, petēs vt statim Damiatam redderet: qꝫ si non fieret, tam eum q̄ suos oēs q̄s tenebat captiuos, gladio interficeret. ad vltimū inter eos pactis cōclusum est, vt rex Damiatā Sultano restitueret cum oībus rebus ibi inuentis, insup & octo millia Byzantiorꝫ Saracenicorꝫ ꝑ dānis & impēsis, q̄s Sultanus fecerat: ipse vero Sultanus ꝑ parte sua, deberet regē cum oībus Christianis q̄s ceperāt Saraceni à tpe q̄ exercitus Christianorꝫ intrauerat Aegyptū, relaxare. Insup et oēs alios captiuos à tpe q̄ imperator Fridericus cum illis fecerat treugam. Ad seruandum igitur ea hincinde pstitis iuramētis, quū Sultanus cum suis iam ad recipiendam vrbē Damiatā veniret, idem Sultanus cōiurantibus contra eum suis, in via occisus est, atq; cum eo multitudo magna suorꝫ q illū defendere parabāt. Interfecto Sultano, hi q ea in cōiuratione principales fuerūt, armati ad regis tentoriū venerūt, petētes vt iuxta pacta q̄ cum Sultano firmauerat, sine mora Damiatā redderet. Rex igitur cum de Damiata retinenda oīno desperaret, habito suorꝫ cōsilio pacta firmauit. itaq; statuta die ciuitatē receperūt, q̄ recepta, statim regē fratresq; eius ac oēs barones regni Franciæ & Cypri ac Ierusalē liberauerūt, captiui aūt postea non oēs pfidia Saracenorꝫ relaxati sunt. Rex aūt Francorꝫ post initas & firmatas treugas cum Saracenis, dum speraret Christianos in ciuitatibus q̄s adhuc tenebāt, securos fore, de reditu in occidentē ordinare cœpit. sed maior pars militiæ Tēpli & Hospitalis & barones asserebāt, post recessum eius Saracenos pacta non seruaturos, cum in eius psentia piuri, iuxta pacta captiuos nondū liberassent. asserebāt q̄q; Sultanū Alapiæ cōtra Aegyptū bella meditari. Quibus auditis, rex cōtra suorꝫ consiliū deliberauit retardare reditū, sed germanos Carolū & Alfonsum remisit in Franciā ad custodiā regni anno dñi 1250. Remāsit rex in Syria, nec qdem ociose, nam munitiōes & castra multa in Syria restaurauit atq; firmauit, ibi etiā plurima pietatis opa exercuit. demū audita morte matris suæ, de cōsilio suorꝫ in Franciā redire disposuit: & dum esset in mari, tertia nocte nauis regē deferēs, adeo est collisa, qꝫ à nautis & alijs submergenda crederet. surgētes ergo sacerdotes & alij, inuenerūt regē corā corpore Christi orantē: factaq; est fama, regis merito naufragos seruatos esse.

Damiata Admurato restituta.

Interea q̄dam iuuenū Germanorꝫ & Gallorꝫ manus, qꝫ audisset Franciæ regē Ludouicū captū, terrā sanctā petere statuit. hi se Pastorellos vocabant. Sed dum ꝑ Parisios, Aurelianos & Bituriges cæde, furto, stupris sæuiūt, à Biturigibus pempti sunt.

Pastorelli.

Reuersus aūt Ludouicus rex de Syria, cum magno gaudio est receptus, & ex tūc feruētius pficiens de virtute in virtutē, ad oīmodam vitæ pfectionē puenit. & cum ab infantia secum creuerit miseratio, extūc euidētius sup afflictos pauperes pia gestās viscera, necessitatibus eorꝫ succurrit. Tunc em̄ cœpit fundare hospitales domos pauperꝫ, religiosorꝫ ædificare monasteria, & in diuersis regni partibus indigentibus pecuniā erogare, multos conuentus Prædicatorꝫ & Minorum fundauit ex toto.

Anno dñi 1250. Cunradus legitimus Friderici filius, ex Iole Ioh. Hierosolymitani regis filia (vt volūt nōnulli) procreatus, audita morte patris, subito cōtractis copijs ex imperio, erat em̄ rex Ro. viuente patre designatus, cum magno apparatu tendit in Siciliam & Apuliam. Manfredus aūt bastardus Friderici interim se fecerat vicariū gnālem regni fratris loco, & oēs ciuitates eius possidebat, exceptis Neapoli & Capua rebellantibus. ecclesiæ em̄ adhæsisse feruntur. Cunradus autem per mare vt tutius iret, per marchiam Taruisinam adiutus à Venetis, trāsiuit in regnum. At Manfredus q̄uis contristaretur de aduentu fratris, inhitabat em̄ ad regnum, tamē animi dolorem dissimulabat, & fratrem cum magno gaudio suscipiebat. Cūradus mox Neapolitanos læsæ maiestatis crimine postulatos, ad satisfactionem deditionemq; faciendā interpellauit. Et cum nihil pficeret, furēs ciuitatem obsedit, quam 8. mense ad deditionem compulit, muro pene in circuitu euerso immunitam reddēs, meliores q̄q; vrbis ædes q̄sq; euertit. inde in Capuam conuersus, q̄ Neapolitanis consenserat, eam q̄q; muro diruto diripi fecit, pariter & Aquinum nobile oppidum vi captum, spoliatumq; incendit, & tandem secundo q̄ aduenerat anno, omi potitus est Trinacria & Siciliæ regno. Et vt scribit Anto. non solum laicos, sed & religiosos exterminans non sibi fauentes in malo, ecclesias destruens, epatus & alias dignitates ad libitum concedens.

Cunrad⁹ 4. Imp. 99.

Anno dñi 1251. Innocentius papa post depositionem Friderici, Guilielmo Lantgrauio Turingię

ringiæ in regẽ Germanorũ,vt principibus mandauerat,electo,Hugonẽ tituli S.Sabinæ cardinalẽ presbyterũ,ad principes regni Germanici legatũ cum literis misit,mandans vt abiurato Cunrado Friderici filio,Guilielmũ regẽ legitime electũ sequerent. Vnde permotus ira Cunradus,papæ fautores cũ Guilielmo electo rege,crudeli vastatione persequit.quare in Sicilia & Apulia rebus(vt potuit)cõpositis,papa Innocẽtio in Gallijs adhuc existente,cũ exercitu in Germaniã reuertit,atq; in Bauariam diuertens,ad Henricũ ducẽ,cuius sororẽ duxerat vxorẽ,eius auxilium postulaturus,accessit:qui pariter contractis tumultuarie copijs,oĩa pene q̃ episcopij Ratisponeñ.dominio suberant,igne ferroq́; deuastãt.Deinde ciuitatẽ ipsam ingressi,Henricus dux monasteriũ S.Emerami,Cunradus aũt ecclesiã cathedralẽ in diuersoriũ cõmutauit.sicq́; ambæ turpiter violanť ecclesiæ,solaq́; innocẽtia pro crimine reputata vexabať.Conueniunť deinde monachi monasterij S.Emerami sup bonis cuiusdã Iudæi baptizati,q̃ nec habebãt nec receperãt,atq; ad restitutionẽ impossibilẽ vrgebanť.verũ cũ dare postulata minime possent,dux Henricus extortis monasterij clauibus,oẽm domus & ecclesiæ supellectilẽ rapuit ac deportari fecit.Igiť quarto Kaleñ.Ianuarij intẽpestæ noctis silentio,nobilis quidã de Hohenfels,episcopi Ratisponeñ.ministerialis,tanti contra Deũ & loca sancta facti iniurij vicẽ dolens,ac veluti alter Phinees blasphemiã in Deũ,in sanctos &Deo deditos hoĩes,vlcisci cupiens,Cunradũ regẽ impiũ,immo ecclesiæ hostẽ atq; tyrannũ,occulte statuit interficere.Quod fidelis quidã, Fridericus noĩe de Euuesheim,regi nimiũ familiaris & fidelis,dum intellexerat,pcurrens,vt rex mox se absconderet,suasit:ipse aũt ad lectũ vbi rex dormire cõsueuerat,* ponẽs,à nobili pdicto cum alijs ferme sex regis familiaribus occisus,turpissima morte extinctus est,atq; rex mortis periculũ euadens,crastina luce populo vniuerso viuus ac cum gaudio deuotissime veneratus à ciuibus,ne ipsis tanti criminis insidiosa proditio impingereť,humiliter regẽ exorarũt.Verũ tanti in se cõmissi sceleris vindictã vlturus,monasteriũ S.Emerami rursus cũ duce Henrico ingrediť,ac plura inibi ædificia subuertens,funditus demoliť.Vnde monachi obligatis bibliothecæ pciosissimis libris,tyrãnidẽ redimere coacti,altare q̃ddã portatile aureũ,pondo marcarũ septẽ & sexaginta,q̃d à tpe Henrici 4.extructũ,vsq; ad ea tpa durauerat,distrahere cõpulsi sunt.Quod cũ Guilielmus rex rescisset,cõtractis vndiq; copijs,valida manu Ratisponã contendit, atq; in Cunradũ mouere proposuit.Verũ Cunradus auditis talismodi rumoribus,fuga saluti cõsulens,in Apuliã est reuersus.Henricus vero Bauariæ dux,qm̃ cooperator malorũ extiterat,non ita diu post,iustæ mortis pœnas luit. Anno dñi 1252.Cunradus dimissa Germania,vnde iampridẽ per Guilielmũ regẽ fuerat expulsus,in Apuliã se denuo recepit,vbi post latã in se excõmunicationis sententiã,cũ plurima,tũ in Ro. põtificẽ Innocẽtiũ,tũ S.Petri addictũ patrimoniũ bella cædesq́; exercuisset,superatis Neapoli & Capua,tũ corporis valetudine aliquãtulũ laborare cœpit.Nã Manfredus ambitione ductus regnãdi, adauxit infirmitatẽ,medicis magna & multa promittẽs, vt in clystere venenũ ponerẽt,ex qua re ille de medio sublatus est,execratus & impœnitens.Hæc Anton.q̃d nõ vero simile videť,cũ testamentũ fecerit,in q̃ hæredem instituit Cunradinũ.Quis igiť crederet tũ in extremis positũ,suæ salutis immemorẽ fuisse?ad hæc sepultus in Fungia ciuitate Apuliæ,vt catholicus princeps,extitit in ecclesia.Nã Blondus scribit,ꝙ Cunradus testamẽto Cunradinũ instituit regnorũ hæredẽ, datis illi ex Germania tutoribus,qbus regni Siciliæ in primo administratio demãdata esset,cui Platina & alij q̃q; assentire videnť.Quod aũt ferť Cunradus in testamento Cunradinũ nepotẽ suũ,filiũ scilicet fratris Henrici ex Cõstãtia,regis Castellæ sorore natũ,hæredẽ instituerit,error est,salua pace.fuit eñ Cunradinus Cunradi filius ex filia ducis Bauariæ genitus,de quo extat epistola Cunradini,& incipit,Ex abundantia cordis,in qua sic scribit:Cũ aũt magnificus rex Cunradus diuæ memoriæ charissimꝰ pater noster,testamento solenniter cõdito nos tenellũ tẽpore mortis suæ in manibus sanctæ matris ecclesiæ ac tutela reliquisset &c.Et in alia epistola Alexandri quarti,q̃ incipit,Ad certitudinẽ,in qua prohibet,ne pstet subsidiũ Cunradino Cunradi filio. vnde liquido claret,Cunradũ sine testamento nequaq̃ decessisse. Innocentius vero ea Cunradi morte audita,nono tandẽ anno q̃ in Gallias venit,in Italiã redire statuit.delatus Genuensiũ classe in Italiã,Romã ideo non accessit,quia requisitos nuncijs & literis Romanos,vt attributã senatoribus q̃s tunc annuos creabãt binos,potestatem quasi regiã,aut abrogarent, aut se psente moderatiorẽ curarent facere,sed euincere nequiuerat.recta cõcessit via Perusiã.& quia Manfredũ principẽ Tarentinũ audiuit ad regni Siciliæ tyrannidẽ adspirare,copias apud Perusiã contraxit,& deinde parato exercitu,regnũ Apuliæ intrauit,ad primãq́; sibi & Ro.ecclesiæ deditã,Neapolim

Guilielmus Imp.

Guilielmus Cunradum fugat.

Cunradi mors & testamentum.

Manfredus Salernitanꝰ princeps.

urbem, muro instaurato, eo itinere substitit, quē oēs ferme principes, in quis etiā Mãfredus fuit, & populorꝫ oratores salutatũ reueritũq; Neapolim adierunt. Sed Anton. refert, ꝙ Manfredus callidus & pfidus, attendens ꝙ Cunradus frater, suũ filiũ sub custodia matris hæredē regni reliquerat moriēs, curā aũt tuēdi regni cōsanguineis uxoris, q̃s e Germania adduxerat, legauerat, q̃usq; adolesceret Cũradinꝰ, horꝫ in manibꝰ potestatē summā in regno posuerat: intelligēs hæc oīa contra se Manfredus prouisa, confestim cōuertit ingenium suũ ad dolos. Nam quia Rom̃. pontifex Innocētius 4. persecutione Friderici & postea Cunradi exagitatus, excōmunicauerat eos ac etiam Manfredũ eorꝫ sequacē, ei reconciliatus est post mortē Cunradi ipse Manfredus, partesq; apostolicæ sedis pferens, adeo gratā operā impendit, ut in principatu Salernitano à patre collato confirmaret, & alijs titulis dignitatũ augeret. Vnde pontifex Manfredi fauore subleuatus, fines regni intrauit, & in breui deiectis Cunradini tutoribus, cuncta in suā potestatem accepit. Cæterꝫ non multo post Manfredus obortis aduersus pontificē discordijs, manifeste ab eo dissentiēs, Nuceriæ copias parare ac bellũ contra ecclesiā mouere cōstituit: neq; pontifex ipse segnius militē cōtra habere & conatũ omnē adhibere satagebat. sed inter hunc belli apparatũ in Neapoli morit̃, & in ecclesia S. Laurentij sepelit̃, dũ breui se toto regno potiturꝫ arbitrat̃. Ipsius Innocentij decretũ fuit, ut octaua natiuitatis Mariæ in ecclesia Dei q̃tannis celebraret̃. idē cardinaliũ sedes impridē vacuas repleuit, statuitq; ut cardinales equo vecti, galero rubeo uterentur honestādi ordinis causa. Apparatus q̃q; decretaliũ ipse cōposuit, scripsit Apologeticũ de potestate imperatoris & papæ cōtra Petrũ de Vineis, multa q̃q; pro liberatione terræ sanctæ statuit, ut post Agnus dei diceret̃ psalmus, Deus venerũt gentes. Sed Innocentio vita functo, Manfredus ad ingeniũ rediens, vires factionũ suarꝫ reparauit, adiutus p̃cipua Guibelinorꝫ, qui reliqui erāt, opera. Et sunt qui scribunt petisse eũ veneno Cunradinũ filiũ Cunradi, nepotē suũ, q̃ perempto, dominatũ Siculũ occuparet, sed frustratũ esse primo conatu. Interea cũ (ut aliquorꝫ est sententia) vacasset aliquãto tempore sedes, anno dñi 1254. Alexander 4. natione Campanus seu Hernicus, patria Anagninus, in locum Innocentij suffectus est. sedit annos 7. Hic Alexander Manfredũ statim admonet, ne quidq̃ contra dignitatē ecclesiæ moliat̃. sed ille monita cōtemnens, iampridē aīos regios gerens, mortuo (ut ipse fingebat) Cunradino, cuius se hæredē merito dicebat, mox eũ Alexander excōmunicauit, hostēq; iudicatũ bello adortus est. Manfredus accersitis multis Saracenis, ipsius pontificis copias fusas partim occidit, & partim cepit, & spolia obtinuit. & cũ ex hoc multas pecunias cōgregasset, multos ex Aphrica Saracenos cōducens, ac etiam Florētiæ & aliarꝫ Lōbardarꝫ urbiũ extorres ad se euocans, maximũ cōflauit exercitũ. Quo fretus, iterato Alexandrũ papā obsistentē cũ ignominia repulit. Hoc ego arbitror factũ contra papæ legatũ. nā ut alij scribũt, Alexander diffisus regni negocijs, Anagniā se cũ omni curia recepit, Octauianũq; Vbaldina gente ortũ, ecclesiæ Ro. cardinalē, Neapolim mittit, qui Neapolitanos cōtra Manfredũ in fide cōfirmaret, pollicitus se breui Cāpanis oībus ac Neapolitanis auxiliũ allaturꝫ. sed Manfredus non contentus Neapolitanos vexare, in Hetruria quoq; factiones mouet, maxime vero Florentiæ, quæ mortuo Friderico, statim in libertatem se vindicauit. Missus aũt aduersus Manfredũ Octauianus legatus p̃ualidis copijs, usqueadeo bello inferior fuit, ut magnam de se apud multos suspicionē relinqueret, ne studio partiũ, q̃ ex gñe inficiebat̃, erat em̃ Vbaldinæ gentis q̃ imperio fauebat, Manfredo faueret. deniq; sub hoc siue sponte sua cedente, siue per vim pulso, plerasq; regni partes occupauit Manfredus. Potens de hoc factus, regio amictus paludamento, regē se appellari ac coronari curauit. legatũ em̃ apostolicũ magnis cladibus attritũ, in Neapoli clausit, & Gibelinos in Hetruria erigere curauit. Nam Florentinos pauco post tēpore tanta clade superauit, ut relinquere urbē hosti sint coacti. Nō minus interea Ecelinus Manfredi partiũ, in Transpadanis exercet tyrannidē: & cũ Alexander ecclesiæ studiosis opem ferre statueret, Venetos habens ad id cupientissimos, creatus est Philippus Fontanen̄. Ferrariensi familia Rauennas archiep̃us & sedis apost. legatus. hic Venetias venit, & crucē aduersus Ecelinũ p̃dicans, signatis vitæ æternæ p̃mia repromisit. p̃mebat tum Ecelinus Mantuā, habens in exercitu p̃ter Germanos milites & multarꝫ urbium auxilia, xij. millia Paduanos, quos non solũ militum, sed obsidum loco duxerat. Soluit postea obsidionē Ecelinus, ac Veronā venit, ibiq; Paduā perditā cũ intellexisset, Paduanos oēs xij. millia diuersis cruciatibus interfecit. Anno dñi 1256. rex Guilielmus cōuentũ principũ ad octauũ Kalen̄. Iulij Coloniæ fieri mãdat, in q̃ in Italiā pro nanciscēda imperij corona proficisci proponit, utq; principes ad quadragesimæ instantis dies Augustæ occurrāt, indicit.

Innocentij decreta.

Alexander 4. papa.

Verũ

Verũ dũ hæc Coloniæ apud comitia tractant̃, Frisones gẽs admodũ leuis & inquieta, Cunradi (q̃d credit̃) factione in *diaboli malũ & regni Teutonici diuisionẽ eruptione facta, Hollandiã igne ferroq́; deuastãt. Quod rex Guilielmus audiens, veritus ne maiora propter sui absentiã attentarent, coadunato suorũ valido exercitu, vicesimaoctaua die mensis Decẽbris in Frisones mouit. Et cũ Frisonũ terra sit admodũ paludinosa, ob idq́; nõ satis tutus accessus commeantibus, rex ipse dum exercitũ p̃cedere, & locũ vbi ad hostes cõmode intrare posset, cogitauit, caballus cui insederat cespitãs, in paludẽ glacie coopertã p̃ceps prolabit̃, ita vt nec regredi fuerit possibile. Dum autem hincinde cũ equo paludi immersus volutaret̃, Frisones qui ad explorandũ hostiũ aduentũ, in arundineto proxime latitabãt, quempiã ex militibus fore existimãtes, occurrunt, atq; regẽ luto hærentẽ, nec vltra nec citra progredi valentẽ, interficiũt, anno ætatis suæ septimo & vicesimo, regni aũt septimo, comitatus Hollandiæ xxi. Verũ exercitus regis aduentũ expectans, dũ post vnũ alterũq́; diẽ minime cõparuisset, inter se diuisus, subito disparuit: qm̃ quid de rege factũ sit, ignorauit. Tertia deinde luce regem à Frisonibus interfectũ rumor increbuit, vnde sui, animis nõ parũ cõsternatis, dũ ad locũ interfectionis peruenissent, hũc in cuiusdã abiecti hoĩs domuncula sepultum inueniunt, cuius quidẽ cadauer exhumãtes, ad Milttenburg transferunt, & in q̃dã monasterio honorifice tumulatũ collocãt. Post cuius quidẽ mortẽ Florentius filius eius adhuc infans, Hollandiæ comes hæreditario iure declaratus est, qui paternũ comitatum annis ferme quadraginta, nõ sine Frisonũ sanguine, satis strenue administrauit. Nã plurima cũ Frisonibus bella gerens, paternã vltus cædẽ, plurimos occidit, reliq̃s in fugã vertit, igne villas, agros & oppida deuastãdo. Præterea anno dñi 1257. principes in Alemania, monẽte Ro. pont. post obitũ Guilielmi regis Germanorũ, in duo se diuidẽtes, alij Alphonsum Castellæ regẽ, alij Richardũ Cornubiæ comitẽ, regis Angliæ fratrẽ, ad imperiũ elegerũt. Siquidẽ ferunt̃ archiep̃us Coloñ. & Treuereñ. Palatinus q̃q; Rheni, & dux Saxoniæ muneribus corrupti, Richardũ elegisse, qui venit Basileã vsq; auxilio p̃dictorũ. Ex aduerso vero reliqui electores elegerũt Alphonsum regẽ Castellæ, etiã non sine munere, & factum est schisma, q̃d durauit vsq; ad annũ dñi 1273. quo quidẽ anno ad mãdatũ Gregorij decimi, principes curiæ obmissis his duobus, tertiũ elegerũt, Rudolphũ comitem de Habspurg, vt in sequẽtibus dicet̃. Ecelinus aũt & Obertus magnis copijs Gibelinorũ partes eleuabant, Obertus Cremam recepit. Legatus aũt apostolicus copias Brixianas secũ ducens, ad Gambarã se recepit, quo in loco ab Ecelino & Oberto ex improuiso inuasus prostratusq́; ita vt paucissimi fuga saluari potuerint, captus est legatus cũ ep̃o Brixiano & oĩbus p̃cipuis Guelpharũ partiũ ciuibus, q̃s Ecelinus ad portã Brixiensem ducens, mox vrbe potitus est, ac oĩbus veniam dedit. Obertus cũ parte p̃dæ & captiuis Mantuanis Cremonam se cõtulit anno 1259.

Guilielmi Hollandi regis cædes.

Diffident electores.

Interregnũ.

Isto fere tẽpore, aut paulo ante, Othocarus rex Bohemiæ Austriam occupat. Cũ eñ Fridericus dux Austriæ bello à rege Hungariæ cæsus, decessisset sine virili hærede anno dñi 1246. eo tunc intromisit se ducatui Vladislaus marchio Morauiæ, eo q̄ vxorem haberet de domo Austriæ. Sed hoc breui defuncto, immiscuit se Hermãnus marchio Badeñ. qui habuit vxorẽ de eadẽ domo Agnetem filiã Henrici ducis quondã, ex qua suscepit filiam & filiũ noĩe Fridericum. Sed is impeditus fuit. supererat aũt soror Friderici vltimi ducis, relicta Henrici ducis Sueuiæ filij Friderici 2. Et quia Othocarus filius regis Bohemiæ, tunc à quibusdã Australibus vocatus fuit ad ducatũ, vt eũ facilius retinere posset iam vsurpatũ, duxit in matrimoniũ Margaritã relictã p̃dicti Hẽrici quondã regis Ro. & auxilio patris sui ac quorundam nobilium de Austria, terrã sibi totã subiugauit, factusq́; est dux anno 1254. Verum Othocarus Margaritam vituperabiliter repudiauit, & aliam superinduxit, neptẽ Belæ regis Hungariæ. Anno dñi 1253. Otho dux Bauariæ, quadã nocte iucundior solito mero ingurgitatus, miserabiliter suffocatus est, duos filios Ludouicũ & Henricũ derelinquens. Eodem tempore Ludouicus Bauariæ dux, vxorem suã filiam ducis Brabantiæ, malitiose infamatam, nõ tamen conuictã, truculenter cũ nonnullis criminis (vt putabat) conscijs interfecit in Vuerda. In hac quoq; g̃natione contra pluralitatẽ beneficiorũ facta est solennis disputatio Parisijs anno dñi 1238. in qua determinatum pene ab oĩbus fuit, q̄ nemo sine periculo peccati mortalis tenere potest duo beneficia, quorũ alterũ sufficit ad sustentationẽ suã. Dicunt quidã, sanctũ doctorem dixisse, q̄ medietas ministrorũ Dei, est quasi resecata per hoc genus auaritiæ. Anno 1254. Alexander papa damnauit duos libellos, vnum cõtra paupertatem, à quodã Guilielmo de S. Amore, magnæ scientiæ & opinionis viro, ab alijsq́; nonnullis doctoribus editum. Cum igit̃ ab Alexandro peteretur reprobatio status fratrum mendicantium, tanquam nõ valentium salua-

Othocarus Bohem⁹ Austriam occupat.

Otho Bauarus suffocat̃.

Disputatio de pluritate beneficiorũ.

saluari in eodem statu, vocati sunt plati & magistri ordinum mendicantium. Et responderunt, pcipue B. Thomas & Magnus Albertus, qui ad nihilũ redigebāt friuolas aduersariorũ rationes. Alexander igit papa comperta veritate, exaltauit dictos ordines, & magistrũ Guilielmũ deposuit ab omni dignitate. Tum Magnus Albertus philosophus & theologus insignis habebat in pcio Parisijs legendo. Et B. Thomas qui fuit discipulus eius, cœpit haberi celebris. Combussit etiā idem Alexander libellũ pestiferum, asserentem q euangeliũ Christi & doctrina noui testamenti, neminem ad perfectum adduxit, & euacuandum esse euangelium anno 1260. extunc deberet incipere euangelium æternum, & lex spiritus. Quæ doctrina ex libris abbatis Ioachim, vt inuidi canes latrant, vel potius Almarici cuiusdam, de quo supra generatione 40. circa finem, sumpta dicebatur, vbi & de euacuatione sacramentorum eodem tempore scribebatur, quæ omnia etiam experientia temporis exufflauit. In hac generatione Speculum historiale à Vincentio Gallo scribitur. Item Alexander de Villa Dei, ordinis S. Benedicti, doctrinale conscripsit. Item Martinus Martinianā chronicā compilauit. Item Alexander de Hales irrefragabilis doctor viguit. Item Bernardus Compostellanus sacerdos eruditissimus, Innocentij pontificis capellanus, tum in precio fuit. In hac generatione sub prouinciali magistro Henrico de Vuyden, Cunradus Lantgrauius de Turingen ordinem Teutonicorum ingressus est, vir per omnia catholicus, ferturq; in sua benedictione spiritus sanctus in igne super caput eius apparuisse, ex quo tantam consecutus est gratiam, q peccata hominum mortalia occulta cognouit. Anno postea 1254. Othocarus rex Bohemiæ, Otho marchio Brandenburgensis, dux Austriæ, marchio Morauiæ, cũ multis principibus, nonnullas regiones Prussiæ ita debilitarunt, q promiserũt obedientiā ordini, & Christianos se futuros, tradentes obsides. Othocari consilio & auxilio post hoc, castrum Kungsperg extitit ædificatũ, & pro gloria regis, Mons regalis appellatum.

Albertus Magnus de Loingen. *B. Thomas.* *Kungsperg castrum.*

GENERATIO XLIII.

ANno dñi 1260. Alexandro 4. psidente anno eius sexto, Alphonso atq; Richardo regibus in discordia electis, de imperio cõtendentibus, incepit quadragesima tertia generatio. Quo tēpore Florentini in potestatē Manfredi venerũt, vt dictum est. Ad res aũt imperij dimissas ocyus reuertētes, historiam prosequemur. Igit Cunradini oratores mittebant ad Alexandrũ, & cũ iam cõuentio quædam inita esset aduersus Manfredũ, Lucenses exulesq; Florentini miserũt oratores ad Cunradinum Simonē Donatũ & Bonacursium Adunarē equites. qui cũ venissent ad Alemaniā, videntes adhuc eũ in puerili ætate, & nondũ ad talia aptũ, reuersi sunt ingenti spe, sed rebus vacui. Cum hæc agitabant, Manfredus Ecelinũ ad persequendā victoriam est hortatus. Fuerũt tum Mediolani qui Ecelinũ inuitabāt. Hi nāq; missis ecclesiæ nũcijs, & primorũ filijs in obsides datis, Mediolanum Ecelino, si propere duceret, prodere spoponderũt. Et iam Ecelinus Vrceos obsidione premebat. Relicta itaq; obsidione, cũ quinq; millibus equitũ ad pontem Cassianũ peruenit. cũq; nullũ ibi reperisset qui se vocaret Mediolanũ, in *Medœciæ suburbia est delatus. Tum Martinus Turrianus apud *Soncinũ exercitũ habebat Mediolanensiũ, Azoni Estensi & Cremonensibus cõiunctũ: qui certior factus de transitu Ecelini, & de proditiōe Valuasorũ, cũ oībus copijs ad pontē Cassianũ puenit, copiasq; Mediolanũ duxit. Estēsis vero Pelamanus & Bonifaciēses duces, Ecelini vestigia secuti, ad pontē Cassiani substiterũt. Ecelinus aũt oēm Insubriā vastās, Triciũ duxit, cuius oppidi suburbia vi capta diripuit ac incēdit. & cũ arcis custodes iaculis resisterēt, vicũ accessit, mercatũ populo frequētissimũ, nulli molestus q annonā equitatui pberet. sed cũ videret se interclusum, aperiendũ iter vi cogitauit. Et ad pontē Cassianũ pergēs, plio cõgressus est. Vbi dũ pugnātes vrgeret, sagitta in incertũ missa in crus infimũ: saucius hõ octogenarius, lassari cœpit, & tñ timore vires addēte, omissa põtis pugna, paulo superius amnē vado traiecit: cõmissoq; leui plio captus est, Soncinũq; pductus interijt. Hic finis tyrãno fuit, qui 34. annis Tridentũ, Feltrũ, Ciuitadũ, Taruisiũ, Paduā, Vincentiā, Veronā, & demũ Brixiā oppssas tenuit: frater q; Ecelini Albericus, cũ vxore ac liberis in manus hostiũ traditus, crudelissime excarnificatus est, apostolico legato, qui hũc à Taruisio pulsum persecutus fuerat, mandāte. Igit Alexāder pont. sublatis tyrãnis, atq; tāto extincto p Italiā bello, ad res Asiaticas animũ adiecit. Nā dũ hæc agunt in Italia, Ptolemaida Tyrusq; vrbes admodũ ditatæ erāt. Siquidē Genuen. Veneti q̃q; ac Pisani, p annos 64. Ptolemaidē & Tyrũ vrbes ditissimas possederāt, ibiq; oēs orietis & occidētis cõtraxerāt mercaturas. Enimuero hi tres populi cõi decreto inter se, in Ptolemaida areas, vicos, ptoria & cætera q̃q;, tēplis exceptis, diuiserũt, ne iurgia orirent inter eos. Verũ anno 1260. ex mo

Valuasores primores p-tiũ Fride.2. *Ecelini interitus.*

dica

dicare paulo ante seminata, maxima inter ipsos orta est cōtentio, & hoc propter monasteriū S. Sabæ, q̄d vtraq; pars sibi vēdicare quærebat. sed Genuēses quidē bñuolētia vrbis p̄fecti, exclusis Venetis, monasteriū capiētes, & in arcē muniētes sibi retinuerūt: q̄ res duos populos p̄potētes & bñuolos alienauit. Erat tūc Philippus Gallus in vrbe p̄fectus, q nec eos cōponere curauit, sed Venetos Ptolemaida abire p̄cepit. Veneti aūt Tyrū se cōferentes, Pisanos ad se tractos, spreto fœdere, cōtra Genueñ. iritarūt. Et cū Manfredo Siciliæ rege aduersus Genueñ. fœdus inierunt, quibus p̄sidijs freti Veneti, cōtra Genueñ. arma sumpserūt, & maximā eo℞ classem in Ptolemaidæ portu incenderūt, vnà cū monasterio & euerterūt. Qua calamitate Genueñ. iritati magis q̄ perterriti, cōparata denuo classe, apud Tyrū Venetis occurrunt. vbi auctis vtrinq; copijs, Veneti iunctis sibi Pisanis, eo loci Genuenses ingenti clade superarūt. & captis eorū quinq; & viginti nauibus atq; submersis, Tyrū & Ptolemaidā redeuntes, oīa Genuensium ædificia diruunt, indeq; Genuensiū ciuibus eiectis, eo℞ bona diripiunt: quā sane cladē Alexander conatus fuerat p̄uenire, legatis vtriusq; populi ad se vocatis, & fere iā cōpositis. Interea dū pontifex cōponēdæ pacis capitula tractaret, accepit repentinam illā Genuensiū cladē: quā ferť adeo moleste tulisse, vt nō prius admittere legatos Veneto℞ voluerit, q̄ captiuos Genuensiū incolumes dimitterēt. Et ne vni tantum incōmodo pontifici mederi necesse esset, statim Genueñ. cū Palæologo Græco fœdere inito, Cōstantinopolim & Cretā & alia Græciæ loca Venetis abstulere. Erāt ea tēpestate apud Cōstantinopolim res pessimo loco, adeo vt Balduinū imperatorē cæterosq; Latini noīs in Romania agentes, retinēdi ea q̄ erant reliqua, desperatio inuasisset. Moriť tum Bataza Theodorus Græco℞ imperator, duobus relictis filijs, quibus Michaelē Palæologū affinē testamēto tutorem dedit, qui multa in Latinos aggressus est. Primo Guilielmo Francigenæ Achaiam & proximas Græciæ vrbes obtinēti, p̄lio congressus, eum superauit, captiuūq; Adrianopolim perduxit. inde cū exercitu in mare Ponticū venit. Balduinus vero imperator copias quas habuit, nauibus imposuit, & ad defensionē ipsius oræ Ponticæ misit. Interim qui erāt Cōstantinopoli, vetusta origine Græci, odientes Latinos, vt eo℞ mos semper fuit, eos inde eijcere cōstituerūt: & cōiuratione inita cū Palæologo, vt ciuitatē recipere curaret, nocte cōcubia vrbis porta à coniuratis refracta, Palæologū admiserunt. Balduinus imperator hoc videns, & Pantaleon Iustinianus patriarcha, rapta supellectili, nauigio celeriter cū suis oībus ad Europam profugi venerunt. Potitus vrbe Palæologus, ad imperium adspirās, impietatis suæ fundamenta iacere studuit, quia pueros Theodori fidei suæ commissos interfecit, imperiumq; interfectis pueris assumpsit. & ita finis fuit Latino℞ imperij, Cōstantinopoli per annos 48. vel secundum alios, duodesexaginta continuati. Genuenses quoq; & Pisani armata classe Venetias vsq; properant, Veneto℞ naues atq; littora deprædantes, vrbem arctissima obsidione cingunt. Quamobrē Reinerius Zenus Veneto℞ dux, cū quantis potuit copijs exijt, & pugna facta captus, Genuam perductus, in carcerē coniectus est. Genuenses statim in Cretā ducunt, ac insulā Venetis abstulere, Græci Eubœam auferūt. Anno 1260. rex Hungariæ regem Bohemiæ aggrediť, habēs in exercitu 40. millia equitū, cui rex Bohemiæ cū centū millibus equitū occurrisse ferť, inter q̄s diciť habuisse sex millia ferro coopertos equos. Pugna facta, tandē Hungari rege ipso℞ vulnerato, terga vertunt, vbi in q̄dā fluuio quē transire habuerunt, circa xiiij. millia dicunť submersa. Potitus victoria rex Bohemiæ, Hungariā intrare parauit. Sed rex Hungariæ p legatos pacē quæsiuit, terras q̄ discordiæ causa fuere, restituit: per aliasq; cōditiones ac p interuentū matrimonij, vt mox diceť, satisfecit. Anno 1261. Othocarus rex Bohemiæ repudiauit, quā nuper duxerat, Margaritā filiā quondā Lupoldi ducis Austriæ, q̄ prius fuerat vxor Henrici ducis Sueuiæ regis Ro. filij Friderici 2. superinduxit aūt neptē Belæ regis Hungariæ, & male. Eodē anno Alexander 4. Viterbij obijt, maiore parte aduersa fortuna pontificatus sui tēpore vsus, qui omne regnū Siciliæ simul & Florentiā in Manfredi hostis ecclesiæ potestatē venisse, Cōstantinopolim à catholicis amissam, bellū inter Genueñ. Pisanos & Venetos inchoatū, eodē q̄ obijt anno vidit. Post cuius obitū Vrbanus 4. Trecensi vrbe Gallica oriundus, patriarcha Hierosolymitanus, pōtifex est creatus, sedit annis trib⁹. Hic etsi infimæ cōditionis fuerit, nobilis tñ sapiētia & virtutibus, inuenit aūt ecclesiam multū dirutā ac deiectā. Designarat iā legatū, qui pacē inter Venetos & Genueñ. cōponeret. Tū subito Manfredus cōparatis nouis Saraceno℞ copijs, Picenū iam antea nutantē occupat agrū. Pontifex itaq; eundē legatū in Galliā mittit, vbi crucē contra Mānfredū & Saracenos p̄dicari iussit, quiq; Gallos crucesignatos maturare pollicitationibus impelleret. Mox hi duce Guidone Antisiodorēsi ep̄o, in Italiā descendētes, Vi-

Veneto℞ & Genueñ. dissidium.

Michael Palæolog⁹ Cōstantinopolim occupat

Hungarorū & Bohemorū cōgressus

Vrbanus 4. papa.

terbiũ vsq; peruenere. Vnde nõ ita multo post accepta benedictiõe Pont. digressi, per Vmbros & Marsos iter faciẽtes, Saracenos superãt, & ad Lirim vsq; propellũt. Eodẽ q̃q; tẽpore Romani etsi ditionẽ ecclesiæ nõ vexarẽt, nõ tñ pontificis imperio obtẽperabant, in vrbe suo nutu creantes magistratus. Tum primum ab exteris Brancaleonẽ Bononiensem, magni animi cõsilijq; virũ, senatorẽ creauerũt. verũ postea mutata sñia, breui hoĩem cõpræhẽsum in carcerẽ conijciũt. Hac aũt iniuria Bononienses moti, Romanos q̃sdã captos, nõ alia cõditione dimissuros se affirmãt, nisi restitutũ in libertatẽ ciuẽ suũ Brancaleonẽ intellexissent. Tũ Romani suis cauẽtes, nõ solũ illũ dimittũt, verũ etiã in pristinũ statũ restituunt, alios etiã ex omni vrbis regione delectos magistratus, q̃s Banderesios appellabãt, penes q̃s vitæ & necis hoĩm esset arbitriũ, instituebãt. Hanc aũt insolentiã ideo tolerabat põtifex, q̃ se vexari à Mãfredo cerneret.

Brancaleon magistratus Rom.

His malis p̃ssus Vrbanus, cõgregatis cardinalibus atq; p̃latis, qui tũ in curia erãt, exponit calamitatẽ ecclesiæ & p̃secutiõe Manfredi, q cũ omni progenie sua, nõ attentis bñficijs collatis, semp conati sunt sibi ecclesiã subiugare, & statũ eius ad nihilũ deducere. Atq; remedium excogitasse se ait, si placeret, scilicet vt Carolum Andegauiæ & Prouinciæ comitẽ, fratrẽ Ludouici regis Francorũ, euocaret ex Gallia, eiq; cõferret regnũ Siciliæ, q̃d vi armorũ à Manfredo auferret. huic cõsilio oẽs fauẽt. Vrbanus igit destinauit Simonẽ cardinalẽ in Franciã, ad offerendũ collationẽ regni sibi factã p papam & cardinales. Carolus aũt receptis literis apostolicis, cõsuluit sup hoc Ludouicũ Francorũ regẽ aliosq; fratres suos, qui oẽs consuluerunt, vt ad honorẽ Dei & sacrosanctæ ecclesiæ obsequiũ, vocationẽ de se factã acceptaret. Ad prosecutionẽ aũt huius rei rex Ludouicus promisit opem ac consilium. ita proceres regni similiter fecerunt.

Carolus Andegauiæ comes, fr̃ Ludouici regis Francorũ.

In Asia interim Ptolemaidã incolẽtes, Hospitalis Rhodi magister, cæteriq; nois Latini proceres, ita Venetis fauebant, vt iuris ipsorũ ea vrbs potius, q̃ oĩm Latinorũ esse videret: ecõtra Tyrũ incolẽtes, Genuensibus fauorẽ pro viribus superq; p̃stabant, vt hæ vrbes tanto captæ Christianorũ sanguine, detestãdo sese affligerẽt bello, q̃ à Saraceno tũ quiescebãt. At Manfredus omni pene Hetruria potitus est, oẽsq; Hetrusci Guelphorũ notati partiũ, pulsi, Bononiam ad Florentinos exules cõfluxere. Marchiã quoq; Anconitanã, dubia fide vacillantem, Manfredus suis partibus cõsentire coegit. mox etiam moliri cœpit, si posset Vrbanum pontificem cæteris ecclesiæ prouincijs pellere. Saracenos eñi ex Aphrica cõductos, alijs coniunxit Saracenis Nuceriã incolentibus. hi Campaniam populati sunt, Nouellusq; ex agro Senensi mouens, terras ecclesiæ inuasit. Anno dñi 1263. apparuit cometes cũ magna cauda, surgens ab oriente magna luce, vsq; ad medium cœli versus occidentem suos radios emittens, per tres menses durauit, quo tẽpore Vrbanus mortuus est Perusij, & in cathedrali ecclesia anno dñi 1264. sepelit. Hic Vrbanus instituit solennitatẽ de corpore Christi, cuius officium B. Thomas cõposuit. pontifex indulgentias certas pro festo dedit, quas indulgentias Martinus quintus duplicauit, addiditq; indulgentias ieiunantibus vigiliã festi huius & cõmunicantibus in festo, cuilibet centũ dies indulgentiarũ, & totidem concessit sequentibus sacramentũ ipso die, & qñ ad infirmos defert. Sustulit etiam eo die interdictionẽ Eugenius papa 4. indulgentias à Martino quinto cõcessas duplicãdo.

Cometa

Festũ corporis Christi.

Anno 1264. Clemens 4. Guido ante vocatus, Gallicus e villa S. Aegidij ortus, Vrbano est surrogatus. sedit annis tribus, mensibus noue. Hic vxorẽ habuit antea & liberos, aduocatus famosus, & regis Franciæ consiliarius, defuncta vxore, factus est ep̃us Podieñ. & post Narboneñ. archiep̃us, tandẽ Sabineñ. ep̃us cardinalis, qui litẽ inter Hẽricũ regẽ Angliæ & Simonẽ Montisferrati comitẽ iussus cõponere eligit. Hunc electũ, Manfredi insidias timentẽ, nauigio primũ, deinde religiosi mendicantis habitu indutũ, per terrã Perusiũ incognitũ venisse asserũt. ad quẽ profecti cardinales, Viterbiũ honorifice deducũt. At Clemẽs papa lectus, incredibili amore & fauore in Carolũ versus, accelerare aduentũ ac illi copias amicosq; p Italiã parare cõtendit, nec minori odio q̃ Vrbanus, in Manfredũ flagrabat. Carolus igit properat validis p̃missis copijs, q̃ p alpes & citeriorẽ Galliã penetrauerãt. Ipse tñ xxx. nauibus lõgis Massilia soluens, p varias insidias ad Tiberina ostia peruenit. Referũt Carolũ benigne à Ro. acceptũ, põtificis decreto senatorẽ vrbis fuisse creatũ, quẽ magistratũ annũ ferme administrauit. Dein cardinales à pontifice missi, Carolũ in Lateraneñ. ecclesia Hierusalem ac Siciliæ regẽ coronabant. Illũ aũt cõstat Carolũ dictorũ regnorũ corona ornatũ hac cõditione, vt sacramento adactus, q̃tannis feudi noĩe 40. millia nummũ aureorũ Ro. ecclesiæ persolueret, neve imperiũ etiã vltro oblatũ à Germanis reciperet. Caroli copiæ, superatis alpib⁹, in cisalpinã iã descẽderãt, factoq; p Flaminiã itinere, oẽs factiõis Guelfæ milites sequũt. Erãt inter Hetruscos primi Florẽtini, vt refert Anton. exules, qui cũ venis-

Clemens 4. papa.

Obijt hoc tẽpore Vldric⁹ comes de Vuirtẽberg, dictus cum pollice.

venissent in p̃sentiam regis, Guido cognomẽto Guerra, ornata oratione Florẽtinos regi cõmendabat, auxilium contra Manfredum & Friderici genus om̃e offerebat, & vt funditus deleretur, optabat. q̃ oratio regi placuit plurimũ. Carolus cum copijs q̃ ex Gallijs iam venerãt, Roma mouẽs, Ceperanũ cepit, pulso inde Mãfredi p̃sidio, & saltũ Cassinatẽ occupat, quẽ Mãfredus ipse custodiendũ acceperat, q̃nq̃ deinde muta to cõsilio Beneuentũ p̃fectus, expectare hostẽ in planis patẽtibusq; locis instituerat, q̃ plurimũ eqtatu valeret. Germanũ deinde oppidũ expugnare aggressus Carolus, magna vi cepit. Mãfredus cõtractis vndiq; copijs, statuit hosti occurrere in Samnitibus. Quod postq̃ intellexit Carolus, dimicãdi cupidus illo applicuit. nec vlla inde mora, simul atq; in cõspectũ venit, in aciẽ primus eduxit, nec detrectauit pugnã Mãfredus. Cõcursum est acriter, pugnaq; diu anceps fuit, Germanis p̃ Mãfredo, Gallis p̃ Carolo enixe dimicãtibus. nec milites solũ, sed & reges ipsi cominus pugnãdo, eo die plurima discrimina subiere. Post longũ certamẽ Caroli fortuna & militũ virtus sup̃auit, profligatisq; Germanis, Mãfredus pugnãs occidit. Blõdus & Platina ferũt, dum Carolus laborantibus suis intentius succurrit, ex eq̃ cõsternatus, ita hostiũ animos auxit, vt Manfredus extra ordinẽ incautius pugnãs, interfectus sit: & p̃ter magnã cædẽ, multi nobiles ignobilesq; in manus Caroli deuenerũt. Inter q̃s Iordanus dux & Petrus Vbertus eques Florẽtinus, q̃ ambo in Prouinciã à Carolo missi, in carcere vitã finiere. de reliquis Carolus victoria potitus. sed apud Germanos inueni, Manfredũ à suis desertũ, occubuisse. Tãta Carolus victoria potitus, Beneuentũ mouit, vrbemq; dedentib[9] vltro ciuibus ingredit. deinde marescalcũ suũ cum 500. eqtibus in Hetruriam mittit, q̃ Guelfos extorres in ciuitates suas reduceret. Is itaq; p̃fectus, abeuntib[9] sponte Gibelinis, magistratũ sine prouocatiõe Florẽtiæ cõstituit, quẽ accolæ factiõis Guelphæ capitaneũ vocãt. Inde vero in*Senã mouẽs, oẽs Gibelinos Hetruriæ, maxime vero Pisanos, in se cõcitauit, dum ad Bonitiũ castra habet, q̃d Gibelini acriter defendebãt. Carolus itaq; vtroq; regno in potestatẽ recepto, excepta Nuceria, Saracenis etiam pacẽ cõcessit, p̃missis suis legibus in Italia viuere, ipse vero cum exercitu, vocãte põtifice, Viterbiũ se cõtulit. Rescrijt tum Clemẽs põtifex, Cunradinũ adolescentulũ Cunrado genitũ, copias in Germania parare. mox imperij curã assumpsit, & Carolũ Francum regẽ, in Hetruria vicariũ imperij cõstituit. cõtendebãt eñ de imperio Alphonsus Hispanus & Richardus Anglicus. Insup̃ idem Clemẽs scripsit vniuersis Christi fidelibus, ne Cunradino vt regi scriberẽt Siciliæ, nec illi cõtra Carolũ Siciliæ regẽ consilium, auxiliũ aut fauorẽ p̃starẽt. De hoc extat ep̃la q̃ incipit, Ad certitudinẽ: in q̃ subiungit, nos volẽtes Cunradini ambitũ refrenare, oĩbus & singulis principibus Alemaniæ vocẽ in electionẽ Ro. imperatoris habẽtibus, prohibem[9] sub pœna excõmunicatiõis latæ sententiæ ac interdicti, ne eum eligãt in Ro. regẽ, attento etiã q̃ non licet eligere quenq̃, pendẽte electiõe duorũ corã Ro. põtifice, q̃ fuerat facta de rege Castellæ & Richardo Cornubiæ comite, vt in eadẽ. His auditis, Cunradinus scripsit lamentabilẽ ep̃lam, q̃ incipit, Ex abundãtia cordis, in q̃ iniurias sibi illatas enumerat. Cõquerit in principio de Innocẽtio 4. q̃ sibi innocẽti nocuerit. Nam Cunradus pater suus Siciliæ rex, cõdito testamento, se tenellũ in manibus sanctæ matris ecclesiæ reliquerat, & quõ tũc papa Innocentius sub p̃textu Cunradini, afferẽs se eius baiulum, totum regnum occupauerit, q̃ tum possessione adepta, nomen suum extinguere conatus sit, terras ipsius Cunradini distribuẽs in suos consanguineos & nepotes. Deinde cum Manfredus pro se Cunradino tunc terras regni recuperauerat, q̃ tum p̃sidia motus, ad se, mẽtitus mortem ipsius Cunradini, regnum traxerit, & mortuo Innocẽtio Alexander succedẽs, ad illum ep̃m Venusinum miserat, vbi pacis mentio fuerat habita: nihilominus ipse Alexander p̃ literas suas alios ad regnum inuitauerat: q̃ mortuo, cõsequenter idem Cunradinus conquerit de Vrbano, q̃ sibi fuerat ĩurbanus. Nam se Cunradino neglecto egerit cum Manfredo, volueritq; eidem ac suis hæredibus regnum cõcedere. Et cum tractatus ipse mansisset incompletus, idem põtifex in excidium ipsius Cunradini, Carolum inuitauerit ad regnum. illo vero pontifice defuncto, conquerit quõ Clemens papa contra eum inclementer egerit, & in regno p̃dicto antiregem erexerit. Nec his contentus, sed & processus fulminauerit, non reputans esse satis, q̃ contra Deum & oẽm iustitiam abstulerit sibi regnum, nisi regni etiam titulum tollat: deinde p̃fatum Carolum p̃ vniuersam Italiam imperij vicarium statuerit, q̃ cõmodius vires suas comprimat. hæc & alia nõnulla scribẽs, subintulit se armis aduersus Carolum certaturum.

Anno sequẽti cum in Hetruria rex Carolus oẽs ciuitates q̃ prius Friderici, mox & Manfredi secutæ fuerãt partes, duo p̃ idem tẽpus afferunt nũcij: alter, Cunradinũ iam Tridentum p̃uenisse: alter, in vrbe Roma atq; in Sicilia motus rerum haudquaq̃ contemnendos

Manfredi interitus.

Cũradinus Siciliæ regnũ repetit

 temnendos

temnendos,& ciuitatum procerꝰq; defectiones nunciabat. Per hæc tẽpora Henricus Fridericusq;,Alphonso fratre rege Hispaniæ existente, profugi, diuersas petierũt nationes,id maxime adnixi,vt aliqs fratri hostes facerẽt. Fridericus in Aphricã ad Saracenos,Henricus ad regem Franciæ se cõtulit. Rex Franciæ affinitatẽ triu fratrũ ptendẽs,pacẽ facere cõtendit. qre Henricus in Angliã traiecit,dehinc Germaniã petit,vbi Cunradinũ e sorore Cõstantia pnepotẽ,sibi cõsentaneũ reperit. cõstitutumq; est inter eos clãdestinũ fœdus,vt rebus ad machinationẽ ordine inceptis,Cunradinus cum exercitu in Italiã aduolaret,ibi sibi Henricus viam ppararet. exiẽs vero e Germania Henricus,e Genua Pisas puenit:illos in constitutã cum Cunradino machinationem facile traxit,& inde Viterbium ad pontificẽ declinat,tanq̃ à fratris superbia & ambitiõe pfugus,& adeo errabundus se contulit,magnaq; largitione vsus ac liberalitate,vt pontificem q̃q; data mutui noĩe pecunia,sibi obnoxium redderet. q̃ fretus largitione,discordem tunc ciuitatem Ro. fecit,pariterq; in sua studia traxit,adeo vt ei senatoriũ ciues obtulerint magistratũ. Qui rediit Viterbiũ, simulãs se nolle, cui Carolus tũ autor fuit,vt vrbi Ro. pficeret. Inter hæc Hẽricus Cunradinũ,vt pperaret admonẽs,Pisaniq; pariter ab eo admoniti,classem triremium 30. eduxerũt,in eamq; classem in portu Romano Capitium ciuem Neapolitanum in regno Siciliæ gratiosum accipiũt,qui iussu Henrici in Aphricæ littora vectus,Fridericum alterꝰ fratrem cum magna Saracenorꝰ manu nauibus imposuit,& ad Siciliæ littora reuersus,Cunradinũ breui affuturꝰ affirmãs,plurima loca obtinuit. Cunradinus tum Veronã applicuit, ibiq; 3. mẽsibꝰ sedit,habẽs supra x. millia pugnatorꝰ Germanorꝰ. Inde vero siue pecuniarꝰ inopia,siue alia causa 3. millibus delectorꝰ equitũ retẽtis,cæteram multitudinem comes Tiroli reduxit. Fridericus Hispanus tunc omni pene Sicilia,exceptis Panormo,Messana,Syracusisq;,pro Cunradino potitus est. Capitius vero dum regina vxor Caroli moritur,ac Neapoli sepelitur,portu Neapolitano classe aduectus,nomen Cunradini clamat,q̃ res Carolum ex Hetruria in regnum reuocat,vbi rursus Nuceriam q̃ defecerat obsedit,& dum expugnare non posset, castellis in exitu viarꝰ excitatis, barbaram gentẽ clausit, ne se Cunradino occurrentẽ impediret. Seneñ. & Pisani Cunradinũ accelerare iusserũt,q Papiam pductus,ad mare Ligusticum puenit,& Pisana classe magnam in agro Lucensi vastitatem edidit. marescallum Caroli apud Aretium magno plio superatũ interfecit. Tum Guido Ferẽtanꝰ magnas copias ad eum duxit,multiq; ex Lombardia Romandiolaq; Gibelini cõfluxere. Cunradinus breui potitus oĩ̃ Hetruria fuisset,nisi vocatus ab Henrico,Romam pperasset. pfectus eñ Senas,deinde in agrum Viterbieñ. descendit,quẽ cum pontifex transeuntẽ vidisset, pphetica voce vsus, Adolescẽs, dixit,hic tanq̃ victima ad cædẽ ducitur. Romã deinde veniẽs ad pontẽ Miluiũ, Senatorem cum populo obuiam habuit, & tanq̃ imperator acceptus, in Capitoliũ ducit. Romę dimisso Guidone Ferẽtano,cum oĩ̃ exercitu in regnũ pperat. Et audiẽs Carolum saltus Cãpaniæ obtinere,ex Tiburtino & inde Marsorꝰ in cãpestria venit: deductus lacu Fucino ad veteres aq̃ductus,sinistrũ mõtibus claudẽtibus,ab oppido Alba x. stadiis cõsedit. Carolus ex altera parte inde decimo stadio,ad cõcauæ vallis fauces exercitũ duxit,& cõsilio Alardi Neapolitani, q cum Germanis diu militauerat, partem exercitus pmisit cum marescallo regia veste induto: ipse vero citra collem sago vestitus militari,fortissimoq; sibi milite reseruato,in insidiis mansit. Pugnatũ est tribus horis dubio marte. sed postq̃ ad intima regis agmina ventũ est,& marescallus ad terram pstratus ac interfectus,clamãtibus cũctis regem esse captũ,Germani q̃q; & hi q in subsidiis erãt,ne expertes victoriæ forẽt,sese pugnæ admiscuerunt: ita pfligatis hostibus, cum passim fuga fieret,victor q̃q; insequendo dissipatur,vagus miles & prædę intentus,quasi certissimus victor exultabat,& maxima pars fugientes insecuta, sese longe à conspectu abstulerat. Tunc rex Carolus circunducta repẽte delectorum acie,in campum primũ descendit: structo ipse & denso agmine, sparsos inuadit, multis subita vi oppressis aut in fugam versis,in ipsaq; signa Cunradini fertur,ac vno momento dissipat. Cũradinus aũt ad integra Caroli signa stupefactus,vnde hæc vis, vnde nouus miles iste,interrogat: & cum e victore victum se cerneret Cunradinus ac Austriæ dux Fridericus,adolescẽti ætate ambo,sicut in fortuna pares,signa sua vbi toto prælii tempore fuerãt,consulto relinquentes,secesserunt. Equidem cur eum Fridericum ex Austriæ domo prognatũ fuisse dicãt, miror, cum vltimus eius gentis Fridericus in bello Hungarico nup ceciderit. Sed aiunt hunc Badensem,e ducis Austriæ filia ortum. At p hunc modum oppressis hostibus,victoria plena Carolus potitus est. Igitur Cunradinũ inter cadauera diu q̃situm,& non inuentũ,Carolus summa diligẽtia pquiri fecit q̃quauersum. Cunradinus agasonis tectus cucullа, Romam puenit, & dux Fridericus à Guidone

Henrici Hispani conatus.

Fridericus Hispanus.

Cunradinꝰ Italiã intrat

Cũradinus salutatus Imp.

à Guidone Ferentano, quem ibi reliquerāt, exceptus est. Verũ aduenientibus Romanis ciuibus diuersæ factionis, q ab Henrico partis Cunradini dudũ pulsi, cũ Carolo in pugna fuerāt, ducib⁹ Vrsinis & Sabellis, Cũradinus mox relicta vrbe, Asturã incognitus petijt, eo cõsilio, vt inde Pisas nauigaret, sed ꝓditus à piscatore, q eũ piscatoria scapha ducere debebat. cũ eñ pecuniã nõ haberet, annulũ manu extractũ illi pignus dedit. At piscator annulum qbusdam ostendit, de valore interrogãs, q ꝓmoti vnde haberet annulum, q̃runt: ad q̃d piscator, adolescẽtis esse liberali forma, habitu aũt sordido respondit. Illi itaq; Cunradinum suspicantes esse, adolescẽtes capiũt, & ad Carolum 8. die post ꝑlium ducũt: q gaudẽs, eos mox carceri mancipat anno dñi 1268. secundum Blondũ, siue q̃d alij putãt, 1267. Pontifex, vt extat epl'a q̃ incipit, Scimus, continuo scripsit Ludouico Francoꝝ regi, eum ad cõgaudendũ inuitãs, quõ etiam Carolus victor, Cunradinũ & nobilem virum Fridericum, q sibi nomen ducis Austriæ vsurparet, cum suis aciebus ꝓstratos ceperit, subiungit'q; in fine, Pro tanto ergo beneficio deuoti filij animus in iubilum supernæ laudis lætanter exurgat. Carolus itaq; Neapolim duci fecit compeditũ, post multas'q; ostentationes ad põpam, Cunradinũ vnà cum Friderico decapitari iussit. ꝑ hũc modum Cunradinus primo adhuc flore adolescens potius q̃ vir, perijt, & cum eo Fridericus dux. Cunradinus iste fuit vltimus dux Sueuiæ, de cuius lugubri fato extat epl'a q̃ incipit, Illustris regis Cunradini in Carolum illustrem, inq̃t, deplorãs regem Cũradinũ, imperatoꝝ antiq̃ ꝓsapia ꝓpagatum, causam rationabilem q̃uis infelicibus auspicijs ꝓsequentem, non armis, non in ꝑlio, sed inermem nequiter captum, post diuturnum carcerẽ, post ꝓbrosa ludibria, post multas ex eo factas ostentationes ad pompã, vbi iam eum ꝑ Cãpaniã & Neapolim vsq; ignominiose post te traxeras, cõtra iustitiã, immo & cõtra Deũ, cõtra cõcessam ei pluries securitatẽ, contra ius om̃e belli, cõtra cõsuetudinẽ priscis morib⁹ approbatã, quẽ tu Carole immaniter priuasti, huic generi ꝓ nectare rependẽs absynthiũ, vt q comitatum Prouinciæ cum vxore de gratia speciali à Friderico Cunradini auo acceperis, fidelitatis'q; illi sacramẽtum ꝓ se hęredibus'q; suis ꝑstiteris. O rex Cunrade, tẽpore tuo ꝑpotẽs in vrbe tua Neapoli, quam tantis olim sumptibus, tantis laboribus domuisti, tuus ecce natus indigna nece damnatus est. Væ tibi miserande puer, qui tantæ fidei thesauꝝ tuis abstulisti, tua cum taliter rupit fila intempestiua parcaꝝ manus. O tristis & misera mater in hunc seruata dolorem, q̃ tali tanto'q; filio deorbaris. O cõiunx infelix eius, q̃ nullum in orbe tibi decętero virum reperies sibi parem. O ꝑtristes Bauariæ duces, q̃ susceptum in vlnis vestræ sororis ab vtero magis educastis eundẽ filium, q̃ nepotem. Plange dolenter Germania mœsta nutrix eius, carẽs alumno charissimo, damno cum graui, sed dedecore grauiori. Plange dolorosa Sueuia peculiaris hæreditas, naturali principe vituperabiliter viduata. plange vehementer Italia, qm̃ cecidit caput tuum in quo adeo sperabas. Miserum Siciliæ regnum plange, ꝙ intra tua viscera verũ dñm tuum ob tui redemptionem vidisti decollatum. Plãge infortunata Ierusalem, prodito rege tuo, q̃ facile fuisses in integrum restituta. Non desunt etiam qui scribãt, Carolum consuluisse pontificem de carceratis, an eos deberet neci tradere: rñdisse'q; potificẽ, ꝙ fieri de Cunradino iustitiam non negaret, qua rñsione vt de mandato pontificis autoritate'q;, Carolus Cunradinũ necauerit, de hoc Angelus in l. gña. C. de secun. nuptijs. Supererat adhuc Entius filius Friderici 2. sed illegitimus Sardiniæ q̃ndam rex, qui longo tẽpore Bononiæ tentus fuit in custodia, vbi & postmodũ anno dñi 1271. est mortuus, ac honorifice in ecclesia S. Dñici sepultus, de q̃ scribit Antoninus, ꝙ in ipso finẽ habuit (vt verbis eius vtar) ꝓgenies viperea Friderici. Et subiungit: Hic bene aduertãt fideles vniuersi, quem faciãt finẽ ꝑsecutores ecclesiæ, vtiq; miserrimũ in anima & corpore. cum eñ excõmunicati morerent, quõ regnum cœloꝝ ingredi meruerũt? propter q̃d & sepultura ecclesiastica indigni iudicati sunt. Et regno Siciliæ & imperio Romano cum infinitis diuitijs exterminati, ad inferos descenderũt, Fridericus 2. cum patre suo Henrico & cum filijs suis Cunrado, Manfredo, Cunradino & Entio rebellibus & ꝑsecutoribus ecclesiæ. hæc ille. Non possum hoc in loco iustum dissimulare dolorem, non ꝙ cupiam malefacta ducum Sueuiæ ꝑfatoꝝ laudare, q̃s optarẽ in pace ecclesiæ q̃euisse. Sed q̃d sibi velit Antoninus, vir alioquin religiosus, doctus & archieps, ꝙ tãtopere inuehit in illos mortuos, vt scribat eos in excoĩcatione decessisse, & ꝑpetua morte damnatos, cum certũ satis habeat, Henricũ catholice mortuũ, & Christiana sepultura functũ. de Friderico nõ ita cõstat. Non desunt tñ, qui scribãt eum in extremis laborantẽ, a capellano suo fuisse absolutũ, q̃d in necessitatis articulo cuilibet sacerdoti videt cẽ ꝑmissum. extitit & in ecclesia sepultus. Cunradus rex compos mentis & cum testamento legitur mortuus, & vti princeps catholicus, in ecclesia sepultus. Cunradinus quoq; adolescẽs quid

Cũradinus captus.

Cunradini Sueuiæ ducis vltimi miserandus interitus.

Entij interitus.

Alienæ virtutis osores falso Sueuos criminantur.

quid iudicare in tam arduis negocijs potuit? & si peccauit, tamen cum pœnitēdi tempus sufficiens habuerit, quis eum immemorem suæ salutis in extremis iudicabit? Entium vero cōdemnare videtur friuolum, quem ipse Antoninus scribit post longam captiuitatem in carcere mortuum, & à Bononień. in ecclesia sancti Dominici sepultum. Proinde vellē, ꝙ vir cautus in mortuos tam seueram non tulisset sententiam.

VETVSTISSIMAE VERISSIMAEQVE SVEVORVM LAVDES.

ATq mira reꝝ mutatio, & fluxa gñis humani gloria. Sueuoꝝ gens inter priscos Germanoꝝ pplos fama reꝝ gestaꝝ & probitate, sine cōtrouersia illustrior portio fuit. Cuiusꝗ gloria eousq; creuisse memorat̃, ꝙ virtute & armis imperiū orbis meruerit, illudꝗ supra vnius seculi spatiū magnificentissime tenuit ac gubernauit. hæc eadē viduata suis principib⁹, nescio q̃ iniqtate fortunæ, ne dicā ignauia, mox substitit, q̃si nō extet, cuius rei gratia famā suā extēdere, aut q̃d minus est, tueri possit. Nō desunt Sueuis vires, nō potētia, non deniq; hoīm copia, eoꝝ q̃ꝝ autoritate & sapiētia respublica possit gubernari. Sed vbi vnusq́sq; priuatæ potentiæ studet, nemo est q de rep. bñ sentiat, aut q̃d sentit, ad cōem vtilitatē referat. nihil miꝝ si in rebus pacis & belli cōfusa sunt oīa, & cōsiderate nihil fiat, tandēꝗ gloria q̃ diu floruerūt Sueui, necesse est intereat. Cum vero de Sueuia Sueuoꝝꝗ moribus adeo multa memorādaꝗ apud veteres inueniant̃ scripta, scitu & laude dignissima, haud ab re putauerim, hoc in loco ob patriæ amorē, etsi nō oīa, illustriora tñ q̃ sparsim ab his mādata sunt literis, & q̃ inuenire potui, in vnū redigere, simulꝗ nostroꝝ tēpoꝝ rōnem habere: ad q̃d cū nemini nē adhuc aīm adiecisse cōpererim, spero ꝓ reꝝ gestaꝝ cognitiōe hunc nostrū laborē nō fore supuacuū. Post cōfusionē linguaꝝ vnaquæq; gēs possedit terrā aliquā. Vñ descendētes de Iaphet filio Noe, obtinuerunt Europā, ab his simul egressa est & gens Sueuoꝝ, q̃ magnā partē Germaniæ à priscis memorat̃ possedisse. Cor. Taci. de situ et moribus Germaniæ refert, Sueuos maiorē partē Germaniæ obtinere, ꝓprijs tñ noībus nationibusꝗ discretos. Et Strabo cōmenta. 7. Sueuoꝝ, inqt, gēs amplissima, à Rheno siquidē vsq; ad Albim fluuiū ꝑuenit, eoꝝ etiā portio trās Albim loca depascit. Vñ vero dicti sint Sueui, variāt, vt in pluribus aliaꝝ gentiū appellationib⁹, scriptores. Berosus nāq;, q floruit ante monarchiā Magni Alexādri, lib. 5. sub Baleo rege xi. Assyrioꝝ: post aliq̃, inquit, apud Tuiscones regnat Sueuus, sup q̃ Ioh. Annius Viterbień. scribēs, de Sueuo, inquit, Germanoꝝ rege, nō est dubiū esse eū qui Sueuos cōdidit, q̃ꝝ meminerūt Plinius in natu. hist. & Cor. Tac. de moribus Germanoꝝ. Et sic scdm Berosum, Sueui nō descenderūt à Iaphet, sed à Tuiscone 4. filio Noe, quē genuit post diluuiū, à q̃ Germani & Sarmatæ originē duxere. Cōsentit Cor. Taci. in priori lib. de moribus Germ. Tuisconē canūt deū terra editū & filiū Mannū, originē gētis cōditoresꝗ. Cōcordāt satis antiq̃ scripta in Durego oppido Sueuiæ nobili, quib⁹ habet̃, ꝙ duo reges ibi habitauerint, inde dictū est Duregū, vulgo Zurich. i. Zueireich. concurrūt eñ ibi duo regna, Sueuoꝝ & Arelatēse, diuidunt̃ tñ fluuio. oppidū maius cōdidit Sueuus rex Sueuoꝝ, à q̃ Sueuia nomē accepisse fert̃: minus oppidū cōdidit Thuricus rex Arelatēsiū. Alij vero vt Plinius, Sueuos nūcupatos à Sueuo mōte, qui ab ortu solis Germaniæ initiū facit, & cū ꝑmaximus sit, ad Cimbrū vsq; ꝓmontoriū tendit̃, qui mōs & fluuio nomē indidisse putat̃, & dictus est Sueuus: hodie Odera seu Gutula, fluēs ex montibus Boemiæ. Vtrūq; saluari pōt, & ꝙ Sueuus rex autor fuerit Sueuoꝝ, à q̃ & mōs dict⁹ fuerit Sueuus, & ab vtroq; Sueuia nomē acceperit. Et hic mōs cōdepēdet scdm aliq̃s, Ryphęis & Hypboreis mōtibus, & in parte respicit Pannoniā vno cornu, alio pontū Euxinum, & cohæret mōti Venedico cōtra Sarmatiā, vbi & Venedicus sinus. Vñ q habitabāt iuxta Venedicū sinū, dicebant̃ Venedes. i. Vādali: & habitātes iuxta Sueuū mōtē, dicebant̃ Sueui. Nec miret̃ quis nos, qui sumus ꝓpe Rhenū, a tā distāte mōte appellari, cū antiquitus Sueuia a Rheno vsq; ad Albim fluuiū & vltra inueniat̃ ꝓtensa fuisse, vt ꝑdictū est. Et sunt qui dicūt, Carpatū montē esse Sueuū: q̃d minime mihi videt̃. ex eo eñ mōte oritur fluuius Tibiscus, versus meridiē fluēs, & exonerat̃ in Danubiū, vbi demū vrbs Tibiscus. Eāꝗ regionē adhuc tenēt Germani, Septēcastrenses dicti. Erat etiā antiquitus differētia inter Sueuos: aliq dicebant̃ Sueui Senones, alteri Sueui Angli, quēadmodū meminit Ptolemæus & Cor. Taci. q̃ꝝ noīa interiere, nisi dicere velimus, ex q̃ terra Sueuoꝝ ad Albim fluuiū & septentrionē in ditionē Saxonū ꝑuenisse narratur, Sueui Angli hodie ĩ Saxonibus ꝑmanēt, a quib⁹ Saxonibus Anglis, Britānia postea victa, Anglia fertur dicta. Sueuia finibus istis ætate nr̃a descripta est: ab oriente Boioarijs, ab occasu Alsatēsibus & Rheno iūgitur, alpiū iuga à meridie habet, a septētrione Frāconiā. Alemaniā noīant Sueuiā pleriq; a lacu Lemano, quē hi Lausanēsem lacum, a q̃ non putarim dictos Sueuos Alemanos, hi Lindomagū fortasse ineptius, hi Con-

Margin notes: Origo situsꝗ Sueuię. — Sueuus rex. — Duregum. — Sueuus mōs. — Venedes. Vandali. — Sueuiæ limites.

Cōstantiēſe flumē ſcribūt. Cui ſentētiæ Albertus Magnus Sueuus, in lib. cui titulū fecit, de natura locoꝝ, adſtipulatur. Quarta occidētalis gētes cōtinet, Getas, Turingos, Herulos, Sarmatas, Marcomānos, Lōgobardos, Sueuos, Alemanos, q à Lemano maximo ſtagno, q̄d ante radices alpiū diffundit, ꝑ cuius mediū trāſit Rhenus, nomē habēt. Atq; eo qdē argumēto cōſtat, cur Sueuia ſola Alemania olim dicta fuerit, vnde & Alemanoꝝ principū, hoc eſt, Sueuoꝝ freqūes eſt in hiſtoria mētio. Sueuia itaq; totius Germaniæ inuenit eſſe portio ſuprema. ſola nāq; duobus fluuijs totius Germaniæ clariſſimis, Rheno atq; Danubio irrigatur, q̄rum alter modico flexu in*occidentē verſus Oceano miſcetur, alter ediuerſo in orientē defluit. de hoc Gotfridus inquit: Sola Sueuia Alemania.

Actaq; Sueuorum depoſt & bella canamus.
Fons ibi Danubij primum nanciſcitur ortum,
Cui facit Hungaria, Ruthenia, Græcia portum.
Rhenus ab alto cadens, mediæ irrigat intima terræ.
Caſtrorum late copia multa patet.

Sueuia hęc partim plana eſt, partim mōtoſa, ager regionis fertilis, cuius nulla pars inculta iacet, ꝑter ſi qd aut lacus aut mōtes aut ſyluæ occupāt. Nemora multa, venatio frequens, frumentoꝝ abundātia, pecoꝝ magna vis, cōualles plurimæ, pennibus riuis clariſſimę, vndiq; amnes ꝑcurrūt, q ſe vniuerſi in Rhenū Danubiūve exonerāt. idq; experimēto cōpertū eſt, mirabile dictu, ꝙ amnes quiq; ex vno etiā aliqn̄ ſcaturiētes fonte, ſi Danubio influūt, anguillis carēt: ſi vero Rheno illabūtur, anguillas nutriūt. Tota inſup regio ſalubritate gaudens, celebratiſſimis vrbibus, vicis & caſtellis referta, arces excelſæ, natura & arte munitæ, & q̄ ad Chriſtianā religionē ſpectāt pulcherrimis ac ditiſſimis tēplis, collegijs, monaſterijs, varioꝝ ordinū ſexus vtriuſq;, baſilicis parochialibusq; eccleſiis eſt exornata, circa montes ferrum habet, argentū procreat ac metalla, gens populoſa, fortis, audax & bellicoſa, procero corpore, flauo crine, venuſta facie & decora, ingenio ſingulari ꝓdita, ꝓſtātiſſima Germanoꝝ a Plutarcho dicta. In Sueuia oritur Danubius ſeu Iſter celeberrimū Europæ totius flumen, ab occiduo fluit in orientē, primo lentus, dein auctus 60. fluminibus, clariſſimas gentes alluens, tandē 7. oſtijs mare Ponticū ingreditur. Fontes Danubij ſunt haud procul a Rotuuila, in villa Doneſchingen, cui loco a Danubio nomen eſſe puto. Eius apud ſcriptores & multa & celebris eſt mentio. nam Herodotus in Melpomene Iſtrum ait apud Celtas ortum, totam pene Europam emetiri. Celtaꝝ vero cōmunis appellatio Germanis fuit apud vetuſtiſs. ſcriptores. Solinus in memorabilibus ſententiā noſtram confirmat, cum ait: Iſter Germanicis iugis oritur, effuſus mōte q Rauracos Galliæ adſpectat, id eſt, agrum Baſileenſem, quem hæc mōtana vnde Danubius oritur, adſpiciūt. Sexaginta amnes in ſe recipit oēs ferme nauigabiles, ſeptem oſtijs pontū influit. Et Cor. Taci. montē vbi eſt ortus fluminis, Abnobam appellat. id q̄d & Plinius ſcribit capit. 12. q̄rti. Aliquanto obſcurius, & q̄ad homini Græco licuit, Strabo in primo, inquit, fontes Iſtri eſſe à mōtibus ſupra Adriaticum, fortaſſis alpes putat, q̄s Græci fere poſt Adriaticum ſeu Tyrrhenum deſcriptū incipere putant. Et Strabo alio in loco lib. 4. Apœninū deſcribēs, ait: Iſter ab hiſce mōtibus in multa diuiſus capita, ſumit originem. In 7. Cęteꝝ Tiberius à lacu vni⁹ diei ꝓgreſſus iter, Iſtri fontes adſpexit, & ab eo paululum abſunt Rhetij. lacum credo putat Cōſtantienſem, à q̄ vnius diei itinere diſtant Rhetij. Atqui Dionyſius Byzātius in perihegeſi probe rem exequitur, alpes primū deſcribit, quibus ortum Rheni dedit, poſt ortum Rheni, ſiue ſub Rheno, id q̄d re ipſa conſtat, oriri Iſtrum inquit, eius hoc carmē eſt, vt diligentius examinetur poema: ἠῶος δ' ἐξείης ἐπιτέλλεται ἱερὸς ἴστρος & reliq. Atq; oīa qdem, q̄ hoc loco diſputata ſunt, eo ſpectant, vt Sueuiæ deberi ortum Danubij ſeu Iſtri, etiam vetuſtiſſimorum ſcriptorum autoritate (nam res conſtat) intelligatur. Hic Iſter ſiue Danubius, Sueuiam omnem in duas ſecat partes, & rectius, vt didici, q̄ faciant alpes. in latere meridionali Danubij, ſuperior eſt Sueuia, in latere vero ſeptentrionali inferior. Sueuia ſuperior, etiam Rhetia ſecundum Anshelmū eſt dicta, de quo illud Pauli Oroſii lib. primo: Pannonia, inquit, Noricum & Rhetia habent in oriente Mœſiam, à meridie Iſtriam, ab aphrico alpes Apœninas, ab occaſu Galliam Belgicam, & à circio Danubij fontem, & limitem qui Germaniam a Gallia diſcernit, a ſeptentrione Danubiū & Germaniā, q̄d non eſt aliud dicere, q̄ ꝙ Rhetia habet ab oriente Bauariam, a meridie alpes Apœninas, ab occidēte Galliā Belgicam, a ſeptentrione Danubiū. addit & Germaniā, quia olim Danubius limes erat inter Rhetiam ſeu ſuperiorem Sueuiam, & Germaniam. teſtis eſt Corn. Taci. de ſitu Germaniæ dum ait: Oīs a Gallis, Rhetijs & Pannonijs Rheno & Danubio fluminibus Germania ſeparatur. Concordat ſatis Cl. Ptolemæus in coſmographia ſua. Ita & intelligendi ſunt

Fertilitas Sueuiæ.

Miri qddā.

Danubijs ſeu Iſter Sueuiæ flumen.

Rhetia Sueuia ſupior.

Att. Rhetios a Germ. Cl. Ptolem. diſcernere.

di sunt Isidorus ac Bartholomęus,q dicũt Rhetiã esse Rhenẽsem ,puinciam,qa eam ab vna parte Rhenus circunfluit. Consentit Solinus satis,vbi de Gallis mentionẽ facit: si Thracia sit petenda,excipit ager Rheticus,optimus frugibus & ferax,Brigantino lacu nobilis. Cæterum quõ duplex sit Rhetia,Alpestris & Capestris seu trãsalpina alia,videri potest Strabo,& Iustinus qdem ait,Tuscos duce Rheto,auitis sedibus amissis,alpes occupasse. Superior Sueuia olim etiã Rhetia dicta est,terra habẽs multas ciuitates & oppida valde firma,cuius gleba est fructifera,& vinifera in multis locis, gens fortis in vita & moribus.sunt in ea nobilissimæ ciuitates,Augusta Vindelica,& Constãtia,qrũ vna Noricũ, altera Gallos seu Heluetios adspectat.

Augusta Vindelica Sueuiæ vrbs

Augusta vrbs est inclyta atq; vetusta,cui⁹ originẽ aliq oñdere volẽtes,vetustissimã gẽtẽ Sueuorum à Iaphet descendentẽ eam primũ inhabitasse,puinciam scribũt. veniẽtes,aiũt, Sueui ad Rhetiã, locũ aptũ cõsiderantes,ad tuendũ vero natura munitũ, ob cõcursum duorum rapidissimorum fluuiorum Vindæ & Lici,hãc vrbẽ primũ ædificauerũt, eamq; Vindelicã à Vinda & Lico appellabãt,ea em̃ regio postea vsq; ad alpes Vĩdelica dicebat, vniuersaq; mõtana pars in orientẽ & austrũ vergens,à Rhetis Vindelicisq; tenebat, vt Strabo ponit. Eam aũt more vetusto vallo ac fossa cinxerũt. Nõnihil ex huius vrbis monumentis supra cõmemoraui in generali Germanorum descriptione. huic dãt pleriq; Varianam cladẽ, etsi Strabo in 7.in Cheruscis cæsum Quintiliũ affirmet,sed ad Augustã ingenti periculo laboratum esse Romanis, cæsorum monumenta indicant, locus qui Perdita legio Perleg dicitur,& Griechs Auar,q ibi cæsus sit Græcus Auar,qui Macedonicam legionem ducebat. epitaphij quod adhuc visitur,supra meminimus.

Att. de cla-de Quintilij

His nomen terris Bogudis dat regia proles
Græcus Auar,pecudis de Sueuis more litatus.

Vnde Augustę nomẽ

Et post Quintilij cladẽ, Tiberius Drususq; annos 3. in Vindelicis reliquisq; vicinijs egere cõtinuo bello,dum tandẽ acceptis in fidẽ illis, Augustus vrbẽ Vindelicã Romanis habitatoribus dedit. vnde Augustæ opinor nomẽ extat hodie. Anno dein salutis 955. Hungari Germaniã,& pcipue Sueuiã vastãtes, Augustã obsidẽt, varijsq; cladibus Noricos,Rhetios & Sueuos afflixerũt. Tum Otho prim⁹ imperator aduersus eos pluribus diebus certauit,tandemq; ad internecionẽ deleuit. tres q̃q; in eo bello regulos eorum captos,à militibus suis ad eum pductos, cum ob clementiã seruare conaret, Sueui eo nolẽte suspendio necarũt. Vltima hæc apud Augustã pugna habita fuit atq; victoria. fert aũt S. Vdalricus interfuisse,q postea in eadẽ vrbe migrat cõfessor,põtificio secũdũ Deũ pacto. Cõstantia vero ciuitas, sup lacũ p quẽ trãsit Rhenus,est sita, vrbs non admodũ magna, sed opulẽta & famosa,in cuius agro finit Sueuia, à q̃ haud lõge sita est sylua,vulgo Suabẽ dicta,nec pcul Abnobæ iuga, atq; ad S.Gallũ oppida cum tota Durgaudia,censent à plerisq; de Sueuia. hinc in Sequẽtia de S.Gallo, Sueuiã suauẽ tibi Galle dono patriã. Cõstantia aũt dicta inuenit à Cõstantio, Cõstantini Magni patre,cum prius Gannodurum nuncuparet. Indicat hoc tabula marmorea in ecclesia S.Cunradi in latere, vbi inuenit vetustis literis ita conscriptũ: Prope mœnia vrbis Rhenus lacu emergẽs, rursus in alueũ redit,amœnissimũq; spectaculũ sui reddit. Hac cœpit vrbe anno salutis 1414. conciliũ gñale ad schisma tollendũ,q̃d*39. annis durauit Sigismũdi Cæsaris iussu & industria congregatũ: tres em̃ fuerãt q se p papa gerebãt, Iohãnes,Gregorius,& Bñdictus,qbus p conciliũ motis,canonice pficitur Martinus 5. de q̃ in gñatione dicet 48. migrat hac in vrbe Cũradus eps,& inter sanctos est relatus. Rhenus aũt fluui⁹ amœnissimus,Rheticarum alpiũ inaccesso ac pcipiti vertice ortus,fontes habet in altissimo alpiũ iugo. defluit vero ad aquilonẽ,primũ auido meatu p cõualles & abrupta montiũ,Curiẽsemq; pcurrens agrũ,fines Sueuorum ingredit,moxq; duos lacus pclaros efficit,Venetũ & Acromũ,vt Pomp. Mela noiat. hi nunc à loco & dñijs nomẽ trahũt. superior,q̃ndam Brigãtinus seu Podamicus,vulgo Bodẽsee, nũc Cõstãtiẽsis lacus appellat: inferior vero,ab oppido Cella Rudolphi,Cellẽsis lacus ab incolis dicit. ad lacũ superiorẽ Cõstantia vrbs est sita. Deinde aliquãto post secũdũ lacum pcreans flexuoso littorum anfractu,varijs rupibus saxosisq; incitatus, paulo inferi⁹ Rauracos,hodie Basileã nobilẽ vrbẽ, Argentinã,Spirã, Vormatiã, Moguntiã, Cõfluentiã, Coloniã, Germaniæ ciuitates alluẽs,in Oceanũ Germanicum multis ostijs effunditur.

Cõstantia Gannodurum seu Vitudura.

Concilium Cõstantieñ.

Rheni fontes.

Cõstantieñ. lacus.

Lacus Constantieñ. oĩm est amœnissimus,multaq; castella, oppida & vicos vndiq̃q; p ripas habet. aq̃ est nitida fundo pspicuo,pisces fert varios qdem & multiplices, terra circum iacens ferax vini triticiq;,& arboribus domesticis egregie est cõsita, regionis forma supra q̃ dici potest pulchra, vniuersa læta, vnamq; faciem longe lateq; contexens. taceo nauigia quibus quoq; adportantur auehunturq; necessaria omnia.

Cellẽsis lac⁹.

Lacus vero inferior,Cellensis dictus,minor priore,aliàs non minori pręditus est in se

& per

& p gyrum voluptate. Inter Constātiam & Augustā vrbes, in longum & per transuersum itinere trium dieꝝ plus minusve, multæ sunt planities, vrbes crebræ, castella & vici innumerabiles, arces munitæ, riui, amnesq́ꝫ plurimi, & nemora ad vsum plane accōmoda. Ager q Danubio irrigat̃, & q Augustā alpesq́ꝫ Istro adiacentes respicit & vinetis caret, cætera copiose ꝓfert. Reliqua pars vicinior lacui Constātiēsi, vites nutrit: remotior aūt, Albogoia dicta, ad alpes Rheticas vsqꝫ pcurrens, longe lateq́ꝫ palustris & nemorosa est, diues pecoꝝ, lacte & carnibus abūdat, linoq́ꝫ facit quæstum maximum, populus martialis & robustus. Versus occasum à capite Danubij interq́ꝫ Cellensem lacum, pagus est famosus, vulgo Heegou dictus, in quo pter nōnulla oppida & villas, in montiū iugis castra sunt & acies plurimæ, natura & arte munitæ, quasi totius Sueuiæ videant̃ esse ꝓpugnacula. Adiacet quoq; trās Rhenum alter insignis pag⁹ Tigurinus: in eo situm est nobile & antiqssimū oppidū, à duobus regnis Sueuoꝝ & Arelatensium ibidem cōfinientibus, vt fama est, scriptumq́ꝫ inuenit̃, Duregum nomē accipiens, ꝙ sit duoꝝ regum. Sunt eñ duo oppida vnius noïs. minus, à quodā rege Arelatensiū Turico, fertur esse conditū: maius vero, à rege Sueuoꝝ cui nomen erat Sueuus: ideoq́ꝫ pagus cū oppido, Sueuici iuris est habitus, vt in chronicis ibidem latius habet̃. Interior vero Sueuia, Danubio seu Istro flumine à superiori discernitur. Prope fontes eius fluminis, ꝑclara est sylua, incolæ Nigrā vocant. Hanc caput Hercyniæ syluæ esse volunt. Id q̄d Hercingen pag⁹ ꝓpe oppidū Vualdsee indicat. Sed Hercyniæ syluæ latitudo nouē dierū, autor est Iulius Cęsar, lōgitudo vero sexagīta dierū, teste Pomp. Mela, iter occupat. Oritur autem à finibus Heluetioꝝ, Nemetū & Rauracoꝝ, rectaq́ꝫ fluminis Danubij regione puenit ad fines Dacoꝝ atq; Auarum: hoc est dicere, ꝙ oritur à Rheno, q limes est inter Heluetios, Rauracos, Nemetes & Germanos. Adstipulat̃ Strabo li. 4. Istri, inqt, fontes iuxta Sueuos & Hercyniā syluā sunt. & in 7. lib. Ac, inqt, Hercynia sylua ꝓceris est arboribus, cui qdem & Istri fontes ac Rheni proximi sunt, inter vtrūq; lacus & effusę de Rheno paludes. & post pauca, Hercynia sylua magis q̄ Istri fontes in austrū vergit, adeo vt e Gallia in Hercyniam tendenti, prius lacum trāsire opus sit, deinde Istrum, postea iā p faciliora loca mōtanasq́ꝫ planities ad Hercyniā syluā sunt accessus. Cæteꝝ Tiberius à lacu vnius diei ꝓgressus iter, Istri fontes adspexit, ab eo Rhetij paulum absunt. Iste est lacus Cōstantieñ. vel Cellensis, ex verissima cōiectura. Ergo his indicijs constat, veteres appellasse Hercyniū saltum, quā modo syluā nigrā dicimus. Coniectura ex Istri, Heluetioꝝ & Rauracoꝝ vicinitate ꝓba est. At Bacenas syluā aliā, quam Hercyniā pleriq; putāt, eam s. quā diuidere aiunt Sueuos à Cheruscis, arbitrati regionem inter nigrā syluā & Rhenum Cheruscoꝝ patriam esse. Atqui longe alia est apud vetustos autores Cheruscorū descriptio. Sunt illi Hermūduris Chattisq́ꝫ affines populi, opinor eos dictos, q Marchiā hodie habēt antiquā, haud procul à Saxonum ditiōe. Nam Albim flumen eos olim accoluisse constat ex Ausonio, Albim liquere Cherusci. Cæterum fortissimā gentem scriptores cognomināt. Tu Strabonem vide in vij. Itaqꝫ crediderim ego, portionem illam inter nigrā syluam & Rhenum, quā isti Cheruscorum dicunt, Sueuiæ connumerandā esse, quod & inuenitur apud antiqua monasteria in Brisgaudia. Est eñ Sueuia, vt refert Barto. de propriet. rerum, Rhenensis prouincia, & habet Alsatiā cū Rheno à meridie. Vnde de rege Alemanorū Ammianus mar. li. 15. scribit, ꝙ eius regis pagi Rheni ripis vlterioribus adhærebant, s. ex opposito Argentinæ. Hinc Strabo lib. vij. Sueuia, inqt, à Rheno vsq; ad Albim fluuium puenit. & Got. Viterbieñ. de Sueuia: Rhenus ab alto cadens, medius rigat intima terræ. In hanc regionem apud vetustissimos, Heluetios transmisisse legimus, teste Cor. Taci. q validiores inqt olim Gallorum res fuisse. Igitur inter Hercyniā syluam Rhenumq́ꝫ & Mœni amnes Heluetij tenuerunt. Verum de Cheruscis & Bacenis nemo adeo meminit, vt veritatem adstruere velit. Et coniectura sæpe fefellit. Vnde Brisgaudiam partem esse Sueuiæ plurimi asseuerant. Itaq; inferior Sueuia supra caput Danubij incipit, Hercyniaq́ꝫ sylua mox seqtur, q̄ se in duo brachia expādit: Pars q̄ Rhenū adspicit, nigra sylua, caput Hercyniæ dicitur: quæ vero Danubiū sequitur, alpes dicūtur, Hercyniæ portio, au tore C. Iulio. nā recte Danubiū seqtur, vt ipse ait. Nigra sylua pinifera est & obscura. Ideo forte nigra dicta, ꝓceris frequens arboribus, habet altissimos montes & niuales, habitatur tñ vndiqꝫ, exceptis quibusdā vastissimis iugis montium. Terra amara est, & nisi exusta, in locis plurimis semina perdit. fructiferas arbores & domesticas, nisi in cōuallibus, ægre producit. Sed pascua habet creberrima, multaq́ꝫ pecora. Incolæ ligno & resina plerūq; victitant, in vallibus fontes & riui vberes, circūiacentia irrigantes, & præter pisces quos ferunt eximios, aliam commoditatem afferūt hoïbus. arbor eñ pinus pro sua ꝓceritate ad ædificādum multum est idonea; quā scindunt in varios vsus,

Albogoia.

Hegouia.

Nigra sylua Harcynia.

Hercynia.

Baceuæ.

Nigra sylua colitur.

ceu rates colligāt, amnibus imponunt, & in Danubiū aut Rhenū auehunt, ex hoc quæstum faciunt. Sunt & in sylua hac fontes aquæ calidæ. hinc surgunt duo balnea famosa: in oppido Baden illustri, vnde marchiones Badēses nomen trahūt, vnum: alterū in oppido Vuiltpaden, q̄d naturale dicit, longe lateq́ notum. non desunt huic syluæ argēti venæ aut fontes salis. nōnulla habet oppida, vicos plurimos, & p gyrū sunt vrbes, arces, vici & pagi decorantes*. vnde sylua hæc, alioquin tristis & aspera, ex his p̄commodis, habitantibus non est iniucūda. Alpes vero in latere septentrionali Danubium comitātur. mons est fere ppetuus, haud longe à fontibus Danubij incipiens, in orientem vergit. Latitudo eius xx. millia passuum plus minusve, longitudo vero extra limites puinciæ extēditur. Sortitur aūt varia noīa: in capite Scherra dicitur, deinde Alpes, postea Albuch, postremo Hertfeld appellat. supficies harū alpium ppe plana est, niualis, saxosa & frigida. in multis locis aquæ penuria. vbiq; tamē habitatur. sunt oppida, sunt vici plurimi. incolæ multa vi exigunt à gleba frumentū, cum terra adeo saxosa sit, vt nonnunq̄ octo aut nouem iuga boum, aratrū vix bene trahant vnū. Et q̄d mirum videt, cū aliæ gentes ex agris saxa & lapillos eijciāt veluti impedimenta frugū, hi vbertatis causa cōseruant. auena eius terræ optima est, pascua multa, iumenta & pecora plurima. cōualles habet nōnullas, & in his lympidissimos amnes, pisces eximios. in capite etiā alpiū per latera in gyrū arces & castra sunt munitissima. Inter eas & Danubiū sunt plurima oppida, villæ innumeræ, insignis vrbs Vlma, Magni Alberti natiuus locus Loingen, Vuerda q̄q; Sueuica. Inter syluā nigram & alpes iam dictas, amnis labit p̄clarus Neccharus, haud lōge à fontibus Istri ortus, & mox in agrū Rotuilensiū delatus decurrit, inferiorē Sueuiā in duas secans partes: ac itinere ferme qnq; dierum auctus riuis pluribꝰ, in Rhenū exonerat. oppida illustriora p ripas sunt, Horb, Rotenburgū, Tubingen, Eßlingen, Stutgartē, Hailpron, Vuimpina, Haidelberga, supra q̄d oppidū arx fortis ac nobilis, ædificia habēs regia magnificētia digna. sedes est comiti Palatino Rheni, archidapifero sacri impij, vbi & studiū floret gn̄ale. Pars à dextris Necchari, alpes p̄dictas habet in meridie, ad oriētem Noricū, à septētrione Franconiam. in ea tres sunt regiōes. prima incipit ī capite Necchari, quæ ab initio parū aspa: at vbi descēdens paulatim extēditur, ager tum clemēs est & eximius, p colles vndiq; vitibus cōsitus, arboribus domesticis affluens, ferax tritici ac frumenti. crebra sunt oppida, vicorū magna frequentia. sunt nemora, sunt prata, valles, amnes, pecora, & q̄d maximum virtutis & opulētiæ specimen est, populo tota regio referta. Altera regio Noricū adspiciens, Rhetia est dicta, terra pinguis, diues & ppe sphærica, diues pecorum atq; frugum, palustris tamē, vites non habet. in ea sitū est insigne oppidū Nortlingen. Magnā capies voluptatem, si regiōis situm adspexeris: ita sane p gyrum & intra, oppidis, vicis & castris, ceu flosculis exornatur. Regio tertia ingēs sylua est, q̄ Frācos à Sueuis disterminat. eius latitudo, vnius: longitudo p tractum Sueuiæ, trium dierū itinere vix cōsummatur. Incipit ab Othonis sylua, vulgo Othēvuald, & adscēdendo nō desinit, donec Rhetiā p̄dictam in latere tāgat. Habet aūt q̄si pro custodia in hoc loco Sueuia duo ppugnacula aduersus Frācos, oppidum illustre Hallense, iu q̄ sunt fontes salis vberes, & extra ager apricus. At vbi plus adscēderis, occurrit oppidū Dinckelsphihel insigne, cuius ager Rhetis est vicinus. licet aūt sylua hæc mōtosa sit & aspa, pascua tamen habet & multa pecora, estq́ pluribꝰ locis pinifera, ex qua incolæ resinā colligūt, & arborē pinū in varios vsus scindūt. quanq̄ aūt vasta sit sylua, à latronibus tn̄ bene est custodita. Seruāt eñ incolę simul & finitimi priscæ cōsuetudinis ligā in parte piculosiore, quā cētenariā appellāt, q̄, etsi sint diuersis subiecti dn̄ijs, patriā tn̄ mutua ope ab exteris tuētur. sunt nō minus p gyrū & ab intra oppida nonnulla, villæ plurimę, & castra pmunita. Pars aūt inferioris Sueuiæ ad lęuā amnis Necchari post nigram syluā, cum adiacētibus castris, oppidis, vicis & agris, ad pedes habet pagos plurimos p syluas, montes & riuos distinctos. agri famosiores tres inueniunt. supior habet à dextris amnē Necchar, à sinistra syluam Hagenschies, ad pedem mōtem Heuchelnberg, terra vini ferax & frumenti opulētissima, in nullo impar agro ad dextrā Necchari. Ager vero vltra syluā Hagenschies, maximus est, & Rhenum adspicit, q̄ proxime vero Rhenum Sueuici iuris sit, nō cōtendo, cū puinciarū limites p dominantiū potentia sępe variēt. Tertius ager vltra mōtem Heuchelberg, Graichgou vocat, diues & late patēs. hi agri oēs vino, frumento, plantis, arboribusq́ domesticis & syluestribus, oīq́ eo q̄d ad victū pertinet, abundant. sunt p̄clara oppida, vicorū multitudo, terra plena colonis et irrigua, & q̄d præcipuū est, aeris salubritate p̄dita. Hactenus vacat attigisse generalem Sueuiæ descriptiōem, & leuiter qdem, talem s. quæ seculo nr̄o possit intelligi, comparata cum antiquorū scriptorū monumētis. Et patriæ laudi tantū mihi dandū videt, vt

Therme naturales.

Alpes Sueuicæ.

Vlma.

Neccharus.

Tubinga.

Nortlingē.

Othonis sylua.

Dinckelspihel.

Græcoia.

vt non solũ hac gñali notione, nec ea q̃ supiori volumine patuit, sed speciatim qbusq; obseruatis, quæ ad Sueuorũ gloriã pertinent, pferantur, qñ ea natio vel oĩm consensu, vt olim, ita hodie Germaniæ totius est lõge celeberrima. C. Iulius Cæsar in q̃rto cõmentar. de his ita scribit: Sueuorũ gens longe maxima ac bellicosissima Germanorũ oĩm. hi centũ pagos habere dicunt, ex quibus quotannis singula millia armatorum bellandi causa e finibus educunt: reliq qui domi remanserint, se atq; illos alunt. hi rursus inuicem anno post in armis sunt, illi domi remanent. sic nec agricultura, neq; ratio atq; vsus belli intermittitur. sed priuati ac separati agri apud eos nihil est, neq; longius anno remanere vno in loco incolendi causa licet, neq; multũ frumẽto, sed maximã partem lacte atq; pecore viuunt, multũq; sunt in venationibus, quę res & cibi genere, & q̃tidiana exercitatione, & libertate vitę, q̃ à pueris nullo officio aut disciplina assuefacti, nihil omino contra voluntatẽ faciant, & vires alit, & immani corporis magnitudine hoĩes efficit. atq; in eã se cõsuetudinẽ adduxerũt, vt locis frigidissimis neq; vestitus p̃ter pelles habeãt q̃cquã, quarũ ppter exiguitatẽ magna est corporis pars aperta. & lauant in fluminibus. Mercatoribus est ad eos aditus, magis eo vt q̃ bello ceperint, quibus vendãt habeãt, q̃ quo vllam rem ad se importari desiderẽt. Quin etiam iumentis, qbus maxime Galli delectãtur, quæq; impenso parãt precio, Germani importatis his nõ vtuntur. Sed quæ sunt apud eos nata parua atq; deformia, hæc quotidiana exercitatione, summi vt sint laboris, efficiunt. equestribus p̃lijs sæpe de eq̃s desiliũt, ac pedibus pręliantur, eosq; eodem remanere vestigio assuefecerunt, ad quos celeriter se, si vsus est, recipiunt. Neq; eorũ moribus turpius quicquã aut inertius habet, q̃ ephippijs vti. Itaq; ad quemuis numerũ ephippiatorũ equitum, q̃uis pauci adire audent. Vinum ad se oĩno importari nõ sinunt, q̃ ea re ad laborem ferendum remollescere homines atq; effœminari arbitrant. Publicæ putant esse laudis, q̃ latissime à suis finib' vacare agros: hac re significari, magnum numerum ciuitatum suam vim sustinere non posse. Itaq; vna ex parte à Sueuis circiter millia passuum sexcenta agri vacare dicunt. ad alteram partem succedunt Vbij, quos sibi vectigales fecerunt, vt de hoc infra dicetur. Hæc ille. At Cor. Tacitus de situ Germaniæ, de Sueuis refert: Maiorẽ, inqens, Germaniæ partem obtinẽt, pprijs adhuc nationibus nominibusq; discreti, quanq̃ in communi Sueui vocẽtur. Insigne, inq̃t, gentis obliq̃re crinem, nodoq; substringere. sic Sueui à cæteris Germanis, sic Sueuorũ ingenui à seruis separantur. apud eos vsq; ad caniciem horrentem capillum retro sequunt, ac sæpe in ipso solo vertice religãt principes & ornatiorem habent. Et post pauca, Statuto tẽpore in syluã augurijs patrũ & prisca formidine sacram, oẽs eiusdẽ sanguinis populi legationibus coeunt. Cæsoq; publice hoĩe, celebrant barbari ritus horrenda primordia. Est & alia luco reuerẽtia: nemo nisi vinculo ligatus ingreditur, vt minor, & potestatẽ numinis præferens. si forte plapsus, attolli & insurgere haud licitũ. p humum euoluuntur. eoq; oĩs supstitio respicit, tanq̃ inde initia gentis, ibi regnator oĩm Deus, cætera subiecta atq; parẽtia. Pars quoq; Sueuorũ, vt idem Corneli' p̃misit, Isidi sacrificat. vnde causa & origo peregrino sacro, parũ comperi, inq̃t, nisi q̃ signum ipsum in modũ liburnæ figuratum, docet aduectam religionẽ. Hæc Cornelius de Sueuis peculiaria, cętera cum Germanis cõmunia. Verũ enimuero non solum apud Sueuos, sed & apud omnes fere hoĩes mutati sunt mores, quæq; iacturarũ pessima est, prope semp in deteri'. At hodie in oĩ fere Sueuia eorum hoĩm qui in aliq̃ precio habent, tria sunt gña: Qui sacris p̃sunt, Nobiles, & ciuitates impiales. Qui sacris p̃sunt ecclesiastici principes & p̃lati, multa possident, regalia habent & iurisdictiones temporales, quas ĩ suos subiectos, laicos etiam, passim exercẽant. ab eis si grauatur q̃s, impator appellatur. Oĩs p̃terea status ecclesiasticus temporalibus prouisus est, psonarum magnus numer', clerus oĩs habitu & incessu honestus & satis disciplinatus. Nobilitas gradus habet. sunt eñ principes, sunt comites atq; barones, sunt & inferioris gradus nobiles. principes non solum dignitate & generis claritate, sed & potentia antecedũt reliquos. terras habent & dominia latissima. comites & barones cæteriq; nobiles p totam Sueuiam dispsi sunt, regionem veluti flores campos, vndiq; exornantes. Et q̃d mirum videt, cum principes, comites & barones, quoties imperij necessitas exigit, obsequia Cæsari tanq̃ subiecti p̃stant. inferiores tamẽ gradus nobiles, exemptos se dicunt, & nisi ad stipendiũ nemini seruiũt, nec suos subiectos seruire sinunt. Et tamẽ Romanũ imperatorẽ, vt suum naturalem principem, oẽs recognoscunt. Hi quoq; prophanari suam dignitatem arbitrantur, si mercaturas aut artes exerceant aliquas, si ex ciuibus aut plebe vxorem recipiant, si in vrbibus habitent: consortia vrbanorum perosi, arces & castra in montibus, syluis & rure collocant. curias principum pcupide frequentant, cæterum de patrimonio & redditibus suis victitant,

Prisci Sueuorũ mores.

Mercatores.

Equites.

Vinum.

Sueuica religio

Cleri Sueuici.

Nobilitas Sueuiæ.

tant,verū vbi hæc deerunt,aliqua occasione sumpta,pdari non verent. Ciuitates autem impiales eo dictæ,q̄ solum sint Romano principi subiectæ, potentes sunt in Sueuia,habent'q; libertates multas. Mores & instituta eorū hæc omnibus cōmunia sunt ferme: singulis annis vnus ex ciuibus suffragio creat magistratus, apud quem summa potestas cum imperio sit,hic in caput vniuscuiusq; animaduertendi potestatē habet,hoc ordine:si de criminibus agit,assidēt in cōcilio hi quos sibi ciuitas deputauit.rei ipsi in vinculis adducūtur.accusatoribus &*reis defensoribus dicendi copia datur,& auditis omnibus,itur in sententiā,nō vt leges censent,sed put ratio & cōsuetudo iudiciorū dictat.eodem ordine in ciuilibus causis cognoscit. Cæsar ī ciuilibus,si excesserint,appellatur. Sunt aūt in q̄libet bona ciuitate duo gn̄a hoīm:alij sunt ciues vetustiores,alij plebeij seu populares.Plebeij mercantijs & officinis intendunt, ciues veteribus patrimonijs cōtenti,redditibus alūtur,equestrem dignitatem imitantes.si quis plebeius ditior factus,ad equestrem locum puenire tentauerit,repulsam habebit:ita p longa tempora vterq; ordo in suis finibus perdurat. Gubernatio reip.fere cōmunis est plebeijs & ciuibus,nec ea plebs seruire videt.sua cuiq; substantia tuta est & libertas,saluis legibus vt velint viuere. In communi vero iustitia per totam Sueuiam administratur ab illiteratis.laici eñ imperatorum legibus non vtūtur,sed in singulis vrbibus, oppidis & villis duodecim viri vitę integritate ac honestate pcipui eliguntur in iudices,nullo habito respectu,an sciant literas necne,qui munus iudicandi necessario subeūt,licet remunerationem seu mercedem inde nullam habeant p̄ter honorem,sed p bono communi suis posthabitis negocijs,statutis diebus iudicijs intendunt, iurant'q; singuli se facturos secundū quod eis visum fuerit iustius atq; melius.& præsente magistratu loci,causas audiunt,partibus'q; ad satietatem auditis,sententiam dicunt,non vt leges censent, quarum nullam notitiam habent,sed prout ratio & consuetudo iudiciorū dictat.Nec à sententijs eorum maiores nostri appellabant,indignum fore putantes, tantorum virorum gratis iudicantiū decretis contradicere.Hodie vero passim ab eis appellari cœpit,quod ferendum esset, si iudices appellationis,in iudicando consuetudinem priorum iudicum seruarent.Sed hoc à paucis ponderatur,immo plerunq; sententiæ priorum iudicum,alioqn nullam iniquitatem continentes,ob id solum, q̄a cōtra leges scriptas,platæ inueniuntur,retractantur,in quo sine eorum demeritis & iudices primæ instantiæ,imperitię suggillantur,& victrix pars grauatur.Hoc quàm iustum sit,viderint iudicantes.Quis enim nisi insipiens,ab imperitis legum leges vnquam exigeret? vnde multo sanctius esset,nullos tales iudices præficere, vel si præfeceris, æquum esset eorū consuetudinem,quæ saltem contra ius gentium non esset,in iudicādo seruare.Nescio quoque tolerabilior ne aut reipublicæ vtilior fuerit antiquus mos in iudicando. hoc plane scio,quod multo minoribus expensis & laboribus maiores nostri litigabāt, nec minus quàm hodie de administratione iustitiæ contenti fuerant. Hactenus de his quę pacis tempore habent:restat nunc quidem scribere,quemadmodum bellicis in rebus se habuerint Sueui.Siquidem ab vrbe cōdita anno septuagesimoquarto supra trecentesimum Sueuos duce Brenno Italiam legimus ingressos,Romam vastasse.Meminimus Alliæ cladis & in primo volumine,vbi locus erat huic rei,& in secundo in generalibus Germaniæ laudibus,vbi Brennum e Sueuorum cognatione, non Britannum, sed Germanum diximus,id quod*& Gotfredo probis'q; scriptoribus alijs cōstat.nam Romani eam alluuiem,Gallicam notiore vocabulo appellarunt, quum ante illam cladem nihil cum Germanis egissent,vt fere Græci etiam scriptores vetustissimi Germanos Celtas dixere. Insuper & Germanos fuisse eos,qui tum Italiam vt antea reliquas nationes vastarunt,probe ex Plutarcho patet in Camilli vita.Omitto reliquos,quorum supra meminimus, quibus constat, Senonas Sueuos'q; eius expeditionis principes fuisse. Quid de Ariouisti gestis dicam, cum quo adeo *infeliciter dimicauit Iulius Cæsar, vt aliàs maiore nunquam periculo, ac milite minus audaci nunquam? In quo exercitu præcipua Sueuorum virtus enituit,si Eutropio credimus. Cæterum hi quæ in Germanijs tum egerint,pro fide autorum describam. Cæsar ait: Vbij,quorum fuit ciuitas ampla atque florens, hos cum Sueui multis sæpe bellis experti, propter amplitudinem grauitatem'q; ciuitatis finibus expellere non potuissent, tandem sibi vectigales fecerunt, & multo humiliores infirmiores'q; reddiderunt. Subiungit: In eadem causa erant Vsipetes atque Tencatheri, qui cum plures annos Sueuorum vim sustinuerint,ad extremum agris pulsi,& multis locis Germaniæ vagati, ad Rhenum peruenerunt,quas regiones Menapij incolebant,& ad vtranq; ripam Rheni agros, ædificia,vicos'q; habuerunt, transito'q; flumine,Menapios oppresserunt. Qua causa Cæsar bellum cum Vsipetibus & Tencatheris gerere cōstituit. quo audito,legatos misisse refert

Ciuitates īpiales Sueuiæ.

Iudiciorū in Sueuia consuetudo.

Alliæ clades

Sueui sub Ariouisto militantes.

fert idem Cæsar. Interim is re frumentaria comparata,& hostium abditis secretisq́ locis exploratis,vltra processit,aliquãta exercitus parte stipatus,vbi legatus hostiũ admisit,quorum arrogãs oratio fuit in hæc verba:Germanos neq; priores populo Ro.bellum inferre,neq; tñ recusare,si lacessantur,quin armis cõtendãt. hoc tñ dicere, venisse inuitos se,à Sueuis eiectos domo, si suã gratiã Romani velint, posse his vtiles esse amicos: vel sibi agros tribuãt,vel patiant eos tenere quos armis possederint:sese vnis Sueuis cõcedere,quibus ne dij quidem immortales pares esse possint,reliquũ quidẽ in terris esse neminem quẽ superare nõ possint. Hæc ideo inserere volui, vt qualẽ tum opinionẽ de Sueuis haberet etiã Iulius Cæsar,ostenderẽ,q etsi laturus auxiliũ Vbijs, bis Rhenũ trãsiuerit,resq́ maximas in Germania gesserit,Sueuorum tñ gentẽ indomitã reliqt. Et licet Eutropius scribat Cæsarẽ Rheno trãsmisso Sueuos superasse,plus tñ credendũ est Cæsari,q manu sua rem gestã describẽs,nil plus refert,nisi,postq̃ per Vbios exploratores cõperit Sueuos ad initiũ syluæ Bacenis cũ oĩbus copijs expectare aduẽtum Ro.in syluis, cõstituit nõ progredi longius,inopiã frumẽti veritus,redijt, nec manũ cũ Sueuis conseruit. Vnde multũ sobrie Suetonius de vita Cæsaris scribens:Germanos,inqt,q trans Rhenum incolunt,primus Romanorum ponte fabricato aggressus,maximis affecit cladibus,Sueuos tacẽs,quos nec Cæsar victos tacuisset. Post Iulium Cæsarẽ, diuus Octauianus Titum Ennium p̃torem cum legione Martia ac alijs ducibus in Vindelicos portionem Sueuorum misisse legit,in qua Auar Macedo, vt scripsimus,perijt. Post natũ Christum,vt multa sunt à Romanis acta,cum Sueuis p̃cipuo quoties est in Germanis decertatum,q vt Tacitus ait,triumphati magis sunt q̃ victi. Vannium à Druso Cæsare Sueuis p̃fectum aiunt. Deinde Tiberij tẽpore Maraboli apud scriptores p̃clara est memoria,quẽ aiunt Romã dolo vocatum,non dimissum esse,& Caligulam Eutropius ait Sueuiã ingressum,nihil p̃clari gessisse. Sub Claudio Vannius regno pellitur,prima imperij ætate clarus acceptusq́ popularibus,mox diuturnitatẽ in superbiã mutãs,& odio accolarum, simul domesticis insidijs circũuentus. Autores fuere,Iubilius Hermundurorum rex,& Vangio ac Sido sorore Vannij geniti. Nec Claudius,quanq̃ sæpe oratus,arma certãtibus barbaris interposuit,tutum Vannio perfugiũ promittẽs,si pelleret. Scripsitq́ P. Attilio Istro,q Pannoniæ p̃sidebat,legionẽ ipsaq́ e prouincia lecta auxilia,pro ripa cõponeret subsidio victis,& terrori aduersus victores,ne fortuna elati,nostrã quoq; pacẽ turbarẽt,ait Tacitus. Nã vis innumera,Ligij aliæq́ gẽtes aduẽtabãt fama ditis regni,quod Vannius 30. per annos p̃dationibus & vectigalibus auxerat. Tãdem Vannius hostium multitudine in pugna superatus,cũ vulnera aliqt aduersa accepisset, fuga trãs Danubium aufugit. Regnum accepere Vangio & Sido inter se partitum,egregia apud Romanos fide. cæterum & apud Pliniũ & Põponium Melã legi solet de Sueuis, dedisse eos dono Metello Celeri Galliæ proconsuli Indos quosdã,qui errãtes eo per Oceanum deuenerãt. quod probe patet,q̃ta ditio fuerit Sueuici regis,cuius maritimi commeatus fuerint. Sub Vespasiano reges habuerunt Sueui Sidonẽ & Italicum. Nec minus celebria sunt,q̃ deinde gesserunt in Sueuia Ro.principes, quoties ea commota magnis Romanos incommodis affecerit. Atqui sub Valeriano,qui circiter annum dñi 259. inijt imperium,Sueui fines suos egressi,Galliã primum oẽm,deinde maximã Italiæ partẽ incendijs rapinisq́ deuastarunt. Deinde & Probi tẽporibus circiter annum dñi 285. fuisse in Germania reges plurimos,qui Probo imperatori se dedere,id quod eius ad senatum literæ testantur. Constãtinus Cæsar circiter salutis annum 300. Alemanos Lingonas obsidentes profligauit,cum ipse antea fortunã in pugna aduersam expertus esset. Cõstantinus filius aliquãto post in Britannia Croci Alemani regis auxilio creatus est imperator. aiunt nõnulli cæsos esse sequẽtibus annis à Constãtino Cęs. Francos & Alemanos, eorumq́ reges bestijs obiectos. Sub apostata Iuliano in Gallijs Alemanorum rex fuit Sumanus, cuius regis pagi Rheni ripis vlterioribus,id est,lateri septentrionali adhærebant,autor Ammianus. Quo tempore Iulianus Cæsar ingentes Alemanorum copias ad Argẽtoracum fudit,rege Alemanico capto. Gratianus circiter annum domini 382. apud Argentoracum 30. millia Alemanorum cecidit summis laboribus. Anno dñi 407. imperante Honorio,Vandali,Burgundiones,Alani, Stiliconis perfidissimi consulis hortatu Gallias irrupere,deinde Sueuos,qui nuper Galliã aggressi, manebant in Heduis,sibi coniunxere,& ad diripiendas Gallias cum maximis Sueuorum copijs profecti,relictis apud Heduos & Vesontium Burgundionibus,ipsi in Aquitaniã peruenere. Quæ clades quanta Gallijs fuerit,e diuo Hieronymo licet intelligere, q in epistola ad Gerontiam inquit: Innumerabiles & ferocissimæ nationes vniuersas Gallias occuparunt: quicquid inter alpes & Pyrenæum est, quod Oceano & Rheno includitur, Quadus,Vandalus,Sarmata,Alani, *Gepides, Heruli, Saxones, Burgundiones, Alemani,

Sueuiæ reges.

Vannius.
Marabolus

Vangio.
Sido.

Italicus.

Crocus.

Sumanus.

Sueui Gallias deuastarunt.

mani,& o lugenda respub. hostes Pannonij vastarunt,& reliqua lamenta de Moguntiaco, Vangionibus, Tornaco, Nemetẽsibus, Argentoraco & alijs. At post ea tẽpora paululum, dictæ gẽtes Sueui, Alani, Vandali, patefactis Pyrenæi claustris, Hispanias ingressi, horrendã hominũ stragem cõmisere. Tum postq̃ Vandali in Aphricã Genserico duce transmiserãt, Sueui *Callœcos Emerico rege gubernarũt. Is Emericus rex Sueuorũ, annis 33. regnauit in Callœcis, cui defuncto Rixilla successit, & annis nouẽ regnauit, *Hemericãq́; Hispalem, Carthaginẽ ciuitates, & Bethicam prouinciã armis in potestatẽ suam redegit, de quo in Annalibus B. Hieronymi. mortuo Rixilla, Rixarius illi filius successit in regno Sueuorũ, imperauit annis nouem, hic habuit vxorem filiam Theodorici regis Gotthorũ. iste ad vltimũ dum Gotthi Hispaniã ingrediunt, occidit, postq̃ regnauit nouẽ annis. Et illi successit in regno Mastrago, q post eũ regnauit annis duobus. eo defuncto successit illi Arismundus filius, quo defuncto, successit ei Theodomirus, cui in regno successit Mirus, aliàs Minus, & in illo deletum est regnum Sueuorũ in Hispania, & translatum est in Gotthos. horũ regum Hispaniæ supra mẽtio facta est. Quorũ etiã meminit P. Orosius lib. 7. dicens: Alanorũ, Vandalorũ, Sueuorumq́; reges eodẽ nobiscum placito mandãtes imperatori Honorio: Tu nobiscũ pacem habe, obsides accipe, nos nobiscum confligimus &c. Deinde aliquãto tẽpore post annũ domini 570. cum Alboinus Longobardus e Pannonijs in Italiam à Narsete vocaretur, auxilia primo Saxonũ 20. millia cognationis causa secũ duxit, q sedes accepturi in Italia, cum vxoribus liberisq́; patriã egressi sunt. In ea loca Francorũ reges transtulere magnã Sueuorũ, q Rhenũ accolebãt, multitudinẽ. Et ingresso Italiã Alboino, ingẽtes Sueuorũ copiæ auxiliariæ secutæ sunt. Deinde cũ & Italiæ magna pars vastata esset, & accepissent Longobardi sedes, Saxones, siue ꝙ illorũ imperio parere nollent, siue spe maiorum rerũ, adorti Galliã proxime rapinis incendijsq́; vastarũt. Sed cũ in ipsis iam Gallijs medij debaccharent, occurrerunt eis Francorũ copiæ, qbus congredi timẽtes, ad Sigebertum Francum, qui tum Austrasiam Metis regebat, deducti sunt, qui fœdere pacto, redituros eos in Saxoniã patriã dimisit. Institit rex apud Sueuos, qui iam pene 20. annos coaluerant in Saxonia, vt sedes mutarẽt, persuasitq́; eis tandẽ, vt regionẽ partiri paterentur, vellentq́; æquo iure cum Saxonibus habitare. assenserũt Sueui, at Saxones nõ contenti, eam sibi totã ex fœdere cum rege inito postulabãt. Et cum rex cunctatur, tandem Saxones à rege petunt, vt saltem æquo aĩo ferat, si armis ipsi patriam recuperent. Adnitente rege, Sueui inducti sunt, vt duas partes, retenta sibi tertia, Saxonibus restituerent. Sed nullis pollicitatiõibus Saxones molliri poterãt. atrox ꝑlium cõmissum est, in quo superatis & magna parte cæsis Saxonibus, mãsit regio Sueuis, q̃rũ hodie, vt cõiectura est, in Saxonia remanẽt reliquiæ nõ contemnẽdæ, quanq̃ de hoc & alia cõiectura habeatur, vt supra tactũ est. Ex iam dictis patet, Sueuiam ab antiquo reges habuisse suos. quot aũt & qui fuerint, & de interregno eorũ, ꝓter supra scripta inuenire non potui. vltimi fuerunt, vt existimo, Cunimũdus rex, qui cũ Ostrogotthis bella gessisse memoratur: Et Marsilius, qui circa annũ dñi sexcentesimũ nonagesimũ, vnà cum Pipino maiore domus Franciæ, cõtra *Græcos pro Christi fide cõcertasse memorat, quẽadmodũ in Blancktal apud monasteriũ Campidoneñ. in historia Tatonis ac eius gestis plenius inuenitur. Clodoueus q̃q́; rex Francorũ, ob victoriã de Sueuis obtentã in ꝑlio, in q̃ Sueuorũ rex occisus narrat, Christianũ se fieri pollicebat. ab eo tpe Sueuia reges nõ habuit vsq́; ad Carolũ cognomento Crassum, filiũ Ludouici regis Germanorũ. hic enĩ in diuisione Sueuiã obtinuit, posteaq́; rex Ro. factus extitit, & in ꝓuinciæ formã Sueuia redacta fuit. Sueuia vero nõ multo post duces habuit. Inuenitur circa annũ dñi sexcentesimũ fuisse dux Sueuiæ Gonso, qui S. Columbanũ & S. Gallum e Brigãtia expulit, habuitq́; sedẽ in Iburinga. i. Vberlingen, posteaq́; legitur Gallo obtulisse episcopatum Constañ. quẽ recusauit, & Iohannẽ discipulũ suum illuc promouit. Fuerũt postea Bertoldus & Vehi principes Sueuiæ tẽpore Caroli Martelli, post illos Gotfredus & Theobaldus filius illius. Carolus Magnus vxorẽ duxit Hildegardẽ de genere Gotfridi Magni ducis Sueuorũ. Ferturq́; ꝙ in castro Hilermont. i. Cãpidonensi, sedẽ habuerunt duces Sueuiæ Esuerius, Eruerius, Marsilius, Cunradus, Hildebrandus, Hochuinus, Nebus, Gotfridus, Imanus. Et ꝙ Hildebrandus pater fuerit Hildegardis. numerant etiam à quibusdã duces Sueuorum Lantfridus, quem Carolus Martellus superasse dicitur: & Gotfridus, qui cũ Odilone duce Bauariæ certauit. Item Richardus dux Sueuiæ & Angliæ rex. Hic fuit nepos Offonis regis Angliæ ex sorore, factusq́; fuit rex Angliæ, & S. nuitq́; ex *Vuunna vxore sua duos filios, Vuilibaldum epm *Eisteteñ. in Bauaria, & S. Vuunibaldũ abbatẽ in Haidenhem, & S. Vualpurgem in Haidenhem abbatissam, vbi duo fuerunt monasteria, & sepelitur in Eisteten, in monasterio eius nominis ad sanctã

Sueuorum in Hispania dñatus.

Sueui, Alboini auxilia.

Marsilius.

Duces Sueuiæ.

Hildegardis vxor Caroli e prosapia Sueuica.

Vual-

Vualpurgam, ibi stillat oleum valens contra diuersas infirmitates. ita reperitur in præfato monasterio Haidenhē, quod hodie situm est in prouincia Brandenburgēn. Erat etiā sub Carolo Magno Geraldus dux exercitus Sueuorū, q priuilegiū Sueuis primorū ordinum in ꝓlio meruisse dicitur. Post illos duces posteritas Caroli Sueuiam administrauit, sub Arnulpho vero Cæsare gubernabāt Sueuiā Bertoldus & Erckinger duces, qui duo vnà cum Lutfrido sororio postea iussu regis Cunradi primi decollati sunt, pro eo ꝙ Salomonē epm Constañ. ceperāt & male tractauerāt. Sed nondum Sueuia in ducatum erat restituta, immo fisco regio parebat, cōtinuo tamē Sueuorum assensu instituitur dux Burckardus illius gētis nobilissimus, & ducatui ꝑdia supradictorū fuerūt incorporata anno dñi 912. Alij dicunt ꝙ illi successerit Burckard⁹, q fuit socer Rudolphi regis Burgundię, q Italiæ tyrānidē inuaserat. illi successit Hermannus, q habebat fratrē Lupoldum, qui mortuo Rudigero marchione orientali sine hærede, ꝑ Henricū primū de Marchia inuestitus est anno dñi 948. Hermannus dux huius nominis primus, habuit plures fratres, Lupoldum de quo iam supra, Vtonē qui obijt, Cunradū dictum Sapientem. hic Hermannus morā habuisse fertur in castro Duello, q̄d nostri Duiel nominant. Anno autem domini 948. vnicā filiam, cū esset ditissimus, in matrimoniū locauit Ludolpho filio Othonis Magni, & filia vocabatur Ida, cui & ducatum Sueuiæ simul reliquit. Huic Ludolpho successit Burckardus huius nominis 3. amoto Ludolpho ꝓpter rebellionem patris, vt aliqui volunt. Et illi successit Henricus Saxoniæ dux, post illum Otho filius Ludolphi ex Ida vxore cū iam adoleuisset, hic Otho genuit Gregoriū quintū, qui vnà cū Othone 3. electores imperij cōstituit. Deinde fit dux Cunradus, cui successit Hermannus 2. qui habuit vxorem filiam Cunradi regis Burgundiæ siue Arelateñ. Gerburgam, cui successit filius referēs nomen patris. Illi successit Ernestus marchio Austriæ, filius Henrici marchionis. hic ex Gisela nobilissima principe in castro Lympurg, q̄d postea Cunradus eius nominis 2. imperator in monasterium S. Benedicti ordinis transtulit, orta, ex Lothario 4. rege Francorum ortū ducens. generauit duos filios Ernestū & Hermannū. Ipse aūt Ernestus pater in venatione sagitta perijt. successit ei primogenitus Ernestus filius, quē in ꝓlio succubuisse referunt, cui secundo loco Hermānus frater successit in ducatu anno salutis 1030. Deinde Otho comes Palatinus, de genere (vt fertur) Hermanni ducis per Henricum Cæsarem anno 1042. vel circa, de ducatu inuestitur. Deinde Otho de Schuinsfurt præficitur ab imperatore, qui marchio fertur fuisse. Inueniī apud quosdā, ꝙ hic duos filios habuerit, Cunradum & Henricum, q ambo immatura præuenti morte referuntur. Deinde Rudolphus comes filius Cunonis nobilissimi de Rhynfelden, dux præficitur anno 1048. q postea contra Henricum quartum, a quo ducatum obtinuit, in regem à quibusdā est electus, & à papa confirmatus, ac propterea in bello fuit occisus anno salutis 1080. Bertoldus princeps de Zęringen, de ducatu se intromisit, viuente adhuc Rudolpho rege, ac anno 1081. à principibus cōfirmatus, quem tamen ducatū amisit, Henrico 4. ei insidiante. Sed alij, Rudolfo, inquiūt, occiso, Bertoldus de Zæringen à rege inuestiturā petebat. Sed impator Henricus 4. filiā suā Agnetem Friderico de Stauffen despōsauit, & Sueuiæ ducatū simul illi contulit. Qui Fridericus Bertoldū pacem petere coegit. conuenit tñ, ꝙ Bertoldus Duregum oppidū Sueuiæ à manu imperatoris sibi tenendū reciperet. oēs itaq; duces de Zæringen, sine ducatu Sueuiæ māserunt duces, in alijs tñ rebus & honoribus ꝑpollētes fuerūt. Fridericus itaq; Henrici 4. Cæs. gratia Sueuiæ ducatū anno dñi. 1081. accipiens, filios genuit duos ex vxore Hagna filia Henrici, Cunradum & Fridericū, Cūradus posthac Ro. rex creatus, imperiū viribus & prudētia tutatus est egregie. In Asia pugnauit feliciter, & profecisset, ni fraude Cōstātinopolitani princ. Emanuelis exercitus perisset. filios habuit duos, *Hūricum & Fridericū, q ambo sine sobole decessere. Frater autem Cūradi regis Fridericus secūdo natus, genuit Fridericū Barbarossam postea imperatorem, & Cunradū ex secūda vxore. is Palatinus comes factus est. Fridericus Barbarossa dictus, qnq; habuit filios, Henricū postea imperatorē, Fridericum ducem Sueuiæ, Othonē Burgundiæ comitē, Cunradum Sueuiæ ducē, & Philippū. Post obitū Friderici Barbarossæ, Henricus fit imperator, & rex vtriusque Siciliæ, & reliquit Fridericum postea imperatorē creatū. hic Fridericus ex regina Aragoniæ gñauit Henricū, q obijt sine liberis. generauit ex secūda vxore Iole filia regis Ierusalē Cūradum, ex reliqs tres filios, Fridericū quē fecit regē Antiochiæ, Manfredū quē fecit principē Tarēti, & Entium quē fecit regē Sardiniæ, Cunradus in vita patris impator eligit, successitq; in regno Ierusalē & Siciliæ, & generauit ex filia ducis Bauariæ Cunradinū vltimum ducē Sueuicæ dynastiæ. In qua principes singuli quantæ maiestatis semper quātæq; gloriæ omibus Germanis fuerint, maximis & mirandis testimonijs ex eorum gestis supra

De Gregorio 5. papa.

Rudolphus rex.

Fridericus de Stauffē.

Cunradus 3. imp.

exaratis cognoscere possumus. Nã etsi ex eadem domo successiue prodierint Cæsares plurimi, nihil tñ in vnoquoq; eorũ nõ magnificum, nõ excelsum, nõ admirãdum inuenire poteris, qrum oĩa opera grauissima fuerũt & regia: qd ita ostẽditur: Cunradus eñ primus ex hac gẽtilitate in imperatorẽ electus anno salutis nostræ 1138. cum iam Rogerium Siciliæ regẽ declaratũ in pĩudicium imperij inuenisset, nec id ratum habere vellet, multa impedimẽta à fautoribus Rogerij perpessus est à primordio imperij, q̃ tamẽ gloriose superauit. Et nisi tantã cladem in terra sancta miseratus fuisset, Rogeriũ in pace regno frui nunq̃ sustinuisset: sed motus religione Christiana, ad instantiã S. Bernardi legati Ro. põtificis, crucẽ assumpsit. collecta multitudine crucesignatorũ, peruenit in Syriã, vbi cũ Hierosolymis inuenisset regẽ Francorũ Ludouicũ, cõsulte mox deliberãt vrbẽ obsidere Damascenorũ. Vbi in pugna plenis copijs cũ infidelibus facta, cõmissum est egregiũ facinus ab imperatore. cum eñ pedes exerto gladio pugnaret, Turca qdã arctissime à collo eũ depræhẽdit, quẽ Cunradus tã valido ictu inter collum armũq; sinistrum pcussit, vt ea parte ad dextrã vsq; adacto gladio secuerit. mox'q; fuga facta est. Nec is est Cunradus Francus, qui spiritu feruẽti in rem Christianam actus, cathedralis ecclesiæ Nemetensis ciuitatis ruinas restaurare curauit, atq; iactis fundamẽtis, q̃ hodie cernitur, ecclesiã ædificare cœpit, deinde vno & eodẽ die S. Guidonis Spiræ, & S. Crucis in Lympurg famosissimũ monasterium ordinis diui Benedicti, ex castro suo Limpurg ecclesias erigere cœpit. Successit illi in imperio defuncto Fridericus, Barbarossa cognominatus, vir ingẽtis animi, cuius si gesta pclara recẽsere voluerimus, liqdo apparebit, eũ in re militari & quicqd ad augendũ imperium cõducere poterat, nemine inferiorem. cum eñ offendisset imperium apprime lacerũ, iam eñ in Italia cõtra ius fasq; iura imperij vsurparãt ciuitates vel tyranni, sicuti rebellare cõsueuerant, iam Ro. pontifices priuilegia de inuestituris ꝑlatorum regni, ab antiquo impatoribus cõcessa, reuocauerãt. Ad hæc Rogerium Siciliæ vtriusq; inuasorẽ, in nõ modicũ imperij pĩudicium, regẽ fecerãt, & sic nulli sua antiqua facies manebat. Vnde vir tãtus ea calamitate imperij pmotus, animũ ad instaurãdum imperium adiecit. quinquies eñ in 23. annis validissimis cum exercitibus Italiã intrauit. in primis rebelles castigãs, Dertonam destruit, & tãdem ꝑdam militibus fecit. breui'q; redactis (vt credebat) ad sanitatẽ subiectis, magna celeritate Romã cõtendit. Ab Adriano põtifice imperij corona donatus, redijt in Germaniã. Spoletum in via propter illatas iniurias incẽdit, & funditus euertit, in Germaniam reuersus, vix respirauit, & Mediolanẽ. Dertonã reædificauerũt, fideles'q; imperij affligere satagũt. redijt propterea Mediolanũ obsidẽs, tãdẽ deditionẽ eius recepit, obsides imperauit, ciuitates & castella pagrans, pacis leges oĩbus sub grauissimis pœnis promulgãs. Edicta eius Mediolaneñ. cõtemnunt, eapropter Cremas Fridericus subuertit, deinde Mediolanũ solo æquauit, muros rebellium vrbiũ ac turres destrui fecit. Morit interea Adrianus, q rebellibus fauerat, & duo in discordia eliguntur, Alexander atq; Victor. Et cum Cremas obsideret impator, ab Alexandro 3. rogat, vt interposita impiali autoritate, seditionẽ tollat. respõdit bonus princeps, vtrũq; pontificẽ Papiã ire debere: qd dũ recusaret Alexander, Victor cõcilio habito religiosorũ virorũ, à Friderico recipitur, Alexander eum anathematis vinculo fulminat. qua iniuria lacessitus imperator, oẽs ecclesię ciuitates ꝑter vrbẽ veterẽ & Anagniã, occupat Fridericꝰ, Anconã cepit, deinde Romã venit, media concordiæ inter pontifices quærit. Alexander vero noctu abiens, Caietã applicuit, Mediolanũ inter hæc restituit, & Alexãdria noua ciuitas collocat, cũ quibus duo maxima confecit impator ꝑlia, accepit'q; maxima damna. Tandẽ inter papã Alexandrũ Venetijs Fridericum'q; pax confirmat. abijt tum in Germaniam imperator. Et anno dñi 1183. indixit curiam apud Constantiã, & pacta quędã de faciendo seruitio imperatori statuta sunt, vocatur'q; pax Constãtiæ, quã Baldus cõmẽtatus est. Oppugnabat postea Hierosolyma, & à Saracenis capitur. hãc ob rẽ Fridericus imperator copias mouit in Christi hostes, multa egregia patrauit facinora, & dum refrigerãdi se gratia amnem ingreditur, in vndis perijt anno salutis nostræ 1190. cum maxima Christianæ reipub. iactura. Successit patri optimo Henricus filius, qui duxerat Constantiã Rogerij regis Sicilię filiã, statim'q; regnum dotis nomine repetit, interfecto'q; Tancredo inuasore regni, Siciliam totam in suam potestatem redegit. Sęuit in quosdam rebelles, diuersis supplicijs interimẽs. Pace facta, imperij atq; regni negocia magnificentissime disposuit, vir per omnia magnanimus. Verũ immatura morte Panormi obijt, derelicto Friderico infantulo iam rege Romanorũ designato, cuius curam Philippo fratri commisit: quo non attento, principes Othonẽ Saxoniæ ducẽ eligunt in regem. fit longa inter eũ ac Philippum cõcertatio. Tandẽ mortuo Philippo & Othone priuato, Fridericus de consensu oĩm ad imperiũ vocatus est, q̃ nullus, vt refert

Frid. Barbaross. Cęs. gesta.

Pax Constantiæ.

Henr. Cæs. Barbaross. filius.

Frid. 2.

Pius Aeneas Syluius, magnificentior à Carolo Magno imperiũ tenuit, potentissimus imperator, rex Siciliæ, Sardiniæ, Hierusalem & Sueuiæ dux, vir nõ animi solum vigore, sed etiã corporis dotibus excellens, quo illa ætate nemo virorũ fortiũ ferocior fuit, nemo vnus vir, quo magis innixa fides Christi stare potuisset, si arma quę in Italos debacchata sunt, in res Asiaticas versa fuissent. Fridericus toties Italis deficientibus debellatis, factiosis toties domitis, oĩbus bellis vix vnã alteramve fortunæ aduersitatẽ perpessus, victoriosissimus vita functus est, cui si arma in Chri hostes ferre Itali impedimẽto nõ fuissent, sicq; minus põtifices inuasisset, iure maximi imperatoris nomẽ apud Asiaticas etiã gentes obtinuisset. Reliqt tñ gloriæ successorem Cunradum ex Iole Hierosolymitani regis filia susceptũ, ad imperiũ in vita patris electũ, q secũdo q̃ aduenerat anno, omĩ potitus Trinacria & Siciliæ regno, immatura morte obijt, Cunradinũ filium suum, vt veræ docent historiæ, regnorũ suorũ hæredem relinquens. At Manfredus vir acerrimi ingenij, Friderici ex cõcubina filius, causante pueritia Cunradini, eius regna sub colore tutorio inuasit, q tamẽ à Carolo Frãco à põtificibus vocato, bello victus est & occisus anno 1267. Hic Carolus Cunradinũ illustrem regem, ex imperatoria antiqua prosapia propagatũ, regna paterna repetentem, nõ in prælio, q̃d iam peractũ erat, sed longe post interceptũ inermem, post diuturnũ carcerem, cõtra ius omẽ belli, cõtra cõsuetudinem quæ neminem regẽ quem armis cepisset, vita priuaret, immaniter vita & regno spoliauit, cũ quo inclytissima ducalis Sueuorũ dignitas ab aula recessit. Sed hoc habet oĩs rerũ mortaliũ fortuna, vt cũ ad summũ peruenerit, intelligamus prope exitũ esse. gloria enĩ Sueuorũ eo vsq; & fama rerũ gestarũ & excellentia floruit, vt cæterarũ prouinciarũ splendorem vincere & antecedere videret. Hęc eadem suis orbata principibus, mox obdormiuit, nec postea peculiares duces habuit, licet Rudolphus comes de Habspurg & Iohãnes filius eius, & post illos Lupoldus, se duces Sueuiæ scripserint. Illis tñ abeuntibus, tota Sueuia in prouinciæ formã redacta fuit. Et tãtum de Sueuia Sueuorumq; moribus populisq; dicere potui. Fuerũt enĩ præter peculiares istos principes haud parum multi alij proceres, quorũ ego suis in locis partim memini, partim acta & gesta habere non valui. Idcirco eos cõsulto pręteriens, alijs diffusius scribẽdi locũ dereliqui. quapropter vnde digressus sum rediẽs, historiã aliquãtisper intermissam repetere, ac si qua prætermissa sunt, resarcire conabor. Anno salutis nostræ 1268. Clemens IIII. morit Viterbij, vacauitq; sedes annis quasi duobus, cardinalibus quæ sua erãt, nõ quæ Iesu Chri, quærentibus. Erat Clemens, vt scribunt nõnulli, humanus, modestus atq; doctus, bona etiã ecclesiæ ita accurate dispẽsauit, vt plus Deo q̃ cõsanguineis tribueret. Duas habuit filias ex vxore ante põtificatũ susceptas, quarũ alteri in monasteriũ collocatæ 30. libras Turoneñ. paruorũ dedit, alteri quæ marito suæ cõditiõis nupserat, trecentas libras Turoneñ. dotis noĩe numerari iussit. Habuit & nepotem clericũ, quem vbi cõperit tres præbendas habere, ei optionem dedit, vt quã vellet retineret, duas relinqueret. Verum instantibus amicis, vt nullã præbendã tolleret, sed plura tribueret, respõdit, se Deo, nõ carni & sanguini acqeturũ. delectatus est mirabiliter doctrina Bonauenturæ ordinis Minorum. Interea Bondegar Aegypti Sultanus, Chrianos in Syria inhabitãtes debellat, indeq; hostili animo in Armeniã profectus, idem fecit. Postmodum Antiochiam habitatoribus vacuã inueniens, vniuersam ferme deleuit. Septem postea annis decursis, iterato Antiochiã inuasit, & cruentissima strage ipsam affecit. Vnde & vniuersum exercitum suum præda onustum cum 20. millibus captiuorum reduxit in Aegyptum. Deniq; cõtra Assyrios pugnaturus, vulnerat, ex quo mœstã animã efflauit. Anno vero salutis 1269. Ludouicus rex Franciæ, nõ territus pręteritis laboribus expensisq; quas fecerat, vltra mare iterato cum duobus filijs, adiuncto sibi rege Nauarræ, & plurimis ecclesiarũ prælatis, pro recuperatiõe terræ sanctæ iter assumpsit. Verum quo hoc facilius fieret, cõsiliati sunt, vt regnum Tunisium in Aphrica primitus humiliarent, q cum portum Tunisij potenti manu obtinuissent, pestis supuenit, & adeo inualuit, q primo regi Frãciæ vnum filium, & postea legatum apostolicũ, & demũ ipsum regem Chrianissimum cum pluribus comitibus & baronibus de medio sustulit. Quã vero feliciter rex Ludouicus vitã terminauerit, rex Nauarræ dño Tusculano card. p lrãs intimauit. nam in infirmitate sua laudare dñm nõ cessans, illã orõnem quãdoq; interserebat, dicens: Fac nos dñe prospera mũdi despicere, & nulla eius aduersa formidare. Orabat etiã pro populo suo, dicens: Esto dñe plebi tuæ sanctificator & custos. Et cum appropinquaret ad finem, fertur suspexisse in cœlũ, dicens: Introibo in domũ tuã, adorabo templum sanctũ tuum, & cõfitebor nomini tuo dñe. & hoc dicto, obdormiuit, cui Philippus in exercitu existens, successit. Cum aũt de morte regis exercitus turbaret, & Saraceni lætarent, Carolus rex Siciliæ, quem adhuc viuẽs frater rex Ludouicus vocarat, na-

uigio

Cunradus.

Cunradinus.

Att. Clemẽtis ęqtatem.

Bondegar Aegyp. Sultanus.

S. Lud. Frãci interitus.

uigio magna cum militia aduenit.& cum multo plures essent Saraceni q̃ Chr̃iani,nullatenus tñ audebãt aperte cõgredi,sed multa eis incõmoda inferebãt. Est em̃ terra sabulosa,vnde Saraceni statuerũt plura millia hoĩm super vnum mõtem, Chr̃ianis vicinum:& cũ ventus flaret,contra Chr̃ianos puluerem mouebãt & molestabãt.Sed tandem puluere ꝑ pluuiã depresso, Chr̃iani paratis machinis Tunisium ꝑ terrã & aquam oppugnare curãt.Quo viso,Saraceni timore ꝑculsi,pacis mentionem fecerũt,pactaq́ꝫ ineunt,inter quæ p̃cipua fuerunt,vt om̃es Chr̃iani in regno illo captiui, dimitterent͂ liberi,& ꝙ in monasterijs ad honorem Chr̃i cõstructis, in oĩbus ciuitatibus regni fides Chr̃i per fratres Prædicatores & Minores & per alios libere p̃dicari posset.Et volentes baptizari,nõ impedirent͂,& solutis expensis regibus ibi factis,tributũ annuũ rex Siciliæ regi Tunisij imposuit,quotãnis ꝑsoluendũ. Supuenit tum Eduardus regis Angliæ frater cũ multitudine Frisonũ,supuenerunt & alij peregrini,ꝙ circa ducenta millia pugnatoꝝ crederent͂,& speraret,ꝙ non solũ terrã sanctã, sed etiã totam Saracenicam subiugare possent.Sed peccatis nostris exigentibus,incassum venerunt. nam legatus papæ q eos dirigere deberet, subtractus erat. Terra autem sancta ad quã ire debebant,gubernatore peregrinoꝝ carebat,q̃a & patriarcha defunctus fuerat,sedes etiam apostolica quæ vtrobiq; prouidere debuerat, tunc vacabat. Rex Nauarræ infirmus, Aphrica decedẽs,in Siciliã morit͂.Carolus ipse venit in Italiã cũ magna ꝓcerũ manu. nam & Philippus Ludouici filius post obitũ patris regnũ susceperat,& alia procerum multitudo Carolũ secuta,per Italiã transijt.Hi etiã discordes patrum animos,s.cardinalium,& sedem vacuã offenderũt.Tanta q̃dẽ erat pertinacia,vt eos neq; Dei metus, neq; hoĩm preces,neq; Chr̃ianoꝝ querelæ à certamine dimouerent. Ad extremũ post longas expectationes, q̃a inter se cõuenire non poterãt, extra collegium respicientes, Theobaldum ep̃m Placentinũ per id tempus in Syria cõmorãtem,elegerũt Ro. põtificem. Anno igit͂ dñi 1270. Theobaldus ep̃us Placentinus, post longã vacationem creatus est papa,& vocatus est Gregorius decimus. Euocatus e Syria in qua erat,venit Viterbium,& ibi coronat͂.sedit annis quatuor. erat aũt fidei magnus zelator ac pacis amator. Vnde subito animũ induxit ad reductionẽ Græcoꝝ ad obediẽtiã sedis Ap.ac etiã ad recuperationem terræ sanctæ,ꝓpter quæ cõcilium generale indixit Lugduni, ad q̃d & ꝑsonaliter accessit.Contulit vero se ad id cõcilium Michael Palæologus Græcoꝝ imꝑator cum magna comitiua. Tertiadecimaq́ꝫ vice in sñiam Ro. ecclesiæ Græcos toties deficientes,ꝑtraxit,auxilio em̃ Genuensium imꝑator simul cum patriarcha Constãtinopolitano ad vnitatem fidei sunt reducti, confitentes ꝙ sp̃us sanctus ꝓcedit nõ solũ à patre,sed etiã à filio,& in oĩbus submiserũt se Ro.Ec.Sicq́ꝫ Gregorius illi cõfirmauit ĩperiũ,ꝑ eo potissimũ, vt adiutoriũ haberet à Grecis ad terrã sanctã recuperãdã. Carolus vero rex Siciliæ id ægre tulit,indignatus q̃a Balduinus iniuria impio erat deiectus,cui Carolus ꝓmiserat adiutoriũ de eius recupatiõe. Anno salutis 1273.in mẽse Octobri post longã vacationẽ imperij,eligitur in regem Ro. Rudolphus comes de Habspurg,vir in armis strenuus, prudens atq; famatus, regnauit annis 19. aliàs 18. De cuius electiõe ita scriptũ cõperi:Post mortẽ Friderici II.Alexãder papa IIII.reqsiuit electores,vt aduocatũ ecclesię eligerẽt.Iam em̃ & Cunradus obierat.Cõueniẽtes itaq; electores in Franckfurt,diuiserũt se in duos,tresq́ꝫ elegerũt Richardũ Cornubiæ comitem,reliq Alphonsum principẽ Castellæ. Oritur inde schisma, & durat annis multis. Rex vero Boemiæ & ipse adspirabat ad imperiũ. Tandẽ Gregorius X. põtifex p̃cepit electoribus ecclesiasticis sub pœna priuatiõis officij, secularibus vero principibus sub pœna excoĩcatiõis,vt sine cunctatiõe se resoluerẽt,& ecclesiæ aduocatũ darent, alioqn ipse hoc faceret. Obierat aũt iam Richardus comes Cornubiæ, & supererat adhuc Alphonsus rex Castellæ.Sed id dicebat͂ modo obstare, vt aliq coniectãt,volẽtes ꝙ etiam electiõ imꝑatoris nõ solum actiue,sed & passiue sit apud Germanos dũtaxat,hoc est,ꝙ etiã electus debet esse Germanus.Post hãc Gregorij reqsitionẽ dies dicta ẽ ad Frãcofordiam,illuc venerũt nũcij Alphonsi nõ sine muneribus.Verũ nõ quieuit Othocarus rex Boemiæ.Interea em̃ vt durauit discordia inter p̃dictos electos,ipse sibi aliquos de electoribus cõciliauit,vnde quasi certus de imperio,ad Francofordiã suos destinauit nuncios,ep̃m Secouiẽsem,& Cõmendatorẽ ordinis Teutonicoꝝ,& cũ his duos barones. Hi om̃es cũ magna fidutia expectabãt regis sui ꝓmotionẽ. Triduano igit͂ tractatu ꝑhabito,electores vnanimiter in regẽ Ro.elegerũt Rudolphũ comitẽ de Habspurg absentem.Quo ex more publicato, nuncij Alphonsi ac regis Boemiæ cũ magna cõfusione abierũt vacui ad eos q se miserũt.vocatus itaq; solennibus nuncijs Rudolph⁹ ,vnà cum consorte sua Anna,comitis de Heigerlach filia, descendit cum principibus Aquisgranum,ibiq́ꝫ regio diademate exornat͂ cũ cõiuge sua,iuxta morẽ antiquitus obseruatũ. Eo-

Tunisium occupatũ.

Eduardus Anglus.

Gregorius papa X.

Rudolphus IMP. C.

Rudolphi cõfirmatio.

Eodem anno Rudolphus rex in cōcilio Lugdunensi à Gregorio papa est cōfirmatus, ea tñ cōditione, vt sequenti anno Romā pacificus veniret ad coronā vnctionemq́ accipiendam. Ita Itali scriptores referūt. in gestis tñ Rudolphi metro inueniť hoc modo: Bis sexcenti septuaginta tresq́ stetere Anni, Lausanæ dum rex & papa fuere. Ex quo apparet ꝙ papæ occurrerit Lausanā, vnde paulo post Gregorius venit in Italiam cōcilio absoluto. & cū venisset (vt scribit Blōdus) Bellocadorꝫ, expectātem ibi Alphonsum regem Castellæ audiuit, q multis est questus, pōtificem ipsum male & perperā electionem Rudolphi cōfirmasse, & ꝙ nullā vt debuerat habuisset electiōis suæ ad imperium rōnem: eum vero pōtifex tam multis placauit rōnibus, vt ꝑtensum ius nouo imperatori designato cedere cōsenserit. In Lugdunensi cōcilio pōtifex ꝓ expensis transitus ad terrā sanctā, imposuit decimā à Chrīanis ꝑ sex annos soluendā. ꝑdicari fecit crucem, cōcedens plenariā remissionē & indulgentiā assumentibus crucem, & eūtibus vel saltem mittētibus vnū vel plures bellatores. Anno dñi 1274. rex Rudolphus curiam Norinbergæ indixit, factusq́ est maximus principū cōuentus, q se regis ditioni subiecerunt. Aberāt rex Boemiæ Othocarus, necnō Bauariæ dux Henricus, q postra ad Augustā solenniter sunt citati. Adueniente termino, rex magna principū corona curiam celebrās, expectauit si qd rex Boemiæ & dux Bauariæ in excusationē suæ inobediētiæ dicere vellent, Henricus dux satis se submisit. cōparuerūt tum regis Boemiæ nuncij, Bernardus Secouieñ. epūs, veniaq́ petita, epūs pleno mādato suffultus, ꝓposuit electionem de Rudolpho nō valere, vtputa factā ab execratis, & de execrato, ideo Rudolpho tanq̄ regi obediendū nō esse. Addidit nōnulla alia sermone Latino: Cui rex: Episcope, inqt, si habetis causam aduersus clericū, agatis sermone Latino corā epō: sin vero cōtra me vel cōtra iura imperij, ꝓponatis more solito. Sed nec papā fucatis vestris sermonibus contra me ꝓuocabitis. Inter loquendū electores laici intelligentes epm electionē in dubium reuocare, vix manus abstinuerūt. Itaq; epus trepide abijt, vt saluū conductū à rege repetens, cōfusus ad ꝓpria remeauit. Cōtinuo de cōsilio principū rex destinauit illustrem Henricū Burggrauiū Norinbergeñ. virū prudentissimū ad regē Boemiæ, reqrens vt ducatus Austriæ atq; Stiriȩ regno restitueret, à quo in feudū nō recognouisset, petijt quoq; Carinthiam & Carniolam, aliaq́ ad imperiū ptinentia bona. Venit itaq; Burggrauius ad regem Othocarꝫ cum mādatis, sed nil ꝑter cōtemptū impetrauit. Affirmabat eñ rex nullā se Rudolpho obedientiā facturꝫ, nec aliquid ab eo recogniturꝫ. Paulo ante, anno s. dñi 1270. Stephanus Vngariæ rex Othocarꝫ cū exercitu in Vngariā veniētem, pugna vicit atq; fugauit. Præterea regem Bulgarorꝫ, vt sibi seruiret, compulit. Obijt aūt breui, cui successit Ladislaus filius in regno. Anno dñi 1275. mortuus est Gregorius in Aretio, & electus est ꝓ eo Petrus de Tarantasia ordinis ꝑdicatorꝫ, vocatus Innocentius V. sedit menses sex. Innocētio successit papa Othobonus de Flisco, vocatus Adrianus V. sedit diebus 39. Adriano mortuo anno dñi 1276. electus est magister Petrus Hispanus cardinalis, & vocatus Iohānes XXI. Sedit tātum octo menses, hic & si doctissimus fuerit, tamen ignorātia rerum gerendarꝫ & morum inæqualitate, plus detrimenti quàm honoris pontificatui attulit. Pollicebatur sibi homo longam vitam, sed ecce dum hoc prædicat, camera quædam noua, quam in palatio Viterbiensi extruxerat, subito corruit, atq; inter ligna & lapides inuentus papa, sexta post die acceptis ecclesiæ sacramentis, mortuus est. Eodem anno Rudolphus rex persecutus est marchionem de Baden rebellem, auxilio comitis Palatini Ludouici & multorum aliorum, ipsum & nonnullos complices suos in Sueuia, Franconia & Alsatia, * aliarumq́; prouinciarum, qui bona regni violēter sibi vsurpauerant post exclusionem Friderici secundi & posterorum suorum. Ciuitates quas subiugarant titulo censuali, deiecit, & ad pristinam iurisdictionem quantū valuit, multis laboribus reduxit. Cum autem iam dudum rex Boemiæ Othocarus, qui tunc principatus Austriæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, portus Naonis, plus quàm vigintisex annis occupasset, rebellis iudicatus esset, cum vocatus contumaciter venire recusaret, immo quosdā nuncios ad portas suspendisset, Rudolphus rex tandē ingenti exercitu Ratisponā venit, ducē Bauariæ q Othocaro adhæserat, potenter deuincens, ad Austriā ꝓperauit: Et licet Australes Othocaro iurassent, à qbus etiā plures habuit obsides, tñ Rudolphus veniens honorifice est susceptus, relicto Othocaro, per informationem ꝑdicatorꝫ ac fratrum Minorum & totius cleri, qui autoritate papæ tollentes iuramentorꝫ scelera, omnes regem Rudolphum in dñm receperunt. Interim rex Othocarus collecto magno exercitu, in Austriam venit. tum Rudolphus Viennam obsedit per qnq; septimanas, vbi rex Vngariȩ in subsidium regis Rudolphi venit. Tandem ꝑ arbitros inter eos sine marte cōcordatū fuit, ꝙ rex Ro. regem Othocarꝫ Boemia & Morauia tantūmodo infeudaret, & ꝙ rex Boemiȩ residuas

Rudolphi comitia.

Boemi regis inobediētia.

Innocēti⁹ v. papa.

Adrianus v. papa.

Iohānes 21. papa.

Rudol. Cæs. marchionē de Baden ꝑsequitur.

Austria Boemis erepta.

fiduas septem terras resignaret. Quod ita factũ est. Nam rex Othocarus publice flexis genibus, terras suas suscipiens, iurauit more solito. Tunc Vienna ad resignationem regis Othocari, regi Ro. est apta rursum, vt olim Friderico II. Rex etiã Rudolphus regem Vngariæ recõciliauit regi Boemiæ, restituitq́ꝫ rex Boemiæ regi Vngariæ omẽs ciuitates quas ei abstulerat, item & obsides omẽs, ꝓmisit etiam regi Vngariæ omẽs thesauros reddere, quos amita eius regina absportauerat, videlicet duas coronas aureas, sceptra regalia, amphorã aureã nobilissimis gemmis ornatã, & alia cõplura clenodia, quæ à tempore regis Attilæ & alijs successoribus fuerãt cõseruata. Anno dñi 1277. rex Othocarus ductus est pœnĩa, similiter regina Boemię, grauiter ferẽs ac frequẽter eum increpans, ꝙ terras ꝑdictas resignauerat, ꝙ obsides ministerialiũ Australiũ & ciuium, diademata quoqꝫ & alia ꝓmissa sicut ꝑ arbitros diffinitũ erat, restituere deberet. Erat eñ in concordia etiã actum, ꝙ rex Ro. filio regis Boemiæ filiã vxorem daret, 20. millibus marcarꝫ dotis noĩe assignatis. Videns autem Othocarũ pactis nõ satisfacere, partem Austriæ quam regi Boemiæ sub obligatione pro dote assignauerat, rex reassumpsit. quapropter rex Boemiæ copijs cõtractis, omẽs munitiões nouis qbusdam instrumentis, quæ cati vocãtur, expugnauit: ita bellum grauissimũ est ortum. Eodem anno rex Rudolphus & rex Vngariæ colloquiũ habuere, vbi rex Rudolphus regem Vngariæ adoptauit in filium.

Othoc. Boemi ꝑfidia.

Anno dñi 1278. inclytus dux Iuliaceñ. ad expeditionem regis Ro. veniens, Aqſgrani exactionem à rege Ro. impositã petiuit, vbi subito cũ duobus filijs ac ducentis militibus, & fere mille alijs in quadragesima ante ecclesiã B. Mariæ virginis est occisus. Eodem tp̃e videns rex Boemiæ sibi nõ succedere, restituit obsides, diademata vero regi Vngariæ reddere noluit, dicens, ꝙ iuueni regi Vngariæ adhuc puero, ea vellet ꝓpter lineã cõsanguinitatis cõseruare, q vocabat̃ Ladislaus IIII. filius Stephani. Deinde grãdi exercitu exiuit Pragã, comitatus ꝓcessione ab omĩ clero & populo, in *Austrũ vertit, adhærente sibi duce Henrico Bauaro pecunia corrupto, quãuis lr̃as diffidatiõis regi Ro. nõ misisset. At Rudolphus rex cum Australibus & Stirensibus & paucis Sueuis, ꝑsente rege Vngariæ, cũ tñ vix vnũ cõtra duos haberet, vij. kaleñ. Septemb. anni 1278. feria sexta post festũ S. Bartholomæi, in cãpo q dicitur Niderſprug, ordinatis aciebus, Chr̃m pro signo habens, quod nomẽ semꝑ antea à Comanis & Vngaris ꝑ nihilo fuit reputatũ, acriter pugnauit. Igitur hac die ab oĩbus repetitis vicibus, Chr̃us, alta voce ꝓclamat̃, eratq́ꝫ Praga signũ Boemorꝫ & alba stola. Itaqꝫ commissa pugna, exercitus Boemiæ superatur, terga vertũt Boemi, pars trucidat̃, pars in flumine submersa est. Rex Boemiæ à dapifero de Emeruerck Bertoldo ab equo deijcitur, & transfixus gladio morit̃. Illa autem die rex Boemiæ inuentus est nudus, sicut egressus est de vtero matris, plaustroq́ꝫ suppositus ducitur in Viennã, ibiq́ꝫ ad Scotos ponit̃. mane cum toto clero & religiosis sub silentio nullis cãpanis pulsatis, ad domum fratrũ Minorꝫ deportat̃, ibiq́ꝫ nuda facie oĩbus ostendit̃, tandem recondit̃, nullis exequijs celebratis. Venientes autem Boemi, cadauer absportauerunt, & fratribus in Zuima assignauerũt, vbi iacet tumulatus. Meritoq́ꝫ diuino operãte iudicio, sepultura illi negatur, vt q plures occidit, eisq́ꝫ sepulturam negauit, pœna mulctaret̃ eadem. Ipse eñ añ paucos annos regnum Hungariæ inuasit, inhumaniter nemini parcens, nec ætati, nec sexui, nec sacris, nec ꝓphanis, cõfugiẽtes ad ecclesias extrahi faciens ac trucidari mãdans. Reliqt aũt Othocarus filiũ cui filia regis Ro. despõsata erat. Hic regio more educat⁹, marchioni Brandenburgeñ. commendatus est. Vocabat̃ autem filia regis Iutha, filius autem Othocari Vuenceslaus, q in regno patri successit. Ferunt eius coronatione ducenta eqtum millia apud Pragam ex regia curia cibos accepisse.

Dux Iuliaceñ.

Othocarũ Boemũ Rudolphus vicit.

Anno dñi 1278. Nicolaus tertius patria Romanus ex familia Vrsina, Iohãnes Caietanus antea vocatus, pontifex creatur, ꝓtracta in sex menses electiõe non sine magna cardinalium contentione, quorꝫ conclaui Carolus senator & rex Siciliæ ꝑfuit, q admodum instabat, vt vnus ex natiõe Gallica eligeret̃. Sedit Nicolaus annos duos, mẽses octo. Erat vir dotibus animi corporisq́ꝫ ornatissimus, adeo vt multa fecerit, plurima intẽrauerit, suam prudentiam & animi magnitudinem ostendentia, amator & cultor doctorum erat virorum. ædes apud S. Petrum percommode cõstruxit, quas postea Nicolaus qnus magna impensa restituit. Scribunt historici qdam, neminem ante ipsum sacrificare religiosius visum, cum semper dum solennia ageret, lachrymas funderet. erat enim religiõis obseruãtissimus, vacãtibus ecclesijs nullus põtifex celerius ac maturius consuluit, notarios & tabellarios, vtpote sanguine pauperꝫ & litigãtiũ viuẽtes, à se vt pestiferos reiecit. Non caruit tñ reprehensione. Suos eñ ita amasse dicitur, vt aliunde raperet quod eis condonaret. Simonia per eos satis discurrebat, septem cardinales creauit Romanos, & pro maiori parte sibi attinentes.

Nicolaus 3. papa.

Anno dñi 1280. Hartmannus comes de Vuir-

De comiti-

Vuirtenberg,qui habitationem suã habuit in Groningen oppido Sueuiæ,tertio Kalend.Octob.in castro Asperg captiuus obijt.Erat aũt comitatus ipse in tres partes diuisus:vna pars Stutgardiam obtinuit,altera Vrach,tertia Groningen:& secundũ oppida partium,ipsi comites appellabant,licet vnius essent stipitis. Anno dñi 1280. oppidũ Rotenburg ad littus Necchari fluminis Sueuiæ sitũ,qd nuper terræmotu funditus corruerat,consilio & impensis Alberti comitis de Hohenberg,iactis fundamẽtis atq; repositis ad pristinũ decorem ædificijs,pulchre admodũ restituitur. Anno dñi 1281.Rudolphus rex Austriã intrando,regnũ Bohemiæ Vuenceslao filio Othocari,quem iampridẽ in bello occiderat,cui filiã suam vxorẽ dedit,administrandũ reliquit.Deinde Norinbergã profectus ad Frãckfurt,vbi conuentũ fieri voluit principũ,descendit.Eo aũt conuentu tractabat,vt pdonũ latibula,qui multa per regnum mala faciebãt,destruerent.Vnde Rudolphus cõtractis principum regni auxiliarijs copijs,multa eorũ latibula funditus euertit.Dein expeditionẽ in Burgundiones mouit,nam Heduorũ procurator siue Admiraldus,iugũ imperij conabat excutere,suoq; Burgundiam subiugare dominio,qui regis ad se cũ iusto exercitu aduentũ animaduertẽs,obuiam illi venit,fit congressus belli,certat vtrinq;,sed gubernator cũ suis vincit,atq; ad obedientiã regis & imperij etiã *volens reducit.A Burgundionibus aũt in Alsatiæ fines reuersus,quosdã munitionũ ciues in dissidiũ cõspirasse offendit,cõtra quorũ temeritatẽ copias mouens,in deditionẽ breui capita cõspirationis,Hagenau,Colmariam,Duregũ & * Beronã subegit.Vnde principes factiõis capi,atq; supplicio capitali animaduerti iussit. Eodẽ anno ciues imperiales oppidi Eszlingen in Sueuia,castellum Kaltental obsidione forti vallarunt,contra qs Eberardus comes de Vuirtenberg dictus illustris,exiens,obsidionẽ soluit,ciuiũ copias fudit,ac plerosq; occidit,reliquis in fugã conuersis. Eodẽ item anno Hartmannus Rudolphi regis filius,cum quibusdã alijs in fluuio Rheno 20.die mensis Decemb.submersus perijt,Basileæ Rauracorũ oppido sepultus.Referũt quoq; in supradicto imperiali oppido Eszlingen 17.die mensis Martij,mulierẽ quandam partũ edidisse monstrosum,ab vmbilico vsq; ad pectus continuatũ,quatuor habens brachia se inuicẽ cõplectentia, duo similiter capita se mutuo respicientia,& membra verecũdiora duplicata:verũ nõ tam diu vixit. Anno 1282.Rudolphus comes pdonũ duas munitiones ad flumen Rheni sitas,Richẽstain & Schoneck,funditus destruxit,atq; ipsos pdones vt meriti erãt,aut laqueo suspendi,aut capite truncari fecit.* At Nicolaus regi Carolo offensus,ꝙ nuper vacante sede,psidens conclaui,Gallicos patres contra Italos fouerat,ex quo magna & cleri & plebis cõtraxit odia.Ea igit indignatione accensus pontifex,simulq; quia maiorẽ potentioremq; esse putabat,q̃ libertati expediret,ad diminuendã regis potestatẽ multa molitus est.vicariatũ em̃ Hetruriæ ei abstulit,ꝙ diceret Rudolphũ imperatorẽ ægreferre,quẽ simulauit opem Hierosolymę rebus allaturũ,requisitũq; respondisse,id à se nec fieri posse nec debere,nisi vsurpatã in Hetruscis autoritatẽ Carolus dimitteret.quã simulationẽ(vt refert Blondus)vtrinq; cõtinuauit.Rudolphus em̃ hoc ipso ꝙ Hetruriam pontifex à Carolo liberauit,delinitus,Romandiolã & Rauennatem exarchatũ pontifici & ecclesiæ reddidit.Nanq; post fractas apud Forumliuiũ Bononiensiũ Florentinorũq; copias,vbi ad octo millia hoĩm amiserũt,Romandiola imperatorias secuta erat partes,& Rudolphus tũ minimo tributo cõtentus,eos priuilegio sub imperij titulo liberos esse dixit,cuius rei gesta Blondus in Foroliuiensiũ monimentis extare vidisse se refert.Ex hoc habeo,ꝙ non solũ pro absolutione,vt scribũt nõnulli,cũ voto crucis nõ satisfaciens,excõmunicatus fert,sed hac etiã de causa Romãdiola à Rudolpho ad ecclesiã peruenit.Nicolaus itaq; pont.Bertoldo Vrsino nepote Romandiolæ comite declarato,cũ nuncijs & literis Rudolphi misso,oẽm Romandiolã pro ecclesia recepit.Cui & Bononia tũc fuit pariter dedita.Venerat tñ circiter põtificis mortẽ in Hetruriã vicarius à Rudolpho missus,quem vtrũ põtifex fuerit admissurus,mors eius incertũ fecit.senatoriã vrbis potestatẽ,quã ad eã diẽ Carolus rex cõtinuauerat,ei abstulit.Cõstitutiõnẽ insup edidit,ne cuiq̃ regi aut regia stirpe oriundo,senatoriã aliãve dignitatem Romæ habere liceret.Scribit qq; Bertoldus Lucensis,Nicolaũ pont.nisi eius consilia mors poccupasset,voluisse duos reges creare,vtrũq; Vrsinũ,quorũ alterũ Hetruriæ,alterũ Lõbardiæ pficeret,qui inde Teutonicos partim alpes incolẽtes,hinc Gallos Siciliã & regnũ Neapolitanũ tenentes,armis in officio cõtinerent.Vt vero id facere posset facilius,Petro Aragonũ regi persuaserat,vt iure hæreditario Cõstantię vxori suæ regnũ Siciliæ repetere anniteret,q erat Mãfredi filia & neptis Cũradini,& hoc Iohãnis Prochitæ opa.Erat aũt causa principalis,regimen lasciuũ & tyrannicũ Gallorũ qui gubernabãt regnũ.Accessit qq; occasio ad hæc nõ parua.nã Carolus rex

bus de Vuirtenberg.

Rotenburg resturatur.

Burgundiones imperij pars.

Monstrum.

Attẽde quõ Romãdiola ad pontificẽ redierit.

Siciliæ & Hierusalem, vicariatu imperij ac senatoria destitutus dignitate, dum esset valde potens, ad instantiam Balduini generi sui, qui deiectus fuerat ab imperio Constantinopolitano, decreuit magno apparatu & classe eo pergere, Palæologũ expellere, & Balduinũ restituere: considerans etiã, quia eo obtento, facile esset postmodum regnũ Hierosolymorũ sibi acquirere, & ad hoc opus armari fecit centũ galeas & 20. naues magnas, & multa ad rem necessaria cum adiutorio regis Franciæ & Venetorũ: & nulli dubiũ quin ei ad vota successisset, nisi rebellio Siciliæ impediuisset, & multi Græci parati iam erant ad rebellionẽ, sed humiliauit Deus superbiam Francorũ, qui de victoria Caroli nimis erant elati, & iam de regno recedebãt, non valentes iniurias eorũ sustinere. Inter cæteros aũt fuit iste Iohãnes, vocatus de insula Prochita miles, dñs dictæ insulæ, hic proficiscit̃ ad Palæologũ imperatorẽ Constantinopolitanum, ostenditq́ sibi imminere periculũ amissionis imperij. Verũ vbi suis acquiesceret consilijs, nec pecunijs parcere vellet, nauaturũ se pro viribus operã, vt Carolũ ab incepto vel reuocaret, vel impediret. vt aũt hæc cõmode fierent, adiutorio regis Aragonũ vsus est. Perrexit quoq; Iohãnes Prochita in habitu transformato, fratrũ scilicet Minorũ ad vrbẽ, & secrete locutus Nicolao papæ tunc existenti in arce Soriani, aperiẽs ei negociũ. Nicolaus aũt qui indignatus erat cõtra Carolũ multis ex causis, & quia (vt aliqui asserũt) Carolus assentire noluit, vt suus cõsanguineus cõtraheret cũ cõsanguineis põtificis. Ad hoc aũt nõnihil operatus est Gaianus, qui secretas literas accepit à Nicolao ad regẽ Aragonũ. vnde profectus cũ literis imperatoris Græcorũ & papæ ac baronũ Siciliæ, offerentes illi regnũ Siciliæ, acquieuit rex Aragonũ, remittens in Siciliam dominũ Gaianũ ad ordinandã rebellionẽ. Interim tñ idẽ pontifex in castello Soriani, cibi & poti cõtinentissimus, subita morte correptus, tertio sui pontificatus anno, mense octauo morit̃, quã mortẽ p̃dixisse quendã ferũt, notato per excrescentiã Tiberis vaticinio, eiusq́ corpus Romã delatũ, in basilica S. Petri sepelit̃. Nicolao 3. ex hũanis sublato, cũ de successore eligendo inter patres ageret̃, assumpti nuper à Nicolao cardinales, Italicũ, altera vero factio à rege Carolo subleuata atq; impulsa, Gallicũ cupiebat. aliq̃t mẽses certantes, cũ de pontifice cõuenire nõ possent, Viterbieñ. infensi Vrsino generi ex superiore dñatu, seditione facta, ad arma coierunt, nouosq́ magistratus, pulsis veteribus, creauerunt. Inde furore cõclaue quo patres cõclusi erant, irruentes, duos Vrsinos cardinales per vim detractos, priuato carceri manciparũt, q̃d factũ dicit̃ de volũtate regis Caroli, qui quærebat habere pontificẽ Gallicũ, & propter hoc audita morte pontificis, Viterbiũ accessit. Demũ post vacationẽ sedis quimestrẽ electus fuit in papã Martinus 4. natione Gallicus, etsi nõ nobilis gñe, à cupiditate tñ pro se vel suis alienus, anno dñi 1281. vixit in pontificatu annis quatuor & mensibus duobus. Electus Martinus, Viterbij coronari noluit, q̃ ei ciuitati ob impetũ in cardinales factũ, interdictũ à sacris putabat. Vrbẽ itaq; veterẽ petens, quod Oruietum vocant, eo loci oĩa solennia peregit. resurrectionis autem die sex cardinales creauit. Hoc anno in vigilia Matthæi apostoli obijt regina domina Anna vxor regis Rudolphi in ciuitate Vienna, qui deinde post annos ferme tres duxit vxorẽ filiam ducis Burgundionũ. Igit̃ Martinus regem Carolũ ad se venientẽ, nõ modo perbenigne suscepit, verũ eidẽ senatoriã dignitatẽ, qua à Nicolao priuatus fuerat, restituit: q̃d nõ ita ab oĩbus probatũ est, cũ ea res excitatura videret̃ magnas in vrbe seditiones. Iam & Caroli opera Palæologus Græcus princeps, q̃ pacta in concilio nõ seruaret, excõicatus est, q̃ res materiã dedit Palæologo cõfirmãdarũ viriũ, & pauco post tẽpore Petrus Arago à Paleologo inuitatus, Siciliæ regnũ occupauit titulis vxoris suæ Cõstãtiæ Manfredi filiæ, q̃d armis repetens Carolus, priusq̃ quidq̃ re tanta dignũ gessisset, vita defunctus est, & filius Carolus captus, Cõstantiæ reginæ prudẽtia seruatus est. mãsit Caroli 2. integer status Neapoli, fide & studio legati cardinalis. Anno dñi 1281. Rudolphus vicariũ suũ in Italiam misit, qui apud Miniate oppidũ a principio se continens, pertentatos ad Nicolai pontificis mortẽ, q̃ nuper audita erat, Florẽtinos Lucẽsesq́, imperatori oĩno rebelles repperit. quare Germanorũ equitatu, sed paruo, fretus, Florentinos & Lucẽses grauissimis incursionibus vexabat, vnde renouata sunt in Hetruria Guelphorum inter se fœdera. demum cõpositione facta & pace cum Florentinis, vicarius reuersus est ad propria. Anno dñi 1282. Rudolphus rex curiam fecit apud Augustam ciuitatem Sueuiæ ante natiuitatem dñi, & ibidem filium suũ Albertũ in ducem Austriæ instituit, de consensu principũ. Similiter eidẽ Stiriam, Carinthiã, portũ Naonis, Carnioláq́ cõcessit mense Decẽbri, & ab eo moderni duces habuerũt exordium. De Rudolphi regis genealogia modo dicendũ esset, cum & magnifica eius gesta describunt̃, sed de tã varia scriptorũ opinione nõ est q̃d iudicẽ, summi principis auto-

Caroli Frã. regis Siciliæ conatus.

Martinus 4. papa.

Rudolphi vxor.

Arago Siciliam occupauit.

Imp. vicari⁹ in Hetruria.

Origo ducũ Austriæ.

autoritatẽ à gestis rebus petere licet, nõ à natione, quanq̃ & hæc fortassis est quædam virtutis imago. Originẽ comitibus de Habispurg, à Perleonibus comitibus Romanis ciuibus deducũt ex Auentino monte splendida nobilitate, freti opinor nõ oĩno malis autoribus, apud q̃s ei rei fides esto. Nos, qui vir Rudolphus fuerit, tanti hæres imperij, studiosius exequemur. Fuit is inclytus comes de Habspurg & Lantgrauius Alsatiæ, vir ingẽtis animi, celebratus armis, prudẽs & magnificus, propter quas suas virtutes, cũ vacasset imperiũ 23. annis, à principibus ad q̃s electio dignoscit pertinere, cõcorditer electus est. Et licet post exclusionẽ Friderici 2. vsq; ad ipsum, quatuor se de imperio intromiserint, Henricus Lantgrauius de Turingia, qui in obsidione Vlmensis oppidi sagitta perijt, deinde Guilielm⁹ Hollãdus qui apud Frisones extinctus est, electiq; duo in discordia, Alphonsus rex Castellæ, Richardus q̃q; comes Cornubiæ frater regis Anglię, sed nullus ex his in catalogo imperatorũ poni meruit. Rudolphus vero nõ solũ electus, sed & à Gregorio x. est cõfirmatus, q mox rebelles imperio ex diutina vacatione factos in Sueuia, Franconia & Alsatia, necnõ aliarũ prouinciarũ, humiliare cœpit, regẽ Bohemiæ Othocarũ potentissimũ, bello vicit & occidit, Austriam & nonnullos alios ducatus imperio recuperauit. in Erdfordia conuentum habens, plus q̃ lxx. castra destruxit, plures ex rebellibus decollari fecit, nihilq; q̃d magnificũ principẽ decebat, obmisit. Italos aũt de industria in factionibus suis reliquit. vnde aliq̃n interrogatus à suis, cur nõ iret Romã, ferĩ apologo respõdisse, inuitata fuisse animalia quondã diuersi generis à leone vt suã adirent regiã, tẽpore cõstituto venerũt, ac montẽ in quo habitabat leo, intrauerũt: sola vulpes cũ redire nullũ ex eis animaduertisset, pedẽ retulit, dicẽs, vt Horatius scribit, Quia me vestigia terrẽt, oĩa te aduersum spectantia, nulla retrorsum. Ex hac cõclusit fabula, multos ante se reges intrasse Italiã, paucos vero vt intrauerãt, reuersos. (Summa gestorum Rudolphi.) Et quia Rudolphus Ro. rex ex filio Alberto comite, ducẽ creauit, & de cõsensu principũ illũ de ducatibus Austriæ, Stiriæ, Carinthiæ, de portu Naonis & Carniolæ inuestiuit, & vasallũ imperij fecit, pertinẽs esse videĩ, de principibus Austriæ scribere. Verũ omissis antiquissimis possessoribus Marchiæ orientalis, hoc est, Austriæ, sub Henrico primo, cognomento Aucupe, rege Ro. ex ducibus Saxoniæ & Brunsuick, circa annũ dñi nongentesimũ trigesimũ sextũ, defunctus legiĩ sine legitimo hærede Rudigerus de Pechlary, marchio Austriæ, quã ob rẽ rex Hẽricus de eadẽ marchia inuestiuit Lupoldũ ducẽ Sueuiæ. (Marchiæ orientalis seu Austriæ marchiones.) hic Lupoldus castellũ Mellick bello quæsiuit, & in eodem collegium xij. canonicorũ fundauit, vbi & sepultus est vnà cum vxore sua Richartin, sorore regis Henrici de Brunsuick. Successit marchio 2. Lupoldi primogenitus Henricus, quo in tẽpore S. Colmãnus ex prosapia regũ Suediæ, martyrium est passus. Henricus reliquit duos filios Albertũ & Ernestum. Henrico successit 3. marchio Albertus, cognomento Victoriosus. hic vnà cũ filio suo Lupoldo recuperauit marchiam imperio, à rege Hungariæ occupatã, duxitq; vxorẽ Adelhaidẽ Petri regis Hungariæ filiã. reliquit ex ea duos filios Lupoldũ & Ernestũ. Alter Henrici filius Ernestus, Sueuiæ dux fuit, e Gisela vxore geminos suscepit Ernestũ & Hermannũ, qui sine liberis decessere, & pater Ernestus in venatione ab Alberto comite de Babenberg sagitta petitus cõcidit. quo defuncto, vxor Gisela Cunrado Franciæ duci nupsit. Is est, qui imperator postea lectus, Cunradus 2. à nobis dictus est, imperiũ circiter annũ dñi 1020. tenuit, vt generatione 35. diximus, vbi & Giselæ mentionẽ fecimus, & gñat. 34. in genealogia diui Henrici leges Arnulphũ maritũ illi fuisse, quẽ sic scriptores quidã, nos Ernestũ dicimus Sueuiæ principem. (Attende de Gisela Cũradi 2. vxore.) Lupoldus Alberti marchionis primogenitus, successit in marchia, moriĩ ante patrẽ, ideo nõ numeraĩ, nec etiã reliquit prolem post se. Ideo Ernestus, cognomẽto strenuus, Alberti Victoriosi 2. filius, defuncto patre, 4. marchio successit, & regere cœpit anno 1056. huic Ernesto Henricus 4. cõfirmauit oĩa priuilegia p̃decessoribus suis in marchia à Iulio Cæsare & à Nerone imperatoribus cõcessa. hic Henricus imperator p̃dictũ Ernestum pro animi sui magnitudine, Priorẽ Ro. imperij noĩauit. (Prior Rom. imperij.) hic occisus est in Saxonia in p̃lio partiũ Hẽrici, reliquitq; duos filios Lupoldũ & Albertũ, & filiã noĩe Iudithã. sepeliunĩ in Melico. Lupoldus iste, cognomento Pulcher, V. loco marchiam obtinuit, iste pro canonicis in Melich introduxit monachos circa annũ 1075. habuitq; lites cũ fratre Alberto. tãdem cõpositi sunt, ita q; Lupoldus marchiã ab eodem Alberto recognosceret. Lupoldus reliquit duos filios Lupoldum & Popam. Lupoldus iste successit patri in marchia, p̃fuit 40. annis vir iustus, marchio sextus, vitæ sanctæ, vxorẽ duxit Hagnen Henrici 4. filiam, relictã quondã Friderici ducis Sueuiæ, quę Hagna ex Friderico iam dicto habuerat duos filios, Fridericũ & Cunradũ postea regẽ Rom. Eadẽ Hagna ex Lupoldo genuit octo filios & decẽ filias, mortuus Lupoldus, reliquit sex filios & qnq;

filias,& postea sub Friderico 3.canonizatus est ab Innocentio 8. anno dñi 1485.Popo frater Lupoldi,in Treuireñ.archiepm fuit sublimatus.Lupoldus pdicti Lupoldi tertius filius,à patre platus fuit,7.marchio pfuit septē annis.Cui defuncto successit frater suus Henricus anno dñi 1142.marchio 8.& vltimus,huic cōtulit Cunradus 3.rex Ro. dux Sueuiæ frater ex parte matris,ducatū Bauariæ vacantē ex priuatione Henrici ducis,dicti Superbi, ob rebellionem.durauit in eo annis fere xiij.Et cū in itinere esset cū dicto Cunrado rege ad terrā sanctam,mortua prima vxore,duxit Theodorā filiam Emanuelis Cōstantinopolitani imperatoris. Suborta aūt sunt occasione ducatus maxima bella.tandē vero Cunrado mortuo,& Friderico primo electo,Fridericus pdictū Henricū & filiū Henrici Superbi amicabiliter cōposuit,ita vt quidquid marchiones antea cis Oenū fluuium à ducatu Bauariæ recognoscebant,de cætero nullo iuris bñficio ducatui subiectū esset.fecitq; ex marchia ducatū,& de eodē Hēricū inuestiuit, ducēq; creauit:ducatū aūt Bauariæ,Henrico filio Henrici Superbi restituit. Successit Henrico duci Austriæ Lupoldus,cognomēto Virtuosus anno 1177.hic de equo cadēs,fregit crus,& ingressus religionē,reliquit duos filios,Fridericū & Lupoldum.

Frid.Barbarossa e marchia Austriæ ducatū fecit

Lupoldo Virtuoso successit 3.dux Fridericus primogenitus anno 1193.Hic assumpta cruce sub Hērico 6.intrauit terrā sanctā,& ibi mortuus est.corpus eius inde translatū fuit in Austriā,in monasterio S.Crucis sepelit. Deinde frater suus Lupoldus pesse cœpit dux 4.Austriæ anno 1199.magnifica fecit.cōposuit auxilio aliorum principū, Gregoriū 9.cū Friderico 2.Morit in Italia,ossa eius relata sunt in monasteriū Liliẽfeld in Austria,dū rexisset ducatū annis 31.obijt anno 1230. Huic successit in ducatu Fridericus filius anno dñi 1246.in die S.Viti perit in bello,qd habuit cū rege Hungariæ. Et quia ex virili sexu genus defecerat, intromisit se de ducatu Vladislaus marchio Morauiæ,eo q vxorē habuit de domo Austriæ.sed eo breui defuncto,immiscuit se Hermānus marchio de Badē,qui habuit de eadē domo Hagnetē filiā Hērici quondā ducis.Supererat adhuc soror Friderici vltimi ducis Austriæ,relicta Henrici ducis Sueuiæ,quā duxit Othocarus filius regis Bohemiæ,quā tñ postea repudiauit,& filiam regis Hungariæ superinduxit.hūc Othocarum Rudolphus rex Ro.anno dñi 1278.bello occidit,& filiū suū primogenitū Albertū de ducatu Austriæ ducē creans inuestiuit anno 1282.Habuit etiā Rudolphus duos alios filios,Hartmannum,qui perijt in vndis,& Rudolphū,hic genuit Iohannē,qui postea Albertū regē factū interfecit. Albertus de progenie Habspurg Ro.rex,reliquit ex Elizabeth filia ducis Carinthiæ & comitis Tyrolis sex filios,Fridericū,Lupoldū,Albertū,Henricū,Othonē,& Rudolphū. Fridericus postea in regē Ro.eligit in discordia.verū bello victus,cessisse inuenit,obijt sine prole. ita etiā defuncti sunt Lupoldus,Henricus,Otho & Rudolphus sine descendentibus,licet vxores inueniant habuisse. Albertus vero etiā filius regis Alberti duxit vxorē filiā comitis de Pfurt,ex q genuit quinq; filios,Hēricū,Rudolphū,Albertū, Fridericū & Lupoldū.Henricus & Albertus obierūt sine descendētibus,Rudolphus similiter,sed is acquisiuit comitatū Tyrolis.Ipse em̃ circa annū dñi 1355.intrauit in Pontinā & Insbruck ad Ludouicū ducē Bauariæ,q comitatū Tyrolis possidebat.hūc comitatū obligauit duci Austriæ ad regendū pro nongētis millibus marcarum.Postea aūt anno 1360.Menardus ex Margareta comitissa Tyrolis filius Ludouici, propter odiū qd habuit in patruos suos Bauaros,comitatū reliquit duci Austriæ Alberti filio,qui & matrē ipsius duxit vxorē,dictā vulgo Multesch,& sic is comitatus māsit ducibus Austriæ.Fridericus vero ex Alberto & comitissa de Pfurt,duxit vxorē filiā*ducis Hollandiæ,& ex ea procreauit Albertū postea regē Rom̃.ex q & vxore sua Elizabeth filia Sigismundi imperatoris,procreatus est Ladislaus Hungariæ & Bohemiæ rex,dux Austriæ,q obijt anno 1457.Pragæ,habuit etiā sororē Annā,quā duxit rex Poloniæ.Lupoldus vero pdicti Alberti ex comitissa de Pfurt,duxit vxorē filiā ducis Mediolani, & ex ea progenuit 5.filios,Albertū,Guilielmū,Lupoldū,Fridericū,Ernestū. Albertus ex * ducissa Hollādiæ reliquit filiū Albertū,sed nō remāsit.Ex Guilielmo q duxit filiā Caroli regis Apuliæ nō māserūt descendētes,neq; ex Lupoldo qui duxit filiam ducis Burgūdiæ,Fridericus vero ex ducissa Brunsuickeñ. genuit Sigismundū archiducē,qui obijt etiā sine descēdētibus.Ernestus aūt quintus Lupoldi filius ex regina Poloniæ genuit 5.filios,Rudolphū,Lupoldū,Ernestū,Albertū & Fridericū,ex qtuor priorib9 nō remāserūt descēdētes.Fridericus aūt postea imperator Ro.ex Leonora Portugalliæ regis filia procreauit tres filios,Christophorum,Iohannē & Maximilianū Imp.Ro.qui natus fuit in cœna dñi,&in die S.paschæ baptizatus est anno 1459.duxit vxorē Mariā filiā ducis Burgūdiæ,ex ea genuit Philippū filiū & Margaretā filiā.sororē vero regis Maximiliani duxit Albertus dux Bauariæ,ex q suscepit plures liberos.Anno dñi 1255. Philip-

Interrupta linea ducū Austriæ.

De comitatu Tyrolis.

Sigismūdus Cæsar.

Fridericus 3.Cæsar.

Maximilianus Imp.

Philippus rex Franciæ pro Martini pont. mãdato Aragonũ regnũ inuadit, Gerundã obsidet, cui succursurus rex Petrus Arago, cũ Francis cõgressus est, vulneratusq; eo p̃lio, & paulo post defunctus. Igit rex Franciæ audita victoria suorũ contra Aragonenses, & simul regis vulnus durius, Gerundã vrget, cuius ciues per defectũ victualium ac regis morte cõtriti, dederunt ciuitatem cũ pacto, vt personæ saluæ forẽt, & quidquid secũ absportare possent. Sed Aragonis Admiraldi opera recepta est ciuitas postea, & Franci cæsi, rexq; Philippus mœrore febrim incidit, vnde pauco post tẽpore vita decessit. Post hæc Philippus regis filius primogenitus, coronatus est rex Franciæ Rhemis in die Epiphaniæ cũ vxore sua Iohãna filia regis Nauarræ anno dñi 1286. cætera de regno Siciliæ dicent infra. Anno dñi 1285. pontifex Martinus tot curis circunuentus, Perusiũ proficiscit, vbi lenta febri vexatus, tandẽ morit, sepeliturq; in cathedrali basilica, ad cuius sepulchrũ scribit Platina, multi valetudinarij delati, multi cæci perducti, muti & claudi pristinã valetudinẽ meritis ipsius à Deo receperũt. Anno dñi 1286. Honorius 4. patria Romanus, e gente Sabella nobilissima, Iacobus antea vocatus, pontifex creatus est, fratre suo Pandulpho senatoriã dignitatem gerente. habitauit hic in Auentino apud S. Sabinam, sedit annos duos. Eodẽ anno Honorius papa ordinauit, vt Pinziualla de Flisco de comitibus Ianueñ. de Langarna, fieret vicarius gñalis imperij, qui & in Alemaniã statim profectus ad Rudolphũ imperatorẽ electũ, fecit sibi cõfirmari dictũ vicariatũ. Verũ postq̃ in Tusciam vt vicarius imperatoris venisset, vtq; iura recuperaret imperij, Florentiã ingressus in domibus Mozanis vltra Arnũ prope ecclesiã Gregorianã residentiam fecisset, vocatis Florẽtinis, Lucanis, Pistorieñ. Senensibus, ac aliarũ ciuitatũ ciuibus partis Guelphæ, exigebat ab eis fidelitatis & obedientiæ iuramentũ imperio Rom. q̃d nullo pacto facere voluerunt. Vnde iratus recessit, & in pœnã inobedientiæ cõdemnauit Florentinos 60. millibus marcarũ argenti, & similiter alias ciuitates proportionabiliter. Inde perrexit Aretiũ, ordinauitq; vt Florẽtini exilio mitterent, amissis substantijs eorũ. & cum paruã haberet obedientiam, propter factionẽ Guelphã, Gibelini q̃q; suspectum eum habebãt, quia erat ex progenie Guelphorũ: eapropter reuersus in Alemaniã, sine honore ad Rudolphũ peruenit. Rudolphus aũt cõparandæ pecuniæ studiosus, cancellarium suũ e gente Flisca in Italiã misit, qui populos in Hetruria oẽs liberos faceret, & eos potissimũ qui se pecunia redimere curarẽt. persoluere aũt ob eã rem Lucenses xij. millia nummum auri, Florentini vero sex millia, qui statim liberi oĩno facti, magistratũ quẽ Priores arciũ vocãt, addito vexillifero iustitiæ, creauere. Nõ displicuit hæc venditio Honorio, licet indigna tanto principe videret, q̃ ea ratione ecclesiastica ditio futura securior videbat, cũ nõ amplius imperatori liceret liberas ciuitates vexare. Anno dñi 1287. Honorius 4. misit in Alemaniã legatũ à latere cardinalẽ Tusculanũ, qui in Herbipoli p̃sente rege Rudolpho vocauit cõcilium. Et quartã partẽ omniũ prouentuũ per quatuor annos postulauit. Multis ergo archiepis, episcopis, & p̃latis trementibus, surrexit Probus epus Tullensis ordinis fratrũ Minorũ de Tubinga oriundus, & stans super bapristeriũ nouiter in ecclesia Herbipoleñ. ædificatũ, pro oĩbus appellauit. Idq; factũ est in medio quadragesimæ. Affuit in ea cõuocatione p̃positus ecclesiæ S. Martini in Sindelfingen, qui noĩe capituli in expeñ. cõsumpsit xv. libras Hall. Idẽ q̃q; Probus postea ab episcopatu deiectus est, & in ordinẽ suũ retrusus. Anno dñi 1286. Eberardus comes de Vuirtenberg, regis Rudolphi mandatis diutius reluctãdo, iram in se regis cõcitauit. vnde cõtractis tam equitũ q̃ peditum copijs, comitatum p̃dictum armata manu ingredit, & oĩa quæ potuit hostili deuastatione demolit. Videns aũt comes Eberardus tantæ se multitudini resistere nõ posse, ad tutiora loca confugit. Quod cernẽs rex & animositatem comitis, Stutgardiam vallauit obsidione, arietibus muros oppidi fortiter concutiens. Verũ comes cum suis qui intus erant, fortius rem aggredientes, maiore (vt referunt) regis damno q̃ cõmodo sese ab hostibus defendunt. Ad vltimum archiepus Moguntinus temeritatẽ comitis ac pariter suorũ viriles animos considerans, vices suas interponere disposuit, ac post concussum oppidi murũ, post incendia vicorũ & villarũ, post deniq; terræ desolationẽ & plurima spolia, in regis gratiam comitem reduxit, concordiã & pacẽ inter partes reformãdo. Quibus peractis, Rudolphum comes vt regẽ recognouit, iuramentũ fidelitatis p̃stando. deinde 22. die mẽsis Februarij rex eundẽ comitem cũ ciuibus Eszlingeñ. composuit. Anno dñi 1286. comes Eberadus de Vuirtemberg, propter diffidationem ciuitatum imperialium per Sueuiam, quibus comites Albertus de Acheln, & alius quidam de Teck subsidia ministrabant, eosdem comites persecutus est, eorumq; villas & agros tum igne tum ferro deuastans, cum rapinis cædes non modicas fecit. Verum Rudolphus rex aduersus p̃dictã

Philip. Francus contra Arag.

Honorius 4. papa.

De Tusciæ vicario.

Libertas empta Italiæ.

Rudolphus rex, Vuirtẽbergæ comitẽ vastat.

Comes de Teck.

dictum comitem Eberardum exercitum ducens, cum plurima illi per terras suas damna intulisset, tandem reconciliatus in oppido imperiali Eßlingen, prædictũ Eberardum, ac comites Albertum de Acheln & alium de Teck, cum eorum complicibus in integrum restituit, pacem inter partes reformando. Nam cœmeterium quoddã ipsi comites obsederant, quibus rex Rudolphus per mandatum iussit, vt soluta obsidione, ad propria reuerterentur. Verum soluta obsidione, Rudolphus ad 17. Kaleñ. Octob. ipsum cœmeterium destrui fecit. Quod animaduertens comes Eberardus, in furorem denuo accensus, regi rebellare instituit. Interuenientes tamen amici, pax prius inter regem & comitem reformata, suo in robore vt consisteret, impetrarunt. Nec superfuit his rebus diu Honorius quartus bonus pontifex, qui ordinem Carmelitarum restituit, & reliquos nõnullos probauit, quo etiam tempore cum Aragonibus nõ admodum feliciter Franci pugnarunt. Et defuncto quidẽ Honorio, vacat sedes decem menses. nam cum apud S. Sabinam cõclaue haberet, multi cardinales repentina ægritudine sunt correpti. Hanc ob causam in aliud tẽpus reijcit electio. anno vero dñi 1288. Nicolaus 4. patria Asculanus, Hieronymus ante vocatus, ordinis Minorum, presbyter cardinalis apud S. Sabinam eligit, collocaturq; in sede S. Petri Reate, deinde ob seditiones Romã profectus, sedit annos quatuor & mense vno. Eodem anno Carolus princeps Salernitanus, qui captus tenebatur, liberatus fuit à captiuitate, procurãte Eduardo rege Angliæ, his pactis, ꝙ Carolus promisit Iacobo Aragonũ regi iuxta posse suũ dare operã, ꝙ Carolus de Valesio germanus regis Frãciæ, renunciaret cum voluntate papæ priuilegio & iuri regni Aragoniæ. Et (vt Blondus refert) idem Carolus suis impetraret sumptibus, Iacobũ Aragonẽ à pontifice Romano, sicut Carolus genitor suus fuit, feudatarium Trinacriæ regem institui & coronari: quod si triennio nõ impetrasset, in carcerẽ redire promisit. Et ad cõfirmationẽ dictorũ dimisit dictus Carolus tres ex suis filijs, scilicet Robertũ, Raimundũ & Iohannẽ, vel secundũ alios Carolũ & Ludouicũ, obsides, quinquaginta milites prouinciales, & insuper dedit xxx. millia marcarũ in carlinis, & sic dimissus fuit. Anno dñi 1289. Carolus 2. princeps, liberatus à carceribus Aragoniæ, redijt per Florentiam, vbi acceptus est honorifice. Post triduũ aũt iter suũ prosequi cupiens, Aretini cũ Gibelinis eũ intercipere tentant, q̃d Florentini cũ rescissent, missis octingentis equitibus & peditũ tribus millibus, Carolũ armata manu ad vrbẽ deducũt, vbi cũ magno honore receptus est à Nicolao papa ac cardinalibus, & die 28. Maij coronã accepit regni Siciliæ & Apuliæ magna solennitate. Deinde collatis sibi multis iocalibus & gratijs ab ecclesia, & subsidijs decimarum in adiutorium ad recuperandam Siciliam, postmodum inde recedens, Apuliam ingressus est. Circa hæc tẽpora rex Rudolphus, vacãte burgrauiatu Norinbergeñ. eundẽ comiti de Zollern cõtulit sororio suo, à quo descenderũt burgrauij vsq; ad Fridericũ, qui in cõcilio Cõstantieñ. à Sigismũdo Ro. imperatore in marchionẽ Brandenburgeñ. creatus, de eodẽ fuit inuestitus. cessauerũt em̃ in eodẽ Friderico burgrauij Norinbergeñ. & marchiones Brandenburgeñ. hodie appellant. Anno dñi 1264. Albertus Magnus natiõe Sueuus, Ratisponeñ. epũs, ordinis ꝑdicatorũ professor, his temporibus clarissimus, homo admirabilis doctrinæ habet, qui cũ diu philosophiæ ac theologiæ scholas tenuisset Coloniæ, morit, octogesimũ ætatis suæ annum agens. Thomas etiã Aquinas, Alberti Magni discipulus, ordinis ꝑdicatorũ, hunc sci entissimũ virũ, ex insigni comitũ familia apđ Apuliã originẽ duxisse tradũt. Tãtũ Coloniæ profecit, ꝙ post aliq̃t annos apud Parisios primũ locũ in doctrina teneret. Romã deinde ab Vrbano 4. accersitus, spretis dignitatibus q̃ ei offerebant, totũ se studio dedit. Nã & scholã Romæ instaurauit. tandẽ cũ apud Cassinũ montẽ fuisset, vocatusq; à Gregorio x. ad Lugduñ. cõciliũ, infirmatus in via morit. Et à quibusdã chronographis dictũ fuit, ꝙ veneno fuerit extinctus à quodã familiari regis Caroli, vt ei cõplaceret, quia de familia erat S. Thomas Aquinorũ comitũ, qui fuerãt Carolo rebelles, timens ne forte si ad cardinalatũ assumeret, foret ei cõtrarius. hoc tñ (vt refert Anton.) nõ clare habet. obijt anno 1274. cuius vita & doctrina probata est ab ecclesia. Anno dñi 1278. in ponte super Mosam in Traiecto superiori, ducenti homines chorea ludentes xv. Kalend. Iulij, & cũ corpus Christi per sacerdotem portaret ad infirmũ, nolebant cessare donec transisset sacerdos. Igit mox transito ponte presbytero, pons cecidit, & omnes in fluuio ꝑter vnum submersi fuere. Circa hæc tẽpora fuit Nicolaus de Lyra doctor theologiæ Parisijs, quẽ quidẽ natione Iudæũ referunt, sed conuersus, valde profecit in ordine Minorũ. alij dicunt eũ Brabantinũ fuisse, ex Christianis parẽtibus natũ, atq; hoc magis creditu possibile. Anno 1288. in Alemania & diœcesi Leodieñ. in villa Erckel quędã puella vixit sine cibo & potu vltra 30. annos, cui plebanus

Marginalia: Nicolaus 4. papa. — Attende de Aragonia. — Burgrauius Norinberg. — Marchiões Brãdẽburg. — Albertus Magnus. — Thomas de Aquino. — Miraculum — Nicolaus de Lyra. — Mirum.

nus villæ obtulit oblatã nõ cõsecratã,p cõsecrata, quã non potuit deglutire:sed resum pta illa,dedit cõsecratã quã sumpsit:ex hoc liquet, q corporalẽ cibũ non expetebat, sed magis spũalem. Anno dñi 1261. facta est magna cõtentio inter Henricũ epm Argentineñ. de Stahelek & inter ciuitatem Argentineñ. sup qbusdam iuribus,in tm̃ q eps oẽm clerum mandabat exire ciuitatem sub priuatiõe beneficiorũ:& cum totus clerus exiuisset,posuit eps interdictũ arctissimũ, prohibẽs sacerdotibus qbuscunq;,ne pueros ciuium baptizarẽt,aut cuiq̃ sacramenta administrarẽt.His non obstantibus,inuenerũt ciues tres sacerdotes,q contra interdictum epi celebrauerũt,& oĩa sacramẽta incolis administrauerũt.Interea eps contractis vndiq; copijs, ciuitatem ipsam obsedit, post multas tñ vastationes extra ipsam factas,q̃ in tẽpore leues quædam pugnę pluries cõmissæ sunt:tandẽ ciues sese mutuo cohortantes, inito conflictu, post multam stragem exercitus epi victus est,ipse vero eps fuga vitam saluauit.Occisi fuerũt aũt de exercitu epi 60.nobiles,inter q̃s fuerat Hermannus de Geroldseck frater epi, & vnus de Tierstain,populares vero multi,capti vero & in ciuitatem ducti fuere 76. deinde multa damna hinc & illinc cõmissa sunt.Tandẽ rex Richardus de Anglia,in regẽ Rom.à qbusdam electus,q̃siuit partes componere,sed nihil egit. postremo mortuus est eps,q̃ defuncto, reformata est pax. De vsu primariarũ precum, q etiã tẽpore Rudolphi fuerit,inuenitur forma talis:Rudolphus Dei gratia rex & semp Augustus,honorabili in Christo deuoto abbati &c.gratiam suam & omne bonum: Cum ex antiq̃ & approbata,ac à diuis imperatoribus & regibus inclytæ recordationis nostris antecessoribus vsq; ad nos,pducta consuetudine,q̃libet ecclesia in nostro Ro. imperio constituta,ad quam beneficiorum ecclesiasticorum ptinet collatio,sup vnius collatione beneficij precum nostrarum primarias admittere teneatur,deuotionem tuam rogamus,q̃ten⁹,huic clerico de ecclesiastico beneficio,quod ad tuam collationẽ spectat,ob reuerentiam sacri imperij & nostram,si quod vacat in psens,vel q̃ primũ vacauerit,studeas liberaliter prouidere,taliter faciens q deuotionẽ tuam nostra serenitas debeat merito commendare,& ad tua iusta desideria facilis inueniri.Dat.regni nostri anno primo.Tu vide Spe.ti.de legato. §.nunc tractemus. ver. Sed nunquid legatus. Et Doc. de præben.in c.Si cui.lib.6.hoc esse priuilegium.

Ep. Argẽt. à ciuitate dissidet.

De vsu primariarum precum.

GENERATIO XLIIII.

ANno dñi 1290.sub Nicolao 4.anno eius 3.Rudolpho rege Ro.existente,incepit 44.gñatio. Eo aũt anno insigne miraculum accidit Parisiis.nã cum qdam Iudæus mutuasset cuidam mulieri sup veste pecuniam ante festum Paschæ,mulier carẽs bona veste,petiuit Iudæum, vt vestem sibi p diem cõcederet. Ad q̃ Iudæus: Porta,inqt,mihi corpus Christi,q̃d dicitis esse in hostia,&ego tibi vestem gratis restituam.Mulier cupiditate deuicta, sumẽs sacramentũ & secreto extrahẽs ab ore,Iudæo psentauit,qui vestem sibi restituit,& sacramentũ in patellam cum aq̃ misit.Verũ in aq̃ bullienti cum sacramentũ illæsum mansisset,ille gladio pcussit hostiã, moxq; sanguis exiuit, q̃ aq̃ tincta est & rubea effecta.Christianis aũt supuenientibus,& ad vsuram petentibus,hostia euolat sup tabulam in eorũ conspectu.Captus est Iudæus, & p cõfesso scelere combustus,indeq; sacramentũ cum pcessiõe ductum est ad ecclesiam,& ex domo Iudæi fabricata est ecclesia Saluatoris. Circa initium istius gñationis Christiani fere totam terram sanctam pdiderũt.Sultanus eñ Aegypti paulo ante cum maximo exercitu equitũ & peditũ venit in Syriam, & obsedit ciuitatem Tripolim & vi cepit,occisis plurimis Christianis,ciuitatẽ expoliatã,q̃ plena erat iocalibus & pciosis rebus,diruerũt vsq; ad solũ,excepto q̃dam castello,in q̃ posuerũt suos,pareq; fortunã Sidon & Berytus ptulerũt cum Tyro,& earũ vrbiũ oppidis.Is itaq; Sultanus astu æque vt prudẽtia pollẽs,ne ea clade accepta Christiani principes occidẽtis in Asiã traijcerẽt, Christianis Ptolemaidæ habitatorib⁹ inducias 2.annorũ cõcessit. Põtifex aũt Nicola⁹ crucẽ pdicari iussit,p auxilio Ptolemaidæ,millẽ insup & 500. milites suo ære conduxit,q̃s multi sine imperatore secuti sunt, qui Ptolemaidã veniẽtes nullo regimine, multa intulerũt dãna Christianis ac Saracenis.Sultan⁹ sæpe questus est,& p nũcios pdam repetijt,denegataq; exitiũ cõminatus est. Erat de Ptolemaidæ regimine magna cõcertatio.nam patriarcha Hierosolymitanus illud,& Tẽplarij, Hospitalarij & Teutonici,& rex Cypri,& rex Siciliæ,& Pisani q̃rebant. Interea etiã põtifex Nicolaus,vt refert Blõdus,Carolo 2.gratificari cupiẽs,pacem interrupit,quam ille & Iacobus Aragoniæ rex constituerãt,& inter Philippum Franciæ & Eduardum Angliæ reges nouum exortum est bellum,quæ res in Asia Christianos pturbauit.Sultanus eñ Babyloniæ centum quinquaginta millia pugnatorum aduersus Ptolemaidã misit, filio duce copiarum instituto, cum ipse ægrotaret. Ducta est obsidio 2. mensibus.interim mor-

Iudæi Parisieñ. crudele scelus.

Grauis in oriẽte Christiano.clades.



tuo Sultano, filius suffectus est, q acrius vrbem impugnãs, promissa militibus ꝑda, fossatis cõpletis materia ac virgultis, ad mœnia vsq; pugnando ꝑuenit. At vna die erumpentibus Christianis, magna occisione sultanus in castra repulsus est. deinde fit discordia in vrbe, placuit imbellem multitudinẽ ꝓpter vict⁹ defectũ emittere ꝑ noctem, cum q̃ multi desertores effecti sunt. deinde 12. millibus ad defensionem vrbis dimissis, reliq̃s abire ꝑmiserũt. Manserũt aũt ex primoribus rex Cypri & patriarcha Hierosolymitanus & Hospitalis ac Templarioꝝ magistri, reliq̃ oẽs abierũt. Sed rex Cypri ꝑfidia vsus, desertores secutus est, cuius exemplo multi etiam post eum fuga lapsi sunt. Postremo oĩm Hierosolymæ patriarcha magistriq;, cognita sultani oppugnatione, q̃ maior q̃ solita parabaẽ, Dromone ad id seruato portu delapsi, secunda primũ nauigatiõe sunt vsi, sed vẽto post paꝝ in validam tempestatẽ mutato, sub ipsam Cypri plagam naufragio ꝑierũt. Itaq; Sultanus post eadem die à paucis, q̃s nauigij carentia detinuerat, Christianis male defensam vrbem vi cepit, & mortalibus in ea repertis ad vnũ cæsis, ꝑda sumpta, supponũt ignem, mœnibus vrbis parietibusq; passim solo æquatis. duriore Saracenus miles sultani imperio est oneratus, ꝙ fundamenta vbiq; ita confodi, dissipariq; iussit, vt nullum posthac vrbis ædificij vestigiũ appareret. salutis erat annus 1290. Itaq; tandẽ reliq̃as amisimus, post victoriam Gotfredi annis 196. Cyprus tñ insula & Armenia minor, Cilicia prius dicta, in Christianoꝝ fide manserũt. iteꝝ Nicolaus ꝑdicari fecit crucẽ & indulgentias.

Ptolemais seu Aca postremum amissa.

Anno dñi 1291. rex Rudolphus in vigilia diuisionis apłorum venit ad Spiram, & cum illo regina ac filij & filia, vxor regis Boemiæ, dux Ludouicus de Bauaria, & multi barones cum eo. ipsa vero die diuisionis apłorum obijt rex, & die crastina gloriose sepultus est in ecclesia cathedrali apud sepulturam regum, ꝓpe sepulchrum regis Philippi. de q̃ refert Anto. ꝙ semp conatus fuerit dñium suum & potentiam augere in Alemania, nec visus est curare de Italia, vnde non ingressus est eam, sed studij sui fuit procurare filijs terras & diuitias, vnde & acquisiuit sibi ducatum Austriæ, & partem magnam Sueuiæ. Hæc ille. Quod ducatum Austriȩ cum nonnullis alijs ducatib⁹ atq; dñijs posteritati suæ reliquerit, nobilissimisq; dignitatum titulis insigniuit, nemini mirum videri debet. nam etsi fuerit genere paruus, cõsilio tñ atq; prudentia fuit clarus, & in omni genere armorum princeps exercitatus, ac in bello victoriosus. vnde veniens ad imperium post exclusionem Friderici 2. post diuturnam vacationem, quoslibet rebelles in Sueuia, Franconia, Alsatia, nec non aliarum prouinciarum multis laboribus humiliauit regem Boemiæ, in bello superat atq; occidit, comites in Vuirtenberg ꝑpotentes, vastata eoꝝ terra, subiugauit, quiq; vnico anno, salutis scilicet 1290. Ertfordiam veniens, plus q̃ 70. castra destruxit. Sed Italiam ideo non curauit, qa eos ꝑ maiore parte rebelles fore notauit, vnde in suis factionib⁹ eos reliquit.

Rudolphi interitus.

Rudolphi laudes.

Eodem anno Michael Palæologus Cõstantinopolitanus imperator obijt, quem sacerdotes & monachi sepultura sacra ꝓhibuerũt, eo ꝙ occidentali ecclesiæ in Lugduneñ. concilio cõsensisset. Successit ei Andronicus filius in imperio, regnauit annis 15. Vnde Andronicus ob eam cõtumeliã libenter Latinæ ecclesiæ fuisset vnitus, si auxiliũ habuisset, q̃d postea semper recusauit.

Andronic⁹ Palæologus

Anno dñi 1292. Nicolao papa 4. vita functo, Se. Ap. vacauit 2. annis & mensibus 5. ex discordia cardinalium. nam Vrsini petebant fieri aliquem ad complacentiã regis Caroli, alia pars Columnensiũ alium fieri cupiebãt. Eodem anno Rudolpho mortuo, princeps ad q̃s spectat electio imperatoris, elegerũt Adolphum comitem de Nassau apud Franckfurt, q regnauit annis 6. valde fidelis imperio, in nullo suos liberos de rebus imperij ditauit, sed imperiũ ampliare disposuit, totum eñ principatum Mysnensem coemit, & imperio incorporauit, quẽ vsq; ad mortem suam quiete tenuit, sed successor suus rex Albertus totum ꝑdidit. Ipse q̃q; Columbariam in Alsatia obsedit & cepit, & ꝑfectum oppidi secũ in curru captiuum duxit, baronem q̃q; de Rapelstain vinctũ ducens, liberos eius obsides accepit. de huius electione reliquisq; gestis paulo plura infra.

Adolphus de Nassau Cæs. 101.

Anno dñi 1293. rex Adolphus venit ad Eszlingen Sueuiæ oppidum, vbi congregati fuerãt oẽs barones ac potẽtes Sueuiæ, qui oẽs pacem iurauerũt, ꝑter comitem de Vuirtẽberg. Nec his annis q̃etum fuit Franciæ regnum. nam Philippus Pulcher primis regni sui initijs ex Angli Eduardi perfidia multa passus incommoda, Aquitaniam atque alia recepit.

Philippus Pulcher Franc. rex.

Anno domini 1290. Vngariæ rex Ladislaus à Comanis, quibus diu adhæserat, occisus est, filium successorem non habẽs. post cuius mortem Andreas de Venetijs dictus, coronatur, qui viuente adhuc Ladislao rege, adductus in Vngariam fuerat, de cuius ortu ita habetur: Cum rex Andreas 2. mortua vxore, mare ad pugnandum pro terra sancta transisset, victorq; rediens in Italiam applicuisset, magnifice à marchione Estensi susceptus est, viditq; filiam marchionis virginum vnam oĩm speciosissimam, quam matrimonio duxit.

Andreas de Venetijs, Vngar. rex.

duxit, mortuo vero paulo post rege, vidua ista desiderãs visitare parentes, vocatis p̃latis ac regni ꝓceribus, se grauidã ostendit, & eorum voluntate ad patrẽ rediit, ibiq; puerum masculũ peperit Stephanũ noĩe. Hic Stephan⁹ vt adoleuit, marchionatũ vsurpare volẽs, repulsus, fugit ad Iacobũ Aragoniæ regẽ, cũ iam Vngariæ regnũ alij se ꝓximiores tenerẽt. Habebat aũt vxorẽ rex Aragoniæ filiã regis Andreæ, q̃ erat sibi ex patre soror, cum q̃ aliquãdiu moratus, tandẽ in Italiã rediit. Et cum ita vagus ac ꝓfugus terrã circumiret, duxit filiã cuiusdã ciuis Veneti potẽtissimi, ex q̃ habuit filiũ istũ Andreã, qui auxilio suorum viuente adhuc rege Ladislao venit in Vngariã, & sic occiso Ladislao, in regem surrogatur. Verum, vt solẽt, qdam ꝓceres Vngariæ post aliq̃t annos in p̃iudicium illius, à papa Bonifacio 8. regem petierũt Carolum puerum, Siciliȩ regis filium, anno videlicet 1299. cuius origo talis erat: Rex Stephanus 5. habuit filiam noĩe Mariã, quam Carolo Claudo filio Caroli aui, q contra duces Sueuiæ regnum Siciliæ obtinuit, desponsauit, q Carolus Claudus ex filia Stephani genuit Carolum Martellũ, Carolus vero Martellus, ex Clementia filia imperatoris Rudolphi, genuit filium Carolorobertũ, sed in Vngaria Carolus vocabatur. Vnde in p̃iudicinm (vt tactum est) regis Andreæ, papa misit legatũ de latere: sed nihil agens, ad ꝓpria rediit. verum postea anno 1301. idem rex Andreas in pace qeuit. At mortuo Andrea, barones regni se diuidunt, aliq em̃ Carolum exoptãt, nonnulli vero regem Boemiæ Vuenceslaum inuitãt: & hoc ideo, qa rex Othocarus nup in p̃lio occisus, de filia Belæ regis Vngarorum genuit Vuenceslaum dum esset Boemiæ rex. verum Vuenceslaus venire in Vngariam noluit, sed filium suũ ex filia imperatoris genitum, Rudolfi f. qui & habebat nomen suum, Vuenceslaum, eis tradidit in regem Vngariæ coronandũ. hic venit ad Albam regalem, & ibi ab archiẽpo *Colocensi in p̃sentia multorum ẽporum & procerum fuit coronatus. Eodem tpe frater Nicolaus ẽps Ostieñ. legatus à latere missus in Vngariã ꝓ Carolo venit, q Budam interdixit, & rediit. & qa pars magna Carolo adhæsit, vidẽs Vuenceslaus rex Boemiæ filium noĩe solum regem fore, eum reduxit vnà cum corona in Boemiam. Interea cõsentiente Vuenceslao, proceres qdam regni Othonem ducem Bauariæ subintroducũt in regem Vngariæ, qui veniẽs, coronam regni à Vuenceslao ablatam secum ferẽs, à Bñdicto ẽpo Versprimieñ. ac ẽpo Antonio Canadiensi rex est vnctus & sacra coronatus corona. Inde Budam veniẽs, in die solenni coronatus incessit, paulo tñ post Ladislaus Vaiuoda Transsyluanus eum cepit, & castro suo vinculatũ tenuit, vnde postea elapsus est, & sine regno ad propria remeauit. Anno dñi 1309. cardinalis S. Martini in mõtibus presbyter Car. in Hungariã missus, nobiles regni anathemate notauit, diuino vniuersis interdixit, q̃propter Carolum vniuersi Hungari regẽ suscipiũt atq; coronãt. Hic Carolus tres successiue vxores habuit, & ex vltima, filia Ladislai regis Polonorum Elizabeth, Ludouicum atq; Andream filios gñauit. Fertur aũt ꝙ anno dñi 1339. Casimirus rex Poloniæ ad Albam regalem venerit, & de voluntate procerum ac p̃latorum regni, Ludouico filio Caroli Polonorum regnum resignauerit. erat em̃ filius sororis suȩ, & decessit sine liberis, de q̃ post obitum Casimiri coronatus fuit. Mortuus est aũt Carol⁹ post multa gloriosa facinora anno 1342. vir laude dignissimus. Et ei in regno successit Ludouicus, de q̃ & fratre Andrea dicetur vberius, si locus alibi fuerit. nam magna pars eorum q̃ iam dicta sunt anticipatione, alio referenda sunt. Anno dñi 1294. post longam vacationem Ro. sedis Perusii in hoc tandẽ conuenerunt cardinales, non eligere aliquẽ de collegio. vnde elegerũt sanctum virum fratrem Petrum de Murrone, qui eremiticam vitam ducebat, & qui multa monasteria instituit, tandemq; solitudinem amans, habitationem sibi in montibus Murronis elegit, quem Cœlestinum 5. noĩabant. Electus est aũt Carolo rege & Latino cardinale instantibus. Aquilam itaq; post creationem suam profectus, eo statim cardinales oẽs ad se vocat. oẽs igitur eo ꝓfecti, Cœlestinum ipsum vt verum pontificẽ adorant. eius aũt coronationi interfuisse 200. millia hoĩm scribitur. sedit anno vno, menses 5. profectus est cum curia sua Neapolim. Verum cum à priori vita ob pontificatũ nequaq̃ declinaret, adeo benignus & facilis oĩbus petentibus erat, vt eadem diuersis concederet, vnde & contemptus dignitatis oriebatur. hanc ob rem de abrogatione eius mentio fieri cœpta est. Et instantibus acriter cardinalibus quibusdam, maxime vero Benedicto Caietano viro in iure ciuili & canonico perissimo, vt id q̃primum agat, proposito reipub. Christianæ discrimine, quod sua imperitia imminere omnium ceruicibus ostendebant, affirmantes omnia mala accidentia in die iudicij sibi imputatum iri. Motus his verbis vir sanctus & simplex, futurum se in eorum potestate dixit, modo id iure fieri posset. quare constitutio omnium consensu facta est, licere pontifici abdicare se magistratu, quam constitutionem Bonifacius octauus, postea in librum sextum retulit. Vnde statim resigna-

uit pa

De Carolo Siculo.

Vuencesla⁹ Vng. rex.

Otho Bauarus Vngar. rex.

Carolus Siculus Vng. rex.

Cœlestinus 5. papa.

De abdicando papatu.

uit papatum pontificatus sui mense 6. atq; Benedictus Caietanus extitit electus, q Cœlestinum ad eremũ abeuntẽ, ex itinere ad se retraxit, eundemq́; pfecto arcis Fumonis custodiendũ tradit, hac ratiõe motus, vt ipse dicebat, ne autores seditionum aliquam calamitatem, hoc duce, ecclesiæ Dei inferrent, licet reuera hoĩs sanctitatẽ admirarent. Vtcunq; sit, constat hoĩem magnæ ingratitudinis & calliditatis fuisse, qppe q ambitionis causa & viꝝ sanctum decepit, & captum, vitam eremiticam appetentẽ, in carcere dolore animi ante tẽpus mori coegerit. Anno igit dñi 1295. vacante sede, secundum chronicam Floreñ. Bñdictus cardinalis solicitus erat ꝓ papatu, non expectãs vt vocaretur velut Aaron, vnde & nocte q̃dam cum modica comitiua accessit ad palatium Caroli, offerẽs ipsi oĩe auxilium ecclesiæ in recuperatione regni Siciliæ, si opam daret vt eligeretur in papam. Rex aũt hac spe inductus, effecit vt cardinales noti, posthabitis alijs, ipsum eligerẽt. Cum igitur essent in conclaui Neapoli, dñs Matthæus de Vrsinis, & dñs Iacobus de Columna capita partium, ꝓpendẽtes factum, primi vocem dederũt pfato Benedicto, q̃s alij secuti sunt, sicq́; creatur Ro. antistes in vigilia natiuitatis dñicæ, anno q̃ supra. sedit annis 8. menses 9. vocatus est Bonifacius 8. q librum 6. anno salutis 1297. edidit. Anno 1296. pax facta est inter regem Aragonũ & regem Carolum, cum rex Aragoniæ nup migrasset ab hoc seculo, Dangianus germanus eius q se fecerat coronari de regno Siciliæ, & illud possidebat, q̃ fiuit facere pacem cum ecclesia, & cum Carolo 2. tunc rege Apuliæ, mediatore Bonifacio papa. pax in hunc modũ conclusa est, Quod rex Aragonum Dangianus, vxorem duceret filiam regis Caroli, & ipse Dangianus renunciaret & dimitteret Siciliam, ac etiam obsides q̃s dimiserat pfatus Carolus in Aragonia filios suos & milites cum illis. Et papa Bonifacius vnà cum Carolo ꝓmisit, Carolum Martellum germanum regis Franciæ, renunciaturꝫ priuilegio, p q̃d Martinus tradiderat sibi regnum Aragoniæ. Et vt ad hoc pberet assensum, dedit sibi comitatum seu ducatum Andegauiæ, & filiam in vxorẽ, Carolusq́; rex Apuliæ psonaliter accessit in Franciã, & concordatis partibus, liberatus est cum filijs suis à detentiõe eoꝝ in Aragonia. Cum aũt trãsiret p Florentiã cum comitiua sua, inuenit ibidem Carolum Martellum filium suum, regem Hungariæ creatum, cum 200. militibus Francigenis ꝓuincialib⁹ & de partibus regni, ꝓmansitq́; in Florentia diebus 20. pater cum filio, honore magnifice sibi impẽso à Florẽtinis. nam ibi erat etiã marchio Mõtisferrati, cui ꝓmissa fuit filia Caroli in cõiugiũ. deinde ad curiã Romanã venit, & ibi firmata pace p Ro. põtificẽ cum pdictis cõditionibus, ex curia Neapolim est reuersus, & Dangianus qui possedit Siciliã, dimissa Sicilia, reuersus est in Aragoniã, ibiq́; se coronari fecit. Sed cum Carolus crederet se Siciliam recipere quiete secundũ conuentionẽ post recessum Dangiani, tum ecce Fridericus germanus Dangiani Siciliã sibi vsurpauit, & in regẽ eius se fecit coronari de volũtate Siculoꝝ cõtra ordinationem ecclesiæ. q̃propter põtifex multũ indignatus est cõtra regẽ Aragonũ & fratrẽ eius Fridericũ, fecitq́; eos ad curiã citari. Et rex Dangianus cõparuit corã aplico, secũ ducens reginã Cõstantiã matrẽ suã, ac etiã Rogeriũ de Loria suũ Admiraldũ: papa aũt honorifice suscepit eos, & execratos ecclesiæ recõciliauit. Excusauit aũt se Dangianus rex, ꝙ gesta fratris non essent de voluntate eius, & hoc iureiurando expressit in manibus papæ, ac in psentia regis Caroli, obtulitq́; exire in bellum ad regis Caroli adiutorium contra germanum suum oĩi conatu etiam psonaliter ad obtinendũ Siciliæ dñium.

Anno dñi 1297. cum rex Carolus parasset classem 4. galeaꝝ, pficit Rogerium vt ꝓficisceretur contra Siciliam. requisiuit e pontificis decreto ad hoc etiam Dangianum regem, vt simul cum suis copijs congrederet bello contra Fridericum. Qui ꝓpere venit cũ 30. galeis, cõiunxitq́; eas galeis Caroli. Fridericus aũt sciẽs tãtam classem cõtra se venire, armauit 60. galeas, & occurrit eis. Post asperam vero pugnam in mari diutius habitam, superati sunt Siculi, & capta 6. millia hoĩm & 22. galeæ, p q̃d rex Dangianus fidem suam ostendit: dicitur tñ à quibusdã, ꝙ si voluisset, poterat dare Fridericũ captum in manib⁹ Caroli, quia galea in q̃ erat, deuenit ad manus eius. sed paꝝ hoc referre crediderim, dũmodo nec ista Carolus Sicilia potitus sit. In hæc tẽpora referũt gesta à Tartaris in Syria sub Chagano principe, sic eñ puto noĩandum potius q̃ Chanum, posteaq̃ inde amissa Ptolemaide, cum reliq̃ oĩi ditione decesserãt Frãci. Atq; is quidẽ Tartarus sacris Syriæ locis pie visitatis, Christi fidei addictus est. Quæ cum p legatos Bonifacius papa accepisset, ingenti spe Hierosolymæ rebus consultũ iri ratus est, sed interuerterũt ei⁹ sententiã intestinæ nostroꝝ factiones. Anno dñi 1296. Flandriæ comes Guido, inita cum Eduardo Anglo societate, filiam ei despondit, sed à Philippo re cognita, in Franciã vocatus, aliquandiu seruatus est: tandẽ libertati ꝓmissus, Franco rebellauit. Quod cum is rescijsset, infestis copijs aduersus Guidonem, pfectus, Flan-

Bonifaci⁹ 8. papa.

Dangiani et Caroli de Sicilia pacta.

Frid. Aragonum Siciliã occupat.

De Tartaro Chagano.

Guido Flã.

Flandriam vastauit. Anno dñi 1296. rex Angliæ Eduardus cum Adolpho rege Ro. colligatus est, misitq; ei multa millia florenorum, vt veniret cum magnis copiis in Flandriam, q̃ se rex Angliæ etiam personaliter constituit venturum. præmisit aũt Adolphus multos milites Teutonicos ante se ad stipendiũ Flandrensiũ, q simul iuncti, occurrerũt comiti Artensi, q victoria potitus, occidit ex Flandreñ. & Teutonicis ad tria millia, & post illam victoriam comes Artensis accepit loca q̃dam in partibus maritimis oĩbus. Adolphus Cæs. Anglo iunctus.

Interea rex Angliæ Eduardus magna classe & mille bellicosis militibus, & multis peditibus descendit in Flandriã, prout promiserat ex cõuentione inita cum rege Ro. & comite Flandriæ, & subito Brugas oppidum in deditionem accepit, q̃d derelictũ erat à Gallicis, qa muris & fossis immunitũ. Et Brugenses deuoti satis videbant regi Franciæ, vnde nõ cõfidebat ibi residere rex Angliæ, in Gandauo aũt subsistebat comes Flandriæ, Adolphum regem Alemaniæ, q venire promiserat, expectãs. Sed frustra. nam rex ille non venit, siue corruptus pecunia, siue q tunc motum fuit ei bellũ ab Alberto duce Austriæ, q hoc fecit ad instantiã regis Franciæ *cum magna festinatiõe reuersus est in Angliam, derelinquens comitem Flandriæ male prouisum. Per id tẽpus Carolus rex Apuliæ venit in Franciã ex cõmissione summi pontificis, in fauorẽ regis Angliæ, vt pacẽ componeret inter reges: ideoq; qm̃ hyems erat, rex Franciæ reuersus in Franciam, dimisit præsidia in terris acquisitis, & cum magno honore suscepit regem Carolum, q dedit opam ad cõponendã pacem. Et vt res sortiretur effectum, fecit treugas fieri p bienniũ cum pactis, q regi Franciæ sine cõtradictione remanerẽt Brugæ, & aliæ villæ Flandriæ q̃ iam erant occupatæ à rege: & dispensante Bonifacio papa, rex Angliæ duxit vxorem, filiam regis Fran. Isabelem, & sic pax est firmata. huiusmodi aũt treugis comes Flandriæ inclusus fuerat. Anno deinde dñi 1298. principes Alemaniæ priuauerũt Moguntiæ Adolphum imperatorẽ iure imperiali, ratione suæ infidelitatis. Recepit eñ 100. millia marcarum argenti, vt quidã scribũt, à rege Angliæ p succursu cõtra regẽ Frãciæ. Debuit aũt hãc summã diuidere inter principes Germaniæ, q̃d non fecit, sed emit inde comitatũ quendã. ex eo recusauerũt ire principes cũ eo, ideo scandalum grãde admisit, quia iuuare regẽ Angliæ non potuit. Orta siquidẽ est inter eum & q̃sdam de imperio cõcertatio, ita q ipse damnificauit Argentinã & epm ac totã Alsatiã, pmisitq; in omi Alemania lites & bella: q̃re depositus est ab electoribus p sententiam, qm̃ remissus & inutilis erat. Et electus Albertus dux Austriæ filius Rudolphi q̃ndã regis Germanorum, q̃ facto nouũ suscitat bellũ inter Adolphũ & Albertũ, ad idẽ cooperante rege Angliæ, qui pecuniam obtulit magnam Alberto, vt vindictam faceret in Adolphũ proditionis factæ in eum. accessit præmissis q Adolphus multorum principum amisit iam dudum fauorem. Nam vt quidã chronographi scribũt, Gerardus archieps Moguntiñ. Cunradus eps Argentiñ. Albertus dux Austriæ, Albertus comes de Haigerloch, comes de Lyningen, comes de *Zuaibruken, Otho de Ochsenstain, in mortem Adolphi oẽs iurarũt. Paulo post contractis copiis venit Albertus cõtra Adolphum, & ad duo milliaria ppe Vormatiã occurrit illi, Adolph⁹ aũt multo minorib⁹ copiis, fiduciam ponẽs in dextra, bellum cum Alberto iniit. sed pugna facta, cum multis militibus est occisus. durasse fertur prælium ad dimidium diem, de q̃ sunt versus sequẽtes: *Eduardus igitur De Adolphi Cæs. abrogatione. Adolphi interitus.

Anno milleno, trecentis bis minus annis,
In Iulio mense rex Adolphus cadit ense.

Fertur aũt nullum ex coniuratis his recta morte defunctum. nam inter primos comes Albertus de Haigerloch in itinere à duce Othone de Bauaria gño regis occisus est, comes de Ochsenstain vulneratus in conflictu obiit, Gerardus archieps postea inuẽtus est mortuus sedẽs in sella seu cathedra, comes de *Zuenbruck fluuio submersus, comes de Lyningen insanus factus est, eps Argentiñ. à q̃dam rustico apud Fridburg confodit, Albertus postea imperator à Iohãne fratrueli suo occisus inuenitur. Scribit etiam Iacobus de Moguntia, q electores imperii primũ in Franckfurt elegerũt ducem Albertum concorditer in regem absentem, & vocato Alberto comite de Haigerloch, ei tradiderũt literas q̃s præsentaret duci Alberto. iis continebat, q esset electus, vt veniret sine mora ad Francofordiam p cõplemento electionis, q receptis literis in Vienna, collecto exercitu digno, adscendit. & cum prope Francofordiã veniret ad oppidum Vuinheim, Gerardus Moguntiñ. precibus iam induxerat coelectores, vt cõcorditer eligerent Adolphum suum consanguineũ, virum corpore cõpositum, virtuosum, literatum, & in armis strenuum. q̃ electo & publicato, venit nuncius qui retulit Adolphum esse publicatum, ad q̃d indignatus dux Albertus, multis cum q̃relis reuersus est in Austriã, & postea bello exorto inter regem Franciæ & Angliæ, cum Adolphus à rege Angliæ recepisset pecuniã, vt eũ iuuaret cõtra regẽ Frãciæ, id valde indigne ferebãt De Alberti Cæs. electione.

princi

principes. Ex q̃ & alijs causis, autore p̃fato archiepo Gerardo, depositus fuit, q obiecit regi plurium, & ꝙ stipendiũ cõtra Francũ regẽ recepisset, ꝙ cuderet falsam monetã, ꝙ fecisset sacerdotẽ decollari, ꝙ mãdaret ecclesiasticos spoliari. an vero causæ allegatæ oẽs fuerint veræ, Deus q nouit oĩa, dijudicet. hoc vnũ veritas docuit, Adolphũ à regno depositũ, bello succubuisse. Anno dñi 1298. cum Columneñ. in pluribus cõtristassent papã, ducti magnitudine nobilitatis & potẽtiæ, q etiã in electiõe papæ ab initio visi sunt resistere, adauxit turbationẽ, ꝙ cum curiæ suæ mutaret residẽtiã papa, Sarra qdam multa ornamẽta & thesauꝝ ecclesiæ in via p̃datus est: propter q̃d papa execrauit oẽs illos de Columna clericos & laicos, vt fautores sceleris: priuauit etiam clericos beneficijs & dignitatib⁹, insup tam clericoꝝ q̃ laicoꝝ destrui fecit palatia, resq́ꝫ q̃s in vrbe possidebãt, subuertit. Hinc magna Columnẽses damna & suaꝝ detrimenta substantiaꝝ recipientes, se tunc ex toto subtraxerũt ab obedientia papæ, & bellum inchoatum est cum eis, habuerũt em̃ bonas ciuitates & castella satis munita. põtifex vero cõcessit plenariam indulgentiã oĩbus sumẽtibus crucem cõtra ipsos, in q̃ bello multi sunt mortui. Anno aũt 1299. interuenientibus amicis & bonis viris, venientes clerici & laici domus Columneñ. ad Reatinam ciuitatem, vbi tũc erat curia, prostrati ad pedes põtificis, veniam petitam receperũt, atq; à vinculo execrationis absoluti hoc pacto, ꝙ ciuitatem Prænestinam quam occupauerãt, ecclesiæ restituerẽt: q̃d & fecerũt. Licet aũt papa ꝓmiserit eos reponere in statum pristinum, nõ tñ seruauit, sed ipsam ciuitatem Prænestinam inexpugnabilem, dirui fecit, q̃ erat in eminenti, & aliam ædificari constituit in plano, vocari faciẽs ciuitatem papæ. Eapropter Columnẽses videntes se deceptos, ꝙq́ꝫ papa iuxta condictũ pacis capitula violasset, Prænestinam ciuitatem destruendo, rebellauerũt ab ecclesia, inimici papæ facti. Ob q̃ papa denuo execrauit eos, & fulminauit graues ꝓcessus cõtra eos, q ne caperent, disp̃si sunt in diuersas regiones. Et cardinales duo Iacobus & Petrus exularũt, q̃s papa cardinalatu priuauit, et schismaticos iudicauit. Extat cõstitutio desup in sexto de schismat. q̃ incipit, Ad succidendũ. Sciendũ tñ ꝙ Bñdictus successor Bonifacij, hanc sententiã reuocauit p extrauagantẽ, exceptis trib⁹, s. depositiõe à cardinalatu, & inhabilitatiõe ad papatũ, & bñficijs ecclesiasticis & cõfiscatione bonoꝝ, exinde p Cle. 5. resumpti ad cardinalatũ, vnitiq́ꝫ ecclesiæ pietati, vita defuncti sunt. Eo anno occiso Adolpho, vt dictũ est, in Franckfurt postea coram electoribus cõparuit Albertus dux, & primæ pollicitationi renunciauit. Veꝝ vacante imperio ex morte regis Adolphi, principes cõcorditer eundẽ in regẽ Germanoꝝ in die B. Pantaleonis elegerũt, q postea Aq̃sgrani solẽniter est coronatus cum coniuge sua filia comitis de Tirolis, regnauitq́ꝫ annos x. Hic Albertus erat vnoculus, adspectu trux, & auarus. curabat em̃ ditari liberos. nam sex habuit filios, Rudulphum primogenitũ, q postea factus rex Boemiæ, decessit sine liberis: Fridericũ, Lupoldum, Henricum, Albertum & Othonem, vnamq́ꝫ filiam Hagnen natu maiorẽ, Andreæ regi copulauit Vngariæ, aliam filiam Elizabeth dedit duci Lotharingiæ, tertiam filiam dedit Goldemaro marchioni in Brandenburg. habuit & soror Alberti Carolum regem Siciliæ maritum. Paulo post Albertus aliquoties confirmationem à Bonifacio postulauit, cui Bonifacius respõdisse fert, ipsum indignũ imperio, q occiderit dñm suũ Adolphũ in p̃lio, & tenentẽ coronã in capite, ac spatã ad latus, dicentẽ, ego sum Cæsar. postea tñ in odiũ regis Frãciæ cõfirmatus est. Anno dñi 1300. Bonifacius publicari fecit iubileũ, q̃ plenã delictoꝝ oĩm remissionẽ his p̃stabat, q limina ap̃loꝝ visitassent, ad exemplũ testamẽti veteris, eundẽ q̃q; de 100. in 100. annũ seruaui mãdauit. ob hãc rem eo anno tãta vndiq; multitudo Romã venit, vt vix incedere p vrbẽ liceret. Præterea trãsactis treugis inter regẽ Frãciæ & comitẽ Flãdriæ, rex misit in Flandriã Carolũ Valesianũ germanũ suũ ad bellũ resumendũ, q discurrit, ꝓuastans oĩa, breui in deditionẽ accipiẽs oẽs ciuitates maritimas, excepto Gãdauo, vbi comes erat Flandriç cum filijs suis Roberto & Guilielmo ab oĩbus derelictus. q̃propter de pace actum est, ita vt se in manus regis traderet, promittẽte tñ ei Carolo ꝙ ipsum regi recõciliaret, restituendo ipsum & filios in statum pristinum. q̃propter datum est Gandauũ. Carolus aũt ingressus Gandauũ, comitem Guidonem ac filios duos cepit, & contra promissa fidem fregit. postea cepit totum comitatum Flandriæ, cui p̃fecit Iacobũ fratrem comitis S. Pauli, & redijt in Franciã. Interim Iacobus grauare cœpit pp̃l'm, multa adinueniẽs vt pecuniam extorqueret. Quæ ciuilium seditionũ tanta causa fuit, vt neglecto Franciæ rege, ad suos comites Brugenses defecerint, Guilielmũ quendã accipiẽtes e comitum de Flandria ꝓsapia oriundũ, cui p̃fecto Brugis adolescẽs Guido comitis filius se iungit, terram Gallicam paratis viribus vastat. Quare rex Franciæ destinauit Artensem comitẽ auunculum suum cum 7. millibus equitum, & 40. millibus peditum. Eo

De Colũnẽsiũ & papæ dissidio.

Albertus Cæs. 102.

De Iubileo.

Comes Flãdriæ captus

Eo aūt tēpore rex falsificari fecit monetā,ex qua re multi depaupati sunt,& exercitus abominabilis est factus.castrametati sunt aūt apud oppidū Coltracū.at strenuus Guido vocato Guilielmo cū copijs,deliberāt.Et qm̄ cōgressum p̄lij vitare nō poterāt,exeunt cum xx.millibus,stationē facientes in planitie aduersus hostes,habētes ante se fossatū aquarū viuentiū,q̄d nō erat oībus notū.Fuerunt aūt pleriq; inermes, habentes venabula ac veruta & contos in manibus. augebat aūt eis desperatio vires, statuerūtq; oēs mori satius esse q̄ fugere.Cœptūq; est p̄lium acerrimū,& cū regij venissent ad prædictum fossatū,ignorantes cadebant in illud cateruatim,nec vltimi videre poterant periculū,propter pulueris cōspersi densitatē.sicq; comes Artēsis,Conestabulus, ac Francorū exercitus supati,ad sex millia eqtum & peditū sine numero cū multis ducibus, comitibus & baronibus ceciderunt. Post p̄dictam vero victoriā non remāsit villa,nō oppidū in Flādria,q̄d in deditionē nō acceperit dictus Guido dux exercitus. Cum aūt noua hæc peruenissent in Franciā,nō fuit fere domus quæ nō sumpserit lamentū,& multæ viduæ factæ sunt.rex aūt Frāciæ dolorē dissimulans,p̄conizari fecit p totum regnū bellū contra Flandriā sibi rebellem,falsificari denuo cupiens monetā aureā & argenteam,vt haberet in stipendia.Insup vocauit Carolum Valesianū de Italia, quem venientem fecit capitaneū.Rex cū 80.armatorū millibus egressus de Atrebato,venit in Flandriā.verū qa patria est plena paludibus,& erat ī Octobri,quo tēpore eo loci nō potest cōmode belligerari, eapropter rex bellū intercipe coactus,treugas in annū fecit,& abijt. Bonifacius etiā papa,vt erat homo in pmittendo largus,Carolum Valesiū fratrem regis Frāciæ,ad se Romā vocat,promittēs eum impatorem velle cōstituere ,Alberto reprobato.Venit aūt Carolus Valesianus Romā,q filiam Balduini vltimi imp.Constantinop.Aecaterinā vxorē duxerat,à Bonifacioq; impetrauerat,vt socero suo liceret imperiū repetere,à q̄ depulsus fuerat.Fecerat id qdem libenter pōtifex,q eī in aīo erat, horū principū auxilio exercitū in Asiā transmittere,vt Hierosolymā recuperaret. Interea vero dū res ipsæ cōponerentur,Carolū ipsum patrimonio S.Petri cū om̄i potestate p̄fecit,p q̄d tēpus in Pistorio Cācellarij gens ditissima,numero multiplicata,ī duas partes diuisa est:& altera qdem Albi vocati sunt,altera Nigri, magnis inter se contentionibus agentes.secuti sunt Florentini,ac eadē noīa pariter receperūt. legato igitur apostolico misso nil agente,missus est illo & Carolus Valesius,q obstare non potuit,q̄ minus Albi pellerent e Florentia, q tum reliquā factionis partē supare & numero cōtendebant & belli potentia,nam Albi tunc Gibellini appellati sunt. At Bonifacius Hierosolymitanā expeditionē parās,Arimineñ.ep̄m ad Philippū regem Francorū mittit,q hoīem ad eā rem cohortaret.is itaq; eo pfectus, quū precib⁹ nil obtinere potuisset,minas addidit.Sed par fuit illius arrogantiæ regis leuitas. hoīem em̄ subito in carcerē conijcit,ex quo rex indignationē papæ acqsiuit,vt Blondus & sequaces referunt.tñ alij causas inuidiæ inter papā & regē assignāt,q rex Francorū quendam ep̄m in Francia cape fecit,opponens ei q esset*paterinus hæreticus,eū priuans episcopatu & bonis suis,vacantes episcopatus diripiebat spolijs, & inuestituras eorū facere volebat.Quā ob rem Bonifacius vt magnanimus,cœpit cōtra eum agere, tanq̄ contra inimicū ecclesiæ.Et ad id efficacius pcedens,vocauit om̄es ep̄os & p̄latos Franciæ ad vrbem,ad celebrandū conciliū,sed rex nō permisit eis accessum. vnde papa magis turbatus,cū inuenisset ex qbusdam decretis,regē Frāciæ à sede Ap.debere recognoscere etiam in tēporalibus regnū,destinauit archidiaconum Narbonēsem,mandās regi recognitionem regni facere sedi ap̄licæ,aliàs eum execraret,& terrā suam interdicto supponeret.Postq̄ ergo ille applicuit Parisios,rex nō pmisit bullas publicari:immo familiares regis,literas ap̄licas ei abstulerūt,ipsum de ciuitate eijciētes & regno. comes autem Artensis q adhuc in humanis fuerat,literas ī ignem proiecit.exinde rex custodiri fecit oēs vias,per quas esse posset ingressus ad regnū Franciæ. ppter hoc papa execrauit regē.Igit rex Franciæ cōgregari fecit Parisijs om̄es prælatos Franciæ, necnō barones,& facto cōcilio p sui iustificatiōe,appellauit ab illa sentētia,se excusando, & cōtra Bonifaciū inuehēdo,plura scelera,s.hæresis,Simoniæ, homicidij & aliorū, illi impperando,ideo de iure deponendū esse à papatu. Orta igit maxima dissensiōe inter eos, Bonifacius vtroq; gladio vtebatur*execrationis & alios pcessus terribiles contra regē fulminās,protestatus etiam fuerat archidiaconus Narboneñ. regnū Franciæ ad Ro. spectare ecclesiā,regēq; admonuit,vt à regalibus abstinens,à regno se abdicaret: qn etiam adstātes p̄latos principesq; ac cæterā nobilitatē à iuramento fidelitatis,q̄ regi fuerāt obligati,absoluens,iussit vt se Romā ad pōtificem cōferrent.Interea tēporis pontifex Philippū regno Frāciæ p sententiā priuat,eiusq; regnū Alberto impatori subijcit,quē initio sui pōtificatus repulerat.Nunc aūt cōfirmatū in regē Ro. ad sumēdum

Flādrensiū victoria.

Alborū & Nigrorū factiones.

Papæ & regis Frācorū dissidium.

Alberti Cæsaris confirmatio.

coronã impij solicitat. nam de Alberto sic scribit Iacobus Mogũtinus, ꝙ Bonifacius eum in odiũ regis Franciæ approbauerit: & cũ eum papa cõtra regẽ Frãciæ incitaret, ille se hoc non facturum respõdit, nisi sibi & hæredibus suis regnũ & imperium cõfirmaret: de quo cũ multũ tractaret per sedẽ in cõtrarium, tandem resedit cõcilium. siquidem dixisse papã referunt, Nõ fiet istud viuente Iezabele, denotãs reginã, quæ ex matre soror fuit quondã Cunradini ducis Sueuorum. Et Bonifacij quidem arrogantiã iniquo animo ferens Philippus, Anagniã, quo se põtifex receperat, Sarrã e Columnensiũ familia cum Nogaretio equite Franco mittit, ob causam insinuandæ prouocationis, quã aduersus Bonifacij iniurias de regni depositione Philippus sese tuebatur. Erat huic obnoxius Sarra, quippe quem ex Italia fugientẽ, & à piratis captũ, rex redemerat. Itaque Sarra mutata veste, ne ab Italis agnosceretur, quot potest amicos colligit, & cõductis CC. e militia Valesii, Nogaretiũ præmittit, qui auxilium rei, quã tacitus secũ statuerat, afferret. Sarra noctu Anagniam ingressus, Guibelinorum ope Bonifacium ĩ domo paterna capit: inde Romã ductũ, post quintum & trigesimũ diem mors abstulit. Sunt qui putant Nogaretiũ Sarramque in mandatis habuisse, põtificem ad Philippũ perducere, sed sanctitatis pontificiæ reuerentia deterritos, partim Anagniensiũ occursu prohibitos, cœpto destitisse. Moritur Bonifacius, qui imperatoribus, regibus, principibus, nationibusque terrorem potius quam religionẽ inijcere conabatur, quique dare regna & auferre, pellere hoĩes & reducere pro arbitrio animi conabatur. cõsanguineos nimis dilexit & exaltauit, duos enim nepotes fecit cardinales satis iuuenes, similiter & auunculũ suũ, XX. numero ex suis cõsanguineis & amicis epĩos & archiepĩos instituit, laicos comites fecit, magnum thesaurum eis reliquit. vnde & mortem eius, cõductis stipendiarijs, vindicare conati sunt. gratias à Cœlestino cõcessas reuocauit, quasi nõ fuissent effectum cõsecutæ. Gibelinos oẽs vno odio persequebatur. Notũ est illud, ꝙ Procheto dixit Genueñ. archiepĩo, ad pedes eius die Cinerum prodeũti. nam vbi dici à sacerdote soleat, Memento homo ꝙ cinis es & in cinerẽ reuerteris, dixit mutatis verbis, Memẽto homo quia Gibelinus es, & cũ Gibelinis in cinerẽ reuerteris: in eiusque oculos cinerẽ cõiecit, eũque ob factionẽ archiepĩatu priuauit, licet postea in integrum restituerit. Vuenceslaus Othocari filius in hac generatione obijt, & pro sancto habetur. De hoc Aeneas Syluius Seneñ. epĩus ĩ historia Boemorum ita scribit, Vuenceslaum Othocari filium post obitũ patris septẽ annos natũ, ab Othone Brandenburgẽsi marchione in Franconiã abductum, tutorio noĩe ab eo quinque annis gubernatum, reuersum puerum sub impio matris fuisse, illam Zauisiũ quendã ex baronibus potẽtem amasse, cuius nuptias adeptã, multas regni opes ad eum cõtulisse. Sed ipsa breui morbo extincta, Zauisiũ captum necique traditum esse, regnum deinde ex Vuenceslai arbitrio ordinatũ, anno dñi 1290. Praga igne prius cõsumpta, reparata est. Interea mortuo Rudolpho rege, Albertus filius successerat imperator. hinc non minores inimicitiæ cum Vuenceslao, quam inter parentes eorum fuerant. hos Iutha Vuenceslai coniunx, mulier viro cautior, Alberti soror, magno labore diremit. Vuenceslaus iste imperium sibi oblatũ fertur respuisse. subiecit sibi Polonos, à quibus inuitatus diadema suscepit. filium quoque sui noĩs XIII. annos natum, petẽtibus Vngaris regem dedit. Sed cum Bonifacius põtifex max. Carolum adolescentẽ Caroli regis Siciliæ filiũ eo misisset, & Vngarorum animi mutarentur, filiũ suum Albæ coronatum ad se reuocasse dicitur, deinde 33. ætatis suæ anno ex tabe obijt, mortem eius Boemis magno mœrore prosecutis. Nam ad tumulũ eius insignis latro cũ accessisset, exprobrans mortuo vitam, lapideæ statuæ supra sepulchrum iacenti colaphũ incussit. nec mora, cæcitate percussus, impietatis suæ pœnã dedit. reliqua suæ sanctitatis miracula sciens prætereo, breuitati cõsulturus. Circa annũ dñi M.CCC. Suitenses famari cœperunt, licet origo gentis multo sit vetustior, de qua scribit quidam, inuenisse se chronicã in vrbe Romana, quæ referat ꝙ tẽpore Sigiberti Suedorum regis, & Christophori comitis Austrofrisonũ, fame cõpulsi fuerint aliqui eas regiones exire, & alias sedes quærere per sortem, ꝙ exiuerint ex Suedis sex millia hoĩm, ex Frisonibus mille ducẽti, præter mulieres & pueros: peruenerintque ad Rhenũ, vbi à Priamo & Petro de paludibus Francorum ducibus impediti, vi & armis sibi viã faciunt multis occisis. Deinde spolijs diuisis, per ripas Rheni adscẽdentes, parumque declinantes, inter alpes, colles & lacus, ad locũ fracti mõtis ducatus Austriæ diuerterint, deserta ibi ex licentia comitis de Habspurg eligũt, spinas euellunt, lapidibus purgãt, terrã ad culturam redigentes. Habebant autẽ tres duces, Suicerum, Remum & Vuadislaum. Suicerus cum Remo terras fracti montis & alpes Lõgobardiam adspiciẽtes suscipiunt, Vuadislaus vallem prope Ararin fluuiũ occupat. Factũ est aũt ꝙ tum Arcadio & Honorio imperatoribus, Nicolao & post ipsum Zozimo Ro. pontificibus, Romani auxilio cuiusdã Eugenij apostatæ rebellabant. His Alaricus rex Gotthorum cũ imperatoribus &

De Bonifacij interitu.

Bonifacij 8. temeritas.

Alberti & Vuenceslai dissidium.

Suitensium origo.

& papa resistere volētes, p̄dictos duces Suicer, Remū & Vuadislaū, iam bellicis rebus instructos, bellicosos & feroces hoīes, auxilij gr̄a inuitauerūt, stipendia promittentes. Cōfestim duces ij cum copijs arma sumūt, & signati cruce cum Alarico rege Romam peruenīūt. Obsidet vrbs, Suicerusq; & sui ciuitatē Leoninā expugnant, cæsis innumeris paganis. Eugenius postea cū maxima Romanorum multitudine obtritus est. Victoria itaq; de inimicis obtenta, papa imperatoresq; Ro. volentes Suicerum ac socios remunerare stipendijs, id recusabant, dicentes, pro Deo & fide tutanda se venisse, nihilq; aliud petere q̄ terrā quam occupauerunt, habitabilemq; fecerunt, retinere, & quod immunes deinceps à tributo, nulliq; p̄ter imperatorem subiecti essent, daret eis quoq; vexillum rubeū, Christi stigmate signatū, q̄ oīa obtinuerūt, & cum bñdictione papali ad propria reuersi sunt, nihilominus auro & argento donati. Hæc & multo plura refert qdam Eulogius se in eadē chronica inuenisse, Pliniū atq; Franciscū Petrarcham allegās, q̄ breuitatis causa obmitto. relatu em̄ digna nō sunt, cum colorē veritatis non habeāt. qs em̄ mihi crederet, si dicerē sub Arcadio & Honorio ducatū Austriæ fuisse, & quod Alaricus Gotthorum rex, Honorio & Arcadio imperatoribus, Zozimoq; papæ auxilia contra Ro. apostatas & rebelles p̄stiterit, cum Alaricus imperatoribus & papa renitentibus vrbē ingressus sit atq; ceperit, hostis q̄q; & aduersarius fuerit? nec ante Zozimū aliquis Nicolaus papa inuenitur, ex qbus cōuincitur scriptor iste historias minime intellexisse, sed prorsus aberrare. Vnde verius videnť sentire, q scribūt Carolum Magnū anno dn̄i 806. deuictis Saxonibus, ferociores ex eis ad x. millia virorum cum vxoribus & liberis deportasse, & per diuersas Galliæ ac Germaniæ prouincias relegasse. Causa huius fuit, quod gens ista sæpe ad fidē Christianā cōuersa, toties apostatauit, & in vicinos crudeliter sæuiuit, vnde maximā ipsorum partem ī Vngariam Septemcastrorum, vbi modo degunt, destinauerit, aliquos vero ad comitatū Valesię Seduneñ. diœcesis collocauit, aliquos vltra montem Iouis in Lōgobardia prope Augustā Taurinorum in dn̄io nunc ducis Mediolani, habentes adhuc linguam Teutonicā, vt & Septēcastrenses in Hungaria. alios transtulit ad vallē Vraniæ & arctā, vbi villa est eiusdē noīs Cōstañ. diœcesis, mōtibus altissimis et lacubus munita, vt ibidē sederēt pro custodibus, & dum ipse Carolus in Italiā iturus esset, liberum haberet ingressum & regressum, fertur obligasse. Qui vbi consederant, Saxonica lingua ferūtur dixisse, **Hie wollent wir schwitten**, id est, hic volum⁹ in sudore terminos custodire, à q̄ verbo **switten**, **Switzer** dicti sunt. Et qa pro hac custodia sanguineum sudorē emissuros se professi sunt, arma acceperūt pro signo aut vexillo penitus sanguinei coloris, nullo alio colore admixto. Inueniūtur autē Suitenses controuersiā habuisse primū cum comitibus de Kyburg, postea cum comitibus de Habspurg, vltimo cum ducibus Austriæ. Ferť em̄ quod comes qdam de Habspurg habuerit castellanum in castro vallis arctæ officialē. hunc duo fratres de sorore sua suspectū habentes de re carnis, interfecerūt: qs dum comes punire disponeret, alij duo cognati illorum cōtra dominū cōiurant. Deinde illis alij decē iuncti, & postea xx. tandē habitatores totius vallis rebellant, castrum p̄dictum inuadunt, capiunt atq; vastāt. paulopost vallis Vraniæ accessit, & post illos Vnderualdēses, causantes oēs p̄grauari se vltra debitū tributis, angarijs & perangarijs, & quod sine om̄i respectu honestatis tractarētur à locorum præfectis. *Scriptoris ignorātia.* *Suitzen.*

Anno igitur dn̄i 1306. percusserunt fœdus adinuicem seu ligam primam fecerunt Suitz, Vre & Vnderualdē, cū protestatione tñ, vt fertur, quod sine p̄iudicio ducum Austriæ fieret, quantū ad census & redditus. Post multas aūt & varias cōflictationes anno dn̄i 1315. Lupoldus dux Austriæ, cōgregato exercitu, vallē Suitensiū ingredi parabat, & deliberationē habuit cum consiliarijs suis, conclusumq; est, quod nisi ab vna parte saluus ingredi posset. datus insup modus, quo obseruato, paruo negocio sese in vallem proriperent. Procedit exercitus, verum interea nobilis qdam de Hunenberg, cōscius earum rerum, sagittam e balista in vallem mittit, cui inscriptū erat, Caue in tali loco: quam cum accepissent, literas inueniunt, mox insidias eo loco ponūt. opportune superuenientes inuadunt, maximāq; stragem edunt, reliquos in fugam vertunt. Deniq; post illam stragē quieuerunt aliquantisper duces, vt dicetur in gn̄atione 46. Hæc à nobis recitatiue potius q̄ affirmatiue posita, lectorem ad latiora & vetustiora, dūmodo rei omnimodam veritatē scire voluerit, pl̄ustrādo remittentes, quoniā talē his fidē damus, qualem ex historijs affirmare possumus. nūc ad incepta prosequenda reuertamur. Itaq; anno 1303. Bonifacio ex humanis exempto, Benedictus XI. eligiť canonice in Petri successorem Kaleñ. Nouēb. sedit menses 9. Hic ante Nicolaus vocabať de Taruisio, vilis cōditionis, Venetijs paupertatis gr̄a pueros grāmaticā docens. deinde ingressus ordinē p̄dicatorū, virtutibus & sciētiæ operā dedit, postea in gn̄alem electus, & deinde cardinalis factus, demū cathedrā Petri meruit. Subito aūt post coronationē suam ad pacē vbiq; compo- *Benedictus XI. papa.*

nendā animū suū adiecit. Vnde & regē Franciæ ecclesię recōciliauit, Iohannē & Iacobum cardinales Colūnenses, q̊s ingēti odio Bonifacius ꝑsecutus fuerat, in gratiā recepit, ac his bona restituit, à galero tñ rubro ad breue tēpus abstinere iussit. Nogaretium & Sarrā, oēsq; Anagninos cū his in capiendo Bonifacio sentiētes, citatos ad iudiciū, nec cōparentes, grauiori anathemate notauit. multa aūt bona facere disponens, in ficubus recētibus sibi ꝑsentatis, vt refert Antoninus, ꝑ abbatissam S. Petronellæ dicitur toxicatus, hoc ꝑ alios ꝓcurato. hic Perusii est sepultus. eo mortuo, 11. mēses vacauit papatus. Prædictis tēporibus Carolus Valesianus veniēs Neapolim, ibi inuenit classem paratā à Carolo 2. rege Siciliæ, centū ꝓpe galeas, & alia diuersa nauigia ad recuperandā Siciliā. Ingressus igit̃ mare Valesianus, secū duxit Robertū ducē Calabriæ & regis filium. Considerans Fridericus Arago, q̃ tenebat adhuc Siciliam, se potentiæ illorum nō posse resistere, qñ & nuꝑ graui affectus erat clade, caute fugit de loco in locū, & aliqñ impediuit cōmeatum victualiū, nec tñ cōgredi volebat, demū coactus fuit Carolus recedere. Vt tñ sine pudore abiret, ordinauit cū dicto Friderico simulatā pacē, sine scitu Caroli regis Apuliæ, videlicet ꝙ Fridericus acciperet in vxorē filiam regis Neapolitani, & ꝙ eū socer ac ecclesia iuuaret in acq̄sitione alicuius alterius regni, & ꝙ interim retineret Fridericus Siciliā noīe dotis vxoris. Ac post mortē suā & filioꝝ Siciliam dimitteret Carolo & eius hæredibus, dādo ei C. millia vncias auri. q̄bus pactis initis & iuratis, reuersus est Carolus Valesianus Neapolim, & filia Caroli regis sine conuentiōe despōsata fuit Friderico, sed alia ꝓmissa minime impleta fuere. vnde natū est prouerbiū: Carolus Valesianus intrauit Tusciam, vt eam pacificaret, & nō pacatā, sed belligerantē dimisit: trāsiuit ī Siciliā vt bello vastaret, & pacē fecit despectā, deinde in Galliā est reuersus. Varia tum fuere bella inter Albos & Nigros, Gibelinos & Guelfos in Italia. Veꝝ anno iam dicto Flādrenses cōtractis copijs, hostiliter discurrerunt ꝑ patriā Artēsem, deuastātes oīa. armigeri aūt q̃ erant in oppido S. Mieri ad tria millia eq̄tum, & pedestriū magna certe copia, posuerūt Flandrensibus insidias, vbi ex eis ad tria millia sunt occisi. Eodē anno Philippꝰ filius comitis Flādreñ. cū esset in Apulia, & haberet comitatū in feudum ꝓ dote vxoris, vt succurreret patri & suis, renunciauit Carolo comitatū, eligens potius ī patriā redire pauꝑ, q̃ ibi esse diues. Veniens igitur ī Flandriā, & intellecta eius charitate ad patriā, belli capitaneus instituit. Hic mox cū Flandrēsibus destruxit patriā Arteñ. vsq; ad maritima, & post multas vastatiōes duxerūt ad ciuitatē Tornaceñ. quā fortiter impugnabāt. Erant ī ea Lōbardi & Tusci ꝓ rege, q̃ eam viriliter defendebāt. Interea durante obsidione, rex Frāciæ treugas postulauit ī annū: q̄bus cōpositis, comes Guido de Flandria, de carcere est emissus cū cautione iuratoria & aliquoꝝ obsidū, vt post certū tēpus reuerteret̃ ad carceres. Qui liberatus, etsi senex, lætus venit in patriā, cōgratulando ꝙ liberā inueniret à dñio Francoꝝ, ac dixit: Nunc lætus moriar, visa liberatione patriæ. Et reuersus tēpore determinato ad locū carceris, ibi moritur ī dño iam octogenarius. corpus eius reductum est ī Flandriam. Circiter annum dñi 1305. Clemens V. papa lectus est post multam cōtentionem cardinaliū, q̃ factionū sententijs diuisis, hunc elegerunt epm̄ Burdegaleñ. Francoꝝ rege intercedente. nam rex priusq̃ in huius electionē cōsensisset, magna sibi quædam ab epo, si deligeret̃ papa, polliceri voluit, vt ad ecclesiæ statum integre reciperetur, vt q̄nquēnio decimas Galliæ ipse acciperet, vt Bonifacij acta quædā cassarent, vt Iacobo & Petro cardd. Columnensib. honos sacer restitueret, & reliq̄, q̄bus facilē se fore is ꝓmittit, eoq; modo pōtifex est designatus Clemens 5. sedit annos octo, menses x. Lugduni coronatus, ī cardinaliū & regum Frāciæ, Angliæ & Aragoniæ, reliquoꝝq; principū Germanię & Galliæ ꝑsentia. Tum ī Galliam primum pōtificia sedes tralata est, magno cū oīs Chr̄ianæ reipub. malo, tum vrbis Romæ prę̄sertim incōmodo. nam cum duraret hęc absentia annos pene lxx. cœpta sunt & sacra negligi, &* ciuilitas Romana. Cęterum creatis aliq̄t cardinalibus, & restitutis Colūnensibus Iacobo Petroq;, tres misit ex patribus senatoria potestate Romam, quorū autoritate Italia vrbsq; ipsa gubernaretur. Anno dñi 1306. Clemens, quod regi promiserat, obseruauit. nam eū ecclesiæ reconciliatum restituit omni honori & dignitati, largitus quoq; est sibi ꝑ q̄nquennium decimas. Concessitq; vt ecclesias sacerdote vel ministro destitutas, sibi seruientibus clericis atq; benemerenti familiæ cōferre posset, & etiam decimæ ius donauit. Hęc ille. Regi Caiano Aragoni priuilegium à Bonifacio collatum confirmauit, de regno s. Sardiniæ. Quibus peractis, papa cum omni curia profectus est Burdegalam, vbi omnes Italici cardinales & alij fuerunt inuisi Guasconibus, & minus digne tractati. totam eñ curiam gubernabant Guascones & Gallici. Tum & satisfieri voluit petitionis suæ summæ, vt Bonifacij memoria tolleretur, eiusq; improbarētur acta, quārem Cle

Flandreñ. vindicata libertas.

Clemens 5. papa.

Tralatio sedis Ap. in Galliam.

Clemens, Pratensis cardinalis consilio ad cõuentum proxime celebrandum distulit.

Eodem anno in comitatu Nouariensi ꝓuinciæ Lombardiæ exorta est quædã hæresis pessima, cuius autor fuit qdam dictus Dulcinus, & vxor sua Margarita, q erat lupus sub pelle religiõis, seminans zizaniam erroꝝ multoꝝ, ꝙ oĩa deberent esse cõmunia, etiã mulieres ad cõmixtionẽ, q̃d peccatũ nõ esset, sed actus charitatis. Per duos autem annos durauit hæc hæresis. nam tædio victi pauptatis & incõmodoꝝ, multi ex eis reuersi sunt ad fidẽ. demũ captus ipse hæresiarcha cum Margarita socia sui erroris, ꝑ Nouariẽses combusti fuerunt, cum multis huius sectæ pertinacibus. Ex his remansere tamen reliqæ scelestiss. in annos aliquot, origo Boemicæ maculæ. Sub hoc Clemente Lugdunũ ciuitas ad regẽ & regnũ Franciæ ꝑuenit. in gñali eñ concilio Viennensi Philippus rex obtinuit Lugdunum integre, data archiepõ cõpensatione ĩ redditibus pro iure quod sibi ecclesia ĩ Lugduno vendicabat. Sup quo prius Clemens ꝑ archiepiscopũ consultus, cõsensum non ꝓbuit, nec dissensum, sed reliqt archiepm ĩ manu consilij*. Ipse etiam Clemens apud Auinionẽ in publico consistorio Philippũ regem excusauit de his, quæ dudũ egerat cõtra Bonifaciũ papã, fueratq́ꝫ ꝓnunciatum, ꝙ rex ea quæ fecit, bono zelo & bona intẽtione egerit. Clementi eñ fuit totum negociũ commissum. absolutus etiam fuit cancellarius regis ab execratione, propter Bonifacij captionem imposita pœnitentia. Mortuo S. Vuenceslao in Boemiæ regno, vt supra dictum est, filius eius Vuẽceslaus successit, q̃uis eodẽ noĩe, moribus tñ valde impar, q cũ ebrietati & corpori dies noctesq́ꝫ indulgeret, & alioꝝ vxoribus illuderet, in quadam Morauiæ ciuitate dũ solus ĩ domo Decani pontificalis ædis perambulat, tribus vulneribus cõfossus, duodeuiginti natus annos, interijt. ignoratus est necis autor. Cũradus tamẽ eques Turingus, cruentũ gestans pugionem exire regiam visus fuerat, q crimen fassus, populari tumultu cæsus est. Venerat forte eo tẽpore Pragam dux Carinthiæ & comes Tyrolis Henricus, cui ex sororibus regis altera, Anna natu maior, iampridẽ nupserat. Hunc Boemi regem sibi deligunt. Id ægrefert Albertus imp. q repente coactis copijs, Boemiã ingressus, Henricũ regno deturbat, Rudolphũq́ꝫ filiũ suum regem cõstituit. Veꝝ Elizabeth senioris Vuenceslai relicta, in matrimoniũ ei traditur, quo regnum eius solidius subsisteret, q cum magna Boemorum spe regnare cœpisset, subitaneo morbo correptus, primo regni sui anno absq; liberis decessit. Post obitum Rudolphi dissidentes inter se Boemi, alij Fridericũ Rudolphi fratrem, alij Henricum quẽ deiecerãt, petierunt. Vicit Henrici factio, trucidatis alterius partis autoribus. & q̃uis Albertus impator cum magnis copijs Boemiam ingressus, regionẽ lõge lateq́ꝫ afflixerit, Henricũ tamẽ regno deijcere nõ potuit, prius à nepote, vt dicetur, occisus. Hoc tempore Clemente V. autore, Tẽplarioꝝ religio impietatis accusata, oĩs deleta est, facultates direptæ quæ erant splẽdidissimæ. Sunt q simulacrum eis fuisse ferant indutũ humana pelle, cui, ordinẽ ingressi, rationẽ vitæ ꝓfessi fuerint, sacrificia crudeliss. humano sanguine, q̃ poto, se ad tanti sceleris ptinaciam adhortati sunt, ambigui coitus, & alia quædã scelesta, q̃ hac tẽpestate ꝓdita sunt, maxime ꝙ Hierosolymæ ditio eoꝝ fraude Turcæ cessisse diceret. Cõcidit hęc lues simul magno totius Galliæ feruore, in Germanijs postea Clemẽtis literis eodem fato pijt, atq video scriptores quosdã non tam impbare funestã Templarioꝝ religionẽ, q̃ Franci regis auaritiã, cuius causa dicũt hanc ortam esse factionem. Deniq; papa Clemens bona Templarioꝝ applicauit mansioni S. Iohãnis seu Hospitalis. Sed qa iam occupata fuerant à rege & diuersis alijs principibus, oportuit ea redimi multa pecunia. Multa aũt aduersa passus est postea rex cum filijs suis, quæ creditũ est eis accidisse ꝓpter iniustitias suas. multi etiam æstimantes illos iniuste passos, vt martyres venerati sunt, tollẽtes deuote corpora eoꝝ & ossa. Præterea Iacobus de Moguntia, scribens de istis temporibus, refert ꝙ cum Clemens V. ordinem Templarioꝝ reprobasset, & executionẽ cõtra aliquos fratres in Germania Moguntiñ. archiepõ cõmisisset missis processibus, conuocauit idem archieps̃ synodum, et dum esset in domo capitulari Moguntiæ cum clero sibi subiecto, volens publicare ꝓcessus, subintrauit potẽter religiosus vir Hugo comes Syluestris, vulgo Vuiltgraff, qui morabatur in castello Grunbach ꝓpe Meisenheim, cum 20. militibus cõfratribus ordinis, induti albis pallijs more Teutonicoꝝ fratrũ cum signo crucis rubeo. erant autẽ oẽs sub pallijs armati. Assurrexit ei archieps̃, ac innuit manu vt secum sederet. At comes stans, ait: Dñe archiepẽ, fertur publice ꝙ hodie velitis me & fratres meos militiæ templi hic mecũ stantes, denũciare execratos, quod nõ* placeret nobis, sed petimus vt appellationẽ à nobis interpositã ad futuꝝ papam, velitis clero ꝑsenti publicare. Nulla aũt facultas erat archiepõ recedendi à loco ꝑ tumultu armoꝝ. vnde respondit mansuete, id fieri debere processu papę publicato. statimq́ꝫ sine interuallo appellationẽ comi-

Fratricelloꝝ hęresis.

Albert⁹ impator Hẽricũ Boemia deturbat.

Tẽplarij deleti.

Acta cũ Tẽplarijs ĩ germania.

mitis cum causis Templariorũ legi & publicari mãdabat. Inter alia aũt quæ in appellatione cõtinebant, vna causa legebatur, quod fratres militiæ tẽpli, quos papa cremari mandasset, dixerũt se immunes de criminibus impositis, & in signũ miraculi suæ innocẽtię pallia ipsorũ cum signo crucis exustionẽ nullã senserunt, nec corruptionẽ. Ad quẽ archiepus: Sitis bonæ mentis, inqt, ego aliquã bona scribã pro vobis papę. Et ita factũ est. ad scripta enim archiepi rescripsit papa, & cõmisit ei inqsitionem fieri. Ex qua cõmissione processit archieps, & de cõsilio & assensu coepõrum prouincię, qui cõuenerant secundum formam literarũ apostolicarũ, constito de innocentia fratrum, ipsos duxit absoluendos. Hæc acta referuntur Moguntiæ anno 1311. Kalend. Iulij. Anno 1308. Iohannes dux fratruelis Alberti regis, quem rex in curia cum filijs suis educauerat, asseruit munitiões dñij de Kyburg ad ipsum pertinere noĩe matris suæ. Instabat autem vt saltem aliqd sibi assignaret. ad quod rex induci non potuit. Tandẽ Iohannes cum baronibus Rudolpho de Vuart, Vualthero de Eschelbach, & Vlrico de Palma, regem interficere cogitauit. Haud longe post equitante rege per sata, colloquente sibi de Castel milite, accesserũt Iohãnes dux & sui cõsortes, primusq; Rudolphus dixit: Quàm diu cadauer istud eqtare permittimus? & accedens Iohãnes dux, cultrũ collo regis infixit, Rudolphus vero de Vuart gladio cõfodit, Vlricus de Palma gladio caput dissecuit. Sicq; Albertus rex in propria terra sua anno prædicto Kaleñ. Maij in meridie est occisus, in quo loco monasteriũ Kingsveld est fundatũ, corpus vero eius Spirã delatum, atq; honorifice sepultũ. Verũ occisores regis, fugati: Vlricus enim de Palma obsessus per Lupoldũ filiũ regis in Altpuren obijt, in quo castro decapitati sunt L. viri. Castra Vualtheri de Eschelbach occupata, ipse in terra comitis de Vuirtẽberg pastor pecorũ est factus annis 35. in morte se pandens, honorifice est sepultus. Rudolphus de Vuart volens ire ad sedem Ap. proditus capitur, & iuxta locũ occisionis ductus, ad mortem est adiudicatus. vnde ad caudam equi ligatus & distractus, postea super rotam est positus. Iohãnes vero dux post multas latebras tandem in forma beghardi venit Pisas, ibi ab imp. Henrico captus, atq; in ordinem fratrum Eremitarũ S. Augustini intrusus, post imperatoris mortem pluribus annis in eodem manens, tandem ibi sepultus. Itaq; interfecto Alberto secundum chronicã Florẽtinam anno 1308. electores imperij erãt in magna altercatione de eligendo. Rex aũt Philippus audita vacatione imperij, cogitauit quomodo imperium ad se reduceret: & id qdem facile fieri existimabat, si petitionẽ cõtra Bonifaciũ postulatam, de qua supra, in illam cõmutaret. Igitur secretũ desuper habebat cõsilium cũ Carolo de Valesio fratre suo, & cõsiliarijs suis. Quod omnibus placuit, quibuscunq; expensis id fieri posset. vnde dictus Carolus ad põtificem, qui tunc erat cũ curia Auinione, iturus: se præparauit pro rege ad solicitandũ, quod Bonifacij memoria cõdemnaret, re autẽ vera ad obtinendum imperium. ordinauerat aũt illo ducere sex millia armigerorũ, vt nullus auderet se opponere postulatis. Sed Deo prouidẽte, etsi cõsilium secretissimũ de ea re habitum fuerat, tamẽ vnus ex cõcilio intimauit secreto põtifici rem cõclusam. Mox pontifex id intimauit cardinali Ostiensi, Pratẽsi scilicet. At cardinalis qui iam indignationẽ contra regem cõceperat propter postulationes inordinatas, inqt: Pater sancte, hic non est aliud remediũ ad obuiãdum, ne ecclesia subijciatur regi Franciæ, nisi illud quod sine mora significetur electoribus imperij, quod procedant ad electionẽ, alioqn imperium deuoluatur in Galliam: & id, ait, totũ expediri potest anteq rex veniat. Placuit pontifici cõsilium, & simul cũ cardinale noĩant etiam electoribus comitẽ de Lucemburg, virũ magnanimũ, industriũ atq; catholicũ, Pratẽsi tum bene notũ. placuit etiam vt secreto omnia fierent, ne alij cardinales quicquã de hoc aduerterẽt. Hoc totũ impletũ est, & missis literis electoribusq; redditis, postquã applicuit nuncius, intra octo dies cõgregati principes in Rens, nemine discrepãte, elegerunt in regẽ Rom. Henricũ comitẽ Lucemburgi, qui fuit Henricus 7. admoniti enim erant per cardinalem Pratensem, & de oĩbus regis Franciæ callidis cõmentis informati. Facta igitur electione, mox curabatur diuulgari in curia papæ & regis Franciæ. Quibus auditis, rex Frãciæ qui se præparauerat ad iter, spe sua frustratus, intelligẽs se delusum, papæ inimicus factus, rem haud æquo aĩo tolerare potuit: quin potius vindicare iniuriã, vt credebat, sibi à papa illatã, anxius cogitabat. Electus igitur Henricus de Lucẽburgo in regem Ro. regnauit annis sex, Aqsgrani à Coloniensi archiepiscopo corona magnifica Caroli Magni cũ cõiuge coronatus. Verũ pacta solenni de more coronatiõe regis, missi fuere ad papã Clementẽ 5. dux Bauariæ cognatus regis, & Guido de Namurco frater comitis Flãdriæ pro electi regis cõfirmatione, quibus à papa & cardinalibus susceptis, patefacta electiõe, cõfirmatns est Hẽricus, atq; per pontificem ordinatum, vt duo ex cardinalibus, s. dominus de Flisca Ianuẽsis, & Nicolaus Prateñ. legati mitterentur in Italiam, atq; in regis societatem iungerẽtur, quum citra mon

Alberti Cæsaris cędes.

Hẽricus 7. Lucẽburg. imp. CIII.

montes impator pficisceret. Deniq; cardinales acceperūt in mādatis, vt vniuersis mādarent, quo iam dictū Henricū reciperent, & ei in oībus obedirent: q̄d & factum est.

Anno dñi 1309. Henricus impator Elizabeth alterā Vuencestai sororem 18. annos natā, clam iussam ad se venire, apud Spirā Iohāni filio suo quatuor annis minori, matrimonio cōiunxit, eumq; mox de regno inuestiuit, ac Pragæ in regem coronari fecit per archiepm Moguntineñ. ad quem spectat. Eodem quoq; tpe tribus sibi cōparatis exercitibus, rex vnum ipse in Italiā duxit, Lōgobardos oēs in potestatem accipiens, alterū aduersus comites de Vuirtēberg direxit, sacro impio rebelles. Tertiū exercitum ex Frācōnibus Boioariisq; cōparatū, duce Petro archiepo Moguntino, cū filio in Boemiā misit. Et pugnatū est in Boemia pluribus locis, cum alij Boemorū Iohānem regnare cuperent, alij Henrico Carinthio studerent, q cū tribus impatorū filijs de regno contenderat. Obsessa est deniq; Praga diuq; oppugnata, cū Henricus & marchio Misnensis haud impigre mœnia tuerent. Ad extremū pditiōe Iohāni tradita, hostis in arcem sese recepit, Henricus in Carinthiā fugit. Ita Boemia in potestatem Lucēburgensium venit. Tum Germaniæ motibus cōsulturus Henricus, cum principes reliq in regis fidem cōuenissent, comes Vuirtembergeñ. Eberardus rebellionem meditatus est. aiūt in causa fuisse, q cū imperij ciuitatibus egisset multa temere, quæ sub Rudolpho Imp. nuper ereptæ fuerāt dominio Vuirtembergensi, post Cunradini interitū grauiter vexatæ aliquot annos vsq; ad Rudolphū. Itaq; Henricus ciuitatū fidem accepturus, accepit quę in illas cōmisisset comes Vuirtēbergeñ. Spirā adijt, quo mox & Eberardus comes ducētis eqtibus stipatus venit. Sed cū agi nihil inter Henricū Cęsarē & Eberardū comitē cōcordię causa posset, comes indignāter recessit, cōtra quem rex grādem exercitum vocauit. erat eñ comes, vt scribit Iacobus Moguntiñ. de domo Guelphorū seu Camera Franciæ, & aliorū Tusciæ ac Lōbardiæ Guelphorū originem trahens. hūc rex per principes, barones & ciuitates imperiales, oppidis suis & castris fere oībus aut destructis oīno, aut captis depauperauit, vt ex 80. munitissimis castellis & oppidis duo & 70. expugnata ademerit, vbi & castrū Vuirtemberg extitit destructū. Itaq; belli angustia vndiq; pressus, ad castrū Asperg munitissimū fugit, quo obsesso, fugientem Rudolphus marchio de Baden sororius suus in oppido Besiken recepit. Verū post mortem Hērici Cęsaris idē comes oīa depdita recupauit, & plura alia, ita vt ditior & potētior factus fuerit q̄ prius erat. Sed tamē, vt scribit Hermānus, ille beneficij marchionis oblitus, castrū illorū Richenberg obsedit, de quo p marchiones & eorū auxiliatores ignominiose repulsus fuit, & præ dolore rediens Stutgardiā, impœnitens obijt, sepultus ibidem. De hoc q impœnitēs obierit, nimis temere scripsit Hermānus, quum in ecclesia Chri vt fidelis, sepultus inueniat. De castro aūt Richenberg memini me lras legisse, q hoc castrū dotis noīe cum filia marchiōis de Baden comiti in Vuirtēberg datū sit his pactis, vt nisi daret certa summa pecuniæ, ppetuo apud domū de Vuirtemberg maneret: & sunt lræ de antiqore data. Eodem quoq; tpe idem Henricus comitem Cunradum de Oetingen, dictū Schrimpff, pscripsit, & intātum depopulatus est, vt quasi mēdicus veniret in monasterium Kaiszheim ordinis Cistercieñ. vbi panem tribulationis vsq; ad mortem comedisse fertur. Eodē anno defunctus est Carolus II. rex Apulię, successit autem ei in regno Robertus primogenitus eius, q cū magna comitiua veniēs ad Clementem V. ab eo coronā accepit regni Apuliæ & Siciliæ. Eodem anno dum Spiræ Henricus rex moras ageret, filios quondā Alberti regis ducis Austrię p edictum ad se vocauit, quos venientes quæsiuit multis medijs si posset eos Austriæ ducatu mouere, dicens qnq; reges ppter ducatum Austriæ occisos. Cui Fridericus vnus ex liberis iam abiturus, p nuncium respōdisse dicit: Hic si à paterna hæreditate modo noluerit abstinere, (denotādo Henricū regē) poterit esse sextus. Tandem rex precibus deuictus, ipsos liberos quondā Alberti de ipso ducatu & alijs dependētibus inuestiuit, actumq; fuit quod ipsi duces dicto regi vltra montes cum ducentis galeatis seruire deberent.

Eberardi comitis de Vuirtēberg rebellio.

Besika

Richēberg.

Comit. de Oetingen.

Anno dñi 1311. regni Henrici secūdo, qm̄ hac lege idem rex à pōtifice fuerat confirmatus, vt intra biennium coronā Romæ habiturus, Italiam ingrederet, quod quidem non ob aliam rem fecisse pontificem tradunt, q̄ vt eius aduentu motus Italici cōprimerent, Impator satisfacere volens pollicitis, oratores in Italiā ad populos & principes mittit, maxime vero ad Florentinos qui tum Aretinos vexabant: petitq; vt sibi & exercitui suo hospitium in vrbe pararent, ac vexare Aretinos desinerent. Respondere tum Florentini, tantum principem imprudenter agere, qui barbaros in Italiam ducere conaret, quā ipse īperij causa à barbaris tueri deberet. Aretinis præterea impatorem ipsum nō bene cōsulere, quos sciret Guelphos qdem ciues suos expulisse, exules aūt ab impatore restitui cōsueuisse. Habebāt & Florentini exercitū grandem apud Aretium.

Italica Hērici VII. expeditio.

Accepto igit̃ reſpõſo oratores Aretiũ ꝓfecti,anteq̃ vrbem intrarent,in caſtra Florentinoꝝ peruenerũt.Ibiq́ꝫ ex principis autoritate cũ eadem ꝑcepiſſent,tantũ abfuit vt dicto pareret̃,vt etiã in ipſoꝝ oculis ſolito infeſtius cuncta hoſtilia cõtra vrbem intentarent.Oratores Henrici ad hæc abiere.Ferũt tum Dantẽ Florentinos cæcos appellaſſe, ꝙ impatori tã inſulſe reſpõdiſſent.ſed animos eis dabãt Roberti regis ꝓmiſſa.Imperator aũt ad Taurinos alpes trãſgreſſus adiutorio comitis Sabaudiæ & marchionis Mõtisferrati ſoceri ſui, in plana deſcendens,oẽs fere ciuitatũ principes honoris cauſa obuios habuit.Duæ tum ꝑerant Mediolani factiões,quaꝝ altera Turrianoꝝ,altera vicecomitum habebat̃.Guelphis ꝑerat Guido Turrianus, Gibelinis vero Maphęus viceco mes.Guido ſua potentia,vt exules,tenebat extra ciuitatem vicecomites,& alios Gibe-
Henr. VII. Mediolani coronatur. linos cum archiepõ,& in liga erat cum Florentinis Guelphis.Hic reſiſtere nitebat̃ imperatori, ſed nõ valuit, qm̃ cõſortes ſui cum cardinali de Fliſca operã dederũt, ꝙ Guidone inuito,impator intraret Mediolanum. Quo potitus Henricus,in vigilia Epiphaniæ coronatus fuit ab archiepõ Mediolaneñ.corona ferrea in eccleſia S. Ambroſiȷ cũ vxore ſua,ꝑſentibus oratoribus pene oĩm ciuitatũ Italiæ,exceptis Florentinis cum colligatis ſuis,q impator Maphęum de vicecomitibus,archiepm̃,& fere omẽs exules reuocauit ad ciuitatem. Omnes autem pene ciuitates & dñi eaꝝ imperatori obediẽtiam fecerunt,excepta Padua & Bononia,quæ colligatæ erãt Florentinis,offerentes magnã pecuniæ quãtitatem. Mouit deinde in Cremoneñ.& Cremenſes, quos Henricus ideo ad ſuppliciũ vocat,ꝙ Gibelinos eiecerãt. Sed libera Cremonenſiũ deditio Henricum mitiorem reddidit,in Cremenſes aliquãtulum ſæuitũ eſt,& eoꝝ mœnia funditus euerſa ſunt.Parmenſes autem timore ꝑculſi,imperatoris vicariũ recipiunt. Tutati ſunt ali-
Att.totã Italiã ſe Henrico dedere. quãdiu ſe Brixiani,verum cum acriter ab Henrico oppugnarent̃,noctu ad mõtana cõfugientes,vacuã vrbem reliquere.Ingreſſi itaqꝫ Germani,vrbis mœnia cõfeſtim demoliunt̃.Hoꝝ calamitatibus ꝑterriti Mantuani,Veronenſes,Vincentini,Patauini,Taruiſini,Veneti,mãdata imperatoris ſtatim fecere.Placentini inſuper, pulſo Alberto Scoto duce Guelphoꝝ,impatoris ꝑfectum ſuſcipiunt. Cõpoſitis itaqꝫ hoc modo Ciſalpinæ Galliæ,vt iſti dicunt,rebus,impator Amedeo Sabaudiæ comite,Piſanoꝝ Genuenſiumq́ꝫ oratoribus ſubſequẽtibus,per Placentinos iter faciens,Genuam ꝓficiſcit̃. Quo etiam nõ ita multo poſt applicuere legati Roberti Neapolitani & Friderici Siculi regum.Hic ſimulatã, ille verã amiciã præ ſe ferebat.nam Robertus rex duo millia equitum in Hetruriã miſit,q Florentinis & Lucenſibus cõtra impatorẽ opem ferrẽt.In hac expeditiõe Henricus duo mala tulit.nam in oppugnatiõe Cremonæ comes Vualramus regis frater periȷt,& diſceſſura à Genua Auguſta Cęſaris cõiunx grauida,vita defuncta eſt,Genuæq́ꝫ ſepulta.His & ſi moueret̃ rex,vt hõ,nõ eo minus iter ꝓſequit̃,vt vir cõſtans atqꝫ fortis,venitq́ꝫ Piſas vrbẽ impatoribus adeò deuotã, vbi tanq̃ pater patriæ magnificẽtiſſime eſt receptus,q̊ in loco dũ pauſaret,venerũt ſolennes nũciȷ Ro.eumq́ꝫ vt Clementi põtifici placuit,inuitarũt. Anno 1312. Piſis egreſſus rex,iuxta littus inferi maris Romã verſus,Viterbiũ tandẽ ingredit̃,pulſa diuerſa factiõe,Romæ q̊qꝫ ſeditiones & tumultus augebant̃.Robertũ em̃ Siciliæ regẽ magna pars ciuiũ ſectabat̃,ꝑcipue Vrſini opibus & gr̃a potentiſſimi.miſerat em̃ eo Robertus Iohannẽ frẽm ſuũ cum copiȷs,q Vrſinis cæteriſq́ꝫ factiõis eius cõiuncti, Capitolio & Ianiculo & Adriani mole, cunctiſq́ꝫ trans Tiberim locis occupatis,arcere Henricũ ab ingreſſu cõſtituerãt.altera vero factio impatori fautrix,ducibus Columnẽſibus,Auentinũ, Cæliũ & Quirinalem montes ac totas Exquilias cum Viminali & Suburra tenebat,crebraq́ꝫ inter eos prędia committebant̃. Romam vero ingreſſus,ab Hannibaldis,Columnenſibus,aliȷſq́ꝫ Ro-
Hen.vrbem Romam ingreditur. manis imperio deuotis,glorioſiſſime fuit receptus ad S.Iohannem in Laterano,multis tamẽ cõflictibus cũ Vrſinis & eius factiõis trans Tiberim habitis. Quibus opem ꝑſtabat Rupertus rex Apuliæ,q,vt pleriqꝫ ſcribũt, cõtra iuramentũ ſuum impatori reſiſtebat,pro eo ꝙ Genuæ inueſtiturã ſuoꝝ feudoꝝ ab Imp. Henrico ꝑ nũcios petẽtem, impator inueſtire diſtulit,quouſqꝫ veniret Romam.ea etiã factiõe nõ poterat Henri-
Henr. VII. coronatur Romæ. cus recta via ingredi,ſed ꝑ pontem Miluium traductis copiȷs,porta Flaminia ĩgreſſus eſt.Venerunt etiam in adiutorium dicto principi Petrus rex Aragoniæ, & Fridericus rex Siciliæ.Itaqꝫ ĩgreſſus Romã:honoratuſq́ꝫ ab vrbana multitudine perbenigne ſuſcipitur.Cumq́ꝫ in baſilica S.Petri rex nõ potuerit coronationem ſuſcipe, Vrſinis & adhærentibus trans Tiberim rebellantibus,cardinalibus etiam coronationem differentibus,depręhenſoq́ꝫ(vt aiunt)quodam cum literis papalibus,qbus Clemens ipſis cardinalibus coronationem regis interdixit.Pœnituit em̃ Clementem papã facti,dum videret potentiã principis,& rancorẽ inter Rupertũ & ipſum principẽ, ĩmo & Philippũ regẽ Frãciæ,Cardinales aũt in ꝑdicta eccleſia S.Ioh.Laterani Kal.Auguſti regi vnctio-

ctionis & coronatiōis imperialis insignia impendebant. Erant aūt alba eius oīa indumenta, eo die quoq; more principum Ro. legem edidit de summa Trinitate & fide catholica. Deinde cōsummatis oībus alijs solēnibus pro regia maiestate adhibere solitis, gloriosissimus princeps ab vrbe diuertens, adijt Tibur, & ibidem pacem diu violatam inter illos de Columna & Vrsinos reformauit, sponsalibus hincinde cōtractis. Redijt deinde Pisas, in qua fixerat ancorā spei suę, & ibi alias duas cōdidit leges: primā, de reis criminis læsæ maiestatis: secundā, q debeant reputari rebelles imperio, quas leges sub debitis rubricis Codici inseri mādauit, suoq́; signo cōfirmauit. Ita scribit Iacobus Moguntinus. Blondus aūt & post eum Platina, sequentes Ptolemæum, scribūt Henricum Romā venisse, coronatū inde à tribus cardinalibus, Romanos oēs in verba sua, vt mos est, iurare cōpulisse, edito ingenti cōuiuio, cui oēs ciuitatis pceres, exceptis duntaxat Vrsinis, interfuere. Et ne tumultus orirer, milites suos in theatris, thermis, locisq́; munitis p statiōe collocauit. Quibus psidijs adeo cōfisus est, vt ausus sit etiā tributū insuetum à populo exigere, qua ex re oēs vtriusq; factiōis ciues ad Vrsinos cōfugiūt, q ædes suas prope Tiberim & Adriani molem sitas validis psidijs cōmunierāt. Tum vero imperator ira pcitus, Pisanos sagittarios haud longe ab vrbe pro se missos vocari facit. verum intercepti ab aduersarijs, Iohanne f. Ruperti regis fratre, q suas nauales copias sub Auentino collocauerat, in fugam sunt cōuersi. Deinde intromisso eqtatu, haud lōge à statiuis collocato, populo Ro. adiuuāte, imperatorem ipsum Tibur abire coegit. Idem Iacobus scribit, q post recessum imperatoris Stephanus de Columna cū Hugone comite de Buchek, quem imperator cū trecentis reliquerat galeatis, vrbem S. Petri diuersis habitis cōflictibus acqsierunt. Anno dñi 1313. Cæsar castrametatus est super Florentiā in mōte imperiali, qd castrum sumptuose reædificauit, in qbus castris sponsalia fuerūt inita inter filiam Cæsaris & filium Friderici regis Siciliæ, cum pactis hincinde auxiliaribus. Cæsar tum Florentiā cū paruis copijs obsedit, cū in ea essent ex factione Guelpha cōgregati ad centum millia armatorū, in qua qdem obsidione habitis diuersis cōflictibus, pars Cæsaris semp victoriosissime triūphauit. erāt tum in magnis angustijs Florentini, timentes de captiōe ciuitatis. Interea Cæsar Pisas rediens, citato Ruperto rege Apuliæ, & habitis debitis pcessibus in eum, tanq̄ maiestatis læsæ crimine reum ac proditorē & hostē imperij, pcessit. Eo vero nō comparēte, nec causas legitimas defensionis afferente, priuatiōis oīm dominiorū & decapitatiōis, si vnq̄ veniret in ditionē imperij, sniam pmulgauit, quā tñ sniam post mortē impatoris Clemēs papa pdictus reuocauit, prout de hoc in Clementinis. Constituerat, vt scribit Iacobus Moguntiñ. Cæsar cōtractis copijs ducere in Apuliā cū adiutorio Friderici regis Siciliæ, in quo pposito dum esset, venerūt ei inopinata noua de terra Apuliæ, & pcipue de ciuitate Neapolitana, quæ scripsit vt oībus posthabitis iter arriperet, veniretq́;. nam terrā sine resistentia haberet. Et Rupertū regem Apuliæ noīe, quem aliàs meritis suis exigentibus legitime, vtputa diuinis & humanis legibus rebellātem, deposuerat ac priuarat, iuxta cōdignū mulctaret: qbus nouis pceptis, expediebat iter cū imperij deuotis.

Hen. VII. cōstitutiōes.

Cæsar itaq; iter arripiens versus Apuliā, venit ad castrum qd dr, Boncōuentū, in vigilia Assumptiōis Mariæ virginis, vbi propter festi solennitatē illa die quieuit. Disposuerat aūt se p aliqt dies ieiunio ac bonis opibus, intendens sacrm Chri corporis ac sanguinis in festo sumere. Qua die Tridentin⁹ eps cōfessor suus & vicecācellarius aberat, missus ad Clementem V. vnde qdam Iacobinus de ordine B. Dñici subornatus, vt aiunt, præmijs & pollicitatiōibus, nec sine suspicione Florentinorū, q tum coram imperatore celebrabat, venenum sub sacramenti specie dedit, vertens calicem vitæ in calicem mortis. Sensit mox imperator mortem adesse, fertur tamen dixisse cōpleta Missa: O dñe, recedatis. nam si pcipiunt nostri deuoti malum qd nobis fecistis, morte miserabili moriemini, Deus vobis ignoscat. Superante autem morbo, hoc in loco e vita migrauit in medio cursu rerum, certe Ruperto regi adeo formidatus: qppe Friderici copiæ iam in regnum eius traductæ, Regium vrbem occupauerant, duæ insuper validissimæ classes tota littora cōplebant. Sed bellorū euentus nemo sapiens prædixerit. magni eñ sæpe terrores, paruis momentis in irritum reciderunt. Corpus igit Henrici magno suorū luctu Pisas relatum est, & ibi in tumba argentea sup quatuor columnis fixa pciosissime extitit sepultū, cum obsequijs regalibus. Dicit tñ ordo pdicatorū habere lras, testantes fratrem pdictum fuisse innocentem, & totum esse cōfictum. Itaq; ad curā salutis propriç, mortuo imperatore, quiq; cōuersi, exercitus oīs dissolutus est: classis Genuēsium & Friderici iam traductæ copiæ, audita imperatoris morte, domum irritæ redierunt.

De interitu Henri. vij. IMP.

¶F. Iacobinus Ord. Prædicat.

Successerunt Henrico VII. ex pōtificis Clementis mādato primū oīa psperę, dominatumq́; Italiæ feliciter occupauit. Quarę eius vires veritus pōtifex, & insidias moliri,

& aperte iam odisse cœpit: & magno rursus incōmodo fuisset orbi nostro, si superuixisset vterq; nō Reipub. saluti, sed dissidio & internecioni. Aliquāto post Henrici Cæsaris interitū, Pisani Florentinos pugna superarūt, Florentinis dux erat Apuliæ rex Rupertus. In quo cōflictu regis Ruperti frater cæsus est, eius cædis causa comes Niger Pisanus, vt qdam scribunt, auro insignitus est miles, cum post Cunradini necem ex istis comitibus hactenus pter hūc vindicem, nemo aliter q̄ vlto sui principis casu, cingulo militari ornari voluisset. Reuertor ad Clementem V. q anno dñi 1311. cōcilium generale indixerat Viennæ in Burgundia, in quo plus q̄ 300. epi cōuenerāt, & ibi Clemens de eo q̄d petiuerat Philippus Francorū rex, vt s. deleret memoriā Bonifacij, cum plātis tractās, qa rex illum hæreticum fuisse pbare volebat, Conciliū nullo modo assentire voluit, sed cōtrarium declarauit, s. ipsum fuisse catholicum & indubitatū pontificem. Verum qa ipse Bonifacius fecerat pcessus cōtra regem Frāciæ, hos ad satisfaciendum ipsi iniustos fuisse declarauit, firmauitq; Concilium decreto, q ex quacunq; causa rex offendisset Bonifacium aut ecclesiā, id nullo vnquā tpe regi aut hæredib9 eius deberet nocere, quo rex cogebat cōtentus esse. Edidit etiā Clementinarū librum, quem tamen (vt aliq scribunt) propter multos laqueos in fine pœnitens reuocasse, & cōburi mandasse fertur, sed Iohānes papa successor suus denuo confirmauit. Anno deinde dñi 1313. Clemens iter agens versus vrbem Burdegalā, in via infirmatus, diem clausit extremum, vacat tum sedes annis duobus, mensibus tribus. Anno dñi 1314. apparuit cometes versus aqlonem, durauitq; per sex hebdomadas, quo mense Nouemb. de hac luce migrauit rex Frāciæ Philippus. Reliqt autem tres filios, Ludouicum regem Nauarræ, Philippū comitem Pictauieñ. & Carolum comitem Marchiæ, oēs hi tres fuerūt in modico tpe reges Franciæ successiue. Eodem anno vacāte imperio ex morte imperatoris Henrici, Petrus Moguntineñ. archiepus vocauit electores, Balduinum Trevereñ. Henricum Coloniē. archiepos, Iohānem regem Boemiæ, (sunt qui Henricum Carinthiæ ducem p Boemo affuisse dicāt) Rudolphū ducem Saxoniæ, Volcomarum marchionem Brandenburgeñ. Rudolphum ducem Bauariæ & comitem Palatinum. Conuenientes autem in Franckfurt pro electiōe futuri regis celebrāda, venere quoq; principes Fridericus dux Austriæ, & fratres sui Lupoldus ac Albertus p imperio laborantes. Cōtrarij autem illis erāt archiepus Moguntineñ. Treuereñ. & Boemiæ rex. Quod Fridericus intelligēs, cōuenit Rudolphum & Ludouicū duces Bauariæ fratres, vt sibi assisterēt, qui se Friderici seruitio adstrinxerūt, vt scribit Iacobus Moguntineñ. Videntes autem Moguntineñ. Treuereñ. & Boemiæ rex, q Fridericus eligi vellet, induxerūt Ludouicū ducem Bauariæ, vt se cōtra Fridericū eligi pmitteret, q in pmissione per eū facta Friderico, persona loquens intelligeret excepta. His verbis adiunxit se miles Brandenburgeñ. marchiōis, qui habebat mandatū à principe suo in genere, qui similiter elegit Ludouicū, vt dicit, cōtra dñi sui voluntatem. Electi sunt igit in discordia in die B. Lucæ Euāgelistæ Ludouicus dux Bauariæ, à Mogūtineñ. & Treuereñ. archiepis, rege Boemiæ, & Volcomaro marchione Brandenburgeñ. & Fridericus dux Austriæ à Colonieñ. archiepo, Rudolpho duce Bauariæ Palatino Rheni, & à Rudolpho duce Saxoniæ. Post hæc Petrus Moguntineñ. cum Ludouico electo iuit in Oppenheim ciuitatem imperialem, quā archieps in pignus habebat ab Henrico quōdam imperatore, pcepit tñ ciuibus vt Ludouico obedirent. Igit Ludouico rege p aliquot dies in Oppenheim pausante, aduersarij sui in oppido Haidelberg, quod fuerat Rudolphi fratris Ludouici, subornarunt militem dictū Truchses de Altzeia, vt parua balista sub chlamyde puisus & sagitta venenata iret in Oppēheim, seq; assimilaret esse de parte Ludouici donec opportunitate data, eū sagitta occideret. Sed Deo puidente, ab Haidelberga Ludouicus monet, & forma subornatiōis detegit. altera die venit miles iste, itendēs promissa pficere. captus est, & ad Ludouicū ductus, leuatoq; pallio balista inuēta est, & totū machinatiōis factū detectū. hūc Ludouicus lōgo tpe biga ligatū, p spectaculo secū duxit. tandē ad caudā equi ligatus, & p ciuitatē tractus, primo rotatus, deinde in quatuor partes fuerat partitus. Iste Ludouicus prodigus ante imperiū fuit, vt qdā scribūt, & bona sua dilapidauit. Ideo duxit filiā cuiusdā comitis propter dotem magnā, cū qua nō habuit liberos. ea mortua, duxit filiā ducis Poloniæ, ex q̄ procreauit Ludouicū & Stephanū. ea defuncta, ex comitissa Flādriæ genuit Guilielmū, Albertū, Ludouicū Romanū & Othonē. Abbas vero de Spanheim scribit, q Ludouicus vxorem habuerit Margaritā filiā Guilielmi Hollādiæ comitis, quæ peperit ei sex filios, Ludouicū postea marchionē Brandenburgeñ. Stephanū ducē Bauariæ, postea in Landshut Albertū, postea in Straubingen Guilielmū, postea *ducem Hollādiæ Ludouicū dictum Romanū, & Othonem, & forte hoc verius. Anno dñi 1315. venit Ludouicus Aquis-

De Bonifacij pōtificatu.

Liber Clementinarū.

Ludo. Hutin9 Frā. rex.

Fridericus Aust. Ludouic9 Bauar9 electi CAESS.

Aquisgranum,& ibi cũ magna pompa in festo Epiphaniæ ab archiepis Moguntineñ. & Treuereñ. extitit coronatus, post quẽ Fridericus abijt Bonnã, vbi ab archiepo Colonieñ. fuit coronatus, sicq; Ludouicus in loco quo debuit, sed nõ in loco q̃ debuit Fridericus, sunt coronati. Sedit aũt Ludouic⁹ annis 33. Post coronationẽ eorũ oẽs ciuitates inferiores vsq; ad Argẽtinã receperũt Ludouicũ in regẽ, sed supiores p Heluetiã &*lacũ Fridericũ, excepta Berna & Solodora: alię vero p Sueuiã fere oẽs receperũt Ludouicũ, excepta Vlma & paucis cũ ea. Anno eodẽ Ludouicus Spirę p̃sidẽ dedit Georgiũ comitẽ de Veldentz, & ei oppidũ Germersheim ꝓ habitatiõe deputauit. Fridericus aũt ꝓ p̃side nobilẽ virũ de Ochsenstain cõstituit, & Landou sibi ꝓ oppido assignauit. Argentina etiã Fridericum pro rege recepit. Qui & Sueuiã suo dominatui conatus adijcere, quarundã ciuitatũ fauore Esselingã obsedit, vnde pauco post tpe vires aucturus discessit, & sequenti anno oppidũ repetens, occupato interim apud suos Ludouico, obsidionem magnis copijs cõmunit. Tum Ludouicus auxilijs Boemi regis & epi Treuiri, hosti occurrit. Inita pugna ad flumẽ Neccharũ, vterq; exercitus magna incõmoda passus est. Anno dñi 1316. cũ vacasset ecclesia post mortẽ Clementis V. duobus annis propter discordiã cardinaliũ ad q̃s spectabat electio, q Auinioni cõgregati erãt, nã multi cardinales erãt Guascones, & hi quęrebãt habere Guasconem, alijs aliter sentientibus: demũ in hoc oẽs cõuenerũt Lugduni, vt Iacobus Portuensis cardinalis vice oĩm eligeret vnũ. Sed fefellit eos opinio. nã neq; ex vna parte, neq; ex altera elegit, sed de cõsilio Neapolitani cardinalis de Vrsinis, seipsum elegit. Et q̃uis in alijs electiõibus q̃s se ipsum eligere nõ valeat, tñ in electiõe papæ nõ prohibeť, cũ sibi cõmittitur electio. Hic aũt fuit natiõe Gallicus, paup substantia temporali, sed diues scientia, paruus corpore, sed magnus animo, q & regis cãcellarius fuit antea. Et q̃uis Robertus cũ esset in minoribus, eum nõ multũ diligeret, tñ postq̃ est ad papatũ assumptus, alter alterũ multũ dilexit. Ipse papa Iohãnes 22. est dictus, & ꝓmulgauit Clementinas, sedit aũt annis decem & nouẽ, menses quatuor. Eo aũt tpe quo ꝓmulgauit Clementinas, ortus est intolerabilis error, propter hoc ꝙ multi male intelligentes Cle. primã de reli. do. & Cle. ad nostrã de hæreti. coegerũt plurimas Beginas in regno Alemaniæ deponere habitũ, & matrimoniũ cõtrahere. Hic Iohãnes ecclesiã Tolosanã, quã vnice dilexit, ad archiepiscopatũ trãstulit. adeo p̃terea rebus nouis studuit, vt & simplices episcopatus bifariã diuideret, ac diuisos in vnũ redegerit, & abbatias in episcopatus, & episcopatus in abbatias vicissim trãstulerit, ac cõstituta prius in aliã formã trãstulerit. Cæsaraugustanã ecclesiã siliter in metropolitanã erexit. Instituit & nouũ ordinem militũ, q militare sub Chřo dicerenť in Lusitania quę Portugallia diciť, qui Saracenis resisterent, Bæthicam & Aphricã incolentibus: militibusq; oĩa bona Templarioꝝ, annuente rege Portugalliæ, concessa sunt, cuius monasterij censor est abbas Alcoasianus Vlyxiponensis diœcesis, q & cõscribendi & exautorãdi militem facultatem habet. Deinde Thomã Aquinatẽ in sctõs retulit, creauit inde septẽ cardinales. Iohãnes primo põtificatus sui anno requisitus Ludouicũ Bauariæ ducem cõfirmare, recusauit, dicens ꝙ præter admissum in cõsobrino secũ in cõtrouersia electo scelus, multa præsumpserat facere & cõcedere, imparoris Ro. legitime instituti excedentia potestatem. Eodem anno Lupoldus dux Austriæ grandi exercitu versus Spirã descendit. tum Argentineñ. Ludouicum admiserunt, qui eis priuilegia sua cõfirmauit, licet prius Fridericũ recepissent. Deinde venit etiam Fridericus, & cõiunctis copijs cum Lupoldo fratre suo, accelerauit ad Rhenum, veniens *Rinagiam. Renuit tñ Ludouicus illi occurrere. q̃uis cũ illo cõgredi statuit. Videbat eñ fortunã iuuare Fridericum, quapropter in bellum exire cõtra hostẽ noluit.

Anno dñi 1317. papa Iohannes inducias inter Robertum regem Apuliæ & Siciliæ principem Fridericum instaurauit, cum aliquot incõmodis iam affectus esset Fridericus. Anno 1318. Ludouicus regni sui quinto in Bauariã redijt, vbi Rudolphũ fratrem suum psequiť, eo ꝙ Friderico aduersario suo adhæsit, ipsumq; Rudolphũ à medietate fere terræ suæ eiecit cum cõiuge sua filia Adolphi quõdã regis, q ad terrã Austriæ se receperunt, in qua tanq̃ exules mansere vsq; ad mortem Rudolphi ducis. Verum alij dicunt Rudolphum fuisse pscriptum à Ludouico in Angliam, vbi vsq; ad vitæ terminũ in magna paupertate manens moritur. Rudolpho autem mortuo, vxor eius nomine Metza cum filijs ad Haidelbergã oppidum declinauit, Ludouicus vero filijs, q̃a minores erant, tutor in Bauaria factus est. Anno domini 1319. mense Iulio obijt Goldemarus marchio Brandẽburgensis absq; liberis. Sed quia marchionatus ad imperium fuerat deuolutus, rex de marchionatu Ludouico filio suo primogenito prouidit, & eum retinuit. Huic rex Daciæ filiã in vxorem dedit. Tpe prædicto ꝓpter discordiã duorum regum, multi latrones in publicis stratis, villis & nemoribus emerserunt, ita ꝙ nemo

Cæsarũ coronatio.

Schisma regni Germanici.

Iohã. papa XXII.

Nouus ordo.

Origo dissidij inter Lu. & Ioh.

Rud. Pal. pscriptus.

De marchionibus Brandenbur.

mo secure ambularet. Eo tūc ciuitates Argentineñ. Spireñ. Vormatieñ. Moguntineñ. ligā fecerūt, ordinātes stipēdiatos q terrā securā facerēt, q stipēdiati saluos in itinere & mercatores ac alios duxerūt. In hac gñatiōe ordo Cœlestinoꝝ à Cœlestino papa V. eius autore cognoīatus, sub regula S. Benedicti initium & mirum incrementum sumpsit, eo ꝙ ipso sanctissimo viro in carcere defuncto, ꝑpter eius crebra miracula multi nobiles & clari viri, spretis seculi pōpis, ordinē sunt ingressi. Anno dñi 1308. Rhodus insula in potestatē Chrianoꝝ deueniēs ꝑ frēs Hospitalis S. Iohānis Hierosolymitani obtenta est. Hi nempe cum Hierosolyma oīno depdita esset, & Templarij fuissent extincti, ꝓcuratis magnis priuilegijs indulgentiaꝝ à Clemente papa V. erga porrigentes manus adutrices, discurrentes ꝑ Italiā cum indulgentijs, multam pecuniā cōgregagauerūt, qbus suffultus magnus Magister, cum classe ex Neapoli mouens, mari trāsito, prelio deiectis Turcis, obtinuit cum magno Saracenoꝝ & Grecoꝝ damno insulam, & vrbem pene dirutā Chrianorum suffragijs instaurauit. Deinde naualia reformās, Cyprijs & peregrinis magno esse auxilio cœpit, quoꝝ virtute, quicqd Chrianæ religionis in Asia est, probe Chro reseruatū fateri licet, qbus ꝓ maiori parte Templariorum bona addita sunt. Postmodum illi deuotiōe ꝑmoti, etiā regulā B. Augustini ꝓfiteri voluerunt: quare multis beneficijs ab ecclesia sunt dotati. Circa annum dñi 1294. tanta siccitas in æstate fuit, ꝙ fontibus & riuis aqua defecit, & gramina in pratis exaruerūt, in tātum ꝙ iumenta straminibus nutriebātur. Eo anno fruges siliginis messæ fuerunt ante festū natiuitatis Iohānis, & vina collecta circa natiuitatē Mariæ virginis. Hoc tempore in Frācia Ludouico Hutino mortuo, Philippus Lōgus regni administrationem suscepit, q initio regni Flamingos rebelles in fidem accepit intercedente Iohāne pōtifice 22. huic Carolus successit. Quo etiā tpe Anglis regnauit Eduardus VI. eius filius, cuius iam aliquoties mentionem fecimus. Pleriq; scriptoꝝ temporarioꝝ, summis Turcaꝝ viribus, hoc est, Othomanoꝝ imperio initia statuunt his tpibus circiter annum dñi 1300. & de Turcis qdem alijs in locis multa satis diximus, quæ gentis origo, qui ꝓgressus, quæ incrementa. Sed ex autoribus quos sane multos secuti sumus, vel Pium pōtificem ꝑcipuum sequi libet, apud quem ex Othonis autoritate legit, ꝙ imperātibus Græcis, & regnāte apud Frācos Pipino, gens Turcaꝝ Caucaseas egressa portas, cum Auaribus conflixerit ingentibus vtrobiq; viribus. Quanq̄ nolim etiā derogare fidem his, q ex Caspijs egressam gentem arbitrentur, quādo nō vna gens Turcaꝝ alluuies fuit, & vtrasq; fauces perrupisse videt, & Plinio Melæq; supra Caspias portas hæc gens refert. Quę gesserit in Media, Perside, totaq; Asia, nōnihil suis locis attigimus, vbi non vnum quendā principem, sed alios alij duces & varia auspicia ꝑ factiones secuti, magnis viribus tyrānidem sibi stabilierunt. At circiter 1300. annum salutis Othomanus qdam exigui census, milite ꝑ seditiōes nō ingenti manu cōflato, grassari passim ac non solum reliquias Chrianas vexare, verum etiā hoīes suæ gentis petere & subdere, cuius conatibus orta inter principes discordia felicem cursum ꝑbuit. Othomanus em̄ dum illi se laniāt, accitis oībus ꝑdæ cupidis, autoritatem breui & nomen adeptus, oppida nō pauca in suā redegit potestatem. Huic successit Orchanes, q rem inchoatam à patre longe lateq; ꝓpagauit, quem secutus Amurathes, q duobus in Græcia de imperio decertātibus, ab altero in auxilium accersitus, ex Asia transiuit in Græciā circa annum dñi 1380. is vita functus, duos reliqt filios Solimanum & Pazaitē, quem Tamerlanes in pugna cepit. Pazaites dimissus à Tamerlane, nihil memoria dignum egit, mortemq; in Asia inglorius obijt, cuius filij capto patre in potestatem Græcoꝝ venere.

Calapinus tn̄ natu maior emissus à Græcis, regnum obtinuit, *cui vita functo Orchani filio teneræ ætatis *, quorundā principum regnum occupare volentium conatibus Moyses patruus occurrit, q à Græcis dimissus ante fuerat, & ipse adolescentem oppressit dolo. Deinde nullo superstite filio decessit, quem Mahumetes frater tertius ex Pazaitę filijs subsecutus, regnum obtinuit, huic successit Amurathes filius, q in Thraciam volens ex Asia traijcere, impatoris Græcorum maritimo apparatu ꝓhibitus est. Et Muscaphas natoꝝ Pazaitæ reliquus, vt reꝝ potiret, à Græcis liberatus & adiutus, tamen pugna occidit. Amurathes victor vniuersum regnum obtinuit. hic fuit Mahumetis pater. Adeo hodie Turcaꝝ nomen auctum est, vt quæ olim Asia vocabat, nūc Turciā vocitent. Vniuersa em̄ à Turcis possidet. habent qdem Armenij aliq suū ducem in Asia q Chrm̄ sequit, reliqui oēs Turcaꝝ potestati subiecti sunt Othomanoꝝ. Nam & Caramanus Ciliciæ dñs, qui magnam Cappadociæ partem obtinet, & Asambecus qui prope Euphratem dominat, & alij nonnulli reguli ab origine Turci, cum Othomani progenie diu de regni possessione certarunt. Caramanus inter Mahumetem Turcarum imperatorem & Sultanum Aegypti dominum medius, Christianoꝝ amicus

Cœlestini.

Rhodus à Chrianis recepta.

Philippus Longus.

De Turcis.

Othomanorum origo.

Turcia quæ olim Asia.

Caramanus Asambecus.

cus odio Mahumetis,temp o re Pij fuit.cætera de Turcis infra.Sequitur

GENERATIO XLV.

ANno dñi 1320.Ludouico Bauariæ & Friderico Austriæ ducibus iampridem in discordia electis,adhuc de imperio cõcertantibus,sub Iohanne 22.Rom.pont. anno eius quarto incepit 45.gñatio. Circa quæ tẽpora in Italia cõtentio ita creuit,vt nõ Ligures modo,sed tota Cisalpina Gallia studio partium scinderet,ac Hetruria mox eundẽ motum secuta,bella grauissima integraret.Admiscuit se quoq; his certaminibus Iohãnes papa 22.qui cũ regi Roberto suisq; faueret,litẽ antiquã cõtra fautores imperij renouauit.Facta tum est etiã magna liga Gibelinorũ in Longobardia.exules tunc erant à Ianua Orienses & Spinolæ,factione Gibelina,cũ suis sequacibus morã trahentibus in littore Ianuæ in possessionibus suis.Præfuit eodẽ tempore Maphæus vicecomes Mediolanensibus,cũ quo & filijs eius & cum tota liga Lombardiæ partis imperialis & Gibelinæ,tractabant hi exules.Erat tunc Canis Scaliger,cognomento Magnus,Veronæ sibi dominiũ vendicans,capitaneus:eodẽ modo Castrucius vir strenuus Lucensibus dominãs de parte Gibelina,factumq; est vt Marcus Maphæi filius,cũ magnis copijs Teutonicorũ & Lombardorũ & cũ exulibus Ianuensibus Ianuã obsideret.Tum Ianuenses habito cõmuni parlamento,cõcesserunt ciuitatis Ianueñ.dominiũ & custodiã littoris eius Ioh.papæ & regi Roberto p annos decẽ secundum certa capitula cõtra imperiales.Ea de re Robertus rex Apuliæ venit Ianuam,sed rex Siciliæ Fridericus & marchio Montisferrati & plures dñi in Lombardia zelantes partẽ imperij,cõtra steterũt.Et post multas vastationes atq; cõflictus cũ papa Ioh. 22.vnà cũ ecclesia,pluries mandasset Maphæo & filijs eius de vicecomitibus Mediolani,vt recederent ab obsidione Ianuæ,cũ dominiũ eius tunc spectaret ad ecclesiam & Robertũ regẽ:illi aũt obedire recusarẽt,excusantes se,cũ ad hoc mandatũ nõ tenerẽtur,quia Ianua esset imperialis,nõ ecclesiæ,demũ processus fulminauit execrationis cõtra personas principales,& interdicto supposuit Mediolanũ,Placẽtiam,& alias vrbes Lombardiæ quas vicecomes possidebat.Insuper ordinauit q Philippus Valesianus nepos regis Franciæ,vicarius ecclesiæ,proficisceret in Lõbardiã,qui iuit cũ multis comitibus & baronibus cõductus à papa & rege Roberto,papa etiam legatũ misit cũ exercitu valido.Veniens aũt Philippus,castrametatus est inter Nouariã & Vercellas,maioresq; expectabat copias.Maphæus vero etsi tyrannice,tñ cũ filijs suis dominabat Mediolani,Papiæ,Placentiæ,Cremonæ,Bergomi,Nouariæ,Vercellis, Dertonæ,Alexandriæ.is cũ copijs Teutonicis & alijs econtra castrametatus,belli euentũ cũ hoste experiri tentauit.Interea Galeatius & Marcus filij Maphæi per medias tractauerunt personas cũ Philippo,q parati essent super quæstionibus inter ipsos & ecclesiam stare iudicio regis Franciæ,qui cernens periculũ suũ,q aduersa pars tum erat potentior,suscepit cõditiones,& reuersus est ad sua sine honore:domũ vero reuersus,ptendebat in sui excusationẽ,q nec copiæ nec pecuniæ iuxta constitutũ fuissent missæ. interea tñ durabat obsidio Ianuæ. Anno aũt 1322.Iohãnes 22.attendens q Maphæus ac filij eius vicecomites ab obsidione Ianuæ,nec mãdatis eius ac censuris ecclesiastici moti recederent,pdicari statuit crucẽ contra eos,tanq̃ contra hæreticos & persecutores ecclesiæ,largiendo plenariã indulgentiã bellantibus cõtra illos.Sed & cũ tractatu regis Roberti requisiuit Fridericũ ducẽ Austriæ,electũ Germanorũ regẽ,licet in lite,vt pstaret auxiliũ,promittens ei,q si destinaret copias suas ex Alemania ad expellendos dictos rebelles ecclesiæ & execratos,eũ cõfirmare vellet imperatorẽ,& germanũ eius clericũ promouere in archiepm Moguntiñ.erant em̃ tunc vicecomites cũ Ludouico imperatore concordes.Fridericus vero vt audiuit promissa papæ,misit quingentos bellatores validos in Lombardiã cũ fratre suo Henrico.Superuenerũt & alij multi crucesignati ex Alemania,facientes numerũ duorũ milliũ equitũ Teutonicorũ. Hoc animaduertens Maphæus,misit xij.viros ex Mediolano oratores ad pontificium legatũ,vt tractarẽt de concordia.Interea alios oratores misit ad Fridericũ ducem Austriæ,declarans quõ illud q̃d egerat,erat cõtra imperiũ & cõtra semetipsum, mittẽdo copias,quia hoc modo ecclesia & Robertus rex obtinerẽt Mediolanũ,tum & facile subijcerẽt sibi oẽs Lombardiæ ciuitates,& oẽs fideles imperij in Hetruria,propter q̃d nunq̃ spem habere posset intrandi Italiã pro corona imperij,obtulerũtq; munera nõ modica.Ad hæc Fridericus habito cõsilio suorũ,acquieuit petitis,scripsitq; fratri,vt occasione sumpta rediret in Alemaniã.Henricus igit noluit egredi cũ papalibus,nisi Brixia sibi prius in dominiũ traderetur.q̃d Brixieñ.facere non potuerũt,quia vacante imperio,se tradiderant regi Roberto.Ex hoc indignatus,recessit cum oĩbus copijs,venitq; Veronam,qui à Cane Scaligero honorifice est susceptus,& ex eo loco

Guelphorũ & Gibelinorũ dissidia.

Philippus Valesianus.

Attẽd.Frid. Austriũ à papa vocatum

Frid. copiæ in Italiam missæ.

abijt in Alemaniam. deinde Fridericus vt excusaret se de abitu fratris, misit oratores ad legatũ pont. vt saltem cõcordaret ecclesiam & filios Maphæi, sed post habitos varios tractatus nihil egerunt, licet ob id treugæ factæ sunt. Per id tẽpus papa Iohannes treugas fecit inter Robertum regẽ Apuliæ & Fridericũ regem Siciliæ. Petebat aũt Fridericus Regium vrbem, & aliqua quæ acquisierat manu armata in Calabria, reposita in manus papæ, sibi restitui, cum papa de facto illa tradidisset regi Roberto. propter q̃d asserens se deceptum à papa, & quia nõ fuit exauditus, diffidauit regem Robertũ. Indignatus itaq; papa, cũ cardinalibus execrauit Fridericũ. sed in contemptũ huius, Fridericus coronã regni Siciliæ filio suo primogenito Petro imposuit post eum. Longũ esset enarrare hoc in loco, per singulas vrbes Hetruriæ atq; Lombardiæ, vnis ex *mœnijs, quoties Gibelinos Guelphi, atq; Guelphos Gibelini ejiciũt, expellunt in exilium: taceo contra iusiurandũ, defectiones ac dominiorum mutationes ita frequentes, vt nõ sapientes, quales se videri volunt, sed stulti, re ipsa docẽte, immo potius insani inueniantur. Anno dñi 1323. in mense Septembri, Fridericus & Henricus duces Austriæ cum duobus millibus & ducentis galeatis, & q̃tuor millibus Hungarorum & gentilium, missis à rege Hungariæ, & de Sueuia Lupoldus frater eorum cum octingentis galeatorum electis, duxerunt in superiorẽ Bauariam. Tardante aũt Lupoldo, Ludouicus imperator cui aderant Iohãnes rex Bohemiæ, & archiepus Treuirẽn. cum mille quingentis galeatis & xxx. millibus peditum, Friderico occurrit. aderant etiam Burggrauius Norinbergẽn. duo comites de Oetingen, multiq; alij comites & barones. non detrectauit pugnã Fridericus, etsi Lupoldus frater cũ suo exercitu nõdum venisset. Cõcurrunt strenue acies, bellumq; ab ortu solis vsq; ad occasum fertur continuatũ, & ita asperũ ac horridum fuit certamen, q vltra quatuor millia equitum hincinde occisa sint. demum victor euasit Ludouicus rex, & Fridericus rex & germanus eius Henricus capti sunt cũ multis proceribus. dux aũt Lupoldus hæc intelligens esse peracta, dolenter retrocessit, miratus multũ q rex Romanus in discordia captus, per suũ aduersarium non fuit occisus. Fridericus rex, Austriæ dux, in castrũ Trinsneck ducit, in quo per tres annos carceri mancipat, frater ipsius Henricus dux regi Bohemiæ traditur. Lupoldus vero vt potuit, Ludouicũ vexabat, & liberationem fratris quærebat. Ludouicus rex cũ Fridericũ deuicisset, & in custodia teneret, à multis qui prius Friderico adhæserant, receptus est. Tũ etiã Galatius vicecomes regimen Mediolani à Ludouico recognouit. Interim aũt Lupoldus ad Iohannẽ 22. recurrit, rege Franciæ cooperante, qui tũ erat Carolus, vnus ex tribus fratribus superstes. Vnde anno 1323. Ioh. papa in publico cõsistorio Auinione protulit sententiã execrationis in Ludouicũ Bauarum ex eo, q miserat iam copias suas in adiutoriũ Galeatij & fratrũ eius, qui tyrannice dominabant Mediolani, opponendo eidẽ Ludouico, q non erat ei licitum vti officio imperatoris, quousq; erat confirmatus ab ecclesia, deditq; ei terminũ trium mensiũ, infra quẽ renunciare deberet electioni de se factæ, & q veniret personaliter, si vellet se excusare de eo, q fauorẽ p̃stiterat hæreticis, schismaticis & rebellibus ecclesiæ. Insuper priuauit oẽs clericos qui ei p̃starent cõsiliũ, auxilium & fauorẽ. Ludouicus aũt rex habito cõsilio, appellauit ad ipsum papã male informatũ, bene informandũ, & etiã ad conciliũ gñale qñ esset Romæ in sede Petri: misitq; solẽnes oratores, qui se de p̃dictis excusarẽt, promittens ecclesiæ nõ contrariũ se fore. Postea vero Ludouico nõ comparẽte, papa execrauit eũ, ac de hæresi cõdemnauit, cõtra adhærentes durissimos processus fulminans, à quibus oĩbus Ludouicus appellauit. Isti processus, vt scribit frater Hermãnus, qui tunc tẽporis vixit, à quibusdã strictissime seruabant, à multis vero inualidi reputabant, quia dicunt examinati à doctoribus vtriusq; iuris, qui iudicabãt eos penitus non valere. Immo Iohannẽ papã magni & multi theologi scientia & vita probati dogmatizabãt esse hæreticũ, propter errores certos, quos tñ die obitus sui dicit tepide reuocasse, & successor suus Bñdictus eos errores fertur publice dãnasse. At propter processus in Ludouicũ, graue schisma ortũ, q̃d durauit plus q̃ xxx. annis. Anno dñi 1325. conuenerunt rex Franciæ & Lupoldus dux Austriæ, annuente papa Iohãne, qui hoc per nuncios suos egit, & diu tractauerũt de Frãco promouẽdo in imperatorẽ, sed nil actũ extitit. Tractabat aũt sæpe de liberatione Friderici, & impediebat liberationem eius, q Lupoldus insignia imperij, lanceam scilicet & alia imperialia, noluit resignare. Exortus est inde clamor à suis, q nollet fratrẽ liberare, q̃bus ipse motus, tradidit mediatoribus insignia, p̃dicẽs q etiã traditione facta frater nõ liberaret, sicut & factũ est. Ipse tñ Lupold' Ludouicũ adeo infestauit, q tandẽ cũ Friderico, quodã fratre Carthusiensi eorum confessionẽ audiente, & ambos sacramẽto cõicante, iuramẽtis interpositis atq; pactis conuenerit, atq; miserit eundẽ, q̃bus

Petrus Friderici filius.

Congressus Ludo. & Friderici Cæs.

Ioh. 22. Ludouicũ execratur.

De Friderico Austrio liberato.

quibus non obstantibus, Lupoldus aduersari Ludouico non destitit. sed paulo post Spirenses vastans atq; inquietans, & deinde reuersus Argentinam, insanire cœpit, & ibidẽ diem extremũ clausit. Per idem tempus Florentini Carolũ Roberti regis filium vocant, ac ciuitatis imperiũ tradere ad tempus cõstituunt. erant eñ in magno timore. sed & Ioh. papa 22. legatũ in Hetruriam misit Iohãnem Vrsinum cardinalem. Veniunt legatus & Carolus magna cũ pompa Florentiam. His conterriti imperiales diuersæ factionis, autore Galeatio vicecomite, Ludouicũ imperatorem electum in Italiam euocare conati sunt. Anno vero dñi 1326. scripserunt senatores vrbis Romæ & Romani literas, quas miserunt per suos oratores Iohanni papæ, supplicantes deuotius, deinde cõminantes eidem, quatenus ipse ad vrbem se transferret ad residẽdum ibidem, sicut alij pontifices sancti pdecessores sui fecissent: alioqui sedi apostolicæ prout necessitas exegerit, & vniuersali ecclesiæ expedierit, de summo pontifice loco & tempore cõgruis, quantũ foret in eis, prouiderent. ad quæ scripta pontifex paucis respondit se excusando. Eodem tempore senatores vrbis & Romani scripserunt Ludouico regi, quatenus dignaret̃ ad vrbem venire, quibus literis & nuncijs receptis gauisus est, & de aduentu suo certum dedit responsum, remissis nuncijs valde contentis. Deinde Ludouicus rex mox Spiram vocauit principes ad tractandũ de itinere, conclusitq; de consilio eorum de tempore. Anno igitur dñi 1327. anno regni eius xiij. dispositis in Alemania bellicosis apparatibus, iter assumpsit Italiam versus: ac superatis alpibus, Tridentũ peruenit. Tridenti quoq; indicto conuentu, Mediolanensium, Mantuanorũ, Veronensium, alijq; ex Lombardia & Hetruria eius factiõis principes conuenerunt, magnisq; pollicitationibus effecerunt, vt Italiam peruadat, & Romam visitet. Igitur cõtractis copijs Tridento mouẽs, Brixiam primo, deinde Mediolanũ peruenit, ibiq; in ecclesia S. Ambrosij ab archiepiscopo Mediolañ. in festo pentecostes cũ Margarita vxore sua corona ferrea coronatus est. Post coronationem longior mora fuit in comparandis pecunijs, quarũ causa Galeatium ferunt ducatu spoliatum, id q̃d maxime improbatũ est à plerisq; Cæsari, q̃ cuius opera in Italiam venerit, à quo summo cũ honore Mediolani receptus sit, dominatu tñ eum spoliarit, & in carcerẽ truserit cũ alijs vicecomitibus, imposito Mediolaneñ. nouo p̃side ex sua gente, & xxiiij. ciuibus in consilio adiunctis, qui rempub. administrarent. Exegit deinde grandem pecuniã. Ipse tñ Ludouicus postea Castrucij precibus motus, vicecomites oẽs incolumes dimisit, dũ Lucæ essent, vbi imperator à Lucensibus magna cum benignitate susceptus est. ante tñ Pisas obsidione cingẽs, pactione ingressus fuerat. Inde vero Luca abiens, comitante eum cũ mille & quingentis equitibus Castrucio, Romam proficiscit̃. Romani tum aduentante Ludouico, seditione grauissima vexabant̃, & p̃ualebat factio regis põtifici cõtraria. vnde veniens, à Romano clero & venerabilib⁹ senatorib⁹ occursu laudabili & populo gaudẽte cũ magno apparatu recept⁹ est, ibiq; rex atq; regina 17. die mensis Ianuarij dñica qua cantat̃, Omnis terra, ex parte totius Rom̃. populi, iussuq; cleri, apud ædes Lateraneñ. à Stephano Columna sunt coronati. Prætenderant eñ vrbici hoc eis cõpetere, papa etiã nolente, p̃sertim cũ senatores prius papã requisiuissent, vt ad vrbẽ veniens resideret. Coronatus imperator consilio senatus, vt Iacobus scribit, creauit papã Petrum de Corbaria, fratrẽ ordinis Minorum ex Reatino agro oriundũ, hominẽ humili loco natũ, sed doctũ, & ad res agẽdas aptissimũ. Habuit hic primo vxorem, qua renuente ac reclamante, religionẽ S. Francisci suscepit. Creatus itaq; pseudopontifex, ac Nicolaus quintus appellatus, ab imperatore & his qui cũ eo aderant, vt verus Christi vicarius cõsalutat̃. creauit is quoq; cardinales & ep̃os. Anno dñi 1328. dũ in vrbe manet Ludouicus, imperatrix peperit puerũ masculũ, quẽ princeps nominauit Ludouicũ Romanũ, eo q̃ in vrbe Roma natus esset. Voluit aũt Ludouicus p̃misso tractatu cũ rege Siciliæ, Apuliam terrã Roberti regis ingredi, ferturq; q̃ Robertus collectis oĩbus bonis, terrã relinquere statuerit, & in prouinciã se transferre, si Cæsar accelerasset iter: sed quasi ociosus terebat tẽpus in vrbe, ita vt interea Castrucius alijq; partis suæ abire, & se aduersus factionẽ alteram Guelphorũ defendere coacti sint. Ludouicus itaq; frustra tentato cõtra regẽ Robertum progressu, tandem deliberat abire & sibi prospicere. Anno igit̃ salutis 1329. Ludouicus imperator ab vrbe diuertere volens, p̃stitisse fertur iuramentũ senatoribus vrbis, q̃ sedatis in Germania motibus, quorũ gratia abierat, reuerteret̃, & ob hoc senatores duos ex suis venerabiles viros, qui principẽ sequerent̃, elegerũt. Egressus est ergo vrbem cũ exercitu per Perusinum agrũ venitq; Aretium, inde paratus Florentiã ducere. Interea Castrucius Pistorium amiserat, & rursum recuperauerat, quẽ tamen paulo post mors oppressit. Obijt eodem fere tempore Galeatius vicecomes, post hæc

Lupoldi exitus.

Ludouicus Bauarus Italiã ingredit̃.

Motus Lõgob. Ludo. composuit.

Lud. Augustus Romæ coronatur.

Antipapa.

Ludouicus Pisas aduenit, atq; cum gratulatione maxima est à ciuibus receptus, filijs quoq; Castrucij Luca pulsis, adueniens p̃sidem imposuit, quo tempore Carolus Roberti filius mortuus dicebatur. Relicto itaq; Pisis antipapa Nicolao, Ludouicus abijt in Germaniam. Interim Nicolaus recognouit errorem suũ, quem Bonifacius Pisanus comes, rem gratam Iohãni pontifici facturus, Auinionem perducit, & abiurata hæresi ac schismate, in perpetuũ carcerem deputatus est. Anno eodem, Philippus Valesius Caroli Valesij comitis quondã filius, qui erat frater regis Franciæ, post mortem trium regum, Ludouici, Philippi & Caroli fratrum, regnare cœpit in Francia, & 22. annis regnauit. Ex quo infinita mala sunt secuta. nã Eduardus rex Angliæ proximior ex matre Isabele, dicebat regnũ ad se spectare, de quo dicet̃ infra. Hoc eodẽ anno Philippo Francorum rege instante, Iohannes pontifex generalẽ in Saracenos Hierosolymam tenentes expeditionem sacrosancto de more decreto edixit, Philippusq; eius expeditionis dux declaratus est, cui pontifex fructuũ regni Franciæ ecclesiasticorũ decimam partem ea reseruauit ratione, vt expeditionis impendio sufficere posset, sed & sibi pontifex cæterorũ orbis Christiani fructuũ ecclesiasticorũ decimam pariter portionem voluit reseruari. Anno 1330. post egressum Ludouici de Italia, Iohãnes rex Bohemiæ cũ consensu Cæsaris ingreditur Italiam. Cœperãt obsidere tũ Lucam Florentini, at Iohannes rex à Brixianis domestica seditione aduocatus est. Et deinde Parmam, Regium & Mutinã sese vltro dedentes accepit. ad hunc Lucenses mittunt oratores, quibus opẽ ferre pollicitus est. quare scribit Florẽtinis Lucã sui iuris esse, postulatq; obsidionẽ dissolui. Quod cũ negatũ sibi fuit, cõtractis copijs cõtra Florẽtinos ducit. at vbi appropinq̃re p̃fectus regis nũciatus est cũ copijs, obmissa obsidione recedunt. Tum Iohãnes rex successorẽ se imperatoris ac pacificatorẽ Italiæ scribens, papæ & imperatori complacere cupiens, ambobus displicere cœpit. At legatus Bononieñ. Ostieñ. licet Parmã, Mutinã ac Regium pro ecclesia solicitasset, tamen nõ indigne ferebat, q̃ sese Iohãni Bohemo dederunt, q̃d etiam cõscio Iohanne pontifice factũ apparuit, cũ is Bohemo regi nulla in re postea fuerit aduersatus, mutataq; est exinde rerũ in Italia conditio, vt quibus pontifex Rom̃. rexq; Bohemus aduersarent̃, eosdẽq; Robertus rex & Florentini fouerent, qui ex tota Lõbardia multos attraxerant in socios, in quos oẽs pontifex Romanus censuras ecclesiæ promulgauit, ex quo etiam rex Iohãnes Carolo filio cũ copijs Parmæ, Regij & Mutinæ vrbium custodiæ relicto, in Germaniã se contulit, maiores copias cõtracturus. Anno dñi 1331. Ludouicus imperator in Germaniã reuersus, iuit in Bauariã, deinde sequẽti anno colloquium principũ in Norinberga habuit, deinde Spiram venit, & senatores de vrbe cũ eo qui ibi stabant, tædio affecti, & solicitantes principẽ de reuersione ad vrbẽ, vt pollicitus fuerat. Quibus respondit, q̃ ipsi duo possent reuerti cũ bona pace, quia nondũ dispositus esset ad regressum, neq; imperij negocia disposuisset, prout ad oculũ viderent, petebatq; vt ipsum apud vrbicos haberent excusatũ. qui licentia habita abierũt. Tum & Mantuæ dominatus in Gonzagarũ familiã venit, & in domũ Austriæ Carinthiæ ducatus: q̃d materiã grauibus insidijs dedit inter regẽ Bohemiæ Iohannẽ & Ludouicũ Cæsarẽ. volebat Bohemus filiũ Iohannẽ ducatui Carinthiæ p̃fici quasi hæredem. Nam duos habuit filios, Carolũ Morauiæ marchionẽ, cui vxor erat Franci Philippi soror, & Iohannẽ, qui habuit vxorẽ Margaritã filiam ducis Carinthij Henrici. ad hãc spectare ducatũ aiebat, mortuo Henrico Carinthio sine masculo hærede. Sed Ludouicus Cæsar ducatũ Carinthiæ titulis Austrijs adscripsit, fore ratus imperio obsequentiores Carinthios, si Austriæ ducibus parerent. Hinc Iohãnes rex Bohemiæ persequi cœpit Ludouicũ, & factionibus quibusdã impedire. Verũ & filio Iohãni Bohemo comitatus Tyrolis cessit, quẽ iste Henricus Carinthius habuerat, eo postea deiectus est dolo vxoris Margaritæ, quæ in Bauari Cæsaris gratiã, Ludouicũ marchionẽ Brandenburgẽsem in accipiendo comitatu Tyrolis iuuit, eiq; nupsit, relicto Iohãne Bohemo p diuortiũ. Quẽ comitatũ Brandẽburgẽsis Ludouic⁹ posthac Austrio Alberto, vti dicem⁹, cõmẽdauit. Anno dñi 1334. Iohãnes põtifex Ro. e vita migrauit Auinione. reliquit aũt in thesauris ingentẽ vim auri & argenti, millies vigintiquinq; millia aureorũ. Hic Iohãnes papa aliq̃n interrogatus, qui foret à veritate remotus, respondit: Vulgi sententia. nam quidquid laudat, vituperio dignum est: quidquid cogitat, vanũ: quidquid loquit̃, falsum: quidquid improbat, bonũ: quidquid extollit, infame est. Anno deinde salutis nr̃æ 1335. Iohãne 22. defuncto, successit in sede Petri Benedictus xij. infimæ cõditionis in seculo, sed moribus ac scientia clarus, seditq; annos septem. Fuit aũt patria Tolosanus, Iacobus antea vocatus, S. Priscæ p̃sbyter cardinalis ordinis Cistercieñ. coronatus vero, statim pro reformatione ecclesiæ S. Petri in vrbem

Ioh. rex Bohemus vastat Italiam.

Carinthia Austrijs data.

De comitatu Tyrolis.

Benedictus xij. papa.

bem misit quinquaginta millia florenorum. Circiter initia pontificatus Benedicti xij. Philippus rex Francorum nonnulla contra ecclesiæ libertatẽ conatus est, id q̄d probis illorum constat historijs, & sunt qui dicunt voluisse regẽ, vt Italiæ pficeret, & postulasse quasdã decimarum partes in Hierosolymitanæ expeditionis sumptus. Quæ cũ pontifex accepisset, territus ad Ludouicũ Bauarũ Rom. imperatorẽ cõfugere statuit, quare is amicorum literis hortatus, sine mora papæ & cardinalibus oratores solennes destinauit. Erant aũt oratores, duo comites de Oetingen, & Rudolphus pp̃ositus Augusteñ. ac Marcouardus de Randeck canonicus Bambergeñ. & protonotarius principis magister Henricus. & petito in publico cõsistorio per dictũ Marcouardũ ex parte principis absolutionis & restitutionis beneficio, Papa gratiosum dedit responsum, se ac fratres suos curatũ ire, q nobilis iste ramus ecclesiæ, qui iam ab arbore separari cœperat, eidẽ arbori redintegraret. addidit quoq; se plurimũ gratulari, cõmendans Alemaniã & dñm Ludouicũ, quẽ nobiliorẽ mundi dicebat. Conquerens vero Italiã per tyrannos, ac terrã sanctã per Saracenos propter imperatoris carentiã multa perpeti, sperabant oratores post tam benignũ pontificis responsum, absolutionẽ impetrasse. Verũ rex Franciæ & Rupertus rex Apuliæ oĩa perturbabãt, à quibus iam missi aderant duo archiepiscopi, duo comites, proponentes papã cauere debere, ne fautor hæreticorum dicat. Ad q̄s Benedictus: Volunt ne dñi vestri q nõ sit imperiũ? Non, inquiunt, sancte pater cõtra imperiũ loquimur, sed contra personã Ludouici damnatã, adijcientes qualia cõtra ecclesiã fecit. Quibus papa: Immo nos fecimus cõtra eũ. ipse eñ cũ baculo venisset ad pedes p̄decessoris nostri, si voluisset ipsum in gratiã recipere: & q̄d fecit, prouocatus fecit, verum papa nihil profecit. Nec multo post rex Franciæ in terra sua bona & redditus cardinaliũ interdixit. Scripserũt etiã illis diebus Iohãnes rex Bohemiæ & Henricus dux Bauariæ gener eius, q de auxilio Hungariæ & Cracouiæ regũ, vellent cõstituere regẽ Rom. & sic cardinales papã pro tunc ab absolutione principis retraxerũt, acceptoq; respõso suspensiuo, oratores Cæsaris redierũt ad sua.

Anno dñi 1336. reuersis oratoribus, Ludouicus imperator conuocauit principes ad Spirã, cõuenerũtq; archiep̄us Moguntiñ. Henricus de Viernberg, Argentineñ. Augusteñ. Eichsteteñ. Curieñ. & quidã alij Moguntiñ. prouinciæ episcopi. Hi miserũt oratores ad papã pro absolutione principis impetranda. Quos cũ papa Benedictus benigne recepisset, (erant eñ viri insignes Gerlacus comes de Nassau, & ep̄s Curieñ.) mane diei sequentis papa quasi flens illis conquerebat, q principi Ludouico esset inclinatus, sed rex Franciæ sibi scripserit, si eũ sine eius voluntate absolueret, peiora expectare deberet, q̃ Bonifacius accepisset. hoc responso accepto, intelligẽtes simul q iter eorum tutum nõ fuerat, ad rogatũ papæ per Delphinũ vsq; ad Lausanam perducti sunt salui. Anno 1337. in die S. Georgij Eduardus rex Angliæ, cõuocatis principibus ac baronibus, dominabusq; regni ad spectaculũ, vbi inter delicias propositũ fuit per vnã ex dominabus, quo modo regnũ Franciæ q̄d occuparet Philippus Valesianus, spectaret hæreditario iure ad dominũ Eduardum regem suũ: subintulit ea, magnã esse regis & suorum vecordiam, q tantum regnum nõ vendicaret. Erat aũt res subornata per dominũ Robertũ de Artoys sororiũ regis Philippi, qui Philippus iampridẽ indignatus erat cõtra Robertũ, ita q ipse Robertus aufugit Hannoniã ad ducẽ, propter quod rex vxorẽ & liberos Roberti detinuit, ac ducẽ Hannoniæ diffidauit. Iste Robertus venit ad Eduardũ regẽ Angliæ, suadens ei vt regnũ sibi debitũ vendicaret, cũ Isabela mater ipsius fuisset Philippi quondã regis Francorum filia, & Caroli vltimi regis soror, Philippus vero Valesius patruelis ipsius. Propositione aũt facta, in illo die tyrones persuasi per Robertũ, sua dederũt vota dominabus, q nunq̃ desisterent donec Franciæ regnũ aĩo illud quærendi intrassent. Missi sunt e vestigio milites ad ducẽ Hannoniæ, qui cõsultus multũ dissuasit. sciebat eñ q mortuo Carolo vltimo rege, pares Franciæ elegerunt Philippũ de Valois, obmissis Isabela & rege Eduardo, asserentes Carolum morientem cõmisisse, vt iudicio parium eligeret idoneus in regem, & q postea Philippus vocauit regem Eduardum vt veniret, & Aquitaniæ ducatũ ab eo recognosceret, venisseq; Eduardũ ad Ambiensem ciuitatem, vbi Philippus rex erat, associatis regibus Bohemiæ, Nauarræ & Maioricarum, quo in loco rex Eduardus homagiũ fecerat regi Philippo ratione ducatus Aquitaniæ, quanq̃ in iuramẽto addiderit, se iurare iuxta formã ad quã teneri reperiret, quod tñ postea dicit literis firmasse. Nihilominus dux Hannoniæ magis fauens Eduardo, dixit consulendos ducem Brabantiæ & nonnullos alios. Venerunt iam dicti milites ipsorum aliqui cum vno oculo, alij aliter, ad ducem Brabantiæ, ep̄m Leodieñ. archiepiscopum Colonieñ. ducem Gelriæ, marchionem Iuliaceñ. & cæteros à quibus reportarunt votiuũ responsum. Cum aũt ple-

Lud. in gratiam recipi petit.

Attẽde Frãci regis contra Ludo. technas.

Regnũ Frã. Eduardus infestat.

riq; ex eis essent vasalli regis Franciæ,putabāt id nō posse fieri cū honore,ideo inuenta est via,ꝙ rex Angliæ fieret vicarius imperij,cui essent oēs tanq̄ ligij subiecti. Ecce rex Angliæ medio quorundā venit ad imperatorē in villa Rens super Rhenū,vbi homagio ab eo recepto,imperator regē Angliæ generalē vicariū imperij per Germaniā deputauit. Restabant adhuc Flandrenses rebus accommodi,qui oīno negauerūt metu pœnæ cōsentire per ecclesiam illis impositæ,vt si minus grata regi vnquā facerēt, pœnæ execrationis & ducentoꝝ millium florenoꝝ subiacerent. vnde cōsilio cuiusdā inuentū est,vt rex Angliæ reciperet titulum regis Franciæ,& postea illis tanquā rex Franciæ p̄ciperet,quod & factum est. His peractis,scripsit Ludouicus imperator regi Franciæ,quē Philippū de Valois nominauit,ꝙ ab occupatione terraꝝ imperij desisteret,ac fideli imperio Eduardo regi Angliæ super querelis suis iustitiam faceret corā ipso. alioqui cū ipse Philippus feuda quæ teneret,ab imperio nō recognouisset, nec homagiū sibi fecisset,regi Angliæ assistere vellet,ad q̄d etiā ip̄m diffidaret. Quo postmodū diffidato,p̄missi oēs principes regi Angliæ sunt colligati,de qua diffidatione papa Benedictus erat bene cōtentus,vt scribit Iacobus Moguntiñ. Deinde inter hos reges varij habiti sunt apparatus anno dñi 1337. rex Angliæ cū oībus principibus dictis ac Flādreñ. copias cōtrahēs,Ludouico imperatori pecuniā promissam aliquot diebus post terminū statutum in oppido Francofurt destinauit,desiderans eum secū in propria persona transiturū. Princeps aūt p̄tendens lapsum terminū,infra quem iuxta pacta non fuit pecunia missa,remisit eandem pecuniam. Nam & à suis etiam,ꝙ nō deceret Rom. imperatorem ab aliquo stipendium recipere,fuit informatus,p̄tendens etiam ꝙ nō solum cū quingentis galeatis,vt rex petiuerat,sed cū duobus millibus in expeñ. regis iuxta conuenta asseruit se,prout etiā imperatorē deceret,ventuꝝ.

Ludouici ad Francum scripta.

At interim Ludouicus rebus suis intentus,nihil Angli causa egit. paulo post dum sibi mutuo rex Angliæ atq; Franciæ occurrere parant,relicta comitis Hollandiæ,soror regis Franciæ,monialis,treugas ad trienniū inter eos impetrauit. Aquitania Eduardo restituit,& Flandreñ. reconciliant. Rex Franciæ Philippus,vt auerteret Ludouicū,misit solennes nuncios imperatrici filiæ sororis suæ,quæcunq; ea fuit,vocans eam dñam Alemaniæ,petiuitq; vt sibi imperatorē pacificaret,multa promittēs. Qua interueniente,hincinde principes oratores suos mittebant. tandē contracta est inter eos liga perpetua,literis & iuramentis firmata,iurauitq; rex Franciæ,ꝙ Ludouicum cū apostolico vellet cōcordare,& sic Ludouicus deinceps per regnū Franciæ imperator scriptus est & nominatus. Quo facto,Ludouicus regē Angliæ absoluit à vicariatu imperij,& extunc ipse Ludouicus prosperitatē nunq̄ habuit,& rex Frāciæ qui corporale p̄stiterat iuramentū,ꝙ eū papæ reconciliaret,nihil fecit. Hæc Iacobus Moguntiñ. Postea misit imperator oratores ad regem Franciæ,qui suos quoq; oratores vnà cū imperialibus ad Benedictū destinauit,petentes reconciliari imperatorē,quibus papa respondisse fertur: Nunquid Ludouicū ad arbitrium regis nunc hæreticū, nunc vero Christianissimū habere deberet. & protracto varijs tractatibus negocio, Frācus(vt credebat)quod noluit,simulauit se velle: Benedictus vero papa q̄d voluit, simulauit se nolle. vtiq; nil actum fuit. Anno deinde salutis nostræ 1338. die octauo mensis Augusti,Ludouicus imperator in Francofurt vocata solenni curia,decretum quoddam de consilio quorundam fratrum Minorum,sub sigillo suo contra processus quondam Iohannis papæ promulgauit. Incipit autem: Ludouicus quartus Dei gratia Romanorum imperator semper Augustus,vniuersis & singulis regibus Christianorum ac patriarchis,archiepiscopis,episcopis, presbyteris, quocunq; honoris præfulgeant culmine,& cæteris ecclesiarum prælatis,necnon secularibus principibus,marchionibus,ducibus,comitibus,baronibus, capitaneis, potestatibus, rectoribus,iudicibus,prouincialibus ciuitatum,terrarum Romano imperio subiectarum,& ipsarum cuilibet incolis & habitatoribus,ac omnibus & singulis Christifidelibus tam ecclesiasticis q̄ secularibus,gratiam suam & omne bonū: Fidem catholicam,quam sancta mater ecclesia docet & tenet,firmiter credentes,fideliter confitentes,& ipsius ecclesiæ doctrinā in sacris canonibus traditam sequi volentes,quibusdam allegationibus,impugnationibus & oppositionibus,quæ contra nos & electionem ac promotionem de nobis factā ad culmen dignitatis imperialis,& cōtra imperialem autoritatem & dignitatē opponuntur,ne simplicium corda possint inficere,duximus in his scriptis rñdendū. In primis cōtra nos & imperialē autoritatē,dignitatē,potestatē,& ius imperij allegat,ꝙ potestas & autoritas imperialis est à papa,& electus in regē Ro. ex sola electiōe nō est nec dici pōt verꝰ imperator,nec habet potestatē iurisdictiōis,& anteq̄ inungat,cōsecret & coronet,papa in tēporalibus etiā habet plenitudinē p̄tatis. Ad

Concordia Ludouici & Frāci regis.

Ludouici Cæsaris aduersus pontificē bullam.

Ad q̃d respondemus,hãc oppositionem sacris canonibus,iuri ac rationi obuiare,sicut expresse patet in c.cum ad verũ,& c.Si imperator,96.dist.vbi habet ꝙ nec imperator iura põtificatus,nec põtifex iura imperij sibi vsurpare debet, vbi glo.dicit, ꝙ istæ potestates sunt distinctæ,& ꝙ neutra dependet ab altera. Imperator eñi nõ habet imperium à papa,sed à solo Deo,93.di.c.legimus, vbi tex. ꝙ exercitus facit imperatorẽ. Et glo.ibi dicit eum verũ imperatorẽ,anteq̃ à papa confirmat.probat idem in c.Q̃m x.di.quẽ tex.ponit in longũ.Infert ꝙ papa non habet vtrunq; gladiũ:alioqn si imperium haberet à papa,in tpalibus ad papã posset appellari, q̃d ꝓhibet Alexãder papa, dicẽs illa tpalia habere suã iurisdictionẽ de appel. Si duobus.c. Causam hi q̃. fi.sunt le. ibi glo.facit,& tex.in c.q̃ iure,8.di.& c.Nouit de iudi.ex qbus cõcludit,ꝙ potestas imperialis est immediate à Deo,& imperator ex sola electione anteq̃ inungat aut coronet,habet potestatẽ imperialẽ,nec papa habet in tpalibus dictã potestatis plenitudinẽ. Secũdo obijcit nobis,ꝙ Ioh.22.p suos ꝓcessus cassauit ac annullauit electionẽ de nobis factã,& nos postea administrare nõ potuisse iura imperij, sed administratio ad ipsum papã ptinebat de iure,q̃ oĩa sunt cõtra iura impij,& cõtra iura & libertates eorũ,ad q̃s vacãte impio ptinet electio,& cõtra iura ac libertates principũ Alemaniæ & subditorũ impij,cõtra cõsuetudines ab antiq̃ rõnabiliter introductas.Insup per ꝓcessus suos,bullas aut literas, q̃s dicitur p mundũ direxisse,in qbus asserit se totã Italiam ab impio & regno Alemaniæ separasse, insinuãs ꝙ papa est dñs vniuersalis,nõ solũ in spũalibus,sed etiã in tpalibus:ad q̃ oĩa duximus *respõdenda,Quod dicti oẽs sui ꝓcessus, assertiones & literæ,& circa ꝓdicta gesta,sunt atq; fuerũt nulli & nulla, nulliꝰ roboris vel momẽti, rationibꝰ infra scriptis.Prima ratio,ꝙ papa q̃tumcũq; legitimꝰ, talẽ potestatẽ in tpalibus, maxime sup iura imperij,non habeat,clare determinãt iura supra allegata.vnde q̃cquid dictus Ioh.22.fecit in ꝓdictis,tanq̃ à non suo iudice factũ, nullius fuit roboris vel momẽti.2.q.i.c.in primis,de iudi.at si clerici,cũ simil.Secunda ratio,ex eo ꝙ dicti ꝓcessus,immo verius excessus, cõtra nos & in ꝑiudiciũ enorme nostri & illorũ q nos elegerũt,& aliorũ principũ Alemaniæ,ac totius imperij, ex notorie falsis causis,& nullo iuris ordine seruato, nobis & alijs q̃rum intererat absentibus, & nullo modo legitime citatis, emanarũt:sunt idcirco inualidi, nulli, nullius roboris vel momenti.3.q.9 p totum,vbi dicitur ꝙ oĩa q̃ cõtra absentes in om̃i negocio aut loco agũtur,irrita erũt,nec aliquã obtinẽt firmitatẽ. Non obstat aũt,si dicatur dictus Iohãnes Auinione existens cum sua curia,p literas q̃s dr̃ ad fores ecclesiæ publicasse & absentes citasse,q̃m talis citatio in simili negocio est nulla,nec dicenda legitima,rõnibus infrascriptis.Prima,qa sc̃dm iura,ad hoc vt citatio dicatur legitima,necesse est ꝙ citandus ꝑsonaliter citetur, si inuenitur, aut publicetur ad domũ, aliàs contra ipsum non potest ꝓcedi, probatur 4.q.5.c.q̃squis de do.& contu.causam, de cle. non re.ex tuæ.cum vulgatis iuribus. Secunda ratio, qa ad hoc vt citatio arctet ad veniendũ, necesse est vt assignetur citato terminus & locus ad cõparendũ securus, prout probat c.ex parte,de app.3.q.9.hortamur,vt lit. non cõt.accedẽs.ff.de iudi.Si locũ.Sed notorium est,ꝙ dictus Iohãnes tã nos q̃ nr̃i impij fideles & amicos odio capitali & etiã hostili exercitu ꝑsecutus est.Ciuitas vero Auinioneñ. & ipse papa ac dñs ciuitatis, nos & Romanũ imperiũ habebat odio ex antiq̃,q̃re desiperet q diceret talẽ citationẽ aliq̃ modo fuisse canonicã,immo irrita fuit & nulla.Tertia ratio,quia nullus in propria causa debet esse iudex,vel ius sibi dicere,23.q.4. inter querelas. C.ne q̃s in propria causa in rubro & nigro.Sed notariũ est ꝙ dictus Ioh. cõtendebat se etiã in tpalibus, & in nos ac in totũ imperiũ habere plenitudinẽ potestatis. Et ꝙ contra nos ac iura imperij de facto mouebat,& iura imperij vsurpare conabatur,& vt hostis ꝑsequi curabat.Vnde & contra eum tanq̃ aduersarium & hostem nostrũ & imperij pro defensione nostra & fidelium nostrorũ appellauimus ad futurũ gñale cõcilium, in loco tuto & securo celebrandũ,igitur &c. Tertio obijcitur contra nos,ꝙ dictus Ioh.22.tam in nos q̃ in oẽs sequaces & fideles nostros,habentes & tenentes nos pro impatore vero & legitimo,& nobis tanq̃ impatori reuerentiã exhibẽtes,& in oẽs admittentes nos ad diuina seu participantes nobiscum &c.fulminauit execrationis sententias, & interdictum in vniuersitates.Et dicitur ꝙ sententia pastoris siue sit iusta, siue iniusta, seruanda est & tenenda.Ad q̃ respondemus,ꝙ secundũ sacros canones sententiæ & processus huiusmodi fuerũt & sunt nulli, & nullius momenti: q̃d probatur rõnibus: Prima ratio, certũ est ꝙ cum ꝓlatus ecclesiæ in suo mãdato excedit formam & potestatem à sacris canonibꝰ sibi traditã,in cõtrariũ faciẽtes nõ incurrũt sentẽtias &c.probat p c. Cũ ad q̃rundã,de exces.ꝓla.Nam sacri canones & ecclesia prohibet ea, & non cõcedit papæ ius impij & potestatẽ in tpalibus. Sed Ioh.22. ius & potestatem imperij sibi vsurpare

An Imper. ante confirmationẽ papæ dicatur.

De processu Ioh.22.contra Ludo.

 nite

nitebatur,ergo &c.Et hic est vnus ex casibus,in qbus execrationis sentētia non est ali q̃tenus timenda nec obseruanda.Secūda ratio,certū est de iure,vbi error est expressus in sententia vel mandato,sentētia est ipso iure nulla: puta p̄cipit subdito vt non obedi at suo superiori,vel p̄cipit aliquid contra Deum,vel contra sacram scripturam,pro q̃ xi.q.3.Si is q cum duobus.Et idem est, vbicūq; sentētia est ipso iure nulla, probat̃ in c. p tuas.de sen.exc.de pcur.in nostra p̄sentia.cum si.Sed manifestū est q̄ dictus Iohannes mādauit vt non obediat̃ nobis,cui oēs subiecti impio, obedire & reuerentiā exhibere secūdū diuina & humana iura debēt.Et q̄ hoc fecit,volēdo sibi ius impij in tpalibus vsurpare,q̃d est cōtra Deum & oēm iustitiā,ergo &c. Tertia ratio,manifestum est q̄ñ sententia execrationis vel interdicti fertur post appellationem legitimā,q̄ tunc est nulla,nec timenda nec obseruanda:probat̃ de off.dele.cum abbas.de sen.ex.p tuas,& in glo.Sed manifestū est q̄ nos contra dictum Ioh.& pcessus suos cōtra Deū & iustitiam in nos fulminatos,appellauimus ad futurꝶ gn̄ale conciliū,& ad sanctam catholicam ecclesiam,q̃ appellatio fuit ad ipsius Iohānis notitiam deducta, prout constat legitime,& q̄ ipse postea cōtra dictā appellationē pmulgauit cōtra nos,fideles nostros & nobis consiliū,fauorē aut auxiliū p̄stantes,ergo &c.Nec obstat si dicit̃ q̄ papa non habet superiorē,& sic non possit ab ipso appellari,qm̄ manifestū est secundū doctrinā catholicā,q̄ papa vbi de fide agit̃,subest cōcilijs,16.di.sicut in tex.& in glo.25.q.2.sunt qdam 19.di.Anastasius 40.di.Si papa,Idem vbi de iure diuino agit̃,conciliū est supra papā,iuribus alle.Cum aūt p defensiōe iuris imperij, q̃d à iure diuino & fide catholica pendet,appellauerimus,sequit̃ q̄ appellatio nostra interposita fuit ad superiorē.i.ad conciliū gn̄ale cōtra aduersantes nobis,& nos ac imperiū & fidē catholicā quā sancta Ro.tenet ecclesia,impugnātes.Quamobrē de * cōcilio ac cōsensu p̄latorꝶ oīm & principum Alemaniæ cōgregatorꝶ in oppido nostro Francofurt,denunciamus & decernimus pcessus huiusmodi nullos esse,& nullius roboris aut momenti. Ac vniuersis & singulis sub nostro degentibus imperio,cuiuscunq; status & cōditionis fuerint,districte p̄cipimus & mandamus,q̃tenus nulla singularis p̄sona aut coītas dictas sententias execrationis aut interdicti p̄sumant obseruare.Quicunq; aūt contra fecerit,eos oībus feudis q̃ tenēt ab imperio,& oībus gratijs,priuilegijs,libertatibus & emunitatibus priuamus.In q̃rum oīm testimoniū p̄sentes literas fieri fecimus,& nostra imperialis maiestatis bulla iussimus cōmuniri. Dat.in oppido Franckfurt, p̄fatis p̄latis ac principib9 ibidem nobis assistentibus,die 8.mensis Augusti,anno dn̄i 1338.Indictione 6.regni nostri anno 24.Imperij vero xi. Ex his & alijs supra positis magna turbatio secuta est p imperiū & partes Alemaniæ,maxime aūt Sueuiæ in comitatu Vuirtēbergēsi. Nam post publicationem huiusmodi pcessus,die sequenti fecit Prædicatores in Franckfurt expelli,manserūt tñ aliq mandata imperatoris obseruantes.Spiram postea veniēs imperator,p̄dicatores tertia iam vice expulit.Et ego memini me legisse,q̄ comes qdam de Vuirtēberg mandato imperatoris in oppido*Rutlingen die constituto fecerit p̄conizari,vt q interdictum seruare vellent,expellerētur.Et q̄ Iudæis q exosi fuerāt qbusdam,sicut cæteris hoībus,victualia & alia necessaria vendebant̃,ita pmixta fuerūt oīa.

Dantes. Circa tempus istud floruit Dantes Florentinus poeta, qui inter cætera composuit librum de monarchia,vbi vult probare monarchiam esse in imperio Ro. & rege Ro. q̄ nullam dependentiam habeat à papa,sed à solo Deo,nisi in sp̄ūalibus. Et in hoc,vt refert Antoninus in 3.parte ti.21.c.5.§.2.errauit.Quem errorem,secūdum ipsum,magis diffuse

Okam. prosecutus est Okam ordinis Minorum,quasi ad nihilum deducens potestatem papæ & prælatorum in temporali dominio.q̃obrem multi viri doctissimi tunc quæstiones disputabant de potestate ecclesiastica. Et Bar.dicit in l.1.ff.de requi.re. Dantem ppter illam opinionem quasi fuisse de hæresi damnatum.

De Iudæis. Anno dn̄i 1339. publicata constitutione Cle.5.Ex graui.de vsuris Iudæi multum fuerūt inquietati, qa conueniebant̃ in iudicio sup restitutione vsurarum,& nisi essent forte contenti ac vsuras restituerent, fideiussores iudicialiter absoluebantur,instrumenta & obligationes sup vsuris dandis cassabātur.fuerat magna discordia inter aliquos magnates p defensione Iudæorum,ita vt tandem Emicho ep̄s Spireñ.prohibuerit,ne deinceps Iudæi p vsuris inquietarentur.

De Vdalrico Vuirtemberg.co. Circa hæc tempora in ciuitate Metensi solennis curia habebatur,à principibus fiebant torneamenta,hastiludia ac parlamenta.ibi Vlricus comes de Vuirtemberg honorifice tenebatur,quem redeuntem iuxta oppidum Bonfeld per insidias,miles de Vinstingen captiuauit,nil tale metuentē,neq; diffidatum, eundemq; alijs dimissis captiuum ad partes suas duxit,vbi comes pro liberatione sua centies mille marcas argenti persoluit. Anno domini 1338. cum iam pontifex senatui populoq; Romano persuasisset, vt senatoriam dignitatem suis & ecclesiæ auspicijs admini-

ministraret,& Stephanū Columnēsem postea ad se Auinionē vocasset, Vrsus Anguilariæ comes, Stephani Columneń. collega, Franciscū Petrarchā virū eloquentissimū, maxime aūt rhythmis vulgarib⁹, corona poetica in Capitolio donauit. Pontifex eodē tēpore veritus, ne vacāte imperio Italia ab aliq̄ externo hoste inuaderet, Luchinum vicecomitē Iohannemq́; eius fratrē archiepm Mediolaneń. Mediolani aliarūq́; vrbiū q̄s possidebāt, vicarios instituit. Eandem q̄q; potestatē Mascino Scalæ Veronæ ac Vincentiæ, Philippo Gonzagæ Mātuæ & Regij, Estēsi Ferrariæ ac Mutinæ, Albertino Patauij, suo iure (vt ipse dicebat) tribuit, ꝙ vacante imperio, oīs eius potestas in pōtificē recidat. Ludouicū em̄ imperatorē ꝓ nullo dicebat. morit aūt pontificatus sui anno 7. mēse 5. Anno dn̄i 1342. Bn̄dicto vita functo, Clemēs 6. cathedrā Petri adscēdit, sedit annos pene xi. Hic Clemēs iubileū quē Bonifacius 8. anno 1300. celebrauit, & de cētenario in cētenariū declarauit obseruandū, reduxit ad numerū q̄nquagenarium, & publicari fecit ꝑ orbē, & licet curia tūc esset Auinione, tn̄ in vrbe posita est indulgentia. Hic pōtifex accepta dignitate sacra, vt ante semp infensus Ludouico Bauaro Cæsari, modo in gratiā Franci regis excōmunicationis sententiā in Bauarū latam cōfirmat. & vt eius virib⁹ obicē opponeret in Italia, vicecomitū dn̄atum cōfirmauit, vt Ludouico siquid rei nouæ oriret, resisterēt: reliq̄s duces tumultu Italiā cōplentes reliquit. Sed Ludouicus par pari reddēs, vicissim in ditione ecclesiastica multos vicarios imperiali autoritate cōfirmauit. Anno dn̄i 1343. scripsit imperator Ludouicus regi Francorū, cum certū esset papā ad nutū suū regi, ideo siquid cōtra se fieret, putaret se ab ipso habere, rogabatq́; vt ex ꝓmisso absolutionē sibi impetraret. Ad q̄ rex Franciæ respondit, eum tanq̄ Ro. imperij p̄fectum & sedis Ap. tutorē, nunq̄ vt imperatorē & subditū bene decuisset, gratiā petiuisse ac absolutionē. nuncijs aūt Ludouici dicētibus, se mandatū cōcipere posse secundū formā papæ placentē, habebāt em̄ faciendi potestatem q̄cquid placeret, vnde petebāt ꝓcuratores, ꝙ daretur eis forma placens papæ. cōceptumq́; est ꝓcuratorium turpissimū & rigidissimū, q̄d Ludouicus etiam in carcere detētus non sigillasset. in q̄ mandato dabatur potestas Humberto Delphini auunculo principis, item Augusteń. & Bambergeń. ecclesiarū p̄positis, & magistro Hērico archicancellario suo insolidum, cōfitendi oēs errores & hæreses sibi impositas, item resignandi imperiū, nec resumendi nisi de gratia papæ, & se suosq́; liberos ac bona in manus papæ ponendi: adijciebant etiam aliq̄ statum imperij tāgentia. hoc mandatum ambasiatores p̄fati non solum sigillarūt, sed etiam seruanda oīa ad sancta sanctorū per eosdem iurarūt. Verū his articulis imperatori p̄sentatis, ipse eorū copiā vniuersis principibus & p̄sertim electoribus ac ciuitatibus transmisit, oēs eos & reliq̄s totius Alemaniæ ad parlamentū publicum sup hoc factum ad Frācofurt vocauit. Et scribūt aliqui ipsum imperatorē dedisse ꝑgamentū sigillatum ambasiatoribus p̄dictis, in q̄ formam papæ placentē cōcipere possent, cōfisum de eorū fidelitate, q postea, vt dictum est, scribi cōsenserūt. Anno 1343 ortæ sunt lites inter domū Austriæ, comitem Eberardum de Vuirtemberg, & comitem de Schelcklingen, propter oppidū Ehingen, q̄d dux Austriæ à comite de Schelcklingen cōparauerat certis cōditionibus, & Mengē oppidum fuit deuastatum ꝑ comites de Vuirtēberg, non sine dāno partis vtriusq́;. Nam comes suorū suppetijs adiutus, comitem exercitu iusto petijt, cui q̄m obuiam venire non potuit, apud Mengen resedit q̄d animaduertens comes Eberardus, vt erat vir animo imperterritus, castra obsedit, ac tandem in deditionem accipiens deuastauit. Anno dn̄i 1344. die 17. mensis Septembris, cōuenientibus in Francofurt principibus ac nūcijs aliquorū, ciuitatumq́;, surgens Vuickerus archiepi Treuireń. protonotarius, in p̄sentia principis iussus dicebat: Serenissime D. Imperator, principes electores & alij imperij fideles, recensentes articulos reformationis vestræ, q̄s papa requirit, ac in his residet, concorditer articulos illos decreuerūt in ꝑniciem & destructionem imperij esse cōceptos, & ꝙ nec vos, nec ipsi virtute iuramenti imperio præstiti annuere valeatis, intenduntq́; oratores suos ad papam mittere, necnon ad collegium cardinalium cum petitione ꝙ desistant. Et si recusarint, iam deliberauerūt ꝙ in Rens sup Rhenum conuenient, vobiscum deliberaturi q̄liter huiusmodi conatib⁹ resistatur. Quo dicto, q̄siuit ipse an ita esset. & ita esse & sibi placere, oēs responderunt, ac talia facere ꝓmiserunt. mittuntur nuncij principum, q papę contradictionē articulorū referrēt, nec tractandi de aliq̄ mandatū haberēt. papa cogitās se delusum, & maiori inuidia contra principem ꝓmouebatur. vnde postea cum Iohanne rege Boemiæ & Carolo filio eius, q læsi fuerant ab imperatore, & cum Treuereń. archiepo eorū patruo, ad ꝑpetuū principis exterminium deliberauit, vt infra latius clarebit. Eodē anno Eduardus Angliæ rex scribit papæ & cardinalibus, se Franciæ ac Angliæ regem, & dn̄m Hyberniæ, & qualiter Philip-

Franc. Petrarcha.

Clemens 6. papa.

Att. dolum legatorum Ludouici.

Eberardus Comes de Vuirtem.

Nouū dissidiū papæ & Ludouici.

Philippus de Valesio occupator regni Francorum, pacem & treugas per Sed. Ap. quasi extortas infregerit, occidendo aliquos Anglicos ac terris spoliando. Et quod ipse Philippus ac sedes apostolica sæpe per se requisiti super reformatione attentatorum, aliud nõ fecerint, nisi quod legati* sedi auertendo aliquos fideles suos à seruitio ipsius, operam dabãt: quare dicebat, se pacem sibi non seruatam, seruare non posse, sed cogitaret se & suos defendere, ipsum diffidauit, statimque cum magno exercitu comitem Flãdriæ à terris Flãdriæ eiecit. Anno dñi 1345. rex Apuliæ Andreas in lecto dormiẽs cum vxore sua, strangulatus est, quod contigit hoc modo: Carolus 2. rex Apuliæ inter cæteros filios habuit Carolum & Robertum. Decessit tunc rex Vngariæ sine liberis. vnde Carolus iste 3. obtinuit regnum Vngariæ ex hæreditate materna. Robertus postea mortuo patre, factus est rex Apuliæ. Hic Robertus orbatus liberis, misit ad Vngariam, vbi Carolus frater suus reliquit duos filios Ludouicum & Andream: & Andream vocauit, & eundẽ Iohannæ nepti suæ ex filio suo mortuo maritum dedit, ac vnà cum illo regnare testamento cõstituit, & comitatum prouinciæ simul reliquit. Sed cum Andreas postea & vxor Iohanna non satis cõuenirẽt, per fautores reginæ noctu laqueo, conscia vxore, strangulatus est. Auxit aũt infamiam mulieris, quod ipsa nupsit Ludouico Tarenti principi, qui Ludouicus fuit filius Philippi Tarenti principis, fratris quondam Roberti. conata tñ est scelus suum apud Ludouicum Vngariæ regem ignoratiõe expurgare, cuius literis epistolam Ludouicus Vngariæ rex rescripsit in hæc verba: Inordinata vita procedẽs, retentio potestatis in regno, neglecta vindicta, actio subsequẽs, necis viri tui te probant participem fuisse & consortem. Quare Ludouicus Vngarus contractis vndique copijs in Apuliam duxit, vindicaturus fratris necem. Ad quod regina metu exterrita, in Narbonẽsem aufugit prouinciam, nec multo post eam secutus nouus cõiunx. Ingressus igitur regnũ Ludouicus, aduersantibus oĩbus vel fugatis, vel captis aut occisis, om̃i regno est potitus. Pestis interim valida vniuersum pene orbẽ, & in primis Italiam depascebat, nec erat alicubi aut cessatio, aut imparitas mortis. Quamobrẽ Ludouicus rex relictis præsidio regni Vngaris, ipse in Vngariã 3. mẽse quo aduenerat, est reuersus. verum post aliquantulũ Clemẽs Ludouicũ Tarenti principẽ corona regni Neapolitani insigniri fecit, eumque vtcunque cum Ludouico Vngariæ pacificauit. Anno dñi 1346. in cœna dñi Clemẽs papa cõtra Ludouicũ crudelẽ facit sermonẽ, oẽs processus Iohãnis innouãs, ipsumque hæreticũ & schismaticum declarat. Monuit deinde electores principes imperij, vt regẽ eligerent idoneũ in imperatorẽ, infra certũ tempus expressum, ne ecclesia diu aduocato careret, alioquin circa hæc sedes apostolica prouideret. causæ aũt in prædicto sermõe allegatæ à Clemẽte potiores, erãt hæ: Prima, hæresis. ipse enim (inquit Clemẽs) asseruit determinationẽ de paupertate Christi & apostolorum per Ioh. 22. factã, esse hæreticã, & iurauit se credere contrariũ. Itẽ asseruit ad imperatorẽ pertinere, deponere papã & instituere. Itẽ quia citatus super hæresi, & propter cõtumaciã execratus, in dicta execratiõe fere per x. annos mãsit. Itẽ Iohannẽ de Lademo hæresiarchã secũ tenuit. Itẽ episcopos cõstituit, interdictũ violat, & illos qui nolũt violare, de bñficijs expellit, matrimonia solẽnizata in facie ecclesiæ separat, & in gradibus prohibitis cõiungit. forte vult, quia Ludouicũ filiũ suũ despõsauit comitissæ Tyrolis, viuẽte adhuc marito Iohãne filio regis Boemiæ, pro eo quod dixerũt eũ impotentẽ, & cum hoc ipsa Ludouico in gradu prohibito erat iũcta. Itẽ subiũgit Clemẽs, idolũ (inquit) in ecclesia cõstituit antipapã, & papã de facto deposuit. Illis etiã temporibus idem Clemẽs deposuit Henricũ de Viernberg archiepm Moguntiñ. qui Ludouico adhæserat & ipsi fauebat, propter quod execratus fuerat, & in execratione pluribus annis perdurauerat, ac in officio, vt prius, ministrauerat. Allegantur etiã piuriũ & alia quædã, vt de hoc in alio sermone. ibi Clemẽs in fine ait: Et ne dicta ecclesia incõmoda suæ viduationis deploret, autoritate Dei &c. Gerlacũ filium comitis de Nassau, capellanum nostrum Decanum dictæ ecclesiæ præficimus archiepm, vt cum principibus sedeat, & solium gloriæ teneat. vnde postea multa secuta sunt scandala. Anno eodem Gerlacus de Nassau prouisus Moguntiñ. ad feriam quartam post Margaritæ, volẽs mandato apostolico obedire ad eligendũ regem, ad Rens principes conuocauit, vbi cõuenientes Balduinus Lucenburgeñ. Treuereñ. Vualramus de Iuliaco Coloñ. & ipse Gerlacus prouisus Moguntiñ. archiepi, Rudolphus dux Saxoniæ, & Iohannes rex Boemiæ, qui confidentes & imperium diu vacasse decernẽtes, Carolum Morauiæ marchionem, filium regis Boemiæ regem Ro. elegerunt. præfuit hic annis 31. Pro quo facto, vt fertur, prædicti Coloñ. archieps & dux Saxoniæ magna sunt pecunia corrupti. Intenderat autem idem Carolus moxire Aquisgranum pro coronatione, cui tñ alij restiterunt. Licet aũt scriptum fuisset Ludouico de prædictis electoribus, quod terminum statuissent, credere noluit de archiepiscopo Treuereñ. & duce Saxoniæ, quousque plane intellexit. Eodẽ anno 1346. die 26. mensis Au

Andreas Apuliæ rex.

Iohanna.

Henric. de Viernber. Moguntiñ.

De Caroli 4. electione

fis Augusti plium fuit inter Francos & Anglicos, venientibus em̃ rege Boemiæ ac Carolo filio iam electo Treuerim, venerũt ei noua de transitu regis Angliæ in Frãciam. Rex Franciæ eosdem in auxilium trahit. rex Angliæ Normaniã ingrediẽs, aliquibus ciuitatib' victis vel destructis, oĩa vastat. Post hæc ad ciuitatẽ Parisiẽsem ducẽs, sed ob inopiam victus non diu pmanẽs, *Ambigensium ciuitatẽ applicuit. secutus eum Philippus Francus, & cõgressus, victus est. Cæsi sunt rex Boemię Iohãnes, rex Maioricarũ, dux Lotharingiæ, frater regis Francię, comes Flandriæ, comes Naumeñ. *Boemus de Rosenberg, comes de Artois, comes de Saline, comes de Mõtpelgart, Magnus presbyter Franciæ, pluresq́ alij comites & barones, & rex Franciæ vix fuga saluatus est. Carolus vero iam electus, cum armis regalibus fugiẽs, vitæ seruatus est. Anno eodẽ venerũt flagellatores, hoĩes diuersarũ cõditionum in Alemania, q cœperũt se flagellare, transeũtes de loco in locũ. Venerũt & Spiram 200. de Sueuia, habentes inter se vnum principẽ & duos magistros, q̃rum mandatis parebant. Illi aũt ante monasteriũ Spiræ circa horã primã circulum facientes, ac depositis vestimẽtis, habẽtes in modũ bracchę camisias à femore ad talos ptensas, in modũ crucifixi se singulatim pstrauerũt, flagellantes se, ac cãtantes & inuocãtes dñm, corruerũtq́ in facies, orantes p se & oĩbus benefactoribus & malefactoribus. Fuerũt aũt inter eos sacerdotes aliq & literati, nobiles ac ignobiles, mulieres & pueri. Tãtus erat, vt scribit Iacob. q hæc vidit, Spiræ ad eos hoĩes affectus, q cito oĩbus inuitatis, non inueniebãt q inuitari posset. non em̃ recipiebãt eleemosynã, sed inuitati ad mensam, de licentia magistrorũ suorũ ibãt vocati. Flagellabãt aũt se bis in die, & semel qlibet clam in nocte. non loquebanĩ mulieribus, oẽs gestabãt cruces ante & retro in veste & pileo, habentes flagella vestibus appẽsa, nec in vna parochia vltra noctẽ manserũt, in q̃rum societatẽ ingressi sunt ex vrbe Spira supra centũ. Nullus aũt recipiebaĩ, nisi pmitteret seruare pdicta, & nisi haberet expẽdere de suo in die octo hallenses, ne mendicarẽt, & nisi pmitteret se esse cõfessum & contritum, & remisisse oẽm iniuriã inimicis, & de licentia vxoris suæ. In ciuitate aũt Argentiñ. tanta cõfluebat multitudo eorũ, q nemo poterat numerare. Vbi p Carolũ fratres mendicãtes & sacerdotes coacti fuerũt desistere. tandẽ ex deuotione Auinionẽ, vbi curia papæ erat, profecti sunt: & cum se flagellassent in ecclesia S. Petri, Clemẽs 6. volebat eos incarcerare, sed qdam cardinales eos excusabãt. tunc papa sub pœna execrationis latæ sententiæ, ipsis & oĩbus Christi fidelibus prohibuit, ne de cætero publicis flagellationibus vterenĩ, sed pœnitẽs, clã se posset flagellare. Anno eodẽ dñica ante Martini, papa electionẽ Caroli in cõsistorio publice approbauit, q quũ eũ Aquenses ac Coloñ. nõ recepissent, in Bonna ab archiepo Coloñ. dñica ante festũ Andreæ extitit coronatus, à q Coloñ. Treuereñ. Gerlacus prouisus Moguntiñ. archiepi. itẽ Monasterieñ. Meteñ. Leodieñ. Viroduñ. epi, de suis sunt regalibus inuestiti. Conuocatis tum ciuitatibus imperialibus Spiræ, Ludouicus ipsas in sua deuotione reperit feruentes, ita q nulla earũ Rheni, Sueuiæ vel Fanconiæ electionem Caroli, nec processus papæ curauit, nec quisq̃ illarũ partium aliquos contra principem publicare processus audebat. non em̃ oĩbus electorũ imperij Carolus placebat, q̃re multa mala & variæ deuastationes inter Carolum & Ludouicum, eorũq́ adhærentes patrabanĩ. In ecclesia Moguntiñ. schisma exortum est inter Hẽricum archiepm̃ iam à papa depositum, & Gerlacum prouisum. Quo tpe de consensu Ludouici principis & voluntate Henrici archiepi, assignatis eidem redditibus mille marcarũ argenti, cõmissa est administratio archiepatus tribus canonicis de capitulo. Tum iudices Gerlaci Moguntiæ, & iudices Henrici in Alta villa iudicabãt, processusq́ aplici seruabanĩ à quibusdã, ab alijs vero minime. tandẽ vni soli administratio ecclesiæ Moguntiñ. à principe & ab Henrico cõmissa est Cunrado de Kirchkel, cui munitiones & gentes obedierũt. Hic statim oẽs redditus ppositurę ecclesiæ Moguntiñ. abstulit Ioh. de Columna cardinali, qui vt ppositus eam tenuit, redditusq́ oĩm prælatorum Henrico non obedientiũ, occupauit.

Flagellatorum secta.

Carolus 4. Bonnæ coronatur.

De schis. Moguntiñ.

Anno dñi 1347. Romæ creandorũ senatorũ ex autoritate aplica cõmutata ratione, Nicolaus ciuis Romanus publicus scriba, vir erecti ad libertatem excelsiq́ animi, occupato armis Capitolio, tm̃ sibi beneuolẽtiæ & autoritatis apud oẽs cõparauit, vt facile q vellet mentẽ ppli Ro. flecteret. Is aũt q magis animos hoĩm moueret, hoc titulo vsus est: Nicolaus seuerus & clemens, libertatis, pacis iustitiæq́ tribunus, ac sacræ Romanæ reipub. liberator illustris. Hæc aũt verborũ pompa tantã admirationẽ & opinionem cõcitauit, vt oẽs Italici noĩs p legatos pacem amicitiamq́ ab eo petierint, sed paulum durauit fucata gloria. Nam idem tribunus scripsit Clementi papæ, q nisi infra annum rediret ad vrbem, & resideret in ea, se cum Romanis alium papã creaturũ. scripsit etiam Ludouico & Carolo imperatoribus, citando eos in forma q sequitur:

Nicolai Ro. senatoris supbia.

Ad ho

Ad honorem & gloriam summi Dei patris & filij & spũssancti, beatorum aplorum Petri & Pauli, S. Iohã. Bap. in cuius sacratissimo tẽplo militarẽ accepimus gloriã, necnõ ad reuerentiã & honorẽ S. Ro. ecclesiæ & dñi nostri summi pontificis statũ, pspero, ac augmentũ S. Ro. vrbis, sacræ Italiæ & totius fidei Christianæ: Nos candidus spũssancti miles Nicolaus, seuerus & clemẽs liberator vrbis, zelator Italiæ, tribunus Augustus, volẽtes & desiderãtes donũ spũssancti, & liberatores antiqs Ro. principes, q̃ntum nobis pmittitur, imitari: notũ facimus vniuersis, q̃ qdẽ à nobis post assumptũ tribunat⁹ officium, Romanus ppl's de cõsilio oĩm & singulorum iudicũ, sapientũ & aduocatorum vrbis, recognouit se adhuc illam habere autoritatem potestatem q̃ atq; iurisdictionẽ in toto orbe terrarum, quam habuit in principio & summo augmẽto vrbis p̃fatæ. Et oĩa priuilegia, facta in p̃iudicium autoritatis & potestatis & iurisdictiõis huiusmodi, ad se reuocauit expresse. Nos itaq; autoritatem, potestatem & iurisdictionem antiquã nobis concessam à pplo Ro. in publico parlamento, & nup à dño nostro summo pontifice, vt patet p aplicas bullas eius, ne videamur de dono & spũssancti gratia & sacri Ro. populi fauoribus ingrati, iure & forma qbus melius possumus & debemus, decernimus, declaramus & pnunciamus, Romanam vrbem caput orbis, & fundamẽtũ totius fidei Christianæ, ac oẽs & singulas ciuitates Italiæ liberas esse censemus. Et ex nunc oẽs p̃fatos pplos ac ciues ciuitatũ Italiæ facimus, declaramus & pnunciamus, ciues esse Romanos, qs & Romana libertate volumus gaudere. Eadem autoritate & gratia Dei & spũssancti ac Ro. ppli dicimus, profitemur, ac etiam declaramus Ro. imperiũ iurisdictionem, ac etiam monarchiã totius sacri imperij ad ipsam almã vrbem, ac eius pplm, necnõ ad vniuersam Italiam ptinere, & easdem fore legitime deuolutas, multis rationibus & causis q̃s suo loco & tẽpore declarari faciemus, dantes & p̃figentes in his scriptis oĩbus & singulis p̃latis, imperatoribus, electis, electoribus, regibus, ducibus, principibus, comitibus, marchionibus, pplis, vniuersitatibus, & qbuscunq; alijs in gñe & in specie, cuiuscunq; puinciæ, status & cõditiõis existãt, & cõtradicere volẽtib⁹, seu in electione p̃fata ac ipso imperio iurisdictionẽ, potestatẽ & autoritatẽ p̃tendentib⁹ q̃quo modo, terminũ hinc ad festũ Pentecostes pxime futurum, ita q̃ infra p̃dictũ terminũ in ipsa alma vrbe & sacrosancta Laterana ecclesia corã nobis & alijs officialibus dñi nostri papæ & Ro. ppli debeãt cum eorum iuribus cõparere: alioqn à dicto termino in antea pcedetur, prout de iure fuerit pcedendũ. & nihilo minus ad p̃dicta oĩa in specie citari facimus illustres principes Ludouicũ ducẽ Bauariæ & Carolũ regẽ Boemiæ, q se asserũt imperatores ad imperiũ electos, ducem Saxoniæ, marchionem Brandenburg. archiepos Moguntiñ. Treuereñ. & Coloñ. q in dictis termino & loco cõparere debẽt coram nobis & alijs Ro. ppli officialibus psonaliter: alioqn in eorum contumaciã pcedemus, eorum absentia non obstante. Dat.

Ger. principes vocant Romam.

Eo tẽpore Eduardus Angliæ rex cõtinuabat obsidiõem Kales, quam post victoriã de q̃ supra, incepit obsidere. Cinxerat eam vndiq;, q̃ nec introitus nec exitus patebãt, tandẽ Francus contractis copijs in principio Augusti appropinquauit Anglicis ad vnam leucã. erant ibi de parte regis Angliæ Flandrẽses, q etiã nolẽte rege, Kales ad gratiã receperũt ipsius regis. Quod cernẽs rex Franciæ, retrorsum abijt. rex aũt Angliæ eiectis incolis & occupatis thesauris, ciuitatẽ Kales Anglicis inhabitandã dedit. Hoc facto, data sunt ei p sedem Ap. aut potius regem Franciæ 80. millia marcarum argẽti, q̃ inducias concessit.

Induciæ inter Anglos & Francos.

Eodem anno, scilicet 1347. qnto Idus Octob. obijt Ludouicus 4. Ro. Imp. anno regni sui 33. hoc modo: Iohanna ducissa Austriæ, ex Sueuia reuersura in Austriam, voluit Ludouicum imperatorem visitare, q̃ die princeps cupiẽs cum ipsa relicta q̃ndã Alberti ducis Austriæ spectaculum habere apud Monachium, & oĩbus cum hilaritate cõsummatis, cum ex eodem poculo princeps à ducissa porrecto biberet, statim sensit se grauatum. Vnde accepta occasione & exercitij gratia, exiuit venatum, paralysi dein pcussus, de eq̃ in terram corruit, & mox expirauit. q̃ mortuo, fama volauit q̃ de poculo intoxicatus esset, q̃d tñ non fuit clarum, vnde sepultus est in oppido Monachio in ecclesia parochiali B. Mariæ virginis iuxta Beatricem coniugem suam.

Lud. Bauari Imperat. interitus.

Mortuo Ludouico, Carolus de Boemia cum magno equitatu in Bauariam Ratisponam prexit, vbi tanq̃ rex Ro. ilico est receptus, deinde venit Norinbergam, ac grauibus factis pmissionibus, à Burggrauio ibidem in Norinberg est receptus. hoc modo fecerũt p maiori parte ciuitates imperiales. Defuncto iam Ludouico, spopondit relaxationem pcessuum contra Ludouicũ fulminatorum se impetraturum. attñ hæredes Ludouici q̃ndã, & Hẽricus archieps Moguntiñ. & Palatinus Rheni, Hẽricus q̃ dux Saxoniæ, eum noluerũt recipere quasi non canonice electum. Anno domini 1348. venit rex Carolus Basileam, vbi interdictum papale diu seruatũ fuit. noluerunt aũt eum Basileeñ. recipere, nisi diuinorum cele-

celebritas restitueret. Tũ venit Marcouard⁹ de Rãdeck ꝑpositus Babenbergeñ. de cũria Auinioneñ. ferẽs cõmissionẽ factã Babẽbergeñ. epõ de absolutiõib⁹ & relaxatiõib⁹ impendẽdis, & vnã clausam bullã regi Carolo missam. Inclusa aũt bulla hortabaẽ papa Carolũ, vt auerteret Carolũ regẽ Vngariæ gener̃ suũ, ne se colligaret cũ Nicolao vrbis tribuno. Sũma aũt cõmissionis erat: Cũ multi cõtra ꝓcessus & sentẽtias Iohãnis papæ agẽtes, adhęrẽtes q̃ndã Ludouico de Bauaria hęretico, redirę cupiãt ad vnitatẽ ecclesiæ, cõmittimus tibi, vt q cõfessi fuerint errores suos & pœnas q̃s inciderũt explicite vel implicite, & iurauerint deinceps fidem catholicã tenere, & nulli deinceps hæretico vel schismatico fauere & credere, & ꝙ nõ spectat ad imꝑatorem papam deponere & aliũ creare, sed hoc hęresim esse dãnatam, & ꝙ nullũ imꝑatorẽ habebũt, nisi ꝑ sedẽ Ap. approbatã, nec relictæ & liberis ipsius Ludouici fauebũt, nisi cũ ecclesia reformentẽ, & Carolo Ro. regi ꝑ ecclesiã apꝓbato parebũt, ab huiusmodi sententijs & pœnis absoluas, ita ꝙ si in aliq̃ cõtrauenerint, in sentẽtias & pœnas pristinas relabantur. Visa aũt forma huiusmodi dura, aliq cõsuluerũt eã nõ acceptandã ꝑ regem, sed occultandã, & ꝓ alia forma scribendũ. Sed qa timor erat, Basileeñ. nõ iuraturos regi, nisi reformarenẽ diuina, rescriptũ est exhibitũ. Cũ aũt ciues nec errores vellẽt fateri, nec secundũ formã iurare, clerus aũt q̃si pœnitẽs ꝙ cessauit, ecce venerũt magistri et cõsules ad ꝑsentiã regis corã multis ecclesiasticis & secularibus, & Cũradus de Berenfels magister ciuitatis, noĩe vniuersitatis ꝓposuit corã tabellione in hæc verba: Dñe Babẽbergensis, sciatis ꝙ nec fateri nec credere volumus, ꝙ dñs noster Ludouic⁹ Ro. imp. vnq̃ fuerit hæreticus, quemcunq; etiã dederint nobis principes & dñi electores, vel maior pars ꝓ Ro. imꝑatore, illũ ꝓ tali habebimus, etiã si nunq̃ papã reqreret, nec qcquã faciemus q̃d sit cõtra ius imꝑij q̃q̃ modo: sed si habetis potestatẽ à papa, & vultis nobis remittere peccata nr̃a, placet nobis. Et cõuersus ad adstãtes, Datis ne mihi, inqt, potestatem petẽdi absolutionẽ ꝓ vobis? mox dixerũt, Placet, damus. Et sic hi duo, magister ciuiũ & Cunradus iurauerũt secundũ formã verbalis mãdati, sicq; relaxatis ꝓcessibus à secretario papæ Iohãne de Pistorio, diuina publice sunt resumpta, ciuesq; regi solitũ ꝑstiterunt iuramentũ. Et sic ĩ die natiuitatis Chr̃i Carolus ĩ ecclesia Basileeñ. coĩcatus fuit, legitq; in Missa circa gallicantũ alta voce euangeliũ, habẽs in manu euaginatum gladiũ, Exijt edictũ à Cæsare &c. In Vormatiã postea veniẽs rex cũ epõ Bambergẽsi, & ibi ꝓpter populi tumultũ sine oĩni iuramẽto absolutio dicta est. Per hæc tẽpora maxĩa fuit tribulatio in Sueuia & circũiacentibus ꝓuincijs, ꝓpter censuras ecclesiasticas in adhærẽtes Ludouico imp. & ego legi & vidi literas, ꝑ q̃s absoluti fuerũt à censuris ꝑpositus, capitulũ & canonici in Sindelfingen ab epõ Vlrico Constañ. ex cõmissione. Et iter̃ ꝙ plures tunc ex adhærẽtibus, sepulti fuerũt in cãpis & extra cœmeteria, et plures interdicti, fuerũt sepulti ĩ ecclesiis & cœmeterijs, q postea fuerũt recõciliati, habito testimonio ꝙ in extremis signa pœnitẽtiæ ostẽderũt. similes literas habemus adhuc in nostris scrinijs. At hoc tẽpore, q̃ nuꝑ in vrbe Roma sub Nicolao tribuno cœperat factio, desiit. Tribunus eñ cũ tyrannidẽ cogitãs, partẽ hanc populi foueret, illi aduersus esset, noctu coactus est vrbe secedere. Ad Boemũ Carolũ venit, q eũ pontifici misit Auinionẽ, vbi vsq; ad Innocẽtij tẽpora seruatus est. Anno dñi 1348. qnta feria ante Epiphaniã dñi Henricus Moguntiñ. archieps, Ludouicus marchio Brandenburgeñ. Rupertus Palatinus Rheni, & dux Saxoniæ, q de nouo successit, cõcordarunt de eligẽdo rege, electionẽ Caroli irritã iudicãtes, missisq; solẽnibus nuncijs ad Eduardũ Angliæ regẽ, eũ ad imꝑium inuitabãt. Sed ipse eã electionẽ recusauit, gratias referens, deinde Fridericũ marchionẽ Mysnensem vocãt, & ꝙ Beatricẽ relictã Ludouici imꝑatoris ducat, ac vt electionẽ in regem assumat, inuitãt: q postea receptis à rege Carolo decẽ millibus marcar̃ argenti, sibi homagiũ fecit & abstinuit. Eo tẽpore ingẽs pestilentiæ vis in oĩni Europa desæuijt, nec talẽ oĩbus historiar̃ monumẽtis cõpertam ferunt, tot vrbes, tot monasteria, tot insulas deuastauit: & in Italia qdem aliquãto tẽpore pestis causa ius redditũ nõ est. Ferũt solatio fuisse huic tãto luctui, ꝙ pueri innocentes morituri, pleriq; & iubilãdo & gaudendo laudes Dei dixerint: peccatores, priusq̃ sentirent vim pestilentiæ, totis animis pœnituisse, adeo vt etiam vltro mortem expeterent. De hac peste infamati fuerunt Iudæi, ꝙ eam fecerint fontibus infectis, & ꝓpter hoc cremati sunt à mari vsq; in Alemaniã ꝑter Auinionẽ, vbi ipsos papa ꝑseruauit. Habitus fuerat desuꝑ tractatus in Benfeld Alsatiæ oppido, & vt dicebaẽ, qdam ex Iudęis inuenti fuerant q̃si omniũ maleficior̃ cõmisisse gñа, & in Hispania de veneficijs conuenisse. Itẽ de nece multor̃ puerorum, de falsificatione suꝑ debitis instrumentor̃ & monetæ. ver̃ maiores & potentiores nitebãtur eos defendere, sed plebs furens oẽs traxit ad suppliciũ. cremati sunt in multis locis Iudæi, & cũ euadere se non posse viderẽt,

forma absolut. adhærẽtiũ Ludouico.

Basilei Carolũ excipiunt.

De Nicolao Tribuno.

Alia imꝑatoris electio.

Crudelis pestilentia.

incluserũt se in domibus,& seipsos cremauerũt vnà cũ locis vicinis. Dicit etiam tantus fuisse ignis Mogũtiæ, quod magna cãpana ciuitatis in ecclesia S. Quintini & preciosæ fenestræ ex igne defluxerint. Scribit etiã, quod maiores Iudæorum ad excidium Christianitatis puteos & fontes toxicauerint,& inuẽti sint sacculi in fontibus veneno pleni. vnde fontes & putei claudebant, sed aqua fluuiali aut pluuia hoĩes vtebant. Multi etiã ex Iudęis vtriusque sex⁹ baptizati sunt, pauci amore Dei, sed poti⁹ timore magnæ pœnæ. Ciuitates impiales domos Iudęorum fregerunt,& cum lapidibus eorum & cemeteriorum suorum turres & muros construxerunt, inuentique sunt thesauri plures ac alia innumera bona. Fuerunt etiam nõnulli principes, nobiles & potentes,& pſertim Rupertus comes Palatinus, pro pecunia (vt dicebatur) Iudæos recipiẽtes: contra quos cõuenerunt nobiles & ignobiles, in Iudæorum fautores se vindicare parantes. Nõ defuerũt etiã, q dicerẽt pestẽ ex aeris indispositione ita inualuisse, atque Iudęos per hoc iudicabant innocentes fuisse. sed quoniã ambigua sunt, nos nihil affirmare cõtendimus. Eodem anno F. Iohannes de Tambaco Ord. Prædicatorum, doctor in theologia, coram Clemẽte Papa & cardd. publice ad petitiõem Caroli Ro. regis & epi Pragen. supplicauit propter pcessus contra Ludouicũ & adhærentes, declaratoriã dari cõstitutionem, quod nullus clericus vel laicus quemcunque ligatũ per sententiã execrationis, suspensionis vel interdicti latã in genere, ab hoĩe vel à iure siue p modum statuti, qlitercunque teneatur ratione sententiarũ huiusmodi quõlibet, præterq in crimine vitare, aut qcunque interdicta eodẽ modo seruare, qusque de locis & psonis aut vniuersitatibus p sententiã huiusmodi directe cõpræhensis, noĩatim fuerit denũciatio subsecuta. talis enim (vt asseruit) cõstitutio esset vniuersis Christianis ad salutẽ aĩæ necessaria, essetque à multis erroribus pſeruatiua, esset qque censuræ ecclesiasticæ cõseruatiua: pterea fortassis nullius iuris textui aduersatiua, sed consona multis iuribus: insup amica cõsuetudinis, conformis doctorum sententijs, ambiguitatis & scandali exclusiua,& vniformis obseruantiæ causatiua, cleri ab occisione & aliàs dãnificatione defensiua, fauoris ad ecclesiam reformatiua, charitatis exercendæ impensiua, iræ & vindictæ Dei auersiua, diuini cultus magis q monasteriorum fundatio meritoria. Quam supplicationem papa recipiens, dixit se velle deliberare. fuerant tamen postea in breui tẽpore, qad vniuersalẽ ecclesiã, processus apostolici, q tunc dicebãtur barbari, in totũ cũ effectu sublati & reuocati. Hæc Iacob⁹ de Mogũtia. Anno vero 1334. conuenerunt plurimi leprosi in regno Franciæ, atque Iudæorum hortatu coniurauerunt, quod veneno ad hoc parato fontes oẽs in regno inficerẽt, videlicet vt vtentes fontali aqua, lepram cõtraherent. Et ita tãdem multitudine infecta, possent ad gubernacula regaliũ dignitatũ adspirare, nec se solos miseros fore. sup quo tandẽ prodũtur regi, & innumeri capiũtur, nocẽtes occisi sunt omnes. nõnulli vero rem ipsam ignorantes, clausi fuere in habitationibus suis,& sic euaserunt. Anno dñi 1349. Hunibertus delphinus de Vienna, induit habitum S. Dñici, & vendidit Delphinatum regi Franciæ, q iuris imperij est, de septem prouincijs regni Arelaten. Cõsensit postea Carolus quartus, ita tamẽ, quod primogenitus regis tãquam vasallus, teneret eundem ab imperio. iste Hunibertus postea factus est cardinalis. Per idẽ tẽpus Philippus rex tributũ salis instituit, ingeniosum inuentũ, quo nemo à tributo liber est, vnde ingẽs regibus quotannis pecunia pẽditur. In hac gñatione ĩ Cõstantinop. impio varie tumultuatũ est,& eo Andronicũ auũ iunior Andronicus deturbauit. Hoc fere tẽpore ordinis Teutonici fratres cũ Litouijs nõ infeliciter, Magistro ordinis Sueuo, dimicarũt. Anno dñi 1336. Sultanus Babyloniæ cõmisit custodiã sepulchri dñici in Ierusalem, fratribus Minoribus, quorum octo ibidem de cõsensu papæ morantur. Mortuo Carolo Vngarorum rege, 1342. regni sceptra suscepit filius Ludouicus. Incepit autem Carolus regnare anno dñi 1310.& sic regnauit annis 32. de eo p anticipationẽ scripsi supra gñatione 44. Habuit autem Carolus tres vxores. prima vocata est Maria filia Kasimiri ducis Poloniæ. alteram duxit anno domini 1318. Beatricem filiã regis Ro. sororẽ regis Boemiæ, de terra Lucẽburgen. q in reuolutione eiusdem anni mortua est. Deinde anno dñi 1320. accepit in vxorẽ idẽ Carolus filiã Ladislai regis Polonorum Elizabeth noĩe, de qua anno 1321. habuit rex filiũ noĩe Carolum, q eodẽ anno defunct⁹ est. Deinde anno 1324. gñauit filium noĩe Ladislaũ. Anno dñi 1326. natus est illi filius Ludouicus iste de quo agimus. Eodẽ anno expleto cum dimidio, natus est ei alter filius Andreas vocatus. sequẽti anno mortuus est Ladislaus primus filius. Caroli aduersus casus scribitur, videlicet quod 15. Kalen. Maij, dum in castro ĩ suburbio Vuisgrad sito, cum vxore & filijs Ludouico ac Andrea prãderet, qdam noĩe Felicianus, quem rex diligẽs regio fauore psequebatur, euaginato gladio iugulare attẽtauit regem, reginamque cum filijs duob⁹. primũ in regem vibrãs gladium, manũ illius dextrã leuiter vulnerauit,& mox reginę de-

Iudęorum supplicia.

Att. declaratoriã censurarum.

De leprosis.

De delphinatu.

Carol⁹ Vngariæ rex.

dextræ manus quatuor digitos ꝓtinus amputauit, & cum etiã pueros regios vellet occidere, pædagogi puerorum se interponẽtes, lœtaliter vulnerati sunt, & pueri euaserũt. mox tamen vicedapifer reginæ in latronem irruens, inter collum & scapulam transfixit. Occurrunt mox milites regis, membratim miserum dilaniant, vindictaq́ sumpta, in filios & filias illius, mortis supplicium fuit promulgatum. Anno dñi 1339. rex Kasimirus Polonus venit in Vuisgrad ad Carolum regem cum episcopis & barõibus regni sui, & de voluntate regnicolarum Poloniæ libere resignauit Ludouico filio regis Caroli & sororis suæ, eo q nõ haberet filium, regnum Poloniæ, de quo fecit euidens instrumentum.

GENERATIO XLVI.

Anno domini M.CCC.L. sub Clemẽte 6. & Carolo Romanorũ rege IIII. in anno iubileo incepit 46. generatio. Eodẽ anno Guntherus comes de Suartzenburg ex Turingia, vir strenuus & bellicosus, qui plures conflictus prospere absoluit, à principibus Carolo contrarijs, vt se intromittat de regno, rogatus, renuit. tandem eo pacto annuit, si in Francofordia daretur sententia à principibus, regnum vacare. Conuenientibus igitur Francofordiæ quatuor ex electoribus & multis proceribus, datur sententia ab his, imperium vacare, & eisdem quatuor ius eligendi competere, vnde in die purificatiõis Mariæ eodem anno per Henricum archiepiscopum Moguntineñ, Ludouicum marchionem in Brãdenburg, Rudolphum comitem Palatinũ Rheni, & Henricum iuniorem ducem Saxoniæ, electus est prædictus Guntherus in regem Germanorum. Cumq́ idem Guntherus cum exercitu, vt moris est, per sex septimanas castra tenuisset apud Frãcofordiam, vt rex electus, nulloq́ contradictore comparente, in vrbem intromissus est & pro rege receptus. Cumq́ Carolus tum Guntherum præ potentia sua ac sibi adhærẽtium aggredi nollet, indixit colloquiũ Spiram ad dominicam Lætare. Conuenientibus igitur Balduino Treuereñ. & Gerlaco Moguntineñ. archiepiscopis, comite de Vuirtemberg, multisq́ proceribus & ciuitatum nuncijs, Guntherus castrum Friburg obsedit, & tãdem expugnauit. Deinde Carolus conuocato exercitu ad ciuitatem Moguntinam, ciues enĩ Moguntini in odium Hẽrici archiepiscopi depositi, qui eos læserat, Carolo adhæserunt, quid potissimum fieret præhabito concilio inquiuit. Interea Guntherus cœpit infirmari, cui erat medicus Fridancus, q potionem regi præparabat: qua sumpta, cœpit habere deterius: & quia medicus iussu regis eam prægustauit, infra triduum mortuus est. Guntherus deinde inflatur, eratq́ fama q famulus medici venenum addidisset. Venit Ludouicus marchio Brandenburgeñ. ad Guntherum tunc in alta villa cum Henrico Moguntino decumbentẽ, qui cum vidisset eum inualidum, coassumptis quibusdam, cõstituit se mediatorem inter Carolum & Guntherum, atq; in hũc modum cõpositionem fecit, vt Carolus Gunthero pro renunciatione iuris sui daret sex millia marcarũ argenti, & duo oppida imperialia in Turingia pro tempore vitæ suæ. Pauco post tempore obijt idem Guntherus, & in parochiali ecclesia Francoforden. præsente Carolo rege Ro. extitit sepultus. Carolus tum ciuibus in Francofurt nundinas & om̃ia eorũ priuilegia vt verus rex confirmauit. Carolus postea circa finem mẽsis Iulij cum inclyta vxore sua Anna regina descendit Aquisgranum, sed præ multitudine peregrinorum & flagellatorum ibi recipi non poterat, sed in oppido Bonna moratus, vbi ab archiepõ Coloniensi coronatur, Aquensibus etiam ad eum venientibus, priuilegia plura dedit & vetera confirmauit. Anno eodẽ Philippus rex Franciæ in mẽse Augusto apud Nogentum regis obijt, & Iohannes filius illi successit. Sequẽti anno Iohannes rex in curiam papæ venit, & duodecim cardinales creari procurauit. Verum rex Angliæ super promotione vnius scribẽs, nihil obtinuit: inde exaspatus, omnes in regno suo per papã promotos ad beneficia, expulit, & sub pœna submersionis ꝑcepit, ne quis inibi literas apostolicas exequeret quascũq;. Gessit bella cũ Anglo Iohãnes aliquot inito regno infelicissima. Eodem anno natus est Carolo impatori filius ex ducis Suedi filia vxore tertia, q vocatus est Vuenceslaus. Anno dñi 1351. Carolus rex iuuit marchionẽ Ludouicũ Brandenburgeñ. contra occupatores Marchiæ, q̃s om̃es banniuit. vicissim autem marchio lanceam, clauos, partem crucis, & alia insignia imperialia penes Ludouicum imperatorem patrem suum relicta, Carolo regi præsentauit, cautione recepta, q vel in Francofordia vel Norinberga hæc reponeret. Anno 1352. Ludouicus marchio Brandenburgensis, Bauari filius, sororem suam Elizabeth speciosissimã despõsauit filio Mascini Canis Scaligeri Veronensi, plurimos cum eodem habens filios, quæ mortuo marito postea anno dñi 1362. Vdalrico comiti in Vuirtemberg nupsit, ex eoq́ Eberardum cognomento Pium generauit. Vdalricus vero prædictus in acie prælij apud oppidũ

Gũther' comes de Suartzẽburg electus Cęsar.

Gũtheri interitus.

Frãcoford.

Carolus 4. imp. coronatur.

Iohãnnes Frãcorum rex

Vdalric' comes Vuirtẽbergeñ.

impiale Vuilã est occisus, vt inferius dicet. Et ipsa aliquãto post moritur, ac in ecclesia collegiata S. Crucis in oppido Stutgardieñ. maxĩo cũ honore sepelit, in q̃ & beneficiũ fundauit. Idẽ Ludouicus marchio Brãdenburgeñ. fert Marchiã Brãdenburgeñ. vẽdidisse Carolo regi Boemiæ & Ro. impatori, q eam reliqt filio suo Sigismũdo, q postea impator factus, Fridericũ Burgrauiũ Norinbergeñ. de ea inuestiuit in cõcilio Cõstantieñ. vbi de hoc plenius. Iste Ludouicus ex Margarita filia ducis Carinthiæ & comitis Tyrolis, genuit Menardũ, q sine ple obijt. Eodẽ anno mortuo Clemẽte & Auinione sepulto, eo in loco 16. Kaleñ. Decẽbris creatus est Innocẽtius 6. patria Lemouiceñ. Stephanus ante vocatus, pcurator primo, mox eps Clarimõtanus, deinde cardinalis, nũc summus põtifex factus. sedit annis x. vir integerrimæ vitæ, q post coronationem multas reseruationes à Clemẽte factas reuocauit, & mãdauit sub anathematis pœna, vt beneficiati ad ecclesias suas pficiscerentur. dicebat enim oues à proprio pastore custodiri debere. Impensam domesticã tam sibi q̃ cardinalibus moderatus est. Præterea sacri palatij auditoribus salaria instituit, ne muneribus corrumperẽtur. Huius pontificis temporibus dominatum vrbis Romæ arripuit Franciscus Baroncellus, quem pauco quidem tempore tenuit, cęsus pontificis autoritate ciuiũq; factione. Hic papa composuit historiam de clauis & lancea Christi, ad petitionem regis Rom. Caroli, & magnam indulgentiam dedit celebrãtibus & *peragentibus in regno Boemiæ. Anno prescripto Carolus rex Germanorum futurus imperator, circa festum S. Michaelis archangeli conuentum principum regni celebrauit in Vormatia, vbi nuncius aderat solennis, archiepiscopus quidam imperatoris Græcorum, qui Carolo munera obtulit, & pacem optauit. Ad Iohannem regem Franciæ redeo, qui inuenitur habuisse duas vxores. generauit autem Carolum, quem fecit ducem Nortmanniæ: genuit & Ludouicum, quem creauit ducem Andegauiæ. Iohannem quoq; ducem Barri, & Philippum postea ducem Burgundiæ. Priores duos suscepit ex Bona filia Caroli imperatoris, posteriores ex Iohanna filia comitis de Bolongia. Genuit ex eadem Iohanna ducissam Mediolani Iohannã, quæ genuit Galeatium Mediolani postea ducem. Iohannes aũt iste rex capitur in bello à rege Angliæ, de quo dicetur infra. Ex hoc Iohãne Aurelianorũ ducũ ordo est. nam mortuo Iohanne, Carolus filius cognomẽto Sapiens, rex Frãcię. genuit Ludouicũ ducẽ postea Aurelianeñ. hic Ludouicus duxit vxorẽ sororẽ Galeatij ducis Mediolani, & genuit ex ea Carolũ ducẽ Aurelianeñ. iste Ludouicus occisus est Parisiis opa (vt dicitur) ducis Burgundię Iohannis. Carolus p̃dictus duxit vxorem Isabelẽ filiam Caroli regis Frãciæ Beneamati, relictam regis Angliæ, genuitq; ex ea filium qui duxit vxorem filiam ducis Cleuensis, ex qua natus est dux hic Ludouicus Aurelianeñ. vltimus. Fuere ex eadẽ natione & Burgundię duces, Philippus filius Iohãnis regis Frãciæ factus est Burgũdiæ dux anno 1364. hic genuit Philippum comitem de Nyueres, Antoniũ ducem Brabantiæ, & Iohannem ducẽ Burgundiæ. iste Iohannes anteq̃ esset dux, duxit copias aduersus Turcũ, & cõmisso prælio captus, tandem liberatus redijt. Mortuo patre dux factus, occidit Parisiis ducem Aurelianeñ. & ipse postea occisus est anno dñi 1407. Reliqt autem filias ducissam Austriæ, ducissam Sabaudiæ, comitissam Hollandiæ, & Philippum ducem Burgundiæ. Hic Philippus fuit valens in armis, prudens, & à suis sancte amatus: quo mortuo, successit ei Carolus, q occisus est in prælio prope Nanseñ. oppidum Lotharingiæ, vt dicetur. Reliqt filiam Mariam, q̃ matrimonio sociata fuit Maximiliano archiduci Austriæ, Friderici Imp. filio, Impatori nũc Ro. Hinc & Andegauiæ duces numerãtur: Iohannes rex Frãciæ ex Bona vxore genuit Ludouicũ ducem Andegauiæ, q Ludouicus duxit vxorem filiã Roberti regis Siciliæ, ex qua genuit Ludouicũ postea regem Sicilię. Ludouicus iste genuit Ludouicũ ducẽ Andegauię, & Mariam vxorem Caroli Beneamati, & Carolũ comitẽ de Mayne. iste Carolus habuit filiã ducissã de Nemones, & Renatũ filiũ comitẽ de Mayne, regẽ Siciliæ. Ludouic⁹ q̃q; genuit Renatũ regẽ Sicilię, is genuit Margaritã vxorẽ regis Anglię, & Iohannẽ ducẽ Calabriæ. habuit & filiã noĩe Iolãdem, q̃ fuit maritata comiti de Vuidemõt, vnde descẽdit modern⁹ dux Lotharingię Renat⁹ & rex Siciliæ. Reditur⁹ ad historię seriẽ, Suiteñ. primã cõspirationẽ exeqr. cõiuncta sunt his nõnulla ei⁹ rei, q̃ posteriorib⁹ annis gesta sunt, vt lector, etsi τὴν ἱστορίαν προλαμβανόμενος, integriore narratiõe rem accipiat. Circa hæc tẽpora Lucerneñ rebellãtes, se Suitensibus adiũgunt, qbus paulopost cũ Suitẽsibus Zug, vallis Vraniæ, sed & Glareñ. vallis atq; Berneñ. pari voto cõfœderant. Demũ Thuriceñ. cũ his fœdera ineunt, saluo tñ iure imperiali, cum ciuitas sit imperialis, & Thuriceñ. ipsi comitẽ vnũ de Habspurg pridem occiderãt, quẽ fili⁹ suus Iohãnes de Habspurg vindicare statuit. Igit i vnũ coadunati, q noctu Duregũ comiti tradere sunt polliciti, ciuitati nocte clanculũ appropinq̃runt.

Sigismũd⁹ marchio Brãdẽbur.

Innocẽtius 6. papa.

De ducibus Aurelianis.

Burgundię duces.

Andegauię duces.

Obsidetur Duregum.

rũt. At Thuriceñ. p̃moniti, præparatis insidijs, multis militibus occisis, comitẽ capiũt, proditoresq́; etsi nõ potuerint exequi promissa, tñ rotati sunt. Igitur anno 1352. Albertus dux Austriæ obsedit Duregũ, habuitq́;, vt refert Iac. de Mog. in obsidione duo millia galeatoꝝ & 20. millia peditũ, ex suis auxiliaribusq́; copijs comitũ de Vuirtẽberg, de Hohenberg, & epoꝝ Argentiñ. & Basileeñ. necnon ciuitatũ Friburgeñ. & Berneñ. In parte vero Thuriceñ. cõfœderati erãt Suitenses, vallis Vraniç, Vnderualden, & Lucerneñ. Post longã obsidionẽ cõpositio interuenit, ꝙ Thuriceñ. deberẽt relaxare comitem Iohannẽ de carcere, & liberꝫ emittere, duciq́; restituere vallẽ Glareñ. Lucernã & Zug, quæ quidẽ pax à partibus iurata est atq; obsidio soluta. Veꝝ postea maiorẽ fecere ligam inter se Thuriceñ. Berneñ. Suiteñ. Luceñ. Zug, Vnderualdeñ. valles Glariæ & Vraniæ, propter quæ anno 1357. venit in Alsatiã Carolus rex Ro. ad querelas ducis Austriæ. inde profectus Duregũ intrauit, eosq́; à dicta liga reuocare tẽtauit. Respõdebant autem Thuriceñ. paratos se q̃dem facere quicq̃d de iure possent, vellent tamen à cõfœderatis suis nõ separari. Ait Carolus rex Thuricẽsib. ꝙ de imperio essent, nec talem ligã facere rege incõsulto possent. hi asserebãt, se iuramẽta semel p̃stita seruaturos. Quod cũ rex aliud nõ posset, tractare cœpit cũ ducibus Austriæ, si vendere vellent Lucernã, Zug, & Glaris imperio. Sed dux Austriæ q tum p̃sens erat, ira p̃citus, dicebat se potius emere velle aliq̃d à Cæsare, q̃ sua à ducatu alienare, ꝙq́; Cæsar pro bono pacis excogitauerat, duci displicuit. Imperator tamẽ non minus requisiuit imperiales ciuitates, contractisq́; copijs vnà cũ duce obsedit Dureg̃ñ, oĩa fere vastãs. accidit aũt die quadam, dũ pugnãdum foret, ꝙ ep̃s Constantiensis diceret Sueuos debere exercitũ præcedere, cui dux cõtradicebat. amaricati ob hoc Sueui, e uestigio recesserũt, deinde Cæsar. demũ dux cõpositionẽ inijt, obsidionẽ soluens. Veꝝ de ducibus Austriæ & Suiteñ. eorumq́; cõfœderatis, refert Eberardus Muller, ꝙ anno 1375. fecerũt cõfœderati ligam cum duce Austriæ Lupoldo, ꝙ durare deberet 12. annos, in qua tamẽ liga nõ erãt Suitenses cõpræhensi. Deinde anno 82. supra 1300. venit Duregum p̃fatus dux Lupoldus, & honorifice est susceptus, quẽ ciues vsq; ad Rapersuyl cõduxerunt, q̃ etiã Suitenses venerunt, rogãtes ducẽ vt telonium in Rapersuyl ipsis remittere dignaret. Nã per villam Suitz ex dicto oppido iter est ad Longobardos, q̃bus tum dux assensit, inde recedens, eisq́; terras suas cõmendãs, rogat vt officialibus suis & terrç se absente in necessitatibus adesse vellent quousq; repedaret, q̃d & se fideliter promiserunt facturos. Mãdauit q̃q; subditis suis dux, vt cõfœderatis placita facerẽt, & ligam ac pacem cum eis fideliter obseruarẽt, & hac bona cum spe recessit. Deinde in vigilia S. Thomæ eiusdem anni deliberauerunt Thuricenses p insidias capere oppidum Rapersuyl. erãt eñ eo die nundinæ. Vnde aliqui Thuricenses sub colore vendendi & emendi intrauerunt oppidũ, erant & nonnulli proscripti à Durego in Rapersuyl, quos oppidani suspectos nõ habebãt. Sed Deo volente insidiæ detectæ fuere, ita ꝙ nil attentare ausi sunt. Thuricẽses autem paulatim vt quisq; venit, ita abire sensim curauit. Anno 1382. in die Innocentum Lucernenses præter spem omnem, clam ingressi sunt oppidum Rotenberg, ea hora qua Hermãnus de Gronenberg & oppidani in parochiali ecclesia officijs diuinis intererãt. erat eñ parochia extra muros sita. facta aũt sunt hæc pace & liga durante, & cũ rumor peruenisset ad ecclesiã, fit cõcursus ad oppidum, q̃d Lucerneñ. clauserãt. Tandẽ muros oppidi vastãt, castrũq́; ad solũ vsq; destruũt. hoc ex facto pace sic p insidias rupta, sequunt̃ ab vtraq; parte cædes, incendia, vastationes miseræ & lamentabiles. Paulopost defecerunt illi de Entlibuch de dominio ducum Austriæ, & facti sunt ciues in Lucerna. Similiter defecerunt à suo principe Austriæ duce illi de Sempach, & facti sunt ciues Lucernenses. idem fecerunt Maienbergeñ. ita ꝙ Lucernenses dominia ducũ Austriæ prç cæteris vsurpare curauerunt, contra Deũ & iustitiã, postea conuenerunt cõfœderati in oppido Maienberg, venitq́; aduocatus ducis cũ exercitu, volens si posset, vindictã facere. Quo viso, ex cõfœderatis excurrũt tumultuarie, ex q̃bus interfecti sunt centũ & 80. viri, reliqui aufugientes in oppidum, suspicionẽ cõtra oppidanos concipiunt, atq; incendunt oppidum, viciſsimq́; vastauerũt ducales, & incendia p̃dasq́; fecerunt, totaq́; prouincia cõflagrabatur. ad modicũ deinde treugæ factæ sunt, sed male seruatæ. Anno domini 1385. iteꝝ lis oritur inter Lupoldum ducẽ Austriæ & Thuricẽses, eorũq; cõfœderatos. prætendebat dux ꝙ suos hoĩes recepissent cõtra promissa, & ꝙ aliquas terras suas occupassent. Cõtradicebant cõfœderati, asserentes se priuilegiatos, ꝙ possent q̃slibet homines in ciues recipere. conquerebãtur aũt, ꝙ officiales ducis eos multis affecissent iniurijs. Durante itaq; bello, confœderati ceperunt Zug, Sempach, Rotenberg, Entlibuch, Glaris, & nonnulla alia loca, vastauerunt insuper terram ducis sine cessatione. Qua de re dux cõgregauit exercitum septingentoꝝ lanceatorum, eumq́; duxit aduersus

Altera conspiratio.

Att. ruptã cum Lupoldo Austrio pacem.

Lupoldus Sempach obsidet.

uersus oppidũ Sempach, in cuius p̃sidio multi ex cõfœderatis expectabãt. Superuenerunt etiã illis aliæ auxiliares copiæ, vt haberẽt duo millia pugnatorũ, vnde sine cunctatione egrediũtur, & hostibus copiã sui faciunt. His visis, descẽderunt nobiles in exercitu ducis de equis, & sine ordine aggressi sunt occurrẽtes. erant in parte ducis multi adolescentes inexperti, q̃d non paruæ iacturæ causam præstitit. pugna enim facta, calore solis & armis fatigati nobiles, dũ ad equos redire tentabant, frustra tamen, fere omnes occisi sunt, & nemo captus. Dux etiam ipse Lupoldus in acie perijt, & cum eo Iohannes de Ochsenstain, Otho marchio de Hochberg, Iohannes comes de Furstenberg, duo comites de Tierstain, Iohannes & Vdalricus de Hasenburg, Niger comes de Zollern, Vualterus de Geroltzeck, Fridericus de Monstral, & plures alij nobiles. Ex Sueuia Othmarus Truchses de Vualdpurg, Albertus de Rechberg, Cunradus vom Stain, & nõnulli alij quorũ nomina nõ cõstant. Successit Lupoldo duci filius referẽs nomen patris, vindicare volens patrẽ, fitq́; bellũ atrox anno salutis nostræ 1388. At dũ Iohãnes comes de Vuerdenberg, & Donatus comes de Tockenburg habẽtes tria millia pugnatorũ, quodã die vallem ingrediunt Glarensem, vastãtes ac proterentes vniuersa, interea cõuenere Glarenses & Suitenses vsq; ad mille viros, viriliter inuadentes hostes hinc inde palatos, & ex eis mille & ducentos interficiunt, obtinueruntq́; duodecim vexilla. ex rusticis vero vix centum cæsi sunt. insuper victoria potiti, expugnant oppidum Vrsee, vbi fugatis militibus, inuenerunt arma eorũ omnia. Anno domini 1355. rex Carolus cum principibus Alemaniæ & Boiemiæ & cum inclyta vxore sua in mense Ianuario iter arripuit in Italiam ingenti Italorum fauore, atq; à Carrariens. Gonzagis, vicecomitibusq́; perbenigne extitit susceptus. Mediolani vero cum coniuge sua, allata corona ferrea, quę est in ecclesia Modœcensi, apud sanctum Ambrosium per Mediolanensem archiepiscopum coronatus est, vbi illi vicecomites debitam iurauerũt fidelitatẽ. Inde Pisas abiens, honorifice est susceptus, in qua ciuitate per totum Februarium pausauit, ibiq́; legatos Senensium, Volaterranorum, totius fere Hetruriæ obuios habuit, veneruntq́; Florentini, eidem fidelitatem quam imperatori debebant præstãntes, vt & Iacobus scribit, supra centum millia florenorũ propinarunt. Quandiu aũt Carolus Pisis stabat, claues omnium portarũ in sua habuit potestate. Deinde Pisas relinquens, ad vrbẽ tendit, approximans vrbi, senatoribus, consulibus & populo Ro. in Capitolio congregatis, vnus ex senatoribus orationẽ habuit ad populũ: Ecce, inquit, rex tuus venit &c. Et hortabat populum, vt regem debitis obsequijs reciperent. Rex vero ante portas vrbis equo descendens, pedes ingreditur, nobili comitante caterua. Obuiabant enim illi senatores, consules & Ro. populus & tanq̃ deuoti imperij regem ac reginam gloriosissime receperunt. deinde in die S. Paschę infra Missarũ solennia rex ipse cum coniuge sua coronatus est ab Ostiensi cardinali & altero quodã ab Innocẽtio papa misso, præstito solito iuramento, & vt refert Blondus sequacesq́; ꝙ hac conditione admissus sit, vt neq; Romæ, neq; in Italia diutius moraret. Quod quidẽ Franciscus Petrarcha ad Nerium Foroliuiensem imperialem tunc notarium, sic scribit: Omnis potestas impatiens consortis erit, cuius rei si qua antiqua non sufficerent, vereor ne recens nobis exemplum casus attulerit, ne iam põtifex Ro. principem Romanum Romæ esse vetuerit, quod fama loquit, is nũc diademate contentum ac imperij Ro. titulo, non solum patitur, sed iubet: & quẽ dici imperatorem finit, imperare nullo modo siturus est. ad ipsum vero Carolum Petrarcha sic dicit: Nescio quid Ro. pontifici pollicitus, iureiurando interposito, quasi muro valido seu monte inuio, eo mane vrbis aditu prohiberis. Quænam ista superbia est, principem Ro. publicæ libertatis autorem, libertate priuare? cuius esse deberẽt omnia, ipse nõ sit suus? Eodem die Paschæ ad vesperas Cæsar fieri fecit cœnã magnam infra septa ecclesiæ Lateranen. qua cœna finita, cum suis exiuit ad campũ iuxta S. Laurentium, & ibi pausauit feria secũda Paschæ, colloquiaq́; habuit cũ senatoribus ac Romanis secreta, feria vero tertia profectus est ad ciuitatẽ Tiburtinam, ab illo loco venit Senas, deinde Pisas, reuersus postremo in Germaniam.

Lupoldi interitus.

Lupol. Fil. strages.

Carolus 4. Italiã ingreditur.

Carolus 4. Romę coronatur.

Aegidius Card.

Fuit his temporibus in Italia Aegidius Hispalensis p̃sul cardinalis à Pont. Max. Innocentio componendæ Italiæ Constãtinopoleosq́; causa missus. Recepit is oppida Caroli Imp. auxilio in Romandiola multa à tyrannis nuper oppressa. Et ex Italia egressum Carolum, aiunt nõnihil esse passum mali à vicecomitibus, qui, siue *Galeaceũ, siue Bernabouem putes, post hæc tempora late dominatum suum prorogarunt. Anno 1356. facta est eclipsis solis & lunæ, secuta est magna mortalitas, terræmotusq́; maxim⁹, ita vt in partibus Rheni plura castra, turres & domus corruerẽt. ciuitas Basileen. & eius ecclesia vehemẽter concussæ sunt. Post hæc tempora iudicabatur Spiræ beghardus Bertoldus de Rorbach, hic antea in Herbipoli quosdã articulos reclamauerat, videlicet ꝙ Christus in passione sua sic fuerit à patre derelictus, ꝙ præ nimio dolore dubitauerit

Errores Bertoldi Rorbacẽ.

rit, saluari ne anima sua deberet. Secūdus articulus, q Christus in cruce propter nimiā passionē & dolorē, maledixerit beatæ Mariæ virgini. Tertius, q maledixerit terræ quę suscepit eius sanguinē de cruce. propter præmissa fugiens, ad diœcesim Spireñ. venit, vbi articulos hos veros asseruit. addidit etiā, q homo in hac vita in tantum proficere possit, q nec orare, nec ieiunare eū oporteret. Item q laicus illuminatus possit plus pficere in docēdo, & plus sit sibi credendum q̄ euāgelio, aut doctoribus sacræ scripturæ. Item q homo deuotus in perceptione cibi cōmunis possit percipere tantam gratiam, acsi acciperet eucharistiæ sacramentum. & quia relapsus, tradebatur curiæ seculari, & est incineratus. Anno domini 1360. Eberardus comes de Vuirtemberg, pses Sueuiæ seu aduocatus prouincialis super 24. ciuitates imperiales à Carolo & antecessoribus suis imperatoribus constitutꝰ, cepit easdē ciuitates illicitis exactionibus pgrauare, sup quo ciuitates apud imperatorē remediū quærunt. quare imperator de his excessibus & nonnullis alijs comitem redarguit, & q cessaret ei præcepit. Quæ oīa comes contemnens, ligam cū ducibus Austriæ sine exceptione imperatoris fecit. durāte itaq; rancore, multi se principes interposuere quærentes partes componere, sed nil profecerūt. tandē ciuitates p Sueuiā orabant imperatorē, vt ipsis capitaneū daret, & suis expensis se vellent vindicare. Tunc imperator dedit eis ducē Rupertum Bauarꝝ, & præcepit nihilominus ciuitatibꝰ in ripa Rheni, illis auxilia mittere. Vnde ante festū Assumptionis B. Mariæ virginis, imperator contractis copijs, cum regibus Vngariæ & Lituaniæ, & pluribus alijs fidelibꝰ & infidelibus venit Norinbergam, ducens in exercitu supra tria millia galeatorꝝ, cum quibus descendit, & oppidum Alen obsedit, q̄d olim comites de Oetingen pro 20. millibus florenorꝝ comiti de Vuirtemberg impignorarā. Quo euicto, ad Eszlingen profectus est. interea Rudolphus dux Bauariæ cum ciuitatibus super Rhenum adscendit p vallem comitis Zabergau dictā, quædam castra destruens, & 30. villas expoliatas igne ferroq; vastauit. Marchio vero Badeñ. à Carolo vocatus, venire recusauit, asserens cōsanguineum suum nolle impugnare. Refert Chronica S. Blasij, q Carolus imperator in die S. Augustini obsederit oppidū Schorndorff, dux vero Ruptus comes Palatinus obsederit oppidū Groningen, Augustenses, Constantieñ. & aliæ ciuitates obsidione cinxerunt oppidū Goppingē. tandē pacis mētio facta est. episcopi eñ Augusteñ. Argentiñ. & Spireñ. coassumptis idoneis hominibus, cōcordiā in hunc qui sequit, modū fecerūt: Quod scilicet comites de Vuirtemberg ligā quam fecerūt cū ducibus Austriæ, cassarēt, & eidē renunciarēt, quā imperator dicebat contra se factam, qq; resignaret imperatori aduocatiam imperialē siue prouincialē ciuitatū imperij per Sueuiā, cū omnibus iuribus suis & munimētis. Itē q oībus imperio subditis, corā imperatore vel iudice ab eo deputato de iustitia responderet. Hoc modo deberent etiā stipendiati ab eis & auxiliares facere. Itē q nō deberet comites, barones, nobiles aut ministeriales imperij cōtra imperiū cōducere. Item comes de Teck, & Pincerna de Limpurg, & oēs alij partiū comitis, deberēt gratiā imperatoris plenā habere, ducibus Austriæ dūtaxat exceptis: ecōtra oēs partium impatoris comites deberēt saluos atq; securos dicere, & q vniuersi captiui ab vtraq; parte detēti, deberent indemnes dimitti. Itē castra & munitiones comitū ac seruitorꝝ suorꝝ euictæ, deberent sine cunctatione restitui, excepto oppido Alen cū attinentijs, q̄d deberet cum imperio manere. Nōnulla q̄q; alia deberēt resignare, de qbus oībus refert chronica ad S. Blasiū, eas resignationes verbo, nō añt re factas. Nam postea anno 1373. dictus comes noīe Caroli impatoris, à ciuitatibus imperij p Sueuiā grandē exegit pecuniā. Et cum recusarēt dare, congregato grandi exercitu, ciuitates multis damnis affecit. tandē cōcordiā nōnullæ cū comite facientes, pecuniā se daturas promisere. nam Vlmeñ. dederunt 52. millia florenorum, Eszlingeñ. 15. millia, Rotuil 10. millia, Rutlingen 15. millia, Lindou sex millia, Cōstantia 40. millia, impetratis quibusdā priuilegijs. Volebant tunc nōnulli imperatorē illis comitibus solatij ac recompensæ causa exactā omnē pecuniā dimisisse secundum eandem Chronicā. fama enim erat, vt Iaco. Moguntin. refert, comites ex resignatiōe aduocatiæ prouincialis aliorūq;, necnō castrorꝝ & terrarꝝ vastatione annuatim in 30. millibus florenorꝝ fuisse dānificatos. Eodē q̄q; tēpore, vt fert, aduocatiā monasterij Mulbroñ. comites ipsi resignare coacti sunt, quā postea comes Palatinus obtinuit, & hodie possidet, anno tamen 1504. bello recuperatū est sub rege Maximiliano à duce Vlrico de Vuirtemberg, queadmodū plenius dicetur suo loco. Postea imperator coadunato exercitu, parabat ducere cōtra ducē Austriæ iā in cōcordia exceptū. hoc cōperto, dux p mediatores se amicabiliter cōposuit certis capitulis, inter q̄ vnū erat. q dux oēm ligā in qua non esset exceptum sacrū imperiū, deberet abolere, salua liga q̄ inter ipsum imperatorē & regē Vngariæ ac ducē Austriæ dudū cōtracta erat ad defendendū terras

Eberardus co. Vuirtēbergeñ. bello à Carolo 4. petitus.

Schorndorff.

Hala oppidum.

Mulbron monasterium.

eorũ & limites. Item idem dux deberet imperio facere & habere omnẽ reuerentiam, obedientiam & subiectionẽ, prout sui progenitores fecisse dinoscuntur. Itẽ si imperator ad partes Lombardiæ proficisci vel aliquos mittere vellet, oẽs passus, stratæ & viæ deberẽt eis esse aptæ, omnisq; securitas adesse. Item dux deberet oẽs comites, barones, nobiles & ministeriales sacri imperij ab oĩbus legibus, promissis, iuramẽtis & obligationibus liberare, & ad imperiũ remittere. Nec epos vllos aut abbates aduersus imperij iura inter suos referre, etiã si tales libera volũtate se vellẽt subijcere. Itẽ dedit literas, in quibus recognouit se in Sueuia & Alsatia ducẽ nõ esse, & in Palatinatu Rheni nullũ penitus ius habere.

Att. Lud. 2. exẽplum q̃lem cleri habitum probarit.

Anno dñi 1359. Carolus Imp. in ciuitate Moguntina cũ archiepis Moguntiñ. Treuereñ. & Colonieñ. habuit colloquiũ. misit eñ Innocẽtius papa legatum suũ epm Caluaceñ. pro subsidio Cameræ, & dedit ei potestatẽ dispẽsandi cũ clericis ad beneficia curata vel sine cura, ad dignitates aut officia, q̃ minus canonice haberẽt aut fuissent adepti, cum fructibus inde pceptis. Erant ibi etiam Saxoniæ & Bauariæ duces, vocauitq; imperator legatũ, & audiuit eundẽ sup cõmissis. Quo facto, dixit imperator: Dñe legate, papa misit vos ad Germaniã, in qua magnã exigitis pecuniam, sed in clero nihil reformatis. Adstabat autẽ prope Cuno de Falckenstain canonicus ecclesiæ Moguntiñ. cum capitio precioso, auro & aureis atq; sericis ligaturis cõsuto. Cui imperator: Præsta mihi capitiũ tuũ. & deposito suo capitio, imperator induebat capitiũ Cunonis, suumq; vilius Cunoni dedit, dicẽs principibus: An nõ in capitio Cunonis, similis sum plus militi q̃ clerico? deinde restituit capitiũ Cunoni, vertitq; se ad Gerlacũ archiepiscopũ Moguntiñ. & ait: Dñe archiepiscope, vobis p̃cipimus sub ea fidelitate, qua nobis adstringimini, quatenus reformetis clerum vestrum, vt abusum in vestibus, calceis, capillis ac vitæ vsu tollant. Quod si nõ fecerint, mãdetis fructus beneficiorũ suorũ occupari, & fisco nostro p̃sentari, q̃s cũ voluntate papæ in honestos cõuertemus vsus. qbus verbis ita finitis, paulo post legatus papæ nauẽ intrauit, & sine mora quasi fugitans, ad ciuitatẽ Colonieñ. nauigauit. Anno dñi 1360. circa festũ S. Martini Innocẽtius papa per literas suas cõmisit collectionẽ medietatis oĩm fructuũ, beneficiorũ vacãtium & vacaturorũ in ciuitate & diœcesi Spireñ. Iohãni de Saluerd canonico Spireñ. per bienniũ ad Cameram aplicam referendorum. Carolus Imp. clarus habitus est, nisi q;, vt aliqui scribunt, Boemici regni gloriã magis q̃ Ro. imperij quæsiuit. Fuit eñ vir magnorũ operum. qui regnum Boemiæ tum religionis cultu, tum legum ac bonorũ morũ disciplina illustrauit. Nã schola liberaliũ artium ab eo in Praga erecta est, noua ciuitas mœnibus cincta, palatiũ regiũ magnificẽtissime exædificatũ, monasteria multa fundata, arces cõstructæ mirabiles, corpus S. Viti detulit Pragã, ecclesiã Pragensem ad metropoliticum decus erexit, cũ antea Moguntino põtifici subiecta fuisset.

Pragæ schola.

Caroli tẽpore seditio magna orta est Norinbergæ, adhærẽtibus eñ cõsiliarijs & optimatibus Carolo plebeia cõcio cõtrarium sensit. erãt factiõis huius autores quidã de collegio fabrorum, Capribarbę, vulgo Geisbart dicti. industria tñ Caroli sedata est hæc factio. Depositis eñ cõuenticulis & collegijs artificũ, q̃ vulgo Zunfften appellãt, tanq̃ monopoliũ seminantibus, in meliorẽ politiã vrbẽ reduxit. Macellariorũ aũt collegiũ, qa Carolo consiliarijsq; adhæsit, perpetuo q̃dam ludo carnispriuij priuilegiauit. Carolus grauiter tulit auum suũ Henricũ 7. qui Robertũ regẽ Siciliæ iuste persequebat̃, fuisse ludibrio habitum. citauerat eñ Robertũ sup pertinẽtibus ad imperiũ, & eum nõ cõparentem cõdemnauit, q̃ sentẽtia cassa legitur in Cle. pastoral. de señ. & re iu. quã declarationẽ & oĩa alia, q̃ sedes apostolica cõtra p̃dictum Henricũ Imp. & in p̃iudicium imperij attẽtauit, voluit imperator q; Innocẽtius papa reuocaret, & q; definita p suũ auum maneãt in vigore, & sup his duos solennes nũcios mittere decreuit, videlicet archiepm Prageñ. & Ioh. de Liechtenberg epm Argentineñ. qui nuncij reportabãt imperatori responsum ad Norinbergã à papa, q scripsit q; ipse vellet cum principe dies suos ducere in pace, & in omnibus se votis suis cõformare. hæc Iacobus de Moguntia. tamẽ cõstitutio mãsit.

Norinbergeñ. seditio.

Anno domini 1361. Eberardus comes in Vuirtemberg, magnum habuit in Stutgardia parlamentum in torneamento ac hastiludijs alijsq; spectaculis, pro eo q; filiam suam Sophiam duci Lotharingiæ copulauit. fuerat in nuptijs Albertus dux Austriæ ac alij principes, comites, barones, & nobiles, eratq; fons arte factus, vinum largiter fundens. Inuitauerat autem idem comes imperatorem, qui etsi voluntarium se obtulerit, postea tamen audito q; tantam hominum congregationem faceret, venire (vt fertur) formidabat.

Sophia filia co. Vuirtẽberg.

Anno 1363. Innocentio 6. mortuo, Vrbanus quintus, patria Lemouicensis, Guilielmus ante dictus, Abbas S. Victoris Massiliensis ex diui Benedicti ordine, absens & apud vicecomites in Italiam legatus degens, suffectus est. sedit annis octo & mensibus quinq;. Vocatus itaq; Auinionem, pontificatum iniens, vir singularis virtutis, in-

Vrbanus 5. papa.

tis,ingentis animi,statim ad libertatem ecclesiasticã animũ adijcit. Aegidiũ eñ Hispanum,virũ pstantẽ,in Italiã iterato cũ summa autoritate legatũ mittit,q ita Ludouicum Gonzagã,Nicolaum Estẽsem,Frãciscũ Carrariũ,initis fœderibus in vicecomitẽ Bernabouem,q iam in Lõgobardis grassabat,cõcitauit,vt in plio ab his superatus & saucius ægre aufugerit,amisso in bello filio,multisq; suaꝝ copiaꝝ captis ducibus. Permoti aũt calamitate vicecomitũ, Frãciæ, Angliæ ac Cypri reges,legatos ad Aegidiũ misere rogatũ,vt vicecomitibus pacẽ redderet. Quod factũ est,nec diuturna pax fuit. Ita tñ vincente ecclesia,defecti rediere ad obedientiã. ea cũ essent Vrbano nũciata,Italiã inuisere cõstituit. Venit ergo q̃rto Põ.sui anno,quẽ in itinere Aegidi' adijt,puincijsq; & vrbibus ac arcibus traditis,legatiõe(vt petijt)est dimissus. Et cum pontificẽ Lateranum vsq; cõduxisset,Viterbiũ reuersus est,vbi tertio post mense obijt. Per idem tempus Brigitta vidua *germana Suedię puincię,ad Vrbanũ Pont.venit p confirmatiõe nouę religionis quã instituit,mulieꝝ atq; viroꝝ.venit aũt cum religioso & honestissimo apparatu ad Vrbanũ,à quo est benignissime suscepta ob eius sanctitatẽ atq; prophetiam, regulamq; eius cõfirmauit. Hmõi tñ religionis primũ autorẽ Basiliũ dicunt, quã religionem Brigitta spũ sancto inspirata hoc modo instaurare nisa est,vt s.viroꝝ ædificia connexa haberent,habitatiões tñ ita seiunctæ,vt de vna ad aliã nisi vrgente necessitate transiri nõ possit. Eaꝝ tamẽ basilicã censuit esse cõmunem,ita vt fratres in inferiori parte,sorores seorsum in supiori officiũ exoluerẽt. Quoꝝ monasterioꝝ principalem curam abbatissæ esse voluit,fratribus diuina monasterij assignauit, quorum vnus esset confessor & Prior appellaret. Ea monasteria possessiões & prouentus habere statuit, oĩm vero victum & vestitũ ab abbatissam spectare decreuit,nec hmõi fratres aut sorores monasteriũ egredi deberent. Hi aũt religiosi tam fœminæ q̃ mares,griseis vti vestimentis iubentur cum chlamyde grisea & rubea cruce desuper. carnibus vtuntur,& diui Augustini regulam profitentur,additis Brigittæ cõstitutionibus, quæ oĩa ipsa sibi à Deo reuelata asseruit. Fuit atem canonizata à Bonifacio nono. Anno dñi 1368. Vrbanus cõpositis Pisanis atq; Florentinis, vocauit Carolum Imp. in Italiã, quo Bernabouem ecclesiæ hostem vlcisceret. Quod Carolus promisisse fertur. Verũ cum id non posset,pacem secum fecit,vt sequit. Interea ad petitionem Vrbani missi sunt quatuor Florentini,quos põtifex hortatus est,vt in belli societatem aduersus Bernabouem irẽt, Florentini autem cõsultatione habita,id negarunt ea de causa,ꝙ pax ciuitati cum Bernaboue esset. Quod respõsum nec põtifici,nec Carolo gratum fuit,quãobrem Imperator q bellum Bernaboui minaret,haud multo post insperato pacem cũ illo fecit,quod papæ displicuit. Carolo intrãte Italiam,Florentini obuiã mittunt,exploraturi qua mente veniret,ac Carolus vxorem secum ducens & filios,fecit per Paduã & Bononiam iter,& dum Pisis ageret, Lucã Pisanis & Miniatẽ Florẽtinis rebelles in deditionẽ pro imperio accepit,nõnihilq; pecuniaꝝ extorsit à Florentinis. Pisanis vero præsidebat Iohannes cognomento Agnellus. Is Lucam ad Carolum pfectus, Carolus vero Romam veniens,*& intra tertium mensem q̃ aduenerat,Italia excessit. Senis aũt cum esset,in suspicionẽ venit,quasi vrbem esset traditurus.quãobrem tumultu populi repẽte exorto pene oppssus est,multisq; suoꝝ amissis,Lucã petijt,dein Galliã,mox in Germaniã transijt. Anno 1366.in vigilia annunciationis B.Mariæ comes *Aego p insidias voluit Friburgũ capere. Friburgeñ.auisati,impediuerũt.mox post festum Paschæ Friburgeñ.habentes secũ in liga Basileenses, Brisacũ & Neuenburgeñ.destruxerunt castrum in monte,deinde obsederunt oppidum Endingen. Interea comes contractis copijs quingentaꝝ lanceaꝝ, obsessis auxilium laturus aduolat. Quo audito, Friburgeñ. dimissa obsidione ad pugnam se accingunt,habentes trecentas lanceas & quinq; millia peditum. Pugna aũt facta, ex eis mille occisi sunt,& quadringenti perierunt in Rheno, trecenti capti fuere. Postea anno 1367.pace facta, Friburgeñ.liberauerunt se à comite suo dño,certo pcio dato,& receperũt ducem Austriæ in dominum,qui eis aliquantam pecuniam redemptionis præstitisse fertur. Anno 1370. Carolus Vuenceslaum filium natu maiorem,Cæsarem facit,sicq; cum patre imperauit annis octo. Promisit tunc,vt refert papa Pius, cuiq; electoꝝ centum millia aureorum pro consensu: quæ cum soluere non posset,obligauit illis telonia & vectigalia imperialia,oppida,proprietates & iura,titulo pignoris.& surgit disputatio grandis: Vna eñ positio probare contendit, ꝙ non liceat neq; expediat exossare imperium:alia asseruit rationabiliter hoc factum, ne ipsorum electorum regiones grauentur à potentioribus. Vide reliqua mox infra de morte patris. Anno salutis 1364. Iohannes rex Franciæ, vt gesserat cum Anglo multa bella infeliciter,captiuus decessit,quo tempore Carolus filius eius veteri regum more sacratus est,& Sapiẽs dictus. Hic Carolus patre adhuc captiuo in Angliã ducto,

S.Brigitta

De Bernaboue.

Friburgum Austriæ duces occupant.

Vuenceslaus rex designatus.

Pari-

Carolus Io. Fräci filius.

Parisijs conuentum de ei⁹ liberatiõe habuit, vbi magna discordia emersa est. Nã ꝑpositus mercatoꝝ cõgregatis plebeijs, cũ Carolus eoꝝ decretis nõ acqesceret, in eius cõspectu 12. illi familiares interfecit. Ad quẽ cũ Carolus inqt pauefactus, cõserua Carolum: Nihil metuas, inqt ꝑpositus, accipe capitiolũ meũ, & nemo te offendet. Erat eñ insigne tum ciuium. Ad hæc regem Nauarræ, q ob cõspirationem in Carolũ ducem à Iohanne paulo ante positus erat in carcerẽ, liberatũ Carolo recõciliauit impunitate concessa. Verũ nacta opportunitate Carolus vrbe elapsus, ꝑpositum mercatoꝝ cũ sua societate diffidauit, & post multa damna illata, populus sero recognouit ducem suũ naturalem dñm esse, & ꝙ rex Nauarræ ad regnũ adspirauerit, ꝑpositũ cum suis cõplicibus interfecit, successitq́ recõciliatio ciuium, & Carolus regem Nauarræ recepit in gr̃am. Tum cõcepta fuerũt pũcta sup liberatione Iohãnis, sed iniq̃ visæ sunt cõcordiæ leges, ideo cõmuni decreto bellũ Anglis indictũ est. Vnde post multas cędes tãdem cõuenit, vt oĩs Pictauia * Xantoneñ. cũ multis ꝓuincijs Anglo obuenirent, eiq́ trigesies centena millia aureoꝝ statutis diebus soluerẽt. Hinc ambo reges venerũt Calesiũ, vbi puncta pacis iurata sunt, & rex Iohãnes dedit obsides filios Ludouicũ Andegauiæ & Iohãnem Bituriceñ. duces, cum qbusdã alijs. Rex igitur Angliæ cũ obsidibus mox redijt in Angliam, & Iohãnes rex Frãciæ Parisios venit, cuius aduentus mirabili cum exultatione susceptus est. Deinde in Angliã reuersus, obsides pro se liberat. At correptus infirmitate, morit̃. Igit̃ vita apud Londonum Iohãne defuncto, Carolus Rhemis sacratus est, cui cognomen erat Sapiens, regnauitq́ annis 16. Inde cum Parisios reuertisset, Philippo Burgundioꝝ duce defuncto sine liberis, Carolus fratri suo iuniori Philippo Burgundiam donat ex ordinatiõe patris. Anno 1369. Philippus Burgundiæ dux & comes, Caroli frater, Gandauũ profectus, Margaritã Ludouici Flamingoꝝ comitis filiam, vxorem accipit his conditiõibus: Tenuerãt reges Frãciæ tria secus Flandriã oppida, Insulã, Duacũ & Orchiã, & Ludouicus Flandrensis deberi sibi ex pacto dicebat libraꝝ millia decẽ annui cẽsus, & centũ scutoꝝ millia, quæ Frãci reges nõ absoluissent. Conuenit igitur, vt tria ista oppida memorati census noĩe sub regis fide & principatu comes ꝑpetuo possiderẽt, eiq́ centena quæ diximus scutoꝝ millia in primis soluerent, & si sine liberis masculis moreret̃, supradicta oppida ad Margaritã eius filiã trãsirent.

Philippus Burg. dux.

Carolus quoq; regnum Arelatense transtulit in Ludouicũ ducem Andegauensem. regnum id Arelatense iuris Ro. impij est, q̃d Otho Magnus adiecit, priuãdo Bosonem regem, suis exigentibus demeritis, quem tonsum monachũ fecit. Anno 1371. dispositis rebus Italicis, Vrbanus crucem ꝑdicari fecit cõtra Turcos, & passagiũ ordinauit, in Gallias dein ꝓficiscĩt, Massiliæ morit̃, vel vt alij volunt, Auinione. Eodem anno creatus est pontifex Gregorius 11. Auinione, antea Petrus vocatus, Mariæ nouæ diaconus card. sedit annos septem, menses qnq;, qui statim in Italiã misit, vt res ecclesiasticas recenseret. Inita aũt cũ Bernaboue pace, erãt eñ oĩes præter Venetos vicecomitibus inimici, ꝓpter q̃d multa mala surrexere, vrbis iniurias vindicare statuit. Nã vrbis Romæ tum custodiam ac administrationem Bandereñ. habuere, q ita noĩant Germanico vocabulo à vexillis. Singulæ eñ decuriæ internoscebant̃ signo suo. Capita regionum nunc vocant̃, qui vrbis tribubus præsunt. Anno dñi 1372. comes Vlricus de Helffenstain occisus est in castro Nyperg, deinde ciuitates imperij q̃plures mortẽ vlcisci cupientes, in quadã villa prope succubuerunt, p Eberardum comitem Vuirtembergensem deuicti. Anno domini 1375. Florentini aduersari ecclesiæ cœperunt. Fuerat enim curia papæ iam ad septuaginta annos in Gallia, & pontifices p legatos ciuitatẽ Ro. & subiectos gubernabant. Dominatus eoꝝ sup̃bus erat & pene intolerabilis, studia eoꝝ nõ pacis, sed belli, externoꝝ hoĩm plena erat Italia, ĩuisi ipsi subiectis, vicinis graues atq; suspecti, sterilitas annonæ maxĩa. Rogabat̃ à Florẽtinis sæpe legatus, vt p amicitia & fœdere frumenti facultatẽ faceret, sed ille negabat. Accessit ꝙ Perusini in libertatem se vendicantes, legato rebellant, arcem in vrbe expugnant, ad quod Florentini auxilia misere. Rebellantibus postea Bononieñ. auxilia eis e Florentia non defuere. Interea Gregorius audita Bononieñ. defectione, quo ruentem ecclesiæ statum repararet, sex millia equitum, quatuor millia pedtum Britonum in Italiam misit, cẽsuras etiam ac pœnas contra Florentinos promulgauit. Eodem anno societas quædam ex Anglia, Britannia, alijsq́ nationibus congregata ad centum millia hominum, venit ad partes Rheni, rumor erat, quod contemplatione domini de Dusin principaliter venissent, qui dicebat Hegoiã totã ad se iure spectare hæreditario ex antiquo. Erãt secũdum cõmunem æstimationẽ supra cẽtum millia equitũ & peditũ, vnde nemo ausus fuit tantæ multitudini congredi. Sed dux Austriæ Lupoldus cõsuluit, ꝙ oĩa oppida bene custodirentur, & infirmiora firmarent̃, fecitq́ oĩes villas p Alsatiam vsq; in

Arelatense Regnum.

Gregorius XI. papa.

Gentiũ alluuies noua.

Hego

Hegoiã cremari,arboresq; domesticas excindi,populariq; terrã in rure,ita vt nõ inuenire possent victũ aut mansionem: nõ eñ poterãt oppida capere,cũ nõ haberent machinas,aut instrumẽta opportuna:& cũ victũ nõ inuenissent,& oppida oĩa clausa tenerent,tãdem circa festũ Hilarij paulatim abierũt,nec vnum qdem oppidũ expugnare poterãt. Erat eñ frigus, ita q diutius manere nõ valebãt. Abierunt,vt fertur, dimissis equis multis & armis,pars aũt versus Bernã iter fecerãt,& dũ nocte vna in monasterio vulgo Frauenbrun dicto, pausare vellent,Berneñ. monasteriũ incenderũt, & in fuga ad centũ ex eis interfecerũt.similia cũ nõnullis alijs peracta sunt,donec omis Germania vacua facta est ab eis.Per hęc tpa ferũt Imp.pluries à Gregorio papa fuisse exhortatũ, vt expeditionẽ cõtra infideles faceret, ac terrã sanctã recuperaret.Cui rñdisse dicũt, se gra Dei satis posse expeditionẽ ducere:sed qa cõsideraret,q sine multorũ Chri fideliũ strage terrã sanctã recuperare nõ valeret,nec etiã si actu eã recuperasset, eãdem manu tenere posse cõsideret, ideo frustra se ĩgerere,temeritatis magis putaret q̃ rõnis fore. At Florentini in his angustijs, miserunt oratores duos ad Pont.Ro.in Gallias, vbi copia fandi data,primũ cõquerebant Ro.põtificum ab Italia absentiã, & legatorũ Sed.Ap.q ad gubernãdum mitterent populũ,tyrãnidem accusabãt.Verũ põtificẽ tanta opa placare Florentini nõ poterãt,breuiq; post damnant,& ciuitas interdicto subijcit.Ferũt ibi cũ à legatis multa dicerent,temere quendã ad Dei Opt.Max.effigiẽ conuersum,exclamasse:Deus bone,nos legati Florentini populi ab hac snĩa vicarij tui lata, ad te tuamq; æqtatem appellamus:tu q falli nõ potes,nec ira flecteris,Florentino populo libertatem tuenti subuenies,erisq; ptector ppicius.Interim & in Italia Britonum barbarie sæuiente.patriæ cõsulturus papa,Italiam adire constituit. Anno igit 1376. existimãs Gregorius põtifex hæc oĩa mala sua absentia fieri,de pfectione ad Italiã diu multumq; cogitare cœpit.Sed hoĩem maxime pmouit cuiusdã epi respõsum,q interrogatus à Pont.dum simul inambularet,cur nõ rediret ad ecclesiã suã,q̃ sine pastore contra æquũ relinqueret:Cur,inqt ille,tu summe Pont.cæteris exemplum daturus,tuum episcopatũ non repetis,ecclesiamq; Romanã? Motus his verbis Pont.paratisq; in Rhodano triremibus,alio se iturũ simulãs,ne à Gallis retineret,si se ad vrbem pfecturũ sensissent, ipsam nãq; curiã in Gallia manere curabãt,Genuã * aũt primo,inde Cornetum cõtendit,vnde terrestri itinere Romam puenit Idib.Iañ.migrãtis Romanæ curiæ in Franciã anno septuagesimo. Quo aũt apparatu & lætitia à popu.Ro.susceptus sit,nõ attinet dicere,cũ vultu,gestu,acclamatiõibus oẽm lætitię speciẽ effuderit.nam & mœnia & basilicæ ac priuata ædificia vbiq; ruinã minabant. Anno 1377. feria qnta post sacrum diem Pentecostes apud oppidũ Reutlingen occisi sunt complures comites,barones,milites ac nobiles de familiaribus stipendiatisq; comitũ de Vuirtemberg. Narraturq; factũ hoc modo ab oppidanis de Reutlingen,& ita scripserũt rem gestam ciuitatibus socijs:Bello existente inter comites de Vuirtemberg & ciuitates imperiales,qnta feria pdicta in nocte exiuerunt ciues oppidi cũ socijs qngenti numero,& mane facto pecora apud oppidũ Vrach & Tetingen prædã abegerunt, villam Tetingen incenderũt & exusserũt,deinde ducentes prædã,puenerũt prope oppidũ suũ Reutlingen,ibi illis obuiã venerũt socij. His intellectis, Vlricus iunior comes de Vuirtemberg cũ satis iusto exercitu eqtũ,ptendẽs eos opprimere anteq̃ se ad oppidũ reciperẽt,occurrit.Verũ ciues ĩ oppido p vnã portã solito clausam,via facta excurrũt: sic comes cũ suis circũdatus ab hostibus,q pedites aduersus comitem & eqtes suos pugnãtes,eos vt pecora interfecerunt. Occisi sunt ex nobilitate qui annotati sunt, Fridericus comes de Zollern,Vdalricus comes Palatinus de Tubingen, Iohãnes comes de Suartzenberg, dñs Gotfridus Schoderer de Vuinshen miles,qui tenuerat vexillum eo die, Suigerus de Gundelfingen baro, Reinhardus de Nyperg miles,Iohannes de Seldeneck miles, Lõgus de Ererltzhen miles,Bernardus de Sachszenheim miles,Fridericus filius,Vendus Franco miles, Vuolfo de Stamhen magister curiæ comitis de Vuirtemberg, duo Burkardi Sturmfeder,Benzo Keib de Hohenstain,Iohãnes de Rudenberg,Iohannes de Lustnou,Sifridus de Vellenberg,Cunradus de Hœsingen,Cunradus Kyser,Vualtherus de Hohenfels,Suigerus de Gemingen,Scharbo de Bernhusen,Sifridus Vualer & Hẽricus Vualer,Kirchher in Holman,Cuno Truchses de Buchishusen,Albertus de Killer,Eberardus de Stoffeln & Bonlañ.Eberardus de Sternẽfels aduocatus Zabergouæ,Henzo de Liechtneck,Iohãnes de Sperberseck,Andreas de Gyslingen,Vlricus de Liechtneck,Diopold⁹ de Nydlingẽ,Cunzo de Stãhen,Vuolfo de Pfauhusen, Vuolfo de Iungingẽ,Vualtherus Spet de Esteten,Hẽric⁹ Mager,Sifridus Frãco de Erdtbach, Hermannus de Ratbocen Frãco,Iohan.de Grunbach Franco,Cuntz de Heidekem, Rafe de Liechtenstain,Vuolfo de Vrnhofen,Volcklinus de Kruthem,Iohã.de Grunbach

Gregorius XI. Romã redijt

Strages comitis Vuirtembergeñ. apud Reutlingen.

bach,Iohãnes de Vuinshem Frãco,Guilielmus Durer de Kraishem Frãco,Cunradus de Limppach Frãco,Hermãnus de Boenstain Frãco, Stainsfeld Frãco,Andreas Iobel Frãco,Rupertus de Gebsydel Frãco,Iohãnes Esel de Lor, pdicti oẽs fuerũt de nobilitate. Ex famulis nobiliũ perierunt 13.Oẽs, vt supra scriptũ est, spoliati sunt armis ab ipsis de Reutlingen victoribus,&ad pces cadauera eorꝝ pmissa sunt & alibi sepeliri. Comes vero de Vuirtemberg iunior Vldric⁹ Eberardi filius vulneratus,cum nõnullis euasit,& ad arcem Acheln se recepit,sub qua Reutlingen oppidũ est sitũ. Anno pcedenti Carolus Imp.obsedit Vlmã,adhęsitq́ꝫ sibi comes Eberardus de Vuirtemberg, sed nihil obtinuerunt. Eodem anno Lupoldus dux Austriæ acqsiuit oppidũ Feldkirch cũ adiacenti dominio à comite Rudolpho de Vuerdenberg,deditq́ꝫ preciũ auri xxxvi.millia florenoꝝ,paulo post emit à comite Alberto de Vuerdẽberg Bludentz & Sanctum Montem. Anno salutis 1378.Carolus Impe. moritur, & relịqt duos filios Vuenceslaum natu maiorem,& Sigismũdum.natu maiorem ante obitũ suũ Cæsarem appellauit.Hic Vuenceslaus quũ iam cũ patre regnasset annis octo, post obitũ patris cõfirmatus,impauit annis 22.quis imperij corona caruerit, vir qdem ignauus & patri dissimilis.Sub eo orta est hæresis Hussitarũ,eo tamẽ iam ab imperio amoto. Eodem anno Gregorius in Italiã veniẽs,legatos ad Florẽtinos misit,eosq́ꝫ adhortať, vt æquas pacis conditiões in negocio dissidij nõ detrectent.Verꝫ vt Anto.scribit,alia erat mens pontificis,factã f.missionem illã ad pacem,sed seditionem atqꝫ discordiã ciuiũ spectare.oratores eñ misit, qui ad populũ,nõ ad magistratus mãdata pmerent.Verꝫ populus oĩa ad magistratus remisit. Ita deteriorem potius rem oratores q̃ meliorem fecerunt.Quare paulo post cõtempto interdicto,q̃d illuc vsqꝫ seruatũ fuerat,celebrare per vrbem agrumq́ꝫ cũctis in tẽplis sacerdotes iussi sunt:q̃d q fecerũt,crimen nequaquam euaserũt.Et legiť in chronicis,ꝙ habito sup his cõsilio à canonistis, cõsultũ fuit sup eo per eosdem,ciuitatem nõ teneri ad obseruationem cẽsuraꝝ à papa platarꝝ,qa ex odio & inimicitia ad eos mouebať.Id tñ videť potius adulatoriũ fuisse,qa secũdum Gregorium sñia pastoris siue iusta,siue iniusta, timenda est & seruãda,nisi cõtineat intolerabilem errorẽ,q̃d ibi nõ fuit. Interea põtifex cõciliatis prius Bononieñ.ad arma conuersus est, varięq́ꝫ strages hincinde factæ.Post multa aĩaduertens suos conatus nõ habere psperos successus,Florentinosq́ꝫ obstinatis animis cœpta pseq.& qa pecunię obediunt oĩa,mitigata eius animositate,de pace cœpit cogitare.Mittunť hincinde legati, fuissentq́ꝫ Florẽtini data pecunia ad pacẽ inclinati,ptracta tñ est cõuẽtio, ita ꝙ põtifex ante sit defunctus,q̃ cõclusa esset pax.Nõ inuenit post mortẽ papæ magnã secutã fuisse vindictã, forte ppter schisma mox exortũ.Refert tñ Anto.cẽsuras postea ab Vrbano relaxatas. Ego repio in Chronica S.Blasij,ꝙ Gregorius 11.anno 1372.misit legatũ ad Alemaniã Heliã de Verdone,cum mãdato ad exigendã decimã oĩm fructuũ ecclesiasticoꝝ,& eius mãdato eps Constañ.fulminauit aduersus resistentes pcessus. Totus aũt clerus sub dominio Vuirtẽbergeñ.& plures alij,maiorq́ꝫ pars totius diœcesis formauerũt appellationẽ ad papã,expssis causis ꝙ nõ posset soluere. collector decimaꝝ prim⁹ fuit epus Vormatieñ.deinde Augusteñ.Clerus vero de Brisgaudia & circa lacũ,nõ restiterunt,& sic schisma fuit in clero.Aliq eñ cõtra pcessus celebrabãt diuina,aliq nõ,deinde legatus cõpositionẽ accepit, & de quatuor marcis dabanť qnqꝫ floreni Rheneñ.vice duaꝝ pcurationũ.Dux aũt Albertus suis lr̃is mãdauit in terra sua oĩ clero sibi subiecto,ꝙ dictã decimã solueret. Anno dñi 1378.qnto Kaleñ.Aprilis Gregorius accurate agens oĩa,quæ ad põtificem ptinent,intolerabili vesicæ dolore moritur,sui põtificatus anno septimo, mense qnto,sepelitur in basilica B.Mariæ Nouæ. Gregorius hic positus in extremis, habens in manibus sacrum Chr̃i corpus, ptestatus est corã oĩbus, vt cauerent ab hoĩbus,siue viris siue mulieribus,sub specie religionis loquentibus visiones sui capitis:qa per tales ipse seductus,dimisso suoꝝ rationali consilio,se traxerat & ecclesiã ad discrimen schismatis imminentis. Hæc Gerson lib. de examinatione doc. secunda parte,tertia consideratione,vbi etiã ponit,ꝙ hic papa in Auinione p * Aecaterinã de Senis,inductus est ꝙ se Romã transtulit,cęteris cardinalibus dissuadentibus. Ex quo paulo post subortum est schisma in ecclesia,hoc anno mortuo põtifice, quod diutius durauit,q̃ aliud quodcunqꝫ,annos videlicet circiter triginta.& demum sublatum est in concilio Constañ.vt patebit. Schisma ita initiũ sumpsit:Mortuo Gregorio & eius exequijs ex more celebratis, clerus populusq́ꝫ Ro. cardinales obnixe rogarunt, vt Italicum eligerent qui ecclesiã Ro.& Rempub. gubernaret,alioquin de Chr̃istiano noĩe actum esset.Ideo autem Italicũ petebãt, ne si Gallicus deligereť,Romana curia iterꝝ in Galliã migraret. Quibus cardinales benigne respondentes, se pro posse eorum votis obtemperaturos pmiserũt,iubentq́ꝫ bono aĩo essent. Gallici aũt quærebant

Vuẽceslaus Cæs.CV.

Gregorij in Italia gesta.

Greg.ĩ German. gesta.

Grego. XI. interitus.

bant facere Gallicū. Intrantes patres cōclaue, Bartholomæū Neapolitanū Barensem archiepm̄, ad deliniēdos Romanos deligere statuerūt, vt postmodum tutiori in loco aliū subrogarent. At vero vnus cardinaliū ex gente Vrsina, qui ad id toto aīo adspirabat vt pontifex fieret, statim ab extra Romanis nunciat Gallū esse electū: q̄d cum vulgus audisset, cōclaue euestigio multo tumultu effregit, minisq; & terroribus patres cōcussit. Sed cū didicisset Italicū. i. Barensem creatū, conquieuit. *aliàs vt Leonardus ad terrorē Ro. plebis scribit Barensem Italicū creatū, Vrbanūq; 6. appellatū. Hæc electio celebrata fuit anno dn̄i 1378. in Iulio mense. Hunc Vrbanū cardinales posteris diebus principibus & ciuitatibus per orbē, vt moris est, literis intimauerunt canonice electū in Rom̄. pont. Fuit aūt in homine natura inquieta & dura. Post mēsem vero tertium in calores vrbanos Galli culpam reījcientes, à pontifice petunt, vt sibi proficisci Anagniā cū bona eius venia liceat aeris mutandi gratia. Sed reuera seueritatē Vrbani reueriti, abiere. nā semel atq; iterū eos ad se vocatos admonuit, vt nec dona nec munera acciperent dū causas agunt, vel dū patrociniū suum p̄starent, interminatus se acerrime punitur͂ in simonia dep̄hensos, aut iniustas causas fouentes. Atq; papa ostendit sibi placere & ita velle, vt pompā dimitterent familiariū & equor͂, quia in tales sumptus cōsumerent pauperibus debitū ac basilicis restituendis. Et quia sentiebat cardinales Gallos de reditu curiæ in Galliā, mentionē facere, aperte ostendit se Romæ mansurū, quā dicebat fundamentum ecclesiæ vniuersalis. His itaq; rōnibus moti cardinales Gallici, qui pro arbitrio animi oīa prius agebāt, Anagniā primo pergūt, & inde mox ad ciuitatē Fundos. Regina em̄ Apuliæ Iohāna suspectū habēs Vrbanū, ne sibi aduersaret, cū percepisset cardinales male cōtentos de electione facta per eos, significauit eis (vt dicit) secreto, q̄ ad ciuitates regni sui tuto possent accedere, & aliter disponere. Vnde & de securitate cōfisi, illuc accesserūt, primo in Vrbanū vt falsum pontificē inuecti, q̄ diceret papā vi creatū, cū electio illa & coronatio in loco minime tuto fit habita, in qua libera deberēt esse suffragia. Ipsi em̄ à populo Ro. coacti sunt Italicum potius q̄ Gallicū eligere. Has ob causas sede vacante, vt ipsi dicebant, octo cardinales, Iohāna regina fauēte, Gebennēsem cardinalē, pontificē deligūt in Septēbri, Clementē 7. appellātes, qui sedit annis xv. Vrbano Italia, Germania & Pannonia, Clementi vero Gallia, Hispania, Gathalania & Britannia adhæserūt. Asserebāt obedientiales Clemētis, suū esse ver͂ papā ex electione libera, Vrbanū apostaticū & antipapā, scribētes sequaces ipsius schismaticos & execratos. Cōtra obedientes Vrbano, Clementem affirmabāt apostaticū, cū electio Vrbani fuerit canonica, & hoc protestati fuerūt etiā ipsi qui Clementē elegerūt. nā Vrbanū vnà cū alījs cardinalibus canonice electū per vniuersum orbē publicauerūt, & si etiā fuisset illatus metus, tn̄ postea non reclamauerunt, sed eū venerati sunt p̄ integrū mensem vt Petri successorē & Christi vicariū, & ideo schismaticos & execratos Clemētis sequaces. Multæ disputationes exortæ sunt. vtraq; obedientia habuit religiosissimos viros, & q̄d maius est, etiā miraculis fulgentes, nec vnq̄ potuit quæstio hæc decidi, quin manserit apud plurimos dubia. nam etsi necessariū esset credere vnicū vicariū Christi, sicut vnicā ecclesiā, tn̄ si cōtingit plures p̄ schisma creari summos pontifices vno & eodē tēpore, nō videt̄ de necessitate salutis, credere istū esse vel illū, sed alter͂ eor͂ qui scilicet fuerit canonice assumptus. Quis aūt fuerit canonice electus, non tenet̄ quis scire, sicut nec ius canonicū, sed in hoc populi sequi possunt maiores suos seu p̄latos, secundū Anton. Clemēs ille cū obedientia sua in curiam reuersus Gallicam, Auinione residentiam statuit. Vrbanus vero Romæ sedens, multos cardinales instituit. multiplicauit & Clemens cardinales. Vrbanus p̄ hęc etiā tēpora interdictū & alias censuras prolatas à Gregorio xi. conta Florentinos, relaxauit, & pacem cū eis fecit. Et tum Genuenses classe aduersus Venetos instructa, veter͂ iniuriar͂ memores, hostem egregie sunt vlti, in qua tamen expeditione multis affecti sunt incommodis.

Vrbanus 6. papa.

Schismatis grauiss. origo.

Clemens 7. papa.

Attēde quæ e schismate dubia.

GENERATIO XLVII.

ANno dn̄i 1380. in schismate inter Vrbanum 6. & Clementem 7. sub Vuenceslao Romanor͂ rege, 47. incepit generatio. Cum itaq; Vrbanus Romæ, & Clemēs Auinione p̄siderent, Britones pro Clemente in ciuitate Fundor͂ cum comite ibidē ac cōplicibus ex Campania in agrum Romanū excurrūt. occisi sunt quadā die 80. Romani. subito in vrbe vlulatus auditus. Tum mox Romani in curiales vltramontanor͂ vertunt, nō parcentes sexui vel ætati, multos clericos percusserunt, plerosq; in carcerem trusos, bona eor͂ diripientes spoliant. Alemanis tn̄ minus erant infensi, hostes vero vastabāt agros. Cōmotus Vrbanus contra Iohannā, quæ locū schismati p̄buerat, & propter alias causas supradictas, eā regno priuauit, ad Ludouicū regem Hungariæ

gariæ misit, exhortando vt Carolũ, qui bellũ aduersus Venetos ductarat, sibi cũ decenti exercitu mitteret, tunc eũ regẽ Siciliæ faceret. Idẽ Carolus dux tunc iuuenis & pauper, de sanguine regũ Hungariæ, & reginæ Iohãnæ cõsanguineus, q̃ etiã Margaritã vxorẽ Caroli nutriuerat, inuitus onus agnouit. Et dum transiret Carolus in Hungariã, remanserat vxor eius cũ liberis apud reginã. Ludouicus vero rex gauisus, tũ φ vindicaret necẽ fratris sui, tũ etiã vt Carolus filias suas in regno Hungariæ nõ impediret, Carolũ in Iohannã cõcitauit. qui adiutus à Ludouico rege, intrauit Italiã, ducens septẽ millia Hungarorũ & aliq̃t Italicos. Misisse fert̃ ad Florentinos oratores qui dicerent, ad Carolũ ex cõcessione Ludouici regis & pontificis decreto regnũ pertinere, q̃nquidẽ Iohãna regina multis se alioqui sceleribus & postremo schismate coinquinauerat. Venisse ergo se in Italiã, vt regnũ sibi debitũ, ab iniusto possessore vindicaret, idcirco petere Florentinos, fœdus secũ ineant, & viribus pecunijsq́ foueant. Ad hæc Florẽtini neutrã partẽ se velle offendere respondẽt, & cũ intelligerẽt responsum hoc Carolo displicere, ad placandũ eũ dono mittũt Ariminũ xv. millia florenorũ, quã tñ pecuniã Carolus recipere noluit. Hæc reiectio pecuniæ aĩos Florentinorũ fregit, auxitq́ timorẽ φ Aretini dominiũ ciuitatis suæ tradiderũt. Vnde Florẽtini Carolo xl. millia auri pondo dare paciscunt̃, vt copias abduceret, nec exules eorum foueret, nec eos offenderet. Anno dñi 1381. Carolus Hungarus Romã veniens, benigne ab Vrbano susceptus, & rex Siciliæ coronatus est. prius tñ cõcessit ad voluntatẽ papæ, Francisco Batillo nepoti Vrbani Capuanũ & Amalisatanũ ducatus, & multos nobiles comitatus in Sicilia. Et quia Carolus carebat pecunijs, eapropter Vrbanus papa proprietates & iura ecclesiarũ ac monasteriorũ vrbis in magna parte Romanis ciuibus vendidit vltra summã valoris lxxx. millium florenorum, aureos etiam & argenteos calices, cruces & imagines sanctorũ alienat, & *cũ ea pecunia rex Carolus modicis copijs ingressus est regnũ Neapolitanũ. Cum aũt appropinquasset Neapoli, facile eã per fraudem ciuiũ accepit. acclamatũ est illi, Viuat rex. Erat tũc regina Iohanna in castro nouo, illaq́; mortuo Tarentino principe, iã duxerat maritũ Othonẽ ducẽ Brunsuigeñ. principẽ probatissimũ, qui ante electionẽ Clementis accessisse fert̃ Vrbanũ bono zelo, & laborauerat cõcordare eũ cũ cardinalibus, sed nõ fuit auditus infecta re abijt, & tñ Vrbanũ ad finẽ vitæ suæ pro vero pontifice habuit, cũ quo regina nõ cõsensit. Sed quo tutior esset, ipsa Ludouicũ Andegaueñ. ducẽ, Caroli regis Franciæ fratrẽ, in filiũ adoptauit, qui nondũ aduenerat. Receptus aũt Carolus in vrbẽ, obsidione mox uallauit castrũ nouũ, in quo erat regina cũ baronibus suis, & ita cinxit, vt nullus ingredi aut egredi posset, nisi à parte maris. Tum Otho vxorẽ nõ deserẽs, ciuitatẽ obsedit ab extra manu valida, & cũ certo die parasset se ad ingressum ciuitatis per vim, occurrit illi Carolus: & pugna facta, equus Othonis cecidit, vnde & captus fuit, & exercitus eius dissipatus est. Refert scriptor quidã de familia papæ, à quo etiã aliqua q̃ p̃dixi & q̃ sequent̃, accepi: Cũ, inquiẽs, obsessus à duce Othone Carolus, videret se in periculo eẽ, ad alia se cõuertit ingenia. ciues eñ ac Carolus corruperũt militẽ Neapolitanũ, Othoni & reginæ intimũ amicũ, ille secretũ sigillũ reginæ falsificari fecit, ac noĩe reginæ scripsit Othoni secreto nuncio, vt cũ sex charissimis noctu & certo loco literis designato veniret, auditurus consiliũ capiendæ vrbis. nã penuria victus ipsa ac sui laborarẽt. credulus Otho, venit ad locũ designatũ, ducens secũ marchionẽ Montisferrati fratrem suũ Baltazarẽ, & tres nobiles viros, & dũ locũ cõtingunt, per insidias in fossatũ cadũt. ibi marchio cũ duobus alijs occisus est, Otho captus, at frater eius elapsus, qui tñ postea capit̃, & exoculat̃. ducit̃ Otho ad Carolũ, qui sibi improperabat cur regnũ suũ infestaret: ad q̃d ille, regnũ nõ esse Caroli, sed Iohãnæ cõiugis suæ, & nec caput nec genua flexit. vnde ductus est in carcerẽ. his ita peractis, obsidio soluta est. Cernẽs Iohãna se euadere nõ posse, cũ nec aduentũ Ludouici Andegaueñ. sciret, & de auxilio desperaret, postulauit colloquiũ tutũ cũ Carolo, & cõcessum est illi. In hortũ ergo castri aduocato Carolo, Iohãna ad Carolũ: Ego te, inquit, habui hucusq; in filiũ, modo ex q̃ ita Deo placet, te recognosco in dñm, do me & recommendo tibi honorẽ meũ ac maritũ Othonẽ. cætera tui iuris sunt. Cui Carolus: Ego te dilexi vt matrẽ, & ita facere intendo in posterũ, honorẽ tuũ ac Othonem cõmendatos habebo. moxq́; Iohanna educta de castro ad aliũ locũ, honorifice associata custodiæ datur, & postea, vt fertur, dum orasset, missis satellitibus extitit strangulata, baronesq́; multi capti sunt, totumq́; regnũ sub dominio Caroli factũ, Deo magis operante q̃ humana virtute. Iohãna defuncta, cardinalis S. Georgij legatus cũ Carolo per Vrbanũ ad regnũ missus, archiep̃os, ep̃os, abbates & presbyteros qui reginæ adhæserãt, crudeliter afflictos, bonis & titulis priuauit, in q̃rũ locũ Vrban⁹ alios substituit. Anno 1380. Carolus rex Fran-

Iohãna regina Hunga.

Carolus Hũga. rex Apuliæ coronat⁹

De Othone Iohãnæ marito.

Iohãna strãgulata.

Franciæ, Sapiens dictus, vbi se mala valetudine grauatũ sensit, liberos duos Carolũ & Ludouicũ impuberes, Burgundiæ ducis Philippi, & Ludouici Borboniorũ tutelæ cõmisit, regni vero gubernacula Ludouicũ Andegauorũ ducẽ moderari cõstituit, donec Carolus primogenitus annũ xiiij. exegisset. his actis morit: cor principis Rothomagi, reliquũ corpus apud S. Dionysiũ sepelit. Carolo mortuo succedit filius Carolus 6. sed cũ ætatẽ nõ haberet, vocant proceres regni, cõueniunt Carolũ sacrandũ esse & regẽ appellandũ, suoq; noie agẽda gerendaq; oĩa, adolescẽtes Carolũ & Ludouicũ curæ & prouidẽtiæ Burgũdorũ & Borboniorũ ducũ credẽdos, ærariũ regis ac supellectilem Ludouico Andegaueñ. cõmittendã, qui interim dũ rex adolesceret, regentis noĩe vteret. coronatus est rex ac inunctus Rhemis more maiorũ suorũ. Anno 1382. Ludouicus rex Hungarorũ obijt, & sepultus est in Alba regali, in capella quã ipse cõstruxit in ecclesia collegiata B. Mariæ virginis. regnauit 40. annis, mense vno. Verũ antequã decẽderet, duas filias habens, Sigismũdo Caroli regis Ro. filio alterã, Heduigẽ despõsauit Guilielmo duci Austriæ, pactionibus vt Sigismundus regnũ Hungariæ, & Guilielmus regnum Poloniæ haberet. erat enĩ vtriusq; regni dñs. paulo post traducta est Heduigis, & in arce ciuitatis Cracouieñ. Guilielmo duci ritu ecclesiæ copulata, vbi aliquantisper coniugio vacarũt. sed post spoliat ipse, prout dicet. Interea Ludouicus Andegauus à Clemente 7. regni Neapolitani diademate suscepto, prouinciam armis occupat. adiutus à rege, in Italiã duxit, nõ magis vt Carolũ repelleret, q̃ vt Vrbano p arma eiecto, pontificatus Clementi cederet. Venit ergo in Italiã, supra xxx. millibus equitũ stipatus, cõtra Carolũ & Vrbanũ, cuius aduentus maxime Florentinos & Aretinos terruit, q Aretini Carolo parerent, & Florẽtini etiã obsequerent. In Lombardiã itaq; primũ descendẽtes, à Bernaboue vicecomite perbenigne & comiter suscipiunt. dux deinde p Hetruriã iter capit, ab exulibus Aretinis pulsis vocatus, vbi post multas cædes vrbẽ Aretinã de manibus Caroli extorsit, & militibus diripiendã dedit. Arx aũt vrbis defendebat Guelphorũ psidio, q̃ diebus xl. oppugnata, in Gallorũ potestatẽ nõ venit. Superuenerũt adhuc equitũ xij. millia duci. tũ Aretio Gibelinis cõcesso, abiens & p Marsos iter faciens, ad Cassinẽsem saltũ peruenerat. Et quia Florẽtini Vrbano & Carolo parebãt, q̃ res ducẽ vehemẽter offendit, scripsit in Galliã, vt bonis eorũ manus inijcerent. Regni aũt fines cum exercitu ingressus, magnos cõtinuo motus suscitauit. nã principes quidã & populi qui erga reginã iam defunctã afficiebant, frequentes ad eũ tanq̃ ad successorẽ legitimũ defecerũt, vt Carolo difficilima regni defensio redderet. Cepit Ludouicus Tarentũ & Barensem ciuitates, & victor credebat, ni morte puentus fuisset. Et scribũt quidã, illũ & multos nobiles viros secum, qui vsi sunt aqua fontana veneno infecta, mortuos biennio postq̃ ingressi sunt Italiã. defuncto duce, Andegauenses milites dissipati, cõsilio & duce carentes, expoliati potius q̃ inermes, longitudinẽ Italiæ sunt emensi, in patriã redeuntes. Qui vero Aretiũ Ludouici noĩe possederũt, intellecta ducis morte, Aretiũ Florentinis vendiderũt pro xl. millibus florenorũ. pfectus aũt regis Caroli vt redderet arcẽ, recepit xviij. millia florenorũ. q̃d totũ Carolus ratũ habuit, super quo Florẽtiæ habitũ est festũ. Per id tẽpus Flandriæ comes morit, & successit illi Philippus Burgundiæ dux, eius gener. Non multo post Carolus rex Franciæ Isabelã Bauari ducis filiã, vxorẽ duxit. Tempore quodã venit in curiã regis Frãciæ vir austeræ religionis. hic regẽ affari cũ peteret, ab aulicis sæpe prohibitus, perseuerãter tñ agens, ad regẽ introducit, cui se desup admonitũ esse dixit, vt illũ de vectigalibus tributisq; tollendis cõueniret, ni faciat, Dei iram in proximo esse, sed neq; liberos habiturũ. his cõminationibus rex perterritus, obsequi cogitauit, sed vtroq; patruele Biturige & Burgundo dehortãtibus, abstinuit. Rhemis deinde cõuentu habito, visum est cõsilij assessoribus ex reipu. cõmodo fore, si vno principe regnũ gubernaret. igit ad Carolũ oĩa relata sunt. Biturix atq; Burgũdiæ duces, magnis donati muneribus, Carolo valedicentes, alter in linguã Occitanã, alter in Burgundiã profectus est. Rex vero Parisios petens, veteres regni institutiones reformari iubet. Emersit paulo post causa, qua rex exasperatus est in ducẽ Britonũ, vnde cõsilio cũ suis capto, arma parat, patruelesq; suos Biturigẽ atq; Burgundũ accersit, causam indicãs belli in Britonẽ suscepti. Illi repentinũ motũ admirati, ægre ferunt, q ipsis absentibus tã difficilẽ expeditionẽ quis ausus esset. Nõ posthabebat Carolus expeditionẽ in Britones. Quo cognito, Brito oratores ad eũ mittens, se paritũrũ mandatis offert. Erat tñ Carolo mens nõ sana: nullo igit dato Britonib⁹ respõso, furia actus, in liberũ campũ paucis comitantibus egressus, obuiũ habet pannosum hominẽ mendico similẽ, qui Carolum intuitus: Quo, inquit, o rex progrederis? caue vltra pergas, proditus es, & in potestatẽ hostis te tradituri sunt domestici tui. Ad hanc voce Carolus

Carolus 6. Franc. rex.

Ludouicus Hungarus.

Lud. Andegauus Apuliæ rex.

Flandriam Burg. dux occupat.

Carolus Francus insanit.

lus huc illuc cursare cœpit, districtoq; gladio obuios quosq; percutiēs, q̄tuor interemit. cōfestim cōpræhēsus, ad diuersoriū perducit, vbi ad mortē vsq; decubuit. atq; ita patrueles sui Biturix & Burgūdio, regni administrationē sibi vendicarūt. Posthac pacis cōponēdæ grā Caroli filia Isabela, despōsata est Richardo Anglo, & cōfirmatæ sunt induciæ inter reges xxx. annoꝝ, mox traducta filia impubere in Angliā. Ortis paulopost in Anglia propter ducis Senclastriæ necē seditiōibus, Hēricus eius ducis nepos, cū in suspicionē aduersus Richardū cōiurationis venisset, in Franciā se recepit, & à Carolo honorifice est habitus. Deinde cū Richardus rex copias in Vuallias ducit, nō pauci ex nobilitate in eū cōspirāt. Seditione Angloꝝ cognita, Henricus de Beruick clam ad Anglos properat, fecitq; tantū in populo, q fecit se regē cōtra Richardū. Richardus aūt multos suæ factiōis fecit Lundoni decapitari, p̄sertim comites de Larut, de Salbery, de Sanforde & Vuintingen. Nō multo post & Richardus occidit, & Henricus potēter regnat, & vt Anglici suæ factiōis iniquitatē palliarēt, Cantuarieñ. archiepūs phialā promit liq̄ris plenā, quā ad diuū Thomā ad sacrādos reges Anglos cœlo allatā asseuerat. eā phialā postea Hēricus nūcijs, q̄s ad eū Carolus misit, ostēdebat. Remissa est ad petitionē Caroli Isabela filia q̄ honorificētissime. Carolo nō cōualescēte, duces Ludouicus Aurelianñ. Biturix & Burgundus, de administrādis regni negocijs simultates exercebāt, q̄ tñ vtcunq; pacatæ fuere. morit non multo post Burgundus, cui successit Iohānes filius. Paulo ante in Aquitania auditas esse ferūt per cœlū voces & armoꝝ strepitus velut p̄liantiū hominū. Postq̄ aūt (vt supra dictū est) Ludouicus Andegaueñ. decessit, Carolus potēter cœpit dñari in Apulia. At papa Vrbanus nepotē suū creari ducē Capuanū cōtendit, q̄d denegatū minis & violētia à rege adnisus est obtinere, adeo vt rex custodijs adhibitis p aliquot dies, ne malignaret papa, prodire in publicū nequiret. dissimulata tñ iniuria, pontifex acerrimi ingenij à rege impetrauit Nuceriam vrbem per æstatis caumata sibi & curiæ inhabitandā concedi, in qua ilico p̄sidijs cōmunita cardinales nouos creat. Obtulit tūc, vt aliqui scribūt, tribus archiepis electoribus imperij & pluribus Alemanis cardinalatū, sed ipsi acceptare noluerunt.

Hēricus rex Angliæ.

Guilielmus dux Austriæ

Per hæc tpa Guilielmus dux Austriæ, cui sublata fuit vxor filia regis Ludouici Hūgari Polona, & traducta Lituano duci: ea mortua, Guilielmus sororē Ladislai, Caroli filiā, duxit vxorē, Iohānā dictā. sed paulo post morit, & ipsa redijt in regnū. Vuenceslaus rex Ro. nuper à patre in cōsortiū adscitus, inuitabat ab Vrbano, similiter & Sigismundus, cui despōsata erat filia Ludouici regis Hungariæ. Hos iuuenes sibi Vrbanus recōciliauit p nuncios, qui enixe pro eo laborabāt, mittentes nuncios ad Clemētem, qui missos dehonestauit, immo aliq̄s honestos clericos inter eos, velut latrones, equuleo torsit & carceri mancipauit. ideo ad partes Vrbani hi principes totaliter se dederunt. Debacchatus interea Vrbanus insania, processus in regē Carolū priuationis p̄uios inchoauit, dum esset in Nuceria, p̄missa de more citatione. Cui rex facilius sicut dixit, vt respōderet, cōtractis copijs Nuceriā circunsedit, diluturus obiecta non verbis modo, verum etiā armis. Constitutus in his aduersitatibus papa, scripsit p fideles duci Genueñ. promisitq; multa castra Ro. ecclesiæ ab imperatoribus donata, vt eū tuto duceret Genuā. Scribit is qui familiaris papæ tum erat, q quidā capitaneus Teutonicus Lothar de Sueuia oriundus, armata manu eduxerit papā saluū: & cū papa nō haberet aliud, nōnihil auri illi in p̄miū persoluit. Alij scribūt, q Raimundus Balcianus e gente Vrsina, indignatione vel potius pecunia motus, suis copijs quas sub rege Carolo duxerat, Vrbanum cū tota curia ad proximū littus deductū, Genuensium nauibus ad id instructis imposuit, atq; Genuā trāsportauit, vbi Vrbanus quinq; ex cardinalibus Nuceriæ captis, inuolutos saccis, in mari dimergi curauit. Et cum Genuæ Vrbanus aliquandiu moram traheret, duos ex cardinalibus suis Rauennas & Galeotus, recesserūt clam ab eo, accedentes Clementem, à quo honorifice fuerunt suscepti, ab Vrbano vero execrati & priuati. Otho dux de Brunsuig post triennium euasit de carcere, tñ captus à Britonibus Auinionē ducit, relaxatus postea venit in Trinacriā, inde in Apuliā reuersus, Carolo absente, adiutus ab amicis Neapolitanis, vi Neapolim cepit. Margarita regina cū Ladislao & Iohāna Caietā fugit, breui Otho moritur. Inter hæc mortuo Ludouico rege Hungariæ, Carolū inuitabāt proceres ad regnum enixius: ille profecturus, vt soluere posset stipendia, p̄dari fecit oēs mercatores qui erāt Neapoli & in oībus terris suis, Florētinos dūtaxat ad summā 45. milliū florenoꝝ, & interrogatus causam, respōdit aliā non esse nisi necessitatē suā, vt posset secū armatos ducere. Suscepit aūt Carolus iādudū ex vxore Margarita duos pueros, marē Ladislaū noīe, & fœmellā Iohānā vocatā. gubernationē igit regni Apuliæ, vxori reginæ dimisit cū cōsiliarijs suis & amicis, & infantulos ab eis educandos: & licet regina multis lachrymis nite-

Vuenceslaus Vrbano adhæret.

Vrbani fuga.

Otho Iohānæ maritus.

niteretur maritū retinere, ipse tamen nulla ratione poterat persuaderi, abijtq; vt constituerat. Post recessum vero regis, Neapolitani tumultu facto obtinuerunt à regina amotionē quorundā grauaminū, & instituerūt sex gubernatores in ciuitate, suspicatumq; est hoc processisse ab Vrbano papa. plures etiā ex Neapolitanis papā solicitabant ad proficiscendū illuc, offerētes ei dominiū ciuitatis, q̄d quidē primū facere disposuit, sed maturiori consilio ductus, propositū mutauit. In Hungaria ita se res tū habebat: reliquerat Ludouicus rex duas filias dūtaxat, ac duo regna, Hungariæ & Poloniæ. filiā alterā, noīe Heiduigē, despōsarat Guilielmo duci Austriæ, cui in dotē reliquit regnū Poloniæ: secundā, Mariā vocatā, impuberē desponsauit Sigismundo filio Caroli imp. ac regis Bohemiæ, qui tū puer erat, & ideo nutriendū eū in Hungaria receperat, ac Hungariæ regnū sibi in dotē assignauerat. Verū mortuo rege Ludouico, quia Sigismūdus nōdū pubertatis annos attigerat, principes Hungariæ qui in Sigismundū cōsenserāt, Mariā regis filiā cōi voto regali diademate coronāt. Erat huic puellæ superstes mater Elizabeth, mulier ingeniosa & sagax, hæc in principatu & regimine vices filiæ gerebat. vsa est aūt in oībus cōsilio Palatini de Gara, principis sapiā & potētia clari celsiq; animi. hic se totū reginæ obsequijs dedicabat, hanc ipse etiā suis cōsilijs dirigebat. Tu, inquit, huius regni moderaris habenas: proceres tuos vt te vereantur cura: elatos castiga: illi qui rebellis est, tolle q̄ habet vt impotēs sit: obsequētib⁹ dona. ita sexū fragilē ad vota ꝑduxit sua. q̄d dū primores regni sensere, crudelis discordia emersa est. plebs scindit oīs, proceresq; regni extimātes se cōtemni, ꝑ factionē in Apuliā ad regē Carolū epm Zagabrieñ. mittentes, eū ad regnū inuitabāt, ad quod eundē electū idē epus literis & sigillis regi Carolo ostēdebat. Super q̄ habita deliberatiōe, rex postulatis obsequit, regina Apuliæ sola dissuadēte. Rex Carolus ordinatis (vt ꝓdictū est) regni negocijs, cōscensis nauibus, vela vētis ꝑmisit, vbiq; fortuna obsequente, ad vrbē Zagabrieñ. peruenit, ibi permagnifice suscept⁹ est, ac mora facta, alios suasione, alios muneribus ac pollicitis in suā potestatē trahebat. Cū hæc noua ad reginā peruolāt, & ipse Carolus cū exercitu appropinquat, Sigismūdus qui fide pariter & thoro iam nuptias firmauerat, perfidia Hungaroꝝ territus, ne insidijs tyranni circunueniret, cōsulto aufugit. Regina vero propere obstupefacta nūcio, ꝑmittit ad Carolū, hospes veniat an hostis, sciscitata. Qui blande r̄ndit, vt regnū cōponat, discordātes regni proceres vniat, & pacatā plebē sorori reddat, se venire. Fictā igit gratiā inire volens regina, dissimulare pro tēpore statuit oīa, q̄uis mœstitia ac timore vehemēter perculsa. Suscipit tñ pompa nobili & regali Carolus, magnificeq; tractat. verum mox vt Carolus ipse proceꝝ vacationē intellexit, eoꝝ cōsilio reginę significat, ab administratione regni de cætero abstineat, se regno ꝓfutuꝝ. Ad hæc reginę mater & filia permotæ, lœtali sauciatæ vulnere, quid respōdeant nō habēt: tandē mater, se Carolo iā antea sup ea re loqui destinasse. Abeuntibus nūcijs, reginæ in lachrymas resoluunt, tandem multos post mœrores regina senior filiā cōsolat ne desperet, iubet Deū inuocare: ꝓdo, inquit, vt vides, regna tenet, dissimulemus adhuc, ne nostrū effundere innoxiū quærat cruorē. Et his dictis, Carolū regē petit, eūq; iucūdo sermone salutat: Hūgariā, inquit, superbā & gentē effrenē fœminea nequit regere manus, tua regna cape. nos vero, vt decet, tuebere. Cui Carolus: Secura esto, nihil vobis deerit me viuo. Euestigio tota ciuitas, ꝙ reginæ regno cesserint, est repleta. Coronat paulo post in Alba regali rex à Strigonieñ. ꝓsule, qui voce ter leuata, de more plebē interrogat: Si Carolus placet rex coronari, alijs fautoꝝ suggestu, alijs metu placere acclamātibus, illū in regē vngit, laudibus sacris resonātibus. Sed o mira res, q̄ prius oībus placere noscebat coronatio, cū finē haberet optatū, nemini placere visa est. nā mox vulgus spoliatis reginis miseret, primoresq; sceleris autores cōpuncti cōsciētia rodi videbant. Nec defuere ostēta. nā insigne S. Stephani regis vexillū illū ꝓcedens, dū templū egredit, testudine valuæ tactū, in partes frangit. spes indicata primū rei auspicādæ feliciter, nō perficiēdæ. Inter hæc regina Elizabeth tanto de vertice eiecta, maiestate perdita, rē tectis reparare insidijs parabat. Nec Palatini Garensis suggestio defuit. mouebat hunc suaꝝ pietas reginaꝝ, habebat hic hominē nobilē in clientela sua pariter & audacē. nomen ei Blasius Forbach. hunc in necē Caroli armant, quo in loco & quid fieri deberet, inuicem cōponūt. Anno igit dñi 1385. cū regina die purificationis B. Mariæ circa occasum à marchione Sigismundo genero suo nouas literas allatas, Carolo regi intimauit, rogans ipsum vt suā descenderet in domū, literas simulq; occulta q̄ secum haberet conferre, audiret. Infelix Carolus cubili ab alto descendens, Italicis comitatus aulicis, reginæ adijt hospitiū. Eadē & Palatinus Garensis hora plurimā trahens cohortē, intrauit. Regina igit & Palatino ad regis latera sedentibus, Italici sponte consilio ce-

Status Hungarici regni

Carol. Hungariā ingreditur.

Oro reginæ Hungariæ ad Carolū.

Carolicædes.

Iohannes Horuuach.

Ioh. Galeatij in Italia dominatus.

dunt,p castrũq; vagant.inter loquendũ irruit in regẽ Blasius,lœtaliter vulnerat & aufugit.exportat rex,vnde breui morit.Quo facto,Palatinus arces Hungaricis reparat armis,Italici vero oĩa occupata vidẽtes,fuga pſidium quærũt.Regina mox Sigismũdo fata regis nunciat,& cũ paulo post nulla insidiarũ suspicione graderet per cãpos, Iohãnes de Horuuach Banus ppotens,irruit ex insidijs sup duces reginarũ.ibi Blasius Forbach capit,& in oculis reginarũ decollat.Garensis aũt Palatinus equo desiliens, reginarũ iunctus currui,& gladio se defendens,simul deiectus truncat.Deinde deletis comitibus,reginas simul & earũ puellas,sine venia sexus aut ætatis,curribus extrahunt,& multis contumelijs afficiunt.inter has regina Elizabeth genibus prouoluta, supplices manus eleuat:Parce,inquit,Bane memor beneficiorũ Ludouici regis,& in natã sæuire noli:ipsa sceleris sum causa,sed nõ deliqui absq; causa.Quid plura?Regina Elizabeth mox seruatis faucibus in aquis mersa suffocat,regina iunior captiua versus Croatiã ducit atq; custodit. Interim Sigismundus cõtractis maximis copijs,in Hungariã properat.hoc audito,Iohannẽ Horuuach Banũ pœnitere cœpit cõmissi, reginã adijt,& si iuramentũ pstet,nunq̃ se vindicaturã genitricis mortẽ,relaxare eam velit.Illa nõ tantũ iuramentũ pstare,verũ etiã quia vitã illius seruauit,vt patrẽ semper venerari promittit.ad sanctas reliquias iurat.ad hoc dimissa,regaliter ad Budã perducitur ciuitatẽ.Alij scribũt,per proceres eã Hungariæ fuisse e carceribus liberatã.Adueniente Budã regina,simul adest Sigismundus,exhilaratisq; coniugibus,fauente & applaudente feliciter cœtu Hungarorũ,Sigismundus sine mora properat,atq; Banũ toto regno persequit.euasit vno ex castro,Stephano Vuaiuoda *cõnitẽte,tandẽ in fuga cõpræhendit,equi pedibus fune nexus & circũlatus,deinde ignitis forcipibus fatigatus,tandem quadripartitus & ad q̃tuor portas ciuitatis est appẽsus.Eps vero Zagabrieñ.quãuis multis cõplicibus necatis,nõ fit interfectus,in sedẽ tñ suã postea non est restitutus. Anno salutis nostræ 1385.Iohãnes Galeatius vicecomes Virtutũ dictus, patre iam ante defuncto,cũ Bernaboue patruo Mediolanum tenebat.is insidias sibi strui ab vxore sua filia Bernabouis intelligens,vt præueniret ipse,simulata causa ex Papia Mediolanum ad ipsum Bernabouem visitandi gratia adire se finxit,& obuium sibi factum Bernabouem patruum ac socerum intercepit,& captum in Tricij arce vsq; ad mortem custodiri pcepit,eoq; capto,& filijs suis omnibus fugatis,vniuersum Mediolanense regnum obtinuit,factusq; potens est ac formidabilis omnibus.Vnde cum postea Antonius Scaliger & Franciscus Carrariensis inter se decertarẽt,adiuuit Carrariensem:& victo Scaligero,Veronam ac Vincentiam in suam potestatem redegit.paulo post in Franciscum etiam ducens,Patauinam vrbem vnà cum ipso Francisco præhendit,& illum in carcerem misit,vbi & vitam finiuit.Post hæc Bononiam renitentem,& auxilia Florentinorum multorumq; confœderatorum habentem,strage hostiũ magna commissa,sibi subiecit,captaq; Bononia,Iohannes Bentiuolus qui dominabatur vrbi,in frusta ab exulibus concisus est.Paulo post Senenses, Perusini, Assisij,Pisani & alij multi Hetrusci,trepidantes sese vltro illius potestati tradidere. Obsidens etiam postea Florentiam,quam hauddubie subiugasset,si non morte pueentus fuisset.Fuerat aũt Iohãnes Galeatius clarissimus princeps,statura procerus,literas doctus,eloquentia clarus,ingenio callidus ac sagax.duas vxores habuit,Elizabetham Boiemiæ regis filiam,ex qua Valentinã genuit,quã Carolo Francorũ regi matrimonio copulauit.aliam ea defuncta duxit,*Aecaterinã filiã Bernabouis patrui,ex qua Iohannẽ Mariã,Angelũ & Philippũ Mariã duces suscepit.hic eñ cũ sub titulo comitatus Virtutũ triginta annis imperasset,anno dñi 1395.archiepo Mediolañ.oratore misso,ducatus titulũ à Vuenceslao imperatore centum millibus florenorum datis obtinuit,& tanta erat animi magnitudine,q ad imperium adspirauerit. Anno dñi 1387.mense Augusto,cũ ppararet se Vrbanus ad eundũ Perusiã,accepit quõ iam rex Carolus esset occisus,& plurimæ nouitates in regno Apuliæ fierẽt.Multæ eñ ciuitates rebellare inceperãt,aliæ vero p se vsurpabãt dominia.& multiplicati sunt tyranni,paucissimæ vero permanserũt cũ regina Margarita & pueris eius fideles.vnde etiã mẽse Septẽbri Vrbanus pdicari fecit crucẽ cõtra Othonẽ de Brunsuig.qui nuper in Apuliã redierat,& Thomã de S.Seuerino,q Neapolim occupauerãt,cõcedens indulgẽtiã datã his,q pgũt ad recuperãdã terrã sanctã.Nouẽbri subsequẽti,Clemẽs antipapa destinauit abAuinione solẽnes oratores Florẽtiã,magistratus habuerũt cõsiliũ à Ludouico Marsilio ordinis Eremitarũ peritissimo viro,vtrũ ne liceret illos legatos audire.Qui rñdit,licite fieri posse,tractãdo rem vtilẽ Christianitati.nã si aliud proponerẽt,possent eos licentiare à ciuitate.Cõclusio aũt oratorũ erat,q cõmunitas Florentina operã daret vt fieret conciliũ vniuersale,in quo determinaret quis e duobus eẽt verus

verus pontifex: & si in concilio determinaret Clementē verũ esse aplicum, decernebat Vrbanum facere cardinalē suum: si aũt Vrbanus determinaretur legitimus, se totũ ponebat in manibus eius. multaq́; pmiserũt legati Florentinis. Florentini matura deliberatione p̄habita, r̄nderũt in primis, qa non spectaret ad eos de cõcilio tractare, sed ad maiores: q̄tum vero ad obedientiã faciendã Clementi, r̄nderũt se non recedere ab Vrbano, q̄usq; ecclesia aliud determinaret. Circa idem tẽpus Ludouicus Andegauiæ dux, prioris Ludouici filius, à Clemẽte rex Apuliæ designatus, misit qnq; galeas armatas Neapolim, in subsidium eorũ q ciuitatem p eo iam tenebãt. vt aũt applicuerũt, cœperũt duas galeas, q̄s regina Margarita mater Ladislai tenebat ad impugnandũ Neapolim. Clemẽs vero Auinione residẽs, licentiã dedit his q Neapolim p duce tenebãt, vt venderẽt vasa argentea & aurea ecclesiarũ conflata, vnde stipẽdia possent p̄stari militibus. Rex insup Franciæ denunciauit Florentinis, q Ludouicus dux rex Ierusalem & Siciliæ, vnà cum matre sua veniebat in Italiam. q̄propter postulabat vt eis auxiliũ p̄starent, at Florentini oratoribus r̄nderunt, nulli se partium exhibituros adiutorium, sed concordiam eorum optare. Mariam Hungariæ reginam cum accepisset vxorem Sigismundus, regni concilium apud Budam actum est. in eo regina p̄ndiam regulorũ. i. procerũ regni accusat, q se regno spoliare conati erãt, de q̄ p̄dictum est. Tum Sigismundus vnà cum iudicibus causa cognita, 32. regulos securi pcussit, vt scribit Aeneas Syluius. Alij vero historiã ita tradũt, q nobiles illos Sigismundus in se & reginas grauiter delinquentes, aut grata sibi fidelitate cõciliare, aut morte afficere satagebat. Illi vero ptinaces, mori potius q̄ ingrato sub principe (vt dicebãt) viuere p̄optarũt. isti pceres dum vagarent p regni climata, regiq́; Sigismundo id non parũ opprobrij generaret, Georgij Vuaiuodæ industria simul & manu intercepti, ad Budam sunt ducti. Contulerũt aũt nihilominus inter se, dum ducebant, etiã si venirẽt in regis p̄sentiam, non tñ illum aliq̄ salutatione deberẽt venerari. q̄d & factum est. Nam cum rex Sigismundus regnicolarũ cinctus corona medius sederet, ex adductis nullus in salutationẽ illius os aperuit, nec capitis aut genuum curuatione aliquem illi honorem exhibuit. q̄propter furore rex pcitus, oẽs illos in ciuitate Budensi fecit decapitari. Cum aũt spatharius Stephani Kunth viri p̄stantissimi filius, dissolut⁹ in lachrymas, visa morte principis sui vacaret, rex illi dixisse fertur: Sicca lachrymas, ego ipse dñs tuus, q tibi plura donare potẽs sum, q̄ q decollatus est. Ad q̄ puer, Ego, inqt, tibi porco Boemiali seruiturus sum nunq̄. q tandẽ iussu regis pariter capite truncatus extitit. horũ pcerũ mors, multorũ laborũ & discriminũ causa fuit. ipse enĩ Sigismundus à suis postea captus, & carceri mancipatus, mortem vix euasit. Interea põtifices Vrbanus atq; Clemẽs de papatu cõtendẽtes, alter alterũ diebus solẽnibus execratum pnunciabat vt schismaticum cum sequacibus suis. dabaturq́; magna occasio hoĩbus delinquẽdi. nam cum p̄latus aliquis cõmittebat excessum, de obediẽtia vnius trãsibat ad alterũ, q̄si abdicãs schisma. q̄ fiebat, q non solum non puniebant excessus, sed cõmendabat vt pius. Anno dñi 1388. conflictus maximus inter illustres comites de Vuirtẽmberg & ciuitates imperiales apud Vuilam est habitus. contigit aũt hoc modo: Post conflictũ apud Reutlingẽ habitũ anno 1377. in q̄ de parte comitis tres comites perierũt, comes vn⁹ de Suartzenberg, vnus de Zollern, tertius comes palatinus de Tubingen, & cum eis 72. nobiles, inter q̄s fuerũt barones aliq & nõnulli milites. Et licet bellum istud postea 2. anno fuerit cõcordia finitum, tñ ex hac victoria audaciores factæ sunt ciuitates, & principes ipsi debiliores. Non diu durauit pax. vnde ciuitates Sueuiæ ligam fecerũt cum ciuitatibus Rheni, & vicissim duces Bauariæ & comites de Vuirtemberg, adiunctis quibusdam epis fœdus inierunt, factæq́; sunt prędæ & direptiones, vastationes, cædes, incendia, plurimaq́; hinc inde mala. Contigit aũt q ciuitates p̄missæ contractis copijs p̄das & incendia agentes, obsederũt munitionem seu cœmiteriũ in villa Toffingen ppe oppidũ Vuyl, q̄ villa erat de dñio comitũ de Vuirtẽberg. de q̄ certior factus comes Eberardus de Vuirtẽberg, congregatis tumultuarie copijs, illos in vigilia diui Bartholomæi anni p̄scripti inuasit, initoq́; cõflictu, in prima acie comes Vdalricus p̄dicti Eberardi filius cum nõnullis alijs occisus extitit. Inter q̄s fuerat comes de Monte Leonis. Ea strage territæ copiæ comitis. q̄d aduertẽs senior comes Eberardus, fertur exclamasse ad suos: qd trepidatis? state viriliter, ecce fugam: hac voce reuocati sui, pars aduersa respiciens si quis fugeret, sicq́; pausando sunt victi. In eo conflictu de parte ciuitatensium mille & amplius ceciderunt, capti sunt 600. reliqui vero fuga saluati. Ex parte aũt comitis pierunt comes Vdalricus de Vuirtemberg, comes de Leuenstain, comes de Zollern, comes de Vuerdenberg, & cum his ad 60. nobiles ac milites. habuisse ferunt ciuitateñ. octingentas lanceas, comites vero sexcentas, peditum vero duo millia.

Att. laboratũ p cõcilio.

Sigismund⁹ rex Hunga. cædit Hũg. principes.

Victoria co. Vuirtẽberg apud Vuilam.

Anno dñi 1389. controuersia orta est inter vrbem Romã & Vrbanum, ꝙ Vrbanus elegit senatorem populo non placentẽ, sed concordia facta est. Eodem anno moritur Vrbanus, veneno (vt creditur) extinctus, paucis eius mortẽ, vtpote hoīs rustici & inexorabilis, flentibus. Anno eodem Bonifacius 9. patria Neapolitanus, Petrus ante vocatus, Romæ cardinalium oīm consensu pontifex creatur. hic etsi annorũ circiter 30. esset, ita tñ deinceps vixit in tam florida ætate, vt nulla ei libido obijci posset. Et licet esset scientiæ minus peritus, magnæ tñ fuit prudentiæ, & ꝑterea tanti animi fuit, vt primus populi Ro. vim oẽm in pontificẽ transtulerit, creatis suo nutu magistratibus oībus, munita S. Angeli arce & pontibus, sedit'q; annis 15. Tẽpore tñ eius valde infamis curia habebatur de labe Simoniaca, vt beneficia non tam meritis q̃ pecuniã offerentibus darentur, & repleuit orbem terrarũ indulgentijs plenarijs, ita vt paruæ ecclesiæ in suis festiuitatibus paruo eas obtinerẽt ꝑ subsidium ipsius porrigẽtibus. q̃s tñ circa finem sui pontificatus oẽs q̃s cõtulerat reuocauit, sub eo ꝑtextu, vt potius eleemosynæ, q̃ pro huiusmodi fiebãt ecclesiis, cõuerterent ad reparationẽ tectorũ ecclesię S. Pauli q̃ corruerãt. ipse tres habuit germanos, q̃s multũ exaltauit, q̃rum tñ filij ad extremã deuenerũt paupertatem. Anno aũt dñi 1390. Bonifacius destinauit Caietam, q̃ sola in fide ꝑmansit, cardinalem Florentinum Angelum legatum, ad coronandũ Ladislaum filium Caroli q̃ndam in regem Ierusalem & Siciliæ, q rex duxit vxorẽ filiam Manfredi de Claromonte de Sicilia, recepta ab eo maxima dote, q̃ satis indigebat. Sed eodem anno Ludouicus dux Andegauiæ, q anno ꝑcedente fuerat coronatus à Clemẽte, ad instantiã regis Franciæ de dictis regnis & regno Apuliæ magna classe cum matre sua ꝑuenit Neapolim, associatis multis baronibus & gentibus, vbi receptus est cũ magno gaudio à pp̄lo & nobilibus suæ partis. Sed multi ex principibus regni obediebãt Ladislao. ingressus aũt Neapolim, q̃ prius tenebatur ꝑ eo, cepit postea arcem S. Erasmi & castra reliq̃. Anno dñi 1392. ꝑ legatos Florẽtinos initum est fœdus colligationis, & publicatum inter Pont. & Florentinos, q hactenus plurimis affecti erãt incommodis externorũ hostium viribus, hac cõuentione, vt ꝑ cõmuni tutela statuum suorũ põtifex 5. millia equitũ, Florentini 6. millia tenerẽt. Anno dñi 1394. mense Maio Romæ insurrexerũt Bandarenses simul cum pp̄lo contra Bonifacium Pont. adeo eñ̄ succensi erant, vt crederetur ꝙ manus in Pont. iniecissent, nec vitæ eius pepercissent, sed obuiatum est. nam rex Ladislaus ab eo iam coronatus, cum tunc Romæ adesset ꝑ quibusdam gratijs impetrandis, armis correptis eum defensauit, & demũ inter eos cõcordiam fecit. pp̄ls eñ̄ volebat totum vrbis dñium vsurpare. Eodem anno mense Septembri migrauit à seculo Clemẽs antipapa Auinione, cui ꝑ electionem cardinalium ibi existentiũ successit Petrus de Luna, consanguineus regis Aragonũ. vocatus est Benedictus 13. mãsit vsq; ad conciliũ Cõstantieñ. licet eñ̄ cum esset electus, mox ꝑ orbem suis literis significasset se paratũ renunciare iuri papatus ad tollendũ schisma, tñ contrarium fecit, immo obstinato animo, vocatus ad conciliũ Constantieñ. venire renuit, vt dicetur. Anno dñi 1395. missi sunt oratores regis Franciæ, Angliæ & aliorũ principum ad Benedictũ, exhortantes vt renunciaret, si & ille q Romæ erat, renũciaret ad auferendũ schisma: qui habito consilio, respondit se hoc facturũ, dũmodo Romanus prius cederet, aliter se non velle renũciare: & sic redierũt oratores sine fructu. Eodem anno fere oẽs nobiles in ꝑuincia comitum de Vuirtemberg, conspirauerũt contra ipsos, & elegerũt ex se q̃tuor capitaneos q̃s appellabãt reges, facta ẽ magna trepidatio in toto territorio comitũ. habebãt eñ̄ nobiles ipsi multas munitiones & castra. Et cũ q̃dã die dicti nobiles cõgregationẽ haberẽt in oppido Heimshẽ, comes Vuirtẽbergeñ. noctu cõtractis ex oppidis & villis suis copijs, prima luce oppidũ obsidiõe cinxit. Videntes aũt obsessi, propter immissum ignem q̃ flagrare cœpit oppidũ, se non posse euadere, nec tum resistere aut hostem ꝑpulsare, dederũt oppidũ & se ipsos in gratiam.

Bonifaci⁹ 9. papa.

Benedictus 13 papa Gallicus.

Motus in Vuirtẽbergeñ. comitatu.

Incidit in hæc annorum spatia memorabilis illa Christianæ reip. clades, q̃ Turcæ primũ ꝑximos imperio nostro fines aggressi sunt. successerat eñ̄ Amurathæ Pazaita filius ingenti spũ Turca, qui cum oẽm Thraciam cum Macedonia Thessalia'q; subegisset, & Bulgaros adijt. Erant illi sub Sigismundi regis Hungari ditione, q ad Pazaiten suos nũcios misit, vt'q; ab inuadendo regno suo desisteret, monuit. Respõsum Turcus differt, donec tota Bulgaria potitus est. tandem caduceatoribus regis arma ostendens, respondit, se ius armorum auxilio sufficiens habere, hæc regi vestro renunciate. Iritatus his respõsis rex, regni sui decimo, dñicæ aũt incarnationis 1396. anno, belli apparatũ maximũ cõflauit, missis etiã oratoribus ad Carolũ regẽ Frãciæ, suppetias orauit, à quo missi sunt cum ingentibus copijs Philippus Artesieñ. conestabilis, Iohannes Niuerneñ. Philippi Audacis ducis Burgundiæ filius, & alij Francæ nobilitatis proceres,

Pazaites Turca Bulgaros infestat.

res,armoꝝ belliq́ꝫ non expertes. Transmisso duce Gualtero de Rupibus ad Hungaꝝ regem,Franci petūt quid illos cōmodius facere liceret,q̄ve itinere in Turcas ducerēt. Sigismundus,cui Francoꝝ mores cogniti erāt,timēs ne p arrogantiam temere quicq̄ cōmitterent, Turcaꝝ in bello gerēdo cōditiones modumq́ꝫ Gualtero explanat, Nihil festinandū esse,Hungaros qui proxime Turcas incolerēt,se assuetos habere,q̄s primo hosti obijcere oporteret.Franci regis consiliū parui habentes,primas sibi pugnando partes arrogāt,& lubrici p oēs voluptates vino ludoq́ꝫ indulgentes,bonis oībus horrori erant,ita vt dicere illis incolæ non dubitarēt, male illis aliqn̄ propter eoꝝ iniquitatem successuꝝ. Erat tum exercitus Christianoꝝ 35. millia equitum,Turcaꝝ aūt vltra 200.millia.& cum Turciā p multa milliaria nostri vastarēt,tandē obsederūt Nicopolim ciuitatē,q̄ in loco Turcus contractis copijs fecit tres cuneos,cum vno solo se ostendēs. Tum Sigismundus rex conuocatis primoribus,rogabat, Hungaris primū concederent pugnandi locum,& q mores Turcaꝝ nossent, & audaciores fore dum Frācos post se pugnaturos considerēt,neq́ꝫ terga daturos,metuentes à Francis sequentibus cogi,& licet alij p̄cedere se debere dicerēt, Franci vero magis instabāt,q à remotis venissent. Inter hāc disceptationem videntes Franci Turcaꝝ cuneum primū,mox sine ordine in illum ꝓrumpunt viriliter,& pugna coegerūt hostes retrocedere: q̄ in loco successit cuneus secūdus. desiliētes Franci ab equis,vt eorum mos habet,pedites certaturi,irruunt in turmas. diro itaq́ꝫ bello hostes inter vtrosq́ꝫ vigente,priusq̄ vniuersę regales copiæ ex ordine instruxissent acies, cum Hungari sellatos Francoꝝ equos cursu transuerso regia castra repetere conspiciūt,illos oīno hostili manu extinctos fore credentes, multitudine gentium territi, fugam ineunt. strages fit maxima, inter Francos Angli,Poloni,Sueui,Bauari mixti multi ceciderunt,& nisi rex nauis ministerio euasisset,obrutus esset.captiuos Turcus mox occidi iussit, Iohanni Niuerneñ. cum alijs 22. proceribus parcitum est,redemptio 200.millium aureorum nummū fuit. Tum perijt etiam illustris comes Hēricus de Montepelligardo,atauus illustris ducis Vuirtembergi Vdalrici. de exercitu Christianorum occisa referuntur 10 millia,de Turcis 60.millia.Gesta feruntur hæc anno dñi 1396. Nec longe post eam cladem Valachia, Transsyluaniaq́ꝫ,Mondauia & oīs trans Danubium regio, Stephano Vuaiuoda duce,rebellauit. Verum armis Sigismundi tandem compulsus Vuaiuoda, veniam petijt,& cum moliri maiora videretur,apud Sigismundum regem conuentu comparens,cæsus est. ferebatur is pellexisse Pazaitę pestilentē alluuiem in Bulgariam vsq́ꝫ. Anno dñi 1399. mirabilis in Italia motus emersit.ex alpibus nanq́ꝫ descēdit in Italiam presbyter cum magna hoīm multitudine. is quidem albo indutus panno, tātam modestiam vultu ac verbis p̄ se ferebat,vt ab oībus sanctus haberetur: magnam virorum ac mulierum multitudinem in sententiam suam deduxit. linteis albis circumuoluti oēs,sine discrimine mares an fœminæ,rustici an ciues,serui an liberi essent, passim veluti pecora, vbi nox oppressisset,dormiebant: publice in vicis epúlabantur, perlatis vndiq́ꝫ quasi ad sacra epulis.Crucifixum sacerdos ipse prę se ferebat,quem lachrymari ob hominum errata dictitabat. id quoties accidisset,succlamabant omnes, veniam à Deo petentes. laudes B.Virginis canebant euntes & stantes, hymnis ad id compositis, puta, Stabat mater dolorosa iuxta crucē lachrymosa dum pendebat filius &c. Ex eo confluxu,inquit Antoninus,diuina clementia quandam præparationem hoībus præparauit. multi em̄ & magni & obdurati peccatores,conuersi sunt ad pœnitentiam. Dum hæc religio tenuit animos,nil de belli periculis cogitabat. Substitit aūt hic sacerdos Viterbij cum magna multitudine, labore itineris fassus, vt refert Platina,Romam ad visenda loca sancta sanctoꝝq́ꝫ vēturus. Sed Bonifacius fraudem veritus,q diceret hoīem supstitiosum pontificatū appetere, adiuuante illa multitudine, milites aliquot p̄mittit, qui hoīem cōpræhēsum ad se pducant. Sunt qui scribunt huius fraudem q̄stione detectam fuisse, hoīemq́ꝫ in tanto facinore depræhensum,exustum fuisse. Sunt etiam q dicunt nil fraudis subfuisse,sed id fictum à pontifice abolendo rumori,quo hoīem per inuidiam captum & necatum affirmabant. Appropinquante vero Iubilei anno,legati Ro. pontificem adeunt,rogantes vt Assisio Romam ꝓficisceretur,qui etsi id magnopere cuperet,tñ dissimulato desiderio facturum se negabat,q diceret eos noluisse recipere senatores ex nobilitate externa,secundum consuetudinem & instituta pontificū, qq́ꝫ Cameræ conseruatores suopte ingenio elegissent,hoīes quidem parum idoneos,& q̄rum licentia Bandaresiis oīa licerent. Tum vero Romani , vt rem gratam pontifici facerent,& Bandaresios tollunt,& Malatestam Pandulphi filium Pisaurensem,virum doctum,pōtificis noīe senatorem recipiunt. pecunias insup Bonifacio dant, q̄ ei ꝓficisci ad vrbem liceret, vrbem itaq́ꝫ ingressus,munita mole Adriani,dñatu vrbis potitus est.

Strages Chrīanoꝝ.

Stephanus Vuaiuoda.

Albatorum secta.

Iubileus sub Bonifacio 9.

Anno

Annatæ vsus.

Anno igitur 1400. Iubileus in vrbe celebratus est, q̃ innumera hoĩm multitudo religionis causa venerat. Tum etiã Bonifacius, siue vicecomitũ potentiã veritus, siue augendæ ditiõis ecclesiasticæ cupidus, annatarũ vsum beneficijs ecclesiasticis primus imposuit, hac cõditione, vt q beneficiũ cõsequeret, dimidiũ annui ꝓuentus fisco aplico ꝑsolueret. Sũt tñ q hoc inuentũ Ioh. 22. adscribũt. hãc aũt cõsuetudinẽ oẽs admisere, ꝑter Anglos, q id de solis epatibus cõcessere, Ego video ꝙ nec in Germania de alijs beneficijs papæ datur annata, nisi ꝑlaturæ sint immediate eidẽ subiectæ & exemptæ. Eo anno cũ regnũ Ro. ꝑ multos annos Vuenceslaus tenuisset, nullaq́ʒ illius actio cerneret principatu digna, cum neqʒ in Italiã trãsire, nec cætera munera imperij obire curaret, duæq́ʒ tm̃modo artes essent, vna voluptatibus se dedere, altera cumulationi pecuniarũ intendere, cætera vero oĩa negligere, segniter atqʒ dissolute se gerere: ferẽ etiã ꝙ venerabiles ꝑlatos & honestos presbyteros, necnon religiosos occiderit, submerserit & faculis cremauerit, sine causa saltẽ iusta, multaq́ʒ crudeliter ꝑegerit: hæc cũ diutius faceret, & nomẽ ac autoritas imperij in illo deperirẽt, ab electoribus imperij approbante Ro. põtifice, ab imperio deiectus, domi torpẽs illaudatus egit æuum. Ruptus eñ Palatinus Rheni, animaduertẽs hoĩs socordiã & imperij dignitatẽ, zelo cõmotus, illũ deponi curauit. referẽ, ꝙ ipse renitẽs, suffectus extitit, & ꝙ Iodocus marchio Morauiæ, deposito Vuenceslao, à Mogũtiñ. & Coloñ. archiepis rex Ro. fuerit electus. sed is breui tpe mortuus, in Brunna vrbe Morauiæ sub regali sceptro sepeliẽ. Is cũ Vuenceslaũ patruũ suũ visitaret, vocatus in penitiores ædes, ita cõpellatus est: Etsi satis sciã nõ esse dignitatis meæ, ꝙ electores imperij me regno abdicarũt, solatio tñ mihi est, ꝙ ex familia nostra hoc decus non excidit, ego te libẽs volẽsq́ʒ successorẽ mihi datum accipio. Territo ex hoc Iodoco, cum ignarus rerũ esset, pone metũ, inqt, nepos. nam neqʒ imperiũ inuitus depono, neqʒ si retinere cuperẽ, iura sanguinis violarẽ: suscipe imperiũ, me & meis vtere, vt libet. lætum itaqʒ nepotẽ dimisit, qui tñ sex tm̃ mẽses postea vixit. Vuenceslaus hic duas vxores successiue habuit. secũda, de domo Bauariæ, noĩe Sophia longe viro ꝑstantior. & qa (vt ꝑdicitur) totũ tẽpus vitæ suæ in ocio & libidinibus consumpsit, ob eam rem captus à baronibus, 17. hebdomadas in custodia habitus est. Iohannes dux Lusatiæ & Procopius Morauiæ, magno reip. malo eum libertati reddidere. Captus est & secũdo ꝑ Sigismundũ Hungariæ regẽ fratrẽ suũ, & Alberto duci Austriæ in custodiã datus, custodia eius in egregijs ædibus Viẽnæ habita, qbus exinde cognomen Praga datũ, ꝙ eas rex Pragẽsis incoluisset. sed cũ parũ diligẽter custodiret, fugam arripuit, regnoq́ʒ rursus potitus est. Per idem tẽpus Pragẽses populari tumultu Iudæorũ domos inuadũt, eorũ bona diripiũt, domos incendũt, ac inter duas horas non sexui, non ætati parcẽtes, gentẽ infelicẽ gladio cædũt. ꝑijsse aliqt millia ferunẽ. seruati cõplurimi infantes misericordia bonorũ ciuiũ, baptismi gratiã receperũt. calamitosum genus hoĩm Iudæi inter Christianos agẽtes, qui vbi paulũ abundare credũtur, mox tanq̃ Christianæ fidei cõtemptores, bona & vitã amittũt. *flagrũ hoc impune relictũ est, quia rex inutilis erat. Sub Vuenceslao iam ab imperio amoto, ꝑfida Hussitarum insania ortum habuit, q̃ pestis neqʒ adhuc extincta est. Rexerat scholã Pragensem vsq́ʒ in ea tẽpora Teutones, id molestissimũ Boemis fuit, hoĩbus natura ferocibus. Ex quibus vir quidã gñe nobilis, ex domo quã Putridi Piscis vocãt, apud Oxoniã Angliç ciuitatẽ literis studẽs, cum Iohãnis Vuickleff libros offendisset, qbus de realibus vniuersalibus titulus inscribiẽ, magnopere illis delectatus, exẽparia secũ tulit. Inter q̃ de ciuili iure, de diuino, de ecclesia, de diuersis q̃stionibus cõtra clerũ pleraqʒ volumina velut preciosum thesaurũ patriæ suç intulit. Imbutꝰ iam ipse Vuickleffitarũ veneno, ad nocendum paratus, virus in ciues suos euomuit. cõmodauit aũt scripta q̃ attulerat, his potissime qui Teutonicorũ odio tenebanẽ, inter q̃s eminuit obscuro loco natus Iohãnes ex villa Hus, q̃d anserẽ significat, hic cũ esset ingenio ꝑacri & lingua diserta, multũq́ʒ dialecticis oblectaretur, & ꝑegrinas opiniones amaret, auide admodũ Vuickleffitarũ doctrinã arripuit, eaq́ʒ Teutonicos vexare cœpit, sperãs eo modo cõfusos, scholas relicturos. Quod cum succederet, à Vuenceslao rege impetratũ est, vt Pragense gymnasium ritu Parisiẽsis gubernaretur. ea res magistratũ scholæ Teutonibus abstulit. Quam ob causam cõmoti magistri ac discipuli Teutonici gñis, iureiurãdo adacti, vno die supra duo millia apud Lipsig Mysnæ ciuitatẽ trium dierũ itinere à Praga distantẽ, vniuersale studiũ erexere. Boemis scholæ suæ gubernatio libere patuit, q̃rum princeps est habitus Iohannes Hus, lingua potẽs, & mundioris vitæ opinione clarus: qui vbi satis fidei cõparatum sibi existimauit, venenũ q̃d iam pridem occulte cõceperat, palam euomuit. Fundauerat opulentus quidam in vrbe sub noĩe sanctorũ Matthiæ & Matthæi haud ignobile templũ, quod Bethleem appellauit, redditibus additis, ex quibus duo prædi

Vuenceslaꝰ imperio deiectus.

Iodocꝰ marchio Morauiæ.

Vuenceslaꝰ captus.

Hussitarum pestis.

Vuickleff.

Lipsick.

ꝑdicatores alerent, q festis,ꝑfestisq; diebus verbū Dei Boemico sermone plebibus insinuarēt. Hoꝝ alter Iohānes assumptus est, q cum se libēter audiri animaduerteret, multa de libris Iohānis Vuickleff in medium attulit, asserēs in eis oēm veritatē contineri, adijciensq; crebro inter ꝑdicandū, se postq̄ ex hac luce migraret, in ea loca ꝓficisci cupere, ad q̄ Vuickleffi anima ꝓfecta esset, quem viꝝ fuisse bonū, sanctū, cœloq; dignum non dubitaret. Sequebant̄ Iohannē clerici fere oēs ære alieno grauati, sceleribus ac seditionibus insignes: his & nōnulli doctrina celebres iuncti erāt, q cum in ecclesia consequ dignitatē non potuissent, iniq̄ animo ferebāt sacerdotia maioꝝ censuū his cōmitti, q q̄uis nobilitate ꝑirent, scientia tñ viderent̄ inferiores. Excæcauit eos inuidia, proruperūt in blasphemias. & cum aliqbus ignaris fortasse ac vitiosis maledicere possent, in oēs latrare sacerdotes cœpere, ab ecclesia catholica recedentes, impiam Vualdensium sectā amplexi sunt. Huius pestiferæ & iampridē dānatæ factionis dogmata sunt, Romanū ꝑsulem reliquis epīs parem esse, inter sacerdotes nullum discrimen, ꝑsbyteꝝ non dignitatē, sed vitæ meritū efficere potiorem: animas corporibus excedentes, aut in æternas e vestigio pœnas mergi, aut ꝑpetua cōseq gaudia: purgatoriū nō inueniri, vanū esse orare ꝓ mortuis, & auaritiæ sacerdotalis inuētum, Dei & sanctoꝝ imagines delendas, aquaꝝ palmaꝝq; bn̄dictiones irridendas, mēdicantiū religiones malos dæmones inuenisse, sacerdotes pauperes esse debere, sola cōtentos eleemosyna, liberam cuiq; ꝑdicationē verbi Dei patere, nullum capitale pc̄m̄, q̄tumuis maioris mali vitandi gratia, tolerādū: q mortalis culpæ reus sit, eum neq; seculari neq; ecclesiastica dignitate potiri, neq; parendū ei: cōfirmationē & extremam vnctionē, inter ecclesiæ sacramenta minime teneri, auricularem cōfessionē nugacem esse, sufficere sua quenq; Deo in cubili suo cōfiteri peccata: baptisma fluuialis vndæ, nulla interiecta sacri olei mixtura, recipiendū: cœmeterioꝝ inanem vsum, q̄stus causa repertū: q̄cunq; tegant̄ tellure humana corpora, nil distare: templū Dei late patētis, ipsum mundū esse: coarctare maiestatē eius, qui ecclesias, monasteria, oratoriaq; construūt: sacerdotales vestes, altariū ornamenta, pallas, corporalia, calices, patenas, vasa huiusmodi nil habere momenti, sacerdotem q̄cunq; loco, q̄cunq; tēpore sacrum Christi corpus conficere posse, petentibus ministrare: sufficere, si verba sacramētalia tm̄ dicat: suffragia sanctoꝝ in cœlis cū Christo regnantiū impetrari, in canonicis horis cantandis dicendisq; frustra tempus teri: nulla die ab ope cessandū, nisi q̄ dn̄ica nunc appellatur: celebritates sanctoꝝ reijciēdas, ieiunijs q̄q; ab ecclesia institutis nihil inesse meriti. Tum ep̄s Prageñ. cōsilio & animo illustris, orienti calamitati obuiam ire cupiēs, priusq̄ amplius debaccharet̄, libros Iohannis Vuickleff ad se ferri oēsq; doctoꝝ cōsilio adhibito, publice cōcremari iussit, supra ducenta volumina plerunq; auro tecta. Iohāni Hus ꝑdicatio interdicta, & adiectæ minæ. Ipse ꝓpterea Praga excedēs, apud villam vnde natus erat, ꝑmittente loci dn̄o, plebem docere non destitit, multa in ecclesiasticos maledicta congerēs, vtq; ppl̄m cōciliaret, decimas haud aliter q̄ eleemosynas sacerdotib⁹ debitas adstruit, dn̄os ꝑdioꝝ ad dandū eas nullo iure cogi posse. Deinde attulit nouam pestem Petrus* Treceñ. q patria pulsus, velut hæreticoꝝ asylū Pragam repetijt. apud ecclesiam S. Michaelis ꝑdicabat Iacobellus* Mysenensis. Petrus hūc aggressus, mirari se ait, doctū viꝝ errorem illum non animaduertisse communionis eucharistiæ sub vna specie, cum apud Iohā. Euang. sub duplici specie panis viniq; iubeatur, dicente saluatore: Nisi manducaueritis carnem filij hoīs, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Cōmotus est his Iacobellus. cumq; apud S. Dionysium & S. Cypriarū cōmunionē calicis laudari inuenisset, post ꝓhibitionem etiā in tēplo S. Martini publice *cōmouere ppl̄m cœpit, ne deinceps cōionē calicis, sine q̄ saluari nemo posset, negligerēt. huic oēs hæretici consenserūt, gaudentes ꝙ articulū inuenissent in euangelica lege fundatum, ꝑ quem Romanæ sedis vel ignorantia vel nequitia argui posset. Odioso q̄uis animo Vuenceslaus hæc audiret, desidia tñ & inertia impune debacchari sinebat hæreticos. Prageñ. ep̄s vbi nullum aduersus tm̄ malum inuenisset ꝑsidium, ad Sigismundū Vngariæ regem confugit, obsecrans negligentiā fratris emendet. dat fidem Sigismundus. sed cum dies in diem deducitur, archiep̄s apud Vngariam moritur, & Albicus ei sufficitur Boemus, arte medicus, extremæ auaritiæ barathrū. Contigit post hæc vt infestaret Ladislaus rex Apuliæ ecclesiā, aduersus quem Iohānes papa 23. bellū decernēs, plenariā peccatoꝝ remissionē indulsit his, qui ad tuendā ecclesiam arma induerēt. recitabatur in ecclesia Pragensi decretum pōtificis, q̄d cum quidā sordidę artis hoīes audiuissent, Iohānē papā antichristū esse magna voce clamauerūt, qui crucē cōtra Christianos decerneret. eos ꝓpterea senatus in carcerē rapi iussit, ppl̄us vero susceptis armis, dimitti eos petijt, sed placatus oratiōe senatus, suā q̄sq; domū redijt. de illis clam suppli

Iohā. Hus.

Vualdensiū errores.

Ep̄s. Pragē.

Petrus Trecensis.

supplicium sumptum est. at cum sanguis extra ꝑtorij ianuam defluēs, indiciū necis fecisset, iterum occurrēs ppl's interemptorum corpora rapuit, & aureo circumuoluta pāno, ꝑ oēs vrbis ecclesias detulit, clamātibus eiusdem sectæ sacerdotibus: Isti sunt sancti q ꝑ testamēto Dei sua corpora tradiderūt. huius rei mentionē faciemus infra in tēporibus Cōstantieñ. cōcilij. Anno dñi 1400. Vuenceslao rege Ro. tanq̄ inutili, imperio priuato, Rupertus Bauariæ dux ac comes Palatinus Rheni, ab electoribus Imperator electus, Coloniæ ab archiepō Coloñ. corona decorat⁹ fuit, homo sane Chr̄ianissim⁹, iustitiæ cultor, à Bonifacio Pōt. extitit cōfirmatus. imperauit annis x. Hic ex vxore Elizabeth filia Burggrauij Norinbergeñ. multos hæredes genuit. Rupertus & Fridericus ante patrē obierūt, supstites reliqt Ludouicū, Stephanū, Iohannē & Othonē inclytos duces, filias q̄q; 3. vna duci Austriæ Friderico de Athesi, alia comiti Cleuiæ, quem Sigismūdus rex postea ducē fecit, tertia Margareta duci Lotharingiæ matrimonio iunctæ fuerūt. genitor aūt cum filijs sub obedientia Gregorij papæ ꝑmansit, cōcilio Pisano habito. tandē anno dñi 1410. in Oppenheim obijt, & in Haidelberga ad S. Spm̄ sepelit. Tamerlanes ꝑ hęc tēpora vita excessit magnus Tartarorum seu Parthorum rex, q apud Tartaros humili loco natus, cum gregarius miles factus esset, adeo inter suos excelluit, vt breui multarum gentiū fieret dux. Parthorum etiā imperio potitus, haud multo post Scythas, Iberos, Albanos, Persas, Medos, ac alias plurimas gentes & nationes sibi subegit. Inde Mesopotamiā atq; Armeniā inuasit, transitoq́; Euphrate cum 400. eqtū millib⁹ & 600. peditū millib⁹, oēm Asiā minorē obtinuit, regemq́; oīm potētissimū Pazaitē Turcarum dñm, cū pari eqtū nūero & magnis peditū copijs fines suorum tutantē, apud Armenos ꝑlio superauit, & interfectis aliq̄t suorum millibus ipsum cepit, & catenis aureis vinctum, currui q̄ vehebatur, q̄si triumphās adiunxit. Refertur in cauea in modum feræ inclusus Pazaita, ꝑ oēm Asiam circūductus, egregiū & admirandum humanarum rerum spectaculū. prandēs, q̄si canem sub mensa sua, comedere iussit: adscensurus equum, eo tanq̄ scabellis vsus est. Post cladem aūt Pazaitæ, filij eius q complures erant, in potestatē Græcorum venere, cum periculū euasuri, in Thraciam traijcere contenderēt. *Calapinus aūt natu maior, à Gręcis emissus, patrium regnum obtinuit. Tamerlanes à Tanai fluuio vsq; ad Aegyptū vniuersam Asiam ꝑcurrēs, Smyrnam, Antiochiam, Sebasten, Tripolim, Damascum, multasq́; validas vrbes cepit & incendit. Sultanum etiam Aegyptiorum principem bello superatū, vltra Pelusiū repulit. Cumq́; Damascum cepisset, & arcis antiq expugnatio difficilis esset, cōstructa e regione altera altiore, illā tandē cepit. Caphā q̄q; vrbē, Genuensiū tūc coloniā, expugnauit. hic belli artibus insignis, q̄ alijs ardua videbant, promptius obire tētabat. Et in obsidionib⁹ vrbiū primo die albo vtebat tētorio, secūda rubro, tertia nigro. & si se dabāt in albo sedenti, salutē cōsequebātur: rubeus aūt color mortē indicabat: niger vero, ciuitatis excidiū & oīa in cinerē cōuertenda. Et inter alia ferūt q̄ndā populosam ciuitatē, q̄ prima die cum deditionē neglexisset, pueros puellasq́; in cādida veste ramos oliuæ detulisse obuiam, vt iram eius lenirēt, qui pueros statim iussit equis cōculcari, deinde vrbē captam incendio deleri. interrogatur ob hoc aliqñ ab hoīe Genuēsi qui ei familiaris erat, cur tanta crudelitate vteretur. Cui turbata facie respōdit: Tu me hoīem arbitraris, sed falleris. ira etem̄ Dei sum ego & orbis vastitas. Quibus ille terrefactus, maxime quia dixit, Caueto ne posthac mihi occurras, statim abijt. Ferebāt q Tamerlanē viderunt, cū Annibale Pœno cōparandū. nam deletis multis regionibus atq; vastatis, onustū & ditatum exercitū in patriā reduxit, & Marchantē vrbē cōdidit, quā varij gn̄is captiuis repleuit, & hostiū spolijs exornauit, in q̄ se sepeliri fecit. regnū aūt suū duob⁹ filijs reliqt, qui discordia laborātes, effecerūt ne Parthorum regnum rursus emergeret. Sunt qui Rupertū regem Ro. cum exercitu in Italiam ad integrandā imperialē dignitatem venisse scribāt, sed iter suū non ꝑegisse. q̄d ita contigit: Florentini Galeatium Mediolani ducem, à ditione sua auertere molientes, magnitudine potētiæ eius ac multitudine copiarum deterriti, auxiliatorē sibi Rupertū nuꝑ in imperatorē electum, vocare statuerūt, sperantes ꝑ illius aduentū in Italiam Mediolaneñ. ducis potentiā vel oēm vel maximā perituram. nam & odia inter regem ac ducem erant acerba, & veneno se à Galeatio duce, medico subornato, petitum Rupertus publice regibus ac ciuitatib⁹ significauerat. Credo, timebat, ne forte rex Rupertus ratum habere non vellet, ꝙ Vuenceslaus eum de ducatu inuestiuerat. In hac spe constituti Florentini magna pecuniarum largitione aduētum imperatoris in Italiam pacisciūtur. ducēta em̄ florenorum millia polliciti sunt. huius summæ partem, priusq̄ domo ꝓficisceretur, dare illi cōuenerāt, reliquā vero partem cum in Italiā venisset, ac hostiliter solū Galeatij introisset. Iam ꝑ Italiā fama vulgauerat, magnos exercitus circa Rhenū parari nouo cum imperatore in Italiā trāsituros,

Rupertus Imper. 106.

Tamerlanes Tartarorū princeps

Insignis crudelitas.

Rupertus Italiam ingressus.

ros,erectiq; cunctorum animi in expectationē erant. Nec minor apud Mediolañ. cura, equites parare & pecunias cōgerere, ciuitatesq; munire. Verū Rupti aduentus, vt plerunq; euenire solet, tardior fuit q̄ crederet. per extremū eñ autumni Tridentū venit, & quo celerius pecuniæ soluendæ cōditionē impleret, Brixiensem agrū cum exercitu ingressus est, q̄ vrbs à Galeatio tenebat. Sunt aūt finitimæ vrbes Tridentū & Brixia, maxime circa Benacū lacū territoria cōmiscētes. In his locis cū esset imperator, duces Galeatij cū ingētibus copijs aduersus illū cōuenerūt. Habebat Galeatius optimū equitatū ex Italicis cōfectū. Postq̄ cōtra Germanos equites cōstiterūt, ac leuia p̄lia iniri cœpta sunt, Germani frenis vsi leuibus, q̄ ad cursum aptiora, ad flectendū in gyrū equos sunt inutilia, frena Italicorum talia, vt lacessere hostes, & redire ad suos, & ex medio cursu deflecti facile possint, p̄terea Italici armati & protecti, Germani nō ita bene armati, ob hæc Germani cito spreti ab Italicis. tandē vero maiori vi cōcurrentes, Germani multis suorum amissis, cedere demū & retro signa referre cogunt. Ita prostratis suorū animis ac metu deiectis, Tridentū imperator suos reduxit. Et qm̄ res male succedere videbat, Colonieñ. p̄sul & Lupoldus dux Austriæ ab imperatore abeuntes, cū maxima copiarum parte domū reuersi sunt. Imperator ipse Tridēti relictus, pudore tenebat. nā redire dedecus, remanere vero vanū existimabat. Inter hæc Franciscus Carrarieñ. & alij quidā proceres spem adhuc magnarum rerum superesse ostēdētes, Tridēto relicto, ipse profectus Taruisiū, deinde Patauiū accessit, vbi erat noua Florentinorum legatio. Et cū de reparādis rebus tractaret, imperator inquit, neq; sibi neq; Florentinis tantas esse vires, vt sufficere aduersario possint. quare pontificē Ro. & Venetos in societatē belli attrahendos necessariū putabat, pecunias etiam maximas à Florentinis postulabat. Legati Florentinorum redeunt Florentiam ac referunt, debilitant ex eo Florentinorum mentes. nā facere q̄d postulabat imperator, impossibile quasi videbat: at si imperator abiret, manifestū periculū imminebat. De re igit discussione habita, decreuerūt oīa pro imperatore in Italia retinendo. Itaq; per legatos magna auxilia Italici equitatus, & magnā insuper pecuniā polliciti sunt, vt p hyemē quacunq; posset bellū inferret, promitteretq; nec cōcordiā vllā cū hoste facere, nec inducias, nisi prius requisito & cōsentiente Florētino populo: curaturos se interea, vt pontifex ac Veneti iungerentur. Hæc imperatori cū nunciarent legati, tractatus varios apud illū habuere. nā se his obligare nō satis honestū videbat, & erāt alioqui difficilia factu. Oriebant ad hæc q̄dā cōtrouersiæ pro pecunijs in aduentu suo promissis, & pro parte nō datis, ad summā nonaginta milliū florenorum, quā ante oīa deberent: postea vero de nouis cōuentionibus agendū fore. Florentini promissas pecunias sub conditione dicebāt: q̄ conditio cū ab imperatore cōpleta nō sit, neq; pecunias deberi, dimidiā partē pecuniæ promissam, reliquā vero esse solutā: solui debere, cū in terrā hostilē Galeatij cum exercitu introierit: id nō esse impletū, cū nec venisse dicat qui non stetit, neq; cū potenti exercitu venit, nec etiā Florentinus populus tantā pecuniā promisit, vt tacto protinus hostili solo, recederet. Actū hoc est Venetijs, vnde imperator abijt. postea tñ reuocatus spe cōcordiæ, deinde Patauiū redijt, & q̄d reliquū erat hyemis, in ea vrbe cōsumpsit, ac modo expectationē dedit, quasi Romā petiturus, modo ademit. Tandē vero cū neq; pōtifex Ro. neq; Veneti in auxiliū eius palam descenderent, differre factū in aliud tēpus cōstituit: atq; ita mense Aprili Patauio mouens, in Germaniā redijt. Vicecomes dux Mediolani, redeunte in Germaniā imperatore, copias Alberico ad opprimendū Ioh. Bentiuolū misit, qui Bononiā vrbē in suā redegit potestatē, vbi in cōflictu postea Bentiuolus obtruncatus est. quo defuncto, Albericus nullo resistēte, Bononia potitus est. qua vrbe subiecta, dux Galeatius iā sibi Florētiæ despondit imperiū, arrepturus Italiæ regnū. at diuina prouidētia defecit. Nā tertia die Septembris anno dñi 1402. ex febri pestilētiali subtractus est. Ex testamēto ei successit prior filius Iohānes Maria in ducatu Mediolañ. insuper in dominio Bononiæ, Senarum, Perusij, Assisijq;. secūdo filio, scilicet Philippo Mariæ, Papia, Verona, Vincentia, relicta: q̄ distributio prudētibus visa est insipienter facta. non eñ sibi promittere debuit, vt per vim obtenta hæredibus suis stabilita manerent, & vt de alijs taceat, nunq̄ ea quæ iuris ecclesiastici erant, firmare poterat. Ducissa Mediolani Galeatij relicta, tyrannidē exercens in ciues, pauco post tempore veneno est extincta, nec longe superfuit Iohannes Maria ferox adolescens & assuetus tyrānidi, sub matris imperio domestica factione cæsus. Successit huic frater Philippus Maria, qui cū & dominatū Mediolani nō sine labore arripuisset, difficulter annos aliquot tenuit. Sigismundū his temporibus regē Hungariæ, mortua iam Maria vxore, repudiauere regni proceres, q̄rum ante vel parentes vel agnatos propinquosve occidi mandauerat. Et conspiratione facta anno 1401. regem capiūt,

Equitatus Italicus.

Equitatus Germanic⁹.

Quæ gesserit in Italia Rupertus.

Philippus Maria.

Sigismūdus à princ. Hūga. captus.

ac duobus adolescentibus cognomēto Gariis, quorū pater ab eo neci traditus fuit, custodiendū permittūt, donec omni cōspiratorū iudicio in eum animaduerteret. Quos adolescentes Sigismūdus sæpe vt se dimitterēt, multis pollicitis frustra tentauit. Quodā vero die, vidua matre eorū vocata: Scio, inquit Sigismūdus, viri tui mortē tibi acerbissimā fuisse, teq; mihi tanq̄ autori eius infensam. verū ego per superos iuro, inuitus feci. regina em̄ eū atq; alios accusauit, cōuenerunt regni proceres, atq; in reos sententiā mortis tulere. ignarus ego factionū vestrarū, nouus ad regnū venerā. q̄d regulorū maior pars decreuit, id executus sum. esto tñ, virū tuū sciens volēsq; neci dederim, cruciandū ne obiicies me iracundis? & quis obsecro fructus? nō desunt mihi cōsanguinei & amici, qui meū sanguinē vlciscant. nec, crede mihi, apud futurū regem acceptus est, qui manus suas regio sanguine cruentauit. q͏ si me missum feceris, ex filiabus Hermāni comitis Ciliæ necessarii tui vxorē ducā, filios tuos in primis charos habebo, efficiamq; vt oīs posteritas tua hoc factū sibi fructuosum sentiat. hoc ego cum liberis tuis egi, sed nō capit ætas quantū necesse est. te q̄ plus sapis, & illis & tibi cōsulere oportet. Persuasa mulier, regē dimisit, qui mox Barbarā Ciliæ comitis filiā in matrimoniū suscepit. promissoq; satisfaciēs, Garios iuuenes sup̄ oēs regulos exaltauit. Interea Ladislaus Apuliæ rex, priusq̄ regni Neapolitani fundamēta cōfirmasset, à maiore parte procerū Hungariæ in regē extitit vocatus. cupidus regnādi, magnis cōtractis copiis, Ladislaus in Sclauoniā profectus, ibi à multis epīs ac regni proceribus coronatus est in regē. Interea vero Sigismūdus liberatus, amicos sibi fecit nouos, qui etiā alios qui vocauerūt Ladislaū in regē, ad idē induxerūt, vt mutato proposito, Sigismūdo adhærerēt. eā ob rē Ladislaus cernens se deceptū, quā possidebat ciuitatē in Sclauonia, Venetis centū millibus florenorū vendidit, ac possessionē vrbis dedit cōtra voluntatē ciuiū, quorū multi eā deseruerūt, alias sedes quærētes, & ipse Neapolim est reuersus.

Ladisla' rex Apuliæ vocatus ī Hungariam.

Anno dñi 1404. Bonifacius morit, quo subtracto, populus Ro. ad arma cōcurrit, p̄ ciuitatē seditiones ac homicidia perpetrās. Cardinales aūt intrantes cōclaue, elegerūt Cosmā de Sulmone cardinalē Bononieñ. & vocatus est Innocentius 7. sedit fere annis duobus. ante electionē iurauerūt cardinales, q͏ quicunq; eligeret, operā daret ad schisma tollendū possibilē. Venit ad vrbē Ladislaus rex gratulandi, vt dixerat, nouo pontifici causa, licet aliud p̄tenderet. disseminare em̄ cœpit inter pontificem ac ciues clam discordiā, vtriq; fauorosum se simulans, ita vt mediatorē se inter pontificem ac Romanos faceret. tandē eosdē ad cōcordiā reducens hoc modo, vt gubernatio vrbis in temporalibus penes populum resideret: pars aūt quæ antiquitus dicebat Leonina, scilicet circa S. Petrū, pontifici remaneret cum castro S. Angeli: senator vero vrbis, de pontificis voluntate ac consensu populi assumeret. Eodē tempore oratores regis Franciæ Genuā venerūt, & tantū operati sunt, vt cōmunitas ipsa Genueñ. cum archiepō suo & cū cardinali de Flisco qui ibi erat, pro Romano pont. oēs subtraherēt se ab obedientia Innocentii, & adhærerēt Benedicto vti vero pontifici, q̄d ad leuitatē eis imputatū est. Idē fecerunt oratores apud Pisanos. vnde diuulgatū est per totū territoriū, obedientiā ablatā esse ab Innocentio, & Benedicto tributā. Benedictus intelligēs Genuā ad deuotionē suā cōuersam esse, illuc profectus est cū curia sua ampliandæ iurisdictionis suæ causa, qui honorifice à Genueñ. susceptus atq; veneratus est. Sed & papa Innocentius, vt magis firmaret statum suum, Romæ xi. creauit cardinales, pene Italicos omnes. Anno domini 1405. in vrbe Roma tantę inter pōtificem populumq; excitatæ sunt turbæ, vt pontifex vrbe coactus fuerit secedere. Cum aūt moraret pontifex Viterbii, Romani pœnitentia ducti, vrbem pontifici reddiderunt, ac multis legationibus missis, pontificē reuocarunt. Nō ante tamen, q̄ Paulus Vrsinus pōtificis mandato cū turmarū p̄fectis in pratis Neronianis Ioh. Columnā factionis ciuilis autorem, & reliquā Ladislai militiā fudisset. hanc ob rem Romani multis incommodis circumuenti, cum & hoīes eorū & pecora abigerent, sedata etiā ira iam ante cōcepta, *pōtificem p̄cibus impetrant, vt ad vrbē rediret p̄missa reconciliatione. Verona vetustissima ciuitas hoc anno 6. Kalend. Iulii à Carrariensibus occupata, in manus Venetorū deuenit. Ille em̄ Franciscus Carrarieñ. qui in Bauariā Galeatium vicecomitem fugerat, solicitantibus Florentinis & fauentibus Venetis, mutata veste Patauium veniens, vrbem & arcē tandē quoq; obtinuit. Sublato aūt e medio Galeatio vicecomite, in magnā spem erectus, Guilielmū Scaligerū cū filiis suis Veronā reduxit, eisq; vrbē subiecit: quibus cōfirmatis, paulo post Guilielmū veneno extinxit, filios in carcerē coniecit, Verona potitus est. relicto Veronæ Iacobo fratre, in Vincentinos exercitū duxit. Cui statim Veneti, ne Vincentinos vectigales sibi & subditos suos bello attingat, alioqui senatū Venetū haberet inimicū, sed Franciscus probris & minis inuectus, in vici-

Innocentius 7. papa Gallicus.

Status quarundā Italię ciuitatum.

vicinos durius crudescere cœpit, mirari respōdit se impotentiã Venetorũ, qui cũ nullum ius in cōtinenti habeãt, leges tñ merito imperantibus velint præscribere: irent, & æstuarijs se ac paludibus cōtinerēt. Indignati Veneti, legatos suos qui in via erant, admonent vt fœdus & societatē cũ Francisco Gonzaga ineant, eũq; primũ copiarũ suarũ ducē deligant, addita pecuniarũ summa, q̃ ei stipendij noīe q̃tannis daret. Tum vero Gonzaga icto fœdere maturandũ ratus, cōscripto magno militũ numero, Veronenses ad eã partē adorit, qua ad Mantuanos vergũt. Idē faciunt Veneti, ex Vincentinis eo mouētes. q̃ impetu Veroneñ. perterriti, cũ nulla spes auxilij subesset, deditionē fecere. Oderãt etiã Veronæ ciues Carrariensem, qui Guilielmũ Scalã veneno necasset, eiusq; filios in carcerē coniecisset. Dũ vrbē vero instructę acies ingrediunt, ne qua fraus ab hostibus subesset, Iacobus Carrarieñ. p̄sidio relictus, Hostiliã profugit. sed cũ Padũ traijcit, captus Venetias mittit. munita aũt arctissimo p̄sidio vrbe, inde cum copijs Veneti Patauiũ mouētes, vrbē eã p̄altis muris & profunda fossa munitam, defensamq; firmo p̄sidio, obsidēt, & tãdē ob victus penuriã in deditionē accipiũt. Nec multo post tpe Frãciscus Carrarieñ. à senatu Veneto strãgulatus est. filij qua morte perierint, incertũ est. & sic anno 1406. Veneti etiã Patauiũ obtinuerũt, & duæ illustrissimæ familiæ, Scaligerorũ scilicet & Carrarieñ. propter domestica dissidia vno quasi tēpore finē acceperũt, & in Venetorũ manus peruenerũt. Quibus obtētis, Venetorũ nomē supra modũ excreuit. Pisæ itē potētissima ciuitas Hetruriæ, Florētini populi æmula, p ea tēpora durissima obsidione domita, in potestatē Florētinorũ peruenit, & nunc supra septuaginta annos iugũ ipsorũ humiliter ptulit. Galeatius eñ vicecomes Mediolani q̃ndã dux, eandē vrbē à Gerardo Apiano multo p̄cio emerat. hic moriens, ipsam Gabrieli ex pellice filio in testamēto reliquerat, q cũ illã aliquãdiu possessam se tueri diffideret, grãdi pecunia vēdidit Florētinis. Pisani hoc vidētes, cũ Florētinos exosos haberēt, in furorē versi, impetu facto Florētinos vrbe eiecerũt, & in libertatē, ipsam deduxerũt. Florētini aũt ignominiã nō ferentes, magno cōgregato exercitu, bellũ cōfestim Pisanis intulerũt implacabile: & cōmeatib⁹ interclusis, vrbē acerrime obsederũt, q̃ post aliq̃t menses fame crudelissima laborans, proditore Iohãne Gambacurta, iugũ accepit. Innocentius, vt dictũ est, Romã reuersus, plures cardinales delegit. Ludouicũ vero nepotē suũ, agri Piceni marchionē creat, principēq; cōstituit. Ipse dein Romæ morit, sepeliturq; in basilica S. Petri anno 1406. mense Nouemb. Post honorabiles *obsequias cardinales cōuenientes, se oēs obligauerũt sub grauissimis iuramētis & solennibus, q quicunq; esset electus, laboraret ad tollendũ schisma, & vnionē ecclesiæ procurandã. Ingressi conclaue, elegerunt patriarchã Aquilegiensem natione Venetũ, qui vocatus est Gregorius xij. vir à pueritia magnæ sanctitatis & sapientiæ. hic electus, denuo iurauit oĩa facere sibi possibilia ad vnionē ecclesiæ dandã, de q̃ principes quiq; plurimũ exhilarati sunt. Gregorius statim aduersario Benedicto scripsit, benigne illũ ad pacē inuitãs, & ad abdicationē mutuã. Benedictus vero eisdē fere syllabis rescripsit, eadēq; inuitatio fuit. Tractat de loco vbi cōueniant, placet ciuitas Saona, q̃si in medio cōstituta, & vt sequi videat effectus, anno sequenti incipiũt appropinquare. Nã Gregorius nō tã comitiorũ causa, quæ erant dicta tollendo schismati, q̃ vrbicis factionibus cōpulsus vrbe secessit. Adspirans eñ ad dominatũ Ladislai regis auxilio Columneñ. Iohannes, sæpe Romã commorat. Itaq; Gregorius Senas profectus, hinc Lucã adijt, Benedictus vero Genuã. Interea patefactæ sunt Gregorio insidiæ sibi paratæ Saonæ à Benedicto, q & ciuitas illa pro Gallico esset munita. Quare Gregorius accipiens, Benedictũ nō vere vnionem quærere, mutauit propositũ: miserũt nihilominus nuncios alter ad alterũ, tractantes de alio loco, sed cōuenire nō potuerunt. Benedictus vt magis simularet intentionem suã, adhuc ad Gregoriũ magis appropinquauit, ad portum Veneris veniens. Gregorius aũt Lucæ permansit plures menses, ibiq; creauit quatuor cardinales: Oratores principũ plurimum suaserunt Gregorio, vt iret Saonã, & p̄cipue regis Franciæ, qui merito suspecti habebant. alij contrariũ suaserũt, vt Ladislaus rex Apuliæ & alij amici. Et cum post multa de loco cōuenire nō possent, creauit Gregorius alios plures cardinales, q̃d etiam cōturbauit suos cardinales antiquos. Platina scribit Galliæ plures principes admonuisse Benedictum, vt sicut iurauerat, vnionem quæreret: quorũ colloquia & consultationes Benedictus veritus, Auinioni existens, ædes pontificias armis & cōmeatu munierit, in quibus aliquot menses obsessus, tandem paratis ad fugã triremibus, per Rhodanũ in Cathalaniam vnde oriundus erat, nauigauit. Sunt qui scribũt principes Gallicos id molitos, instãtibus cardinalibus qui oderãt eũ, q alterius nationis esset & nō Gallicæ. vtcunq; sit, Genuam venit, vt est dictũ. Dũ vtriusq; pontificis tam ambigua sunt cœpta, cardinales taciti

Veronã Veneti accipiunt.

Gregorius xij. papa Italicus.

conueniunt, gñali cõcilio patrũ locũ aliquẽ dicendũ esse, vbi qui pontifex autoritatẽ ecclesiasticã vnus debeat tueri, æquis votis cõstet. Et inter illos hæc res acta est tantisper, dũ Romæ absente Gregorio, nõ minor calamitas accidit. Nã anno 1408. rex Apulus Ladislaus, vexata Romana ditione vrbẽ cepit, occupatis etiã alijs ecclesiæ ciuitatibus. Cardinales vero Gregorij & Benedicti (vt est ꝑdictũ) cõuenientes & conferentes, decreuerũt ciuitatẽ Pisanã, vt locũ aptiorẽ pro cõcilio gñali celebrando, cui rei Florentini cõsenserũt. vnde per nuncios & literas vocauerũt ad cõciliũ celebrandũ Pisis oẽs epos, ꝑlatos, & principes & cõmunitates, exhortantes ad mittendũ oratores suos, ac vt subtraherent obedientiã põtificibus illis, q̃s etiã citauerũt ad veniendũ illuc. Quibus peractis, paulatim cœperũt principes & cõmunitates obedientiã illis auferre de territorijs suis, remansit aũt in obedientia & reuerẽtia Gregorij rex Ladislaus, ac etiã q̃dã ciuitates Italiæ. Benedictus aũt pene à cunctis derelictus, nisi forte à rege Aragonũ. Gregorius ex Luca Senas, deinde ad vrbẽ reuersus est, execrans & pileo & omni dignitate & beneficijs priuans oẽs cardinales, qui cõtra eũ cõspirauerãt, dicẽs hæreticos & schismaticos, ac etiã ꝑ orbẽ significãs regibus & principibus de cõiuratiõe eoꝝ indebita, & ꝙ eis nõ crederẽt. quia vero vrbs erat in magnis seditionibus & rixis, Gregorius cũ curia sua de beneplacito regis Ladislai profectus est Caietã, vbi aliquãdiu morã traxit. Cõgregatione igit̃ facta pro cõcilio Pisis tp̃e statuto de diuersis nationibus, & relatione oĩbus facta de scandalo q̃d inferebãt duo põtifices, colludẽtes ad inuicẽ, & nolentes vnionẽ ecclesiæ quærere, prout promiserãt, decretũ est, vt oratores mitterent ad vtrũq;: q̃d factũ est, quoꝝ operã Benedictus derisit, dicẽs, cõtrouersiã fore de iure papatus inter se & Gregoriũ, & nihil ad eos spectare de re ipsa. Gregorius vero rñdit, nõ ad eos pertinere cõgregationẽ cõcilij, sed ad ipsum vt pontificẽ Ro. q̃d & celebrare volebat nõ Pisis, sed in alio loco, videlicet in Foro Iulij circa Aquilegiam, ipsosq; cardinales eũ sequi debere. Vnde Gregorius cũ paucis q̃s habuit, ex nuperrime creatis cardinalibus, ad Forũ Iulij publicatione ꝑmissa accessit, ibiq; expleuerunt q̃ visa sunt eis expedienda. ex q̃ loco Gregorio redeunte Ariminũ, insidiæ factæ sunt ad capiendũ eũ. sed auisatus, habitu transformato cũ alijs processit vt priuatus, aliusq; secutus in apparatu papali, captus: sed cognitus, non sine iniurijs est dimissus. in tot aũt aduersis sic fixus erat in his q̃ sibi cõscientia dictabat, vt nullus eũ posset à suo proposito reuocare. Anno igit̃ 1409. Pisis inceperũt processum facere, & post legitimas modo suo citationes nõ cõparentes, sed cõtumaces, cõtra ambos pontifices sententiã depositionis & priuationis protulerũt, Gregoriũ & Benedictũ vt hæreticos & schismaticos, prohibẽtes Christicolis cũctis, ne quẽ eoꝝ papã noĩarent, aut ei tanq̃ Ro. pontifici obedirẽt. His peractis, ad electionẽ alterius processerũt. Vnde more solito intrãtes cõclaue cardinales, elegerũt ꝑsulẽ summũ Petrũ Cretensem, cardinalẽ Mediolañ. ordinis Minoꝝ. hunc noĩabant Alexandrũ 5. qui annũ circiter vnũ sedit. Hic Alexander adeo munificus erat in pauperes, vt nil sibi reliquerit. vnde per iocũ dicere solebat, se diuitẽ epm̃ fuisse, pauperẽ cardinalẽ, mẽdicũ pontificẽ eẽ. Quo tp̃e cũ audisset Ludouicus dux Andegauiæ, filius Ludouici prioris, dissensiones quas Ladislaus habuerat cũ Florentinis, & quõ se immiscuerat rebus ecclesiæ ac vrbis dominio, misit oratores ad Florentinos, petens colligationem facere cũ eis, fuitq; fœdus initũ inter Florentinos, Seneñ. & legatũ Bonoñ. & Ludouicũ ducẽ. quo facto, idẽ dux Pisas, vbi conciliũ habebat̃, accessit, Alexandrũ papã 5. adorauit. Ab ipso igit̃ Alexandro Ludouicus Andegaueñ. postulauit sibi cõcedi regnũ Siciliæ, qui cũ cardinalibus habito tractatu, postulata cõcessit, cũ s. vacaret dictũ regnũ, & ad ecclesiã deuolutum esset: & q̃a aliàs per Benedictũ fuerat de dicto regno Auinione coronatus, nõ est eis visum congruũ illud reiterare. Et decretũ est vt Ludouicus ac Malatesta & legatus cũ copijs proficiscerent versus Romã contra Ladislaũ qui eã vsurpauerat. Fecit Andegauus ꝓcipua legatoꝝ opera, vt ex Romanis optimos sibi potẽtissimosq; cõciliaret, q̃ à Ladislao deficientes, vrbis Romæ dominiũ accepturo Andegauo sunt cõiuncti, estq; is conatus ꝑprimũ, vt Romanos in Alexãdri põtificis fidẽ acciperet. Alexãder inter hæc iuit Bononiã, quo Ro. oratores miserũt & ad Florentinos, vt adiuuarẽt apud pontificẽ ꝙ Romã applicaret. & q̃uis id q̃q; pluribus cardinalib⁹ placuisset, persuasione tñ legati Bonoñ. Balthazaris decreuit tunc non ire, sed misit cardinalẽ, dicens se postmodũ breui venturum. Gregorius tũ erat Caietæ. sed quia in collatione beneficioꝝ & episcopatuũ Gregorius, vt iustus, nolebat regi Ladislao obedire frequenter iniusta petenti, demũ excedẽs regno, per mare transiuit cũ curia sua ad Ariminũ, vbi à Carolo dño Ariminẽsi cum omni honore & gaudio receptus, qui solus perseuerauit cum suis in obedientia eius.

Super depositione vero pontificũ in Pisano cõcilio ꝓtenta, diutius est disputatũ, & ꝓser-

Vrbs Roma capta.

Agit̃ de Pisano cõcilio

Alexander 5. papa.

Lud. Andegauus cõtra Ladislaum.

Roma pro Alexandro recepta.

pſertim per Laurentiũ de Rudolphis vtriuſq; iuris doctorẽ,cathedrã tenentẽ Florentiæ: Vtrũ pſuppoſito pro cõſtanti,ꝙ ambo pontifices ſcandalizarent eccleſiã ex violatione manifeſta iuramentoꝝ & voti fiendæ vnionis eccleſiæ,cũ nõ darent ad hoc operam,ſed ſimularent colludẽtes ad inuicẽ,ſitq; peſſimũ ſchiſma valde eccleſiæ nociuũ, poſſint ne cardinales cõuocare conciliũ,& citato vtroq; ad veniendũ ad cõcilium,nõ cõparentes,ſed in cõtumacia pſiſtentes,an poſſint deponi,& an ad alterius electionẽ procedi poſſit. Vbi poſt longã diſputationẽ in pſentia plurimoꝝ theologiæ atq; vtriuſq; iuris doctoꝝ,nemine cõtradicente,ſed oĩbus annuentibus,determinatũ fuit,id licite & canonice fieri poſſe.ſed probandũ erat,pſuppoſitum eſſe veꝝ.nã ſi veꝝ credi aut iudicari poſſet ex parte Benedicti,viri callidi & ambitioſi,q̃d poſtmodũ declarauit euentus,quia ſemp cõtumax permanſit,tñ de Gregorio nõ idẽ apparuit,licet vulgus ex diuulgatione cardinaliũ & aliquoꝝ hoc ſentiret,ſ.ꝙ colluderet vel diſſimularet.quinimmo contrariũ oſtenſum eſt:nã conciliũ Cõſtantiæ celebrandũ ipſe approbauit,ſuos cardinales miſit:& quia decrepitus erat,ire nõ valens,procuratorem miſit Carolũ Malateſtã ad renunciandũ:nec tranſgreſſor iuramenti vel voti iudicari debuit,ſi nõ debito modo agere potuit q̃d promiſit,alio ei inſidiante,vt nondũ clarificatus de iure ſuo,id ſibi ſoli vſurparet.ſup hac cõcluſione fundat̃ conciliũ Conſtantieñ. Attende,cõcilio Piſano quale robur

Alexander papa in fine anni primi ſui põtificatus grauiter ægrotare cœpit,& cum ſentiret mortẽ ſibi imminere,cardinales ad ſe vocat,teſtatuſq; eſt per eã mortẽ,quam ante oculos ſe cõtinuo cernere dicebat,nec reformidare,cõſcientia bene actę vitę motus,ſe exiſtimare & credere,q̃ in cõcilio Piſano decreta fuiſſent,recte atq; integre facta eſſe oĩa ſine dolo malo fraudeve. Cũ hęc dixiſſet,lachrymãtibus oĩbus qui aderãt, illud ſaluatoris verbũ ægre proferẽs,Pacẽ meã do vobis,pacẽ meã relinquo vobis,ſtatim morit̃ Bononiæ,ſepeliturq; in eccleſia fratrum Minoꝝ. Circiter annũ 1397. Abbacellenſes defectiõis ſuæ materiẽ quæſiere.iſti Abbacelleñ.fuerũt hoĩes ipſius monaſterij,ſed(vt pdictũ eſt)ab eo defecerũt,recuſaueruntq; abbati & monaſterio ſolita & cõſueta pſtare ſeruitia:ſed nec ſturã,cenſus aut redditus debitos ſoluere curabãt,ptendentes ſe pgrauatos & indebite tractatos. Vnde abbas vt rebellionẽ eoꝝ domaret,ligã fecit cũ* ſeptẽ ciuitatib⁹ imperialibus circa lacũ,Cõſtantia ſ. Vberlingen,Lindou, Rauenſpurg,Vuangen,& ad S.Gallũ. Cũ his abbas ducens aduerſus hos ruſticos,qui cõfugientes ad montana,& lapidibus vſi,de monte celeri curſu deſcẽdentes,in fugã verterunt exercitũ abbatis & ciuitatũ dictaꝝ,interfeceruntq; CCL.ex eis. Hac victoria potiti,ligã fecerũt cũ Suitenſibus & Glariſſis,inuaſeruntq; vicinos nobiles,quorũ ſubditos induxerunt ad rebellionẽ,ita ꝙ pari modo ſeruitia,cenſus aut redditus debitos pſtare recuſauerũt,nec finẽ fecerũt. Vnde coacti nobiles,inuocabãt ducẽ Auſtriæ, vt eis ſuccurreret,attento ꝙ pro maiori parte ſui eſſent miniſteriales. Erat rebellio hęc ſatis moleſta principi,& libenter abſtinuiſſet.ſciens q̃ antea paſſus fuerat à ſuis pprijs hoĩbus,adhæſerũtq; multi Abbacellenſibus. Tandẽ tñ victus pce nobiliũ & ciuitatum pdictaꝝ,anno 1415.in vigilia corporis Chriſti duxit exercitũ iuſtũ contra oppidum S.Galli,q̃d fouet partes Abbacelleñ.& dũ vaſtare cœpiſſet agrũ,ac ſine ordine hincinde palarent̃ Auſtrij milites,excurrentes Abbacellenſes occiderũt aliquot notabiles viros ex eis,comitẽ Hermannũ de Tierſtain,de Landenberg militẽ,Hermannum de Clingenberg militẽ,Hermannũ de Haluyl,& nõnullos alios. Cũ his ruſticis cõfœderabat ſe Rudolphus comes de Vuerdenberg,q ſine armis & equo pedes ſequebat̃ ruſticos. Nã dux Auſtriæ Fridericus eundẽ paulo ante fugarat e patria. Ordinauit autẽ idẽ dux mille ducentos viros ex ſuis nobilibus & ciuitatibus ligæ,qui Abbatiſcellã expugnare debebãt.hi cũ venirent ad cluſam,eã aperiunt,& ingrediunt̃.hoc videntes Abbacelleñ.qui fuerũt vix quadringenti numero,de pcipiti monte curſim deſcendũt aduerſus adſcendẽtes,& eos lapidibus miſſis laceſſunt,ex eiſq; in fuga occiſi ſunt trecenti & quinquaginta ad minus. In iſtis diebus habebãt cõfœderati ligã iuratã cũ duce Auſtriæ,& nihilominus aſſiſtentiã fecerũt Abbacelleñ.gloſſantes,ꝙ ſingulares aliqui ad iſtos declinarẽt nõ iuſſu aut permiſſu ligæ. Sed excuſare ſe nõ poterãt,quia terras & alia de domo Auſtriæ,ab ipſis Abbacelleñ.recipiebãt. Circa hæc tpa duxerunt Abbacelleñ.in Marcã,q̃ erat ducis Auſtriæ,& eã oppſſam dono dabãt Suitenſibus,à q̃ tpe tota Marca defecit ab Auſtriæ domo,cũ antea p multa tpa Suiteñ.reſtitiſſent. Anno igit̃ 1406.pdicti Abbacelleñ.multas iniurias Auſtriæ intulerũt principibus. Eodẽ anno Abbacelleñ.*xxxv.caſtrametati ſunt cõtra duces Auſtriæ,regnabãtq; in magna ſuperbia,ptendentes oĩm ſupplantare dominia. Placuit hoc vicinis ruſticis,ex quibus multi deficientes à ſuis dñis,illis adhæſerũt. Tunc tota vallis Rheni cũ Abbacelleñ.coniurabãt. Videntes hoc nobiles nõnulli,ſe ciues fecerunt Duregi,relicto du-

Abbacellenſiũ rebellio.

Suitẽſes Abbacellẽſibus auxiliati cõtra fœdera.

ce Austriæ, quē tñ pcibus antea induxerāt, vt belligerare cōtra pdictos rusticos cœperit. Et quis ipe dux cōtēplatiōe nobilitatis tutādæ onus belli agnouerat, ipsi tñ nobiles hoc nō attēto, stipēdia ab eodē duce ad opus pdictū exigebāt, prout hoc in longū describit materna lingua Eberardus Miller miles, & Sculterus Thuriceñ. In illis diebus oppidani de Vuinterthur, ciues facti sunt i Durego. Fert tñ id falso pactū. nā Hermānus comes de Sultz, prouinciæ Austrię aduocatus, propterea Sculterū in Vuinterthur submersit in flumine. Circa annū 1406. obsederūt Abbacelleñ. Brigantiā, ptendentes, vt ferebat, q expugnatis Brigantinis, nō vellent quiescere donec omnē extirparēt per totā Sueuiā nobilitatē. nā ciuitates imperiales illis (vt pdictus Eberardus scribit) plurimū fauebāt. Erat tū in castro Brigātino Guilielmus eiusdē loci comes. Vnde cōuenerūt epus Constantieñ. comes Rudolphus de Monteforti, & militia de vicinia, cū satis iusto exercitu, ducebātq; cōtra obsidētes pro liberatiōe obsessoꝝ. facta pugna, in fugā vertunt rustici, dimissis tormētis, machinis & īpedimētis suis. Deīde anno 1408. in die S. Hilarij cū esset frigus intēsum, obsidēt Abbacelleñ. rursus Brigātiā, qs tñ inde fugarūt auxiliatores comitis Guilielmi, occisis fere oībus, de q latius sequit. Anno 1408. Abbacelleñ. cū multa castra nobiliū destruxissent, obsederūt in mense Ianuario castrū Brigātiæ, vbi quasi oēs gladio sunt extincti p Guilielmū comitē Brigantinū & auxiliatores suos. Et ecce Berengarius nobilis vir de Landenberg, magna voce clamasse fert: Interficiamus mulieres cum paruulis suis, ne forte viuendo repullulent in perniciē nobilitatis, q per continuū septenniū grauissima damna ab his fuisset perpessa. Anno 1411. in mense Maio duxerunt Thuriceñ. Lucerneñ. vallis Vraniæ, Valesiani inferiores Suiteñ. in Longobardiā, & occupauerūt Thun, qd erat de dominio Mediolaneñ. cremauerūt turrim in valle Eschental. Verū redeuntibus ipsis, defecit rursus Thun ad dominū Mediolani, vnde moti, nōnunq ingressi sunt Longobardiā, vastātes & dānificantes eiusdē dominia, occupauerūt etiā aliqua castra, obtinuerūt & oppidū Bellentz & arcē, quā aliquāto post dñs Mediolani recuperauit, qd moleste ferebāt cōfœderati. Ideo anno 1422. circa festū Vdalrici exierunt Luceñ. Zug, Bassæ *vallensis & vallis Vraniæ, & requisierūt confœderatos oēs, & obsederūt oppidū Bellentz. Erat in oppido quidā capitaneus cū nōnullis armatæ militiæ, qui tantū tenebat silentiū, q cōfœderati putabāt eos timore oppidū deseruisse. Verū mane quodā capitaneus cū sibi adiunctis exiuit oppidū, videre volens quēadmodū se locassent. qs cum vidisset sine ordine, mox inuasit eos. Sunt eo die ex confœderatis circiter mille & centum desiderati, quia nolebant se captiuos dare, sed potius mori.

Brigantia obsidetur. — *Bellentz*

GENERATIO XLVIII.

ANno dñi 1410. incepit 48. generatio, in qua emersit imperij Rom. necnon apostolicæ sedis vacatio. Defuncto Alexandro 5. Bononiæ, cadinales cōclaui ordinati, elegerunt Rom. pontificē Balthazarē Cossam card. diaconum S. Eustathij, vocatus est in sua obediētia Iohānes 23. vir quidē fuit in tpalibus magnus, in spūalibus vero nullus & ineptus, vt scribit Leonardus Aretinus. Sūt aūt q dicāt nō probe liberā fuisse electionē, q & legatus Bonoñ. esset, & armatos milites tū in vrbe tum in agris pro statiōe habuerat, vt si pcario id obtinere nō posset, minis & armis tandē cōsequeret. Armis vsum crediderim ad tuendū Flaminiæ statū, e q recepit in fidē oppida q nup Italiæ tumultib⁹ descierāt. Veꝝ cū nouē annos lōga pace ciuitatē Bonoñ. mirū in modū auxisset, grandēq; pecuniā sibi comparasset, mortuo Alexandro largitione vsus, maxime vero erga cardinales à Gregorio creatos, pauperes adhuc, pōtifex creat. Quo facto, oratores statim ad electores imperij misit oratū, vt Sigismundū Hungarorū regē, imperatorē crearent, virū strenuū & ad oīa fortiter agenda promptissimū. hac em rōne hoīs gratiā aucupabat. Sigismūdus igit Caroli 4. Ro. imperatoris filius, natione Bohemus, origine Teutonicus, Hūgariæ & Bohemiæ rex, defuncto Ruperto Ro. rege anno salutis 1410. Francofordiæ ab electoribus Cæsar electus est. imperauit annos 27. princeps singulari prudētia, magnitudine animi, beneficētia & liberalitate insignis, corporis qq; maiestate ac decore illustris. erat clara facie inclytus, specioso ac robusto corpore. Is suscepto regno statim cū comitatu maximo vniuersam ferme Galliam Cisalpinā sedandi belli causa percurrit. & cū multa eius egregia facinora memoriæ prodita sunt, inter ea illud pclarissimū, q ecclesiā catholicā in tres partes diuisam, coacto apud Cōstantiā Sueuiæ vrbē gñali concilio, ad vnitatem redegit, vt paulo post dicet, Italia, Gallia, Hispania, Anglia eius rei causa peragratis, post & Basileeñ. cōcilio satis adhæsit. Iohānes vero pontifex post creationem suā Bononiæ fere per annū conuersatus est cū curia, Romā tandē petere statuit. fuerat em illa iam aliquantulū de regis Ladislai manibus extorta, vt dictū est, iter eius per agrū Florentinū & Senensem,

Iohannes 23. papa. — *Sigismūdus Imp. 107.*

sem,inde in vrbem fuit.post hæc apparatus facti,missæ aduersus Ladislaum copię.duces militię erāt Paul⁹ Vrsinus & Sphorcia,aderat q̄q; Ludouicus Andegaueñ.cui possessio regni q̄rebatur,iam pridem ab Alexandro rex appellatus.ab his cōmisso in finibus regni p̄lio,Ladisla⁹ ꝑfligatur,ꝙ si duces militiæ ꝑ parte pontificis & Andegauensis vti victoria sciuissent,actum fuisset de regno.sed morando ac tēpus terendo,reparandi exercitus facultatē victo dederūt.vox postea fuit Ladislai,q̄ die ꝑfligatus est,& sui corporis & totius regni potestatē in manibus hostiū fuisse.secūda vero die corporis sui potestatē amisisse,regni tñ adhuc dños esse potuisse,si ꝑsecuti victoriā fuissent: tertia vero die nec iam sui corporis, nec regni capiendi habuisse potestatē, aduersus illoꝝ vim se remedia cōparasse. Post hæc varia fortuna fuit,vt modo pax inter pontificē & regē,modo bellū vigeret. Cum aūt non multo post pōtifex pacē fecisset cum rege,p̄stitit ei rex obedientiā,dimisso Gregorio cui prius adhæserat. Et licet non multum de eo cōfideret pōtifex,sciēs de facili fractorē esse fidei,non tñ credebat ꝑ tūc contra eum aliq̄d attentare.Nam etsi audiebat regē versus Romā accedere,alias tñ causas p̄tendebat: sed reuera dñium intendebat vrbis resumere,ad q̄d Romani eum exules excitabāt.Quodā mane fractis mœnibus in aliq̄ parte,rex ingressus est vrbē.q̄d audiens Iohānes Pont.& intelligēs eum hostē,aufugit cum curia, cum non haberet defensorē.Rex aūt vrbē capiēs,in primis mercatores Florētinos spoliauit dolose.nam cum sua mercimonia & alia preciosiora occultassent paulo ante hoc timētes,p̄conizari fecit oēs tutos esse & substātias eoꝝ,ꝑpter q̄d illi securos se rati,occultata ꝑdiderūt:q̄ facto,eos & bona eoꝝ non vt rex,sed vt pirata pessimus,p̄datus est. Venit pōtifex Iohannes Florentiā,sed factiones ꝑ id tēpus in Florētinis vigebāt,aliis pōtifici,aliis regi fauētibus.ob eas factiones pontifex intra vrbē inuitatus non est,sed in suburbano epi resedit,curia aūt intra vrbē recepta. Rex igitur p̄fat⁹ ꝑ hæc ipsa tēpora vrbē Romam & alias oēs vrbes vsq; ad fines Senensiū Florentinoꝝq; occupauit, q̄ cum terribilis ac potēs esset,lateq; ꝑ Italiā dñaretur,nec vlla resistēdi cerneret spes, Iohannē Pōt.compulit ad extrema transalpinaq; auxilia respicere. Multa inter hæc de schismate tollendo Sigismundus solicitasse fertur,ad hūc Iohānes Pont.duos ex cardinalibus Ro. ecclesiæ legatos misit,iam pridē tñ agitata re inter eos literis & nūciis.vnicū q̄ppe remediū & imperatori & pōtifici videbat̄,gñale conciliū aduocari. Sed erant circa hæc ipsa cōstituēda ꝑmulta,ceu locus & tēpus & modus. Missi sunt igitur his de causis ad Sigismundū legati.hoꝝ missio legatoꝝ,ruinæ pōtificis initiū fuit:sed amotionis schismatis & vnionis fiendæ, non modica pars. Qua de re non videtur p̄tereundum,inquit Leonardus Aretinus,mirabile q̄ddam q̄d tunc accidit, vt oīa cœlitus gubernari cognoscamus.Cōmunicauerat, ait,mecum pōtifex arcane (secretarius em̄ eius erat) mentē cogitationemq; suam,dicēs:In loco concilii totum est,nec alicubi esse volo vbi imperator plus possit.Legatis igitur istis q̄ à me mittent̄,mandata amplissima ad honestatis speciem dabo,q̄ palam ostentare possint:secreto aūt mandatū restringā ad loca certa,& ipsa enumerauit.Cum in hoc ꝑposito multis diebus fuisset, tēpus aduenit q̄ legatos ꝑficisci oportebat.tūc remotis cæteris p̄ter me vnū,inq̄t Leonard⁹, legatos secreto allocutus est,multisq; verbis cohortat⁹ ad munus legationis diligētissime obeundū,q̄nti pōderis illa res esset,cuius rei gratia mitterent̄.Deinde cōuersus ad bñuolētiam,eoꝝ prudentiā fidemq; laudauit,ac melius illos cognoscere q̄d facto opus esset, q̄ se ipsum dixit.dum ista cōmemorat atq; inculcat,affectus ipse ꝑpositum diu cogitatum momento tēporis immutauit. Decreuerā, dicēs pontifex, loca q̄dam noīare,à q̄bus nullo modo discederetis:sed in hoc tēporis puncto sententiā muto,ac vr̄æ prudentiæ ꝑmitto.vos q̄d mihi tutū,q̄d formidandū,cogitetis.chartulāq; in q̄ ea loca scripta erant,in eorum p̄sentia lacerauit,absq; vlla alicuius loci noīatione.Legati igit̄ ad Sigismundū profecti,Constantiā pro loco concilii elegerunt,vrbem imperatori subiectam,q̄d imperatori multum placuit.Sed vbi intellexit Iohānes Pont. incredibile est q̄tum doluerit,se ipsum & fortunam suam detestatus.sed voluntati Dei resistere nemo potest.iam em̄ decreuerat Deus vt fieret vnū ouile & vnus pastor. Iohānes igit̄ principio hyemis e Florentia Bononiā adiit,nec multo post cōgressum Sigismundi petēs, in Galliam ꝑfectus est Cisalpinam.Mantuā petiit,vbi splendide & magnifice à Iohāne Francisco Gonzaga susceptus est,quem inde abiēs cum magna parte copiaꝝ Laudam,q̄ ventuꝝ Sigismūdū sciebat,secum duxit.multū em̄ huic principi fidebat. Cum itaq; pontifex & rex haudquaq̄ se tutos Laudæ arbitrarent̄,Iohannē Franciscū Mantuam,q̄ se velle ire dicebant,ad parandos cōmeatus disponendamq; vrbē propere mittūt,qui breui paratis rebus oībus,Cremonā,q̄ iam ꝑuenisse pontificē ac regē intellexerat,rediit.Hos inde Mantuam abducēs, populo omni fere obuiam effuso, opinionem

Ladislai clades.

Romā Ladislaus occupat.

Agit̄ de concilio Constantiensi.

Sigismundi & Ioh. papæ cōgressus.

oĩm benignitate & gratia superauit. His vero cõuenientibus Laudæ, Cremonæ, Mantuæ sunt habiti sermones de pellendo ex Latio, Vmbria, Etruria Ladislao, q Romam & multa ecclesiæ oppida occupauerat. Iohãnes relicto apud Cremonã imperatore, Mantuã petijt, exacta post hyeme Bononiã redijt. Ea æstate cum Bononiæ resideret, Ladislaus rex Apuliæ ꝓter spem oĩm morit. cum eñ exercitu maximo Perusiã venisset, Florẽtiniq; cõterriti relicta põtificis societate, ꝑ se ipsos receperñt pacẽ data grandi pecunia. Crotonio deuicto, retrocedẽs rex non bona valetudine, Neapolim redijt, ibi post paucos dies e vita migrauit anno 1413. Mortuo Ladislao, Iohãna soror eius in regnũ successit Apuliæ. Romę tũc ad arma & libertatẽ cõclamatũ est. affuit mox põtificius legatus, cuius opa breui pacata est ciuitas, sumpto de ciuibus supplicio, q noui motus fuerãt autores. Sequenti anno Bracchius Mõtonius Romã cum exercitu veniẽs, vrbe potitus, oppugnare arcẽ S. Angeli adortus est, q̃ firmo Iohannæ reginæ ꝓsidio tenebatur. vez superueniẽte Sphorcia militũ reginæ duce, nõ solũ Bracchiũ ab oppugnatione dimouit, sed etiã hoĩem vrbe expulit, Romanis in neutrã partẽ inclinantibus. Metuẽs aũt regina regnũ sibi auferri vel à pontifice, vel à duce Andegauiæ, q(vt ꝓdictum est) de regno erat inuestitus, in auxiliũ vocauit Alphonsum regẽ Aragonũ satis iuuenẽ, ad regni consortiũ illũ adoptãs in filiũ, instituẽs hæredẽ, q habito cõsilio suorum, cum ei suaderẽt abstinendũ, rñdisse fertur, Graue bellũ suscepturos nos esse fateor, vez eo ꝓclarius futuz, sine eñ labore & ꝑiculo nemo gloriã consecutus est, nos reginæ afflictæ opem feremus. moxq; cum decenti apparatu ad eam Neapolim accedẽs, de immẽso munere magnifice gratias agẽs, se offerẽs ad oĩa, qbus solet filius tãtam & talẽ matrẽ venerari. De origine Alphonsi regis sciendũ, q Ferdinandus Hispaniæ vlterioris & citerioris seu Aragoniæ ac Siciliæ & Sardiniæ rex, Iohãnis vlterioris Hispaniæ regis filius, rex qdẽ fide & sanctitate memorand⁹: hic regũ filius & frater & socer ac tutor fuit, qa Iohãnes pater ei⁹, vlterioris dũtaxat Hispaniæ rex erat & cũ decessisset, Henricũ & hũc Ferdinandũ filios reliquit. Hẽricus natu maior patri successit, in iuuẽtute decedẽs, filiũ reliquit puez Iohannẽ noĩe, huic Ferdinandus tutor factus, statim cõtra regẽ Mauroz Granatæ bellũ suscepit, & multis eũ regẽ attriuit, ciuitatibus qbusdam ereptis, ipsum puero Iohãni tributariũ fecit. Interea cõtigit Martinũ iuniorẽ Siciliæ regẽ mori, & paulo post eius pater Martinus citerioris Hispaniæ rex, vitæ finẽ fecit, nullo regnoz hærede relicto: qbus defunctis, regna ipsa magnis motibus iactari cœperũt, cum multi principes ꝓ suo iure cõtendebãt, principes regni tandem de eligendo rege cõsiliũ inierũt. Et qm̃ Hispaniæ regnũ vniuersum in tres ordines partitũ erat, s. procez, sacerdotũ & plebis, ex his magistratus ad eligendũ regem suscepti sunt, q Ferdinandũ tanq̃ nobiliorẽ & potentiorẽ apud Valentinã vrbẽ anno 1412. Aragoniæ seu citerioris Hispaniæ regẽ declarauerũt: q̊ creato, cõfestim totius occidentis legati ad gratulandũ illi missi sunt. Factus magnus Ferdinandus, latius eidẽ extendendi regni cupiditas creuit, & Baleariũ insulaz regi bello indicto, mox illũ deuicit, & regnum suæ ditioni adiecit. Deinde in Sardiniã mouẽs, illã breuibus ꝓlijs domuit. ac sic intra paucos dies triũ regnoz nobiliũ Ferdinandus, vir qdem Christianissimus, poti⁹ bonitate sua q̃ bello possessor fuit. Hic filiã vnicã Iohãni nepoti suo regi vlterioris Hispaniæ, cuius tutor erat, in vxorẽ collocarat. moriẽs deniq; hic Ferdinandus, q̃tuor mares reliquit, Alphonsum in regno successorẽ, Iohannẽ Lusitaniæ regẽ, Henricũ S. Iacobi magistrũ, & Petrũ natu minimũ. Alphonsus aũt Ferdinandi regis Aragoniæ filius, regnũ paternũ obtinuit adolescẽs, & bellicaz rez gloriã paucis pacis laudib⁹ ꝓferẽs, ad regnũ Siciliæ oculos adiecit. Regina Iohãna, postq̃ is in Apuliã acceptus erat, ignominia affecta ab eo, oẽm adoptionẽ factã annullauit: & ꝓpter vitiũ ingratitudinis, eum regni exhæredẽ fecit, at loco eius in filiũ adoptauit primogenitũ ducis Andegauiæ Ludouici illius, q cum Ladislao diu certauerat, ius in regno ꝓtendẽs, qui & ipse Ludouicus dictus, cum magna comitiua accedẽs, honorifice & affectuosissime susceptus est in ciuitate Auersana. Nam Neapolim occupabat Alphonsus, quã tñ postea insidijs Philippi Mariæ ex ꝓditione amisit, & plures alias ciuitates regni, ita vt modica sibi portione relicta, ad Siciliã declinaret, & regina Neapolim reuersa cũ curia sua & adoptiuo filio Ludouico, cui ex tũc ducatũ Calabriæ cõcessit, hæredẽ regni instituens. Ex q̊ postea Alphonsus etiam à Martino abrogatus regno extitit, & cum culparet põtificẽ, respõsum accepit, Ludouicũ Andegaueñ. ducẽ, ab Alexãdro 5. regẽ Apuliæ declaratũ, priuato Ladislao, approbãte Pisano cõcilio: hoc idẽ à Ioh. 23. cõfirmatũ esse, reijceret eam oẽm culpã in reginã. Iohanna itaq; simul & Ludouicus cũ Alphõso vario marte certabãt vsq; ad annũ dñi 1434. Anno vero dñi 1414. Concilium gñale Constantiæ *vrbi Sueuorum ad schisma tollendum, quod supra 30. annos durauerat, Sigis-

Ladislai interitus.

Ferdinand⁹ rex Hispan.

Alphonsus rex.

Lud. Andegauus.

Cõstãtiense concilium.

Sigiſmundi Cæſaris iuſſu & induſtria, Ioh. q̄q; 23. autoritate cœptū eſt celebrari. Tertia itaq; die ante feſtum Aſſumptionis B. Mariæ virginis venit illuc Iordanus cardinalis Oſtieñ. eṗs, ſequebat̃ eum non multo poſt Iohannes papa, admonētibus q̄buſdam ne id faceret, ꝙ vererent̃ ne cū pontifex accederet, priuatus rediret. V erꝝ his poſthabitis, circiter Octobrem Bononia mouēs, ꝑ V eroneñ. Tridentinumq́; agrum transmiſſis alpibus accedēs, procedēsq́; in vigilia Simonis & Iudæ Cōſtantiā applicuit, & prima nocte in cœnobio Creutzlingen dicto, extra portas vrbis manſit, vbi ꝑ dono abbatem infulatum fecit. mane facto, obuiam illi venit clerus totius vrbis ſolēniter congregatus, in ꝓceſſione cum reliquijs q̄ deuotiſs. potuit, totaq́; ciuitas effuſa eſt, ducens eum honorificētiſſime in palatium eṗale. ſubſequunt̃ eum nouē cardinales, deinde ciuitas dona obtulit ꝑ more patriæ, ſcyphum ex argēto deauratū q̄nq; marcaꝝ, vinum Italicum, Alſaticum ac ꝓuinciale, & 40. maldra auenæ. ſequenti feria 6. venerūt 6. cardinales de eius obedientia. Dn̄ica ante feſtum Martini cōgregari fecit Iohānes papa curiam, aderāt oēs cardinales, duo patriarchæ, archieṗi & eṗi plures in vigilia S. Martini eṗi fecit ꝓceſſionem ſolennem. venerūt iteꝝ quinq; cardinales de obedientia eius. Sigiſmund⁹ Cōſtantiam venit.

Sigiſmundus Ro. rex nondū aderat. is vero in vigilia Natiuitatis dn̄i venit in V berlingen, q̄d oppidum diſtat miliare Alemanicum à Cōſtantia. ſequebatur regem regina, inde rex certiorem fecit papam de aduentu ſuo, rogabatq́; vt cum miſſis aduētum ſuum ꝑ̄ſtolari dignaretur. noctu itaq; adſcendētes naues, Conſtantiā circa mediam noctem aduecti ſunt rex ipſe cum Barbara regina, Ciliæ comitiſſa. ſequebat̃ eam regina Boſnēſis Elizabeth, & Anna comitiſſa de V uirtemberg ex Burgrauijs Norinbergeñ. nata, aſſociatus regi dux Saxoniæ Ludouicus. Erat aūt frigus, vnde ductæ ſunt mulieres in æſtuarium, vt calefacerēt ſe ad horā. Deinde cum faculis ardentibus intrauerūt eccleſiam cathedralem, in q̄ papa Iohannes cantauit primam Miſſam. rex vero legit euangeliū, Exijt edictum à Cæſare Auguſto, in habitu diaconoꝝ. Eo q̄q; die papa reliquas ipſe duas cantauit Miſſas, & ſolenniter bn̄dixit ppl'm. Circa nouū annū venit ad cōciliū Ludouicus comes Palatinus Rheni & dux Bauariæ cum 400. equis. ſecutus eſt eum paulo poſt Ludouicus dux Sleſiæ cum 200. equis. ſecuti ſunt illos innumeri principes tum eccleſiaſtici tum ſeculares. Incredibiliq́; frequentia principum ꝑ̄latoꝝq́; cœpit in principio anni dn̄i 1415. conciliū celebrari, ita vt eſſent q̄n̄q; in eo loco equoꝝ ſupra 30. millia. Anno dn̄i 1415. in die purificationis B. Mariæ virginis ad inſtantiā oratoꝝ regnoꝝ Suediç, Daciæ & Noruegiæ, Iohannes papa canonizauit S. Brigittam, & benedixit luminaria. interfuerūt q̄tuor patriarchæ, cardinales 29. archieṗi 47. eṗi 160. ſecularium vero principum, comitum, baronum ac nobilium multitudo. S. Brigitta canonizata

Deinde feria ſexta poſt purificationem, acceſſerūt tres cardinales de obedientia Gregorij, cardinalis Raguſinus Iohannes ordinis ꝑ̄dicatorum, qui vt legatus miſſus à Gregorio, confirmauit concilium eius autoritate, tresq́; alij cardinales Gregorij, Gabriel qui poſt Martinum electus, dictus eſt Eugenius, Anton. Carboneñ. & adhuc alius, mox ſuperuenerūt, & ex illis duabus obedientijs, ſcilicet Iohannis & Gregorij, factum eſt vnum ouile. Circa hæc tēpora V uenceſlaus rex Boemiæ requiſitus à concilio, miſit Iohannē Hus ad Conſtantiā cum ſaluo conductu Sigiſmūdi regis. hic cum vidiſſet conciliū attendere facta ſua, timore ꝑculſus aufugere parat, clamq́; adſcendit currum ruſticanum, & ſtraminibus tectus, exiuit ciuitatem. Innotuit hoc magiſtro ciuium, q conuocatis ſatellitibus, inſecutus eſt eum. depræhēſum in fuga reduxit. fit concurſus ppl'i ad ſpectaculū, & turbatione facta, inter manus reducentiū elabitur, latibula q̄rens. ſed mox depræhēdit̃, ac Ioh. papæ traditur, q eum in palatio tenuit 8. dieb⁹, deinde cuſtodiæ mancipatur apud ꝑ̄dicatores. Per hæc tempora & Hieronymus venit Conſtantiam cum vno clerico. Auditus eſt Iohannes Hus in conſeſſu patrum, ætate maior & autoritate habitus, licet doctrina & facundia ſuperior eſſet Hieronymus. lecti ex om̄i natione patres diuini atq; humani iuris doctores, ſæpe cum his colloquia habuere, dogmata eorum à lege diuina aliena eſſe monſtrarūt, neq; bonis conducere moribus, rogauerūt ne plus ſapere q̄ eccleſia vellēt, ꝑegrinas opiniones relinquerent, ingenia ſua V uickleffoꝝ inſania non macularēt: eloquentiā, q̄ ꝑ̄diti eſſent, in corroborandis eccleſiç inſtitutis, non euertendis exercerēt: poſſe eos in conſpectu Dei & in militanti eccleſia ſublimem cōſequi locum. Stetere in ꝓpoſito ꝑtinaces, neq; victi rationibus, vinci voluerunt, ſe veraces, ſe S. Euangelij imitatores, ſe diſcipulos Chriſti eſſe, Romanam eccleſiam cæteraſq́; ꝑ orbem diſperſas, à traditionibus apl'orum abijſſe, q̄ opes atq; delicias ſectarentur, dn̄atum in populis & primos in conuiuijs accubitus exquirerēt, canes & equos alerent, eccleſiaꝝ bona q̄ Chriſti pauperibus deberent̃, ꝑ laſciuiam luxumq́; conſumerent, aut neſcire prorſus diuina mandata, aut ſcientes contemne- Iohan. Hus Conſtantiā vocatus. Vuickleſi diſciplina damnata.

mnere. Primores magnæ synodi, vbi ptinaciā & immutabiles animos pditorum hoīm aduerterūt, membra ecclesiæ putrida, q̄ sanari non poterāt, ne reliquum corpus infice rēt, resecanda censuerūt. lata est in cōsensu patrū aduersus ptinaces sententia, cremandos esse q doctrinā ecclesiæ respuerēt: cōdēnataq́; hæresis Vuickleff. Prior itaq; Iohānes Hus cōbustus est sexta feria post festū S. Vdalrici, Hieronymus diu post in vinculis habitus, cum resipiscere nollet, pari supplicio affectus, sabbato ante Exaltationē S. Crucis anno 1415. Pertulerūt ambo cōstanti animo necem, & q̄si ad epulas inuitati, ad incendiū pperabant, nullam emittentes vocem, q̄ miseri animi posset facere indicium. vbi ardere cœperūt, hymnum cecinere, quem vix flāma & fragor ignis intercipere potuit. cineres exustorum, ne raperent à Boemis, in lacum piecti sunt. discipuli vero eorum, ex eo solo terram abstulere, in q̄ ignis fuit, eamq́; veluti sacram secum attulere in patriam. Iohānes ac Hieroñ. apud Boemos martyrum honores meruerūt, nec minores q̄ Petrus & Paulus apud Romanos. Intellectis his in Boiemia, q̄ Cōstantiæ gesta fure de Iohāne & Hieroñ. discipuli eorum sequacesq́; oēs in vnum cōuenientes, in primis memoriam defunctorum cōsecrant, celebrandāq; q̄tannis decernūt. Exin p amicos nōnullas ecclesias à rege sibi tradi extorquēt, in qbus suæ plebi p̄dicare, sacramentaq́; ministrare libere possent. Neq; cōtenti, apud Stauoniam nobile monasteriū fratrum p̄dicatorum extra muros, à fundamentis deiiciūt, eaq́; prima ecclesiarum ruina in Hussitarum nouitate facta. mox decurritur, & ecclesiæ monasteriaq́; passim nobilissima ferro atque igne vastant. nullum regnum tum totius Europæ, tam frequētibus, tam augustis, tam ornatis tēplis ditatum fuisse, q̄ Boiemia fertur. Fuit inter cætera monasteriū aulæ regiæ apud ripā Maltauiæ, q̄* Mosa fluuius illi iungitur, sitū, in q̄ regū erāt corpora, singularis excellētiæ, in latere ambitus vetus nouūq; testamentū lïteris maiusculis in tabulis scriptū cōtinebat. Sed hoc decus post Vuenceslai mortē Hussitarum rabies deleuit, q postq̄ ecclesias plurimas deiecerūt, monasteria incenderūt, castellum petētes, cui Behingne nomē, 8. fere milliario ab oppido, q̄d nūc Tabor appellāt, 30 millia hoīm conuenere, atq; ibi 300. mensas in patentibus campis erexere, ex qbus pplo sacramentū calicis ministrauere. Terruit ea congregatio Vuenceslaum regem, verentē ne arma in se verterēt, nec periculo caruit Vuenceslaus. ei saluti fuit Coranda, singulari facundia presbyter in plebibus auditus, q dum pplm de rep. admoneret, inter cætera: Quanq̄, inquit, viri fratres inertem sortiti regem sumus, si tñ cæteros expendimus, nemo est quem nostro regi anteferamus: est qetus, benignus, nostri amās. nam qs eo regnante nos lacessere audet? licet nobis ex voto viuere nostro, nō est eadem sibi, q̄ nobis, de religione sententia. ritum nostrum neq; ipse pturbat, neq; alios pturbare sinit. par est vt preces p eo fundamus, vtq; singuli ei vitam rogemus, cuius desidia, nostra salus, nostra quies est. q̄d cum ab exploratorib⁹ rex cognouisset, quieto animo fuit: & factus ex tepido frigidus, Corandā inter amicos habuit. Ad conciliū redeo: anno 1415. prima die Martii papa Iohannes, q̄d sequitur, decretum publicari fecit. Iohannes eps seruus seruorum Dei, vniuersis Christi fidelibus p̄sentes literas inspecturis, salutem & aplicam bñdictionem: Vniuersitati & vestrum singulis innotescat, q ppter qetem totius ppli Christiani, profiteor, promitto, spondeo, voueo & iuro Deo & ecclesiæ & huic sacro cōcilio, sponte & libere dare potestatē ipsi ecclesiæ p viam meæ simplicis cessionis papatus, & etiam facere & implere cum effectu iuxta deliberationem p̄sentis concilii: si & qñ Petrus de Luna Bñdictus 13. & Angelus Corarius Gregorius 12. in suis obedientiis nuncupati, papatu quē ptendūt, p se vel pcuratores suos legitimos similiter cedāt: & etiam in q̄cunq; casu cessionis vel decessus, aut alio in q̄ p meam cessionem poterit dari vnio ecclesiæ ad extirpationem p̄sentis schismatis. acta sunt hæc in Cōstantia anno dñi 1415. prima die Martii, pontificatus nostri anno 5. Postea dñica Lætare celebrauit papa Iohannes Missam, & benedixit rosam, quam dedit regi Ro. hanc rosam donauit rex B. Mariæ in summo. papa inuitauit regem, principes ecclesiasticos & seculares eo die. Secunda feria post Lætare, consultatio facta est sessione publica, q vnus papa ecclesiæ p̄ficeretur. tum surgēs archieps Moguntinus, protestabatur, nisi Iohan. 23. eligeretur, q nunq̄ alteri obedientiā p̄staret. Verum dum in concilio facta esset oībus dicendi copia, multa crimina, & quidē grauissima, obiecta sunt Iohanni. vnde paulo post discordiæ inter eum & Sigismundū oriri cœperunt. itaq; secūda feria post dñicam passionis papa Iohannes cōsiderās intentionē concilii, cepit pœnitere, dicens se ac suos non esse securos, nec se libere posse agere. Innotuit hoc Cæsari, qui papam accessit. intelligo, inquit, pater sancte querelas vestras, q sanctitas vestra non sit hic secura. adsumus, & vobis dabimus plenam securitatem, & si vtique vultis alio in loco esse, conducemus, & saluum conductum dabimus plenissimum. intellexit quoque rex

Boemicæ ecclesiæ vastitas.

Iohā. papæ edictum.

rex Fridericum ducem Austriæ de abducendo papa tractare. vnde vocauit eum,& ne talia p̄sumeret monuit. verũ dux oĩa negauit. His non attentis, Iohãnes papa clam abire cõstituit, veritus ne papatui cedere cogeret, adiut⁹ ad hoc,& plane inuitat⁹ factione Mogũtini archiep̄i & Friderici ducis Austriæ: q cum imperatori aduersarent, crescere ei⁹ autoritatẽ ex oppressiõe põtificis verebãt. Iohã. itaq; 20. die Martij hora post meridiẽ, equũ adscẽdit, indut⁹ grisea chlamyde & cappa grisea incognitus, ciuitatem exiuit. postea adscẽdit nauiculã, put dux p̄ordinauerat, in oppidũ Schaffhusen puenit. Cardinaliũ nemo fuit cõscius. Secuti sunt tñ postea pleriq; sub specie reducẽdi recõciliandiq;. qui cũ nihil pficerẽt, verẽtes Cõstantiã redire, ne forte suis dignitatibus priuarent. Altera vero die Cæsar pclamari fecit fugam papę,& q̈ nemo curaret, sciret em̃ q̃ pacto reduceretur. Vnde altera post Bñdicti diẽ cõuocari fecit principes,& accusauit Fridericũ ducẽ Austriæ, q̈ autor atq; adiutor papæ in fugiẽdo fuerit, in cõcilij iniuriã Christianæq; reip. piculum maximũ, adiecit, dictũ ducẽ offendisse etiã priuatos plurimos. Citatur itaq; Fridericus publice in cõcilio p abductione papæ. Cæsar vero eundẽ p edictũ citari in dñica Quasi modo, curauit, & eius citationis virtute Cæsar absoluit oẽs subditos Friderici ab obediẽtia eius. priuauit eum feudis & oĩbus bonis, corpus & bona illius exposuit oĩbus, sine mora q̃q; rex occupari fecit oppida ducis Stain, Frauenfeld, quidã alij occupauerũt oppidũ Feldkirch & Curualhen, Suitenses, Vualdẽses cum suis cõfœderatis occupauerũt oppida & munitiones in terra dicta Ergoia, q̃ hodie est in potestate eo℞, Baden, Mellingen, Premgarten, Vuallẽstat, Diessenhofen. Iohã. papæ fuga.

Fridericus Austriæ dux

Interea papa in Schaffhusen territus, in parasceue post meridiẽ abijt, ac in oppidũ Lofenberg puenit, ab eo loco in Friburgum cõfugit, iturus inde, si tuto fieri posset, ad Burgundiæ ducẽ. Scripsit aũt ex Friburgo cõcilio in hæc verba: Iohan. ep̄s seruus seruo℞ Dei: Vniuersis innotescat, q̈ cum pter metũ qui cadere potuit in cõstantẽ viꝝ, de ciuitate Cõstañ. recesserimus, ne hac occasione Petrus de Luna & Angelus Corarius ĩ suis obediẽtijs noĩati, allegãtes impressionẽ nobis factã, se q̃uis modo ab accessiõe retraherẽt,& sic ptraheret effectus pacis & vnionis ecclesiæ, ad q̃rum effectũ desideria nostra tendũt. Ex Friburgo &c. Interim Cõstantiæ mediatoribus principib⁹ inter regẽ & ducẽ Fridericũ cõpositio facta est, vigore cuius dux Frid. psonaliter in manus Cæsaris se & sua oĩa bona resignãs, sub hac forma desup literas tradidit: Nos Fridericus Dei gr̃a dux Austriæ, Stiriæ, Carinthiæ &c. Fatemur nos indignationẽ regiæ maiestatis incurrisse, eapropter nos & nostra in manus suæ maiestatis tradimus &c. in bona forma. Datum 27. die Martij mẽsis anno 1415. Eodem tẽpore cõsistoriũ prouinciale in Turgoia Cæsar pro certa pecunia℞ q̃ntitate impignorauit Cõstantiensibus. Dux́q; Frid. scripto oẽs sibi subditas ciuitates absoluit, q̃ gratia venerũt ciues de Schaffhusen, Rudolffzell, Diessenhofen, Neuenburg, Brisach,& pleræq; aliæ ciuitates, dedentes se Cæsari pro imperio acceptanti. Iurauit etiam dux ipse papã Iohannẽ cõcilio rep̄sentare. fecit in eo q̃tum potuit,& eundẽ Iohannẽ vsq; ad Cellam Rudolphi pduxit. nũciauit inde cõcilio, q̈ nisi vi adhibita non posset eum vltra pducere. hæc scripsi ex actis cõcilij. Curante post hæc cõcilio, Iohãnes capit,& in insula S. Marci prope Constantiã, vulgo Richnau, carceri mãcipatur. Causam fugæ disquirere cõciliũ tũ cœpit, certosq; iudices viros grauissimos delegit, qui crimina homini obiecta discuterẽt, eademq; ex ordine referrẽt. ad 40. capitula cõtra hoĩem probata sunt. Veniẽtibusq; oĩb⁹ in eandẽ sententiã, Iohãnes merito põtificatu eiectus, sentẽtiã in se latã approbat: pontificatu, siue spõte, siue inuitus, se abdicauit. q̃ facto, statim ad Ludouicũ comitẽ Palatinũ custodiendus mittitur donec aliud decerneretur, in Manhẽ oppido triennio sine cubiculario famulove Italico diligẽter asseruatus est. Teutonici erãt custodes oẽs, qbus cũ Iohãnes nutu & signis loquebat, cũ nec ipse linguã Teutonicã, nec illi vicissim Italicã scirẽt. Cõciliũ itaq;, vt abrogationẽ à se factã, verã & integrã *indicaret, synodicũ decretũ pmulgauit, q̃ affirmabat cõciliũ gñale legitime cõgregatũ habere à Chr̃o ptãtem, hoc qdẽ fundamẽto, ip̄m etiã põtificẽ cõcilio subiecit. Quare Gregorio 12. necesse fuit, suadẽte etiã Cæsare, aliquẽ ad cõciliũ mittere, cũ ipse pficisci recusaret, qui suo noĩe cõcilij sententiã approbaret. Missus itaq; Carol⁹ Malatesta, vir certe insignis, cum videret oẽs in hãc sententiã venire, vt Gregorius q̃q; põtificatu se abdicaret, in publicũ prodiẽs, ac in sede Gregorij nõ aliter extructa, acsi ipse adesset, collocat: plectaq; renũciandi facultate, Gregoriũ põtificatu abdicat, quẽ statim cõuentus oĩs p tã libera abdicatiõe, agri Piceni legatũ creat. nõ multo post Gregori⁹ Recaneti morit, dolore animi, vt aiunt, propter subitam abrogationem ante constitutum tempus à Carolo factam. in longum em̃ rem protrahi volebat, in mora spem aliquam ponẽs. mortuus itaq; in Recanetẽsi ecclesia sepelit. eius aũt resignatio facta est in die S. Vdalrici, 4. die mensis

Ioh. 23. captus.

Manhem.

Gregorius pontificatu abdicatus.

mẽsis Iulij, cum antehac in vigilia Corporis Christi condẽnatus esset Ioh.23. anno dñi 1415. Lentũ deinde conciliũ fuit, cum & corrigere in ecclesia multa, ac tollere penitus schisma niteretur, q̃ multo tẽpore egebãt. varia negocia interpellabãt, ocij interea nullus erat locus. Sublatis eñi duobus põtificibus, tertius, in q̃ abrogando maior difficultas apparebat, restabat, Petrus de Luna, Benedictus 13. appellatus. Post multos labores in concilio habitos, Imp. Sigismundus vnà cum oratoribus concilij anno 1416. in mense Iulio iter ad reges Franciæ, Angliæ ac Aragoniæ cepit, rectoq; itinere ad reges Franciæ & Angliæ puenit, eos adhortatus, vt p salute Christiani nõis iam ob schisma periclitantis, in abrogando Benedicto, sublatis alijs duobus, eius sequerent sententiã. Grato aũt respõso accepto, inde Narbonã pperat ad Ferdinandũ Aragonum regem, cuius ppl'i magna pars Bñdicto obtẽperabat: q̃ cum inter alia capitula pactus est, vt Benedictum rõnibus moneret ea facere, q̃ Gregorius & Iohãnes in cõcilio egissent. id vero si facere recusaret, ppl'os cogeret ab eo ad conciliũ Constantieñ. deficere. Bñdictus aũt in castello Peninsulæ loco munitissimo se continẽs, moueri suasionibus à sentẽtia sua non poterat, φ diceret se verũ Christi vicarium esse, & Constantiã non esse locũ libertati ecclesiasticæ cõuenientẽ, cum Iohã.23. ab his etiã abdicare se põtificatu coact⁹ fuerit, q partes suas antea sequebant. Tum vero principes Hispanię cernentes ptinaciam Benedicti, concilij opinionem secuti, in reliquorũ sententiã puenere. Scripsit continuo Sigismundus concilio, φ oẽs reges & principes dimisissent Benedictũ, sequerenturq; conciliũ. Anno igitur dñi 1417. circa festum purificationis Mariæ reuersus est rex Constantiã, cum gaudio magno susceptus. agebatur res concilio qnq; nationum suffragijs. qcquid aũt decernebatur, id ratum erat & p curia enũciabat, si oim consensu postea confirmatũ fuisset. Qua qdem autoritate Bñdictus, discussa aliquandiu re, 18. die Martij accensis candelis & pulsatis campanis, anathematizatur, reiectisq; rõnibus eorũ q cum eo sentiebãt, pontificatu priuatur, & vt hæreticus ac schismaticus à cũctis habendus declaratur. In octaua Paschæ Fridericus Burgrauius Norinbergeñ. marchio Brandenburgeñ. creatus est, & paulo post Adolphus comes de Cleue, dux factus est. Deinde in Boemia surrexit post Iohannẽ Hus, alius pseudosacerdos Iohannes qdam ex ordine Præmonstrateñ. impius monachus, ad oĩe scelus audax, q cum p̃dicaret Pragæ apud S. Stephanũ, neq; bene sapere videret, officio motus est p epm. monasteriũ hinc Carmelitarũ inuasit, tum singulis fere diebus sacram eucharistiã p suas ecclesias circunuectabãt hæretici: q; cũ paucas esse dicerẽt, ductore Nicolao viro eius loci dño, vnde Iohannẽ Hus originẽ trahere diximus, in regiã tumultuarie prumpentes, Vuenceslaũ orauere, vt daret sibi ampliores ecclesias, q iam ppl'i maiorẽ partẽ obtinerẽt. audiuit rex benigne Nicolaũ p multitudine loquentẽ, vtq; in posterũ diẽ rediret, iussit. Deinde misso ppl'o, ad Nicolaũ q mãserat, cõuersus: Tu, inqt, q̃ nos e regno eijceres orditus es telã: at ego laqueũ inde efficiã, q̃ te postea strangulẽ. Ille abiẽs, populares magis ac magis accendit. Rex in arcẽ *Visegradẽsem vrbi vicinã sese recepit, missis ad fratrẽ Sigismundũ oratoribus, q eius auxiliũ implorarẽt: cõsulibus aũt nouæ ciuitatis Prageñ. ne vlterius ab hæreticis dñicum corpus in põpa deferri sinerẽt, imperauit. At hæretici post hæc apud ecclesiã Carmelitarũ cõueniẽtes, ad ædẽ S. Stephani eucharistiam p plurimas plateas atq; ecclesias armati circũtulere, ibiq; domũ sacerdotis, suis ineptijs non consentientis, diripuere: & sublato clamore ingẽti, furẽtes p̃torium petiere. cõsules vndecim metu pculsi, fuga saluati sunt: septẽ q remãserãt, & cum his iudex vrbis, atq; alij nõnulli ciues, raptim intercepti, ex altissimis fenestris in forũ p̃cipitati, lanceis ac verubus irati ppl'i excepti, dirũ spectaculũ p̃buere, stante in foro Iohanne monacho, sacrũ Christi corpus sanguinario ppl'o ministrante. Camerarius regni, qui cum 300. equitibus ad sedandũ tumultũ occurrerat, vbi furentẽ plebẽ animaduertit, de sua vita solicitus, fuga sibi cõsuluit. Ea cum regi renunciarent, cũctiq; circũstãtes attoniti facinus detestarent: At ego, inquit pincerna, futura hæc p̃scieram. quem rex indignatus correptum, repente in pedes suos pstrauit, & arrepto pugione conatus est interficere. sed impeditus à circũstantib⁹, ægre illi vitam dimisit. Nec mora, paralysi correptus ægrotare cœpit, atq; intra 8. & 10. dies, signatis noĩbus hæreticorũ, q̃s neci destinauerat, fratrem assidue vocitãs, & amicorũ auxilia anxius expectãs, ante excessit, q̃ vocati principes adessent. delatum est cadauer ad ecclesiam S. Viti in arce, & inde ad aulam regiam, ibiq; conditũ in sepulchro q̃d sibi delegerat. Sed postea cum monasteriũ ipsum ab hæreticis diripere, & sepulchra regũ effringerent, cadaueraq; eijcerent, quidã pisciculos vẽdere solitus, regis quẽ amauerat, corpus clã collegit, & in loculo apud se domi cõdidit. Interiecto deinde tẽpore, reb⁹ in meliorẽ fortunã delatis, cum Vuenceslai corpus quæreretur, acceptis 20. aureis, illud reddidit. mortuus

Benedictus priuatur.

Frid. Burg. Norinbergeñ.

Boemicæ furiæ.

Vuenceslai interitus.

tuus est aūt rex Vuēceslaus anno 1418. At incineratione Iohānis Hus & Hieronymi ferunt impatorem nō æq̄ aīo tulisse, propter saluum conductum eis datū. respondit ei sacrosancta synodus, eum argui nō posse de fide mentita, qa cōcilium ipsum nō dederat eis saluū cōductum, & cōcilium maius est impatore: & ideo non potuisse cōtra voluntatē cōcilij id cōcedere, pcipue in factis fidei, cui determinationi vt bonus filius ecclesiæ, acquieuit. Rebus hoc modo cōpositis, cū de restituenda ecclesia, emendandisq; moribus clericoꝝ mentio haberetur, fieri id nō posse existimarūt vacante sede. Vnde de eligendo nouo pōtifice sermo est habitus. ordinatū est spiritu sancto suggerente, q̄d alias nō putaē seruatū, & hoc ad maiorē cōcordiam, vt vltra voces cardinaliū q erant de triplici obedientia, s. Gregorij, Iohānis & Benedicti, adderenē ex q̄libet natione qnq; plati, q vocem cū cardinalibus in electione fienda haberēt. Cōclaue igiē intrantibus, infra paucos dies electus est ab oībus post aliquā discussionē & vocū variationē vnanimiter & cōcorditer Otho cardinalis de Columna, vocatusq; Martinus quintus, anno 1417. mense Nouemb. Effusus nimio gaudio impator, nullo habito dignitatis suæ discrimine, cōclaue ingressus, gr̄as oībus egit, q tantū viꝝ & tam necessarium reip. Chr̄ianæ prope extinctæ delegissent: & ante pōtificem prostratus, cū summa veneratione eius pedes osculatus est, quem cōtra pōtifex amplexus, nō secus ac fratrē in precio habuit, gr̄as egit q sua opa & industria pax tādem ecclesiæ Dei reddita est. vocari aūt Martinus voluit, q ea electio in diui Martini celebritate habita fuisset. Veꝝ ad tollendū oēm scrupulū circa beneficia olim collata, & gratias cōcessas, & ordinationes factas & alienationes, qa q̄libet illoꝝ trium asseruerat se veꝝ & indubitatū Romanæ ecclesiæ pōtificem: sanctissime statutū est, vt q̄dcunq; fuisset factum in partibus obedientiæ alicuius illoꝝ, id esset ratū, firmum & stabile. Episcopi vero facti & cardinales à Gregorio & Iohāne & Benedicto ante depositionē vel renūciationem alicuius eoꝝ, remanserūt in sua dignitate & honore. Et om̄es cēsuræ quas aliq cōtraxissent in tali ambiguo, ablatæ sunt: & q simplicitate ducti ex laicis, credentes in istū vel in illum, maioꝝ vestigia sequentes, iudicātur excusati. Sed qui causa honoris & temporalitatis alicui eoꝝ adhæserat cōtra cōscientiam, nō excusabaē. Et ad cautelam fuit facta quædā relaxatio gn̄alis oīm censuraꝝ, quas qcunq; incurrissent ratione dicti schismatis, ac etiā om̄es indulgētiæ plenariæ positæ in qbuscunq; locis ad instar alterius indulgentiæ positæ alicubi annullatæ sunt. Diciē etiā, bullas solēnes regni Apuliæ adeundi & possidendi, fuisse cōcessas per cōcilium duci Andegaueñ. Ludouico & successorib⁹ suis. In ipso etiā concilio editæ sunt quædam cōstitutiones: vna cōtra simoniacos, q electiones, postulatiōes, cōfirmationes, prouisiōes vel simoniacæ, nullæ sint ipso iure: simoniace puisi, fructus suos nō faciāt, sed ad illoꝝ restitutiōem teneanē: & q dantes & recipientes, sententiam execrationis incurrant. Item alia cōstitutio cōtra mendicātes transeuntes ad alias religiōes sine dispensatione papæ, excepto, si transeant ad Carthusiēses, execratur ipso facto & recipiētes eosdē, absolutionē Sedi Ap. reseruat, annullat nihilominus cōtrafactum. Insup cōstitutionē edidit cōcilium, quæ incipit, Ad euitandum scandala, q nemo teneaē à cōmunione alicuius ptextu censuræ ecclesiasticæ abstinere, aut interdictū ecclesiasticū seruare ante denunciationē expressam, & specialiter excipit notorie excōmunicatum p iniectiōe manuum in clericū. Anno 1417. Martinus natione Romanus, ex familia Columneñ. eligitur. sedit annis 14. Is à teneris annis cura parentū moribus & literis imbutus, iuri pōtificio Perusii operā dedit. diacon⁹ cardinalis postea ab Innocētio VI. creatus, nec ob eam rem à natura sua discessit. humanior em̄ q̄ antea factus, patrociniū suū oībus pstabat, ita tñ, q reb⁹ publicis nō multum se immiscebat. nam in cōuentu Constañ. multæ in vtranq; partē altercationes cū haberenē, ipse mediū quoddā tenuit, q̄ in alterutrā partē inclinare nullo modo videbatur, cōmuni vtilitati cōsulens. hanc ob rem impatori & cardinalibus gratus pontifex creaē. eius sermo plenus sentētijs erat. excidebat nullū verbū tam crebro, q̄ iustitiæ nomen. ad suos psępe cōuersus, his verbis vtebaē: Diligite iustitiā q iudicatis terram. Adeptus magistratū, cū restare adhuc caput renascētis hydrę cerneret schismatis, Benedictū* Lunā cū aliq̄t cardd. & platis, Peninsulæ tanq̄ in arce schismatis se cōtinentem, qbusdā Aragonię populis, in vtram partē inclinarent, adhuc titubantibus, approbante concilio, Othomaꝝ viꝝ doctissimū patria Florentinū, S. Eusebij presbyteꝝ card. legatū e latere suo in Aragoniā mittit, q sub pœnis & censura ecclesiastica Petrū de Luna admoneret, vt se pontificatu abdicaret. Cardinales autē q cum Petro sentiebāt, intelligentes vltimam cōcilij & pōtificis sententiam, Petrū ipsum adeunt, rogantq; vt de ecclesia Dei tandē om̄e schisma tollat, q̄ iam multis annis Christiana resp. magnis calamitatibus afflicta erat, id quod ob salutē ecclesię Gregorius & Iohānes fecissent. Re

Martinus 5. papa.

Censuraꝝ modus e Cōcilio.

Cōstitutiones Cōcilij.

spondit Benedictus id sibi nequaq̃ integrũ esse, cũ Martino vero cõuentuꝝ, si vera essent quæ de hoĩs integritate dicerent: sinerẽt sibi id negocij, nec amplius ea de re soliciti essent. Ex q̃tuor cardd. duo pertinaciã hoĩs cõspicientes, ab eo ad Martinũ statim defecere. q manſere secum, anticardinales sunt habiti. Martini q̃q; autoritatem Hispania oĩs statim secuta est. Idẽ fecere nõ multo post Scoti & Armeniaci, atq; ita vna resp. Chr̃iana, Peninsula dũtaxat excepta, Martinũ secuta est. Anno dñi 1412. Hẽricus rex Anglię 4. morit, & fili⁹ suus Hẽricus 5. succedit ĩ regno. Anno deinde 1415. Hẽricus 5. rex Anglię venit in Franciã cũ exercitu, cepit Harfleũ. tum ducẽs exercitũ p Picardiã, apud Blangiũ Frãci cũ eo pugnãtes, victi sunt. Scribit Aeneas Sylui⁹, ꝙ Hẽricus iste fuit cũ exercitu suo circũuentus à Frãcis, ita ꝙ dimittere voluit q̃cũq; obtinuisset ĩ Francia, si cum suis incolumis abire ꝑmitteretur. negantibus Gallicis, noctu (ita eñ impetrauerat inducias) vocatis ducibus, Neq; fugere, inq̃t, cõmilitones, neq; pacem ex hostibus conseq̃ possumus, q̃uis cedere regno Galliæ voluerimus. sola nos arma tueri possunt. nõ est cur tantũ exercitum formidetis. iustam causam iustus Deus adiuuabit. ite, & alter alteri peccata vestra cõfitemini, pusillumq́; terrę ob memoriam sacramẽti Eucharistiæ saluatoris alter alteri porrigite. crastina die liberabit nos domin⁹ ex manib⁹ inimicorum. sic dimissa concione, peractis quæ iusserat, curare milites corpora præcepit. Orto die, cõmissum est ꝑlium. ceciderunt Francoꝝ millia quatuor genere illustri, Angloꝝ quadringẽti cum duce Eboraceñ. regis fratre. in Angloꝝ potestatem viui venerũt Aurelianus & Borbonius duces, comes Vindoniceñ. comes de Richmont, Marscallus Bossicardus, quos oẽs in Angliam Henricus captiuos duxit. rex Frãciæ prælio nõ affuit. Anno dñi 1416. Sigismundus imp. venit Parisios, & post in Angliam animo faciendæ pacis, q postea cum rege Hẽrico venit Calesiũ, vbi cũ duce Burgũdiæ secreto collocuti sunt, nec rex Angliæ pacẽ admisit. Nec multo post tẽpore, Burgũdi Philippi opa adiutus Hẽricus v. Parisios & alia quædã Galliæ loca accepit, & inter reges pactio intercessit Aecaterinæ Caroli filiæ noĩe, quã Anglus vxorẽ duxit. Anno dñi 1415. Philippus Maria tertius Mediolaneñ. dux, Iohannis Galeatij filius, in paternum ducatũ restitutus, impauit annis 32. vir magnanimus & sapientissimus. Is Mediolanũ principio adeptus, cũ oẽs suæ ditionis ciuitates à tyrannis occuparentur, Beatricẽ consilio proceꝝ suoꝝ Canis Facini relictã annosam, duxit vxorem, à qua ingẽtem vim auri atq; argenti suscipiẽs, mox exercitus magnos cõscripsit, & Matthæo q̊dam Teutonico & Criminola ducib⁹, sua recupauit, addiditq́; ad paternã dñationem Genuã potẽtiss. vrbẽ. fuit Martino V. amicissimus, Iohannã Apuliæ reginã, ab Alfonso rege pulsam, sua virtute & potẽtia restituit in regnũ. Tandẽ post innũera gesta cęcus factus anno Christi 1447. profluuio ventris correptus, decessit nõ relictis liberis, nisi Blanca Maria illegitima. nam habuit secundã vxorẽ Amedei ducis Sabaudioꝝ filiã, quã virginẽ dimisisse fert. scribũt etiã aliq, ꝙ primã vxorem suspicione damnatã, interire fecerit. Durarat Cõstantiæ cõcilium hactenus circiter annos quatuor, vbi cum vnita esset resp. Christiana, schismatisq́; autores abrogati, cautum est, ne vnquã tantis schismatibus turbaret res Christiana, vt Concilioꝝ freq̃ẽtia intercederet. Placuitq́; vt posthac concilia agerentur gñalia. Primũ à fine huius in quinquenniũ proximum, secundũ vero ab illius fine in septenniũ, deinceps de decennio in decenniũ. ꝙ́ ꝗ gñale conciliũ conuocet in locis, quę põtifex Max. per mẽsem ante finem cuiusq; concilij, ap̃pbãtibus patrib⁹, deputarit. terminũ cõuentus, vt & locũ, ex causa poterit pontifex breuiorẽ, nõ lõgiorem, statuere. Estq́; deputata proximo cõcilio Papia. acta sunt hæc anno dñi 1417. q, cum pacta essent cuius causa cõuenerant Europæ ꝓceres, concilium solutũ est. Martinus abiens Cõstantia, p Sabaudiã iter faciens, Mediolanũ ꝑuenit, vbi à Philippo Maria duce ꝑbenigne suscipit. Mantuã*, deinde Ferrariã, ac demũ per Flaminiã iter faciens, Florẽtiam inuisit, vitata de industria Bononia, q̃ posteaq̃ intellexerat Iohannẽ coactũ abdicare se pontificatu, pulsis ecclesiæ magistratibus, in libertatẽ se vendicauerat. Martinus Florentiã veniẽs, offendit *Brachiũ Montoniũ virum in re militari p̃stantem, Perusiũ, ducatũ Spoletinũ, & magnam patrimonij partẽ occupasse, conductis mercede q̃busdam tyrannis circũquaq; positis, vt ipse tuto ꝓficisci Romam nõ posset. Cum vero admonitus Brachius redire ad sanitatem nollet, interdictum est sacris, oĩbus his q Brachiũ susciperẽt, aut ei parerẽt. ea occasione Florentini agũt, vt Brachius ad pedes pontificis ꝓuolutus veniã peteret, q̃d & fecit, oppidaq́; aliq̃t ecclesiæ redderet, vtq́; stipẽdijs põtificis militãs, Bononiã rebellẽ in Martini potestatẽ redigeret, cui bello Gabriel Cãdelmerius cardinalis & legatus p̃fuit, cuius industria & Brachij virtute Bononia in potestatẽ ecclesiæ breui redijt. Interim vero q̃tuor illi cardinales, q olim cum Petro Luna adulterino pontifice senserant, Florentiam

Henricus 5. rex Angl.

De Philippo Maria.

Finis cõcilij Cõstãtieñ.

am ad Martinū venientes cum honorificentissimo comitatu,publico consistorio suscepti,dignitatē suorū titulorū retinuere. Et Baltassarē Cossam,Iohannē 23.dictū,aiūt tum e Palatini carcere liberatū,ad pontificē Martinū venisse supplicē,à q̃ benigne ex ceptus,in cardinaliū numerū adscitus,eps Tusculanus est creat⁹. Eūdem & Sigismun di & Ludouici Palatini precibus pmotū Martinū crediderim,hūc,anteaq̃ Italiā adierit,Palatino carcere eduxisse, id q̃d papæ ad vtrūq; literæ testant: & in Italia Cosmæ Medicis opa,suæ dignitati restituisse.nec superfuit his rebus Cossa diu, vita ex animi (vt aiūt)dolore excedēs. Græcorū impatoris tunc legati veniūt ad pontificē,pollicentes Græcos*q̃ad fidē attinet,velle in sententiā Latinorū venire,si æquæ cōditiones pponerent.hos pbenigne pōtifex suscepit,& legatū e latere creauit Petrū Fōsiccium, S.Angeli cardinalem Hispanū,doctiss.hoīem Cōstantinopolim mittit ad res compo nendas,q̃ & ante missus erat Antoni⁹ Massan⁹ordinis Minorū gñalis,q impatoris & Græcorū exploraret sententiā.Tū instātibus Romanis, pōtifex cū bona Florentinorū grā discessurus,ciuitatē honore metropolitico exornauit. antea em̄ epm solū habuit. abiēs itaq; Romā tandē peruenit,effusa obuiā turba,effusis principibus vrbis,q hominē haud sec⁹ac quoddā salutare sid⁹ expectāt.diē illū in fastis annotauere Romani.x.Ka lend.Octob.anno dñi 1421.vrbē Romā adeo direptā & vastā inuenit,vt nulla ciuitatis facies in ea videret,ad quā rursum exornandā animū adiecit. Anno dñi 1422.Hēricus rex Angliæ Corbolij decūbens,nō multis post dieb⁹ defunctus est, post quē Carolus cognomēto Beneamat⁹ rex Frāciæ,vltima q̃q; naturæ psoluit,apud S.Dionysiū sepelit.Carolus Caroli 6.filius,Frāciæ rex appellat⁹est. Hēricus Anglus pře Hērico de functo,regiū Frāciæ nomē vsurpabat,Frāciæ Angliæq; regē se publicis priuatisq; lite ris & forēsi sigillo monetaq;,quā nouā cudit,appellās.In causa erat:nam dū Aecateri na Caroli 6.filia,captis(vt dixim⁹)Parisiis,Hērico huius Hērici patri nubit,hæ matri monio leges dictę sunt,si p Hērico vita defungeret,Frāciæ regnū Henricus adiret:sin cōtra,& ex Hērico virilis ples supstes foret Carolo deficiēte,Hērici fili⁹ Frāciæ princi patū adipisceret,nulla de Carolo legitimo hærede mētione habita.Mortuo itaq; Carolo 6.insurgit turbatio p totū regnum maxima.nam hinc à Burgūdionibus,inde ab Anglis,mox ab his q se rebus cōsulere dicebant,ita tumultuabat,vt dicere difficile esset,hostis ne an Francus plus damni miserabili populo importaret.multa p̄lia, multæ seditiōes in Francia fiūt,& nulla partiū videt alteri cedere velle.vincunt tñ Frāci apud Vernoliū p̄lio,occisi ad numerū q̃tuor milliū,inter quos duces & comites plurimi capti fuerūt. Anno 1419.Vuenceslao defuncto,Iohannes Zischa nobilis gñe, in curia regis à puero enutritus,& bellicis rebus exercitatus,altero carens oculo,quē in pugna amiserat,infect⁹ Hussitarū veneno & rapinarū auidus, collecta perditorū hominū mul titudine, in ecclesias q̃ restabant, impetū fecit,simulacra sanctorū & imagines magni Dei cōfregit,monasteriū Carthusiensiū Pragæ vicinū inuasit, monachos eius ordinis tanq̃ populo inutiles,migrare alio iussit.Venere p idem tēpus ex mōtibus Pragā qua dringenti circiter viri,lepra Hussitarū infecti cū mulieribus:atq; in foro sedentes,cibū à magistratibus petiere.Cōsulatus metu plebis quæ aduenarū miserabat,cibaria eis pu blicitus ministrauit.Zischa hos sibi adiūxit,& arcē*Vissengradeñ.negligēter custoditam inuadere cupiens,ad locū quē Crucem appellant,profectus est,ibi supra 40.millia virorū ex hæreticis cōuenere,q suam multitudinem cōspicati,animū ad om̄e facin⁹ adiecere.multa ibi aduersus Sigismundū Cęsarem,quem regiū hæredē,suis conatibus infensum norant,excogitata atq; decreta.Sophia interim anxia crebris nuncijs ac lite ris Sigismundū vocare,vicinorū consilia petere. Sigismundum malo vsum cōsilio,in Turcos q se iampridem castris exuerāt,arma prius mouere, q̃ Boemiam petere libido incessit.At dū Turcos lacessere parat,Boemiā amisit,& Vngariā nō defendit. eappter cū serū esset ei⁹ auxiliū,ex thesauro regis copias cōparans,arcē Prageñ. & minorē ciui tatē q̃ arci adiacet,p̄sidio firmauit.hæretici passim p regnū cōuentus agitare,solicitare populos minis & blāditijs,implere nouā ciuitatē suis hoībus parant. Cū hic esset rerū status,legati Sigismūdi superuenere,q regni gubernationē accipiētes,cum ciuitate Prageñ.ea lege inducias fecere,vt arce Vissegradeñ.reddita,liceret ciuib⁹ad Sigismū dum oratores mittere,deq; re sua cū eo trāsigere,Zischa q̃ occupauerat loca restitueret.Cōditiōibus acceptis atq; cōpletis,externi hæretici vrbē reliquere.cōsulat⁹ ex prisco more gubernationē inijt.qetiore reddita ciuitate,nōdum catholici q excesserāt,re dire ausi,expectabāt Sigismundi aduentum. sed interruperunt spem literæ ab eo mis sæ,in qbus scriptum erat,ipsum breui venturū, regnumq; eo modo gubernaturū, quo pater Carolus prouinciā gubernasset.qbus ex verbis hæretici intellexerunt,sectam su am excludi debere. Sigismundus ad festū Natiuitatis Brunnam,q̃d est Morauiæ op

De Iohanne 23.

Græcorū legati.

Carolus 7. Frāciæ rex.

Henric⁹ Anglorū rex.

Zischa Hussita.

Sigismundi legati in Boemiā pficiscuntur.

pidū,petijt,ibiq; Pragēsibus veniā petentibus,ea lege pepcit,vt catenas & repagula to ta ex vrbe deponerēt,suos magistrat⁹ accipent. Paruit attonita ciuitas. eleuatis in cœlum manibus,primores gratulabūdi aduentū noui regis expectabant. Nec dubiū videbat,qn tota Boemia labes Hussitarū excessisset,si ex Brunna Sigismūdus recta via Pragam venisset,sed Vratislauiā Slesiæ caput accessit, q̄ in loco populus vrbanus non diu antea cōsulatū à Vuenceslao fratre illius cōstitutū,p seditionē obtruncauerat,cuius sceleris autores securi pcussit. q̄d vbi Pragæ renunciatū est,diffisi de venia ciues, hoc exēplū veriti,manifesto desciuerūt,& allecto Chēcone,q arci Pragēsi p̄erat, ī totū regnū literas dedere,ne qs Sigismūdo aditū p̄beret, q non alia cura teneret q̄ regni pdendi, q antiquā Prutenorū ciuitatē ordini iure pignoris obligasset,Brandēburgenses à corona Boemica alienasset,Iohannē ac Hieronymū in cōcilio Constantieñ cremari nō solum pmisisset, verū etiam pcurasset:dogmata quę ipsi sequerent,totis conatibus impugnaret. Vsus prospis adeo successibus Zischa,ciuitatē condidit dictā Thabor, sectatores Thaboritas,fraudē sacro noīe vsurpato obtegēs. Inter hæc apud Boemos nefanda emersit hæresis. Picardus qdam ex Gallia,transmisso Rheno, in Boemiam venit,qui p̄stigijs quibusdā fidē sibi cōcilians,breui tempore non paruā mulierū virorūq; plebem ad se traxit,quos nudos incedere iubens,Adamitas vocauit,autor om̄is licentiæ. Venus publica & mixta,reliquaq; horrenda auditu crimina hoc duce cœperant. occurrit eis Zischa,factionemq; pene omnem extinxit. Fuit & alia in Boemia hæreticorū factio,fratrū Orebitarū duce Morauo sacerdote appellata, quæ territoriū Græcense vicinasq; gētes magnis affecit cladibus,pestifera atq; immanis,nec Thaboritarū crudelitate vlla ex parte inferior, aduersus quam Martinus V. noīatim Crucem decreuit,neq; tamē in plures annos extirpari potuit. Huius sectæ homines q̄ties sacerdotes nostros intercepere,aut igne cremauerūt,aut nudos rigente hyeme sup glaciem dimisere:quos parui momēti existimarūt,desectis virilibus abire pmiserunt. Sigismundus impator multa conatus vt regnū acciperet,sed eo pfidię indies magis ac magis inuoluti sunt,vt passim catholici cū hæreticis rebellare curarēt. Pragēses em̄ quo facili⁹ tueri se aduersus regē suum possent, in auxiliū Zischam vocauere, q apud Pragēses ex cōsilio suorū sacerdotū om̄es sanctorū basilicas delere adortus est. neq; enim fas esse dicebant,alteri q̄ soli Deo tēpla sacrari. hinc plurima monasteria & nobiles ecclesiæ vno impetu disiectæ,ex q̄ dissensio inter eū & Prageñ facta est,& Zischa cū suis ad Thaboritas reuersus est,vbi multis p̄lijs cōtra catholicos gestis semp victor euasit,captis oppidis sacerdotes catholicūq; populū vbiq; cremauit, Sigismūdi exercitū strauit aliq̄ties. Post multa Sigismūd⁹ vbi Zischæ cūcta ex snīa cedere aīaduertit, & illū esse vnū ex q̄ res Boemicę pēderēt,cōciliare eū sibi statuit,multa pollicēs. suscepit cōditionē homo, & dū cōuenta cōpletur⁹ Sigismundū petit, inter eundū apud castellū Priscoiā peste tactus expirauit. Zischa mortuo,ingēs mœror inuasit exercitū. nec mora,duæ factiōes exortæ,atq; Thaboritæ in duos exercitus diuisi sunt:alij vetus nomē tenuere, alijs Orphanorū ob mortē ducis inditū nomē,q etsi aliqñ inter se dissentirēt,vbi tñ extrinsec⁹ vis ingruit,iunctis viribus se defendebāt:egrediebant ad vicinos p̄dam agentes. At Martinus pōtifex maximus vbi Boemicā hæresim crescere animaduertit,priusq̄ longius serperet, cardinalem Vinctonieñ Anglicum, regia stirpe natum,in Germaniam proficisci iussit,qui contra Boemicā labem vicinos in arma cōciret,cui & imperator adiumēto fuit. Erant tres exercitus:Saxoniæ duces & stagnales ciuitates primū duxere, secundum Francones marchione Brandenburgeñ duce, tertiū Otho Treuereñ archiepiscopus,quem Rhenenses secuti sunt,Boioarij & ciuitates Sueuorum imperiales. Ingressi Boemiam tribus locis,postquā syluā transiere,iuncti simul ante *Missam castrametati sunt. At hæretici collecto raptim milite contra tendunt. nostri attoniti, non viso hoste fugerunt,instrumentaq; bellica cum p̄da dimiserunt. occurrens catholicis Cardinalis,vt in hostem redirent hortat. quod cum frustra niteretur,turpis fugę comes factus est. hostes p̄da potiti sunt maxima,nec prius Teutones fugere,q̄ Boemi psequi destitere. Sigismūdus his cognitis,Norinbergam pperat,noua principum auxilia cōparat. Martinus quoq; pont. max. Iulianū cardinalem S. Angeli cū ea legatione mittit,vt Boemis bellū inferat. Is Germaniā ingressus, ad Sigismundū diuertit. Decreta est noua in Boemos expeditio. dux belli Fridericus marchio Brādenburgeñ declaratus,ingressus est Boemiā p viā quæ ducit ad Teplā. in ea expeditione Albertus & Christophorus Bauariæ,& Fridericus Saxoniæ duces, Iohannes & Albertus Brandenburgeñ principes,Herbipoleñ,Babēbergeñ,Eisteteñ episcopi,societas Sueuorum quam S. Georgij vocāt,impiales ciuitates, Moguntineñ,Treuireñ & Colonieñ archiepi auxilia miserūt:supra xl. millia eqtum fuisse tradunt,peditū minor numerus erat.

Thaboritę.

Adamitæ.

Orebitæ.

Sigismundi cōtra Hussitas expeditio.

Re-

Renatus Lotharingiæ dux, impeditus bello cõtra comitẽ Vuidemont, nõ aderat, neq; Palatinus Rheni qui illi adiutor erat. Ingressus Boemiã Cardinalis, numerosam expeditionem ductans, multas hæreticorũ villas incẽdit, oppida diripit, in quibus nõ auaritia tantũ, verũ crudelitas etiã militũ grassata est: quosq; obuios passim necauere, nec ętatis nec sexus habita ratione. Boemi qui iampridẽ hostẽ affuturũ acceperãt, expeditas legiones coegerãt. Inter hæc siue proditio in exercitu fideliũ fuit, q̃d plurimi putauere, siue inanis mẽtes eorũ pauor inuasit, totis castris trepidatũ est: & priusq̃ hostis visus, fœdissima cœpta fuga. Mirari Iulianus vnde hic timor, q̃ causa fugæ tanti exercitus, hortatur q̃sq; forti aĩo hostẽ expectent: de vita, de religione Christiana bellum geri: turpe Germanis, q̃s totus orbis cõcelebrat, hosti nondũ viso cedere. sed frustra erat cohortatio apud eos, q̃rũ pudorẽ metus euicerat. ablata sunt raptim signa, multi etiam proiectis armis, acsi à tergo instaret, rapido cursu fugã maturauere. Quibus & Cardinalis inuitus se comitem dedit. hostis ex alieno metu audax factus, affuit, impedimẽtisq; oĩbus, q̃bus p syluã nõ erat facilis exitus, & ingẽti p̃da potitus est. Martinus papa iuxta decretum Cõstantiense, sentientibus etiã ita cardinalibus, cõciliũ Papiæ inchoauit. is eñ locus ad eã rem erat deputatus. missi eo Petrus Donatus eps̃ Creteñ. Iacobus episcop⁹ Spoletinus, Petrus Roseus abbas & nõnulli alij. expectabãtur nationes. sed ecce dũ expectãt, tãta repẽte pestis Papiã inuasit, vt p̃sidẽtes cõcilij mutare locũ & tp̃s sint coacti. placuit itaq; omnibus ex sententia pontificis Senas migrare, q̃ maior ex omni natione multitudo q̃ Papiã peruenit. Alphonsus aũt Aragonũ rex Martino infensus, qui titulum regni Siciliæ & Neapolis habere nequiuerat, cum Alouisio regis Ludouici filio oratorẽ ad conciliũ mittit, q & cõciliũ in longum duceret, & causam Petri Lunæ adhuc in Peninsula superstitis restitueret, largitione pollicitationibusq; ambiendo vnũquenq; ex his q in cõcilio autoritatẽ haberet. hanc ob rem Martinus nõ ignarus, quantam calamitatẽ ea res ecclesiæ Ro. allatura esset, mãdauit cõciliũ statim dissolui, approbatis decretis in cõcilio habitis q̃ ad fidẽ pertinebãt. Et ne subterfugere cõuentũ Christianorũ videret, insequẽs septenniũ adiudicauit q̃d in Basilea celebraret, atq; hoc modo schismatis & discordiarũ semina à q̃busdã iacta, sublata hominis prudẽtia sunt. habitum est conciliũ Senis circiter annũ 1424. Post aliqua vero tempora mortuus est Petr⁹ de Luna in Peninsula, tum ne aliq̃d deesset q̃d ecclesiã vexaret, duo anticardinales Alphonso suadẽte, Aegidiũ canonicũ Barchinoneñ. pontificẽ deligũt, Clementẽq; octauũ appellãt, qui statim & cardinales creauit. Verũ cũ Alphonsus in gratiã redisset cum Martino, Aegidius Alphonso iubente statim oĩa pontificatus iura deposuit. Cardinales aũt ab Aegidio creati, sponte cardinalatu se abdicarunt. priores duo cardinales in carcerẽ coniecti sunt à legato põtificis ad hoc misso, & sic schisma vndiq; sublatum est. Anno 1430. Martinus papa cardinalẽ Iulianũ Basileã misit pro cõcilio & cõtra Boemos, intra quæ Martinus papa in omni vita integer demũ põtificatus sui anno 14. mense tertio Romæ apoplexia morit, & in basilica Cõstantiniana ante capita apostolorum sepelit, comitante Ro. populo ac clero nõ aliter flente, q̃ si vrbs Roma optimo parente orbata esset. Anno dñi 1428. venit ad regẽ Carolũ in Franciã q̃dam puella plebeia ex Lotharingia, q̃ asseruit se missam à Deo, vt p ipsam dictũ regnum, q̃ rex erat fere destitutus, ad eius obedientiã reducatur. Erat raso capite ad modũ viri, & volẽs ad tumultus bellicos exire, vestibus & armis virilibus induebat. rediẽs aũt de bello, habitum muliebrẽ reassumpsit. Rex in tanta p̃turbatione faciliter credulus, Marescalcũ & nõnullos alios sibi adiunxit, auxiliũ laturus Aurelianis obsessis, vbi puella Anglicos ab obsidione repulit, & quendã magnũ Angliæ capitaneum occidit. Aurelianis liberatis, Anglicos Franci insequũtur duce puella, & oppidũ Gergeum capiũt, Anglos trucidãt, deinde Talabotũ capitaneũ supremũ euntẽ insequũtur. & cõmisso p̃lio territi Anglici, fugiunt ac sternunt. Rex Carolus deinde multo nobiliũ & baronũ comitatu stipatus, ingredit Rhemos, & illic coronat, in regẽq; inungit. post coronationẽ Soisson castrũ Tierri & alia loca vsq; ad S. Dionysiũ in Francia p Anglos occupata, ad obedientiam reducit. nã dux de Gotford pro Anglicis locũ tenẽs, iuerat Rothomagũ pro muniẽda Normãnia. Itaq; rex etiã S. Dionysiũ recuperat, & tũc fuit læsa puella iuxta Parisios. rex deinde ibat versus Bituriges. Eodẽ tẽpore princeps de Arãge, partes Philippi ducis Burgundiæ tenens, fuit profligatus in Delphinatu, occisis nobilibus suis. Anno 1430. obsesso Cõpendio, capta est puella p quendã Picardũ, q vẽdidit eam Anglicis, & Anglici eã Rothomagi occiderũt, incineratam. Anno dñi 1431. quinto nonas Martij Eugenius 4. patria Venetus, familia Cõdelmeria, patre Angelo natus, pontifex creatur. sedit annos 15. statim ad S. Petrũ comitãte populo & clero p̃ducitur, accepta deinde corona pontificia de more, inuisaq; basilica S. Ioh. Lateraneñ. in Vaticanum rediens,

Germanici exercit⁹ fuga.

Senense cõcilium.

Clemens 8. antipapa.

Iohãna puella apud Carolum.

Eugeni⁹ 4. papa.

diens,consistorium generale proposuit indicta die,qua certe tãta multitudo affuit,vt
cũ trabes deficerent eius loci,trepidatũ fit adeo tumultuose,vt in ipsa fuga Senogalliæ
epũs ciuis Ro.obtritus perierit.dimisso cõsistorio,Eugenius tumultus deinceps ex in-
dustria vitauit.Primũ creatus pontifex,Iulianũ Cæsariũ cardinalẽ S.Angeli,quẽ Mar
tinus ꝓdecessor eius legatũ destinauerat in Basileã,ad celebrãdum ibi cõcilium eius au
toritate,maxime ad extirpandã hæresim Hussitarum,cõfirmauit.Instabãt tunc delatores
quidã,dicẽtes Martinum maximos reliquisse thesauros,idq; sciturũ Eugeniũ ex Mar-
tini familiaribus nepotibusq;.eo vesaniæ hoiem perpulere, vt Martini vicecamerariũ
cõpræhendi iusserit,idq; negociũ Stephano Colũnæ dederit,quẽ copijs suis ꝓfecerat.
ab alijs em̃ Columnensibus dissentiebat,cardinali Vrsino & cardinali Comitũ insaniã
hoĩs adiuuãtibus.Mandauerat Eugenius,vt vicecamerarius ad se sine vllo tumultu aut
ignominia ꝑduceretur,q̊d cõtra à Stephano factũ est.nã & eius bona à militibus dire-
pta sunt,& ipse vi tanq̃ latro ad pontificẽ tractus est.Hac indignitate motus Eugenius,
Stephano succensuit,eiq; interminatus est, q & camerariũ & epm Tiburtinum, olim

Columneñ. Romã inuadunt.

cubiculariũ,ita indecẽter ad se traxisset.Veritus itaq; Stephanus Eugenij irã,Præneste
ad principẽ Columnã cõfugit,eũq; hortatus est,suas opes pollicitus, vt Eugeniũ vrbe
pelleret,q diceret põtifici in animo esse nomen Columnensiũ extinguere,id se optime
scire,eiusq; cõsiliorum participẽ fuisse,& ob eã rem aufugisse.Motus his verbis princeps
& eorum calamitatibus qui Martinũ amauerãt,sumptis propere armis,pontificẽ aggre-
di instituit.substitit tamẽ aliquãdiu,donec adesset Prosper frater diaconus cardinalis,
quẽ admonuit vt vrbe discederet.Viso fratre,à Præneste Romã in Eugeniũ mouẽs, oc
cupata per Iohannẽ Baptistã porta Appia,vrbẽ armato milite sine vllo maleficio pri-
mo ingreditur.Iam peruenerãt ad S.Marcũ,vbi subito eis obuiam facti sunt pontifi-
cis milites,magna populi parte adiuuãte.Pugnatum est in vrbe aliquandiu, qua in pu-
gna multi vtrinq; cecidere atq; capti sunt.Quare Columnẽses,cum viderent populum
Ro. aduersum cedere ex vrbe,inuadẽtes oĩa passim rapiunt,pecora abigunt, homines
abducũt.talionẽ his reddidere põtificis milites,Ro.populo mixti.Nã Prosperi cardi-
nalis & Columnensiũ omniũ ac familiarium Martini domos hostilẽ in modum diripi-
unt & vastãt.Iritatis hoc modo vtrinq; amicis,etiã proditionibus res cœpta est,nõ so-
lum aperto marte.Capitur archiepiscopus Beneuentanus Columnẽsis,ac quidã Masi-
us frater,q fassus est quæstione adhibita,sibi in animo fuisse,arcem S.Angeli dolo ca-
pere,interfecto arcis præfecto,qua occupata,& pontifex & Vrsinus vrbe pellerentur.
De Masio sacerdotio abrogato,est supplicium sumptũ in campo Floræ, eiusq; corpus
quadrifariã sub furca diuisum,ad quatuor vrbis celeberrimas vias suspensum est.At ve
ro cũ Eugenius in ægritudinẽ incidisset,vel dolore animi,vel veneno, agere de pace cũ
Columnensibus cœpit, curante eã rem Angeloto Fosco,postea cardinali facto.diuul-
gata itaq; pace,quies facta est,& opinor hæc morbo pontificem nõnihil leuauit,cui fir-

Sigismũdus Imp.Romę coronatus.

mandæ imperatoris aduẽtus profuit. Per id tẽpus Sigismũdus Imp. ad coronã im-
perij suscipiendã adijt Italiã.hoc audito,Eugenius nepotẽ Franciscũ camerarium in-
stituit,huic viros ꝓstãtes addidit,quorum cõsilijs vteretur in gubernãda ecclesiastica ditiõe.
Tum Florentini aduentũ impatoris in Italiã veriti,q Philippi Mariæ rebus fauere vi-
derẽt,Nerio ciui suo negociũ dant,vt qbus rõnibus possit,Eugenio ostẽdat & persua-
deat,aduẽtũ impatoris in vrbẽ,nõ minus Sedi Ap.q̃ Florentinis ꝑniciem minari,ideo
prohiberi debere Sigismundũ,ne Arnũ trãseat ad Senenses cũ Germano equitatu.Ve-
nerat in eandẽ sententiã Eugenius.Sed his nõ obstãtibus, Sigismundus & inuitis Flo-
rentinis Eugenioq;,Senas venerat,& cũ sex mẽsibus Senis substitisset, ad Eugeniũ cõ-
uersus,inito cũ eo fœdere,Romam profectus,ꝑbenigne à põtifice populoq; Ro.susce-
ptus,corona imperij donatẽ.Verum dum à Vaticano vbi coronã acceperat, ad Lateranũ
proficiscit,in ponte Adriani (vt mos est)multos tum Italos tũ Germanos in equestrẽ
ordinẽ adsciuit.abiens deinde cũ bona Eugenij gratia impator,ꝑ Picentes & Flaminiã
iter faciẽs,Ferrariã atq; Mantuã ꝑuenit:vbi aliqt dies immoratus, & Iohannẽ Franci-
scum Mãtuæ dñm marchionali dignitate & imperij signis exornauit. Et Barbaram Io
hannis Marchionis Brandenburgeñ.filiã Ludouico Iohãnis Francisci filio despondit

Barb.Mantuæ dña.

vxorẽ,ex qua postea nata est Barbara,illustri comiti Eberardo de Vuirtemberg.post-
ea duci dño meo,matrimonio iuncta. Anno dñi 1435. bello durante inter Venetos
Florentinosq; & Philippũ ducẽ Mediolañ.Eugenius visus est fauere Venetis,vnde &
multa aduersa à Philippo ei procurata sunt.Hoc anno facta est inter partes pax,Euge
nio annuente.pace aũt ita facta,subito oĩs belli vis in Eugeniũ cõuersa est. Nã Philip-
pus Franciscũ Sphorciã cũ magnis copijs in Flaminiã misit, quasi cõtra Alphonsum q
Siculũ regnũ infestabat,iturum.Is per Picentes & Vmbros iter faciens,oppida illa ex im
pro-

prouiso adortus, breui in potestatē suā redegit. Non hoc contētus Philippus, Nicolaū Fortebrachiū vir ingenio & manu promptū, cum eqtatu in Eugeniū misit. adeo celeriter, vt prius pontē Miluium & portā Flaminiā occupauerit, q̄ aduētare hostem sit cognitum. Militauerat sub Eugenio prius Nicolaus, & eius noīe præfectum vici Vetralla & ciuitate veteri spoliauerat, adiuuātib⁹ Venetorū triremibus. Verū cū postea Nicolaus stipendia sua peteret, respondit Eugenius, tātum p̄dæ ex castellis p̄fecti eū auexisse, vt ei pro stipēdio satis esset. q̄obrem indignatus Nicolaus, agrū Ro. ingressus, tantū tumultus concitauit ingenti p̄da hoīm & pecorū, vt Eugenius aliquandiu incertus māserit q̄rsum iret. Concurrebāt Ro. ciues ad Eugenium, questū de illatis iniurijs, q̄s pontifex ad Franciscum camerarium remittebat, qui ocio & voluptatibus deditus, nil aliud respondit conquerētibus de p̄da pecorū, q̄ eos nimiā spem in pecorib⁹ collocasse, Venetos quidē sine gregibus & iumentis longe vrbaniorē vitā ducere. Indignati hoc responso, cū iā Nicolaus oppida aliq̄ cepisset traxissetq̄ in partes suas Columnēses, sublato clamore, ad arma & libertatem conclamatum est, pulsis oībus Eugenij magistratibus, ac capto Francisco, nouos ipsi magistratus creant, septē fuere e ciuibus Romanis gubernatores, penes q̄s vitæ ac necis hoīm potestas erat. At Eugenius in tanta rerū perturbatiōe incertus q̄d faceret, de fuga cogitauit, mutato itaq; habitu, sumptoq; monastico cucullo, vnà cū Arsenio monacho nauiculā ingressus, Tiberi Ostiā vehebatur, cū subito Romani q̄dā cognita hoīs fuga, eū lapidibus sagittisq; incessunt. Abeunte Eugenio Pisas, ac deinde Florentiā triremibus delato, Romani oppugnare arcem S. Angeli satagūt. At vero p̄fectus arcis subornat militē, qui captus à Ro. fidē illis p̄stitit, se ductore arcē posse capi. creduli nimiū, mercedē promittunt. remissus iste, vestes p̄fecti arcis & caligas, addita etiā capitis forma, suspēdit, annuitq; ingrediendū. Ingrediunt Romani, & statim priores rapiuntur, clausa reliquis est ianua. Romani igit de captiuis redimendis cogitātes, camerarium Eugenij nepotē, quē in vinculis habebāt, dimittūt, suos qui in arce erāt, recepturi. Et demum in potestatē Eugenij redeūt, quinto post libertatē adeptā mense, creati rursus magistratus ecclesiæ noīe. Tum vero pōtifex ancipiti cura distractus, & q̄ bellis vndiq; premeret, & q̄ Basileense cōcilium iam antea inchoatum Martini decreto, augeri in dies cerneret, cōcurrētibus eo Hispaniæ, Galliæ, Germaniæ, Pannoniæ principibus, qui cōmunē reipub. Christianæ causam in arbitrio concilij reponebāt. Eugenius nitebatur transferre cōcilium à Basilea ad Bononienses. Sed imperator alijq; principes & prælati qui tum Basileæ erāt, nō modo pontifici non obtemperarūt, verū etiā eum bis terq; monuerunt, vt Basilean. idoneum à Martino p̄ concilio locum delectum, vnà cum cardinalibus proficisceretur: aliter se in eum acturos, vt in præuaricatorē & cōtumacem. Motus istorū verbis Eugenius, Basileen. concilium literis apostolicis cōfirmauit, facta cuiq; abeundi copia. Inciderunt hæc in annū 1434. cum Basileæ cōuentus cœpisse dicat, vt supra scripsimus, anno 1431. Per id tempus scripsit Sigismundus Imp. Boemis, cœptum esse iam sua opa Basileense concilium, hortari eos qui se audiri de religione cuperēt, eo proficisci, auditurū benigne conuentū rationes eorū: tantū operā dent, vt cū synodo de religione cōueniant, sibiq; regnum referuent, cuius pater, frater, auus apud eos regnauerint. Scripsit & Basileen. synodus Boemis, vt legatos mitterēt qui fidei suæ rationē ostenderent, securitatē itineris, & q̄ vellent dicendi libertatē promittens. Fuerunt inter Boemos duæ sententiæ, Orphani & Thaboritæ: plebs ferme oīs negabat eundū esse, Iohānis Hus & Hieronymi exemplū afferens, qui Cōstantiā ad synodū profecti, sub fide Sigismūdi publice cōbusti sint. Nobilitas vero Mainardum secuta, principē Nouæ domus, virū cordatum, petendum esse cōcilium aiebat, nec tolerandos videri qui nouas peregrinasq; sentētias de fide, nouumq; ritum religionis inuenissent, nisi dictorū factorumq; rationē vniuersali ecclesiæ redderēt. Vicit hæc sententia, legatio 300. equitum Basileam missa, cuius principes fuerant, Guilielmus non tam equestri dignitate q̄ ecclesiarum direptione insignis, Procopius cognomento Rasus, magnis sceleribus nobilitatus, Iohannes Rochezana, Nicolaus Galecus Thaboritarū sacerdos, & Petrus Anglicus patria profugus, solis elenchis in disputādo confidens. effuso extra mœnia populo, ex synodo quoq; complures aduentum fortissimæ gentis pro portis expectauere. Rochezana oppidum est Pragen. ecclesiæ, ex hoc loco obscuris parentibus natus est Iohannes Rochezana dictus. cum adoleuisset, nobilis cuiusdam pueri pædagogus factus est: & cum valeret lingua, in collegio pauperum Pragæ receptus, auditor Iacobelli fuit. postremo presbyter ordinatus, prædicare cœpit Pragensibus, & iam nomine & autoritate valebat, cum Zischa Pragam obsideret. hic erat ad conciliū, vt dictū est, missus. Exceptos Boemorū legatos hospitaliter, postridie in concione accersitos, Iulianus cardinalis benigne allocutus, luculēta oratione

Eugenij fuga.

De concilio Basileo.

Vocantur Boemi Basileam.

Rochezana

ad ea quæ pacis & vnionis erāt, cohortatus, ecclesiā Christi sponsam oīm fidelium matrem esse dicēs, claues ligādi & soluēdi habere: q eā contēpserit, alienū, prophanū: conciliorum statuta, placita ecclesiæ cēseri: concilijs non minus, q̄ euāgelijs, credi oportere: Boemos, q se filios ecclesiæ dicerēt, vocem matris audire debere. Hæc & his similia vbi dixit, Boemi pauca respondere, q̄bus par facundia non esset, se neq; concilia neque ecclesiā contempsisse, aduersus inauditos sententiā Constātiæ latā, incorruptā apud se patrū autoritatē manere: q̄dcūq; Boemi asserāt, sacris literis atq; euāgelio cōfirmari: venisse, vt innocentiā suā patefaciāt vniuersali ecclesiæ, petereq; publicā audientiā, in qua laici q̄q; sint. neq; id negatū est. Interrogati, quænā illa essent, in q̄bus à Romana ecclesia dissentirent, quatuor articulos proposuere, de communione diuinæ eucharistiæ, quam sub specie panis & vini sumēdam his, q salui esse velint, necessario affirmabāt: de ciuili dominio, q̄d clericis interdictū diuina lege dicebāt: de p̄dicatione verbi Dei, quā liberā permissamq; passim oībus arbitrabātur: de publicis delictis, q̄ nulla ratione tolleranda putabāt, etiā maioris mali vitandi gratia. hæc tueri se tantūmodo posse arbitrati sunt, eaq; regni noīe dicta. Verū cū legatus alia de Boemis accepisse se affirmaret, quæ Christianas aures offenderēt, inter q̄ esset illud, religiones mendicantiū inuentū diabolicū prædicari, assurgēs Procopius: Neq; hoc falsum est, inq̄t, nā si neq; Moyses & ante ipsum patriarchæ, nec post eū prophetæ, neq; in noua lege Christus dn̄s neq; apostoli mendicātes instituere, q̄s nō intelligit diaboli tenebrarūq; opus esse? Excepta est ingēti cachinno Procopij vox. legatus vero placide argumēta indocti hominis soluit: neq; eīm prophetarū patriarcharumq; placita & q̄ Christus instituit, q̄ sanxerunt apostoli, dūtaxat à Deo esse docuit, verū ecclesiæ q̄q; decreta, quæ sancto dirigente spiritu ducit, opera Dei esse monstrauit, q̄uis & mendicantiū vita ex euāgelio sumpta videri possit. Selegerunt Boemi quatuor magistros, q suos articulos ex diuina lege sumptos ostenderēt: & qui eos cōfutarent, ex patribus totidē assumpti p̄stantes viri. disputatum est quinquaginta diebus. postremo cū victa Hussitarū p̄fidia, vinci nollet, ad tractatus ventum. tentatum, si fortasse amice trahi possent. missi & oratores in Boemiā ex cōcilio viri doctissimi, & q gētis versutiā nossent. multa cū Boemis agitata, nūc pacis spes facta, nunc belli metus. Dum hæc aguntur, Thaboritæ & Orphani Mainardo cæterisq; nobilibus offensi esse cœperunt, eorumq; suspectas actiones habere, tanq̄ cōcilio auscultarent, neq; vana opinio. cōuenere nāq; sæpe inter se barones errorē suū recognoscere, miseros se dicere, qui cum regis imperium abdicauerint, Procopij iugū ferant: illum dn̄m esse, pro suo arbitrio tributa exigere, delectū habere, exercitum quo velit ducere, rapere, spoliare, occidere, nobiles atq; ignobiles ei mācipia esse, excutiendū tandem tyranni iugum: placet accersire publice cōuentū procerū & ciuitatū, in quo regni status reformetur: deligendū aiunt vnum esse ex nobilitate ducē, cuius potestas annua sit, nōnullosq; ei adiungendos, q̄rū consilio rempub. administret. Ne vero vsurpare sibi barones regnum videātur, ex media nobilitate assumendū ducē cōsulunt. Itum est in sententiam, Alscio Risemburgeñ. antiquæ nobilitatis homo, dux gentis declaratus est, quem capitaneū vocauere. Cęterū maiestatis insignia apud eum fuere, autoritas apud Mainardū extitit. Procopius his cognitis, Orphanos & Thaboritas in expeditionē ducēs, ad vrbē Peliznā quā fideles incolebāt, castra ponit, atq; xi. mensibus obsidione & crebris oppugnationibus vrget. Oppidani extrema passi, ac iam fame pereuntes, ad synodum Basileeñ. misere oratum, ne fidelem vrbē in manus hæreticorū venire finerēt. Patres ex priuato argento symbolū dederunt, auri octo millia nummum Mainardo mittentes, q collecto exercitu subueniret obsessis. Per idē tēpus ea pars Pragæ, q̄ noua ciuitas appellatur, ab Orphanis imposito p̄sidio tenebat, cui p̄fectus erat presbyter Lupus Rochezanæ infensus, aduersus quē prædicādo plebē incitabat. Ille in veteri ciuitate apud ædē S. Mariæ Lupum vicissim maledictis lacerabat. ob quam rem crescentibus odijs, clauserunt Orphani aditus veteris ciuitatis in nouā, turresq; ligneas erexerunt, vt missilibus oppidanos in veteri vrbe infestarent. Ea occasione vsus Alscio, cōuocata nobilitate, nihil esse imperiū suum dicit, q̄d Thaboritæ & Orphani cōtemnant, regnū maturæ peritur&, nisi magistratibus pareatur. Placet oībus cū ea manu militū quē Mainardus cōparauerat, Pragā peti. nec morati, veterē ciuitatem ingrediuntur, ligneas turres amoueri, parereq; oēs Alscioni iubēt. negāt Orphani ducē esse, quē nec ipsi neq; Thaboritæ suscepissent. fit tumultus, cōmittitur in vrbe bellum. difiectæ sunt turres ciuitatis oēs, in potestatē Alscionis factæ. Peliznēses re cognita, Procopio e muris eludere, stultum esse qui sua tueri nequeat, infestare aliena: venturos breui q obsidionē soluant. Is vbi certū nuncium de gestis Pragensibus accepit, soluta obsidione, cū oībus copijs versus Pragam contēdit. properanti oēs amici occurrūt, de pace inter eū & nobiles agūt.

Boemorum errores.

Dissident Boemi.

Alscio Boemorū fidelium p̄ses.

Pro-

Procopi⁹ ita demũ se pacẽ habiturũ rñdit, si noua Praga sibi restituat. Pelizna in eo statu reponat, in q̃ fuit añ dissolutã obsidionẽ. Nobiles magis armis decertare cõstituunt. Relicta itaq; ciuitate, obuiã hosti pgũt, in agris late patẽtibus curr⁹ cõtra currus cõcurrũt. Decreuerat Procopi⁹ haudquaq̃ pugnæ copiã facere, nisi pꝛogatiuã videret. erat ei anim⁹, recta via Pragã petere, certo de noua ciuitate sibi tradenda. at eqtat⁹ nobiliũ pꝛtergressus, vltimã partẽ aptã vidẽs, raptim ĩgredit, cędẽ magnã facit. trepidat vbiq; castris, cędunt passim pedites, fit fuga, instãt nobiles, sternunt fugientes. Procopi⁹ vbi suos retinere nõ põt, inter cõfertissimos hostes dilapsus, cũ cohorte aliquãtisp hostis impetũ tulit, multisq; cęsis, circũuẽtus multitudine eqtũ, telo in incertũ misso cõfoditur. Pari modo & alter Procopius, q minorem appellari se volebat, in eodẽ globo fortiter pugnãs occubuit. sic Thaboritarũ & Orphanorũ scelerati exercitus inuicti prius, victi ac deleti sunt. Coapho e p̃lio fuga dilapsus, cũ magna parte eqtat⁹ in Coloniã sese recepit. Cõfecto bello, cũ multa millia captiuorũ essent, Mainardus cõsilio procerũ accersito, pdere pessimã plebẽ statuit, quę nutrita in armis, oẽm ætatẽ in castris egerat, rapinis, cædibus atq; adulterijs assueta. Sed veritus ne simul innocentes interficeret, q ex agris coacti, ad pugnã venerãt, voce p̃conia edici iubet, nondũ bellũ peractũ esse, fugisse Coaphonẽ, Coloniã expugnari oportere, vicinasq; gẽtes armis domãdas, ad eã rem necessarios q sub Procopio militassent, viros exercitatos, decretumq; est eis ex publico stipendiũ, donec regnũ pacaret. Proinde oẽs q̃ stipendia facere vellẽt, in horrea sese proxima reciperẽt. Cauerẽt ne rudes inexpertosq; belli secũ admitterẽt, illos sua rura suosq; lares repetere posse. Introierũt horrea pleraq; Thaboritarũ Orphanorumq; millia, hoĩes nigri, ad solẽ & ventũ indurati, adspectu tetri atq; horribiles, & q circa fumũ in castris vixissent, aqlinis oculis, impexo crine, clausa sunt cõsestim ostia, & ignis immissus, quo illa hoĩm colluuies post multa patrata scelera exusta, cõtemptæ demũ religiõis pœnas dedit. Sigismũdus cũ esset in Italia, audissetq; patres Basileæ coactos, Eugeniũ papã deponere statuisse, podagra laborãs, itineri se cõmisit: tãtaq; celeritate aduectus est, vt ante in cõcilio sit visus, q̃ eo venturus audiret. dissidioq; patrũ, q̃d tũc erat cũ Eugenio, ad tẽpus sedato, Vlmã se cõtulit. Hic audita Thaboritarũ Orphanorumq; clade, legatos in Boemiã mittit, regni pceres p hoc facto cõmendat, hortat vt sese regẽ suscipiãt, quẽ fratri successorẽ ius gentiũ dederat. Illi magno numero apud Ratispo nã cõueniũt, regemq; suũ salutãt. Venerũt seorsum etiã Coapho & Iohãnes Rocheza na, de suis rebus acturi. Legati q̃q; Basileeñ. cõcilij q Pragę fuerant, & cũ Boemis certo modo cõuenerãt, eo se cõtulere. Sigismũdus auditis quæ de religiõe in cõmuni placuerant, cõuenta pbauit, eaq; seruari mãdauit. Exin poscẽtibus Vngaris, nauibus p Danubium vectus, Budã petijt, vbi reformato regũ statu, vocatis ad se Boemorũ principibus, in Alba regali sexaginta millia nũmũ inter eos distribuit, pecorumq; maximũ numerũ. Dicta die qua vellet Boemiã ingredi, nõ moratus, Iglariã venit. vbi cõcilio cũ Boemis habito, cõuenta legatorũ cõcilij iterũ probauit. Ea hmõi fuere: Boemis & Morauis ecclesiasticã vnitatem pacemq; cõplectentibus, seq; in cæteris oĩbus præterq̃ in vsu coĩonis vtriusq; speciei, vniuersalis ecclesiæ fidei ac ritui cõformãtibus, autoritate dñi nostri Iesu Christi & ecclesiæ, sub duplici specie, panis s. ac vini, his qui consueissent, diuinæ eucharistiæ cõmunicare licebit. An vero ex præcepto Dei id fieri debeat, generale concilium in Basilea diffiniet: & qd vtilitati fideliũ salutiq; cõgruat, lege in perpetuum valitura constituet. Quo facto, si perseuerauerint Boemi in hmõi cõmunionis desiderio, idq; missa legatiõe petierint, sacer cõuentus Boemiæ & Morauiæ sacerdotibus cõmunicãdi sub vtraq; specie personas sibi subiectas, & in annis discretiõis cõstitutas, & quæ id reuerenter postulauerint, libertatem impartiet, cõmonitione interiecta, vt inter communicãdum plebem publice instruãt, nõ sub specie panis carnem Christi tantum, necsub specie vini solum sanguinem, sed sub qualibet specie totum & integrum contineri Christum. Breuis concordiæ notula, verum tot sententię, quot verba: & quod ecclesia vniuersalis credit, q̃d seruat, genti Boemorũ credendum seruãdumq; præcipitur. Cæterũ inter imperatorem & Boemos aliæ pactiões interuenere, qbus ecclesiarũ prędia occupatoribus iure pignorũ relicta sunt, donec certa pecunia leuarent. Religiosis vtriusq; sexus qbus adempta monasteria essent, exulibus quoq; spes reditus datur. Rochezanæ Pragensis p̃sulatus pmissus, de disponendo ecclesiarũ Boemicarũ regimine, summo pontifici facultas oblata. His sic constitutis, Rochezana cũ alijs quatuor presbyteris, nomine totius cleri sibi adhærentis, sedente Sigismundo pro tribunali in foro ciuitatis, assistente Alberto genero duce Austriæ, magnaq; procerum & oratorum circũstante corona, obedientiam Ro. ecclesiæ sese præstare professus est. Sequenti vero die haud absimili solennitate absoluti sunt ab anathemate cæterisq; censuris hæretici, & in ec-

Procopij cædes.

Thaboritarũ clades.

Sigismundus Impe. Basileam venit.

Absoluunt Boemi.

in ecclesiã per legatos cõcilij introducti. Vbi cũ diuina celebrarent, Rochezana pfidiæ suæ nõ immemor, altare accedẽs, diuina re peracta, vbi quem iusserat adesse, sacramentum ex calice dedit. Et quãuis alter ex legatis, in aliena ecclesia id sibi nõ licere assereret, in pposito tñ perstitit, ob quã rem pene in irritũ conuenta cecidere. Cõposita tñ lis est ex eo cõuentionis capite, quo sancitũ est, ne pacis pacto violato, cõmunis cõcordia rumperet. His cõpositis, Sigismundus nona Septembris anno 1436. ab ortu saluatoris Pragã venit, vbi q paulo ante Boemorũ hostis, ex adulterio natus, antichristi filius censebatur, extremis honoribus exceptus est, barones ac ciuitates in eius verba iurauerũt, Philibertus epus Constantieñ. natiõe Gallicus, & collegæ sui ex Basilea missi, ecclesiasticos introducere ritus, sacerdotes instituere, sanctorũ imagines reducere, aquam benedictã in ædibus sacris reponere, baptismatis fontes, altaria cõsecrare, spurcitiã oẽm abolere. Paruere cõplurimi, Rochezanę vero cõplices resistere, obloqui, blasphemare, plebem modis oĩbus auertere. Ipse qq; incentor malorũ, ex parochia S. Mariæ ante lætam curiã, quã propria temeritate inuaserat, amoueri minime potuit, neq; laniare inter pdicãdum Ro. ecclesiã sermonibus suis ptermisit, legatisq; sępe necem per insidias machinatus est. Sigismũdus aũt cum ecclesias pollutas intrare nollet, templũ S. Iacobi quod fratrũ Minorũ fuerat, & in quo machinæ bellicæ tum seruabant, restitui sibi poposcit. Annuit ciuitas, & aliqui monachi introducti sunt q verbũ Dei pdicarẽt. Id olim ne Zischa subuerteret, armati carnifices defenderãt, sepulchris maiorũ cõsulentes. Redierunt & alij mendicãtes, tum Cœlestini, S. Mariæ Teutones, Hierosolymitani, & nõnullorũ monasteriorũ abbates, sacerdos qq; S. Georgij in arce Pragẽsi, q principis honore fungit, & baculo pastorali vtit, sacris pfectus virginibus ab exilio remeauit. Hic ex veteri more quotãnis in celebritate S. Viti, nouũ regi panem offerre tenet. Restituti sunt & cathedralis ecclesiæ canonici, vicarij, & mansionarij, diuinũ officiũ instauratur. Legati Basileã missi, q declaratione super articulo cõmuniõis expeterẽt. Cũ vero nulli essent ecclesiæ redditus, ex qbus ali templorũ ministri possent, iussit imperator ex fisco regio per singula canonicorũ capita qbusq; hebdomadis aureũ nummũ distribui, minoribus clericis dimidiũ dari. Ea res anno aureorũ sex millia absumpsit. In alia quoq; templa donaria collocata, noua facies vrbis, nouus populus. qbus ex rebus liquet, imperatorem, quæ fœdera cũ hæreticis pcussit, necessitate magis admisisse q̃ voluntate, voluisse aũt sensim ad verã religionem puinciã reducere. Thaboritæ q superioribus cladibus superfuerãt, in oppido cõseruati, ea lege in grãm recepti, vt qnquennio toto suis moribus viuerent, religiõis cultum mutare nõ cogerent, iura ciuitatis haberent, tributi noĩe singulis annis sexagenas decem penderent. Sed cũ nefandas eorũ cõsuetudines Sigismundus accepisset, qnquenniũ haud expectaturũ se dixit, Rochezanam hortari, Ro. ecclesiæ se subijceret, sic posse pontificatum sibi committi: superbienti, & aliena de fide sentienti, de dignitate desperandum esse: ille mẽte superba & opinione sua inflatus, peior effici, monachorũ reditum ægerrime ferre, quorũ sermones nõ minus, q̃ suos, acceptũ iri verebat. Ob quã rem occurrente inter pdicãdum sermone de monachis: Venerũt, inqt, noui ad vos dæmones quos monachos vocãt, his studium est deijcere nos à veritate. At si viri sumus, prius sanguinem effundamus. Id Sigismundus vbi accepit, immo nos, inqt, Rochezanæ sanguinem non inuiti ante aras libabimus. Non latuit Rochezanam sermo imperatoris, q admonitus clam aufugit, eius ecclesia Papustano bono & docto viro cõmissa, quem nos, inqt Aeneas, postea exulem, perturbatis iterum rebus, in Noua domo vidimus. Iohannes Roacius nobili loco natus, ingenio pessimo, nõ longe à montibus Tuthinis, in edito colle intra syluas castellũ ædificauit, vocauitq; mõtem Sion, asserens ex eo loco veritatem aliqñ exiturã, quæ gentem Boemicam libertate donet. euntibus ad Iglariã cæteris nobilibus, impatorẽ suscepturis, ipse domi manens, vicinis infestus pdas agitat. Sigismundũ quoq; lacessit, armenta quæ illi aduehebant ex Vngaria, rapit, neq; à purpuratis regijs manus abstinet. Sigismundus Henricum Tasconem qui hoĩem corripiat, cũ exercitu mittit, obsidet castellũ munitissimũ. Capitur tãdem Roacius, arx quoq; vi rũpitur, latronibus q eo cõfugerãt interceptis, sacerdotiq; Hussitarũ insaniæ participi indita vincula. ducti oẽs Pragã, suspendio vitã finiere. furcarũ triplex facta differentia, sublimiore Roacius pepẽdit, imã tenuere latrones circiter nonaginta, media sacerdotẽ arripuit. Aegrotare interea Sigismũdus cœpit, senio quoq; cõfectus. Barbara impatrix de retinendo impio solicita, Henricum Tasconem, Sterenbergiũ, Georgiũ Pogebraciũ, & alios plerosq; barones clanculum vocat, Sigismundum breui moriturum asserit, futuras in regno turbatiões, nisi rei suæ consulant: quietis vnicam viam, si se viduam rex Poloniæ ducat vxorem. Id ei suasu facile, duo regna acceptãti, comites Ciliæ, alterũ frẽm, alterũ nepotẽ, auxilia præbituros. Placet

Sigismũdus Pragã visit.

Sigismũdus Pragensem ecclesiã instaurat.

Rochezanę fuga.

Iohannes Roacius.

Placet Boemis imperatricis consilium, mulier iam anus, nouum cõiugiũ complexa, filiam quæ in spem regni creuerat, & Alberto duci Austriæ nupserat, ex animo dimouet. Nõ latuit impatorẽ furẽtis fœminę conatus, q postq̃ ex medicis adesse vitæ finẽ cognouit, primoribus Vngaroꝝ clam vocatis, Chari mihi filij, inqt, finem vitæ adesse arbitror. si vero hic morte præuẽtus fuero, timeo ne Boemi, q me & vos semp odio habuerunt, in vos irruãt. vestræ igitur salutis memor, viam inueni salubrem. cras em̃ barba & capillis meis adornatis, locate me imperialiter in feretro, & mediã per ciuitatẽ vnà mecum trãseuntes, me & vos e medio illoꝝ, q vestrũ sitiũt sanguinẽ, educite. Placuit Vngaris imperialis ꝓuidentia. quãobrem subsequente nocte Vngari vniuersis ad viam necessarijs ꝑparatis, oĩa iuxta impatoris cõsiliũ fecerũt. Et tum senex princeps venerandam caniciem ornatus, mediã ferebať per vrbem. fit cõcursus vtriusq; sexus, hinc lachrymæ, illinc plausus. gemũt pleriq; quasi illũ amplius nõ visuri, genuum curuatiõe iucundoq; salutatiõis oraculo eum veneranť. Ille circũquaq; oculis depastis, eisdẽ inclinatiõe capitis respõdebat. Egressus igitur Pragensi ciuitate, venire ad patriã nequit, in Morauiã se vehi iussit, visurus filiã priusquã vita excederet. Illa cũ viro duce Alberto ad eum in ciuitatem Znomiã venit. Ibi mox Barbara virũ secuta, custodiæ tradiť. Vlricus Ciliæ comes ꝑmonitus, fugã arripuit. Demũ impator vocatis in cubiculum Vngariæ atq; Boemiæ primoribus, q se secuti fuerãt, aduentasse solutionẽ sui corporis aiebat: cæteꝝ priusquã oculos claudat, de salubri statu regnoꝝ suoꝝ velle cũ eis agere, Albertũ Austriæ ducem, geneꝝ suum esse & virtute ꝑstantẽ, eũ se successorem noĩare, rogare supremam voluntatẽ suã exequãtur, beatũ id regnũ futuꝝ cui Albertus imperauerit. Exin legatos noĩat, q se mortuo Boemiã petentes, in cõuentu procerũ testamentũ suũ patefaciãt. paulo post obijt anno salutis 1437. in festo cõceptiõis B. Mariæ virginis, ætatis suæ septuagesimo, regnoꝝ aũt suoꝝ Vngariæ qnquagesimo primo, Romanoꝝ 27. impij vero anno qnto, Boemiæ 17. q postmodũ in Vngariam deportatus, in ecclesia Varadiensi honorifice est sepultus. ꝓcesserũt optimi principis interitũ prodigia quædã, malorum quæ secuta sunt, indicia. Albertum, q aderãt barones ex Vngaria & Boemia, concordibus animis regem salutauere. Ipse missis in Boemiam suis & Sigismundi legatis, versus Posoniũ iter flexit, miserabile spectaculũ & humanaꝝ reꝝ singulare documentum. Imperatrix captiua, & impatoris cadauer vnà vehunť. Occurrunt lugubres Vngari, nec tenere lachrymas in tanta rerũ nouitate possunt. hinc defuncti regis corpus fletũ elicit, inde reginæ vincula cõmiseratiõnẽ excitãt. Solať tñ miseros noui regis electio, cuiꝰ virtutis monimẽta extabãt, iusta defuncti regis ꝑsoluta. Albertꝰ in Alba regali cum cõiuge sua Elizabeth sequentis anni kaleñ. Ianuarij summo cõsensu & applausu populi coronatus est. Legati in Boemiã profecti, vulgato Sigismundi testamento, Albertũ vicinũ, nobilem, potentem, virtute ꝑstantẽ, Boemis amicũ, regẽ assumi petũt, Iohãnis, Caroli, Vuenceslai & Sigismũdi erga regnũ merita cõmẽmorãt, natã ex eoꝝ sanguine Elizabeth, inter Boemiæ reges & Austriæ principes fœdus extare, procerum cõsensu & imperiali autoritate firmatũ, vt deficiẽtibus in altera domo masculis hęredibus, altera regnũ accipiat, Vngari quẽ cupide regem acceperũt, Boemis haud adspernandũ. flectiť his Boemoꝝ cõuentus, Albertus pridie nonas Maias rex designať. Veꝝ proceres q cũ Barbara cõspirauerãt, nõ alio pacto in Albertum cõsentiunt, q̃ si postulatis suis mos gerať, sed frustra laborabãt. Alscio & Tasco certiores de hoc facti, accersitis ex factiõe sua primoribus, quoꝝ pars potior hæretica fuit, *Casmirũ regis Poloniæ germanũ, 13. annos natum, regem appellãt, missisq; oratoribus auxilia petunt, qbus regnum ei conseruari possit. Interea Barbara, dimissis quæ possidebat in Vngaria inexpugnabilibus castellis, libertati reddita est. mulier erat inexhaustæ libidinis, quæ inter cõcubinos illaudatũ æuum publice agitãs, sæpius viros petijt q̃ peteret, neq; Chrĩanę neq; alteri cuipiã religioni adstricta, qppe quę superos inferosq; vllos esse negabat. Ferunt eã ancillas suas sæpe orãtes ieiunãtesve increpasse, ꝙ corpus suum frustra macerarent, fictumq; cœli numen placare verbis crederent. Viuendum suauiter dum vita suppetat, fruendumq; voluptatibus suasit, id tãtum homini datum, cuius corpus cum anima simul extingueret. Moritur hæc tãdem apud Græciũ, corpus eius quãuis infidelis fœminæ, Boemi Pragam tulere, peractoq; funere, in sepulchro regio condidere.

Diui Sigis. Imp. interitus.

Albertꝰ Austrius Boemiæ & Vnga. rex designatus.

Barbara Ciliæ Co. imperatrix.

Alberto rege facto in Vngaria, primo anno in Budensi ciuitate ingens seditio emersit. Cum em̃ ipsa ciuitas ex bino populo, Vngarico s. & Teutonico, habeat incolatum, Teutoni Vngaros omnino subdere tum parabant, consuetudinem olim obseruatam, quod videlicet altero annorum Vngarus, altero vero Teuto iudex præficeretur, abolere satagentes. Erat in ciuitate Vngarus vir præstans, noĩe Iohãnes Euthueus, q solus Vngaricæ plebis opprobriũ grauiter ferebat. hic à Teutonis captus, alligatus saxo, in

Vngarica seditio.

Danu-

Danubium clam dimergit, cuius cadauer post aliqt dies pōdere lapidis solutū, emersit. Id videntes Hungari, magno impetu irruunt in Teutones, vindictā de eis sumentes: & cū autores inuenire sceleris nō potuissent, bona Teutonicorꝫ diripiūt, nec finis pdæ ac direptiōis fuit, donec aliqd rerꝫ superfuisset. Ad Eugeniū post Sigismundi gloriosissimi impatoris fata redeo, q cum aīaduertisset Basileæ cōgregatos nō vacare reformationi ecclesiæ, ,ppter quā cōcilium fuerat ordinatū, sed deformationi & cōspirationi cōtra se deponendū, tanq̄ fautorem bellorꝫ, bonorꝫ ecclesiæ dilapidatorem, ac virum sanguinū, vnde & ecclesiā scādalizātem. Sed ne schisma oriret, ipse destinauit solennes oratores ecclesiæ p̄latos Basileā, inter q̄s fuit abbas de Sicilia, tunc Panormitanus ep̄us, moniturus illos in Basilea, vt desisterent ab inceptis rōnibus, ꝙ ei rei pōtificia autoritas deesset, nā dudum Eugenius Florentia discedens, Bononiæ circiter annū dn̄i 1436. Basileense cōcilium Ferrariā transtulerat, ꝙ diceret ibi cōuenturā cū Romana synodo Græcā ecclesiā. Hac translatiōe nō obstante, patres Basileæ cōgregati, vt refert Anto. obturauerunt aures suas, nō audientes vocem dn̄i, autoritate suæ temerarię præsumptiōis cœperunt Eugeniū ad cōciliū citare. Solicitāte ad hoc Philippo Maria duce Mediolani, ægre pōtificatū illius ferente. Visus em̄ fuit fauere Venetis. Sigismundus tum Imp. oīno sub excōmunicatiōe hoc ,phibuerat, cū schisma nuper p̄teritū maximo labore fuerit ablatū. Cardinalis etiā S. Crucis ordinis Carthusien̄. q à Martino legatus fuerat in Franciā missus ad pacem inter regem & Burgūdiæ ducem cōponendā, superuenit ad obuiādum malis, idē oīno dissuadebat. Veneti q̄q; se mediatores cōstituerunt, ad recōciliādum cardinales cū Eugenio, q eo peracto inde abeūtes, reuersi ad Eugeniū, benigne recepti sunt, & in dignitatibus suis ꝑmissi, exceptis Arelatensi & Hispano, q in Basilea remāserunt. Editæ sunt interim Basileę cōstitutiōes quædā, quarꝫ exempla in actis cōcilij relata sunt. Anno dein 1439. Eugenio quarto, publicis decretis abrogato, pōtificem cōuentus designauit Felicem qntum. Amedeus hic erat, primus dux Allobrogum, sic olim dicti, q nunc circa Rhodanum Sabaudienses appellantur. vixerat is annos circiter quadraginta in florentissimo principatu, subijt inde rerum humanarꝫ tædiū, instituit'ꝗ eremiticā vitā, sumpsit & palliū eremiticū, per quæ magnum erat nomen sanctitatis adeptus. Tum ad honoris huius culmen adspirās, Basileā cum filijs duobus profectus est. Pallio & barba depositis, seculari se reddidit religioni. pōtifex Felix V. creatus, annos sedit nouem. De hoc Felice Aeneas Syluius: Felix inquit, post aliqt annos filiam præstātem Friderico 3. regi Ro. in matrimoniū obtulit, simul'ꝗ dotis noīe auri nummū ducenta millia, si Eugenio relicto, se Petri successorem appellaret. Horruit Cæsar, minime'ꝗ sacramento suo ecclesiæ sacramēta fœdare voluit, atq; ad suos cōuersus: Vendere, inqt, alij pōtificalia solent, hic libenter emat, si reperiat venditorem. Id qualiter actum sit, Deus nouit. Audiui ego à q̄dam p̄lato, q cōcilio interfuit, renuisse Felicem dotis tantū dare, licet cōciliū oīno dandū suaserit. Iohānes Segouien̄. homo Hispanus, moribus & doctrina illustris, q Amedeo pōtifice cardinalatus præeminentiā acceperat, & deinde vnioni cōsentiens, à Nicolao Pont. Max. dimisso cardinalatus titulo, Cæsarien̄. ecclesiæ p̄fectus fuit, monasterio contentus modico, hic vocatis ex Hispania legis Arabicæ magistris, Alcoranū Mahumeti in nostrā linguam de nouo cōuertit, & mendacia eius viuis rōnibus & argumentis explosit. At cū publicatū fuisset ab Eugenio cōciliū Ferrariæ celebrādum, illuc ipse Eugenius cū sua curia profectus e Bononia est. Ex Cōstantinopoli autem patriarcha & imperator Constantinopolitanus cum fratre suo & magno comitatu fere quingentorum se mouentes, Venetias applicuere. Ibi ꝑcipientes cōcilium generale Basileæ cōgregatū, dissentire ab Eugenio, aliquādiu subsederūt. solicitabāt Græcos hi qui Basileæ erāt, vt ad se accederent. p̄ualuit autoritas Eugenij, vt ad p̄sentiā suā se cōferrēt. Verꝫ qa pestis Ferrariā inuasit, translatū est cōciliū, assentientibus cunctis, Florentiā. Secutus est Eugenium illuc patriarcha cū impatore Græco, vbi paulo post patriarcha vir plenus dierꝫ in fide Ro. ecclesiæ migrauit ad dn̄m. Deinde Latinis Græcis'ꝗ cōuenientibus, disputatio aliqt mēses exijt. Græcorꝫ principes, p̄ter Ephesinū ep̄m, pleriq; pietati se Romanæ addixerūt. Et Florentiæ anno 1439. vnita est, Eugenio pōtifice Ro. qrto & Iohāne Palęologo Cōstantinop. imperatore, Græca ecclesiæ Romanæ, promulgatis vnionis decretis, actis'ꝗ publice Deo Opt. Max. gratijs. Bullę vnionis exēplū, est apud Antoninū historicum. Ea de re circiter hæc tpa, plura sunt alijs in locis acta. Errabāt Græci in tribus. Primo, ꝙ sp̄us sanctus ,pcederet à patre, sed non à filio: secundo, ꝙ nō esset purgatorium post hanc vitam: tertio, ꝙ ecclesia orientalis & Constantinopolitana nō esset sub ecclesia Ro. nec patriarcha Constantinopolitanus esset inferior Ro. pontifice. horum quodlibet est hæreticum. In alijs ritibus suis permissi sunt manere, vt ꝙ celebrent in fer-

De Ferrarię concilio.

Felix V. papa.

Alcoran Mahumeti lex.

Græca ecclesia Romanę vnita.

in fermẽtato, ꝙ baptizent sub alia forma, videlicet, Baptizeť seruus Dei. N. in noĩe patris & filij & spũs sancti, amen. Item ꝙ ordinati in sacris, vtanť matrimonio cõtracto ante susceptionẽ ordinũ sacrorum. Item ꝙ nutriant barbã. Item dant sacramentum eucharistiæ sub vtraq; specie oĩbus etiã paruulis, & multa alia. Insuper & Armeni, quorũ sæpe supra mentionẽ fecimus, cõstantes fidei Christianæ assertores, & aliqui ex India, miserũt oratores suos Florentiã ad Eugeniũ, postulantes & supplicantes instrui & erudiri in his q̃ sunt fidei, à Ro. ecclesia, & vniri cũ ea in charitate Christi: qui examinati, in paucis reperti sunt dissentire à catholica fide, & in illis subiecerũt se correctioni apost. sedis, q̃ de cõsilio p̄latorum decreuit, eos ritibus suis qui nõ sunt cõtra veritatẽ fidei, permittendos vt & Græcos, licet dissimiles sint à moribus Latinæ ecclesiæ. Quibus vero à fide vera discrepabãt, his prohiberi debere, vt ꝙ sacramentũ cõfirmationis nõ habebãt in vsu cõferendi illi nationi, declarato eis, ꝙ illud sicut cætera sacramenta debeant accipere, credere & cõferre, & aliqua alia quibus acquieuerũt. Interim Basileense cõciliũ aliqñ apud Lausanã finiri placuit, cui tot principes viri p̄ter Germanicos, rex Frãciæ, rex Angliæ, p̃ceps Mediolani & reliqui totis virib⁹ fauebãt, neglecta Eugenij pont. autoritate, qui Florẽtino cõuentui p̄erat. Tumultuatũ est quibusdã in locis hoc seculo grauiter. nã aliq̃t annos Hẽricus Angliæ rex, qui Parisijs Frãciæ regẽ se coronari fecerat, misere Galliã vastauit, donec regnũ ingẽti labore Carolus 7. recepit. Bonus princeps, qui circiter annũ dñi 1438. apud Bituriges comitijs publicis Pragmaticã sanctionẽ edixit, Basileensis cõcilij placita sectatus. Fuit hoc etiã tp̄e Lotharingo Renato cũ Alphonso Aragone ingẽs certamen de Neapolitano regno, in q̃d adscitus Renatus nuper à Iohanna 2. id regina mortua tueri non potuit. Carolus 7. Franc. rex. Renatus Loth.

Anno dñi 1438. Albertus Austriæ dux, Hungariæ atq; Bohemiæ rex, xiij. Kalend. April. imperator post Sigismundũ creatus, regnauit annis fere duobus, vir optimus. Is primo apud Albã regalẽ cum coniuge sua Elizabeth Kalend. Ianua. coronatus est rex Hungariæ. Inde pridie Nonas Maij rex Bohemiæ designatur. Inter hæc electores apud Francofurt Rom̃. imperiũ ei cõmendauerũt. at illi iniussu baronũ regni Hũgariæ, imperiũ acceptare haudquaq̃ licebat, quibus haud ex vsu videbať suũ regẽ Teutonibus imperare, dũ Sigismũdus Romanæ rei cõsulturus, Italiã, Germaniam, cæterasq; prouincias peragrãs, Hũgariã Turcarum direptioni reliquisset, atq; ob eã causam Albertũ iureiurãdo obligarũt, ne suo iniussu vacãs imperiũ acceptaret. vocati tñ ad regẽ, q̃ tũc Viennæ fuit, Hũgari, multa in vtrãq; partẽ tractarũt. victi p̄cibus tandẽ Friderici ducis Austriæ adolescẽtis, assensum dedere, & imperiũ summa cũ gratulatiõe Germanorum ab Alberto susceptũ est. Albertus rex Ro. Hungariæ & Bohemiæ, à quibusdã Bohemis refutatus est. Cõspirauerãt em̃ Alscio, Sterenbergius & Tasco cũ Barbara relicta Sigismũdi, & Casimirum fratrẽ regis Poloniæ xiij. annos natũ, regẽ vocarant. verum sanior pars Albertũ in regẽ accipiẽs, legatos mittũt ad regẽ Poloniæ, oratũ ne fratrẽ turbare regnũ Bohemiæ patiať, meminerit inter Polonos & Bohemos veteris amicitiæ, Albertũ ex testamẽto Sigismũdi & prouincialiũ decreto dictũ regẽ, nõ posse paucos ius regni ad alterum transferre. Polonus ad ea Bohemos sibi amicos esse fateť, cupere beneuolentiã perpetuo stare, ac fratri quẽ primarij barones regem vocauerint, ius auferre nõ posse, Polonis ac Bohemis vnã esse linguã, vnã originẽ gentis, cũ Teutonicis nihil esse Bohemis cõe, nihil prouincialibus incõmodius, q̃ sui regis vocẽ nõ intelligere. Proinde orare, vt fratrẽ suũ suscipiant potius, q̃ ipsi ab eo recipianť. donatosq; p̄ciosis pellibus, vt mos gentis est, oratores dimisit. Albertus medio tp̄e petit Italiam, q̃ in loco Tasco p̄ nuncios eũ rogat, ne prius regnũ ingrediať, q̃ sibi factioniq; suæ faciat satis. neq; em̃ passurum se regẽ esse, quẽ ipse nõ delegisset. vicissim Albertus ei, vt rex, respondit. adijt Pragã, vbi ei frequẽs populus occurrit, deinde 3. Kalen. Iulij solenni pompa coronatus est. Tasco Coloniã & alias suæ factionis ciuitates impigre muniuit, cũq; equitũ duo millia ex Polonis ad eũ venissent, populari agros cœpit. Albertus etsi auxilia ex Austria Hungariaq; adsciuerat, nõ expectatis his, hosti pugnãdi copiã facit. quã Poloni detrectãtes, ad Thaboritas sese cõtulere. Albertus hostẽ insequiť, pugnatũ singulis diebus est in cãpo, qui medius inter bina castra iacebat. Erãt in castris Alberti Christophorus Bauariæ princeps, Fridericus Saxonum dux, Albertus marchio Brandenburgeñ. xxx. millia militũ Alberto parebãt, Polonis xiiij. millia quibus adiumento Thabor erat. Albertus vero cum expugnari Thaboritæ aliter q̃ fame nequirent, soluta obsidione Pragã redijt. nõ multo post actũ est de cõcordia, induciæ belli dictæ, trahiť itaq; dissensio. Inter hæc Gregorius Strigonieñ. pontifex diem obijt, qui coronã regni ditemq; regũ supellectilẽ in arce seruauerat. qua re cognita, Albertus eo se confert, arx reginæ dedit, quæ dũ thesaurum regni corã baronibus ad eã

Alber. 2. Austriæ Imp. 108. Albertus coronatus Pragæ. Albert⁹ Polonos domuit.

rem selectis recognoscit, coronā S. Stephani regis, quā sacrosanctā putant, clam subripuit, anuiq; custodiendā tradit, cætera obsignatis claudit arcis. Profugerat tum in Hungariæ fines Despota Seruiæ, Rasciæ principē dicūt, Turcarū metu, quorū vbiq; iam arma grassabant, stupentibus adhuc nostris e clade, quam superioribus annis Sigismundi tēporibus acceperāt. Obsederat Turca Sinderouiā Rasciæ ciuitatē, cui tuādæ relictus erat filius Despotæ, vocabaturq; auxilij causa rex Albertus. sed obsessa ciuitas prius est amissa, q̄ ad locū rex pueniret. Despotæ filius oculis priuatus. Postea Albertus copijs Hungaricis contractis, exercitū cōtra Amuratē Turcarū imperatorē ducit. Turca Albertū in regni defensionē sufficientibus militū copijs prouisum audiens, omni pene Rasciæ agro suæ potētiæ subiecto, omne robur sui exercitus in Græcos cōuertit, & illā amplissimā Thessalonicensem ciuitatē vi cepit, & penitus diripuit: deinde Epirū & Aetoliā prouincias aggressus, eas in deditionē accepit. Hungari inter hæc qui in expeditiōe erāt, tædio affecti, maxime cū multi ex eis sanguinis fluxu grauarent, inuito rege dispersi, relictis castris abierūt. Reuersus inde rex, venit Budā, vbi infirmitate correptus est: & cū in aīo Viennā venire haberet, suæ minime parcens debilitati, cōtinuat iter. cūq; iam Strigoniū pterisset, & magis ac magis dysenteria laboraret, relicta vxore pgnante, obsignatoq; testamēto, in villa q̄ Longa dicit, 6. Kalē. Nouēb. e vita discessit anno dñi 1439. in Alba regali, suorū pdecessorū ad instar pompa regali est funeratus luctu celebri suorū. In hac gñatione sub Sigismūdo imperatore, in regno Hungariæ duo rusticana bella, autorib⁹ duobus rusticis, altero Antonio, altero Martino, cœpere. Antonius in Transsyluanis regni partibus, Martinus postea in terra Nir & Zamoskentz, magna rusticorū vi collecta, & noīe regio assumpto, vexillis eleuatis, ingentibus velut inundatio q̄dā erūpentes viribus, regnū ipsum subijcere cupientes, huc illucq; ferebant, nobilesq; vniuersos sibi occurrētes interficiebāt. ad villas vero & oppida vt illis adhærerēt, nuncios cū sanguinolentis gladijs mittebant: nolentes vero inclinari, pdæ pariter & morti exponebāt. Et in tantū rusticana hæc potentia creuerat, q̄ & armati illos pauitabant. Tandē multa procerū expeditione cōtriti & debilitati sunt, regibus ipsis morte mulctatis: cæteros qui euadere nequibāt, alios oculis, alios naso & labijs, alios vero manibus truncauere. In hac gñatione anno dñi 1417. in cōcilio Cōstantieñ. Sigismundus rex, Friderico burgrauio Norinbergeñ. marchionatū Brandenburgensem pro se ac successoribus suis dono dedit, quem & de eodē marchionatu in octaua paschæ ante prandiū cum maxima pompa inuestiuit, hoc ordine: Mane facto, quidā comites, barones ac nobiles cateruatim equitabāt per ciuitatē ter, ducentes duo vexilla, tubis lætitiæ signa sonātibus. His quasi pludijs habitis, cōuenerunt oēs principes ad habitationē Burgrauij, deferentes minuta vexilla armis futuri principis insignita, cōduxeruntq; Fridericū Burgrauiū ad forū vsq;. Erant in foro tabulatæ, in q̄ conscendit Cæsar, coronā in capite gestans, at vbi in throno cōsedisset, electores imperij qui aderāt, in suis habitibus à dextris partim & à sinistris in officio stabāt. postea adscendit Burgrauius, ducens secū duos milites, vexilla Marchię ac Burgrauiatus tenentes in manibus. prouolutus genubus imperatoris Burgrauius, petebat se Marchionem creari, atq; de Marchia inuestiri. mox lectæ sunt literæ, iuxta quarū tenorē deberet iurare. Præstito vt sic iuramento, creatus est Fridericus in Marchionē Brandenburgeñ. de Marchiaq; iuxta morē curiæ extitit inuestitus. Dedit illi rex primo vexillū Marchiæ in manus, postea pomū & sceptrū, q̄ gestabat comes Palatinus Rheni, accinxitq; eū gladio, consuetis adhibitis solennitatibus. Et sic iste Fridericus dignitatē electoratus imperij primus in familiā Burgrauiorū Norinbergeñ. adduxit. In eodē concilio Cōstantieñ. rex Sigismundus comitatū Cleuensem erexit in ducatū, ipsumq; Adolphū comitē eius dom⁹, creauit ducē. In hac q̄q; gñatione Fridericus Marchio Brandēburgeñ. (vt scribit Aeneas Syluius, postea Pius dictus) cōditurus testamētū, quatuor ad se filios euocauit, Iohannē, Fridericū, Albertū, & aliū Fridericū. Iohannēq;, quia natu maior esset, in hūc modū allocutus fert: Primus ego, vt nosti, dignitatē electoratus imperij in nostrā familiā adduxi. nūc vocat me supma necessitas. curæ mihi est, ne tantū decus in domo nostra vilescat. tibi, vt video, quietis & voluptatis vnicū studiū. in electoratu pter curā & assiduū laborē nihil inuenies. Eā ob causam si tua voluntate id possum, Marchionatū Brandenburgeñ. cui ius eligendi Cæsarē est cōcessum. Friderico qui tibi ætate succedit, quiq; & vigilantior & ad labores durior, q̄ tu, videt esse, testamēto relinquā. tibi Fontlandiam, Alberto quidquid Franconici iuris possideo, & alteri Friderico partē Mysnæ dabo. Cui Iohānes: Existimaui pater ante hūc diē, chariorē tibi multo q̄ me, Fridericū esse, cū illi sæpius blandirere, neq; id ferre nō ægre potui: nūc sentētiā muto, & te pater amo coloq;, q̄ mihi ociū,

Despota Seruiæ.

Alberti Cæsa. interitus.

Factiōes rusticanæ in Hungaria.

Burgrauius Noriñ. marchio factus.

Cleuæ dux.

Frid. 2. marchio Brandenburgeñ.

ociū,illi negociū sūpma volūtate dimittis. In hac gñatione erant in concilio Con stañ.duo duces Bauariæ,Ludouicus & Henricus,ambo principes clarissimi,discordes tñ.Ea de re dū Ludouicus dux quarta feria post festū S.Galli ex cœnobio Augustinensiū redire ad suū hospitiū vellet,essetq́ in itinere,tūc occurrit illi Henricus dux qui eū obseruabat,inflictoq́ vulnere graui,mox fugā iniit.fit tumultus in vrbe,ad iussum'q́ Cæsaris plures Henricū insecuti sunt,oīm tñ ipse manus euasit.factum est hoc anno dñi 1417. Contigit & in hac gñatione,q̄ Bauarus Ludouicus Ludouici filius gibbosus,impia cōtra patrē bella suscepit,venerandūq́ senē & autoritate insignem, qui quondā regnū Frāciæ gubernasset,in arce munitissima obsedit.Sed superis vltionē tanti sceleris petētibus,prius febre occubuit,q̄ patris animā in suā traheret sententiā.Ille in potestatē Henrici ducis postea factus,breui tpe vitā finiuit,nec Hēricus diu superuixit:qui cū phibuisset subditos suos in anno quinquagesimo Romā petere,veritus ne prouincia pecunia euacuaret,eodē anno migrauit e seculo.Hæc Pius papa. Successit Henrico Ludouicus filius ex sorore Alberti Cæsaris,qui mox Iudæos oēs e suis terminis eliminauit,vxorē ex Saxoniæ ducibus satā duxit,ex qua natus est Georgius Bauariæ dux cū sorore sua Margarita,Philippo Palatino Rheni thoro iuncta.

De ducibus Bauariæ.

Anno dñi 1439.obiit Fridericus dux Austriæ,reliquit filiū Sigismūdū ex dña Anna de Brunsuig vxore natū.reliquit thesauꝝ maximū,quē corrosisse dicit,vt oīa dominia domus impignorata redimerent.Hunc principē Sigismundū vnà cū thesauro patruelis suus Fridericus tutorio noīe in Austriam duxit,vbi pluribus annis adolescens remansit,donec à Tyroloneñ.quoꝝ princeps erat,reposcitur. In hac etiam gñatione Albertus dux Bauariæ,puellam quandā balneatoris filiā,perdite amabat,ita vt in spem matrimonii eā susciperet.illā propterea pater eius Ernestus apud Straubingen Danubii fluentis dimersit.Hic Albertus cū diu vitā mœrore egisset,tandē luctu peracto,vxorē de domo ducū Brunsuigensium duxit,ex qua sobolem pulcherrimā sustulit,Sigismūdū,Christophorū,*Volfgangū,Albertū,seculares principes.Albertus autem genitor sub imperio Friderici tertii podagra laborans,sepositis cæteris curis,secutus musicos,assiduis cantibus ac sonis animū oblectauit.Interdū & venationi operam dedit.Post illius obitū variæ inter fratres *conuentiones habitæ sunt.Tandē Albertus prudens princeps,fratrū suoꝝ vtcunq; tolerantia,solus imperiū ducatus gubernat.duxit in vxorē diui Friderici imperatoris filiam,ac Maximiliani Rom.Cæsaris sororem,cordatam mulierem & nobilissimam.

Sigismūdus Aust.dux.

Albertus Bauariæ dux.

GENERATIO XLIX.

ANno salutis nostræ 1440.sub Eugenio & Felice,durāte adhuc cōcilio Basileensi, incepit 49.gñatio.Erat tū schisma in ecclesia nō contemnendū. Eodē anno Fridericus eius noīs 3.imperator,Ernesti ducis Austriæ filius,Austriç,Stiriæ,Carinthiæ dux,& comes Tyrolis,Alberto Ro.rege e vita sublato,3.Kalen.Aprilis communi voto Cæsar electus,inde coronā regni Germanici apud ciuitatē Aqueñ.summo honore suscepit,& imperauit annis 53.Iuit Hierosolymā priusq̄ imperaret,felicēq́ reditū cū gloria habuit.Fuit eñ princeps catholicus & pius,ætate florida,quā sapiētia, grauitas & vitæ integritas comitabat,corpore strenuus,vegetus ac robustus,sobrietatis cultor pcipuus. At defuncto rege Alberto,vt dictū est,regina Elizabeth pgnanti vtero ab illo relicta,de se deq́ regno cogitās,mœstos ducebat dies.Vocatis itaq; Hūgaris proceribus,eos paucis alloquit:Viri,de rebus regni nō minus vobis q̄ mihi incumbit.ipsa sum,vt nostis,hæres regni,sed meas ad dirigēdas regni habenas manus sufficere nō arbitror.si prolē nascendā expectatis,fœmellā parere me reor.q̄rite igit vobis principē,qui ad portādas regni curas me magis idoneus sit.me tñ regno meo expertem nō faciatis.His dictis,simul obortis lachrymis,resedit.Ad hæc verba regni proceres cōsilio ducti,de nouo rege tractauere.erat tūc Polonoꝝ regis Casimiri german⁹ Lituaniæ dux Vladislaus,placuit ille pro moꝝ suoꝝ festiuitate regnicolis.quapropter viri in regno excellētes legati mittunt,hi nōdū iter perfecerāt,cū renunciatū illis est,reginā filiū peperisse,& ne exequerent cōmissa,admonent.Illi aūt quia Cracouiā venerāt,& regi Casimiro ac duci Vladislao cōmissa ad plenū perfecerāt,mutare nihil poterāt.Post aduocationē princeps iuuenis ambitione regni captus est,nec differt,cōmeatuq́ pparato,cōpetenti milite stipatus venit in Hungariā,& à multis regni proceribus in Buda ad regiā velut Hungariæ rex introductus est. Regina interea & nōnulli principes se cohortātes,Albā regalē petūt,ibiq́ in festo pentecostes Ladislaū hæredē regni,q nondū mēses q̄tuor cōpleuerat,p manū archiepi Strigonieñ.inungi & sacro diademate coronari solēniter procurāt.aderāt & Verspimēsis & Iaurieñ. ecclesiaꝝ epi.affuit Vlricus comes Ciliæ consanguineus regis,q pro puero coronato

Frid.3.Aust. Imp.109.

Elizabeth Alberti relicta.

Ladislaus Alber. filius

sacramentũ solitũ à regibus Hungariæ pstari, rite iurauit atq; pstitit. Quo facto, regina Elizabeth Hungarorũ incõstantiã verita, qui ad Poloniæ regẽ defecerãt, ad imperatorẽ Fridericũ cũ filio & corona diuertit, & vtrũq; tũ filiũ pro educatione, tũ coronã pro cõseruatiõe illi tradidit. His peractis, regina à rege Ro. rediẽs in regnum, vbi etsi multos haberet fautores, plures tñ e regno aduersabant eidẽ. Cõuocant regnicolæ ad Budã, & illuc sub saluo cõductu venerũt fautores Ladislai ac reginæ, Dionysius archiepus & cardinalis supradictus, Ladislaus de Gara Banus. hi regale castrũ ingrediẽtes, clausi sunt quoad nouo regi fidelitatẽ promiserũt. Ad hæc Banus non est dimissus, donec arcẽ Vissegradensem, quã pro rege infanti susceperat, Vladislao dimiserat. In eadem arce corona quæsita est & nõ inuenta, qm̃ eã regina (vt ante dictũ est) clã abstulerat. fit turbatio nõ parua. mox fautores Vladislai simul cũ ipso Albã cõtendunt, & eundẽ pro corona reliquijs S. Stephani miro opere magno cũ tripudio coronarũt. Tota inter hæc plebs scindit, hi Vladislaũ sequebant, illi reginã cũ filio pferre conabãtur. vnde nõ modica in regno damna emersere. sequunt cædes hoĩm, pugnæ ac direptiones. pualuerũt tamen in his zelantes pro Vladislao. Quid tamen Vlricus Ciliæ comes auunculus Ladislai vindictæ operatus sit, senes regni Sclauoniæ nouerunt. Quid deniq; & quantũ Iscra homo Bohemus, pro Ladislao egerit, Hungaria nõ ignorat. Vladislaus & sui plerũq; triumphant. Inter hæc Amurates Turcarũ princeps, qui sub Alberto quondã oĩe Seruiæ regnũ, q̃d Rasciã vocãt, suo dñio subdiderat, audiẽs regnũ diuisum, illud inuasit. Cũ aũt postea Ioh. Huniades castro Nandoralbensi capitaneus esset, ac partes regni Hungariæ inferioris, tota Sclauonia, ac cunctus ager inter Sauũ & Drauũ flumina dira Turcarũ rabie vastarent, Turca quidã Isaac adiacẽtem castro regionẽ aggressus est. Occurrit illi Ioh. Huniades. pugna facta, Turcæ tandem terga vertunt ac sternunt. Interea alter Turcarũ exercitus in Transsyluana regione grassat, illuc properat cõgregatis militibus Ioh. Huniades, hostibus obuiã factus, post maximã pugnã multorũq; cædẽ Turcæ fugã ineunt, sternunturq;, paucis fugæ psidio saluatis: cuius victoriæ fama hanc regno attulit vtilitatẽ, vt Transsyluanæ partes & Mundauia, q̃ pteritis tẽporibus à regno ad Turcã defecerãt, aut Ioh. Vaiuodæ consilio inducti, aut metu cõcussi, in pristinã redirẽt fidelitatẽ, obsequia cõsueta regi Vladislao exhibere iureiurãdo promittẽtes. Paulo post Amurates Turca lxxx. millia pugnatorũ exercitũ duxit in Transsyluanos, occurrit illi Ioh. Huniades. fit pliũ atrox. multi cadũt latere ab vtroq;. tandẽ Turcæ campum deserunt, insequunt Hungari, sternunt, proterũt, ac thesauros ex hoste reportãt. Nõ segnius Bohemi, audita morte regis sui Alberti, cõuenientes, vnũ corpus in regno efficiũt, atq; ad eligendũ nouũ regẽ ad Kalen. Maij anno 1440. diẽ statuũt. Rochezana, qui dudũ apud Graciũ exulauerat, domũ reuertit, suoq; more insaniens, Ro. ecclesiã, cardinalesq; cęterosq; per orbem epos execratus, apud solos Bohemos incorruptæ veritatis inueniri sacramẽta aiebat, pciosissimũ Christi sanguinẽ paruulis ac demẽtibus pbet, sacerdotes suæ temeritati aduersantes domo pellit, popularibus cõmunionẽ sub specie vini recusantibus, ecclesiastica sepultura interdicit, redeũt dãnata tẽpora. Regina Elizabeth iã filiũ ex Alberto pepererat, Ladislaũ noĩe. mittunt ad eã legati, qui dicãt ad eligendũ regẽ diẽ statutã. regina legatos accipiens, proferri diem postulat. q̃d vix obtinet, prolato die, legati reginæ venerãt. fit frequens cõuentus, scindũturq; Bohemi in duo. expectari alij Ladislaũ, donec adolescat, volũt: cõtradicunt alij, satis esse Ladislao, si post 24. annos vocet ad regnũ. vicit hæc sentẽtia, regẽ eligendũ sibi statuunt. Cõueniunt aũt in Albertũ Bauariæ ducẽ, & ad hũc mittunt regni primores. sed quibus ea res videbat indigna, hi Procopiũ ad Fridericũ Cæsarẽ clam ire iubent, cui Elizabeth Ladislaũ cõmiserat educandũ. Fridericus audito Procopio, missis ad Albertũ Boioariæ ducem nuncijs, hortat ne regnũ alij debitũ vsurpet. venientibus ad se Bohemis Albertus egit gratias, φ tã nobile regnũ sibi offerrent, multa se idcirco debere Bohemis. at cũ regis Alberti soboles extet, principẽ ne foris assumãt, fidẽ seruent, principem suo regno ne spolient monet. Bohemi ab Alberto repulsi, iterum cõueniunt. legatos ad Cæsarẽ mittunt, petentes tutorio noĩe vti regnũ accipiat. seorsum Tasco potens ex Bohemis, Friderico suadet, se ex fœdere, q̃d inter regnũ & Austriã habet, regẽ faciat. Sed recusat hoc Cæsar, neque orphani se, cuius tutelã gerat, hæreditatẽ vsurpare dignũ putat. sed nec tutorio noĩe regnũ gubernare se posse respondit. gubernatores eligant, ac per se prouinciã regãt, donec pupillus adolescat. Illo domũ reuerso, Bohemi gubernatores eligũt, inter quos Tasco & Mainardus priores habiti. stetit aliq̃diu cõcordia discors. alter em̃, Mainardus scilicet, catholicorũ tutor: alter, Tasco Rochezanæ amicus habebat. verũ Tascone vi morbi repẽte extincto, Mainardi potestas aucta est. id ægre ferẽtes hæretici, ad Geor

Vladislaum Polonũ Hũga. coronãt.

Ioh. Huniadis aduersus Turcam victoria.

Bohemorũ de eligendo rege disceptatio.

Georgiũ Pogebraciũ se contulerũt.ac ꝑ factionē coniuratione facta,excitat̃ de industria incendiũ in vrbe.cõcurrit̃.interea Georgius murum inuadit,proditores portas aperiũt:extollit̃ clamor,& capta vrbe trucidant̃ passim.Mainardus in eo tumultu captus,in arcē cõiectus,ibi tandē obijt,siue tædio diutini carceris,siue veneno.Ex illo tēpore sine cõtrouersia Praga in potestate Georgij fuit.nã & quibus nõ placuit,tñ dissimulare cœperũt atq; homini blandiri,cui resistere nõ poterãt. Ad Hungaros redeo.Iohannes Huniades iã ꝑ arma clarus,sæpe cũ exercitu Seruiã ingressus,plurimis cladibus Turcas affecit.verũ q̃uis Seruiæ magnã partē recuperauit,nõ tñ Georgio Despotæ cuncta restituit,multa sibi retinuit & amicis dedit,neq; iniuria,cum & ipse sua virtute repulisset hostes,& Georgij suspecta fides esset,q medios inter Hungaros & Turcas,nũc hos,nunc illos fefellisset:in his vero q̃ religionis essent,neq; Ro.ecclesiæ auscultaret,neq; Mahumeti legē sequeret̃. Anno 1443.vel circiter,cũ variæ disceptatiões in Hungaria inter reginã Elizabeth & regē Vladislaũ essent,partes eñ regis tenebat Ioh.Huniades iã bellis clarissimus,pro regina ac Ladislao zelabat Bohemus Iscra armorũ gloria clarus,qui partes reginæ defendebat,cũ rex Poloniæ regnũ inuasisset,ꝑdones sæpe acie fuderat,Iohannē Huniadē bis castris exuerat,rebellãtes Hũgaros magnis cladibus affecerat.Quare Eugenius pont.max.Iulianũ Cæsarinũ cardinalē legatũ in Hungariã de latere ad cõponendã pacem inter partes ꝑdictas miserat. hic dũ pro pace laborabat,regis Vladislai & reginæ Elizabeth cordibus non parũ ad cõcordiã inclinatis,pace nõdũ cõposita,regina ipsa carnis debitũ ꝑsoluit, cuius mors Vladislao hac ex parte magnã procerũ sequelã adiecit.Iulianus vero cardinalis non minus aduersus Turcã Hungarorũ extulit aĩos,& arma sumere ꝑsuasit.exercit⁹ Christianus vsq; ad arcũ magnũ cõtra Turcã profectus est. Per id tēpus cũ centũ millibus pugnatorũ intrauit Hungariã Turca.obtinuisset regionē plane,nisi cõmeatus ꝑ eius anni penuriã defuissent.Ibi Iohãnes Huniades sæpe cũ Turcis prospere dimicauit,q̃re regione excedere coacti sunt.Cõgregato postea nõ paruo numero,Turcæ cũ Christianis cõfligere nõ dubitabãt.superati tñ virtute Hungarica,multis cæsis,terga dedere.Hungari de magnis maiora tradentes,imperatori Friderico superatos bello Turcas scripsere,xxx.millia hostiũ cæsa,captaq́; multo plura.Card.S.Angeli sex millia dũtaxat hostiũ in eo ꝓlio cecidisse scribit,signa militaria nouē capta,Iohannē Huniadē non tã ducē q̃ militē pugna egisse.Turcis ea Christianorũ victoria plus pauoris q̃ dãni attulit,nõ Hungaricas tantũ vires,sed Germanicas q̃q; in se cõmotas arbitrãtibus.Sicq́; Ioh.Huniades exercitũ ingenti hoĩm rerũq́; ꝑda onustũ regia ad castra reduxit,in signũq́; victoriæ,multa hostiũ signa regi obtulit. Ex his tot illustribus triũphis princeps Turcarũ tremefactus,perinde ac totus Occidēs cõiurasset,missis caduceatoribus pacē petijt.Hungari qui suas vires nõ ignorarēt,nec tã potentiæ suæ q̃ casui victoriã imputarēt,periculosum existimãtes sæpius tentare fortunã,oblatas vltro cõditiones pacis nõ recusarũt.Induciæ belli in decē annos,iusiurandũ ꝓ sua sacra ambæ partes ꝓstitere.Bassa Nataliēsis Turcæ dimittit̃,Despotæ Seruiæ q̃ bello amiserat reddita.Molesta ea res Iuliano fuit,cui prosequēda victoria videbat̃.Eugenio q̃q; põtifici nihil molestius nũciari potuit,cuius mēti nulla maior cura insedit,q̃ Christianę fidei propugnãdæ.Scripsit igit̃ cardinali nullũ valere fœdus,q̃d se incõsulto cũ hostibus religionis ꝑcussum esset,Vladislao regi Poloniæ qui Hungariã occuparat,vt conuenta solueret imperauit,iuramēta remisit,nouũ instaurari bellũ tũ ꝑcibus tũ minis extorsit,&(vt aliqui volũt)ad facinus impulit. Vladislaus à principibus Christianis auxilia petijt,ꝑter Philippũ tñ Burgũdiæ ducē,neminē Christianę religionis zelus cõmouit.hic solus classem instruxit,q̃ vsq; in Hellespontũ profecta,Turcis ex Asia transitũ ꝓhibere in Europã conata est.Frãciscus card.Venetiarũ,Eugenij nepos,cũ plerisq; triremib⁹ eo missus,classi ꝓfuit.Vladislao qui alienũ regnũ inuasisset,e re sua visum est, solicitudinē belli ꝓuincialibus nõ deesse.Accersitis igit̃ ex Polonia ac Bohemia cæterisq́; vicinis gētib⁹ auxilijs,coactisq́; ex Hũgaria copijs,Turcas inuadere statuit.Iohãni Huniadi castrorũ cura cõmissa,xl.circiter equitũ millia fuisse tradunt̃,pleriq; dimidio minorē numerũ tradidere.Reguli Hũgarię põtificesq́; ꝗ plurimi ĩterfuere.Iulian⁹ S.Angeli card.milites crucesignatos nõ paucos secũ duxit,iter ꝑ Valachiã receptũ. deinde trãsito Danubio,in Mysiã ventũ,vt ꝑ plana in Romaniã trãsirēt.Amurates hostiũ cognito aduentu,cũ Græcis & Turcis ĩ Europa manētibus nõ satis cõfideret,exercitũ ex Asianis militibus cõparauit.sed angebat aĩm trajciēdi freti cura.anxio & multa voluēti Genuēses quidã curas ademere,q suis nauibus,accepta pecunia,trãsportare copias promiserũt.Locus est,vbi nõ amplius q̃ stadia quinq; latitudo freti cõtinet inter Propontidē & Euxinũ pelagus,tantũ est spatiũ,q̃d Europã Asiamq́; disterminat,

Georg.Pogebracius.

Iulianus card.in Hung.missus.

Pacem Turcæ petunt.

Genuensiũ crudelis impietas.

Bosphorũ Thraciũ dixere maiores, à Byzãtio xl. ferme stadijs distantẽ. hic Amuratis exercitus transuectus est, aureo nũmo vectoribus p capita tradito. q̃, si vera est fama, centũ millia fuisse ferunt. Iã Christiani locũ attigerãt, cui Varna est nomẽ, quũ aduẽtare innumerabiles hostiũ copias nũciatũ est, cedẽdũ Vladislao cardinaliq; videbat, & ne circũueniri ab hoste possent, munitũ montanũq; locũ petendũ. At Huniades aduersari, Turcarũ se nosse vires dicere, q̃ si Turcæ oẽs adsint, Hũgaris tñ impares fore, illos aurea & discolori veste, Hũgaros ferro atq; ære fulgere, Christianũ agmẽ & stare paratũ & sequi: si iã fugiat exercitus Christianus, quẽ rex Hũgariæ ducit, in q̃ legatus apostolicus adest, in q̃ tot nobilissimi proceres militant, nunq̃ deinceps Hungaris cõtra Turcas futurũ aĩm. vicit Huniadis sententia, expectati hostes: Postera die visi, maioris exercitus speciẽ p̃buere, q̃ fama ipsa vulgauerat. Territus Huniades eo cõspecto. tũ primũ periculũ aĩo voluẽs, de fuga regẽ admonuit, ille serũ cõsiliũ arguẽs, perniciosam magis fugã q̃ pugnã dixit, Deũ q̃q; respicere meliorẽ causam, magnifica verba Iohãnis pridie dicta, plenus irarũ exprobrauit: iussisq; oĩbus arma capere, p̃liũ expectauit. Anno igit dñi 1444. die x. mẽsis Nouẽb. Amurates in proximo colle cõsederat, ex q̃ suos atq; hostes cõtẽplari poterat. dato belli signo, xv. millia equitũ qui pugnã prouocarẽt, facto globo in Christianos impetũ fecere. Nõ detrectauere Christiani certamẽ. itũ est ferocibus in pugnã animis. superior acies nr̃a, Turcas in fugã vertit, q̃plurimis primo impetu prostratis. Propulsio perculit magno metu Amuratẽ, fugissetq; protinus, nisi circũstãtes satrapæ cõpræhenso eius equi freno, ignominiã eius increpassent, fugienti cõminati necẽ. perstitit inuitus, iussisq; fortissimis arma sumere p̃liũ instaurauit. Pugnatũ est summa cõtentione, plurimis nũc Christianis, nũc Turcis cæsis. cadebant hinc atq; inde, plures ex Turcis, q̃rũ corpora *facile tecta* erat. postremo cũ nouus in horas hostis succederet, & sauciorũ loca integri occuparẽt, nõ tã virtute q̃ numero superati Hũgari, referre pedẽ cœpere. Vladislaus cũ globo suorũ ex Polonia, vt hostes ex acie victores diuerteret, Christianisq; aĩm redderet, in tumulũ quẽ tenuisse Amuratẽ diximus, circuniectosq; vndiq; currus impetũ fecit. ibi noua pugna cõmissa, nouus iniectus Amurati pauor, trepidatũ totis castris, nec iã cõsistẽdi animus aderat. Quod si Huniadi par animus ac regi fuisset, & arridenti fortunæ dedisset manus, hauddubiũ quin ea dies & Amurati vitã, & posteris eius imperiũ abstulisset. Verũ ipse vt primũ cedere Christiana signa cõspexit, cũ decẽ millibus Hungaris ac Valachis ex acie se subtraxit, atq; insalutato rege, nutante adhuc victoria, fugã arripuit. fortasse rei militaris perito, nulla in pugna salus visa, & saluare aliquos q̃ perire oẽs maluit, etsi in eũ Poloni fortunam reijciãt. Vladislaus suæ sorti dimissus, dũ fortiter pugnat, equo deiectus, obtrũcatus est. caput eius hastæ infixũ, p Græciã atq; Asiã in signũ victoriæ populis ostẽsum. Poloni ad vnũ cæsi oẽs, direpta castra, ep̃i & proceres Hungariæ qui aderãt, opp̃ssi. Iulianus cardinalis dũ fugit amisso p̃lio, cũ iam hostes euasisset, Hũgarorũ perfidiã euadere non potuit. potũ equo dantẽ stagno forte reperto, latrunculi quidã nouere, arbitrati pecuniã apud eum esse, eiectũ equo necauere, & ablatis vestimentis, nudum cadauer dimisere. hic exitus tanti viri. Huniadem fugientem Despota cepit, & quasi hostẽ coniecit in vincula, nec prius dimisit, q̃ oppida suæ ditionis ab eo occupata recepit. Hæc Aeneas Syluius de fuga Huniadis, captiuitateq; & morte cardinalis Iuliani. Scriptor vero Hungaricus refert, q̃ occiso Vladislao, Hungarẽ castris relictis, in fugã sunt versi. aderat nox, quã nonnulli rerũ adhuc ad plenum non certi ducebant anxij. luce vero facta, Turcæ de fuga hostis dubij, compositis agminibus castra Hungarica visa sibi deserta inuadunt, cunctis in eis repertis aut captis, aut occisis, vbi & Iulianus cardinalis multiq; alij religiosi viri vltima soluisse debita feruntur. De captiuitate vero Huniadis ita inquit: Vuaiuoda Iohannes dum redeundo in partes peruenit transalpinas, incidit in hostem non prouisum. Nam Dracoles deducendi hospitis causa à Vuaiuoda petitus, in eũ violentas manus iniecit atq; incarcerauit. Tandẽ cũ Dracoles Huniadẽ capere sibi nõ licuisse reminisceret, post dies paucos multis eũ muneribus, vt ipse sperabat, placatũ, traduxit in regnũ, qui Iohannes, Huniades scilicet, paulo post in gubernatorẽ regni electus, anno 1445. copias suas duxit contra Dracolem, transcensisq; alpibus, se ingessit in illius dominiũ, vniuersoq; agro perdomito eundẽ cepit, simulq; cũ filio decollari fecit. Non desunt qui dicant Dracolem propter thesaurũ grandẽ oppressum, & sic à Despota Huniades id tẽporis captus nõ fuit, sed postea, vt dicet. Poloni regẽ suũ Vladislaum, hoc peracto bello, pluribus annis viuere crediderunt, captũ, non interfectũ arbitrantes. cardinali Venetiarum cladis eius culpa magna in parte imputata est. diu eñ fretũ, vt par fuerat, nõ custodiuit, neq; transuectos hostes Christianis ducibus nunciauit, q̃d ad suũ spectabat officium. De numero cæsorũ minime constat, illud exploratum est, longe plures ex Turcarum

Victi Iulianus, Vladis. & Huniades

Ioh. Huniades captus.

acie cecidisse:cæterum pro nūero copiarum,lōge maius damnū Chrianis illatū. victor Amurates neq; fugiētes hostes insecutus est,neq; gloriabūdus inter suos magnifica verba iactauit,neq; vt ante assueuerat,hilarē vultū ostēdit.Interrogatus q̄dnā tristior esset,cur non victis hostibus exultaret:Nollē,inq̄t,hoc modo sæpius vincere.iubēsq; vasa colligi,copias q̄ supfuerāt,domū remisit.Ipse Adrianopolim reuersus, deo suo q̄ pro victoria fecerat,vota psoluit.Exinde voluēs aīo regni curas, incōstātiā q̄q; fortunæ verit⁹, accersitis puinciarum maioribus,Mahumetē ex liberis suis natu maiorē, pro se regē cōstituit.ipse priuatā deligēs vitā,in Asiā pfectus,religioni cuidā solitariæ sese addixit.Calibassa inter satrapas Turcorum,opibus & autoritate maior,Mahumeti,q nō per ætatem aptus esset impio,gubernator datus,reliq regis filij,ne q̄s regno turbas excitarēt,more gētis necati sunt. felicius apud Turcos priuatis q̄ regibus liberi nascūt.effluxit abinde nō paruū tp̄s,in q̄ nec Turci Vngaros,nec Hūgari Turcos armis lacessere tentauerunt:adeo cruētissima Varnēsis pugna vires vtriusq; partis eliserat. Vladislaus vbi fortiter pugnās obtrūcatus est,in couentu deinde ciuitatū pcerumq; per Vngariā Ladislaus rex appellat.missa legatio ad Fridericū ex regni primorib⁹, decretū electiōis exposuit,Ladislaū in Hungariā mitti coronandū postulauit.Respōsum est, recte Vngaros egisse, q regē tandē suum reco gnouerint, electiōe inde haudquaq̄ opus fuisse ei, quem ius gentiū dedisset regem,neq; coronandū esse q semel coronatus sit. Puerum adhuc egere tutore,nullius tutelam salubriorem ei esse,q̄ Friderici imperatoris, expectarēt ætatē regno idoneā.Tum inter Vngaros & Imperatorē ob negatū regē inimicitię fuere,& armis q̄q; tētata res est.Iohānes Huniades ab Hūgaris gubernator elect⁹, infestis copijs Austriā ingressus,q̄uis ferro & igne agros vastauerat,regē tn̄ coronāq; à regina Elizabeth absportatā & q̄ repetebat in Vngaria castella, obtinere non potuit. ob quā rem vacuus redijt. Iohānes Huniades gubernator regni q̄rto suæ gubernationis anno Turcas aggredi cogitauit.ignominiā em̄ Varnæ acceptā aboliturus,resarcire dāna meditabat.Coactis in tpe copijs ex Hūgaria ac Boemia,ducere in Turcos statuit,q̄s prius aggredi volebat q̄ mouisse ex Vngaria nunciaret,adeo celeriter cūcta cōponēs.Consiliū eius Georgius Despota Seruiæ Turcarum ducibus patefecit,magnū gēti piculū imminere. pculsi eo nūcio Turci,q̄d agerēt non satis intelligebāt.Amurates iam senior religioni addictus,regni curas abiecerat.Mahumetes ætate minor,tātam belli molē posse ferre non arbitrabat.Calibassæ defuturā obedientiā putabāt.q̄d plura?missi legati,Amuratē reuocauere, q cōparato mox exercitu, in hostē pfectus, non aliter q̄ si ad p̄dam pgerēt,alacres milites duxit.Iam Huniades cum copijs Sauū trāsierat,prostratisq; locorum p̄fectis,agros late populat⁹ est.loco q Basilia vocatur,castra posuerat.Cum aduentare Amuratis copiæ nunciarent,non expectauit Huniades,puocari,prior ipse pugnam inijt.cōmisso p̄lio,anceps diu certamen mansit. Qua parte pugnauit Huniades,fusi hostes terga dedere:pari modo & Amurates in cornu suo Vngaros fudit.Postremo nō tulerūt Christiani Turcorum impetum,numero superati,non tam victi q̄ fessi,cōpulsi sunt cedere.Huniades vbi suos neq; minis neq; precibus sistere potest,cum paucis ex bello pfugit. multi Vngariæ proceres, & nonnulli ecclesiarum ep̄i in eo prælio ciciderunt.empta multo sanguine victoria,Amurates domum rediit.Et postea relicto Mahumeti regno,quemadmodū prius destinauerat,mortem obiit.Mahumetes igitur defuncto Amurate gubernacula regni ex voto adeptus, ærariū locupletauit,noua vectigalia excogitauit, in proceres & aulicos sæuire cœpit. Fugientem ex hac pugna Ioh.Huniadem Sinderouiam venisse scribunt,quem cum Georgius Despota ibi esse cognouit,immemor beneficiorum, detineri illum iussit & q̄si hostem in vincula coniecit:nec prius dimittere voluit, donec filium suum Ladislaum pro obside locauit.Paulo post ingratitudinem non minus q̄ captiuitatis calamitatē pōderās gubernator, contractis copijs agrum Despotæ vastare cœpit,oībusq; castris & dn̄ijs illius q̄ regni Hungariæ ambitus cingebat,illum spoliauit,ampliusq; pfligasset, nisi Despota illi filium Ladislaum obsidem incolumē restituisset. Dum hi motus in regnis pluribus flagrarent,etiam Germani suis armis inquieti fuere Suitenses intestinas seditiones concitarunt,aggressi Duricenses fœderis neglecti causa.rem gestā hoc modo scribunt:Olim anno dn̄i 1351.p̄dicti Suiteñ.cum multis sibi confœderatis, inierunt confœderationis ligam cum Duricensibus ppetuo duraturā,& taliter extitit puisum à partibus, q inueniri non posset modus, q̄ p̄dicta cōfœderatio valeret dirumpi. Erant hæc patentibus chirographis & necessarijs cautelis partiumq; sigillis confirmata atq; iurata.Fuit aūt in hac cōfœderatione expresse cautum, vt q̄libet pars seorsum confœderare se posset,saluo prioris cōfœderationis ligamine,cum q̄buscunq; principibus,ciuitatibus aut vniuersitatibus. Exceptū erat, vel saltē excipi debuerat,impium

Amurates Turca se impio abdicat

Ladislaū Hungari regem petunt

Altera victoria Amuratæ.



Suitensium Duricēsiūq; motus.

& imperator, maxime cum Duricensiũ ciuitas sit imperialis. Hac liga p 100. & amplius annos cõtinuata, subortæ sunt inter eos discordiæ haud contẽnendæ. q̃obrem ciues Duriceñ. circa annũ dñi 1430. se cum illustrissima domo ducũ Austriæ, salua tñ priori cõfœderatione, ꝑpetuo colligarũt. His ita cõclusis, Suitẽses cæteriq́ꝫ cõfœderati cœperũt indignari Duricẽsibus, q̃s & requisierũt vt nouã cõfœderationis sponsionẽ dimitterẽt, vel sup ea corã ipsis iuri starẽt. Non obstãte Duricensiũ exceptiõe legitima, asserentiũ ꝙ cõtra eoꝝ ligã non fecissent, & id cõstaret ex literis patẽtibus, qbus cauebat ꝙ q̃libet partiũ ligæ se libere cum aliȷs qbuscunqꝫ & qñcunqꝫ cõfœderare posset, salua prioris cõfœderationis obligatiõe (prout & Bernẽses nup cum ciuitate Basileeñ. & q̃ndam cum duce Sabaudiæ se colligauere) Obtulerũt se q̃qꝫ ȷȷdem Duriceñ. ad standũ iuri corã Bernẽsibus & Solodoreñ. eorundẽ Suitensiũ cõfœderatis, & pluribus aliȷs principibus & vniuersitatibus. Nihilominus Suitẽses ipsi minus cõtenti, de his oblationibꝰ & nisi corã suæ vniuersitatis tribunali iuri starẽt, bella sunt cõminati. Interea illustrissimus princeps Albertus dux Austriæ, pro parte suæ domus & ducũ Austriæ, petiuit terram q̃ dicit Ergoia, cum multis castris ac oppidis, p dictos cõfœderatos ante p annos multos violẽter occupatã, quã terrã cõfœderati nec restituere, nec corã cõpetenti iudice sup his iuri stare voluerũt. gladio, inquiũt, q̃siuimus, nec nisi gladio cõpulsi restituemus. Quid plura? Suitenses cum suis cõfœderatis oẽs ad arma habiles ferunt iurasse, ꝙ q̃tum p ipsos staret, ꝙ bella atqꝫ lites cõtra principẽ Austriæ, necnõ ciues Duricẽses non ante finirẽt, nisi prius p̃dictos Duriceñ. ad dimissionẽ cõfœderationis cum dicto principe & domo Austriæ nup cõfirmatæ, & ad restitutionẽ chirographi sup cõfœderatiõe cõfecti, & ad standũ iuri corã eis cõpulissent. Feroces ppłi, mox cum suis cõfœderatis, seclusis tñ Berneñ. & Solodoreñ. in Duricenses, ꝙ ab eoꝝ liga desciuissent, cõparato exercitu, in eoꝝ agrũ cũcta deuastãtes exiuere anno dñi 1443. Quibus cum Duricẽses p̃lio cõgredi p̃sumpsissent, vsqꝫ ad internecionẽ cæsi sunt ab ipsis Suitẽsibus. Id factũ est ꝑpe capellã S. Iacobi leprosoꝝ extra muros Duricẽses. ibi em̃ vt aliq referũt, ciues cũ suis pausabãt deliberabãtq́ꝫ. Extũc 400. viri p Suiteñ. ordinati, p̃currẽtes, signo, q̃ nobiles ac Duriceñ. videlicet rubea cruce, vtebant, falso assumpto, tanq̃ amici illis ꝑmixti sunt: initaq́ꝫ pugna hi fugã faciũt, secumq́ꝫ ad fugã multos trahunt. At vbi eis opportunũ visum fuit, improuisos intra capellã & extra manẽtes crudeliter occidũt. Tanta vero in victos crudelitas ac rabies fuit, sicut refert Aeneas Syluius, vt eo in loco partæ victoriæ epulãtes, cõgestis necatoꝝ corporibus, mẽsas ac sedilia ex illis apparauerint, & aperiẽtes hostiũ cadauera, cruorẽ biberũt, corda dẽtibus lacerãtes. Nõnulli tñ ex illis anno sequẽti, hoc est, 1444. iuxta leprosoriũ S. Iacobi extra portas Basileenses, eius crudelitatis (vt creditũ est à qbusdam) pœnas soluerũt, de q̊ mox dicetur.

Duricẽses à Suiteñ cæsi.

Ars impressoria.

circiter annũ dñi 1440. Friderico 3. regnãte, ars impressoria excudendoꝝ libroꝝ stãneis formulis, apud Moguntiã Germaniæ ciuitatẽ primũ cœpit, q̃d inuentũ nescio an vnũ supra reliq̃s natiões ingeniũ Germanicũ vel elegãtia sua, vel vtilitate efferat. Tot extãt hodie triũ principaliũ linguaꝝ autores, tot fidei Chr̃ianę monumẽta, tot instaurati huius inuẽti gr̃a libri, vt plane diuinitus datũ munus reip. crediderim. Debẽt Germaniæ literæ, debẽt autores boni, qbus hoc ope immortalitas est parta. q̃obrẽ Philippus Beroaldꝰ, & egregie doctꝰ homo, & Germaniæ p̃cipuo studiosus, in illiꝰ laudẽ ait:

O Germania muneris repertrix,
Quo nil vtilius dedit vetustas,
Libros scribere quæ doces premendo.

Sed fato Germanicis ingeniȷs datũ putarim, vt in ære tractãdo nr̃i in primis excellãt: q̃d cũ multis aliȷs patet, tũ hoc p̃sertim impressoriaꝝ formulaꝝ stãno, ac alio inuẽto, bõbarda s. bellici tormẽti genus ẽ hoc, à sono sic appellatũ. tale id est, vt Sulmonea nihil amplius mirari soleamus, Germanicũ inuentũ, aliquãto q̃ sit impressoria ars, vetustius, à plerisqꝫ scriptoribus impẽdio doctis celebratũ. Anno 1442. Philippus Maria filiã suã Blancã despõsauit Frãcisco Sphorciæ, q antea ei aduersabat. dedit illi Cremonã cũ agro Cremonẽsi & Pontremulũ in dotẽ. Cõposita est pax inter Venetos & Philippũ, hãc pacis cõditionẽ ægre Eugenius ferẽs, ꝙ Frãciscus cæteris socȷs, se posthabito, de amissis restituẽdis cauisset, æstimatiõe nõ facta, ꝙ Piceninus Bononiã occupauerat, abire Florẽtia Romã instituit. Eugenius itaqꝫ anno dñi 1443. Florentinis frustra eũ retinere nitẽtibus, Romã veniẽs, die 28. Septẽb. effusa obuiã vrbanæ turbæ multitudine, nullo nõ gñe honoris adhibito, ad portã flaminiã noctu diuertit. Sequẽti vero die ad S. Petrũ iturus, paratis de more supplicationibus, põtificio habitu vrbẽ incedẽs, tumultuari ppłm audit, ob duplicatũ tributũ vectigalq́ꝫ nouũ vino impositũ. hãc ob rẽ facto silẽtio, audiẽtibus oĩbus, exactionẽ illã minorauit. q̊ facto, statim succlamatũ

Bõbarda.

Eugenius e cõc. Florẽt. digreditur.

matum est ab oībus, Viuat Eugenius: cum antea clamassent, Moriant̄ noua vectigalia eorꝝq; inuentores. Paulo post beatum virꝝ Nicolaum de Toletino, ordinis Eremitaꝝ, q̄ p plurimos annos ante obierat, cum claruisset multis miraculis, sanctorꝝ catalogo de cōmuni cōsilio cardinaliū & p̄latorꝝ adscripsit. Anno 1444. factæ sunt treugæ inter reges Franciæ & Angliæ vsq; ad 18. mēses, & filia regis Renati fuit ꝓmissa regi Angliæ, & ꝙ treugæ istæ melius seruari possent, cōclusum est, ꝙ oēs gētes armorꝝ tam Francorꝝ q̄ Anglorꝝ, sub Delphino irēt in Germaniā. q̄d & factū est. Delphinus Ludouicus noīe, venit p hos dies cū magno exercitu intra limites imperij, oppidū Montispeligardi comitū de Vuirtēberg obsidiōe cinxit. ibi cum aliquādiu maneret, castellanus pactis ad certū tēpus oppidū tradidit, q̄ lapso, libere id restitueret. Postq̄ aūt loco potitus est, fama vndiq; aduentū suū publicauit. aliq illū in auxiliū nobilitatis venisse p̄dicabāt, apud alios vocatū se dicebat p Ro. regē Fridericū cōtra Suitēses. Itali scribūt Eugeniū cōposita prius inter reges pace, Delphinū cum equitatu in Basileeñ. concitasse, vt illic dissiparet conuentū. nōnullis ipse Delphinus se velle vendicare iura domus Frāciæ asseuerabat, q̄ vsq; ad Rhenū ꝑtendi dicebat. Ex hac causa vrbē Argentinam obsessurꝝ se affirmabat, dicebat & se ꝓpter ducē Sigismūdū venisse, & hoc nō ꝙ ita esset, sed ꝙ fauorē ob eam causam sese putabat habiturꝝ. De eius exercitu varia dicta fuere. qui minora probant, 25. millia fuisse censent. Concordatum est inter Delphinum & Alsatieñ. 25. millia suorum per hyemem in oppidis Alsatiæ recipi debere. Veniebāt iam Delphini gētes, vulgo tum dicti Armeniaci, & cū iam in agrū Basileeñ. oēm ferme militiā Gallicā eduxissent, ingentemq; metū ciuibus incussissent, Suitenses ex fœdere sociæ ciuitati 4. millia militū lectissimæ iuuentutis auxilio misere, q̄s cū Delphin⁹ appropinquare animaduertisset, mediū inter Basileā & Suiteñ. se opposuit, nec detrectauere illi certamē, q̄uis pedibus pugnaturi cōtra 30. millia equitū. ꝓgunt, & priores Armeniaci turmas incidūt, plurimosq; neci dant. Armeniaci retro cedentes, ad maiorē se exercitū recipiūt. illi sanguinis cupidi & auidi victoriæ, dum gloriā q̄runt, ꝓpriā salutē amittunt. ventū est ad hospitale S. Iacobi, q̄d vix stadijs 4. à Basilea distat. ibi vniuersa multitudo Armeniacorꝝ in Suiteñ. irruit, nonnullis ante portas Basileeñ. positis, q exeūtes obseruarēt cæderētq;. Cōmittit̄ atrox p̄lium, cadūtq; ex vtraq; parte plurimi. p̄lium à principio diei vsq; ad finē ꝓtractū est. ad extremū nō victi Suiteñ. sed vincēdo fatigati, victoriā lugubrē Armeniacis reliquere: cāpusq; liber eis māsit, non virtute, sed multitudine superātibus. magna cædes equorꝝ fuit. plures Teutones dum Suitenses vlcisci volūt, vitā amittūt. Suitenses ad vnū occisi ferunt̄. Dum hæc aguntur, rex Ro. oratores ad Delphinū mittit ep̄m Augusteñ. & Iohannē de Aich doctorē, nonnullosq; milites, ꝑscrutatum q̄d causæ sit, ꝙ imperiū cum exercitu sit ingressus. redeunt oratores, & Delphinus oratores suos adiunxit 5. viros p̄stantes. Interim ex parte concilij Basileeñ. cardinales 2. Arelateñ. & S. Callisti, pluresq; alij doctores Delphinum adeunt, & cum his ciues Basileenses, deprecanturq; ne cōcilio vel vrbi noceat. Is rursum suos Basileam nuncios mittit, q habuerūt diuersos tractatus. nam & oratores Felicis papæ Amedei, totiusq; Suiteñ. factionis illuc conuenerāt. oratores Delphini dicebant se vocatu regis contra Suiteñ. venisse. Tandem post deuastationem Alsatiæ, non sine suorum strage maxima, reuersi sunt ad propria anno 1444. Certum ego habeo, ꝙ Delphinus arcem & oppidum Montispeligardi dñis comitibus de Vuirtemberg iuxta ꝓmissa restituit. audiui à portario arcis, dixisse Delphinum, dum fuerat intromissus, primum suspendi debere castellanum, q oppidum tradidisset tanta arce munitum. Interea Carolus rex pater Delphini exercitum duxit in Lotharingiam, & Metensem obsedit ciuitatem p 5. menses. tandem abijt p compositionē. Anno dñi 1442. Alphonsus Ferdinandi regis Aragoniæ filius, qui Ferdinandus fuit regis Hispaniæ vlterioris gnatus, qui currentis equi lapsu exhalatus fuerat, Renato Andegauensi superato, vt p̄dictum est, & pulso, in regnum Neapolitanum succedens, regnauit annis ferme 22. cum diu ante regnasset in Aragonia, Sardinia & Hispania. Anno dñi 1445. misit in Germaniam Eugenius papa legatos & concilij dissipandi causa, & vnionis ecclesiasticæ restituendæ noīe, qui cum Basileæ diu nihil egissent, Romam reuersi sunt, quorundam principum obedientiam declarantes. Nam interim dum ipsi legatione fungerentur, Germaniç principes aliquoties cōuenere: primū in *Noribergo, deinde in Francofordia, demū in Oschoffenburgo, cuinam sese addicerēt, agētes. Eratq; Basileo conuentui magna spes obtinendæ obedientię ꝓ Felice, ꝙ in hāc sententiā principes electores sex conuenissent, vt nisi Eugenius eorum postulatis annueret, fore vt Felicem Sabaudieñ. sectarentur, postulata principum à Pont. q̄cunq; ea fuerint, difficilima ꝓdunt, sed eorum conatus, optim⁹ pientissimusq; princeps rex Fridericus præuertit,

Delphinus Germaniā adijt.

Armeniaci.

De oppido Montispeligardi.

Metis.

At. de Felicis obedientia.

uertit, Eugenij mandata fouēs. Anno 1445. Cōstātinus Palæologus vltimus ex ipsa familia Græcorum imperator, hoc anno Iohāne eius germano imperatore, sine filio defuncto, in imperiū succedēs, imperauit annis 8. vir quidem à principio ingentis animi, qui cum primo Peloponesi rex esset, cum Turcis sæpius confligēs, eos sæpissime fudit: ac etiā fines suos exiens, hostiū agros persæpe populari ausus fuit, multa eorum oppida vi & armis expugnare non extimuit, cuius rei causa Draconis cognomentū suscepit. Sed postmodū Heraclea oppido munitissimo ab Amurate Turca sibi ablato, & muro qui Græcos à Turco seruabat illæsos, demolito, adeo illi animus decidit, vt & gestorum præteritorum oīno immemor, nullū deinceps clarum facinus agere visus sit. quapropter timore perculsum, Amurate deinde mortuo, Mahumetus eius filius tributo nō cōtentus, mulctauit non modo imperio & Cōstantinopoli, sed & vita adempta. Anno eodē Ludouicus Gonzaga secūdus Mantuanorum marchio, patre Iohāne Frācisco marchiōe defuncto, successit. imperauit annis 33. vir quidem fortis & iustus, literis adprime eruditus. Sed & militādi sciētiā ab ineūte ætate ab ipso patre suo exercitādo didicit. deinde exactis adolescētiæ annis sub Philippo duce Mediolani, cum Nicolao Picenino militare curauit. Postea cum Frācisco Sphorcia integer factus socialia bella peregit, cum quibus militās, sæpe hostiles acies fregit. In Aragonijs castris multas terras gentesque expugnauit, propter quod apud multos cognomēto Turca dictus est. Adeo aūt promissi fidelis est habitus, vt nullis blandimētis, nullis muneribus, nullis terroribus à promissa fide distrahi posset. Et propterea ipsum Philippus dux filiū, Frāciscus Sphorcia fratrē, & denique Galeatius ipsum patrē appellare cōsueuerūt: cuius tāta dignitas fuit, vt totius Insubriæ iustus arbiter sit appellatus. Tandē anno 1478. mense Iunio leui genere mortis obijt, filijs 5. ex Barbara Ioh. Brādenburgeñ. Marchionis filia susceptis. Fridericus illi successit, Franciscus Ro. Ec. cardinalis fuit, filiā ipsius Barbarā inclytus dñs meus comes Eberardus de Vuirtēberg duxit vxorē. Anno 1446. vt fere oēs, sed vt ex supputatione successoris sui colligitur, anno 7. moritur Eugenius papa, pontificatus sui anno 16. Kal. Martij, vir ingenio & gestis rebus insignis, & in B. Petri basilica sepelitur sepulchro marmoreo. vacat sedes dies 12. vt refert Platina. Anno nostri saluatoris 1447. pridie nonas Martias in Ro. pontificē creatus est Thomas* Sarsanus, humili loco & familia natus, matre Andreola, patre Bartholomæo physico, Nicolaus 5. vocatus. sedit annis 8. vir certe tam to principatu dignissimus, adeo tñ modestus, vt tāto se magistratu indignū arbitratus, rogauerit cardinales oēs, supplex etiā, vt ecclesiæ Dei maturius cōsulerēt. Verum Tarentino cardinali eum adhortāte, ne cursum S. Spūs impediret, collūtāto oneri subiecit. Interrogatus vt fit, cardinalis Portugaleñ. e cōclaui prodiens, quē pontificē creassent: rñdit, Nō nos Nicolaū, sed Deus pontificē designauit. Vno itaque & eodē anno Thomas Sarsanus & epatum Bononieñ. & cardinalis dignitatē & pontificatū adeptus est, cum maxima totius cleri populique lætitia. Laudatur aūt Nicolai liberalitas, quæ in oēs vsus est, maxime erga literatos, quos & officijs & bñficijs mirifice iuuit, eos præmijs ad cōponendū & ad vertendos Græcos autores in Latinū ita propulit, vt literæ Græcæ & Latinæ, quæ 600. iam annis in situ & tenebris iacuerāt, demū splendorē aliquē adeptæ sint. Nicolaus cum pontificatū inijsset, præter oīm spem, mundi principes, cum esset consilio & virtute illustris, in oībus habuit fauorabiles. at pacis & quietis amator, celebrata demo re coronatione, mox factis ingenti apparatu letanijs, quibus ipse pedes supplicabat, cardinalem Morineñ. Ferrariā mittit cōponendæ pacis causa, quæ legati interuentu & autoritate ad pacem magis impellerentur animi partiū. missi eo propterea Alphonsi, Philippi, Venetorum, Florentinorumque legati, qui post longā disceptationē hāc Philippo optionem dedere, vt vel inducias in quinquennium à Venetis Florentinisque acciperet, vtraque parte possidente quæ tenebat, vel pacē permutatis quibusdam oppidis. verum mors Philippi impedimento fuit vtrique optioni. Nam cum hæc agerentur, Philippus Maria primū aduersam valetudinem oculis captus incidit, vitæ tædio & languore simul profluuio ventris correptus, sexto Idus Augusti anno 1447. obijt, Alphonso rege hærede instituto.

Populus cognita ducis Philippi morte, Mediolani in libertatem sese proclamauit, 12. viris electis qui remp. administrarēt, castrum portæ Iouis instar excellentissimæ regiæ, captum ac dirutum est, & testamentū Philippi dilaniatum. Ad dñium Mediolanense multi adspirauere, sed qui coloratis vterentur titulis, quatuor fuere. Fridericus imperator deuolutum ad se principatū, Philippo sine liberis legitimis vita subtracto, contendebat. Alphonsus rex testamento hæreditatem petebat, Carolus dux Aurelian. ex sanguine vicecomitum natus, ab intestato id sibi deberi aiebat. Franciscus Sphorcia vicecomes, coniugem suam quæ Philippi filia fuerat, hæreditatē patris suscepturā aiebat. Auditæ sunt legationes oīm in senatu Mediolaneñ. quarum aliquæ sermone directo

Constantinus vltimus Græ. Imp.

Lud. Mantuæ marchio.

Nicolaus 5. papa.

Restitutæ literæ.

Philippi Mariæ interitus.

dñium petiere,aliq̃ per simulationē oblati contra Venetos auxilij insinuare se populo satagebāt. Sed ciuitati q̃ iam libertate gaudebat,nulla conditio placuit q̃ iugū suscipe ret:obtulit tñ imperatori cēsum q̃tannis aureum poculum,si libera suis legibus dimitteretur.dilaniabatur interea Philippi hæreditas, Veneti Placentiā, Cremā, Laudam occupauere:dux Sabaudiæ Ludouicus Valentiam & Confluentiā inuasit, & alij alia.

Philippi gener Franciscus Sphorcia eo ipso anno ex Piceno pulsus, cum intelligeret Venetos oīa occupare, celeri cursu cū vniuerso exercitu Cremonā venit, & p̄sidijs in ea positis,statim à Papieñ.vocatus,vrbē eam in suā potestatē recepit. Quibus gestis à Mediolañ.summo oīm cōsensu copiarum dux cōtra Venetos delectus est.Quibus cum sæpe feliciter cōgressus est,q̃re auctis viribus tm̄ conatus,vt breui tpe Mediolañ.ducatum occuparit.Mediolanū vrbem restituit inde, multaq́ cum Alphonso bella gessit. Frāc.Sphorcia dux Mediolani.

Nicolaus pōtifex audiētiā in principio nimiā oībus dabat die noctuq́, vt requiem sibi oportunā subtraheret,& q̃si cōtractus fieret, sed postmodū tardā & rarā audientiam p̄stitit.Visitatus est à principibus & cōmunitatibus multis Christianis,cōgratulantib⁹ eidē,etsi Sabaudiæ duces nōnihil resisterēt. Amedeus post 2.annos vel circiter à Friderico Imperatore ac alijs nōnullis exhortatus,p̄curatores suos corā ipso Nicolao renūciauit omi iuri, q̃d haberet vel habere p̄tenderet in papatu certis cōuentionibus adhibitis,videlicet vt cardinalis remaneret ac legatus in Germania & regiōe sua. Cardinales etiam aliq ex suis,in dignitatibus suis remanerēt, q doctissimi viri erāt,& alij p̄lati in sedibus suis.Quibus oībus Nicolaus Pont.cum cardinalib⁹ acquieuit,p bono pacis & amotione schismatis Basileeñ. Sed & imperator principesq́ Germaniæ in Oschoffenburgo cōuenientes,declarauerūt se p Nicolao,mandauitq́ imperator oīb⁹ p Germaniā cōstitutis,Nicolañ p vero & indubitato Ro.Pont.venerari debere.&Basileensibus vt conciliū dimitterēt,nec vltra festū S.Martini retinerēt, q̃d publicatū est anno dñi 1447.circa festum S.Michaelis. Renunciatio Felicis facta est anno 1449. q̃ concordia non solum lætatus est ppl's Ro.sed etiam totus mundus à tanta seditione liberatus.Et Nicolaus approbauit acta in cōcilio Basileeñ. extāt literæ incipientes,Nicolaus &c.ad p̄petuam rei memoriā.vt pacis. q̃ datæ sunt anno dñicæ incarnationis 1449.decimo Kal.Iulij.Impressæ sunt cum actis concilij Basileensis in fine actorum,q̃ tñ sane intelligendæ sunt. Anno 1448.rex Franciæ Carolus fecit ordinari in regno,vt deinceps p̄petuo vnaquæq; parochia haberet vnū armatū,q vt melius illi rei inseruire posset,cōstituit vt esset liber ab omi exactione. Sequēti anno rex Carolus cepit totam Nortmanniā,quā ante tenebāt Anglici,& in grarum actionē instituit p̄petuis tpib⁹ fieri p regnū suū p̄cessiones 12.die Augusti, in q̃ cepit vltimū locū p̄sidio Anglorum munitū.Pari modo anno post sequēti reduxit in suā p̄tātem Aquitaniā,reddita tū est regi Burdegala & tota Aquitania. Anno 1448.Iohā.de Vuesternach, p̄positus & antecessor me⁹ ecclesiæ collegiatæ S.Crucis in Stutgartē Cōstañ.diœcesis,iussu illustriū fratrū Ludouici & Vdalrici comitū Vuirtēbergæ & Mōtispeligardi,impetrauit priuilegiū à Nicolao 5.q̄ ipsi comites ac subditi libere tēpore q̃dragesimali vti possint lacticinijs,durante carentia oliuarum ac piscium.hoc priuilegium magister Ioh.Spenlin, medicinæ & theologiæ doctor & p̄positus in Herrenberg, impugnauit, asserēs male fuisse narratū:tandē examinatū est negociū ab ep̄o loci, & admissum est priuilegium.

Felix pōtificatu abdicatus.

De priuilegio lacticiniorum in ducatu Vuirtēbergensi.

In hac gñatione dux Ludouicus comes Palatinus Rheni,princeps clarissimus,duxit vxorem dñam Margaritam Ludouici regis Siciliæ relictam, filiam Amedei ducis Sabaudiæ,q in papam à concilio Basileeñ.electus fuit & Felix dictus.Erat mulier forma & moribus p̄clara,annorum circiter 20. ex ea genuit Ludouicus dux Philippum,& paulo post moritur,nondū matura ætate,bonis oībus p̄ dolore & desiderio hoīs lugentibus.reliquit aūt sobolem Philippum puerum nobilissimū,q p ætate electoratum imperij sibi à patre relictum gerere non poterat.Ea gratia patruus ipsius Fridericus iam florida ætate,acer & bellicosus,cōsentientibus terræ optimatibus, arrogauit Philippum infantem,gubernationemq́ prouinciæ tanq̃ dñs suscepit, & electorem imperij se dixit,cœlibatū p̄petuū,vt scribit Aeneas Syluius, p̄misit,ne arrogato filio, vxorē ducēs, p̄iudiciū faceret.Rogatus Nicolaus Pōt.hoc genus adoptiōis cōfirmauit. At Fridericus Imp.sæpe multūq; requisitus,id facere recusauit. fuit aūt Fridericus princeps singulari prudētia,magnitudine atq; strenuitate insignis,bello faustus, vt q multa armis dñio Palatinatus adiecit.De cœlibatu non est clarum, cum postea vxorem duxisse feraī. Frider.Co. Palatinus.

Mortuus est aūt Ludouicus dux & comes Palatinus anno 1449.Deinde post aliq̃t annos relicta eius dña Margarita,mulier adhuc iuuenis,spe(vt creditur) prolificandi in tertium matrimonium consensit,& sic thoro iuncta est illustri Vdalrico comiti de Vuirtemberg,ex eoq́ suscepit plures puellas. fuit autem hoc matrimonium semina-

rium

rium multorum malorum. Eodem anno 1449. grauia bella exorta sunt in superiori Alemania inter Albertum marchionem Brādenburgeñ. cui adhæsit inclytus comes Vdalricus de Vuirtemberg, & inter ciuitates imperiales. traxerūt ad se hi principes nōnullos alios: acre bellum & diuturnum fuit, in q̄ potentiæ non contēnendæ cōcurrentes, infensissimis odijs biennio ꝓpe certauere. Nouem ꝓlia cōmisisse cū Norinbergeñ. fert Albertus, ex q̄bus octo victor confecit, in vno tñ victus succubuit. neq; de pace conuenit, donec exustis agris, attritis villis, abactis pecoribus, ruricolis interfectis, cōmeatus & pecuniæ cōtendentibus defecere. Comes aūt Vdalricus maxima clade ciuitates imperiales p Sueuiam sibi vicinas affecit. Audiui ego oppida p̄dis referta, cellariaq; in q̄busdam oppidis captiuis erāt repleta. Tandē vero in die Martis post cōmemorationem oīm animarum, anno dñi 1450. Vualterus de Ehingen Vlmensis, vir prudens & strenuus, & cæteri capitanei ciuitatum imperialiū p Sueuiam, cum satis iusto exercitu ingressi terras p̄dicti comitis Vdalrici, cæde atq; incendio vastarūt q̄q; obuia. Cōtra q̄s stipendiarij milites eiusdem comitis, inter q̄s erāt nōnulli comites atq; nobiles viri, tumultuarie contractis copijs, magnis itineribus aduolāt, irruūtq; in hostes ꝓpe oppidum imperiale Eszlingen. ꝓlium cōmissum est atrox, victiq; sunt ciuitatenses. Capitanei fere oīm ciuitatū imperialiū Sueuię vel capti vel occisi sunt, pauci beneficio noctis elapsi. paulo post primū Albertus Marchio, deinde comes Vdalricus, alijq; principes, pacem ex sententia nacti sunt. Anno sequenti adhuc durante p̄dicto bello, ex pestilentia obijt in Vrach excelsus magnificusq; comes Ludouicus de Vuirtēberg & Mōtispeligardi, princeps integerrimus, apud Carthusieñ. zum Guttelstain iacet sepultus. reliquit duos filios Ludouicum & Eberardum, & totidem filias Mechtildem & Elizabethā. suscepit eam prolē ex Mechtilde filia q̄ndam Ludouici Palatini Rheni & ducis Bauariæ, q̄ biennio post nupsit secundo, Alberto archiduci Austriæ. Ludouicus in adolescentia est mortuus, Eberardus ex vxore filia Ludouici marchionis Mātuæ Barbara, vnicam gñauit filiam, q̄ & mox mortua est. Mechtildis Ludouici filia, nupsit Guilhelmo Lantgrauio Hassiæ, gñauit duos Guilielmos. Elizabeth nupsit primū comiti de Nassau, gñauit filiū, deinde eo defuncto, nupsit comiti de Stalburgo. Anno dñi 1449. Borsius Estēsis marchio, & primus Ferrariæ dux, Leonelli marchionis frater & Nicolai Estensis filius, Leonello fratre natu maiore defuncto, succedit. sedit annis 22. vir ingenio diuino & moribus supra hoīem, in q̄ nihil non excellēs aut admirandum erat. cuius verba sapientia plena, opa grauissima, ꝓpterea ei oīa secunda semp fuere & fausta. ad eum cum Fridericus Ro. Imp. accessisset, visa hoīs celsitudine, illum Mutinę & Regij q̄ sunt iuris imperij, ducem creauit. Anno dñi 1450. iubileus ex more rituq; patrum celebratus est, Romam tanta Christiani populi multitudo confluxit, vt innumeri tumultu sint oppressi. Sed hac re p̄sertim Nicolai Pont. prouidentia probari solet, q & vias q̄sdam amplificauit, & ne vnq̄ deesset tanto confluxui victus, diligēter cauit. Anno dñi 1452. Fridericus 3. Romam coronæ imperialis gratia venit, q etsi longe ante electus fuerat, intercedente tñ schismate, vsq; ad Nicolaum 5. coronationē imperialē distulit. Rebus aūt Germaniæ compositis, ordinatisq; p̄sidibus Austriæ, prosecutus est iter, ad oppidum S. Viti ꝑuenit, ibiq; natiuitatis dñicæ festa ꝑegit, ad quem locum & Ladislaum regem proficisci iussit, inde Villacum se confert, oppidum supra Drauum situm, non longe ab Italiæ finibus. ibi & Boemi & Hungari conuenerāt nobiles complurimi, q Romæ videre coronationem, Italiæ spectare mores, militiæ cingulum mereri magnoꝑe optabāt. Ibi q̄q; dux Austriæ Albertus germanus Cæsaris, erat, q splendidū ex Sueuia comitatum ad se vocauerat. is tum & in Iubileo Romæ fuerat. Cæsar relicto Villaco, alpes adscendit, q̄ Germaniam Italiamq; disiungūt. p̄misso Alberto cum parte copiarum, ipse regem Ladislaum secum ducēs, Kal. Ianuarij Italiā intrauit. Et vt refert Aeneas Syluius, Ladislaus sæpe fugam molitus est, consilio pędagogi fretus, cum q̄ postea captus, pædagogo in vincula coniecto. legatos Venetorum patricios domi potentes. obuios Cæsar habuit, q cū ingenti gaudio exceperūt eum cum reliquijs occurrentes & clero, ac victū sine precio administrarūt, q̄cunq; Cæsar in territorio Venetorum diuertit. Occurrere frequētes populi, laudare splendidū Cæsaris comitatum, arma lucentia, decoras iuuenum facies, speciem Cæsaris imperio dignam. Multa sup Ladislao rege proloq, angelicū vultum, q̄etos mores, vltra ætatem gestus. Potissimū aūt Taruisini singulari affectu Cæsarem inspexerūt, memores olim sub ditione Australium se fuisse, q̄rum adhuc in p̄torio signa videnť: Patauini q̄q;, non ignorantes ad imperiū se ꝑtinere. Inter hæc Teutones plurimi ex Sueuia & Franconia Rheniq; partibus p vallem Tridentinā, Veronā, Mantuāq; trāseuntes, Ferrariam veniunt, p̄stolantes Cæsaris aduentū. Ea re cognita, relicto Patauio, Ferrariam petijt, vbi Borsius

Bellum sociale ciuitatū & princip. Sueuiæ.

Steikrieg.

Ludo. Co. de Vuirtemberg.

Iubileus.

Friderici 3. in Italiā expeditio.

sius læto vultu honoratũ se ꝓbuit, ac oẽm magnificentiã ostentabat. obmissa Ferraria, Bononiã ꝑgit, vbi Bessarionẽ legatũ aplĩcũ occurrentẽ repit. Franciscus aũt Sphorcia tũ Mediolani dux, imꝑatorem ꝑ legatos ad coronã ferreã Mediolani suscipiẽdam, vt mos erat, inuitauit. q renuẽs, Romã alio itinere ꝓfect⁹ est. Cæsar e Bononia digressus, mõtes Apœninos adscẽdit: ingressusq́ꝫ Florentiã, exceptus est honore maxĩo. aduenienti totus clerus cũ archiepõ ꝓcessione, ꝑsentibus vrbis magistratib. obuiã facti fuere. locatus fuit in cõuentu S. Mariæ Nouellæ. mãsit 4. diebus, deinde Senas ꝓfectus est cũ legatis aplĩcis. Cũ Fridericus Senis esset, Leonora filia regis Lusitaniæ seu Aragonũ sibi despõsata, Pisas venit, virgo statura mediocri, annos nata 16. lęta frõte, nigerrimis atq́ꝫ illustrib. oculis, ore paruo, genis ad grãm rubescentibus. Imꝑatrix igit̃ Senas deducta est Ieiunij secũda die. occurrerũt primo ciues natu maiores. deinde Albertus & Ladislaus, postea clerus. Fridericus cũ legatis apostolicis extra duas vrbis portas sponsæ aduentũ expectabat: qua visa, in amplexus ambo venere. Vbi hęc gesta sunt, Senenses marmoreũ lapidem erexerunt. Cęsar post iter suũ vrbem versus cõtinuat. apud Viterbiũ, mandante põtifice, ingens honor illi exhibitus est. Ad idus Martias ex Sutrio iter Romam cepit, & qcquid nobilitatis in vrbe fuit, obuiam datũ est. Venit Cæsar in eminentẽ collẽ, vnde vrbẽ spectare potuit. lęta oĩs nobilitas, caput orbis videns. vbi de colle descensum est, sacer senatus apostolicus occurrit. Sequẽti die in prata ꝓxima vrbi oĩs Cæsaris comitatus se recepit. Cęsar trabea vestitus, inter legatos Italicos eminebat. Imꝑatrix mirificis ornata cultibus, Portugalensibus circundata, oĩm in se oculos attrahebat. Ladislaus Hungariæ & Boemiæ rex, tenera ætate purpuratus, Albert⁹ germanus Cæsaris, militiæ ductor obeq̃tans, suum cuiq́ꝫ locum demõstrat. duo Cęsaris vexilla fuerũt, alterꝫ quod S. Georgij vocitant, deinde vexillũ aq̃læ. Dum vrbem Fridericus ingredit̃, Marscalcus ei nudũ ensem ꝑfert, epũs Spoletinus vicarius põtificis, ac plurimi epĩ & abbates infulati, sanctorꝫ reliq̃as ferentes occurrunt. Cæsar sub aureo panno, quod vmbraculũ vocitant, introducit̃ vsq́ꝫ ad gradus basilicę S. Petri. ibi Nicolaus põtifex sede sedens eburnea, põtificalibus indutus, senatu cardinaliũ circunstante, verbis paternis & supra modũ benignis Fridericũ suscipit, cui pedib⁹ suis exosculatis, auri massam obtulit. Tum quoq́ꝫ Ladislaus & Albertus, ac demũ imperatrix, pedes basiauerũt. Nicolaũ deinde rogat Fridericus, vt ex plenitudine potestatis se Romæ Longobardorum regẽ coronaret. Idibus igit̃ Martijs apud S. Petri summũ altare, Fridericum in regẽ Longobardorꝫ coronauit põtifex, & Leonora ꝑ oratores despõsata, inter Missarꝫ solennia denuo ei deuincta fuit. Absoluta Mediolaneñ coronatiõe, postri die solennitas Augustalis cœpta est. Romanus põt. ad summã B. Petri aram in sublimi *thoro cõsedit. extra cancellos duo tribunalia fuere, alterꝫ Friderico, Leonoræ alterũ deputatũ. Fridericus postq̃ iusiurandũ B. Petro & Nicolao ĩ ea forma ꝑstitit, qua Ludouicũ Caroli filium iurasse decreta cõfirmant, alba indutus, in canonicũ S. Petri receptus. Inde Augustali paludamento accepto, in mediũ basilicæ ꝓfectus, trinã benedictionẽ suscepit. exinde ductus ad altare S. Mauricij, ĩ scapulis atq́ꝫ brachio dextro est ꝑ veteri more oleo sacro delinitus, similiter & Leonora. Põtifex rem diuinã inchoauit. inter celebrandũ diuersæ solennitates seruatæ sunt. sceptrũ, quo regia potestas indicatur: pomũ, q̃d mundi dñm ostendit: ensis, q belli iura demõstrat, ꝑ varias vices data. Postremo corona aurea infulata, preciosisq́ꝫ gẽmis coopta, Cæsareo capiti imposita. Imꝑatrix q̃q́ꝫ post Cæsarẽ coronã ex manib. põtificis suscẽpit, quã cõiugis fuisse Sigismũdi cõstabat. Cæsar q̃uis ornamẽta sibi precio incredibili cõparasset, in hãc tñ solennitatẽ palliũ, ensem, sceptrũ, pomũ, coronãq́ꝫ Caroli Magni ex arciuis Norinbergeñ. ad se deferri curauerat. vt aũt coronationi diuinisq́ꝫ rebus impositus est modus, Leonora in suas ædes secessit: papa & imꝑator ad gradus basilicæ simul venerunt, ibi põtifex Palafredũ adscendit, eiq́ꝫ Cæsar dextratoris officiũ per aliq̃t passus exhibuit. equo deinde cõscenso, vsq́ꝫ ad ecclesiã S. Mariæ vnà ꝓfecti sunt. Tũc papa in palatiũ redijt, Cæsar in pontẽ Adriani ꝓfectus est, vbi Albertũ fratrẽ pluresq́ꝫ duces & comites ad militię ꝓuexit honorẽ, ter quẽq́ꝫ ꝑcutiens. Trecẽti eo die ꝑcussi milites referunt. deinde cũ sol occideret, ad Lateranũ se cõferens, splendidũ ibi cõuiuium habuit. Imꝑator igit̃ Fridericus anno dñi 1452. die 18. mẽsis Martij, imꝑatoria corona donatus, Alphonsi regis Aragonũ precibus Neapolim cõtendit, & post eũ Leonora. mansit illic Cæsar sanctã hebdomadã & octauã Paschæ: ostẽdit q̃q́ꝫ illi Alphõsus thesaurꝫ suũ, & qcq̃d preciosum habuit. Inde Cæsar naues adscẽdit, Romã petiturus. Imꝑatrix octo diebus apud auunculũ postea mansit, deinde Manfredoniã ꝓfecta est, atq́ꝫ illo ex loco per mare Venetias nauigauit. Imperator rediẽs ab vrbe Ferrariam, Borsiũ Estensem Mutinæ & Regij *Lepidij ciuitatũ ducẽ creauit, q pro tãta dignitate suscepta, moni

De Francis. Sphorcia.

Leonora regina Lusitanię.

VrbẽRom. Fridericus ingreditur.

Mediolañ. corona Romę accepta

Augusta Frideríci coronatio.

nile preciosum dono Cæsari dedit, q̃d pater 21. millibus aureoꝝ emisse ferebat. Nam & hæ duæ vrbes imp̃ij ditionis erant. Ibidẽ etiã veniẽs, Galeatiũ Francisci ducis Mediolani filiũ, cum ingẽti apparatu obuiũ habuit, cuius suaui & elegãti or̃one Cæsar allectus, susceptis eius muneribus, illũ auratũ eq̃tem creauit. Deinde Cæsar ingressus nauem, ꝑ fluenta Padi Venetias petijt. cũ ciuitati ꝓximus esset, nauigia infinita & artificum & nobiliũ occurrerũt, mirabiles ludos p̃bentia. mãsit apud Venetias diebus decẽ. sumptus ei & cõsorti suæ magnifice nõ solũ in vrbe, sed in om̃i eoꝝ territorio præbiti sunt. deinde recedentẽ senatus vsq; ad littus secut⁹ est. Fridericus post relicta Italia, cũ Germaniæ metas attigisset, horribile visu, dictu mirabile videri potest, q̃ turbidã aeris faciẽ, mutatũ cœli vultũ offenderit: q̃d p̃sagium futuræ cladis multi iudicauerũt, p̃sertim cũ intelligeret, quosdã principes res nouas in Germania & Hũgaria moliri ob regem Ladislaũ adolescẽtem. petentem em̃ Italiã Cæsarẽ, rogauerũt Australes, vt Ladislaũ in paterna hæreditate apud se dimitteret. Reiecta petitione, autoribus duobus Vlricis, altero Ciliæ comite, altero *Eitzingero, sumptis armis, redeũtem ex Italia Fridericũ apud Nouã ciuitatẽ obsidione cinxere (q̃uis à Nicolao papa iussi essent, ne tutelam Cæsaris impedirẽt) coeũt acies, & vbi res gladio geri cœpit, ac vir virꝝ ꝑhendere, pugnatũ est aliq̃diu. Postremo Cæsarianoꝝ acies nõ tam virtute, q̃ multitudine superata, terga dedit, atq; in vrbem trepide se recepit. Vnius militis Bomkircher audacia ciuitatẽ tutata est, q̃ ne victores cũ victis vno agmine irrũperent, tam diu ꝓ porta solus impetũ tenuit, donec cõuersi fugientes, globo facto, ex loco difficili hoste repulso, ianuã clausere. Firmata est deinde obsidio, & oppugnata machinis mœnia. Hungari nõdum venerãt. Post multos tractatus Imp̃ator interuẽtu Caroli marchionis Badeñ & archiep̃i Saltzburgeñ Sigismundi, Ladislaũ e manu sua dedit Australibus multa ꝓmittentibus, quæ mox negauere. Inter cætera cõuentum erat, ad 3. Idus Nouemb. conuentũ Viennæ habere, in quo vocati Boemi Hungariq́; de tutela regis nõdum puberis conuenirent, Ladislaus interea in potestate comitis Ciliæ extra Viennã degens, nihil prius administraret, q̃ cõuent⁹ eius ꝓmulgaretur decretũ. veꝝ puer postridie in vrbẽ ductus, summis nouisq́; honoribus exceptus, euestigio magistrat⁹ in ciuitate creauit, p̃fecturas in tota ꝓuincia instituit, sacerdotia donauit, regio more curiã erexit. Venerãt illuc gubernator regni Hũgariæ Iohãnes Huniades, multiq́; ꝓceres, quibus rex cũctis inter primores locũ eminentiorẽ dedit, vbi gubernator onus sui officij, q̃d iam 8. annos gesserat, spõte exuit, regnũ Vngariæ regi Ladislao restituit. ꝓpter q̃d rex ipse Iohannẽ meritis erga se cõmendatũ, alto throno, regali q̃q; habitu in maiestate sedẽs, assistẽtibus sibi principib. baronibus, ac regnoꝝ suoꝝ p̃latis pluribus, magna solennitate comitẽ Bistriceñ creauit, armoꝝ q̃q; insignib⁹ additis. Quibus pactis, rex ipse comitẽ iam creatũ vnà cũ alijs in Vngariã remisit. Accersiuere tũc regẽ suũ Boemi cum Georgio *Pogebratio, q̃bus nõ minora Ladislaus pollicitus, q̃ pater atq; auus ꝓmiserant. veꝝ Ladislaus q̃uis rex appellaret, alieno tñ arbitrio ductus, regna sua tribus viris cõmendauit. Iohãnes Huniades Hungariã rexit, Pogebratius Boemiã, Vlricus comes Ciliæ Austriã. penes hũc maior autoritas, q̃ regẽ in potestate habẽs, illis q̃q; imperare posse videbat. ꝓmiserat em̃ & Vngaris & Boemis regẽ ad eos ꝓpediem ventuꝝ. Vngaris primũ satisfacere statuit, diẽ illis apud Pozoniũ cõstituit. cõueniũt frequentes Vngari, res ibi ꝓ volũtate Huniadis ordinant. vlterius tũc regnũ ingredi nec regi, neq; comiti visum. fit oportune reditus in Viennã. Boemisq́; dies statuit, q̃ regem coronandũ Pragæ suscipiant. Comiti interea, vt q̃ splendide regẽ in Boemiã duceret, auꝝ deerat. mos est Australibus, q̃ties repentina principi necessitas ingruit, ex subditis ꝓ modo facultatũ pecuniã exigere, ꝑmissu tñ ꝓuincialiũ. cõuocant ꝓ veteri cõsuetudine 4. status, sacerdotes, barones, nobiles, ciuitates. ibi comes, p̃sente rege, necessariã fore pecuniã suscipiendã. hortat, annuãt. Cõuentus deliberãdi copiã petit. ibi Eicingerus, q iampridẽ comitis opa gr̃a regis exciderat: Quid agimus viri Australes, inq̃t, semper ne mãcipia Cilię comiti erimus? impatoris iugũ excussimus, vt comiti seruirem⁹? ille nouus homo, nos oẽs ꝓ seruis habet. rex, nesciẽtibus nobis, ꝓmissus Boemis. neq; cõtentus duoꝝ regnoꝝ gubernatores vectigales sibi fecisse, Austriã etiã exhaurit: nã quota portio est, quã regi⁹ sumptus accipit? q̃cq̃d reliq est, comiti cedit. maior ei, q̃ regi, familia seruit. taceo cõcubinã instar reginæ cultã, cuius virꝝ cõciuẽ vr̃m o Viennenses, interfecit. plena p̃donibus & meretricibus domus eius. magistratus, p̃fecturas, sacerdotia vendit. offendisse maiestatẽ conuincit, q̃squis diues habet. Pecunię, q̃ in Boemiam ꝑgat rex, fateor, non iniqua postulatio, si fraus absit. sed hæc pecunia non regi quærit. pax comitis, nr̃m bellũ est. pudet me patiẽtiæ nr̃æ. resumite sp̃us, accingimini mecũ. aut vobis libertatẽ, aut mihi mortẽ parabo. Placet consilium, dant inuicem dextras,

Frid. i Germaniam redijt.

clarꝝ Coclitis exemplũ

Ladislaus Austrius Vngar. Boemiq́; rex.

Eicinger cõtra Ciliæ comitem.

xtras, iureiurãdo se adstringũt, alteri alterũ nõ defuturũ. Nec morati, regẽ adeuntes, se daturos argentũ provinciales offerũt: esse tñ, q̃ soli sibi mãdato perferant, remp. Austriæ cõcernentia. Iussis exire cæteris, soli apud regẽ manẽt. Ibi Eicinger⁹, regi Australi sanguine nato dicit nullos fideliores Australibus, ægre ferre malã administrationẽ: comitem ditare suos, regẽ ad inopiã redigi: Ladislaũ regem vocari, comitẽ regnare: gubernatorem Vngariæ anno 24. millia nummũ regi pendere, comiti 12. millia, idipsum reliqs provinciales facere, oẽs comiti vectigales esse, nihil dubiũ qn ausit eius mens hoĩs ad regnũ quoq; adspirare, amouendũ eũ priusq̃ meditata pficiat. Intromisso comiti deliberatio cõuentus exponitur, pmissa pecunia dicit. Eius exigendę causa cum Viennam venissent principes, comiti in regis psentia Eicinger ait: Ab hac hora comes regiam tibi curiã interdictã scito, abi quo libet gentiũ, neq; posthac gubernatoris nomen, neq; cõsiliarij, neq; regis familiaris vsurpes. Hæc me tibi dicere rex iussit. Ad ea comes, nihil mutato vultu, indignũ se, cui talia dicerent, respõdit: æmulorũ suorũ ea esse, nõ regis: se patri Alberto, matri Elizabethæ, ipsi Ladislao summa fide seruiuisse, pro eo prius fudisse sanguinẽ q̃ nasceret, bella eius difficilima cõfecisse, fuisse in carceribus, patrimonia fudisse, impatoris odiũ incidisse, vt regnũ ei cõseruaret, scire se benignũ regem habere, & beneficij memorẽ, verba hæc Eicingerũ inuidiæ causa excogitasse. Eicingerus de statu suo solicitus, priusq̃ comiti respõderet, ita inqt: Ego mandante rege verba feci, ipse adest, dicat: effare tandẽ rex optime, nec nos vltra suspensos tene. Tum rex placide, vt cõsueuit: Ex mea, inqt, intẽtione & volũtate locutus est Eicingerus. atq; his dictis, obticuit. Comes exiens, ad pceres deiectionẽ suã ac cõtumeliã detulit, cõsilium & auxiliũ petit. Quibus in volũtate regis oĩa sita respõdẽtibus, ad sororẽ regis se contulit, ab ea pter lachrymas & muliebrẽ eiulatũ nihil extorquet. & iam vndiq; p palatium ire armatos aĩaduertit. cedendũ itaq; potenti inuidiæ censuit. clientes eius, audita nouitate, sibi qsq; fuga cõsuluere. Tacitus igit cum q̃tuor comitibus in patriã suam discessit. Albertus Brandenburgeñ, ne populares saxa in eũ iacerent, ad portã vsq; tutum iter pbet. pbrosa tñ in eũ maledictaq; cõgessere, incõstantis fortunę documentũ. nam q ante belli pacisq; munera solus agebat, vnico regis verbo potestate priuat⁹, inops cõsilij abijt. Rex paulopost magnificẽtissimis apparatibus Boemiam petijt, atq; in Praga summos consecutus honores, regni coronam accepit. Boemi in eius sumptum, suorũ qsq; censuũ tertiã partẽ cõtulere. Mansit ibi nõ paruo tẽpore, nec vnq̃ hæreticorũ ecclesias, q̃uis rogatus, intrauit. Rochezanã in celebritate corporis Christi sacram eucharistiã per vrbẽ deferentẽ ex fenestra cõspicatus, nullã ei reuerentiã exhibuit. pcontãtibus amicis, Vt qd sacramentũ inhonestasset, Nõ me latet, inqt, diuinissimũ Chri corpus adesse: verũ mihi cauendũ, ne, dum Chrm honoro, sacrilegũ Rochezanã popularibus approbasse videar: nec illi me Deũ contẽpsisse putabunt, cũ me sacratissimum corpus Chri summis semp honoribus proseq vident, intelliguntq;. Grauis hæreticæ factioni iam mora regis in Boemia. quare cupienti in Austriã reuerti regi, nullus hæreticorũ est aduersatus. Interim comes Ciliæ fractus animo, & oĩi spe destitutus, ad Fridericũ cõfugiẽs, ei verba dare difficile inuenit, alia nõnulla attentãs frustra. postq̃ foris nullũ exilij sui psidium repit, p amicos recõciliari Ladislao satagit. neq; amplius fors aduersata. baronibus inuisus Eicingerus, quorũ auaritiæ atq; rapinæ obsistebat, cõseruare gratiã neqbat, cũ illi modo p se, modo p filios, q diu noctuq; adstabant, Eicingerũ criminarentur, & indigne pulsum comitem regi propinquum, & q sibi regnum restituisset. Comes itaq; p amicos recõciliatur regi, clam deinde ab exilio reuersus est Viennã (quo rex modo redierat) magno & splẽdido apparatu, mille ducẽs eqtes expeditos armis. Veniẽti rex obuiã extra vrbẽ factus est, nobiles ac populares oẽs secuti. mira rerũ mutatio. q paulo ante mœstus in exilium ierat, triũphantis modo reuertitur. Eicingerus, intrante vrbem comite, cũ amicis egredit, spontaneũ exilium eligens. lubricus apud reges primus est locus. ferũt comitẽ laudasse hoĩem, q fortunæ ludibrio se subtraxerit: paratã ei turpissimã mortem, si iudiciũ expectasset. Anno dñi M.CCCC.LIII. quarto Kalend. Iunias Cõstantinopolis ciuitas oriẽtis, columen & vnicũ Græcæ sapiẽtiæ domiciliũ, à Mahumete Turco principe vltra L. dies obsessa, expugnata est. Voluerat iampridẽ animo Mahumetes, quonã modo Cõstantinopolim sibi subigere posset, neq; ad suam gloriã arbitrabat pertinere, vrbem in medio Turcorum sitam esse, quæ suo impio non pareret. Cum paucis participato consilio, castellũ iuxta littus ad ostiũ Bosphori paulo ab vrbe remotius, aliud dissimulans, incredibili celeritate cõstruxit. bellum deinde vrbi cõtra inita fœdera, cõtra iusiurandũ intulit. Senserãt eius animũ Græci, ad Latinorũ opes frustra confugiunt, à Nicolao V. põtifice lachrymis ac fletibus auxilia petẽtes. Mahumetes interea coactis vndiq; copijs, mirabili

Ladislaus Pragę coronatus.

Comes Cilię reuocat⁹.

Constãtinopoleos oppugnatio.

apparatu terra mariq́ꝫ regiã vrbẽ aggressus, cuniculis ac latẽtib⁹ fossis altissime actis, aggere late edito, põte, q̃ Perã versus mare alluit vrbẽ, extructo. Nõ post paucos dies obsidiõis demũ voce pconis totis Turcaꝝ cõclamatũ est: Quinto Kaleñ. Maij milites oẽs sanctificẽt ieiuniũ, sequẽti die in armis assint, vrbẽ extremis virib⁹ oppugnaturi, tri duo ciuitatẽ militũ direptiõi futurã, iuratq́ꝫ rex p immortalẽ Deũ, pq́ꝫ 4. millia pphetarũ, p Mahumetũ, p animã pr̃is, p liberos, pq́ꝫ ensem q̃ cingit, oẽm depopulationẽ, om̃e hoim gen⁹, oẽmq́ꝫ pariter vrbis thesauꝝ libere bellatorib⁹ donãdũ, nulloq́ꝫ pacto q̃ iurat, violatuꝝ. Ill: diẽ statutũ, q̃ mandatũ erat religiõe ieiunãt. nr̃i tantã religionẽ admirati, Deũ ppiciatorẽ pfusis lachrymis precabant: pcessiões fiũt nudis pedib⁹ cũ reliqꝫis, mulieꝝ viroꝝq́ꝫ turbis cõsequẽtibus cũ pœnitudine cordis, vt hęreditatẽ suã dñs custodiret: totãq́ꝫ spem in Deũ ponentes, oppugnationẽ expectabãt. Cõcione tum vocata, ab impatore talis sermo est habitus:

Cõstantini Palæologi oratio.

Qm̃ viri nobiles certamẽ appropinq̃re cernitis, cõstantiã vestrã etiã ac etiã exhortor, vt q gloriose semp aduersus hostes Christi dimicastis, iam patriã vrbẽ toto orbe inclytã, quã infidus Turca 2. & 50. iam dies afflixit, vestris altis spiritibus cõmissam habeatis. Neq; vos muri disruptio in parte terreat, qn tota via in Dei p̃sidio, in lacertis vr̃is spem vr̃am ponatis. Scitis ꝙ impius iste noster hostis pacẽ nr̃am iniuste pturbauit, iusiurandũ & fœd⁹ inter nos exactũ violauit, colonos nr̃os messis tẽpore interfecit. minat̃ nunc vrbẽ nr̃am cape & sacra tẽpla prophanare. o fratres & filij Christianoꝝ, æternũ decus defendite: vos Genuẽses viri quidem magnanimi, q vrbẽ hanc aduersus Turcos sæpe ptexistis, o Veneti potẽtissimi, q̃rum gladio sæpe Turcoꝝ sanguis effusus est, extollite nũc animos ad certamen: vosq́ꝫ cõmilitones vr̃is p̃fectis obedientiã exhibẽtes, intelligite ꝙ hic dies est, in q̃ si sanguinem fuderitis, martyrij coronã feretis. Finito sermõe, Christianoꝝ cœtus constantem se animũ habere spopõdit. pauci erãt vrbis ppugnatores. Græci fere ab initio sex millia bellatoꝝ nõ excedebant. reliq siue Veneti siue Genuẽses, vix summã triũ milliũ æq̃bant. Turcoꝝ exercitus, q contra tantã vrbẽ castra fixerant, CCC. millia pugnatorum excedebãt. Erant muri vrbis & altitudine & crassitudine toto orbe celebres, sed ob vetustatẽ & Gręcoꝝ incuriã pinnis & ppugnaculis nudi, antemuralia vero opportune cõmunita. in his Gręci salutem posuere. armati milites inter muros & antemuralia pugnas sustinere decreuerũt. Triangularem pene vrbis formã fuisse tradunt, duas partes alluit mare, nec muri desunt ad pulsandos nauales impetus idonei. quod reliquum est ad terrã vergens, post alta mœnia & antemuralia, quæ annotauimus, ingenti clauditur fossa. Cœptũ est p̃lium, sacris à Turca peractis. paululũ ante lucẽ cum miles Turcus piculi q̃ moræ patiẽtior esset, ac vulnera & sanguinẽ prædarum dulcedine pẽsaret, pugnatũ est in tenebris maiore Turcoꝝ pnicie, in quos tela superna librabantur. At postq̃ dies illuxit, dato signo, vndiq; non solũ Constantinopolis, sed etiam ipsa quoq; Pera, ne qd auxilij Gręcis pręstaret, oppugnari cœpta est, sua cuiq; legioni muroꝝ pars ac portarum attributa, vt discretus labor fortes atq; ignauos distingueret, & ipsa cõtentione decoris, militũ virtus magis accenderetur. pari modo & nauales socij attributas partes inuadere iussi. admouentur vrbi ligneæ turres, cõiectant milites dolabras, falces, scalasq́ꝫ. & iam elatis sup capita scutis, densa testudine succedũt. Græci saxorum põdera prouoluunt, disiectã fluitantemq́ꝫ testudinem lanceis cunctantur, donec soluta cõpage scutoꝝ, exangues lacerosq́ꝫ prosternũt. fit strages, & iam Turci deficiẽtibus animis lãguidius pugnãt. sed adest Mahumetes, fortissimũ quenq; nominatim vocitãs, vtq́ꝫ in p̃liũ redeãt adhortat̃. hos p̃mijs allicit, illos minis deterret. instaurant ex integro certamẽ Turci, rursus subruere muꝝ portasq́ꝫ q̃tere, innixi humeris, & sup iteratã testudinẽ scandẽtes, p̃hensare hostẽ, tela, brachiaq́ꝫ, nitunt̃. Iteꝝ integri cum saucijs, semianimes cũ expirãtibus euoluunt̃. cernit̃ varia peuntium forma, et plurima mortis imago. Iohãnes Iustinianus apud Genuã nobili loco natus, q supioribus diebus solus vrbẽ defendisse videbat̃, in hoc certamine vulneratus, vbi fluitare sanguinem suũ aĩaduertit, ne cæteros deterreret, q̃rens medicũ, clam se pugnæ subtraxit. Sed impator vt abesse Iustinianũ cognouit, quo ierit pcõtatur, inuentũq; rogat ne pugnã deserat. ille nihilo magis flexus, apiri portã iubet, q̃ curatur⁹ vulnus in vrbem redeat. Erãt obseratæ vrbis ianuæ, q̃bus ad antemuralia patebat iter, ne qua fugiendi facultas militi esset, ac ppterea hosti fortius resisteret. Fit interea remissior defensio. q̃d Turci aĩaduertentes, acrius incũbunt: & qm̃ pars muri iã tormẽtis æneis disiecta, fossam magna ex parte oppleuerat, p ruinas ipsas scandẽtes, antemurale cõscendũt, Græcosq́ꝫ loco deturbant. porta quæ Iohãni patuerat, oĩbus apta, fugã profusiorẽ reddit. Tũc impator nõ vt regẽ decuit pugnãdo, sed fugiens, in ipsis portæ angustijs, qm̃ cecidit, oppressus calcatusq́ꝫ obijt. in tãta pugnatoꝝ multitudine duo tantũ repti sunt, q se viros osten

Cõstantini Palæologi interit⁹ miserandus.

ostēderint, alter Græcus, alter Dalmata, Theophilus Palæologus, & Iohānes Sclauus: q fugere turpe putātes, cum diu Turcarū impetū sustinuissent, multosq; obtrūcassent, deniq; nō tam victi q̃ vincēdo fatigati, inter cadauera hostiū occubuere. Iustinian⁹ Genuēsis in Perā cū diuertisset, inde Chiū nauigauit. ibi seu vulnere, seu molestia inglorius vitā finiuit. in ingressu portæ 800. circiter milites ex Latinis Græcisq; periere, partim vulneribus à tergo cōfossi, partim cōcursu oppressi. Et iā hostis supiorē partē muri tenebat, saxaq; in ciuitates deuoluēs, ingrediētibus suis auxilio erat. Tū subito capta vrbe, cæsis oībus q resistere ausi sunt, in rapinas itur. erat victorū infinitus nūerus, in libidinē ac sæuitiā corruptior. nō dignitas, nō ætas, nō sexus quenquā ꝓtegebat. stupra cædibus, cædes stupris miscebant. senes exacta ætate, fœīas viles ad p̄dam in ludibriū trahebāt. vbi adulta virgo aut qs forma cōspicuus incidisset in manus rapientium, diuulsus, ipsos postremo direptores in mutuā pniciē agebat. dū pecuniā vel dona templorum sibi qsq; traheret, maiore vi truncabat. Cūq; in exercitu maximo ac dissono, ex ciuibus, socijs atq; externis cōflato, diuersæ linguæ, varij mores atq; cupidines essent, ac aliud cuiq; fas, nihil illicitū est toto triduo. In Cōstātinopoli fuit templū Sophiæ, Iustiniani Cæsaris opus, toto orbe famosum, & cui cōparari alterū nequeat: nudatum sacra supellectili, ad oēs spurcitias patuit. ossa martyrū q̃ fuerant illa in vrbe potissima, canibus obiecta atq; suibus. sanctorū imagines aut luto fœdatæ, aut ferro deletæ. altaria diruta in tēplis ipsis, aut lupanaria meretricū facta, aut equorū stabula. Coacti sunt serui verberib⁹ ac tormētis dn̄orum abdita scrutari ac eruere, inuēti nō pauci thesauri, q̄s in ipso belli principio infelices suffoderāt ciues, qbus si ꝓ defensione vrbis vsi fuissent, suā fortasse vitā & patriæ libertatē seruassent. sed auaro in aurū nulla potestas. Captiui oēs in castra deducti. pudet dicere Christianorū dedecus, dicā tamē, posteritatiq; tradere nō verebor, qn̄ ꝑsuasum mihi est futurū aliqn̄, q tantā saluatori nr̄o illatam iniuriā vlciscat. Simulacrū crucifixi dn̄i nr̄i Iesu Chr̄i, tubis ac tympanis ꝑeuntibus, raptū ex vrbe hostes ad tētoria deferūt, sputo lutoq; fœdāt, & ad nr̄æ religionis irrisionē, iterum cruci affigunt. exin pileo capiti eius imposito, corona vndiq; facta: Hic est, inqunt, Christianorū Deus. tum lapides lutūq; iactantes, miris dehonestarunt modis. Sed nihil obsunt hæc Deo nr̄o, nos ista lædunt atq; cōfundunt, q p ignauiā atq; desidiā dū veri Dei cultū pire sinimus, & in hoc seculo bonū nomē, & in futuro spem salutis amittim⁹. Post hæc cōuiuat⁹ Mahumetes, cū forte plus solito adbibisset, vt sanguinē mero adderet, principes optimatesq; ciuitatis captos, crudelis & sanguinarius carnifex misere iugulari iussit. Perēses vetus colonia Genuensiū, q & Galatæ dicti, cognita Byzantiorū clade, priusq̃ rogarent, Mahumeti deditionē fecere. muri vrbis diruti, multorū bona cōtra fœdus direpta, fœīæ puerīq; ludibrio habiti. Atq; isto quidē tā miserādo casu Cōstātinop. impiū cōcidit, annos ante plurimos p̄dicta clade. dicerē ingēs reip. nr̄æ malū, nisi ita fuisse p fata, p opt. max. Dei sentētiam statutū arbitrarer. Excidiū Cōstātinopol.

Anno 1455. 25. Martij Nicolaus pōtifex siue tędio animi, q̃ maxīe cruciabat post captā Cōstantinopolim, siue febri & podagra, q̃ potissimū vexabat, pōtificatus sui anno 8. morit, sumptis deuote sacramētis, & exhortatiōe prius ad cardinales facta, sepelitur in basilica B. Petri. Eodē anno dux Eboraceñ Richardus regnū Angliæ affectans, Hērico regi aduersari cœpit, cui⁹ cœptis Hēricus occurrēs, grādi exercitu cōtracto, se cāpestri loco aggere firmiter vallato cōtinebat, & ꝑ circuitū portis atq; custodibus constitutis. ad quē locū Richardus veniēs, cū iam custodes clam haberet amicos, vallū ingredit, ad Henricū penetrat. dep̄hensum, occisis aliq̄t ꝓceribus q Henricū circunsistebant, Lōdonias deduci fecit, p̄cedente illū Varuico conestabularij more. moxq; ad arcem q̃ Hērici p̄sidio tenebat, cōtendens, cū illam obfirmatā inuenisset, p̄fectos 4. viros insigni nobilitate ad colloqum vocat, ꝑmittitq; iureiurādo vitā illis & fortunas saluas fore, si arcē patefacerēt. ꝑsuasi ꝓceres, regi occurrūt, atq; mox salutato Hērico, dum illum à tergo comitant, orta in populo seditione, qdam in eos insiliūt, illustrem virū de Scalis obtrūcant, reliq̄s postridie ante arcis portā capite mulctatos q̃drifariā execuerunt. Superat ex Hērici familia dux Sumersyt, q iniq̄ aīo ferens, regē à cōiuratis nō secus ac captiuū teneri, cōpluresq; suæ cognationis fuisse intereptos, iuuentutē multam eorū maxīe, quorū parētes aut cognati perierant, cogit, atq; Richardū in planitie S. Albonis inuentū, pluriōq; milite instructū adortus, cū plerisq; alijs necat, cuius caput amputatū, quādoqdem regnū affectauerat, straminea corona illudi iubet. Itaq; mortuo Nicolao 5. obseqisq; de more pactis, intrātes cōclaue cardinales, infra X. dies vel citra in palatio cōgregati, in Ro. pontificē canonice elegerūt Alphōsum Aragoneñ card. vocatus est Callistus 3. sedit annos circiter 3. vir magnæ iustitiæ, & magnus iurista, q in principio suæ coronatiōis votū publicū fecit, ꝓ posse facere & quantū in se erat, repri-

Richardus affectat regnū Anglię

Callistus 3. papa.

mere conatus Turcorꝫ,& terras vsurpatas ab eis, Cõstantinopolim ac alias de faucibus eius educere. Primo põtificatꝰ anno imposuit decimã papalẽ om̃i clero & ꝑsonis ecclesiasticis,quã qbusdã iniũxit integre exigendã in subsidia impẽsarꝫ & expeditiõis maritimæ.Cõstituit plures p̃dicatores diuersarꝫ regionũ,q discurrerẽt ad p̃dicandam crucẽ cõtra Turcũ,& q hortarent plebẽ ad contribuendũ ad tam sanctũ ac necessariũ opus ꝓ cõducẽdis armigeris.Cõcedẽs indulgẽtiã plenariã peccatorꝫ cõtritis & cõfessis semel i vita,& semel in mortis articulo,cuicũq; eleemosynã 5.ducatorꝫ cõtribuẽti, autoritatẽ q̃q; tribuẽs absoluẽdi & dispẽsandi in multis casib. designauit insuꝑ legatũ in Vngariã card.Iohannẽ Hispanũ,& in Alemaniã ad cõgregandũ exercitũ terrestrẽ cõtra Turcos,aliũ card.misit in Franciã ad decimã colligendã, ad p̃dicandã crucẽ & postulandũ auxiliũ regis Frãciæ. Hic status est oriẽtis,cũ & i occidẽte principũ insidiis varie tumultuatũ est.nuꝑ em̃ comite Ciliæ i gratiã à Ladislao rege recepto, Eitzingerus aufugit,impatoriq; quẽ grauiter offenderat,recõciliatus est. nec diu postea adeo suꝑbierũt,q Ladislai regis partes sequebant,vt Nouæ ciuitatis suburbia,in q̃ Cęsare absente iacebat puerpa impatrix,intrare p̃sumpserint armati,& vrbem expugnare contẽderint.q̃d vbi nõ succedit,exustis q̃ obtinuerãt locis,abierũt. fuit sæpe inter eos impatoremq; & regẽ incassum tractata cõcordia.neq; em̃ comes Ciliæ dũ vixit,ex re sua existimauit,vnanimes esse Austriæ principes. Interim qbus arserãt odijs Iohannes Huniades & Ciliæ comes tacitis,palã factũ est, regiq; suspecta vtriusq; principis potẽtia,q̃d ageret cõcordię causa,liberꝫ nõ fuit.adeo se illi publicis comitijs,senatuq; passim criminabant.Venerat rex Ladislaus Budã.Tũ principẽ Turcorꝫ Mahumetẽ, deuicta Cõstantinopoli,regno Hũgariæ inuasionẽ minari,& q̃primũ castrũ Nãdoralbense*Albã,Taurinũ antiqtus dictũ,expugnare velle auditũ est.Quæ cũ Ladislaus accepisset,& de viribus Hũgaricis & de fide gẽtis adeo leuis diffisus,in Austriã sese venationis specie recepit,castrum Budense nullis custodibus munitum reliquit. Anno domini 1456.Mahumetes Constantinopolitana victoria superbus,cõgregatis ingentibus copijs,in Hungariam properans, cẽtum qnquaginta millia pugnatorum ducere ferebatur,& inflatus opinione sua,nil dubitare quin deuicta Hũgaria, Illyricos penetrare sinus atq; intima rura Liburnorꝫ,& fontem suꝑare Timaui,rerũq; caput Italiam atq; Romam vno impetu subigere posset. verꝫ parua vrbs tantos eius conatus retinuit Alba.hanc primum expugnare statuit propter opportunitatẽ transeũdi fluminis. Iohãnes Capistranus ordinis Minorꝫ professor,vitæ sanctimonia clarus ea tempestate, discursis iampridẽ finibus qbusdam Germaniæ,Hũgaros in arma publicis sermõibus excitauit.q vt appropinq̃re Turcos accepit,nil moratus, in Albam se cõtulit, haud paruã crucesignatorꝫ manũ adducẽs,autoritate fretus Callisti põtificis.Iohannes q̃q; card.S.Angeli,legatꝰ ap̃licus in Germaniã missus,vt septẽtrionis vires in Turcos excitaret,iam Budæ manens,auxilia vndiq; ciebat. Iohãnes quoq; Huniades contractis raptim copijs,ad Albam ꝓfectus est. Turcus interim apud Albã castra metatꝰ, summis viribus eã vrbis partẽ oppugnare adorit,qua planus patuit aditus:dispositisq; tormẽtis raræ atq; insolitæ magnitudinis,priores muros amouit. Vacuũ haud paruũ spatiũ intus erat vsq; ad murꝫ alterꝫ.hic crucesignati stationes habuerũt, parꝫ tecta armis acies,gladijs hastisq; tantũ & cœlesti auxilio tuta. Ingressi ꝑ muri ruinas Turci, atrox cũ his p̃lium cõmisere.Capistranus ex turri clamitãs, Chr̃ianos hortari, vexillũ crucis ostẽdere,opẽ de cœlo ꝓmittere,maledicere hostibus,Dei p̃sentiam implorare. Huniades modo huc,modo illuc cũ globo militũ currere, instaurare ordines, ꝓ fessis validos,ꝓ saucijs integros sufficere,impatoris ac militis officiũ exeq.Pugnatũ est summa vtrinq; vi,modo nostri,modo Turci pedẽ referre.hinc viuentiũ clamor,inde morientiũ exaudiri gemitus.Audaciores primiq; bellatores cõfossi gladijs cadere,super cadauera passim strata belligerari.pulsi extra mœnia hostes,instãte suo impatore,vrgente,castigãte,Turci iterꝫ irrũpere,iterꝫ pugnare, acriter Christianos in vltimũ discrimẽ adducere. Postremo Chr̃iana virtute repulsi denuo, ꝑiculi magis q̃ pudoris anxij,oppidũ fœda fuga reliquere. Rursum sequẽtibus crucesignatis,extra muros pugnã instaurare,mox ex ꝓposito fugiũt Turci,& q̃remotissime ab oppido Christianos trahere satagũt.Interim aciẽ à latere immittũt, q̃ reditum in vrbẽ egressis intercipiat. furentes nostri ac victoria exultantes,in quod p̃cipitarent discrimen, nõ aduertũt. paululũ ꝓcessuris,& à fronte & à tergo ꝑiculũ imminere vidit ex muris Capistranus,trãsuersam hostiũ aciẽ,insidiasq; cognoscẽs,reuocare suos conat. Cũ parꝫ exaudiret,tympanis ac tubis cõfundentibus vocẽ,p̃ceps in pugnã ipse dilabit,atq; inter duas acies,inter tela volantia discurrẽs,clamoribus ac signis crucesignatos redire coegit. Fraudati magna spe Turci,in castra redierũt,versiq; in fugã sunt visi,Nostri animositate resumpta

Budam Ladislaus visit

Iohã.Capistranus.

Turca apď Albã Vngariæ victus.

pta,& q̃ſi nouo cœlit⁹ ſpũ adiuti,in ore gladiȷ̃ pſecuti ſunt illos tã diu,donec cũctę machinę,cęteraq́ʒ tormẽta ſunt nudata cuſtodiȷ̃s:lato in cãpo,donec nox ſupueniẽs vtrũq́ʒ hoſte ſeiunxit caligine,multa cũ ſeueritate eſt pugnatũ. Qualiter aũt imperator Turca fuga elapſus ſit, ꝑ comperto dicere pſumit nemo:qdam tñ ferunt,ꝙ feruente pugna,dũ ſuos hortat,ſagitta in pectore vulneratus fuerit ceciderit'q́ʒ,ac à ſuis raptus,& nocte profunda fuga facta abſportatus,& dum extra cõſpectum in locũ tutũ veniſſet, rediȷ̃ſſe impatorem Turcũ ad ſe,interrogaſſe cur ad hunc locũ venerit: deuicti ſumus, inquiũt ſui,oẽsq́ʒ duces exercitus,paucis fuga elapſis,interfecti.Quæſiuit,an & machinę ac tormẽta amiſſa eſſent:oĩa,inquiũt: ad q̃ is,Afferte mihi venenũ vt moriar potius, q̃ cũ dedecore reuertar in regnũ.Tali igit exitu imp.Turcaꝝ cũ Chrĩanis pliatus eſt,& q tumida mẽte ſol⁹ cũcto terraꝝ orbi dñari volebat,iudicio diuino ruſticana manu deuict⁹ eſt:q multaꝝ tubaꝝ ſonitu læt⁹ venerat,triſtis humiliatusq́ʒ noctis ſilẽtio turpiter fugit.Multi ex vtroq́ʒ exercitu cecidere,de cæſis hoſtibus varia ſnĩa eſt.quidã ſupro 40.millia periȷ̃ſſe tradiderũt,ita ſcriptũ Calliſto Pont.fuit.aliȷ̃ ad ſummã 4.milliũ dũtaxat cæſa fuiſſe dicũt.Geſta ſunt hæc anno dñi 1456.in feſto B.Mariæ Magdalenę. Hæc breuiter narrat Calliſtus in bulla inſtitutiõis diei Transfigurationis dñi noſtri Ieſu Chrĩ,q̃d feſtũ tunc inſtituit celebrãdũ ꝑ vniuerſum orbẽ ſub duplici officio 6.die Augu ſti,cõcedens indulgentiã pſentibus ipſi officio,ſicut in feſto Corporis Chrĩ,officiũ vero ipſe cõpoſuit. Poſt hãc felicem victoriã paucis tranſactis diebus,Iohãnes Huniades infirmari cœpit, tãdem in oppidũ Zemplen delatus, in recõmendatiõe pfati fratris Iohãnis de Capiſtrano viri Dei,ſaluatori ſuum reſtituit ſpm̃ anno 1456. Sed & nõ multo poſt venerabilis vir frater Iohãnes de Capiſtrano ſimiliter obiȷ̃t, cadauerq́ʒ ſuum in clauſtro Minoꝝ fratrum de obſeruantia,quorum ſub habitu & ipſe vitam S. Franciſci imitatus eſt,in oppido Villach eſt honorifice ſepultum, claretq́ʒ miraculis.

Ioh.Huniadis interit⁹.

Iohã.Capiſtrani mors

Ladiſlaus,audita Huniadis morte,ſuadente Ciliæ comite,in Hungariã rediȷ̃t.liberius fuerat modo comiti adire Hungariã,ꝙ & inſidiȷ̃s Huniadæ,& Turcæ hoſtis viribus leuatus erat, metu vacuus,regẽ in Albã ducit,hoſtiũ ſpolia recognituꝝ,& cãpũ vbi barbara caſtra fuere.Eam vrbem Ladislaus Huniadis filius valido pſidio tenebat,q venienti regi,purpuratis togatiſq́ʒ portas aperuit,armatorum circiter quatuor millia ab ingreſſu prohibuit.Ibi dum mora trahit,rem diuinã ſpectante rege, cõſiliũ de morte comitis Ciliæ ſumitur.vocatus in conclaue comes Ciliæ,an iret aliquãtum hæſitauit.venientem Ladislaus proditorem cõpellat,q patri ſæpe necem paraſſet,infenſumq́ʒ ſibi regem reddiderat,nunc diem veniſſe quo ſcelerũ pœnas luat.Sunt q comitẽ prius arguiſſe Ladislaum dicãt,tanq̃ regi rebellẽ, q ei⁹ copias introire oppidũ vetuiſſet. Illud conſtat, dum comes arrepto ex manu armigeri gladio, Ladislai caput peteret, nonnullos interieciſſe manus,digitos amputaſſe. Exorto clamore,Vngaros irrupiſſe, defendentemq́ʒ ſe magno animo comitem,multis cõfoſſum vulneribus,obtruncaſſe:nec moratos, ea nouitate regem perculſum adeũtes, occiſum regni hoſtem dicere, digna meritis pmia reddita,regi nihil timendũ eſſe,cuncta eius impio patere, nũc regnũ eius incipere,prius apud comitẽ fuiſſe. Rex quanq̃ vehemẽter cõmotus tã atroci facinore, ſupra tñ q̃ eius ferebat ætas,dolorẽ cõpreſſit,nec dubitauit vi cęſum comitẽ ꝓfiteri,amicis vero circũſtãtibus,ferẽdumq́ʒ dicẽtibus,Atq ſic neceſſitas,inqt,exigit:ferẽdũ eſt,q cquid vitari nõ poteſt.Iuſſitq́ʒ defuncti cadauer in Ciliã deferri, atq́ʒ in ſepulchro maiorum condi. Tum relicta Alba,rex Budam adiȷ̃t, Ladislaum Huniadæ filium comitantẽ,diſſimulata ira,humaniter tractauit. verũ amici comitis regias aures ſolebãt pulſare,illuſtrẽ principẽ auunculũ regis,ſine cauſa necatũ,maieſtatẽ regiã læſam,inultum tam atrox ſcelus ne ſineret,corrigendũ audacẽ iuuenẽ,auſurũ procul dubio in regem,q regi proximũ obtrũcarit:iam illi regnãdi ſpem factã,patrẽ eius idem cõcupiuiſſe. Rex ſiue his motus, ſiue ſuapte natura incenſus, deſignata hora q̃ filiȷ̃ Huniadis ambo in regiam conceſſere,armata iuuenum manu portas claudi iubet, adoleſcentesq́ʒ captos in carceres rapi,cum qbus & Iohãnes eꝑus Varadieñ.raræ virtutis ac facundiæ,& pleriq́ʒ aliȷ̃ compræhenſi ſunt,tanquam cædis comitis & inſidiaꝝ quæ pararent regi, conſciȷ̃.

Ladislaꝰ comitẽ Ciliæ obtruncat.

Ladisluas Huniada 24.annos natus, egregio corpore, flauis crinibus, reuinctis poſt tergum manibus, talari atq́ʒ aurea veſte indutus, in publicum ꝓducitur, erecta ceruice, oculis hinc atq́ʒ illinc ſpectantibus,intrepidus ad ſupplicium pergit.vbi ad locum ventum,præco cui damnatorum crimina publicare mos eſt,nihil aliud dixit, niſi eo modo corrigi q dño ſuo infideles eſſent,moxq́ʒ nobilis adoleſcens capite truncatus eſt.In vinculis retentus eꝑus Varadieñ.multum inſtante cardinale S.Angeli legato apoſtolico, Dionyſioq́ʒ eꝑo Strigonieñ.ſecundum canones iudicandus ſeruatur. De cæteris captiuis ſuſpenſum iudicium,q tamen paulo poſt fractis carceribus euaſere.Matthiam

Ladislaus Huniad.capite truncatus.

Huniadis alterum filium, Viennã rex duci iubet, captiuumq́ obseruari. Cum aũt rex per Strigoniũ iter faceret, vocatum ad se Iohannem Varadieñ. epm, bono animo esse iussit, his verbis vsus: Cũ essem Budæ, feci q̃d voluere barones. neq; eñ mei iuris erã. ꝙ te cepi, illorum fuit: ꝙ te culpa supplicioq́ libero, meũ est. spectata mihi tua virtus, nihil de te sinistrũ credi sinit. abi, & quẽ gessisti hactenus episcopatũ, gere. Matthiã Viẽnæ firma sub custodia teneri mãdauit. gesta sunt hæc anno dñi 1457. Eodẽ anno missi sunt ambasiatores Ladislai regis Vngariæ, Boemię & Austriæ ducis, ad faciendũ matrimoniũ in regno Frãciæ, inter regem ipsum & Magdalenã filiã regis Caroli. Eodẽ anno Mahumetes Turcorum imp. multa aduersus Chrĩ fideles tentauit. verum cardinalis Ludouicus legatus papæ cũ classe, licet parua, circa Rhodũ Turcos debellauit, multis interfectis, multisq́ in seruos assumptis. Anno dñi 1458. rex Aragonũ Alphonsus Neapoli grauiter infirmatus, in fine mensis Iunij diem clausit extremũ, q ante mortem Ferdinandũ filiũ suũ illegitimũ, dimisit regni Apuliæ hæredem, & successorem cũ maximo thesauro corraso. filiũ eñ legitimũ nõ habebat. Hunc Ferdinandũ Alphonsus pater admonuisse ferť, vt in regnãdo seruaret in tribus viã sui regiminis oppositã: primo q̃dem, vt oẽs Aragonenses & Cathalanos, q̃s ipse exaltauerat & dilexerat, exosos à se abijceret, & Italicos diligeret ac ꝓficeret regnicolis, q̃s tñ vt suspectos ipse nõ læta frõte inspexerat. Secũdo, vt noua grauamina & exactiões quas instituerat & antiqua auxerat, quæ tãta erãt, vt hoĩes respirare nõ possent, remoueret: nimię eñ fuerũt extorsiones eius. Et vt de cæteris taceã, ait Antoninus, beneficia vacãtia etiã minora nullus obtinere valebat in curia, nisi prius manus regis implesset & quãtitate nõ modica. Tertio, vt pacem ꝑfectã cũ ecclesia & alijs ipse seruaret, nec à fœderibus discederet. hic est ille Alphonsus, quem Aeneas Syluius in astra leuauit. forte defectus regis ignorauit. Rege itaq; Alphonso ex humanis subtracto, suscepit regnũ Ferdinãdus, nec tum erat q̃ resisteret, sed Pont. Callistus morte regis ꝑcepta, subito contulit quædã magna beneficia episcopatuũ, quæ prius cõferre nõ valuerat rege impediẽte, & q̃d plus est, per bullas patentes regnũ Apuliæ vacãs, vt feudũ ecclesiæ, ad se solũ pertinere asserebat, mandãs Ferdinãdo vt illud dimitteret, nec ipse vel alius sub pœna anathematis se illius regni regẽ vocaret. Sed si q̃s ius aliq̃d ꝑtenderet, discutiendũ hoc oĩno ad sedem pontificiã referret. oĩa iuramenta dissoluit illis, q fidelitatem seu homagiũ Ferdinãdo ꝑstitissent. Ab hac sententia Ferdinãdus diciť appellasse in regno se tenens, & regem se nominãs. dux etiã Mediolani Frãciscus Sphorcia scripsit Callisto, se nimis ægre ferre, ꝙ regnũ Apuliæ per Eugeniũ Alphonso cõcessum, & à Nicolao V. literis nõ alteratis, filio Alphonsi hæredi regni ab eo instituto Ferdinãdo sine causa vellet auferre, cui cum esset affinis, assistere intenderet. per trienniũ eñ vel citra ita cõuenerat rex Alphonsus cũ duce Frãcisco, vt filius ducis ex Blanca, vxorem duceret filiã Ferdinãdi. Cũ aũt hæc agerenť, contigit pontificem Callistũ grauiter infirmari, vt de vita eius desperareť, propter q̃d cardinales ꝓcurarũt castrũ S. Angeli, q̃d in custodia erat * Gothalanorum, eis assignari, q̃d & factũ est, datis aliq̃bus millibus florenorum castellano. Põtifex anno hoc 1458. mense Augusto ex hac luce migrauit. Cuius morte disturbata sunt omnia, & tanto metu Ferdinandus liberatus est. Callistus vir integerrimus est habitus, magnus eleemosynarius, virgines pauperes donauit, nobiles ad inopiam redactos iuuit, Suncassanum Persarum & Armeniæ principem sibi conciliatum, aduersus Turcam prouocare studuit. Vnde ferunt eundem superatis persæpe hostibus, ad pontificem scripsisse, se quidem victoriam ex hoste reportasse ob preces ab eo ad Deum habitas, eiusq́ beneficij diuini potius q̃ humani, se aliquãdo memorem futurum. Moriens vero Callistus, centum & q̃ndecim millia nummũ aureorum reliq̃t, quos in vsus bellicos contra Turcos compararat. Anno eodem Pius secundus Aeneas cognomento Syluius, Picolhomineus antea vocatus, Senis oriundus, patrum oĩm consensu pontifex creatur 15. Kaleñ. Septemb. vir nobili & antiqua familia, amator pacis & zelator fidei reputatus. Vnde post paucos dies coronatus, verbo & opere expeditioni contra Turcos cœpit intendere. Et de cõmuni cõsilio cardinalium & aliorum prælatorum decreuit, vt ipse cũ curia sua ab vrbe recedens, ꝓficisceret Mantuã, ibiq́ præsentia sua adesset Kaleñ. Iunij anno dñi 1459. vt cõgregatis ibi oratoribus regum, principum ac cõmunitatũ Chrianitatis, cum eis tractaret de adiutorio ad superandos illos Turcos hostes fidei, & ad recuperandas terras ac ciuitates fidelium, iam in Europa amissas. Conclusum per hos dies matrimonium erat inter regem Ladislaum & Magdalenam Caroli regis Franciæ filiam. De loco nuptiarum eligendo contentio exoritur, Hungari Budam, Australes Viennam, Boemi Pragam tantæ celebritati deputandam aiunt. Ob eam rem Pogebratius cum octingentis equitibus in Austriam vsq; proficiscitur, magna se habere quæ regi arcana pan

Alphonsi regis Apuliæ mors.

Ferdinãdus Apul. rex.

Suncassi in᷑ Persa.

Pius II. papa.

pandat,petere eum,trãs flumẽ se accedat. diu deliberatũ,tandẽ rex prexit,tẽpori serui endũ ratus,tentoria illius in vlteriori Danubij ripa ꝑtensa,quatuor diebus colloquium productũ. Tandẽ vbi nõ sequi voluit rex,indignabundus Pogebratius retro in Morauiã iter flexit,& cum penes hoĩem regni potestas esset,reuocat. Sed vbi redire noluit, promissus est in Boemiã regis trãsitus, nuptiarũ solennitas Pragę destinata. Ordinatis Austriæ rebus,etiã ante diem dictã ingenti rex apparatu Boemiã petijt. intrãti Pragã, Rochezana cũ sacrilego presbyterorũ comitatu obuiã venit, & habita orõne,fausto feliciq́ ingressui cõgratulatus est. vix admonente Pogebratio,rex grãs egit, hæreticum ac pestiferũ toruis oculis clerũ inspiciens. Vbi vero maioris ecclesiæ sacerdotes sacra ferentes occurrerũt:Hos,inqt,Dei ministros agnosco,atq; ab equo ꝑsiliẽs,salutatis omĩbus,sacrã crucẽ osculatus est. Erãt em̃ Ro. fidei sectatores, q pro testamento Dei exilium longo tpe passi,Sigismũdo tãdem vocato,sua loca recuperauerant. hæc Ladislai pietas multorũ offendit animos,q Rochezanę studebãt ineptijs. suppssum tñ & dissimulatum odiũ. Inde duæ legatiões missæ,altera ad Imp. Fridericũ de pace actura,in qua princeps fuit Eitzingerus, altera ad Carolũ Frãciæ regem,eius filiã petitura, tertia q̃q; legatio ad Callistũ Pont. Max. decreta erat,quę cõtrouersias de religione dirimeret,regnumq́ Boemorũ Ro. ecclesiæ cõiungeret. Sup his quarta cura regis vrgebat animũ, cõparãdi cõtra Turcas validi exercitus,quo scelerata Mahumeti supstitio pelli ab Europa posset. Iam de cõcordiæ formula cũ Friderico cõuenerat. Instruebant regiæ nuptiæ maximo sumptu,splendidissimo apparatu,inuitati reges & principes,nõ solũ nuptias ornaturi, verũ etiã pro tuenda Repub. Chrĩanorũ cõtra Turcos acturi. Sed hos tantos cogitatus,tm̃ rerũ ordinẽ,mors immatura ac repẽtina regis interrupit. Ladislaus em̃ rex anno 1468. decimo Kaleñ. Decemb. hora circiter 12. noctis ægrotare cœpit. Sunt q vlcere pestifero ꝑcussum inguine dicũt,pleriq; nullũ pestilentiæ signũ apparuisse. Sederat,vt refert Aeneas Syluiꝰ,in iudicio rex,iterq́ Pogebratiũ & *Cernhaoram Morauum magnis cõtentiõibus agebat,ita vt alter alterũ ad duellũ ꝓuocaret,neq́ de more suo indutus ꝓdierat,linea tantũ indumenta susceperat,& desup Persicũ habitum,quã vocãt schubã. Neq; toto auditorio ridere visus,tristem vultũ notauere om̃es. Id signum præsagiẽtibus ægritudinẽ iudicatũ. Dimisso tribunali,cœnauit inter purpuratos,cõposito ac graui sermone vsus. Post multã noctem in cubiculũ ductus, oblatas rapulas q̃ apud Boemos dulcissimę sunt,auide comedit,sicerãq́ bibit,sermones haudquaq̃ tristes inter cubicularios miscet, priusquã lecto decumberet, orationẽ de more ad Deum habuit. qua finita,grauatũ se dixit, & stomachũ vehemẽter dolere. Cui vnus ex cubicularijs Boemis,adscende in stratũ,dolorem somnus excludet. Paruit rex, cũq́ ad horã dormiuisset, vocato cubiculario, vim doloris q sensim cresceret, intolerabilem esse ait. Ille de se iudiciũ faciens,nihil somno melius affirmare,iam noctis hora 12. ferme effluxerat,regi nulla quies. Ne tamen cubicularijs molestus esset,dolorem in diem vsq; ꝑtulit. Tum medici accersiti,q̊d suarũ partium erat, desperata salute, fecerunt. Georgius Pogebratius & ipse vocatus,regem bene sperare iubet,peteret quæcũq; vellet, oĩa in arbitrio suo posita, mandaret parere cupientibus. Ad quem rex: Tua mihi Georgi iampridem cognita fides,spectataq́ virtus est,per te Boemus vsq; in hãc diem me regem appellauit. Speraui potiturũ regno q̊d ipse paraueras,nũc contra superi iubent,mihi moriendũ est,regnum in manu tua erit. Duo ex te peto:alterũ,vt ꝓuinciales iuste regas,pupillis,viduis,imbecillisq́ patrociniũ ne subtrahas: alterũ, vt q me secuti sunt ex Austria,cæterisq́ ꝓuincijs,in patriam suam inuiolatos dimittas. Hoc mihi supremũ beneficium ne denega. p̄maturas regis cogitatiões Georgius respõdit,futurum breui sospitem,ex suo arbitrio regnaturũ,desine rex ea ꝓloqui,quę & tibi incommoda & alijs sunt molesta. Tum rex apphensa manu:Age,inqt,ꝓmitte quod cupio. nam me mori certum est,si feceris quæ iubeo,Deum ꝓpicium tibi orabo. Nõ potuit tenere lachrymas Georgius,fidemq́ dedit. Finito sermone, intromissis sacerdotibus, de curatione animæ actum,Chrĩano more sacramenta exhibita. Rex ornamenta sua Pragensi ecclesię legauit,iussitq́ crines in auri modũ fulgentes,ne qua supesset vanitas,amputari. Vbi anima ægra amplius demorari nõ poterat,sacrã cãdelam petijt. eamq́ manu præhendit,& intuens saluatoris imaginẽ crucifixi, orõnem dñicam dicere orsus, ad finẽ vsq; ꝑduxit:ꝓnunciatisq́ vltimis verbis,Sed libera nos à malo,nihil ampliꝰ locutꝰ, nõ extrema pati,sed qetẽ arripe visus,mortalis vitæ lumẽ reliqt. O inanẽ mortalẽ gloriam,Ladislaus nobilissimus adolescens,19. natus annos,in ipso ętatis flore,tot regnis, tot gentibus imperãs,intra trigintasex horas postquam ægrotare cœpit,extinctus est.

Pragã Ladisl. nuptiarum locum adit.

Ladislai regis mors.

Ladislai de regno cõstituẽdo cura.

Mortem eius alij morbo,alij veneno imputauere. medici Teutones, quorũ potissima corporis sui cura,in Austriam reuersi,palã dixere, q̃primũ ægrotare rex cœpisset, se vo-

se vocatos manifesta mortis ac veneni signa compræhēdisse, neq; ausos in aliena terra manifestare, timuisse potentiā eorꝫ, quorꝫ scelere periisset. regi se clam aperuisse oīa, respōdisse illū nō ignorare toxicū datū, silentiū imperasse. Senatus Viēnensis silentiū q̄q; medicis ea loquētib⁹ indixit, ne Boemorꝫ aduersus se ferociā ꝓuocarēt. q violentā mortē dicūt, Pogebratiū & Rochezanā criminant: Pogebratiū tum regi fuisse infensum, cum ad Danubiū vsq; ꝓfectus, Viennā intrare noluit, ab eo tpe regiæ vitæ paratas insidias. Rochezanā nunq̄ regi placuisse. Nec me latet, inqt Aeneas, fama vulgatū esse, idcirco regem apud Pragā nuptiarꝫ celebrationē decreuisse, vt cōcurrētibus eo catholicis principibus, potēti manu hæreticos cōprehēderet, finemq; tādem Hussitarꝫ insaniæ daret. Id ꝑsensisse Rochezanā & Georgiū, necemq; regi ꝓ sua salute machinatos. Mihi, ait is, q̊d horꝫ verius videat, nō facile dixerim, neq; certa ꝓ incertis ausim affirmare. aliorꝫ dicta recenseo, & plura scribo q̄ credo. Illud cōstat, ꝑter Rochezanā, cui regiam mortē nemo nō acceptissimā iudicauit, & Georgiū, reliq̊s regni ꝓceres, extincto rege, in mœrore fuisse, publicū toto regno luctū, q ad 7. Kal. Decemb. cōtinuatus est. Tunc regia pōpa pactis exequiis, defuncti corp⁹ apud ꝓauū suū diuū Carolū Ro. imperatorē sepultū est. Georgius ea die, quæ inter mortē Ladislai & funeris eductionē media intercessit, accersitis ꝓceribus, gubernationē suā nō expirasse regis obitu dixit, ꝓuinciam vsq; ad Pentecost. cōmissam sibi fuisse affirmās. arma tenēti oīa parēt. Pragēses gubernationi suæ nihil morati se cōmisere. aduenæ q Ladislaum secuti fuerāt, suā quisq; repetiere domū. Ex morte itaq; Ladislai duo potētissima regna vacabāt, ꝑter ducatum Austriæ, de q̊rū successoribus ordine dicendū cēseo, & in primis de regno Boemiæ. Cōstituta sane die, qua nouus rex eligeret, multi tractatus habiti. Carolus rex Frāciæ, qui filiā Ladislao despōsauerat, regnū alteri ex filiis suis petere, aut ei cōmittere cui filiā tradere nō dedignaret. Casimirus rex Poloniæ, sororē defuncti regis sibi nuptā aiebat, eiq; regnū deberi. Pari rōne Guilielmus Saxoniæ dux, cui soror natu maior nupsisset. Fridericus Imp. eiusdē regni ordinationē, suā esse affirmabat, in qua feudi solennia neglecta fuissent. Nec sine spe Sigismūd⁹ & Albert⁹ Austriæ duces fuere, q deficiēte rege Boemiæ sine virili sobole, ex Austria vocandū veteri fœdere principē norāt. Rochezana venenorꝫ sator, crebris sermonibus vsurpare, aut suæ ꝓfessiōis regē eligendū esse, aut si nemo tāto fastigio dignus videret, Hebraicorꝫ more iudices assumēdos, exēpla legis memorās. Vbi dies cōstituta illuxit, auditis legatiōibus in cōuentu ꝓcerum, vtilitate regni discussa, Georgius Pogebratius rex pronunciat, militiæ domiq; adprime clarus, cui ad res gerendas nec cōsilium nec ætas deesset. Ea res necati regis maxime suspicionem auxit, ipse ex ꝑtorio primū in ædē B. Mariæ, vbi Rochezana ꝑsidet, solēni pōpa deductus, Deo grās egit, ibi nouo regi salutatio publica exhibita est. Cū aūt fama obitus ipsius regis Ladislai in regnū Vngariæ venit, ꝓceres regni apud Budā frequētes cōueniūt, inter q̊s Michael Zilagicū magna militū caterua ad Kal. Ian. die statuto ꝑsto est, 15. millia eqtum, peditū 7. millia eū secuta ferunt. Hic frater cōiugis Huniadis, & Matthiæ auunculus fuit, cui ꝓpter necē Ladislai nepotis, cū plerisq; & regni baronibus acerrimæ simultates erāt. His potētia eius haud paruū ingessit terrorē, nec iam ꝑculsa metu cōcio, liberā regis electionem futurā arbitrabat. Multa hic Michael in laudem dixit generis Huniadū, postremo recōciliatiōe inter proceres facta, cuius autorem S. Angeli cardi. legatum apostolicū tradidere, Matthias absens & adhuc captiuus, 18. natus annos, Kalen. Februarii inter 40. millia virorꝫ, q medio in Danubio tum glacie constricto, impatientes magni secreti, electionis exitum expectabāt, rex acclamatus. Veritas est, ꝙ primum in regem elegerunt Fridericum Imp. sed eo cunctante, paulatim ad istam peruenitur electionem. Nunc quisqs hæc legis, admirabere, ex duobus adolescentulis ætate moribusq; pene paribus, alter ex regio solio, dum nouæ nuptæ thalamū exornat, defertur ad tumulum: alter, cum capitale suppliciū trepidus expectat, e carcere vocat ad regnum. mira rerum mutatio, duo potentissima regna, eodem tpe rege orbata, ex nobilissimo atq; altissimo sanguine, ad mediocris gn̄is hoīes ꝑuenere. Tenebat adhuc captiuus Matthias in regem electus. Dum eīm adhuc viueret Ladislaus rex, & in carcere captiuum teneret Matthiam, instante die nuptiarꝫ, iussu regis ex arce Viennensi captiuus ducit in Boemiā, venitq; Pragā qua die rex obiit, atq; in potestate Georgii factus est. Alii referunt, ꝙ videlicet Georgius in obitu regis annulo eiusdem de digito recepto, scripserit custodibus in arce Viennensi, vt sine mora Matthiam regi repræsentarent vinculatum. Habebant eīm in commisso, ꝙ Matthiam nemini crederent, nisi signum annuli sui viderent. Recepto igitur signo, custodes regis mādato parentes, Matthiam præsentauerūt coacti. nam & si in itinere essent de morte regis certiores facti, potestatem tn̄ Georgii amplius non poterant declinare. vtcūq; sit, postq̄ accepit eundem co-

Georgi⁹ Pogebrati⁹ Boemiæ rex.

Matthias Vnga. rex.

comitem Matthiã regni Vngariæ regem electum esse, magnis spõsionibus dimissum e carcere, misit ad regnũ. Tum & mortuo Ladislao rege, Australes, & à Cæsare & ab Alberto fratre de tradenda gubernatiõe reqsiti, puincialiũ cõuentũ habuere, in quo legati Cæsaris seniori Austriæ principi, sicut erat impator, deberi puinciã dixere: Albertus, suo & Sigismundi patruelis noie, regiæ partem hæreditatis exposcens, suasq; calamitates & inopiã referens. cõuentus respõsio fuit, facturos puinciales q̃d ius æqtasq; dictaret, postq̃ fratres inter se cõuenissent. Interea latrones trans Danubiũ in Austriã ad Morauiæ fluminis ripã locũ occupauere, omnẽ circa regionẽ rapinis atq; incendijs vexare cœperũt, aduersus quos pfectus Albertus, latrones vi cepit, interfectis etiã com pluribus, qngentos & 50. captiuos adduxit, ex qbus 80. furca suspensi sunt. Paulo post Albertus cũ Sigismundo Viennã repetijt, & ambo aduersus impatorẽ conspirãtes Austriã sibi subigere conati sunt. quorũ studia sentiẽs imperator, Viennã petere statuit, & accersito Ludouico Bauaro duce, eo se cõtulit, imperatrice sequente. Appropinquãti populus obuiã perrexit, Albertus vero & Sigismũdus principẽ nobili comitatu extra vrbem salutauere. Habebat Albertus tria circiter eqtum millia in armis expedita, quæ nõ longe à Vienna in quodã tumulo impatori venienti se ostentarũt. Ferũt eius militiæ ducem Alberto dixisse, facile si libet, hodie Viennæ te dñm atq; Austriæ facio. nã qs phibet quo minus Fridericũ & eius comites intercipiã? Victori leges atq; hoïes fauent. Subdubitasse Albertũ aliquãtisper, demumq; respõdisse, Poterã ignoscere, si q̃d ais, me ignorãte fecisses: & mãdare turpia nõ possum. Postq̃ introgressi sunt vrbẽ, conspirauere Albertus & Sigismundus ea nocte aggredi & irrumpere: armataq; militum manu ingressi iter, iureiurãdo se obstrinxere, nõ redituros domũ, nisi arcem intrassent quæ custodiebat prouincialiũ noie. Sensere hoc ciues, moxq; arma sumentes, psidiũ in arce maius collocauere. Adueniũt cõmodũ principes, stetitq; diu res in ancipiti. ciuibus tueri arcem ppositũ: ducibus q arcem intrare iurarãt, turpe videbat infecta re reuerti. At vim inferre plenũ periculi erat. Postremo cõuentũ est, vt ingressi principes arcẽ, paululũ immorati, potato vino exirẽt, atq; ita delusa magis q̃ impleta religio est. Postrĩ die arx cõsensu puincialiũ in tres partes diuisa, duas accepere Albertus atq; Sigismundus, reliquã impator, delectiq; puinciales sunt, q lites fraternas dirimãt, & summa illis potestas data, sed graue est iudiciũ cõtra potentes. Hoc etiã tpe cũ defuncto nuper Callisto Ferdinãdi res aliq̃to qetiores fuissent factę, à Pio Pont. is in Apuliæ regno cõfirmatus est, reclamãtibus Gallis. Alphonsus eñ rex in extremis cõstitutus, Ferdinãdo filio suo legauerat regnũ Apuliæ, alijs regnis, vt Siciliæ & Aragoniæ & Valentiæ, deuolutis ad alios ex hęreditaria successiõe. Allegabat à Ferdinãdo regnũ Apulię iuste possessum à patre suo, vtpote cõcessum ei ab Eugenio & successore eius Nicolao, & super hoc dicit bullas habuisse, propter quod iuste & licite legatum posset à patre recipere. Pontifex Pius ei regnum dimisit, sine præiudicio tamen iuris alterius, quod pro tanto fecit, qa dux Andegauiæ Renatus prætendebat ad se regnum pertinere. ppter quod & oratores misit ad põtificem, vt nemini illud regnum cõcederet: sed eo nõ obstãte, Pius papa Ferdinãdum quem diligebat, in regno confirmauit, & regia corona donauit, ac eidem annui census partem relaxauit. Exortum est bellum in Apulia, quo Iohãnes regis Renati filius, Ferdinãdum regno pellere conabatur. Hinc duplex factio in tota puincia exorta est, cum hi Ferdinãdo, illi Iohãni fauerent. Pius itaq; obmisso Mantuano cõuentu, in quo per aliquod tempus morã duxit, ac principes Chr̃ianumq; populum in Turcos solicitauit, ad sedãdos motus in Hetruria, rediens Viterbiũ, ab aduersa factiõe p fraudem occupatũ, haud magno negocio recipit. Iohãnes Renati filius, adiuuãte Iacobo Picenino, in Ferdinãdum duxit, & ad Sarnũ vsq; fugauit. Quo audito, Pius põtifex timens ne Iohãnes & Galli regnũ occuparent, victoria elati, Italiæ libertatem euerterent, cõfestim Fridericũ Vrbinatẽ copiarũ suarũ ducem, cũ Alexãdro Sphorcia in Marsos misit, vt Piceninum à Iohãne duce Andegaueñ. mercede cõductum, retardarent, ac Ferdinãdo auxilio forent, legatorum à Gallis venientium minas & pollicitationes, quibus eum à Ferdinando ad Renatum traducere conabantur, facile contemnens. Pugnatum est nõ multo post à Ferdinãdo pari felicitate ad Troiam Aupliç oppidum, vbi Iohãnes Renati filius & Piceninus p̃lio fusi, ac pleriq; alij, q nouarũ rerum cupidi Gallica sequebant arma, adeo sunt pterriti, vt supplices à rege pacem petentes, in eius amicitiã redierint fere oẽs. Iohãnem Renati filium Apulia fugauit, & sic Ferdinandus regnum retinuit. Anno dñi 1458. Iacobus Iohannis Cypri regis ex pellice filius, hoc anno maximo labore succedens regnauit, interregno supputato annis duodecim. hũc pater spurium cum videret regni cupidum, & à sua ignauia alienum, Helenæ vxoris suę suasu ecclesię tradidit, & sacris ordinibus eũ initiari fecit, paterq; cũ vni-

Latrones in Austria

Albertus & Sigismũdus duces Austrij contra Frid. Impe.

Ferdinãdus contra Andega. à Pio cõfirmatus.

Ludouicus Sabaudieñ. Cypri rex.

vnicam filiam haberet Carolotã, illam regni sui hæredem instituit, Ludouico Sabaudieñ. ducis filio matrimonio copulauit. Mortuo aũt rege ac regina, regnũ multifarie turbatũ est. Ludouicus Carolotæ spõsus crebris nunciis vocatus, post annũ ex Venetiis Cyprũ nauigauit, & magno oĩm applausu rex appellat. Iacobus vero nequaq̃ eius aduentũ expectare ausus, interim cũ cæteris amicis centũ ad Sultanũ in Alexandriã nauigauit, eiq́ꝫ cũ lachrymis suã conquestus iniuriã, postulat in regnũ paternũ collocari. Sultanus Iacobi precibus cõmotus, eidem statim subuenire cõstituit. vnde iussit Sultani allatis regiis ornamẽtis, in cõspectu oĩm procerꝫ suorꝫ Cypriorꝫ rex declaratus est, ac per vrbẽ circũductus, p̃cipuis honoribus cumulatus, eidemq́ꝫ classem decreuit, quæ ipsum in Cyprũ cũ multa militũ manu veheret. Ante tñ Ludouico in hãc sñiam scripsit: Venisti ab occiduis partibus, vt alienũ regnũ in oriente inuaderes, ac paterna hæreditate filiũ exueres. vana est cogitatio tua. Cyprus mihi vectigalis est, & meũ de rege iudicare. nisi q̃primũ abieris, Aegyptio peribis gladio. si vxor tibi cordi est, potestatẽ facio vt eã tecũ auferas, si tñ prius recesseris, q̃ secũdo monearis. His acceptis, toto regno trepidatũ est. Postremo legatos ad Sultanũ mittere placuit, miserũt simul & Rhodii viros ex religione primarios, q apud Cairũ cõuento Sultano, nil Ludouicũ de iure Sultani ablaturũ dicũt, Iohãnem Cypri regẽ Carolotã filiã ex matrimonio suscepisse, quã secũdum Chr̃ianas leges reliqsset hæredẽ regni, Iacobo ex cõcubina nato regnũ nõ deberi, maritũ pro cõiuge coronæ iura sortiri debere, hortari ne regni cõsuetudines ac Chr̃ianorꝫ iura cõfunderet, Ludouicũ Sultano in om̃e tẽpus amicũ futurꝫ, tributũq́ꝫ p̃stiturũ, Iacobo decẽ millia nũmũ aureorꝫ singulis annis q̃ad viueret p̃biturũ. Res diu in cõsilio apud Sultanũ agitata, plusq́ꝫ dedisset Ludouicus. Sed Iacobo Sultani filius, Mamaluci in palatio potentes tres, purpuratiq́ꝫ multi aderãt. Sed parum eorꝫ conamina valuissent, nisi Mahumetis legatus Turcorꝫ opportune venisset, qui verba hmõi habuisse fertur: Accepit Mahumetes Turcorꝫ impator amicus tuus, te Iacobum Cypri regem appellasse, eumq́ꝫ in paternũ regnũ statuisse restituere. Digna res quæ de tuo solio manaret, & nostræ religioni accõmoda. Sed renunciatũ est postea, te mutato cõsilio pacem cũ rege Gallico pacisci, & Iacobũ deserere, tanq̃ ignores quãto p̃sequebatur nos odio Gallicus sanguis, neqꝫ Gotfridi, Balduinive aut aliorꝫ eius gentis facta mente tenes, q sæpe maiores nostros maximis cladibus affecerũt. Vide qd agas. si pax tibi cũ Gallico genere cordi est, cũ nostro bellũ expecta. Nec tibi cũ solis Turcis inimicitias puta, sed Aegyptii, Syrii, Arabes oẽs & filius tuus te odio p̃sequent. Si p̃missa Iacobo seruaueris, classemq́ꝫ in Cyprios parabis, Mahumetes q̃qꝫ alterã parabit in Rhodios, & vtriusqꝫ insulæ spolia, tua erunt, solã Rhodũ Mahumetes sibi seruabit. Placuerunt Sultano oblata, applicuit Iacobi classis euestigio in Cyprũ. Nõ tulerunt eius imperium Galli, quãuis Rhodios adiutores haberent. Ludouicus em̃ fuga sibi mox quæsiuit salutem. Iacobus regnũ receptũ administrare cœpit, legatos ad Pium papã misit, quos tñ vt regios nõ admisit. Accepit em̃ Iacobum Sultano Aegypti iurasse, abiurato Deo quadragies sic: Per Deũ magnũ & altũ, misericordẽ & benignũ, formatorẽ cœli & terræ, & per sancta euãgelia, p sanctũ baptisma, p sanctũ Iohãnem Baptistã, atqꝫ oẽs sanctos, & per fidẽ Chr̃ianã p̃mitto & iuro, qꝫ oĩa quæ nouero, aperta erũt dño meo altissimo Sultano, & totius Arabiæ impatori Messerapho: ei⁹ regnũ Deus fortificet: ero amicus amicorꝫ suorꝫ, & inimicorꝫ inimic⁹. Nihil celabo eũ, neqꝫ piratas in regno meo patiar. Aegyptios q meo in regno seruiũt, emã & libertate donabo. Auri qnqꝫ millia nummũ in Kal. Octob. aut Nouẽb. tributũ in tẽplis altissimis Hierusalẽ & Lamech singulis annis offerã. Noua digna relatu, Sultano nũciabo sine fraude & dolo. qꝫ si aliqd horꝫ negligã, ero apostata, & mãdatorꝫ S. Euãgelii Chr̃ianæq́ꝫ fidei p̃uaricator, dicã euangelium falsum esse, negabo Chr̃m viuere, & matrem eius Mariã virginem fuisse, super fonte baptisimatis camelũ interficiã, & presbyteros maledicam, diuinitatem negabo, super altari cũ Iudæa fornicabor, & sanctorꝫ patrũ maledictiões in me recipiã. Hæc iurasse Sultano Iacobus fertur. Deinde Carolota ex Rhodo auxilia in Cyprum duxit, sed nihil egit. Vnde post aliqd temporis spatium Carolota in Italiã delata, & Ludouico ex insula pulso, Iacobus vniuersum regnum in pace recepit, excepto Colossi oppido q̃d Rhodii tenebãt, & Famaugusta, quã tenebant Genueñ. quã tñ postea illis Iacobus abstulit. Deniqꝫ ad regni sui stabilitatem, Aecaterinã Marci Cornelii Veneti filiã, à senatu Veneto vxorem expostulauit, quã senatus in filiã sibi adoptatã, eidem matrimonio copulauit: qua ducta, paulopost ipsa prægnãte, ex profluuio ventris obiit. Ea & posthumo hæredibus relictis à Iacobo, q̃s ex testamento Veneto cõmendauit senatui, posthumoq́ꝫ haud multo post sublato, id regnum in Venetorum manus hæreditario iure peruenit. Per hæc tempora Pius papa Sigismundũ Austriæ ducem diris execratio-

Iacobus Cypri rex.

Iuramẽtum q̃d Sultano Iacobus fecit.

Veneti Cypron accepere.

tionibus persecutus est. causa fuit: ecclesiã Brixieñ. sub Callisto tenebat Nicolaus Cusa card. ad Vincula S. Petri, cuius ecclesiæ aduocatus est comes Tyrolis ab imperatore cõstitutus. hũc Nicolaũ card. vacãti ecclesię Nicolaus 5. epm ꝑfecit, reluctãte Sigismũdo, quietã tñ possessionẽ postea obtinuit. Verũ cũ idẽ cardinalis monasteriũ quoddã in Sonẽbergo reformare voluit, restitit illi Sigismũdus dux Austriæ & comes Tyrolis. Ad hæc cũ inuenisset cardinalis ducẽ & comitẽ quædã feuda ab ecclesia Brixieñ. tenere, q̃ nõ recognouisset, hortabat̃ eundẽ Sigismundũ spiritualẽ iurisdictionẽ suã ne perturbaret, & ꝙ nouã reciperet de feudis inuestiturã iusq́; iurãdum ꝑstaret. Ex quo mox dissensiones ortæ sunt & odia, surrexeruntq́; maligni hoĩes clerici & laici nõnulli vnà cũ ꝑdicto duce, reformationẽ episcopi impedientes: sed & monialiũ monasterij supradicti, ne reformarent̃, protector factus est Sigismundus. Inualuere odia, vt cardinalis in episcopatu manere nõ posset. vnde venit ad Callistũ papã, qui monitione ꝑmissa, Sigismundũ & cõplices execrari, & interdictũ in terrã ipsius ferri mandauit. Mortuo Callisto, Pius successit, qui vocatũ Sigismundũ cũ ꝑdicto cardinali cõcordare voluit, sed incassum. postea vero ad iussum Pij pontificis idẽ cardinalis in episcopatũ redijt, Brunecã oppidũ ecclesię Brixieñ. peruenit, literis maxime fretus, quibus ipse Sigismundus suo signo obsignatis, bona fide promisit ecclesiã Brixieñ. & card. quoad viueret se protecturũ. tractabat̃ inter ducẽ & cardinalẽ, ac tractatu durante, Sigismundus in sacra hebdomada copias eduxit, & iter faciens, ipsa die paschæ ante Brunecam armatas militũ acies collocauit, machinas admouit, oppidũ cepit. nec moratus, arcẽ quoq; summa vi oppugnare aggressus est, in qua cardinalis erat. Interuenientibus mediatoribus, certis cõditionibus cõclusa est pax, in quibus *nõ erat dictũ, ꝙ nec arx nec cardinalis in potestatem ducis veniret. nihilominus dux claues arcis extorquens, cardinalẽ arctissima custodia seruari iussit. & sic aliquo tpe cũ summa ignominia tentus est, nec libertatẽ obtinere potuit, nisi remissis iniurijs, quodã ecclesiæ castro tradito, magno auri pondere soluto, cũ pluribus alijs cõditionibus, oĩbus deniq; ecclesiæ priuilegijs & iuribus ereptis. Nec his cõtentus Sigismundus, cum sacerdotes à diuinis cessarent, nõ veritus est necẽ card. denunciare, nisi ad prophanationẽ sacrorum illos cõpelleret. de singulis affirmat se Pius informatũ fuisse, admonuisseq́; ducem vt resipisceret, altera vice: & cũ ad sanitatem redire nõ vellet, eũ anathemate notauit dirissimo. Anno dñi 1460. feria sexta post dñicam, Esto mihi, bellũ indixit Friderico comiti Palatino Rheni Bauariæq́; duci, illustris Vdalricus comes in Vuirtemberg, pro eo ꝙ Fridericus comitem impediret, q̃ minus dote vxoris suæ potiretur. duxerat eñ matrimonio relictam quondã Ludouici Palatini Rheni Margaretam, Amedei ducis Sabaudiæ filiã, matrẽ Philippi Palatini, vxorẽ cũ dote, oĩm scilicet sibi ꝑ priorẽ maritũ siue dotis, siue donatiõis noĩe assignatorũ. verũ traductione facta in domũ comitis, mox Fridericus eum in vsu dotalicij coniugis suæ impediuit, asserens dictam Margaretam pro sua parte priori marito in dotis apportatione nõ satisfecisse, & nonnulla alia allegans, qua gratia iure se oĩa facere affirmauit. cõtradicebat comes Vdalricus, & tandẽ subortũ est bellũ. Eodẽ anno in vigilia Petri & Pauli apostolorũ descẽdit comes Vdalricus versus oppidũ Hailpron, ducẽs in exercitu decẽ millia pugnatorũ, & cum appropinquaret loco, ciues oppidi legatione missa, ne exercitus vastaret fructus eorũ, cõposuerunt se cũ dño comite: quo facto, ipse cũ exercitu ad propria redijt. Antea vero in vigilia Philippi & Iacobi, venerunt in terrã comitis Vdalrici trecenti equites & aliq̃t pedites à Palatino missi, qui nonnullas incenderũt villas: quo cõperto, milites apud Lauffen & Marpach in ꝑsidio locati, tumultuarie se cõgregantes, excurrũt, & facta pugna, quibusdã occisis, circiter xl. nobiles dedẽtes se capiũt. Ex parte vero comitis occisus est vnus miles Caspar Spet dictus, & vnus de Hohenriet, vir q̃q; gñe nobilis. paulo post pace bellũ extitit sublatũ. Anno dñi 1461. secũdo Kalen. Septẽb. papa Pius deposuit archiepm Moguñ. *Dieterũ de Isenburg, & in eius locũ instituit Adolphũ de Nassou, ex quo facto suborta sunt noua bella. Causæ priuationis siue depositionis fuere, ꝙ scilicet procuratores sui suffulti pleno mandato, dũ prouisionis literas obtinerẽt, iurauerunt in animã ipsius Dioteri, inter cætera q̃ episcopi iurare habent, ꝙ infra annũ se Ro. pontifici ꝑsentaret. q̃d (vt asserit papa Pius) nõ seruauit. fertur excõmunicatus etiã debiti causa fuisse, q̃d mercatoribus soluere debuisset. Item ꝙ cõsecrationẽ in tpe debito nõ accepit, & ꝙ simoniace electus fuit. Itẽ ꝙ legato misso ad exigendã decimã cõtra Turcas, dixerat papã argentũ nationis, nõ fidei defensionẽ quærere. Item ꝙ in natione cõuentũ principũ contra voluntatem Imp. cõuocauerat. Itẽ ꝙ à bulla Mantuana sup decimatiõe decreta, ad futurũ cõciliũ appellauit. Et iterũ, ꝙ appellauit à papa male informato ad informandũ, prout hæc oĩa in bulla priuatio-

Sigismũdus Aust. dux excõmunicat⁹

Belli Vdalrici co. cũ Fride. Palatio, causa.

Hailpron.

Caspar spet

Dioterus archieṗs Moguñ. depositus.

nis cõtinent. Cõtra q̃ dicebat idẽ Dioterus in suã defensionẽ, aliqua ex p̃missis nõ esse vera, reliqua excusabilia, & se nõ monitũ, nõ vocatũ, nõ auditum, cõtra ius fasq́; fuisse priuatũ. potior causa, ꝙ annatã nõ soluerit, visa est. Adhæserũt Adolpho cõtra Dioterũ nõnulli principes, exortũq́; est bellũ maximũ. Dioterus eñ oppida & arces ecclesiæ tenebat, quaꝝ possessionẽ Adolpho tradere recusabat. Ad hæc Dioterus Fridericũ Palatinũ Rheni in suas partes trahebat, qui in stipẽdia ipsius, receptis quibusdã castris ecclesiæ Moguñ. se cõtulit. ideo eundẽ Fridericũ papa Pius excõicauit, pro eo ꝙ ecclesiæ Moguntiñ. bona ad se traheret, & Diotero priuato anathematizatoq́;, arma iungeret, & q̃a edicta poneret cõtra publicãtes literas apostolicas in sua ditione, prout hoc in suis literis Pius exarari fecit. Erat tũ etiã Friderico Palatino cõfœderatus arctissima liga Ludouicus Bauariæ dux, cognomẽto Diues, quibus principibus (vt ferebat) Fridericus Imp. nõ erat propicius. Factũ itaq; est, vt qui priuatis odijs antea dissiderẽt principes, post hoc bellũ quasi de industria sint diuisi, Ludouicus Bauariæ dux, Niger dictus, Albertus marchio Brandenburgeñ. Carolus marchio Badeñ. Iohannes Meteñ. ep̃us frater eiusdẽ, & Vdalricus comes de Vuirtẽberg Adolpho, papæ, imperatorisq́; mãdato, Fridericus vero comes Palatin⁹ Rheni & Ludouicus Bauariæ dux, re & noie Diues appellatus, Diotero possessori cõtra mãdata & papæ & imperatoris adhæserũt. certatũq́; diu est, illi, vt Diotero eiecto possessionẽ traderẽt Adolpho: hi vero, vt in possessione cõseruarẽt Dioterũ, vt dicebãt, iniuste priuatũ. visa tñ multis fuit p̃cipua causa belligerãdi principibus, vtra factionũ alterã suppeditare posset. Quib⁹ ex causis cæde, incendio, vastitateq́; se mutuo iugiter vexabãt. nunq̃ tñ plenis copijs pugnatũ est, donec ad mẽsem Iuliũ anno dñi 1462. q̃d ita cõtigit: Cũ iã fessis partibus nõnulli tractatus de pace intercessissent, tandẽ suggerẽtibus nõnihil partiũ amicis, autore illustrissimo principe Philippo Burgũdiæ duce, deuentũ erat ad certa pacis capitula, statutusq́; terminus, intra quẽ procuratores partiũ quisq; ad suos principes inuenta referret, certoq́; die designato, cũ plena potestate instructi cõcludẽdi & faciendi pacẽ redirẽt. Porro hoc termino pendẽte, principes partiũ Adolphi, Ludouicus dux Niger, Iohãnes Meteñ. Carolus marchio Badeñ. & Vdalricus comes, vt adhuc aliquid gloriæ suæ adijcerẽt, cõuentione habita statuũt, ante cõclusam pacẽ adunatis copijs satis iustis, terras Palatini ingredi ac vastare. Ad q̃d exequendũ iuxta cõdictũ cõuenere, ep̃us Iohãnes, Carolus frater eius, & comes Vdalricus, haud lõge ab oppido Bruchsel in cãpestribus ad S. Helenã, ibi castra figẽtes, multo tñ minoribus copijs, q̃ cõuentũ erat. vix eñ equites sexcẽtos & peditũ tot millia habebãt. sed nec dux Ludouicus cõparebat. Nõ latebat hoc Palatinũ Fridericũ. nã dũ à cõgregatis illis nonnullis in locis sui vastarent, ipse singulis prope diebus à lateribus copiã videndi se p̃buit, quasi occasionẽ rei bene gerẽdæ q̃reret. Quod si illis mens nõ læua fuisset, facile cõiectare poterãt, tm̃ principẽ nõ ita fractũ eẽ, ne suis in terris tã paruis copijs occurreret. Sed cõstat q̃d poeta ait, Nescia mẽs hoim̃ fati sortisq́; futuræ, Et seruare modũ reb⁹ sublata secundis. Illi moræ impatientes, solicitante etiã, vt aliqui volũt, ep̃o Spireñ. in cuius ditione castra erãt posita, vtcunq; venerit in mentẽ, die prima mẽsis Iulij luce prima, peditatu omni relicto in castris, solis equestribus nixi, descendũt in agrũ Haidelbergeñ. nullis (vt fama est) p̃missis speculatoribus, incipiũtq́; vicos q̃sdã incendere. Præsensit hoc Fridericus, & iã vndiq; corraso milite, cui & opportune superuenerũt lõgis itinerib⁹ auxiliares copiæ, quas p̃sul ducebat Dioterus. His adunatis, sine cũctatiõe à tergo hostes ita clausit, ꝙ nullã euadẽdi viã haberẽt. Sero itaq; circũsessos se videntes, attoniti: Nõ nisi ferro aperienda via est, inquiunt, acieq́; tumultuarie instructa, imparibus excipiunt hostẽ copijs. pugna facta, duo nobilissimi comites, vnus de Helffenstain, alter de Salm, cũ nõnullis equestris ordinis propugnatoribus, in prima acie occisi sunt. vẽtũ est post hoc ad gladios, ac paruo negocio superant à multis pauci, supra mille equites habuisse fert Palatinus & duo millia peditũ. Capti sunt ep̃us Meteñ. Carolus marchio Badeñ. & Vlricus comes Vuirtẽbergeñ. & cũ his eoꝝ tota fere nobilitas, q̃ oẽs cũ triũpho ducti sunt in arcẽ Haidelbergeñ. ibiq́; ad annũ prope seruati, donec tandẽ legibus quas victor voluit, acceptis, relaxati sunt. De alijs mihi nõ constat. hoc scio, ꝙ comes Vdalricus pro sua liberatiõe millia florenoꝝ centũ dedit, & nõnulla alia suscepit onera his plane æquipollẽtia. At Adulphus pont. cũ primũ principes hos bello interceptos cognouisset, nõdũ defatigatus, cũ quibusdã partiũ suaꝝ procerib⁹ cõsiliũ capiendæ Maguntiæ iniit, facinus audax. Cõscij erãt Ludouicus Bauariæ dux Niger dictus, Aluicus comes de Sultz, Eberardus de Kungstain baro, & perpauci alij. In ea re secuti q̃rundã exhortationẽ, q̃ locoꝝ vrbis gnari, copias introducere promittebãt. Igit machinis & scalis paratis, vbi tẽpus rei gerẽdæ visum est, profectiõe indicta, cum pau-

Adolph⁹ de Nassau designatus ep̃us Moguñ.

Pugna Fride. Palatini.

paucis admodũ copijs 27. Octob. anno dñi 1462. profunda nocte ad fossata vrbis peruenere. Erat ab vna parte vrbs ꝑmunita, adituq́ꝫ difficilis, q̃re custodijs fere reliqueba tur vacua. Ea in parte exploratores silẽter ꝑ fossata vepribus ac spinis oppleta, falce tramitẽ scindũt, ꝑ quẽ ad muros vsqꝫ ꝑueniunt, moxq́ꝫ applicãtes scalas, alta conscen dũt mœnia, pedetẽtimq́ꝫ introgressi, custodes ex improuiso occupãt, silentio indicto. Erat hora post mediã noctẽ fere quarta, cõsopitis adhuc ciuibus, descendũt in vrbem viri circiter centũ, portã ciuitatis proximã refringere satagũt: & dũ ista fierẽt, vigiles per vrbẽ cõstituti, in hæc ipsa loca deuenientes, dephenso strepitu, clamorẽ extollũt. Ad eã vociferationẽ cõsurgẽtes vicini, persenserũt hostes adesse, paulatimq́ꝫ clamor ꝑ vrbem diffusus, hoĩes excitauit. Experrecti ciues & magnitudine reꝝ attoniti, quid primũ agerẽt & vbi succurrerẽt ignari, armis tñ correptis, qui proximi fuerãt, tumultuarie excurrunt, in paucos ingressos impetũ faciũt. fit pugna, sed porta interim est refracta, multitudoq́ꝫ equitũ & peditũ irrupit. Tandẽ ciues globo facto ad arcendos hostes properãt. atrox ibi ꝓliũ cõmittit. pugnatũ varia fortuna. bis & ter pedẽ referre hostis cõpellitur, & cum fluctuante ꝓlio ꝓualituri viderent ciues, ab alia parte ignis ab hoste immissus, aliq̃t ædes cõflagrauit. ad hæc nouus semꝑ miles superuenit, nihilominus incolæ pugnarũt tota die vsqꝫ in serũ vesꝑꝝ. ceciderũt ex eis desiderati quadringenti. desperantes tandẽ omisso certamine, sese dedere. iubent mox arma tradere, & vt in locũ vrbis designatũ sine mora cõuenirent, sunt adiurati. paruere victi, oẽsq́ꝫ qui arma ferre poterant, aduenere. vbi iussi sunt, cunctatione posthabita, migrare ex vrbe, nulla cuiq̃ salutandi suos aut valedicendi permissa facultate. Ad quã vocẽ miseri ciues, stupore vehementi perculsi, fortunã suã deplorantes, relictis in hostiũ potestate vxoribus liberisqꝫ charissimis, in exiliũ abiere. Vidisses matronas atqꝫ virgines vlulantes pectoraq́ꝫ ferientes, & qualia cõueniens est dicere & agere in tantis calamitatibus. Direpta est inde ciuitas, ꝓdatiq́ꝫ oẽs sine delectu ecclesiastici & seculares. inuentæ sunt opes permaximæ. cessit vrbs Adulpho, ꝓdæ maior pars duci & proceribus. Erat illa nocte in arce vrbis Dioterus de Isenburg archieꝑus, & illustris comes de Katzenelbogen. hi cũ ingressum hostiũ accepissent, trepidi voluntatẽ ciuiũ proditionẽq́ꝫ formidantes, deserta vrbe & arce, transmisso Rheno, fuga salutem quæsiere. Exulibus vero paulopost, pecunia accepta, facultas redeundi ad sua reliqua data est. & tantũ de Moguntiaca captione inueniri potui, audita referẽs, prout à fide dignis accepi. Anno salutis nostræ 1461. Carolus septimus Francoꝝ rex morit. cum nunciatum ei fuisset, quosdã potionẽ apparasse qua interiret. ea re tam vehementer turbatus, animũ induxit, vt dies septẽ totos cibo abstineret, hortãtibus medicis, se inedia magis q̃ morbo affici. Sed dũ edendo vitæ cõsulit, coercitis arterijs absumit die festo Magdalenæ, sacramentis Christiano ritu perceptis. elatus est in sepulchrũ maioꝝ suoꝝ, & in diui Dionysij monasterio sepultus. Rex procul dubio in quẽ fortuna asperrime primũ desæuijt, tanq̃ exterminare eũ regno statuisset: deinde blande illũ attollens, victorẽ gloriosum fecit, inde Victoriosus dictus. mitissimi fuit ingenij, sed hebetis. Eodẽ anno leni & mansueto patri, asper & vehemens filius successit Ludouicus, consilio ꝓceps, ingenio vario, & domesticis vix satis perspecto. De Caroli morte nuncio accepto, cũ esset primogenitus & Delphinatus princeps, & qui diu à patre suo exulauerat Ludouicus, cõfluunt ad eũ ornatissimi quiqꝫ proceres, qui sacrandũ nouellũ regẽ Rhemos ꝑducerent, vbi loci archieꝑus eũ more maioꝝ vnxit atqꝫ benedixit. quo mysterio absoluto, Parisios protinus profectus est. Exactis vero solennibus, cũ Philippus Burgundioꝝ dux domũ repetere cuperet, regẽ magnopere cohortatus est, iram si quã aĩo in proceres cõcepisset, deponere, obliuisci prorsus q̃ ꝓterita erãt, satis admodũ esse illi, ꝙ nullo tumultu rex esset, quia frater illi esset Carolus, debere adolescentem amare atqꝫ amplecti, & patris hæreditatẽ cũ illo legitima portiõe partiri. Hæc atqꝫ similia multa locutus Philippus, Ludouicũ dimisit, Picardiã reuisurus. At Ludouicus qui exulcera tũ animũ haberet, & patrias leges iã dedidicisset, multa partim suo, partim eoꝝ ingenio, qui absentiã à patre, exiliũ fuisse reputabant, agere cœpit, & principes in primis parui admodũ habere, venationis omnẽ prope cõsuetudinẽ prohibens, ita vt piaculũ esset insidiari feris, nisi q̃d ipse permitteret: & q̃d illi maximas discordias peperit, magnopere nixus est, infimæ sortis hoĩes, ꝓ proceribus opulẽtos sublimesq́ꝫ facere, q̃s & obsequẽtes haberet. nõ eñ æquanimiter ferebat, si quis dicẽti vel imperanti sibi quauis rõne aduersaret. Posthabiti principes, magna pars desciscere à Ludouico, seq́ꝫ suamq́ꝫ dignitatẽ tueri cõstituunt. Igit clandestinis nũcijs, quid singuli sentiãt, sciscitantes, postq̃ de sentẽtia illoꝝ satis cõstitit, Carolus regis frater clam dilapsus est, & in Britanniã profectus: nec defuerũt permulti proceres, qui eũ mox relicto rege, sequerentur.

Adulphus de Nassau eꝑs Maguntiã occupat.

Ludouicus Franc. rex.

Philippus Burgundus.

tur. Huius tam manifestæ defectionis initio turbatus Ludouicus, sibi prospicere coactus est. Iã eñ fama erat, Carolũ Philippi Burgundiæ ducis filiũ copias contraxisse, vt cũ alijs coniuratis iungeret exercitũ, nec mendax fama erat. Nã Antonius Philippi nothus, adiuncto Marescallo, cũ aliquot cohortibus pcurrens Caroli exercitũ, castella occupat, Carolus sequẽs copias ad pontẽ Maxentij ducit. cõdixerant eñ hi qui arma aduersus Ludouicũ parabãt, se ideo cõuenturos, vt populũ vectigalib⁹ pressum & pene seruũ, in libertatẽ vendicarẽt. Incedẽs ergo Carolus, quædã oppida minimo negocio cepit, deinde ad sanctũ Dionysiũ castra facit, mox Parisienses infestat. Habebat nõ minus rex in exercitu quatuor & viginti millia armatorũ, quorũ numero territi duces aliqui, de pace cũ Ludouico cõuenere. interim neq; Burgũdiæ dux, nec frater regis quieuere. Processerat iam proxime Parisios Burgundiæ princeps Carolus, atq; ne regni caput illud timide pterisse videret. promotis copijs, caduceatores præmittit, qui liberũ per ciuitatẽ transitũ petãt: id si nõ impetrẽt, dicãt principẽ ciuitati vim illaturũ. Qui portis eo die pерant, dũ respondere volũt legatis, vidẽt progressas copias Caroli, & regij fratris ducis audiũt nõ longe abesse exercitum. Mox Ludouicus rex Franciæ celer Parisios cõtendit. Et cognito q̃ à tergo frater, & à fronte Burgũdus copias haberet, rex accelerat Burgundũ prius fundere, q̃ cũ illo Britones iungerent. nec pugnã detrectat Burgundus. fit congressus initio formidabilis, ex Burgundis multi fusi, pugnatũq; est varia fortuna vsq; ad vesperã. & dũ aliqui à rege fugerent, ipse in arcẽ Monclerici & inde Parisios peruenit, manente in sua statione Burgundo. ceciderunt ex vtroq; exercitu sexcenti supra tria millia. Burgundus victoria habita, gloriabũdus Scampas petit, vbi Ludouici fratrẽ & Britonũ ducẽ conuenit. Verũ post nõnullas vastationes Carolus regis frater literas ad Parisieñ. mittit, quarũ sententia erat, se cũ illustribus regni principibus non hostili aĩo, sed reipub. gratia conuenisse, petens vt aliquos mittant quibus sententiã suã detegat. q̃d & factũ est. Quibus ille, ad regiã vrbẽ principes venisse, vt more maiorũ, cõsilio cleri, procerũ & populi, de rebus cõmunibus quiete agerẽt: Ludouicũ quidẽ regni Francorũ regem esse, sed eorũ muneris & dignitatis fore, cõmonefacere illũ maiores suos imitari, patrijs legibus vti, onera moderari, misereri populi, igit̃ petere in vrbẽ sine vlla iniuria aditũ. assentiũt illi, & hoc quidem, si rex annuat. Cognito responso, Ludouicus repente à Nortmannia cũ forti manu reuersus, quo ierat, ægre tulit responsum tale dedisse Parisienses, vindictam de quibusdã sumẽs, multos proscripsit. Post varias clades fit cõcordia, ita q̃ Nortmãniã rex fratri dono relinquat, Carolo Burgũdo cessere ĩ perpetuã possessionẽ Perona, Roia, & Mandiderium, ad hæc Guinarũ & Boloniæ comitatus: principibus coniuratis reliquis, alia his nõ minora contigere. Anno salutis 1463. imp. Fridericus obsessus est in arce Viennensi à ciuibus, quibus auxilio frater dux Albertus erat. oppugnabat aũt arx bombardis & omni gñe tormentorũ. vidisses impleri fossas, admoueri scalas, cominus eminusq; pugnã misceri, vulneribus & sanguine multo rem geri. Vnde coactus fuit auxilium à rege Bohemiæ Georgio, qui se ante pro hæretico declarauerat, postulare, immo Pio pont. max. scribere, ne interim in Georgiũ, quãuis hæreticum se declarasset, iuris pœnas fulminaret, q̃d necessitate cogẽte pontifex admisit. liberauit Bohemus Fridericũ, arte vsus, vt neq; periret, neq; vinceret. Inuaserat tum Turca Bosnæ regnũ, occuparatq; loca eius plurima. verum anno domini 1464. Matthias Hungariæ rex paulo ante coronationem suã profectus cum copijs in regnum Bosnæ, tũc dominio Turcarũ subiectum, profligatis hostibus, oĩa recuperauit quæ anno superiori inuaserat Turca, vt refert Pius in epistola ad ducẽ Burgundiæ, castrũ quoq; Iazygam munitissimum vi, alia vero terræ eiusdem castra deditione cepit, omnesq; Turcarum milites in præsidio locatos, quos gladius non absumpsit, ad gratiam & suã ditionẽ recipiens secum deduxit. Matthias Vuaiuoda prædictus, post mortem Ladislai regis Hungariæ regnum occuparat. quod sibi competere Cæsar Fridericus affirmabat, & quidem iure hæreditario, & vt aliqui volunt, per electionẽ. fit inter eos longa concertatio. nam & coronam regni habebat Fridericus, quam cum Ladislao mater apportauerat. eam Matthiæ restituere recusabat. tandem per cõcordiam lis sopita est. Quo facto, sacro regni diademate à manibus Friderici imperatoris accepto, rex Matthias sexto sui regni, dominicæ scilicet incarnationis 1464. anno, in die cœnæ domini regni proceribus psentibus, magna cum solennitate coronatus est. Sed & bella in Bohemia nonnulla cum Casimiro rege Poloniæ gessit, pax tamen cõposita hoc modo inter eos fuit, vt Pannonia, Hungaria, Morauia & Slesia Matthiæ relinqueret, & Bohemiæ regnum Vladislao filio Casimiri remaneret. Anno salutis 1464. Pius pontifex obijt. nam cum primo anno pontificatus Mantuæ cõuentum pro Christiana fide

tutan

Carol. Burgũdiæ dux.

Frid. Imp. Viennæ obsessus.

Bosnæ regnum.

Matthias Vuaiuoda Hunga. rex.

Pij 2. mors.

curanda habuerit,& in eo frustra principes cōuocauerit cōtra Turcas,hoc anno ipse cōpositis rebus,vt poterat,expeditionē Asiaticā,quæ in pfato conuentu regū & principū ambitione ac auaritia fuerat obmissa,repetit,oratores ac nuncios cū literis apostolicis ad Christianos mittit,ad bellū hortatus est.Inde ab vrbe discedens Anconā, lectica iacens defertur.In itinere aūt magnā vim hominū ex Germania,Gallia,Hispania veniētiū ad bella Turcis indicta,offendit:quorū magnā partem absolutā peccatis, Germanorū potissimū,in patriam remisit,ꝙ minus idonei bello gerendo,ꝙ́ꝗ etiam belli impensam,vt in literis apostolicis continebat,secū nō attulissent.Dum aūt classem,quæ passim in portis superi inferiꝗ maris ad tantū bellū fuerat ædificata,dumꝗ Venetorū ducē belli sociū Anconæ expectat,diutina & lenta febri afflictatus,moritur anno sui pontificatus sexto.die quo emigraturus erat,duas horas ante extremū vitæ spatiū patres cardinales ad se vocat,cōstanti aīo & voce nō inconcinna ad concordiā in eligendo nouo pontifice adhortatus,ecclesiā atq; suos illis cōmendauit,petijt sponte sacramēta omnia,orationes canonicas nō intermisit,symbolū Athanasij cōstanter pronunciauit,mortē non exhorruit,nō perturbationis aut inconstantiæ,dū extremū spiritū efflaret,signū aliqd edidit,extinctus magis q̄ mortuus,vt corpus suū Romā deferret mādauit.Id factū est,in basilica S.Petri condit̄ ad altare sancti Andreæ:ipse em̄ nuper caput sancti Andreæ apostoli e Peloponeso à Thoma Palæologo eius loci Despota,à Turcis profligato,aduectū Romā,in sacello ad sanctū Petrū ad id fabricato,honorificentissime collocauit.ipse etiā *Aecaterinā Senensem in sanctos retulit.

Anno deinde salutis nostrę 1464.pridie Kalēdas Septembris Paulus secūdus,*Barbo ante vocatus,patria Venetus,patre Nicolao,matre Polyxena,sancti Marci pres by ter cardinalis,pōtifex creatur.Is vbi magistratū inijt,statim,siue ꝙ ita pollicitus erat, siue ꝙ Pij decreta & acta oderat,oēs Abbreuiatores,quos Pius in ordinem redegerat, tanq̄ inutiles & indoctos exautorauit,eos bonis & dignitate indicta causa spoliauit, quos etiā propter doctrinā magnis pmijs aduocare debuerat.Erat quidem illud collegiū refertū bonis ac doctis viris diuini ac humani iuris,inerant poetæ & oratores,q̄s Paulus tanq̄ inquilinos & aduenas e possessione pepulit. Anno salutis 1465.Carolus dux Nortmanniæ,Ludouici regis Francorū frater,cū duce Britonum discordare cœpit.quo intellecto,Ludouicus oblatā sibi occasionē,qua Nortmanniā à fratre eriperet,ratus,cū Britonū duce ad id patrandū conuenit.nec frustra tantū Carolo fratri negociū fecit,qui post varia bella de Aquitania cōtentus fuit,addicta quadā pensione annua,& sic bellū inter eos sopitū est,quod per annos tres durauerat. Anno dñi 1466.Paulus pontifex maximus Georgium Pogebratium Bohemiæ regem consistorio publico de hæresi damnat,dignitate & regno per sententiam priuat.Hic em̄ Georgius cū post obitū Ladislai in regem electus,iurauit in manus duorū episcoporum,tactis sacramentis euangelicis,publice dum coronationis insignia reciperet,ꝙ deinceps fidelis & obediens esset sanctæ Romanæ ecclesiæ,& cū se,conthoralem suā ac liberos,tali iuramento obligasset,per Fridericū Romanorū imperatorem confirmatus extitit.Verū cum his omnibus contraria postea ageret,& hæreticorum sectā foueret,Vratislauienses & cæteri catholici homagiū præstare illi recusabant.declarauerat em̄ se pro secta hæreticorū.propter quod eum papa ante Pius,& post Paulus, grauissimis censuris ac totum regnum fulminabant.fuerunt tum nonnulli in regno qui Pogebratium oderant.hi primū Fridericum imperatorem ad regnū inuitabant, deinde vbi Fridericus recusat,ad Matthiam Hungariæ regē recurrebant.Tum & copijs legati apostolici rex Matthias aliā ob causam cōgregatū exercitū satis iustū addidit,pro quorū sumptibus dedit imperator ex Austria vnius anni redditum.Quibus sic pparatis,audiuit Matthias Victorinū regis Bohemiæ filium,venisse in Morauiam cū exercitu quinq; milliū pugnatorū.ideo illi occurrit,eumꝗ retrocedere compulit. Tandem in quodā monasterio eum obsidet,sed illum paulopost pater Pogebratius potenter liberauit.Inter hæc Matthias priuato iam per sententiam hæretico,in regē Bohemorū declaratur à Romano pōtifice,qui & à Friderico imperatore extitit cōfirmatus.qui rex ad pces imperatoris ac Romani pontificis,contra hęreticos Bohemiæ septenne bellum gessit,computatis pcedētibus annis,Morauiam,cunctamꝗ Slesiam, sed & Lusatiam in potestatem suā redegit.Audiui ego à quodam comite,qui illis diebus erat de senatu imperatoris,ꝙ idem Matthias pactus fuerit cū imperatore,ꝙ persequi vellet Bohemiæ regē,nec pacē inconsulto imperatore cū illo facere.Quod eapropter imperator Romam perrexerit in propria persona,vbi non solum negociū istud apud Paulum pontificem promouerit,sed & expeditionem contra Turcas,in qua post debellationem regis Bohemiæ Matthias ipse dux pręficeretur,solicitauerit.

Paulus 2. papa.

Carol.dux Nortmāniæ

Matthias rex Bohe. designatus.

Venit in vrbem tunc anno salutis nostræ 1469. cum decenti comitiua, vt dicebat, voti gratia, quem Paulus pont. honorificentissime suscepit atq; tenuit. Scribit Platina, se vidente, papã & imperatorẽ ex mole Adriani sub eodem pallio à Laterano redeuntes, substitisseq; Paulũ in ponte, donec imperator equites aliquot crearet. Verum imperator hominẽ, vt veniret in Germaniam, & Christianos principes cõuocaret, frustra tentauit inducere: oratores tamẽ ad reges & principes, de bello Turcis inferendo solicitaturos, mittere decreuit. Abeunte imperatore, Matthias rex Hungariæ statim pacẽ cũ Bohemo percussit, cõtra pacta cũ Friderico inita, q̃ fecit irrita, opinor, ꝙ hac ratiõe cõfirmari vires & aduersus Turcã, & cõtra Fridericũ imp. putaret. Anno eodẽ 1466. mẽse Martio, Frãciscus Sphorcia Mediolani dux morit. hic etsi cũctos prudentia & felicitate principes sui tpis excelluisset, in senectute tñ mulierũ ardore deceptus nimiũ p̃uaricatus est. Post eius interitũ administrauit rẽpub. aliquãtisper cũ filio Galeatio Maria Blanca relicta. sed eius imperiũ filius nõ ferens, eam magistratu deiecit, rẽpublicã ipse obijt, Mediolanũ vrbẽ ædificijs reliquisq; ornamẽtis publice priuatimq; decorauit. Anno 1467. Philippus Burgũdiæ dux, mẽse Iulio Brugis morit, & Diuione sepelitur, princeps suo tpe in armis valens, prudẽs, & à suis miro modo amatus. hic Carolũ filiũ habuit successorẽ. Post obitũ Philippi Leodij aduersus pontificẽ suũ bello decertabãt, quẽ apud Huiũ obsident, q̃d cũ ferocissime oppugnarẽt, pontifex clam dilapsus est. Et ep̃o affinitatis causa Carolus Burgundiæ dux succursurus, miro in Leodios concepto odio copias contrahit, mittitq; per insigniora suæ ditionis loca bellũ Leodijs indicere. Qui aũt id negocij exequebant, vna manu exertũ gladium, altera facẽ ardentẽ gerebãt, hac re significantes, Leodiorũ gentem igne ferroq; perdendã à Carolo fore. Fuisse cõstat Leodios Frãcis iãdiu cõiunctissimos, eorũq; amicitiã semp secutos. quãobrẽ Ludouicus suppetias illis ferre cõstituit, simul ne ex eorũ ruina gloria Burgundiorũ vires accẽderet. mittunt eius rei gratia quadringenti equites cũ sex sagittariorũ millibus. Dum aũt Vernone ageret Ludouicus, S. Pauli comes Conestabularius à Carolo Burgundo ad eũ venit, qui multa de Burgundo atq; Leodiorũ gente memorãs, sex tandẽ mẽsium inducias Burgundo impetrat, Leodijs posthabitis. Rediere itẽ per id tẽpus ad regẽ Ioh. Ballua & reliqui cũ eo, qui Ballua cardinalatũ Ro. sedis Ludouici interuentu nõ sine multorũ admiratiõe obtinuerat. In delegatione quid actũ fuerit, ex ipsis inducijs intelligi potest, Leodios videlicet falsis suggestionibus à Ludouico desertos, & Burgundo permissum miserã gentẽ bello persequi. q̃ cũ auxilio se destitutã intelligit. nõ aliter cũ Burgundo pacisci poterat, q̃ ꝙ ingẽtẽ illi pecuniã persolueret, murosq; & turres suæ ciuitatis aliorũq; oppidorũ dirueret.

Frid. imp. secundo Romã p̃fectus.

Philippus Burg. morit

Leodiense bellum.

Interea Carolus Ludouici regis frater, Britonesq; aduersus Ludouicũ p̃parant, ad quorũ auxiliũ Carolus Burgũdiæ dux oẽs suas copias ad S. Quintinũ cogit. q̃d intelligens rex, nõ solũ pacẽ cũ fratre facit, sed & ducẽ Burgũdiæ recõciliare curauit. audito eñ ꝙ Burgũdus Perone castrametaret, ex Nouiano rex Peronẽ paucis comitatus se cõtulit. Cardinalis eñ Ballua & Borbonius comes tñ, p̃ter aulicos aliq̃s sequebant, ausus tñ est Ludouicus ad hostẽ ire, seq; illi familiarius, p̃ter oĩm opinionẽ, credere. Ibi inter eos modici momenti pax cõuenit, iurante Burgundo, Ludouici partes se nõ secus ac subditũ decet, tutaturũ. proinde rex Burgundo cõfirmat, quæcunq; in cõuentione Atrebatensi patris sui tpe definita extiterant cũ Carolo 7. Dum Perone dux ageret, ego nuncius fui missus à bonæ memoriæ Vdalrico inclyto comite de Vuirtẽberg &c. ad eundẽ Carolũ ducẽ. erã eñ p̃positus in Stutgarten ecclesiæ collegiatæ. & dũ venissem ad Traiectũ superius, vltra propter bellicos terrores nõ processi, sed collegã meũ q erat laicus, vt transiret oneraui. q̃ abeunte, ego p̃stolaturus eius reditum, in eodẽ loco de cõtingentia facti hoc modo audiui, ꝙ cũ subortæ fuissent anno tũc p̃terito, inter ep̃m Leodieñ. ac ciues eius ciuitatis contentiones, & ep̃us vrbe esset pulsus, Carolus vrbẽ obsidione arctissima cinxit. facta deinde inter ciues discordia, pars per vnã portã exiuit, & se ac vrbẽ gratiæ ipsius dedit, pars vero per alterã portã dimissis vrbe ac bonis aufugit, & ad regẽ Frãciæ Ludouicũ p̃sidij causa peruenit. Obtẽta hoc modo p̃ deditionẽ ciuitate, dux Carolus ciuibus mãdat, vt turres oẽs, muros & antemuralia demolirent, nõ modo vrbis, sed & oppidorũ subiectorũ. Deinde Leodieñ. arma oĩa, machinas, tormẽta, bõbardas & quidq̃d bellici apparatus habebãt in vrbe & subiectis locis, abstulit. Nec his satiatus, sed eos vt sibi soluerẽt trecẽta millia floreñ. aut q̃tannis donec soluerent, quotã de centenario, id est, xxx. millia florenorũ, sacramẽtis adhibitis obligauit. Licet aũt pontifex Ro. ob deiectionem ep̃i sui Leodienses censuris ecclesiasticis innodauerit, cognita tamen eorũ submissione & exulum eius ciuitatis

Leodiũ Carolus obsedit & cepit.

tis q̃rela, grauissimaq́ꝫ cõtentione, eos ad cõcordiã oĩno reuocare cupiẽs, Tricariceñ. epm legatũ eo misit, q interdictũ sustulit, eosq́ꝫ duci reconciliare conat. Noluit aũt dux aliqd remittere de impositiõe p̃dicta, tãetsi soluẽdo nõ essent: sed & exulib⁹ regressum dare liberꝫ ad sua fert negasse, q̃ seueritas à multis improbata dr. dedit eñi iam desperatis nouæ rebellionis occasionẽ nõ modicã. Factũ est igit, vt dñ rex Ludouicus copias cõtra ducẽ instructissimas haberet, & dux Perone ageret, rati Leodiẽsiũ exules tp̃s eos iuuare, nõ sine (vt fert) cõsilio regis, propere se ad iter accingũt, ac Leodium q̃dam nocte iam armis & ꝓpugnaculis nudatum, paruo negocio ingrediunt, pulsoq́ꝫ ducis p̃sidio, cõciues suos ad libertatem resumendã induxere, moxq́ꝫ ciuitatis statum ordinantes, muros erigere ac resarcire satagunt. Reditus iste vbi diuulgatus est, totam terrore ꝓuinciam compleuit. erat eñi ob expeditionem ducis ꝓpugnatoribus exhausta. Leodij inde hostem aggressuri armant. Postridie Leodiensiũ centũ supra mille viri intempesta nocte oppidum Hassel muris nudatum, ꝑ notos sibi aditus irrumpũt, ædes ꝑfringunt p̃ter expectationem oĩm. fit clamor atq; trepidatio. fuga salutem q̃sq;, nemo armis q̃rit. Elapsi sunt bñficio noctis plurimi, capti nõnulli, inter q̃s legatus ap̃licus vnà cum Leodieñ. epõ inuentus est. Erãt in eodem oppido armamenta fere oĩa, q̃bus Leodieñ. ꝑ deditionem spoliati fuerãt, q̃ vnà cum equis captiuisq́ꝫ oĩbus cum triumpho transportãt. Auxit hæc res animos ciuium, & ad indubitatam recuperandæ libertatis spem erexit, maxime cum recensuissent tantis ducem implicitum negocijs. ideo cõuersi mox ad instructionẽ muroꝝ, ꝓpugnacula erigũt, debiliora loca muniũt. Et cum diu noctuq́ꝫ operi incumbũt, inter regem (in quem oẽm suam fiduciã collocauerãt) ac ducem pax cõcepta est arcana & cũctis admirãda. Pace facta, indignabũdus dux ꝓperat cũ exercitu de Leodijs vindictã sumpturus, cũ q̃ Ludouicus rex tanq̃ eiusdẽ expeditionis socius vltro venit. vrbem obsidione cingũt. Exiuit cõsentiente pp̃lo, ep̃us Leodius placandi ducis causa, nec tñ ꝓfecit, iurante Carolo, nõ prius ciuitati parcendũ, q̃ ciues & vrbem subegisset. epm aũt apud se, ne ad suos rediret, continuit. Mira reꝝ mutatio. Leodij q se magno liberatos malo credebãt, mox e spe maxima in desperationẽ ceciderũt extremã. De rebus itaq; suis desperantes, egressi ciuitatẽ, hostẽ adoriunt, captos sine miseratione mactantes. vbi tñ obsidione se angi considerãt, ad primã oppugnationem primores vrbis, vtcunq; potuerũt, elapsi aufugerũt, relictis in ciuitate mulierib⁹ & incomposita plebe, religiosis q̃q;, atq; infantibus. Ergo irrumpẽtibus ferociter Burgundis, Ludouicus (vt refert Gaguinus) primũ, deinde Burgundus ciuitatem intrat, fitq́ꝫ mox passim occisio & strages, virginibus vis & religiosis mors infertur, neq; indulgentia vlla militum in pueros fuit, qn etiam stupratas à se virgines crudeles satellites iugulãt, sacerdotes eadem hora rem diuinã in tẽplis facientes, gladijs periere. nec satiatus est inhumanus hostis tam multa cæde, p̃das ex oĩni ciuitate & ex tẽplis sacrilegia fecit, incensa postea vrbe & muris diruptis, q̃rum ruinis fossas æquauit. Acta sunt hæc anno dñi 1468. In Saxonia circa ista tempora Ernestus dux Saxoniæ electoratum gessit. hic dum esset puer, vnà cum fratre Alberto furtiue sublat⁹ fuit hoc modo: Erat homo audax Cunradus de Kauff, nobili apud eos loco natus, bellicæ rei ꝑitus. is cũ se patria pulsum & paterna hæreditate priuatũ à Friderico duce existimaret ꝑ iniuriam, scelus pulcherrimũ excogitauit. Arx est in Mysna, in alto mõte & in abruptis vndiq́ꝫ rupibus sita, Altiburgũ ꝓuinciales vocãt, ad radices mõtis oppidũ egregiũ, munitum & pp̃lo plenũ. ea in arce duo adolescentes filij Friderici ducis, Ernestus & Albertus educabant. Cunradus huc intempesta nocte magnis itineribus cum paucis cõtendit, & admotis scalis, prodente pædagogo, arcem ingressus, dormientes adolescentulos in cubili cõpræhendit, minatusq́ꝫ est mortem si mutirẽt. funibus colligatos extraxit, haud dubius qn ꝑductos in Boemiam magno precio venderet, suasq́ꝫ contumelias eo pacto magnifice retũderet. iam syluam Harcyniã, q̃ Boemiã à Saxonia diuidit, ingressus erat. iam ꝑiculum oĩne transmissum putabat, cum iunior captiuoꝝ, labore ac fame deficiẽs, & q̃etem simul & cibum poposcit, cuius precibus cõmotus p̃do, ad carbonarium quendã diuertit, afferriq́ꝫ panem & cereuisiam iussit. Interea apud Altenburgiũ cognita tantæ rei nouitate, clamor exorit, attoniti oppidani raptim arma capessunt, & preciosam vendicaturi p̃dam, p̃cipiti cursu p̃donis vestigia insectant. syluã ingressis fortuna blandit, q̃ inter multos tramites eũ teneri suasit, q recta duxit ad carbonariũ. Ibi Cunradus dum puero cibũ ministrat, ex improuiso capit, & oblat⁹ principi, audacissimi sceleris capite pœnas soluit. Varie hoc etiã seculo in Angloꝝ regno tumultuatũ est. annos aliq̃t Hẽricus, cuius supra mẽtionẽ fecim⁹, regnarat. hũc Eduardus regno deturbatũ cepit, sed restitutus est in dignitatẽ suã opa Varuici, studioq́ꝫ Ludouici regis Franciæ, nec fuit integra ei res diu. nam Eduardus Caroli Burgundi du-

Lud. Franciæ rex Carolo iũctus.

Leodij miseranda clades.

Duo Saxõiç duces furtim rapti.

Facinus insigne.

Eduardus Angl. rex.

cis ope statim Henricum superauit, carceriq́ꝫ commendauit, & deinde bellum apparantibus Henrici amicis, regnum summis laboribus difficulter tutatus est.

GENERATIO L.

ANno salutis 1470. sedente in sede S. Petri Paulo 2. & imperãte Friderico 3. quinquagesima incepit gñatio. Hoc anno pridie Kal. Augusti Carolota Ludouici regis Francorꝫ vxor, Carolum filium Ambasiæ enixa est patri successorẽ. alij eum anno pcedenti asserũt fuisse natum. His etiam diebus cepit indignatio Carolũ Aquitaniæ ducem, q cum Armeniaco comite copias contrahit, q̃si bellũ regi moturus. verꝫ paulo post obijt apud Burdegalã veneno. Anno dñi 1471. Paulus 2. apoplexia moritur 2. hora noctis, solus in cubiculo, nemine vidente, cum eo die lætus etiam consistorium habuisset, pontificatus sui anno 6. mense x. qnto Kal. Augusti. fuit in eo q̃tum ad corpus attinet, maiestas pontifice digna, de apparatu pontificio curiosus erat, in colligendis pecunijs diligẽs fuit, vt fere semp beneficia & epatus his cõmitteret, q officium aliq̃d venale haberẽt, vnde elici munus posset. oĩa em̃ officia suo tẽpore venalia erant, redimendaꝫ q̃q; pensionum vsum non improbauit. his aũt pecunijs interdum etiam ad liberalitatem vtebatur. nam & cardinales pauperes maxime & epos, & principes ac nobiles domo extorres, virgines, viduas, ægrotos frequẽter iuuabat. ędificauit splẽdide, adire hoĩem die dormientẽ, ac noctu vigilantẽ, attrectantẽ gẽmas & margaritas difficile erat. hæc Platina. Anno eodem *Xystus 4. papa natione Ligur, ex Sauona vrbe maritima natus, Franciscus antea vocatus, ordinis Minorꝫ gñalis minister, Paulo Pont. repentino interitu sublato, qnto Idus Augusti subrogatus, sedit annis 13. vir ingenio clarus, doctrina pcipuus. fuit vitæ cõtinentis, in pauperes religiososq́ꝫ munificentissimus, in amicos & familiares iucundus, in delinquentes clemẽs, principes & nobiles patria extorres, pſertim Palæologorꝫ filios, Bosnæq́ꝫ reginam, à Turca pulsos, pecunijs adiuuare non destitit, & Rhodiorꝫ milites ac Ferdinandũ Apuliæ regem à Turcis vexatos, incredibili pietate fouit. Et eodem noui pontificatus anno Hercules Estensis Ferrariæ ducatum accepit, Venetos auxiliatores habuit in tutanda re domus suæ, cum à Nicolao Estensi infestaretur. Venetos deinde relinquẽs, cum Ferdinando socero fœderibus coijt, q̃re diu Venetas vires ægre ptulit. Anno 1471. Chalcidẽ Eubœæ principem ciuitatem, nũc Nigropontũ dicimus, Mahumeta Othomanus expugnauit. proditiõe cuiusdam Liburni captam ferũt. Obsessa vrbs dies 30. maximis affecit hostem cladibus, videbaturq́ꝫ Mahumetæ relinquenda, nisi pceres satrapę intercessissent. Pubes Italica palis est affixa. post plurimã vniuersi pene ppli cædem, reliquum vulgus sub hasta venditũ. Occupauit Turca in finibus illis celeberrimas etiam q̃sq; vrbes, Athenas, q̃ nunc Sethinæ, & reliq̃s. Anno dñi 1472. cometa in principio huius anni circa festum S. Agnetis apparuit, igni rutilãs, crinibus longis nigrisq́ꝫ, in occidentalem vergebat plagam, durauit diebus 80. sequenti q̃q; anno siccitas incomparabilis subsecuta est, pestilentiæ, bellaq́ꝫ cruentissima pluribus in locis euenere. Per hos dies Carolus Lotharingiæ dux apud Nansen peste absumptus est. at Carolus Burgundiæ dux, Lotharingij ducis morte accepta, Lotharingiam armis sibi subiugare tentauit contra Renatum, causam assumẽs, ꝙ Carolus defunctus obęratus illi foret, q̃ modo simul meditatur regium nomen vsurpare. Circa hæc tẽpora Fridericus ad preces ducis Burgundiæ Lucemburgũ venit, à q̃ dux imperatorẽ ad Metenses ducit. ibi p imperatorem Metenses orat, sibi p eos transire in Lotharingiam liceat, q̃d cum à Metensibus nõ obtinet, Fridericum importune rogat, regium titulum regni Siciliæ sibi impartiri, cuius rex fuerat Carolus, & cuius in pſentiaꝝ causam agebat, atq; vt nouitati fulcimentũ apponeret, vicarium se imperatoris institui postulat. At Fridericus dissimulata prudenter postulãtis arrogantia, egressus vrbe noctu, p Mosellam in Germaniã abijt. hæc Robertus Gaguinus. Veritas est, ꝙ Treueri cõuenerũt imperator & Carolus, vbi hæc acta credunt. Anno dñi 1474. Carolus dux Burgundiæ Nussiam Coloñ. agri oppidum obsedit, causam ꝑ se ferẽs, ꝙ archiepm Coloñ. Rupertũ sibi & fœdere & necessitudine sanguinis iunctũ, p capitulares eiusdem ecclesiæ vi & insolẽter eiectum & spoliatũ, restituere ptenderet. Sed cum innotuisset Friderico imperatori, ꝙ idem Carolus aduocatiam archiepatus Coloñ. q̃ ad imperiũ ptinet iure hæreditario, suscepisset de manu archiepi, veritus ne sic pulcherrimũ Germaniæ membrũ vsurparet, exercitum conscripsit satis iustum. Interea tñ Carolus varijs modis oppidum expugnare, frustra tñ, adnisus est. tandẽ imperator veniẽs, castra sua haud pcul à castris Caroli collocauit. habiti sunt varij tractatus paucis noti, ad extremũ Carolus obsidionẽ soluit, ac crematis castris, cũ oĩbus copijs abiuit. durauit aũt hæc obsidio annũ integrũ. Paulo post archieps Ruptus est captus, & in carcere mortuus. Hermãnus Hassiæ Lãtgrauius factus

Xystus 4. papa.

Chalcis Nigropont.

Caroli Burgũdi cũ Frider. cõuẽtus

Nussia obsessa.

factus est archieps, cuius opa tẽpore obsidionis Nussia credit seruata. Anno eodem Christodorus inclytus rex Daciæ, Noruegiæ & Suediæ, vir Christianissimus, Romam soluendi voti gratia ꝑuenit, in itinere ab oĩbus potentatibus honorificentissime exceptus. Venisse dicebat non modo vt votũ solueret, sed vt Christicolas cõtra Turcũ animaret. Romã ingressus, ꝓdeunte obuiã honorato cardinaliũ collegio, à Xysto pont. max. ꝓbenigne exceptus est, ac ꝓ singulari munere rosa aurea, quam põtifices singulis annis in dñica Lætare alicui ex principibus Chrĩanis donare cõsueuerũt, à papa donatus est. Ibidem de vniuersali Italicoꝝ principũ pace agere cœpit, vt s. vno animo contra Turcum coirẽt. sed res ꝑfici non potuit, inde digressus, ꝑ Italiæ vrbes transiẽs, magno & celebri honore vbiq; habitus est. Anno dñi 1475. Iubileus à Paulo Põt. pri⁹ ꝑ vniuersum orbem Christianum institutus, Xysto Pont. Max. hoc anno celebratur. Eodem anno Simon puer Tridentinus à Iudæis mactatus est. cædis autores varijs affecti sunt supplicijs, quam historiam pleriq; sunt executi docto carmine. Consimile scelus Iudæi apud Mottam oppidũ, q̃d est in finibus Fori Iulij post q̃nquenniũ Iudæi ꝑegerũt. nam etiam alium pueꝝ simili modo trucidarũt, pro q̃ tres eoꝝ Venetijs captiui missi fuerũt, & atroci supplicio cõcremati sunt. Anno dñi 1476. in Euxini ora Turci sunt Capha vrbe nobilissima potiti. erant Caphenses in Genuensiũ ditione, cæteꝝ vrbem in Galeacij vicecomitis inuidiam Othomano dedere. prodita tñ est priuato, non publico cõsilio. Eodem anno in Frãconia Germaniæ nobili ꝓuincia, Francia oriẽtalis appellatur, tympanista q̃dam homo simplex, pecoꝝ pastor, apud vicum Niclashusen vocitatum, sectatores plures nactus, virus diffundere cœpit, eo ꝑniciosi⁹ q̃ & sacerdotes & religiosos in populoꝝ inuidiam coniecit. Is vero simulatam puritatem q̃ndam & innocentiã vitæ p̃ se ferebat, edocẽs vitam cleri ignominiosam esse, & ꝙ Deus hoc tẽporis nobilitatẽ execraret, telonia non esse soluenda, oẽs aq̃s & nemora oĩbus libera & cõmunia esse, ac nõnulla alia nefanda in ppl'm seminãs, ea sibi virginẽ Mariam enarrasse p̃dicabat. Vndiq; igit gẽtes votis ꝓcessionabiliter accurrebãt. visa sunt q̃dam die supra 30. millia hoĩm affuisse, diebusq; festis sermonẽ in odiũ cleri deducebat. Eo igit à Rudolpho Vuirceburgensi epo missi hoĩes, inde tympanistã hũc ad Vuirtzburg ducẽtes, igni tradiderũt, post cuius mortẽ istæc ꝑegrinatio euanuit, durauit vix mẽsibus 2. Fuerũt q̃ dicerẽt hoĩem à religioso q̃dam simplicitate deceptũ, ita vt crederet beatã virginẽ sibi apparuisse, mandasseq; vti ppl'o vitia nõnulla, ꝑ q̃ offenderetur Deus in immẽsum, publicaret, & id q̃stus gratia inuentũ fuisse aiũt, q̃ ex cõcursu vulgi sperabatur aucupari posse. vnde & plebanus loci insimulabatur, ꝙ fuisset cõsci⁹ facti. Anno eodẽ Carolus dux Burgundiæ grandi exercitu duxit in Heluetios, Suitenses s. & eorum confœderatos, castraq; ingenti pompa iuxta ciuitatem Lausannam fecit. Lausannam paruo negocio accepit, deinde oppidum Gransen capit, ibi q̃ngentos & 12. Alemanos suspendi fecit. paulopost non ꝓcul ab eodem oppido cum suo exercitu ab Alemanis fusus fugatusq;, tormentis machinisq; amissis, vix euasit, castra oĩa direpta sunt. arces deinde amissas & Gransonem Heluetij recuperãt, inuentosq; Alemanos, quos Carolus suspenderat, oẽs patibulo liberatos terræ cõmendantes, eisdem Alemanorum furcis lorisq;, Burgundos q̃ in p̃sidio erant, strangulant. Rebus apud Gransonem profligatis, Carolus dux Burgundiæ cum se Ioignam in finibus Sequanorum ex fuga militemq; recepisset, Heluetios iteꝝ persequi constituit. At ꝙ illi milite & pecunia opus esset, Guilielmum Gonetum cancellarium cum alijs xi. magna apud suos autoritate viris, ad Flandrenses & ditionis suæ populos legat, qui militem resarciant, sextamq; bonorum suorum oĩm partem ad belli impensam ministrent. Legatis responsum est, Carolo, si facultas deficit se tuto recipiendi, subsidium illi vt principi & duci suo, se quidem p̃bituros, donec domũ saluus redeat: belli aũt in Heluetios gerendi causam nullam videri, cuius gratia sese bonis & pecunia mulctare necesse sit.

Paulo ante Carolus dux Burgundiæ Nanseum Renato duci Lotharingiæ abstulerat. ob hoc Renatus se hostibus Caroli cõiunxerat, ꝑ q̃d tẽpus Carolus reparato exercitu, ad Murtam in Heluetios ducẽs, castra fecit, atq; exile oppidum circũuallauit. ꝓperat eo Renatus Lotharingiæ dux cum validis copijs, auxiliaturus Heluetijs. fit pugna, fusaq; prima acies Caroli, in fugam verso Remonto comite eius aciei ductore. Vnde Murtenses ex oppido eruptione facta, cũ Lotharingiæ duce socijsq; cõiunguntur, hostiũ castra (cæsis plurimis) ꝑuasere, nec fuisse fertur fugæ mod⁹, donec Ioignam ꝑuenissent. q̃ tum in Burgundionũ castris spolia Heluetij inuenissent, ad bñficij cõpensationem Lotharingo, vt scribit Robertus, relicta fuere. occisoꝝ in ea pugna numerus Burgundionũ 17. millium fuit. Victoria de Carolo habita, Renatus Argentinam se recepit, indeq; q̃tuor armatoꝝ millibus roboratus, Nansen quod sibi Burgundus

Christodorus Daciæ rex.

Simon Tridentinus.

Capha vrbs.

Factio apud Niclashusẽ.

Carolus Burg. q̃ cũ Suiteñ. gesserit.

Murta.

dus vsurpauerat,recuperare cõtendit,& oppidum, q̃d supra ducentorꝫ & mille militum p̃sidio tenebatur,obsidione cingit:q̃ firmata,ad Argentiñ.reuersus,cum nouas copias coegisset,eas prioribus q̃s ad obsidionẽ reliquerat,adiũgit,Nansenq́ꝫ recuperat.

Nansen.

Interim Burgundiæ dux,cui aduersa oĩa succedebãt,ægre admodũ ferens,à modico principe vinci,resarcitis ꝓ tẽpore copijs,ex Salinis Sequanorꝫ oppido Nansiũ ducit & obsedit,habẽs in exercitu 14.millia pugnatorꝫ,aliasq́ꝫ copias expectabat.dumq́ꝫ ibi veniẽtes exercitus p̃stolatur,ecce Renatus cum suis & Heluetiorꝫ copijs adest,atqꝫ partito agmine,alteri secundũ flumẽ,altari ꝑ viam militarẽ Nansiũ versus cõposito ordine incedũt.iam etiam Carolus suos in acie statuerat,& hostes q via publica ꝓgrederentur, tormentis appetere ꝓperabat .q̃d animaduertẽtes eius aciei ductores,sinistrorsum ad proximũ collem diuertũt,in q̃s Carolus Iacobũ Galeotũ Italũ & q̃sdam alios bino agmine mittit,iubetq́ꝫ hostem ab equitibus inuadi,sequente illos numeroso peditatu. Mox nihilominus Heluetij q in colle erãt,cõuersa in Burgundos facie,incredibili impetu hostem excipiũt,peditatũ Caroli in fugam conuertũt:in Galeotũ aũt hi q ad flumẽ iter habebãt,nulla mora incursantes,totã cohortẽ fuderũt. Est pons nõ ꝓcul Nansio,ad quẽ postq̃ fugiẽtes ꝑueniũt Burgũdi,insequẽte eos ferociter Lotharingo, pars fluminis vadis se credẽtes,ab Heluetijs cæsi,pars fluctibus obruti interibãt,pars q̃ syluis se abdiderat,ab incolis sine miseratione iugulabant. Nec cessauit Lotharingus hostem seq,donec adueniẽs plurima nox,eum ꝓhibuit. Tum de Burgundo duce, interisset ne an viueret,solicitus.at ille reuera dum se fuga saluare cõtendit, labente eq̃,fuerat tribus vulneribus occisus,vno ad caput secus aurem ad dentes vsqꝫ ꝑtingente,altero ad femora,tertio ad anum.Id certissima fide compertũ est, capto Baptista adolescẽte ex Columnensiũ familia,q duci eo tẽpore familiarissime obsequebatur,is nõ dubia de illo indicia ꝓtinus ostendit, assensusq́ꝫ est testimonio eius Matthæus ducis medicus,atqꝫ Antonius eius frater nothus, quem Lotharingus captiuum habebat,cuius rei fidẽ vix admiserũt hi,q Burgundiorꝫ potestatis erãt,ꝑtinacissime affirmantes eum e pugna ad Germanos dilapsum esse,ibiq́ꝫ septennẽ pœnitentiã vouisse.Erãt q equos gẽmasq́ꝫ venales exhiberẽt venderẽtq́ꝫ,dilata solutione,donec Carolus exacta pœnitẽtia redijsset.Et ego vidi hoĩem in oppido Bruchsella Spireñ,diœcesis,q solo tectus vili velamine,aliàs nudus incedẽs,credebatur à vulgo Carolus,publiceq́ꝫ visitabatur à multis,à qbus ipse ea gratia vitæ subsidia recepit,ferebaturq́ꝫ qꝫ non nisi ex testili & in terra cibum caperet.Tandẽ vero sub dissimulatione opinionis de se factæ abiens,elapsus est,nec aliud q̃ risus ab eo est derelictum. Redeo ad historiam.inuentum ducis cadauer nudum,in diui Georgij ecclesia apud Nansium anno 1477. postridie Epiphanias dñi conditũ est.& hoc iuxta supputationẽ nostrã, nam Galli annũ Christi incipiũt in annunciatione B.Mariæ virginis,secundũ q̃s occubuit anno dñi 1476. In eo q̃qꝫ loco,vbi tot occisorꝫ corpora iacebãt,Lotharingus victor sacellum condidit,addito sacerdote q memoriam defunctorꝫ ꝑpetuo haberet.Erexit q̃qꝫ in prato,vbi cadauer Caroli inuentũ est,crucem.Nec diu moratus, in Burgundiã exercitũ ducit,quam totam post paucos dies Ludouici noĩe recuperat. Certior factus de Burgundorꝫ interitu Ludouicus,Turonum linquẽs,breui Mondideriũ, Peronam, Abbatisuillam, Monstraliũ cum aliquot locis Atrebates vsqꝫ occupat. Atrebates vero parere recusabant,recepto in ciuitate Flandrensi p̃sidio.Cogit Ludouicus grandẽ exercitum,Atrebates obsedit,q ꝑ muros furcas sculpserũt,appensis albis crucibus,tanq̃ ipsum regem Francosq́ꝫ suspendio dignos arbitrarent. fuerũt qui pudendas partes reuelatas ostentarent,conuiciantes regi.Paulo tñ post venerunt ex ciuibus aliquot ad Ludouicum, qui hanc concordiæ formam reportauerũt,manerẽt ipsi in regis fide ac potestate,vectigalia & fiscum regij q̃stores administrarẽt.pecuniam inde q̃sitam, Maria Burgũdi Caroli filia ab ipsis regijs ministris acciperet,nullũ tñ regium p̃sidium ipsi reciperent. His ita compositis,rex ad oppidanos mittit cancellariũ,nonnullosq́ꝫ primarios regni viros,qui ab Atrebatibus fidei iuramentũ exigãt.q̃ sancte p̃stito,dum legati in diui Vedasti cœnobio discumbũt,pars ꝓditorum hoĩm insurrexit frequenter vociferãs,Occidite occidite.à legatis tñ temperatũ est,qui ꝓtinus ad regem rediere.Hanc iniuriã dissimulans rex,abijt.& dum Hisdini esset,Atrebates simulata ad eum legatione,Admiraldum adeunt,petentes vt bona eius venia, Hisdinum mittere suos ad regem liceat. Acceptis ab Admiraldo de ꝓfectione literis,octodecim Odardo Butio duce, oppido egressi,Flandriã versus iter constituũt eo consilio,vt Mariam Caroli filiam cõuenirẽt. cuius doli ꝓuidus Admiraldus,mittit qui depræhensos ad regem oẽs ꝑducũt. ij vltimo supplicio affecti sunt,Odardo caputiolum pellibus aduocati more ornatum, appositum est,Erat eñ publicus Atrebatum ꝓcurator,& in eo amictu caput amputatum,tignoq́ꝫ

Carolꝰ Burgũdus cæsus

Carolus viuere creditꝰ

Burgũdiam Flãdriamq́ꝫ Franci inuadunt.

gnoq; sublatum est cum inscriptione, Hoc Odardi caput est. Statim rex circunuallauit oppidum, tormentorumq; violētia ꝓpugnaculum, q̄ se maxime tuebatur ciuitas, deijcit, vt in oppidum longe patēs ꝓspectus esset, rexq; oppidanorum bona militi diripiēda publicat, q̄obrem miles animosior factus est. Perterriti ciues, ad Ludouicū mittūt misericordiā implorātes, quā ꝑter multorum voluntatē impetrabāt. admiserunt itaq; regias copias, nec tñ opprobrijs abstinebāt, in Mariā Caroli filiā ꝓpensi, quā lōge à se in Flādria agentē, ꝑinde atq; numē aliq̄d obseruabāt, ita vt q̄dam ob ꝑfidiam in regē capite dānati, cum securim districtam vnico euadere verbo potuissent, mori ꝑtinaciter maluerint, q̄ dicere, Viuat rex. Mulctati sunt Atrebates multa fusi cęlatiq; argenti copia, nec eo demissiore animo fuere. q̄obrem veteres incolas in penitiorē Franciā trāsfert, vocatis ex regno nouis colonis, q̄s in illorum locū velut in nouā coloniam mittit, mutatoq; noīe, Francisiā Atrebatū vocat. Interim magnopere studet, quō Mariā Caroli filiam ad se traducere posset, promittens illi ex regio gñe maritū dare, sed & ditionem q̄ ad eam ꝑtineret, tanq̄ suā defensare, verum nihil obtinet. Flandrenses tametsi oēm belli rōnem vitare cuperēt, Francis tñ relictis, ad Germanos respiciūt. Erat Friderico Ro. Imperatori filius Maximilianus, 21. annum agens, cum hoc nuptiarum fœdera cōciliant. Conuentū erat, vt res hæc apud Francofordiā publicis comitijs ageretur ad Kal. Iunias. Ea re cognita, Ludouicus rex Francofordiā nuncios mittit. summa legationis fuit, vt refert Robertus, q vnus ex missis erat, in cōuentu ipso memorare, q̄ amicitia inter imperatores regesq; Francos diu ꝑmanserit, q̄bus legibus atq; institutis ꝑseuerauerit, Mariam Burgundi hæredem, feudi legibus erga Ludouicum adstringi, longo vsu obseruatum esse, ne q̄ illustris inter Francos fœmina, viro ꝑegrino iure nuptiarum rege inconsulto coniungat, decere illam patrijs institutis obtēperare, imperatoriæ dignitatis & fidei esse, non violare amici iura. Temperet ergo Fridericus ne id cōmittat, q̄ veteris amicitiæ sanctitudo offendatur. talibus mandatis, legati sequunt Maximilianū, q ꝑ Rhenum descendēs, Coloniam petijt. post dies 20. q̄bus Maximilianus ꝓfectionē in Flandriā parat, edocti fuerūt nūcij regis, tarde se venisse, nuptias firmatas esse, ideo ad Ludouicum mox rediere. Eodem ferme tēpore dux Geldreñ. 1500. Alemanis instructus, Tornaci suburbia cremare constituēs, à Tornacensibus primo conflictu occiditur, & in vrbē infertur. Et secūdo erūpentes in Alemanos equites Frāci, cum aliq̄t vrbis incolis, cædē fecere duorum milliū, 700. viuis cōpręhēsis. surgūt inde variæ cōcertationes. Hoc tēpore Galeacio cæso, Ioh. Maria filius anno 9. ætatis suæ dñatū Mediolani obijt, adolescēs cum ducatu in multorum tutela fuit. Anno 1477. Maximilianus Austriæ dux, Friderici Imp. filius, adolescens magni animi, à Maria adolescentula Caroli Burgundionum ducis filia, ex consilio procerum inuitatus, cum satis iusto exercitu accessit Flandriam, & ipsam Mariam illustrissimam virginem sibi in coniugē desponsauit, ob hoc dotis noīe Burgundiā, Brabantiā, Flandriā, Limpurgā, Lucemburgum, Hannoniā, Hollandiā, Selandiā, Artesium, Geldriam, cum nonnullis alijs terris accepit, q̄uis Ludouicus Francorum rex nonnulla q̄ socer possederat, ademerit. E apropter grauia inter eos bella fuere suborta: leuiaq; primū ꝑlia hinc inde habita, inter q̄ Flamingi, vt scribit Robertus, de pace ad Ludouicum regem mittunt, promittunt relicturos se Artesium cum vtraq; Burgundia. His ꝓmissis, confestim rex Cameracum cum reliquis q̄ occupauerat, Flandrensibus restituit. Anno sequenti pax rupta est. Cameracenses in potestate regis retenti sunt, q Francis in ꝑsidio positis expulsis, ad Maximilianum defecerūt. secuti sunt Bochinienses, interemptis in arce Francis. Ludouici cohortes in Burgundia aliquot oppida ceperunt, inter q̄ Dola expugnata & diruta est. Fit pugna atrox prope Morinum, multis hinc inde cæsis. tandem 7. annorum induciæ successere, q̄ vt moris est, sunt seruatæ. Eodē anno salutis 1477. ad instātiam inclyti comitis Eberardi de Vuirtemberg & Montispeligardi senioris, illustrissimæq; dñæ Mechtildis matris eiusdem, autoritate apostolica vniuersitas studij generalis in hoc oppido Tubingen Constañ. diœcesis prouinciæ Moguntinæ, fuit erecta, & ecclesia parochialis diui Georgij martyris in collegiatā eleuata. Anno 1478. Genua vrbs maritima, postq̄ 15. annis sub ditione Mediolanensium fuerat, excusso seruituris iugo non sine magna contentione armis, auxilio Roberti Seuerinatis eorum copiarum ducis, in libertatem se vendicauit. Genuenses aūt, cum primū supiori anno Galeacius dux interfectus fuisset, factione Fliscorum nobilium in libertatem se vendicauerāt. sed statim Fliscis à factione Spinulorum & Adurnorum superatis, vrbs in Mediolanensium potestatem rursus redacta fuit, rursus quoq; à Prospero Doria sublata. Mediolani dux, vt iterum vrbem sibi in potestatem redigeret, duodecim millia hoīm contra eos armauit, quibus Genueñ. duce Roberto Seuerinate obuiam facti, octo eorum millia occi-

Maximilianus diui Friderici filius.

Geldrię dux.

Maximiliano desponsata Maria Burgund.

Tubingēsis studij initia.

Robertus Seuerinas Genuē. dux.

occiderũt,& reliquis prorsus spoliatis & profligatis,Genuã redierunt,ac Castelletum pugnacissimũ,deiectis Mediolaneñ.psidijs,receperũt. Sequit in hos annos Venetorũ Hetruscum graue bellum,tum q̃q; vel maxime ab Othomanis Veneta res est vexata,Lepanthus,Croia,Scodra,reliquisq́; nõ nullis amissis,excisæ. Et Rhodij cum à Turcis dissiderẽt,post Cõstantinopolis expugnationẽ grauia sustinuere bella.cũ 24. annorũ curriculo cõplures vicinos sibi subegisset, aĩo inflatus Mahumet,ægre admodũ tulit,Rhodũ vrbẽ finitimã eius impio liberã esse.Mahumetes igit imperator ingenti classe maximaq́; bellatorũ vi Rhodũ petit,appulitq́; ea classis velorũ 100.decimo Kal. Iunij anno dñi 1480.militeq́; in terram exposito,primũ in vertice montis S.Stephani & circa eius montis colles, castrametati sunt,& p tres ferme menses vrbẽ bombardis alijsq́; missilibus indesinenter p duces suos lacerauit & oppugnauit. Verũ Petrus Dabuson magnus Rhodiorũ Magister,Christianæ religionis amãtissimus, vir prudens, suæ magnanimitatis magnum experimentũ dedit. diuina eñ fauente clemẽtia,sua & suorũ virtute Turci fundunt,propulsant,cædunt,tantoq́; impetu terga vertunt,vt sibi necis causa essent.fama satis constans est,Turcos visionis miraculo exterritos, maiorem eñ exercitus partem amisere,vbi cœlitus Christi Iesu ministri propugnantes visi,militibus Rhodijs miraculo,Turcis terrori fuere maximo. Fatendum igitur,hãc victoriam cœlo demissam esse,cum tam parua militũ copia,hosti potentissimo iam muris potito ac q̃ssato restitit.Exactis igitur 89.diebus, imperator Rhodiorũ littore classes soluens,Physcum nauigare properat,illic milites & supellectilem exonerat,vbi dies xi.moratus,ad domesticos lares cũ clade & ignominia reuertitur.Petrus aũt à pontifice Xysto & cæteris oĩbus Europæ Christicolis,pecunijs adiutus,laceratam insulam diligenti cura restituit,ac celebriorem fecit. Apud Suitenses montanos in Alemania haud longe à finibus Lucernensium,in loco vastæ solitudinis, homo senex solitariam vitam & abstinentissimam hoc tempore degebat,q p annos 20. sine corporali cibo vixit,quem fratrem Nicolaum appellabãt,habebat vxorem & liberos,à qbus secedens ob frugem melioris vitæ,vir corpore aridus & exhaustus,sola cute neruisq́; & ossibus compactus.Hic homo q̃si cœlestem vitam egit in terris,immaculatam absq; sorde,q̃uis nõnulli iniqui iudices,aliorsum ac deceat,interpretati fuerint. Sed cur virum calumnient,q longã vitam in arctissima paupertate & solitudine duxit, in abstinẽtia extrema & humilitate pseuerans,q nihil appetiuit,q nulli iniurius,q auaritiam calcauit,honores seculi spreuit,nullum superbiæ fomitem ostendit. optime de fide sentiẽs, paucorũq́; verborũ cum esset, ad interrogata tñ salubria semp & cõsolatoria respõdit, ita q raro qsq̃ ab eo non ædificatus abscessit.Is igitur bonus,iustus ac sanctus à bonis semp est habitus.Indicauit hoc ppetua hoĩs alacritas atq; lætitia, quem nemo mœstũ vidit,sed vultu semp eodem.sciebat se mortali culpa liberũ,bonis operibus ac cõtemplationibus intentũ. Per antistitem q̃q; Constantieñ. approbatus,ad cuius pceptum tres particulas panis,tanq̃ obedientiæ filius,comedit,q̃s cũ difficultate degluiuit.tandem senio & viribus deficiẽs,eius senilem animã mollis dissoluit sopor.sepultus est in ecclesia sui pastoris cũ opinione sanctitatis. Eodẽ anno 1480.Hydruntũ Apuliæ maritima ciuitas,ab exercitu Mahumeti Turcorũ principis expugnatur, cum eius exercitus à Sarsone in Apuliam transuectus est, in colle qui vrbi imminet, castrametati sunt vallo & fossa munitissimi.ita Hydruntum obsederũt, vt nulla spes esse ferendi auxilij. Tandem dirutis mœnibus,ad vesperã protracta pugna,superatis Hydruntijs,ingressi vrbem Turci,oĩa pcurrunt.archieps trucidatus, qui in hostium manus deuenerunt, oẽs capite plexi sunt.Franciscus Hydruntiorũ dux captus & exarmatus,medius prosectus est.supra 12.millia hoĩm fuerũt,ex quibus tñ 22.euaserunt. potiti victoria barbari,cœperunt statim vicina oppida solicitare ad deditionem, & in primis Leucam ac Tarentum,discurruntq́; igni & ferro oĩa pdentes, regnum in maximo discrimine posuere. Et nisi Mahumetes cito de medio sublatus fuisset, non modo de Apuliæ regno,sed de tota Italia actum fuisse credebatur. Alphonsus Calabrorum dux,qui tum Senam Hetruriæ vrbem obsidebat,audiens hæc,mox obsidionem soluens, cum exercitu in Apuliam properat.Verũ statim vt barbarus imperator diceretur mortuus,Alphonsus ipse confestim vrbem Hydruntum valida obsidione cinxit, & Turci audito sui principis obitu,diffisi vrbem se posse tueri, salua vita & rebus, Alphonso sese tradidere,qui vrbem introgressus,vniuersa sibi retinuit,& Turcos pro suis mancipijs reseruauit. Anno eodẽ Kal.Septẽb.migrauit ab hoc seculo inclytus comes Vuirtembergæ & Montispeligardi Vdalricus,cognomento Beneamatus,vir sane beneficentia & placabilitate insignis,adeo humanus,affabilis,pius & clemens,vt vnice diligeretur ab omnibus.statum tenuit honorificum, cuius curia nobilibus & bonis viris erat repleta

Rhodi oppugnatio.

F.Nicolaus Suitensis.

Hydrus expugnata à Turcis.

Vdalricus Co.Vuirtemberg. Bñamatus.

pleta,in cōuersatiōe erat apertus, comitateq́ iucundus,in quo nihil fucatū,nihil subdolū,vt raro locū suæ ditionis ingressus fuerit,in quo clementiæ suæ aut largitatis signa nō reliquerit.Vnde factū est,ꝙ in omni loco in quē venturus erat,expectabaṫ cū gaudio:adueniens vero venerabaṫ,inuocabaṫ vt parens,reuerebaṫ vt dn̄s:quē nō tam supra se,q̄ pro se esse sciebāt.Et quia viderūt eū religionē colere,vt qui haud aliter q̄ quisq; priuatus frequētabat ecclesias,diuinis libenter intererat,sermones verbi Dei sedulo audiebat,iudicabant eū principē esse catholicū & Deū habentē propiciū.persuasum erat oībus,vt de illius veluti de propria salute curarēt.Sæpe incedebat solus,quia timere nō habuit,innocentia comitatus.delectabaṫ apprime venationibus.maiorem tn̄ voluptatē visus est habere,q̄ties de venatu captis aliq̄s potuit participes facere.supsedeo dicere plura q̄ vidi & audiui,ne videar oleū velle vendere.sed qui nouit hoīem, scit me adulatū nō esse.Vitia aliqua habuit,verū humana.in vno tn̄ vehemēter repræhendi meruit,ꝙ multa pœnitenda,suoꝝ sano cōsilio ꝑterito,admisit.Erat incircūspectior,q̄ tāto principi cōueniebat,ad futura.vnde facile ab his q̄s sibi putabat amicos, sub colore vtilitatis alicuius aut gloriæ cōsequendæ implicabaṫ,e quo se postea explicare nō potuit.erat eṁ tenax promissi.Sane tria bella publica gessit:primū socius q̄rundā principū contra ciuitates imperiales mouit,quaꝝ opes tum erant florētes,sed illud feliciter,tametsi impensis maximis,absoluit.Secundū mouit principi comiti Palatino Rheni Friderico,ꝙ in his q̄ dotaliciꝭ causa conthoralis sua illustrissima Margarita apportauerat,visus est eū impedire:illud quoq; terminauit cū laude.Tertiū bellū ex mandato Cæsareæ maiestatis suscepit(nescio si ad id fuerit promptus)cōtra Diote rū Moguntiñ.archiepm,per Piū papā iam priuatū,cui adhæsit Palatinus Fridericus, illiq́ erat socius indiuiduus dux Bauariæ Ludouicus princeps potentissimus,in quo satis illustre fortuna exordiū cōcessit.Verū vna die eū tota deseruit,qua ꝑlio pugnās, cæsis antea hincinde cōpluribus,vnà cū Carolo marchione & eius fratre epō Meteñ. capiṫ,captiuusq́ Haidelbergā duciṫ,& in arce eius oppidi custodiṫ,vnde se tandē liberauit datis centū millibus florenoꝝ,& nōnullis aliꝭs tāti valoris.Audiui ego,impensas belli totius supra q̄nquies centū millia cōstitisse comiti.Hæc itaq; bella ærariū eius ita exhauserāt,vt ære alieno ꝑssus,cōtra geniū suū seuerior & ad rē attētior postea fuerit. ꝙ si bella nō gustasset, inter felicissimos principes cōnumerādus esset.Tres successiue vxores nactus est,& quidē nobilissimas:adolescēs duxit filiā ducis Cleueñ.ex q̄ genuit filiā,quā postea fecit sanctimonialē:alterā duxit ex domo ducū Bauariæ dn̄am Elizabeth,Henrici illustrissimi ducis Bauariæ gnatā,ex qua genuit quinq; liberos.Defuncta dn̄a Elizabeth,accepit vxorē Margaritā filiā ducis Sabaudiæ,relictā quondā Ludouici comitis Palatini Rheni,matrē illustrissimi principis Philippi:ex ea genuit q̄tuor filias.Omnes hæ tres vxores,sepultæ sunt in collegiata ecclesia S.Crucis in Stutgarten.Post eas inclytus iste comes ętate iā fessus,à comite Eberardo seniore matreq́ illius inuitatus ad venandū,venit in oppidū Leoberg,ægrotare cœpit,sacrisq́ de more Christiano deuotissime perceptis,prima Septemb.die suis se vestibus ex more induit,aduenienteq́ filiū Eberardū hortatus,quēadmodū se haberet ad Deū & sibi subiectos,sicq́ inter manus Eberardi cognati tanq̄ optimus Christicola expirauit. Inde elatus ad Stutgarten,in ecclesia collegiata S.Crucis cū maioribus suis est sepultus,comitante clero & populo lugente optimū pientissimūq́ patrē. Anno dn̄i 1481.Mahumet magnus Turcaꝝ princeps postq̄ in Asia & Græcia 32.annis regnasset,58.ætatis suæ anno nō sine suspicione veneni moriṫ,& in Constantinopoli sepeliṫ.Hic post patrē regno suscepto,ex Asia in Europā ingenti classe traꝭciens,multas Græcoꝝ vrbes occupat,& deficiente ob Græcoꝝ auaritiā ꝑsidio,Cōstantinopolim cepit,Christianos trucidās.in ea imperator declaratus est,Poloponesum armis cepit,Christianos abduxit,Achaiam,Epirū & maiorē Macedoniæ partē atq; Bulgariā cū Rascia & Seruia,& quidq̄d ab Adrianopoli Sauū amnem & Danubiū fluuiū interiacet,inuasit. Valachia etiā eas ob res timore perterrita.Bosnam postea ingressus,cuncta vastauit. Mitylenen insup nobilē Genuensiū insulā,suā fecit.Dehinc Sinopen vrbē vetustissimā & Trapezuntē diripuit,earūq́ incolas captiuos abduxit.Eubœam q̄q; Venetoꝝ insulā inuasit,quā vnà cū Chalcide eiusdē insulæ vrbe expugnauit.In Asia minore obtinuit Pontū,Bithyniā,Cappadociā,Paphlagoniā,Ciliciā,Pamphyliā,Lyciā,Cariā, Lydiā,Phrygiā,& oēm ferme Hellespontū.innumeræ quippe gentes & incredibiles hostium exercitus sæpius fudit & profligauit adeo,vt pene orientis dn̄s sit constitutus.Erat ad hæc libidinosissimus in mares & fœminas,ex leuissimis quoq; causis persæpe & filios & filias occidebat.Tyrannus crudelis,qui etiam fratrem adhuc in cunis iacentem strangulari fecit,& licet Christiana matre natus esset,Christiano tamen no

Imago boni principis

Mahumeti Othomani interitus.

mini quoad vixit, inimicissimus fuit. hic deniq; cũ innumerabiles genuisset filios & filias, Baiassetũ & Zizimũ legitimos post se reliquit, pro quibus eo mortuo magnus tumultus Byzantiũ vrbẽ inuasit, cũ alij Baiassetũ imperatorẽ postularẽt vt natu maiorẽ, alij Zizimũ virũ ferocissimũ. vicerũt tñ Baiasseti amici, quẽ absentẽ cõstituerũt imperatorẽ, qui tandẽ Cõstantinopolim veniens, maximũ sepulchro paterno impẽdit honorẽ. Baiassetus primogenitus Mahumeti, anno eodẽ 6. Kal. Iunij imp. Constantinopoli cõstituit, maxime propter mãsuetudinẽ & clementiã, fratre feroci pterito, q magnos motus in Asia cõcitans, Prusiã Bithyniæ cepit, & se ibi regẽ fecit, quẽ Baiassetus nõ incruento plio superauit, inde fugauit, & totũ auitũ regnũ obtinuit. Nicolaus Macedoniæ olim dux, mortuo Mahumeto, statim amissam ditionẽ cũ ingenti Turcarũ cæde recuperauit, nec dissimilia egit Iohãnes Cernouichius, atq; vt fert, Matthias Hungarorũ rex eidẽ maximũ bellũ indixit, & prorsus illũ ex Danubij finibus eiecisset, nisi Friderici Imp. exercitus ductor Pannoniã igni & ferro ac depopulationibus vastare cœpisset. Veruntamẽ Stephanus Valachiæ epus, acceptis à Matthia rege copijs, hũc Valachia. i. Mysia superiori vi & armis expoliauit, alia insup multa mala à Christianis & alijs sustinuit Baiassetus, quibus tandẽ liberatus, ad Turcarũ cõsuetudines se cõtulit, aliqua dolo & calliditate imperio suo adiecit. Zizimus frater Baiasseti, postea à Rhodijs militibus est aliquãdiu in regno Frãciæ sub Priore S. Iohãnis Hierosolymitani custoditus, deinde Romã perductus, & Innocẽtio 8. donatus est, qui cũ diu in custodia tenuit, & Alexander papa post eũ. Perijt illius pontificatu Zizimus, Carolo 8. quũ Romã venisset, traditus, veneno, vt credit, sublatus. Anno dñi 1482. Xystus papa dñica in Albis apud S. Petrũ in sanctos cõfessores retulit Bonauenturã. Erat ibi psens inclytus comes Eberardus Vuirtẽbergæ & Montispeligardi, qui deuotiõis gratia venerat in vrbem sabbato ante dñicam Lætare, vbi honorifice susceptus est, ac pro singulari munere rosa aurea, quam pontifices singulis annis in dñica Lætare alicui ex principibus Christianis donare cõsueuerũt, & ipse à Xysto pont. donatus est. Eodem anno 1482. fames fuit atq; pestis in Sueuia. vendebat maldrũ siliginis trib' floreñ. Rheneñ. & oma vini Tubingeñ. tribus libris Halleñ. Circa hæc tpa apud Leodios fuit Ludouico Borbonieñ. aduersa fortuna. nã Guilermus Marchianus, quẽ Arduennæ aprũ Leodij vocãt, belli quæsita occasione, Ludouicũ epm cũ incomposita populi multitudine vrbe egredientẽ, ex insidijs adorit, & manu sua necat, mox pontificis nudũ cadauer pro ecclesiæ maioris foribus plebi cõspiciendũ exhibuit. fert eũ à Ludouico rege Frãcorũ, pecunia militeq;, vt id faceret, fuisse adiutũ, propterea q Maximiliano antistes cõplaceret. Anno dñi 1483. Renatus Lotharingiæ dux, Renati olim Apuliæ regis ex filia nepos, cui superioribus annis Carolus Burgundiæ dux multa damna intulerat, hoc anno à Venetis & à Xysto pont. antea solicitatus, sub spe Apuliæ obtinendæ, qd regnũ sibi ex hæreditate materna debebat, Venetias sub magnis stipendij pollicitationibus venit, vbi à senatu Veneto maximo cũ apparatu & gloria exceptus est, atq; ibidẽ fœderibus cũ Venetis percussis, statim in Ferrarieñ. obsidionẽ & oppugnationẽ cũ exercitu cõcessit. Is etenim sicut olim auus, recuperãdi Apuliæ regni cupidus, omnẽ industriã & vim posuit in Ferraria obtinenda. Verũ superueniẽs Alphonsus Calabriæ dux, & maximis exercitibus cõgregatis, cõtra Venetos in agros Bergomeñ. Brixieñ. ac Veronensem, sibi eosdẽ exercitus circũferens, & multa castella capiens, Venetorũ ac ipsius Renati vires eneruauit. Intercedentibus quibusdã, pax inter Venetos & aduersam partẽ cõposita est, quãobrẽ Renatus cum vires sibi deficerẽt, ac etiã infirmitatẽ ex malignitate aeris Ferrarieñ. cõtraxisset, eodẽ anno rebus infectis in patriã suã adhuc languidus redijt. Iohãnes Alemanus de monte regio natus, philosophus lingua tã Græca q Latina doctus, ob astronomiã aliasq; mathematicas disciplinas, in Germania, Pannonia & Romæ multo in pcio est habitus, in vrbe Roma peste defecit. Eodẽ anno 1483. Ludouicus Francorũ rex debilitatus, Ambasiã se portari iubet, ibi Carolum filium admonens: Sum, inquit, charissime fili, breuioris q existimas vitæ, morbo afficior cui nulla medela subuenire potest, tibi post me regnandum est, in qua re tibi maxime necessarij sunt fideles ministri. inter plurimos quorũ fidẽ & diligentiã ipse expertus sum, duos tibi cõmendatos facio, Oliueriũ Damã & Iohannẽ Doiacũ. illius seruitio ita vsus sum, vt eius maxima ope vitam mihi diu seruatam esse putem. illum post me in obsequijs tuis habeto, nihil de officijs aut fortunis, quas seruiendo cõsecutus est, illi detrahi sinito. Cæteros qui magistratus à me aut officia adepti sunt, cõseruato, populũ quem ingruentium bellorum necessitate multis vectigalibus extenuaui, quoad per te fieri poterit, leuato. Matri ne credito. cũ em Sabaudiẽsis sit, Burgundis fauere mihi semper visa est, alioqui bonam & pudicã illam sum arbitra-

Baiassetus Turca.

Iohãnes de mõte regio.

tratus. Hæc postq̄ dixit,*Turonē reuersus,& musicā & orationes pro se leuando fieri voluit. Venere per id tēpus ad valetudinariū regē Ludouicū Flandrensiū oratores, vt ait Robertus, quos per Iohānē de Vaccaria primariū Parlamenti p̄sidē & Philippum Disquardū audiuit. post aliquot cōuentiones tandē de pace cōuenit, vt Carolus Ludouici filius, Margaritā Maximiliani filiā dum legitima vtriq; ætas esset, acciperet vxorē. Donant à Ludouico legati xxx. millibus scutorū aureorū, p̄ter pocula argenti cælati, q̄d illorū causa rex cudi iusserat. Erat aūt Margarita infra bimatū,& à Gandauis educabat. igit redeuntibus Gandauū Flamingis oratoribus, fit apparatus ingens de Margarita ad Francos ducēda. nec minus curabat rex magna pompa Margaritā à Flamingis recipere. Ob eā rē Petrū de Belliaco cū multa procerū frequētia Ludouicus illi obuiā mittit. Annā quoq; sororē, q̄ Petro nupserat, occurrere nouæ nuptæ iubet. fit propterea à Parisijs multiplex & varius ad eā excipiendā paratus. quarto autē Nonas Iunij Margarita Parisiū ingredit,& paulo post ad Ludouicū Ambasiam frequenti pompa deducit, vbi desponsationis festū, cōmuni oīm lætitia, mēse Iulio celebratū est. Quo anno Ludouicus rex sursum deorsumq; à superis hoībusq; opem suæ valetudini implorās, sacrū liquorē, quē sacrando Rhemis Clodoueo cœlitus missum ferunt, ad se Turonū deferri iubet. Allata est p̄terea ex sacro palatij sacello virga Aaron,& victoriæ crux, quā Carolo Magno diuinitus fuisse datā pleriq; asseuerant. Sed definitæ mortis nemo limitē produxerit. 3. Kalen. Septēb. morit, qui mortis supplicium aut metū multis frequēter incusserat. voluit aūt in diuæ Mariæ apud Clerium templo sepeliri, vbi monumentū sibi extruxerat. Mortua erat iā antea anno 1482. Maria filia Caroli ducis Burgundiæ, vxor Maximiliani archiducis Austriæ, mater prædictæ Margaritæ miserabiliter. cecidit nāq; in venatione de equo, qui calce eā iacentem percutiēs, neci dedit. Alij aiunt in equi strepa hærētē, discerptā esse. reliquit Philippū atq; Margaritā. Probius sic dicit, q de equo in venatione ceciderit ipsa læsa lumbos & femora, ex quo iacuerit vsq; in xi. diē. 27. die mēsis Martij expirauit imprægnata.

Margarita Maximil. filia, Carolo desponsata.

De Maria Maximiliani coniuge.

Anno 1484. Xystus 4. febribus decubuit.& cū pacē inter Venetos & reliqs potentatus cōfectā audisset, mox vitā exhalauit. Hic Xystus oēs Christianos principes obsequentissimos toto tēpore vitæ suæ habuit,& q̄s voluit dep̄sit, suis multa bn̄ficia contulit, eis diuina humanaq; cōtribuēs, p̄ter Dei & Ro. ecclesiæ dignitatē, in quē sane errorē multi cecidere. duos em̄ nepotes suos vrbis p̄fectos, videlicet Leonardū & Iohannē successiue cōstituit. Manfredos Imolæ vrbis regulos, videlicet patrē & filium inter se dissidētes,& postmodū Ordelaphos in Foroliuio similiter cōtendētes, vrbibus depulit,& easdē vrbes Hieronymo Riario cōciui & necessario suo charissimo cōcessit, cuius quidē cōsilio, q etiā Latinas literas ignorauit, arduis in rebus semp vsus fuit. Quædā etiā bella iudicio multorū p̄ter iustitiā suscepit. Laurentiū Medicē Florētinū execrauit,& Florētinis bellū indixit, eo q Raphaelē diaconū cardinalē adolescentē, comitis Hieronymi ex sorore nepotē, ac Frācīscū Saluiatū Pisanū archiepm, cū trecētis viris qui Iulianū Medicē in D. Libertatis tēplo obtruncarāt, detinuissent. Aliud postea aduersus Ferdināďū Apuliæ regē suscepit, q nollet illū Herculi Estensi genero suo à Venetis obsesso, auxilio esse, indeq; cum Ferdināďo pace cōstituta, pro eo cōtra Venetos bellū suscepit, eo q nollēt ei obtēperare,& Herculi Estēsi ablata restituere,& propterea nō modo oēs Italiæ potētatus in eos concitauit, sed etiā veluti Clemēs 6. aliàs fecerat, illos execrauit, interdixit,& oībus dignitatibus priuauit. Nec quoad vixit, illis absolutionis bn̄ficiū impēdere voluit. Ex q̄ multos detractores habuit. tn̄ vir ipse optimus fuit, virtutibus inhæsit, vrbē Romanā cœnosam,& vetustate multis in locis collabentē & deturpatā, instaurare sategit,& vias eius decentissime strauit. pontem supra Tiberim maxima impensa fecit,& à se Xysti pontē noīauit. Hinc vrbis nouus conditor appellari meruit, ædes apud S. Petrū cultissimas reddidit, vbi ecclesiā nouā fabricauit,& in ea sacerdotes qui suo noīe ibidē celebrarēt, dotauit. hospitale S. Spiritus in Vaticano, quasi de nouo fabricari fecit, atq; alia innumerabilia bn̄ficia tā sp̄ūalia q̄ tēporalia vrbi Romæ cōtulit. Cū obijsset anno pōtificatus sui 13. Iulianus S. Petri ad Vin. card. q ex fratre nepos fuit, corpus eius apud S. Petrū in Vaticano sepeliri fecit. Xysto pōtifice de medio sublato, Innocētius papa eius noīs 8. patria Genueñ. familia mediocri, Iohānes Baptista antea vocatus, ex cardinali presbytero S. Cæciliæ, hoc anno Idib. Augusti pōtifex creatus est. sedit annis 8. Hic propter humanitatē, cū cæteris patribus pauperior esset, pōtificiū munus obire meruit. Cuius quidē pōtificatus p duos annos infelix plurimū fuit,& multorū bellorū plenus p̄ter intentionē suā. statim em̄ inter Vrsinos & Colūneñ. vrbis primores magnū dissidium excitatū est. diu etem̄ inter ipsas familias immortale odiū intercesserat, q̄d viuēte Xysto pont. sopitū eē videbat.

De Xysto.

Innocentius 8. papa.

Sed eo defuncto, Columnẽses cõtra Vrsinos arma sumpserũt, & multis eos incõmodis affecerũt, vniuersam vrbẽ perturbantes, quas ob res multis sceleratis & damnatis licentia peccandi data fuit. Deinde pro ecclesiæ libertate bellũ cõtra Ferdinãdũ Apuliæ regem pontifex suscepit. Robertum Sanseuerinum contra ipsum conduxit. tandẽ post varias terrarũ depopulationes rogatus pontifex, pacẽ cum oĩbus fecit, ea lege, vt rex ipse tributũ ecclesiæ singulis annis olim à Xysto pontifice maximo remissum, persolueret. Deinde & Columnensium res cũ diligentia cõposuit. Deinde anno 1490. conuentionẽ oratorũ, regũ, principũ & cõmunitatũ Romæ habuit pro expeditione cõtra Turcas. ei rei sumptus collecturus, plenarias indulgẽtias in Germaniã pro exequenda expeditiõe misit, auxilio Raimundi Payrandi archidiaconi, cuius indultum & ad viuos & ad defunctos se extendebat. magnam is copiam auri collegit. Tandem omnem curã ac diligentiã ad subditorũ cõmoda, ad tuendã dignitatẽ ecclesiæ, & cõtra rebelliones delẽdas, ac religionẽ propagãdã cõuerterat. Fuit itaq; cõstãtissim⁹ iustitiæ cultor, & pacis amãtissimus, sedatis ingruẽtibus bellis, peculiares ecclesiæ populos q̃ felicissimos exoptauit, multa circa pontificiã dignitatẽ & rẽpub. Christianã ordinare proposuit, sed ob breuitatẽ tpis adimplere nõ potuit, bñficũ tñ circa Deũ atq; amicos pro viribus se ostendit. Exultauit summopere cũ ad maiores dignitates viros extulit eruditos & probos. fuit p̃terea in pauperes misericors, afflictorũ nõ minus cõsolator, q̃ principũ susceptor liberalis, & Dei ac sanctorũ eius piissimus venerator. Lupoldũ q̃ olim Austriæ dux fuerat, ob crebra miracula enarrata, in sanctorũ cõfessorũ numero aggregauit. põtificale palatium miro & sumptuoso opere exornauit amplificauitq́;, morbos aliq̃t graues patiẽtissime pertulit. adueniente demũ hora vocationis, sumptis ex ritu Christiano sacramẽtis, intrepide adeo spm̃ reddidit creatori, vt securus immarcescibili gloria videret̃ cũ cœlesti vita mortẽ cõmutare, anno põtificatus sui 8. Iulij 26. salutis vero 1492.

S. Lupold⁹ Austrius

Anno dñi 1484. iã mortuo Ludouico Frãcorũ rege, successit ei filius Carolus eius noĩs 8. qui cũ ex more Rhemis esset coronatus & inunctus, cũ ingẽti põpa Parisios est regressus, & ante fores basilicæ gloriosæ virginis Mariæ clausas, p̃sentibus tribus epĩs, ad sancta Dei euãgelia solitũ p̃stitit iuramẽtũ, s. fore se fidelẽ defensorẽ ecclesiæ & fidei catholicæ necnõ subiectorũ suorũ, & iustitiã administraturũ magno & paruo, sine fraude & dolo. Mox ab initio regni suscepti, ortæ sunt de Caroli tutela ex regni administratiõe discordiæ, inuidẽtib⁹ plerisq; Annã Caroli sororẽ administrationẽ gerere. Ob eã rẽ Ludouicus Aurelianus, qui regiã filiã vxorẽ habebat, bellũ mouit. Inde Maximilianus Burgundiã Artesiũq́; repetebat, in Britones q̃q;, Francisco duce defuncto, arma à Carolo sumpta sunt, qbus Henricus 7. Anglorũ rex, qui Caroli auxilio Angliã nuper vẽdicauerat, suppetiatus est. postea pax cũ Henrico inita est. Carcaluenti Britonis negligentia atq; inertia, Atrebatũ à Maximiliani militibus noctu captum est, nemine prorsus defendente ciuitatẽ. quin immo Carcaluentus p̃fectus, creditis cuidã ex suis portarũ clauibus, strato segniter decubans, in hostiũ potestatem turpiter venit. fuit nõ multo post cũ Maximiliano cõciliata concordia. Refert etiam Robertus, q̃ Ludouicus noluerit Carolum literis Latinis institui, existimans literas impedimento esse regnantibus, de se id iudiciũ faciens, q̃ cum excellenti ingenio esset & plurima nosset, ad molestiã sibi eruditionem accedere dicebat. at Ludouico mortuo, tentauit Latine scire.

Carolus 8. Franc. rex.

Anno 1486. die xx. mensis Ianuarij, Maximilianus Austriæ archidux, cũ genitore Friderico Ro. Imperatore Francofordiã vrbem ingressus, exin 16. die Februarij peracto officio diuino in basilica S. Bartholomæi electores Ro. imperij, obseruato ordine Bullæ aureæ, felici auspicio Maximilianũ in regẽ Ro. eligentes, postea vero eodem anno die x. mensis Aprilis in ciuitate Aquensi cũ ingenti põpa corona Caroli Magni ex arciuis Norinbergeñ. allata coronatus est, vir summa virtute, rei militaris scientia insignis, in quo relucebat iustitiæ feruor ac zelus, singularis benignitas atq; clementia, cũ vitæ ac morũ obseruantia, quibus regijs virtutibus ornatus, ex regia domo nulla ex parte maiorũ suorũ laudibus inferior euasit.

Maximilianus rex Ro. coronatus.

Eodem anno mẽse Martio Fridericus Imp. assistẽte Maximiliano rege, principib⁹ atq; coĩtatibus sacri imperij, eorũq; missis cõsentiẽtib⁹, legẽ tulit de pace tenẽda p integrũ deceniũ, q̃ mãdauit vniuersis & singulis sacro imperio subiectis, vt pacẽ inuicẽ seruarẽt, nemo alterũ in psona aut rebus offenderet via facti. Et q̃ cõtrariũ faciẽtes, cuiuscunq; gradus, status aut p̃eminẽtiæ essent, cũ sibi adhærẽtib⁹ cõsiliũ, auxiliũ aut fauorẽ p̃stantib⁹, ipso iure & facto bannũ imperiale incurrerẽt, ita vt possent, nulla p̃missa declaratiõe, in psonis suis & rebus impune offendi à q̃cũq;, tanq̃ violatores pacis p̃mulgatæ, nõ obstãtibus q̃ad p̃missa quibuscũq; cõstitutiõibus, statutis, cõsuetudinibus, ligis aut societatibus iuramento vel quacunq; confirmatione roboratis. Hæc pax postq̃ publicata fuit

per

per imperiũ, à multis extitit recepta, & pſertim à Sueuis, qui ſequẽti anno ad mãdatũ impatoriæ maieſtatis in ſocietatẽ vigore pacis hm̃oi coierũt, ligã'q; fecerũt de pace illa inuicẽ cõſeruanda, & ꝙ mutuis auxilijs & cõſilijs contra quoſlibet violatores hm̃oi pacis, ſeſe defenderẽt ac manutenerẽt, nõ obſtañ. oĩbus his q̃ princeps ipſe voluit non obſtare. Vnde formidabiles facti ſunt vicinis ſuis in tantũ, vt ad eoꝝ ligã nõnulli potẽtiſſimi principes venerint, & ſocietatẽ virtute pacis decẽnalis cũ eis inierint, qui etiã hac liga freti, ſatis remanſerũt quieti. Fridericus Imp. anno 1487. cõuentũ magnũ Norinbergæ pro auxilio ferẽdo cõtra hoſtes ſuos & pro fide Chriſtiana habuit, & in eo principes Germaniæ congregauit, cõmunitates q̃q; ciuitatũ imperialiũ adeſſe voluit, vbi de vnione ac pace principũ variæ cõuentiones habitæ, vt'q; oĩa bella inducias haberẽt, cõcluſerũt: id q̃d nemo ſeruauit. Eodẽ anno Innocẽtius papa clero ꝑ Germaniã decimã impoſuit, emiſſis'q; proceſſibus in diœceſi Cõſtantieñ. eas exigere mandauit. Sed clerus ſe oppoſuit, & à requiſitiõe ac proceſſibus hm̃oi appellauit ad eundẽ dñm Innocentiũ, melius de cauſis, cur nõ debeat decimã ſoluere, informãdũ. Interpoſuit ſe imperator, impetrauit'q; ꝙ papa ab exactiõe ſuperſedit. Eodẽ anno Sigiſmũdus dux Auſtriæ, antea miſſis legatis pro cõponẽdis rebus dñoꝝ Arculi & Lodroni, q̃ꝝ alteri ſubſunt tutelæ Venetoꝝ, alteri vero Auſtriæ, tumultuariũ Germanoꝝ exercitũ in agrũ Rouerẽſem immittit, q oppidũ obſidione ꝑmẽdo ac tormentis oppugnãdo expugnãt, ibi'q; varijs vtrinq; belli euẽtis certãtes, nõ m̃ltos poſt dies Roueritũ dirutũ ac ſolo ęq̃tum relinquũt. Quo à Venetis recepto, firmato'q; validiſſimo pſidio, Robertus Seueri dux exercitus Venetoꝝ, aliq̃t arces ducis Auſtriæ vi capit. Et ponte Atheſi flumine ſuperato, dũ parat Tridentũ copias admouere, pauciſſimis equitibus & peditibus iã ad alterã fluminis ripã trãſmiſſis, e Tridẽto exeuntes Germani, tranſmiſſos in fugã vertũt, vbi ingẽs cædes Italoꝝ*: ex his pauci ferro, plurimi flumine occubuerũt: inter q̃s ipſe dux Robertus, vir bello antea clarus, occubuit, incertũ tñ, ferro an aqua vitã finierit, cuius cadauer Germani honorifice Tridenti ſepelierũt. Hoc bellũ, vt ait Bergomeñ. Innocẽtius pont. & Fridericus 3. Imp. inter Venetos & Germanos cõpoſuere. Eo in bello Antonius Maria, filius Roberti Seueri, vir bello famoſus, ad ſingulare certamẽ auſus eſt prouocare Germanos, cui ſatisfecit illuſtris comes Iohãnes de Sonnenberg, eũ'q; in certamine vicit. Anno ſalutis 1487. Maximilianus rex à Brugenſibus in ipſa vrbe capit. deſcẽdit paulo poſt pater Fridericus 3. & eũ liberauit. Anno ſalutis 1490. Matthias Hungariæ rex maximis in Turcas victorijs clarus, Viennæ moritur, quã vrbẽ ſuperioribus annis, cũ videret Fridericũ Cæſarẽ ſibi aduerſari, cũ Turca pace facta, vi cepit. Cui etiã abſtulit Nouã ciuitatẽ, illum'q; in finibus imperij timore perculſum fugere cõpulit, totã fere Auſtriã in poteſtatẽ ſuã redegit, q̃ tñ omnia poſt mortem Matthiæ, filius Maximilianus patri Friderico recuperauit.

Robertus Sanſeu. a Sigiſ. cæſus.

Maximilianus captus.

Vienna a Matthia capta.

Eodẽ anno die duodecimo mẽſis Iulij, tẽpeſtas ingens prius inaudita, in vrbe Cõſtantinopolitana admodũ deſæuit. ſuperioꝝ eñ̃ trium ſideꝝ ignes, qui decidui ad terras, fulminũ nomen habent, cõtagio nimij humoris hoc modo in eam regionẽ delapſi ſunt: primo ingentia tonitrua audita, exin fulmina ardentia viſa, & longiore tractu fulgetra, octingentas domos ignis rerũ edax cõſumpſit, & hoĩm tria millia, vt nec lignũ, nec forma ædificioꝝ remanſerit. columnæ antiquæ imaginẽ Conſtãtini habentis partem eiecit. Anno ſalutis 1491. rex Maximilianus conuentũ nationis Norinbergã indixit, per q̃ tempora illuſtriſſimã ducissam Britonũ per legatos ſufficiẽtibus mãdatis ſuffultos, vxorẽ duxit, q̃d Carolus rex Frãciæ moleſtiſſime tulit. Ideo'q; infeſtis ſignis ducatũ Britonũ aggreſſus, in poteſtatẽ ſuã redegit, mox'q; illuſtriſſ. virginẽ Margaritã sereniſſimi Maximiliani regis filiã, quã diu antea viuente adhuc patre Ludouico rege, vt ſupra dictũ eſt, deſponſauerat, repudiãs, pfatã duciſſam Britonũ sereniſſimo Maximiliano ſolenniter deſponſatã rapuit, vxorẽ duxit, carnali copula ſubſecuta, nulla vel honeſtatis vel iuris ratione habita, vt vulgo dicit. verũ tñ Franci nihil in his perperã affirmãt actũ. Nam vt aiunt, dña Margarita annũ nondũ agens quartũ, ad Carolũ tunc Delphinũ Viennenſem ſperati ad pacẽ matrimonij gratia deducta eſt, q̃d quidẽ pactũ de nuptijs rex Ro. ſemper improbauerit, tum ꝙ à Flamingis, ſe incõſulto & reclamante, cõflatæ coniuratæ'q; eſſent, tũ ꝙ maior æquo dos deſignata fuiſſet. Acceſſit his odiũ implacabile regis Ro. in Carolũ. vnde nõ mirandũ, ſi ipſa, his cognitis, nondũ adulta, remiſſa eſt, cũ impuberis ante pubertatem inanis ſit aſſenſus: & dum pubeſcunt, licitũ eſt illis ſponſalium pœnitere, vt indicant canones ſacri. Quin certior factus Carolus, nullo coniugali fœdere cuiquã mortaliũ virginem obnoxiam teneri, ſed oĩa per ſimulationem acta cum rege Ro. ne ſ. gens Britanniæ Franco regi ſe dederet, quod ex eo cõſtare volũt: nam etſi procuratores à rege Ro. quatuor eſſent

Carol⁹ Franciæ Britonicã virginẽ rapuit.

missi,nulli illorum tñ erat insolidũ coniugij gerendi decreta facultas,prout de iure fieri debebat. Et si legitimo aliquo procuratore matrimoniũ gestum fuisset,illud nihilominus pro non rati habitione confirmari lex statuit,cũ quæ instituta in eo negocio omissa inueniunt. Vnde cũ spes alia pacis nulla cõpendiosior occurreret,q̃ virginem à Franco rege duci vxorẽ,duxit:quibus quidem nuptijs religiose celebratis,accidit vt Britonum omnium assensione pax facta sit. Anno domini 1492. Alexander sextus papa,natione Hispanus ex Valentia ciuitate,antea Rodoricus vocatus, episcopus Portuensis,vacante sede post obitum Innocentij 8. pontifex creatus est,& ad sanctum Iohannẽ Lateraneñ. xxvi. die Augusti corona papali decoratus,vir magni animi magnæq; prudentiæ. Is in adolescentia Bononiæ studuit,quem Callistus 3. pontifex summus adolescentẽ adhuc,inter reuerendissimos cardinales constituit,vnde non multo post vicecancellarij locum sortitus est,æmulatorq; auunculi sui Callisti per omnia factus,nationẽ,patriam,familiam illustrans,sedit annos xi. Eodem anno expugnata est Granata. Meles eñ rex Maurus genere & religiõe Mahumetus,in Bæthica prouincia vlterioris Hispaniæ,quæ Granata appellat,vsq; ad hæc tẽpora regnarat. Cuius prouinciæ ager excellentissimus perhibet,eo q quæcunq; ad humanũ victũ sunt necessaria,affluentissime gignat. Hunc quidẽ regẽ Ferdinandus Lusitaniæ & citerioris Hispaniæ & Tarraconeñ. rex vnà cũ Elizabetha vxore,superioribus annis oino eijcere cũ Saracenis decreuerant. Et post longã obsidionẽ ciuitatis Granatæ,q̃ incepit à mense Maio anni nonagesimiprimi,Saraceni Mauri deducti ad magnã rerũ inopiã, desperãtes de auxilio,post infinitos cõflictus 25. Nouemb. pacta deditionis cõclusere. Postremo septimo die Ianuarij anno salutis 1492. rex & regina ac proceres & potentatus cũ exercitu decem millium equitũ & quinquaginta millium peditũ electorũ,ciuitatem intrarunt,& eius possessionẽ libere acceptarũt,ac Mosquitam maiorẽ in ecclesiam dedicari mandauerunt. Ipse vero Granatæ rex annuis prouentibus in vltimã Hispaniã longe à Bæthica relegatus est. Res titulo sane dignissima,& literis aureis scribenda,his autoribus Bæthicam Granatæ regnum,quod iam octingentis ferme annis Maurorum moribus & legibus obtemperabat cũ maxima Christiani nõis ignominia, hac nostra ætate fuisse recuperatã. Per hæc tẽpora restabãt adhuc reliquiæ exercitus Matthiæ regis Hungariæ,quã nigrã legionẽ vocabãt,qui tædio longæ pacis quã Maximilianus Hungaris procurauit,affecti,partito agmine,in diuersas vtriusq; Panoniæ partes eruperãt,duo millia ad cõfinia Morauiæ & Austriæ infesta acie cõsederant,fortalicio q̃d ipsi gentiliter Tabernã vocãt,sese muniẽtes,ex quo excursionibus suis oĩa loca cædibus & latrocinijs turbabãt. Qui tandẽ Friderici Cæsaris iussu obsidione cincti sunt. expugnato fortalicio,multis ex his cæsis,alijs captis qui septingenti supererãt,hi oppidis & baronibus quorum fines inuaserãt,traditi sunt,vt digna illis supplicia irrogarẽt. Itaq; trecentos ferme Viennẽses laqueo necarũt,cæteros Eicingerus vir clarus sustulit,partim excoriatos,partim ad rogũ assatos,partim furnis immissos,vita illis adempta. Genus hominũ calamitosum Iudæi,nouissime anno salutis 1492. die xxij. mensis Octob. in oppido Sternebach sub dominio principũ Magnopolensium auxilio Petri sacerdotis,Eleazar Iudæus & cõplices sui, sacramentũ eucharistiæ diuinissimũ per hostias maiorẽ & minorem obtinentes,has perforarũt,&cruor ilico prosilijt,quo linteũ p̃cinctũ suborẽ accepit,quo miraculo territi,ad Petrũ id deferunt. Principes aũt illustres Balthazar & Magnus fratres,re comperta,cũ vestigia vulnerum quæ remanserant,cernerent,Iudæos cremari fecerũt xxx. numero,Petrus vero p̃dictus sacerdos se illis sacramentũ vendidisse confessus est,& quõ post puncturas Iudæi sacramentũ cruentatũ & panno inuolutum sibi restituerint,& q suffoderit in terram,vbi eo indicante,inuentũ est cruore conspersum,sacerdos degradatus & incineratus fertur. In eodẽ aũt loco hodie multa fiunt miracula. Audiui ego à quodã sacerdote capellano Magni principis,q vnus ex Iudæis sese in flumen p̃cipitem dederit,mortẽq; sibi cõsciuerit,& q vna ex mulieribus Hebræis tres filias habens,minorẽ infantulã iugulauerit,secundã similiter occiderit,tertia vero vix e manibus parricidæ elapsa,auxilio Christianorum saluata extiterit. In hoc anno 1492. expulsi sunt Hispania centũ & xxiiij. millia familiarũ Iudaicarũ,edicto regis dato,ne aurum vel gemmas e regno tollerent,sed cõmutatione bonorum suorum merces & alias res,vtpote pannum,vinũ & huiusmodi secundũ debitam æstimationem,abducere possent,vbi quilibet Iudæus transfretando coactus est regi soluere duos ducatus,promulgatũq; fuit, q si quis Iudæorum nõ abijsset in termino eis præfixo,is corpus & bona perderet. itaq; duæ galeæ neglexerunt abire ad constitutũ. ideo oẽs & singuli venditi sunt,& in seruitutem redacti. In itinere vero,abeuntium triginta millia pestilentia absumpsit.

Alexander 6. papa.

Granatæ regnũ recuperatum.

Nigra legio in Hũgaria.

Iudæorum scelus.

Iudæorum cædes.

An-

Annus 1493. insignior factus est ex morte diui Friderici 3. Imperatoris Ro. q̃ nullus à Cæsare Augusto Octauiano, Romani imperij sceptra diutius tenuit. nam 53. annis, mensibus 5. imperauit, Ernesti ducis Austriæ filius, mox vt discretionis annos attigit, tutelamq́; exiuit, vt locũ videret in q̃ nostra redemptio celebrata est, adhuc adolescens mare transiuit, sacra visens loca, vbi natus saluator, passus, crucifixus & sepultus, felicemq́; reditum cum gloria habuit, fuit princeps catholicus & pius. Qui Alberto rege Ro. defuncto, anno salutis nostræ 1440. cõmuni voto Cæsar elect⁹ est, coronãq; regni Germanici apud ciuitatem Aquensem summo honore suscepit. Fuerũt in eo, teste Aenea Syluio, multa laude digna, animus sedatus & tranquillus, ingenium pspicax, memoria tenacior, religionis zelus, ingẽs cupiditas pacis & ocij, singularem virtutem in q̃uis hoĩe diligebat, dignamq́; pręmio ducebat. ædificauit splẽdide, hortos tñ & gemmas plus æquo admirabatur, & in rebus gerendis tradior ac remissior visus est. Tenacem pleriq; accusauerunt, & ad rem nimis intentum: cæterum nec sua profudit, nec aliena diripiebat, verbis factisq́; temperans habitus. hic neutralitatem ecclesiæ Rom. nocentissimam, ex natione Germanica sustulit, & obedientiam magno labore & sumptu Eugenio & Nicolao restituit. Deinde Leonorã filiam regis Lusitaniæ virginem illustrissimam, vxorem duxit, ex qua primũ filium Christophorꝝ dictũ suscepit, quem tñ immatura mors abstulit, post quem Maximilianum hodie Romanorꝝ Imperatorem, cum filia Margarita, vxore ducis Alberti de Bauaria generauit. hunc Maximilianum adultum factum, anno salutis 1486. consortem regni fecit, vt quod ipse præ ætate adimplere non posset, per filium regem perfici posset. Qua fuerit mansuetudine, fide, constantia, & quas in imperio passus sit aduersitates, in superioribus annotaui. Friderici 3. imp. iterit⁹.

Circa cultum corporis & victum nec parcus, nec sumptuosus fuit, vini vero parcissimus, q̃ extra cœnam rarissime est vsus, in cœna vero leuissimũ bibit, & id aqua pdomitum. Leonoræ Augustæ, refert Aeneas Syluius, q̃ paterna in domo nunq̃ vinum gustasset, suadebãt medici, in Germania regione frigida, si mater fieri vellet, vinũ biberet: q̃d cum accepisset Fridericus: Abi, inq̃t, Aenea, atq; imperatrici dicito, sterilẽ me coniugẽ q̃ vinosam malle, proinde me si amat, vinũ oderit. ad hæc Leonora libẽter paruit. Idem refert, Fridericũ nunq̃ iurasse, nisi cum in ciuitate Aquẽsi apud Belgas, & cũ Romæ coronatus esset, idq; iuramentũ cõstantissime tenuit. cũ em̃ iureiurãdo pmisisset, q̃ bona possideret, ab imperio se nullatenus alienaturꝝ, & modo hoc, modo illud ex eo peteret, maluit auarus negãdo, q̃ cõcedendo piurus videri: eamq́; ob causam, petenti Borsio marchioni Estensi ducatũ Mutinæ & Regij, tam diu restitit, donec intellexit eum ducatũ, q sub annuo tributo concederetur, lucri magis q̃ alienationis speciem habere, pſertim cum Mutina & Regium in sua potestate non essent. Fridericus hic interrogatus aliq̃n, quid homini optimum contingere posset: respondisse fertur, bonus in hac uita exitus. Quod sibi contigisse pie credendum. ipse em̃ in senectute bona venerabiliter susceptis sacramentis dñicis, anno salutis nostræ 1493. in vigilia natiuitatis gloriosæ virginis Marię in oppido suo Lyncea q̃deuotissime migrasse dicit̃ de seculo corpus vero ei⁹ inde delatũ, & in ciuitate sua Viennẽsi sepultũ est. Eodẽ anno mẽse Octob. Turcorum multa millia descendẽtes in Croatiam, non paruã stragem hoĩm fecerũt, x. millibus hoĩm fere partim cæsis, partim abactis, ferro quoq; & igne cuncta vastantes, magnam prædam abstulerũt. cladem hanc Croatijs euenisse aiunt, ꝙ temere pliũ ineuntes, auxiliares copias Germanorum pſtolari neglexerant. Erat em̃ tum in Austria Maximilianus rex, qui mox 15. millia equitum & peditum contrahens, dum insequi parat, Turci fugam maturantes, se ad propria receperunt. Maximilianus Turcos fugat. Anno domini 1494. die 25. Ianuarij Ferdinandus rex Apuliæ vita defunctus est, relicto Alphonso filio primogenito, qui Alphonsus eodem die omni curia & procerum suorum pompa comitatus, regni successionem adeptus est, moxq́; Alexandro Pont. per suos oratores supplicauit pro executione bullæ, quam cum consensu oĩm cardinalium superiorib⁹ annis fecerat Innocentius 8. Alexandri præcessor, in qua recensitis inuestituris Eugenij, Nicolai, Pij & Xysti, inuestitus fuit de regno Apuliæ & Siciliæ Alphonsus olim, & post eum Ferdinandus eius filius tunc princeps Capuanus, eo addito, ꝙ decedente Ferdinando, Alphonsus possessione regni accepta inuestiatur & coronetur per Romanũ pontificem, vel cardinalem ab eo mittendum. Regijs precibus & bulla in secreto consistorio per põtificem sæpius propositis, res opportuna discussione agitata est. demum visa iustitia regis, cui secundum iuris necessitatem nec verba dari poterant, nec dilatio, ex sacri senatus consulto declaratus est legatus Iohannes de Borgia pontificis nepos, S. Susannæ presbyter cardinalis, Montis Regalis nuncupatus, vir & autoritate & integritate maximus, missusq́; Neapolim cum ingenti p̃latorum & curialium Alphonsus Apul. rex.

comitatu ad regem inueſtiendũ & coronandũ. q̃d & factum eſt tanta cum ſolennita
te & cæremoniarũ oĩm exactiſſima obſeruantia,vt nullum ſacrum ſolennius vnq̃ in ea
vrbe celebratum fuiſſe credatur. Eodem anno die 16.menſis Martij, Blanca Maria
Blanca Maria. virgo illuſtriſſima,Galeacij q̃ndam vicecomitis & Mediolanenſiũ principis filia,ſere-
niſſimo inuictiſſimoq; Ro.regi Maximiliano iamdudũ deſpõſata,in oppidũ Inſpruck
ad tedas nuptiales traducitur, rituq; Chriſtiano copulatur. orationẽ habuit tum cla-
riſſimam Iaſon Mainus eques Romanus,iuriſconſultus toto orbe celebratus. Quo
Neapolitana Caroli expeditio. in tẽpore Carolus rex Francorũ huius noĩs 8. annum agens q̃rtum ſupra vigeſimũ, q
viuente Ferdinando rege Apuliæ,de recupanda Græcia(vt ferebatur) ſancte cogitãs,
prius ad regnum Apuliæ ex ꝑtenſo iure adſpirare dicebatur,audita morte Ferdinan-
di & coronatione Alphonſi,viſus eſt ſermones de armis attentius audire,ſuadentibus
ſibi multis,ꝑſertim his q à regno Apuliæ exulabant,*refert Felinus.de q̃ tñ Gaguinus
Francorũ hiſtoriæ ſcriptor nouiſſimus:Cum iam,inquit,à bello Carolus qeſcere po-
tuiſſet,cura illi inceſſit de Siciliæ regno,q̃d ſibi patrimonij iure ꝑtinere cõtẽdebat,nec
potuit vlla ratione à ſententia dimoueri,nec audiuit Pariſiorũ oratores, q eius rei grã
ad eũ miſſi erant. Contractis ꝓpterea terra mariq; copijs,hortãte maxime Alexandro
6.Ro.Pontifice & Ludouico Mediolanenſi,q Alphonſo Neapolitano infenſi erant,
in Italiam ducens,Campaniã mox atq; inde Neapolim,fugato Alphonſo,mira cele-
ritate ſubiugauit.Hæc ille.Num acta ſint illa hortatu Sphorciæ & pontificis,dubitari
fortaſſe poteſt,ꝙ Carolum redeuntẽ habuerit etiam Sphorcia hoſtẽ.Taceo ſcriptum
pontificis ad regem,cuius exemplar vidi atq; legi, qbus exprobrat illi, ꝙ monita eius
ꝑ literas & nuncios,ne Italiam ingrederetur,oblatamq; iuſtitiæ viam ſup regno,ſi q̃d
ius ꝑtenderet ſibi cõpetere, penitus cõtempſerit.Vtcunq; ſit,rex ipſe ingẽtibus copijs
50.armatorũ millibus,vt fertur,ſtipatus,Italiam ꝑſidio deſtitutam menſe Septẽb. inua
ſit.Cuius aduentu vitæ neceſſaria paſſim ita conſumpta ſunt, vt pauperes nonnulli fa
me perierint.mox à Piſanis receptus,paulo poſt à Florẽtinis inuitatus, vrbem eorum
ingreſſus eſt.Audiẽs vero Alphonſus rex Carolum tantas mari & terra copias tranſ-
portaſſe in Italiam,miſit fratrem ſuum Calabriæ ducem cum magno exercitu in He-
truriam,vt hoſtem q prope Imolam caſtra tenebat,inuiſeret.Hic partem exercitus in
Liguria conſtituit,locus eſt in Liguria montoſus,aliq̃t miliaribus à Genua diſtans,in
q̃ Calabriæ dux cum 4.millibus hoĩm cõſtituit fortunã bellicam tentare. Quod cum
Galli cernerẽt,ex caſtris exercitum educebãt,in q̃ 2.millia Suitenſiũ fuerãt,q vnà cum
Gallis ꝓficiſcendo, milites Neapolitanos circundabãt:& cum inſidijs Gallorũ Neapo
litani vndiq; ſe circũuentos viderẽt,incipiũt paulatim acies ordinare,& ſagittarios ſi-
mulq; equites in fronte collocare.Galli tñ ne cũctando Neapolitanis meliorẽ bellan-
di conditionẽ ꝑberent, ſine mora in hoſtes irruũt, q̃s cum militum numero & bellorũ
machinis ſuperabãt,pugna etiam facile vincebãt.diu tñ Campani pugnã ſuſtinebãt,
tandẽ obruti multitudine,& in varias turbati partes,fuga qdam ſalutem q̃ritabant,q-
dam ignominiam fugæ vitando miſerabiliter cædebant.Ceciderũt in hac pugna mil
le Neapolitanorũ,ex Gallis vix 300.cæſi dicunt. attñ maiorem cladis partem Suiten-
Carol' Romã ingreſſus. ſes pegerunt. Nihil moratus rex Carolus,Romam verſus tendebat. in itinere non-
nullas eccleſiæ arces & vrbes cœpit vaſtare, ꝑdas agere, & vt dicit, hoĩes nullo ætatis
ſexus aut conditionis diſcrimine habito trucidare:horrendumq; eſt dicere,q̃ ſæuitum
ſit in vniuerſos.Interea Alphonſus rex ille tantopere celebratus bello & armis poten
tiſſimus,ac multis Italiæ ciuitatibus ſolo noĩe formidatus, ſimul ac accepit Carolum
Romæ appropinquantẽ,traditis Ferdinando filio regni gubernaculis.ſiue fugæ appa
randæ cauſa,ſiue rei melius gerendæ opinione,aptatis ſibi triremibus Neapoli ſoluit,
Meſſanam applicuit,paulo poſt inopinata morte extinctus eſt. Per q̃ tẽpora Gallorũ
rex vrbem Romam tantis copijs obſedit armatorũ, vt pontifex grauioris detrimenti
euitandi cauſa,regem ipſum cum innumera diuerſarum gẽtium & nationum*bellica
multitudine in vrbem recipere compulſus ſit, recepta tñ antea fide,ꝙ pontificẽ,cardi
nales,curiales & pplm Ro.in rebus & ꝑſonis tutos & illæſos conſeruaret.Hæc quem-
admodum ſeruata ſint,teſtes violentiæ,cædes,ruinæ,effractiones domorũ, furta,ꝑdæ,
ita ꝙ pontifex ſui cõſeruandi gratia in arcẽ S.Angeli aufugere coactus ſit.Et cum mul
ta horrenda contra ſe machinari illum audiret,vt grauioribus ſcandalis caueretur,Zi
zimũ Turcorũ tyranni fratrem,q Romæ in Chriſtianorũ tutelam diu ſeruatus fuerat,
duaſq; munitiſſimas Ro.eccleſiæ arces extorquenti regi tradere, multaq; alia grandia
ac difficilia ꝓmittere coactus fuit.Zizimus Baiaſſeti frater, paulo poſt veneno exto-
ctus,maximi initium mali nobis fuit.nam rem tutam fore Chriſtianis frater ꝑ orati-
rem pontifici receperat,eo incolumi.Proinde diſceſſit ab vrbe rex cum exercitu ver-
ſus

sus Siciliæ regnum citra Pharum, nonnullas continuo Campaniæ & maritimas ecclesiæ Ro. terras inuasit. At vbi paululũ Gallis Ferdinandus rex resistit, Neapolim regressus, patrem paratis nauibus secutus est. Carolus aũt ꝑgrediens, totum id regnum tam cito vicit, q̃ vidit: & postq̃ regnum, sacris etiam non parcendo, auro, argẽto, cæterisq́ꝫ bonis exhausit, ꝑsidijs in eo pro ingenij ac militum facultate dispositis, retrospiciens, reliquam Italiam (vt creditur) suppeditaturus, discessit. Itaq; Neapoli numerosissimo equitum ac peditum exercitu iter faciẽs ꝑ terras ecclesiæ vrbem versus, cædibus & rapinis oĩa compleuit. Has regis artes cum põtifex intellexisset, vnà cum vniuerso senatorum collegio vrbis curam vni ex cardinalibus mandãs, pro sua ecclesiæq́ꝫ maiestate seruanda vrbem veterem primũ, deinde Perusium vrbẽ munitissimam aduolauit. Interim rex Romani ducẽs, cum pontificis absentiam aduertit, seq́ꝫ audientia ꝑuentum, inde recedẽs, se Gallias repetiturum asseruit. Quæ vero mala in itinere commissa fuerint, horrendum est dicere. referunt eñ, in Tusca villa septingẽtos sexus vtriusq; mortales, absq; om̃i culpa extinctos esse, sacra prophanaq́ꝫ oĩa ibidem direpta, in alio loco non paucos ad ædes sacras & crucem amplexantes, tanq̃ à feris trucidatos. Tum Gallus in Hetruriam transgressus, iura sacri imperij tam in ciuitate Senẽsi Pisanaq́ꝫ, q̃ multis alijs locis iurisdictionem violauit. Tentauit quoq; Genuam ad deditionem inducere: & cum minime processit, sæuissimũ cruentissimumq́ꝫ cum Venetorum Mediolanensiumq́ꝫ sua tutantiũ gentibus conflictum inijt. vnde ingens strages secuta est. Mox ad vrbem Astensem magnis itineribus cum milite attenuato se contulit, vbi militiã reficiens, credebatur auctis copijs & nouo milite Italiã iterum inuadere statuisse. Vt aũt minas pontificis & auctum Venetorum ac ducis Mediolani exercitum intellexisset, pedem retrahens, ad sua in Galliam reuersus est. Audax profecto facinus & memorabile. vtcunq; sit, adolescens magis q̃ vir Carolus, intra vnius animi spatium totam fere Italiam penetrans, instar fulminis quæq; obstantia pessundedit. redactoq́ꝫ in suam potestatem Apuliæ regno, mox retrospiciẽs, vnde venit armata manu, milite tñ aliq̊ absumpto, ipse incolumis in Galliam redijt. post cuius ex Italia discessum, Apuliæ regnũ paruo negocio reuersum est ad possessores antiq̊s, & sic modica lucra multoꝝ damno compensauit, vt vere dici possit, ꝙ hamo piscatus sit aureo, & amisso auro, nihil nisi famam auræ similem ceperit. Anno salutis 1495. mense Martio, Maximilianus Ro. rex conuentum Germaniæ in vrbe Vormatia celebrauit, in q̃ (vt fama est) de duobus deliberandum fuit, quemadmodum Turcis occurrendum esset, q in dies magis ac magis Christianorum terras opprimebãt. Deinde, ꝙ rex Franciæ Carolus immensis copijs Italiæ incũbebat, aliqua imperij, nonnulla ecclesiæ Ro. bona occupans, vrbemq́ꝫ Romam ingressus, nonnulla indigna à Ro. Põt. extorserat, Apuliamq́ꝫ fere totam expugnauerat. Propter q̃ rex Ro. tanq̃ aduocatus ecclesiæ, vt illius & imperij iura tueretur, crebro vocatus est. Sed interim dilata res est, principibus ad intestina incõmoda spectantibus. ne tñ nihil ageretur, de tribus tandem deliberatum est: de iudicio Cameræ, vbi vnicuiq; iustitia redderetur, forma & modus dictus. Placuit & sapientibus ad hoc, vt vel contra Turcum, vel contra regem Franciæ iustus mitteretur exercitus, duo fore necessaria, pax in imperio, & commeatus tantis copijs dignus. Quo enim modo foris bellum feliciter geri potuisset, si domi lites fuissent: sed & sine impẽsis frustra belligeratur. si enim alimenta vel stipendia desunt militi, obsequium negabitur & fides. fuit *prouisum. in primis pax principali statuto mãdata, tributum per capita impositum perexiguum, duntaxat in quinquennium. Sed quia non placuit omnibus, nihil ad effectum est deductum, forte vt adimpleatur tritũ quo dicitur: Sicut Germani virtutibus meruerunt imperium, ita ignauia & vitijs amittere possunt. Tum insimulatus est rex, ꝙ nihil cum consilio agat principum. vnde quidam ita versificatus est:

Carolus in Galliã redit

Vormatiẽ comitia.

Dum cõsulta patrum & sancti decreta senatus Acciperet Cæsar, Cæsaris orbis erat.
Paruit impio, seu signa moueret ĩ Afros, Aphrica, seu ĩ rigidos strĩgeret arma Getas.
Victricesq́ꝫ aquilæ totũ fulsere ꝑ orbem, Virtutis quondam magna trophæa suæ.
At postq̃ vnius facta est ꝓ lege voluntas Cęsaris, hoc nostrum hoc occidit impium.
Nutantesq́ꝫ aquilæ nusq̃ statuere per orbem Virtutis deinceps vlla trophæa suæ.
Vis priscum reuocare decus, vis vincere Cæsar, Pellere vis hostem finibus ipse tuis:
Fac sanctũ reuoces veteri de more senatum, Consilijsq́ꝫ adhibe pectora densa tuis.

Cui calumniæ egregie respondit Henricus Bebelius Poeta hoc carmine:

Desine mordaci regem taxare camœna, Detraxisse caue chare poeta, precor.
Rex meus est fortis, est seruantissimus æqui, Virtutum splendor, imperijq; decus.
Quid memoras cõsulta patrũ, qd verba senatus, Qui ꝓprijs semp cõsuluere bonis:
Qui si respicerẽt regis quoq; commoda regni, Et si q̃d debet Cæsar habere, datur:

Tunc

Tūc aqla inuicta ad Seras penetrabit & Indos, Sic cōsulta patrū rite iuuare queūt:
At sua dum cūcti ꝓcurant cōmoda, cūcti & Velle suum soleant legis habere loco,
Inq́ꝫ sinu foueant prædones atqꝫ latrones, Legibus excussis Cæsaris atqꝫ iugo,
Dūq́ꝫ aqlā implumē tēnūt, dū qsqꝫ laborat Extrahere huic pēnas, & spoliare macrā:
Non tibi sit mirum (nanqꝫ efficit oīa non rex Solus) si totum concidat imperium.
Vis priscum reuocare decus si sancte senatus, Pellere vis hostem finibus ipse tuis:
Redde pri⁹ pēnas, sed q̄s Iouis ales habebat Dū stetit imperiū, cōsulere inde potes.

Eberardus Barbatus Vuirtēber. inter duces relatus.

Venit ad conuentū Vormatiēsem vocatus celebri fama Eberardus comes illustris & excelsus Vuirtembergæ & Montispeligardi, senior dictus, magna nobilium comitatus caterua, quem serenissimus ac inuictissimus rex Ro. Maximilian⁹ venerabiliter suscepit, eius consilio nōnihil vsus. Cognitaq́ꝫ hoīs ꝓbitate & animi celsitudine, & ꝙ maiores sui plerosqꝫ principes potentia multis tēporibus antecelluissent, ipsum motu ꝓprio & solenni pompa 21. die mensis Iulij ad hoc indicta, ex comite ducē creauit, titulo q́ꝫ ducali auctis armis in Vuirtemberg & Teck ꝓpria manu insigniuit, adhibitis debitis solēnitatibus & cōsuetis, ꝑsentibus totius cōuentus principibus habituatis, necnon regum, ducum, alioꝝq́ꝫ principū plurimoꝝ, cōmunitatum q̄qꝫ oratoribus concionem mirifice decorantibus & ꝓspera precantibus. Eodem fere tēpore idem serenissimus ac inuictissimus rex Maximilianus, defuncto iam Iohāne Maria vicecomite & Mediolañ. principe, ꝑ legatos ad hoc missos Ludouicum Mariam Sphorciam Mediolaneñ. præfecit ducem. Per idem tempus durante conuentu, prope Vormatiam ad dextram Rheni partem in villa Birstat, mulier q̄dam monstrū enixa est q̄rto Idus Septēb. erāt puellæ duæ corporibus integræ, sed in vertice frontetenus cōnexæ inseparabiliter, & se mutuo inspiciētes. Edidisse fert̄ paulo ante apud Rotuilā oppidū Sueuiæ mulier duos pueros, q̄tuor manus & duo capita habētes, sed pedes dūtaxat duos. quid sibi monstra hæc velint, solus Deus nouit. Anno salutis 1496. q̄nto Kal. Martij migrauit à seculo illustrissimus dux Eberardus de Vuirtemberg & Teck, moꝝ honestate ac reꝝ gerendaꝝ prudentia cantatissimus. adolescentiā licenter cœpit, sed eius cæteri ꝓgressus fuerūt magnifici. finis vero q̄ reꝝ necessitas ferebat, p̄ceps subsecutus est. auxit licentiam adhuc puero immatura mors patris, qui anno ætatis illius 5. sublatus est.

Eberardi ducis Vuirtemberg. interitus.

Mater vero luctus tempore completo, superinduxit illi vitricum illustrissimū principem Albertum archiducem Austriæ. vnde factum est, vt reliquum pueritiæ temp⁹ sub tutoribus degeret. Erat aūt puer idolis eximiæ, cui ego primas literas tradēs, prohibitus sum ne eum Latinum facerem, satis esse ducentibus, si vernaculam linguam legere didicisset & scribere: q̄d ille vir factus, tulit molestissime. Studiū itaqꝫ suum, prout ingenium habebat nobile, mox absoluit. q̄ pacto, ne nil ageret, lusibus atqꝫ lasciuijs ad q̄ prona est oīs ætas, se immersit. mortuo eñ fratre, qui natu maior erat, cum videret ad se respicere oīa, quasi æmulo sublato, ruptis loris, imperium arripuit non plene adultus, adolescentes aliosq́ꝫ suis moribus idoneos & fauentes, neglectis seniorum consilijs, in clientelam suam adsciuit. Quorum quidem consilio & ope ductus, nihil inexpertum relinquere voluit. vidisses luctandi, saltandi, dimicandi, hastaludendi, venandi ꝑpetuum q̄si studium. Et cum oībus eminere vellet, earum rerum exercitatione assidua corpus q̄d illi natura gracile dedit, tum exhaustum creditur & ꝓfractum. nam varios postea morbos in vita expertus est. At vbi exacta pene adolescentia, ratione instituendam vitam uideret, q̄si contemplatus Herculis Prodicij exemplo, vtram viam, virtutis an voluptatis ingrederetur, cœpit resipiscere & mores mutare. terrā sanctā, sepulchrū dñicum decenti inuisit comitiua. Rediēs paulo post, vxorē duxit Mantuani principis filiā virginē illustrissimā, adeoq́ꝫ in alteꝝ mutat⁹ viꝝ, vt sicut priori ętate nemo illo insolentior fuit, ita virili toga induto, nemo castigatior ac seuerior inuentus est, libidines & luxus priores frugalitate & vitæ grauitate facile cōpensauit. Factus est simul rerum oīm indagator solertissimus. erat eñ celsi ingenij & ardentis animi. sapientes ꝓpterea in q̄cunqꝫ re incredibili beneuolētia & obseruantia cœpit venerari. Et licet literarum Latinaꝝ esset penitus ignarus, literatoꝝ tñ hoīm conuersatione delectabatur plurimum: quos, vt erat ingenio promptus, iugiter & de industria disputātes fecit. Et si q̄d notatu dignum audiuit, ꝑpetuo retinuit. memoria eñ admirabili pollebat, ita vt non res solum, sed & causas, loca, ꝑsonas fideliter conseruaret, & pugillarib⁹ q̄busdam seu enchiridijs vti solebat, q̄bus fideliter q̄ acceperat, cōmendabat. disputabat adeo conuenienter de q̄buslibet, vt experimentum oīm artium crederetur habere. libros etiam vernacula lingua conscriptos, omnes quæsiuit, ac auidissime perlegit. multa ad hæc preclara opera in linguam Teutonicam verti e Latino curauit, atqꝫ his q̄dem instrumentis orationē suam, vt erat eloquentia admirabili, siue historiā velles, siue sentētias,

Summa laudum Eberardi Barbati ducis.

exor-

exornauit. Nec aliarum rerum studia neglexit, irrequietus à natura, & plenus negociorum, vt non modo alteri alterum succederet, sed sese mutuo truderēt, nec hoīem respirare sinerēt. At vbi animū intēdebat aut legere aliquid, aut feras sequi, aut vacare diuinis, & siq̄ similia sunt, nemo illum sequi poterat. vir non vtiq; ad segnitiē, sed ad res agendas & qdem maximas natus. Illustriora tñ eius (vt memini) facta, & qbus se maxime vixisse testatus est, tria sunt tanto principe digna. Cum em̄ intellexisset viros doctos in precio haberi, nec esset in terris suis ac dñijs (q̄ tñ incolarum multitudine & fructuum vbertate abundant) aliquod gñale studium, ad quod volentes in scientijs proficere, se conferrent, ne sibi ac subiectis suis tanta deesset cōmoditas, vniuersitatem studij gñalis priuilegiatam in oppido suo Tubingen autoritate apl̄ica erigi fecit ac fundauit, in q̄ vsq; in p̄sens sacræ theologiæ, canonū & legum, medicinæ ac artium facultates floruerūt, florēt ac vigent. Clericos q̄q; seculares q̄sdam cōmuniter viuētes, ipse primus vocauit in Sueuiam, illisq; nonnullas ecclesias de suo iure patronatus existētes, autoritate apostolica tradidit: q̄rum cōuersatione paulatim delectatus, ecclesiā propriā cum habitationibus & officinis necessarijs in nemore illustri Schonbach, vbi ipse & maiores sui q̄tannis voluptatis causa venari consueuerūt, à fundamētis sumptuosissimo ope extruxit, eamq; in collegiatam, canonicis & clericis secularibus cōmuniter viuentibus, sub vocabulo B. Petri apl̄i. in q̄ p̄positus tanq̄ caput est, sunt & 12. canonici, 13. conuersi laici, ex nobili seu militari gñe, q̄rum vnus sit magister & administrator temporaliū, necnon 12. aliàs laici cōuersi ex ciuibus aut plebe, qui oēs & singuli sint membra eiusdem ecclesiæ, vnà cum p̄posito & canonicis capitulum cōstituentes, vtentes glaucis & cruce in pectore, eadem autoritate apl̄ica erigi obtinuit, attributis dotis noīe nōnullis p̄dijs rusticis, alijsq; bonis & puro auro 18. millib[9] florenorum Rheneñ. ad p̄dictum vsum & cōmoditatem, non sine ornamentis & clinodijs preciosis, ecclesiam ipsam mirifice decorantibus. Qm̄ vero dignitatem gentilitatis suæ q̄ntopere adaugere studuerit, nemini obscurum est. nam vbi nup pro exaltatione sui generis inter ipsum & patruelem suum conuenisset, vt terras suas ac dñia oīa in vnum conferrēt & penitus vnirēt, prout in vnū collata & vnita fuere, ita q̄ nullo vnq̄ tēpore in antea diuidi possent aut deberēt, hāc ipse vnionē p̄claris suis virtutib[9] lōge reddidit insigniorē & firmiorē. nam p excellentia grauitateq; morum suorum serenissimus ac inuictissimus Ro. rex Maximilianus illum pridem conuentum gñalem principum imperij agens apud Vormatiam, motu p̄prio & solenni pompa ex comite ducem creauit, tituloq; ducali donauit atq; insigniuit, prout supra proxime deduximus. Et tm̄ de his tribus. Sed & Christianæ religionis cæremoniarumq; eiusdem obseruator fuit diligentissimus, oēm prorsus superstitionem perosus est. Religiosis & ecclesiasticis honestatem aliquam p̄ se ferentibus, bonus erat & p̄picius: indisciplinatis vero, & p̄sertim mendacibus, subamarus. ea ex re fere monasteria oīa suæ ditionis & vicinorum, vt reformarentur, opam dedit indefessam. iustitiæ q̄q; p̄cipuus zelator habitus est. nec illi solum curæ fuit, vt subiecti quibus p̄erat, synceriter iustitiam administrarent, sed etiam nonnullas cōsuetudines, q̄ minus æquitatis videbant̄ habere, ad normam redegit iustitiæ. De amore pacis non attinet dicere, cuius gratia multa dissimulauit, tametsi timiditatis aut inconstantiæ nullum signum ostenderit. vnde raro de iure suo etiam potentioribus cessit, vt nemini est obscurum. Cæterum habitus est aliquanto morosior, & difficilior exoratu tum exteris tum domesticis. q̄ties em̄ vbi suspicatus est aliquid à se peti, vultum auertit, aut occupatiōes simulauit, aut arte aliq̄ occasionē petendi abstulit, id q̄d & in maximis principibus laudandis miramur. dep̄hensus aūt, nisi singulari aliq̄ fauore obstrictus, vel frontose negauit, aut si negare puduit, in aliud tēpus reiecit. Admonitus vero postea, vbi noua differendi facultas deerat, raro hilariter, sed q̄si defatigatus, vt molestia careret, vel timide dedit, aut irat[9] impegit. Intercessores aūt, q̄si viderit illos ex alieno b̄ñficio gratiam aucupari, aut (q̄d magis puto) vt minor turba rogantiū fieret, vel penitus fugauit, aut saltem pigriores fecit. tanta em̄ ambitione illos suscepit, tantis dilationibus suspendit, vt nonnunq̄ rogasse pœniteret. p̄terea sermone copiosus extitit, insuaui tñ ac subamaro, frequenter pplexe loquens, lœdorijsq; vtebatur. In rebus etiam gerendis aut p̄posterus aut festinus nimium apparuit. Nam q̄ consilio cōcluserat, q̄tumcunq; clara & aperta, nisi deuictus, in longum trahebat. inuēta vero p̄pria ita accelerabat, vt p̄ nimia festinantia pleraq; manerent imperfecta. Insimulatur etiam, q̄ attentus nimium ad rem fuerit, sumptusq; parce faceret, quo à maiorum suorum magnificentia degeneraret. fateor q̄ in habitu & victu non fuit prodigus, in restaurandis vero castris, muniendaq; patria, & tempore pacis & belli probatur fuisse sumptuosus. Et in hoc singulariter venit laudādus, q̄ aulicos suos rarissime mutauit: nec nisi lōga cōsuetudine p̄batis,

Tubingense studium.

Vnio ducatus Vuirtēberg.

Aulici non mutandi.

tis,consilia sua credere voluit.Et quia promissa suis fideliter seruauit,viros multa rerū suarū experientia sibi fide & probitate deuinctos,circa se habuit,qui etsi pauca de gratia expectarēt,nemo tñ illū mutare q̃siuit. Quantū vero ad corpus attinet,barbam à multo tēpore nutriebat,cui ꝑpterea Barbato nomē à qbusdam inditū est. Corpus illi exiguū natura dedit,sed neruosum,q̃d tñ crebri labores attriuerāt.,accedebāt morbi frequētes,febris,dysenteria,calculus,& sup oīa vesicæ excoriatio,qbus iugiter vexatus,annū agēs vnū sup qnquagesimū,sacramētis de more Chr̃iano rite ꝑceptis, in arce sua oppidi Tubingē ipsa die S.Matthiæ apl̃i,q̃ fuit sexto Kal'.Martij hora post meridiē circiter 5.carnis debitū ꝑsoluit.Sed mortē q̃ aīo obierit & q̃ cōstantia, q̃uis coniecturā qsq; capiet e reliquis,q̃ passim de isto feruñ monumētis, tñ referre libuit obiter q̃si vere testatā optimi principis virtutē hoc exēplo.Atq; adeo,cū vēturæ mortis omē acciperet(nisi reip.causa viuere libuisset)mortē vitæ melioris initia,inter prima visus est expetere.Interim curiæ primates viros,qd patriæ deberetur,qd suæ cuiusq; honestati,cōmonuit,vxorē oratione graui,& q̃ vis morbi ferre videbatur, longiore consolatus,argumentū apud illā fidei suæ spectatū reliquit.qui aderāt ꝑceres plerique;,sermonem eum lachrymis excepere.Deinde cum princeps,cuius animus iam ad diuina spectare tm̃ videbatur,de seculi negocijs à nōnullis imperitis sacrificulis interpellaretur, audire se velle respōdit sermonē,q̃ & fides cōfirmari,& spes accēdi, & charitas inflammari posset,desertas esse mūdi curas,vnicā diuinitatē modo agitari. Inualuit tū adeo morbus,vt p̃ter cætera q̃ inde erāt mala,linguæ etiā spiraculū defierit. cōfessus est nutu, interrogāte sacerdote.At post cōfessionē,ingēs miraculū magnique animi recepti indicium,cū dixisset aliq̃ties hæc verba subobscure:Dñe,ago tibi gratias, & vires etiā corpore recepit,surgēs ipse resedit in lectulo,voce clara & integra ait:Creator cœli terræque Deus, te q̃so fac agnoscā, si quisq̃ est cui p̃ter æquitatē graue nimis fuit imperium meū,restituetur is rebus meis impēsis oībus.Quod si ne hoc qdē satisfieri pōt,tibi benigne cōditor en hoc est q̃d offero,q̃d deuoueo corpus,castiga iugiter,hoc piaculum esto.Nec his plura effatus,eucharistiæ sacro accepto,qeuit in alterū diē,verbis tm̃ pauculis deinde dictis integre.Et eo qdem modo vir tātus, probā virtutis suæ imaginē in adeunda morte nobis reliquit.O ingentem reip.Germanicæ calamitatem,o impotentem vim fati,quæ rebus imperij nostri tantum principem inuidisti.

Oratio Eberardi ad Opt. Max.

Hoc viuo stetit,hoc cecidit Germania lapso.

Sed cedat humana imbecillitas necessitati,precemurque hoc decus in Vldrico nostro Vuirtēbergæ duce restitui,qui iam Augusto imperio Sueuiā tenet, gubernatque feliciter. Sepultus est in ecclesia S.Petri apl̃i,quā ipse fundauerat, in habitu fratrum domus ipsius,lugentibus multis nō solū p̃sentem,verū etiam futurā calamitatē, in quam timebāt incidere.eius precor anima requiescat in pace,à q̃ multa beneficia accepi.

Illustrissimo,morūque dexteritate clarissimo principe Eberardo, primo duce ī Vuirtemberg & Teck defuncto,patruelis eiusdem Eberardus iunior dictus, extra patriam agēs,iuxta ordinationē inter ipsum ac patruū suū defunctū iāpridē sacramentis firmatam,cōtinuo ad imperiū vocatus est. Qui accepta morte patrui, parū moratus,veniēs sociatus epo Augustensi nōnullisque alijs ꝑceribus,comiter humiliterque à suis,& vt princeps,dux & successor legitimus,susceptus est & salutatus, nec fuit qui non obedienter fideliterque imperata facere ꝑperaret. Eodem anno, 5.die q̃ fuit prima Martij,post obitum ducis Eberardi,horrendū dictu,sus seu porcus in Suntgaudia & villa Landsee ad sinistrā partē Rheni sita,natus est mōstrosus,caput vnū habēs, oculos duos,nasum vnicū,similiter & os seu rictū,aures vero 4.post caput diuisus est in duo corpora porcina,habēs 8.pedes.prioribus q̃tuor se amplexabant,posterioribus stabāt luctantium in morē.duæ etiā linguæ in rictu apparebāt,sed non vixit p diē & noctē.quid p̃tendat aut portendat,Deus nouit,quē vt bene vertat oramus. Anno dñi 1498. Carolus rex Franciæ,huius noīs 8.moritur in mēse Martio,formidinemque de eo conceptā multis soluit,in cuius locū & regnū Ludouicus dux Aurelianeñ.iure ꝓximitatis substituitur.

Eberardus iunior 2.dux.

Monstrū.

Eodem anno circa principiū Aprilis Eberardus dux & princeps Vuirtembergeñ. & in Teck,cum vix 2.annis administrasset,vel cōscientia malæ administratiōis,vt creditur,vel metu ducatum deserens,Vlmam cum paucis profugit.Causam nonnulli autumant.nam vbi principatū inijt,siue ꝙ iamdiu absens exteris moribus imbutus fuit, siue ꝙ patrui pridem defuncti instituta oderat,siue ingenio suo,siue eorum qui absentiam suam à patria,exilium fuisse illi suggerebant,multa cœpit nouare.In primis nōnullos curiæ addictos,& quibus curæ semper patria extitit,paruifecit:& licet nonnullos magnæ nobilitatis & ꝓbitatis viros aulicis rebus p̃ficeret,illis tñ breui nihil vel parum potestatis reliquit, sed quosdam infimæ sortis homines inuisos sublimauit, per quos

Eberardus iunior Vuirtēbergæ ducatū deserit.

qs aduenientes audiebat, respõsa subiectis & exteris dabat, magistratus cõstituebat, qbus p lege volũtas erat. Quo nihil miserius aut deterius esse poterit in principe, aut qd minus sit tolerabile. Verũ interea rex Maximilianus, q forte in Sueuiã venerat, vbi coperit ducem Eberardũ patriam & principatũ suum deseruisse, interposuit vices suas, & illi fratruelẽ Vdalricũ vix decennẽ, pactis interuenietibus, dedit successorẽ, adiunctis sibi regentibus iuxta ordinationẽ ante conceptã deputatis, quorũ consilio & ope deberet administrare. Cõuenit aũt, q ipse dux Eberardus vasa argentea & aurata quæ secũ absportauerat, restitueret, vicissim recepturus pensionem annuam sex milliũ florenorũ quoad viueret, q paulo post cõflauisse fertur om̃e argẽtum huiusmodi in massas, & ad Philippũ comitem Palatinũ diuertisse, nec argẽtum restituit, nec pensionem accepit, aliquot annos cum pfato principe Philippo in oppido Haidelberg commoratus, postea nescio quas ob causas in arce Lindenfels in sylua Othonis, vulgo Odenuald, ditionis eiusdẽ comitis Palatini clausus, exul tãdem diem clausit extremũ, anno salutis nostræ 1504. in ecclesia collegiata S. Spiritus Haidelbergæ iacet sepultus. Per idem tempus anno domini 1498. erat in vrbe Florentia apud Prædicatores ad S. Marcum, vir qdam doctus, moribus & vita celebris, opinioneq; multorũ, ppheta à Deo inspiratus, pro q̃ & se palam gerebat. vocabat F. Hieronym9 Sauonarola de Ferraria ordinis pdicatorum, q annis multis pdicauit in Florẽtia, vbi inter cætera populo Florentino exposuit, quẽadmodum Deus, pspiciens Italiæ peccata, præsertim in principibus tam ecclesiasticis q̃ secularibus, multiplicari, nec ea diutius ferre valens, instituerit Italiam flagellis expiare, Florẽtia vrbeq; Roma euersis, deinde renouationẽ ecclesiæ facere, & q hæc cito deberent fieri: addidit, Turcos & Mauros nr̃is tẽporibus ad Christianum cultũ cõuerti debere, subiũgens multos esse de tũc adstãtibus q hæc visuri essent. Prædixit etiam quendã alpes transiturũ in Italiam Cyro similẽ, q subuertere deberet Italiam, adducens illud pphetæ Amos: Non faciet dñs Deus verbũ, nisi reuelauerit id ad seruos suos pphetas. Voluit, inqt, Deus pter electorũ suorũ salutem illud flagellũ in Italia pnunciatum iri, vt ad tolerantiã sese ppararent. & cum Florẽtia velut cor in Italia sit, Deus ipse dignat9 est eã eligere, in q̃ annũciarent pmissa, & se asseruit ad hoc mysteriũ manifestãdum à Deo esse electum. Prædixit etiam mutationẽ status & regiminis Florẽtinorũ oĩno fieri debere. Cũq; anno dñi M.CCCC. XCIIII. Carolus rex Francorũ cum maximis copijs ingrederet Italiam, idem F. Hieronymus publice contestatus est hunc illum esse, q Cyro similis veniret, & q à Deo electus esset in ministrũ iustitiæ diuinæ, cui & totus mũdus nõ posset resistere. Deinde & sequenti anno in confirmationem omnium prædictorũ in octaua annũciationis B. Mariæ virginis, publice pdicauit, nocte pcedente cœlos se penetrasse, Deumq; & totam Trinitatem vidisse, angelicos etiã choros pspexisse, & à beatissima virgine Maria ore ad os responsa accepisse, q pmissa infallibiliter & celeriter fieri deberent. Hæc & his similia cũ peruenissent ad põtificem Rom. ipse cupiens huius nouæ doctrinæ nouiq; luminis veritatem inuenire, veritus simul, pniciosum aliqd dogma in ecclesia excitari, vocauit hunc F. Hieronymum, sed cõparere noluit. interdictus post pdicatione, non curauit. propter cõtumaciã execratus est, nec pterea à celebratione diuinorũ abstinuit. immo pdicauit papam non esse audiendũ, qa publicam vtilitatem ecclesiæ impedire voluit, & cõtra fraternam charitatẽ ageret, & his similia. Tandẽ cum hæc sua ptinacia nõnullis displiceret, frater qdem ordinis Minorũ de obseruantia, Franciscus Apulus dictus, cœpit aduersus eum eiusq; dogmata pdicare. quãobrem F. Dñicus de Piscia ordinis pdicatorũ, ad defendendũ F. Hieronymũ & eius dogmata cõsurrexit. Et tandẽ, q cõclusiones sequentes vsq; ad expimentum ignis, q veræ essent, sustinere vellet, prouocãs F. Franciscum ad certamen. Fuerunt cõclusiones hæ, q ecclesia Dei indiget renouatione, q flagellabitur & renouabitur, & q Florentia quoq; post flagella renouabitur & prospabitur, infideles cõuertentur ad Chr̃m, & oĩa erunt tẽporibus nostris. Et q excoĩcatio nuper facta cõtra venerandũ patrem F. Hieronymum, nulla est, & q non obseruantes eã, nõ peccant. Ad hæc F. Franciscus ad ignis expimentum puocatus, conditionem accepit. Forma aũt obligationis vtriusq; fuit talis: Ego F. Dñicus de Piscia ordinis pdicatorũ, mea ppria manu me subscribo & obligo ad sustinendũ pdictas cõclusiones, nõ solum cum rationibus, sed cõfidendo in adiutoriũ Dei, me expono & obligo ad intrandum cum pdicatore fratrum Minorũ pdicante ad psens in S. Cruce. in ignem in publico, sperando per virtutem Dei saluatoris ad suam gloriã gloriam & confirmationem huius veritatis, & ad vtilitatem* aliarũ exire illęsus & saluus, per Chr̃m dñm nostrum, q cum patre & spũsancto viuit & regnat in secula seculorum. Ego F. Franciscus ordinis Minorũ, licet indignus, sum paratus ad instantiam & reqsitionem dñorum Floren

Vdalricus dux Vuirtebergẽ.

F. Hieronym9 Sauonarola ord. pdicatorũ.

rentinorum facere cum F. Hieronymo de prędictis conclusionibus experimentū, quarum quędam probatione supnaturali indigent. Cum Dñico vero, quocum nulla est dissidentia, alius nostri ordinis frater in ignē est subire paratissim⁹, vocato iudice nō suspecto & oībus religiosis. His dictus est dies, & in publico loco ordinatus est ignis copiosus. cum ventū esset ad ingrediēdum, essetq́ paratus frater Minorum ingredi, frater de Piscia recusauit, nisi cum venerabili sacramento, intrare. & cum hoc indecēs esset, sibi denegatum est, propter quod ingredi destitit, & pugnam detrectauit. quare fit rumor, & secuta est cōtra Prædicatores magna turbatio. Postea die nona mensis Aprilis, dictus F. Hieronymus, pſentibus multis testibus, fuit interrogatus & examinat⁹ in aula Baroncelli, primo verbis, post minis, dein cū tortura. demū 19. eiusdem mensis sine lęsione dixit, oīa per ipsum prophetizata, fuisse ficta, & quod ob gloriā humanā aucupandam talia pdicauerit, & quod videbat̃ ciuitas Florentia bonū instrumentū ad faciēdum crescere suam gloriā. Et ad coadiuuandū suū finē, cōfessus est se pdicasse res, per quas Christiani cognoscerent abominatiōes quę fiebāt Romæ, & quod reges & principes se congregarent ad faciendū cōcilium: quod vbi factū fuisset, sperasset deponi multos plātos, etiam papā: & quādo fuisset æstimatus in cōcilio, mansisset & stetisset in magna reputatione in toto mūdo: & si nō fuisset in papam electus, saltē primū locū tenuisset. De renouatione ecclesiæ & cōuersione infideliū, dixit se habere ex scriptura sacra, sed quod fieri deberet cito, nō habuerit ex scripturis aut reuelatione. Quod ostenderit se iuisse in paradisum, hoc fecisse se ad attribuendū sibi reputationē & gloriā. Circa factū inobedientiæ pontificis, quod non iuit Romā, fecisse se ne occideret̃ in via. Circa factū excoīcationis respōdit, quanq̄ multis aliter videret̃, crediderit ipse tñ illā esse verā & obseruandā, & obseruauerit per aliquod tēpus. Sed vbi viderit quod ibat opus suū in ruinā, cepit modū nō obseruandi, & quod ptinaciter steterit contra pro honore, reputatione ac manutentione operis sui. Hæc & multa alia interpretatus est, prout in examine quod impressum est, cōtinet̃. tandē ipse incineratus est in eodē mense Aprili. His pene annis Romæ magna pars Marrhanorum cum pōtifice in gratiā rediīt. hi sunt qui olim passim Christianū nomē acceperant metu amittendæ rei, pleriq; ex Hispania oriundi, clam vero patrijs legibus inuigilarūt, qui hoc tēpore pietati se Romanæ addixerunt. Anno salutis 1499. circa finē Februarij in superiori Alemania haud lōge à fontibus Rheni fluminis, inter domum Austriæ & Heluetios, aliàs confœderatos seu Suitenses, exorta est grandis turbatio, quę paulatim descēdens per lineam Rheni quaquauersum vsq; ad Basileā, bellum suscitauit atrocissimū. In eo nanq; bello etsi nunq̄ totis copijs bellatum sit, cæsa tñ diuersis in locis & pugnis referūt XX. millia pugnatorum, quale non memorat̃, nisi fallor, à centū annis & citra in oībus bellis illarum partium fuisse visum vel auditum. Venerunt eñ ad arma duo populi finitimi. Austrię domus regis Ro. Maximiliani patrimonium est propriū, is tum aberat, bello apud Geldrēses occupatus. Erant per idem tempus in vrbe Cōstantia cōgregati primates Sueuorum, tractantes de liga eorum renouanda. hos Austrij veluti socios locū tenentes, pro rege in auxiliū contra Heluetios inuitabant. Quærebant hi media pacis, & inuenisse se arbitrabātur: sed noua repente turbatio exorta, cūcta prius cōposita dissipauit: quo factū est, vt & si nōdum cōclusa essent capitula oīa in liga Sueuorum, opem tñ ferre regi dignū ducerent. Et cum hi belli motus peruenissent ad regē, totum ipse impium contra Heluetios suos hostes inuocabat: propter quod nonnulli principes coītatesq́ auxiliares copias miserūt. Vnde mirum videri posset, quod Heluetij angulum Alemaniæ pexiguum tenentes, toti impio resistere auderent. Sed si quis vires Heluetiorum & eorum situm perspiciat, nō multū mirabit̃. loci eñ natura continentur, vt C. Iulius Cæsar autor est, vna ex parte Rheno flumine altissimo & latissimo, qui agrum Heluetiorum à Germanis diuidit, & hoc ad septentrionem, ad occasum Iura mons à Sequanis, à meridie Lemanus lacus, & Rhodanus ab oriente, claustra alpiū ab Italis discernunt. Ex hoc habes, quod olim Heluetij inter Rauracos, id est, Basileēses & Cōstantienses, in linea Rheni à septentrione, Curienses & Seduneñ ab ortu ad Rhodanū, ad Gebennas à meridie, ad Iuram montē ab occidente consistebant, quem circulum hodie inhabitant, nec aliquid eis detractum videtur, nisi forte Iuram montē versus, quod tñ non potest esse multū, quandoquidem Cæsar à lacu Lemano ad montem Iurā murum perduxerit ad aliquot millia passuum. Accesserunt aūt hac tempestate illis socij hoīes de liga grisea bellicosi, eisq́ parent Abbacelleñ. Sunt illis & alia pcommoda, quod veluti ex vna ciuitate, in qua pter ciues nemo habitat, & vt vnū corpus, vnius animi & volūtatis, exeūtes, pro libertate (vt aiūt) cōseruanda pugnāt, hęc illis audaciā pstant, & quod parati sunt mori vel vincere. taceo quod terra eorum fere montosa est & aspa. Quis autem negat hoīm mores & ingenia, regionū similitudinē trahere, cum & semina plantarum

Margin notes: Sauonarolę hæresis extincta. — Marrhani. — Suitēse bellum. — Suitensiū limites.

taṝ idem faciunt? Adde longam eorum bellicis in rebus expientiam, cui rei assidue vacant, quasi ad id solum fuerint nati. Contra vero hostibus eoṝ, nisi cui patria tuenda erat, multa ex his deerant. nam sicut venerũt ex diuersis regionibus, ciuitatibus vel pagis, ex diuersis causis, ita diuersas volũtates et studia habuisse necesse est, vbi non vnus dux, sed multi æquales, collectiua turba, manus tumultuaria, nec miles ꝑ signa egredi ens: adde ꝙ pauci dicto regis volũtarie audientes inuẽti fuere. male autem, vt tritum est, respõdent coacta ingenia. Hinc & tumultuanter tãtum pugnatũ est, & iniquo victoriæ omine. cæsi sunt ex nostris, q̃ ex hostibus, aliquanto plures. Eodem anno in mense Octobri rex Frãcorum Ludouicus apparatu magno & copijs armatorum duxit in Italiã, ꝑtendens Mediolanum & totam Insubriã in suam vendicare potestatem: ex causa, ꝙ extincto quondã sine liberis Philippo Maria, ad Valẽtinam sororem legitimam, regis auiã maternam, ducatus hæreditario iure spectabat. Quem tamen ducatum Frãciscus Sphorcia, q illegitimã ꝑfati Philippi filiam vxorem habebat, vi armata inuaserat: ipseq; & liberi eius, quoṝ ipse Ludouicus vn⁹ esset, vitio spolij nequaq̃ purgato, detineret occupatũ. Adiuuabat regem tẽpus, & ꝙ societatem cum Venetis iam inierat, & ꝙ Ludouicus dux ea tempestate ciuibus suis om̃ifariam inuisus esset. Vnde factũ credit, ꝙ nullo resistente & sine sanguine rex Mediolanũ accepit. Nam cum ex Bynasco exiuit, à Mediolano decẽ millibus passuũ nobiles, ciues, mercatores, vniuersaq; ciuitas effusa, vsq; ad tria milliaria illi obuiam ibant. ꝓcesserunt tum quadraginta pueri, vt fertur, auratis & sericis induti, palmas portantes in manibus, alij regem magnum venire, alij libertatem patriæ adesse carminibus designantes. Gestabant etiam vexillum magnũ insignibus Frãcorum*, habitaq; est elegans oratio à puero, concludens regem ipsum nõ minus eos q̃ parẽtes eorum à libidine & furore tyranni liberasse. Sequebãtur qngenti iuuenes, amicti preciosissimis ornatibus, quos sequebant̃ 24. senes aureis vestibus insignes senatoṝ more, vrbis claues ex auro solido regi ꝑsentãtes, post illos xxx. vtriusq; iuris doctores, gestãtes palliũ aureũ, sub quo rex Mediolanum ingressus est. Pòst hos multitudo magna nobilium & mercatoṝ, ꝓcessit clerus & religiosi cum reliqis. Sequebãtur regẽ cardinalis de Borgia sedis apostolicæ legatus, cardinalis S. Petri, cardinalis Rothomagensis, dux Sabaudiæ, Valentiæ & Ferrariȩ duces, Mantuæ & Mõtisferrati marchiones, Venetoṝ & Genuensium oratores. Et rex ipse ad arcem deductus est. In hunc modũ ludit fortuna. Quid, quæso, profuit Ludouico Sphorciæ duci creato, & Mediolani grandi pompa insignito? qd alta gloria? qd singularis sapientia? quid longe famata potẽtia? quid auri & argenti congeries immensa? qd arx cõtra om̃em hostilem expugnationem munita? nõne sine marte Ludouic⁹ dux, obmisso tanto imperio, salutẽ suam in sola fuga cõstituit, magnisq; itineribus ad regem Maximilianum in Athesim ægre ꝑuenit? Eodem anno 1499. v. calend. Decemb. in oppido Rain ad ripã Lyci fluminis, mulier quædã mõstrum peperit: corpus vna cõpago fuit, pectoris vna & dorsi, vẽter vnus, duo capita, q̃tuor manus, q̃ternis pedibus, pudibũda duo, ventre sub vno totidem clunes. bene Deus Opt. Max. vertat.

Ludouicus Franc. rex Mediolanũ inuadit.

GENERATIO LI.

ANno salutis nostræ 1500, põtifice max. Alexandro 6. & imperante rege Ro. Maximiliano, post varia mõstra LI. incepit generatio. Anno eodem ineunte, Iubileus in vrbe Roma celebrari cœpit, & ex more per integrũ annum durauit. ꝑuenit illuc religiõis causa multitudo peregrinoṝ maxima. Eodẽ anno cũ iam Ludouicus Sphorcia dux, ope & industria cardinalis Ascanij fratris sui Mediolanum recuperasset, rex Frãcoṝ Ludouicus cum grandi exercitu in mẽse Februario rursum Longobardiam ingreditur, habens secum ex gente Suitensiũ aliquot millia. vicissim dux Ludouicus ex eisdem gentibus & nõnullis alijs nationis Germanicæ, suorumq; aliq̃t pugnatoṝ millia habebat. Et cum in conspectum mutuum venirent, aciesq; struendæ forent, hi q cum Sphorcia erant Suitenses, causati sunt se aduersus suã gentem pugnare nõ posse: & sic ab his desertus, in manus ꝑuenit hostium, ductusq; est in Gallias, & totum ducatũ sine sanguine obtinuit rex Ludouicus eodem mense Februario. sic ter in quatuor mensibus ducatus Mediolaneñ mutauit dñm. paulopost Ascanius cardinalis nescio quo infortunio à suis (vt fertur) proditus est, & cum auro quod secum habebat, multorum millium florenorum, traditus est Venetis. ibi carceri mancipatus, paulopost regi Franciæ traditus est. Hoc anno natus est Gandaui Carolus Philippi ex Iohãna filius, Maximiliani ex filio nepos, magnis aliqñ impijs ꝑficiẽdus. Hæc eius natiuitas cõtigit ipso die bisextili, q fuit 25. Februarij, tũc temporis feria 3. Eodẽ anno rex Portugalliæ, missis ad Indiã nauibus, inuenit multas regiones, nostris hoĩbus ante illud tempus ignotas, multaq; alia mirabilia. Eodem anno venit Romam Indus q

Iubileus.

Sphorciæ fortuna.

dam, noîe Ioseph, narrãs res ecclesiasticas Presbyteri Iohãnis, nostris haud multũ dissimiles. Anno salutis nr̃æ 1501. mirãda sane horrẽda & inaudita ostendit Deus hominibus. siqdem vt scribit regi Ro. Maximiliano Leodieñ ep̃us, à festis Paschalib⁹ singulis diebus in vno vel alio loco diœcesis Leodieñ, apparuit publice & inopinate aliqñ in ecclesiis, aliqñ in plateis, aliqñ in domibus, & in ipsis etiã cubiculis signũ dñicæ crucis pfectum, & fuit frequenter nigrũ aut rubicundũ, ita etiam, vt in aliqbus putaretur esse verus sanguis cũ medulla & sanie effusus: & fuerunt plerunq; cruces simplices, aliquando tñ duplices, in forma signi sepulchri dñici. Apparent, aũt, inqt, vt in plurimũ sup capita mulierꝝ, & maxime puellarũ, in eaꝝ peplis supremo vertice. Et refert idẽ, se desup inqsitionem solertem fecisse, ita φ nec dolus nec fraus interuenire potuerit. Scribit quoq; de muliere quadã eiusdem diœcesis 22. annoꝝ, valde honesta, φ die quodam comperit, admonita à matre, signũ crucis magnum & amplũ in peplo coloris aurei, atq; ad singulos quatuor eius angulos interiores crucem vnã paruam eiusdẽ coloris, perinde atq; arma sunt Hierosolymitani regis, inq; medio maiorẽ crucem aliam sanguinolentã. Territa inde mulier, cum reuerentia peplũ illud ad locũ mundum reposuit, & aliud mũdum capiti imposuit, mox in eodem crux grandis apparuit. accurrunt hoîes multi ex admiratiõe, in quoꝝ cõspectu iteꝝ & iterum pepla mutauerat, ita vt nouẽ diebus pepla tredecim cruce signata fuerint. Insup dum quadam vice q̃plurimi cum ea de p̃missis colloquerent, viderunt adstantes inter colloquẽdum exoriri in eius mento crucem, latitudinis vnius digiti, coloris & saporis mellei, cuius stipes à gutture in inferius labrũ ad vsq; dentes exurgebat, p brachia vero ptendebatur exaduerso inter mentũ ipsius & labrum p̃dictum, quanta est oris amplitudo: quo cum ad adstantiũ admonitionẽ leuare manum dextram conaret, apparuit consimilis crux in eadem: retracta ad sinum manu, cum vtraq; signa duabus ferme horis pstitissent, demũ put aduenerant, ita disparuerunt. Sed post hęc non solum signũ crucis apparuit, quin & veluti hasta quædã, ac desup nonnulli characteres, cruenta quidem omnia, concludebantur in circulo viridi totum contingente caput, ptulitq; inde acumina ad modũ spinarum. Apparuerũt & signa in camisijs mariti crucis sanguinolenta. Hortatus est mulierẽ curatus suus, vt cum Iubileus esset, in Traiecto supiori, vbi fuit ep̃s, φ iret illo & confiteretur. assensa iuit, & ad S. Seruatiũ confessa est magno theologo. iussa post hæc iuit in choꝝ, & pter reliquias ducta est in sacristiam. allato ei peplo nitido, rogata est φ capiti imponeret, ne cum tanto horrore p plateas incederet. assumens ipsa nouum, quem capiti applicuit, mox erupit in ipsa pepli parte anteriori sanguinis tanta copia, vt confestim in extremã vsq; fimbriam ad vnius digiti longitudinem & prope duoꝝ latitudinem deflueret. vnde adeo conspicientes sunt attoniti, vt e canonicis vnus ptinus caderet. At illa inde discedente, publice visa est in ipso recenti peplo ad scapulam dextram magna vis sanguinis, in figuram quasi crucis se porrigẽs atq; amplificans. Cum qbus demũ signis ipsa ad eundem episcopum ducta est, recenti & madido cruore, vt in p̃sentia sua, sicut scribit, attrectatus, digito adhæreret, multis videntibus & admirantibus. Hæc scripsit idem ep̃us regi nostro Maximiliano 18. die mensis Maij anni currentis. An non sunt stupenda & mira hæc om̃ia? taceo tot monstra in sex annis retro edita, taceo scabiem elephantiæ non absimilem, inauditam, nec etiam medicis diu cognitam, quæ plaga ita inualuit ab anno salutis 1495. φ nõnullos extinxit, plerosq; inutiles fecit, nec adhuc cessauit. Hæc tam horrenda p̃sagia nemo aduertit. latius terrent q̃ emendant. Manifestum est autẽ, talia fieri per puidentiam creatoris pter euidentẽ vtilitatem, quæ ex ea puenire deberet hominibus: & hoc, siue fiat per naturã, siue per voluntatẽ creatoris, vt timeãt & à malo resipiscãt. Timor vero iste omnino bonus est, propter quem incutiendum inquit Guilielmus in lib. de vniuerso, Creator & stellas & cometas in cœlo & gladios igneos & dracones creat, & apparere facit in sublimi, similiter & portenta in terra & in mari, monstra in hominibus etiam nasci, vt infantulos multorum capitum, propter quod & monstra dicuntur, nõ solum φ propter admirationem nouitatis ea homines sibi monstrant, sed quoniã iram Dei monstrant imminere hominibus: quod Deus, supplex oro, bene vertat.

Signa crucis passim apparẽtia.

FINIS HISTORIAE IOHANNIS NAVCLERI Tubingensis Præpositi, quæ à condito mũdo in annum Christianæ salutis millesimũ & quingentesimũ deducta est feliciter.

AVCTA-

AVCTARIVM CHRONOGRAPHIAE NAVCLERI PER F. NICOLAum Baselium monachum Hirsaugien. ab anno salutis M.D.I. in annum M.D.XIIII. deductum.


Nno 1501. 8. Kalend. Februarij obijt Margarita vxor Philippi comitis Palatini Rheni, Bauariæq; ducis ac principis electoris, Haidelbergæ in choro S. Spiritus honorifice sepulta, mulier honestissimę cõuersationis, cuius qdem funeralẽ diem solenni põpa celebrari fecit, p̃sentibus ibidẽ oratoribus Maximiliani regis & multorꝶ regni Germanici principũ. aderant q̊q; nonnulli episcopi & abbates, maxime autẽ Spireñ Ludouicus, & Vormatieñ Iohãnes Dalburgius, vir adprime doctus, rem diuinam ibidem celebrantes. Eodem anno, 8. Idus Ianuarij Iohannes quidam de Eltz, adiunctis sibi quibusdam equestris ordinis militaribus & peditibus nõnullis, tumultuarie hinc inde collectis, Boppardiam oppidum regale Treuirensi ecclesiæ dudum impignoratum, nullo sibi resistente, clara iam luce intrauit, eiectisq; omnibus qui erãt ex parte archiepiscopi, de suis ad murum oppidi atq; turres custodiam posuit, nullumq; ex Treuirensibus intromisit: castellum quoq; eiusdem oppidi obtinuit, & teloniũ cum ære quod intus repererat, occupauit. Boppardia

Eodem anno facultas theologica Moguntinæ scholæ, exemplo Doctorũ Parisieñ & Colonieñ, ꝓuocata, die XIII. mensis Octobris determinauit, statuit & decreuit, sentiendum, credendũ, defendendum & apꝓbandum fore, contra declamationem nõnullorum maculistarum, beatissimam virginem Mariam nunq̃ originali subiacuisse peccato, sed singulari quodam priuilegio p̃seruatã. Statuitq; q̃ nullus deinceps apud eandem scholam in facultate theologica ꝓmoueri debeat, nisi prius iurauerit, opinionẽ contrariam non velle approbare vel tenere. Apparuit etiam his tẽporibus in Persíde homo qdam Sichin nomine, quem alij *Sophum nuncuparunt, de stirpe regis Persarum, qui valida manu & armis Mediam, Parthiam, Persiam, Mesopotamiã, Armeniam & magnam orientis partem subiecerat. Hic deputatus cum mortuis, filios post se reliquit hæredes, quorꝶ quidem natu maior, cæteris fratribus interfectis, regnum sibi vsurpauit paternum: quo mortuo, successit ex fratre nepos hic, quem diximus Sophum, qui accersitis ad se omnibus proscriptis, fugitiuis, latronibus, malefactoribus & egenis quibusuis, ac inopia rerum pressis, breui maximum sibi adunauit exercitum, & ingressus Persiam, omnẽ circa regionem potenti manu obtinuit, atq; omnes sibi contrarios occidit, ac prædam ab hostibus obtentam, militibus diuisit. quo factum est, vt tantũ sibi fauorem pariter & amorem omniũ conquisisset, vt nullus foret qui nõ ꝓ eo mori vel quælibet p̃icula subire paratus fuisset. Multa dein p̃lia gessit cum finitimis regnis & regionibus, victor semꝑ, rarissime victus: hunc deniq; Sophũ p̃fidi Iudęi suum rati Messiã, ꝑ omnẽ pene Europam exultant & lætant̃, seq; tam nuncijs q̃ muneribus cohortant̃ vt bene sperẽt, qm̃ is aduenerit quẽ diu sibi sunt p̃stolati saluatorẽ. sed mentita est iniqtas sibi, spe sua decepti, quã tẽporis intercapedine precio iamiam redimendam existimabant. nam vt referunt, nullam is gentem plus habet inuisam atq; p̃sequitur, q̃ Iudæorꝶ. In Gallijs quoq; homo natione Italus, noĩe qdem Iohannes, verꝶ suꝑbiæ spiritu inflatus, ipse Mercuriũ se appellari voluit, vxorem & filias circunducẽs, seruos & ancillas q lateri eius ac in ministeriũ vxoris & liberorꝶ essent, cõstituit: lineis oĩes ad nudũ supinduti, atq; singuli singulas catenas ad collum ferreas portantes, eo videlicet amictu incedentes, quo Damis magistrum, & Philostratus scripsit incessisse Tyaneum Apollonium. Siqdem huius Tyanei, philosophi, vt sui: magi autem, vt vulgi se habet opinio, Mercurius iste imitatorem gloriabatur atq; discipulum, qppe qui magna, inusitata & ꝓrsus mirabilia pollicebatur. Nam vt de multis pauca referam, veterꝶ oĩum Hebræorꝶ, Græcorꝶ, Latinorꝶq; scientiam p̃fectissime gloriabatur assecutum, veteres pene oĩes philosophos & theologos floccipendens, nec p̃ter se vnũ atq; solum doctos dicebat in arcanis q̃ maxime. Moratus deinde aliquãdiu Lugduni Galliæ, in precio habitus, apud Ludouicum Galliæ regem se natum ad res summas testabatur. Rex vero Ludouicus miratus hominem, turbam doctiorꝶ accersiri fecit, in primis aũt medicæ facultatis ꝓfessores, qui qd in hoĩe tam inaudito q̃ inuiso lateret, periculũ facerent. parent illi regijs mandatis, atq; falso Mercurium cõueniunt, colloquuntur, disputant, ac in medium plurima de diuersis afferunt, atq; graculo loquaciorẽ, ad interrogata ꝓmptulũ inueniunt. Stupent igit̃ atq; hoĩem admirant̃, sine literis ꝓpe ad sufficientiã Latini sermonis ingeniũ habere tam ꝓfundum q̃ diuinum, in medicinis maxime: atq; ad regẽ redeuntes, rem ex ordine referũt, supra hoĩem, aduenticiũ hunc

Sophus Persa.

Iohã. Mercurius.

sapere: sed vnde illi tāta, aut q̄uis pacto in eo lateant secreta, se prsus ignorare. Donauit vero regē Mercurius iste ense quodam 180. gladiolis referto, & mirabili satis ingenio fabrefacto, necnō & clypeo speculū in se cōtinente, singulari factū ingenio, quod nescio quid virtutis cōtinere dicebat occultæ. Verum quo puenerit, aut qualē vitæ habuerit finē, nihil certū scribitur. Eodem anno Philipp⁹ archidux Austriæ, & vxor eius Iohanna filia regis Castellæ, amicitia cū Francis firmata, p Galliam in Hispanias pfecti sunt, intrantes Parisioꝝ Lutetiā in festo S. Catharinæ, Pictauiā in vigilia natalis dn̄i, vbiq; honorificētissime suscepti. Eodem anno viri quidam ex Italia in Germaniam venere, tunicis nonnulli lineis, alij griseis laneis induti, nudis pedibus & capitibus discooptis incedentes, atq; ligneā in manibus crucem singuli portantes, neq; sacculum, neq; peram habebant, neq; baculum, neq; pecuniam, iuxta saluatoris nostri exemplum & euangelicam doctrinam, vinum & cereuisiam non bibebant, atq; om̄ibus diebus p̄ter dn̄icam ieiunabant: olera, brassicam & mentham, herbarūq; radices cū sale insperso manducantes, absq; cuiusuis pinguedinis appositione, carnes, pisces, oua, butyꝝ, caseum aut lac nunquā in cibum admittebant. In sacris quoq; templis ad modum crucis brachia protendentes, humo se iactabant, prolixius orantes, non amplius 24. horis in vno loco vel hospitio manentes, nisi quem corporis valetudo mala detinuisset. Nam p ciuitates & oppida & villas bini simul aut terni circūeuntes, cibum ostiatim, vbi esuries compulisset, mendicabant. Deniq; his ex clericoꝝ ordine plurimi sacerdotes, diaconi & subdiaconi cōiungebantur, nihil præter tunicam, zonam, ligneā crucem & orationale, secum deferētes. Coloniam Agrippinam & Aquisgranū om̄es visitabant. Erat illis voluntarie hæc assumpta pœnitentia, quam quisq; pro voto suo pagebat, alius quidem tribus, alius quinq;, septem alius annis iuxta voti qualitatem, q̄ se sua sponte obligabat: finito autem termino, quisq; in sua reuersus, ab ea dum voluit institutione cessare poterat. Verum hoc p septēnium ferme totum durauit peregrinationis institutum: quare nunc plures, nunc vero pauciores p Germaniam viri circumire videbantur, quoniā præter monachos & mulieres, nullū à pegrinationis suæ consortio excludebant.

Peregrini paupes.

Fames. Eodem anno p totam Sueuiā fames magna, frumentorūq; inopia mortales pressit. Argētoracenses vero, quoniā frumentis abundabant, om̄ibus vndequaq; cōfluentibus frumenta cōpetenti foro vēdebant. Eodem anno ciues regiæ vrbis Basileensis, regi Maximiliano simul & regno Germaniæ sine medio subiecti, proprij & iurati, sine scientia, voluntate & consensu*, cōfœderationem cum Heluetijs, hoc est, Suitzeris cōiuratis, perpetuā inierūt, factaq; Basilea ciuitas coniuratorū angulus nouus. Huius autem alienatæ cōfœderationis literæ, conscriptæ sunt & sigillis roboratæ in oppido Lucerneñ, nona die mēsis Iunij, anno quo supra. Ad Basileeñ quoq; ciuiū imitationē, eodē anno, decima die mensis Augusti, oppidani Schaffhusen ad coniurationē Suitzeñ suscepti sunt in oppido Lucerneñ, iurantes, & literas de rato dantes & accipiētes.

Basilea Heluetijs iūcta.

Raimūdus card. Eodē anno Alexāder papa 6. Raimundū cardinalem S. Mariæ nouæ, Gurceñ ep̄m, cum gratia & indulgentijs Iubilei in Germaniā, Daciam, Suediam & Prussiā, legatum à latere misit, multis illū facultatibus dotis noīe condonando. Hic aliq̄diu Tridēti substitit, propterea q̄ Maximilianus rex Germanoꝝ atq; regni principes electores, q interesse p̄tendebant, hunc ne suæ legationis fines attingeret, prohibebant. Verum post multos & varios desup tractatus tandem admissus, Insprück ad Maximilianū regem se transtulit, vbi p menses aliquot moratus, post Norinbergā, deinde Coloniā venit.

Pestis. Anno dn̄i 1502. magna vbiq; per totam Germaniam pestilentia grassabat, & multa millia hominū consumpsit, p̄signata, quemadmodū multorum opinio fuit, p cruces quas in lineis hoīm vestibus etiā abditis & cistis inclusis, ante bieniū apparuisse narrauimus, quaꝝ casus siue lapsus in annū tertiū, non simul & semel oībus in locis durauit. videbant etiam nonnulli cruces habuisse in suis corporibus nudis impressas, qui vt plurimum, eodem anno peste sunt cōsumpti.

Rusticorū diœces. Spirensis rebellio. Eodem anno rustici quidam diœcesis Spireñ in agro *Brucsellano iuramentorū suorum & fidelitatis p̄stitæ temerarij transgressores, contra dn̄os suos, episcopū & canonicos in malū conspirauerunt, iuramento se mutuo colligantes, ac paulatim occulte numero crescentes, multiplicati sunt. Et nisi tempestiue conspiratio illorum denudata fuisset, in breui multitudine insuperabiles euasissent. Sumpsit ortum liga rusticorū, quam ipsi Bundtschuch vulgariter nominabant, in villa quadam Spireñ diœcesis, *Vndergrunbach dicta, primo p duos rusticos, q per callidas suas psuasiones paulatim in eandē coniurationem plurimos traxerūt, nedū in p̄dicta villa, sed in plerisq; alijs circūcirca. Et vt duo eoꝝ in tormētis confessi sunt, media pars viroꝝ oppidi Bruchsal in eandē cōiurationem cōsensum dederat. Submittebāt aūt secreti⁹ q̄sdam ex liga sua callidos solicitatores,

būdtschuch

res,q per vicos & oppida circūeuntes,q̃s potuissent,in sui cōsortium cōtra clerū, contra principes & oēm maioritatē traherēt. Delegerat iam sibi hęc malignātiū cōgregatio duos capitaneos,q om̃i colligationi & ligæ p̄essent, atq; ad q̃rū imperiū oīa fierēt & agerētur,& q̃bus reliqui sine cōtradictiōe obedirēt. Igit ex insidijs hincinde latenter ꝓrumpentes,parato vexillo bicolorato, in vnū cōuenire satagentes, diem statuūt & locū:vbi cōuenientes, diuina disponente ꝓuidentia, consilium eoꝝ infatuatum & denudatū fuit,plurimis eoꝝ captis & trucidatis. Siq̃dem capti huius cōiurationis primi autores,quæstionibus expositi,arcanū impietatis suæ ac initæ cōiuratiōis denudāt, atq; in tredecim aut quatuordecim articulos quæ cōceperāt mala, dinumerāt,q̃s breuiter & succinctim hic cōplectemur. Primus, vt aucti numero, iugum om̃e seruitutis abijcerent,& oīmodā sibi libertatē more Heluetioꝝ armis vendicarēt. Secūdus,vt q̃squis in hāc sotulariā ligam assumptus fuisset,singulis diebus q̃nquies dn̄icam orōnem cum angelica salutatiōe in memoriā q̃nq; vulnerū Christi principaliū,flexis genibus oraret ꝓ obtinēda victoria. Tertius,symbolū sibi cōstituerūt Deiparā virginem Mariam & diuum Iohānem Euāgelistā. Signū vero mutuæ inter se cognitiōis erat, dum aliq̃s ex cōiuratione interrogatus fuisset,alteri interrogāti respōdere potuisset in hūc modum: **was ist nun fur ain wesen?** Respondit interrogatus,si fuit de coniuratis: **wir mogen vor den Pfaffen nit genesen.** O iniquitas diu fermentata, vt clericis laici oppido infesti prædicentur. Quartus,conabātur omnem principatum & dominium extinguere,atq; contra omnes turmatim cum vexillo in bellum procedere, omnesq; sibi resistentes miserabili clade trucidare. Quintus,confessi sunt primū Bruchsal oppidū se inuasuros, atq; id q̃dem facile,ꝙ dimidiā virorum in eodem oppido partem sibi coniuratā habere gloriabātur:quo facile(vt præsumebāt)obtento,vlterius cōtra marchionatū Badeñ.armati procederēt. Sextus,cōstituerūt inter se bona monasteriorum,ecclesiarum & clericoꝝ in circuitu direpta diuidere,atq; ministros ecclesiæ humiliare,ac quātum possent,eorundem numeꝝ imminuere. Septimus,vt ad sufficientem numerum cōgregati,amplius 24.horis in vno loco haudquaq̃ moras traherent, sed ad vlteriora semper procederēt,donec oīa suæ cōiurationi subijcerent. Octauus, tantū sibi præstabāt,vt dum semel cōglobatim ad bellum procederent apertū, om̃es sibi adhærere ciues & rusticos libertatis amore,etiam nō cōpulsos. Nonus,intendebāt extinctis monasterijs & ecclesijs, atq; in nihilum ecclesiastica libertate redacta, neq; decimas, neq; census dare velle, neq; monachis, neq; clericis, neq; principibus, neq; nobilibus. Decimus,cōiurarunt ad diem S.Georgij eiusdem anni cōuenire, & armata manu(vt diximus)oppidum Bruchsal mane diluculo inuadere. Vndecimus,libertatem sibi armis vendicare inuicem cōiurarunt om̃imodam,nec deinceps alicuius pati dominiū velle, nec census dare nec decimas, nō precarias principibus, nō vectigal, aut quippiā tale,sed ab omni tributorum genere se liberos esse & penitus exemptos. Duodecimus,ꝓposuerāt venatiōes,piscatiōes,pascua,nemora, & oīa quæ principum consueuerūt * exceptiōe vsibus deseruire priuatis,in cōmunitatem reuocare, vt cuiq; liceret venari atq; piscari,quādo,vbi & quomodo vellet,sine cuiuscūq; prohibitiōe & impedimento. Tertiusdecimus,decreuerūt manu valida suoꝝ ꝓcedere, primo cōtra marchionem Badeñ, deinde cōtra ep̄m Spireñ, & demum cōtra monachos & clericos:& quicūq; cōtradixisset,sine misericordia interficeretur,tanq̃ iustitiæ Dei cōtrarius,inobediens & rebellis. Hæc autem in perniciem Reipub. cōtra ep̄os,principes,religiosos & clerū oēm excogitauerat rusticoꝝ temeritas in * Vndergunbach, Iolingē, & in oppido Bruchsal, alijsq; villis & locis in circuitu, quoꝝ tamē præsumpta temeritas à Deo fuit denudata,receperuntq; iustam suoꝝ male gestoꝝ pœnā,publicis expositi cruciatibus,vt supra patuit, quā quidem Maximilianus Germanoꝝ rex suis in literis propterea emanatis inflixit. Eodem anno cōuentus fit principum in oppido regali Norinbergeñ.mandato regis Maximiliani,qui quidem lente cœpit,sed diutius durauit. In eo cōuentu post varios desuper habitos tractatus,Raimundus cardinalis tituli S.Mariæ nouæ, Gurceñ. ep̄us,ab Alexandro VI.legatus à latere in Germaniā & reliquas prouincias cum gratia Iubilei missus,consensu principū Norinbergā vocatus,ad suæ legationis partes est admissus. Eodē anno sæuiente pestilētia, millia circiter quatuor hominum vtriusq; sexus & conditionis Stutgardiæ absumpta sunt.

Anno dn̄i 1503. hyems nimium dura & prolixa fuit, quā æstas subsecuta est calida, & dura siccitatis occursu,qm̄ per quadrimestre pluuia terrā non humectauerat: quo factum erat,vt humi nascentia siccitate vt in plurimum arefacta perijssent. Nam fœnum ante maturitatis tempus aruit,& auena modica excreuit,frumenta,etiam in precio habita,nimium adscendebant. hanc æstatem ingens porcoꝝ mortalitas obtinuit,

Iacob⁹ marchio Epus Treuirẽsis.

Eodem anno 19. die mensis Februarij obijt reuerendissimus in Christo pater & dñs Iohannes ex marchionibus de Baden, Treuirorum archiepus, anno pontificatus sui 57. ætatis vero 79. Cuius exanime corpus in ecclesia Treuireñ. maiori sepultũ sub marmore à se adhuc viuente pręparato fuit. Reliq̃t aũt post se satis tenuem ecclesiam, ac ære alieno nõ parum grauatam. Huic in archiepiscopatu successit Iacobus ex marchionibus de Baden, Christophori ex fratre nepotis primogenitus, q prius coadiutor eius fuit, cui & Alexander sextus de successione prouidit, licet decano & plerisq; alijs canonicis nõ placeret. Præualuit Iacobus, & sedi prȩsedit annis plus minus octo, vir ingenio, eloquio, prudentia & scientia plurimũ commendatus, ita vt & Itali non parum multi hæc ipsa & naturæ & gratiæ dona sint admirati, quippe cui similem ea non tulit ætas. Fuit eñ antiquitatis peritissimus & studiosissimus amator, q multis pecuniarum expensis Romæ & publicas & priuatas etiam subterraneas antiq̃tates perscrutatus, in duos libros cõscripserit. Eodem anno Philippus archidux ab Hispania regressus in Franciã, composuit pacem apud Lugdunum 25. Martij inter Hispanos, Gallos & Germanos, quæ publicitus edita fuit illic quarta Aprilis. Deinde perrexit in Sabaudiam inuisere sororem suã Margaritam, post repudium à Frãco datum, Sabaudico duci nuptam. Eodem anno sceleratus q̃dam Picardus Parisij in sacello quod dicit̃ sanctũ, violenter abstulit hostiã de manu celebrantis, & corã multis nobilibus comminuit & coniecit in terram. Hic coniectus in carcerem, rogatus à iudice vt veniam peteret, noluit: ideoq; mox igni, vt meritus erat, absumptus. Eodem anno posteaquam diræ sæuitia pestis epidemiæ humanum genus supra menses duodecim grauiter oppressisset, ita vt tertiam in plerisq; locis hominum partem, in quibusdam mediam fere consumpsisset, noua quædam & dira mortalibus ægritudo irrepsit, febres scilicet pestilentiales, intestini calores, capitis intolerabiles dolores, pituita, catarrus, & fœtor quidam anhelitus formidabilis, quorum omnium tabe & dysenteria multa hominum millia periere, totusq; annus nimium calamitate plenus, nihil præterquã malum præ se ferebat.

IohãnesDalburg. epus Vormatiẽ.

Eodem anno 27. die mensis Iulij Iohannes Dalburgius Vangionum antistes, Haidelbergæ moritur, anno pontificatus sui 21. cuius corpus Vormatiã delatum, debito cum honore in ecclesia maiori sepelitur. Fuit hic trium linguarum principalium, hoc est, Hebrææ, Græcæ & Latinæ admodũ peritus, & in his plurima cõportauit volumina, necnõ in reliq̃ facultate literaria satis rara & preciosa, in q̃ꝝ lectione, q̃ties à curis reip. vacabat, summa cũ voluptate versabat. erat eñ Philippi comitis Palatini &c. archicãcellarius & à secretis supremus. Præceptorẽ habuit in Græcis literis Rudolphũ Agricolã Frisiũ, ex Groninga oppido natũ, hoiem vndecunq; doctiss. quo docente, maximũ vtriusq; linguæ consecutus est experimentum. nam inter nostræ tẽpestatis põtifices facile doctissimus extitit, quẽ non solũ Germani, sed & Itali & Galli sæpius admirati sunt orantẽ, dũ & Romæ sub Innocentio 8. in publico porares consistorio, & Parisiis corã rege Ludouico in suo Parlamẽto. Vere Mecœnas hic erat, hospes & patronus oĩm bonoꝝ & doctoꝝ viroꝝ nostræ tempestatis vnicus, inter doctiores doctissimus, inter eloquentes facundissimus, inter philosophos Plato, inter musicos Timotheus, inter oratores Demosthenes, inter astronomos Firmicus, inter poetas Virgilius, inter cosmographos Strabo, inter põtifices Augustin⁹, inter cultores pietatis Numa Põpilius. huic successit in põtificatu Reinardus de Rieppurg, vir bonus & honestæ cõuersatiõis, sed literaꝝ bonaꝝ paꝝ doct⁹ & amator.

Rudolphus Agricola.

Anno p̃notato, 18. die mẽsis Augusti Romæ obijt Alexãder 6. anno põtificatus sui XI. apud S. Petrũ solenni põpa sepultus. Refert̃ autẽ venenato interijsse poculo, q̃d Valentinus filius eius cuidã parauerat cardinali, quẽ destinauerat necãdum insidiose. Veꝝ errore ministri factum est, vt papa intoxicatũ ebibisset poculum, vnde turgentibus viscerib⁹ mortẽ obijt. Cui succcessit vnanimi cardinaliũ electione Frãciscus de Picolominib. tituli S. Eustathij diaconus cardinalis Seneñ. & dictus Pius 3. p̃fuitq; dieb⁹ tantũ 16. vir certe ingenio clarus, doctus, & longa reꝝ expientia venerandus, Pij. 2. ex Laodamia sorore nepos. hic pontificatũ vt mox fuit adeptus, cœpit in Gallos conspirare, grauiter ferens eorum tyrannidem in Apulia, Lombardia & Italia excanduisse. Quoꝝ motus præuenire tentasset, nisi morte sublatus, quod p̃tendebat, ope minime complere poterat. Igitur eo sublato in festo S. Lucæ Iulianus cardinalis presbyter S. Petri ad Vincula, Ostieñ eps, patrum suffragio in papam electus, & Iulius eius nois II. dictus est. p̃fuit annis decem, vir strenuus & longo tẽpore in curiæ negocijs multũ exercitus. hic ecclesiã S. Petri Romæ sumptuosissimã cõstruere, ac gñale apud Lateranũ celebrare cõciliũ cœpit, bella q̃q; cõtra Venetos & reliq̃s ecclesiæ rebelles pluria gessit, Rauennã & alia multa recupauit. Eodẽ anno Vdalricus dux Vuirtẽbergeñ sub tuto

Pius papa 3.

Iuli⁹ 2. papa

toribus constitutus, quos regentes nominãt, rege Maximiliano vices suas interponente, ducatui præficitur, annũ ætatis agens 16. atq; amotis regentibus, oẽm administrationem principatus vt hæres legitimus adeptus, dux ab oĩbus salutatur. Siqdem pensitabat in adolescẽte Maximilianus rex animũ generosum, nobilem atq; maturũ, & q satis ad res gerendas atq; defensionem patriæ videret idoneus. Igitur ad mandatũ regis conuocãtur in oppidũ ducalis residentiæ Stutgardiã prælati, abbates, nobiles & cõmunitates terræ Vuirtembergeñ. qbus in vnũ congregatis, legati regales adstiterunt, hãc in animo regi sententiã reddere dicentes, Scilicet non adeo cõducere ad vtilitatem patriæ, si diutius plurimorũ regatur dominio, sed cõuenire melius, vt vnius moderamine principis gubernetur. Eapropter cõsultatio de his habita inter eos q conuenerãt, complacuit edictis obedire maioris, & vnũ habere potius, cui rerum summa cõmitteretur, q̃ plures. Depositis igitur magistratibus, dux Vdalricus adolescens, annorũ plus minus 16. patriæ gubernator & moderator assumitur, atq; à cũctis princeps Vuirtembergeñ. verus & legitimus salutatur. Eodem anno circa festũ Simonis & Iudæ apostolorũ, factus est in oppido regali Frãcofordeñ. cõuentus principũ quorundã, in quo cõuenerunt Bertoldus Mogũtineñ. Hermãnus Colonieñ. & Iacobus Treuireñ. archiepi, Philippus quoq; comes Palatinus Rheni, & Ioachimus marchio Brãdenburgeñ. qnq; dignitatis electoriæ principes. Porro ex parte ducis Saxoniæ Friderici aderat eques auratus Henricus de Bina doctissimus. Causas vero cõuentus paucis volebãt esse manifestas, aderãt Maximiliani regis Germanorũ legati, & Raimundus cardinalis Gurceñ. Ap. Se. legatus à latere, de Colonia nauigio iter per Rhenum & Mogum faciens, atq; in eo cõuentu suæ finem legationis constituens. Nã Moguntiacũ diuertendo, per Vangiones & Nemetes ad Rauracos vsq; peruenit. apud Basileenses itaq; subsistens, miraculorũ frequentiã triũ sanctarũ virginũ, Kunegundis, Viberadis & Mechtildis in ecclesia parochiali villæ cuiusdã Eichsel dictæ, Constantieñ. diœcesis (non procul ab oppido Rynfelden, q̃d est Basileeñ. diœcesis) quiescentiũ audiens, vnum à secretis Iacobũ Merbolt Bambergeñ. diœcesis clericũ pro inquisitiõe veritatis quã fama sparserat, misit, q ad locũ veniens, vidit mulierem monoculã per annos ferme sedecim ad memoriam & tumbas prædictarũ virginũ illuminari, & defectũ oculi penitus auferri, sic q̃ veteris in ea morbi nullũ deinceps apparuit vestigiũ. Alterã quoq; mulierem biennio paralysi membrorũ contractã, ad memoratarũ virginũ inuocationem pristinæ sanitati restitutã conualuisse, ita vt surgens de grabato in quo iacebat, pedibus sana, votum à se promissum adimpleret. Adolescentem quoq; annorũ octodecim, cum adhuc puer esset, ac tertio suæ ætatis anno cum iam verba loqui semiplena cœpisset, ictu fulguris & tonitru tactus loquelam amisisset, ad memoriã virginũ oblatum à parentibus, perfecte restitutum loquela didicit, ita vt sine impedimento verba perfecta loqueretur. Referens vero hæc eadem à secretis missus Card. Raimundo, quę ab ecclesia Romana canonizatæ nõ fuerãt virgines, iussit vt celebri honore ab oĩbus venerarentur, indulgentias ad earundem natalicios dies iuxta sibi traditã facultatem distribuẽdo. Eodem anno obijt illustris dux Georgius Bauariæ princeps, relinquens post se filiã vnicã Elizabeth noĩe hęredem, quã ante annos ferme quatuor, priusq̃ mortẽ obijsset, matrimonio desponsauit Ruperto Philippi comitis Palatini Rheni filio ex sorore nepoti. Vnde anno sequenti orta fuere plurima bella in superiori & inferiori Bauaria, necnon in dominio & ducatu Philippi comitis Palatini. nam priusquã moreretur, generum suum ducem Rupertum, vnà cum vxore & liberis ad se in Bauariam vocauit, hęredem illum totiꝰ ducatus & oĩm quæ possidebat, instituere cupiens. Igitur moriturus ex testamento Georgius dux Bauariæ generum suum constituens hæredẽ vniuersorum, cum iam ille oppida quædam atq; munitiões in deditionem accepisset, manu satis valida in totum Bauariæ ducatum introduxit. Quod vbi Albertus tanq̃ hæres proximior aĩaduertisset, testamentum Georgij veluti nullum reclamauit. Verum dux Georgius generũ, ne à testamento etiam se mortuo discederet, admonebat. Defuncto aũt Georgio, Albertus cum in postulando de successione hæreditatis, frustra se laborare cõspiceret, regis Maximiliani, cuius sororem sibi matrimonio copulatam tenuit, iudicium implorauit. Ob eam igitur causam rex vocatis ad se partibus, concordiã inter duces reformare conabatur, varijs multisq; in medium adductis medijs. Rupertus aũt q̃m in agẽdis rebus sui compos ipsius non erat, propter nonnullos à patre sibi deputatos directores. quorum arbitrio cuncta fieri oportebat, regis decretum & æquas rei conditiones suscipere recusauit. Eapropter anno domini 1504. Maximilianus rex Germanorum atq; Romanorum electus & destinatus imperator, vbi se multa clementia singularíq; benignitate conatus suos frustra consumpsisse videret, Rupertum cõsilio suorũ iam deceptum, impe-

Vdalricus Vuirtẽberge III. dux.

Belli Bauarici initia.

imperiali banno cum oĩbus sibi adhærentibus notauit. Quod idem Rupertus animo indurato trāñes, cōtractis vndiq; tumultuarie suorū copijs, munitiões ducatus hincinde occupat, protestatus ex testamento soceri, quæ illius fuerāt, oĩa suæ ditiõis esse, non alterius cuiuspiā iniusti occupatoris. Deinde præmonitus Ruperti ducis pater Philippus comes Palatinus, ne suppetias filio exbannito mitteret, neve illi cōtra mādatum regis, nisi ad cōcordiam partium faciendam assisteret, animo fluctuans pater, qd faceret trepidabat. Vrgebatur eñ affectu paterno ad subueniendū filio, terrebatur autem regio edicto. Verum eñuero tandem victus affectu paterno, naturā legibus prætulit humanis, ac oñi qua potuit manu armata filio suppetias misit. Quod aiaduertens Maximilianus rex, bellum tam Philippo q̃ filio Ruperto indixit, totius regni principes & ciues cum ministerialibus conuocās, cōcedens vnicuiq; libere & impune contra cōtemptores rebelles & exbannitos procedere, atq; villas, castra, oppida & munitiões inuadere, destruere & obtinere. Cōueniūt igitur regis mādato principes & ciues plurimi, & quasi ex cōdicto vnanimi, oĩm consensu arma in Palatinum corripiunt, Maximilianus rex videlicet, Fridericus marchio Brandenburgeñ. Albertus & Vuolfgangus fratres cū liga Sueuicæ natiõis aduersus Rupertum in Bauaria, Lantgrauius Hassiæ Guilielmus cum suis ad publicā stratam mōtanam atq; Rheni planitiem, Vdalricus Vuirtembergeñ. dux ad alteram Rheni fluminis partem quæ Sueuiā respicit, Alexāder vero comes Palatinus & dux Bauariæ ac Validentiæ comes, in Vuesterichiā, bella mouentes, oĩa quæ Philippi comitis Palatini dominio erāt subiecta, igne ferroq; vastabāt. Igitur facto cōgressu hostium in Bauaria atrox bellum cōmittitur, licet quandoq; ambiguo marte pugnatū fuerit, sed cessit tādem victoria regi Maximiliano, dum ab eo exercitus Boemoꝝ, q in subsidiū venerat Ruperti ducis, cōtritus est. Nā referūt mille sexcentos viros ex Boemis in ore gladij cecidisse, captis plurimis, atq; in fugā reliqs elapsis. Post obtentā vero victoriā, rex Maximilianus plures in eqtes auratos, q rem fortiter gesserāt, creauit, atq; in eo cōflictu partes Palatinas plurimū infirmauit & profligauit. In eo aūt bello Bauarico monasteriū admodū venustū & diues Vualtsaxa nominatum, Cistercieñ. ordinis, igne pene consumptū est. Deinde Maximilianus rex diuiso in duas partes exercitu, alterā cum duce Alberto & marchione Brandenburgeñ. Friderico in Bauaria cōtra insult⁹ Rupti ducis, cuius tñ vires iā imminutę fuerāt & eneruatę, dimisit, alterā secū ad Alsatiæ partes & Orthaugiā duxit, auxilioq; fretus Argentineñ, regni terras & oppida Palatinatui impignorata, sine sanguinis effusione breui obtinuit, videlicet comitatū Geroldszeck, Offenburg, Ortenberg, Gengenbach, & quicqd in circuitu iuris fuerat Palatini. Post hæc transmisso Rheno, ad Lutzelstain, *Hagenoue, Vuissenberg exercitū duxit, atq; oĩa q̃ ad eā regionē, quā nostri puincialē aduocatiam nūcupāt, pertinebāt, suæ ditioni subiecit. Et ne vlterius contra Palatinum rex procederet, Christophorus marchio Badeñ. vices suas interposuit, suarumq; precum instātia commotum aduersus Palatinum regis animū sedauit, q in grām tandem post multa bella & illata dāna, Philippum Palatinum recepit. Dux autem Vuirtembergensis Vdalricus dum in Bauaria contra Rupertum rex cum sibi adhærentibus bellum ageret, iussu regis ex mādato sibi exercitum validum peditū & eqtum adunauit, atq; missis ad Haidelbergā publicis literis diffidatorijs, Philippo bellum indixit. Itaq; contractis copijs peditum nō minus x. milliū pugnatoꝝ, & eqtū plus minus octingentorū in Palatinum mouit, castra metatus in agro Mulbrunneñ. monasterij Cistercieñ. ordinis sub tuitione comitis Palatini, q vulgo, **das aigen**, dicitur, ad villā Illingen nominatā, vnde nonnullas villas dicti cœnobij igne combustas pertransijt, atq; ipsum cœnobium quod castelli more satis munitum extitit, obsidione cinxit, & in quo Palatinus comes præsidium virorum fortium collocauit. Secesserat autem abbas cum fratribus ad Nemetes confugij grã, paucis admodum senioribus in monasterio relictis. Verum admotis dux bombardis & machinis, primum fortalicium quoddā, quod ipse comes Palatinus longe antea in mōticulo pro defensiõe monasterij plurimis expensis extruxerat, satis munitum, atq; in arcis modum collocauerat, aggreditur, quassatumq; machinis destruxit. Deinde ad muros monasterij arte bellica mouens, turres, domos & murum ipsum bombardarū ictibus demoliri fecit. Videntes autem qui intus erant, quoniam nullum eis aliud vel subsidium vel auxilium, nisi sola fuga supererat, sub certis cōditionibus monasterium duci tradiderunt. Itaq; monasterium ingressus dux cum suis obtinuit, & eos qui fuerant de parte Co. Palatini, iuxta condictum libere quo vellent abire permisit, susceptaq; monasterij aduocatia, monachos reuocari fecit. Inde progrediens Knitlingeñ. agrum de dominio monasterij Mulbrunneñ. potenter sibi subegit. & Palatini oppidū Brettā obsidione cinxit, castra metatus versus aqlonem oppidi, firmata ve-

Boemorum strages.

Vdalrici ducis gesta bello Bauarico.

ta vero obsidione, muros, turres, ædificia quæq; bombardis fortiter impellere cœpit, verum q intus erant, fortiter rem agem agentes, in ducis papiliones machinas direxerũt, seq; oppidumq; viriliter defensarunt. Verum cũ ex ocio vino deliburi & inebriati machinarum & bombardarum custodes vna dierum somno dediti, securiores se existimarent, oppidani de oppido prumpentes, ocio vacãtes & somno custodes aggrediunt, cædunt atq; occidũt, bombardasq; nõnullas violenter rapiunt & demoliũtur. fit clamor ingens & insolitus, atq; tumultu in castris facto, correptis armis, in hostẽ procurrunt nostri, & mutuis cæsi gladijs, ceciderunt viri ex vtraq; parte plus minus ducenti. Durante autem obsidione, tãdem Ludouicus Philippi comitis Palatini filius natu maior, in papiliones ducis Vdalrici venit, quẽ multo cũ honore suscipiens Vdalricus, in tentoriũ suum introduxit, q de pace tractãtes apud se, mox vbi de castris Ludouicus Palatinus recessisset, obsidione soluta, dux Vuirtembergeñ. Vdalricus exercitũ amouit, atq; ad munitissimã arcem Boseckheim duxit. Incolis autem bombardarũ lapides iactos ferre nõ valentibus, neq; auxiliũ aliunde sperãtibus, munitionem sub cõditione salutis duci Vdalrico dederunt. Dux aũt obtento cũ arce oppidulo, collocatis inibi psidijs, comitatum Ludouici de Leostain partis Palatini comitis, manu armata vallauit, oẽmq; comitatũ & quæ ditionis suæ erãt, igne ferroq; vastauit, & in deditionem accepit, maxime castrum Leostain cum villis gros vnd klain Ingersheim. Quibus obtentis, in comitatũ Vuinsperg mouit exercitum, incensis per circuitum igne villis, castrum vero vallauit obsidione, qd similiter expugnatũ obtinuit. Vnde pgrediens, Nouã ciuitatem pari sorte in deditionem accepit. Deinde Meckmul oppidũ obsidens, in suam redegit potestatẽ, sicq; à bello cessatũ regis mãdato. Quę autem intulerit dãna in villis, monasterijs, ecclesijs & rebus ecclesiasticis Guilielmus Hassiæ Lantgrauius, Alexander dux Bauariæ, & Emicho comes de Lyningẽ, loca & monasteria cũ plurimis ecclesijs igne absumptis testãtur. Nam monasteriũ Lympurg ordinis diui patris Benedicti, tribus à *Nemetis & Vangionibus distãs miliaribus, Emicho comes ipsius monasterij vasallus, & in quo suoꝝ pgenitoꝝ solennis fuerat sepultura, igne vsq; ad fauillam cõsumpsit, abductis secũ quæ inibi reperit sacris vestibus, reliquijs, & alijs diuino cultui addictis rebus. Verum vbi Maximilianus Imp. Philippũ Palatinũ vidisset belli atrocitate hostiumq; feritate humiliatum, tãdem vt in vaginã reuocarent ensem hostes ipsi, vt ab omni tumultu quiescerent mandauit, cuius qdem mãdato parentes, dimissis vnusqsq; suis exercitibus, in propria sunt reuersi. Anno pręnotato cũ in Bauaria res bello ferro & igne agerentur, Rupertus Bauariæ dux & Georgij ducis defuncti gener, videns qm̃ nihil proficeret, qn potius hostiũ gustata tyrannide, oĩa in præcipitium irent, dolore cordis tandem intrinseco, annum ætatis agens 25. mortem obijt. vxor vidua non diu superuiuens, mortis acerbitate absumpta, virum secuta est. Ruperti ducis interitꝰ. Eodem ferme tempore, hoc est, 12. kaleñ. Septemb. Ludouicus de Helmstat ẽpus Spirensis mortuus est anno põtificatus sui 27. incompleto. Cuius exanime corpus Spiris in ecclesia cathedrali sepelitur, vir sane maturus, integer & honestissimę conuersatiõis, pusillanimus tamen, quippe q pericula incidere timens, multa præterijt iustificanda. Sub hoc eñi pontifice tria suæ diœcesis monasteria diui Benedicti ordinis in collegia sunt translata canonicorum secularium, videlicet Odenhaim, Kingẽminster & Suntzhaim. Huic autem in electione successit Philippus de Rosenberg maioris ecclesiæ cantor, & præfuit annis fere nouem, podagra, ischiacis, & morbo mala de frantza continue laborãdo. Trãstulit aũt collegiũ canonicoꝝ ex monachis in Odenhaim nouũ in oppidũ Bruchsal cũ oĩbus rebus, priuilegijs, prouentibus & redditibus suis, atq; locũ tam insignem & vetustum penitus extinxit, ita vt in ecclesia & reliqs vireta, virgulta & arbusta crescere videantur.

Anno 1505. Philippus comes Palatinus & Bauariæ dux elector, circa medium quadragesimę oẽs prælatos, comites, nobiles & cõmunitates ad se Boderas vocauit, quæ sui iuris & principatus fuerãt, tractãs cum eisdem super cõditiõibus pacis reformãdæ inter ipsum & regnũ, cæterosq; principes, quoꝝ potentiã in bello supradicto persensit, q vnanimi cõsensu decreuerunt principem regis grãm inuocare, atq; pro reformãda pace manũ suam vt apponeret, implorare. Eodem anno mortuus est Bertoldus ex comitibus de Hennenberg, archiẽpus Moguntinus, anno pontificatus sui 21. & in metropolitana ecclesia Moguntiæ non fine honore sepultus. Fuit autem vir magnæ prudentiæ & autoritatis, ingenio subtilis & promptus eloquio, in agendis prouidus, in consilio maturus, ac multæ experientiæ, laborumq; patientissimus. Ecclesiam siquidem Moguntinam ære alieno nimis prægrauatam reperiens, vt plurimum ex oneribus debitorum liberauit. Huic successit Iacobus de Liebenstain, patria Sueuus, & maioris ecclesiæ decanus. præfuit annis ferme quatuor, homo bonæ conditionis, vita & mo-

moribus integer, q morbo calculi & vesicæ male laborãdo, in breui cõpleuit tpa multa, nec ecclesiæ suæ rebus, vt tempoꝝ ratio postulare videbat, præesse potuit. Eodem anno circa principium mensis Iulij Maximilianus Germanoꝝ rex & electus Ro. Imperator, principũ regni cõuentũ Coloniæ fieri iussit, vbi cõuenientes in vnũ Treuireñ. & Colonieñ. archiepi cũ septẽ alijs epis ac regni principibus & ducibus 12. comitibus vero ac baronibus supra 18. nobilibus vero trecentis & tredecim, pacẽ inter discordantes reformare tentauit, cõditiões pacis in medium afferentes, quas etiã obseruari & custodiri ab oĩbus inuiolabiliter sub pœna criminis læsæ maiestatis partibus mãdauit. Deinde 18. die mensis Iulij Maximilianus rex, audita rebellione Geldriæ, dum Coloniæ cum principibus ageret, cõuocatis ad se oĩbus principibus, comitibus & nobilibus q tum ibi aderant, nauigio in Geldriã descendit, Brabãtinis q eius iussu Arnheim oppidum ducis Geldriæ obsederãt, auxiliũ laturus. Quod vbi dux rescisset, in multitudine graui pugnatoꝝ aduenisse regẽ, de deditiõe ciuitatis cogitabat certis sub cõditiõibus, quas vt rex intellexit, recepta in deditionem ciuitate, oppidanos tam in corporibus q̃ in rebus illæsos abire pmisit, ducem vero principum interuentu pactis nonnullis interpositis, in grãm suscepit. Sed pacta nõ longe post temerator violauit. Igitur Maximilianus rex cõpositis apud Geldreñ. rebus, Coloniã 18. die mensis eius quo exierat, ordine principum, comitum ac nobiliũ stipatus caterua, introijt, cui ciues Colonieñ. occurrẽtes, in signũ lætitiæ oẽs per ciuitatẽ resonare cãpanas fecere. Durãte aũt principũ cõuentu, nocte quadã canonic⁹ ecclesiæ maioris qdã, archiepõ Colonieñ. admodum gratus & acceptus, cum subsequente se familia domũ redire maturaret, à sicarijs interemptus est. Quod factum nõ paruã inter principes & ciues turbationem cum vehementi suspiciõe suscitauit, alijs dicentibus ciues hanc necem clanculo in odium epi subordinasse, alijs aliter e regiõe dicentibus. Eodem anno stella quædã crinita, quam cometã nostri dicũt, apud Boderas visa inter occidentem & septẽtrionem, paucis diebus substitit, cuius qdem adspectus multos terruit, qm̃ cæteris q ante apparuerant, terribilior solito tam in cauda q̃ in facie apparebat. Anno 1506. oppidũ Mulhusen q̃d prius fuerat de dominio ducum Austriæ, ad Suitenses deficiẽs, fœdus cũ eisdem inijt: quod vt firmũ, incõcussum & perpetuo subsisteret, literis cũ sigilloꝝ appensiõe firmauerunt. Eodem anno rex Maximilianus audita rebellione Vngaroꝝ, cõtractis vndiq; pugnatoꝝ copijs, expeditionem in eosdem mouit, atq; oppidũ Breszburg obsidere tentauit. Verum Vngari videntes animũ regis imperterritũ atq; numerũ pugnatoꝝ validũ & fortem, datis dextris, pacem flagitabãt. Interueniẽtibus itaq; nõnullis regni epis & primoribus, pacem certis sub conditionibus & capitulis rex Vngaris dedit.

Comitia Colonieñ.

Dux Geldriæ.

Vngarica Maximiliani expeditio.

Eodem anno Reutlingen oppidum regale vicesimo die mensis Ianuarij igne casuali plus q̃ in 20. habitatiõibus vorax flamma cõsumpsit, pro quarũ reparatiõe Vdalricus dux Vuirtemberg. ligna ciuibus gratis donauit. Eodem anno per totã pene Sueuiam & Rheni tractum pessima porcoꝝ grassabatur mortalitas, ita vt in plerisq; locis porcorum carnes nec vendere, nec emere quispiam bene auderet. Eodem anno ciues Norinbergeñ. in disceptatiõe cum Friderico marchione Brandenburgeñ. stãtes, intestino & tumultuario bello sese inuadũt. nam ciues ipsi armata manu ad villã quãdam exeuntes, marchionem, vt eos in anniuersario dedicatiõis q̃d tum agebatur, visitaret inuitabãt. Igitur Casimirus marchionis Friderici filius, cõtractis hincinde tumultuarie copijs, obuiã ciuibus venit. Vbi mutuis inter se habitis cõflictibus, dubio marte pugnatum extitit, ita vt ex vtraq; parte plurimi vulnerati, multi occisi, reliq fuga saluati referãtur. Nam marchio rem fortiter cum suis aggressus, statim vt primam aciem Norinbergeñ. infirmasset, perterriti oppidum concito gressu petierunt. Fuit autem pugnatorum ex vtraq; parte numerus virorum tria millia peditum & eqtum ducenti. cecidere quoq; ex parte Marchionis viri nobiles desiderati q̃ plures. Eodem anno Ludouicus Galloꝝ rex, ruptis pacis & initi fœderis cum rege Maximiliano capitulis, nuper in oppido Hagenou conscriptis, & euãgelio atq; sacra cõmunione corporis & sanguinis Christi firmatis, ab eodem recessit, morem sequutus auitum. Siqdem recepto Mediolano ab ipso rege Maximiliano in feudum, Ludouicus parum de capitulis icti fœderis curando, regem inimicum & aduersarium habere maluit, q̃ fidem seruare, & Mediolanum quandoq; amittere. Eodem anno vniuersale gymnasium Francofordiæ in Marchia fundatur, à Ioachimo Brandenburgeñ. Marchione ac principe electore, cis Oderam fluuium, cuius qdem gymnasij fundationem Iulius secundus confirmauit, priuilegijsq; certis dotauit. Est autem hic princeps nobilis, prudens, doctus, ac inter omnes Germaniæ totius principes hac nostra tempestate vnicus facile Mecœnas doctiorum omnium, quippe q eruditos quosq; fouet, diligit, sustinet, atq; maximo

Ioachimus Marchio Brandenburgeñ.

mo cũ honore & gratia prosequit. Est siquidẽ principatu dignissimus, ingeniũ natu ra cõsecutus bonũ, docile, promptũ, subtile & prope diuinũ, vita & moribus integer, modestus, pius, humanus, mitis & summa beneuolentia decoratus, iustus, rectus & magna in Deũ Opt. Max. synceritate deuot⁹, nã sic loquit, sic agit, vt videat ab oĩbus sine tyrannide iustus, sine crudelitate seuerus, sine superbia potẽs, sine temeritate con stans, qui Latinã linguã breui adeo plene didicit, vt quidqd velit, nõ tam congrue q̃ ornate scribere possit. Eodẽ anno circa festũ S. Michaelis paucis diebus exceptis, vsq; ad natalem dñi aura calens & feruida fuit, adeo vt nec ros nec pruina neq; nix terrã inhumectasset, quæ quidẽ aeris tẽperies per vernũ tẽpus & vsq; ad festũ S. Ambrosij durauit. Verũ hãc aeris clementiã, frigoris, niuium & pruinarũ vis rigida subsequitur, ita vt in plerisq; locis & terræ nascentia & vineæ læderent. Eodẽ anno xix. die mensis Aprilis orta est in regno Portugalliæ in ciuitate Vlyssibona magna ciuiũ perturbatio, tumultusq; cõcitatus propter Iudæorũ nouiter baptizatorũ persecutionẽ. Siquidẽ hi occulte Iudæorũ ritus æmulantes, ore tantũ & nõ corde Christianos se ostendebãt, quippe qui cũ Iudæis pascha celebrantes, carnibus vescebant. Quod veri Christiani animaduertentes, apud regẽ Portugalliæ propter sceleris immanitatẽ accusabãt, suntq; regis mãdato xvi. ex pseudochristianis capti, sed tandẽ sine vindicta dimissi. Ciues vero videntes sacrilegos sine iusta vltione dimissos, cõtra regẽ & gubernatorẽ, tanq̃ à Iudæis muneribus corrupti fuissent, murmurabãt, atq; in vnũ oẽs viri & mulieres, senes cũ iunioribus conspirantes, tumultũ contra Iudæos & pseudochristianos excitant. confortant populũ Christianũ duo ex cõuentu S. Dñici fratres, & tertius alterius sectæ, atq; p vrbis plateas publice clamantes, vociferabant: Misericordia, Misericordia, sequat nos oĩs qui Christi fidẽ & crucẽ diligit, venerat & amat: occidãtur aũt oẽs sacrilegi & pessimi Iudæi, qui in perniciẽ Christianæ reipub. baptismi sacramentũ prophanarũt, & Iudæorũ ritibus viuunt. Igit cõgregata virorum in armis maxima multitudine, mulierũ quoq; & iuuenũ, discurrebãt per vicos & plateas ciuitatis, interficientes quotquot inuenire poterãt nouos Christianos & Iudæos numero sexcentos, q̃s in planitie S. Dñici proiectos, igne cõbusserunt. Durauit aũt in Iudæos memorata persecutio diebus paucis, in quibus occisi referunt tam in vrbe Vlyssibona, q̃ in villis adiacentibus, mille nongenti triginta. Relatione aũt facta regi Portugalliæ, qui tũ aberat ab vrbe Vlyssibona millibus xiiij. ira percitus, iussit vt autores huius persecutionis Iudæorũ cõpræhenderent. quorũ à prima die mensis Maij vsq; ad sextũ decimũ plures q̃ ducenti sunt carceribus mancipati, inter q̃s & tres illi fratres crucigeri fuerãt cõpræhensi. Iussu aũt regis Portugalliæ viui fratres illi sunt igne consumpti, deinde captiuorũ nõnulli capitibus cæsi, ad crucẽ alij suspensi, reliqui substãtia sua priuati, e patria in exiliũ missi sunt atq; proscripti. Eodẽ anno cometes apparuit mẽse Augusto inter septentrionẽ & orientẽ sub Vrsa maiore rutilans, atq; vtrunq; signũ leonis & virginis occupans, sed paucis admodũ diebus visus est. Cuius quidẽ prognosticũ fuerat casus illustrissimi principis & ducis Philippi Maximiliani Imp. filij, regis Castellæ & archiducis Austriæ atq; Burgundiæ, vt infra plenius dicet, necnõ belli regis Maximiliani, q̃d inde secutum est cũ Venetis & Gallis. Eodẽ anno erat omniũ frugũ & frumentorũ multa copia, vini quoq; abundãtia, sed à locustis in plerisq; locis cõsumpta. Nam residuũ locustæ comedit æruca, licet nihil profecerint, sed oĩa in remisso & optimo p̃cio vendita & empta. Eodẽ anno Maximiliano apud Hungaros cõstituto, cũ pax restituta fuisset inter eundẽ regẽ Maximilianũ & Hungaros rebelles, manente eo in monasterio q̃d Closter Neuburg nuncupat, Lupoldus quondã dux Austriæ nõ sine opinione sanctitatis in p̃dicto monasterio sepultus, in p̃sentia regiæ maiestatis canonizat, atq; sanctorũ catalogo adscribitur. Eodem anno Philippus archidux Austriæ, & dux Burgundiæ atq; Brabãtiæ, Maximiliani regis Germanorũ filius, post desponsatã sibi regis Hispaniæ filiam noĩe *Annã, rex Castellæ & Legionis, defuncta Ferdinãdi regis Hispaniæ Elizabeth vxore, declaratus, cõsilio suorũ inductus, prætereq; omne suæ volũtatis arbitriũ persuasus, adiunctis sibi mille quingẽtis viris, classem ordinauit, à Flandria Hispaniã versus nauigaturus. Cõstituit aũt Volfgangũ de Furstenberg classis p̃fectum, virũ nobilem, strenuũ ac comitem. Sequebant aũt Philippũ nobiliũ baronum ac comitũ plurima turba, qui xx. die postq̃ nauigare magna cũ tranquillitate cœpissent, nõ procul ab insula quã Cordan veteres nuncuparunt, apparuere. Verũ suborta tẽpestate maxima, naues hincinde ad diuersa iactabant, licet salui qui erãt intus, seruarent, p̃ter vnã quæ periclitãdo videbat cõteri, submersis in eadẽ nõ minus centum hominibus. Ad littus vero cum applicuissent principis nauem dirigẽtes, in Angliam sese iactatos repererunt. Quod vbi princeps re-

Marrhani.

Philippi Austriæ & Burgund. ducis interitus.

scisset,animosior factus,q̄ omnes qui secum erant,saluos intellexisset,cœpit vrgeri de reliquis periculo nauibus expositis. Nam diuagari cœperant per mare,dominū suū solicitius quærendo. Tranquillitate tandē optata concessa,post vnū atq; alterum diem omnes simul in Anglicana(vt diximus)insula cōuenerunt,p̄ter illam quæ procellis iactata fuerat,in profundū submersa. Igit apud Handū oppidū à latere Albionum cōstituti,reparatis nauibus,denuo versus Hispaniam nauigare cœperūt,S. Iacobi apostoli cui sese oēs ex voto deuouerūt,patrocinium sedulo implorātes. Ad littus ergo *Callœciæ cōstituti,angulū terræ circūgyrando,iuxta Peronā oppidum, quod Omona fluuius p̄terfluit,nauibus relictis,in terrā descenderunt,atq; pedestres limina S. Iacobi petiuerūt. Votis igit & orationibus persolutis,versus regnū Castellæ iter suū direxerunt,ad ciuitatē Burgis applicantes. cœpit tum rex Philippus aduersa quadā corporis valetudine vrgeri,inualescenteq; morbo,die 25. postq̄ ciuitatem intrasset,in palatio suo mortuus est 17. Septemb. anno ætatis suæ 28. Ordinauerat aūt viuus adhuc,vt mortuus exenteraret,& cor Brabantiam in oppidū Bruxellas,intestina ipsa in Burgis ciuitatem,corpus aūt in Granatā sepeliendū mitteret,his in locis sui memoriā haberi cupiens perpetuā. Reliquit aūt duos post se filios,Carolū natu maiorē, & Ferdinandū,quorū alter hodie in Hispania cū matre sub tutoribus agit,alter adhuc natu maior in Brabantia viuit. Et hic finis nobilissimi principis,cui parē & generis nobilitate,& regnorū ac principatuū multitudine,& diuitiarū immensitate,nostris nec Germania nec Gallia tēporibus habuit neminē. Anno supradicto papa Iulius adunato sibi exercitu copioso peditū atq; equitū,Bononiam versus acies ordinare iussit. vallata vero ciuitate,post dies aliq̄t eādem in deditionē recepit. Nam diuisis inter se ciuibus, intestino quodā bello vehemēter laborare cœperunt. Pontifex aūt diuisionis inter se capitaneos disquirēs,Bentiuolorū domū sceleris autorem inuenit. quare in eādem districtius animaduertēs,Bentiuolū ipsum atq; suæ partis complices e Bononia proscripsit,cæsis nōnullis,ac bonis eorū direptis,alijs aūt in exiliū missis. Anno 1507. Maximiliano Ro. imperatore,cōuentus principū maximus Constantiæ ciuitati Alemaniæ factus est,qui & quadrimestri ferme perdurauit,quippe qui xvi. die mēsis Aprilis initiū acceperat,& circa finē Augusti mēsis terminabat. Multa in eo cōuentu de rebellione Venetorū,qui cū Ludouico rege Gallorū contra Maximilianū & Germanorū regnū atq; principes,fœdus cōspirationis percusserāt,agebant. Cōstituerat siquidē rex Germanorū Maximilianus iam electus & destinatus Rom. imperator,pro nanciscenda imperij corona Italiam intrare,atq; ob eam causam regni principes in vnū cōuocare,alijs quidē vt se in Italiam ipsi comitarent p̄cipiens,alijs vero vt equites & pedites ad iter necessarios in vnū ordinarēt mandās. Audientes aūt Veneti regis propositum,veteri morbo inuidiæ,quo in Germanos semp ex intestinis laborarūt, concitati, habitis inter se cōsilijs,quemadmodū oēs viæ cōmeatus aduentanti imperatori p̄cluderent,deliberare cœperūt. Igit cum rege Gallorū,qui iampridē ab icto cū rege Maximiliano fœdere defecerat,Mediolanūq; ac omnē pene Lombardiā calliditate quadam in feudū obtinuerat,simul cōspirantes,nōnullos per Italiā principes & ciuitates in suam coniurationē seducūt,quorū auxilio freti,imperio rebellare,atq; ipsum regē à cœpto itinere & proposito reuocare cœperunt. Quod videns rex Germaniæ Maximilianus,auxilio suorum & principum regni,cōtra Venetos rebelles bellum ordinauit,quod vsq; in p̄sens nō sine maximo partium damno cōtinuatur. In prædicto etiam principum cōuentu Maximilianus electus imperator,filij sui Philippi regis Castellæ & Legionis demortui,funeralia magna cum pompa celebrari fecit,p̄sentibus ibidem adhuc principibus,episcopis,& principum ac regū legatis & oratoribus.

Iulius Bononiam cepit.

Comitia Cōstantiæ.

Veneti belli initia.

Eodem anno Maximiliano electo imperatore apud Augustā Vindelicorum constituto,missus est legatus à latere Bernardinus cardinalis S. Crucis per Iulium papam ad eundem Maximilianū,cui obuiam extra ciuitatem Augustam imperator exijt,maximo eum honore suscipiendo. Peragratus est idem Bernardinus superiorem & inferiorem Alemaniam,habēs in comitatu suo doctos admodū in omni facultate viros, quanq̄ & in plerisq;(vt refertur)suæ legationis & facultatis limites excessisset. nam in dubium apud multos vertebatur,eius in Alemaniam aduētus,bonus ne an malus foret,quippe quem videbāt & intelligebāt plusquā expediret,partes regis Gallorū q̄ Germanorum fouere. sed rerum exitus cūcta moderātur,& exitus acta manifestāt.

Tempestas.

Eodem anno tertio Kaleñ. Iulij intempestæ noctis silētio,turbo vehemēs tantam inopinate tempestatem excitabat,vt vētorum magnitudine arbores radicitus euellerētur,atq; à locis suis eminus projcerētur,tecta quoq; domorum & tegulas tolleret, domos & horrea concuteret,ac plurima in arboribus tam domesticis q̄ syluestribus damna

damna inferret. Eodem anno grandinis tempestate frumenta & vineta læsa sunt, ac omnes pene fruges terræ, potissimũ aũt in ducatu Vuirtembergeñ. & Hohenburg. Nam in Rotenburgo ad Neccharꝫ oppido tanta grandinis tempestas fuit, vt in domibus fenestras & domorꝫ tecturas comminueret. Eodẽ anno Carolus dux Geldreñ. qui iampridem in verba regis Maximiliani de pace seruanda iurauerat, ruptis pacis & initæ concordiæ capitulis, suffectione licet clandestina regis Gallorum, Brabantinis bellũ mouit, quibus rex Maximilianus coadunatis tumultuarie stratiotis aliquot millibus, auxilium ferre cõstituit. verum dux Geldreñ. suppetijs (vt diximus) regis Gallorũ adiutus, Brabantinos vehementer cædit ac rapinis molestauit. Anno dñi 1508. Philippus comes Palatinus Rheni & princeps imperij elector, post longam podagræ & chiragræ, calculi quoq; & arenæ corporis infirmitatẽ, tertio tandẽ Kalen. Martij obijt in oppido suo Germerszheim anno ætatis quinquagesimonono, mense sexto, cuius corpus Haidelbergã relatũ, in choro collegiatæ sancti Spiritus ecclesiæ iuxta tumulũ coniugis suæ debito cum honore sepelitur. Reliquit post se filios septem & tres filias, quorꝫ ista sunt nomina: Ludouicus primogenitus, qui in principatu patri successit, vxorem habens Alberti ducis Bauariæ filiam, Philippus secundogenitus Frisingeñ. ecclesiæ in Bauaria ep̃us, Fridericus tertiogenitus, tutor filiorꝫ quondã Ruperti fratris sui vterini in Bauaria, Georgius primo p̃positus ecclesię maioris Moguntinæ, deinde ep̃us ecclesiæ Spireñ. postulatus, Henricus p̃positus S. Albani prope Moguntiam, & ecclesiæ B. Mariæ virginis Aquisgrani, Iohãnes Ratisponeñ. ep̃us in Bauaria, Volfgangus Herbipoleñ. ecclesiæ canonicus. Elizabeth senior filia, quæ primo nupserat Guilielmo Lantgrauio Hassiæ, quo sine liberis mortuo, secũdo nupsit Philippo marchioni Badeñ. Amalia secũda filia, quæ nupsit Georgio Pomeranorum & Stetineñ. duci. Helena tertia filia nupsit Henrico duci Megalopyrgio. Catharina vltimogenita in monasterio Neuenburg ad Neccharũ fluuium *Budoris propinquo, diui patris Benedicti ordinem professa, vitam degit sanctã. Eodem anno æstas fuit tota pluuialis & humida, quo factũ fuit, vt in multis locis & sues ac boues tabida quadam lue & intercutanea peste morerentur. Eodem anno igne casuali monasteriũ monialiũ Alba dominarꝫ nuncupatũ, ordinis S. Benedicti, ipso die sancto purificationis B. Mariæ virginis, dormitorio, refectorio, abbatiali domo, & alijs quibusdã habitationibus absumptũ est non sine maximo damno. Eodem anno mortuus est Viennæ Februario mense Cunradus Celtis *protutius poeta laureatus, vir in literis humanitatis affatim eruditus, Græcæ linguæ nõ ignarus, & Hebræam callẽs in parte, natione Germanus, patria Francus orientalis, qui scripsit vario carmine libros quatuor, q̊rum primum p̃notauit, Germaniã illustratam, secũdum Amorũ, tertium Odarum, & quartũ Epigrammaton, & quædã alia. Eodem Anno xvi. Kaleñ. Aprilis obijt Albertus dux Bauariæ, cuius mortuũ cadauer cum honore & solenni funeraliũ pompa sepelitur in ecclesia Monacensi. Reliquit aũt post se filios Guilielmũ in principatu successorem, Ludouicum, & Ernestum. Filias quoq; quatuor, primogenitam ante annos aliquot desponsauit Ludouico Palatino, patre Philippo adhuc viuente, cuius tñ nuptiæ morte interueniente nõ fuerũt celebratæ. Deinde alteram duxit filiam in vxorẽ, vt suo tempore dicemus. tertia nupta est Vdalrico Vuirtembergeñ. duci, quarta superest adhuc iuuencula & impubes. vxorem aũt duxit Albertus sororem Imp. Maximiliani, & filiam Imp. Friderici tertij, quæ post mortem viri oĩbus quæ possidebat renuncians, monasterium quoddam sororum de tertia regula S. Augustini ingressa, Monaci vitam degit solitariam. Eo anno Maximilianus rex Germaniæ, conuentum Moguntiæ celebrandum principibus regni indixit ad Kalend. mensis Maij, in quo quidẽ conuenerunt Bernardinus cardinalis S. Crucis legatus apostolicus, quem nuper in Augusta rex Maximilian⁹ honore multo susceperat, Iacobus Moguntineñ. & Iacobus Treuireñ. archiep̃i, Laurentius Herbipoleñ. & Matthæus Lang Gurceñ. ep̃i, Fridericus quoq; dux Saxonũ princeps elector, ac multorꝫ oratores principum. Condixerat illo se venturꝫ rex, qui per mensis spatiũ expectabaẽ. detentus aũt Coloniæ rex, propter ardua nimis emergentia regni & hæreditarij dominij negocia, venire nõ potuit. Quare soluto cõuentu, alium Vormatiæ ad B. Iohannis Bapt. natalẽ diẽ celebrandũ assignauit. Igiẽ Maximilianus dimissa Colonia per Rheni fluminis alueũ ad oppidũ Seeburg, deinde Confluentiam adscẽdit, commoratus in ea p dies sex, aut ad maius octo. Boppardiã aũt cõscendẽs, Pentecosten ibidẽ celebrauit. vnde ad Cynonotos declinãs, p biduũ in Symerñ, dehinc ad Stauronesum venit. cũ aũt ad Vangiones & Nemetes iter suũ direxisset, tũ subito Brabãtini nuncios mittũt orantes, vt nepotũ suorꝫ causa nihil cunctãdo descẽderet, qui p̃cibus Brabãtinorꝫ condescẽdẽs,

Carolus Geld. dux.

Philippi Palatini interitus.

Mors Alberti ducis Bauariæ.

Maximil. & Gallici regis fœdera.

vnde iam venerat, in Brabrantiam reuersus est. Eo autem apud Brabantinos & Flandrenses agente, tum facta est rursus inter regem Gallorum & Maximilianum confœderatio, his capitulis, vt communi apparatu bellico expeditionem in Venetos mouerent. Conuenit ad hanc cõfœderationẽ Iulius papa pontifex maximus, qui vt res oĩs in vado esset, omnibus quibus poterat viribus bellum hoc promouere se obligabat. Ludouicus vero Galloꝝ rex, quia cũ Venetis pactũ prius percusserat, quonam pacto renunciaret, cogitare cœpit, opportune tamen satis callida Galloꝝ commenta remedium adinuenerũt, papam in res Maximiliani iurasse, & ob eã rem sibi nõ adeo tutũ fore, Christi ecclesiæ capitibus cõtrauenire, Venetos ꝑterea obsecrare, vt dextras dare pontifici & electo imperatori haudquaq̃ recusent, se vero medium inter vtrãq; partem ponere, quo bellũ quod immineret, reuocaret. Quod Veneti cũ recusassent, ne videret ex pede iura fœderis icti temerare, per annos aliquot Cæsari adhæsit. verum quã ob causam hæc facta sint, rei exitus monstrauit. Siquidẽ vt rex in Venetos minus

Carol. dux Geldriæ.

posset, Carolũ ducẽ Geldriæ rex Ludouicus, quo Brabantinos turbaret, subornauit, occulte pecunias & suppetias illi mittendo. ipse vero in Lombardia proprijs cõmodis & vtilitatibus intendens, quidquid potuit sibi vsurpauit. Verũ rex Maximilianus promissoꝝ tenax, icti cũ Gallo fœderis nõ immemor, exercitũ in Italiã misit, cui Gallorũ coniuncti milites, dubio cœperũt hincinde Marte pugnare, Venetis q̃nq; victis, aliq̃n etiam vincentibus. vbi tñ plenis copijs pugnatũ extitit, cecidisse ferunt de Venetorũ exercitu circiter mille treceñti desiderati. Eodẽ ferme tꝑe Veneti Tergestum atq; Gurcensem comitatũ cũ alijs quibusdã munitionibus, ad domũ Austriæ pertinẽtib᷒, in suã potestatẽ redegere, partim quidẽ armis, partim insidijs & corruptiõib᷒. Tãdẽ indictæ sunt treugæ ad trienniũ, q̃ tñ paucis vix mẽsibus durãtes interruptæ sunt. Eo dẽ anno terræmotus ꝑ Germaniã & Italiã fuere magni, suntq; oẽs arbores & arbusculæ aeris intemperãtia retardatæ, ne fronderẽt. verũ Dei nutu simul & quasi subito visa sunt in die resurrectionis, q̃ circa festũ S. Georgij tunc occurrebat, gemmis turgere & frondere. Eodẽ anno in mẽse Sept. obijt Iacobus de Liebenstain archiep̃us Moguntinus, quarto sui pontificatus anno necdum completo, cuius cadauer in ecclesia maiori Moguntiñ. instar suoꝝ ꝓdecessoꝝ sepultũ, busto gaudet ꝑcioso. Successit huic Vriel de Gemingen, maior decanus, qui dñica Lætare in archiep̃m Moguntiæ solenni pompa fuit consecratus. Hermãnus quoq; archiep̃us Colonieñ. ex Lantgrauio Hassiæ & duce Angariæ pontificatus sui anno xxviij. in mense Octobri mortem obijt, atq; in ecclesia cathedrali Colonieñ. maximo cũ honore sepelitur, vir certe humanitate, pietate, mansuetudine clarus, cui hac tẽpestate nostra par extitit nullus. Nam in pauperes adeo pius fuerat & misericors, ac eleemosynarius, vt nullũ qui eius curiam petiuisset mendicantiũ, vacuũ abire fineret. Huic successit in electione Philippus Vui-

Philipp᷒ de Ouerstein.

rici de Superiori lapide, Decanus, princeps, domesticus & in agendis rebus admodũ circũspectus. Eodem anno circa principium mensis Augusti apud Stutgarten horrenda subito pluuiarum & imbrium tempestas erupit, vt oppidum ipsum aquarũ impetu putaretur periclitandum. Nam tanta fuit aquarum abundãtia, vt domos & horrea & in nõnullis locis muros funditus tolleret, cellaria quoq; & domus plurimæ aqua replerentur, homines etiam & iumenta submergerentur. Ea tẽpestate vineta in montibus magnũ sunt damnũ passa: siquidem aquaꝝ alluuione vites terra sublata, nudæ vsq; ad radices apparuere. Anno dñi M.D.IX. circa festum S. Gregorij papæ grauissima seditio inter senatum & ciues oppidi Erdsurdeñ. exorta fuit, propter insolitas quotannis impositas à senatu plebeijs contributiones. Nã ipsa cõmunitas in vnũ con-

Erdfordiæ tumultus.

ueniẽs scire à senatu, quãtis debitis oppidũ ipsum foret obligatũ, quãtumve ære alieno grauatũ, senatus vero tumultũ & populi furorẽ cõsiderans, blandis illum & mollibus tranquillare verbis curauit, dicẽs tẽpore opportuno de oĩbus & singulis tam receptis q̃ distributis, rationẽ se reddituꝝ. Quibus quidẽ verbis cõmunitas satiata, tẽpus in dilationẽ dedit. Adueniente aũt cõstituta die, cõueniũt senatũ ex cõmunitate destinati, quem iuxta cõdictum, vt de propositis responderet, hortati sunt. Verum vnus cæteris insolentior de senatu, verbis admodum duris à communitate missos inuadens, animos sæuientiũ furore in senatum commouit, qui tumultu exorto, in senatum irruere tentauerunt, admoniti tamẽ fidei & iuramentoꝝ à se ꝑstitorum remissius agentes, Burgimagistrum verbis minacibus, vt is qui tam iniuriosis & cõtumeliosis verbis eos inuasisset, captiuitatis iuramentũ faceret, cõpulerũt. Cũq; res in ambiguo diutius versaret, vidẽs cõmunitas q̃m apud senatũ nihil proficerẽt, cõueniẽtes in vnũ, oẽs qui senatoriæ dignitatis fuerãt, deponũt, nouos instituũt, cautiones, claues, priuilegia, thesauros, & allodia secum detinent, atq; oppido cautius prouidere contendunt. Con-

stituerunt aũt quosdã, qui receptis registris & cautionibus, de receptis & distributis rationẽ facerent: & calculatione facta, summã capitalẽ debitorum sexcenta millia florenorũ, de quibus quotannis censum dare obligabant, scilicet xxx. millia nummũ aureorũ inuenerũt. Excessit aũt summa receptorũ, summã distributorum quotannis in certis millibus florenorũ. Quod cũ rescissent ciues, quosdã ad archiepm Moguntinũ, veluti ad eorũ verũ dñm miserũt, auxiliũ pariter & consilium ab eodẽ implorantes. Moguntinus vero auditis ad se missis, consiliũ quid facto opus foret dedit, atq; auxilium prope diẽ se missurum promisit. Interea cõmonefacti qui de senatu fuerũt deiecti, ꝙ ciues auxiliũ & consiliũ Moguntini epi implorassent, ꝓhabito consilio, ad ducem Saxoniæ Fridericũ nuncios suos secreto mittunt, seq; suaq; illi dedentes. Verum archiepus ad constitutũ ciuibus diẽ pedites in auxiliũ misit, qui vbi ad cœnobiũ Georgianæ vallis intrassent, à ꝑfecto ducis Friderici circunuallati, abire nusquã poterant. vnde datis dextris, ꝙ tantæ multitudini numero pauci resistere minime valerent, sub iureiurando, vt moris est, ad archiepm infecto negocio remissi sunt. Ciues vero rem ex traditione senatus perperã actã intelligentes, maiorẽ in seditionẽ versi, contra senatum antiquum insurgunt, atq; carceribus mancipare cõtendunt. Certior de his factus senatus, alij Gotham, Vuinariã alij, reliqui Isennacũ & loca tutiora fugiunt. Itaq; inclinata ciuiũ republica, belloq; ciuili excrescente, cœperũt inter se dux Saxonũ Fridericus & archiepus Moguntinus de transfugis contendere, atq; orta inter partes lite, ad arma prope ventũ fuerat. Verũ Herbipoleñ. epus Laurentius de Bibera, mediũ se inter ducem & archiepm ponens, de pace & cõcordia tractare cœpit, Smalckhaldã oppidũ placiti locũ partibus cõsignando. Illo aũt partium oratores conuenientes, præfatus Herbipoleñ. epus, vt est vir in agendis rebus & componendis prouidus, sapiens, prudens & expertus, auditis hincinde partiũ articulis & propositionibus, media pacis & cõcordiæ aliquot capitula partibus obtulit, in quæ dũ consentire vellent, pacem reformare, seditiones amouere, & quidquid turbationis & tumultus insurrexisset, de medio tollere posset. Sed pontifex in laborando frustratus, hoc fecit quod potuit, scilicet armis partes depositis sententiam à Cæsarea maiestate fulminatã exciperẽt, sicq; res manet suspensa in hodiernũ vsq; diem, ab armis temperatũ est. Erdfordiana vero cõmunitas vt furere cœperat, puniendos de senatu quosdã in vincula coniecit, inter quos vnũ senio confectũ, iuste an iniuria, cruce suspensum vita extinxit. Ciues aũt reipub. suæ quemadmodũ credebãt, consultius iri cupiẽtes, quotannis senatũ innouare, atq; de singulis receptis & distributis per annũ, ab his quibus rerũ summa fuerit commissa, recipere statuerũt rationẽ. perinde hodie faciunt. Eodẽ anno Iulius papa 2. insolentiã Venetorum prouocatus, quippe qui anno superiori Fauentiam, Rauennã, & plures in Romandiola ciuitates, castra, munitiones & agros in suã deditionẽ receperant, iuxta fœdus cũ Maximiliano electo imperatore & Ludouico Gallorum rege percussum, in Venetos gladiũ spiritualẽ, scilicet excõmunicationis sententiã fulminauit, qua cõtempta, exercitũ iustũ vnà cum ꝑdictis regibus ac alijs Italiæ quibusdã principibus aduersum cõtumaces & ecclesiæ Romanæ rebelles duxit. Contractis eñ copijs, pauci nostrorum grandẽ Venetorum superborum exercitũ inuadunt, deijciunt, atq; in ore gladij plurimos occidunt. Inuasit Venetos timor nõ paruus, quippe ꝙ tanti numero, à tam paucis hostibus prostrati fuissent, ignorantes nõ in multitudine pugnatorum, sed in Dei manu victoriã subsistere. Igit plurimis occisis ac reliquis in fugã versis, nostri de obtenta cõtra hostes victoria Deo laudes reddidere, atq; iam à Venetis castella q̃dam recepta eruunt, & iustis possessoribus restituunt. Deinde Iulius papa secũdus, imperatoris Maximiliani suppetijs adiutus, Rauennã obsedit, q̃ multo iam tẽpore à Romana ecclesia fuerat alienata, q̃ quidẽ obsidio multis diebus perdurauit. Vnde nostri fortiter murũ ciuitatis bombardarum iaculis concutientes, plurima incolis damna intulerunt. Verũ videntes hi qui intus fuerãt, quoniã hostis plurimũ auderet, quippe qui muros iam cõscendere, scalas admouere, machinas per circuitũ parare conspicerent, eruptione facta, conflictum iniere. qui aũt erãt ex parte Roñ. pontificis, cõstanter ad hostium cõgressum subsistẽtes, ciuitati approximare, atq; portas obtinere cõtendũt. fit atrox pugna, & cruentũ nimis bellum, cecideruntq; ex nostris plurimi, tantaq; cædes ex vtraq; parte facta, vt in nullo bello tot cecidisse per annos ferme centum & suprà creditum sit. Pontificis tamen exercitus viriliter agens, Rauennã de manibus hostium eripuit, atq; Roñ. ecclesiæ restituit, sed nõ sine sanguinis multi effusione. Cæsar quoq; Maximilianus Tergestũ cũ vniuersis munitionibus à Venetis per insidias & proditiones obtentis, in ius recepit. Paduã quoq; cepit, quã tamen proditione ciuiũ & crassa remissione ac negligentia suorum atq; sua, breui amisit. Obtinuit etiã Reifsiam,

Quæ Iulius papa cũ Venetis gesserit.

Cædes inaudita.

siam, Clusam Veronen. Veronã, Vincentiã, Forumiuliũ, Gortiũ, Thebinũ, Maisteriũ, & quædã alia, sed ex his Veneti nõnulla propter Cæsaris remissum animũ annis subsequentibus recuperarũt. Ludouicus quoq; Gallorũ rex sibi prospiciens, pro interesse suo nõ pauca per Insubriã obtinuit. in primis aũt de Venetorũ dominio recepit Pergamũ, Cremã, Cremonã, Bressam, Piscerã, Calisellã, & quædã alia, q̃ Veneti ad ducatum Mediolanen. spectantia, plurimis annis siue dolo siue fraude obtenta possederant. Igit̃ dum hæc in Italia contra Venetos agerentur, Cæsar Maximilianus oratores suos à secretis ad Germaniã mittens, principibus regni, vt generalẽ apud Vangiones cõuentũ celebrarent, indixit. Principes vero Cæsaris mãdatis obtemperãtes, Vormatiã cõueniunt, vnde oratores Cæsaris q̃ in mandatis receperãt referentes, auxilium & subsidiũ pecuniariũ à regni subditis contra Venetos Cæsaris noĩe postulãt. Principes vero cũ ciuitatibus regni habitis inter se varijs tractatibus, vno pariter ore missis oratoribus respondẽt, postulatũ à Cæsare subsidiũ p̃stare nõ posse, q̧ ære iam toties exhausti propter Cæsaris negocia, nõ regni, vix suis subsidiũ ferre possent. adducunt p̃terea plures in medium causas, quibus imperatoriæ iussioni obtemperare non posse, vel ipse Cæsar facile dijudicare posset. Igit̃ vacui ad Cæsarem oratores reuersi, quas in mediũ regni principes cũ ciuitatibus causas retulissent, assignant. Verũ imperator auditis propositionibus principũ & ciuitatũ regni, & q̧ subsidium ferre negassent, & se in plerisq; taxassent, apologeticon in sui defensionẽ publicum emisit, in quo principum & ciuitatum responsa vel inualidare vel confutare tentauit, cuius quidem apologetici publicatio facta est in vrbe Tridentina xxvi. die mensis Iunij anni currẽtis. Eodem anno abbas Claræuallensis, Cistertien. ordinis supremus visitator, xvij. die mensis Martij, cum per Germaniam ordinis sui monasteria visitaret, atq; in terram haud procul à Francofordia, q̃ ab antiquis Vuederessia, à nostris aũt Vuederauia dicit̃, venisset, inter Fridburg & Lyntheim castra, siue raptorũ domicilia, suis oĩbus est spoliatus. Eodem anno pridie Kalen. Iunij apud Bernam in Heluetia quatuor S. Dñici cõuentus ibidem fratres, Prior, Lector, Subprior & Custos capti, p̃ torturam examinati, degradati, ad ignẽ cõdemnati, miserabiliter sunt combusti, propter quasdam dolosas, falsas, impias, & diabolicas machinationes, quas in odium immaculatissimæ virginis Mariæ conceptionis occasionaliter excogitarunt. Nam quendã simplicem & iustum idiotam superstitiosis quibusdam incantaminibus diaboli arte dementarunt, ac plurima tam in sacrosanctæ eucharistiæ sacramento, q̃ sculptis imaginibus tentauerunt, quemadmodum fere facta eorundem hæresiarcharum in lucem arte chalcographiæ sunt impressa, ideo præsentibus eorum confessata superfluum inserere duxi. Tandem vero ad instantiam Bernensium, Haimo Lausannen. ep̃us loci ordinarius, inquisitionem cõtra eos fecit, quo adstante vnà cum Matthæo * Vualesiano pontifice, Achilles Castelli ep̃us & apostolicę sedis legatus, ad hoc à papa Iulio specialiter missus, ab omni gradu & priuilegio clericali depositos, xxiij. die mensis Maij potestati tradidit seculari, atq; dehinc vltima die eiusdẽ mensis igne (vt hæretici) sunt incinerati in prato trans Ararim fluuium, p̃sentibus ibidẽ vtriusq; sexus & cõditionis multis hominũ millibus. Eodem anno in mense Augusto mortuus est Guilielmus Hassonũ Lantgrauius, post longum & miserabilem sacri ignis tam in corpore quàm membris ardorẽ, necnõ pustularũ morbum incurabilẽ. computruerũt eñ propter nimietatẽ morbi circa faciẽ & in arterijs carnes vsqueadeo, vt nedũ suis atq; ipsis medicis, quos ob id cõuocauerat plurimos, sed etiã sibijpsi factus horribilis, tandem longo cruciatu tabe cõsumptus sit. reliquit post se filiũ infantẽ, sub tutoribus hodie cum matre viuentẽ. Eodẽ anno mortuus est Iohãnes comes Palatinus Rheni & Bauariæ dux ac comes in Spanheim, qui morabat̃ apud Cynonotos in oppido Symern, filius ducis Friderici, q̃ fuit Stephani, q̃ fuit Ruperti regis Germaniæ. Relictus aũt vnicus illi filius hẽres, nomẽ paternũ referẽs, vxorẽ habẽs Christophori marchionis de Baden filiã. sepultus est aũt in monasterio Rauengirspurg canonicorũ regulariũ S. Augustini, vbi & pater & mater dormiũt sepulti. Eodem anno clerus Vormatien. qui iam decennio exulauerat propter dissensiones inter ciues & clerum subortas, mediante duce Saxoniæ Friderico, necnon duce Vuirtembergensi Vdalrico, & reliquis regni principibus apud Vormatiam concurrentibus, concordatus, atq; intra vrbem receptus est. Verum Vormatien. ep̃us pro suo interesse litis actionem continuans, in hanc concordiam ciuium consentire noluit, nisi ad integrum restitueret̃, quod tamẽ Vormatien. facere recusarunt. Eo anno monasterium ordinis S. Benedicti ad Eremitas nuncupatũ, Cõstantien. diœcesis, sub dominio ac defensione Heluetiorũ cõstitutũ, pene totũ igne casuali absumit̃. Hoc ipso anno grãdinis immẽsa tempestas fruges deua-

Fratres Prædicatores Bernæ combusti.

deuastans,grauiter læsit in qbusdam locis p Sueuiam, maxime in Leonberg,Eltingē, Ditzingen & circuncirca. Referūt,q viderūt, ea grandinis tempestate lapides ex aere decidisse magnitudinis q̄si ouorum gallinarum. Eodem anno mirabilis admodum valde dicitur fuisse terræ motus in festo Exaltationis S.Crucis Constantinopoli,& in plerisq; circumiacentibus locis & castris,horribilisq; grādinis & fulguris coruscatio, tonitrua q̄q; & aeris inæqualitas cum maxima tempestate,ita vt circa oram maris,muri,turres,ædificia & domus funditus corruerent,multaq; hoīm millia extinguerētur. castrum præterea Turcorum imperatoris cum quinq; turribus sumptuosissime extructum,in qbus thesaurus imperatoris Turcorum fuerat repositus,corruit. In templo etiam S.Sophiæ,q̄d Muschea Turcorū idolis iam extitit dedicatum,passionis Christi ab olim in parietibus depicta series,atq; ab impijs Turcis post captā ciuitatē cæmēto oblita,terræ motu refertur,cæmento deiecto,clarissime ad oculum apparuisse. Huius terræ motus & tempestatis nouitas Cæsari Maximiliano p literas innotuisse,libellorū impressorum lectione manifestatur. Per oēm quoq; pene Germaniam,maxime in Carinthinorum prouincia, Stiria, Tyrolis & Sueuia, post horam noctis octauam terræ motus factus est,cuius impulsu referuntur in plerisq; locis domus & alia corruisse ædificia. Eodem anno Maximilianus Cæsar mense Nouemb.apud Augustam Vindelicorum iussit conuenire principes regni,mandās p edictum publicum,ne quis se excusaret in non veniendo,constituit aūt diem Epiphaniarum, edictum vero illud exijt in mense Octobri anni currentis. Anno dn̄i 1510.conuentus principum ante p edictum à Cæsare pmulgatus,apud Augustam Rhetiorum ad festū Epiphanię celebrandus,lente qdem cœpit,sed diutius pseuerauit. Nam à principio Ianuarij vsq; ad finem mensis Maij durauit. Venerunt illuc Germaniæ principes multi, oratores quoq; Ludouici Gallorum regis,necnon Ferdinandi Aragonum, Vladislai Vngarorum & Boiemiæ regum,& principum regni plurimorum, suntq; multa eo in conuentu de Venetorum rebellione tractata. Nam Ludouicus Heluinus senator Vercelleñ.& Gallorū regis orator,habita in concione luculēta oratione,Venetorum originem,vitam,mores,& conditiones,perdocte admodum deduxit,quemadmodum orationem legenti patebit. Eo in conuentu bellum in Venetos continuandū,reges & principes cum Cæsare decreuerunt. Verum Venetiarum subdolus animus cum post multa suorum damna necesq;,videret tot se regibus & principibus non adeo posse præualere,cœperūt ipsi consilium apud se tractare,quonam fuco,quo pacto & colore treugas facere,pacem simulare cum Cæsare possent,oratoresq; suos ad Cæsarem pro rogāda pace mittere decernūt. Ordinati oratores,iubent Veneti lento gressu ac pedetentim iter agāt, cupientes machinis & scalis vrbes nonnullas Cæsareæ ditionis noctu conscendere. Sed fraude doloq; manifesto,pacem quam fuco per oratores postulare contendebāt, impetrare nunq̄ meruerunt. Deinde fraudis & perfidiæ aliud genus excogitantes,in vrbes,oppida,ciuitates,villas & agros Cæsareæ maiestati subiectos,clanculum mercede corruptos latrunculos immittunt,vt quos aperto bello sibi subijcere non possent, vel igne perderent. Sed qm̄ iniquitas sui est merces ipsius,capti nonnulli atq; ad torturam positi,confitentur Venetorum fraude & subordinatione factum, q non minus 50.conductis incendiarijs vrbes & oppida succendenda precio constituerunt. Eodem anno Iulius papa magnum contra Venetos in campis tenebat exercitum,cui & ipse multis diebus tanq̄ supremus director interfuit,Venetianisq; plurima damna intulit. Quod animaduertētes Venetiani, videlicet quatuor se maximis Christianorum regibus & principibus resistere non posse diutius,missis ad pontificē oratoribus,commissorum à se malorum veniam petunt,oīmodamq; subiectionem sedi apostolicæ offerunt. Motus igitur papa melicraticis oratorum verbis,Venetos in gratiam recepit, atq; ab eorundem persecutione destitit, factæ confœderationis cum Cæsare immemor. Siquidem hæc pontificis in rebelles Venetos benignitas, argumentum fuit malorum & initium. Eodem anno Guilielmus Hassonū Lantgrauius q̄ndam Ludouici filius, mortuo fratre suo Guilielmo iuniore, vt supra diximus,anno captiuitatis suæ qbus vinculis fuerat mācipatus,15.libertati restitutus est. Causam detentionis nonnulli referūt,quod secundum lunæ moderationem furere q̄nq; videbatur. verum alij alia dicunt. Dimissus tñ Hassiæ dn̄ium affectabat,estq; cum tutoribus relicti Guilielmi coram regni principibus habita contentio. verum consilio q̄rundam res in concordiam acta est,ita vt pecuniæ summa q̄tannis Guilielmus contentatus, Hassiæ dn̄ium filio relicto p tutores administrandum concesserit. Anno p̄notato die Februarij 6. intempestæ noctis hora circiter vigiliam secundam,homo quidam sacrilegus nomine Paulus Form,patria Pomeranus & incola Pernaugiēsis, sub ditiōe Ioachimi Mar

Augustensia comitia.

chionis Brandẽburgeñ. principis electoris, in villa quæ vocatur Knobloch, ecclesiam furtiue intrauit, atq; cibarium pfringens, capsellam in qua venerabile sacramentũ eucharistiæ reconditum seruabatur, deauratam, cum hostijs & particulis duabus consecratis, altera maiori, altera minori, furatus est. Sequẽti aũt die furti preciũ *existimãs, monstratile cum particula vna Iudæo cuidam emendum obtulit. Nam antea particulam alteram indignus furcifer deglutiuerat. Iudæus vero capsellam siue monstratile considerans: Maius, ait, & multo esset charius quod his inclusum fuit vasculis: quod si portasses, digno precio redemissem. At sacrilegus ille excæcatus malitia, de sinu alterã extrahens hostiam, Iudæo appreciandam tradidit. Verum Iudæus appenso vili precio nouem grossis, quorum 32. florenum Rhenensem faciunt, dñi & saluatoris nostri corpus sub sacramentalibus speciebus velatum, ab iniquo vẽditore emit. Vtcunq; actum sit, mordet reum scelus cõmissum, timet'q; semp sæua & pturbata cõscientia. fugit mercator iniquissimus ad Vuendos, vbi fama præuolãte factum oĩbus innotuit. Reuersus tandem ad propria sacrilegus, captus atq; in torturam positus, crimen confitetur ac rei gestæ ordinem recitat. Iudæus vero q dñicum corpus emerat, ad nudam superpositum mensam pugione sæpius vibrato transforare tentabat, sed Deo volẽte, inter tot punctiones hostia pmansit integra. Quod videns malitia excæcatus Iudæus, in furiam actus, dixit: Si tu es Christianorum Deus, manifesta te in nomine mille dęmoniorum. quo dicto, citius in tres scissa partes particula, sanguineo p circunferentiam immaduit rubore. Exterritus Iudæus, particulas panno inuolutas, p mensis spatiũ apud se tenuit. ac deinde duobus alijs in Brandenburg & Stendel morantibus singulas particulas transmisit, tertiam vero apud se retinuit: quam secundo pugione mẽsę superpositam transfixit, adeo vt sanguinis guttulæ visibiliter defluerẽt. consternatus animo Iudæus, qppe q factum prodi miraculo timebat, particulam absumere tentabat, sed non potuit. dein in aquam pіecit, sed enatare cœpit. tertio in ignem pіecta, semp integra & illæsa pmansit. Postremo appropinquante solennitate Paschali, subcineritios & azymos panes Iudæus coxit, qbus particulam cõmiscens, formata in modũ azymi panis massula in furnum pіecit, q̃ tñ e furno alioquin subobscuro & tenebroso, sed iam tunc luminoso, in Iudæi faciem psilijt. vnde pterritus Hebræus, massam cum particula alteri cuidam Hebræo transmisit. In carcere aũt venditore detento, cum res ageretur in ppatulo, iussit Marchio detineri oẽs Iudæos p Marchiam cõmorantes, apud'q; Vrsulũ, hoc est, Berlin vinculis mancipari. Ad torturam vero expositi, confessi sunt post plurima scelera, intra pauculos admodum annos 7. Christianorũ infantulos acubus & punctûris occidisse. Igitur 19. die mensis Iulij, pductis in medium pfidissimis Iudæis numero 38. demptis duobus principalioribus, atq; relectis eorundem publicis cõfessatis, lata in eos sentẽtia, igne sunt cõcremati, duobus illis ductoribus in supmo loco incẽdij positis. Fuere & alij tres, q baptismi sacramentum receperũt, q̃rum duo sequenti die capitibus truncatis, mortis debitum exoluerũt. tertius vero multorũ precibus vitæ donatus, monasterium fratrum Minorũ apud Vrsulum intrauit. Traditor aũt ille Paulus post corporis dilaniationem, ferramentis ignitis rogo seorsum impositus, iuxta Scabinorum sententiam in cinerem est resolutus. Proscripti fuere tum oẽs & expulsi p Marchiam Iudæi cum oĩbus bonis, & ne vnq̃ redirent, sub mortis interminatione interdicti.

Eucharistię sacramentũ venditum.

Eodem anno fratres ordinis B. Mariæ virginis de mõte Carmelo, generale sui ordinis in Neapolitana ciuitate capitulum celebrantes, dum ad sua qsq; redire disposuerat, capitulo iam terminato, prouincialis, priores & fratres de insula Sicilię nauem intrantes, versus Siciliam nauigare cœperũt. Cum vero altum mare mediterraneum aliquandiu sulcassent, piratæ ex Aphrica Saraceni, irruptione facta, oẽs simul numero 25. cum nauibus captos abduxerũt: sed quorsum sint delati, nec hodie certum habet.

Hoc ipso anno fratres militiæ Teutonicorum, q Prussiam & Liuoniam inhabitãt, ppter Tartarorum, Rutenorum & Scytharum frequentes incursiones, Cruciatã cum indulgentijs Iubilei Iulio papa concedente, per diuersas Germaniæ diœceses in subsidium contra prædictos & reliquos Christianæ fidei hostes prædicant, atq; non modicam pecuniæ quantitatem & summam colligunt. Anno prædicto currente, Ernestus marchio Badeñ Christophori filius, filiam sibi desponsauit in mense Iunio Friderici Marchionis Brandenburgeñ. Elizabeth nomine in thermis Cellensibus, præsentibus ibidem oratoribus & missis Cæsareæ maiestatis & nõnullorum principum regni. nuptiæ aũt Pfortzheim sunt celebratæ circa festum S. Michaelis eiusdem anni. Eo anno in multis per Germaniam locis homines pituita, catarro & capitis pessimis fluxibus mirabiliter torquebant, ita vt vertigine capitis ac oĩm pene membrorũ paralysi q̃dam laborantes, oĩm pene comestibilium & potabilium nauseam haberẽt, essetq; in fasti-

Ernestus Marchio Badensis.

fastidio quicquid ex cibis appositum fuisset. Eodem anno vindemia propter tempus supra modum pluuiale & humidum accelerata fuit, vuæq; tempestiuius q̃ oportebat per *Alisatiam & Orthaugiam collectæ, atq; ob eam aeris & cœli inclemētiam vina non admodum matura & substantiosa, sed aquosa propemodum & acida.

Anno dñi 1511. Ludouicus comes Palatin⁹ Rheni, Bauariæ dux & princeps elector, 23. die mensis Februarij, quæ fuit dñica sexagesimæ, solennes nuptias cum filia ducis Bauariæ Alberti sibi nuper desponsata, solenni pompa celebrauit Haidelbergæ, præsentibus ibidem Cæsareæ maiestatis ac multorum principum legatis & oratoribus.

Deinde dñica quinquagesimæ sequenti, quæ fuit 2. die mēsis Martij, Vdalricus dux Vuirtembergeñ. annum agens 24. nuptias Stutgardiæ cum filia ducis Bauariæ Alberti & supradicti Ludouici Palatini coniugis sorore, maxima cum solēnitate, pompa & expēsis grauissimis celebrauit. Conuenerāt illo Guilielmus dux Bauariæ & frater spōsæ, Fridericus dux Saxoniæ, Ludouicus comes Palatinus Rheni & princeps elector, Fridericus eius germanus, Fridericus Marchio Brandenburgeñ. Henricus dux Megalopolis, Henricus dux Brunsuigeñ. Christophorus marchio Badeñ. & filius eius Ernestus, Guilielmus comes de Hennenberg, Holofridericus comes de Zollern, & fili⁹ eius Franciscus locum Cæsaris referentes, Andreas comes de Sunnēberg, Nicolaus comes de Salm, & alius comes de Bitsch, cum multis alijs comitibus, baronibus, nobilibus & equestris ordinis viris, necnon episcopis & prælatis, in quorum præsentia episcopus Constantieñ. matrimonium ad fores ecclesiæ collegiatæ Stutgardiæ solenniter solennizauit. Referunt qui rei veritatem norunt, equos fuisse circiter 7. millia, expensæ tantæ, quantæ vnq̃ vel auditæ vel visæ sunt. non fuere pares nuptiæ celebratę tam sumptuose, tam magnifice, tamq; dapifere, vt fuere istæ. Eodem anno bellum contra Venetos à Cæsare, Gallorum rege & Ferdinando Hispaniarum rege cōtinuatur, sed non sine partium sanguine, dispendio & detrimento, maxime quum Cæsar regis inconstantem animum intellexisset, quippe qui contra Flandrenses Carolo Geldreñ. duci suppetias tam auri quàm hominum, licet occulte, subministraret. Eodem anno Cæsar Maximilianus denuo regni principibus apud Augustam Rhetiæ conuentum indicit, in quo plurimi conueniunt. Venetorum rebellio per imperatorem detegitur, atq; auxilium imploratur, sed frustra. In eo conuentu oblatus fuit Cæsari homo quidam barbarus, moribus incompositus, statura procerus, & natione septentrionalis, qui vorax supra modum, vitulum, *mutonem vel ouem pro vna tantum refectione crudam comedisse fertur, & famelicum se adhuc fore protestabatur. Anno prænotato senatus vrbis Constantieñ. in finibus Sueuorum cum nonnullis de cōmunitate, Suitensibus se coniungere & confœderare volebāt, atq; in eorum deditionem ciuitatem tradere: vnde grauis admodum inter senatum & ciues oritur seditio. Nam quibus hæc conspiratio erat incognita, fidem Cæsari atq; regno seruare integram volentes, senatui in faciem restiterunt, inter quos piscatorum societas potior fuit. Mittunt igitur celebres ad Cæsarem nuncios de conspiratione senatus, hūc cōmonefacientes, qui missis equitum circiter trecentis in auxiliū, iter veniēdi accelerauit. Interea portas ciuitatis armati custodiunt piscatores, & ne quis ex senatu aut reliquorum cōspiratorum effugiat, diligenter obseruant. At cum ciuitati approximaret cum militibus Cæsar, introitu prohibetur. fit denuo non parua ciuium turbatio, sed vicit piscatorum societas, q̃m & numero plures & viribus fortiores. Intromissus igitur Cæsar, dum huius conspirationis autores disquireret, cœperunt senatus & capita factionis sibi ꝓuidere, atq; clanculum aufugientes sibi ipsis fuga consulere. detentis tamē quibusdam atq; capitibus trūcatis, pacem Cæsar reformauit, atq; seditionem extinxit. Eodem anno 4. die mēsis Maij Felix comes de Vuerdenberg, Andream comitem de Sunnenberg, armatus inermem in loco campestri inuadēs, dum in venatione solatium quæsiuisset, crudeliter occidit. Fuerant enim antea inimici, quos tamen Vdalricus dux Vuirtēbergeñ. præfixa dieta concordare volebat. sed interuenit hoc diaboli malum, vt comes comitem interficeret. Eodem anno cum Iulius papa propter Bononieñ. Bentiuolis bellum apertum indixisset, volens oēs adesse cardinales sibi, ꝑ edictum publicum vt ad se venirent mandauit. Verum Bernardinus natione Hispanus, cardinalis S. Crucis, qui iam pridem in Germaniam legatus apostolicæ sedis missus, pontificis mandato contraueniens, in partem suam illexit Guilielmum Prænestinum, Franciscum Renatum, & reliquos cardinales, qui sine consensu, immo in odium papæ Pisas abeuntes, conciliabulum aduersus papam indixerunt, sicq; inter papam & cardinales schisma pessimū seminauerūt. Igitur pestiferi schismatis autor Bernardinus, 19. die mensis Maij anni præscripti, coram notarijs publicis & testibus ad hoc specialiter vocatis, cū iam supra noīatis cardinalib⁹

Vdalrici ducis Vuirtēb. nuptię.

At. de fide Cōstātieñ.

nalibus suis noībus & pro 6.alijs cardinalibus, q̄rum sufficiēs mādatū exhibebāt,s.episcopi Tusculani,Adriani S.Chrysogoni,Renati S.Sabinæ,Caroli S. Viti,Friderici S. Angeli diaconi,Hippolyti S.Luciæ diaconi,generale concilium Pisis ad primū diem mensis Septemb.tunc proximi celebrandum indixerūt, Iulium Pont.Max. ac reliq̄s p Italiam,Franciam & Germaniam principes & reges p edictum publicæ citationis in valuis plurimarum ecclesiarum citantes, doctores q̄q; & p̄latos cum reliquis q̄rum interest aut interesse poterit.Pontifex aūt vt ptinaciam eorum literis & nuncijs intellexit,à proposito rebellionis & pessimi schismatis eos reuocare curauit, obsecrans & contestās,vt ab incepta temeritate resilirēt,atq; ad sanctæ matris ecclesiæ vnitatem redirent.Quod si minus,etiam nolēs contra eos iure procedere haberet.Audientes vero pij pastoris paternam admonitionem Renatus, Franciscus & Guilielmus cardinales, in gratiam atq; vnitatem pontificis & ecclesiæ Romanæ redeuntes,paterne sunt recepti.Bernardinus vero instrumentū diaboli,pseuerās in sua ptinacia obstinatus,q̄s potuit,in partem suam trahere cōtendebat.Pisam itaq; ciuitatem p loco cōciliabuli deputantes,conuenerūt ex Gallia & Longobardia epi,& q̄d fieret tractabāt.;Verꝫ non adeo se tutos in vrbe Pisana existimantes,Mediolanum cōscendūt, vbi Bernardinum ecclesiæ vicarium,& conciliabuli sui p̄sidentem statuerūt.Nec diu post timentes Mediolanum quoq; sibi non satis tutum,in Gallias se transferunt,ob eam rem quod cum Pont.Iulio rex Gallorum non cōsentiret,atq; apud Lugdunum Galliæ vrbem sessiones aliquot publicas habuere.Atqui Iulius papa 2.cum se apud Bernardinum & factionis suæ complices nihil proficere posse pietate,clementia & indulgētia vidisset,tum citatos & sufficienter admonitos,vt à proposito rebellionis resilirent,minime comparentes,Romæ in consistorio publico de cardinalium suorum assensu & consilio vtriusq; iuris peritorum complurium,eos tanq̄ hæreticos,schismaticos, cōtumaces & rebelles,atq; ab omi dignitate Cardinalatus per sententiam deposuit, titulis quoq; ,insignijs,voce tam actiua q̄ passiua,ecclesiis,episcopatibus,monasterijs & cunctis beneficijs ecclesiasticis,quæ vel in titulum vel cōmendam,seu quouis alio modo possederāt, priuauit,atq; ad illa vel alia in posterum obtinenda inhabiles declarauit,& ab omibus Christi fidelibus vitari,nec p cardinalibus haberi aut nominari decreuit.His per Iulium papam factis & publicatis,infirmata est paululū cardinaliū potentia,licet sui defensorem & tutorem mali Gallorum regem p̄elegissent. Perstantes igitur in sua temeritate schismatici,Ludouicum prædictum Gallorum regem pontifex, ne temerarios & rebelles diutius contra edictum foueret, cōmonefecit,qui horum nihil aduertens,à Iulio papa veluti hospes,fautor & tutor atq; defensor hæreticorum & schismaticoꝝ, est excōmunicatus, Lugdunum quoq; ac oīa & singula loca,in q̄bus prædicti abrogati cardinales moram traherent, ecclesiastico supposuit interdicto. Parum abfuit vt in pessimū schismatis malum dolo & fraude Gallorum regis,suorumq; nōnullorum consulum persuasione,Maximilianus Cæsar consensisset.nitebatur eñ in vindictam pontificis,quod iamdudum ab se & Gallorum rege recessisset,atq; Venetos in gratiam contra fœdus contractum recepisset *aliquid moliri.& nisi, vt est homo diuini propemodum ingenij,callida hoīm cōmenta in malum(Gallum sibi quoq;,vt. Ro.ecclesiæ aliq̄n cedere posse) præsensisset, actum iam de conciliabulo Pisis celebrādo fuisset. Admonitus tñ prudentium virorum consilio,placide acqeuit,atq; quem incaute pedem cum Gallis & schismaticis contra pontificem firmauerat, citius retraxit. Præterea Iulius pontifex considerans q̄m in rebus arduis mora periculum vtcunq; causat,obuiare hostibus ecclesiæ & schismaticis volens,18.die mensis Iulij de consilio & assensu 21. cardinalium,Pisanum conciliabulum destruendo, generale apud Lateranum Romæ celebrandum concilium indixit & publicauit, in annum sequentem inchoandum & continuandum,die lunæ videlicet 19.mensis Aprilis, quem terminū postea certis ac rationalibus causis eum ad id mouentibus,vsq; in primū diem mensis Maij prorogauit.

Bernardini factio cōtra Iuliū papā.

Indicit concīliū ad Lateranum.

Eodem anno mortuus est Iacobus ex marchionibus de Baden archiepiscopus Treuereñ.anno pontificatus sui 8.in florida ætate annorum necdum 40.princeps nobilis,doctus, & satis ad regimen ecclesiasticum aptus, de quo vna oīm spes fuit,q̄d ipse Treuereñ.ecclesiam ex oībus releuaturus esset oneribus debitoꝝ. Huic successit in archiepiscopatu Richardus Griffenklou Treuereñ. canonicus, vir prudens & expertus in rebus agēdis,atq; ad ecclesiæ regimē idoneus. Eodem anno obsessa est à Burgundis vrbecula ducatus Geldrēsis,Velo dicta,amplius 3.mēsiū spatio:ac tandē fortissime, quanq̄ frustra,oppugnata,spōte ab obsidētib' derelicta. Anno 1512.hyems admodū remissa fuit,clemēs,humida,& lutosa, vñ in plerisq; locis Germaniæ pestis epidemiæ sæuiēs,plures mortalium absumpsit,Præterea 22.die mensis Februarij Maximilianus Cæsar

Cęsar venit Herbipolim,peractoq; ibidem carnispriuio,per Vuestrasiam ad Mediomatrices iter direxit,quem ciues maximo cum honoris tripudio excipiētes,tributum quotānis Ro.imperatoribus debitum soluunt.Deinde xi.die mensis Aprilis Maximilianus Imp.in Treuirorum ciuitate constitutus, diem illo cōueniendi principibus regni condixit,q p trimestre tēpus durauit.Cōuenere aūt regni principes electores cum reliquis principum,ducum,comitum,baronum,nobilium, ciuitatū & cōmunitatum regni Germanici oratoribus plurimis,aderat quoq; Iulij Pont.max. legatus Laurentius Campeius Bononień.causarum palatij apostolici auditor episcopus Feltreń.Ludouici regis Gallorū orator Claudius eps Marsilień. Henrici regis Angliæ Rupertus eques auratus,Iohannis regis Nauarræ orator,Friderici Saxonum ducis & principis electoris orator,Sigismūdi regis Poloniæ orator,Laurentij episcopi Herbipoleń. orator Reinardus Vormatień.Philippi Spireń.oratores cum reliqs.Eo in conuentu plurima tractata fuere de bello contra Venetos,de declinatione pontificis ab imperatore aduocato ecclesiæ, & alijs pene multis. Deinde Cæsar deuotione motus, psentibus ibidem oībus,qui ad conuentum illum confluxerant,altare maioris ecclesiæ S.Petri apostoli principale aperiri iussit,atq; rei veritatem de tunica saluatoris nostri inconsutili experiri voluit.Aperitur altare,inuenit tunica dñi inconsutilis,cū alijs reliquijs sanctorum plurimis & preciosis,quemadmodum chartæ hinc inde impressę indicāt.Soluto aūt conuentu principum,Cæsar Maximilianus dimissa Treueri Coloniam, dein Brabantiam descendit. Compositis aūt Brabantinis rebus,reuersus Coloniam,p Rheni fluminis tractum in Alsatiam,vnde mouendo pedē ad Hagenou, Landou & Vuissenburg declinauit, vbi & hyemare statuit. Eodem anno circa festum S. Iohannis Baptistæ magna ciuium seditio Spiræ inter senatum & ciues suborta fuit, cuius qdem seditionis prima & potissima causa pecuniarū onerosa exactio, quam vulgariter Vngelt noīant,q̄ ciues se nimium grauatos conquerebant,rationem singulorum à senatu habere cupientes.Itaq; tumultu facto,in vnum conueniūt ciues,portarū claues arripiunt,portis custodias singulis ponūt, neminem vel exire vel intrare, nisi cum testimonio pmittentes.Deinde senatum deponunt, alium surrogant, abrogatorum consulum domos repetunt.Verum senatus cedere furijs ciuium maturantes, asylum ecclesiæ maioris quærūt.Igitur vicini quiq; potentes audita seditione ciuium, cōmotos animos sedare quærūt,sed furia perciti,neminem intromittere voluerūt.Maximilianus aūt Cæsar paci consulere cupiens,quosdam principum consules ad Nemetes misit,mandās vt in sedando tumultu missis à se principum oratoribus, animū accōmodent,vel si minus, ipse veniēs rebellibus dignam suæ rebellionis animaduersionem rependat.acquiescūt placito ciues,reformataq; pace,q̄sdam de senatu fuga lapsos proscribūt,reliquis eorum vti officijs solitis annuūt. Eodem anno Iulius papa 2.iuxta publicum anni superioris edictum,generale apud Lateranum Romæ cōcilium ad caput mensis Maij celebrādum inchoauit,in quo sessiones aliquot p dierū interualla habuit.verum morte præuentus,quod inchoauerat, consummare non potuit. Anno pnotato Maximilianus Imp.cui fide nihil sanctius,cum regem Gallorū contra fœdus pcussum,dolo fraudeq; à pactis se subtrahere vidisset,habita iustissima occasiōe,ab eo discedere coact⁹ est,maxime q; pacta violare primus ipse Gallorū rex visus, Carolum Geldriæ ducē aduersus Brabātinos cōcitauerat.In bello etiā q̄d cū Cæsare cōtra Venetos cōmune fuerat,pactorū cōditiones temerauit,suaq;,nō Cæsaris,vt iuramēto firmauerat,quæsiuit.Iure itaq; desertorem Cæsar deseruit,ac fœdus rursum cum Ro.Pont. Iulio contraxit,regniq; principibus,comitibus, & ciuibus sub certis pœnis etiam capitali,ne Gallorū regi suppetias mitterent, interdixit. Huius edicti Cæsarei comes de Lyningen Emicho contemptor, adiunctis sibi aliquot stratiotis, ex vrbe Treueri iampridem clanculum abiens,Galliam intrauit,atq; militiam in odium Cæsareæ maiestatis & publici edicti vilipendiū,regi Ludouico spopondit.Quod Cæsar animaduertens,læsæ maiestatis rerum comitem declarauit,atque banno imperiali tam ipsum q̄ omnia sua subiecit. Præterea Ludouico comiti Palatino Rheni & principi electori mandatum dedit,quatenus profugi & exbanniti comitis castella, munitiones, villas & agros in suam potestatem reciperet ac deditionem, quod & fecit. Fuere & alij comites & principes,qui castra quædam & munitiones comitis in suam potestatem redegerunt,atq; hodie detinent.Inter quos Vdalricus dux Vuirtembergeń. castrū Hartenburg,licet vxoris & filiorum precibus præmonitus, in deditionem recepit, quod & hodie detinet.Rediens aūt ex Gallijs comes,vt vidit se imperiali bāno suppositum, excusandi sui causa post Cæsarē,q tum in Vuissenburg oppido morabatur, currebat. Verum Imperator animaduertens callida figmentorum hæc mendacia fore,vt citius homo

Tunica dñi Treueri reperta.

Spirensium seditio.

Emicho comes de Lyningen.

homo pfidus abiret, iussit. Exinde p varios anfractus & vias & media qbus sua recuperare posset, p plerosq; suæ sortis hoies in curia laborauit Imperatoris, sed nihil vsq; in hunc diem profecit. Anno currēte, dux Vuirtembergeñ. Vdalricus apud Belgarum metropolim in cōuētu principū cōstitutus, celeri cursu tātaq; velocitate à Treuiris ad Stutgardiam suæ oppidum habitationis & residentiæ se transtulit, vt in stuporē oēs q audierāt, verteret. Deinde ad monasterium Zuifalten festinās, abbatē monasterij captiuum in castrum suum Nyphen duxit ac detinuit. Verū Constañ. eps ducem, q manus violentas in psonam ecclesiasticā iniecisset, cōmonefaciens, ob id excōmunicationis sententiā incurrisse, nuncios ad Iulium p absolutione misit. Absolutus dux, epo Constañ. vt ordinario loci, abbatem in vincula detinēdū tradidit, quem eps in castro Mersburg p aliqt annos captiuum retinuit. Causas vero detentionis non est meū discutere, cum malum sit in eos scribere q pscribere possunt. Per idem fere tēpus, Rauennæ in Italia monstrum apparuisse dicitur, qd mas fuerit simul & fœmina, cornu habens in capite vnum, alas, non brachia, & vnum solum modo pedem, ac in eius pedis genu oculū, in pectore figurā literæ Y aut V cum imagine crucis. cuius interpretatio edita fuit huiusmodi: Superbia, leuitas, carentia virtutum, sodomia, terrenorū duntaxat amor, obliuio Dei, insatiabilis auaritia, flagello Francorū punienda. Eodem anno Iulius papa cum annis superioribus de potestate Venetorū Rauennā ac totam pene Romandiolā non sine sanguinis effusione recuperasset, tandem Ludouicus Galliæ rex pacta fœdusq; cum eodem Iulio & Maximiliano Imp. pcussum violauit, vrbē deditione recipiēs, multis peditum ac equitū millibus Rauennā ciuitatem munire studuit. Quod vidēs Pont. maximus iustum vtriusq; ordinis exercitū, auxilium ferente Maximiliano Imp. q iampridē fœdus cum Pont. composuerat, Rauennā obsedit. Facta aūt eorum qui intus erant eruptione qm̄ bombardarum ictibus & machinis qui extra erant, fortiter muros qtiebant, ac vim obsessis non paruam facientes ad bellum extra puocabant, aperto marte pugnatum est per horas quasi 12. Siquidem q ex parte Gallorum regis fuerant, pōtificis exercitum non adeo fortem existimantes, obtinendam victoriam sibipsis persuadebant. Pontificis aūt exercitus qm̄ in manibus suis vitam suam repositam videbant, cum Germanis quos in suppetias Cæsar miserat, & de quorum fortitudine & audacia plurimum confidebant, rem fortius aggredientes, Gallorum vires & animositatem experiri volebāt. Pugnatum est ab vtroq; exercitu in longas horas vsq; dum vires pene defecissent. profligati tamē Galli, salutem fuga pariūt. Cecidere in eo bello nimium cruento 16. millia desideratorum, viri robustissimi nobiles atq; ingenui, estq; Rauenna denuo in potestatem pontificis redacta, Gallis omnib9 expulsis & interfectis. Hoc ipso anno priusq̄ Rauenna fuisset Iulio papæ restituta, inter Ro. pontificem Iulium & Maximilianum Cæsarem pax reformata ac concordia restituta est, Matthæo Lang tunc Gurceñ. episcopo Cæsaris vicem agente, quæ quidem pax & concordia 25. die mensis Nouemb. in ecclesia S. Mariæ populo solenniter publicata sub multis clausulis & conditionibus, ciuibus Romanis non paruum gaudij & exultationis argumentum præstabat. Per idem fere tempus quo Galli Rauennam obsidebant, Selimus Turcarum regis iunior filius, proditorie occiso patre Baiazete, regnum fratri præripuit. Eo anno 29. die mensis Decemb. Maximilianus dux Mediolani, filius Ludouici Sphorciæ (quem Heluetij annis superioribus Gallorū regi tradiderunt, quiq; apud eundem regem in carcere mortuus est) expulsis per Cæsarem à Mediolano Gallis in multitudine pugnatorum graui, victor Mediolanum intrauit, estq; maximo ab Mediolaneñ. honore exceptus, comitantibus eundē plurimis de Cæsareo exercitu principibus, comitibus, nobilibus & vtriusq; ordinis viris fortissimis, in primis Matthæo Gurceñ. episcopo. Eodem anno Fridericus Marchio Brandenburgeñ. mortuo Friderico ex ducib9 Saxoniæ magistro ordinis militum Teutonicorū in Prusia, filium suum Albertum anno præcedente in demortui locum magistrum ordinis electum, gloriose admodum in Prussiam misit, adiunctis sibi equitibus plus minus quadringentis. Eodem anno castrum Hohenkrohen dictum, in agro Hegou situm, iussu Maximiliani Cæsaris à Sueuica liga obsidetur, atq; tertia die obsidiōis funditus destruitur. Erat autem castrum arte & natura munitissimū, atq; ad obtinendum opinione hominum pene impossibile. Verum exercitus ligæ Sueuicæ admotis bombardis & machinis, vim obsessis vehementissimam intulerunt, ita vt principales noctu clam aufugerent, reliqui pauci qui remanserant intus, videntes quoniam tot bombardarum iaculis resistere non possent, dato in deditionem castro, abierunt. Siquidem qui prædictum castrum hæreditario iure possederat, raptores publicos & nonnullarum ciuitatum imperialium diffidatos hostes intromittens, aditum illis contra Cæsaris

Marginalia: Abbas Zuifalteñ. — Matthæus Lang epus Gurcensis. — Castrū Hohenkrohē.

ris mandatum,quocunq; voluissent tempore,hora & die,concessit.Quare motus Cæsar Sueuicæ ligæ mandauit,quatenus cõtracto exercitu pdictum castrum obsiderent, & fortuna cõcedente funditus destruerent.quod & fecerũt. Eodem anno Bressa ciuitas Italiæ per capitaneum regis Gallorũ,nomine Namursium,à Venetis obsessa & obtenta,recuperatur,nõ sine plurimorum occisione.Siquidem Gallis ciuitatem obsidentibus,qui intus erant ex parte Venetorum,vim haud paruam faciebant.Econtra bombardis,machinis & scalis admotis,à Gallis ciuitas angustiatur,& muri bombardarum ictibus grauiter cõquatiuntur.Igitur Galli suppetijs Teutonicorum,de quorum audacia magna illis spes erat recuperandæ ciuitatis,muris approximatis atq; scalis cõscensis,Venetos insolito tubarum & tympanorum clangore perterritos,per murum in præceps Teutonicis stratiotis corruentibus,passim per ciuitatem cedentibus, portas aperiunt,ciuitatem capiunt,& eos qui intus fuerant de Venetis,trucidant, perimunt & occidunt.Ferunt tum in ore gladij perijsse millia circiter octo virorum desideratorum de Venetorum exercitu,de Teutonis autem plus minus viri triginta.Verum non adeo multum post à Venetis dolo & fraude à ciuibus denuo in deditionem recepta,Gallorum regis exercitus cum Teutonis circiter millibus tribus castra mouentes,denuo ciuitatem occupant.Verũ à Cæsare missi Teutones,non satis de Gallis sibi confidentes,in obsidione Gallos præoccupant,muros ex scalis clara luce cõscendunt,vim obsessis faciunt,atq; nimium crudeliter'q; furentes in Venetos perfidos,ciuitatem ipsam in ore gladij obtinent,occisis pene omnibus qui erant intus de Venetis & fidefragis ciuibus,vsq; ad millia septem & vltra,ex Teutonicorum vero exercitu & Gallorum mille circiter desiderati ceciderunt. Anno domini 1513.maxima ciuium Coloniæ Agrippinæ seditio contra senatum suborta est,non ob aliam causam,quàm Spireñ.& Erdfordieñ.contra senatum suum habuere,scilicet q nimium grauarentur importunis exactionibus per singulos annos.Igitur de communitate ciues in vnum armati cum lanceis,contis & bombardis conuenientes,senatoriam domũ vbi senatus fuerat congregatus,maximis clamoribus petunt,atq; in publicũ eos qui insolitis communitatem exactionibus grauarent, euocant.Perterritus insolito populi furore senatus, blandis furorem commoti vulgi sermonibus temperare student,atq; vix tandem dilatione obtenta,de singulis petitis se propediem responsuros promittunt.Et quoniam grati fuerant populo qui ex suggestu rationem reddebant, acquieuit tandem furibunda multitudo,atq; à consistorio in propria secessit.Verum die sequenti Epiphaniarũ domini,conueniente in vnum senatu,atq; tumultus causam lyncei perspicientes,nonnullos se absentasse à senatu considerant.vnde suspicionẽ vulgi non vacuam existimantes,vehementer ciuiũ qui ad fores responsa præstolabantur,furorem timentes,quid facerent ignorabant.Anxij facti qui de senatu congregati fuerant,tumultũ suboriri vulgi nouũ audiunt:nam per ciuitatem discurrentes,quos de senatu conuenire poterãt,ad vincula coniecerunt. At sequenti,hoc est,decima Ianuarij die, quem in vincula coniecerant senatoriæ dignitatis virũ Theodoricum Spitz prædiuitem,in publico fœni foro capite truncatum morti donant.Deinde vndecima die in eodem foro & loco alium ex senatoribus Iohannem de Rydt Burgimagistrum & alium quendam sibi socium in officio,capitis abscisione vitam finire statuunt.Die vero duodecimo tres alij senatores Petrus Rot,Franco von der Lynden,& Bernardus Eysz,multũ diuites & potẽtes,truncati sunt. Reliqui autẽ ex senatu plures proscripti sunt,atq; sic ciuitati pax restituta. Eodẽ anno in mense Ianuario mortua est Sophia filia regis Poloniæ & vxor Friderici marchionis Brandenburgeñ.de qua genuit Casimirũ primogenitũ,Georgiũ hodie in Hungaria principãtem, Albertũ Teutonicorum magistrum in Prussia,Iohannem,Fridericum Herbipolensis ecclesiæ præpositũ,Guilielmum,Iohannem Alberti,Gumpertum,Margaretam,Sophiam,Elizabetham quæ nupta est Ernesto marchioni Badensi,Anna,Barbara,reliqui tres obierũt. Seditio ciuium Coloñ.

Eodem anno mortuus est Philippus de Rosenberg episcopus Spireñ.anno pontificatus sui octauo.hic ecclesiam collegiatã ex monasterio nostri ordinis sub Ludouico suo prædecessore de Odenheim transtulit in oppidũ Bruchsall,atq; locũ prædictum cũ titulo penitus extinxit ac deleuit.Sub eo ciues in Landou ab obedientia & subiectione Spirensis ecclesiæ,cui à regno fuerãt impignorati,oblato redẽptionis precio,recesserũt.Huic in episcopatu successit in canonicorum postulatione Georgius frater Ludouici comitis Palatini Rheni Bauarorum ducis ac principis electoris,anno ætatis suæ xxvij.ppositus ecclesiæ maioris in Mogũtia princeps nobilis,mansuetus, prudens,& cleri amator,de quo multis est spes magnæ vtilitatis reipub.ecclesiasticæ.

Hoc ipso anno xxi.die mensis Februarij Romæ moritur Iulius papa eius nominis Iulij 2.mors

secũdus, anno põtificatus sui x. durãte cõcilio per eũ in Laterano inchoato. Hic depositis cõtra Venetos armis, reuersus in vrbẽ, sumptuosissimas incepit structuras, morte aũt pũentus cõsummare nõ potuit, maxime S. Petri ecclesiã, quã de nouo pciosissimo tabulatu lapideo, & altiorẽ & ampliorẽ fieri fecit. Huic in pontificatu, vacãte sede diebus xvi. successit cardinaliũ electione Iohães de Medicis Florentinus, cardinalis diaconus S. Marię in dñica, qrta die mẽsis Martij, cuius electio die sequẽti publicata fuit, & in Missa populũ bñdixit. Eodẽ anno in ciuitate Augustana Rhetiorũ, puer quidã ætatis annũ agens sextũ, de honestis, sed egenis admodũ parentibus natus ac mutus, mirabiles præ se ferebat gestus, hominũ frequentias declinabat, loquẽtes audiebat & perfecte intelligebat, verũ penitus verbũ ipse nullum respondebat. Reclusus in tuguriolũ à parentibus fuit, ne aut aufugeret vel casu læderetur: emissus aũt e tuguriolo saltabat, & murilego velocior nunc supra, nunc vero subtus scamnũ se occultabat. Angustiati parentes, virorũ consilia requirebant doctorũ. Alij dicebant dæmonio agitatum, alij secus. Verũ quid actũ sit de hoc puero, vel vnde sibi mores & gestus tam mirabiles in corpore admodũ gracili & extenuato, vsq; nũc me fugit. Eodem anno septima die mensis Martij hora prima post meridiẽ solis defectio facta est, cuius dimidia duratio fuit minutorũ ferme quinquaginta. Quid hæc solis defectio portenderit, vsq; in septimũ & octauum annum qui superuixerint, intelligent. Anno supradicto Iohães rex Noruegiæ & Suediæ moritur, hic cũ sui regni subiectis Suedis grauissima bella terra mariq; habuit, quod eũ regem nec recognoscere suũ, nec admittere voluerunt. Huic successit in regno Christodorus filius eius vnicus, regni moderamina hodierno die tenens, aui patris Christodori nomẽ proxime referens, ita virtutẽ æternis dignã præconijs æquat maxime. Eodẽ anno Selimus Turcarũ imperator, profligatis insigni victoria Persis, vt eo citius adhærentes fratri suo Acamathi opprimeret, factã cũ Venetis ac Ladislao Hungaro pãcẽ à Baiazete, confirmat, ac subito in Armeniam cũ ducẽtis hoĩm millibus cõtendit. Eodem anno Ludouicus princeps elector & Fridericus frater eius comites Palatini Rheni Bauariæq; duces, cum Vdalrico Vuirtembergeñ. fœdus perpetuum & hæreditarium sub certis capitulis pro se & cunctis eorum hæredibus & successoribus contraxerunt. Quód quidem Maximilianus Cæsareo consensu confirmauit. Est aũt hoc fœdus literis & sigillis principum supradictorum roboratum & munitum, atq; in præsentia subiectorum per ciuitates, oppida, villas & agros promulgatum. Eodem anno dux Vuirtembergeñ. Vdalricus simile fœdus fecit cum Philippo marchione Badensi, vt singulorum negocia singulos veluti propria tangerent, siue hostilia siue iudiciaria vel qualia hęc cunq; fuerint.

Leo papa decimus. *Solis defectio.* *Vdal. ducis & Palatini fœdera.*

Eodem anno monasterium siue prioratus de obedientia monasterij & abbatis in Alperspach ordinis S. Benedicti Constantieñ. diœcesis, tertia die mensis Aprilis combustũ & incineratum est, cũ ecclesia & domibus pter vnam tantũ, quæ fuit ab incẽdio reseruata. Aliud quoq; monasteriũ Augusteñ. diœcesis & ordinis supradicti, Deckingen nuncupatũ, xxvij. die mensis Octob. miserabiliter concrematum fuit nõ sine maximo damno abbatis & conuentus ibidẽ degentiũ. Anno iam dicto Maximilianus Cæsar contracto fœdere cum regibus Angliæ, Hispaniæ & Aragoniæ, Venetos rebelles & superbos grauiter impugnat, Gallosq; de Lombardia, quam in annũ iam sextum atq; decimum occupauerant, exterminat, & victor gloriose triumphat. Nam septima die mensis Octobris commissum est bellum atrox & cruentũ inter Cæsarianos & Venetos haud procul à Vincentia. In quo quidẽ bello referuntur cecidisse ex Venetis nõ minus q̃ nouem millia desideratorũ plurimi nobiles, comites, & potentes à Cæsarianis capti ac meliores ciuium, roburq; exercitus amissum. Eodẽ anno Maximilianus Cæsar multis bellatorũ ordinis vtriusq; millibus stipatus, in Angliã Henrico regis Anglorũ subsidia laturus, descẽdit cõtra Ludouicũ regẽ Gallorũ, qui Picardiam intrauerat deuastandam. Igitur regũ exercitus amborum in vnum conglobati, Tarnaneñ. ciuitatẽ fortissima obsidione circundederunt xvi. die mensis Augusti, quã Gallorum rex præsidio virorum quatuor millium munierat. Verum diutina obsidione qui in præsidio erant, vallati, deficientibus victualibus, ad regem Gallorum celeres nuncios mittunt, auxilium pariter cum victualibus petentes. Atqui Gallorum rex inopia suorum simul & obsidione grauissima turbatus, auxilium & victualia mittere statuit, scilicet lanceariorũ mille octingẽtos, equitũ septẽ millia, & currus alimentis onustos complures. Non procul aũt hi à Tarnana ciuitate cõstituti, per Cæsaris equites intercepti, atq; in fugam sunt compulsi. Quod audiens Maximilianus imperator, cum Henrico Anglorum rege fugientes insequunt, plurimis occisis, & nõ minus trecentis quinquaginta captis, inter quos nobiliores & potentiores regni Gallorũ fuisse memorant,

morant. Habebāt in exercitu Galli signa bellica tredecim, quorum Cæsariani nouē obtinuerūt. Currus vero onerarios centū quinquaginta, quos oēs intercipiētes secū abduxerūt. Maximilian⁹ aūt ex vna, & Hēricus rex Anglorū ex altera parte *Tarnanēsem ciuitatē vallantes, bombardis & machinis muros ciuitatis cœperunt deijcere. Videntes aūt qui intus erant, quoniā ad expugnationē vrbis hostes suas ordinarent acies, pacē atque dextras Cæsari dare petierūt, quam sub cōditione accipiens, rebus & corporibus saluis, obsessos abire iussit: ciuitatem vero, muris terræ coæquatis, Henrico regi assignauit. Obtinuerunt in eo bello & alia multa oppida, castella & villas per circuitum, quæ consensu Cæsaris rex Anglorum in deditionem accepit. Cum hæc agerent in prouincia Morinorum, Iacobus rex Scotorum extrema regni Angliæ hostiliter cœpit exercitu vastare. Nā fuerat à rege Gallorum vnà cū Iohanne Daciæ rege mercede cōductus. Igit Scotorum exercitus in Angliam prorumpens, Albionum oppida & villas incendio deuastat. Albiones vero nil morati, confestim arma corripiunt, atque obuiā Scotorum regi exeunt. Commissum est inter eos bellum, deuictus Scotorum exercitus, & victores Albiones cū triumpho in sua sunt reuersi. Cecidit in eo bello Scotorū rex Iacobus, ab Anglis duo castella, xx. oppida cum villis incendio concremata. Referunt etiam Anglorum regem in eo bello donasse Cæsarem papilione auriphrygiato p̄ciosissimo cū reliquis auri & argenti donarijs p̄cio nummum aureorum milliū trecentorum.

Collata Maximil. Cæs. & Anglorū signa.

Iacobus Scotorum rex occiditur.

Eodem anno Maximilianus Cæsar conductos multa pecunia Heluetios cū quibusdam comitibus & nobilibus, necnon equitibus & peditibus in manu valida in Burgundiam aduersus regem Gallorum pro recuperatione Burgundi ducatus misit. Venientes aūt cū Cæsariano exercitu Digionem Burgundiæ vrbem opulētissimam, obsidione cinxerūt, atque machinis admotis, muros ciuitatis quassauerūt. Verum ex Gallis qui intus in p̄sidio fuerant principes, à Cæsarianis pacem pecunia venalem, vt existimabant, emere tentabant, quod vrbem iam prope expugnandam vidissent. Audiens aūt Vdalricus dux Vuirtembergeñ. & qui secum erant ex Cæsaris primatibus, petitiōem omniū turpissimam, vrbem potius expugnādam atque cum morte vitam commutandam fore, q̄ Gallis parcendū. Arbitrabant etenim, si hanc expugnassent, omnem breui ad Cæsaris deditionem reducere Burgundiam. Sed Heluetiani vt sunt natura homines factiosi, pacis oblatæ conditionem audientes, cōtempto principum consilio, & sine cōsensu ac voluntate Cæsaris, pacem cū Gallis feriunt, Burgundiamque totam cum obsessa ciuitate vendunt, qui nuper à Cæsare pecuniam non paruam ad expugnandos Gallos receperunt. Dux vero Vuirtembergeñ. Vdalricus & reliqui principes, comites, barones, & nobiles, oīs deniq; exercitus equitū ac peditum, videntes ab Heluetijs venditam Gallis vrbem, quia res erat turpissima, ad sua redeuntes, à perfidis Heluetiorum factionibus quātocyus recedere maturabant. Igitur dimissa in manibus Gallorum Digione vrbe, die mensis Septembris xiij. Heluetij adhuc in papilionibus cōstituti, cū Gallis pacē sub aliquot capitulis ferire tentarunt, quæ audientes qui erant ex parte Cæsaris, penitus recusarunt. Verū per vicarios Gallorum regis admissa atque cōfirmata literis & sigillis sunt roborata, Suiceris à rege Gallorum datis obsidibus. His peractis, ab obsidione ciuitatis Digionę siue Disionę Galli recesserunt. Referunt autē Gallorum regē pannosos quosque inopes, pauperes, & qui vitam pro stipe portarent venalem, Heluetijs in obsides dedisse, quanquā sericis & p̄ciosissimis indutos vestibus, sicque ars arte delusa, & iniquitas in seipsam reuersa, collisa est, nec promissa illis pecuniæ summa reddita & soluta. Anno eodē Ernestus ex Saxonū ducibus archiepiscopus Magdeburgeñ. & administrator Halberstadieñ. ac Primas Germaniæ, prima die mensis Augusti morit, anno episcopatus sui xxxviij. vir bonus & princeps mansuetissimus, cleri amator & Dei cultor deuotissimus. hic in pauperes adeo erat misericors, vt nullum fineret abire vacuum sine eleemosyna pauperem. Hinc vltima die mensis Augusti postulatione canonica ex marchionibus Brandenburgeñ. Albertus frater Iochimi principis electoris successit, quē Leo papa decimus archiep̄m Magdeburgeñ. & Germaniæ Primatē & administratorē Halberstadieñ. confirmauit. Hic Deo dign⁹ p̄sul cū desiderio in Deum ferueret ignitissimo, germano fratre cōsentiente, hoc ipso anno presbyter ordinatus, primitias in octaua paschæ celebrauit, *cui & capellā seorsum cū octo presbyteris p̄bendatis apud coloniam Vrsulā à fundamentis construxit, dotauit, & optime prouidit. Eodem anno ciues & senatus Vormatieñ. cū diu bello & dissensione habita contra clerum in malum concordassent, tandem ipsi inter se dissidentes, tumultum suscitant. Siquidem contra senatum ciues insurgentes, propter insolitas conturbati exactiones, quibus dietim plus iusto grauabant, calculum perceptorum & expositorum instantius sibi fieri vrgebant. Deniq; senatus vt vidit fu

Vdal. ducis expeditio in Burgundiā.

Albertus Mog. eps.

rorem populi aduersum se inualescere, salutem fuga meditantur, atque hinc recedentes, ad Vuissenburg & alia loca tutiora se transferunt, causasque apud iudices Cameræ contra ciues agunt, iurisque subsidio præualent. Verum iudices lata contra ciues sententia, in dies se male teneri à ciuibus, & odij malitia quotidie eos struere sibi insidias cōsiderantes, iudicij Cameram ad Spirenses transtulerunt, atque sententiam pro consulatu aduersum ciues fulminarunt. Ciues vero causam ad imperatorem referentes, de sententiæ grauamine conquerunt. Mittit Cæsar aduocatiæ prouincialis præfectum ad Vormatiam pro reformanda inter senatum & ciues pace, sed vano consumpsit labore diem. Statuitur alius dies, conueniunt senatus & ciues denuo, mandat imperatoris loco pacē partibus prouincialis præfectus, cunctant ciues, sed ille militū stipatus caterua, quod precibus obtinere nequiuit, armis tandem & minis consecutus est. Ciues autē videntes quoniā & Cæsar & qui missi fuerant pro reformanda pace, male grati minas proferebant, sibijpsis consulentes, simulatā pacem cū senatu fecerunt, quæ quoniam integra & vera non fuit, subsistere haudquaquā potuit. Ea pestis pessimæ rebellionis ciuium aduersus senatum in alijs plerisque ciuitatibus per Germaniam irrepsit, videlicet in Spira, Hallis Sueuiæ, Lubeck, Ratispona, Suinsfurt & Norinberg, in quibus quidē seditionibus nōnulli ex senatu in iudiciū tracti & ad mortem iudicati, miserabiliter perierunt: alij extra ciuitates proscripti, in exilium sunt missi: reliqui perpetuis mancipati vinculis, vitam agunt miserabilem. Eodem anno Henricus dux Megalenburgeñ. mortua prima vxore sua Vrsula ex marchionibus Brandenburgeñ. sorore videlicet Ioachimi principis electoris, duxit secundam Philippi comitis Palatini Rheni Bauariæ ducis & principis electoris demortui filiā, Helenā noīe, cuius sororem natu maiorē Georgius dux Pomeranorum & Stetineñ. duxit vxorē. amba*rum* nuptiæ magna pompa celebrant. Eiusdē anni 1513. finis tā fuit frigidus, vt apud Coloniā Rhenus cōgelaret, ferretque glacies nō hoīes modo, verū etiam magni ponderis currus, id quod antea per multos annos visum non fuit, tametsi infra & supra Coloniam id rarum nō sit. fractaque est ista glacies ipso die S. Antonij 1514.

Anno 1514. moritur Anna Franciæ regina, nono Ianuarij, Claudiæ postea reginæ & Renatæ mater. Eodē anno ictū fœdus inter Gallos & Anglos. Maria Henrici 8. regis Angliæ soror, nubit Ludouico regi viduo nona die Octob. Intrauitque Lutetiā 6. Nouemb. maximo omnium gaudio, quod non diu durauit. Nam rex ipse circa natalem Christi incidit in languorem, de quo moritur prima Ianuarij sequētis, cum regnasset annis 17. nulla prole masculina sibi relicta. Vxorque eius Maria in Angliam vnde venerat, redit. Eodem anno grauis inter fratres germanos Guilielmum & Ludouicum Bauariæ duces, Alberti quondam Bauariæ ducis filios, propter patris testamentum suborta contentio est. Nam idem Albertus testamento ab se condito iam moriens statuit, vt maior natu filius cum Boioariæ ducatus principatu, ducis ac principis nomen sortiretur, reliqui autem omnes non duces, tametsi nati, sed comitis tantum nomen habere deberent, atque apud vnum Bauariæ ducatus moderamen resideret, arbitratus pro vtilitate reipublicæ conseruanda plurimum conducere, si ab vno ducatus ipse administraretur indiuisus, non à pluribus dispersus. Igitur Guilielmus primogenitus mortuo nuper patre, prout testamento disposuerat, de ducatu administrando se intromiserat, germano fratre Ludouico excluso, cui nec de nomine, nec ducatu respondere voluit. Verum Ludouicus (quem totius ducatus subiecti plurimū ac peculiarius fratre Guilielmo diligebant, amabāt ac obseruabant, propter optimas quasdam quas in adolescente principe quodam præsagio conspiciebant partes) quoniam se vterinum cum Guilielmo non nesciebat fratrem, vtputa ex vno patre, antiquo scilicet Bauarorum ducum sanguine concretum, qui fuit Alberti, qui fuit Ernesti, qui fuit Iohānis, qui fuit Stephani, qui fuit Ludouici imperatoris maximi, atque vna matre e potentissimorum Austriæ domus archiducū prosapia descendēte, Friderico videlicet imperatore Ro. inuictissimo, qui fuit Ernesti, qui fuit Lupoldi, qui fuit Rudolphi, qui fuit Lupoldi inter sanctos relati, nō comitē, sed ducem natū, partem suā deteriorem haudquaquā facere volēs, aduersus institutum patris testamētum excepit, seque non comitem ac propterea exhæredatum, sed Bauariæ ducem æque vt fratrem, & cognominari & vt legitimum hæredem teneri voluit. Cui mater adstipulata, nihil ad se in condendo testamento de hisce rebus delatum fuisse dicebat, sicque ad Imperatorem pro rescindendo dubio res omnis deuoluta. Imperator autē quoniā aduertebat totius Bauariæ subiectos Ludouicum potius quā Guilielmum malle ducatū administrare, timēs ne tumultus populi fieret, perinde atque nō mediocris inter germanos fratres discordia suboriret, vices suas interponēdo, statuit vt ipse ducatus in duas partes scissus,

Dissidiū Bauariæ principum.

ſus,cuiq; ſua pars regenda committeretur,ſicq; Monachium Guilielmus cum certis oppidis,caſtris,munitionibus,villis & agris,Lanshutam vero Ludouicus cum reliquis caſtris,oppidis,munitionibus,villis & agris ſorte accepit,ducatus titulo ambo inſigniti, atq; in hunc modum pax inter fratres reformata,quæ & literis & ſigillis tum Imperatoris tum reliquorum principum eſt roborata. Eodem anno abbas Zuifalteñ. q nuper ab Vdalrico Vuirtembergeñ.duce in vincula coniectus,& poſtea in poteſtatē ordinarij epiſcopi Conſtātieñ.aſſignatus,atq; in caſtro Merſpurg captiuus detentus p aliquot annos fuerat,tandē per ſententiam libertati condonatus eſt,hac conditiōe adiecta, vt abbatiā Zuifalteñ.monaſterij in manus conuentus ibidem reſignaret.Qua facta,futurus abbas per conuentum eligendus,vnà cum conuētu victalitij nomine, q̄diu ſuperuiueret, ſingulis annis quingentos florenos auri tam in frumentis quàm in vino & numerata pecunia perſolueret.acquieuit placito,& aſſignatam ſummam recipiens, abbatiam in manus conuentus reſignauit. Anno iam dicto inuictiſſimus & potentiſſimus cum mari tum quoq; terra Portugalliæ rex Emanuel,poſt plures dubij martis non ſine ſanguine & labore tam in India quàm certis gentium alijs finibus externarum partas victorias,relictis opportunis apud Indos præſidijs, Alphonſum de Albicher protocapitaneum ſuum,vt iacturam & iniuriam ſuoꝝ annis ſuperioribus à Mauris & Saracenis paſſam vlciſceretur,ad auream Cherſoneſum,quam Malacham accolę appellant,inter ſinum magnum & Gangeticum ſitam, vrbem miræ magnitudinis,viginti quinq; millium & amplius larium,claſſe ad hoc præparata contendere iuſſit. Vbi cum applicuiſſet,vrbem oppugnare Alphonſus deſtinauit.Quod præſentientes Saraceni,bello ſe multis armis & munitionibus præparant,ſed fruſtra. Nam commiſſo bis prælio,Alphonſus cum ſuis auxilio Dei ſuperior hoſtibus factus,plurimis ex eis cæſis, vrbem vi intrauit,occupauit,ac data prædæ libertate,diripuit & incēdit. Deniq; Maurorum rex qui ex elephāte pugnabat,grauiter vulneratus,cum reliquis Mauris ſuperſtitibus fuga ſibi conſuluit,elephantes quoq; ſeptem ſuis turribus ſericis atq; auro intextis ephippijs muniti,æneorum ad duo millia omnis generis tormentorum ſumma arte fabricata geſtantes,ab Alphonſo & ſuis ſunt cum ſpolijs opimis abducti. Præterea quoniam hæc vrbs emporium erat omnium celeberrimum, vbi extranei ac diuerſaꝝ nationum mercatores conuenerant,ſcilicet Zantri,Pegus,Ianaes,Goes,& ab extremo oriente atq; vltima Sinarum regione Chines,qui commercij gratia vrbem frequentabant,videntes captam vrbem,ab Alphonſo fœdus & amicitiam vltro flagitabāt, quos benigne & fauorabiliter acceptans,fœdus cum pace perpetuum pepigit.Deniq; miſſis Chines ad regem Portugalliæ nuncijs,quibus cū̄ cæterarum vrbium accolis dicto obaudire imperatisq; legibus parere ſpondent,inq; fidem huius monetam regio nomine cuſam,veluti regem dominum ſuum agnoſcentes,exceperunt & expenderunt. Audiens vero hæc rex de *Anſiam,& gente & ſolo orientē verſus potētiſſimus,Malacham videlicet ab Alphonſo captam,quæ olim à Mauris fuerat vſurpata,miſſo ad Alphonſum nuncio,regis Portugalliæ obſequijs & ſe & ſuos omnes mancipauit,atq; in huiuſce ſignum recognitionis ac veræ perpetuæq; futuræ amicitiæ,aureum ſimul craterem cum precioſo magnæq; æſtimationis carbunculo & enſe aureo adfabre elaborato,dono miſit.Verum ſæpe dicti regis Portugalliæ protocapitaneus,rebus apud Malacham compoſitis,rurſus ad Indos traiecit,Goę vrbis præcipuam arcem à Mauris obſeſſam reperiens.vnde motus idem Alphonſus, extructa firmiſſima arce, hoſtes ab obſidione repellere,atq; admotis machinis vim inferre cœpit.Quare plurimis hoſtium trucidatis,deſperata ſalute,corporum incolumitate tantum ſeruata, ſeſe Alphonſo dedidere. Partis ergo & ibi machinarum,equorum,armorum ac plurimis huiuſmodi nō contemnendis ſpolijs,vrbem priſtinæ quieti reſtituit.In reliquum Alphonſus ipſe, Præſter Iohannis potentiſſimi Chriſticolarum domini ac externarum & gentilium nuncijs ac legatis honoratus,ampliſſimis eſt ab eiſdem muneribus donatus. Tranſeo breuitatis cauſa plurima,quæ in augmentum Chriſtianæ reipublicæ videtur cedere,quæq; ad ſanctiſſimum in Chriſto patrem & dominum Leonem Pont. Max.epiſtolari ſchemate iam dictus Emanuel Portugalliæ rex &c.adamuſſim perſcripſit ex Vlyxibona VIII. Idus Iunias anni iam dicti tertijdecimi ſupra milleſimum & quingenteſimum. Acceſſit huic ſeculo veræ laudis nonnihil e literarum gloria,quæ vt autoribus præſtātiſſimis in Sueuia cœpit,optamus Deum fauore principumq; noſtrorum benignitate fit perennis. Reſtituit literas Iohannes Reuchlin Phorcenſis Legū Doctor,linguas treis Hebraicam,Græcam & Latinā pene ex æquo peritus,Eraſmi illius Roterodami optimi maximi literarum præſidis teſtimonio. de vtroq; vel eam ob cauſam pauciora dici

Emanuel Portugalliæ rex.

Viri diſciplinis illuſtres.

à nobis debent, ꝙ extra communem literatorum aleam sua virtute, suis laudibus prouecti sunt. Cunradus Peutingerus Augustensis, antiquitatis amantissimus, historijs veterum Germanorum lumen adhibuit. cæterum magnificentia ea in literis versat, vt quasi patronum communem ipsæ sibi Musæ Gratiæq; delegisse videantur. Fuit superiori tempestate Tubingæ Gabriel Biel ex canonicis Schonbacchensibus Theologus, vita & literis clarus. eius monumenta passim hodie leguntur multa, edita studio viri boni Vuandalini Steinbach Theologi Tubingensis. Fuit & Cunradus Summerhart, vt ingenio summo, ita modestia pene nimia, reipublicæ prodesse potuit modis pluribus, nisi gloriæ vsqueadeo contemptor, quæ maxima diligentia condiderat, ipse in situ reliquisset. Extât eius quædã philosophicæ theologicæq; disertationes, quibus vnà & ingenium viri & pietas spectari solent. hoc præceptore Iacobus Lempus gloriatur, qui cum iuris prudentia theologicam ita maiestatem coniunxit, vt vere perfectam viuendi rationem obijsse videatur. Martinus Plantsch sacras literas etiam exemplo professus, annos iam multos reipublicæ Tubingensi pręfuit, docet frequens, vir vnus, cui cum eloquentia contulit natura artium pene omniũ peculiarem laudem. Ambrosius Vuidman Præpositus Tubingensis, Iurisconsultus tam suo nomine prædicandus quàm cognationis honore, e qua tot lumina principum virorum prodiere. Testis est vel vnus ille Gregorius Lamparter principis Vdalrici cancellarius, in quo siue fortunæ benignitatem, siue naturæ dotes admirere, nihil erit cui reliquam hominum sortem conferas.

Ioh. Eckius. Iohannes Eckius, indolis spectatæ iuuenis, spem futuræ virtutis ingentem, editis disputationibus quibusdam theologicis, dedit. Iohannes Stoffler Iustingensis, orbe disciplinarum quæ mathesi comprænhenduntur clarus, rem suam cum lucubrationibus multis, tum discipuli Iohannis Reningensis laudibus egregie testatus est. Iohannes Hildebrãdus Suecingensis, anno superiore fato defunctus, homo verus, integer vitæ scelerisq; purus, iudicio in literis acri, pædeian sectatus est, adhibitis Iurisconsultorũ præceptis, Græcas Hebræasq; literas sacrorum causa miro ardore coluit, ꝙ illis ipsis omnia pietatis monumenta constare diceret. Nam eo cõtulerat, si per fata licuisset, omnes animi conatus, vt sancte synceriterq; studia olim sacra tractaret, id quod moribus ac ingenio præ se ferebat, laudem ex studijs multam sine inuidia vir bonus confecutus est, in emendandis bonorum autorum libris apud Thomam Anshelmum chalcographũ diligentia fuit absoluta, vsqueadeo amans reipublicæ literariæ, curauit optimum quẽq; librum in manus hominum emitti quàm castigatissimum. Extant eius epistolæ προλεγομέναι in quosdam autores, & versiculi eruditi quidem & probi. Mortem viri quasi communem studiorum calamitatem iuuentus Sueuica fleuit carmine, distichon Græcum ea de re, quando hoc in promptu est, subijciam:

Ἰλβέρανος εὐδαίμων, τοῦ γὰρ βίος ἴχνια θεῖνε
Ἐστὶ ἀρετῆς, θάνατος, μνήματα δ' ἐστὶ κλέους

Henricus Bebelius poeta laureatus, Tubingæ bonas literas multo tempore professus, in censendis autoribus præcipua cura, barbariem Germanicis scholis expulit, patriam Sueuiam quasi Thesea fide laudibus auitis ingenij beneficio restituit. Sectatores grammaticos homines habet plurimos, quorum opera nonnihil incrementi studijs Germanicis accessit. Et sunt pleriq; cum in omni Germania, tum præsertim Sueuia, suas artes docti homines, aliorum scriptis celebres. nobis adeo tenuib⁹ esse satis puto fecisse mentionem illorum obiter. Agant copiosius hoc argumentum studio virtutis, quibus & dicendi campus latior, quàm defessis nobis patet, & eloquentia pro re data est maior, quando & ad instituẽdam vitã pars est non minima, maiorum exemplis vti.

APPENDIX NOVA

CHRONOGRAPHIAE NAVCLERICAE, CONNEXA IJS Q BASELIUS NAUCLERO ADDIDIT, succinctim recensens res gestas iã inde ab initio anni M.D.XV. vsq; ad annum præsentem, qui est post Christũ natum M.D.XLIIII.



Nno Christi nati 1515. Frãciscus dux Valesius tanq̃ proximus hæres, Ludouico in regnum Franciæ successit, fuit enim filius Caroli, filij Iohannis, filij Ludouici, filij regis Caroli in illo regno quinti. Consecratus est Rhemis 25. Ianuarij, feria 5. indictione 5. deinde apud sanctũ Dionysiũ coronam regni suscepit. Apud Parisios audiuit legatos Caroli archiducis Austriæ, cui Renatam pactis fœderibus cõpromisit. Carolumq; Borbonium constituit totius regni secundũ se principem. Eodem anno moritur Philippus de Oberstein, archiepiscopus Colonieñ. vir longiori vita dignus, & sufficitur illi Hermannus de Vueda. Eodem anno magnæ per Germaniã atq; adeo per totã Europam aquarũ inundationes perdiderunt non modo plantas & herbas, verumetiã arbores & domos. Eodẽ anno Carolus Philippi filius, Maximiliani ex filio nepos, Louanij, quod est Brabantiæ caput, ducatui Brabantiæ inauguratur, idq; cum ineffabili nationis Brabanticæ aliarũq; ipsis cohærentiũ lætitia. Eodem anno Caroli supradicti soror Maria, Maximiliani ex filio neptis, mittitur in Austriam, Ludouico Vngariæ Bohemiæq; regi nuptura. Eodem anno celeberrimum habuit concilium Maximilianus apud Viennam Austriæ, cum serenissimis regibus, Vladislao Hungariæ Bohemiæq;, Sigismundo Poloniæ. Eodem anno truculentissima inter rusticos in Vngaria seditio oborta est, occasione prædicatæ cum plenaria indulgentia crucis: & occisa sunt intra quatuor menses per rusticos à cruce cognominatos, circiter septuaginta hominũ diuersi status ac sexus millia. Hoc ipso anno in Septembri, ipsa videlicet Exaltationis sanctæ crucis die, summã habuit de Heluetijs victoriã Gallorũ rex Frãciscus, quanq̃ pridie eius cladis sic Heluetij consternassent Gallos, vt nihil minus cogitarent, q̃ se postridie cędendos. Per idem tẽpus Selimus Turcarũ rex profligat Aladulũ Tauri montis principẽ, pauloq; post etiam Sultanum Aegyptium, Mamaluchis Aegyptijs grauiter cæsis. Per idẽ tẽpus & antea dum in Gallia Germaniaq; papales indulgentiæ abusiue nimium venditarentur, surrexit quidã monachus ordinis Augustinensis, conuentus Erphurdiensis in Thuringia, quæ est Germaniæ regio, Martinus Luther dictus. Is nimis acriter in indulgentias inuectus, primum homines aliquot e vulgo, post sensim vrbes aliquot ac principes Germaniæ in suam sententiam pertraxit. Opposuit se illi primum Iohannes Eckius, deinde alij atq; alij, sed fortissime omnium Eckius. Damnantur interim illius dogmata ab vniuersitatibus Parisiensi, Louaniensi, Coloniensi, item à Leone papa X. Lutherus à pontifice appellat conciliũ. Et qa Leo interea iusserat eius libellos incẽdio dignos ignibus tradi, ille vicissim decretales, hoc est, papales cõstitutiones, quasi par pari relaturus, tãta erat monachi contumacia, Albimontij (zu Wittemberg) in Saxonia combussit, dicens: Sicut fecerunt mihi, sic feci eis. Addensq; delictis prioribus impudentiã ampliorẽ, vniuersum ordinẽ (quantũ in ipso fuit) & sacramẽta prope oĩa catholicæ & militãtis ecclesiæ pessundedit. Verũ quæ aut qualia sint, q̃ ille primo docuit, postea negauit, vel primo negauit, postea docuit, nõ est hui⁹ instituti narrare. Res ea lõgius extracta est, q̃ vt retrahi posse nostro æuo speret. Multa comitia ob eam rem interim habita, nihil aut parum profuerunt, si nõ obfuerũt etiam.

Coronatio Francisci regis.

Seditio crucesignatorũ.

Clades Heluetiorum.

De ortu seditionis Lutheranicæ.

Annus 1516. regnorum Caroli super Hispanos est primus. Cuius legati mense Iulio conuenerunt apud Nouiomum Galliæ vrbem. Tractatumq; fœderis conscripserunt multa ardua continentem, sed quæ nunquam fuerint adimpleta. Galli imputant Hispanis, Hispani Gallis, vt videre facile est in responsione à fœciali Frãciæ nuper habita apud Burgos. Eodem anno dum Carolus Maximiliani ex filio nepos, Middelburgi in Selandia secũdos ventos opperitur, in Hispaniam nauigaturus, irruerunt Geldri in Hollandiam, cædibus ac incendijs omnia vastantes: & Medelblicum primo, deinde aliam atq; aliam vrbeculam expugnantes, magnam auri argentiq; vim secũ absportarunt. Post Sparedamo alijsq; pluribus angulis incendio absumptis, Aspera grauiter oppugnata, ac gnauissime defensa, tandem expugnatur, miserrimam ferẽtibus non viris modo ac mulieribus, verũetiam virginibus & pueris cædem. Quis cladem illius loci, quis funera fando explicet, aut possit verbis æquare dolorem?

Geldrorum in Hollãdiã irruptio.

Turcæ victoria.

ANno 1517. armatorum acies per aerem in Italia visæ sunt præliari. Eodē anno Selimus Turcarum rex occupauit Alcairum, Sultanumq; Tomombeiū, qui potentissimus fuerat inter Saracenos rex, mulo insidere iussum, ac laqueos collo innexos gestantem, circunduci per totam Alcairum, & postq̄ ad libitum irrisus esset, suspendi iussit. Atq; non ita multo post Selimus ipse renum hulcere correptus, in eodē quo antea patrem suum occidi fecerat oppido, nō absq; occulta Dei vindicta vitā finit.

Gregariorū militum clades apud Venlonem.

ANno 1518. in diebus paschalibus accidit memorabilis illa famosaq; gregariorum militum apud Venlonem clades. Hos cognomento nigri cumuli (seu nigrarū copiarum) e Frisia prorumpentes, dux Geldriæ pontem Iselæ apud Dauentriā pacifice transire permisit. Ex Velauia autem in ducatum Cliuensem transeuntes, vicino rū in se principum animos concitarunt. Ab his igitur persecuti, & nunc huc, nunc illuc se recipientes, tandem à Ruręmunda Venlonem secesserunt, inter oppidū & cœnobium Oiense considentes, nam portæ ipsis præclusæ fuerant, nauesq; subductæ, quo minus traijcere Mosam possent. Huc eos insecuti principum equitatus, eo necessitatis adegerunt, vt se abiectis armis dederent, suam vnoquoq; patriam seorsum petituro. Hæc armorum proiectio dū fieret, & bona pars humiliter quod iussum erat, fecisset, ecce vnusquispiam insigni armatus bombarda, eam proijcere detrectat. id conspicatus tubicen quidā, de improuiso & absq; iussu ad arma canit. Atq; ita vndiq; inuasi, quos fuga non protexit, præter omnem expectationem sunt cæsi. Eodem anno per autumnū magna sæuiuit Coloniæ pestis. Eodem anno Carolus iam antea coronatus Hispaniarū rex, eduxit magnas copias aduersum Marrhanos: & expugnato ex munitissimis eorum oppidis vno, circiter quadraginta barbarorum millia occidit, ex præda huius victorię duo preciosissima vexilla Cæsari Maximiliano, auo suo paterno, transmittens.

Caroli victoria.

Eodem anno Maximilianus aduertens Turcam indies inualescere, Sultanū victū, regnaq; Aegypti, Syriæ ac Phœniciæ in prouincias redacta, necessitate monente comitia indixit, omnibus Germaniæ principibus Augustam venire iussis, vt publice & concorditer ibi de subsidio contra Turcam ageretur. Medio etiam tempore diætam habuit Oeniponti, in qua pecuniariū ipsi auxiliū à regionibus suis paternis suppeditatur.

Hispanorū in Africa victorię.

Durantibus his comitijs, rumor Augustam venit, milites Hispanienses secūdas aliquot in Africa expeditiones contra Barbarossam fecisse, vt ipse tādem cum fratre coactus sit fugere: & cum apud muros Tremesinenses obsidionem Hispanorum diutius ferre nequisset, clam se illinc proripuisse: Hispanos in arcē subito festinasse, eamq; expugnasse: cumq; ipsum aufugisse aduerterent, equitatu insecutos, eum flumine quodam traijciendo impeditum, & ob id necessario pugnandi copiam suis faciētem, vsq; ad internecionem fusum esse. In his etiam comitijs fama increbuit, Leonoram catholici regis Caroli sororem, eandemq; Maximiliani ex filio neptim, serenissimo Lusitaniæ regi iam tum grandæuo, desponsatam. Per idem tempus ex Vngaria nunciat, Albamgræcam seu Belgradum, quæ ciuitas in cōfluenti Sauonis ac Danubij sita est, grauissima obsidione à Turcis impetitam, murosq; eius maxime quassatos, ac duas oppugnationes fortissime repulisse: eoq; Vngaros cum quātis ex tempore fieri potuerit copijs, auxiliatum obsessis contendisse. In eisdem comitijs vxorem duxit ex progenie ducum Bauariæ Casimirus Marchio Brandenburgeñ. & intercessum est apud Cæsarem pro duce Vuirtembergeñ. idq; publice à principibus, quo Cæsar cum ipso mitius agere vellet. Auditusq; est Erasmus Vitellius episcopus Plocēsis, nomine Sigismūdi Poloniæ regis, de insigni illa regis sui aduersum Hamaxobitas (qui se Moschos aut Schytas nominant, & à nobis etiam Tartari vocantur) victoria, exoptans vt Maximilianus alioqui Augustus, per victoriā de Turcis etiam augustissimus dici possit.

Belgradi obsessio

Polonorū victoria

Eiectio ducis Vuirtēbergeñ.

ANno millesimo quingentesimo decimonono mortuus est Cæsar Maximilianus duodecima Ianuarij die, sexagesimotertio ætatis suæ anno. Eiusdē anni mense Aprili Vlricus dux Vuirtembergeñ. inuasa imperiali vrbe Reutlinga, paulopost viribus Sueuici fœderis toto suo expellitur ducatu, manetq; exul vsq; ad annū domini millesimum quingentesimum trigesimumquartum, per Hessum tunc primum reductus. Eodem anno dux Gelriæ Carolus vxorem duxit vnam ex filiabus ducis Lunaburgeñ. eamq; pridie Purificationis à Lunaburgo Monasterium Vuesphalię venientem, Monasterienses honorifice susceperunt, ac postridie Purificatiōis ab equitatu Gelrensi susceptam, non minus honorifice Sutfaniam versus dimisere.

Nuptiæ ducis Gelriæ.

Eodem anno congregatis principibus electoribus Francfordiæ, Alberto archiepiscopo Moguntinensi, Hermanno archiepiscopo Coloniensi, Richardo archiepiscopo Treuirensi, legatione regis Hungariæ ac Bohemiæ, Ludouico comite Palatino Rheni, Friderico duce Saxoniæ, Ioachimo Marchione Brandenburgensi, concorditer imperapera-

perator electus est Carolus archidux Austriæ, idq; vigesimooctauo Iunij, Carolo ipso adhuc in Hispanijs degente.

ANno 1520. venit ex Hispanijs in Frandriã imperator Carolus, magnificoq; apparatu à Brugensibus, Gandauis & cæteris aliqt vrbibus susceptus, Aquisgranũ cõtendit: ibiq; ab archiepõ Coloniẽsi in imperatorẽ consecrat, ac post eam consecrationẽ Coloniam veniẽs, ibidem magna solẽnitate suscipitur: comitijsq; indictis, Vormatiam petit, illic ab oĩbus imperij ordinibus suscipiendus. Eodem anno Solimannus Selimi filius, post mortẽ patris creatus est Turcarum imperator, qui eodem statim anno Belgradum aliquoties antea tentatum, expugnauit.

ANno 1521. Carolus apud Vormatiam edicto cõtra Lutheranã factionem edito, Rheno Coloniam vsq; descendẽs, inde terrestri itinere in Brabantiã redit.

Eodem anno vxorem duxit Ferdinandus archidux Austriæ Annã regis Vngariæ filiam, & huius frater Ludouicus, Vladislai regis filius, vxorẽ itidem duxit Ferdinandi sororẽ Mariam. Eodem anno finitis primis sub imperatore Carolo apud Vormatiam comitijs, cœptum est bellum inter Carolum 5. & Franciscũ Gallorũ regem, in q̃ Cæsariani vrbes aliqt Gallicas obtinuerũt, quanq̃ Mosirũ frustra p septimanas aliqt obsedissent, Frãcisco Sickingio Germanici exercitus duce. Eodem anno eripuerũt Itali Gallis Mediolanũ, mortuusq; est Cal. Decẽb. Leo x. põtifex summus. Nuptiæ Ferdinandi. Mosiri obsidium.

ANno 1522. nono Ianuarij die sufficitur in locum demortui Leonis x. cõcorditer Adrianus natione Batauus, Caroli in Hispanijs vices gerẽs, virtute ac fama cardinalibus Romæ, non facie notus, q eiusdem deinde anni autũno ex Hispanijs Romã veniẽs, honorifice coronatur. Is e tenuib⁹ parẽtibus Vltraiecti natus, Louanij studendo tm̃ pfecit, vt inter theologos Louaniẽses facile deinceps primus haberetur: eaq; de causa, & q singulari moꝵ grauitate esset, in pceptorem Caroli 5. assumptus, ac in Hispaniam cum ipso pfectus, ibiq; archieps & cardinalis creatus, Caroliq; postea ibidem vices gerẽs, in summũ pontificẽ sublimatur, retento pristino noĩe. Nam & antea Adrianus Florẽtius dicebatur. Eodem anno nascitur Coloniæ ex humilib⁹ parentibus ac matre potissimũ gracili, monstrũ huiusmodi: Fœmellæ duæ erãt p latera aliqusq; concretę, duobus capitibus, duobus brachijs, pectore vno, ventre & vmbilico vno, interfœmineis duobus, cruribus q̃tuor. Quid significarit, Deus scit. Certe p idem fere tẽpus sopitur discordia inter archiepm & ciuitatem Coloñ. in æstate em̃ psentis anni inthronizatur magna concordia & lætitia archieps à ciuitate Coloñ. id q̃d à ciuibus p annos aliqt negatum, & à psule summopere desideratũ, magni inter eos dissidij occasio fuit. Platea vero in q̃ supradictũ monstrũ editum fuit, est eregione cœnobij Augustinensiũ, in Parochia S. Petri, dicta vulgo, Cęcorum seu Cæci S. Iohãnis vicus. Adrianus papa 6. Monstrũ.

Eodẽ anno pfugus e regno suo Christiernus Daciæ rex, cum vxore sua Isabela Cæsaris sorore Mechliniã venit, q̃ deiceps haud multos post annos dolore animi moriẽs, Gandaui in templo diui Petri sepelitur. Eodem anno expugnauit Solimãnus Turcarum rex vrbem Rhodũ, tametsi p aliqt cẽtenarios annoꝵ à Christianis p Turcis fortissime obtentam. Eodem anno obsedit Franciscus Sickingius vrbem Treuirim, oppido S. Vuendelini suis auspicijs ante potitus. Christierni exilium. Rhodi expugnatio. Treuiroꝵ obsessio.

ANno 1523. Frisii post longã rebellionem Cæsari se dedũt, pter Groningos adhuc tum Geldrum sequentes. Eodem anno perijt in arce sua Landstal Frãciscus Sickingius, obsessus ibidem ab archiepõ Treuirẽsi, à comite Palatino Rheni, & à comite puinciali Hassiæ. Eodem anno moritur Adrianus papa 6. sufficiturq; in eius locum Clemẽs 7. Per idem tẽpus defecit à rege Francisco Carolus Borboniæ dux, cum ob alias causas, tum q nollet cum rege Francisco in Italiam cõtra Cæsarem pficisci. Nam cum euocaretur à rege, q rex nollet suspectum à tergo relinquere, dux ægrotum se simulãs, lecticam vacuã in q̃ tanq̃ infirmus decumberet, efferri subornat: neq; fraus prius depræhensa, q̃ ipse ad Belgas e Francia confugisset. Clemens papa 7. defectio ducis Borbonij.

ANno 1524. fugatis Italis, obtinuit Gallus Mediolanum, Papiamq; infeliciter obsidere pergit. Eodem anno fuit quidem magna aquaꝵ vbiq; vis, quanq̃ maior ab astrologis prænunciata erat. Captiuitas regis Franciç.

ANno 1525. 24. die mẽsis Martij ipõ die S. Matthię apli captus est apud Papiã Frãciscus Galloꝵ rex, atq; inde in Hispaniam abductus. Eodem anno facta est in superiori Germania cis & vltra Rhenum memorabilis illa ac nunq̃ ploranda satis rusticoꝵ seditio, p quam intra mẽses 4. plus q̃ centũ millia sontiũ pariter & insontium piere. Eiusdem anni mẽse Aprili Carolus Cæsar vxorem duxit Isabellã, regis Lusitaniæ filiã. Per idẽ tps seditiões fuere Coloniæ ac Mogũtiæ, sed absq; multi sanguinis effusiõe. Vtrobiq; em̃ factionũ modo capitib⁹ sublatis, multitudini parcitũ est. Tumult⁹ rusticoꝵ. Nuptiæ Cæsaris. Seditio Colonieñ.

Anno

Ludouici regis Vng. clades.

ANno 1526. rex Turcarum Solimannus cum ducentorum hominum exercitu in Vngariam venit, ausumq́ sibi obuiam ire Ludouicum regem cum vigintiquatuor tantum millibus, vsq ad internecionē fudit. factum est id in Augusto, 29. mensis eius die. Post mortem vero Ludouici, cuius sororem Ferdinando nuptam fuisse diximus, Vngariæ & Bohemiæ rex electus est archidux Austriæ Ferdinandus.

Francisci liberatio.

Eodem anno rex Gallorum antea captus & in Hispanias abductus, ex captiuitate liberatur: cuius liberationis occasione & Cæsaris nimia victoria territi Itali, ruptis fœderibus cum Carolo, noua ineunt cum Francisco.

Ferdinandi coronatio.

ANno 1527. ipso die S. Matthiæ coronatus est Pragæ ab episcopo Olmucensi in regem Bohemiæ Ferdinandus, sequentiq́ die vxor regis Anna, in reginā. Idem postea faciunt Vngari tertia Nouembris die Ferdinando regi, & sequenti quæ fuit quarta Nouembris, vxori regis Annæ. Eodem anno bellatum est in Vngaria inter regem Ferdinandum & Iohannem Vaiuodam, de summa Vngariæ contendentes, multæq́ vrbes huic per illum sunt ademptæ. Eiusdē anni mēse Maio duces Cæsariani exercitus, post defectionem Clementis ac Venetorum per Italiam discurrentes, præter expectationem Romam contendunt, eamq́ de improuiso post vnam & alteram oppugnationem beneficio nebulæ expugnant: tanta mala vrbi illi inferentes, vt iam inde ab Hunnorum ac Gothorum diebus nihil supra, pontifice ipso Clemente in Hadriani arce obsesso ac tandem capto, duce tamen Borboniæ Carolo, istius expeditionis præfecto, quem antea à rege suo defecisse diximus, per bombardam in oppugnatione à suis temere exoneratam tacto ac mortuo. Eodem anno facta est memorabilis illa ac famosa direptio Comitis Hagæ, vt vocant, in Hollandia, per milites Gelricos de improuiso ac signis mutatis inuasæ.

Romæ direptio.

Comithage direptio.

Tilæ obsidium.

ANno 1528. Carolus dux Geldriæ, amissis per obsidionem Cęsarianorū multis oppidis, ad deditionem adactus est, quanq̄ Tila ad Vaalim fortiter defensa. Eodem anno diœcesis Traiectina tota accedit Cęsari seu Burgundis. Eodē anno ingens in Italia fames sæuit, præsertim in Insubria & Venetia, vt multi etiam fame interierint. Per idem tempus Hassiæ lantgrauius Philippus, collecto magno exercitu, in episcopos quosdam & principes irruere destinabat: sed interuentu pacificorum quorundam principum, dataq́ ipsi aliquanta sui apparatus impensa, priusq̄ mali quippiam fieret, exercitum dimisit.

Sudor Anglicus.

ANno 1529. oborta est noua hominū in Germania plaga, qui sudor Anglicus dicebatur. ea multos mortales de improuiso intra paucas horas, priusq̄ medici certa remedia inuenirēt, absumpsit. Eodem anno obsedit Solimannus Turca Viennam Austriæ, & post grauissimas oppugnationes, perditis e suis plusq̄ sexaginta millibus, nostrisq́ magno damno affectis, retro in Vngariam abit. Eodem anno talis exundatio Romæ fuit octauo die Octobris, vt aqua steterit plus triginta pedibus altior campo Floro. Vltima vero mensis eiusdem & sequenti biduo exundans Oceanus, magnam Hollandiæ, Zelandiæ, Flandriæq́ partem submersit. Eodem anno tumultuantur inter se propter fidem Heluetij, cantonesq́ aliquot (sic vocant) armati contra alios, per eos qui neutris se miscebant, ad tēpus reconciliati sunt. nam qualis inter eos pax ista fuerit, prælium post anno 1531. commissum, declarauit.

Viennæ obsidio.

Inundatio Romæ.

Heluetiorū dissidium.

GENERATIO LII.

ANno 1530. incipit generatio LII. iuxta ordinationē Naucleri, incipienda alioqui anno sequēti, videlicet 1531. si quis acutius generationū istarum triginta annos comprehendentiū rationem à primo Christi nati anno supputare velit. Eodē anno cum iā Cęsar māsisset in Italia fere tribus mēsibus, coronatus est Bononiæ à Clemēte VII. in tēplo S. Petronij corona (vt moris est) Lōbardiæ, idq́ 22. Februarij feria 3. deinde 24. Februarij, feria 5. corona aurea. Eodem anno venit Augustam Cæsar 15. Iunij in vigilia corporis Christi, qua in vrbe comitia indixerat, ad sedandum controuersias religionis. Ibidemq́ commendauit Cæsar fratrem suum Ferdinandum principibus, vt esset viuenti sibi adiutor, defuncto successor. His comitijs finitis, inferiorem Germaniam petens, pridie S. Thomæ Coloniam venit.

Cæsaris coronatio.

Comitia Augustana.

Per idem tempus in principio Nouembris magna affecti sunt calamitate Flandri, Zelandi, Hollandi ij qui proxime Oceanum aut flumina in ipsum currentia habitant, ex insueta ac nimia aquarū intumescentia. Nam præterq̄ q rupti sunt alicubi aggeres, etiā 3. aut 4. pedibus aq̄ superficies ipsos excessit. Eodē anno similē fortunā sensit Roma, Tibri ex nimijs pluuijs sic intumescēti, vt fortissima etiā ædificia subruerēt. Eodē anno noctu inter vltimū Nouēb. & primā Decēb. morit dn̄a Margarita Cęsaris Maximiliani filia apud Mechliniā, sepulta aliq̄diu in cœnobio à se fundato apud Brugas.

Anno

ANno 1531. Coloniæ pridie Triū Regū & in tēplo vbi cōdita sunt corpora illorꝫ Triū Regū, ab Electoribus imperij creatur Romanorꝫ rex Ferdinādus, iam antea Vngarorꝫ & Bohemorꝫ rex existēs, xi. post eiusdē mēsis die Aqsgrani coronatus. Eodem anno fuit in Lusitania terribilis terræmotus, durās 8. dies, sed p interualla, adeo vt Vlyssibonæ circiter quindecies centum magnæ domus, omniaq́ꝫ eius loci templa funditus corruerint, peste deinceps magna sequuta. Eodem anno circiter Kalen̄. Nouemb. perijt in prælio quodam Heluetico prędicator & antesignanus q̄rundam Heluetiorum Vlricus Zuinglius. recteq́ꝫ in festo Omnium sanctorum occisus est, qui iamdudum & sanctos omnes & sacramenta Ecclesiæ contempserat. — Electio Cæsaris Ferdinandi. Terręmot⁹ Zuinglij mors.

Eodem anno visus est cometes per aliquot septimanas, mane aliquandiu ante Solis ortum in oriente, vesperiq́ꝫ itidem post occasum in occidente. Eodem anno priusquam rex Ferdinandus in Austriam ab Aquisgrano rediret, Turca reputans tempus adesse quo Christianis quàm maxime noceret, iterum in Vngariam irruit, præ se ferens denuo Viennam obsidere. Verum Caroli & Ferdinan di auspicijs collecto exercitu, non paucas cum Turcis nec infelices nostri expeditiones fecere, multis e Solimanni copijs vel captis vel cæsis. Eodem anno moritur Ludouica regis Gallorum Francisci mater. Eodem anno eiectus est in Hollandia ex Oceano ingens piscis, non procul ab Harlemio, longus sexagintaocto pedes, crassus triginta, cuius os latitudinem habuit pedum duodecim. Eodem anno bis feliciter conflixit Poloniæ rex cum Valachis & Vaiuoda. — Cometes. Balenæ captura.

ANno 1532. reuertitur e Belgio in Germaniā Carolus, comitijsq́ꝫ Ratisponæ indictis, egit cum fratre Ferdinando & principibus alijs de subsidijs cōtra Turcam, religionis negocio ꝓpter q̄d potissimū cōueniendū fuerat, in aliud tēpus dilato. Eodem anno veniēs e Græcia Solimānus cum ducentis millibus, applicuit ipso die S. Iohānis apud Belgradum, nihilq́ꝫ ibi tum singulare egit, nisi ꝙ in Augusto sequenti Austriam intrauit, obsesso circiter 20. diebus oppidulo Guns dicto, q̄ tredecies frustra oppugnato, quasi totis viribus suis fractis, retro abit, hac tn̄ cōditione, vt Nicolaus Iurisschittius vrbeculæ Gunsensis p̄fectus, se dederet, ciuium corporib⁹ simul & rebus saluis. Per idem tempus ex mandato Cæsaris & obedientia principum & statuum imperij, tanta militaris populi multitudo vndiq; in Austriam contra Turcam congregata est, vt iam inde à mille annis in imperio occidentali maior fuisse non credatur. tametsi neq; à nostris, neq; à Turcis quidquam notabile sit gestum. Eodem anno inundatio Oceani noua, secunda Nouembris die Hollandiam, Zelandiam, Flandriamq́ꝫ incredibili dāno affecit. Eodem anno Chriernus rex Daniæ, ex Belgio in regnum suæ Noruegiæ reuersus, & exinde in Daniam vocatus, postquam dimisso exercitu illuc venisset, præter fidem, literas & sigilla ab ipsis data, capitur, & arci captiuus includitur. Per eiusdem anni Septembrem septimanis aliquot rursum cometes apparuit, idq́ꝫ mane duabus circiter horis ante ortum solis. — Turcarꝫ irruptio. Copiæ contra Turcam Inundatio Oceani. Christierni captiuitas. Cometes.

ANno 1533. Henricus octauus Anglorum rex, repudiata vxore sua, Caroli Cæsaris matertera, aliam duxit. Eodem anno deflagrauit apud Antvuerpiam insigne templū diuæ virginis, origine incendij ignota. Eodem anno sensim irrepserunt Rebaptizati in Vuesphaliam, Monasterium eius metropolim quasi Capitolium aut Sion sibi meditantes. — Incendium

ANno 1534. in Ianuario postquam Anabaptistę Monasterium quasi sordes in cloacam, confluentes, sibi satis fortes visi sunt esse præ his qui secum nondum sentirent, seditione facta, vrbem occupant: eos qui ipsis resistere aut non adhærere vellent, libere primum cum bonis abire sinunt: post vbi aduerterūt plures domus vacuari q̄ sperarāt, occlusis portis, nihil efferri sinūt, nisi quas quisq; indueret vestes, aut sub his tegeret. Paulatimq́ꝫ eo creuit malum hoc, pluribus ex Hollandia atq; adeo vndiq; illuc quotidie confluentibus, vt necessitas exigeret circundari obsidiōe ciuitatem illam, priusquam vrbs tam capax, ac potissimum veris ciuibus iam tum magna ex parte vacuata, huiusmodi nebulonum fæce oppleretur, ac tum quiddam quasi Hunnicum aut Gothicum inceptaretur. His de causis episcopus Monasterien̄. inuocatis vicinis principibus, archiepiscopis Coloniensi & Treuirensi, ducibus Geldrēsi & Cliuensi, simul etiam Lantgrauio Hassiæ, obsidione Monasterium cingit. Postq̄ aliq̄t mēses obsidēdo frustra q̄dammodo transacti essent, obsessiq́ꝫ indies audaciores fierēt, copijs Lantgrauij à principe Philippo auocatis, crebrasq́ꝫ excursiones facerent, visum est tandem fortunam tentare, & quanq̄ natura munitū ac arte oppidum oppugnare. Oppugnatur ipsis Kal. Septembribus ex omnibus castris. Verum interiores natura simul & labore freti, exteriores facile repellunt. Itaq; hac opa atq; oleo perdito, & ꝙ ærarium episco — De Anabaptistis Monasterien̄. Obsidio Monasterij

episcopi prope exhaustum esset, quo minori sumptu rebelles debellarētur, placuit vndiq; circunduci profunda vrbem fossa, eamq; oportunis locis castellis seu propugnaculis munire, quo sic tandem aliqñ vel fame expugnarentur. eaq; obsidiōis species durauit vsq; in medium sequentis anni. Et neq; sic tandem sponte se dedidere, sed arte & industria noctu occisis vnius portæ vigilibus, per occasionem magis q̄ vi, sunt superati. Nam cum trecenti illi, qui vigilibus vnius portæ stertendo occisis, vrbem noctu inuaserant, diu ancipiti marte cum anabaptistis interim excitatis confligerent, ac nunc hi, nunc illi cederent, immo de nostris actū videretur, Vuildekindus vnus e primarijs trecentorum illorum, elato ex porta qua irruperant vexillo, reliquos foris rei euētum anxie expectantes inuitat. Atq; hoc modo irrumpentibus nouis militibus, rebaptizati partim extemplo cæduntur, partim deinceps per aliquot dies, donec latebræ omēs disquirerentur. Mulieribus parcitum est, nisi quæ singulari aliquo facinore notatæ fuissent. Pueri quibus parceretur, vltra nouem aut decem non fuere. Tanta fuit eius vrbis fames. Eodem anno Lantgrauius Hassiæ congregato ingenti exercitu reduxit in ducatum suum Vlricum ducem Vuirtembergeñ. Eodem anno mortuo Clemente 7. sufficitur Paulus 3. vndecima Octobris, coronatus 3. Nouembris.

Mors Clementis.

ANno 1535. Solimannus Persas adortus, à filijs Hismaelis Sophi nuper defuncti, magna clade affectus est. Eodem anno ac ipso die S. Iohannis Baptistæ Monasterium Vuesphaliç per astutiam expugnatur, & anabaptistæ magnā famem passi, ad internecionem cæduntur, præter paucos admodum fuga elapsos, & paucissimos maiori pœnæ reseruatos. Nam rex eorum, sartor olim Leidensis in Hollandia, cum duobus alijs, videlicet Knipperdolling & Krechting, in ipsa vrbe Monasteriensi natis, anno sequenti ignitis forcipibus puncti, ac deinceps veru transfixi, ferreisq; corbibus inclusi, ex alta turri Parochiæ S. Lamberti prope in ipso suspenduntur.

Turcarum clades. Monasterij expugnatio. Regis Monasteriensis suspensio.

Eodem anno Amstelredamum Hollandiæ emporium à rebaptizatorum reliquijs callide, sed frustra, tentatum est. Eodem anno Cæsar ab Hispanijs in Africam trāsiit. Goletam arcem expugnauit, Tuniciū cepit, Barbarossam fugauit. rebusq; ita compositis, in Italiam venit. Eodem anno Heluetij Franco seruientes, capta Gebenna, Sabaudiam inuadūt. Dux Mediolani moritur. Gallus in Italiā parat arma. Eodem anno Dorothea Christierni Danorum regis filia, apud Bruxellam nubit Friderico comiti Palatino. Eodē anno moritur in Anglia regina illa matertera Cæsaris, quā supra diximus ab Henrico 8. Anglorum rege repudiatam. Eodem anno inuiserūt se mutuo reginæ duæ ac sorores germanæ, Leonora Franciæ ac Maria Vngariæ, idq; 16. Augusti apud Cameracum.

Victoria Cęsaris. Mors reginæ repudiatæ.

ANno 1536. Cæsar adhuc ab expeditione Tunicij in Italia moratus, Romæ cœnam dñi celebrauit, 12. pauperibus pedes lauās, eosq; magnifice donās, idq; cum singulari affectu, ac stupore ipsorum q videbāt. Eodem anno inuadit Sabaudiam Gallus, igni & ferro oīa vastās. & dux ipse in Italiā ad Cæsarē cōfugit. Eodē anno moritur apud Basileā doctissimus ille vir Erasmus Roterodamus. Eodē anno moritur Delphinus Frāciæ Frāciscus, Frācisci regis primogenitus, nō sine veneni suspicione. Et soror eius Magdalena nubit Iacobo Scothorum regis filio. Eodē anno irruit in Galliā cum magno exercitu Hēricus comes Nassauius, oppidulaq; aliq̄t cepit, Peronam vero crudeliter laceratā tandē reliq̄t. nam oppugnationes aliq̄t frustra tētarat.

Mors Erasmi Rotero. Peronæ obsidio.

Per idē tēpus Solimānus Turca magnā accepit cladem à Sophi Persarum rege.

Turcarum clades.

ANno 1537. irruit Gallus in Arthesiam, multaq; ibi dāna fecit. Sed & Maria Belgarum dña, idipsum in Gallia faciēs, viduarum pupillorumq; numerum adauxit, oppidū S. Pauli expugnās, cūctos ibi repertos trucidauit, exceptis admodum paucis captiuis. oppidoq; eo combusto, Monstriolū p deditionē receptū, etiam succendit. Vix tandē in obsidione Terreuanæ, induciarum mētio fit, q̄ sensum eo plongatę sunt, donec tandem pontificis interuentu circa festum paschæ sequentis, bellum illud sedatum sit.

Francorum et Burgundorum mutua damna.

His etiam tpibus excitatæ sunt duæ magnæ in Anglia seditiones, propter mutationem rerum nouiter introductarum: prior in agro Lincolniēsi, exercitu hoīm circiter 20. millium cōgregato: posterior in Eboracensi, 40. circiter virorum ad bella paratissimorum millibus cōstans. Harum vtraq; sine multo sanguine, q̄d vix credibile futurum videbat, nec absq; diuina ope, capitibus modo sublatis, sedatur. Eodem anno magnū egit triumphum Cōstantinopoli Solimānus, de Germanis ac Bohemis in Croatia victis: in q̄ triumpho captiuis nostris p̄cisi sunt nares, & sic neq̄ssime deformati, ad illudendū huc illucq; sunt circunducti. Eadem etiam vice circiter 60. capitales bōbardæ nostris ademptæ, etiam Caroli ac Ferdinandi insignijs decoratæ, Cōstantinopolim deferūtur.

Turcarum victoria.

Eiusdem anni mense Nouembri deficiunt à duce Geldrorum Carolo Nouimagenses primo,

primo, post aliæ atq; aliæ vrbes, propterea φ Carolus iam senex, eos in potestatē regis Gallorũ transferre conaretur. eliguntq; Guilielmũ ducis Cliuensis filium, qui præter istam spontaneam electionē, sibi nõnihil etiam iuris in ducatũ Geldreñ. ex parte matris suæ vendicabat. Eodē anno pridie S. Luciæ fuit Romæ tanta tonitruũ, grandinum, ac fulminum tempestas, vt per illud anni tempus similis visa non sit. Guilielmus electus dux Geldriæ.

ANno 1538. cõpositis inter Cæsarē & regē Franciæ decennalibus inducijs, idq; põtificis ipsius Pauli III. interuẽtu, Cæsar & rex cũ Leonora & liberis ad Aquas mortuas ex cõdicto veniẽtes, lætissime se inuicē excepere: paucisq; diebus amice cõmorati, amicissime inuicē discessere, Cæsar nauibus in Hispaniã, rex aliàs in Frãciã. Pacificatiõ Cæs. & regis

Eodē anno in principio Octob. cõuenerunt itidē apud Cameracũ rex Frãciæ Frãciscus & regina Hungariæ Maria. magnaq; pompa simul egressi Cameraco, peruenere Augustã Veromandorũ, quæ nunc vrbs S. Quintini dicitur. Excepta est vbiq; regina incredibili pompa, & opulentissime per Franciã tractata. Vbi cũ xvi. dies mansisset, per aliud iter in Hannoniã est reuersa. Igitur hic annus tribus insignibus cõuentibus maxime insignitus est. Primo apud Niceã, pontificis summi, imperatoris, & regis: secũdo ad Aquas mortuas, Cæsaris, regis & Leonoræ: tertio, apud Cameracũ, regis Francisci & reginæ Mariæ. Et populus vtrinq; belli pertæsus, bñ sperare cœpit. Cõuẽtio regis & reginæ.

Eodē anno Barbarossa in littore Ambracio aut circiter eiusmodi & tantũ naufragium fecit, vt non fortuitũ aut naturale, sed diuinitus factũ esse credatur. nam circiter viginti hominum millia in eo naufragio perijsse dicuntur. Barbarossæ naufragium

Eodem anno victoria magna potiti sunt Portugalli in India, quanquam nõ absq; magna difficultate. Portugallorũ victoria.

Eodem anno moritur Carolus dux Geldriæ, sufficiturq; illi adhuc languenti Guilielmus ducis Cliuensis filius, ex parte matris suæ ducatus huius ius sibi vendicãs. Mors Caroli Geldri.

ANno 1539. continuata est amicitia inter Cæsarē & regē non sine plurimorũ admiratione, & aliquorũ inuidia, quibus prædicta pax erat suspecta. Vt aũt Deus ostenderet hanc pacē esse firmã, dedit in cor Cæsaris, velle prouincias suas Galliæ Belgicæ inuisere. nã tumultuabatur nõnihil in Flandria. Quod cum rex Frãciscus intelligeret, obtulit Cæsari regnũ suum atq; sua omnia, vtq; per illud transiret, inuitauit. Cæsar itaq; præmisso prius illustri domino de Grantuella, consiliario secretorũ suorũ primario, mense Nouembri Hispanias exijt, & in Franciam venit, obuium habens prope oppidũ S. Sebastiani ducem Aurelianeñ. filium regis secundogenitũ, & prope oppidum sancti Iohannis in extremo limite, Delphinum vnà cum proceribus Franciæ. Cum his ingressus est Bagonam, paruo numero suorũ comitatus. ibiq; omni honoris genere exceptus est vigesimasexta Nouembris. Magnis postea itineribus venit Burdegalam, & postea Pictauos, comitantibus eum semper prædictis regis filijs, Delphino & duce Aurelianensi. Decimo deinceps die mensis Decembris venit ad oppidum Lochias, vbi rex ipse Cæsarem expectauit, & incredibili lætitia excepit, vnà cum Leonora regina, alijsq; quasi innumerabilibus ibi congregatis. Et ab eo tempore simul profecti sunt, nec ab inuicem discesserunt per totum hunc annum. Cæsaris per Franciam transitus.

Eodem anno mortuus est Iohãnes dux Cliuensis, Iuliacensis ac Montensis, pater Guilielmi iam antea per annũ vnum aut circiter ducatum Geldrensem obtinentis, superstitibus adhuc tribus filiabus, quarũ primogenita diu ante mortē patris nupta fuit duci Saxoniæ Iohanni Friderico principi electori, secũdogenita haud ita multo post mortuũ patrē nupsit Henrico octauo Anglorũ regi, tertia nondum, quum hæc scriberentur, cuiquam desponsata. Mors Iohã. ducis Cliuię

Eodē anno, primo die Maij mortua est Isabella imperatrix, edito prius in lucem filio, sed breuis vitæ. Reliquit marito suo Cęsari summũ mœrorē, vnà cũ filio superstite Philippo, quem Deus conseruet, & duabus puellis. Mors imperatricis.

Eodē anno tanta fuit in Germania vini abundantia, vt hominum memoria similis non fuerit. nã vasis deficientibus, ingentes etiã foueas tabulis apte vestitas, quidã replesse dicuntur. Autũnus vinosissimus.

Eodē anno factus est magnus apparatus in mari contra Turcam Solimannũ. Qui & ipse magna classe emissa ductu Heyradini, qui vulgo Barbarossa dicitur, mare infestauit, & oppidũ Castellanouũ, firmissimo Hispanorũ & Italorum præsidio munitum, vi expugnauit mense Augusto, interfectis quasi omnibus Christianis: in qua obsidione Turcæ plusquàm sexdecim millia suorum amiserunt, Christianis se acerrime defendentibus, qui nunquam fuissent victi, nisi quidã transfugæ Dalmatæ ad Turcas delapsi, secreta reuelassent, & qua parte bombardis impetendum esset, significassent. In ea obsidione Turcæ à tribus partibus castra locarant, nocte dieq; incessanter Barbarossæ victoria sanguinolenta.

miserum oppidum quassantes, donec muris & propugnaculis iam planatis, ingressus illis pateret, sed non sine maxima suorum cæde.

Cæsar Lutetiæ à rege beneuolentissime suscept⁹

ANno 1540. in principio Ianuarij ingressus est Cæsar vrbē Parrhisiorū, ibiq; honorificētissime est illi occursum ab oībus ordinib⁹, rege semp p̄sente. Qui opulētissime & sumptuosissime ipsum Cæsarē & eos q cū ipso venerāt, tractauit. Sūma aūt rerꝫ Cæsaris, penes illustrē dñm de Grantuella, & ipsius fratrē abbatē S. Vincentij Bisuntini, oratorē Cæsaris, fuit: à quibus tam prudēter oīa sunt prouisa, ꝙ duæ illæ aulæ, vnū videret esse sodalitiū & vnū corpus. Ibi celebratum est festum trium regum. Postea aūt rex vnà cum Cæsare ad oppidū S. Quintini peruenit, editis per totū regnū maximis solennitatibus. Ibiq; dimisso Cæsare multis cum osculis & lachrymis ex lætitia fluentibus, substitit. Cæsar autem comitatus prædictis Delphino & duce Aurelianeñ. filijs regijs, vnà cū Anna Montmorenciaco Franciæ conestabili, qui semper ad pacem hortatus est regem, & merito pro autore illius haberi meretur, aliaq; infinita nobilitate, Cameracū ingressus est xx. Ianuarij. ibiq; à reuerendiss. episcopo & duce Cameracēsi, item ab illustriss. duce de Archot, & illustribus dominis ac comitibus regionū istarꝫ pluribus, prout merebatur, summa cū reuerentia & honore exceptus est. Postridie aūt Valencianas venit, vbi regina Maria Cæsarem regiosq; filios expectarat. quæ vt Martha pro honoribus ipsis impendendis tam solicita fuerat, vt multos dies & noctes duxerit insomnes. Adepta tandem quod tam diu desiderauerat, facile omniū laborꝫ oblita est, & nullo non genere magnificentiæ & regalis opulentiæ eosdem tractauit. Nonnullis aūt diebus quū ibi permansissent, Cæsar principes illos à se humanissime dimisit, retro in Franciam reuersos.

Comitia Hagenoæ. Comitia Vormatiæ.

Eodem anno dum Cæsar apud Gandauos necessario moratur, comitia (religionis potissimū causa) Hagenoæ indicit: ea cū lentius procederent, ꝙ esset intolerabilis illius æstatis æstus, translata sunt Octobri sequente Vormatiam: indeq;, transacto præsenti anno, post colloquia multa & deliberationes, Ratisponam.

Summus calor æstatis.

Hoc anno fuit tam calida & sicca æstas, ꝙ multi ingētes fluuij solitas naues ac onera nō ferrent, mediocres etiā aliq̄t arescerēt. Quæ siccitas multis in locis multarꝫ insigniū structurarꝫ, forte nunq̄ aliàs inchoādarꝫ, in ipsis fluminū alueis p̄buit occasionē. Et quod mirū fortasse videri queat, ariditas tanta adeo nō læsit fructus terræ & arborum, vt messis ac vindemia colonis abunde per id tēpus fecerint satis.

Comitia Ratisponæ.

ANno 1541. comitia habita sunt Ratisponæ, in quibus dū de varijs rebus, ac potissimum de religione tractaretur, Turca interim Budam & Pestum in Hungaria occupans, citius vt finirētur, causa fuit.

Locustarū noua plaga.

Eodem anno regiones circa Poloniam magno affectæ sunt damno per locustas, quæ initio nullas habentes alas, paulo post adeptæ sunt quatuor, tanta multitudine prouolantes, vt per duo milliaria in longitudine ac latitudine cubito tenus terram opplerent, solis etiam splendore terræ superficiem priuantes. Primum hæ saliebant super terram absq; alis, facientes interim magnos saltus, quemadmodum locustæ solent. In principio autem Iunij creuerunt ipsarum alæ, dicuntq; aliqui, literas Ruthenicas Græcis non absimiles, in pennis earum fuisse quasi depictas. alij hoc negant, adstruentes potius crementi quiddam ac ornamenti fuisse, quemadmodum in huiusmodi animalibus, præsertim alatis, videri solet. Quidquid sit, Dei plagam non abesse certum est. Quū salire ac volare cœperint, feruntur trans aquas, trans arbores, trans domos, transilientes & transuolantes oĩa. Breues autem dietas sumunt. & sicubi in terram descendere volunt, occupant (vti superius dictum est) ingentem latitudinem, fructus & gramina & herbas, & omnino quidquid humus necessitati humanæ profert, vsq; ad radicem abrodentes. Earū magnitudo, longitudo, ac crassitudo, est (cum alas adeptæ sunt) instar digiti humani. Et tunc maiores etiam dietas faciunt, maiora damna seminibus, graminibus, fœno ac stramini inferētes, ita vt dū auolant, nihil ibi p̄ter nudā & nigrā humū relinquant. Nulla hucusq; nec arte nec potestate potuit cursus earꝫ impediri. Sed postq̄ in autumno ventus & aer frigidior esse cœpit, cecidere mortuæ super terrā, semen atrū ex se emittētes, vnde alij vermes sequēti anno sunt nati. Ipsas autē mortuas locustas summa cū auiditate pecus edit: præsertimq; sues adeo se his replent, vt earum etiam ilia intumescant. & quod pecus ijs vescitur, crassiorē etiā carnē habere dicitur. Quid est si hæc nō Dei plaga & vindicta est? Vulgo nominant locustæ istæ Zarantziæ. & sunt qui putant ipsissimas esse Aegyptiacas, quarꝫ in Exodo Moses mentionem facit. Surrexerunt autē hoc anno in Valachia, cunctaq; in circuitu vsq; ad Leopolim miliaribus circiter sexaginta abroserunt, & in fine Iulij à Cracouia miliaribus circiter quinquaginta apparuere.

Eo-

Eodem anno soluente Carolo ex Italia in Aphricã,tanta eũ tempestas,& priusq̃ illuc applicaret,& dum illic moraretur,& cũ illinc solueret,inuasit,vt naues propemodum centũ & triginta amiserit,præterq̃ ꝙ in terra etiam apud Argierã male pugnatũ est. Et qa hãc Cæsaris expeditionẽ elegãtissime descripsit Nicolaus Villagog. Rhodius miles, qui eidem & interfuit, libet eam hoc loco, sicuti ab ipso descripta est, de verbo ad verbũ subijcere, quãuis alioqui ad finẽ plus satis anhelemus. Scribit igitur supradictus e militia Rhodiensi Nicolaus ad hunc modum: Cæsaris naufragium.

QVum æstas anteacta me in Galliã ad domestica quædam negocia reuocasset, de reditu Cæsaris in Italiam,& transmissu exercitus eius in Aphricã, literis amicorum certior factus sum: qui consilio Cæsaris proposito, me ad tam nobilẽ expeditionẽ accersebãt. Ego vero & intelligebã religiõe me obstringi ad inimicos fidei (quantũ in me fuisset) bello persequendos: & verebar, ne corpus meum diuturna iam armorꝝ exercitatione labori assuetum, ocio ad laborem remollesceret, si apud amicos diutius cõmorarer. Itaq; negocia in aliud tẽpus reijcienda mihi esse duxi, ne honori meo necessario tẽpore deesse existimarer. Consiliũ aũt Cæsaris esse hoc significabant, ꝙ quũ se ad cõponendas Germanorꝝ de fide cõtrouersias, in Germaniã contulisset, reperit Ferdinandũ fratrẽ,& filiũ Iohannis, qui proxime regnũ in Pannonia obtinuerat, ardere inter se discordijs, ac de iure regni vehemẽtissime cõtendere. Is, ꝙ sibi à Ferdinando metueret, Turcas in suũ acciuerat auxiliũ. Quorꝝ aduentũ vt Ferdinãdus anteuerteret, Budam obsidione cinxerat, ac expugnare totis viribus adnitebatur. Quibus cognitis rebus, Cæsar prospiciens, q̃ magni esset momẽti, Turcas finibus nostris prohibere: vt eis veniendi occasionẽ p̃riperet, partẽ copiarꝝ fratri misit auxilio, quibus expugnationẽ accelerararet. Qui tamen munitionibus & p̃sidio vrbis impeditus, Turcarꝝ aduentũ expectare coactus est. Quamobrẽ Cæsar, omissis fidei disceptationibus, animũ potius ad bellũ adijciendũ putauit. Et qm̃ magni rem esse periculi perspexerat, bellũ in ea regione duci, priusq̃ illic hostes inueterascerent, hoc in Turcicũ solũ transferre cõstituit,& procul finibus nostris propellere. Quapropter copijs, quas ad fratrẽ miserat, ei subsidio relictis, quũ iam instante hyeme nõ ita multũ tẽporis superesset, quo bellũ cõmode geri posset, Ferdinando belli curã in se interim recipiente, magnis itineribus in Italiã ad exercitũ cõtendit. Quo simul ac p̃uenisset, exercitũ summa diligẽtia cogi,& militũ nouas manus cõscribi iussit, magnũq; nauium numerꝝ *Ianuæ atq; Neapoli instrui, qbus in Africã exercitũ traduceret. Africa vero ei necessario tentãda videbat, ne in Turciã proficiscens, inimicũ à tergo relinqueret, de q̃ metuere sibi possent Hispani, q̃rꝝ opa & nũmis ad bellũ Turcicũ vti decreuerat. Coacto exercitu,& nauibus ad nauigandũ paratis, dũ res frumẽtaria expedit,& in naues exercitus imponit, Lucæ summũ põtificẽ conuenit, vt cũ eo cõsilia belli cõmunicaret. Pontifex, ꝙ Africa minime portuosa sit, hyemis nauigationẽ nõ esse subeundã existimabat, atq; Cæsarẽ à via deterrebat. Quæ q̃uis magna causa esset, ne ipse alieno anni t̃pe, in tã periculosa loca exercitũ trãsmitteret, maioribus tñ rõnibus impellebat, vt in sentẽtia p̃maneret. Videbat eñ quantopere ab hostibus nr̃i in Pannonia vrgerent,& quãti reip. Christianæ interesset, bellũ illic nõ trahi. q̃d vt auferret,& hostes in suis finibus bellũ sustinere cogerent, rẽ in celeritate positã esse p̃spiciebat. Sed qa tantũ apparatũ exposcit Turcarꝝ amplitudo, vt eum nõ posset Cæsar citius q̃ ineunte æstate vniuersum cõparare, interim dũ ei rei dat operã, Africanũ bellũ suscipiendũ sibi eẽ putauit, vt Hispanos Afrorꝝ metu liberaret, q̃ facilius ad Turcicã expeditionẽ incitarent. Solebãt eñ quũ ab eis ad eã rẽ nũmi exigerent, vicinũ hostẽ opponere, suũq; metũ excusare. Quibus rõnibus p̃motus põtifex, vehemẽter Cæsaris cõsiliũ p̃bauit: eiusq; laudata animi magnitudine, eũ dimittit. His ita cõstitutis reb⁹, Cęsar naues onerarias Baleares insulas petere iubet, ac eo loco aduentum suũ operiri: ipse vero nauibus longis sex & triginta ex portu Veneris soluit,& ad Corsicam insulam contendit. Qui quum secundo vento in altum prouectus esset, subita coorta tempestate, classis cursum tenere non potuit, sed in diuersas partes disiecta est: at ille remis contendit, quẽ septẽ aliæ secutæ naues, eam insulæ partem ceperunt, quæ Italiam spectat: vbi eum venti duos dies tenuerũt. Sedato mari, q̃ aberrauerãt naues à cursu reuertunt. qbus appulsis, Cæsar in Bonifaciũ oppidũ profectus est: q̃d in monte tribus ex partib⁹ circũcisso, aspero & difficili est sitũ: ad aliã partẽ est aditus ab imo anfractu, qui oppido pro fossa positus est. Hoc aũt nulla re alia est q̃ portu memorabile. Cæsar idoneã tẽpestatẽ nactus, in Largherã nobilẽ Sardiniæ vrbẽ secũdis vẽtis appulit. Vbi res insolita cõtigit. Qua eñ nocte eo accessimus, bos vitulũ bicipitẽ peperit: quẽ mulier, cuius bos erat, videndũ Cæsari obtulit. Hæc vrbs natura & opere bene satis munita est, oĩbus eñ fere

alias Genuæ

Bonifacij oppidi situs. Bonifacium portu memorabile. Vitulus biceps.

fere partibus alluit mari minime portuoso,& scopulis subter aquã latentibus refertoꝫ aliã partẽ,q̃ in insulã mittit,claudit murus:quẽ duæ turres ad vtrũq; latus positæ,ab externa vi facile tutant.& quũ in planitie hæc pe..a sit,nullus oĩno mons, aut collis ꝓminet,e quib⁹ vis in eã inferri possit.Cæsar duos dies illic cõmoratus,soluit,& ad Baleares insulas direxit iter:qui biduo velificatiõe cõtinuata,leni vẽto in cõspectũ minoris insulæ delatus est.sed quũ ei insulæ iã appropinq̃ret,aduersis & reflãtibus vẽtis,parũ abfuit,quin in cõtrariã partem reijceret:remoꝝ tñ tanta cõtentiõe naues impulsæ sunt,vt tandẽ multa nocte ad terrã promotæ sint.In q̃ ita sudatũ est,vt septẽ horis,nõ intermisso remigãdi labore,vix totidẽ millia processerim⁹.Reliqua noctis parte quieti data,diẽ in ancoris expectauimus:q̃ tpe,quũ paruo spatio ab eo q̃ appulsi eramus loco,Mahon portus abesset,eo ꝑfecti sum⁹.Hic port⁹ oĩm q̃s videre memini,est pulcherrimus & optimus,nisi hãc difficultatẽ haberet:Tota insulæ ora maritima montibus ingẽtib⁹ septa est:sed quà est ad portũ aditus,radices mõtiũ ĩ planitiẽ extrahunt,donec tã angusto interuallo ad alterã littoris partẽ accesserint,vt nõ nisi leni vẽto intromittant naues:cæteꝝ rebus alijs oĩbus est facilis & opportunus.excurrit eñ in q̃tuor fere milliũ lõgitudinẽ,varijs & freq̃ẽtibus insinuatiõibus,q̃ facile naues à maris sæuitia tegũt.Huic ꝑpetui mõtes ꝑminẽt,e quibus immẽsa ligni copia peti põt.Ad extremã eius partẽ in montiũ altitudine vrbs extructa est,q̃ si ope tã esset munita q̃ natura,nõ ita facile ab Aenobarbo,qui vulgo Barbarossa nuncupat,expilata fuisset.Quũ duos dies tẽpestas classem detinuisset,summã tranquillitatẽ adepti,ad maiorẽ insulam cursum intendimus.Quo aduectus Cæsar,cõperit ab Italia naues onerarias centũ & quinquaginta cõuenisse,& Ferrandũ Gonzagam proregẽ Siciliæ septem triremibus aduenisse:q̃ cũ his,quas secũ Cæsar adduxerat,coniunctæ,quinquaginta numerũ expleuerũt.Præter has ab Hispania quindecim longæ,& magnus nauiũ onerariaꝝ numerus desiderabant:quas quũ triduo expectassemus,nunciauit triremis vna,reliquas iã Africã attigisse,& naues onerarias eodẽ cõtendere.Quo allato nũcio,Cæsar protinus milites naues conscendere,& classem se in viã dare iussit.Maior,insula est & vrbs nobilis:insula cõtra minoris insulæ naturã,habet orã maritimã,planã & fertilẽ,montes vero in mediterraneis regionibus altissimos,& magna parte steriles:q̃ q̃m meridiem propius q̃ Hispania spectat,hyeme tẽperatior est,& frigoribus remissioribus,omniũq; fere fructuũ copiã habet,quibus abundat Africa:Vrbs aũt est ampla,& pulchris ædificijs ornata,quã fere mediã influit riuulus,e montibus decurrẽs,qui ad lanificiũ plurimũ valet.Huius incolæ Tarraconensiũ parent legibus,& lingua ac moribus valde cũ eis conueniunt.Ad ædificandũ vtunt maxime terra calculis permixtis:qua materia muri oppidi effecti sunt.Tapiæ vulgo nominant.Nauibus ad nauigãdũ rebus oĩbus instructis,Cæsar ad Argierã vrbẽ Africæ maritimã iter direxit:quo bidui nauigatiõe prouectus, cõperit triremes,vti acceperat,aduentũ suũ anteuertisse,atq; terrã ab eo latere tenuisse,q̃d ad solẽ occidentẽ pertinet,decẽ fere millib⁹ procul ab vrbe.q̃ vbi classem nostrã cõspexere,nobis obuiã processerũt:sed eis cõtinuo eo vnde fuerãt egressæ,remissis ad eã littoris partẽ seruandã:Cæsar aliquot millia progressus,in aliã vrbis partẽ duodecim naues p̃misit exploratũ,an illic tutior eẽt à tẽpestate receptus.Quibus opportuniorem esse significantibus,vrbem remis p̃teruectus,eo cõtendit,& iactis ancoris naues onerarias p̃stolatus est.Ab eo loco vrbs tota sub adspectũ nostrũ cadebat,seq; regio late nostris oculis ostẽdebat.Postridie mari paulatim intumescẽte,soluimus,atq; locũ cepimus,quẽ vẽti minus vrgerẽt.Eũ Matafuz nominant.Dũ eo properat,naues speculatoriæ duę Turcicæ in nos incidũt,imprudẽtes,q̃ errore cognito,cõuersa velificatiõe,maxima remoꝝ cõtentione in altũ se referũt,quas nostri persecuti,altera vnius ex nauibus nostris cõcursu depssa est,altera ad terrã euasit. Cognitũ est ex captiuis eas missas fuisse,vt de aduentu & apparatu nr̃o aliquid percontãdo intelligerẽt. Reliquã diei partẽ ad ancoras expectando triuimus,dũ vniuersæ naues coeunt,& quiescit mare.Interea Ferrãdo Gonzagæ & Iacobo Bosso viris prudentibus,& rei militaris peritis p̃scripsit Cæsar,vt cõscensa nauicula piscatoria, littus præterlegentes percurrerent,ac renunciarent,quà optimus esset egressus,ac cõmodissime exercitus exponi posset.Hi exploratis locis oĩbus, quid perspexissent,reuersi indicarunt.Seq̃ẽs dies maximam tranquillitatem attulit:qua Cæsar propius vrbem accessit,atq; in locum omnium opportunissimum milites exposuit:idq; nullis hostibus resistentibus effecit.Summa aũt exercitus hæc erat:Peditatus omnis numeꝝ duorum & viginti millium explebat,e quibus Hispanorum septem millia e Sicilia atque Neapoli aduenerãt:Germanoꝝ sex millia in Germania Cæsar cõscripserat:Itali qui omni ex Italia coacti fuerũt,pari numero Germanos æquabant,præterea voluntarij, qui

Marginal notes: Baleares insulæ. / Mahon portus. / Portus descriptio. / Aenobarb⁹ imperator. / Nauiũ & triremium numerus. / Maioris insulæ situs & descriptio. / Argiera. / Matafuz. / Ferran. Gõzaga, Iacobus Bossus. / Sũma exercitus imperatorij.

colorchecker CLASSIC



























calibrite

mm